Comentar
artij.

rum Co

, Bau

BIBLIOTECA
37
17 B
23
FONDO

3. D 46

45



4 5

Ad usum Antonini Diana
L. R.

CL. CLAUDIANI, PRINCIPUM, HEROUMQUE POETÆ

Prægloriosiſſimi, Quæ exſtant,

CASPAR BARTHIUS OPE SEPTEMDECIM MANVSCRIPTOrum Exemplarium reſtituit:

COMMENTARIO MVLTO LOCVPLEtiore, Grammatico, Critico, Philologo, Hiſtorico, Philoſophico, Politicoque, ita illuſtravit:

VT AVCTOR PRETIOSISSIMVS OMNI ÆTATI, Scholaſtica, Academicæ, Aulicæ, Politicæq; eſſe debeat ex commendato commendatiſſimus.



FRANCOFVRTI,

Apud JOANNEM NAUMANNUM, Bibliop. Hamburgenſem.

ANNO MDC L.

37. 17. B. 23

SERENISSIMÆ, PRÆPOTENTISSIMÆ, PRÆGLORIOSISSIMÆQVE PRINCIPI ET DOMINÆ,

DN. CHRISTINÆ,

SVECORVM, VANDALORVM, GOTHORUM, CAROLEORUM, LIVONORVM, &c. REGINÆ, INCLYTÆ INVIctiſſimæque,

VERITATIS ASSERTRICI, PACIS CHRISTIANÆ INSTAURATRICI, &c.

REGINÆ DOMINÆQVE CLEMENTISSIMÆ, Optimæ, Maximæque, &c.

QVod ex Omnibus univerſæ Antiquitatis Conditoriis dignius ad Pulvinaria Regiæ tuæ Majeſtatis munus offerre poſſem, non inveni, Princeps Sereniſſima, Publico hoc reddita Germano Orbi Pacis gaudio. Claudius Claudianus is eſt nempe Scriptor; qui Eloquentiſſimis numeris, & eruditiſſimaque Omnium Laudabilium Virtutum Doctrinarumq; Conſtipatione in hunc, auro omni & exquiſitiſſimarū gemmarum pretio longe pretioſiorem, theſaurum redegit, quicquid Regiam perſonam docere & decere valeat: Nec hoc contentus, cum Heroas ſuos, Principes tum terrarum, commendaſſet; Inimicos contra Bonorum Morum, Paciſq; & Sapientiæ perduelles, homines nequiſſimos, ſuis ſibi vitiis conſpicuos, Poſteritati oſtendit, ut, velut abſolutiſſimo ſpeculo, quid fugiendum quid ſequendum in vita univerſa habeat, homo magni animi, Amatorque Probitatis ſerius, ex uno hoc libro, melius clariuſq; poſſit haurire & recolere, quam ex prælongis faſtidioſiſq;, omnium, quotquot ſunt uſpiam, & ad noſtrum uſq; ævum fuerunt,

runt, Monitorum atq; Exhortatorum Commentariis. Exſpatiarer hic longiùs, & in rem præſentem Sereniſſimam Regiam Tuam Majeſtatem deducerem, niſi vererer incomparabili dexteritati, & ingenio omnem late felicitatem & eminentiam ſupergreſſo S. R. M. Tuæ, injuriam ipſa tam perſpicuarum rerum declaratione faceſſere. Talis tantusq; Scriptor, ad cujus præſtantiſſimas dotes vix alius ullus aſpirare umquam potuit, à multis retro ſeculorum tempeſtatibus, & indoctorum exſcriptorum temeritate atque audacia, pernitie Optimorum Autorum notiſſima & deteſt tiſſima, peſſimè erat exceptus atque conſpurcatus, ut Heroica illa nitidiſſima Eloquentiæ & Sapientiæ ſublimitas, & generoſitas, penè tota nuſpiam jam in eo conſpiceretur & ſupereſſet, regnante per univerſum Operis corpus ſtigmatum tam clandeſtinorum quam patentium infectione multiplici. Nobis igitur placuit inquiſitis plus ſedecim antiquis, minusque corruptis, exemplaribus, inſtituere Recenſionem, adhibitaque ſingulari diligentia, nec non collatis doctorum ante nos, Virorum Animadverſionibus, tantum Auctorem priſtinæ ſuæ Nobilitati reſtituere; quæ intricata, vitiata, obſcurata, offenderem expedire, corrigere, illuminare, totamque à tribus quatuorve retro annorum millibus, Barbariei ſuperſtitem, Antiquitatem, in conſilium advocare, exactisque & conſideratiſſime perpenſis omnibus locis, nihilomnino inexpertum relinquere quo commendatiorem redderem poſteritati ſcriptorem in cuius laudes, etiam ſic male accepti, omnis doctorum mortalium chorus hactenus conſenſiſſet. Succrevit inter manus exinde hic Liber Commentarius, talis quidem certe, ut meliorem à nemine huius ævi exſpectari poſſe vel Invidiam ipſam confeſſuram doctiſſimi viri è multis Europæ locis ultro ad nos ſcripſerint. Sed jactantiæ velificari, & nobis ipſiſmet applaudere minimè noſtrū eſt; iudicium Veritatis eſto, quam iure optimo hic appellamus, iudicemq; conſtituimus, penes Poſteritatem. Ad eius Tribunal teſtimonium nobis dabunt tot evoluti & accuratè compoſiti Antiquiſſimi Codices, à multis ſeculis exarati, quorum fuerunt ſinguli apices excutiēdi, ut germanitas priſtina cum Claudiano noſtro in gratiam reduceretur; ope, conſilio, & auctoritate accedente plus duobus millibus auctorum claſſicorum, aliorumq; penè omnium ex profundiſſima Vetuſtate Heroum & Monumentorum, Sapientiæ, Doctrinaque præcipuorum Antiſtitum, ex quorum Myrotheciis petenda fuit excellentiſſimi Vatis

Medi-

Medicina & Reſtitutio. Quicquid autem hic à nobis tamdem præſtitum eſt, Tuæ Sereniſſimæ Majeſtati Inſcriptum volumus, Prægloriosiſſima Regina, ut quarum Virtutum ſollertiſſima cultrix atq; effectrix es, illas depictas expreſſasque in quadam velut excellentiſſimi operis tabula, recognoſcere, magisq; & magis tibi gratulari, eoq; promtius cultui divini tui Animi velis inſiſtere, quo Deo Omnipotenti placuit inſtructiorem te, ad mente capienda & opere faceſſenda, tot virtutum decora, quæ in Regia tua perſona admirantur omnes cordati, conſtituere. Placeat Eidem Omnipotentiæ Maieſtatem Tuam Sereniſſimam in plurimos annos incolumem, multarum Provinciarum, & totius adeo Chriſtiani Orbis, Bono & Emolumento, conſervare, atque innumeris mactare felicitatibus. Id quod mecum vovet omnis Ordo Sapientum hominum: Meæ ego ſigillatim devotiſſimæ addictionis hoc teſtimonium, velut cum rerum ipſa Univerſitate victurum, in Patrocinium Tuæ Sereniſſimæ Maieſtatis, conſecro & depono. Scripſi LIPSIAE ANNO DOMINICO. CIↃ IↃ CL. Menſe Majo. 4

Inclytiſſimæ Majeſtati [illegible] cultor
religioſiſſimè Devotus.

CASPAR BARTHIUS, SACRI ROMANI IMPERII &c. EQUES.

SERE-

SERENISSIMÆ, POTENTISSIMÆ, PRÆGLORIOSISSIMÆQUE, PRINCIPI ET DOMINÆ, DOMINÆ

CHRISTINÆ,

SVECORVM, VANDALORVM, GOTHORVM, FINNORVM, CAROLEORVM, LIVONORVM, &c. REGINÆ INVICTISSIMÆ,

VERÆ RELIGIONIS ASSERTRICI; PACIS CHRISTIANÆ RESTAVRATRICI: REGINÆ ET DOMINÆ CLEMENTISSIMÆ.

QUALIS ab Aſſyriis Octingenteſima meſſis
Collibus, æternam volucrem, reparabile leto
E proprio ſidus, (dicũt Phænica Prophetæ)
In Peluſiaci ſiſtit Sacraria Templi,
Ut vetus hîc ſenium reparet florente juventa,
Dum Caſiæ felicem herbā, dum ignota miniſtret
Gramina, Naturæ favor, immortalia condens
Buſta, ſuo ut trans ſe cunabula fine reformet.
Talis, Amor ſanctorum hominum, quo Vindice nuper
Romuleam effugit pallens Germania Peſtem,
Orco progenitam & ſerpenticomante Megæra,
Alectûs alitam uberibus Hecateſque veneno:
GUSTAVUS, poſtquam emeritum revocavit in altum,
CHRISTUS, ubi explevit modicos ſacra Gloria curſus
Annorum, inmoriturus honos ut portet Olympi
Perpetuis Regnis, Sceptrum temerabile nulli:
Rex Regum ille, omni longè Clariſſimus ævo,
Progeniem inſignem terris poſt fata reliquit
Suediacis, columen. Patrias ſe, Regia Virgo,
Induit in laudes, ut nec convexa Deorum,

Nec

Nec Solis jubar æthereum ſe cœlitus umquam
Tale decus vidiſſe uno fateantur in aſtro.
Hanc Pietas, hanc ſancta probat Clementia, Bello
Terribilem adverſis, placidam pugnare peroſis:
AUSPICIIS reparata tuis hoc nomine plauſus
Surgit in immenſos, teq; ô CHRISTINA, coronat
Floribus æternis, Pax Alma: Eccleſia Chriſti
Undiq, contemta caligine, lætior exit:
Victa Superſtitio, victi Lemuresq; recedunt
Papicolæ, Jeſuq; cohors mentita ſodales:
PURA caput ſanctum cum Religione vetuſta
Nocte, FIDES, levat è denſa: Spes, Gratia, certant
Antiqua virtute novos incendere cultus.
O Felix, ter, io, felix CHRISTINA, Deorum
Divinum ô Germen! Te Vindice Teutonis ora
Heſperio è barathro venturam in ſecula, longùm
Tempeſtatem atram cavet, & caviſſe fatetur,
Nec metuit porro tam dira occumbere clade.
Innumeris te, DIVA, bonis beet almus, Olympo
Deſuper invergens longævi præmia Regni,
Omnipotens Genitor: Cumæi pulveris annos
Poſtquam, homines inter, hilari ſuperaveris ævo,
Unde oriunda venis, unde hęc in terrea teſqua,
Divinam illam animam miſit Pater, aſtra reviſas,
Seraque reſpicias mortalia vota tuorum.
O Virgo, quam te memorem! certè omnia victrix
Hactenus exacti ſuperas exempla priorum
Temporis! Heroina! Ter, ô CHRISTINA, ſerenis
Moribus, atq; omni Virtutum culmine felix!
Una tibi ſit forte, vetuſtæ ætatis ab Auro,
Parte aliqua parilis, quam priſca licentia vatum
Intulit, Aſtræam, ſuperis. Jove proſata Virgo
Illa colebatur, quam, Lance atq; Enſe potentem,
Zodiaci nunc limes habet, quam Signifer ingens
Spi-

Spicum illuſtre tenentem, Imo veneratur honore,
Juſtitiæq; hominum titulo, gens præpes, adorat.
O CHRISTINA potens, triplici, Regina, corona
Auguſtum cingare caput: Te Jura ferentem
Innumeris populis, infinitoq; domantem
Tercentum Imperio gentes; ſeptem alta Trionum
Sceptra brevi videant, admirenturq;, tenentem,
Quotquot habet Chriſto, Proceres, Eccleſia, caros.
In primis, tua juſſa ſequens, tua Numina ſervans,
Sacrorum Indigetum nulli Pietate, paternis
Nulli Armis, nulli conſulta Mente, ſecundus,
Conſilio, Doctrina, Vſuque & Corde, coruſcans,
MAGNUS adeſt GABRIEL LAGARDIUS, inclutus Heros
LALLAdiis opibus, Martisque vigore verendum
Quem tibi, DIVA, diu ſervet, tueatur, & ornet,
Innumero mactum, CHRISTUS, CHRISTINA, decore,
Hoc GERMANUS EQUES voveo: meq;, Optima Princeps,
Maximaq;, & noſtras tibi devoveo, Alma, Camœnas.

SERENISSIMÆ REGIÆ MAJESTATI
Tuæ Devotus Cliens

CASPAR BARTHIVS, SACRI Romani Imperii Eques. &c.

LIPSIÆ. a.d. XVIII. Novemb.
clↃ IↃ cXLIX.

ILLU-

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO DOMINO,

DN. MAGNO GABRIELI DE LA GARDIE,

COMITI IN LÄCKO, ECHOLMIÆ LIBERO Baroni, Dynaſtæ in Hapſal, Dagoo, Magnus Hoff, Kölke, Kyde, Hoyendorp, Runſöö, Regiæ Majeſtatis Regnorumque SVECIÆ Meritiſſimo Senatori, Conſiliario Bellico, ac Finnicæ Suecicæque Militiæ per Germaniam Archiſtratego, Prætorianarum Cohortium Equeſtrium & Pedeſtrium Chiliarchæ, nec non Status ejusdem per Miſniam Conſtituto Gubernatori, Literarum & Litteratorum ſummo Fautori & Patrono.

LIPSIAM cum feſtis omnium Ordinum plauſibus repetenti, Anno CIƆ IƆC XLIX. die præcedente Feſtum Michaelis Archangeli.

QUem PROCERUM plauſu, Populi quē Voce petebas,
Magnanimū Heroēm, quo Martia principe PALLAS
Sanguineas acies placidæ decoramine mutat
PACIS, & evicto ſtatuit Mavorte Tropæum;
LIPSIA, cerne Virum. Non illo Ingentior uſquam
Conſiliis Fortique Manu eſt: Tamen Arma reſignat
Compoſitæ portior Sancto Dux Corde Quietis.
Hi tonitrus, miſſique cavis è Molibus Ignes
Fulminei, non jam quatiunt formidine dira
Illuſtres Animas, quas huic divina Lycéo
Gratia præfecit: non Flammipotentibus ardent
Damnificos Furiis, Fulgetra, rotantia flictus:
Sed MAGNUM ſalvere jubent, cui Maxima Virtus
INGENTI pro parte inſtaurata orgia debet
Salvificæ PACIS. Jam Lumine LAUREA feſto

Feli-

Felicem admittit ſertæ victricis OLIVAM,
Ut paribus regnet titulis cum PALLADE APOLLO.
Qualis ubi ſeris conſponſa Nepotibus ætas
Primigeni à ſeclo mundi, rata tempora fixit,
Ut veterẽ elueret Labem nova GRATIA CHRISTI,
Dux GABRIEL cœleſtis ad intemerabile pectus
Virgineæ Matris divini Nuntia Fati
Rite tulit, vetus unde malum, deletaque ceſſit
Antiqui humano Serpentis ab Orbe luela;
Talis adeſt MAGNUS GABRIEL tibi, TEUTONIS ora.
Quæſitumque diu, fruſtraque aliunde petitum
Apportans poſito, PACIS DECUS, undiq; ferro.
Sic VIR nempe DEI eſt MAGNUS, ſua nomina ſervans. *GABRIEL Hebraicè Vir DEI.*
Hunc tibi, Lætificis advectum deſuper alis,
E patrio florens cœlo modò, LIPSIA, ſiſtit
Fraterno amplexu MICHAEL, Comitatus ovantum
Alituum ſacrorum acie; Cui feſta celebrat
PURA hodiè, nitido pollens, ECCLESIA, cultu.
Sic MICHAEL GABRIELq; adſunt, Legionibus aucti *MICHAEL Quis ut Deus?*
Spirituum Indigetum, toto ut ter lætus Olympo
Inſonet æthereis ex Orbibus undiqve PAEAN:
GLORIA IN EXCELSIS DOMINOQVE DEOQVE IEHOVÆ;
PAX HOMINUM REGNET FELIX IN SEDIBUS: OMNES
ÆQUA beet, ſuperis jungens humana, VOLUNTAS.

CASPAR BARTHIVS, SACRI ROM. IMPERII EQVES, &c.

Series

Series Operis.

PANEGYRICVS IN CONSVLATVM OLYBRII ET PROBINI.
PANEGYRICVS IN CONSVLATVM FL. MALLII THEODORI.
DE LAVDIBVS STILICONIS. LIBRI. III.
QVARTVS, VVLGOS DE BELLO GETICO.
BELLVM GILDONICVM.
LAVS SERENÆ REGINÆ. Coniugis Stiliconiæ.
EPITHALAMION PALLADII, ET CELERINÆ.
PANEGYRICVS IN. III. CONSVLATVM HONORII. AVG.
PANEGYRICVS IN IV. CONSVLATVM HONORII AVG.
PANEGYRICVS IN VI. CONSVLATVM HONORII AVG.
FESCENNINÆ ODÆ.
LIBER DE NVPTIIS EIVSDEM.
LIBRI. III. DE RAPTV PROSERPINÆ.
GIGANTOMACHIA.
EPISTOLÆ.
EPIGRAMMATA.

LIBRI DVO IN RVFINVM.
LIBRI DVO IN EVTROPIVM.

INCERTI AVCTORIS LAVS HERCVLIS.

ORDINE hoc Libros locavimus, ut Heroum Encomia, Prior pars Poematum Claudiani, priorem locum obtineret, nobilius quippe iſta officium Poeſeos functa eſt, quæ propoſitis commendatisq; exemplis vocat ad imitationem Poſteros. Huic junximus Libros de Raptu, Poematiaq; cætera, ejusdem potiſſima ex parte materia, certè horſum referenda potius quam aliorſum. Poſterior Tomus habeat Vituperia maleficorum hominum, quos ideo perſequitur vates, dirisq; & Satirico ſale devovet exagitatq;, ut abſterreat paribus auſis humanum genus; cujus quidem admonitionem inſtructionemque profitetur utrimque.

CL. CLAUDIANI VITA,

EX

LILII GREGORII GYRALDI
de Latinis Poëtis Dialogo
Quarto.

CL. CLAVDIANVS, Theodoſii & filiorum Arcadii & Honorii temporibus floruit. Patria ei fuit Alexandria Ægyptia. id quod & Suidæ, & aliorum teſtimonio facile cognoſcimus. idem & ſuis ipſe carminibus comprobat, ut cùm cecinit:

& noſtro cognite Nilo.

Quidam tamen inſulſe eum Hiſpanum, alii Florentinum exiſtimavere. Franc. Petrarcha, & Landinus, nulla, ut reor, auctoritate nixi, ut in ejuſmodi re opus erat, Florentinum Claudianum arbi-ntur fuiſſe, patre natũ mercatore, qui ob Italiæ bella, quæ tum forte erant, in Ægyptum ſſit: quo in loco, ducta uxore, Claudianum filium genuit. Quibus & Politianus, amore, uto, regionis, his verſibus aſſentitur:

Aut Peluſiaci miſſum de plebe Canopi,
Pulcra ſuum quem nunc Florentia jactat alumnum,
Gaudentem Stygio dominum junxiſſe marito.

n & Florentinorum olim ſcriba P. Collutius:

Ægypto genitum nova me Florentia civem
Legibus agnovit, magnis jam diva poëtis.
Infernos raptus Cereris pugnasque Deorum,
Cæſareas laudes, nec non Stiliconis honores.

eliqua. Et ex Ægypto illum ſcribit his verſiculis Apollinaris:

Non Peluſiaco ſatus Canopo,
Qui ferrugineos toros mariti,
Et Muſa canit inferos ſuperna.

rentino, viro clariſſimo & inſigni, in litterarum omne genus gratiſſimus fuit. Cujus dem Florentini apud Græcos quædam in re ruſtica leguntur, quæ ab Herone & Conſtano afferuntur. ejus & inter legum ſcriptores non rara mentio. Ad hunc eundem Florentis & Claudiani exſtat elegia, cujus eſt hoc principium:

Otia

Otia ſopitis ageret cum cantibus Orpheus,
Neglectumque diu depoſuiſſet opus.

Non multis abhinc annis, Romæ, in ruinis vetuſtum marmor repertum fuit, quod ſtatuæ Claudiani ſuppoſitum fuiſſe, Pomponius Lætus, aliique viri antiquitatis periti credidere, cum hujuſmodi inſcriptione. Cl. Claudiano V.C. *Cl. Claudiano* V.C. *Tribuno, & notario, inter ceteras ingentes artes prægloriosiſſimo poetarum, licet ad memoriam ſempiternam carmina ab eodem ſcripta ſufficiant, attamen teſtimonii gratia, ob judicii ſui fidem* DD.NN. *Arcadius, & Honorius, feliciſſimi & doctiſſimi Imperatores, Senatu petente, ſtatuam in foro Divi Trajani erigi, collocarique juſſerunt.*

Εἰν ἑνὶ Βιργιλίοιο νόον καὶ μοῦσαν Ὁμήρου,
Κλαυδιανὸν Ῥώμη καὶ βασιλῆες ἔθεσαν.

Cognoſcite quanto in pretio fuerit Claudianus, cum in eo uno & Virgilii mentem, & Homeri Muſam fuiſſe teſtentur doctiſſimi Imperatores. Hujus quidem ſtatuæ & epigrammatis meminit ipſe idem Claudianus, in quadam præfatione, cum inquit:

Sed prior effigiem tribuit ſucceſſus aënam,
Oraque patricius noſtra dicavit honos.
Annuit his Princeps, titulum poſcente Senatu.

& reliqua. Chriſtophorus Landinus Claudianum Chriſtianæ pietati addictum affirmat fuiſſe. illum enim ſcribit, primo quidem tempore diis gentium initiatum, verum mox mutata in melius ſententia, Chriſtianum factum, ob illud videlicet, vt reor, ipſius epigramma ad Chriſtum Deum:

Chriſte potens rerum, redeuntis conditor ævi,
Vox ſummi, ſenſuſque Dei: quem fudit ab alta
Mente Pater, &c.

Idem & alii nonnulli aſſerunt, qui & alia Claudiani poëmata ad Chriſtum aſſerunt, ut illud:

Proles vera Dei, cunctiſque antiquior annis,
Nunc genitus, qui ſemper eras.

Et item alia, quæ paullo ante ſunt in Germania publicata. Sed enim qui eadem ferme Claudiani ætate claruerunt, Aurel. Auguſtinus, & P. Oroſius, id ex toto falſum eſſe docent. Ab illo enim in v. de civitate Dei, Claudianus à Chriſti nomine alienus dicitur: ab hoc in hiſtoriis paganus, ut ejus verbis utar, & quidem pervicaciſſimus: cum quibus & hac in re Paulus Diaconus convenit. Quibus uſque adeò major eſt fides habenda, quam Laudino, & noſtræ tempeſtatis cæteris. Illa etiam ego carmina vel alterius Claudiani putem, vel potius in Chriſtianiſſimi Imperatoris gratiam compoſita, nam & Trebonianus, ſi Suidæ ſtamus, à Chriſti religione alienus, ex Iuſtiniani Imperatoris ſententia in Pandectis, de Chriſto, & Trinitate admiranda ſcripſit. Compoſuit verò multa Claudianus, quæ in manibus habentur, inter quæ & nonnulla Græca, ut Gigantomachiam, ex qua & Græcos verſus legimus, ut hi ſunt, quos Arſenius in ſuis apophthematis adducit; quod argumentum & Latinè tractavit,

avit, vel potius inchoavit. Exſtant & Claudiani in Græcorum epigrammatum volumine, de cryſtallo verſus, quæ de re ejuſdem & Latini leguntur. Exſtat item poëma de Ætna monte, quod an ipſius legitimum ſit, nec probare, nec refellere auſim: ex antiquiſſimo certe, & caſtigato codice, qui Franciſci Petrarchæ fuiſſe creditur, illud ego ipſe exſcripſi. Hæc cum dixiſſem, ratus de Claudiano, haud me plura dicturum, ſic Piſo ait: Iſtius ego poëtæ à prim[is] ſque annis ſtudioſus fui: ejus enim mihi carmen non ſonorum modo, & elegans, ſed & oridum ſemper viſum eſt. Idem dicere velle videbatur puer Picus: cum ego: Nec equidem, uet, ego umquam Claudiani verſus contemſi. ſed cum minime numeros, & liniamenta vaiet, idemque ſit ubique, ab aliquibus eo nomine in ordinem redigitur. At ſi cui forte illius umeri ſatis placent, placeant: ejus certe flacceſcit inventio. Nam cum primo animi impe-u, ut videmus, pulcre materiam apparet, & animoſius feratur, mox tamquam ventus bo-inem deficit, nec principiis ſatis poſtrema reſpondent. Omnino tamen, ut Piſo dicebat, eſt oëta canorus, volubilis, & valde dulcis: ſed certe parum idoneus, dignuſque ut tantopere lum imitari ſtudeatis. Sunt quidem in eo, ſi cum delectu decerpantur, flores, qui mirum ctu eſt, quam vobis prodeſſe poſſint. Sed de his ſatis, ne viribus majora tractemus.

Fuit & alter Claudianus Mamercus Viennenſis, ex Gallia, quem miris laudibus effert [Si]donius Apollinaris. eum enim excelluiſſe ait cum in omni poëtica, tum etiam in omni Phi[lo]ſophia & Theologia. De quo haud mihi in præſentia ſunt vobis plura dicenda, cum, ſi Si[do]nii epiſtolarum librum quartum legeritis, tertiam invenietis totam in laudes ipſius [Cl]audiani eſſe compoſitam: undecimam vero in ejus jam defuncti commendationem, ejuſ[d]e epitaphium. Ejuſdem præterea Gennadius in libro illuſtrium virorum meminit. Legi [e]o hujus Claudiani librum de ſtatu animæ, in quo multa bonæ frugis documenta, ac do-[ctri]næ reconditæ reperi. Sunt & qui ea, quæ de Chriſto carmina leguntur, non prioris Clau[dia]ni, ſed hujus poſterioris eſſe affirment; ea in primis ratione perſuaſi, quod & varius ſit ſtilus, & quod ille, ut diximus, à Chriſtiana pietate fuerit alienus. Doctiorum tamen eſto hæc cenſura. Et huc uſque de utroque Claudiano.

AVCTO-

AUCTORUM VETERUM, SEMI-VETERUM, NONNULLO-RUM DE RECENTIBUS, DE CL. CLAUDIANO TESTIMONIA.

ROMÆ REPERTUM MARMOR ANNO D. D. N. JESU CHRISTI. M CCCC. XCIII. Quod Baſin Statuæ Claudiani fuiſſe Pomponius Lętus, aliiq; Antiquitatis periti cenſuerunt, translatum a. eſt poſtea in humilem quandam domum in thermis Conſtantinianis, ut teſtatur B. Marlianus Romæ ſuæ Libro V. cap. 1. hanc habuit inſcriptionem.

CL. CLAUDIANI. V. C.

CL. CLAUDIANO. V. C. TRIBUNO. ET. NOTARIO. INTER. CÆTERAS. INGENTES. ARTES. PRÆGLORIOSISSIMO. POETARUM. LICET. AD. MEMORIAM. SEMPITERNAM. CARMINA. AB. EODEM. SCRIPTA. SUFFICIANT. ADTAMEN. TESTIMONII. SUI. GRATIA. ET. OB. JUDICII. SUI. FIDEM. DD. NN. ARCADIUS. ET. HONORIUS. FELICISSIMI. ET. DOCTISSIMI. IMPERATORES. SENATU. PETENTE. STATUAM. IN. FORO. DIVI. TRAIANI. ERIGI. COLLOCARIQUE. JUSSERUNT.

Vide Chriſt. Brovveri, viri doctiſſimi, Scholia ad Fortunatum lib. III. Carm. XXI.

AVCTORVM

ΕΙΝ. ΕΝΙ. ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ. ΝΟΟΝ. ΚΑΙ. ΜΟΥϹΑΝ. ΟΜΗΡΟΥ.
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ. ΡΩΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑϹΙΛΕΙϹ. ΕΘΕϹΑΝ.
VIRGILII. MENTEM. MVSAM. VNO. IN. PECTORE. HOMERI.
HIC. STATVVNT. REGES. ROMAQVE. CLAVDIANVM.

Sic in marmore, non Κλαυδιανῷ, fuiſſe, notat Marlianus, in margine ſui Libri, ſua manu.

Vide Adverſar. lib. CLXXI. cap. XX.

Evagrius Hiſtor. Eccleſ. lib. I. cap. XIX.

Ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις Θεοδοσίου ἐπαναστάσεις συχναὶ κατὰ τὴν Εὐρώπην γεγόνασιν, Οὐαλεντιανοῦ Ῥώμης βασιλεύσαντος, ἃς καθεῖλε Θεοδόσιος μεγάλας δυνάμεις ἐκπέμψας στρατῶν. Τότε φασὶ καὶ Κλαυδιανὸν, καὶ Κῦρον, τοὺς ποιητὰς ἀναδειχθῆναι. Κῦρον δὲ καὶ πρὸς τὸν μέγιστον τῶν ὑπάρχων ἀναβῆναι θρόνον, ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς οἱ πρὸ ἡμῶν κεκλήκασι: καὶ τῶν ἑσπερίων ἐξηγήσασθαι δυνάμεων, Καρχηδόνος ὑπὸ Βηνδάλων κατεσχεθείσης, Γιζερίχου τῶν βαρβάρων ἡγουμένου.

ΣΟΥΙΔΑ.

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΣ. ἀλεξανδρεὺς, ἐποποιὸς νεώτερος, γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου, καὶ Ονορίου.

Nicephorus Calliſti, libro. XIV. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. LVII.

Quo tempore etiam Cyrus & Claudianus Poetæ floruere. Cyrum vero fama eſt ſummum etiam Præfecturæ honorem geſſiſſe. Qui præfectus Aulæ anteà dictus erat, & Occidentalium copiarum dux fuerat, Carthagine à Vandalis capta, Genſerico eorum Barbarorum Rege.

Aurelius Auguſtinus de Civitate DEI lib. V. cap. XXVI.

Unde & Poeta Claudianus, quamvis à Chriſti nomine alienus, in eius tamen Laudibus cecinit. *O nimium dilecte* DEO.

Eadem verba uſurpando nobilitat Paullinus Benedictus Petrocorius lib. V. de Vita B. Martini V. DLXXIV.

Paulus Oroſius, lib. V. Hiſtoriarum cap. XXXV.

Quando unus exiis, Poeta quidem eximius, ſed paganus pervicaciſſimus, huiuſmodi verſibus & DEO & homini teſtimonium tulit.

Marcellinus Comes, Chronico.

Hic Eutropius, omnium ſpadonum primus atque ultimus Conſul fuit, de quo Claudianus Poeta ait. Omnia ceſſerunt Eunucho Conſule monſtra.

C. Solliuss

C. Sollius Apollinaris Sidonius ad Felicem.

Non Getulicus hic tibi legetur,
Non Marſus, Pedo, Silius, Tibullus.
Non quod Sulpicia jocus Thalia
Scripſit blandiloquum ſuo Caleno.
Non Perſi rigor, aut lepos PropertI,
Sed nec centimeter Terentianus:
Non Lucilius hic Lucretiuſque eſt,
Non Turnus, Memor, Ennius, Catullus,
Stella & Septimius, Petroniuſque,
Non qui tempore Cæſaris ſecundi
Æterno incoluit Tomos reatu.
Nec qui conſimili deinde caſu
Ad vulgi tenuem ſtrepentis auram
Irati fuit hiſtrionis exſul.
Non Peluſiaco ſatus Canopo.
Qui ferruginei toros mariti
Et muſa canit inferos ſuperna.

Panegyricos non laudat, quos imitatur ut exſcribat pene.

M. Aurelius Caſſiodorus Senator, Chronico.

Hoc tempore Claudianus Poeta inſignis habetur.

Proſper Aquitanus, Chronico.

Anno II. Honorii & Arcadii Claudianus Poeta admiratione dignus habetur.

Proſper Tiro, Chronico.

Olybrio & Probino Coſſ. Claudianus Poeta inſignis habetur.

Proſperi Chronicon vulgare iiſdem Coſſ.

Hoc tempore Claudianus Poeta innotuit.

Ennodius lib. II. Epiſt. VI.

Neſcimus quia quid, qua mente homo legerit quod hac profert deliberatione ſententiam. Maximè cum ſcriptum ſit; *Ipſe patiens vatum princeps Heliconis Iudicis excepit tela ſevera Nata.*

Paullus VVarnefridus Diaconus lib. XII. Hiſtoriarum.

Ad eius laudes ob inſignem victoriam, Poeta quidam eximius; ſed infidelis, inter cætera hos verſiculos cecinit. *O nimium. &c.*

Landulfus Sagax, lib. XIII. Hiſtor.

Ad cuius Laudem ob inſignem victoriam, Poeta quidam, nomine Claudianus, eximius, ſed paganus; inter cætera huiuſmodi teſtimonium homini & DEO cecinit. *O nimium dilecte DEO, &c.*

Eoſdem verſus exprimit verſificator quidam ſemivetus, cuius verſus ponit Joan. Picardus, notis ad Bernardi Claræv. Epiſtolas pag. MM. CC. XVII.

Engelbertus, Abbas Admontenſis in Speculo Virtutum lib. XII. cap. VI. MS.

Vnde & quidam Poeta Claudius, egregiè de hac victoria ſcribens ait: *O nimium dilecte DEO, cui militat æther.*

Sigebertus Gemblacenſis Chronico. Anno CCC. XCI.

Claudianus, gentilis Poeta, Romæ claret.

Otho Friſingenſis lib. IV. *Hiſtor. cap. XIIX.*

Quod etiam quidam ex paganis Poeta, ex virtute DEI factum conſiderans in laudem principis huiuſmodi proſecutus eſt. *O nimium.*

Sedulius, de Rege. cap. XV.

De Theodoſio quidam Eleganter ſic ait: *O nimium dilecte DEO.*

Ioannes Sareſburienſis, lib. IV. Policratici, cap. IV.

Celebre illud verſificatoris egregii, ſenſum & verba Theodoſii Magni exprimentis. *In commune iubes ſi quid. &c.*

Robertus Monachus Chronol. Altiſſiod.

Gulielmus Rhemenſis Epiſcopus, quem nimis reddidere notabilem, & munerum iniuſta acceptio, & prodigialis effuſio, ita ut illud ei poſſit Claudiani non incongruenter aptari. Idem: De hac victoria ſic loquitur Claudianus, Poeta quidem eximius, ſed paganus. *O nimium. &c.*

Hermannus Contractus, Chronico.

Claudianus Poeta clarus habetur.

Auctor Expeditionis Barbaroſſæ, coævus.

O ſcelus inauditum; ô immanis perfidia: Revera juxta illud Claudiani. *Edidicit ſimulare fidem, ſenſuſque minaces Protegere.*

Poeta Vetus, Raptum Proſerpinæ explens.

——— licet accola Nili
Muſarum Antiſtes ſua per veſtigia ductum
Indignetur opus. ———

Floren-

Florentius VVigornienſis. Chronico.

Olybrius Vrbis Conſul: Claudianus Poeta inſignis habetur.

Suppletor Matthæi Pariſii,in Anno M. CC. LII.

Cum in ſe tenebroſus ſit, qui Rex appellatur, qualiter illuminabit obfuſcatos? Vnde Statius:tunc omnia jure tenebis cum poteris Rex eſſe tui: ſunt verba Claudiani.

Matthæus VVeſtmonaſterienſis. Floribus Hiſtoriarum.

Anno Gratiæ. c c c c. Rufinus, Magiſter Orientalis Militiæ,Imperii cupiditate fractus,ſtudioque principandi rebellans, à Stilicone,Militiæ Occidentalis Magiſtro perimitur: De cuius interitu Claudianus, Poeta eximius, ſic ait.

Idem *Matthæus* nomine citat Claudianum in Anno M. LXVI.

Albertus Stadenſis, Chronico.

Arcadius Orientem,Honorius obtinuit Occidentem. Claudianus & Prudentius claruerunt.

Auctor Libri qui inſcribitur Communiloquium,pag. LXXV.

De hoc Claudianus egregiè, alloquens Theodoſium, Tu licet extremos.

Gobelinus Perſona, AEtate VI. *cap.* XX.

Beatus Auguſtinus regulam & Ordinem Canonicorum Regularium inſtituit,eo tempore Claudianus Poeta floruit.

Phil. Galterus lib. V. *Alexand.*

Tota ducum ſeries,vel quos Hiſpana Poeſis
Grandiloquo modulata ſtilo; vel Claudius altis
Verſibus inſignit,reſpectu Principis huius
Plebs erit; ut pigeat tanto ſplendore Lucanum
Cæſareum cecini ſſe melos,Romæque ruinam,
Et Macedum claris ſuccumbat Honorius armis.

Conradus à Liechtenavv, Abbas Vrſpergenſis in Chronico.

Ad laudem vero Theodoſii ob inſignem victoriam,Poeta quidam inſignis (ſic M.S) nomine Claudianus, ſed paganus, inter cætera huiuſmodi verſibus DEO & homini teſtimonium cecinit.

Iacobus Caſollius Comment. de Ludo Stachorum MS. lib. III.

Vir fortis & ſapiens non debet è vita fugere,ſed exire: Unde Claudianus.
—— *quicquid liquidus complectitur æther.*

Idem. Eodem libro.

Claudianus in maiori volumine. --------*potius eſt ſervaſſe quæſitum quam quæſiſſe novum.*

Nic. Clemangius Epiſt. XXXV.

Ruinam ſibi quærunt, qui grandia quærunt, juxta verbum Claudiani, *Tolluntur in altum.* &c.

Idem de Lapſu Juſtitiæ, cap. XVII. Poeta non ignobilis Claudianus.

Marinus Sanutus lib. III. *Secretorum Fidel. Crucis. Part.* XV. *cap.* XVII.

Talis eſſe debet Rex Hieruſalem ut populus Chriſtianus inibi merito & numero augeatur. Nam, ut pulcrè ait Anticlaudius (Claudianus) ----*componitur Orbis Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus Humanos edicta valent, quam vita regentis.*

Idem cap. XX.

A regimine igitur ſui diſcat Rex regere ſubditos univerſos, dicente Ethnico Claudiano ------ *Si metuis ſi plura cupis, ſi duceris ira. Si vitii patiere iugum, tolerabis iniquas Interius leges: Tunc omnia jure tenebis. Cum poteris Rex eſſe tui.*

Bernardinus de Buſtis. Serm. XXVII.

Ubi nunc Homeri, Virgilii, Lucani, Juvenalis, Horatii, Martialis, Perſij, Terentij, Tibulli, Catulli, *Statii*, Claudiani, Prudentii, Sedulii, Lucretii, Menandri * Achateſii & Felicis *atque* Aratoris carminum diſciplina?

Iacobus Philippus Bergomenſis, Lib. Nono Chronicorum.

Claudianus Poeta, Natione Ægyptius his temporibus apud Florentiam Etruriæ Urbem in pretio exiſtens, duos libros, Claudianum ſcilicet majorem & minorem edidit: in quibus certè multæ exſtant Sententiæ celebres, ac notabilia Proverbia. Librum quoque de Theodoſii Laudibus verſibus exaratum confecit.

Hartmannus Schedelius, Chronico.

Claudianus Poeta, natione Ægyptius, his temporibus apud Florentiam; Etruriæ Urbem, in pretio exiſtens, duos libros. Claudianum ſcilicet maiorem & minorem edidit: in quibus certè multæ exſtant ſententiæ celebres, & notabilia proverbia; Librum quoque de Theodoſii Laudibus verſibus exaratum ferunt. In eius item Laudem Claudiani Poetæ carmine exſtant. *O nimium dilecte DEO. &c.*

VVernerus Rolevinkius, Faſciculo Temporum.

AEtate Sexta.

Claudius Poeta Romæ veneratur.

Blondus Flavius, Hiſtoriar. lib. I.

Civile illud Bellum Claudiani litteris celebratum.

Idem Romæ Triumfantis lib. VII. pag 152. Eugenium tyrannum ſuperavit, quod eius hiſtoriæ celebrator Claudianus Poeta, & ipſe Hiſpanus genere, apud Florentiam Italiæ habitator, his verſibus indicat. *O nimium.*

Fallitur Blondus magnopere.

Ioannes Bocatius, lib. XIV. *Geneal. cap.* XIX.

Heliodum, Euripidem, Statium, Claudianum, conſpicuos vates.

Idem. lib. I. cap. I. Eiuſdem Operis.

Suavi ſtilo atque accurata & explicata Oratione Claudianus deſcribit, quid ſit æternitas.

Leonardus Aretinus, lib. VII. *Epiſt.*

Non minus verè quam eleganter Claudianus.

Eodem. Idem.

CLaudianus Poeta cui multum tribuo. Et Mox: Ego Claudiano aſſentior, qui & doctiſſimus in Hiſtoria fuit, Græcæq; linguæ peritiſſimus, Mediolani quoque verſatus; utpote qui ſub Honorio Aulicus fuerit & miles.

Angelus Decembrius, de Politia Litterarum

Libro. I.

Celebrantur & Catullus, Martialis, Propertius, Claudianus uterque. Cuius minus opus de Raptu Proſerpinæ non iniucundum.

Auguſtinus Dathus. lib. X. *de Immortalitate Animæ.*

Claudianus hos elegantiſſimos verſus de infernis edidit.

Idem. Lectionibus Virgilianis.

Inſignis Poeta, Claudianus.

Ioan. Iovianus Pontanus de Principe.

Prudentiſſimè Claudianus *componitur Orbis Regis ad exemplum.*

Idem in Actio Dialogo.

Ponam verſus aliquot è Proſerpina Claudiani, Poetæ tum ſummi quidem ſtudii, tum magni etiam exercitatique ingenii.

Phil. Beroaldus in Principe.

Claudianus, luculentus Poeta.

M. Anto-

M. Antonius Sabellicus Ennead. VII. *Hiſtor. Libro.* IX.

Claudianus Poeta Ægyptius, cuius hodiè Poemata exſtant, multa & varia, nitidus & ferax in ſententiis, maiorque inventione, quam figura carminis. Sic quoque talis, ut ſi in recentiorum numerum ponas, ſit haud dubiè primus, & veterum ultimus.

Raphael Volaterranus Lib. XXIII. *Comment. Vrb.*

Stiliconis Res geſtæ familiaris eius Claudiani verſibus ornantur.

P. Crinitus lib. V. *de Poetis.*

Claudius Claudianus, inſignis Poeta: Ingenio eleganti fuit, maximeque apto ad carmen componendum. Nam & aſſurgit feliciter, variiſque figuris & ſententiis mirificè delectat: ut videatur à natura ipſa factus ad Poeticam facultatem.

I. Baptiſta Pius, Annot. Poſt. cap. XXIII.

Claudianus, utriuſque linguæ conſultiſſimus.

I. Pierius Valerianus ad IV. *Georgic.*

Claudianus, Poeta luculentiſſimus.

I. Baptiſta Egnatius in Vita Theodoſij Magni.

Militante illi æthere, & coniuratis in auxilium eius ventis, ut Poeta eleganter cecinit victoriam eſt inſignem adeptus.

Ioachimus Vadianus, Catecheſi Geograph.

Jam Raptus Proſerpinæ adeo inſignibus montium, Urbium, lacuum, amnium, locis refertus eſt, ut piaculum mihi videatur, ſi quis, Geographiæ expers, tam eruditum Poema evolvat.

Ibidem.

Quem alium quam Geographum Claudianum dixeris? Tranſeo Encomia in Stiliconem, ob hoc maximè erudita, quod locis Geographia explicandis referta ſunt.

Idem Libro de Poetica.

Hos ſecuti magna laude ſed non pari gratia æſtimantur Claudianus Alexandrinus, Calpurnius, Nemeſianus Avienus, Auſonius, &c.

Uberiorum plenamque laudem ex Vadiani æſtimatione infra reperies.

Lud. Vives de Tradendis Diſciplinis
Libro. III.

Auſonius Gallus, ubique argutus & excitans: nec lectorem ſinit dormitare. Claudianus melior & ingenii ac Spiritus plane Poetici.

Idem,

Idem. Commentario ad Auguſtinum de Civit. DEI lib. V. cap. XXVI.

CLaudianus,) Hunc Ægyptium fuiſſe vulgatior fama eſt. Et ſic tradit Poſſidonius; qui fuit eius familiaris, non Philoſophus ille Rhodius, ſed præſul quidam Afer. Ad carmen natus fuit, quod elegantiſſimè ſcripſit: Poetico vir ingenio, & ad ſuperſtitionem propenſior. Tametſi de Chriſto exſtet carmen eius nomini inſcriptum. Quod credo ab eo in Honorii gratiam compoſitum, ut fuit aſſentator maximus.

Gaudentius Merula lib. I. de Antiquitatibus Galliæ Ciſalpinæ, cap. III.

Claudianus, Poeta celeberrimus. Aliud ponitur infr.

Idem, lib. II. cap. XIII.

Quanta ſit harum Alpium altitudo, mira ingenii ubertate Claudianus his verſibus expreſſit. Aliud infr.

Ioannes Cuſpinianus, Theodoſio.

Poeta Claudianus, non minus verè quam eleganter canit.

Ibidem.

Omnia eleganter Claudianus perſequitur.

Idem in Arcadio & Honorio.

Scripſit hoc bellum Poetice & eleganter Claudianus.

Vdalricus Zaſius IC. ad cap. II. de Orig. Iuris.

Quam totam rem Claudianus ad Honorium elegantiſſimo, immò aureo Carmine complexus eſt. Quam benè haberet ſi celeberrima huiuſmodi carmina, divino ingenio ſcripta, principibus Romanis tam operoſè ingererentur.

Angelus Politianus, Nutritia.

Aut Peluſiaci miſſum de plebe Canopi,
Pulcra ſuum quem nunc Florentia jactat alumnum,
Gaudentem Stygio Dominam junxiſſe tyranno,
Magnanimique vagos Ducis oſtentare labores.

Beliſarius, Neritinorum Princeps, de ſingulari Certamine. pag. CLXXVII.

Nihil indignius eſt, quam poſt acquiſitam Victoriam, quaſi poſt obductam cicatricem, vulnera refricare, nihilque dignius quam clementia uti. Quare appoſitiſſimè à Claudiano dictum eſt, nam cum vincamus in omni Munere, ſola Deos æquat Clementia nobis.

Pierius Collutius, voce Claudiani.

Ægypto genitum nova me florentia civem
Legibus agnovit; magnis jam digna Poetis.

Conradus Geſnerus, Bibliotheca.

Claudianus, inſignis Poeta.

Ioſ. Simlerus Bibliotheca.

Cl. Claudianus, Poeta inſignis.

Hieron. Cagnolus, lib. de Principe.

Eſt idcirco ad benè recteque regendum & gubernandum, ſalubris & aureis ſignanda litteris Claudiani ad Honorium admonitio.

Petrus Faber, Comm. de Iuſtitia & Iure.

Id autem non meo tantum, ſed, Poetæ Clariſſimi Claudiani, judicio.

Idem, de Origine Iuris.

Elegans & Politus Poeta, Claudianus.

Idem ad Regulas Iuris, cap. XLVIII.

Eleganter alicubi cecinit Claudianus *quem ratio non ira movet.*

Idem denuò Lib. de Origin. Iuris pag. LXIII.

Eodem ſpectant pulcerrimi & Antiquitatis refertiſſimi verſus qui apud Claudianum exſtant.

Alexander Graphæus.

Paratonij cedro digniſſima vatis Carmina:

Franc. Aſulanus, præf. Edit. Aldinæ.

Ea fuit Claudiani virtus, is ſpiritus, ut in quamcunque partem ſe verteret, ſummus & excellens exſiſteret Poeta: Ita eſt aliquando feſtivus, ita concinnus, ita elegans; nihil ut fieri poſſit argutius; ita vero aliquando inſurgit, & artificioſa verborum concluſione carmen explicat, nihil ut ſit magnificentius.

Nicol. Erythræus, Proleg. Virgil.

Poeta non ignobilis, Claudianus.

Beatus Rhenanus lib. 1. German.

Cultiſſimus Poeta Claudius Claudianus.

Idem, Eodem.

Alpeſtrem Rhetiam elegantiſſime deſcribit Cl. Claudianus.

Henr. Glareanus ad Sextum Cæſaris.

Cl. Claudianus, inſignis Poeta.

Georg. Bucananus de Reg. Iure Scotiæ.

Claudianus Poeta ſummo ingenio ſummaque doctrina præditus.

TESTIMONIA.

Iul. Caſar Scaliger Poet. lib. VI.

Maximus Poeta Claudianus, ſolo argumento ignobiliore oppreſſus, addit de ingenio quantum deeſt materiæ. Felix in eo calor, cultus non inviſus, temperatum judicium, dictio candida, numeri non affectati, acutè dicta multa ſine ambitione.

Idem Lib. V *.cap.* VI.

Quam palmam ſicut de Homero tulit ille: ita de eo Claudianus. Cuius verba cum perpenderimus inveniemus noſtros nullis numeris, nullis apparatibus cedere Græcorum inventioni.

Ioſephus Scaliger, in AEtnam.

Claudianus, eruditiſſimo carmine ad Mallium. De Fratribus Catanæis. Claudianus, qui eos elegantiſſimo carmine celebravit.

Idem Scaliger ad Tibulli librum II.

Claudianus primo in Eutropium. Lege reliqua quæ divinitus dicta hunc locum illuſtrant.

Idem ad Manil. lib. V.

Claudianus pulcrè his verſibus deſignavit.

Iſaacus Caſaubonus ad Perſium.

Claudianus, Poeta facundiſſimus.

Idem ad Lib. VI. *Strabonis.*

Claudianus, Poeta perelegans.

Idem ad lib. II. *Suetonii.*

Elegantiſſimè Poeta Claudianus.

Idem ad Stephanum Claverium.

Μάντις, ἴδου, μάντιν, καὶ σοφὸς εὗρε σοφόν,
Τοῦ μὲν γὰρ γλυκίων μέλιτος ῥέει αὐδὴ ἀοιδοῦ,
Φέγγει δ' ἡ τούτου πουλυμαθημοσύνη.

Hugo Grotius, Præfat. Poematum.

Agnoſco me ipſe alibi Lucani Spiritu plenum, interdum Manilij pluſquam ſatis eſt eſſe ſtudioſum: Nonnumquam caſtigatius aliquid ad Statij & Claudiani inſtar conantem.

Iuſtus Lipſius, Admirand. lib. I. *cap.* II.

Habes pleraque verſibus iis ab alto & animoſo Poeta, talis fuit Claudianus, inſerta.

Idem lib. XV. *c.* XII. *Admirand.*

Claudianus, magnificè. O verba & res pulcra. Et poteſtne maior eſſe voluptas aut commoditas.

M. Antonius Muretus. Orat.

Optimus ævi ſui Poeta, Claudianus.

Idem ad Propertium lib. III. *Eleg.* IX.

Quod ſi quis Claudiani auctoritatem levem ac deſpiciendam putat, valde ille à me diſſentit.

Conr. Ritterhuſius, ad Oppiani Alieut. I.

Magnus Poeta, Claudianus.

Adrianus Iunius Animadv. lib. I. *cap.* VI.

Recondito & minimè vulgari uſu verborum gaudet Claudianus.

Idem lib. de Coma. cap. VII.

Officium pectinis eleganter his verſibus expreſſit Claudianus fœminarum curioſam diligentiam commode reddens.

Deſid. Heraldus, ad lib. I. *Arnobij.*

Politus ſcriptor, Claudianus.

I. *Secundus. lib.* III. *Eleg.* XVI.

Aut legere infeſtas qui Cæſaris intonat iras,
Et deflet Magni colla reſecta Ducis.
Quin & Claudiani doctas evolvere cartas,
Hic Reges etiam, nec minus arma canit.

Franciſcus Modius Novantiq. Epiſt. XXXV.

Ingenioſus & terſus Poeta, Claudianus.

Frid. Lindebrogius, ad Catalecta.

Claudianus, Poeta Elegantiſſimus.

Idem ad Ammianum lib. XIV.

Lectiſſimis verſibus, Claudianus.

I. *Durantius, Variar. lib.* I. *cap.* II.

Diſſertiſſimus Poeta Claudianus.

Lud. Carrio Antiq. Lect. lib. II. *cap.* VII.

Doctus Poeta, Claudianus.

Nicod. Friſchlinus, præf. in Callimachum.

Graviſſimus Poeta Claudianus. Sic &. M. A. DELRIUS.

Vincen-

Vincentius Contarenus, Variar. cap. XXX.

Claudianus, Poeta bonus & grandis.

Ioannes Funccius, Chronologia.

Scripſit hoc bellum Poeticè & eleganter Claudianus.

Abr. Bucholcerus, Chronologia.

Hoc tempore vixit Claudianus Poeta, qui horum temporum hiſtoriam accuratè & eleganter deſcripſit.

Martinus Antonius Delrio. præfat. Not.

Claudianus Poeta graviſſimus, cui nihil ad ſummam laudem præter materiam ipſam, defuit, quæ ad utiliſſimam illam poſteriorum temporum hiſtoriam pertinet; & quo nullus Poetarum plura continet ad jus Romanum pertinentia. &c. Præfatione Notarum. Infra plura.

Paulus Eberus, Kalendario Hiſtorico de Rufino.

Ad portam Orbis à militibns circumdatus & occiſus pœnas luit immanium ſcelerum; quæ duobus eruditis Libris Claudianus Poeta expoſuit.

Petrus Roverius notis ad Panegyricum ſuum.

Claudianus præclariſſimè hanc Fortunæ Reducis & Virtutis ſeu Magnanimitatis ſocietatem expreſſit, Panegyrico ad Mallium.

Fr. Balduinus Prolegomenis in Optatum.

Claudianus Elegantiſſimis verſibus deſcribit Gildonem in Africa tyrannum & Latronem.

Idem Lib. II. *de Hiſtoria:*

Tenet illud Opt. Max. Imperatoris Theodoſij ad filium Honorium, quod Claudianus eleganter expreſſit, præceptum.

Joan. Iſacius Pontanus Originum Francicarum, lib. 1. *cap.* 1.

Claudianus, ut ſolet, elegantiſſimè extulerat.

Libro eodem. cap. III.

Tetigit Magnifice atque eleganter Claudianus, Enthico quodam œſtro.

Idem ad Macrobium lib. 1. *cap.* XIX.

Saturn. Omnium diſertiſſimè Claudianus.

Joann. Bernartius ad Boethium lib. II. *Conſol.*

Claudianus, his aureolis verſibus, quos merito recitabo.

Carolus Paſchalius, lib. x. de Coronis, cap. XXI.

Claudianus, in his præclariſſimis verſibus.

Idem lib. IX. *cap.* IX.

Claudianus, in his propè gemmeis verſibus.

Andr. Schottus lib. I. *cap.* XXII. *Nod. Ciceronis.*

Claudianus. Venuſtus Poeta.

Joann. Savaronius, ad Carmen. IX. *Sidonij.*

Proſerpinæ Raptum Claudianus tribus elegantiſſimis Libris deſcripſit.

Idem ad Lib. II. *Epiſt.* I.

Claudianus, elegans ſcriptor.

Ludovicus Nonnius, Hiſpaniæ cap. V.

Animoſus Poeta, Claudianus.

Idem cap. LIII.

Claudianus, elegans Poeta.

Julius Cæſar Bulengerus de Imperatore, lib. I. *c.* I.

Egregiè Claudianus, de Veteri Roma.

Ibidem.

Quod à Claudiano graphicè pingitur.

Claudius Dauſqueus ad librum. XIV. *Silii Italici.*

Claudiani exquiſita in huius miraculi narratu diſertitudo. *Vide Mox.*

Juſtus Zinzerlingus, Promulſidis cap. XLIX.

Elegantiſſimus Poeta.

Idem.

Lenocinium Eutropij pulcerrimè & exquiſitiſſimis verbis depingit Claudianus.

Stephanus Claverius Proleg. in Perſium.

Aquinas Poeta & Claudianus, qui ſe ubivis humo tollunt. Alia ejuſdem infra.

Idem ad Satiram Primam.

Magnus Claudianus.

M. Anton. Delrio ad Solini caput. XI.

Claudianus, inſignis Poeta.

Jac.

TESTIMONIA.

Iac. Sirmondus ad Sidonium. Paneg. Anthem.

Illa pax eſt quam Stilico compoſuit, eleganter & copioſe deſcribit Claudianus.

Iac. Omphalius de Propugnat. Reipubl. Chriſtianæ.

Perſuaſit hoc prudentiſſimè Imperatori Theodoſio Claudianus.

Chriſtoph. Mylæus, Hiſtoriar. lib. v.

His extremis Temporibus Claudianus Varia imprimis & docta Poemata dedit, cui Honorius & Arcadius cum honorifica inſcriptione ſtatuam erexerunt.

Ioannes Langus, ad Nicephorum lib. XII. *cap.* XXXIX.

Hoc prælium Claudianus Poeta Panegyricè ad Honorium recens Imperatorem renunciatum pulcerrimis carminibus eſt complexus.

Cyprianus Popma ad Henricum Mediolanenſem. p. 76.

Venuſto Carmine oſtendit Claudianus.

Iacobus Gothofredus, præfat. de Paganis.

Potiſſimi gentilium ſcriptores, Themeſtius, Pacatij, Symmachus, Claudianus.

Idem ad eum Titulum Cod. Theod. LXV.

Claudianus teſtis locupletiſſimus.

Gaſp. Gevartius Elect. lib. II. *cap.* VII.

Claudianus in Elegantiſſimo illo ac eruditiſſimo de Flavij Manlij Theodoſi Conſulatu Panegyrico.

Euſtathius Swartius, Analect. lib. I. *cap.* XIII.

Laudatiſſimus Poeta Claudianus; cujus ingenium & Eloquentia licet ævo inciderint jam procliviori in vitium, nomini tamen ab ipſo Auguſtæo ævo, puritate, candore, & Magnificentia Sermonis ceſſurus eſt.

Chriſt. Brovverus ad Fortunati Lib. III. *Carm.* XXI.

Ingenium eruditiſſimum Claudiani.

Franc. Iuretus ad Symmachum lib. III. *Epiſt.* XLVII.

Eutropius, in quem altè detonuit Claudianus.

Claud.

Claud. Dauſqueius ad lib. IX. *Silii.*

Claudianus, præfatione in III. Conſul. Honorii γλαφυρώτατα id cecinit.

Idem ad Librum XII.

Felici Carmine Claudianus effunditur in Laudes Aponi. *Vide ſuprà.*

Ludovicus Creſollius Theatri Sophiſt. lib. I. *cap.* XV.

Rem Poetica venuſtate Claudianus expreſſit. Plura infra.

Scipio Gentilis, lib. I. *de Coniurationibus.*

Stilico, Ruffinus, Gaines, Excitaverunt Vandalos in Romani Imperij provincias, Tyrannidis ſibi parandæ cauſſa. Claudianus Eleganter. Libro I. in Rufinum. Impius ille Proditor Imperij.

Reinerus Reineccius Comment. Orig. Saxonic.

Appoſitè & præclarè Claudianus.

Lilius Greg. Gyraldus, Dialog. XXIII.

Claudiani Liber tum amicis legebatur, cum fortè incidimus in carmina illa quæ mira facilitate res vulgo non protritas continent.

Stephanus Pighius Hercule Prodicio.

Conſtat T. Livium. Q. Horatium, Statium Papinium, Claudium Claudianum, Poetas celebres; Annæum Senecam Philoſophum, aliosque infinitos qui ingenio ſcriptiſq; ſuis præclaris nomen ſibi pepererunt, immortale, ſæpius Neapolim ſtudiorum cauſſa conceſſiſſe.

Marcus Velſerus, lib. VI. *Rerum Auguſtan.*

Claudianus elegantiſſimis verſibus expreſſit. Infra plura.

Georgius Sabinus, ad lib. IX. *Metam. Ovidian.*

Quam humanæ mentis cogitationem Poeta Claudianus eruditè complexus eſt.

Joannes Borcholtius Comment. ad Inſtitut. Juſtin.

Huc pertinent elegantiſſimi & Antiquitatis pleni verſus Claudiani in Quartum Conſulatum Honorij.

Alphonſus Danſius, ad Eliſabetham Regin. Angliæ.

Ab vena friget, ſin benigna deſuper
Faves, foveſque non minorum gratium
Me fama vatem, ſed Maronis æmulum
Sed Claudiani nuncupabit aſſeclam.

Theod.

Theod. Sitzmanus ad Boethium lib. IV. *Carm.* VII.

Claudianus, rotundiſſimo iſto Epigrammate.

Horatius Turſellinus, lib. V. Epit. Hiſtor.

Honorij Principatus illuſtribus Poetis floruit; Claudiano, Prudentiô, Sedulio, Paullino, qui deinde Nolanus Sanctimonia inſignis exſtitit.

Joachimus Vadianus, ad Melæ lib. I. *cap.* IX.

Eleganter & bellè Claudianus. Plura ſupra. Et mox.

Albericus Gentilis; ſi quis Imp. Maledixerit. pag. XII.

Theodoſium, cujus hæc eſt conſtitutio, laudant ſcriptores omnes, Ambroſius, etiam funebri Oratione. Etiam Poeta quidem eximius, ſed paganus pervicaciſſimus, Claudianus. *Ex Auguſtino & Oroſio.*

Idem ad L. Jul. *Majeſtat.*

Claudianus acutiſſimè conceſſam vita dolori. V. Rufin.

Franciſcus Bencius.

Hic eſt Claudius ille Claudianus,
Vrbs quam Virgilio parem probavit.

J*oachimus Vadianus, in Editionem Camertis.*

Vates Claudius optimus diſertus,
Clarus Niliacis alumnus oris.
Vates multijugæ eruditionis,
Et poſt Virgilium mihi ſecundus.
Succinctus, Lepidus, politus, acer,
Vt res fert celeri potens Minerva.
Et ſenſis Sophiæ haud malis refertus,
Dignus quem juvenes cnant ſeneſque,
Divinus quibus eſt amatus auctor. Plura infra.

J*oannes Camers.*

Exornant hunc Poetam inter cætera facunda & exquiſita Elegantia, Variæ locorum ac rerum deſcriptiones, Artificioſæ Orationes, Aptiſſimæ comparationes, Hiſtoriarum Nobilium frequens commemoratio, Multiplices ex intimo Philoſophiæ ſumptæ, ſententiæ. Hujus igitur Poema ab omnibus his convenit legi, qui quid ſit pulcrum, quid turpe, quid non, Plenius & melius Chryſippo & Crantore dicit.

Petrus de Mexia, Eques Hiſpanus, Vita Theodoſii.

Floreciò Paulo Oroſio, excelente Hiſtoriador, y Prudentio Poeta Chriſtiano, y Claudiano, ſingular Poeta, aunque infiel, Ægyptio de nacion.

Gul. Godelevaus ad Livii lib. I.

Claudianus ad Honorium elegantiſſimè ſcribit.

Stanislaus Kobierzykius de Luxu Romanorum lib. II. *cap.* III.

Claudianus in carmine elegantiſſimo quo Eutropium Eunuchum Conſulem exagitat.

Idem eodem Libro cap. VI.

Feliciſſimi caloris Poeta, Claudianus.

Lib. I. *cap.* I.

Animoſus & ingenioſiſſimus Poeta.

Lib. II. *cap.* I.

Maximus Poeta Claudianus.

Lib. II. *cap.* VI.

Feliciſſimi caloris Poeta, Claudianus.

Stephanus Claverius ad Martialis Spectacul. Epigramm. XXVI.

Claudianus, nullius prope rei inſcius. Aliud eiuſdem infra & ſupra.

Ioan. Iſacius Pontanus ad Macrobium Saturnal. lib. I. *cap.* XIX.

Statius, Tertullianus, ſed omnium diſertiſſimè Claudianus de Laudibus Stiliconis.

Ioannes Heringius, de Fame, Annona, Dardanariis, &c. num. CLXVII.

Altiſſimæ reconditæque Prudentiæ Poeta, Claudianus.

Idem de Malend. cap. II.

Poeta nulli ſecundus Claudianus.

Frid. VVendelinus, de Nilo. cap. IV.

Audiamus Claudianum, ſuaviſſimè canentem.

Ange-

Angelus Roccha in Bibliotheca Vaticana.

Cl. Claudianus Poeta inſignis,aptus & facilis fuit ad carmen componendum variis figuris & ſententiis plenum.

Ioan. Gebhardus ad Propertii lib. II. *El.* XXII.

Intellexit hoc Claudianus, Naturæ, Legum, Militiæ, ſcientiſſimus vates.

Idem ad lib. I. *Eleg.* XV.

Imitatus eſt facundiſſimus Claudianus: ſed quantâ ubertate, quanto ſplendore! infra alia.

Ioſ. Ant. Gonſalius ad Petronium.

Nec aliud Claudianus voluit, ubi eleganter inquiit. *Speculi nec vultus egebat Iudicio.*

Ibidem.

Multis indicat Claudianus. Lib. 3. Stilicon. cujus & elegans illa clauſula eſt.

—— *Exſanguis dextera torpet*
Remigis, & proprium metuebat Navita mercem.

Eodem Opere.

Sic Elegantiſſimi Venus hoc Mariæ dedit, novæ Nuptæ Honorij, ejus Formam extollens apud Claudianum hiſce verbis.

CL. Salmaſius Præfatione in Exercitationes Plinianas.

CLaudianus domo Alexandrinus, Poeta utraque Lingua celebris.

Ioannes Grialius Notis in Iſidori Originum lib. III. *cap.* XXI.

De Organis vulgaribus exſtant pulcerrimi verſus apud Claudianum in Libro de Manlij Theodori Conſulatu.

Leonardus Coquaus. Commentar. ad Auguſtin. Civ. Dei lib. V. *cap.* XXVI.

Claudianus prælium Theodoſij contra Eugenium, & inſignem victoriam de eo reportatam pulcerrimis verſibus ad Honorium, recens Imperatorem renunciatum, complexus eſt.

Henricus VVangnereccius ad D. Auguſtini Confeſſ. lib. I. *cap.* XVI.

Etſi enim in laſcivis Poetis verba Latina, velut vaſa electa atque pretioſa in ſtercore multæque ingenij & eruditionis gemmæ lateant, numquam tamen permiſerim incauto juveni, ut cum periculo pudoris iſta tangat. Evolvat prius Ciceronem, Cæſarem, Livium, Curtium, Salluſtium, Florum, Æmilium Probum, Virgilium, Senecam, Statium, Claudianum, Ovidium, Martialem, Horatium, ab obſcuritate purgatos, & hos ſimileſque in ſuccum ſuum redigat, &c.

Andreas Schottus Comment. in Auctorem de viris Illuſtribus, cap. XXIX.

Quod enim Euſthatium & Propertium advocant, non me movent. Nihil enim convincit. Claudiani auctoritatem opponam, qui ſic in Eutropium.

Ioan. Aventinus lib. II. *Annal. Boior.*

Quemadmodum quoque docet Claudianus Alexandrinus, vates doctiſſimus.

Idem eiuſdem Operis libro Eod.

Claudianus eleganter ad Honorium de hoc bello ita ſcribit:

Barbarus Heſperias, &c.

Idem lib. II. *Eodem.*

Contigere huic ſeculo præclariſſima ingenia, Gregorius Naz. Greg. Nyſſenus. &c. Claudianus Poeta, Prudentius Poeta. Auſonius Poeta.

Iac. Omphalius. lib. VIII. *de Vſurpatione Legum, cap.* IX.

Claudianus in eleganti illo carmine ad Theodoſium.

Levinus Lemnius, de Miracul. Naturæ, lib. II. *cap.* XXXI.

Venuſto hoc carmine demonſtrat Claudianus.

Nic. Loſtalius pag. 180.

Libri Gallici, qui L'Avent Victorieux inſcribitur. Seneca, nec minus eleganter Claudianus. *Ipſa idem virtus pretium ſibi.*

Nicol. Gerbelius lib. II. *Græciæ.*

Cum hac Athenæi ſententia congruit egregius Poeta, Claudianus.

Idem

TESTIMONIA.

Idem Libro V.*de Parnaſſo Monte.*

Finxerunt Poetæ in totius Orbis modis ſitum eſſe, quod Claudianus Poeta verè poeticè his luculentiſſimis verſibus expoſuit.

Eodem Libro.

Quod Claudianus in Laudibus Serenæ breviter & admodum venuſtè complexus eſt.

Chr. Brovverus ad lib. III.*Fortunati. Carm.* XXI.

Non abſimile de Claudiano prodidit Volaterranus, argumento veteris inſcriptionis ſua memoria repertæ, fidem meritus; qua CLAUDIANO SCRIPTIS LICET SUIS COMMENDATISSIMO, attamen teſtimonij gratia ob judicij fidem. DD. NN. Arcadius & Honorius Feliciſſimi & doctiſſimi Imperatores, ſtatuam in foro D. Traiani erigi collocarique juſſerunt.

Ioan. Gebhardus Curar. Iuv. lib. I.*cap.* XVII.

Facundiſſimus Claudianus. Diſertiſſimus ac nitidiſſimus Poeta Claudianus. Alia ſupra.

Gaudentius Merula, Antiq. Gall. Ciſalp. lib. I.*c.* IV.

Quiſque mediocriter eruditus perſuaſerit ſibi tantum Poetam, Claudianum, vel gravem aliquem auctorem ſecutum, vel famæ perſeverantis, quæ plerumque vim teſtimonij habet, opinionem: Aliud ſupra.

Paulus Iovius in deſcriptione Lacus Larii.

Has Aduæ rupes Claudianus Poeta, cum Stiliconem adverſus Gothos armato exercitu in Germaniam penetrantem, celebraret, jucundiſſimè deſcripſit his verſibus.

Franciſcus Patritius lib. III. *de Inſt. Princip.* *cap.* VIII.

Hujus rei rationes Claudianus non ignobilis Poeta aperit, cum de ea aliter liqueretur. Ait enim. *Conſulit ardentes radios, &c.*

Diodorus Tuldenus lib. III.*de Cognitione Sui.*

Eruditè, ut ſolet, in Stiliconis Laudibus Claudianus.

Idem lib. I.*cap.* XI.

Rectè, & pro Philoſopho, ut ſolet, ſublimis ille vates, Claudianus,

neminem invenire virtutem affirmat. *Qui non cognoverit antè*
Semet, & incertos animi placaverit æſtus.

AEmilius Portus dedicatione Thucydidis.
Idem lib. 1. cap. XI.

Claudianus ad Honorium Auguſtum præclarè ſcribit.
Lud. de La Cerda. Adverſar. cap. CXII.

Vide Claudianum elegantiſſimè Funambulam deſcribentem.
Ioachimus Vadianus Libro ad Fratrem de Poetica, cap. XXIX.

Claudianum adeo diverſa à Manlio ſententia tenuit ut nulli propè rei in phraſi ſua majorem impendiſſe operam fateatur, quam compoſitioni & ipſi, ut ſic dicam, carminis filo. Totas ſiquidem paginas legenti vix promptum eſt unum aut alterum verſum reperire, quem aut Elleipſis aut Synalefa à nativo ſuo ſplendore deijceret. Et illa tamen omnibus Poetis conceſſa non vitia dico ſed quaſi ornamenta ſunt; compacta in eo omnia & ſolida, nec lubrica quidem, ſed ita placide manantia, & numerus numerum & ſyllabam ſyllaba ſuavi lapſu excipiat. Mira in eo, ingenij felicitas, & Naturalis in artem promtitudo, nec trivialis eruditio, ut ſtatuam ſibi Romæ poſitam, non favore ſed merito ſe conſecutam aſſerere poſſit, Eulogio ejus in uno pectore Virgilij mentem & Homeri Muſam eminere atteſtantur. Eſt ſuavis, luculentus, & inoffenſi ſtili, ſententijs acutus, in narrando ſubtilis & enucleatus, rerum quoque prope omnium peritia, nullius quod quidem præclarum ſolidumq; Poetam abſolvat, inſcius. Denique Maronianæ illi maturitati, immo majeſtati, perpulcrè approximans, licet intervallo; quis enim omnium cui ita affulſerit omnia, ut nullius penuria prematur? Mihi certè, cum omnes à Marone diſtent, is laudatiſſimus erit, qui breviore ab eo diſtet intervallo. Quod de Claudiano omnino mihi perſuadeo, nec alios interim contemno. Atque utinam nullam prorſus Labem communis temporum calamitas Claudiano aſperſiſſet, ut in altiori eum gradu pro ingenij ſui amplitudine collocarem, modo quod incredibili gratia & ſtudio ſingulari altior ætate ſua fuit, qua peſſum abire litteræ ceperant, ſit ſatis eum magna victoriæ ſpe cum feliciſſimis Poetis decertare. Hunc, quia caſtiſſimus eſt, & adeo carmine verecundus ut etiam vita fuiſſe videatur, omnibus alijs à teneris poſt Maronem & Ovidium legi mallem, nam cum rerum tum verborum in eo exoptabilis copia eſt.

Franci-

TESTIMONIA.

Franciſcus Sanſovinus in Chronologia Mundi Lib. I. ſub Anno CCC. LXXXVIII.

Huomini Illuſtri. Sedulio Theologo, Ottavio Oratieno Medico, Claudiano & Prudentio Poeti, Enodio Juſto, fioriſcono.

Lupus Vega Carpius Iudice Arcadiæ.

Claudiano, Poeta Ægypcio, delos Tiempos de Theodoſio y Honorio, eſcrivio tres libros del robo de Proſerpina, y otras feſtivas Epigrammas.

Petrus Gothofredus, de Amore lib. XI. *cap.* IV.

Cecinit ſat terſè Claudianus.

Joan. Ludovicus Braſſicanus in Nutrit. Politiani.

Claudianus is eſt qui Alexandrinus non Florentinus fuit, &c. Hunc Poetam emendatiſſimum olim oſtendit Mariangelus Accurſius.

Baptiſta Guarinus ad Ioannem Pannonium.

Mordaciſque jocos & ſalſa Epigrammata Marci.
Quæ cantet Latius Punica bella ſenex
Quicquid Pierides, mollis ſonuere Canopi:
Quos lamet Satiris Muſa Latina ſuis.

Iulius Nigronus de non legendis Libris Amatoriis.

Deinde hortor ut eos perlegant, quos inoffenſis oculis & moribus percurrere licet. Perſium, Senecam, Silium, Lucanum, Manilium, Valerium Flaccum, Claudianum, exque Italis, Dantem.

Laurentius Finkelthuſius IC. Oratione de Certitudine Iuriſprudentiæ.

Omnia moderata, æqua, bona commoda Reip. & ſaluti ſubditorum congrua mandari, & à principe exſpectari par eſt ac decet, qui veri & ſapientis principis, qui viri boni, patris Patriæ, æqui bonique cuſtodis, conſervatoris Legum, Deique in terris Vicarij laudem & decus affectat, quique moribus & vita exprimere nititur id quod ſapientiſſimus Poeta Claudianus in Honorio requirit:

Tu civem patremque geras, tu Conſule cunctis,
Nec tibi: nec tua te moveant, ſed publica vota.

Ianus A. Parrhaſius. Vita Claudiani.

Quod ſi nihil aliud ad Claritatem ſui nominis Alexandria protuliſſet, illuſtraretur hercule vel uno Claudiano, qui præter ingenij monumenta, quæ de ſe

de ſe prædicant, in vita tantus fuit ut Honorio Arcadioque gratus ampliſſimis ab utroque muneribus honeſtaretur.

Stephanus Aquæus ad Plinii lib. VIII. *cap.* XVI.

Leonum clementiam elegantiſſimè expreſſit Claudianus hoc carmine. *Prætereunt ſubjecta feræ, &c.*

Paullus Cypræus de Sponſalibus cap. IX. §. XX.

Honorij Conjux (errat, Serena enim fuit, Socrus Honorij.) Claudiano Poetæ; cujus elegantiſſima exſtant opera, Uxorem per Epiſtolam deſpondit.

Marianus Victorius Restinus, Comm. in Epiſt. III. *B. Hieronymi.*

Rufini vitia miſeriaſque Claudianus eleganti proſequitur carmine.

Beatus Rhenanus lib. I. *Rer. Germ.*

Alpeſtrem Rhetiam elegantiſſimè deſcribit Claudianus ad Stiliconem, ijs verſiculis. *Sed latus Heſperiæ.* &c.

Stephanus Claverius Præfatione Paraphraſeos Gallicæ Monitorum Theodoſii ad Honorium, ex IV. *Conſ. Honorii apud Claudianum.*

Nous avons de tout temps une infinite de traicter en diverſes langues, touchant l'inſtruction des Princes. Mais il ne ſe voit rien qui ſoit gueres mieux reçeu, & imitè, qué le diſcours Poetique de Claudian. Qui meſme à eu' ceſt honneur de ſervir d'exemple à un des plus grands Roys de la Chreſtiente. Lequel autheur cy devant mis en lumiere, & illuſtrè d'Annotations, à tellement eſtè recherché, qu'aujourduy l'on eſt apres une ſeconde edition, qui ſera bien plus belle, & conferée avec Exemplaire plus ancien. Quam quidem Editionem nos etiamnum expectamus.

Ioannes Freinshemius Notis ad Flórum, lib. III. *cap.* XI.

Exemplum avaritiæ poſt mortem exprobatæ eſt Rufinus. Quod venuſtè, ſuo more, deſcribit Claudianus lib. II. in Rufin. v. 436.

Carolus Stephanus vel ipſe vel qui eum ſupplevit. Dictionario Poetico, &c. Ex Crinito.

Claudianus Poeta inſignis Theodoſij & Honorij temporibus floruit, Patria Alexandrinus. Quidam Florentinum faciunt, ſed falſo. Ingenio excellenti fuit, maximeque apto ad carmen componendum. Nam & aſſurgit felici-

feliciter variiſque figuris ac ſententijs mirificè delectat. Hujus meminit Suidas.

Marcus Velſerus lib. VI. Rerum Aug. Vindel.

Quam Claudianus elegantiſſimis verſibus ſub Auroræ perſona in Eutropij Eunuchi Invidiam expreſſit. Eodem opere, Lib. VIII. Non pigebit verſus aſſcribere quibus Claudianus occaſionem nactus regionis ſitum eleganter ob oculos poſuit.

Lævinus Torrentius, Comm. ad lib. I. Od. XVI. Horat.

At pulcerrimè Claudianus, lib. II. in Eutropium.

Idem ad Epod. VII. *Seu Carmen ad Canidiam.*

Eruditus Poëta, Claudianus.

Ioannes Levineius ad Panegyr. XI.

Claudiani verſus pulcerrimos adſcribam.

Juſtus Rykcius, de Capitolio cap. XXV.

Coronidis vicem illuſtrem Cl. Claudiani locum adſcribam; in quo Coloſſi iſti & reliqua Tarpeiæ arcis decora velut in tabella quadam nobili expreſſa pinguntur.

Ibidem cap. XLVI.

Claudianus poſteriorum Temporum, non poſtremus ſanè. Poëta.

Theod. Pulmanus dedicatione ſua Editionis.

Clau dianus non eſt Poeta ex mollioribus iſtis & lumbos ſcalpentibus. Sed talis, ut plurima ejus argumenta Hiſtoriam contineant, cum ſemper cognitu digniſſimam, tum hoc maximè tempore, quo & Stilicones & Rufinos in præſentibus rebus invenire licet.

Hector Boethius lib. VII. *Hiſtoria Scotica, p.* 115.

Fuere hoc tempore, aut certè non multum ab eo remoto viri ingenio clari; Claudianus Poeta, Ægyptius genere, multa ſcitu digniſſima, & inter ea nonnulla noſtræ gentis egregie geſta, ſuis Poematibus complexus, Apollinaris Laodicenſis, &c.

Fridericus Taubmannus ad Culicem Virgilij.

CLaudianus, Poeta Maximus.

Matth. Raderus ad Martialem lib. VI. *Epigr.* XXVI.

Eleganter Claudianus Panegyr. de IV. Conſul. Honorij. Ep. XXVIII. Fontem Aponum Patavio vicinum nobili Poemate laudat Claudianus.

Germanus Audebertus in Parthenope.

Sæpe etiam indulſit genio proprioque locique
Sidereus vates, cui gens dat Claudia nomen,
Tartareoſque Hecates Raptus, & bella gigantum,
Cæſareaſque tuba intonuit Memphitide laurus.

Carolus Molinæus Parte prima, de Origin. & Excellentia Monarchiæ Francicæ.

Claudian *a.* illuſtre Poete qui vivoit & eſcrivoit au dict temps en à faict mention à ſes carmes; ou il flatte Poetiquement Stilicon Lieutenant *b.* desloyal audict Honorius d'avoir defendu la grande Bretaigne, province Romaine, contre l'incurſion des Pictes, Eſcoſſoys, & Saxons.

b. Vir præſtantiſſimus litem de Stiliconis perfidia ſuam facit, eam affirmando. Nolim ego; non enim futiles nobis conjecturæ occurrunt quæ docent, & penè perſuadent, ſummum Ducem calumnijs oppreſſum potius, quibus anteacta vita & perpetuus Principum cultus in eo Heroe accedunt. Non enim falſiſſimum illud Poetæ. *Nemo repente fuit turpiſſimus.*

a. *Sic in Exemplari manu Molinæi caſtigato quod penes nos eſt; Nam vulgati omittunt* Tò illuſtre.

Thomas Farnabius ad Librum. IX. *Lucani. v.* 906.

Quam rem elegantiſſimè expreſſit Claudianus præf. in III. Conſul. Honor.

Mart. Antonius Delrius Adverſariis ad Senecæ Agamemnonem pag. 275.

Quæ cuncta ferè Claudianus ex Marone decerpſit, ut vel eo ſolo pervincat quis magnam Claudianum imitationis curam habuiſſe, non omnia illum ſua afferre.

Idem

Idem ad eundem Agamemnonem, pag. 267.

Id ipſum ſenſit Cl. Claudianus, Poeta Prudentiſſimus.

Idem ad Medeam, pag. 8.

Ad hunc locum reſpexit Claudianus. Eo excellentior Claudianus, quod non contentus dixiſſe, hos illi cedere quem laudabat, addit etiam amicis iudicibus illi ceſſuros, quæ maxima victoria eſt.

Idem ad Hippolytum. pag. XCV.

His Claudiani doctiſſimo verſibus exponendis, Parrhaſius & Cælius valdè laborarunt, nec tamen omnia ſunt aſſecuti. Ego fortaſſis aliquando id latius exſequar.

Idem Commentario ad Medeam Eiuſdem pag. 27.

Ut Terentij, Virgilij, Catulli, Claudiani, & aliorum convincit Auctoritas.

Idem Comment. in Hercul. Oetæum, p. 322.

Claudianus de IV. Conſulatu Honorij elegantiſſimis verſibus humanam deſcribens animam, cupiditates omnes in jecore collocavit.

Gualterus Naldſonus, in Oeconomico.

Oraculi loco ſit illud Claudiani IV. Conſ. Honor.

——— tum promtius ibunt
Te ſocio, tum conſpicuus gratuſque feretur
Sub te teſte, Labor. ———

Lud. Creſollius Vacat. Aut. lib. 1. *cap.* IV.

Bonus omnium Opinione Vates, Claudianus.

Ibidem cap. V.

Magnus animo Conſilioque Theodoſius multa graviter præcipiens Honorio monet. Laus eſt Claudiani, qui illa excogitavit præcepta.

Idem lib. III. *cap.* XXI.

Sapienter Bonus Poeta Claudianus Stiliconem laudat.

Ibidem cap. XXV.

Mallius Theodorus à Poeta valdè bono ita pingitur.

Famianus A Strada Prolus. V. *Acad.* 1. *Lib.* II.

Claudiani Poeſis eadem cum ornatu, qui in ejus marmorea ſtatua ad forum Trajanum viſebatur: plexum hedera capillamentum, chlamys acu picta: Nulli in veſte ſinus aut rugæ, explicata omnia ac Poetico planè metro compoſita.

Chriſtophorus Colerus ad Salluſtium, pag. CCC.

Claudianus, ſublimis Poeta.

Iac. Mycillus ad Geneolog. Bocatij lib. I. cap. XIV.

Deſcriptio Inferorum eſt apud Virgilium, Homerum, Silium, Ovidium. Non minus elegans, quamquam brevis, apud Claudianum, Lib. II. in Rufinum.

Rob. Balforeus ad Cleomedem lib. I. p. CLIII.

Elegantes Poetæ, Virgilius, Tibullus, Claudianus.

Ioannes Lauterbachius IC. Tractatione de armis & Litteris.

Plinius eleganter ad Trajanum, & argute admodum Claudianus in Admonitione ad Honorium Componitur Orbis Regis ad exemplum.

Claudius Minos Comment. in Alciati Emblem. cap. CXV.

In Claudiani Seirenum deſcriptione acumen enitet ingenioſæ ſeductatis.

Iac. Dalecampius notis ad Plinium lib. XVI. cap. X.

Luſtrales faces Claudianus Sexto Conſ. Honorij deſcribit luculenter.

Ioann. Levineius ad Theodori Studita Serm. CXVII.

Eruditus Poeta, Claudianus.

Idem ad Propertii Lib. IV. El. I. p. 147.

Claudiani Elegans Epigramma in Curetium.

Coſmas Roſellius Florentinus, lib. I. de Memoria artificioſa, pag. LXII.

Viri docti & litterarum amantiſſimi, eodem Ordine. Alcibiades. Auſonius. Ariſtides. Aeſchines. Bularchus. Beroſus, Beſſarion. Claudianus. Cicero. Cyrus Poeta, Cato. Diagoras, Demoſthenes. &c.

Albericus Gentilis, Diſput. IV. ad L. Iul. Maj.

Conceſſaque vita dolori. Acutiſſimè Claudianus, & ad hæc tempora Legis noſtræ.

Ioann. Bernartius ad Lib. I. Boethii de Con. Ph. p. CCVII.

Egre-

TESTIMONIA.

Egregiè olim Claudianus Medium non deſerit numquam Cæli Phœbus iter —— Idem ad Lib. III. 248. Explicabit fuſius aureolis verſibus Claudianus.

Levinus Torrentius ad Suetonii Tiberium, cap. XIV.

De Aponi fonte elegans Claudiani carmen.

Matthæus Raderus, ad Spectacula Martialis Epigram. XXV.

Claudianus elegantiſſimè magnificentiſſimeque Taurum hunc non ab Neptuno immiſſum ſed è cœlo Lunæ demiſſum in Cretam canit.

Ibidem pag. LXV.

Splendidiſſimè Claudianus in Laude Herculis. Eadem Pag. Claudianus, ut Omnia, egregiè.

Idem ad Lib. XII. *Epigr.* XLII.

Raptum Proſerpinæ nobilitavit generoſo carmine Claudianus.

Lamb. Danæus, ad cap. LXXVIII. *Auguſtini de Hæreſibus.*

Claudianus Poeta pulcerrime expreſſit his verſibus.

Lamb. Hortenſius, ad lib. I. *Lucani pag.* LXXXIV.

Id quod Heroico carmine eruditè teſtatur Claudianus.

Idem ad eumdem Librum, pag. XCV.

Saxones media correpta apud Claudianum, non vilem auctorem.

Iac. Spigelius, Commentario iu Librum IV. *Auſtriados Richardi Bartholini, pag.* 540.

Navigandi Humanam temeritatem. Eleganter cecinit Claudianus in præfatione Raptus, & Seneca in Medea.

Idem ad Librum Nonum, Pag. DCXLV.

Claudianus Eleganter *tenero tractari pectore neſcit Publica Majeſtas.*

Idem ad Gunteri Ligurinum pag. 398. *lib.* VIII.

Unde aurea illa Theodoſij Aug. filium apud Claudianum de IV. Honorij Conſulatu monentis ſententia regibus principibuſque reliquis aſſiduè cogitanda eſt. Sis pius in primis. &c.

Alexander Donatus de Poetica lib. III. *cap.* XXII.

In ſecundo genere facinus præclarum cujus gratia ſcribitur, fuſius eſt expon-

ponendum. Ut Bellum Geticum à Claudiano, illuſtribus explanationibus, Epiſodijs figmentis, collationibus, ſententijs.

Greg. Berſmanus Comm. in 1. Georg. Virgilii.

Claudianus tribus libris argumentum de Raptu Proſerpinæ eleganter tractavit.

Nicolaus Henelius Comm. de Veteribus ICtis pag. 282.

Eadem mente animi, qualem Stiliconi fuiſſe lectiſſimis verſibus refert Claudianus.

Bernardus Rottendorffius, Notis ad Hugonis Floriac. Chronicon.

De miraculoſa hac Marcomannorum cæde elegantiſſimè Claudianus, homo à Chriſtiana Religione abhorrens, niſi quod illam non Chriſtianis acceptam referat.

Emericus Cruceus, ad Papinii Epithalamion Stellæ.

Duo cultiſſimi Poetæ. Papianus & Claudianus.

Albertus Lollius, lib. XIV. Epiſtolarum à Thoma Porcachis Editarum, pag. 566.

Ne meno laſciate di redere quel bello Epigramma di Claudiano, ſcritto al Senator Veroneſe. * Errat homo non indoctus, ex ſene agricola Senatorem faciens Urbanum.

CASP.

2.4

AMICO LECTORI.

CVm à renatis Litteris inter omnes conſtiterit, Amice Lector, Claudium Claudianum eum eſſe ſcriptorem, qui non ſolum utile dulci miſceat, ſed vel cumprimis id ſtudeat perficiatque, ut diviniſſima ſcientiarum Poetica verum ſuum ſcopum teneat, ad quem mortalibus divinitus eſt collata, nimirum ut laudentur boni mores, ſententiisque capitalibus virtutis ſtudia in animis hominum incendantur, & promoveantur; Contra autem Malitia, & omnes nequitiarum vitiorumque tituli ijsdem expellantur, propoſitis utrimque exemplis, quę ſequenda atque fugienda ſint; Mirum non eſt, transmiſſis ſepoſitisque pro tempore & loco plurimis alijs, eum ſemper fuiſſe cordatis viris, & veræ ſapientiæ Antiſtitibus, quam commendatiſſimum. Ea res nos, fato quodam excolendo animo per omne genus ſtudiorum deſtinatos, à prima fere pueritia eo adegit, ut hunc ſcriptorem non ſolum diligeremus, ſed, cum miſere affectum palare videremus, ope etiam noſtra adjuvandum, excolendum, reſtituendumque, putaremus. Edidimus ergo admodum adoleſcentes ejus Opera cum Actis pro ætate, ſi non alia, ea tamen ratione commendabilibus, quod primi velut penitius arcana ejus ſimus ingreſſi, tali certe opera quæ vel ſola eum totum nobis & communi mortalitati reddere potuerit explicatiorem, caſtigatiorem, & per omnia commendabiliorem. Ab eo tempore, plus ſubſidiorum adeptis, reſumere eandem operam animus fuit, & quicquid in eodem præſtitiſſent alij, exa-

minare, itaque pretioſiſſimum ſcriptorem excipere, ut primum, quo ad ejus fieri poſſet, redderemus emaculatiſſimum, deinde & clariſſimum, remotis nugacibus librariorum noxiiſque detrimentis, & obſcuritatibus omne genus, quæ tot ſeculis, nitidiſſimum per ſe, corruperant. Conquiſitis itaque veteribus Libris, adhibitis doctorum hominum commentationibus, & omni genere veteris Philoſophiæ Philologiæque, nullumque ferè veræ legitimæque Antiquitatis auctorem intactum relinquentes, eum confecimus, noſtro ſolum Marte, ſatis amplum liberumque commentarium, quem hac Editione exhibemus. Editionum Veterum recentiumque, quas inſuper adhibuimus, nomina adnotavimus; nec cuiquam quid demtum nobis adſcripſimus. Inter eas laudem præcipuam meretur quæ ex Cujacianis Libris & Obſervationibus, à Stephano Claverio Pariſijs edita in ſatis ampla & ſplendida, paullo poſt à Joſepho Scaligero in minutiſſimam formam, ſolo tamen, ut vocamus, textu, redacta, & à Plantinianis eſt ſæpius recuſa. Totam hanc corrigendam, probandam, examinandam, & in noſtra hac promulgatione reponendam, duximus. Nacti abhinc ab Raphelengianis Editionem Baſileenſem Michaelis Bentini cum XV. amplius Codicibus Manu exaratis à Theodoro Pulmanno collatam, quod boni exinde hauriri potuit, bona ſartaque fide, induſtria egregie, in medium dedimus, & examini ſubjicimus. Acceſſit Codex Manuſcriptus Bibliothecæ tum Palatinæ, & à nobis redemtus apud Helvetios amplioris formæ alius, quos & ipſos ſancta diligentia contulimus, & omnia ſua bona conferre juſſimus, minimè alienis oculis credentes, ſed ipſi omnes apices religioſa opera exigentes. Non poſſumus etiam nō nominatim hic meminiſſe Aldinarum, Camertis, & aliarum, Editionum, quas dignas eadem aliquatenus diligentia offendimus, quoad licuit harum etiam notabilia enotata ſunt. Quos alii Codices laudant, neque in noſtra illi poteſtate fuerunt, ut ſunt Bongarſianus, quem habuiſſe ſcimus Demſterum,

Lug-

Lugduno-Batavus, Andreæ Schotto evoluti, Delrio laudati, alijque; Eorum ab aliis petere collationem poſſunt, qui poſt nos aliquid præſtituri in iſto Scriptore ſunt. De Commentariis noſtris loqui ſanè non abſurdum ſit, ſi citra laudem poſſit tale quid propriam confieri. Cum vero nullo umquam tempore & modo noſtrarum fuerimus rerum & molitionum admiratores, tum vero hac ętate omnino morem noſtrum migrare conſultum non videtur. Turpiſſimorum cenſorum & alienorum decorum allatratorum, ineptiſſimas, & futiliſſima, addo etiam maligniſſima & malitioſiſſima ſive convitia, ſive deliria, tantum abeſt ut moremur, ut nec in lectionem, multo minus confutationem, hactenus trahere voluerimus. Nigri, immo atri hoc genus homines, qui, venenatarum inſtar belluarum, cum ipſi laudabile ex ſe nihil poſſint præſtare, alienam famam arrodere, & magnos ſe facere vituperio eorum ſolent, qui candido conſtantique affectu & effectu in bonum publicum contulerunt, quæ ipſis divina clementia cōtulit, ſiquidem pati non poſſunt contemtum ſui, longe deterius debacchantur & totos ſe ita livoremque & peſtilentes, ſuum morbum malè bonis cupiendi, per me licet poſteritati plenius ſemper oſtendare. Erunt tamen nullo non tempore candidi bonique hominis, qui, ſi n in ipſam in nobis virtutem, benevolentiamq; in Bona ſtudia promovenda, æſtimabunt, non difficulter tamen patientur & nos adſcribi iis qui tempora ſua muti tranſire noluerunt. Deus Optimus M. Meliorem mentem det malevolis balathonibus, noſque in Candore noſtro ad finem tandem ærumnoſorum horum temporum paterna ſua, hactenus in nobis mirificè probata, benignitate deducat. Quæ alia à nobis ſperare cordata poſteritas poſſit, eorum titulos hoc ipſo Libro citra ullam oſtentationem, indicere libuit; Horum Operum ſummam jam manum receperunt, aut recipiunt cum iſto: Viginti libri Soliloquiorum: in Papinii Thebaidem & Achilleidem amplæ ſatis Animadverſiones Libri Adverſariorum

CXX. ultra jam editum primum volumen, ut ſumma totius Operis conſtet CLXXX. Commentariis: In Gulielmi Britonis Philippidos Libros XII. qui Speculum Cordati Boni-que Principis vere inſcribuntur: in Scriptores Palæſtinæ Hiſtoriæ à Jacobo olim Bongarſio in unum Corpus conjectos, ſed à nobis ſeparatos, ut disjungi ab altero alter poſſit: In Claudianum Mamertum; Herman. Paullinum Benedictum; Aeneam Gazæum: Zachariam Scholaſticum: Animadverſiones item & Commentarii.

INDEX

INDEX AUCTORUM.

A.

ABaris.
Abbas. Canoniſta.
Abbianus.
Abbo Cernuns.
Abronius Silo.
Abucaras.
Accius.
Aceratus Poeta.
Val. Acidalius.
Hel. Acro.
Mariang. Accurſius.
Franc. Accurſius.
Actuarius.
Achilles Statius.
Achilles Tatius.
Acron.
Achmet Sereimius.
Adagia Vaticana.
Adamannus Scotus.
Addæus.
Adrevaldus.
Adamantius.
Adelbodus.
Ademarus.
Ado Viennenſis.
Adrianus Imp.
Adriani Iſagoge.
Æditaus.
P. Ægineta.
Ælianus.
B. Ægius.
Ægis Poeta.
Æmilius Probus.
Æmilianus P. Græcus.
Æneas Sophiſta.
Æneas Gazæus.
Æneas Tacticus.
Æſchines.
Æſchines Socraticus.
Æſchylus.
Æſopus.
Aetius.
Æthicus.
Afranius.
Agapetus.
Agathias.
Agellius.
Aggenus Urbicus.
R. Agilæus.
Agnellus.
Agobardus.
Agrætius.
Agrimenſor incertus.
Aimoynus, ut volunt.
Alanus.

Alardus Acmſtelred.
Albertus Aquenſis.
Albertus Argentinenſis.
Albertus Magnus.
Albertus Stadenſis.
Albricus.
Alcæus.
A.Alciatus.
Alcidamas Rhetor.
Alcimus Avitus.
Alcinous Platonicus.
Alcuinus.
H.Aleander.
Nic.Alemannus.
Aldhelmus.
Alciphron.
Aldus Manutius.
Aldus Junior.
Aleman Lyricus.
Alexander Aphrodiſæus, ut volunt.
Alexander Imperator.
Alexander Mileſius.
Alexander Trallianus.
Alexis Comicus.
Alphius Avitus.
Amalarius Fortunatus.
Amaranthus, auctor ejus Dialogi.
Amedæus.
Ambroſius.
Ammianus.
Ammonius.
Amos Proph.
Amphilochius.
Anacreon.
Anacharſis.
Anaxagoras.
Anaxandrides.
Anaximander.
Andreas Capellanus.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Anaſtaſius Sinaita.
Anianus.
Aniſius Julianus.
Anna Comnena.
Anonymus de virtute.
Anſegiſus.
Anshelmus Lucenſis.
Anthemius Imp.
Anthologia Epigramm. Græc.
Antigonus Rex.
Antigonus Mirabil.
Antimachus.
Antiochus Abbas, Rex.
Antipater.
Antiphanes.
Antiphon.
Antiſthenes.
M. Antoninus Imperator. Vide & (Marcus.
Antoninus Itinerario.
Antoninus Liberalis.
Antonius Muſa.
M.Antonius.
Antonius & Maximus, Sententiis.
Antonius Auguſtinus.
Aphthonius.
Apicius.
Apollinarius.
Apollodorus.
Apocalypſis.
Apollonius Collatiris.
Apollonius Rhodius.
Apollonius auctor Mirabilium.
Apollonius Philoſophus.
Apollonius Tyrius.
Apollonius Tyanæus, vid. infra Auctores incertos.

Aponius.
Appianus.
Appius Craſſus.
Appulejus.
Appulejus de Herbis.
Aquila Romanus, Rhetor.
Arabs, auctor Vitæ Mahumetis.
Arator.
Aratus.
Aretæus Medicus.
Arcadius, JC.
Arcadius & Honorius Impp.
Archytas Philoſophus.
Archilochus.
Sixtus Arcerius.
Petrus Aretinus. Leonardus.
Ariſtænetus.
Ariſtarchus.
Ariſtides Rhetor.
Ariſto Chius.
Ariſtophanes.
Arnaldus Abbas.
Arnoldus.
Arnobius Junior.
Arnobius contra Nationes.
Arnulphus Lexovienſis.
Arruntius Celſus.
Ariſtoteles.
Arrius Menander JC.
Arrianus.
Arſenius.
Artemidorus.
Aſcenſius.
Aſconius Pedianus.
Aſinius Pollio.
Aſpaſius.
Athanaſius.
Athenæus.
Athenagoras.
Atimetus.
Atticus Philoſophus.
Atticus ad Ciceronem.
Averroes.
Auguſtus Imperator.
Avianus.
Avidius Caſtius.
B. Auguſtinus.
Auguſtinus Dathus.
Avienus.
Aurelianus Imperator.
Auſentius.
Auſonius.

AUTORES INCERTI.

Auctor Provinciarum.
Autor Ceiris.
Auctor Dialogi de Corrupta Eloquentia.
A. Comm. in Apocalypſin.
Auctor incertus Arabs.
A. Cœnæ Cypriani.
Autor de defectu Lunæ.
Autor ad Piſonem.
Auctor Carminis Mamerto adſcripti.
Auctor Ætnæ.
Auctor Elegiæ de Spe.
Auctor Dialogi apud Hincmarum.
Auctor Cæſaris Græci.
Auctor Laudum Domini.
Auctor. Hiſt. Palæſtinæ.
Auctor Pervigilij.
Auctor ſub titulo Cypriani.

Auctor Hiſtoriæ Barlaami.
Auctor Joſephi Latini.
Auctor. Virorum Illuſtrium.
Autor Annalium Colmarienſium.
Auctor in Obitum Mœcenatis.
Auctor de Statu Eccleſiæ.
Auctor de Carolo Magno, Poeta.
Auctor Sententiarum MS.
Auctor de Brachmanis.
Auctor Sapientiæ.
Auctor Laudum Herculis.
Auctor de foſſione Iſthmi.
Auctor de Re Militari.
A. Mirab. Hiſtor.
Auctor Martialis Lemovicem.
Auctor Vitæ Virgilij.
Auctor ad Dardanum.
Auctor Apollonij Tyrij.
Auctor Marculphi. Marcolfi nomine Marcoli meminit Jacobus à Vitriaco pag. LXXIV.
Auctor vitæ Henrici IV.
Auctor vitæ Columbani.
Auctor Parvæ Iliadis.
Auctor Collectionis Chronologicę.
Auctor de Mundo.
Auctor de locis Rhetoricis.
Auctor Moreti.
Auctor fragmentorum Terminalium.
Auctor vitæ Lud. Pij.
Auctor Expeditionis Friderici Barbaroſ.
Auctor de Bello Saxonico.
Auctor Paſſionis Tharaci &c.
Auctor vitæ Frodoberti.
Auctor vitæ Gregor. Magni.
Auctor Epiſt. ad Præſidium.
Auctor vitæ Fulgentij.
Auctor Geographicorum ſermone Ruſtico.
Auctor Chronici Alexandrini.
Auctor vitæ B. Agnes.
Auctor de Translatione B. Jacobi.
Auctor Epiſtolarum Apollonij Tymæi.
Auctor incertus Chronologus.
Auctor vitæ S. Sebaſtiani.
Auctor capitum de Anima.
Auctor Speculi Medicorum.
Auctor incerti Panegyrici.
Auctor vitæ Arnulphi Imp.
Auctor de Aerumnis Cereris.
Auctor vitæ B. Ambroſij.
Auctor Caſſij Parmenſ.
Auctor Rheſi.
Auctor ad Jovium.
Auctor Elegiæ de Phœnice, & pluribus paginis deinceps.
Auctor Philonis ab Annio Editi.
Auctor Portij Latronis.
Auctor Catilinæ.
Auctor Axiochi.
Epiſtolæ ad Octavium.
Auctor vitæ B. Adelberti.

B.

Babrias.
Bacchylides.
Bacchiarius.
Baldus JC.
Fr. Balduinus.
Baldricus Dolenſis.
Casp. Barthius, de Anima. ad Gratium. Nemeſ. Calpurn.

Ad

Ad Horatium.
Juvenalem.
Cenſione Poetarum.
ad Papinium.
Gallum.
de Superſtitionibus.
ad Rutilium.
ad Phæbadium.
Adverſariorum Libris.
ad Æneam Gazæum.
Euripide Romano.
Gloſſario ad Cœlium Aurelianum.
Mileſiarum Libris.
Fabulis.
Comment. ad Libros de LL. Sel.
Stromateo Proverb. Latin.
ad Marcum Antoninum.
Zodiaco vitæ Chriſtianæ.
Hipponacte.
Satirico.
ad Muſæum.
ad Pedonem.
ad Prudentium.
ad Britonem Gulielmum.
de Barbarica Philoſophia.
ad Gulielmum Tyrium.
ad Petronium.
ad Auguſtinum.
ad Appulejum.
ad Ceirin.
Indice Verborum Nuptialium.
ad Eucherium.
ad Ariſtænetum.
ad Æſchinem.
de diſciplina Parthorum.
Characteribus.
de Dionyſio Latino.
de Dubijs ſcriptoribus.
Analectis Poeticis.
ad Paullinum Petrocorium.
ad Boethium.
ad Libros Juris.
de Philoſophia Pagana.
de Rejectis verbis.
Origines Hiſpanicæ.
Libri Poeſeos.
Ad Nonium.
Ad Sapientiam Salomoni adſcriptam.
Fr. Baconius.
R. Balforeus.
Baldus Ubaldus JC.
Bachylides.
Bacchiarius.
Bacis Vates Antiquiſſ.
B. Barrientus.
J. C. Baronius.
Baldricus Dolenſis.
Barlaam Gyracenſis.
J. Barroſius.
Baruch.
H. Barbarus.
Bartolus JC.
Baſilius Latinus.
G. Bartaſſius.
Baſilius Imp.
Baſilius Seleucienſis.
Baſilius Magnus.
Baſilicon Libri.
Beda. Continuator.
Beatus Rhenanus.
Ad. Bebotius.
M. Bentinus.
P. Bembus.
P. Bellonius.
Fab. Benevolentius.

Bethen Arabs.
Ph. Beiterius.
Becichemus.
Benjamin Tudelenſis.
Belſarius Neritius.
H.Benzo.
Phil.Beroaldus.
Beroſus.
Bernardus Morlan.
J. Bernartius.
Beſſarion.
X. Betulejus.
Fl.Blondus.
Bibaculus.
Cl.Binetus.
Bion. J.Billius.
J.Bocatius.
L.Bonincontrius.
L. Bodinus.
J.Borcholtius.
J.Bogardus.
S. Baſius.
J.Bongarſius.
Boethius.
Joan.de Boſco.
Jo.Brantius.
J.Brechæus JC.
J.J.Brenningus.
J.Brodæus.
B.Briſſonius.
B.Brognolus.
Ch.Browerus
Decius Brutus ad Ciceronem.
M.Brutus.
H.Bullingerus.
J.C.Bulengerus.
Burcardus Notarius.
J.Buraclotius.

C.

CÆcilius Comicus.
Cælius Poeta.
Cælius Aurelianus.
Cælius Calcagninus.
Cælius Hiſtoricus vetus.
Cælius ad Ciceronem.
Lud.Cælius.
Cæſar. Græcus.
Cæſarius Arelatenſis.
Cæſarius Theologi frater.
Jac.Cæſollius.
Cajus JC.
Calcidius.
E. Calliergus. Vid. Schol. Theocriti.
Callimachus.
Calpurnius.
Calpurnius Flaccus.
Calpurnius Baſſus.
J.Camers.
J Camerarius.
G. Camdenus.
H.Caniſius.
G. Canterus.
Cantacuzenus.
Capella.
Capitolinus.
Carcynus.
H.Cardanus.
Carphilis.
Cariſius.
Cariſius Rhetor.
Lud.Carrio.
Js.Caſaubonus.
J.Caſſianus.

Caſſius Jatro Sophiſta.
Caſſius JCtus.
Caſſiodorus.
Joſ Caſtalio.
B. Caſtilionæus.
Cato. Valerius.
Q. Catulus.
Catullus.
Cebes.
Cedrenus.
Corn Celſus.
Celerinus Epiſcopus.
Celſus Epicureus.
Celſus JC.
Cenſorinus.
L. Chalcocondyles.
Chion Tyrannicida.
P. Chryſologus.
Chaldæus interpres.
Chæremon. Stoicus.
Charondas Catanæus.
J. Chlicohovæus.
Chriſtodorus.
B. Chryſoſtomus.
Chronicon Wingartenſe.
Chronologus Incertus.
Chryſippus.
P. Cincconius.
H. Ciofanus.
Cicero.
Q. Cicero.
Cinna.
Claudius Taurinenſis.
St Claverius.
Nic. Clemangius.
Clemens Vita Petri.
Cincius Alimetus.
Cleocharis.
Clemens Alexandrinus.
Clemens Romanus.
Cleopatra Fictitina.
Claudianus.
Claudianus Mamertus. vid. Mamert.
Cleopatra.
Clearchus.
Cleomedes.
Clinias.
Clitarchus.
Cleanthes.
Codices Juris, &c. Theodoſ.
Codinus.
Chr. Colerus.
Columbanus.
Fr. Conanus.
Columella.
Coluthus.
Collatio Karthaginenſis.
Collatio Legum Moſaic. & Rom. & alibi.
Collector Chronologus.
Colloquia Latino Græca.
Cominius Firmus.
Fr. Connanus JC.
H. Contractus. vid. Herm.
V. Contarenus.
Leon. Coquæus.
Conſtans Imp.
Conſtantinus. Them.
Conſtitutio Caroli.
Conſtantinus Geopon.
Conſtantinus de Adminiſt. Imp.
Concilium Laodicenſe.
Conſtantinus Magnus.
J. Cornarius.
Cornelius Gallus.
Cornificius.

Corippus.
Cornutus ſive Phornutus. vid. Phurn.
Cornutus in Perſium.
Cornutus Grammaticus.
Corocottæ Porcelli fictor.
J.Cornarius.
J.Cujacius.
N.Cragius.
J.Cruquius.
Crates Philoſophus, malè Plato.
Cremutius Cordus.
Crinagoras.
Cteſias.
Curiatius.
Curio Pater.
P.Cypræus.
Curtius.
B.Cyprianus.
J.Cypariſſiatus.
Cyrillus Epiſc.
Cyrillus Gloſſographus.

D.

Dacryanus.
Dantes Aligerius.
Damaſus.
J.Damaſcenus.
Nic.Damaſcenus.
P.Damianus.
Daniel Propheta.
Dares fictitius, ſed vetus.
David Rex, &c. V. Pſaltes.
Cl.Dauſqueius.
A.Decembrius.
M.A.Delrius.
Demſterus.
Demetrius Phaleræus.
Demetrius Cydonius.
Demetrius Triclinius.
Demetrius.C.P.
Democritus Phyſicus.
Demoſthenes.
Deſignatianus.
G.Devonius.
P. Diaconus. V. Paullus & Warnefridus.
Dicæarchas.
Didymus.
Dinamius Patritius.
Dinarchus Rhetor.
Dinon.
Diogenes Cynicus.
Diogenes Pythagoricus. Cynicus.
Diogenianus.
Diodorus Siculus.
Dio Chryſoſtomus.
Diocletianus Imperator.
Dionyſius Periegetes.
Dionyſius Cato.
Diomedes Grammaticus.
Dionyſius Halicarnaſſæus.
Dionyſius Alexandrinus.
Dionyſius Exiguus.
Dion Caſſius.
Dioſcorides.
Domitius Marſus.
Donatus.
Marc. Donatus.
Dorotheus.
Donoldſonus.
Dracontius.
Drepanius Florus.
S.Dreſemius.
J.Druſius.
Dudo Sanquintinius.

Du-

Dugalus.
Fr.Duarenus.
J.Durantius Caſellius.
J.Duſa.Filius. Franciſcus.
Scip.Dupleſſius.

E.

ECphantus Pythagoricus.
Egeſippus.
Eilardus Alma.
ELigius.
Emanuel Palæologus.
Ubbo Emmius.
Empedocles.
Emporius Rhetor.
Engoliſmenſis Monachus. vid. Mon.
Ennius.
Ennodius.
Ephorus.
Epictetus. V. Arrian.
Epicurus.
Epitimæus.
Epigrammata Vetera Latina.
Epigrammata Græca.
Epimenides.
Epiphanius, interpres Baſilij Hexaem.
Epiphanius Salamin.
Epiphanius interpres Tripertitæ.
Epiſtolę Gallicę ad Joſeph. Scaligerũ.
Eratoſthenes.
Epitaphium Vetus.
Ermenoldus.
Epitaphium Monicæ.
N. Erythræus.
Def. Eraſmus.
Epitomator Stephani. Vid. Steph.
Erotianus.
Hugo Eterianus.
Ervaldus.
Erynna Poetria.
Eſaias Propheta.
Etymologicon magnum.
Evantius Abbas.
Evagrius.
Eubulus.
Eucherius.
Eucheria.
Eudoxus.
Evenus.
Eugenius.
Eugippius.
Eumenius.
Eunapius.
Euphraſius.
Euripides.
Euſebius.
Euſthatius Latinus.
In Dionyſium Perieg.
In Homerum.
Euſthatius de Iſmene.
Eutropius Langobardus.
Eutropius.
Euthalius Diaconus.
Ezechiel Poeta.
Ezechiel Propheta.
Jul. Exſuperantius.

F.

FAbius Pictor.
Georg. Fabritius.
Fabritius Conſ. Romanus.
G. Faconus.
Falconia Proba.

G.Falcoburgius.
P.Faber.
Faſti Græci & Latini.
Favonius Eulogius.
Fauſtus Gloſſographus.
Fauſtus Reienſis.
Th.Fazellus.
Felix Faber.
Feneitella.
Ferius Helpericus.
Octavius Ferrarius.
Ferrandus Diaconus.
Feſtus. Correptor.
Jul.Firmicus.
Flodoardus.
Fr.Florillus.
Florens Chriſtianus.
Florus.
M.Florus.
Focas.
V.G Forſterus.
Rad.Fornerius.
G.Fornerius.
St.Foreatulus.
Fortunatus.Vid.Venantius.
Fortunatianus Rhetor.
Freculphus.
Fredegarius.
M.Freherus.
Fridericus Imperator.
N.Friſchlinus
Frontinus,vel duo.
Frona.
Fructuoſus.
L.Fruterius.
Fulbertus Carnotenſis.
Fulcherius.
Fulgentius.
N.Fullerius.
Furius Poeta.

G.

GAbrias.
Gallus Confeſſor.
Gallus Imperator.
Cn.Gallus.
Galienus Imp.
Galenus.
Galterus Poeta.
Galterus Tarranenſis.
Gargilius Martialis.
G.Gaulminus.
Gaudentius.
Gaufridus Poeta.
Gaufridus Monumetenſis.
Gelaſius Cyzicenus.
Gellius.Vid.Agellius.
Geminus.
Gemiſtius Plethon.
Alb.Gentilis.Scipio.
J.Gebhardius.
Gennadius.
Geoponici.
Gennadius CP.
Alb.Gentilis.
Gerardus Cremonenſis.
Nic.Gerbelius.
Gerbertus.
Georgius Cyprius.
Germanicus.
C.Geſnerus.
C.Gevartius.
B.Georgevvitz.
Gildas Britannus.
V.Giſelinus.

Glaber Radulphus.
Gloſſarium Vetus. Vide Cyrill.
Gloſſa vetus Claudiani, & alibi.
Gloſſarium minutum.
Gloſſæ Baſilicorum.
Gloſſæ Arabicæ.
M.Glycas.
Gorgias.
Gobelinus Perſona.
Gotfridus Viterbienſis.
Nic Godignius.
Gotfridus Monumetenſis.
Dion.Gothofredus.
Jac.Gothofredus.
Grammat.Vetus.
Gratianus Imp.
Græcus, nomen Epiſcopi.
Gratius.
Gregentius.
H.Gravius.
F.Gronovius.
Auctor Grunnij Porcelli.
Gregorius Magnus.
Gregorius Palamas.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Presbyter.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius Thaumaturgus.
H. Grotius.
J. Gruterus.
Gualterus Dyſſæus.
Ant.Guevara.
Guibertus Abbas.
Guido de Bellis Palæſtinis.
Gulielmus Brito.
J Gulielmius.
Gulielmus Neubrigenſis.
Gulielmus Gemeticenſis.
Gulielmus Malmesbur.
Gulielmus Hirſaugienſis.
Gulielmus Tyrius.
Gunterus Poeta.
Gunterus Biographus.
J.Gutherius.
L.Gyraldus.

H.

Habacuc.
Caſſius Hæmina.
Haimo.
C.Harmenopulus.
Halitgarius.
Harpocration.
Hermannus Poeta.
C.Harmenopulus.
Haytho Armenus.
Hegeſias Rhetor.
Hegeſinus.
Hecatæus.
Hegeſippus Orator.
D.Heinſius.
D.Heraldus.
Hericus Altiſſiodorenſis.
Heraclides Ponticus.
Heraclitus.
Hermolaus Byzantius. Vide Stephan.
Hermannus Contractus. Vide & Contractus.
Hermes.3.vide Triſm.
Herodianus.
Hephæſtion.
Hephæſtio Thebanus.
Hermogenes Rhetor.

Her-

Hermias Philoſophus.
Heſiodus.
Heſychius Presbyter.
Heſychius Criticus.
Heſychius Illuſtrius.
Helmoldus.
Heliodorus.
Heliodorus Lariſſæus.
Hermippus.
Herodotus.
Herodes Orator.
Henricus Huntidonius.
Henricus Mediolanenſis.
Henricus IV. Imp.
Henricus de Gandavo.
Hierax Philoſophus.
Hieremias Propheta.
Hierocles.
Hieronymus Græcus.
B. Hieronymus.
Hilarion.
Hincmarus.
Hiobi Liber.
Higinus.
Hilarij Duo.
Hildebertus Cenomanenſis.
Himerius Sophiſta.
Hipparchus.
Hippocrates.
Hippolytus Martyr.
Hirtius. Potius tamen Oppius. Vide Tom. III. Adverſ. & hic Oppius.
D. Hœſchelius.
Homerus.
Homerida.
Honorius Imperator.
Honorius Auguſtodunenſis.
Honoratus.
Hoſtius.
Fr. Hotomannus.
Ant. Hotomanus.
Hugo Eterianus. S. Victoris.
Hugo de S. Victore.
Humbertus.
Hyperides Rhetor.
Horatius.

I.

Jamblychus.
Jambographus vetus.
Ibycus.
Jeſſe Ambianenſis.
Idatius. Caniſij.
Idiota.
Ignatius Martyr.
Inſcriptiones Antiquæ. Hæc νοθεύει.
Joannes Diaconus.
Joannes Gazæus.
Joannes Geometra.
Joannes Raichu.
Joannes Maxentius.
Joannes Euchaita.
Joannes Iſacius.
Joannes Sinaita.
Joannes Climacius.
Joannes Patriarcha.
Joannes Porphyrogen.
B. Joannes.
Jonas Aurelianenſis.
Jonas Scotus.
Jodſaldſus Monachus.
Jornandes.
Joſuæ Liber.
Jotſaldus Monachus.
P. Jovius.

Joſe-

Joſephi interprês.
Joſephus Gorionides.
Joſephus.
Joſephus Devonius. Vide Joſeph.
Jovianus Pontanus.
Jovinus.
Iſacius Porphyrogen.
Iſidorus Peluſiota.
Irenæus.
Fr. Irenicus.
Iſidori Gloſſæ.
Iſidorus. Gloſſ.
Iſocrates.
Iſter.
Itinerarium Burdegal.
Julianus JC.
Julianus Poeta.
Julianus Patritius.
Julianus Antecesſor.
Julianus Pomerius.
Julianus Imperator.
Julianus Toletanus.
Junitius.
Julius Africanus.
Julius Rufinianus.
Fr. Junius.
Adr. Junius.
Juſtinianus Imp.
Juſtinus Senior. Imp.
Juſtinus Verſificator.
Juſtinus Martyr.
Juſtinus Trogi Correptor.
Juſtus Orgelitanus.
Julius Exſuperantius.
Juvenalis.
Juvencus.
Juvencus Calanus.
Juventius.
Ivo Carnotenſis.
Fr. Juretus.

K.

Kyramis.

L.

LAberius.
Car. Labbæus.
Lactantius.
Goth. Langius.
Lambertus Schafnaburgenſis.
D. Lambinus.
D. Laertius.
Lampridius.
P. Lancræus.
Landulfus Sagax.
M. Lannoias.
Laonicus Chalcocondylas.
Laurea Tullius.
B. Laurentius.
Leo Baptiſta Albertus.
Leontius Mechanicus.
J. Lectius.
Leo Philoſophus Imp.
Leo Magnus.
Leo Imp in Codice.
Leo Tuſcus.
Lerbenius.
Leo Afer.
P. Leopardus.
Joan. Lerius.
G. Lermæus.
Leo Poeta.
J. Levincius.
J. Leunclavius.

Libanius.
Licentius.
Fr.Lindebrogius.
Linus Poeta.
J.Lipſius.
Liutprandus.
Livius.
Livius Andronicus.
P.Lombardus.
Caſſius Longinus. vide & Dionyſ.
Longus.
P.Lotichius.
Lotharius Diaconus.
Lucanus.
B.Lucas.
Lucas Abbas.
Lucianus.
Lucilius.
Lucidus Presbyter.
Lucilius Græcus.
Lucretius.
Ludovicus Imp.
Ludovicus XI. Rex Galliæ.
Ludovicus Romanus.
Lupus Ferrarienſis.
Lutatius in Papinium. in Ovid.
Lycophron.
Lycurgus Rhetor.
Lyricen vetus.
Lyſias Rhetor.

M.

Macabæorum Libri.
Macarius.
Macer Verſificator.
Machon Comicus.
Aemilius Macer.
Macrobius.
Mœcenas.
Hier. Magius.
Mæcias.
Mago Agrimenſor.
H.Magius.
Malchus.
Maleachi.Propheta.
Mamertinus.
Cl. Mamertus. Vide ſupra Claudianus.
Manatho.
C.Manaſſes.
Manlius Theodorus.
Manutius Nepos.
Manilius Senator Romanus.
Manilius.
Marbodæus.
Theod.Marcilius.
Marcus Imperator. Vide Antoninus.
B Marcus Evang.
Marius Victor. Vide Victor.
Marcus Hydruntinus.
Marcellinus Comes.
Fl.Marcellinus.
Marcellus Empiricus.
Marcellus Donatus.
Marianus Sanutus.
Th.Marcilius.
B Marlianus.
Marianus.
Marianus Scotus.
Mariangelus Accurſius.
Marſilius Ficinus.
Martinus Heracleota.
Martianus JC.Imperator.
B.Martinius.

Mar-

Martinus Dunicenſis.
Martyrologia.
Cn.Mutius.
Martialis Lemoviceni Autor.
Martialis.
Maximianus Imp.
Maximianus Poeta.
Maximinus Imperator.
Maximus Tyrius, & Antonius.
Maxentius.
B.Mathæus Evang.
Mathæus Pariſius.
Mathæus Vindocinenſis.
Phil Mauſtacus.
Maximus Monachus.
Maximus Martyr.
Michael Meiſnerus.
P.Mela.
Meleager.
Megaſthenes.
Joſ.Mercerus.Joannes.
Menander.
Menander Protector.
Menophilus.
Meſſaallah.
Meſtianus.
Metellus Monachus.
Methodius.
Metuodorus.
G.Merula. Gaudentius Merula.
H. Mercurialis.
Joan.Meurſius.
Minutius Felix.
Mithradates Epiſtolis.
Cl. Minos.
Mnaſeas.
Jul.Modeſtus.
Mœro Poetria.
Frid.Morellus.
G.Morellus.
Modeſtinus JC.
Ant.Molinius.
J.Moſchus.
Moſchus Poeta.
J.Montanus.
Monachus Wingartenſis.
Altiſſiodorenſis.
Sangallenſis.
S.Juſtinæ Padouæ.
Monumenta Trecentia.
Ph.Mornæus.
Moſes.
Moſchapulus.
Muſæus.
Muſonius.
M.A.Muretus.
Myron.
Myrſilus.

N.

NÆvius.
And. Naugerius.
Naumachius Poeta.
Nazarius.
G.Nazianzenus.vid.Gregor.
Nehemias.
A.Nebriſſienſis.
Nemeſianus.
Nemeſius.
Neophron.
C.Nepos Attico.
Nerva JC.
Nero Imperator.
Neſtor Poeta.
Nicander.

Nicarchus.
Niceforus Calliſti.
Niceforus Blemmydes.
Niceforus Gregoras.
Nicephorus Patriarcha.
Nicetas Choniates.
Nicetas Dadybrenus.
Nicolaus Damaſcenus.
Nicolaus Myrepſus.
I. Nicolaus Loenſis.
Nicoſtratus.
Nicomachus Geraſenus.
Th.Niemius.
Nigidius.
Nilus.
Nithardus.
L.Nogarola.
Nonius Marcellus.
Lud.N nnius.
Nonnus.
Notkerus.
Notitia Vtriuſque Imperij. Provinciarum.
Epiſcopatuum.
Conſtantinopolis.
Novius.
Numenius.
Numerius Maximus.
Nummus Heracliani. ex Sambuco. Alius. Galieni. Tiberij. &c. Leonis.
.P.Numeſius.
Nymphodorus.

O.

IUl.Obſequens.
Ioan.Obſopæus.
P. Oderbornius.
Ocellus.
Odilo Cluniac.
Odo Cluniacenſis.
Oecumenius.
Olaus Magnus.
Olympiodorus.
Oneſicritus.
Onomaſticon Vetus.
Onoſander.
Onuphrius Panvinius.
Oppianus.
Oppius.Hirtius.
Optatus Afer.
Oracula vetera.
Oribaſius Medicus.
Origenes.
Orientius.
Oroſius.
Orpheus.
Orus Apollo.
Orthodoxa Proverbia.
Otbertus.
Otho Griſingenſis.
Otho Poeta.
Ovidius.

P.

PAcatus.
G.Pachymerius.
Pacianus.
Pacuvius.
Peanias.
Pætus Epiſt.ad Artax.
Palæphatus.
Palladius.
Pandectæ Iuris.
Panegyriſtæ.

Pa-

Papias.
Car. Paſchalius.
Paſchaſius Ratbertus.
J.Parrhaſius.
And.Papius.
P.Diaconus. Vide Diac.
B.Paullus.
Paullus Venetus.
Paullus JC.
Paullinus auctor Euchariſtici.
Paullinus V.C.
Paullinus Vita B.Ambroſij.
Paullinus Nolanus.
Paullus Aquileienſis.
Paullinus Benedictus.
Pauſanias.
Pedo.
Pentadius.
Perſius.
Joach.Perionius.
P.Perrenonius.
Periander.
Fr. Petrarca.
Petronius.
B.Petrus.
Petrus Bleſenſis.
Petrus Gregorius.
Petrus Monachus.
Petrus Pictavenſis.
Petrus Siculus.
Petrus Mauritius.
Petrus Ravennas. Chryſologus.
Petrus de Riga.
D.Petavius.
Phalaris.
Phanocles.
Phavorinus.
Pherecydes.
Philes de Animantibus.
Philemon.
Philippides.
Phœbadius.
Phaennis.
Phalaris.
Phædrus.
Pherenicus.
Philaſtrius.
Fr.Philelphus.
Philippus Byzantinus Epigram.
Philoſtratus.
Philoxenus Gloſſario.
Phlegon Trallianus.
Photius.
G. Phranzes.
Philetarus Comicus.
Philo.
Phyſici Veteres.
Philippus Rex.
Philippus Presbyter.
Phraates Rex.
Phocylides.
Phœnix Poeta.
Phrynichus.
Phurnutus.
J.Picardus.
St Pighius.
L.Pignorius.
Pilargyrus.
Fr.Pithœus.
P.Pithœus.
Joan. Pierius.
L.Pignorius.
Pindarus.
F.Pintianus.
G.V.Pimpontius.
G. Piſides.

Pius Imperator.
B. Pius.
PLanudes.
PLato.
PLautus.
PLinius.
PLinius Medicus.
PLinius Junior.
PLotinus.
PLutarchus de Fluminibus.
PLutarchus.
Poeta vetus.
Poggius Florentinus.
Polemon Sophiſta.
Jul. Pollux.
A. Politianus.
Pollio.
Polus Pythagoricus.
Polybius.
Polyænus.
Polyænus Poeta.
Pontius Diaconus.
Ponticus.
Pomponius Poeta.
Pomponius JC.
Auſ. Popma.
Porphyrius. Vide Malchus.
Porphyrius Poeta.
Phil. des Portes.
Poſidippus.
Poſthumius Junior.
Proba Falconia.
Val. Probus.
Proculus JC.
Proclus CP. de Fide. Et alii Procli.
Pratus-Phil.
Priapæn.
Priſcus Rhetor.
Priſciani duo vel tres.
Procopius.
Propertius.
Proſper Tiro.
Proſperi alij.
Proverbium Vetus.
Prudentius Trecenſis.
Prudentius.
Pſalmi. Vide David.
Pſellus.
Ptolemæus.
Th. Pulmannus.
Publius Memographus.
Pythias Rhetor.
Pythagoras.

Q.

Antõ. QUæringus.
Cl. Quadrigarius.
Quintilianus.
Quintiliani Declamat.
Declamat. vulgares.
Quintus Smyrnæus Laudatus Eunapio.

R.

RAbbinus incertus.
Rabanus Maurus.
Radulphus Ardens.
Radevicus.
J. Ræeardus.
L. Ramireſius.
Fr Raphelengius.
Regum Libri.
Rhetor incertus.
R. Reineccius.
Gilb. Regius JC.

B. Rhe-

B.Rhenanus.
Remigius.
Nic.Remigius.
Renatus Profuturus.
Rhemnius Fannius.
Nic.Rigaltius.
Richardus Monachus.
Richardus de S.Victore.
P.de Riga.
Rigordus.
C.Rittershuſius.
M.Ant.Roa.
Robertus de Monte.
Robertus.Altiſſiodor.
Fr.Robontellus.
Robertus Catanenſis.
C.Rodiginus.
Rogerius Londinenſis.
Horedenus.
Romanus Aquila.
Ronſardus.
Roſwita Poetria.
Phil.Rubenius.
Rufinus.
Rufus Epheſius.
S.Rufus.
Rufinianus Rhetor.
Ruritius.
Ruſticus Helpidius.
J.Rutgerſius.
Rutilius Lupus.
Rutilius Numatianus.

S.

M.A. Sabellicus.
Saluſte de Bartas. Vide Bartaſſ.
Aulus Sabinus.
G Sabinus.
Sabinus JC.
Salomon.
Salomon Epiſcopus.
Salluſtius.
Salvianus.
CL.Salmaſius.
Sangallenſis Monachus. Vide & Monachus.
Sappho.
J.Saresberienſis.
J.Savaronius.
H.Savilius.
Saxo Grammaticus.
Scaliger Pater.
Joſ.Scaliger.
Joan.Scoppa.
SCHOLIASTÆ.
Apollonij Rhodij.
Juvenalis.
Horat j.alius.de eo.
Anthologiæ Epigramm.
Pindari.
Arati.
Theocriti.
Germanici.
Perſij.
Hephestionis.
Prudentij.
Thucydidis.
Claudiani.
Baſilicorum.
Virgilij.
Nicandri.
Euripidis.
Sophoclis.
Aeſchyli.
Callimachi.

Aviani.]
Homeri.
Lycophronis.
Ariſtophan:s.
Ptolemæi.
Heſiodi.
Virgilii.
And. Schottus.
C.Scioppius.
J.Scortia.
Scipio Duplexius.Vid.Dupl.
Scribonius Largus.
Scylax Cariandenus.
Sedatus.
Sedulius de Regno.
Sedulius.
Sempronius.
Seneca Rhetor.
Seneca Philoſophus. Apoc.
Seneca Poeta.
Q.Serenus.
Q.Septiminus.
Septimius Serenus.
Sergius.
Servius.
Severianus Epiſcopus.
Severianus Rhetor.
Severus Rhetor.
Severus Poeta.
Severinus Epiſcopus.
Sextus PLacitus.
Sextus Pyrrhonius.
Siburius.
Sibylla.
J.Sichardus.
Siculus Flaccus.
Sidonius.
P.Silentiarius.
Sigebertus Gemblacenſis.
Sigfridus Presbyter.
Car.Sigonius.
Silius Italicus.
Silveſter Giraldus.
Simmias Rhodius.
Simonides.
Simplicius.
J.Sirmondus.
Siſenna.
Fr.Sizæus.
Sixtus P.R.
Socrates Philoſophus.
Socrates Hiſtoricus.
Solinus.
Solon.
Sopater.
Soſicrates.
Sotion.
Sophocles.
Soſiphanes.
Sozomenus.
Sparanus.
Spartianus.
Jac.Spigelius.
V Spurinna.
Statilius Maximus.
Statylius Flaccus.
Steſichorus.
Sthenidas.
G.Stevvechius.
Stato.
Statius Papinius.
Stephanus de Vrbibus.
H.Stephanus.
Stobæus.
Strabo.
Strabonis Epitoma.

W.Strabus.
Strato.
Stratocles Rhetor.
G.Stukius.
Strepſiades.
Stroza Poeta.
Suetonius.
Suevius.
Sugerius Abbas.
Sulpitia.
Sulpitius Alexander.
Sulpitius Lupercus.
Sulpitius Victor.
Sulpitius Severus.
Suidas.
H.Surita.
Sylveſter Giraldus.
Fr.Sylburgius.
Symmachus.
Sympoſius.
Syneſius.
Syracides.

T.

Tacitus.
J.Tarinus.
Tatianus.
Taurentius.
Fr.Taubmanus.
Taurus Philoſophus.
Tegeno.
Terentianus.
Terentius.
Teganus.
Tertullianus.
Teſtamentum Grunnij Porcelli.
Thalaſſius.
Theo.
Theodectes.
Theophilus Theol.
Theophilus JC.
Theodulfus.
Theodorus Studita.
Theodoretus.
Theodorus Priſcianus. vid Priſcian.
Themiſtius.
Theocritus.
Theophraſtus.
Theodoricus Rex.
Theognis.
Theodorus Prodromus.
Theodorus Abucaras.
Theodorus Studita.
Theoctiſtus.
Theganus.
Theodoſianus Codex.
Theopompus.
Theodoſius Imp.
Theorianus.
Theophridus.
Theophilus Protoſpatharius.
Theophylactus Bulgar.
Theophylactus Simocata.
Theophanes.
Thomas Magiſter.
Thomas de Kempis.
Thoromachus.
J. Thuanus.
Thucydides.
M.Thomaſius.
Tiberius Donatus.
Timæus.
Tibullus.
Tigres Car.auctor Batrachomyomachiæ.
Timocles.

TimonMiſanthropos. Syllographus.
Timotheus.
J. Tilius.
And. Tiraquellus.
Titinnius.
Tirolis Rex.
L. Torrentius.
Thomas Magiſter.
Thomas Hibernicus.
Tortarius.
Trajanus Imp.
Tribonianus.
Trebellius Pollio.
D. Triclinius.
H. Triſmegiſtus. Vid. Hermes.
Trogus Pompejus. Vide Juſtinus.
Tryphiodorus.
Ad. Turnebus.
Turnus. Satiricus.
Turpilius.
Turpinus.
Tychonius.
Tyrtæus.
Tzetzæ duo.

V.

J. VAdianus.
Valens & Valentinianus Imp.
Valentinianus Imp.
Valerianus Imp.
Valerianus Cimelen.
Valerius Cato.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Joann. Valtrinus.
Valerius Probus.
L. Valla.
J. Ant. Vulturius.
Vaticana Adagia.
Varius.
Varro Atacinus. Vide Autor de Luna.
Varro.
Lud. Vartomannus.
Vegetius.
Velius Fidus.
Vellejus Paterculus.
Ant. Velſerus. Marcus.
Venantius Fortunatus.
M. Vendelinus.
Venulejus. JC.
Verrius Flaccus.
Vertranius Maurus.
Veſtius Valens.
Vibius Helenius.
Vibius Sequeſter.
P. Victorius.
Vindicianus.
P. Vinitius Rhetor.
S. A. Victor.
P. Victor.
Victor Turnunenſis.
Victor Uticenſis.
Marius Victorinus.
Victorinus Martyr.
Marius Victor.
Victorinus de Cæſaribus.
Vigilius.
J. Villiomarus.
Vincentius Lirinenſis.
Vitalis Agrimenſor.
Vir doctus.
Vitalis Gallicus.
J. Vitriacenſis.
Vita vetus, &c.
El. Vinetus.
L. Vives.

Jac.

Jac. Villamontius.
Vitruvius.
Virgilius.
Ulpianus JC.
Ulpianus Græcus.
Vopiſcus.
Urbicius.
Hon. Urſeus.
F. Urſinus.
Vulcatius Gallicanus.
B. Vulcanius.

W.

Walfridus Abbas.
Walfridus Strabus.
Waltramus Numburg.
P. Warnefridus. Vide P. Diacon.
Willeramus.
Wipo.
Wilibaldus Epiſcopus.
Witechindus.
J. à Wower.
Wolwero.

X.

Xanthus.
Xenocrates.
Xenophanes.
Xenophon.
Xerxes Rex.
G. Xylander.
Xiphilinus.
Xyſtus Philoſophus.

Z.

Zacharias Scholaſticus.
Zacharias Calliergus. Vide Scholiaſten Theocriti.
Zacharias Pontifex.
Zacharias interpres Gregorij Magni.
Zahel. Arabs.
Zanus Poeta.
Zeno Philoſophus.
Zeno Imperator.
Zenobius.
Zeno Veronenſis.
J. Zinzerlingus.
Zonaras.
Zoroaſter.
Zoſimus Comes.

FINIS.

CL, CLAV.

CL. CLAVDIANI

quæ exſtant:

DE OLYBRII ET PROBINI

Fratrum Conſulatu,

Panegyris.

SOL, qui flammiferis mundum complexus habenis
Voluis inexhauſto redeuntia ſæcula motu,
Sparge diem meliore coma, crinemque repexi
Blandius elato ſurgant temone iugales
Efflantes roſeum frenis ſpumantibus ignem.
Iam noua germanis veſtigia torqueat annus
Conſulibus, lætique petant exordia menſes.
Scis genus Anthemium, nec te latuere parentes
Anniadæ: nam ſæpe ſoles ductoribus illis
Inſtaurare vias, & curſibus addere nomen.
His neque per dubium pendet fortuna fauorem,
Nec nouit mutare vices, ſed fixus in omnes
Cognatos procedit honos, quemcumque requires
Hac de ſtirpe virum, certum eſt de Conſule naſci.
Per faſces numerantur aui, ſemperque renata
Nobilitate virent, & prolem fata ſequuntur
Continuum ſimili ſeruantia lege tenorem:
Nec quiſquam procerum tentat, licet ære vetuſto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se iactare parem: ſed prima ſede relicta,
Anthemiis de iure licet certare ſecundo.
Haud ſecus ac tacitam Luna regnante per Arcton
Sidereæ cedunt acies, cum fratre retruſo
Æmulus aduerſis flagrauerit ignibus orbis.
Tunc iubar Arcturi languet: tunc fulua Leonis
Ira petit: Plauſtro iam tarda intermicat Arctos
Indignata tegi: iam caligantibus armis
Debilis Orion dextram miratur inermem.
Quem prius aggrediar? veteris quis facta Probini
Neſciat, aut nimias laudes ignoret Olybri?
Viuit adhuc, complet vagis ſermonibus aures
Gloria fuſa Probi, quam nec ventura ſilebunt
Luſtra, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas.
Illum fama vehit trans æquora, tranſque remotas
Tethyos ambages, Atlanteoſque receſſus.
Audiit, & gelido ſi quem Mæotica paſcit
Sub Ioue, vel calido ſi quis coniunctus in axe
Naſcentem te, Nile, bibit, virtutibus ille
Fortunam domuit, numquamque leuantibus alte
Intumuit rebus: ſed mens circumflua luxu
Nouerat intactum vitio ſeruare vigorem.
Hic non diuitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnauit opes: ſed largior imbre
Sueuerat innumeras hominum ditare cateruas.]
Quippe velut denſo currentia munera nimbo
Cernere ſemper erat: populis vndare Penates:
Aſſiduos intrare inopes: remeare beatos.
Præceps illa manus fluuios ſuperabat Iberos
Aurea dona vomens, ſi quid tellure reuulſa
Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum:

 Quantum

Quantum ſtagna Tagi rudibus ſtillantia venis
Illuxere decus: quanto pretioſa metalli
Hermi ripa micat. quantas per Lydia culta
Deſpumat rutilas diues Pactolus arenas.
Non, mihi centenis reſonent ſi vocibus ora,
Multifiduſque ruat centum per pectora Phœbus,
Acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes
Rexerit, ad ſummi quoties faſtigia iuris
Venerit, Italiæ late cum frena teneret,
Illyricoſque ſinus, & quos arat Africa campos.
Sed nati vicere patrem, ſolique merentur
Victores audire Probi. non contigit illi
Talis honor, prima cum parte vireſceret æui.
Non conſul cum fratre fuit. vos nulla fatigat
Cura diu maiora petens: non anxia mentem
Spes agit, & longo tendit præcordia voto.
Cœpiſtis quo finis erat. primordia veſtra
Vix pauci meruere ſenes: metaſque teneris
Ante genas dulces quam flos iuuenilis inumbret;
Oraque ridenti lanugine veſtiat ætas.
Tu precor ignarum doceas, Parnaſſia, vatem,
Quis Deus ambobus tanti ſit muneris auctor.
Poſtquam fulmineis impellens viribus hoſtem
Belliger Auguſtus trepidas laxauerat Alpes,
Roma Probo cupiens dignas perſoluere grates,
Sedula pro natis dominum flexura rogando
Ire parat. famuli currum iunxere volantem.
Impetus, horribiliſque Metus, qui ſemper agentes
Prælia cum fremitu Romam comitantur anhelo,
Siue petat Parthos, ſeu cuſpide turbet Hydaſpen.
Hi religant axe rotas. hic ſub iuga ferrea mittit
Cornipedes, rigidiſque docet ſeruire lupatis.
Ipſa, triumphatis quæ poſſidet æthera regnis
Aſſilit, innuptæ ritus imitata Mineruæ.
Nam neque cæſariem crinali ſtringere cultu,
Colla nec ornatu patitur mollire retorto,
Dextrum nuda latus, niueos exſerta lacertos.
Audacem retegit mammam, laxumque coercens
Mordet gemma ſinum. nodus, qui ſubleuat enſem,
Album puniceo pectus diſcriminat oſtro.
Miſcetur decori virtus, pulcerque ſeuero
Armatur terrore pudor, galeæque minaci
Flaua cruentatum prætenditur vmbra iubarum,
Et formidato clipeus Titana laceſſit
Lumine, quem tota variarat Mulciber arte.
Hic patrius Mauortis amor. fetuſque notantur
Romulei. post amnis ineſt, & bellua nutrix.
Electro Tiberis, pueri formantur in auro.
Fingunt æra lupam. Mauors adamante coruſcat.
Iam ſimul emiſſis rapido velocior Euro
Fertur equis. ſtridunt Zephyri, curſuque rotarum
Saucia diuiduis clareſcunt nubila ſulcis:
Nec traxere moras, ſed lapſu protinus vno
Quem poſcunt tetigere locum, qua fine ſub vno
Anguſtant aditum curuis anfractibus Alpes,
Clauſtraque congeſtis ſcopulis duriſſima tendunt,
Non alia reſeranda manu, ſed peruia tantum
Auguſto, geminiſque fidem mentita tyrannis.
Semirutæ turres, auulſaque mœnia fumant.
Creſcunt in cumulum ſtrages, vallemq. profundam
Æquauere iugis. ſtagnant immerſa cruore
Corpora. truduntur permiſto funere Manes.
Haud procul exacto lætus certamine victor
Ceſpite gramineo conſederat, arbore fultus
Acclines humeros. dominum gauiſa coronat
Terra ſuum, ſurguntque toris maioribus herbæ.
Sudor adhuc per membra calet, crebroque recurrit
Halitus, & placidi radiant in caſſide vultus.
Qualis letifera populatus cæde Gelonos
Procubat horrendus Getico Gradiuus in aruo.
Exuuias Bellona leuat, Bellona tepentes
Puluere ſoluit equos, immenſaque cornus in haſtam
Porrigitur, tremuliſque ferit ſplendoribus Hebrum.
Vt ſterit ante ducem diſcuſſas Roma per auras,
Conſcia tunc ſonuit rupes, & inhorruit atrum
Maieſtate nemus. prior hic, o Numen amicum,
Dux ait, & legum genitrix, longeque regendo
Circumfuſa polo, conſors adiuncta Tonanti,
Dic agedum, quæ cauſſa viæ? cur deſeris arces
Auſonias, cœlumque tuum? dic maxima rerum.
Non ego vel Libycos ceſſem tolerare labores,
Sarmaticoſue pati medio ſub frigore Coros,
Si tu, Roma, velis. pro te quaſcumque per oras
Ibimus, & nulla ſub tempeſtate timentes
Solſtitio Meroën, bruma tentabimus Iſtrum.
Tum regina refert: non me latet, inclite rector,
Quod tua pro Latio victricia caſtra laborent.
Nec quod ſeruitium rurſus, Furiæque rebelles,
Edomitæ paribus ſub te cecidere triumphis.
Sed precor hoc donum cum libertate recenti
Adiicias, ſi vera manet reuerentia noſtri.
Sunt mihi pubentes alto de ſemine fratres
Pignora cara Probi, feſta quos luce creatos
Ipſa meo foui gremio, cunabula paruis
Ipſa dedi, cum matris onus Lucina beatum
Solueret, & magnos præferrent ſidera partus,
His ego non Decios pulcros, fortesue Metellos
Prætulerim: non qui Pœnum domuere ferocem
Scipiadas, Galliſque genus fatale Camillos.
Pierus pollent ſtudiis, multoque redundant

Eloquio, nec deſidiis, dapibuſue paratis
Indulgere iuuat: nec tanta licentia vitæ
Arripit, aut mores ætas laſciua relaxat:
Sed grauibus curis animum ſortita ſenilem
Ignara longæuo frenatur corde iuuentus.
Illis, quam propriam ducunt ab origine, ſortem
Oramus præbere velis, annique futurum
Deuoueas venientis iter. non improba poſco.
Non inſueta dabis. domus hæc de more requirit.
Annue. ſic nobis Scythicus famuletur Araxes,
Sic Rhenus per vtrumque latus, Mediſque ſubactis,
Noſtra Semiramiæ timeant inſignia turres;
Sic fluat attonitus Romana per oppida Ganges.
Victor ad hæc: optata iubes, vltroque volentem
Diua rogas: non hæc precibus tentanda fuiſſent.
Vſque adeone meam condunt obliuia mentem,
Vt pigeat meminiſſe Probi, quo iudice totam
Vidimus Heſperiam, feſſaſque reſurgere gentes?
Ante dabunt hiemes Nilum; per flumina damæ
Errabunt, glacieque niger damnabitur Indus;
Ante Thyeſteis iterum conterrita menſis
Interciſa dies refugos vertetur in ortus,
Quam Probus à noſtro poſſit diſcedere ſenſu.
Dixerat & velox iam nuntius aduolat vrbem.
Extemplo ſtrepuere chori, colleſque canoris
Plauſibus impulſi ſeptena voce reſultant.
Lætatur veneranda parens, & pollice docto
Iam parat auratas trabeas, cultuſque micantes
Stamine: quod molli tondent de ſtipite Seres,
Frondea lanigeræ carpentes vellera ſyluæ:
Et longum tenues tractus producit in aurum,
Filaque concreto cogit ſqualere metallo.
Qualis purpureas præbebat candida veſtes
Numinibus Latona ſuis, cum ſacra rediret
Ad loca nutricis iam non errantia Deli.
Illa feros ſaltus, & deſolata relinquens
Mænala, laſſato certis venatibus arcu,
Phœbus adhoc nigris rorantia tela venenis
Exſtincto Pythone ferens. tunc inſula notos
Lambit amica pedes, ridetque Ægæus alumnis
Lenior, & blando teſtatur gaudia fluctu.
Sic Proba præcipuo natos exornat amictu;
Quæ decorat mundum: cuius Romana poteſtas
Fetibus augetur credas ex æthere lapſam
Stare pudicitiam, vel ſacro thure vocatam
Iunonem Inachiis oculos aduertere templis.
Talem nulla refert antiquis pagina libris,
Nec Latiæ cecinere tubæ, nec Græca vetuſtas.
Coniuge digna Probo: nam tantum cœtibus extat
Femineis, quantum ſupereminet ille maritos:
* Ceu ſibi certantes ſexus qui poſſit vterque
Hunc legere ad herum. taceat Nereida nuptam
Pelione duplici fecundam Conſule matrem
Felicemque vterum, qui nomina parturit anni.*
Vt ſceptrum geſſere manu, membriſque rigentes
Aptauere togas, ſignum dat ſummus mulca
Nube pater, gratamque facem per inane rotantes
Proſpera vibrati tenuerunt omina nimbi.
Accepit ſonitus curuis Tiberinus in antris
Ima valle ſedens, arrectiſque auribus hæſit.
Vnde repentinus populi fragor, ilicet herbis
Pallentes thalamos, & ſtructa cubilia muſco
Deſerit ac Nymphis dominam commendat herilem.
Illi glauca nitent hirſuto lumina vultu,
Cæruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum. criſpo denſantur gramine colla.
Vertice luxuriat toto crinalis arundo:
Quam neque fas Zephyris frangi, nec ſole peruſtam
Æſtiuo candore mori: ſed viuida frondet
Æquæuum complexa caput. taurina leuantur
Cornua temporibus raucos ſudantia riuos.
Diſtillant per pectus aquæ. frons hiſpida manat
Imbribus. in liquidos fontes ſe barba repectit.
Palla graues humeros velat, quam neuerat vxor
Ilia percurrens vitreas ſub gurgite telas.
Eſt in Romuleo procumbens inſula Tibri,
Qua medius geminas interfluit alueus vrbes
Diſcretas ſubeunte freto, pariterque minantes
Ardua turrigeræ ſurgunt in culmina ripæ.
Hic ſtetit, & ſubitum proſpexit ab aggere votum:
Vnanimes fratres iunctos ſtipante Senatu
Ire forum, ſtrictaſque procul radiare ſecures,
Atque vno biiuges tolli de limine faſces.
Obſtupuit viſu, ſuſpenſaque gaudia vocem
Oppreſſam tenuere diu, mox inchoat ore.
Reſpice ſi tales iactas aluiſſe fluentis
Eurota Spartane tuis. quid protulit æquum
Falſus olor, valido quamuis decernere ceſtu
Norint, & ratibus ſæuas arcere procellas?
En noua Ledæis ſoboles fulgentior aſtris.
Ecce mei ciues: quorum iam Signifer optat
Aduentum, ſtelliſque parat conuexa futuris.
Iam per noctiuagos dominetur Olybrius axes
Pro Polluce rubens, pro Caſtore flamma Probini.
Ipſi vela regent. ipſis donantibus auras
Nauita tranquillo moderabitur æquore pinum.
Nunc pateras libate Deis, nunc ſoluite multo
Nectare corda libet. niueos iam pandite cœtus
Naides & totum violis prætexite fontem.
Mella ferant ſyluæ, iam profluat ebrius amnis

Iutatis in vina vadis. iam ſponte per agros
udent irriguæ ſpirantia balſama venæ.
Currat.qui ſociæ roget in conuiuia menſæ
ndigenas fluuios,Italis quicumque ſuberrant
Montibus,Alpinaſque bibunt de more pruinas:
Vulturnuſque rapax, & Nar vitiatus odoro
ulfure,tardatuſque ſuis erroribus Vfens:
t Phaëthonteæ perpeſſus damna ruinæ
ridanus,flauæque terens querceta Maricæ
iris,& OEbaliæ qui temperat arua Galeſus,
emper honoratus noſtris celebrabitur vndis
ſte dies:ſemper dapibus recoletur opimis.
ic ait,& Nymphæ patris præcepta ſecutæ
Vecta parant peplis: oſtroque infecta coruſco
umida gemmiferis illuxit regia menſis.
O bene ſignatum fraterno nomine tempus!
conſanguineis felix auctoribus annus!
ncipe quadrifidum Phœbi torquere laborem.
rima tibi procedat hiems non frigore torpens,
on canas veſtita niues, non aſpera ventis,
ed trepido calefacta Noto. ver inde ſerenum
rotinus,& liquidi clementior aura Fauoni
ratis te croceis pingat. te meſſibus æſtas
duat,autumnuſque madentibus imbuat vuis.
mni nobilior luſtro,tibi gloria ſoli
ontigit exactum numquam memorata per æuum,
ermanos habuiſſe duces: te cuncta loquetur
ellus,te variis ſcribent in floribus Horæ,
ongaque perpetui ducent in ſæcula faſti.

CL. CLAVDIANI
IN
MALLII THEODORI
Conſulatum,
Prologus.

Vdebiſne, precor, doctæ ſubiecta cateruæ
Inter tot proceres noſtra Thalia loqui?
ec te fama vetat, vero quam celſius actam
Vel ſeruaſſe labor, vel minuiſſe pudor.
utibi continuis creuit fiducia caſtris?
Totaque iam vatis pectora miles habet?
nmina Romani,maieſtatemque Senatus,
Et,quibus exſultat Gallia,cerne viros.
mnibus audimur terris, mundique per aures
Ibimus,ah nimius Conſulis vrget amor.

Iupiter,vt perhibent.ſpatium cum diſcere vellet
Naturæ, regni neſcius ipſe ſui,
Armigeros vtrimque duos æqualibus alis
Miſit ab Eois, occiduiſque plagis.
Parnaſſus geminos fertur iunxiſſe volatus;
Contulit alternas Pythius axis aues.
Princeps non aquilis terram cognoſcere curat.
Certius in nobis æſtimat imperium.
Hoc ego concilio collectum metior orbem.
Hoc video cœtu quidquid vbique micat.

CL. CLAVDIANI
De Conſulatu
MALLII THEODORI,
Panegyris.

IPſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque late
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis
Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi;
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Diuitiis animoſa ſuis. immotaque cunctis
Caſibus ex alta mortalia deſpicit arce.
Hanc tamen inuitam blande veſtigat, & vltro
Ambit Honor.docuit toties à rure profectus
Lictor,&in mediis Conſul quæſitus aratris.
Te quoque naturæ ſacris,mundique vacantem,
Emeritum pridem, deſudatiſque remotum
Iudiciis etiam rurſus complexa poteſtas
Euehit,& reducem notis imponit habenis.
Accedunt trabeæ.nil iam,Theodore,relictum.
Quo virtus animo creſcat, vel ſplendor honore,
Culmen vtrumque tenes talem te protinus anni
Formauere rudes, & dignum vita curuli
Traxit iter,primæque ſenes ceſſere iuuentæ.
Iam tunc canities animi,iam dulce loquendi
Pondus, & attonitas ſermo qui duceret aures.
Mox vndare foro victrix opulentia linguæ,
Tutarique reos.ipſa hæc ampliſſima ſedes
Orantem ſtupuit,bis laudatura regentem.
Hinc te pars Libyæ moderantem iura probauit,
Quæ nunc tota probat. longi ſed pignus amoris
Exiguæ pepercere moræ, populumque clientem
Publica manſuris teſtantur vocibus æra.
Inde tibi Macedum tellus,& condita Pellæ
Mœnia,quæ famulus quondam ditauit Hydaſpes,
Tantaque commiſſæ reuocaſti gaudia genti

Mitibus

Mitibus arbitriis, quantum bellante Philippo
Floruit, aut nigri cecidit cum regia Tori.
Sed non vlterius te præbuit urbibus aula
Maluit eſſe ſuum. terris edicta daturus,
Supplicibus reſponſa venis. oracula Regis
Eloquio creuere tuo. nec dignius vmquam
Maieſtas meminit ſeſe Romana locutam.
Hinc ſacræ mandantur opes, orbiſque tributa:
Poſſeſſi quidquid fluuiis euoluitur auri:
Quidquid luce procul venas rimata ſequaces
Abdita pallentis fodit ſollertia Beſſi.
Ac velut excitus lentandis nauita tonſis
Præficitur lateri cuſtos, hinc ardua proræ
Temperat, & fluctus tempeſtateſque futuras
Edocet, aſſiduo cum Dorida vicerit vſu.
Iam clauum, totamque ſubit torquere carinam.
Sic cum clara diu rerum documenta dediſſes,
Non te parte ſui, ſed in omni corpore ſumpſit
Imperium. cunctaque dedit telluris regendos
Rectores. Hiſpana tibi, Germanaque Tethys
Paruit, & noſtro diducta Britannia mundo:
Diuerſoque tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar, Rhodanuſque celer, & diues Iberus.
O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur iudice ripis.
Vnius fit cura viri, quodcumque rubeſcit
Occaſu, quodcumque dies deuexior ambit.
Tam celer aſſiduos expleuit curſus honores.
Vna poteſtatum ſpatiis interfuit ætas,
Totque gradus fati iuuenilibus intulit annis.
Poſtquam parta quies, & ſummam nacta cacumen,
Iam ſecura petit priuatum gloria portum.
Ingenii redeunt fructus, aliique labores,
Et vitæ pars nulla perit: quodcumque recedit
Litibus. incumbit ſtudiis, animoſque viciſſim
Aut curam imponit populis, aut otia Muſis.
Omnia Cecropiæ relegis ſecreta ſenectæ,
Diſcutiens quid quiſque nouum mandauerit æuo,
Quantaque diuerſæ produeant agmina ſectæ.
Namque aliis princeps rerum diſponitur aer:
Hic confidit aquis: hic procreat omnia flammis.
Alter in Ætnæas caſurus ſponte fauillas
Diſpergit, reuocatque Deum, rurſuſque receptis
Nectit amicitiis quidquid diſcordia ſoluit.
Corporis hic damnat ſenſus, verumque videri
Pernegat. hic ſemper lapſuræ pondera terræ
Conatur rapido cæli fulcire rotatu,
Accenditque diem prærupti turbine ſaxi.
Ille ferox, vnoque tegi non paſſus Olympo,
Immenſum per inane volat, finemque peroſus
Parturit innumeros anguſto pectore mundos.
Hi vaga colliduut cæcis primordia plagis.
Numina conſtituunt alij, caſuſque relegant.
Graiorum obſcuras Romanis floribus artes
Irradias, vicibus gratis formare loquentes
Suetus, & alterno verum contexere nodo.
Quidquid Socratico manauit ab ordine, quidquid
Docta Cleanthex ſonuerunt atria turbæ,
Inuentum quodcumque tuo, Chryſippe, receſſu,
Quidquid Democritus riſit, dixitque tacendo
Pythagoras. vno ſe pectore cuncta vetuſtas
Condidit, & maior collectis viribus exit.
Ornantur veteres, & nobiliore magiſtro
In Latium ſpretis Academia migrat Athenis,
Vt tandem propius diſcat, quo fine beatum
Dirigitur; quæ norma boni, quis limes honeſti;
Quænam membra ſui virtus diuiſa domandis
Obiectet vitiis; quæ pars iniuſta recidat,
Quæ vincat ratione metus, quæ frænet amores.
Aut quoties elementa doces, ſemperque fluentis
Materiæ cauſſas: quæ vis animauerit aſtra,
Impleritque choros. quo viuat machina motu.
Sidera cur ſeptem retro nitantur in ortus
Obluctata polo, variiſque meatibus idem
Arbiter, an geminæ conuertant æthera mentes.
Sitne color proprius rerum, luciſque repulſu
Eludant aciem. tumidos quæ Luna recurſus
Nutriat Oceani, qua fracta tonitrua vento.
Quis trahat imbriferas nubes; quo ſaxa creentur
Grandinis, vnde rigor niuibus: quæ flamma per auras
Excutiat rutilos tractus, aut fulmina velox
Torqueat, aut triſtem figat crinita cometen.
Iam tibi compoſitam fundauerat ancora puppim.
Telluris iam certus eras. facunda placebant
Otia. naſcentes ibant in ſæcula libri.
Cum ſubito liquida ceſſantem vidit ab æthra
Iuſtitia, & tanto viduatas iudice leges.
Continuo frontem limbo velata pudicam
Deſerit autumni portas, qua vergit in auſtrum
Signifer, & noctis reparant diſpendia Chelæ.
Pax auibus, quacumque volat, rabiemque frementes
Depoſuere feræ. lætatur terra reuerſo
Numine, quod priſci poſt tempora perdidit auri.
Illa per occultum Ligurum ſe mœnibus infert.
Et caſtos leuibus plantis ingreſſa Penates
Inuenit ætherios ſignantem in puluere curſus,
Quos pia ſollicito deprendit pollice Memphis:
Quæ moueant momenta polum, quam certus in aſtris
Error. quis tenebras Solis, cauſiſque meantem
Defectum videat numerus. quæ linea Phœben

Demnet, & excluſo pallentem fratre relinquat.
Vt procul adſpexit fulgentia Virginis ora,
Cognouitque Deam: vultus veneratus amicos
Occurrit, ſcriptæque notas confundit arenæ.
Tunc ſic Diua prior: Malli, ſincera bonorum
Congeries, in quo veteris veſtigia recti,
Et ductos video mores meliore metallo:
Iam ſatis indultum ſtudiis; Muſæque tot annos
Eripuere mihi, pridem reiura repoſcunt.
Aggredere. & noſtro rurſum te redde labori.
Nec tibi ſufficiat tranſmiſſæ gloria vitæ.
Humanum curare genus quis terminus vnquam
Præſcripſit? nullas recipit prudentia metas.
Adde quod hæc potuit multis contingere ſedes.
Sed meritis tantum redeunt, actuſque priores
Commendat repetitus honor, virtuſque reducit,
Quos fortuna regit. melius, magnoque peremdum
Credis in abſtruſa rerum ratione morati?
Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis
Erexere magis, quam qui reſponſa ſecutus
Obruit Eoas claſſes, vrbemque carinis
Vexit, & arſuras Medo ſubduxit Athenas.
Spartanis potuit robur præſtare Lycurgus
Matribus & ſexum leges vicere ſenetæ.
Ciuibus & vetitis ignauo credere muro
Turius obiecit nudam Lacedæmona bellis.
At non Pythagoræ monitus, annique ſilentes
Famoſum OEbalij luxum preſſere Tarenti.
Quis vero inſignem tanto ſub principe curam
Reſpuat? aut quando meritis maiora patebunt
Præmia? quis demens adeo, qui iungere ſenſus
Cum Stilicone neget? ſimilem quæ pertulit ætas
Conſilio, vel Marte virum? nunc Brutus amaret
Viuere ſub regno tali, ſuccumberet aulæ
Fabricius cuperent ipſi ſeruire Catones.
Nonne vides, vt noſtra ſoror Clementia triſtes
Obtundat gladios: fratres amplexa ſerenos
Aſſurgat pietas: fractis vt lugeat armis
Perfidia. & laceris morientes crinibus hydri
Lambant inualido Furiarum vincla veneno?
Exſultat cum pace fides. iam ſidera cunctæ
Linquimus, & placidas inter diſcurrimus vrbes,
Nobiſcum, Theodore, redi. ſubit ille loquentem
Talibus. agreſtem dudum me Diua, reuerti
Cogis, & infeſtum longi rubigine ruris
Ad tua ſigna vocas, numquam mihi cura tot annis
Arcta, quam duras ſulcis mollire nouales,
Noſſe ſoli vires, nemori quæ commoda rupes,
Quis felix oleæ tractus. quæ gleba faueret
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles.
Terribiles rurſum lituos veteranus adibo,
Et deſueta vetus tentabo cærula vector?
Collectamque diu, & certis vtcumque locatam
Sedibus in dubium patiar deponere famam?
Nec me quid valeat natura fortior vſus
Præterit, aut quantum neglectæ deſluat arti.
Deſidis aurigæ non audit verbera currus:
Nec manus agnoſcit, quem non exercuit arcum.
Eſſe ſed iniuſtum fateor quodcumque negatur
Iuſtitiæ, in prima hominem ſilueſtribus antris
Elicis, & fœdo detergis ſæcula victu
Te propter colimus leges, animoſque ferarum
Exuimus nitidis quiſquis te ſenſibus hauſit,
Irruet intrepidus flammis, hiberna ſecabit
Æquora: conſertos hoſtes ſuperabit in armis.
Ille vel Æthiopum pluuiis ſolabitur æſtus.
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aër.
Sic fatus tradente Dea ſuſcepit habenas
Quatuor ingenti ſuris temone refuſas.
Prima Padum, Tiberimque ligat, crebriſque micantem
Vrbibus Italiam: Libyas, Pœnoſque ſecunda
Temperat: Illyrico ſe tertia porrigit orbi:
Vltima Sardiniam, Cyrnon, trifidamque retentat
Sicaniam & quidquid Tyrrhena tunditur vnda,
Vel gemit Ionia. nec te tot limina rerum,
Aut tantum turbauit onus ſed vt altus Olympi
Vertex, qui ſpatio ventos hiemeſque relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum,
Celſior exſurgit pluuiis auditque ruentes
Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat:
Sic patiens animus per tanta negotia liber
Emergit, ſimiliſque ſui; iuſtique tenorem
Flectere non odium cogit non gratia ſuadet.
Nam ſpretas quis opes, intactaque pectora lucro
Commemoret? fuerint aliis hæc forte decora.
Nulla poteſt laus eſſe tibi, quæ crimina purget.
Seruat inoffenſam diuina modeſtia vocem.
Temperiem ſeruant oculi. nec lumina feruor
Aſperat, aut rabidas diffundit ſanguine venas.
Nullaque mutati tempeſtas proditur oris.
Quin etiam ſontes expulſa corrigis ira,
Et placidus delicta domas. nec dentibus vmquam
Inſtrepis horrendum, fremitu nec verbera poſcis.
Qui fruitur pœna, ferus eſt, legumque videtur
Vindictam præſtare ſibi, cum viſcera felle
Canduerint; ardet ſtimulis, ferturque nocendi
Prodigus, ignarus cauſſæ. Diis proximus ille eſt,
Quem ratio, non ira mouet: qui facta rependens
Conſilio punire poteſt. mucrone cruento
Se iactent alii, ſtudeant feritate timeri

Addicto-

Addictoque hominum cumulent ęraria cenſu,
Lene fluit Nilus,ſed cunctis amnibus extat
Vtilior,nullas confeſſus murmure vires.
Acrior at rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas.eadem clementia ſæui
Gurgitis immenſum diducit in oſtia Gangem.
Torrentes immane fremant,lapſiſque minentur
Pontibus. inuoluant ſpumoſo vertice ſiluas.
Pax maiora decet.peragit tranquilla poteſtas,
Quod violenta nequit,mandataque fortius vrget
Imperioſa quies. idem præduros iniquas
Accepiſſe preces: rurſus quæ digna peritu
Largitor facilis:nec, quæ comitatur honores,
Auſa tuam leuiter tentare ſuperbia mentem.
Frons priuata manet. non ſe meruiſſe fatetur,
Qui creuiſſe putat: rigidi ſed plena pudoris
Elucet grauitas faſtu iucunda remoto.
Quæ non ſeditio,quæ non inſania vulgi,
Te viſo lenita cadat? quæ diſſona ritu
* Barbaries Medi, quam non reuerentia frangat?
Vel quis non ſitiens ſermonis mella politi
Deſerat Orpheos blanda teſtudine cantus?
Qualem te legimus teneri primordia mundi
Scribentem, aut partes animæ:per ſingula talem
Cernimus,& ſimiles agnoſcit pagina mores.
Nec dilata tuis Auguſto Iudice merces
Officiis. illumque habitum, quo longitur aulæ
Curia,qui ſocios proceres cum principe nectit,
Quem quater Ipſe gerit, perfecto detulit anno,
Depoſuitque ſuas te ſuccedente curules.
Creſcite virtutes,fœcundaque floreat ætas.
Ingeniis pateat campus, certuſque merenti
Stet fauor.ornatur propriis induſtria donis.
Surgite ſopitæ,quas obruit ambitus,artes.
Nil licet inuidiæ,Stilico dum proſpicit orbi,
Sidereuſque gener. non hic violata curulis,
Turpia non Latios inceſtant nomina faſtos.
Fortibus hæc conceſſa viris, ſoliſque gerenda
Patribus,& Romæ numquam latura pudorem.
Nuntia votorum celeri iam fama volatu
Moueat Aonios audito Conſule lucos.
Concinnit felix Helicon,fluxitque Aganippe
Largior,& docti riſerunt floribus amnes.
Vrania redimita comas,qua ſæpe magiſtra
Mallius igniferos radio deſcripſerat axes,
Sic alias hortata Deas:patimurne,ſorores,
Optato procul eſſe die? nec limina noſtri
Conſulis, & ſemper dilectas viſimus ædes?
Et faſces ſubiiſſe libet? miracula plebi
Colligite,& claris nomen celebrate theatris.
Tu Iouis æquorei ſubmerſam fluctibus aulam
Oratum volucres Erato iam perge quadrigas,
A quibus haud vmquam palmam rapturus Arion.
Illuſtret Circum ſonipes,quicumque ſuperbo
Perſtrepit hinnitu Bætim, qui ſplendida potat
Stagna Tagi, madidoque iubas adſpergitur auro.
Calliope liquidas Alcidan poſce palæſtras.
Cuncta Palemoniis manus exploratа coronis
Adſit,& Eleo pubes laudata Tonanti.
Tu iuga Taygeti, frondoſaque Mænala Clio
I Triuiæ ſupplex. non aſpernata rogantem
Amphitheatrali faueat Latonia pompæ.
Audaces legat ipſa viros,qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula niſu.
Ipſa truces fetus,capriuaque ducat ab antris
Prodigia,& cædis ſitientem deferat arcum.
Conueniant vrſi,magna quos mole timentes
Torua Lycaoniis Helice miretur ab aſtris
Perfoſſique ruant populo pallente leones
Quales Mygdonio curru frenare Cybelle
Optat,& Herculei mallent fregiſſe lacerti.
Obuia fulminei properent ad vulnera pardi
Semine permiſto geniti. cum forte Leænæ
Nobiliorem vterum viridis corrupit adulter;
Hi maculis patres referunt,& robore matres.
Quidquid monſtri feris nutrit Getulia campis,
Alpina quidquid tegitur niue,Gallica quidquid
Silua timet,iaceat.largo diteſcat arena
Sanguine conſumant totos ſpectacula montes,
Nec molles egeant noſtra dulcedine ludi.
Qui lætis riſum ſalibus mouiſſe facetus,
Qui nutu,manibuſque loquax,cui tibia flatu,
Cui plectro pulſanda chelys,qui pulpita ſocco
Perſonat,aut alte graditur maiore cothurno,
Et qui magna leui detrudens murmura tactu
Innumeras voces ſegetis moderatus ahenæ
Intonat erranti digito, penituſque trabali
Vecte laborantes in carmina concitat vndas.
Vel qui more auium ſeſe iaculantur in auras,
Corporaque ædificant celeri creſcentia nexu,
Quorum compoſitam puer augmentatus in artem
Emicet, & vinctus plantæ vel cruribus hærens
Pendula librato figat veſtigia ſaltu,
Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis,
Inque chori ſpeciem ſpargentes ardua flamas
Scena rotet. varios effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus,pictæque citato
Ludant igne trabes,& non permiſſa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.
Laſciui ſubito confligant æquore lembi,

Stagna-

Stagnaque remigibus ſpument inuerſa canoris.
Conſul per populos, idemque grauiſſimus auctor
Eloquii, duplici vita ſubnixus in æuum
Procedat pariter libris faſtiſque legendus.
Accipiat patris exemplum, tribuatque nepoti
Filius, & cœptis ne deſit faſcibus hæres.
Decurrat trabeata domus, tradatque ſecures
Mutua poſteritas, ſeruatoque ordine fati
Mallia continuo numeretur Conſule proles.

CL. CLAVDIANI

DE

LAVDIBVS STILICONIS

LIBER I.

Continuant Superi pleno Romana fauore
Gaudia, ſucceſſuſque nouis ſucceſſibus augent.
Coniugii necdum feſtiuos regia cantus
Sopierat, cecinit fuſo Gildone triumphus,
Et calidis thalami ſucceſſit laurea ſertis,
Sumeret vt pariter princeps nomenque mariti,
Victoriſque decus. Libyæ poſt prælia crimen
Concidit Eoum, rurſuſque Oriente ſubacto
Conſule deſcenſæ ſurgunt Stilicone ſecures.
Ordine vota meant. equidem ſi carmen in vnum
Tantarum ſperem cumulos aduoluere rerum,
Promptius imponam glaciali Pelion Oſſæ.
Si partem tacuiſſe velim, quodcumque relinquam,
Maius erit. veteres actus, primamque iuuentam
Proſequar? ad ſeſe mentem præſentia ducunt.
Narrem iuſtitiam? reſplendet gloria Martis.
Armati referam vires? plus egit inermis,
Quod floret Latium, Latio quod reddita ſeruit
Africa, vicinum quod neſcit Iberia Maurum,
Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.
An gelidam Thracem, decertatoſque labores,
Hebro teſte canam? magnum mihi panditur æquor,
Ipſaque Pierios laſſant procliuia currus
Laudibus innumeris. etenim mortalibus ex quo
Tellus cœpta coli, numquam ſincera bonorum
Sors vlli conceſſa viro. quem vultus honeſtat,
Dedecorant mores: animus quem pulcrior ornat,
Corpus deſtituit. bellis inſignior ille,
Sed pacem fœdat vitiis. hic publica felix,
Sed priuata minus. partitum ſingula quemque
Nobilitant. hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum ſollertia iuris,
Hunc ſoboles, caſtique tori. ſparguntur in omnes,
In te mixta fluunt, & quæ diuiſa beatos
Efficiunt, collecta tenes. quid facta reuoluam,
Militiamque patris? cuius protendere famam,
Si nihil egiſſet clarum, nec fida Valenti
Dextera duxiſſet rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilico. mens ardua ſemper
A puero, teneriſque etiam fulgebat in annis
Fortunæ maioris honos. erectus & acer
Nil breue moliri, nullis hærere potentum
Liminibus, faſtiſque loqui iam digna futuris.
Iam tunc conſpicuus, iam tunc venerabilis ibas,
Spondebatque ducem celſi nitor igneus oris,
Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt
Semideis. quacumque alte gradiereris in vrbe,
Cedentes ſpatiis, aſſurgentesque videbas
Quamuis miles adhuc taciti ſuffragia vulgi
Iam tibi detulerant quidquid mox reddidit aula.
Vix primæuus eras, pacis cum mitteris auctor
Aſſyriæ. tanta fœdus cum gente ferire
Commiſſum iuueni. Tigrim transgreſſus, & altum
Euphratem, Babylona petis. ſtupuere ſeueri
Parthorum proceres, & plebs pharetrata videndi
Flagrauit ſtudio, defixæque hoſpite pulcro
Perſides arcanum ſuſpirauere calorem.
Thuris odoratæ cumulis, & meſſe Sabæa
Pacem conciliant aræ. penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, rituque iuuencos
Chaldæo ſtrauere Magi. Rex ipſe micantem
Inclinat dextra pateram, ſecretaque Beli
Et vaga teſtatur voluentem ſidera Mithram.
Si quando ſociis tecum venatibus ibant,
Quis Stilicone prior ferro penetrare leones
Cominus, aut longe virga transfigere tigres?
Flectenti faciles Medus tibi ceſſit habenas.
Torquebas refugum Parthis mirantibus arcum.
Nubilis interea naturæ virginis ætas
Vrgebat patrias ſuſpenſo principe curas:
Quem ſimul imperioque ducem, natæque maritum
Proſpiceret, dubius toto quærebat ab axe
Dignum coniugio generum, thalamiſque Serenæ.
Iudicium virtutis erat. per caſtra, per vrbes,
Per populos animi cunctantis libra cucurrit.
Tu legeris, tantoſque viros, quos obtulit orbis,
Intra conſilium vincis, ſenſumque legentis,
Et gener Auguſtis olim ſocer ipſe futurus
Accedis. radiis auri, Tyriaque ſuperbit
Maieſtate torus, comitata parentibus exit

Purpu-

Purpureis virgo. ſtabat pater inde tropæis
Inclitus: inde pium matris Regina gerebat
Obſequium grauibus ſubnectens flamea gemmis.
Tunc & Solis equos, tunc exſultaſſe choreis
Aſtra ferunt, mellisque lacus, & flumina lactis
Erupiſſe ſolo, cum floribus æquora vernis
Boſporus indueret, roſciſque euncta coronis
Certantes Aſiæ tedas Europa leuaret.
Felix arbitrij princeps, qui congrua mundo
Iudicat, & primus ſenſit quod cernimus omnes.
Talem quippe virum natis adiunxit, & aulæ;
Cui nec luxuries bello, nec blanda periclis
Otia, nec lucis fructus pretioſior vnquam
Laude fuit. quis enim Myſos in plauſtra feroces
Reppulit, aut ſæua Promoti cæde tumentes
Baſternas vna potuit delere ruina?
Pallantis iugulum Turno moriente piauit
Æneas, tractuſque rotis victricibus Hector
Irato vindicta fuit vel quæſtus Achilli.
Tu neque veſano raptas venalia curru
Funera, nec vanam corpus meditaris in vnum
Sæuitiam. turmas equitum, peditumque cateruas,
Hoſtileſque globos tumulo proſternis amici.
Inferijs gens tota datur, nec Mulciber auctor
Mendacis clipei, fabricataque vatibus arma
Conatus iuuere tuos. tot barbara ſolus
Millia iam pridem miſeram vaſtantia Thracem
Finibus exiguæ vallis concluſa tenebas.
Nec te terriſonus ſtridor venientis Alani,
Nec vaga Chunnorum feritas, non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getæ, non Sarmata conto.
Extinctique forent penitus, ni more maligno
Falleret Auguſtas occultus proditor aures,
Obſtrueretque moras, ſtrictumq; reconderet enſem,
Solueret obſeſſos, præberet fœdera captis.
Aſſiduus caſtris aderat, rariſſimus vrbi,
Si quando trepida princeps pietate vocaret.
Vixque ſalutatis Laribus, vix coniuge viſa,
Deterſo nec dum repetebat ſanguine campum.
Nec ſtetit, Eucherij dum carperet oſcula ſaltem
Per galeam. patris ſtimulos, igneſque mariti
Vincit cura ducis. quoties ſub pellibus egit
Edonas hiemes, & tardi flabra Bootæ
Sub diuo Rhipæa tulit! cumque igne propinquo
Frigora vix ferrent alij, tunc iſte rigentem
Danubium calcabat eques niuibuſque profundum
Scandebat tiliatus Athon, lateque coruſco
Curuatas glacie ſiluas vmbone ruebat.
Nunc prope Cimmerij tendebat litora Ponti:
Nunc dabat hibernum Rhodope nimboſa cubile.

Vos Æmi gelidæ valles quas ſæpe cruentis
Stragibus æquauit Stilico, vos Thracia teſtor
Flumina, quæ largo mutaſtis ſanguine fluctus.
Dicite Biſaltæ, vel qui Pangæa iuuencis
Scinditis, offenſo quantæ ſub vomere putres
Diſſiliant glebis galeæ, vel qualia raſtris
Oſſa peremptorum reſonent immania Regum.
Singula complecti cuperem: ſed denſior inſtat
Geſtorum ſeries, laudumque ſequentibus vndis
Obruimur. Genitore cæſi poſt bella tyranni
Iam tibi commiſſis conſcenderat æthera terris.
Auſpices rerum ruituro culmine lapſura
Æquali ceruice ſubis. ſic Hercule quondam
Suſtentante polum, melius librata pependit
Machina, nec dubiis titubauit ſignifer aſtris,
Perpetuaque ſenex ſubductus mole parumper
Obſtupuit proprij ſpectator ponderis Atlas.
Nil ibi barbariæ motus, nil turbida rupto
Ordine tentauit nouitas, tantoque remoto
Principe mutatas orbis non ſenſit habenas.
Nil inter geminas acies, ceu libera frena
Auſa manus. certe nec tantis diſſona linguis
Turba, nec armorum cultu diuerſior vnquam
Confluxit populus. totam pater vndique ſecum
Mouerat Auroram. mixtia hic Colchus Iberis,
Hic mitra velatus Arabs, hic crine decoro
Armenius, hic picta Saces, fucataque Medus,
Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus.
Hic Rhodani procera cohors, hic miles alumnus
Oceani. ductor Stilico tot gentibus vnus.
Quot vel progrediens, vel conſpicit occiduus Sol.
In quo tam vario vocum, generumque tumultu
Tanta quies, iuriſque merus ſeruator honeſti
Te moderante fuit, nullis vt vinea furtis,
Aut ſeges erepta fraudaret meſſe colonum:
Vt nihil aut ſæuum rabies, aut turpe libido
Suaderet: placidi ſeruirent legibus enſes.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum;
Vtque ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.
Denique felices aquilas quocumque moueres,
Arebant tantis epoti millibus amnes.
Illyricum peteres, campi monteſque latebant.
Vexillum nauale dares, ſub puppibus ibat
Ionium, nullis ſeccincta Ceraunia nimbis,
Nec iuga Leucatæ feriens ſpumantia fluctu
Deterrebat hiems. tu ſi glaciale iuberes
Veſtigare fretum, ſeen to milite ducti
Signa reluctantes quaterent Saturnia remi.
Si deſerta Noti, fontem ſi quærere Nili,
Æthiopum medios penetraſſent vela vapores.

e memor Eurotas,te ruſtica Muſa Lycæi,
e paſtorali modulantur Mænala cantu,
arthenium que nemus, quo te pugnante reſurgens
Ægra caput mediis erexit Græcia flamis.
lurima Parrhaſius tunc inter corpora Ladon
læſit, & Alpheus Geticis anguſtus aceruis
Tardior ad Siculos etiam nunc pergit amores.
Miramur rapidis hoſtem ſuccumbere bellis,
Cum ſolo terrore ruant? non claſſica Francis
ntulimus: iacuere tamen. non Marte Suëuos
Contudimus,queis iura damus: quis credere poſſit?
Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.
Cedant,Druſe,tui, cedant,Traiane,labores.
Veſtra manus dubio quidquid diſcrimine geſſit,
Tranſcurrens egit Stilico,totidemque diebus
Edomuit Rhenum,quot vos potuiſtis in annis?
Quem ferro,alloquiis,quem vos cum milite.ſolus
Impiger a primo deſcendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus,& iuncta paludibus ora
Fulmineum perſtrinxit iter.ducis impetus vndas
Vincebat celeres.& pax a fonte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis. ingentia quondam
Nomina, crinigero flauentes vertice Reges,
Qui nec principibus donis, precibuſque vocati
Patuerant, iuſſi properant. ſegnique verentur
Offendiſſe mora. transvecti lintribus amnem
Occurſant vbicumque velis. nec fama fefellit
Iuſtitiæ. videre pium,videre fidelem.
Quem veniens timuit,rediens Germanus amauit.
Illi terribiles, quibus otia vendere ſemper
Mos erat;& fœda requiem mercede paciſci
Natis obſidibus pacem tam ſupplice vultu,
Captiuoque rogant,quam ſi poſt terga reuincti
Tarpeias preſſis ſubeant ceruicibus arces.
Omne quod Oceanum,fonteſque interiacet Iſtri.
Vnius incurſu tremuit.ſine cæde ſubactus
Seruitio Boreas, exarmatique Triones
Tempore tam paruo.tot prælia ſanguine nullo.
Perficis,& Luna nuper naſcente profectus,
Ante redis,quam plena fuit,Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo miteſcere cogis,
Vt Salius iam rura colat,flexoſque Sicambri
In falcem curuent gladios geminaſque viator
Cum videat ripas,quæ ſit Romana requirat.
Vt iam trans fluuium non indignante Cayco
Paſcat Belga pecus mediumque ingreſſa per Albim
Gallica Francorum montes armenta pererrent.
Vt procul Hercyniæ per vaſta ſilentia ſiluæ,
Venari tuto liceat,lucoſque vetuſta
Religione truces,& robora Numinis inſtar
Barbarici noſtræ feriant impune bipennes.
Vltro quin etiam deuota mente tuentur,
Victorique fauent. quoties ſociare cateruas
Orauit,iungique tuis Alemania ſignis!
Nec doluit, contempta tamen, ſpretoque receſſit
Auxilio laudata fides.prouincia miſſos
Expellet citius, fallax quam Francia Reges,
Quos dederis. acies non iam pulſare rebelles,
Sed vinclis punire licet. ſub iudice noſtro
Regia Romanus diſquirit crimina carcer.
Marcomeres,Sunnoq. docet.quorum alter Etruſcum
Pertulit exſilium.cum ſe promitteret alter
Exſulis vltorem,iacuit mucrone ſuorum.
Res auidi concire nouas, odioque furentes
Pacis, & ingenio ſcelerumque cupidine fratres.
Poſt domitas Arctos alio prorumpit ab axe
Tempeſtas,&, ne qua tuis intacta tropæis
Pars foret, Auſtralis ſonuit tuba. mouerat omnes
Maurorum Gildo populos,quibus imminet Atlas,
Et quos interior nimio plaga Sole relegat:
Quos vagus humectat Cinyps,& proximus hortis
Heſperidum Triton, & Gir notiſſimus amnis
Æthiopum, ſimili mentitus gurgite Nilum.
Venerat & paruis redimitus Nuba ſagittis,
Et velox Garamas: nec quamuis telluribus Ammon
Reſponſis alacrem potuit Naſamona morari.
Stipantur Numidæ campis ſtant puluere Syrtes.
Gætulæ.Pœnis iaculis obtexitur aër.
Hi virga moderantur equos: his fulua leonea
Velamenta dabant,ignotarumque ferarum.
Exuuiæ, vaſtis Meroë quas nutrit arenis.
Serpentum geſtant patulos pro caſſide rictus.
Splendent vipereæ ſquamoſa pelle pharetræ.
Non ſic intremuit Simois,cum montibus Idæ
Nigra coloratus produceret agmina Memnon:
Non Ganges, cum tela procul vibrantibus Indis
Immanis medium vectaret bellua Porum.
Porus Alexandro, Memnon proſtratus Achilli:
Gildo nempe tibi.nec ſolum feruidus Auſtrum,
Sed partes etiam Mauors agitabat Eoas,
Quamuis obſtreperet pietas. his ille regendæ
Tranſtulerat nomen Libyæ,ſceleri que profano.
Fallax legitimam regni prætenderat vmbram.
Surgebat varia geminum formidine bellum.
Hoc armis,hoc triſte dolis,hoc Africa ſæuis
Cinxerat auxiliis,hoc coniuratus alebat
Inſidiis Oriens. illinc edicta meabant
Corruptura duces. hinc frugibus arua negatis
Vrgebat,trepidamque fames obſederat vrbem.
Exitiale palam Libycum; ciuile pudoris

Obtentu

Obtentu tacitum. tales vtrimque procellæ
Cum fremerent, laterumque alternis ictibus anceps
Imperium pulſaret hiems, nil feſſa remiſit
Officii virtus, contraque minantia fata
Peruigil, euentuſque ſibi latura ſecundos
Maior in aduerſis micuit: velut arbiter alni,
Nubilus Ægæo quam turbine verſat Orion,
Exiguo claui flexu declinat aquarum
Verbera, nunc recta, nunc obliquante carina
Callidus, & pelagi cælique obnititur iræ.
Quid primum mirer, Stilico? quod cautus ad omnes
Reſtiteris fraudes, vt te nec noxia furto
Litera, nec pretio manus inflamata lateret:
Quod nil in tanto rerum terrore locutus
Indignum Latio: reſponſa quod ardua ſemper
Eois dederis, quæ mox effecta probaſti
Securus, quamuis & opes, & rura tenerent,
Inſigneſque domos. læuis hæc iactura: nec vmquam
Publica priuatæ ceſſerunt commoda cauſſæ.
Diuidis ingentes curas, teque omnibus vnum
Obiiciis inueniens animo quæ mente gerenda,
Efficiens paranda manu, dictare paratus,
Quæ ſcriptis peragenda forent, quæ brachia centum,
Quis Briareus aliis numero creſcente lacertis
Tot ſimul objectis poſſet conſligere rebus:
Euitare dolos: veteres firmare colores:
Explorare novas: duplices diſponere claſſes
Quæ fruges vel bella ferant, aulæque tumultum,
Et Romæ lenire famem? quod nube ſoporis
Immunes oculi, per tot diſcurrere partes,
Tot loca ſufficerent, & tot longinqua tueri?
Argum fama canit centeno lumine cinctum
Corporis excubiis vnam ſeruaſſe iuuencam.
Vnde tot allatæ ſegetes? quæ ſilua carinas
Texuit? vnde rudis tanto tirone iuuentus
Emicuit, ſenioque iterum vernante reſumpſit
Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?
Non ego delectu Tyrij ſub vomere Cadmi
Tam ſubitas acies concepto dente draconis
Exſiluiſſe reor, Dircæis qualis in aruis
Meſſis cum proprio mox bellatura colono
Cognatos ſtrinxit gladios, cum ſemine iacto
Terrigenæ galea matrem naſcente ferirent,
Armifer & viridi floreret milite ſulcus.
Hoc quoque non parua fas eſt cum laude relinqui,
Quod non ante fretis exercitus adſtitit vltor,
Ordine quam priſco cenſeret bella Senatus.
Neglectum Stilico tot iam per ſæcula morem
Rettulit, vt ducibus mandarent prælia Patres,
Decretoque togæ felix legionibus iret
Teſſera. Romuleas leges rediiſſe fatemur,
Cum procerum iuſſis famulantia cernimus arma.
Tyrrhenum poteras cunctis tranſmittere ſignis,
Et ratibus Syrtes, Libyam complere maniplis.
Conſilio ſtetit ira minor, ne territus ille
Te duce, ſuſcepto Martis grauiore paratu,
Aut in arenoſos æſtus, zonamque rubentem
Tenderet, aut Solis fugiens tranſiret in ortus,
Miſſurusue ſibi certæ ſolatia mortis,
Oppida dirueret flamis. res mira relatu:
Ne timeare, times; &, quem vindicta manebat,
Deſperare vetas. quantum fiducia nobis
Profuit hoſtilis! ſaluæ Carthaginis arces,
Illæſis Tyrij gaudent cultoribus agri,
Quos potuit vaſtare fuga: ſpe captus inani
Nec ſe ſurripuit pœnæ, noſtriſque pepercit
Demens: qui numero tantum, non robore menſus
Romanos, rapidis ibat ceu protinus omnes
Calcaturus equis; & quod iactare ſolebat,
Solibus effetos merſurus puluere Gallos.
Sed didicit non Æthiopum geminata venenis
Vulnera, non fuſum crebris haſtilibus imbrem,
Non equitum nimbos Latiis obſiſtere pilis.
Sternitur ignauus Naſamon, nec ſpicula ſupplex
Intorquet Garamas. repetunt deſerta fugaces
Autololes. pauidus proiecit miſſile Mazax.
Cornipedem Maurus nequidquam hortatur anhelum.
Prædonem lembo profugum, ventiſque repulſum
Suſcepit merito fatalis Tabraca portu
Expertum, quod nulla tuis elementa paterent
Hoſtibus, & lætæ paſſurum iurgia plebis,
Fracturumque reos humili ſub iudice vultus.
Nil tribuat fortuna ſibi. ſit proſpera ſemper
Illa quidem. ſed non vni certamina pugnæ
Credidimus, totis nec conſtitit alea caſtris
Nutatura ſemel. ſi quid licuiſſet iniquis
Caſibus, inſtabant aliæ poſt terga biremes.
Venturus dux maior erat. victoria nulla
Clarior, aut hominum votis optatior vmquam
Contigit. an quiſquam Tigranen, armaque Ponti,
Vel Pyrrhum, Antiochiq; fugam, vel vincla Iugurthæ
Conferat? aut Perſen, debellatumque Philippum?
Hi propagandi fuerant pro limite regni:
Hic ſtabat Romana ſalus. ibi tempora tuo
Traxerunt dilata moras. hic vincere tarde
Vinci pene fuit. diſcrimine Roma ſupremo
Inter ſupplicium populi deforme pependit,
Et tantum Libyam fructu maiore recepit,
Quam peperit, quantum grauiorem amiſſa dolorem
Quam nec dum quæſita mouent. quis Punica geſta,

ſ vos, Scipiadæ, quis te iam, Regule, noſſet?
..s lentum caneret Fabium, ſi iure peremto
nſultaret atrox famula Carthagine Maurus?
Iæc omnes veterum reuocauit adorea laurus.
Leſtituit Stilico cunctos tibi, Roma, triumphos.

CL. CLAVDIANI DE LAVDIBVS STILICONIS

LIBER II.

HActenus armatæ laudes. nunc qualibus vrbem
Moribus, & quanto frenet metuendus amore,
Quo tandem flexus trabeas auctore rogante
nduerit, faſtiſque ſuum conceſſerit annum,
Mitior incipiat fidibus iam Muſa remiſſis.
Principio magni cuſtos Clementia mundi,
Quæ Iouis incoluit zonam, quæ temperet æthram
rigoris & flammæ mediam, quæ maxima natu
Cælicolum (nam prima Chaos Clementia ſoluit
Congeriem miſerata rudem, vultuque ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucem ſæcula fudit.)
Hæc Dea pro templis, & thure calentibus aris
Te fruitur, poſuitque ſuas hoc pectore ſedes.
Hæc docet, vt pœnis hominum, vel ſanguine paſci
Turpe ferumque putes: vt ferrum Marte cruentum
ic cum pace premas, vt non infenſus alendis
Materiam præſtes odiis: vt ſontibus vltro
gnouiſſe velis: deponas ocius iram,
Quam moueas, precibus nunquã implacabilis obſtes,
Obuia proſternas, proſtrataque more leonum
Deſpicias; alacres ardent qui frangere tauros.
Tranſiliunt prædas humiles. hac ipſe magiſtra
Das veniam victis. hac exhortante calores
Horrificos, & quæ numquam nocitura timentur
urgia, contentus ſolo terrore coherces,
Ætherij patris exemplo: qui cuncta ſonoro
Concutiens tonitru, Cyclopum ſpicula differt
n ſcopulos, & monſtra maris, noſtrique cruoris
Parcus in OEtæis exercet fulmina ſiluis
Huic Diuæ germana Fides, eademque ſorori
Corde tuo delubra tenens ſeſe omnibus actis
Inſerit. hæc nullo docuit liueſcere fuco,
Numquam falſa loqui, numquam promiſſa morari,
Inuiſos odiſſe palam, non virus in alto
Condere, non lætam ſpeciem prætendere fraudi,
Sed certum, mentique parem componere vultum,
Occulto ſæuire vetat, prodeſſe remittit.
Hæc & amicitias longo poſt tempore firmat,
Manſuroque adamante ligat: nec mobile mutat
Ingenium, paruæ ſtrepitu nec vincula noxæ
Diſſolui patitur, nec faſtidire priorem
Allicitur veniente nouo: benefacta tenere,
Reſpuere offenſas facilis, pariterque minoris
Officij magnique memor ſuperare laborat:
Vtque hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos.
Hæc fouet abſentes, hæc longe ſola remotis
Conſulit, hæc nullis auidam rumoribus aurem
Pandit, vt ignarum numquam læſura clientem
Inſidioſa tuos alienent murmura ſenſus.
Non viuis annexus amor meminiſſe ſepultos
Deſinit. in prolem tranſcurrit gratia patrum.
Hac tu Theudoſium, tenuit dum ſceptra, colebas:
Hac etiam poſt fata colis: nec pignora curas
Plus tua, quam natos, dederat quos ille monendõs,
Tutandoſque tibi. iuſtos, nimiumque fideles
Fama putat, qui, cum poſſent commiſſa negare,
Maluerint nullo uiolati reddere quæſtu.
Aſt Stilico non diuitias, aurique relictum
Pondus, ſed geminos axes, tantumque reſeruat
Depoſitum teneris, quantum Sol igneus ambit.
Quid non intrepidus credas, cui regia tuto
Creditur? hoc clipeo munitus Honorius altum
Non gemuit patrem, vitæque, & lucis in ipſo
Limine contemptus numquam, dat iura ſubactis
Gentibus, & ſecum ſentit creuiſſe triumphos.
Quem tu ſic placida formas, ſic mente ſeuera
Vt neque deſidiæ tradas, dum pronus ad omne
Quodlibet obſequeris: nec contra nixus ouantem
Confringas animum, ceu cernas conſona regno,
Ceu iuuenem doceas moles quid publica poſcat,
Ceu ſanctum venerere ſenem, patriſque gubernes
Imperium monitis. dominum ſubmiſſus adores,
Obſequio moderere ducem, pietate parentem.
Hinc fuit, vt primos in coniuge diſceret ignes,
Ordirique virum non luxuriante iuuenta,
Sed cum lege tori caſto cum fœdere vellet.
Principe tu felix genero: felicior ille
Te ſocero. fratrem leuior nec cura tuetur
Arcadium: nec, ſi quid iners, aut impia turba
Prætendens proprio nomen regale furori
Audeat, adſcribis iuueni: diſcordia quippe
Cum fremuit, numquam Stiliconis canduit ira
Sæpe laceſſiti probris, odiiſque petiti.
Vt bello furias vltum, quas pertulit, iret
Illicito, cauſſamque daret ciuilibus armis,

Cuius fulta fide mediis diſſenſibus aulæ
Intemeratorum ſtabat reuerentia fratrum.
Quin & Sidonias chlamydes, & cingula baccis
Aſpera, gemmataſque togas, virideſque ſmaragdis
Loricas, galeaſque renidentes hyacinthis,
Geſtatoſque patri capulis radiantibus enſes,
Et vario lapidum diſtinctas igne coronas
Diuidiis ex æquo, ne non Auguſta ſupellex,
Ornatuſque pares geminis heredibus eſſent.
Mittitur & miles, quamuis certamine partes
Iam tumeant. hoſtem muniri robore mauis,
Quam peccare fide: permittis iuſta petenti,
Idque negas ſolum, cuius mox ipſe repulſa
Gaudeat, & quidquid fuerat deforme mereri.
Omnes præterea, puro quæ crimina pellunt
Ore Deæ, iunxere choros, vnoque receptæ
Pectore diuerſos tecum cinguntur in vſus.
Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet,
Communeſque ſequi leges, iniuſtaque numquam
Largiri ſociis. durum Patientia corpus
Inſtruit, vt nulli cupiat ceſſiſſe labori.
Temperies, vt caſta petas. Prudentia, ne quid
Inconſultus agas. Conſtantia, futile ne quid
Infirmumque geras. procul importuna fugantur
Numina, monſtriferis quæ Tartarus edidit antris.
At primum ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Auaritiam, cuius fœdiſſima nutrix
Ambitio, quæ veſtibulis, foribuſque potentum
Excubat, & pretiis commercia poſcit honorum,
Pulſa ſimul. nec te gurges corruptior æui
Traxit ad exemplum, quod iam firmauerat annis
Crimen, & in legem rapiendi verterat vſus.
Denique non diues ſub te pro iure paterno,
Vel Laribus pallet: non inſidiator oberrat
Facturus quemcumque reum: non obruta virtus
Paupertate latet, lectos ex omnibus oris
Euehis, & meritum, nunquam cunabula quæris,
Et qualis, non vnde ſatus. ſub teſte benigno
Viuitur. egregios inuitant præmia mores.
Hinc priſcæ redeunt artes: felicibus inde
Ingeniis aperitur iter. deſpectaque Muſæ
Colla leuant, opibuſque fluens, & pauper eodem
Nititur ad fructum ſtudio, cum cernat vterque.
Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia ſurgat
Diuitiis. nec te iucunda fronte fefellit
Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus,
Membraque Circæis effeminat acrius herbis,
Blanda quidem vultu, ſed qua non tetrior vlla
Interius: fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris torquos auro circumlinit hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis.
Te numquam conata capit. non praua libido
Aduigilat ſtupris: non tempora ſomnus agendi
Fruſtratur: nullo citharæ conuiuia cantu,
Non pueri laſciua ſonant. quis cernere curis
Te vacuum potuit? quis tota mente remiſſum,
Aut indulgentem dapibus, ni cauſſa iuberet
Lætitiæ? non indecores æraria laſſant
Expenſæ: paruo non improba littera libro
Abſentum condonat opes. à milite parens
Diligeris. neque enim neglectas pace cohortes
Tunc diras, cum bella fremunt. ſcis nulla placere
Munera, quæ metuens illis, quos ſpreuerit, offert
Serus, & incaſſum ſeruati prodigus auri.
Anteuenis tempus non exſpectantibus vltro
Munificus, menſæque adhibes. & nomine quemque
Compellas clari. ſub te quod geſſerat olim,
Admonitor facti, figendaque ſenſibus addis
Verba, quibus magni geminatur gratia doni.
Nec ſi quid tribuas, iactatum ſæpius idem
Exprobrare ſoles: nec quos promoueris, alto
Turgidus alloqueris faſtu: nec proſpera flatus
Attollunt nimios. quin ipſa ſuperbia longe
Diſceſſit, vitium rebus ſollenne ſecundis,
Virtutumque ingrata comes. contingere paſſim,
Affarique licet. non inter pocula ſermo
Captatur. pura ſed libertate loquendi
Seria quiſque iocis nulla formidine miſcet.
Quem videt Auguſti ſocerum, regnique parentem,
Miratur conuiua parem, cum tanta poteſtas
Ciuem lenis agat. te doctus priſca loquentem,
Te matura ſenex audit, te fortia miles,
Adſperſis ſalibus, quibus haud Amphiona quiſquam
Præferat Aonios meditantem carmine muros.
Nec velit Orpheo migrantes pectine ſiluas.
Hinc amor, hinc veris & non fallacibus omnes
Pro te ſolliciti votis: hinc nomen vbique
Plauſibus, auratis celebrant hinc ora figuris.
Quæ non incudes ſtreperent? quæ flamma vacaret
Fabrilis? quantis fluerent fornacibus æra
Effigies ductura tuas? quis deuius eſſet
Angulus, aut regio, quæ non pro numine vultus
Dilectos colerent, talem ni ſemper honorem
Reſpueres? decus hoc rapiat quem falſa timentum
Munera decipiunt, qui ſe diffidit amari.
Hic ſolus ſpreuiſſe poteſt, qui iure meretur.
Vndique legati properant, generique ſub ore
In tua centenas aptant præconia voces.

Grates Gallus agit, quod limite tutus inermi,
Et metuens hoſtile nihil, noua culmina totis
Ædificet ripis, & ſæuum gentibus amnem
Tibridis in morem domibus prælucet amœnis.
Hinc Pœni cumulant laudes, quod rura tyranno
Libera poſſideant. hinc obſidione ſolutus
Pannonius, potorque Saui, qui clauſa tot annis
Oppida laxatis auſus iam pandere portis
Rurſum cote nouat nigras rubigine falces,
Exeſoſque ſitu cogit ſplendere ligones.
Agnoſcitque caſas, & collibus oſcula notis
Figit, & impreſſo glebis non credit aratro.
Exſectis, inculta dabant quas ſæcula, ſiluis,
Reſtituit terras, & opacum vitibus Iſtrum
Conſerit, & patrium vectigal ſoluere gaudet,
Immunis qui clade fuit. te ſoſpite fas eſt
Vexatum laceri corpus iuueneſcere regni.
Sub tot principibus quæcumque amiſimus olim
Tu reddis. ſolo poterit Stilicone medente
Creſcere Romanum vulnus tectura cicatrix,
Inque ſuos fines tandem redeunte colono,
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.
Nec tamen humano cedit cæleſte fauori
Iudicium. cingant Superi concordibus vnum
Præſidiis, hoſteſque tuos aut litore produnt,
Aut totum oppoſiti claudunt fugientibus æquor,
Aut in ſe vertunt furiis, aut mutuus enſe
Bacchati laniant Pentheo corpora ritu.
Inſidias retegunt, & in ipſa cubilia fraudum
Ducunt. ceu tenera venantem nare Moloſſi,
Ominibus ventura notant, aut alite monſtrant,
Aut monitos certa dignantur imagine ſomnos.
Pro quibus innumeræ trabearum inſignia terræ
Certatim petiere tibi. poſcentibus ipſe
Reſtiteras, & mens aliorum prona fauori,
Iudex dura ſui, facibus ſuccenſa pudoris,
Tarda verecundis excuſat præmia cauſſis.
Ergo auidæ, tantoſque noui ſpe Conſulis annos
Eluiæ, dominæ pergunt ad limina Romæ.
Si minus annueret precibus, vel cogere certe
Cunctantem, votoque moras auferre paratæ
Conueniunt ad tecta Deæ, quæ candida lucet
Monte Palatino. glaucis tum prima Mineruæ
Nexa comam foliis, fuluaque intexta micantem
Veſte Tagum, tales profert Hiſpania voces:
Cuncta mihi ſemper Stilico, quæcumq; popoſci,
Conceſſit, tantumque ſuos inuidit honores.
Auguſti potuit ſoceri contemnere faſces.
Iam negat & genero. ſi non vt ductor, ab orbe,
Quem regit, accipiat ſaltem cognatus ab aula.
Exiguumne putat, quod ſic amplexus Iberam
Progeniem noſtros immoto iure nepotes
Suſtinet, vt patrium commendet purpura Bætim?
Quod pulcro Mariæ ſecundet germine regnum?
Quod domini ſperatur auus? tum flaua repexo
Gallia crine ferox, euinctaque torque decoro,
Binaque geſa tenens, animoſo pectore fatur.
Qui mihi Germanos ſolus, Francoſque ſubegit,
Cur nondum legitur faſtis? cui pagina tantum
Neſcit adhuc nomen, quod iam numerare decebat?
Vſque adeone leuis pacati gloria Rheni?
Inde Caledonio velata Britannia monſtro,
Ferro picta genas, cuius veſtigia verrit
Cærulus, Oceanique æſtum mentitur amictus,
Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Muniuit Stilico, totam cum Scotus Iernam
Mouit, & infeſto ſpumauit remige Tethys.
Illius effectum curis ne bella timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne litore toto
Aſpicerem dubiis venturum Saxona ventis.
Tum ſpicis, & dente comas illuſtris eburno,
Et calido rubicunda die ſic Africa fatur:
Sperabam nullas trabeis Gildone perempto
Naſci poſſe moras. etiam nunc ille repugnat,
Et tanto dubitat faſces præbere triumpho:
Qui mihi Maurorum penitus lacrimabile nomen
Ignorare dedit. poſt hæc OEnotria lentis
Vitibus intorquens ederas, & palmite largo
Vina fluens, ſi vos adeo Stilicone curules
Augeri flagratis, ait, quas ſola iuuare
Fama poteſt: quanto me dignius incitat ardor,
Vt præſente fruar, conſcendentemque tribunal
Proſequar, atque anni pandentem clauſtra ſalutem?
Talibus alternant ſtudiis, Romamque precantes
Pro cunctis hortantur eat. nec ſegnius illa
Paruit officio, raptis ſed protinus armis
Ocior excuſſo per nubila ſidere tendit.
Tranſuehitur Tuſcos, Apenninuſque volatu
Stringitur: Eridanus clipei iam fulgurat vmbra.
Conſtitit ante ducem, tetrica nec Pallade vultu
Deterior, nec Marte minor. tremit ore coruſco
Iam domus, & ſummæ tangunt laquearia criſtæ.
Tum prior attonitum gratis affata querelis:
Seruatas Stilico per te veneranda curules
Ornatas necdum fateor. quid profuit anni
Seruilem pepuliſſe notam? defendis honorem,
Quem fugis; & ſpernis, tanta quem mole tueris;
Reſpuis oblatum, pro quo labente reſiſtis.
Quænam cauſſa moræ? quonam cunctabere rurſus
Ingenio? nullus Boreæ metus, omnis & Auſtri

Ora ſilet. cecidit Maurus, Germania ceſſit.
Et Ianum pax alta ligat. te Conſule nec dum
Digna feror. titulumue leuem, paruique nitoris
Credimus, Auguſti quo ſe decorare fatentur?
Sub iuga quo gentes captiuis Regibus egi?
Non, ſi prodigus caſus natura futuros
Signat, polluimur macula, quod rebus Eois
Omen erat. quamquam nullis mihi cognita rebus
Fabula. via tanto riſit de crimine rumor.
Opprobriis ſtat nulla fides. nec littera venit
Vulgatura nefas: in quo vel maxima virtus
Eſt tua, quod noſtros qui conſulis omnia Patres
De monſtris taceas pellendis. denique nulla
Dedecoris ſanctum violant oracula cœtum,
Nec mea funeſtum verſauit Curia nomen.
Pars ſceleris dubitaſſe fuit. quæcumque profana
Pagina de primo veniſſet limite Phœbi,
Ante fretum deleta mihi, ne turpia caſtis
Auribus Italiæ factorum exempla nocerent.
Publicus ille furor, quantum ſua cura peregit.
Secretum meruit. lætetur quiſquis Eous
Scribere deſierit. faſtos portenta Gabinos
Iſta latent. propriam labem terſiſſe laborent.
Cur ego, quæ numquam didici ſenſiue creatum,
Gratulor exemtum? delicti pœnitet illos.
Nec nos credidimus. fuerit tamen omnibus vnum
Crimen, & ad noſtras manauerit vſque ſecures.
Plus ideo ſumenda tibi faſtigia iuris,
Ne pereat tam priſcus honos, qui portus honorum
Semper erat. nullo ſarciri Conſule damnum,
Excepto Stilicone, poteſt. bene præſcia tempus
Mens tua diſtulerat. titulo tunc creſcere poſſes.
Nunc per te titulus. Conſul ſuccurre grauatis
Conſulibus. quicumque fuit, quicumque futurus,
Annum redde tuum, quem mox ſecura ſequatur
Poſteritas, nec iam doleat defenſa vetuſtas.
Sic trabeis vltor Stilico, Brutuſque repertor.
Libertas populi primo tunc Conſule Bruto
Reddita per faſces: hic faſcibus expulit ipſis
Seruitium. inſtituit ſublimem Brutus honorem:
Aſſeruit Stilico. plus eſt ſeruaſſe repertum,
Quam quæſiſſe nouum. quid tardius ore verendo
Annuis, & ſolitus frontem circumfluit ignis.
Tandem vince tuum, qui vincis cuncta, pudorem.
Hos etiam, quamuis corrumpi munere nullo
Te certum eſt, mirare libens, ac ſuſcipe cinctus,
Quos tibi diuino mecum Tritonia duxit
Pectine. tincta ſimul repetito murice fila
Contulimus penſis, & eodem neuimus auro,
Aurea quo Lacheſis ſub te mihi ſæcula texit.

Hic ego promiſſam ſobolem, ſperataque mundo
Pignora præluſi. verum mox ipſe probabis
Me vatem, noſtræque fidem venientia telæ
Fata dabunt. dixit, gremioque rigentia profert
Dona, graues auro trabeas. inſigne Mineruæ
Spirat opus. rutilis hic pingitur aula columnis,
Et ſacri Mariæ partus Lucina labores
Solatur. reſidet fulgente puerpera lecto.
Sollicitæ iuxta palleſcunt gaudia matris.
Suſceptum puerum redimitæ tempora Nymphæ
Auri fonte lauant. teneros de ſtamine riſus,
Vagituſque audire putes. iam creuerat infans
Ore ferens patrem Stilico maturior æuo
Martia tecturo tradit præcepta nepoti.
Parte alia ſpumis fucantem Serica frena
Purpureo primæ ſignatus flore iuuentæ
Eucherius flectebat equum, iaculiſque vel arcu
Aurea purpureos tollentes cornua ceruos
Aureus ipſe ferit. Venus hic inuecta columbis
Tertia regali iungit connubia nexu,
Pennatique nurum circumſtipantur Amores
Progenitam Auguſtis, Auguſtorumque ſororem.
Eucherius timido iam flamea ſubleuat ore
Virginis. arridet læto Thermantia fratri.
Nam domus hæc vtroque petit diademata ſexu.
Reginaſque parit, Reginarumque maritos.
Talibus inuitat donis, dextræque tenendum
Diua ſimul porrexit ebur. ſollennibus vrnam
Commouet auſpiciis, auibuſque incepta ſecundat.
Tunc habiles humeros armis, Dea veſtibus ambit
Romuleis. Latij ſederunt pectore cultus,
Loricæque locum decuit toga. talis ab Iſtro,
Vel Scythico victor rediens Gradiuus ab axe
Depoſito mitis clipeo candentibus vrbem
Ingreditur trabeatus equis. ſpatioſa Quirinus
Frena regit. currumque patris Bellona cruentum
Ditibus exuuiis, tendens ad ſidera quercum.
Præcedit lictorque Metus cum fratre Pauore
Barbara ferratis innectunt terga catenis,
Velati galeas lauro: propiuſque iugales
Formido ingentem vibrat ſuccincta ſecurim.
Vidit vt optato ſe Conſule Roma potitam,
Nunc, ait, Elyſij lucos irrumpere campi
Nunc libet, vt tanti Curiis miracula voti
Fabriciiſque feram. famæ qui vulnere nuper
Calcatam flenere togam. jam prata choreis
Pulſent, nec rigidos pudeat luſiſſe Catones
Audiat hoc ſenior Brutus, Pœniſque tremendi
Scipiadæ, geminis tandem quod libera damnis
Vnius auxilio faſces Libyamque recepi,

Quod

Quod ſupereſt, vnum precibus, fortiſſime Conſul,
Adde meis, vrbique tuum largire parumper,
Quem rogat, aduentum; quam tu belloque fameque
Depulſa tertis iterum regnare dediſti.
Splendida ſuſcipiant alium te Roſtra Camillum.
Vltorem videant, ſeruatoremque Quirites.
Et populus, quem ductor amas, quibus Africa per te,
Nec prius auditas Rhodanus iam donat ariſtas:
Vt mihi vel Maſſyla Ceres, vel Gallica proſit
Fertilitas, meſſeſque ferat nunc humidus Auſter,
Nunc Aquilo. cunctis diteſcant horrea ventis.
Quæ tunc Flaminiam ſtipabunt millia vulgi!
Fallax o quoties tumor deinde amorem
Suſpenſum veniens omni dum crederis hora!
Spectabunt cupidæ matres, ſpargentur & omnes
Flore viæ, ſuperet cum Pythia limina Conſul
Auiduus, antiqui ſpecies Romana Senatus.
Pompeiana dabunt quantos proſcenia plauſus,
Ad cœlum quoties vallis tibi Martia ducet
Nomen, Auentino, Pallanteoque receſſu!
Nunc te conſpiciam caſtris, permitte, relictis,
Mox & cum genero trabeis viſura ſecundis.
Hæc dum Roma refert, iam fama loquacibus alis
Peruolat Oceanum, linguis & mille citatos
Feſtinare iubet proceres, nullique ſenectus,
Non iter, hibernis obſtant nec flatibus Alpes.
Vincit amor meriti pridem, clarique vetuſtis
Faſcibus ad ſocii properant & vindicis annum.
Sic vbi fecunda reparauit morte iuuentam,
Et patrios idem cineres, collectaque portat
Vnguibus oſſa piis, Nilique ad litora tandem
Vnicus extremo Phœnix procedit ab Euro.
Conueniunt Aquilæ, cunctæque ex orbe volucres,
Vt Solis mirentur auem. procul ignea lucet
Ales, odorati redolent cui cinnama buſti.
Nec minor in cælo chorus eſt. exſultat vterque
Theudoſius, Diuique tui. Sol ipſe quadrigis
Vere coronatis dignum tibi præparat annum.
Eſt ignota procul, noſtræque imperuia menti
Vix adeunda Deis annorum ſqualida mater,
Immenſi ſpelunca æui, quæ tempora vaſto
Suppeditat, reuocatque ſinu complectitur antrum,
Omnia qui placido conſumit numine ſerpens,
Perpetuumque viret ſquamis, caudamque reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapſu.
Veſtibuli cuſtos vultu longæua decoro
Ante fores Natura ſedet, cunctiſque volantes
Dependent membris animæ. manſura verendus
Scribit iura ſenex, numeros qui diuidit aſtris,
Et curſus, ſtabileſque moras, quibus omnia viuunt,
Ac pereunt fixis cum legibus. ille, recenſet
Et certum quid Martis iter, certumque Tonantis
Proficiat mundo, quid velox ſemita Lunæ,
Pigraque Saturni quantum Cythereæ ſereno
Curriculo, Phœbique comes Cyllenius erret.
Illius vt Phœbus ad limen conſtitit antri,
Occurrit Natura potens, ſeniorque ſuperbis
Canitiem inclinat radiis. tunc ſponte recluſos
Laxauit poſtes adamas, penetrale profundum
Panditur, & ſedes, æuique arcana pateſcunt.
Hic habitant vario facies diſtincta metallo
Sæcula certa locis: illic glomerantur ahena.
Hic ferrata rigent, illic argentea candent.
Eximia regione domus, contingere terris
Difficilis. ſtabat rutili grex aureus anni:
Quorum præcipuum pretioſo corpore Titan
Signandum Stilicone legit. tunc imperat omnes
Pone ſequi, dictiſque ſimul compellat euntes.
En, cui diſtulimus melioris ſæcla metalli,
Conſul adeſt. ite optati mortalibus anni.
Ducite virtutes hominum. floreſcite rurſus
Ingeniis. hilares Baccho, frugumque feraces.
Non inter geminos anguis glaciale Triones
Sibilet, immodico nec frigore ſæuiat Vrſa.
Non toruo fremat igne Leo, nec brachia Cancri
Vrat atrox æſtas, madidæ nec prodigus vrnæ
Semina præcmpto diſſoluat Aquarius imbre.
Phrixeus roſeo producat fertile cornu
Ver Aries: pingues nec grandine tundat oliuas
Scorpius autumni maturet gramina Virgo.
Lenior & grauidis allatret Sirius vuis.
Sic fatus, croceis rorantes ignibus hortos
Ingreditur, vallemque ſuam. quam flammeus ambit
Riuus, & irriguis largum iubar ingerit herbis,
Quas Solis paſcuntur equi. flagrantibus inde
Cæſariem ſertis, & lutea lora, iubaſque
Subligat alipedum. gelidas hinc Lucifer ornat,
Hinc aurora comas, iuxtaque arridet habenis
Aureus, & nomen prætendit Conſulis annus,
Inque nouos iterum reuoluto cardine curſus,
Scribunt æthereïs Stiliconem ſidera faſtis.

CL. CLAV-

CL. CLAVDIANI

IN LIBRVM TERTIVM

De

LAVDIBVS STILICONIS

Præfatio.

MAIOR Scipiades, Italis qui ſolus ab oris
In proprium vertit Punica bella caput,
Non ſine Pieriis exercuit artibus arma.
Semper erat vatum maxima cura duci.
Gaudet enim virtus teſtes ſibi iungere Muſas.
Carmen amat, quiſquis carmine digna gerit.
Ergo ſeu patriis primæuus manibus vltor
Subderet Hiſpanum legibus Oceanum,
Seu Tyrias certa fracturus cuſpide vires
Inferret Libyco ſigna tremenda mari:
Hærebat doctus lateri, caſtriſque ſolebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.
Illi poſt lituos pedites fauere canenti,
Laudauitque noua cæde cruentus eques.
Cumque triumpharet gemina Carthagine victa,
(Hanc vindex patris vicerat, hanc patriæ.)
Cum longi Libyam tandem poſt funera belli
Ante ſuas mæſtam cogeret ire rotas;
Aduexit reduces ſecum Victoria Muſas,
Et ſertum vati Martia laurus erat.
Noſter Scipiades Stilico, quo concidit alter
Hannibal, antiquo ſæuior Hannibale.
Te mihi poſt quinos annorum Roma recurſus
Reddidit, & votis iuſſit adeſſe ſuis.

CL. CLAVDIANI

DE LAVDIBVS STILICONIS

LIBER III.

QVem populi plauſu, procerum quem voce petebas
Adſpice Roma, virum. iam tempora deſine longa
Dinumerare viæ. viſoque aſſurgere ſemper
Pulvere. non dubiis vltra torquebere votis.
Totus adeſt oculis, adeſt qui mentibus olim,
Spe maior, fama melior. venerare curulem,
Quæ tibi reſtituit faſces. complectere dextram,
Sub iuga quæ Pœnos iterum Romana relegit,
Excipe magnanimum pectus, quo frena reguntur
Imperij, cuius libratur ſenſibus orbis.
Ora ſacrum, quod in ære colis, miraris in auro,
Cerne libens. hic eſt felix bellator vbique,
Defenſor Libyæ, Rheni pacator & Iſtri.
Oſtentare ſuos priſco ſi more labores,
Et gentes cuperet vulgo monſtrare ſubactas;
Certarent vtroque pares à cardine laurus.
Hæc Alemanorum ſpoliis, Auſtralibus illa
Ditior exuviis. illinc flauente Sicambri
Cæſarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.
Ipſe albis veheretur equis, currumque ſecutus
Laurigerum. feſto fremuiſſet carmine miles.
Hi famulos traherent Reges: hi facta metallis
Oppida, vel montes captiuaque flumina ferrent.
Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes:
Inde catenato gemeret Germania Rheno.
Sed non immodicus proprii iactator honoris
Conſul Roma tuus. non illum præmia tantum,
Quam labor ipſe iuuat. ſtrepitus faſtidit inanes,
Inque animis hominum pompa meliore triumphat.
Non alium certe Romanæ clarius arces
Suſcepere ducem, nec cum cedente rediret
Fabricius Pyrrho, nec cum Capitolia curru
Pellææ domitor Paullus conſcenderet aulæ.
Nec ſimilis Latias patefecit gloria portas
Poſt Numidas Mario, poſt claſſica Martis Eoi
Pompeio. nulli pars æmula defuit vmquam,
Quæ grauis obſtreperet laudi, ſtimuliſque malignis
Facta ſequebatur quamuis ingentia liuor.
Solus hic inuidiæ fines virtute reliquit,
Humanumque modum. quis enim liueſcere poſſit,
Quod numquam pereant ſtellæ? quod Iupiter olim
Poſſideat cœlum? quod non erit omnia Phœbus?
Eſt aliquod meriti ſpatium, quod nulla furentis
Inuidiæ menſura capit. ductoribus illis
Præterea diuerſus erat fauor. æquior ille
Patribus, inniſus plebi. popularibus illi
Munito ſtudiis languebat gratia Patrum.
Omnis in hoc vno variis diſcordia ceſſit
Ordinibus. lætatur Eques, plauditque Senator,
Votaque patricio certant plebeia fauori.
O felix, ſeruata vocat quem Roma parentem!
O mundi communis amor! cui militat omnis
Gallia, quem Regum thalamis Hiſpania nectit,
Cuius & aduentum crebris petiere Quirites
Vocibus, & meruit genero præſtante Senatus.

Non ſic virginibus flores, non frugibus imbres,
Proſpera non feſſis optantur flamina nautis,
Vt tuus adſpectus populo. quæ numine tanto
Littora fatidicas attollunt Delia lauros,
Venturi quoties affulſit Apollinis arcus?
Quæ ſe aurifero Pactoli fonte tumeſcit
Lydia, cum domitis apparuit Euius Indis?
Nonne vides & plebe vias, & tecta latere
Matribus? his, Stilico, cunctis inopina reluxit
Te victore ſalus. ſeptem circumſpice montes,
Qui Solis radios auri fulgore laceſſunt,
Indutoſque arcus ſpoliis, æquataque templa
Nubibus. & quidquid tanti ſtruxere triumphi.
Quantum profueris, quantam ſeruaueris vrbem,
Attonitis metire oculis. hæc fabula certe
Cuncta forent, ſi Pœnus adhuc incumberet Auſtro
Mos erat in veterum caſtris. vt tempora quercu
Velaret, validis fuſo qui viribus hoſte
Caſurum potuit morti ſubducere ciuem.
At tibi quæ poterit pro tantis ciuica reddi
Mœnibus? aut quantæ penſabunt facta coronæ?
Non ſolam populi vitam debere fatetur
Armis Roma tuis; ſed, quod iucundius eſſet
Lucis honoratæ fructu, venerabile famæ
Pondus, & amiſſas vires, & regna recepit.
Iam non prætumidi ſupplex Orientis ademptam
Legatis poſcit Libyam, famuloſue precatur,
Dictu turpe, ſuos: ſed robore fracta Gabino
Te duce Romana tandem ſe vindicat ira.
Ipſa iubet ſignis, bellaturoque togatus
Imperat, & ſpectant aquilæ decreta Senatus.
Ipſa tibi trabeas vltro dedit. ipſa curulem
Obtulit. hæc vltro faſtos ornare coëgit.
Nil perdit decoris priſci, nec libera quærit
Sæcula. cum donet faſces, cum prælia mandet.
Seque etiam creuiſſe videt. quis Gallica rura,
Quis meminit Latio Senonum ſeruiſſe ligones?
Aut quibus exemplis fecunda Tibris ab Arcto
Vexit Lingonico ſudatas vomere meſſes?
Auxilium non illa ſeges modo præbuit vrbi,
Sed fuit indicio, quantum tibi, Roma liceret.
Admonuit Dominæ gentes. Inſtarque tropæi
Rettulit ignotum gelidis vectigal ab oris.
Hoc quoque maieſtas augeſcit plena Quirini
Rectores Libyæ populo quod iudice pallent,
Et poſt emeritas moderator quiſque ſecures
Diſcrimen letale ſubit: quod Pœnus arator
Impulerit, madidus quantum tranſmiſerit Auſter.
Ardua qui late terris reſponſa dedere,
Hinc trepidant humiles. tremuit quos Africa nuper,
Cernunt Roſtra reos. cani virtutibus æui
Materiam pandit Stilico, populumque vetuſti
Culminis immemorem, dominandi rurſus in vſum
Excitat, vt magnos calcet metuendus honores,
Pendat iuſtitia crimen, pietate remittat
Errorem, puroſque probet, damnetque nocentes,
Et patrias iterum clemens exerceat artes.
Fallitur, egregio quiſquis ſub principe credit
Seruitium. numquam libertas gratior exſtat,
Quam ſub Rege pio. quos præficit ipſe regendis
Rebus, ad arbitrium plebis Patrumque reducit
Conceditque libens, meritis ſeu præmia poſcant,
Seu punire velint. poſito iam purpura faſtu
De ſe iudicium non indignatur haberi.
Sic docuit regnare ſocer: ſic caſta iuuentæ
Frena dedit. teneros his moribus imbuit annos.
Verior Auguſti genitor, fiducia belli,
Pacis conſilium, per quem ſqualore remoto
Priſtina Romuleis inſloruit artibus ætas:
Per quem fracta diu, translataque pene poteſtas
Non oblita ſui, ſeruilibus exſulat aruis,
In proprium ſeducta Larem: victricia reddit
Fata ſolo, fruiturque iterum, quibus hæſerat olim
Auſpiciis, capitique errantia membra reponit.
Proxime Dis Conſul, tantæ qui proſpicis vrbi,
Qua nihil in terris complectitur altius æther:
Cuius nec ſpatium viſus, nec corda decorem,
Nec laudem vox vlla capit: quæ luce metalli
Æmula vicinis faſtigia conſerit aſtris.
Quæ ſeptem ſcopulis zonas imitatur Olympi,
Armorum, legumque parens: quæ fundit in omne
Imperium, primique dedit cunabula iuris.
Hæc eſt, exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, paruaque à ſede profecta
Diſperſit cum Sole manus. hæc obuia fatis,
Innumeras vno gereret cum tempore pugnas,
Hiſpanas caperet, Siculas ſubmitteret vrbes,
Et Gallum terris proſterneret, æquore Pœnum,
Numquam ſuccubuit damnis, & territa nullo
Vulnere, poſt Cannas maior, Trebiamque fremebat.
Et cum iam premerent flammæ, murumque feriret
Hoſtis, in extremos aciem mittebat Iberos.
Nec ſtetit Oceano: remiſque ingreſſa profundum,
Vincendos alio quæſiuit in orbe Britannos.
Hæc eſt, in gremium victos quæ ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fouit
Matris, non dominæ ritu: ciueſque vocauit,
Quos domuit, nexuque pio longinqua reuinxit.
Huius pacificis debemus moribus omnes,
Quod veluti patriis regionibus vtitur hoſpes:

Quod

de Laudib. Stilic. Lib. III.

Quod ſedem mutare licet: quod cernere Thulen,
Rurſus & horrendos quondam penetrare receſſus:
Quod bibimus paſſim Rhodanum, potamus Oronté,
Quod cuncti gens vna ſumus. nec terminus vmquam
Romanæ ditionis erit. nam cætera regna
Luxuries vitiis, odiiſque ſuperbia vertit.
Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas,
Atque idem Thebis cecidit. ſic Medus ademit
Aſſyrio, Medoque tulit moderamina Perſes.
Subiecit Perſen Macedo ceſſurus & ipſe
Romanis. hæc auguriis firmata Sibyllæ,
Hæc ſacris animata Numæ eſt. huic fulmina vibrat
Iuppiter: hanc tota Tritonia Gorgone velat.
Arcanas huc Veſta faces, huc Orgia ſecum
Tranſtulit. & Phrygios genitrix irritia leones.
Huc depulſurus morbos Epidaurius hoſpes
Reptauit placido tractu, vectumque per vndas
Inſula Pæonium texit Tiberina draconem.
Hanc tu cum Superis, Stilico præclare, tueris.
Protegis hanc clipeo matrem Regumq; ducumque,
Præcipueque tuam. dedit hæc exordia lucis
Eucherio, puerumque ferens hic regia mater
Auguſto monſtrauit auo: lætatus at ille
Suſtulit in Tyria reptantem veſte nepotem.
Romaque venturi gaudebat præſcia fati,
Quod te iam toto meruiſſet pignore ciuem.
Nec tamen ingratum, nec qui benefacta referre
Neſciat, hunc credas populum. ſi voluere priſcos
Annales libeat, quoties hinc prælia ſumpſit
Pro ſociis, quoties dono conceſſit amicis
Regibus Auſonio quæſitas ſanguine terras!
Publica ſed nunquam tanto ſe gratia fudit
Aſſenſu. quis enim princeps hæc omnibus egit
Obſequiis, ſeſe dominum, patremque vocari,
Quod tibi continuis reſonant conuexa diebus?
Macte nouis Conſul titulis. Mauortia plebes
Te dominum, Bruto non indignante, fatetur.
Et quod adhuc nullo potuit terrore coacta
Libertas Romana pati, Stiliconis amori
Detulit. exſultant auidi quocumque decorus
Conſpiciare loco, nomenque ad ſidera tollunt.
Nec vaga dilecto ſatiantur lumina vultu.
Seu circum trabeis fulgentibus aureus ires:
Seu celebres ludos: ſolio ſeu fultus eburno
Cingas iure forum: denſo ſeu turbine vulgi
Circumfuſa tuæ conſcendant Roſtra ſecures.
Quæ vero procerum voces, quam certa fuere
Gaudia, cum totis exſurgens ardua pennis
Ipſa duci ſacras Victoria panderet ædes,
Et palma viridi gaudens, & amicta tropæis.
Cuſtos imperii virgo, quæ ſola medelis
Vulneribus, nulliusque doces ſentire laborem:
Seu tibi Dictææ placuerunt aſtra Coronæ:
Seu magis æſtiuo ſedes vicina Leoni:
Seu ſceptrum ſublime Iouis, ſeu Palladis ambis
Ægida: ſeu feſſi mulces ſuſpiria Martis:
Adſis perpetuum Latio, votiſque Senatus
Annue, Diua, tui Stilico tua ſæpius ornet
Limina, teque ſimul rediens in caſtra reducat.
Hunc bellis comitare fauens: hunc redde togatum
Conſiliis. ſemper placidis ſe moribus egit,
Seruauitque piam victis, nec polluit vmquam
Laurum ſæuitia. ciuem nec fronte ſuperba
Deſpicit, aut trepidam vexat legionibus vrbem.
Sed verus patriæ Conſul ceſſantibus armis
Contentus lictore venit, nec inutile quærit
Ferri præſidium, ſolo munitus amore:
Magnatum nec parcus opum geminare profundas
Diſtulit impenſas. & poſt miracula caſtris
Edita, vel genero Romæ maiora reſeruat.
Auratos Rhodiis imbres, naſcente Minerua
Indulſiſſe Iouem perhibent. Bacchoque paternum
Iam pulſante femur, mutatos palluit Hermus
In pretium, votique famem paſſurus auari
Ditabat rutilo, quidquid Mida tangeret, auro:
Fabula. ſeu verum canitur. tua copia vincit
Fontem Hermi, tactumq. Midæ, pluuiaſq; Tonantis.
Obſcurat veteres, obſcurabitque futuros
Par donis, armiſque manus. ſi ſolueret ignis,
Quas dedit immanes vili pro pondere, maſſas:
Argenti potuere lacus. & flumina fundi.
Nec tibi, quæ pariter ſiluis dominaris, & aſtris,
Exiguam Stilico mouit, Latonia, curam.
Tu quoque nobilibus ſpectacula noſtra laboras
Illuſtrare feris, ſummoque in vertice rupis
Alpinæ ſocias arcu ceſſante pudicas,
Et pharetratarum comitum inuiolabile cogis
Concilium. veniunt humeros & brachia nudæ,
Armatæque manus iaculis, & terga ſagittis;
Incomptæ pulchræque tamen. ſudoribus ora
Puluerulenta rubent. ſexum nec cruda fatetur
Virginitas. ſine lege comæ. duo cingula veſtem
Crure tenus pendere vetant. præcedit amicas
Flaua Leontodame ſequitur nutrita Lycæo
Nebrophone, celſiſque domat quæ Mænala Thero.
Ignea Cretæa properat Britomartis ab Ida.
Et curſu Zephyris numquam ceſſura Lycaſte.
Iungunt ſe geminæ metuenda feris Hecate ge:
Et ſoror, optatum numen venantibus Opis.
Progenies Scythiæ. Diuas nemorumque potentes

ecit Hyperboteis Delos prælata pruinis.
Iæ ſeptem venere duces. exercitus alter
Nympharum inceduot, acies formoſa Dianæ
Centum Taygeti, ceotum de vertiee Cynthi,
Et totidem caſto genuit quas flumine Ladon.
Quas vbi collectas vidit, ſic Delia cœpit:
O ſociæ, mecom thalami qnæ iura peroſæ
Virgineo gelidos petcutritis agmine montes,
Cernitis vt Lstio Sopetl communibns ornent
Huncannum ſtudüs: quantos Neptunus eqnorum
Donet ab orbe greges: laudi quam nulla caneodæ
Fratris plectra vacent. noſtram qooque ſentist idem,
Quam meritis debemos, opem. non ſpicula poſcit
Iſte labot. mancant clauſis nunc ſicca pharetris,
Omnis & à ſolitis noſtet venatibus atcus
Teo1peret, In ſolam cruot hic ſetuetut arenam.
Retibus, & clauſtris dilata morte tenendæ
Ducendæque feræ. eupidas atcere ſagittas.
Conſulis io plauſum esſuris patcite monſtris.
Accelerer diuiſa manus. mihi eurſus anhelas
Tenditut ad Syrtes, mecum Dictæa Lycaſte
Et comes Opis eat. ſteriles iuuat ire per æſtus.
Namqueferas aliis tellus Maornſia donum
Præbuit. huic ſoli debet, ceu victa, tributum.
Dum nos horribiles Libyæ ſcrutamur alumnos,
Europæ vos interea perquirite ſaltns,
Et ſcopulos. poſita ludat formidine paſtor,
Securiſqoe canat Stiliconem fiſtula ſiluis.
Pateant Numinibus montes, vt legibus vrbes.
Dixit, & exiemplo frondoſa fertut ab Alpe
Stans pelagus cerui currum ſubiere iugales,
Quos decus eſſe Deæ ptimi ſnb lomine cæli
Roſcida fecundis concepit Luna cauernis.
Par nitot intactis nioibus. frons diſcolor auro
Germinat. & ſpatio ſummas æquantia fagos
Cornua ramoſo ſurgunt procera metallo.
Opis frena tenet. fert retia rara Lycaſte,
Auratasque plagas: immortaleſqne Moloſſi
Latrantes mediis eircum inga nubibus ibant.
Quinque aliæ patibus (Phœbe ſic iuſſetat) armis
Diuerſa regione ruunt; ducitque eohortem
Quæque ſuam. variæ formis. & genre ſequuntut,
Ingenioque canes illæ graniotibus apiæ
Morſibus: hæ pedibus celeres, hæ nare ſagaces.
Hirſutæque fremunt Creſſæ, tenueſqne Lacænæ,
Magnaque taurorum fracturæ colla Britannæ.
Dalmatiæ lucos, abruptaqne brachia Pindi
Sparſa comam Britomartis agit. tu Gallica cingis
Luſtra. Leonrodame Germanorumque paludes
Eiuis, & ſi quis deſenſus atundine Rheni

Vaſtns aper nimio dentes curauerat æuo.
Nubiferas Alpes, Apenninique receſſus,
Garganique nines Hecaerge prompta fatigat.
Speluncas canibus Thero rimatur Iberas,
Informeſqne canis vrſos detrudit ab antris,
Quorum ſæpe Tagus manantes ſanguine rictns
Non ſatiauit aquis, & quos iam frigore ſegnes
Pyrenæa tegit latebroſis frondibus ilex.
Cyrneis, Siculiſque iugis venata virago
Nebrophone ceruos, aliaſque in vincula cogit
Non ſæuas peendes, ſed luxuriantis atenæ
Delicias, pompam nemorum, quodcumq; tremendum
Dentibus, aut inſigoe iubis, aut nobile cornu,
Aut rigidum ſetis capitur: decus omne, timorque
Siluarum non caute latent: non mole reſiſtunt
Fortia: non volucri fugiunt pernicia curſo.
Hæc laqueis innexa gemunt: hæc clauſa feruntur
Ilignis domibus. fabri nec tigoa polire
Sufficiuot. rudibos fagis texuntur & ornis
Frondentes caueæ. ratibus pars ibat onuſtis
Per freta, vel fluuios. exſanguis dextera torpet
Remigis, & propriam metuebat nauita mercem.
Per terram pars docta rotis, loogoque morantur
Ordioe plauſtra vias. montanis plena triumphis,
Et fera ſollicitis vehitur captiua iuuencls,
Explebat quibus ante famem: quotieſque reflexi
Conſpexere boues, pauidi temone recedunt.
Iamque peretraris Libyæ flagraotibus otis,
Legerat eximios Phœbi germana leones,
Heſperidas qui ſæpe fugant, ventoque citatis
Terrificant Atlanta iubis, armentaque longe
Vaſtant Æthiopom, quorumque impune fragoſa
Murmura paſtores numquam excepere per aures.
Non illos telæ ardentes, non ſtrata ſuperne
Lapſuro virgulta ſolo. non vocibus hædi
Pendentis ſtimulata fames, noo foſſa fefellit.
Vltro ſe voluere capi, gaudentque videri
Tantæ præda Deæ. reſpirant paſcua tandem.
Agricolæ reſerant iam tuta mapalia Mauri.
Tum virides pardos, & cætera colligit Auſtri
Prodigia, immaneſqne ſimol Latonia dentes,
Qui ſecti ferro in tabulas, aoroque micantes,
Inſcripti rutilom cælato Conſule nomen
Per proceres, & vnlgus eant ſtupor omnibus Indis.
Plurimis ereptis elephas inglorins errat
Dentibus. inſedit nigra ceruice gementum,
Et fixum Dea qoaſſat ebur, penituſque cruentis
Stirpibos auulſus patulos exarmat hiatos.
Ipſos quinetiam nobis miracula vellet
Ducere: ſed pigra cunctari mole veretur

Tyrrhenas

Tyrrhenas fetu Libycos amplexa per vndas.
Claſſica turba ſonat, caudamque a puppe retorquens
In proram iacit vſque leo. vix ſubleuat vnum
Tarda ratis. fremitus ſtagnis anditur in imis.
Cunctaque proſil·unt cete, terrenaque Nereus
Confert monſtra ſuir: ſed non æquare fatetur.
Æquora ſic victor quoties per rubra Lyæus
Nauigat, Intorquet clauum Silenus,& actes
Inſudant tonſis Satyri, taurinaque pulſu
Baccharum Bromios inuitant tympana remos.
Tranſtia ligant ederæ. malum circumflua veſtis
Pampinus. antennis illabitur ebria ſerpens.
Perque mero madidos currunt, ſaliuntque ludentes
Lynces,& inſolitæ mirantur carbaſa tigres.

Catera deſiderantur.

CL. CLAVDIANI IN LIBRVM

DE BELLO GETICO, vel Pollentiaco: vel de victoria Stiliconis contra Alaricum,

PRÆFATIO.

POST reſides annos longo velut excita ſomno
Romanis fruitur noſtra Thalia choris.
Optatos renouant eadem mihi culmina cœtus,
Perſonat & noto Pythia vate domus.
Conſulis hic faſces cecini, Libyamque receptam,
Hic mihi proſtratis bella canenda Getis.
Sed prior effigiem tribuit ſucceſſus ahenam,
Oraque patricius noſtra dicauit honos.
Annuit hic princeps titulum poſcente Senatu.
Reſpice, iudicium quam graue, Muſa, ſubis.
Ingenio minuit mercer properata fauorem.
Carminibus veniam præmia tanta negant:
Et magis intento ſtudium cenſore laborat.
Quod legimur medio, conſpicimurque foro.
Materies tamen ipſa iuuat, ſolitumque timorem
Dicturo magna ſedula parte leuat.
Nam mihi conciliat gratas impenſius aures
Vel meritum libri, vel Stiliconis amor.

CL. CLAVDIANI DE BELLO GETICO LIBER.

INtacti cum clauſtra freti coëuntibus æquor
Artatum ſcopulis audax irrumperet Argo,
Æetam, Colchoſque petens propiore periclo,
Omnibus attonitis ſolus poſt nomina Tiphys
Incolumem tenui damno ſeruaſſe carinam
Fertur, & ancipitem montis vitaſſe ruinam,
Deceptoque vagæ concurſu rupis in altum
Victricem duxiſſe ratem ſtupuere ſuperbæ
Arte viri domitæ Symplegades, & noua paſſæ
Iura ſoli, faciles cunctis iam puppibus hærent,
Vt vinci didicere ſemel, quod ſi ardua Tiphyn
Nauis ob innocuæ meritum ſic gloria vexit;
Quæ tibi pro tanti pulſo diſcrimine regni
Sufficient laudes, Stilico? licet omnia vates
In maius celebrata ferant, ipſamque ſecandis
Argois trabibus iactent ſudaſſe Mineruam,
Nec nemoris tantum iunxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed cæſo Tomari Iouis augure luco,
Arbore præſaga tabulas animaſſe loquaces.
Plurima ſed quamuis variis miracula monſtris
Ingeminent teneras vincturi carmine mentes,
Harpyiaſque truces, inſopitiſque refuſum
Tractibus aurati cuſtodem velleris anguem,
Et iuga taurorum rapidis ambuſta fauillis,
Et virides galeis ſulcos, fœtaſque nouales
Martis, & in ſegetem creſcentia ſemina belli:
Nil veris æquale dabunt: prohibere rapaces
Scilicet Harpyias, vnaque excludere menſa
Nobilior titulus, quam tot potuiſſe paratas
In Latij prædam Geticas auertere fauces.
Ann' ego terrigenas potius mirabor in ipſis
Procubuiſſe satis, vitæ quibus attulit idem
Principium finemque dies, quam cæſa Getarum
Agmina: quos tantis aluit Bellona tropæis,
Totaque ſub galeis Mauortia canuit ætas?
Per te namque vnum mediis exuta tenebris
Imperio ſua forma redit, clauſtriſque ſolutæ
Triſtibus exſangues audent procedere leges.
Iamque poteſtates priſcus diſcriminat ordo
Iuſtitiæ, quas ante pares effecerat vna

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nube timor. tua nos vrgenti dextera leto
Eripuit, tectiſque ſuis redduntur & agris
Damnati fato populi, virtute renati.
Iam non in pecorum morem formidine clauſi
Proſpicimus ſæuos campis ardentibus ignes:
Alta nec incertis metimur flumina votis
Excidio latura moram. non poſcimus amnem
Vndoſam ſeruare fidem, nubeſque fugaces,
Aut coniuratum querimur ſplendere ſerenum.
Ipſa quoque interius furiis exercita plebis
Securas iam Roma leuat tranquillior arces.
Surge precor veneranda parens, & certa ſecundis
Fide Deis, humilemque metum depone ſenectæ,
Vrbs æquæua polo. tum demum ferrea ſumet
Ius in te Lacheſis, cum ſic mutauerit axem
Fœderibus natura nouis, vt flumine verſo
Irriget Ægyptum Tanais, Mæotida Nilus,
Eurus ab occaſu. Zephyrus ſe promat ab Indis,
Caucaſiiſque iugis calido nigrantibus Auſtro
Getulas Aquilo glacie conſtringat arenas.
Fatales hucuſque manus, crebriſque notatæ
Prodigiis abiere minæ: nec ſidera pacem
Semper habent, ipſumq; Iouem turbante Typhœo,
Si fas eſt, timuiſſe ferunt, cum brachia centum
Montibus armaret totidem, ſpiraſque retorquens
Lamberet attonitas erectis anguibus Arctos.
Quid mirum, ſi regna labor mortalia vexat?
Cum gemini fratres, genuit quos aſper Aloeus
Martem ſubdiderint vinclis, & in aſtra negatas
Tentarint munire vias, ſteteritque reuulſis
Pene tribus ſcopulis cæleſti machina bello.
Sed caret euentu nimius furor. improba numquam
Spes lætata diu: nec peruenere iuuentæ
Robur Aloidæ. dum vellere Pelion Otus
Nititur, occubuit Phœbo, morienſque Ephialtes
In latus obliquam proiecit languidus Oſſam.
Adſpice, Roma, tuum iam vertice celſior hoſtem:
Adſpice quam rarum referens inglorius agmen
Italia detruſus eat, quantumque priori
Diſſimilis, qui cuncta ſibi ceſſura ruenti
Pollicitus patrii numen iurauerat Iſtri
Non niſi calcatis loricam ponere Roſtris.
O rerum fatique vices! qui fœda parabat
Romanas ad ſtupra nurus, ſua pignora vidit
Coniugibus permiſta trahi. qui mente profunda
Hauſerat vrbis opes, vltro victoribus ipſe
Præda fuit. noſtri quondam qui militis auro
Aggreſſus tentare fidem deſertus ab omni
Gente ſua manibuſque redit truncatus & armis.
Hoc quoque quod veniam lati valuere mereri
Si poſitis pendas odiis, ignoſcere pulcrum
Iam miſero, pœnæque genus vidiſſe precantem.
Quæ vindicta prior, quam cum formido ſuperbos
Flectit, & aſſuetum ſpoliis affligit egeſtas?
Sed magis ex aliis fluxit clementia cauſſis.
Conſulitur dum, Roma, tibi. tua cura coegit
Incluſis aperire fugam, ne peior in arcto
Sæuiret rabies venturæ nuntia mortis.
Nec tanti nomen ſtirpemque abolere Getarum,
Vt propius peterere, fuit. procul arceat altus
Iupiter, vt delubra Numæ, ſedemque Quirini
Barbaries oculis ſaltem temerare profanis
Poſſit, & arcanum tanti deprendere regni.
Quamquam, ſi veterum certamina rite recordor,
Tunc etiam, pulcra cum libertate vigerent,
Et proprio late florerent milite Patres,
Semper ab his famæ petiere inſignia bellis,
Quæ diuerſa procul tuto trans æquora virtus
Exercere dabat. currus, Regumque catenæ
Inter abundantis fati ludibria ductæ.
At vero Italiam quoties circumſtetit atrox
Tempeſtas, ipſumque caput læſura pependit:
Non illis vani ratio ventoſa fauoris,
Sed grauiter ſpectata ſalus, ductorque placebat,
Non qui præcipiti traheret ſimul omnia caſu,
Sed qui maturo vel læta, vel aſpera rerum
Conſilio momenta regens nec triſtibus impar,
Nec pro ſucceſſu tumidus ſpatiumque morandi,
Vincendique modum mutatis noſſet habenis.
Cautius ingentes morbos, & proxima cordi
Vlcera Pæoniæ tractat ſolertia curæ,
Parcendoque ſecat. ferro ne longius acto
Irreuocandus eat ſectis vitalibus error.
Sublimi certe Curium canit ore vetuſtas,
Æaciden Italo pepulit qui litore Pyrrhum.
Nec magis inſignis Marij, Paulique triumphus,
Qui captos mutis Reges egere quadrigis.
Plus fuga laudatur Pyrrhi, quam vincla Iugurthæ.
Et quamuis gemina feſſum iam clade fugarit,
Poſt Decios natos, & nulli peruia culpæ
Pectora Fabricij donis inuicta, vel armis,
Plena datur Curio pulſi victoria Pyrrhi.
Quanto maius opus ſolo Stilicone peractum
Cernimus! hic validam gentem, quam dura niuoſis
Educat Vrſa plagis, non Chaonas atque Moloſſos,
Quos Epirus alit, nec Dodonæa ſubegit
Agmina, fatidicam fruſtra iactantia quercum.
Primus fulmineum lento luctamine Pœnum
Compreſſit Fabius. campo post auſus aperto
Marcellus vinci docuit. ſed tertia virtus

Scipiadæ

Stipiadæ Lariſs tandem deterruit oris.
Vnus in hoc Stilico diuerſis artibus hoſte
Tres potuit complere duces, frangitque furentem
Cunctando, vincitque manu, victumque relegat.
Atque hæc tanta breui miſcentem incendia Pyrrhum
Suſtinuit toto mærens OEnotria luſtro,
Et prope ter ſenas Itala per graminis herbas
Maſſylus Pœno ſonipes vaſtante cucurrit,
Hannibalemque ſenem vix ad ſua reppulit arua
Vindex ſera patrum poſt bellum nata iuuentus.
Hic celer effecit, bruma ne longior vna
Eſſet hiems, rerum primis ſed meſſibus æſtas
Temperiem cælo pariter, belloque referret.
Sed quid ego Hannibalē contra. Pyrrhumq; tot annis
Certatum memorem? vilis cum Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni,
Conſulibuſque palam toties congreſſus inertes
Exuerit caſtris dominos, & ſtrage pudenda
Fuderit imbelles aquilas ſeruilibus armis.
Nos terrorum expers. & luxu mollior ætas
Deficimus queruli. ſi bos abductus aratro,
Si libata ſeges. non hanc ergaſtula nobis
Immiſere manum, nec coniurantis arenæ
Turba fuit. qualem Stilico deiecerit hoſtem,
Thraces,& Æmonij poterunt Mœſique fateri.
Frigida ter decies nudatum frondibus Æmum
Tendit hiems veſtire gelu; totieſque ſolutis
Ver niuibus viridem monti reparauit amictum,
Ex quo iam patrios gens hæc oblita Triones,
Atque Iſtrum tranſuecta. ſemel veſtigia fixit
Threicio funeſta ſolo; ſeu fata vocabant,
Seu grauis ira Deum. ſeriem meditata ruinis.
Ex illo quoſcumque vagos impegit Erinnys,
Grandinis, aut morbi ritu per deuia rerum
Præcipites, per clauſtra ruunt. nec contigit vllis
Amnibus. aut ſcopulis proprias defendere terras.
Nil Rhodope. nil vaſtus Athos. nil profuit Æmus
Odryſiis. faciles contemnunt Strymona ſalto,
Et fruſtra rapidum damnant Aliacmona Beſſi.
Nubibus intactum Macedo miratur Olympum
More peterratum campi. terit irrita Tempe
Theſſalus, & domitis irriſam cautibus OEtam.
Sperchiuſque,& virginibus dilectus Enipeus
Barbaricas lauere comas. non obiice Pindi
Seruati Dryopes: nec nubifer Actia texit
Littora Leucates. ipſæ, quæ durius olim
Reſtiterant Medis, primo conamine ruptæ
Thermopylæ. vallata mari Scironia rupes,
Et duo continuo connectens æquora muro
Iſthmos, & anguſti patuerunt clauſtra Lechæi.

Nec tibi Parrhaſios licuit munire colonos
Frondoſis, Erymanthe, iugis, equitataque ſummi
Culmina Taygeti trepidæ vidiſtis Amyclæ.
Tandem ſupplicium cunctis pro montibus Alpes
Exegere Getas. tot tandem flumina victor
Vindicat Eridanus. docuit nunc exitus alte
Fatorum ſecreta tegi. quiſquamne recluſis
Alpibus vlterius Latij fore credidit vmbram?
Nonne velut capta rumor miſerabilis vrbe
Trans freta, trans Gallos, Pyrenæumque cucurrit?
Famaque nigrantes ſuccincta pauoribus alas
Secum cuncta trahens à Gadibus vſque Britannum
Terruit Oceanum, & noſtro procul axe remotam
Inſolito belli tremefecit murmure Thulen.
Mandemuſne Noti flabris. quoſcumque timores
Pertulimus, feſtæ doleant ne triſtibus aures?
An potius meminiſſe iuuat, ſemperque viciſſim
Gaudia præmiſſi cumulant inopina dolores?
Vtque ſub occidua iactatis Pleiade nautis
Commendat placidum maris inclementia portum;
Sic mihi tunc maior Stilico, cum læta periclis
Metior, atque illi redeunt in corda tumultus.
Nonne videbantur, quamuis adamante rigentes,
Turribus inualidis fragiles procumbere muri, ·
Ferrataeque Getis vltro ſe pandere portæ?
Nec vallum, denſæque ſudes arcere volantes ·
Cornipedum ſaltus. iam iam conſcendere puppes, ·
Sardooſque habitare ſinus, & inhoſpita Cyrni
Saxa parant, vitamque freto ſpumante tueri.
Ipſa etiam diffiſa breui Trinacria Ponto,
Si rerum natura ſinat, diſcedere longe
Optat, & Ionium refugo laxare Peloro.
Fultaque deſpiciens auro laquearia diues,
Tutior Æoliis mallet vixiſſe cauernis.
Iamque oneri credebantur opes, tandemque libido
Hæſit auaritiæ grauioribus obruta curis.
Vtque eſt ingenioque loquax,& plurima fingi
Permittens, credique timor, tunc ſomnia vulgo
Narrari; tunc monſtra Deum, monituſque ſiniſtri:
Quid meditentur aues, quid cum mortalibus æther ·
Fulmineo velit igne loqui, quid carmine poſcat
Fatidico cuſtos Romani carbaſus æui.
Territat aſſiduus Lunæ labor, atraque Phœbe
Noctibus horriſonas crebris vlulata per vrbes.
Nec credunt vetito fraudatam Sole ſororem
Telluris ſubeunte globo: ſed caſtra ſecutas
Barbara Theſſalidas patriis lunare venenis
Inceſtare iubar. tunc anni ſigna prioris,
Et ſi quod fortaſſe quies neglexerat omen,
Addit cura nouis: lapidoſos grandinis ictus,

Molita C.

Iolitaſque examen apes, paſſimque crematas
erbacchata domos nullis incendia cauſſis,
t numquam cælo ſpectatum impune cometem,
Qui primum roſeo Phœbi prolatus ab ortu,
Qua micat aſtrigera ſenior cum coniuge Cepheus,
nde Lycaonia paullatim expulſus ab *Arcto*
Crine vago Getici fœdauit ſidera plauſtri,
Donec in exiguum moriens vaneſceret ignem.
ed grauius mentes cæſorum oſtenta luporum
Horrificant. duo quippe lupi ſub principis ora,
Dum campis exercet equos, violenter adorti
Agmen, & excepti telis, immane relatu
rodigium, miramque notam duxere futuri.
Nam ſimul humano geminas de corpore palmas
Vtraque perfoſſis emiſit bellua coſtis;
llo læua tremens, hoc dextera ventre latebat
ntentis ambæ digitis, & ſanguine viuo.
crutari ſi vera velis, fera nuntia Martis
Ore ſub *Augusti* caſurum prodidit hoſtem.
Vtque manus vtero virides patuere retecto,
omula poſt ruptas virtus ſic emicat *Alpes*.
ed malus interpres rerum metus omne trahebat
ugurium peiore via, truncataque membra,
Nutricemque lupam Romæ, regnoque minari.
unc reputant annos, interceptoque volatu
ulturis, incidunt properatis ſæcula metis.
olus erat Stilico, qui deſperantibus augur
onderet meliora manu: dubiæque ſalutis
ux idem vateſque fuit. durate parumper
nquit, & excuſſis muliebribus ore querelis
atorum toleremus onus. nil nautica proſunt
urbatæ lamenta rati: nec ſegnibus vndæ
lanctibus, aut vanis miteſcunt flamina votis.
unc inſtare manu, toto nunc robore niti
ommuni pro luce decet; ſuccurrere velis,
xhaurire fretum, varios aptare rudentes,
mnibus & docti iuſſis parere magiſtri.
on ſi perfidia nacti penetrabile tempus
rupere Getæ, noſtras dum Rhætia vires
Occupat, atque alio deſudant Marte cohortes,
circo ſpes omnis abit. mirabile poſſet
ſſe mihi, ſi fraude noua, vel calle reperto
arbarus ignotas inuaderet inſcius *Alpes*.
unc vero geminis clades repetita tyrannis
amoſum vulgauit iter. nec nota fefellit
emita perſtructum bellis ciuilibus hoſtem.
er ſolitas venere vias, aditúſque ſequendos
arbarico Romana dedit diſcordia bello.
ed nec præteritis hæc res incognita ſæclis.
æpe laceſſitam, ſed non impune, fatemur
Auſoniam. hæc Senonum reſtinxit ſanguine flammas.
Hæc & Teutonico quondam patefacta furori
Colla catenati vidit ſqualentia Cimbri.
Vile decus; quod non erexit præuius horror.
Ingentes geminant diſcrimina magna triumphos.
Quid turpes iam mente fugas, quid Gallica rura
Reſpicitis, Latioque libet poſt terga relicto
Longinquum profugis *Ararim* præcingere caſtris?
Scilicet Arctôis conceſſa gentibus vrbe
Conſidet regnum Rhodano, capitique ſuperſtes
Truncus erit. veſtros ſtimulant ſi pignora ſenſus.
Me quoque non impar naturæ cura remordet.
Nec ferro ſic corda rigent, vt noſſe recuſem,
Quam ſanctum ſoceri nomen, quam dulce maritis
Quantus prolis amor. ſed numquam oblita decoris
Obſcenam latebram pietas ignaua requiret.
Nec vobis fortis monitor mihi cautior vni.
Hic coniux. hic progenies, hic carior omni
Luce gener. pars nulla mei ſubducta procellæ.
Accipe tu noſtræ, tellus OEnotria, mentis
Pignora communes tecum ſubeuntia caſus,
Exiguamque moram muris impende tuendis,
Dum redeo lectum referens in claſſica robur.
His dictis pauidi firmauit inertia vulgi
Pectora, migrantiſque fugam compeſcuit aulæ.
Auſaque tum primum tenebris emergere pulſis
Heſperia, vt ſecum iunxiſſe pericula vidit
Auguſtum, tantoque ſui ſtetit obſide fati.
Protinus, vmbroſa veſtit qua litus oliua
Larius. & dulci mentitur Nerea fluctu,
Parua puppe Lacum præteruolat ocius: inde
Scandit inacceſſos brumali ſidere montes,
Nil hiemis, cæliue memor. ſic ille relinquens
Ieiunos antro catulos immanior exit
Hiberna ſub nocte leo, taciturſque per altas
Incedit furiale niues. ſtant colla pruinis
Aſpera. flauentes adſtringit ſtiria ſetas.
Nec meminit leti, nimboſue aut frigora curat,
Dum natis alimenta parat. ſublimis in Arcton
Prominet Hercyniæ confinis Rhætia ſiluæ:
Quæ ſe Danubij iactat Rhenique parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno.
Primo fonte breues, alto mox gurgite regnant,
Et fluuios cogunt vnda coëunte minores
In nomen tranſire ſuum. te Cimbrica Tethys
Diuiſum bifido conſumit, Rhene, meatu.
Thracia quinque vadis Iſtrum vorat Amphitrite
Ambo habiles remis. ambo glacialia ſecti
Terga rotis; ambo Boreæ, Martiſque ſodales.
Sed latus, Heſperiæ quo Rhætia iungitur oræ,

Præruptis ferit aſtra iugis, panditque tremendam
Vix æſtate viam. multi ceu Gorgone viſa
Obriguere gelu. multos hauſere profundæ
Vaſta mole niues, cumque ipſis ſæpe iuuencis
Naufraga candenti merguntur plauſtra barathro.
Interdum ſubitam glacie labente ruinam
Mons dedit, & trepidis fundamina ſubruit Auſtris
Pendenti malefida ſolo. per talia tendit
Frigoribus mediis Stilico loca. nulla Lyæi
Pocula; rara Ceres. raptos contentus in armis
Delibaſſe cibos, madidoque oneratus amictu
Algentem pulſabat equum. nec mollia feſſo
Strata dedere torum. tenebris ſi cæca repreſſit
Nox iter, aut ſpelæa ſubit metuenda ferarum,
Aut paſtorali iacuit ſub culmine fultus
Ceruicem clipeo. ſtat pallidus hoſpite magno
Paſtor, & ignoto præclarum nomine vultum
Ruſtica ſordenti genitrix oſtendit alumno.
Illa ſub horrendis prædura cubilia ſiluis:
Illis ſub niuibus ſomni, curæque, laborque
Peruigil. hanc requiem terris. hæc otia rebus
Inſperata dabant. illæ tibi, Roma, ſalutem
Alpinæ peperere caſæ. iam fœdera gentes
Exuerant, Latiique audita clade feroces
Vindelicos ſaltus, & Norica rura tenebant.
Ac veluti famuli; mendax quos mortis herilis
Nuntius in luxum falſo rumore reſoluit,
Dum marcent epulis, atque inter vina, choroſque
Perſultat vacuis effrena licentia tectis.
Si reducem dominum ſors improuiſa reuexit,
Hærent attoniti; libertatemque peroſus
Conſcia ſeruilis præcordia concutit horror,
Sic ducis adſpectu cuncti ſtupuere rebelles.
Inque vno princeps Latiumque, & tota refulſit
Roma viro. frons læta parum, non triſtior æquo,
Non deiecta malis, miſta ſed nobilis ira:
Qualis in Herculeo, quoties infanda iubebat
Euryſtheus, fuit ore dolor: vel qualis in atram
Sollicitus nubem mæſto Ioue cogitur æther.
Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli
Erigit? hinc animo fruſtra tumuiſtis inani?
Non ita Romanum fati violentia nomen
Opprimit; vt veſtros nequeant punire tumultus
Parte ſui: neu vos longe ſermone petito
Demorer, exemplum veteris cognoſcite facti.
Cum ferus Auſonias perſtringeret Hannibal arces,
Et Trebiam ſæuo geminaſſent funere Cannæ,
Nequidquam Emathium pepulit ſpes vana Philippum,
Vt velut afflictos ferro tentaret inerti.
Romanos commouit atrox iniuria Patres,
Vrgerent maiora licet, grauiterque tulere
Vrbibus inter ſe claris de culmine rerum
Congreſſis, aliquid gentes audere minores.
Nec pœnam differre placet; ſed bella gerenti
Punica Leuino Regis quoque prælia mandant.
Paruit imperiis Conſul, fuſuſque Philippus.
Vilia dum grauibus populis interſerit arma,
Prætereunte manu, didicit non eſſe potentum
Tentandas, mediis quamuis in luctibus, iras.
Hoc monitu pariter naſcentia bella repreſſit,
Et bello quæſiuit opes, legitque precantes
Auxilio, menſus numerum, qui congruus eſſet,
Nec grauis Italiæ, formidandusue regenti.
Nec minus accepto noſtræ rumore cohortes
(Sic ducis vrget amor) properantibus vndique ſignis
Conueniunt, viſoque animi Stilicone recepti
Singultus varios lacrimoſaque gaudia miſcent.
Sic armenta boum, vaſtis quę turbida ſiluis
Spargit hiems, cantus & ſibila nota magiſtri
Certatim repetunt, vel notæ paſcua vallis,
Inque vicem ſe voce regunt. gaudentque fideles
Reddere mugitus, & qua ſonus attigit aurem,
Rara per obſcuras apparent cornua frondes.
Accurrit vicina manus, quam Rhætia nuper
Vindelicis auctam ſpoliis defenſa probauit.
Venit & extremis legio prætenta Britannis,
Quæ Scoto dat frena truci, ferroque notatas
Perlegit exangues Picto moriente figuras.
Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris,
Quæque domant Catros, immanſueroſq; Cheruſcos.
Huc omnes vertere minas, tutumque remotis
Excubiis Rhenum ſolo terrore relinquunt.
Vllane poſteritas credet? Germania quondam
Illa ferox populis, quæ vix inſtantibus olim
Principibus tota poterat cum mole teneri,
Iam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis,
Vt nec præſidiis nudato limite tentet
Expoſitum calcare ſolum, nec tranſeat amnem,
Incuſtoditam metuens attingere ripam.
Celſior ô cunctis, vnique æquande Camillo.
Veſtris namque armis Alarici fracta quieuit
Ac Brenni rabies. confuſis rebus vterque
Diuinam tribuiſtis opem ſed tardior ille
Iam captæ vindex patriæ; tu ſoſpitis vltor.
O quantum mutata tuo fortuna regreſſu!
Vt ſeſe pariter diffudit in omnia regni
Membra vigor, viuuſque redit calor vrbibus ægris!
Creditur Herculeis lucem renouaſſe lacertis
Femina dilecti fatis impenſa mariti.
Et iuuenem ſpretæ laniatum fraude nouercæ

Non ſine Citeæis Latonia reddidit herbis.
Cretaque, ſi verax narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire ſepulcro:
Quem ſenior vates auium clangore repertum
Gramine reſtituit: miræ nam munere ſortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.
At tuus aduentus non vnum corpus ab Vmbris.
Sed tot communi populos ſub morte iacentes,
Tutaque Tartareis è faucibus oppida traxit
Ipſo Roma die, nec adhuc oſtenditur auctor.
Perſonuit veniſſe ducem, lætisque Quirites
Vocibus auſpicium certi plauſere triumphi,
Munitiſ Stilicone ſuo. quis gaudia vero
Principis, amplexus alacris quis diſſerat aulæ?
Pulueris ambiguam nubem ſpeculamur ab altis
Turribus, incerti, ſocios apportet, an hoſtes
Ille globus. mentem ſuſpenſa ſilentia librant,
Donec pulureo ſub turbine ſideris inſtar
Emicuit Stiliconis apex & cognita fulſit
Canities. gauiſa repens per mœnia clamor
Tollitur. Ipſe venit. portas ſecura per omnes
Turba ſalutatis effunditur obuia ſignis.
Non iam delectus miſeri, nec falce per agros
Depoſita, iaculum vibrans ignobile meſſor.
Non tentat clipeum proiectis ſumere raſtris
Bellona ridente Ceres, humiliſque nouorum
Seditio clamoſa ducum: ſed vera iuuentus,
Verus ductor adeſt, & viuida Martis imago.
Proſpera ſed quantum noſtræ ſpes addita menti.
Tantum exempta Getæ: qui vertice proximus aſtris
Poſt Alpes iam cuncta ſibi promittit apertas,
Nil ſupereſſe ratus, poſtquam tot flumina pulſis,
Cinctaque fluminibus crebris tot mœnia cernit,
Tot ſubito pedites, equitum tot conſpicit alas,
Seque velut clauſum laqueis, ſub pectore furtim
Æſtuat, & nimium prono feruore petita
Iam piget Italia, ſperataque Roma teneri
Viſa procul. magni ſubeunt iam tædia cœpti.
Occultat tamen ore metum, primoſque ſuorum
Conſultare iubet bellis, annoſque verendos.
Crinigeri ſedere patres, pellita Getarum
Curia: quos plagis decorat numeroſa cicatrix;
Et tremulos regit haſta gradus, & nititur altis
Pro baculo contis non exarmata ſenectus.
Hic aliquis grauior natu, cui plurima dictis
Conſiliiſque fides, defixus lumina terræ,
Concutienſque comam, capuloque acclinis eburno;
Si numero non fallor ait, triceſima currit
Bruma fere rapidum poſtquam tranſnauimus Iſtrum,
Romanamque manum tantis eluſimus annis:
Sed numquam Mauors adeo conſtrinxit in arctum
Res, Alarice, tuas. per tot certamina docto
Crede ſeni, qui te tenero vice patris ab æuo
Geſtatum parua ſolitus donare pharetra,
Atque aptare breues humeris puerilibus arcus.
Sæpe quidem fruſtra monui, ſeruator vt icti
Fœderis Emathia tutus tellure maneres.
Sed quoniam calidæ rapuit te flamma iuuentæ,
Nunc ſaltem, ſi cura tibi manet vlla tuorum,
His clauſtris euade precor, dumque agmina longe;
Dum licet, Heſperiis præceps elabere terris,
Ne noua prædari cupiens & parta reponas,
Paſtorique lupus ſcelerum delicta priorum
Intra ſepta luas. quid palmitis vber Etruſci?
Quid mihi neſcio quam proprio cum Tibride Romam
Semper in ore geris? referunt ſi vera parentes,
Hanc vrbem inſano nullus qui Marte petiuit
Lætatus violaſſe redit. nec Numina ſedem
Deſtituunt. iactata procul dicuntur in hoſtem
Fulmina, diuinique volant pro mœnibus ignes,
Seu cælum, ſeu Roma tonat. ſi temnis Olympum,
A magno Stilicone caue, qui ſemper iniquos
Fortuna famulante premit. ſcis ipſe peremtis
Arcadiæ quam denſa rogis cumulauerit oſſa:
Sanguine quam largo Graios calefecerit amnes.
Extinctuſque fores, ni te ſub nomine legum
Proditio regnique fauor texiſſet Eoi.
Talia grandæuum flamata fronte loquentem
Obliquiſque tuens oculis non pertulit vltra,
Sed rupit rapidas accenſa ſuperbia voces:
Si non mentis inops fraudataque ſenſibus ætas
Præberet veniam, numquam hæc opprobria linguæ
Turpia Danubius me ſoſpite ferret inulta.
Anne tot Auguſtos Hebro qui teſte fugaui,
Te patiar ſuadere fugam, cum ceſſerit omnia
Obſequiis natura meis? ſubſidere noſtris
Sub pedibus montes, areſcere vidimus amnes.
Non ita Dij Getici faciant, Maneſque parentum,
Vt mea conuerſo relegam veſtigia curſu.
Hanc ego vel regno victor, vel morte tenebo
Victus humum. per tot populos vrbeſque cucurri;
Fregi Alpes, galeiſque Padum victricibus hauſi.
Quid reſtat niſi Roma mihi? gens robore noſtra
Tunc quoque pollebat, nullis cum fideret armis.
At nunc Illyrici poſtquam mihi tradita iura,
Meque ſuum fecere ducem; tot tela, tot enſes,
Tot galeas multo Thracum ſudore paraui,
Inque meos vſus vectigal vertere ferri
Oppida legitimo iuſſu Romana coëgi.
Sic me fata fouent. ipſi, quos omnibus annis
Vaſtabam,

Vaſtabant, ſeruire dati. nocitura gementes
Arma dabunt, flammiſque diu mollitus, & arte
In ſua damna chalybs fabro lugente rubebit.
Hortantes his adde Deos. non ſomnia nobis
Nec volucres; ſed clara palam vox edita luco eſt:
Rumpe omnes, Alarice, moras. hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad vrbem.
Huc iter vſque datur. quis iam poſt talia ſegnis
Ambigat, aut cælo dubitet parere vocanti?
Sic ait, hortaturque ſuos, belloque, viaque
Inſtruit. attollunt vanos oracula faſtus.
O ſemper tacita ſortes ambage malignæ
Euentuque patens, & noxia vatibus ipſis
Veri ſacra fides! Ligurum regione ſuprema
* Peruenit ad fluuium miri cognominis vrbem, *
Atque illic domitus vix tandem interprete caſu
Agnouit dubiis illuſa vocabula fatis.
Nec non & Stilico pugnam poſcentia mouit
Pleno caſtra gradu, dictiſque inſtigat euntes.
Nunc nunc, o ſocij, temeratæ ſumite tandem
Italiæ pœnas. obſeſſi principis armis
Excuſate nefas. deploratumque Timauo
Vulnus, & Alpinum gladiis abolete pudorem.
Hic eſt, quem toties campis fudiſtis Achiuis;
Quem diſcors odiiſque anceps ciuilibus orbis
Non ſua vis tutata diu, dum fœdera fallax
Ludit, & alternæ periuria venditat aulæ.
Credite nunc omnes, quas dira Britannia, gentes,
Quas Iſter, quas Rhenus alit, pendere paratas
In ſpeculis. vno tot prælia vincite bello.
Romanum reparate decus, molemque labantis
Imperii fulcite humeris. hic omnia campis
Vindicat. hæc mundo pacem victoria ſancit.
Non in Threiciis Æmi decernimus oris:
Nec ſuper Alpheas vmbrantia Mænala ripas
Conſtitimus. non hic Tegean, Argoſque tuemur.
Viſceribus mediis, ipſoque in corde videtis
Bella geri. patrem clipeis defendite Tibrim.
Talia nunc pediti turmæ. nunc miſtus equeſtri
Dicta dabat. ſimul externis præcepta ferebat
Auxiliis. ibat patiens ditionis Alanus,
Qua noſtræ iuſſere tubæ: mortemque petendam
Pro Latio docuit genti prælatus Alanæ;
Cui natura breues animis ingentibus artus
Finxerat, immanique oculos infecerat ira.
Vulneribus pars nulla vacat, reſciſſaque cunctis
Gloria fœdati ſplendet iactantior oris.
Ille tamen mandante procul Stilicone citatis
Accelerauit equis. Italamque momordit arenam
Felix, Elyſiiſque plagis, & carmine dignus,
Qui male ſuſpectam nobis impenſius atſit
Vel leto purgare fidem: qui iudice ferro
Diluit immeritum laudato ſanguine crimen.
Morte viri turbatus eques flectebat habenas:
Totaque præciſo mutaſſent agmina cornu.
Ni celer inſtructa Stilico legione ſecutus
Subſidiis peditum pugnam inſtauraſſet equeſtrem.
Quis Muſis, ipſoque licet Pæane recepto
Enarrare queat, quantum Gradiuus in illa
Luce ſuæ dederit fundator originis vrbi?
Altius haud vmquam toto deſcendimus enſe
In iugulum Scythiæ; tanta nec clade ſuperbum
Contudimus Tanaim, vel cornua fregimus Iſtri.
Inuiſum miles ſitiens haurire cruorem
Per varias veſtes, onerataque plauſtra metallo
Tranſit, & argenti cumulos, & cædis auarus
Contemptas proculcat opes. pretioſior auro
Sanguis erat. paſſim neglecti prodiga lucri
Ira furens ſtrictis odium mucronibus explet.
Purpureos cultus, aſſumptas igne valentis
Exuuias, miſeriſque graues crateras ab Argis,
Raptaque flagranti ſpirantia ſigna Corintho
Callidus ante pedes venientibus obiicit hoſtis
Incaſſum; neque enim feralis præda moratur,
Sed iuſtos præbent ſtimulos monumenta doloris,
Aſſeritur ferro captiuum vulgus, & omnes
Diuerſæ vocis populi, quos traxerat hoſtis
Seruitio, tandem dominorum ſtrage redemti
Blanda cruentatis affigunt oſcula dextris,
Deſertoſque Lares, & pignora læta reuiſunt.
Miratur ſua quemque domus, cladeſque renarrant
Ordine cognatis, referunt miracula belli.
Quis tibi tunc, Alarice, dolor, cum Marte perirent
Diuitiæ, ſpoliiſque diu quæſita ſupellex,
Pulſaretque tuas vlulatus coniugis aures:
Coniugis, inuicto dudum quæ freta marito
Demens Auſonidum gemmata monilia matrum,
Romanaſque alta famulas ceruice petebat?
Scilicet Argolicas, Ephyreiadaſque puellas
Cœperat, & pulcras iam faſtidire Lacænas.
Sed Dea, quæ nimiis obſtat Rhamnuſia votis,
Ingemuit, flexitque rotam. domat aſpera victos
Pauperies, vnoque die Romana rependit,
Quidquid ter denis acies amiſimus annis.
O celebranda mihi cunctis Pollentia ſæclis!
O meritum nomen felicibus apta triumphis!
Virtutis fatale ſolum: memorabile buſtum
Barbariæ! nam ſæpe locis, ac finibus illis
Plena laceſſito rediit vindicta Quirino.
Illic Oceani ſtagnis excita ſupremis

Cimbrica tempeſtas, aliaſque immiſſa per Alpes
Hiſdem procubuit campis. iam protinus ætas
Adueniens geminæ gentis permiſceat oſſa,
Et duplices ſignet titulos commune tropeum.
Hic Cimbros, forteſque Getas Stilicone peremptos
Et Mario, claris ducibus, tegit Itala tellus.
Diſcite veſanæ Romam non temnere gentes.

CL. CLAVDIANI
IN LIBRVM
DE
BELLO GILDONICO
Præfatio.

PANDITE defenſum reduces Helicona ſorores.
Pandite, permiſſis iam licet ire choris.
Nulla per Aonios hoſtilis buccina campos
Carmina mugitu deteriore terat.
Tu quoque ſecuris pulſa formidine Delphis,
Floribus vltorem Delie cinge tuum.
Nullus Caſtalios latices, & præſcia fati
Flumina polluto Barbarus ore bibit.
Alpheus late rubuit, Siculumque per æquor
Sanguineas belli retulit vnda notas.
Agnovitque nouos abſens Arethuſa triumphos,
Et Geticam ſenſit teſte cruore necem.
Immenſis, Stilico, ſuccedant otia curis,
Et noſtræ patiens corda remitte lyræ.
Nec pudeat longos interrupiſſe labores,
Et tenuem Muſis conſtituiſſe moram.
Fertur & indomitus tandem poſt prælia Mauors
Laſſa per Othryſias fundere membra niues,
Oblituſque ſui, poſita clementior haſta,
Pieriis antes pacificare modis.

CL. CLAVDIANI
DE
BELLO GILDONICO
LIBER.

REdditus imperiis Auſter, ſubiectaque rurſus
Alterius connexa poli rectore ſub vno.
Conſpirant gemini frenis communibus orbes.
Iunximus Europam Libyæ. concordia fratrum
Plena redit, patriis quod ſolum defuit armis,
Tertius occubuit nati virtute tyrannus.
Horret adhuc animus, manifeſtaque gaudia differt,
Dum ſtupet, & tanto cunctatur credere voto.
Necdum Cinyphias exercitus attigit oras,
Iam domitus Gildo. nullis victoria nodis
Hæſit. non ſpatio terræ, non obiice ponti
Congreſſum. profugum, captum vox nunciat vna,
Rumoremque ſui præuenit laurea belli.
Quo, precor, hæc effecta Deo? robuſta, vetuſque
Tempore tam paruo potuit dementia vinci?
Quem veniens induxit hiems, ver perculit hoſtem.
Exitium iam Roma timens, & feſſa negatis
Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi,
Non ſolito vultu, nec qualis iura Britannis
Diuidit, aut trepidos ſubmittit faſcibus Indos.
Vox tenuis, tardique gradus, oculique iacentes.
Interius fugere genæ. ieiuna lacertos
Exedit macies. humeris vix ſuſtinet ægris
Squalentem clipeum. laxata caſſide prodit.
Canitiem, plenamque trahit rubiginis haſtam.
Attigit vt tandem cælum, genibuſque Tonantis.
Procubuit, tales orditur mœſta querelas;
Si mea manſuris meruerunt mœnia naſci,
Iupiter. auguriis, ſi ſtant immota Sibyllæ.
Carmina, Tarpeias ſi necdum deſpicis arces.
Aduenio ſupplex, non vt proculcet Araxem
Conſul ouans, noſtræque premant pharetrata ſecures
Suſa, nec vt rubris Aquilas figamus arenis.
Hæc nobis, hæc ante dabas. tune pabula tantum
Roma precor. miſerere tuæ, pater optime, gentis.
Extremam defende famem, ſatiauimus iram,
Siqua fuit. lugenda Getis & flenda Suëvis
Hauſimus. ipſa meos horreret Parthia caſus.
Quid referam morbiue luem, tumuloſque repletos
Stragibus, & crebras corrupto ſidere mortes?

An ſu-

An fluuium, per tecta vagum, ſummiſque minantem
Collibus? ingentes vexi ſubmerſa carinas,
Remorumque ſonos, & Pyrrhæ ſæcula ſenſi.
Hei mihi, quo Latiæ vires, vrbiſque poteſtas
Decidit? in qualem paullatim fluximus vmbram?
Armatis quondam populis, patrumque vigebam
Conſiliis. domui terras, hominesque reuinxi
Legibus. ad ſolem victrix vtrumque cucurri.
Poſtquam iura ferox in ſe communia Cæſar
Tranſtulit, elapſi mores, deſuetaque priſcis
Artibus in gremium pacis ſeruile receſſi.
Tot mihi pro meritis Libyam, Nilumque dedere,
Vt dominam plebem, bellatoremque ſenatum
Claſſibus æſtiuis alerent, geminoque viciſſim
Litore diuerſi complerent horrea venti.
Stabat certa ſalus. Memphis ſi forte negaſſet,
Penſabam Pharium Gætulis meſſibus annum.
Frugiferas certare rates, lateque videbam
Punica Niliacis concurrere carbaſa velis.
Cum ſubiit par Roma mihi, diuiſaque ſumpſit
Æquales Aurora togas, Ægyptia rura
In partem ceſſere nouam. ſpes vnica nobis
Reſtabat Libyæ, quæ vix ægreque fouebat
Solo ducta Noto, numquam ſecura futuri.
Semper inops ventique fidem poſcebat, & anni.
Hanc quoque nunc Gildo rapuit ſub fine cadentis
Autumni. pauido metimur cærula voto,
Puppis ſi qua venit ſi quid fortaſſe potenti
Vel pudor extorſit domino, vel præda reliquit.
Paſcimur arbitrio Mauri, nec debita reddi,
Sed ſua concedi iactat, gaudetque diurnos,
Vt famulæ, præbere cibos, vitamque, famemque
Librat barbarico faſtu, vulgique ſuperbit
Fletibus, & tantæ ſuſpendit fata ruinæ.
Romuleas vendit ſegetes. & poſſidet arua
Vulneribus quæſita meis. ideone tot annos
Flebile cum tumida bellum Carthagine geſſi?
Iccirco voluit contempta luce reuerti
Regulus? hæc damnis, genitor, Cannenſibus emi?
Incaſſum toties lituis naualibus arſit
Hiſpanum, Siculumque fretum? vaſtataque tellus,
Totque duces cæſi, ruptaque emiſſus ab Alpe
Pœnus, & attonitæ iam proximus Hannibal vrbi?
Scilicet, vt domitis frueretur Barbarus Afris,
Muro ſuſtinui Martem, noctesque cruentas
Collina pro turre tuli. Gildonis ad vſum
Carthago ter victa ruit? hæ mille gementis
Italiæ clades, impenſaque ſæcula bellis?
Hoc Fabius, fortiſque ſimul Marcellus agebant,
Vt Gildo cumularet opes? haurire venena
Compulimus dirum Syphacem, fractumque Metello
Traximus immanem Marij ſub vincla Iugurtham,
Et Numidæ Gildonis erunt proh funera tanta,
Proh dolor! in Bocchi regnum ſudauit vterque
Scipio. Romano viciſtis ſanguine Mauri.
Ille diu miles populus, qui præfuit orbi,
Qui trabeas, & ſceptra dabat, quem ſemper in armis
Horribilem gentes, placidum ſenſere ſubactæ,
Nunc inhonorus, egens, perfert miſerabile pacis
Supplicium, nulloque palam circumdatus hoſte,
Obſeſſi diſcrimen habet per ſingula letum
Impendet momenta mihi, dubitandaque pauci
Præſcribunt alimenta dies. heu proſpera fata.
Quid mihi ſeptenos montes, turbamque dediſtis,
Quæ paruo non poſſet ali? felicior eſſem
Auguſtis opibus. mallem tolerare Sabinos,
Et Veios. breuior duxi ſecurius æuum.
Ipſa nocet moles. vtinam remeare liceret
Ad veteres fines, & mœnia pauperis Anci.
Sufficerent Etruſca mihi, Campanaque culta,
Et Quincti, Curiique ſeges, patriæque petenti
Rusticus inferret proprias Dictator ariſtas.
Nunc quid agam? Libyam Gildo tenet, altera Nilum.
Aſt ego, quæ terras humeris, Pontumque ſubegi,
Deſeror. emeritæ iam præmia nulla ſenectæ.
Dii, quibus iratis creui, ſuccurrite tandem.
Exorate patrem, tuque ô, ſi ſponte per altum
Vecta Palatinis mutaſti collibus Idam,
Prælatoque lauas Phrygios Almone leones,
Maternis precibus natum iam flecte Cybelle,
Sin prohibent Parcæ falſiſque eluſa vetuſtas
Auſpiciis, alio ſaltem proſternite caſu,
Et pœnæ mutate genus. Porſenna reducat
Tarquinios. renouet ferales Allia cædes.
Me potius ſæui manibus proſternite Pyrrhi,
Me Senonum furiis, Brenni me reddite flamis.
Cuncta fame leuiora mihi. ſic fata, refuſis
Obticuit lacrimis. mater Cytherea, parenſque
Flet Mauors, ſanctæque memor Tritonia Veſtæ.
Nec Cybele ſiccо, nec ſtabat lumine Iuno.
Mærent indigetes, & ſi quos Roma recepit.
Aut dedit ipſa Deos. genitor iam corde remitti
Cœperat, & ſacrum dextra ſedare tumultum.
Cum procul inſanis quatiens vlulatibus axem
Et contuſa genas, mediis apparet in aſtris
Africa. reſciſſæ veſtes. & ſpicea paſſim
Serta iacent. lacero crinales vertice dentes,
Et fractum pendebat ebur. talique ſuperbas
Irrupit clamore fores. quid magne mutaris
Iupiter, auulſo nexu, pelagique ſolutis.

Legibus, iratum populis immittere fratrem?
Mergi prima peto. veniant prærupta Pachyno
Æquora. laxatis ſubſidant Syrtibus vrbes.
Si mihi Gildonem nequeunt abducere fata,
Me rape Gildoni. felicior illa peruſtæ
Pars Libyæ, nimio quæ ſe munita calore
Defendit, tantique vacat ſecura tyranni.
Creſcat zona rubens. medius flagrantis Olympi
Me quoque limes agat. melius deſerta iacebo
Vomeris impatiens. pulſis dominentur aratris
Dipſades, & ſitiens attollat gleba ceraſtas.
Quid me temperies iuuit? quid mitior æther?
Gildoni ſecunda fui. iam Solis habenæ
Bis ſenas torquent hiemes, ceruicibus ex quo
Hæret triſte iugum: noſtris iam luctibus ille
Conſenuit, regnumque ſibi tot vindicat annis,
Atque vtinam regnum! priuato iure tenemur
Exigui ſpecie fundi. quod Nilus, & Atlas
Diſſidet, occiduis quod Gadibus arida Barce,
Quodque Paratonio ſecedit litore Ganges,
Hoc ſibi tranſcribit proprium. pars tertia mundi
Vnius prædonis ager. diſtantibus idem
Inter ſe vitiis cinctus: quodcunque profunda
Traxit auaritia, luxu peiore refundit.
Inſtat terribilis viuis, morientibus heres,
Virginibus raptor, thalamis obſcenus adulter.
Nulla quies. oritur præda ceſſante libido,
Diuitibuſque dies, & nox metuenda maritis.
Quisquis vel locuples, pulcra vel coniuge notus,
Crimine pulſatur falſo. ſi crimina deſunt,
Accitus conuiua perit. mors nulla refugit
Artificem. varios ſuccos, ſpumaſque requirit
Serpentum virides, & adhuc ignota nouercis
Gramina. ſi quiſquam vultu præſentia damnet,
Liberiuſve gemat, dapibus crudelis in ipſis
Emicat ad nutum ſtricto mucrone miniſter.
Fixus quiſque toro tacita formidine libat
Carnifices epulas incertaque pocula pallens
Haurit, & intentos capiti circumſpicit enſes.
Splendet Tartareo furialis menſa paratu,
Cæde madens, atrox gladio, ſuſpecta veneno.
Vt vino calefacta Venus, tum ſænior ardet
Luxuries: miſtis redolent vnguenta coronis.
Crinitos inter famulos pubemque canoram
Orbatas iubet ire nouis. nuperque peremtis
Arridere viris. Phalarim, tormentaque flammæ
Profuit, & Siculi mugitus ferre iuuenci,
Quam tales audire choros. nec damna pudoris
Turpia ſufficiunt. Mauris clariſſima quæque
Faſtidita datur. media Carthagine ductæ
Barbara Sidoniæ ſubeunt connubia matres.
Æthiopem nobis generum, Naſamona maritum
Ingerit. exterret cunabula diſcolor infans.
Hi fretus ſociis, ipſo iam principe maior
Incedit. peditum præcurrunt agmina longe.
Circumdant equitum turmæ, Regeſque clientes,
Quos noſtris ditat ſpoliis. proturbat auita
Quemque domo, veteres detrudit rure colonos.
Exiliiis diſperſa feror. numquamne reuerti
Faserit, erranteſque ſolo iam reddere cives?
Iret adhuc in verba dolor, niſi Iupiter alto
Cœpiſſet ſolio. voces adamante notauit
Atropos, & Lacheſis iungebat ſtamina dictis.
Nec te, Roma, diu, nec te patiemur inultam
Africa. communem proſternet Honorius hoſtem.
Pergite ſecuræ. veſtrum vis nulla tenorem
Separat: & ſoli famulabitur Africa Romæ.
Dixit, & afflauit Romam meliore iuventa.
Continuo redit ille vigor, ſeniique colorem
Mutauere comæ. ſolidatam criſta reſurgens
Erexit galeam. clipeique recanduit orbis,
Et leuis excuſſa micuit rubigine conus.
Humentes iam noctis equos. Lethæaque ſomnus
Frena regens, tacito voluebat ſidera curſu.
Iam duo diuorum proceres, maiorque, minorque
Theudoſij pacem laturi gentibus ibant:
Qui Iouis arcanos monitus, mandataque ferrent
Fratribus, & geminis ſancirent fœdera regnis.
Sic cum præcipites artem vicere procellæ,
Aſſiduoque gemens vndarum verbere nutat
Deſcenſura ratis, cæca ſub nocte vocati
Naufraga Ledæi ſuſtentant vela Lacones.
Circulus vt patuit Lunæ, ſecuere meatus
Diuerſos. Italas ſenior tendebat ad oras.
At pater, intrantem Pontum qua Boſporus arctat,
Arcadij thalamis, vrbique illapſus Eoæ.
Quem ſimul vt vidit natus (nam clara nitebat
Cynthia) permiſto tremuerunt gaudia fletu,
Complexuque fouens, quos non ſperauerat artus,
O mihi poſt Alpes nunc primum reddite, dixit,
Vnde tuis optatus ades? dat tangere dextram,
Qua gentes cecidere feræ. quis tale removit
Præſidum terris? vt te mortalia pridem
Implorant, lugentque pium, fortemque requirunt,
Cui pater in tales rupit ſuſpiria voces.
Hoc erat in fratres? medio diſcordia Mauro
Naſcitur, & mundus, germanaque diſſidet aula?
Gildoniſue ſalus tanti ſit cauſſa furoris?
Scilicet egregius morum, magnoque tuendus,
Et cuius meritis pietas infracta recedat.

In primo

In primo genitore, vide, ciuile celebat
Diſſidium: dubio ſtabant Romana ſub ictu.
Quis procul Armenius, vel quis Mæotide ripa
Rex ignotus agit, qui me non iuvit euntem?
Auxilio fauere Getæ, venere Geloni.
Solus at hic non puppe data, non milite miſſo
Subſedit fluitante fide. ſi ſigna petiſſet
Obuia, deiecto ſummiſſius hoſte dolerem.
Reſtitit in ſpeculis fati, turbaque reductus
Librauit geminas euentu iudice vires,
Ad rerum momenta cliens, ſeſeque daturus
Victori. fortuna ſimul cum Marte pependit.
O ſi non cupidis eſſem præreptus ab aſtris,
Exemplum ſequerer Tulli, laniandaque dumis
Impia diuerſis aptarem membra quadrigis.
Germani nunc vſque tui reſponſa colebat,
En iterum calcat. tali te credere monſtro
Poſt patrem, fratremque paras? ſed magna rependit,
Inque tuam ſortem numeroſas tranſtulit vrbes.
Ergo fas pretio cedet? mercede placebit
Proditio? taceo, læſi quod transfuga fratris,
Quod levis ingenio, quamuis diſcrimine ſummo
Proditor apportet ſuſpenſa morte ſalutem,
Numquam gratus erit. damnamus luce recepta
Perfidiam: nec nos patimur committere tali
Hoc genus emptori. ciues cum mœnibus offert.
Hic vendit patriam. plerique in tempus abuſi
Mox odere tamen. tenuit ſic Graia Philippus
Oppida. Pellæo libertas concidit auro.
Romani ſcelerum ſemper ſpreuere miniſtros.
Noxia pollicitum domino miſcere venena
Fabricius Regi nudata fraude remiſit,
Infeſto quem Marte petit, bellumque negauit
Per famuli patrare nefas. ductoſque Camillus
Trans murum pueros obſeſſæ reddidit vrbi.
Traduntur pœnis alii, cum prælia ſoluunt.
Hic manet, vt moueat, quod reſpuit alter in hoſtem,
Suſcipis in fratrem? longi proh dedecus æui:
Cui placet, auſtrales Gildo condonat habenas,
Tantaque mutatos ſequitur prouincia mores,
Quaslibet ad partes animus mutauerit anceps:
Transfundit ſecum Libyam, refluumque malignus
Commodat imperium. Mauri fuit Africa munus.
Tollite Maſſylas fraudes. remouete bilingues
Inſidias, & verba doli ſpirantia virus.
Ne conſanguineis certetur cominus armis
Deprecor. hæc trucibus Thebis, hæc digna Mycenis;
In Mauros hoc crimen eat. quid nuſter iniquum
Molitur Stilico? quando non ille iubenti
Paruit? an quiſquam nobis deuinctior exſtat?

Vt ſileam varios, quos mecum geſſerit, actus,
Quæ vidi poſt fata. loquar. cum Diuus abirem,
Res incompoſitas, fateor, tumidaſque reliqui.
Stringebat vetitos etiamnum exercitus enſes
Alpinis odiis, alternaque iurgia victi,
Victoreſque dabant. vix hæc amentia noſtris
Excubiis, nedum puero rectore quieſcet.
Heu quantum timui vobis, quod libera tanti
Militis auderet moles. cum cæca remoto
Ferueret iam læta metu. diſſenſus acerbus,
Et grauior conſenſus erat. tunc ipſe paterna
Succeſſit pietate mihi, tenerumque, rudemque
Fouit, & in veros eduxit principis annos,
Rufinumque tibi, quem tu tremuiſſe fateris,
Depulit. hunc ſolum memorem, ſolumque fidelem
Experior. volui ſi quid, dum vita maneret,
Aut viſus voluiſſe, gerit: venerabilis illi
Ceu præſens, numenque vocor, ſi tanta recuſas,
Aut ſoceri reuerere faces, aut reſpice fratris
Connubium, pignuſque meæ regale Serenæ.
Debueras etiam fraternis obuius ire
Hoſtibus, ille tuis. quæ gens, qui Rhenus, & Iſter
Vos opibus iunctos, conſpirantesque tuliſſet?
Sed tantum permitte, cadat. nil poſcimus vltra.
Ille licet ſeſe prætentis Syrtibus armet,
Oppoſitoque Atlante tegat: licet arua referta
Anguibus, & Solis medios obiecerit æſtus:
Noui conſilium, noui Stiliconis in omnes
Æqualem caſus animum. penetrabit arenas.
Inueniet virtute viam. ſic Diuus, & inde
Sic natus. iuſſis genitor parebitur vltro.
Amplector præcepta lubens. nec carior alter
Cognato Stilicone mihi. commiſſa profanus
Ille luat. redeat iam tutior Africa fratri.
Talia dum longo ſecum ſermone volutant,
Heſperiam peruenit auus, caſtumque cubile
Ingreditur, Tyrio quo fuſus Honorius oſtro
Carpebat teneros Maria cum coniuge ſomnos.
Aſſiſtit capiti. tunc ſic per ſomnia fatur.
Tantane deuictos tenuit fiducia Mauros
Care nepos? iterum poſt me coniurat in arma
Progenies veſana Iubæ. bellumque reſumit
Victoris cum ſtirpe ſui? Firmumne iacentem
Obliti Libyam noſtro ſudore receptam
Rurſus habent? auſus Latio contendere Gildo?
Germani nec fata timet? nunc ire profecto
Nunc vellem, notoſque ſenex oſtendere vultus.
Nonne meam fugiet Maurus, cum viderit, vmbram?
Quid dubitas? exſurge toris. inuade rebellem.
Captiuum mihi redde meum. deſiſte morari.

Hoc ge-

Hoc generi fatale tuo, dum ſanguis in orbe
Noſter erit, ſemper pallebit Regia Bocchi.
Iungantur ſpoliis Firmi, Gildonis opima,
Exornet geminos Mauruſia laurea currus.
Vna domus toties vna de gente triumphet.
Dij bene, quod tantis interlabentibus annis
Seruati Firmuſque mihi, fraterque nepoti.
Dixit, & afflatus vicino Sole refugit.
At iuvenem ſtimulis immanibus æmula virtus
Exacuit. iam puppe vehi, iam ſtagna ſecare
Feruet, & abſentes inuadere cuſpide Mauros.
Tunc iubet acciri ſocerum, dextramque vocato
Conſerit, & quæ ſit potior ſententia, quærit.
Per ſomnos mihi, ſancte pater, iam ſæpe futura
Panduntur, multæque canunt præſagia noctes.
Namque procul Libycos venatu cingere ſaltus,
Et iuga rimari canibus Gætula videbar.
Mærebat regio ſæui vaſtata leonis
Incurſu. pecudum ſtrages, paſſimque iuvenci
Seminece, & adhuc infecta mapalia tabo,
Sparſaque ſanguineis paſtorum funera campis.
Aggredior latebras monſtri, mirumque relatu
Conſpicio. dilapſus honos. ceruice minaces
Defluxere iubæ. fractos inglorius armos
Suppoſuit ſeruile gemens, iniectaque vincla
Vnguibus, & ſubitæ collo ſonuere catenæ.
Nunc etiam paribus ſecum certare tropæis
Hortator me cogit auus. quonam vſque remoti
Cunctamur? decuit pridem complere biremes,
Et pelagi ſuperare motas. tranſmittere primus
Ipſe paro. quæcunque meo gens barbara nutu
Stringitur, adveniat. Germania tota feratur
Nauibus, & ſocia comitentur claſſe Sicambri.
Pallida tranſlatum iam ſentiat Africa Rhenum.
An patiar tot probra ſedens, iuueniſque relinquam
Quæ tenui, rexique puer? bis noſter ad Alpes
Alterius genitor defenſum regna cucurrit.
Nos prædæ faciles inſultandique iacemus?
Finierat. Stilico contra, cui talia reddit:
Aduerſine tubam, Princeps, dignabere Mauri?
Auferet ignauus clari ſolatia leti,
Te bellante mori? decernet Honorius inde,
Hinc Gildo? prius aſtra Chaos miſcebit Auerno.
Vindictam mandaſſe ſat eſt. plus nominis horror,
Quam tuus enſis, aget. minuunt præſentia famam.
Qui ſtetit, æquatur campo, collataque neſcit
Maieſtatem acies. ſed quod magis vtile factu,
Atque hoſti grauius, ſenſus aduerte, docebo.
Eſt illi paribus, ſed non & moribus iiſdem
Maſcizel; fugiens qui dira piacula fratris
Speſque ſuas, vitamque tuo commiſit aſylo.
Hunc vbi tentatis fruſtra mactare nequiuit
Inſidiis, patrias in pignora contulit iras;
Quoſque manu pueros paruos geſtauerat, vna
Occidit iuuenes, inhumataque corpora vulgo
Diſpulit, & tumulo cognatas arcuit Vmbras:
Naturamq; ſimul, fratremque, hominemq; cruentus
Exuit, & tenuem cæſis inuidit arenam.
Hoc facinus refugo damnauit Sole Mycenas,
Auertitque diem ſceleri. ſed reddidit Atreua
Crimen, & infandas excuſat coniuge menſas.
Hoc odium, non pœna fuit. te perdita iura,
Te pater vltorem, te nudi puluere Manes,
Te pietas polluta rogat. ſi flentibus aram.
Et proprium miſeris nomen ſtatuiſtis Athenæ:
Si Pandionias planctu traxere phalanges
Inachides, belloque rogos meruere maritis:
Si mæſtas ſqualore comas, lacrimiſque Senatum
In Numidas pulſus ſolio commouit Adherbal:
Hunc quoq; nunc Gildo, tanto quem funere merſit,
Nunc doleat veniſſe ducem, ſeſeque minorem
Supplicibus ſciat eſſe tuis. quem ſede fugauit,
Nunc præceps fugiat: fregit quem clade, tremiſcat;
Agnoſcatque ſuum, trahitur dum victima, fratrem.
Hæc vbi ſederunt genero; notiſſima Marti
Robora, præcipuos electa pube maniplos
Diſponit. portuque rates inſtaurat Etruſco.
Herculiam ſuus Alcides, Iouiamque cohortem
Rex ducit Superum: premitur nec ſignifer vllo
Pondere feſtinant adeo vexilla moueri.
Neruius inſequitur, meritusque vocabula Felix,
Dictaque ab Auguſto Legio, nomenque probantes
Inuicti clipeoque animoſi teſte Leones.
Dictis ante tamen princeps confirmat ituros
Aggere conſpicuus. ſtat circumfuſa iuuentus
Nixa haſtis, pronaſque ferox accommodat aures:
Gildonem domitura manus promiſſa, minaſque,
Tempus agit. ſi quid pro me meruiſtis in armis,
Oſtentate mihi. iuſto, magnoque triumpho
Ciuiles abolete notas, ſciat orbis Eous,
Sitque palam, Gallos cauſſa, non robore vinci.
Nec vos, Barbariem quamuis collegerit omnem,
Terreat. An Mauri fremitus, raucoſque repulſus
Vmbonum, & noſtros paſſuri cominus enſes?
Non contra clipeis tectos, galeiſque micantes
Ibitis. in ſolis longe fiducia telis.
Exarmatus erit, cum miſſile torſerit, hoſtis.
Dextra mouet iaculum. prætentat pallia læua.
Cætera nudus eques. ſonipes ignarus habenæ.
Virga regit. non vlla fides, non agminis ordo.

Arma oneri, fuga præſidio. connubia mille.
Non illis generis nexus, non pignora curæ;
Sed numero languet pietas. hæc copia vulgi.
Vmbratus dux ipſe roſis, & marcidus ibit
Vnguentis, crudusque cibo, titubanſque Lyæo,
Confectus ſenio, morbis, ſtupriſque ſolutus.
Excitet inceſtos turmalis buccina ſomnos,
Imploret citharas, cantatriceſque choreas
Offenſus ſtridore tubæ, diſcatque coactus
Quas vigilat Veneri, caſtris impendere noctes.
Nonne mori ſatius, vitæ quam ferre pudorem?
Nam quæ iam regio reſtat, ſi dedita Mauris
Regibus. Illyricis acceſſerit Africa damnis?
Ius Latium quod tunc Meroë, rubroque ſolebat
Oceano cingi, Tyrrhena clauditur vnda.
Et cui non Nilus, non intulit India merces,
Romani iam finis erit Trinacria regni?
Ite recepturi, prædo quem ſuſtulit, axem,
Ereptumque Notum. caput inſuperabile rerum
Aut ruet in veſtris, aut ſtabit Roma lacertis.
Tot mihi debetis populos, tot iura, tot vrbes
Amiſſas. vno Libyam defendite bello.
Veſtros imperium remos, & veſtra ſequatur
Carbaſa. deſpectas trans æquora ducite leges.
Tertia iam ceruix ſolito mucrone rotetur,
Tandem funereis finem poſitura tyrannis.
Omina conueniunt dicto, fulvuſque Tonantis
Armiger ad liquidam cunctis ſpectantibus æthram
Correptum pedibus curuis innexuit hydrum,
Dumque reluctantem morſu partitur obunco,
Hæſit in vngue caput. truncatus decidit anguis.
Ilicet auguriis alacres per ſaxa citati,
Torrenteſque ruunt. non mons, non ſilua retardat.
Pendula ceu paruis moturæ bella colonis
Ingenti clangore grues æſtiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.
Ordinibus variis per nubila texitur alis
Littera, pennarumque notis inſcribitur aër.
Vt fluctus tetigere maris, tunc acrior arſit
Impetus. arripiunt naues, ipſique rudentes
Expediunt, & vela legunt, & cornua ſummis
Aſſociant malis. quatitur Tyrrhena tumultu
Ora. nec Alpheæ capiunt naualia Piſæ.
Sic Agamemnoniam vindex cum Græcia claſſem
Solueret, innumeris feruebat vocibus Aulis.
Non illos ſtrepitus, impendentiſque procellæ
Signa, nec aduentus dubii deterruit Auſtri.
Soluite iam ſocii, clamant, aut rumpite funem.
Per vada Gildonem quamuis aduerſa petamus.
Ad bellum nos trudat hiems. per deuia Ponti
Quaſſatis cupio tellurem figere roſtris.
Heu nimium ſegnes, cauta qui mente notatis,
Si reuolant mergi, graditur ſi littore cornix.
Ora licet maculis adſperſerit occiduus Sol,
Lunaque conceptis liueſcat turbida Coris,
Et confuſa vagos iaculentur ſidera crines.
Imbribus humeſcant Hædi, nimboſaque Taurum
Ducat Hyas, totuſque fretis deſcendat Orion:
Certa fides cæli, ſed maior Honorius auctor.
Illius auſpiciis immenſa per æquora miles,
Non Plauſtris, Arctoque regor. contemne Booten
Nauita. turbinibus mediis permitte carinas.
Si mihi tempeſtas Libyam, ventique negabunt,
Auguſti fortuna dabit. iam claſſis in altum
Prouehitur. dextra Ligures, Etruria læua
Linquitur, & cæcis vitatur Corſica ſaxis.
Humanæ ſpeciem plantæ ſe magna figurat
Inſula. Sardiniam veteres dixere coloni.
Diues ager frugum. Pœnos, Italoſque petenti
Opportuna ſitu. quæ pars vicinior Afris,
Plana ſolo, ratibus clemens. quæ reſpicit Arcton,
Immitis, ſcopuloſa, procax, ſubitiſque ſonora
Fluctibus. Inſanos infamat nauita montes.
Hinc hominum, pecudumq; lues, hinc peſtifer aër
Sæuit, & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.
Quos vbi luctatis procul effugere carinis;
Per diuerſa ruunt ſinuoſæ litora terræ.
Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos:
Partem litoreo complectitur Olbia muro.
Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Caralis, tenuemque per vndas
Obuia dimittit fracturum flamina collem.
Efficitur portus medium mare, tutaque ventis
Omnibus ingenti manſueſcunt ſtagna receſſu.
Hanc omni petiere manu; proriſque reductis
Suſpenſa Zephyros exſpectant claſſe fauentes.

Reliqua deſiderantur.

CL. CLAVDIANI

LAVS SERENÆ REGINÆ

Vxoris Stiliconis.

Dic mihi, Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam ſerto redimire Serenam?
Vile putas donum, ſolitam conſurgere gemmis
Aut rubro radiare mari ſi floribus ornes
Reginæ Regina comam? ſi floribus illis,
Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius vrit
Æſtibus, æterno ſed veris honore rubentes
Fons Aganippea Permeſſidos educat vnda:
Vnde piæ paſcuntur apes, & prata legentes
Tranſmittunt ſæclis Heliconia mella futuris.
Dignius an vates alios exercuit vnum
Femineæ virtutis opus: quod ſponte redempto
Caſta maritali ſucceſſit Theſſala fato.
Inque ſuos migrare virum non abnuit annos?
Hoc Graij memorant: Latiis mouet ora Camenis
Præſcia fatorum Tanaquil, rediensque per vndas
Clœlia Tibrinas. & eodem flumine ducens
Claudia virgineo cunctantem crine Cybellen.
An ne aliud toto molitur carminis actu
Mæonij mens alta ſenis? quod ſtagna Charybdis
Armauit, quod Scylla canes, quod pocula Circes,
Antiphatæ vitata fames, ſurdoque carina
Remige Sirenum cantus transvecta tenaces:
Lumine fraudatus Cyclops, contempta Calypſo,
Penelopes decus æquæuum, cui tanta paratur
Scena pudicitiæ. terræ, pelagique labores,
Et ſæui totidem bello, quot fluctibus anni
Coniugii docuere fidem. ſit Claudia felix
Teſte Dea, caſtoſque probet ſub numine mores,
Abſoluens puppiſque motas, crimenque pudoris.
Penelope trahat arte procos, fallatque furentes
Stamina nocturnæ relegens ſollertia telæ.
Non tamen audebunt titulis certare Serenæ,
Quod ſi nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus, atque omnes redeunt in ſemina cauſſæ,
Quis venerabilior ſanguis? quæ maior origo,
Quam regalis, erit? non te priuata dedere
Limina, nec tantum poterat contingere nomen
Anguſtis Laribus. patruo te principe celſam
Bellipotens illuſtrat auus: qui ſigna Britanno
Intulit Oceano, Getulaque reppulit arma.
Claram Scipiadum taceat Cornelia gentem,
Seque minus iactet Libycis dotata tropæis.
Cardine tu gemino laurus prætendis auitas.
Inde Caledoniis, Auſtralibus inde parentum
Cingeris excubiis: necdum moderamina mundi
Sumpſerat illa domus. cum te Lucina beatis
Adderet aſtrorum radiis. ô maxima rerum
Gloria: poſt genitam didicit regnare Serenam.
Quid dignum memorare tuis, Hiſpania, terris
Vox humana valet? primo leuat æquore Solem
India: tu feſſos exacta luce iugales
Proluis, inque tuo reſpirant ſidera fluctu,
Diues equis, frugum facilis, pretioſa metallis,
Principibus fecunda piis. tibi ſæcula debent
Traianum. ſeries his fontibus Ælia fluxit.
Hinc ſenior pater: hinc iuuenum diademata fratrum.
Namque aliæ gentes, quas fœdere Roma recepit,
Aut armis domuit, varios aptantur in vſus
Imperij. Phariæ ſegetes, & Punica meſſis
Caſtrorum deuota cibo. dat Gallia robur
Militis. Illyricis ſudant equitatibus alæ.
Sola novum Latiis vectigal Iberia rebus
Contulit Auguſtos. fruges, æraria, miles
Vndique conueniunt, totoque ex orbe leguntur:
Hæc generat qui cuncta regant: nec laude virorum
Cenſeri contenta fuit, niſi matribus æque
Vinceret, & gemino certatim ſplendida ſexu,
Flaccillam Mariamque daret, pulcramque, Serenam.
Te naſcente ferunt per pinguia culta tumentem
Diuitiis vndaſſe Tagum. Gallæcia riſit
Floribus, & roſeis formoſus Duria ripis.
Vellere purpureo paſſim mutauit ouile
Cantaber. Oceanus vicino litore gemmas
Exſpuit effoſſis nec pallidus Aſtur oberrat
Montibus. oblatum ſacris natalibus aurum
Vulgo vena vomit. Pirenæique ſub antris
Ignea fulmineis legere Ceraunia nymphæ.
Quæque relabentes vndas, æſtumque ſecutæ
In reduos venere palam Nereides amnes,
Confeſſæ plauſu dominam cecinere futuris
Auſpicium thalamis. alio tum paruus in axe
Creſcebat Stilico, votique ignarus agebat,
Debita cui longe coniux, penituſque remoto
Orbe parabatur. tanti concordia fati.
Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix,
Vbera prima dabant gremiis redolentibus Horæ,
Ternaque te nudis innectens Gratia membris
Afflauit, docuitque loqui. quocumque per herbam
Reptares, fluxere roſæ, candentia naſci Lilia

Ællia. ſi placido ceſſiſſent lumina ſomno,
Purpura fulgebat violæ facta cubile
Gramineum, vernanſque tori regalis imago.
Omina non audet genitrix tam magna fateri,
Succeſſuſque ſuos arcani conſcia voti
Spe trepidante tegit. geſtabat Honorius arcto
Te pater amplexu: quoties ad limina princeps
Theudoſius priuatus adhuc fraterna veniret,
Oſcula libabat, teque in ſua tecta ferebat.
Lætior in matrem teneris conuerſa querelis,
Quis me de propriis auferre Penatibus, inquit,
Imperat? hic ſemper præſagia luſerat error,
Et dedit augurium regnis infantia linguæ.
Defuncto genitore tuo ſublimis adoptat
Te patruus, magnique animo ſolatia luctus
Reſtituens, propius, quam ſi genuiſſet, amauit
Defuncti fratris ſobolem. nec carior olim
Mutua Ledæos deuinxit cura Lacones.
Addidit & proprio germana vocabula nato,
Quaque datur, fratris ſpeciem ſibi reddit adempti.
Denique cum rerum ſummas dilectus habenas
Suſciperet, non ante ſuis intendit amorem
Pignoribus, quam te pariter, fidamque ſororem
Litus ad Eoum terris acciret Iberis.
Deſeritur iam ripa Tagi, Zephyrique relictis
Sedibus, Auroræ famulas properatur in vrbes.
Incedunt geminæ proles fraterna puellæ.
Inde Serena minor, prior hinc Thermantia natu,
Expertes thalami, quarum Cytheteia nec dum
Sub iuga ceruices niueas Hymenæus adegit.
Vtraque luminibus timidum micat: vtraque pulcras
Excitat ore faces. qualis Latonia virgo,
Et ſolo Ioue nata ſoror, cum forte reviſunt
Æquorei ſortem patrui, ſpumantia cedunt
Æquora, caſtarum greſſus venerata Dearum.
Non ludit Galatea procax, non improbus audet
Tangere Cymothoen Triton, totoque ſeueros
Inducit mores pelago pudor, ipſaque Proteus
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monſtra.
Tales ſceptriferi viſuræ tecta parentis
Limen Honoriades penetrant regale ſorores.
Ambas ille quidem patrio complexus amore:
Sed merito pietas in te procliuior ibat.
Et quoties, rerum moles vt publica cogit,
Triſtior, aut ira tumidus flagrante rediret,
Cum patrem nati fugerent, atque ipſa timeret
Commotum Flaccilla virum, tu ſola frementem
Frangere, tu blando poteras ſermone mederi.
Alloquiis hærere tuis. ſecreta, fidelis,
Priſca puellares reuerentia tranſilit annos.
Non talem Triuiæ confert laudator Homerus,
Alcinoo genitam: quæ, dum per litora veſtes
Explicat, & famulas exercet læta choreas,
Auratam iaculata pilam poſt naufraga ſomni
Otia, progreſſum foliis expauit Vlyſſem.
Pierius labor, & veterum tibi carmina vatum
Ludus erat: quos Smyrna dedit, quos Mantua libros
Percurrens, damnas Helenam, nec parcis Eliſæ.
Nobiliora tenent animos exempla pudicos.
Laodamia ſequens remeantem rurſus ad vmbras
Phylaciden, & prona ruens Capaneia coniux
Communes ardente viro miſtura fauillas,
Et grauis incumbens caſto Lucretia ferro,
Vulnere quæ proprio facinus teſtata tyranni
Armauit patriæ iuſtos in bella dolores,
Exſule Tarquinio: memorandaque concidit vno
Vlta pudicitiam libertatemque cruore.
Talia facta libens non tu virtute minore,
Sed fato meliore legis. iam nubilis ætas
Principe ſollicito votis erexerat aulam
Incertis, quem tanta tori fortuna maneret.
Antiquos loquitur Muſarum pagina Reges,
Quod dura ſub lege procos certare iuberent
Empturos thalamum dubij diſcrimine leti,
Et ſua crudeles gauderent pignora mortis
Ambitione peti. curru Piſæa marino
Fugit tela Pelops. nam prouidus obiice Regis
Prodidit OEnomari deceptus Myrtilus axem.
Hippomenes trepidus curſu, ferroque ſecutam
Aurato volucrem flexit Schœneida pomo.
Herculeas vidit fluuio luctante palæſtras
Mœnibus ex altis Calydon, pretiumque laboris
Deianira fuit, cum pectore victor anhelo
Alcides fremeret, retroque Acheloius iret
Decolor. attonitæ ſtringebant vulnera Nymphæ.
Saucia truncato pallebant flumina cornu.
Te non Heſperidum pomis, non amne ſubacto,
Non ſocerum fallente rota, ſed iudice dignus
Auguſto, variis Stilico ſpectatus in armis
Accipit, & regni dotes virtute parauit.
Sæpe duces meritis bello tribuere coronas.
Hunc cingit muralis honos: hunc ciuica quercu
Nexuit: hunc domitis ambit roſtrata carinis.
Solus militiæ mira mercede iugalem
Promeruit Stilico, ſocero referente, coronam,
Agnovit patrui ſimilem Thermantia curam:
Nupſit & illa duci. ſed longe fata ſororis
Inferiora tuis. alio tibi numine tedas
Accendit Romana ſalus, magniſque coronis
Coniugium fit cura tuum. delectuſque quorum,

Quos Phrygiæ matres, Argeaque gramina paſtæ
Semine Cappadocum ſacris præſepibus edunt,
Primus honor. gemino mox Idæ germine duxit
Agmina, commiſſoſque labor ſic geſſit honores,
Vt ſemper merito princeps cum magna dediſſet,
Deberet maiora tamen, ſi bellica nubes
Ingrueret, quamvis annis & iure minori
Cedere grandæuos equitum, peditumque magiſtros
Adſpiceres, totumque palam committere Martem.
Nec gradus, ætatiſque pudor ſenioribus obſtat,
Ne iuueni parere velint. ceu flumine molli,
Tranquilliſque fretis clauum ſibi quiſque regendum
Vindicat. incumbat ſi turbidus Auſter, & vnda
Pulſet vtrumque latus: poſito certamine nautæ
Contenti meliore manu, ſeſeque pauere
Confeſſi finem ſtudiia fecere procella.
Haud aliter Stilico, fremuit cum Thracia belli
Tempeſtas, cunctis pariter cedentibus, vnus
Eligitur ductor: ſuffragia quippe peregit
Index vera timor. victus ratione ſalutis
Ambitus, & pulſus iacuit formidine liuor.
Quis tibi tunc per membra tremor, quantæq; cadebāt
Vbertim lacrimæ, cum ſæua vocantibus arma
Iam lituis, madido reſpectans limina vultu
Optares reducem, galeæque inſerta minaci
Oſcula criſtati raperes feſtina mariti?
Gaudia quæ rurſus, cum poſt victricia tandem
Claſſica ſidereas ferratum pectus in vlnas
Exciperes: caſtæ tuto per dulcia noctis
Otia pugnarum ſeriem narrare iuberes?
Non illo nitidos vmquam bellante capillos
Comere: non ſolitos gemmarum ſumere cultus.
Numinibus, votiſque vacas, & ſupplice crine
Verris humum. tegitur neglectæ gratia formæ
Cum proprio reditura viro: nec deſide cura
Segnis marcet amor. laudem prudentia belli
Feminea pro parte ſubit, dum gentibus ille
Confligit, vigili tu proſpicis omnia ſenſu:
Ne quid in abſentem virtutibus obuia ſemper
Audeat invidiæ rabies, neu fervor iniquus,
Ne qua procul poſitis furto ſubſederit armis
Calliditas nocitura domi. tu ſedula quondam
Rufino meditante nefas, cum quæreret artes
In ducis exitium, coniuratoſque foueret
Contra pila Getas, motus timata latentes,
Mandatis tremebunda virum, ſcriptiſque monebas.

Reliqua deſiderantur.

CL. CLAVDIANI

IN EPITHALAMIVM

Palladii & Celerinæ

Præfatio.

CArmina per thalamum, quamvis feſtina, negare
Nec volui genero, nec potui ſocero.
Hic ſocius, dux ille mihi, noſtrique per aulam
Ordinis. hic conſors, emicat ille prior.
Hunc mihi coniungit ſtudiis communibus ætas:
Hunc mihi præponit vel ſenium, vel honos.
Carmen amor generi, ſoceri reuerentia poſcit,
Officio vatis, militis obſequio.

CL. CLAVDIANI

EPITHALAMIVM

Palladii & Celerinæ.

FOrte Venus blando quæſitum frigore ſomnum
Vitibus intexti gremio ſuſceperat antri,
Denſaque ſidereos per gramina fuderat artus,
Acclinis florum cumulo. criſpatur opaca
Pampinus, & vitem ſudantem ventilat vuis.
Ora decet neglecta ſopor, faſtidit amictum
Æſtus, & exuto tranſlucent pectore frondes.
Idaliæ iuxta famulæ, triplexque viciſſim
Nexa ſub ingenti requieſcit Gratia quercu.
Pennati paſſim pueri, quo quemque vocauit
Vmbra, iacent. ſinitaneæ tecus, ramiſque propinquant.
Pendentes placido ſuſpirant igne pharetræ.
Pars vigiles ludunt, aut per virgulta vagantur.
Scrutantur nidos auium, vel roſcida læti
Mala legunt donum Veneris, flexuſque ſequuntur
Palmitis, & ſummas pennis librantur in vlmos.
Defendunt alij lucum, Dryadeſque procaces
Spectandi cupidas, & ruſtica Numina pellunt,
Silueſtreſque Deos, longeque tuentibus antrum
Flamea laſciuis intendunt ſpicula Faunis.

Cum

Cum ſubito varius vicina clamor ab vrbe,
Et fauſti iuuenum planſus, miſtæque choreis
Auditæ per rura lyræ. Celerina per omnes
Italiæ canitur montes, omniſque maritum
Palladium reſonabat ager. peruenit ad aures
Vox iucunda Deæ, ſtrepituque excita reſedit,
Et reliquum nitido deterſit pollice ſomnum.
Vtque erat intericcta comas, turbata capillos,
Mollibus aſſurgit ſtratis, reuocatque ſuorum
Agmen, & in numeris Hymenæum quærit Amoris.
Hunc Muſa genitum legit Cytherea, ducemque
Præfecit thalamis. nullum vinxiſſe cubile
Hoc ſine, nec primas fas eſt attollere tedas.
Conſpicitur tandem. platano namque ille ſub alta
Fuſus inæquales cera texebat auenas,
Mænalioſque modos, & paſtoralia labris
Murmura tentabat relegens, oriſque recurſu
Diſſimili tenuem variabat arundine ventum.
Reſtitit, vt vidit Venerem, digitiſque remiſſis
Ad terram tacito defluxit fiſtula lapſu.
Dulce micant oculi. niueas infecerat igni
Solque, pudorque genas: dubiam lanuginis vmbram
Cæſaries intonſa regit. prior ipſa ſilentem
Compellat: Numquam ne, puer, dilecta relinques
Carmina? maternis numquam ſatiabere donis?
Dedite Muſarum ſtudio, nimiumque parentis
Æmule, quid medio tecum modularis in æſtu?
Iamne tibi ſordent citharæ? iam luſtra Lycæi,
Atque pecus cordi, rediturаque rupibus Echo?
Huc ades, & tantæ nobis ediſſere cauſſas
Lætitiæ, quæ pompa toro tam clara reſultet,
Quæ noua ducatur virgo, patriamque genuſque
Pande, quibus terris orti, quo ſemine ducti.
Haud ignarus enim. nec te connubia fallunt
Vlla. tuo primæ libantur fœdere noctes.
Ille refert: Equidem dudum te, Diua, morantem
Mirabar, quod adhuc tanti ſecura maneres
Conjugij. non parua tibi mandatur origo.
Faſcibus inſignes, & legum culmine fultæ
Conuenere domus, & qui lætiſſimus vrbi
Sanguis erat. rubris quæ fluctibus inſula latrat.
Quis locus Æthiopum, quæ ſic imperuia famæ
Succeſſit regio, quo non rumore ſecundo
Palladij penetrauit amor, mentiſque benigna
Temperies, doctique ſales, & grata ſenectus?
Per cunctos iit ille gradus, aulæque labores
Emenſus tenuit ſummæ faſtigia ſedis
Eoum ſtabili moderatus iure Senatum.
Hic ſplendor iuueni. cunabula prima puellæ
Danubius, veteresque Tomi. Mauortia matris
Nobilitas ſpoliis armiſque exſultat auitis,
Immenſamque trahit Celerini robore lucem,
Qui quondam Meroen iuſſus, Nilumque tueri,
Cum ſibi poſt domitas, & Parthica fulmina, Cattas
Sceptra daret miles, rebuſque imponere vellet,
Deſpexit fremitus, & prætulit otia regno.
Reſpuit inceſtum, quod vi, quod poſcere ferro
Poſthabita pietate ſolent. non purpura primum
Inferior virtute fuit, meruitque repulſam
Obuia maieſtas, doluit fortuna minorem
Se confeſſa viro. magnum delata poteſtas,
Maiorem contempta probat. cognomina ſumpſit
Plena ducum genitor. paulatim vectus ad altum
Princeps militiæ, quo non illuſtrior exſtat
Alter, cunctorum tabulas aſſignat honorum,
Regnorum tractat numeros, cuneoſque receuſet.
Sparſas imperii vires conſtringit in vnum
Depoſitum. quæ Sarmaticis cuſtodia ripis,
Quæ ſævis obiecta Getis, quæ Saxona frenat,
Vel Scotum legio. quantæ cinxere cohortes
Oceanum: quanto pacatur milite Rhenus.
Caſta domus, ſincera fides, induſtria ſollers.
Elegit Stilico. nihil vltra laudibus addi,
Iudicio ne poteſt, tali nubente puella
Nonne tibi ceſſare nefas? duc protinus omnes,
Duc age. marcentes cupio quaſſare coronas,
Et vibrare faces, & noctem ducere ludo.
Hæc quoq; non vilem mihi fiſtula commodat vſum,
Reſponſura choris. vix hæc Hymenæus. at illa
Fontibus abluitur gelidis, legemque capillo
Reddit, & ornatum formæ, præliſque ſolutæ
Mira Dionææ ſumit velamina telæ.
Floribus exſtruitur currus. iuga floribus halant.
Florea purpureas annectunt frena columbas.
Vndiq; concurrunt volucres, quæcumque frementem
Permulcent Atheſim cantu. quas Larius audit,
Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto
Mincius. ereptis obmutuit vnda querelis.
Eridani ripas, & raucæ ſtagna Paduſæ
Diffugiens nudauit olor. lætantur Amores,
Frenatiſque truces auibus per nubila vecti
Oſtentant ſe quiſque Deæ, magnoque tumultu
Confligunt, promique manus in verbera tendunt.
Conſequitur, vincitque ſuos auriga iugales,
Atque impune cadunt lapſu meliore volantes.
Vt thalami tetigere fores, tum vere rubentes
Deſuper inuertunt calathos, largoſque roſarum
Imbres, & violas plenis ſparſere pharetris,
Collectas Veneris prato, quibus ipſe pepercit
Sirius, & teneras clementi ſidere fouit.

Gemmatis alii per totum balſama tectum
Effudere cadis, duro quæ ſaucius vngue
Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.
Aggreditur Gytherea vitum, fleutemque Cupido
Dertaxit matris gremio. matura tumeſcit
Virginitas, ſuperatque nives ac lilia caudor,
Et patrium flauis teſtatur crinibus Iſtrum.
Tum dextram complexs viri, dextramque puella
Tradit, & his vltro ſaucit conuubia dictis.
Viuite coucordes, & noſtrum diſcite munus.
Oſcula mille ſonent. liueſcant brachia uexu.
Labra ligent animos. nec tu virtnte paterna
Coufidas, iuueuis. non eſt terrore domauda,
Sed precibus placanda tibi. concede marito
Tu quoque, nec Scythicas infenſis vnguibus iras
Exercere velis. vinci patiate rogamus.
Sic vxor, ſic mater eris. quid lumina tiugis?
Virgo crede mihi, quem nuuc horreſcis, amabis.
Dixit: & aligeros geminos, arcuque, mauuque
Præſtantes è plebe vocat. puer ilicet Æthon.
Et Pytios rutilas diſpetſi mutice plumas
Proſiliuut, puroque imbutis melle ſagittis,
Hic nuptam petit, ille virum. ſouuere reducta
Cornua. certa Notos pariter ſulcavit arundo,
Et patiter fixis hæſerunt tela medullis.

CL. CLAVDIANI
IN TERTIVM CONSVLATVM Honorii Auguſti.

Præfatio.

PArvos non aquilis fas eſt educere fetus
*A*nte fidem Solis, indiciumque poli.
Nam pater, excuſſo ſaliit cum germine proles,
Ouaque maternus rupit hiulca tepor,
Protinus implumes conuertit ad æthera nidos,
Et recto flamas imperat ore pati.
Conſulit ardentes radios, & luce magiſtra
Natorum vires, ingeniumque probat.
Degeneres refugo torſit qui lumine viſus,
Vnguibus hunc ſæuis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Suſtinuitque acie nobiliore diem;
Nutritur volucrumque poteus & fulminis heres,
Geſturus ſummo tela triſulca Ioui.
Me quoque Pieriis tentatum ſæpius antris
*A*udet magna ſuo mittere Roma Deo.
Iam domiuas aures, iam regia tecta meremur,
Et chelys Auguſto iudice noſtra ſonat.

CL. CLAVDIANI
DE TERTIO CONSVLATV Honorii Auguſti

Panegyris.

TErtis Romulei ſumsnt exordia faſces,
Terque tuas ducat bellatrix pompa curules.
Feſtior aunus eat, cinctuſq; imitata Gabinos
Dives Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis,
Succedant armis trabeæ. tentoria lictor
*A*mbiat, & Latiæ redeaut ad ſigna ſecures.
Tuque ò, qui patrium curis æqualibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede ſecuudis
*A*litibus, Phœbique nouos ordire meatus,
Spes votumque poli, quem primo à limine vitæ
Nutrix aula fouet: ſtrictis quem fulgida telis
Inter laurigeros aluerunt caſtra triumphos.
*A*rdua priuatos neſcit fortuna Penates,
Et regnum cum luce dedit. coguata poteſtas
Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro.
Luſtrauitque tuos aquilis victricibus ortus
Miles. & iu mediis cunabula præbuit haſtis.
Te naſceute ferox toto Germania Rheno
Intremuit, mouitque ſuas formidine ſilvas
Caucaſus, & poſitis Numen confeſſa pharetris
Ignauas Meroë traxit de crine ſagittas.
Reptaſti per ſcuta puer. Regumque recentes
Exuuiæ tibi ludus erant, primuſque ſolebas
Aſpera complecti torvum poſt prælia patrem.
Signa triumpharo quoties flexiſſet ab Iſtro
Arctoa de ſtrage calens. & poſcere partem
De ſpoliis Scythicos arcus, aut rapta Gelonis
Cingula, vel iaculum Daci, vel frena Suëvi.
Ille coruſcanti clipeo te ſæpe volentem
Suſtulit arridens, & pectore preſſit anhelo
Intrepidum ferri, galeæ nec triſte timentem
Fulgur. & ad ſummas tendentem brachia criſtas.
Tunc ſic lætus ait: Rex ò ſtellantis Olympi
Talis perdomito redeat mihi filius hoſte,
Hyrcanas populatus opes, aut cæde ſuperbus

Aſſyria. ſic enſe rubens, ſic flamine crebro
Turbidus, & grato reſperſus puluere belli,
Armaque gauiſo referat captiua parenti.
Mox vbi firmaſti recto veſtigia greſſu,
Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu
Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes:
Sed noua per duros inſtruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires:
Frigora ſæua pati, grauibus non cedere nimbis,
Æſtiuum tolerare iubar, tranſnare ſonoras
Torrentum furias, adſcenſu vincere montes,
Planitiem curſu, valles, & concaua ſaltu.
Nec non in clipeo vigiles perducere noctes,
In galea potare niues, nunc ſpicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari ſpargere funda.
Quoque magis nimium pugnæ inflamaret amorem,
Facta tui numerabat aui, quem litus aduſtæ
Horreſcit Libyæ, ratibuſque imperuia Thule.
Ille leues Mauros, nec falſo nomine Pictos
Edomuit, Scotumque vago mucrone ſecutus.
Fregit Hyperboreas remis audacibus vndas,
Et geminis fulgens vtroque ſub axe tropæis
Tethyos alternæ refluas calcauit arenas.
Hos tibi virtutum ſtimulos, hæc ſemina laudum,
Hæc exempla dabat. non ocius hauſit Achilles
Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,
Siue lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.
Interea turbata fides, ciuilia rurſus
Bella tonant, dubiumque quatit diſcordia mundum.
Proh crimen Superum, longi proh dedecus æui,
Barbarus Heſperias exſul poſſederat vrbes,
Sceptraque deiecto dederat Romana clienti.
Iam princeps molitur iter, genteſque remotas
Colligit Auroræ, tumidus quaſcumque pererrat
Euphrates, quas luſtrat Halys, quas dicat Orontes.
Turiferos Arabes ſaltus, vada Caſpia Medi,
Armenij Phaſin. Parthi liquere Niphaten.
Quæ tibi tunc Martis rabies, quantuſque ſequendi
Ardor erat? quanto flagrabant pectora voto,
Optatas audire tubas, campique cruenta
Tempeſtate frui, truncisque immergere plantas?
Vt Leo, quem fuluæ matris ſpelunca tegebat
Vberibus ſolitum paſci. cum creſcere ſenſit
Vngue pedes, & terga iubis, & dentibus ora;
Iam negat imbelles epulas, & rupe relicta
Gætulo comes ire patri, ſtabuliſque minari
Æſtuat, & cæſi terga abſorbere iuuenci.
Ille vetat, rerumque tibi commendat habenas,
Et ſacro meritos ornat diademate crines,
Tantaque ſe rudibus pietas oſtentat in annis,
Sic ætas animo ceſſit, quererentur vt omnes
Imperium tibi ſero datum. victoria velox
Auſpiciis effecta tuis pugnaſtis vterque:
Tu fatis, genitorque manu. te propter & Alpes
Inuadit faciles. cauto nec profuit hoſti
Munitis hæſiſſe locis. ſpes irrita valli
Concidit, & ſcopulis patuerunt clauſtra reuulſis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduerſas acies, reuolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit haſtas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hiemes; cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.
Alpinæ rubuere niues, & frigidus amnis
Mutatis fumauit aquis, turbaque cadentum
Staret, ni rapidus iuuiſſet flumina ſanguis.
At ferus inuentor ſcelerum traiecerat altum
Non vno mucrone latus, duplexque tepebat
Enſis, & vltrices in ſe conuerterat iras,
Tandem iuſta manus. iam libertate reducta
Quamuis emeritum peteret natura reuerti
Numen, & auratas aſtrorum panderet arces,
Nutaretque oneri venturo conſcius Atlas,
Diſtulit Auguſtus cupido ſe reddere cælo,
Dum tibi pacatum præſenti traderet orbem.
Nec mora, Biſtoniis alacer conſurgis ab oris,
Inter Barbaricas auſus tranſire cohortes.
Impauido vultu linquis Rhodopeia ſaxa
Orpheis animata modis: iuga deſeris OEtes
Herculeo damnata rogo: poſt Pelion intras
Nereis illuſtre choris. te pulcer Enipeus
Celſaque Dodone ſtupuit, rurſuſque locutæ
In te Chaoniæ mouerunt carmina quercus.
Illyrici legitur plaga litoris: arua teruntur
Dalmatiæ: Phrygij numerantur ſtagna Timaui.
Gaudent Italiæ ſublimibus oppida muris
Aduentu ſacrata tuo. ſubmiſſus adorat
Eridanus, blandoſque iubet miteſcere fluctus,
Et Phaëtonteas ſolitæ deflere ruinas
Roſcida frondoſæ reuocant electra ſorores.
Quanti tum iuuenes, quantæ ſpreuere pudorem
Spectandi ſtudio matres, puerique ſeueri
Certauere ſenes, cum tu genitoris amico
Exceptus gremio mediam veherere per vrbem,
Velaretque pios communis laurea currus.
Quis non Luciferum roſeo cum Sole videri
Credidit, aut iunctum Bromio radiare Tonantem?
Floret criſtatis exercitus vndique turmis,
Quiſque ſua te voce canens. præſtringit aëna
Lux oculos, nudique ſeges Mauortia ferri

Ingeminat ſplendore diem. pars nobilis arcu,
Pars longe iaculis, pars cominus horrida contis.
Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum
Colla leuant, multuſque tumet per nubila ſerpens
Iratus ſtimulante Noto, viuitque receptis
Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.
Vt ventum ad ſedes; cunctos diſcedere tectis
Dux iubet, & generum compellat talibus vltro:
Bellipotens Stilico, cuius mihi robur in armis,
Pace probata fides quid enim per prœlia geſſi
Te ſine? quem merui te non ſudante triumphum?
Odryſium pariter Getico fœdauimus Hebrum
Sanguine, Sarmaticas pariter proſtrauimus alas.
Riphæaque ſimul feſſos porreximus artus
In glacie, ſtantemque rota ſulcauimus Iſtrum.
Ergo age, me quoniam cæleſtis regia poſcit,
Tu curis ſuccede meis, tu pignora ſolus
Noſtra foue, geminos dextra tu protege fratres.
Per conſanguineos thalamos, noctemque beatam,
Per tædas, quas ipſa tuo Regina leuauit
Coniugio, ſociaque virum produxit ab aula,
Indue mente patrem, creſcentes dilige fetus
Vt ducis, vt ſoceri. iam iam ſecurus ad aſtra
Te cuſtode ferar. rupta ſi mole Typhoeus
Vincla proſiliat. Tityus ſi membra reſoluat,
Si furor Enceladi proiecta mugiat Ætna,
Oppoſito Stilicone cadent. nec plura locutus
Sicut erat, liquido ſignauit tramite nubes,
Ingrediturque globum Lunæ. lumenque reliquit
Arcadis, & Veneris clementes permeat auras.
Hinc Phœbi permenſus iter, flammamque nocentem
Gradiui, placidumque Iouem, ſtetit arce ſuprema
Algenti quo zona riget Saturnia tractu.
Machina laxatur cæli, rutilæque pateſcunt
Sponte fores. Arctoa parat conuexa Bootes,
Auſtrales reſerat portas ſuccinctus Orion,
Inuitantque nouum ſidus, pendentque viciſſim
Quas partes velit ille ſequi, quibus eſſe ſodalis
Dignetur ſtellis, aut qua regione moueri.
O decus æthereum, terrarum gloria quondam,
Te tuus Oceanus natali gurgite laſſum
Excipit, & notis Hiſpania proluit vadis.
Fortunate parens. primos cum detegis ortus,
Adſpicis Arcadium. cum te procliuior vrges,
Occiduum viſus remoratur Honorius ignem.
Et quocumque vagus flectis ſub cardine curſus,
Natorum per regna venis, qui mente ſerena,
Maturoque regunt iunctas moderamine gentes;
Sæcula qui rurſus, formant meliore metallo.
Luget auaritiæ Stygiis innexa catenis,
Cumque ſuo demens expellitur ambitus auro.
Non dominantur opes: non corrumpentia ſenſus
Dona valent. emitur ſola virtute poteſtas.
Vnanimi fratres, quorum mare, terraque fatis
Debentur, quodcumque manus euaſit auitas,
Quod ſupereſt patri. vobis iam Mulciber arma
Præparat, & Sicula Cyclops incude laborat.
Brontes innumeris exaſperat ægida ſignis.
Altum fulminea criſpare in caſſide conum
Feſtinat Steropes. nectit thoraca Pyracmon,
Ignifluiſque gemit Lipare fumoſa cauernis.
Vobis Ionia virides Neptunus in alga
Nutrit equos, qui ſumma freti per cærula poſſint
Ferre viam, ſegetemque leui percurrere motu,
Neſciat vt ſpumas, nec proterat vngula culmos.
Iam video Babylona rapi, Parthumque coactum
Non ficta trepidare fuga: iam Bactra teneri
Legibus, & famulis Gangem palleſcere ripis,
Gemmatoſque humilem diſpergere Perſida cultus.
Ite per extremum Tanaim, pigrıſque Triones.
Ite per ardentem Libyam. ſuperate vapores
Solis, & arcanos Nili deprendite fontes.
Herculeum finem, Bacchi tranſcurrite metas.
Veſtri iuris erit quidquid complectitur axis.
Vobis rubra dabunt pretioſas æquora conchas,
Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres.

CL. CLAVDIANI
DE QVARTO CONSVLATV
Honorii Auguſti
Panegyris.

AVſpiciis iterum ſeſe regalibus annus
Induit, & nota fruitur iactantior aula.
Limina nec paſſi circum priuata morari
Exſultant reduces Auguſto Conſule faſces.
Cernis vt armorum proceres, legumque potentes
Patricios ſumunt habitus, & more Gabino
Diſcolor incedit legio, poſitiſque parumper
Bellorum ſignis ſequitur vexilla Quirini?
Lictori cedunt aquilæ, ridetque togatus
Miles. & in mediis effulget Curia caſtris.
Ipſa Palatino circumuallata Senatu
Iam trabeam Bellona gerit, parmamque remouit
Et galeam, ſacras humeris vectura curules.
Nec te laurigeras pudeat, Gradiue, ſecures
Pacata geſtare manu, Latiaque micantem

Loricam

Loricam mutare toga, dum ferreus hæret
Currus, & Eridani ludunt per prata iugales
Haud indigna coli, nec nuper cognita Marti
Vlpia progenies, & quæ diademata mundo
Sparſit, Ibera domus: nec tantam vilior aula
Promeruit ſeriem gentis. cunabula fouit
Oceanus. terræ dominos, pelagique futuros
Immenſo decuit rerum de principe naſci.
Hinc proceſſit auus: cui, poſt Arctoa frementi
Claſſica, Maſſylas annexuit Africa lauros.
Ille, Caledonijs poſuit qui caſtra pruinis,
Qui medio Libyæ ſub caſſide pertulit æſtus,
Terribilis Mauro, debellatorque Britanni
Litoris, ac pariter Boreæ vaſtator, & Auſtri.
Quid rigor æternus, cæli quid frigora proſunt,
Ignotumque fretum? maduerunt Saxone fuſo
Orcades. incaluit Pictorum ſanguine Thule.
Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne.
Quis calor obſiſtit forti? per vaſta cucurrit
Æthiopum, cinxitque novis Atlanta maniplis.
Virgineum Tritona bibit, ſparſoſque venenis
Gorgoneos vidit thalamos, & vile virentes
Heſperidum riſit, quos ditat fabula, ramos.
Arx incenſa Iubæ, rabies Mauruſia ferro
Ceſſit, & antiqui penetralia diruta Bocchi.
Sed laudes genitor longe trangreſſus auitas
Subdidit Oceanum ſceptris, & margine cæli
Clauſit opes: quantum diſtant à Tigride Gades,
Inter ſe Tanais quantum, Niluſque relinquunt.
Hæc tamen innumeris per ſe quæſita tropæis
Non generis dono, non ambitione potitur.
Digna legi virtus. vltro ſe purpura ſupplex
Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.
Nam cum barbaries penitus commota gementem
Irrueret Rhodopen, & miſto turbine gentes
Iam deſerta ſuas in nos transfunderet Arctos,
Danubij totæ vomerent cum prælia ripæ,
Cum Geticis ingens premeretur Myſia plauſtris,
Flauaque Biſtonios operirent agmina campos:
Omnibus afflictis, & vel labentibus ictu,
Vel prope caſuris, vnus tot funera contra
Reſtitit, extinxitque faces, agriſque colonos
Reddidit, & leti rapuit de faucibus vrbes.
Nulla relicta foret Romani nominis vmbra,
Ni pater ille tuus iam iam ruitura ſubiſſet
Pondera, turbatamque ratem, certaque leuaſſet
Naufragium commune manu, velut ordine rupto
Cum procul inſanæ traherent Phaëtonta quadrigæ,
Sæuiretque dies, terramque & ſtagna propinqui
Haurirent radii, ſolito cum murmure toruis
Sol occurrit equis: qui poſtquam rurſus heriles
Agnouere ſonos; rediit meliore magiſtro
Machina concentuſque poli, curruſque recepit
Imperium, flammæque modum. ſic traditur illi,
Seruaturque Oriens. at non pars altera rerum
Tradita, bis poſſeſſa manu, bis parta periclis.
Per varium gemini ſcelus erupere tyranni
Tractibus occiduis. hunc ſæua Britannia fudit;
Hunc ſibi Germanus famulum delegerat exſul
Auſus vterque nefas, domini reſperſus vterque
Inſontis iugulo. nouitas audere priori
Suadebat, tantumque dabant exempla ſequenti.
Hic noua moliri præceps: hic quærere tuta
Prouidus. hic fuſis, collectis viribus ille.
Hic vagus excurrens: hic inter clauſtra reductus.
Diſſimiles; ſed morte pares. euadere neutri
Dedecus, aut miſtis licuit procumbere telis.
Amiſſa ſpecie: raptiſque inſignibus ambo
In vultus rediere ſuos, manibuſque reuinctis
Oblatis gladiis ſubmittunt colla paratis,
Et vitam veniamque rogant. proh damna pudoris!
Qui modo tam denſas nutu mouere cohortes,
In quos iam dubius ſeſe liberauerat orbis,
Non hoſtes victore cadunt, ſed iudice ſontes
Damnat voce reos, petiit qui Marte tyrannos.
Ambo rei periere duces, hic ſponte carina
Decidit in fluctus: illum ſuus abſtulit enſis.
Hunc Alpes, hunc Pontus habet. ſolatia cæſis
Fratribus hæc vltor tribuit. necis auctor vterque
Labitur. Auguſtas par victima mitigat Vmbras.
Has dedit inferias tumulis, iuuenumque duorum
Purpureos merito placauit ſanguine Manes.
Illi iuſtitiam confirmauere triumpho;
Præſentes docuere Deos. hinc ſæcula diſcant
Indomitum nihil eſſe pio, tutumue nocenti.
Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit
Præuento rumore vias. inopinus vtrumque
Perculit, & clauſos montes, vt plana, reliquit.
Extruite immanes ſcopulos, attollite turres,
Cingite vos fluviis, vaſtas opponite ſilvas,
Garganum Alpinis, Apenninumque niualem
Permiſtis ſociate iugis, & rupibus Æmum
Addite Caucaſiis, inuoluite Pelion Oſſæ.
Non dabitis murum ſceleri. qui vindicat, ibit.
Omnia ſubſident meliori peruia cauſſæ.
Nec tamen oblitus ciuem cedentibus atrox
Partibus infremuit. non inſultare iacenti
Malebat. mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnæ parcus erat. paci non intulit iram.
Poſt acies, odiis idem, qui terminus armis.

Profuit hoc vincente capi, multoſque ſubactos
Aſpera laturæ commendauere catenæ.
Magnarum largitor opum, largitor honorum
Pronus, & in melius gaudens conuertere fata.
Hinc amor, hinc validum deuoto milite robur.
Hinc natis manſura fides. hoc nobilis ortu
Naſceris, æquæua cum maieſtate creatus,
Nullaque priuatæ paſſus contagia ſortis.
Omnibus acceptis vltro te regia ſolum
Protulit, & patrio felix adoleſcis in oſtro,
Membraque veſtitu numquam temerata profano
In ſacros cecidere ſinus. Hiſpania patrem
Auriferis eduxit aquis. te gaudet alumno
Boſporus Heſperio de limine ſurgit origo:
Sed nutrix Aurora tibi. pro pignore tanto
Certatur. geminus ciuem te vindicat axis.
Herculis, & Bromii ſuſtentat gloria Thebas.
Hæſit Apollineo Delos Latonia partu;
Cretaque ſe iactat tenero reptata Tonanti.
Sed melior Delo, Dictæis clarior oris,
Quæ dedit hoc Numen regio. non litora noſtro
Sufficerent anguſta Deo. nec inhoſpita Cynthi.
Saxa tuos artus duro læſere cubili.
Acclinis genitrix auro, circumflua gemmis,
In Tyrios enixa toros. vlulata verendis
Aula puerperiis. quæ tunc documenta futuri?
Quæ voces auium? quanti per inane volatus?
Quis vatum diſcurſus erat? tibi corniger Ammon,
Et dudum taciti rupere ſilentia Delphi.
Te Perſæ cecinere Magi. te ſenſit Etruſcus
Augur, & inſpectis Babylonius horruit aſtris.
Chaldæi ſtupuere ſenes, Cumanaque rurſus
Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ.
Nec te progenitum Cybeleius ære ſonoro
Inſtauit Corybas. exercitus vndique fulgens
Adſtitit. ambitur ſignis auguſtior infans.
Senſit adorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis. vitam tibi contulit idem
Imperiumque dies. inter cunabula Conſul
Proueheris ſignans poſito modo nomine faſtos
Donaturque tibi, qui te produxerat, annus.
Ipſa Quirinali paruum te cinxit amictu
Mater, & ad primas docuit reptare curules.
Vberibus ſanctis, immortalique Deorum
Creſcis adoratus gremio. tibi ſæpe Diana
Mænalios arcus, venatriceſque pharetras
Suſpendit, puerile decus. tu ſæpe Mineruæ
Luſiſti clipeo, fuluamque impune peterrans
Ægida tractaſti blandos interritus angues.
Sæpe tuas etiam iam tum gaudente marito
Velauit Regina comas, feſtinaque voti
Præſumtum diadema dedit. tum leuibus vlnis
Suſtulit, & magno porrexit ad oſcula patri.
Nec dilatus honos mutatus principe Cæſar
Protinus æquaris fratri: nec certius vmquam
Hortati Superi nullis præſentior æther
Affuit ominibus. tenebris inuoluerat atris
Lumen hiems, denſolque Notus collegerat imbres.
Sed mox, cum ſolita miles te voce leuaſſet.
Nubila diſſoluit Phœbus, pariterque dabantur
Sceptra tibi, mundoque dies. caligine liber
Boſporus aduerſam patitur Chalcedona cerni.
Nec tantum vicina nitent. ſed tota repulſis
Nubibus exuitur Thrace. Pangæa renident.
Inſuetoſque palus radios Mæotica vibrat.
Nec Boreas nimbos, aut Sol ardentior egit.
Imperii lux illa fuit præſagus obibat
Cuncta nitor: riſitque tuo Natura ſereno.
Viſa etiam medio populis mirantibus audax
Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuſo
Languida, ſed quantus numeratur nocte Bootes.
Emicuitque plagis alieni temporis hoſpes
Ignis, & agnoſci potuit, cum luna lateret.
Siue parens Auguſta fuit, ſeu forte reluxit
Diuus auus. ſeu te claris properantibus aſtris
Cernere Sol patiens cælum commune remiſit.
Apparet quid ſigna ferant. ventura poteſtas
Claruit Aſcanio, ſubita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex, Phrygioque voluta
Vertice, fatalis redimiret tempora candor.
At tua celeſtes illuſtrant omina flammæ.
Talis ab Idæis primæuus Iupiter antris
Poſſeſſi ſtetit arce poli, famuloſque recepit
Natura tradente Deos. lanugine nondum
Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant
Moturæ conuexa comæ. tum ſcindere nubes
Diſcebat, fulmenque rudi torquere lacerto.
Lætior augurio genitor, natiſque ſuperbus
Iam paribus. duplici fultus conſorte redibat,
Splendebatque pio complexus pignora curru.
Haud aliter ſummo gemini cum patre Lacones
Progenies Ledæa ſedent: in vtroque relucet
Frater, vtroque ſoror. ſimilis chlamys effluit auro.
Stellati pariter crines, iuuat ipſe Tonantem
Error, & ambiguæ placet ignorantia matri.
Eurotas proprios diſcernere neſcit alumnos
Vt domus excepit reduces. ibi talia ſecum
Pro rerum ſtabili fertur ditione locutus.
Si tibi Parthorum ſolium fortuna dediſſet
Care puer, terriſque procul venerandus Eois

Bar-

Barbarus Arſacio conſurgeret ore tiaras:
Sufficeret ſublime genus, luxuque fluentem
Deſide nobilitas poſſet te ſola tueri.
Altera Romanæ longe rectoribus aulæ
Conditio. virtute decet, non ſanguine niti.
Maior, & vlterior, fato coniuncta potenti.
Vile latens virtus. quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit? obſcuro veluti ſine remige puppis,
Vel lyra, quæ reticet; vel, qui non tenditur, arcus.
Hanc tamen haud quiſquam, qui non agnoverit ante
Seipſum, & incertos animi placauerit æſtus,
Inueniet. longis illuc ambagibus itur.
Diſce orbis, quod quiſque ſibi. Cum conderet artus
Noſtros, æthereis miſcens terrena Prometheus,
Sinceram patrio mentem furatus Olympo
Continuit clauſtris, indignantemque reuinxit.
Et, cum non aliter poſſent mortalia fingi,
Adiunxit geminas. illæ cum corpore lapſæ
Intereunt: hæc ſola manet, buſtoque ſuperſtes
Euolat. hanc alta capitis fundauit in arce
Mandatricem operum, proſpecturamque labori.
Illas inferius collo, præceptaque ſummæ
Paſſuras dominæ digna ſtatione locauit.
Quippe opifex veritus confundere ſacra profanis,
Diſtribuit partes animæ, ſedeſque remouit.
Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Protegit imbutam flamis, auidamque nocendi,
Præcipitemque ſui. rabie ſuccenſa tumeſcit.
Contrahitur tepefacta metu. cumque omnia ſecum
Duceret, & requiem membris veſana negaret;
Inuenit pulmonis opem, madidumque furenti
Præbuit, vt tumidæ ruerent in mollia fibræ.
At ſibi cuncta petens, nil collatura cupido
In iecur, & tractus imos compulſa receſſit.
Quæ, velut immanes ſeſerat dum bellua rictus,
Expleri, paſcique nequit: nunc verbere curas
Torquet auaritiæ. ſtimulis nunc flagrat amorum,
Nunc gaudet, nunc mæſta dolet, ſatiataque rurſus
Exoritur, cæſaque redit pollentius Hydra.
Hos igitur potuit ſi quis ſedare tumultus,
Inconcuſſa dabit puræ ſacraria menti.
Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, ſi parua cupis; ſi duceris ira,
Seruitij patiere iugum: tolerabis iniquas
Interius leges. tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris rex eſſe tui. procliuior vſus
In peiora datur, ſuadetque licentia luxum,
Illecebriſque effrena fauet. tunc viuere caſte
Aſperius, cum prompta Venus. tunc durius iræ
Conſulitur, cum pœna patet. ſed comprime motus:
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit.
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.
Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe
Facta palam; nec poſſe dari regalibus vſquam
Secretum vitiis. nam lux altiſſima fati
Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
Intrat, & obſtruſos explorat fama receſſus.
Sis pius in primis. nam cum vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.
Neu dubie ſuſpectus agas: neu falſus amicis,
Rumorumue auidus. qui talia curat, inanes
Horrebit ſtrepitus nulla non anxius hora.
Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila,
Quam tutatur amor. non extorquebis amari.
Hoc alterna fides; hoc ſimplex gratia donat.
Nonne vides, operum quod ſe pulcerrimus ipſe
Mundus amore liget, nec vi connexa per æuum
Conſpirent elementa ſibi? quod limite Phœbus
Contentus medio, contentus litore Pontus?
Et qui perpetuo terras ambitque vehitque,
Nec premat incumbens oneri, nec ceſſerit aër?
Qui terret, plus ipſe timet. ſors iſta tyrannis
Conuenit. inuideant claris, forteſque trucident,
Muniti gladiis viuant, ſeptique venenis
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.
Tu ciuem, patremque geras. tu conſule cunctis,
Nec tibi. nec tua te moueant, ſed publica vota.
In commune iubes ſi quid. cenſeſque tenendum,
Primus iuſſa ſubi. tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. componitur orbis
Regis ad exemplum. nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, vt vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.
His tamen effectis, nec faſtidire minores,
Neu pete præſcriptos homini tranſcendere fines.
Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.
Non tibi tradidimus dociles ſeruire Sabæos;
Armeniæ dominum nec te præfecimus oræ;
Nec damus Aſſyriam, tenuit quam femina. gentem.
Romani, qui cuncta diu rexere, regendi:
Qui nec Tarquinij faſtus, nec iura tulere
Cæſaris. annales veterum delicta loquuntur.
Hærebunt maculæ. quis non per ſæcula damnat
Cæſareæ portenta domus? quem dira Neronis
Funera, quem rupes Caprearum tetra latebit
Inceſto poſſeſſa ſeni? victura feretur

Gloria Traiani; non tam quod Tigride victo,
Noſtra triumphati fuerat prouincia Parthi,
Alta quod inuectus ſtratis Capitolia Dacis,
Quam patriæ quod mitis erat. ne deſine tales
Nate ſequi. ſi bella tonant, prius agmina ductis
Exerce ſtudiis; & ſæuo præſtrue Marti.
Non brumæ requies, non hibernacula ſegnes
Eneruent torpore manus. ponenda ſalubri
Caſtra loco: præbenda vigil cuſtodia vallo.
Diſce vbi denſari cuneos, vbi cornua tendi
Æquius, aut iterum flecti: quæ montibus apta,
Quæ campis acies, fraudi quæ accommoda vallis:
Quæ via difficilis. ſidit ſi mœnibus hoſtis,
Tum tibi murali libretur machina pulſu.
Saxa rotet præceps aries, prætentaque portas
Teſtudo feriat. ruat emerſura iuuentus
Effoſſi per operta ſoli. ſi longa moretur
Obſidio; tum vota caue ſecura remittas,
Incluſumue putes. multis damnoſa fuere
Gaudia. diſperſi pereunt, ſomnoque ſoluti.
Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.
Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Deliciis, neue imbelles ad ſigna miniſtros
Luxuries armata trahat: neu flantibus Auſtris,
Neu pluuiis cedas: neu defenſura calorem
Aurea ſummoueant rapidos vmbracula Soles.
Inuentis vtere cibis: ſolabere partes
Æquali ſudore tuas. ſi collis iniquus,
Primus ini. ſiluam ſi cædere prouocat vſus,
Ne pudeat ſumpta quercum ſtrauiſſe bipenni.
Calcatur ſi pigra palus, tuus ante profundum
Prætentet ſonipes. fluuios tu protere curru
Hærentes glacie. liquidos tu ſcinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te conſere turmas:
Nunc pedes aſſiſtas pediti. tum promptius ibunt
Te ſocio: tum conſpicuus, gratuſque geretur
Sub te teſte labor. dictorum plura parentem
Voce ſubis: equidem, faueant modo Numina cœptis,
Hæc effecta dabo: nec me fratrique, tibique
Diſſimilem populi commiſſaque regna videbunt.
Sed cur non potius, verbis quæ diſſeris, uſu
Experior? gelidas certe nunc tendis in Alpes.
Duc tecum comitem. figant ſine noſtra tyrannum
Spicula. pallescat noſtro ſine barbarus arcu.
Italiamne feram furiis prædonis acerbi
Subiectam? patiar Romam ſeruire clienti?
Vſqueadeone puer? nec me polluta poteſtas,
Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?
et ſtrages equitare libet. da protinus arma.
ur annos obicis? pugnæ cur arguor impar?
Æqualis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama ſolus
Verteret, & patri non degeneraret Achilli.
Denique ſi princeps caſtris hærere nequibo,
Vel miles veniam. delibat dulcia nati
Oſcula, miratuſque refert. laudanda petiſti:
Sed feſtinus amor. veniet robuſtior ætas.
Ne propera. nec dum decimas emenſus ariſtas
Aggrederis metuenda viris. veſtigia magnæ
Indolis agnoſco. fertur Pellæus, Eoum
Qui domuit Porum, cum proſpera ſæpe Philippi
Audiret, lætos inter fleuiſſe ſodales,
Nil ſibi vincendum patris virtute relinqui.
Hos video motus. fas ſit promittere patri.
Tantus eris: noſtro nec debes regna fauori,
Quæ tibi iam natura dedit. ſic mollibus olim
Stridula ductorum pratis examina regem
Naſcentem venerantur apes, & publica mellis
Iura petunt, traduntque fauos. ſic paſcua paruus
Vindicat, & nec dum firmatis cornibus audax
Iam regit armentum vitulus. ſed prælia differ
In iuuenem, patienſque meum cum fratre tuere
Me bellante locum, vos impacatus Araxes,
Vos celer Euphrates timeat. ſit Nilus vbique
Veſter, & emiſſo quidquid Sol imbuit ortu.
Si pateant Alpes, habeat ſi cauſſa ſecundos
Iuſtior euentus, aderis, parteſque receptas
Suſcipies, animoſa tuas vt Gallia leges
Audiat, & noſtros æquus modereris Iberos.
Tunc ego ſecurus fati, lætuſque laborum
Diſcedam, vobis vtrumque regentibus axem.
Interea, Muſis animus dum mollior, inſtes,
Et, quæ mox imitere, legas: nec deſinat vmquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.
Antiquos euolue duces. aſſueſce futuræ
Militiæ. Latium retro te confer in æuum.
Libertas quæſita placet? mirabere Brutum.
Perfidiam damnas? Metij ſatiabere pœnis.
Triſte rigor nimius? Torquati deſpue mores.
Mors impenſa bonum? Decios venerare ruentes.
Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles, Mucij te flama docebit.
Quid mora perficiat, Fabius: quid rebus in arctis
Dux gerat, oſtendat Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam
Regule. ſucceſſus ſuperant aduerſa Catonis.
Diſcitur in quantum paupertas ſobria poſſit?
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis.
Pauper Fabritius. Pyrrhi cum ſperneret aurum.
Sordida Serranus flexit Dictator aratra.

Luſtratæ lictore caſæ, faſceſque ſalignis
Poſtibus affixi. collectæ Conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.
Hæc genitor præcepta dabat. velut ille carinæ
Longæuus rector, variis quem ſæpe procellis
Explorauit hiems, Ponto iam feſſus & annis
Æquoreas alni nato commendat habenas,
Et caſus, arteſque docet, quo dextra regatur
Sidere, quo fluctus poſſint moderamine falli:
Quæ nota nimborum: quæ fraus infida ſerenis
Quid Sol occiduus prodat: quo ſaucia vento
Decolor iratos attollat Cynthia vultus.
Adſpice nunc quacunque micas, ſeu circulus Auſtri,
Magne parens, gelidi ſeu te meruere Triones:
Adſpice. completur votum. iam natus adæquat
Te meritis, &, quod magis eſt optabile, vincit,
Subnixus Stilicone tuo: quem fratribus ipſe
Diſcedens clipeum, defenſoremque dediſti.
Pro nobis nihil ille pati, nullumque recuſat
Diſcrimen tentare ſui: non dura viarum,
Non incerta maris. Libyæ ſqualentis arenas
Audebit ſuperare pedes, madidaque cadente
Pleiade, Gætulas intrabit nauita Syrtes.
Hunc tamen in primis populos lenire feroces,
Et Rhenum pacare iubes. volat ille citatis
Vectus equis, nullaque latus ſtipante caterua,
Aſpera nubiferas qua Rhetia porrigit Alpes,
Pergit, & hoſtiles, tanta eſt fiducia, ripas
Incomitatus adit. totum properare per amnem
Attonitos Reges humili ceruice videres.
Ante ducem noſtrum flauam ſparſere Sicambri
Cæſariem, pauidoque orantes murmure Franci
Procubuere ſolo. iuratur Honorius abſens,
Imploratque tuum ſupplex Alemania nomen
Baſternæ venere truces. venit accola ſiluæ
Bructerus Hercyniæ. latiſque paludibus exit
Cimbrus, & ingentes Albim liquere Cheruſci.
Accipit ille preces varias, tardeque rogatus
Annuit, & magno pacem pro munere donat.
Nobilitant veteres Germanica fœdera Druſos,
Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus emta.
Quis victum meminit ſola formidine Rhenum?
Quod longis alij bellis potuere mereri,
Hoc tibi dat Stiliconis iter. poſt otia Galli
Limitis, hortaris Graias fulcire ruinas.
Ionium tegitur velis, ventique laborant
Tot curuare ſinus, ſeruaturaſque Corinthum
Proſequitur facili Neptunus gurgite claſſes.
Et puer Iſthmiaci iam pridem litoris exſul
Secura repetit portus cum matre Palæmon,
Caſtra cruore natant. metitur pellita iuuentus.
Pars morbo, pars enſe perit. non luſtra Lycæi,
Non Erymanthææ iam copia ſufficit vmbræ
Innumeris exuſta rogis, nudataque ferro.
Sic flagraſſe ſuas lætantur Mænala ſiluas.
Excutiat cineres Ephyre, Spartanus, & Arcas
Tutior exſangues pedibus proculcet aceruos.
Feſſaque penſatis reſpiret Græcia pœnis.
Gens, qua non Scythicos diffuſior vlla Triones
Incoluit: cui paruus Athos, anguſtaque Thrace,
Cum tranſiret. erat; per te, vireſque tuorum
Fracta ducum, lugetque ſibi iam rara ſuperſtes,
Et, quorum turbæ ſpatium vix præbuit orbis.
Vno colle latent, ſitiens, incluſaque vallo
Ereptas quæſiuit aquas, quas hoſtibus ante
Contiguas alio Stilico deflexerat arcu,
Mirantemque nouas ignota per auia valles
Iuſſerat auerſo fluvium migrare meatu.
Obuia quid mirum vinci, cum Barbarus vltro
Iam cupiat ſeruire tibi? tua Sarmata diſcors
Sacramenta petit. proiecta pelle Gelonus
Militat. In Latios ritus tranſiſtis Alani.
Vt fortes in Marte viros, animiſque paratos,
Sic iuſtos in pace legis, longumque tueris
Electos, crebris nec ſuccedentibus vrges
Iudicibus, notis regimur, fruimurque quietis,
Militiæque bonis; ceu bellatore Quirino,
Ceu placido moderante Numa. non imminet enſis:
Nullæ nobilium cædes: non crimina vulgo
Texuntur: patria mæſtus non truditur exſul:
Impia continui ceſſant augmenta tributi:
Non infelices tabulæ: non haſta refixas
Vendit opes. auida ſector non voce citatur:
Nec tua priuatis creſcunt æraria damnis.
Munificus largis, ſed non es prodigus auri.
Perdurat non empta fides, nec pectora merces
Alligat. ipſa ſuo pro pignore caſtra laborant.
Te miles nutritor amat. quæ denique Romæ
Cura tibi? quam fixa manet reuerentia patrum?
Firmatur ſenium iuris, priſcamque reſumunt
Canitiem leges, emendanturque vetuſtæ,
Acceduntque nouæ. talem ſenſere Solonem
Res Pandioniæ. ſic armipotens Lacedæmon
Deſpexit muros rigido munita Lycurgo.
Quæ ſub te vel cauſſa grauis, vel iudicis error?
Nec legitur dubiis quis litibus addere finem
Iuſtior, & merſum latebris educere verum.
Quæ pietas, quantuſque rigor, tranquillaque magni
Vis animi, nulloque leuis terrore moueri;
Nec noua mirari facilis! quæ docta facultas

Ingenij, linguæque modus! reſponſa verentur
Legati, grauibuſque later ſub moribus ætas.
Quantus in ore pater! radiat quam torua voluptas
Frontis, & auguſti maieſtas grata pudoris!
Iam patrias imples galeas: iam cornus auita
Tentatur. vibranda tibi promittitur ingens
Dextra rudimentis, Romanaque vota moratur.
Quis decor, incedis quoties clipeatus, & auro
Squameus, & rutilus criſtis, & caſſide maior!
Sic cum Threicia primum ſudaret in haſta,
Flumina lauerunt puerum Rhodopeia Martem.
Quæ vires iaculis! vel cum Gortynia tendit
Spicula, quam felix arcus, certique peritor
Vulneris, & iuſſum mentiri neſcius ictum!
Scis quo more Cydon, qua dirigat arte ſagittas
Armenius, refugo quæ ſit fiducia Partho.
Sic Amphioniæ pulcer ſudore palæſtræ
Alcides pharetras, Dircæaque tela ſolebat
Prætentare feris, olim domitura Gigantes,
Et pacem latura polo: ſemperque cruentus
Ibat, & Alcmenæ prædam referebat ouanti.
Cæruleus tali proſtratus Apolline Python
Implicuit fractis moritura volumina ſiluis.
Cum vectaris equo, ſimulacraque Martia ludis,
Quis molles ſinuare fugas, quis tendere contum
Acrior, aut ſubitos melior flexiſſe recurſus?
Non te Maſſagetæ, non gens exercita campo
Theſſala, non ipſi poterunt æquare bimembres.
Vix comites alæ, vix te ſuſpenſa ſequuntur
Agmina, ferventeſque tument poſt terga dracones.
Vtque tuis primum ſonipes calcaribus arſit,
Igneſcunt patulæ nares. non ſentit arenas
Vngula, diſcuſſæque iubæ ſparguntur in armos.
Turbantur phaleræ. ſpumoſis morſibus aurum
Fumat. anhelantes exundant ſanguine gemmæ,
Ipſe labor, puluiſque decet, confuſaque motu
Cæſaries. veſtis radiato murice Solem
Combibit. ingeſto criſpatur purpura vento,
Si dominus legeretur equis, tua poſceret vltro
Verbera Nereidum ſtabulis nutritus Arion,
Seruiretque tuis contempto Caſtore frenis
Cyllarus, & flavum Xanthus ſpreuiſſet Achillem.
Ipſe tibi famulas præberet Pegaſus alas,
Portaretque libens, melioraque pondera paſſus
Bellerophonteas indignaretur habenas.
Quin etiam velox Auroræ nuncius Æ[illegible]n,
Qui fugat hinnitu ſtellas, roſeoque domatur
Lucifero, quoties equitem te cernit ab aſtris,
Inuidet, inque tuis mauult ſpumare lupatis.
Nunc quoq; quos habitus, quantæ miracula pompæ
Vidimus, Auſonio cum iam ſuccinctus amictu
Per Ligurum populos ſolito conſpectior ires,
Atque inter niueas alte veherere cohortes,
Obnixiſque ſimul pubes electa lacertis
Sidereum geſtaret onus! ſic Numina Memphis
In vulgus proferre ſolet. penetralibus exit
Effigies; breuis illa quidem: ſed plurimus infra
Liniger impoſita ſuſpirans veſte ſacerdos
Teſtatur ſudore Deum. Nilotica ſiſtris
Ripa ſonat, Phariosque modos Ægyptia ducit
Tibia. ſubmiſſis admugit cornibus Apis.
Omnis nobilitas, omnis tua ſacra frequentat
Tibridis, & Latij ſoboles. convenit in vnum
Quidquid in orbe fuit procerũ, quibus auctor honoris
Vel tu, vel genitor. numeroſo Conſule Conſul
Cingeris, & ſocios gaudes admittere patres.
Illuſtri te prole Tagus, te Gallia doctis
Ciuibus, & toto ſtipauit Roma Senatu,
Portatur iuuenum ceruicibus aurea ſedes.
O, natuque novo grauior Deus. aſperat Indus
Velamenta lapis, pretioſaque fila ſmaragdis
Ducta virent. amethyſtus ineſt, & fulgor Iberus
Temperat arcanis hyacinthi cærula flamis.
Nec rudis in tali ſuffecit gratia textu:
Auget acus meritum, picturatumque metallis
Viuit opus, multaque ornantur iaſpide vultus,
Et variis ſpirat Nereia bacca figuris.
Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitioſa colus? vel cuius pectinis arte
Traxerunt ſolidæ gemmarum ſtamina telæ?
Inuia quis calidi ſcrutatus ſtagna profundi
Tethyos inuaſit gremium? quis diuitis algæ
Germina flagrantes inter quæſiuit arenas?
Quis iunxit lapides oſtro? quis miſcuit ignes
Sidonij rubrique maris? tribuere colorem
Phœnices, Seres ſubtemina, pondus Hydaſpes.
Hoc ſi Mæonias cinctu graderere per vrbes,
In te pampineos proferret Lydia thyrſos,
In te Nyſa choros dubitarent Origa Bacchi
Cui furerent. irent blandæ ſub vincula tigres.
Talis Erythræis intextus nebrida gemmis
Liber agit currus, & Caſpia flectit eburnis
Colla iugis. Satyri circum, crinemque ſolutæ
Mænades adſtringunt ederis victricibus Indos.
Ebrius hoſtili velatur palmite Ganges.
Adſpice. mox lætum ſonuit clamore tribunal.
Te faſtos ineunte quater, ſollennia ludit
Omnia libertas. deductum Vindice morem
Lex celebrat, famuluſque iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.

Triſtis conditio pulſata fronte recedit
In ciuem. rubuere genæ, tergoque remouit
Verbera promiſſi felix iniuria voti.
Proſpera Romuleis ſperantur tempora rebus.
In nomen ventura tuum. præmiſſa futuris
Dant exempla fidem. quoties te curſibus æui
Præfecit, toties acceſſit laurea patri.
Auſi Danubium quondam tranſnare Gruthungi
In lintres fregere nemus. tibi mille ruebant
Per fluuium plenæ cuneis immanibus alni.
Dux Odothæus erat. tantæ conamina claſſis
Incipiens ætas & primus contudit annus.
Submerſæ ſedere rates. fluitantia numquam
Largius Arctoos pauere cadauera piſces.
Corporibus premitur Peuce per quinque recurrens
Oſtia, Barbaricos vix egerit vnda cruores.
Confeſſuſque parens Odothæi Regis opima
Rettulit, exuuiaſque tibi. ciuile ſecundis
Conficis auſpiciis bellum. tibi debeat orbis
Fata Gothunnorum, debellatumque tyrannum.
Iſter ſanguineos egit te Conſule fluctus.
Alpinos genitor rupit te Conſule montes.
Sed patris olim fueras ſucceſſibus auctor,
Nunc eris ipſe tuis. ſemper venere triumphi
Cum trabeis. ſequiturque tuos victoria faſces.
Sis precor aſſiduus Conſul, Mariique relinquas,
Et ſenis Auguſti numerum. quæ gaudia mundi,
Per tua lanugo cum ſcipere cœperit ora:
Cum tibi prodiderit feſtas nox pronuba tædas!
Quæ tali deuota toro, quæ murice fulgens
Ibit in amplexus tanti Regina mariti?
Quænam tot Diuis veniet nurus, omnibus arvis,
Et toto dotanda mari? quantuſque feretur
Idem per Zephyri metas Hymenæus & Euri!
O mihi ſi liceat thalamis intendere carmen
Connubiale tuis, ſi te iam dicere patrem
Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua victor,
Arcadius captæ ſpoliis Babylonis onuſtus
Communem maiore toga ſignabitis annum.
Crinituſque tuo ſudabit faſce Suëuus:
Vltima fraternas horrebunt Bactra ſecures.

CL. CLAVDIANI
IN SEXTVM CONSVLATVM
Honorii Auguſti
Præfatio.

OMnia, quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa, toro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſiluas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites. aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cauetur equis.
Furto gaudet amans, permutat nauita merces,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaque largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſſuetis ſollicitare ſolet.
Namque poli media ſtellantis in arce videbar
Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.
Vtque fauet ſomnus, plaudebant numina dictis,
Et circumfuſi ſacra corona chori.
Enceladus mihi carmen erat, victuſque Typhoeus:
Hunc premit Inarimes, hunc grauis Ætna domat.
Quam lætus poſt bella Iouem ſuſceperit æther,
Phlegrææ referens præmia militiæ.
Additur ecce fides, nec me mea luſit imago,
Irrita nec falſum ſomnia miſit ebur.
En princeps, en orbis apex æquatus Olympo,
En, quales memini, turba verenda Dei.
Fingere nil maius potuit ſopor, altaque vati
Conuentum cælo præbuit aula parem.

CL. CLAVDIANI
DE SEXTO CONSVLATV
Honorii Auguſti.
Panegyris.

AVreæ Fortunæ reduci ſi templa priores
Ob reditum vouere ducum, non dignius vmquam
Hæc Deo pro meritis amplas ſibi poſceret ædes,
Quam ſua cum pariter trabeis reparatur & vrbi
Maieſtas. nec enim campi ſollennis & vrnæ

Ludiius

Luditur in morem: ſpecies nec diſſona cœtu,
Aut peregrina nitet ſimulati iuris imago.
Indigenas habitus natiua Palatia ſumunt.
Et, patriis plebem caſtris ſociante Quirino,
Mars Auguſta ſui renouat ſuffragia campi.
Qualis erit terris, quem mons Euandrius offert
Romanis auibus, quem Tibris inaugurat, annus?
Quamquam omnes, quicumq; tui cognominis, anni,
Semper inoffenſum dederint ſucceſſibus omen,
Sintque tropæa tuas ſemper comitata ſecures;
Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
Vrbis & Auguſti geminato nomine felix.
Namque velut ſtellas Babylonia cura ſalubres
Optima tunc ſpondet mortalibus edere fata,
Cælicolæ cum celſa tenent, ſummoque feruntur
Cardine, nec radios humili ſtatione recondunt.
Haud aliter Latiæ ſublimis ſignifer aulæ,
Imperii ſidus prima cum ſede locauit,
Auget ſpes Italas: & certius omnia ſurgunt,
Victrici concepta ſolo, cum pulcer Apollo
Luſtrat Hyperboreas Delphis ceſſantibus aras.
Nil tum Caſtaliæ riuis communibus vndæ
Diſſimiles, vili nec diſcrepat arbore laurus.
Antraque mœſta ſilent. inconſultique receſſus.
At ſi Phœbus adeſt, & frenis grypha iugalem
Ripæo tripodas repetens detorſit ab axe,
Tunc ſiluæ, tunc antra loqui, tunc viuere fontes,
Tunc ſacer horror aquis, adytiſque effunditur Echo
Clarior, & doctæ ſpirant præſagia rupes.
  Ecce Palatino creuit reuerentia monti,
Exſultatque habitante Deo, potioraque Delphis
Supplicibus late populis oracula pandit,
Atque ſuas ad ſigna iubet reuireſcere lauros.
Non alium certe decuit rectoribus orbis
Eſſe larem, nulloque magis ſe colle poteſtas
Æſtimat, & ſummi ſentit faſtigia iuris.
Attollens apicem ſubiectis regia roſtris
Tot circum delubra videt. tantiſque Deorum
Cingitur excubiis. iuvat intra tecta Tonantis
Cernere Tarpeia pendentes rupe Gigantes,
Cælataſque fores, mediiſque volantia ſigna
Nubibus, & denſum ſtipantibus æthera templis,
Æraque veſtitis numeroſa puppe columnis
Conſita, ſubnixaſque iugis immanibus ædes,
Naturam cumulante manu, ſpoliiſque micantes
Innumeros arcus. acies ſtupet igne metalli.
Et circumfuſo trepidans obtunditur auro.
Agnoſciſne tuos, princeps venerande, Penates?
Hæc ſunt, quæ primis olim miratus in annis,
Patre pio monſtrante, petis. nil optimus ille
Diuorum toto meruit felicius æuo,
Quam quod Romuleis victor ſub mœnibus egit
Te conſorte dies, cum ſe melioribus addens
Exemplis, ciuem gereret terrore remoto,
Alternos cum plebe iocos dilectaque paſſus
Iurgia, patriciaſque domos, priuataque paſſim
Viſere depoſito dignatus limina faſtu.
Publicus hinc ardeſcit amor, cum moribus æquis
Inclinat populo regale modeſtia culmen.
Teque rudem vitæ, quamuis diademate necdum
Cingebare comas, ſocium ſumebat honorum
Purpureo fotum gremio, paruumque triumphis
Induit. & magnis docuit præludere faſtis.
Te linguis variæ gentes, miſſique rogatum
Fœdera Perſarum proceres cum patre ſedentem
Hac quondam videre domo, poſitoque tiara
Submiſere genu. tecum prælarga vocauit
Ditandas ad dona tribus. fulgentia tecum
Collecti trabeatus adit delubra Senatus,
Romano puerum gaudens offerre favori,
Vt novus imperio iam tunc aſſueſceret heres.
Hinc tibi concreta radice tenacius hæſit,
Et penitus totis inolenit Roma medullis,
Dilectæque vrbis teneris conceptus ab annis
Tecum crevit amor: nec te mutare reverſum
Evaluit propria nutritor Boſporus arce.
Et quoties optare tibi, quæ mœnia malles,
Alludens genitor regni pro parte dediſſet,
Diuitis Auroræ ſolium. ſortemque paratam,
Sponte remittebas fratri. regat ille volentes
Aſſyrios. habeat Pharium cum Tigride Nilum:
Contingat mea Roma mihi. nec vota fefellit
Euentus. Fortuna novum molita tyrannum
Iam tibi quærebat Latium, belloque ſecundo
Protinus Eoa velox accitus ab aula
Suſcipis Heſperiam patrio bis Marte receptam.
Ipſa per Illyricas vrbes Oriente relicto
Ire Serena comes, nullo deterrita caſu
Materna te mente fouens, Latioque futurum
Rectorem, generumque ſibi. ſeniore ſupernas
Iam repetente plagas, illo ſub cardine rerum
Sedula ſeruatum per tot diſcrimina pignus
Reſtituit ſceptris patrui, caſtriſque mariti.
Certauit pietate domus, fidæque reductum
Coniugis officio Stiliconis cura recepit
  Felix ille parens, qui te ſecurus Olympum
Succedente petit. quam lætus ab æthere cernit
Se factis creuiſſe tuis! duo namque fuere
Europæ, Libyæque hoſtes. Mauruſius Atlas
Gildonis furias, Alaricum barbara Peuce

Nutrierat:

Nutrierat: qui ſæpe tuum ſpreuere profana
Mente patrem. Thraeum veniens è finibus alter
Hebri clauſit aquis; alter præcepta vocantis
Reſpuit, auxiliiſque ad proxima bella negatis,
Abiurata palam Libyæ poſſederat arua.
Quorum nunc meritam repetens non immemor iram
Suppliciis fruitur, natoque vltore triumphat.
Non ſic Thyeſtiadæ pœnas exegit Oreſtes:
Sed miſtum pietate nefas, dubitandaque cædis
Gloria maternæ laudem cum crimine penſat.
Pauit Iuleos inoiſo ſanguine Manes
Auguſtus. ſed falſa pij præconia ſumſit
In luctum patriæ ciuili ſtrage parentans.
At tibi cauſſa patris rerum coniuncta ſaluti
Bellorum duplicat lauros, iiſdemque tropeis
Reddita libertas orbi, vindicta parenti.
Sed mihi iam pridem captum Parnaſſia Maurum
Pieriis egit fidibus chelys. arma Getarum
Nuper apud ſocerum plectro celebrata recenti.
Adventus nunc ſacra tui libet edere Muſis,
Grataque patratis exordia ſumere bellis.
Iam Pollentini tenuatus funere campi
Conceſſaque ſibi (rerum ſic admonet vſus)
Luce, tot amiſſis ſociis, atque omnibus vna
Direptis opibus, Latio diſcedere iuſſus
Hoſtis, & immenſi reuolutos culmine fati,
Turpe retexit iter. qualis piratica puppis,
Quæ cunctis infenſa fretis, ſcelerumque referta
Diuitiis, multaſque diu populata carinas
Incidit in magnam bellatricemque triremem,
Dum prædam de more putat, viduataque cæſis
Remigibus, ſciſſis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis ſaucia fractis,
Ludibrium pelagi vento iactatur & vnda,
Vaſtator tandem pœnas luitura profundo:
Talis ab vrbe minas retro flectebat inanes
Italiam fugiens, & quæ venientibus ante
Prona fuit, iam difficilis, iam dura reuerſis.
Clauſa putat ſibi cuncta pauor, retroque relictos,
Quos modo terrebat, rediens exhorruit amnes.
Vndoſa tum forte domo, vitreiſque ſub antris
Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas
Voluebat pater Eridanus: quis bella maneret
Exitus: imperium ne Ioui, legeſque placerent,
Et vitæ Romana quies. an iura perosus
Ad priſcos pecudum damnaret ſæcula ritus.
Talia dum ſecum monet anxius, aduolat vna
Naiadum reſoluta comam, complexaque patrem,
En Alaricus, ait, non qualem nuper ouantem
Vidimus, exſangues, genitor, mirabere vultus.
Percenſere manum, tantaque ex gente iuuabit
Relliquias numeraſſe breues. iam deſine mæſta
Fronte queri, Nymphaſq; choris iam redde ſonoris.
Dixerat. ille caput placidis. ſublime fluentis
Extulit, & totis lucem ſpargentia ripis
Aurea roranti micuerunt cornua vultu.
Non illi madidum vulgaris arundine crinem
Velat honos. rami caput vmbrauere virentes
Heliadum, totiſque fluunt electra capillis.
Palla tegit latos humeros, curruque paterno
Intextus Phaëthon glaucos incendit amictus.
Fultaque ſub gremio celatis nobilis aſtris
Æthereum probat vrna decus. namque omnia luctus
Argumenta ſui Titan ſignauit Olympo,
Mutatumque ſenem plumis, & fronde ſorores,
Et fluuium, nati qui vulnera lauit anheli.
Stat gelidis auriga plagis, veſtigia fratris
Germanæ ſeruant Hyades, Cycnique ſodalis
Lacteus extentas aſpergit circulus alas.
Stellifer Eridanos ſinuatis fluctibus errans
Clara Noti conuexa rigat, gladioque tremendum
Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona.
Hoc Deus effulgens habitu proſpexit euntes
Deiecta ceruice Getas. tunc talia fatur.
Siccine mutatis properas, Alarice, reuerti
Conſiliis? Italiæ ſic te iam pœnitet oræ?
Nec iam cornipedem Tiberino gramine paſcis,
Vt rebare, tuum: Tuſcis nec figis aratrum
Collibus. ô cunctis Erebi digniſſime pœnis,
Tune Giganteis vrbem tentare Deorum
Aggreſſus furiis? nec te meus, improbe, ſaltem
Terruit exemplo Phaëthon, qui fulmina præceps
In noſtris efflauit aquis, dum flammea cæli
Flectere terrenis meditatur frena lacertis,
Mortalique diem ſperat diffundere vultu?
Crede mihi, ſimili bacchatur crimine, quiſquis
Adſpirat Romæ ſpoliis, vt Solis habenis.
Sic fatus Ligures Venetoſque erectior amnes
Magna voce ciet. frondentibus humida ripis
Colla leuant, pulcer Ticinus, & Addua viſu
Cærulus, & velox Atheſis, tarduſque meatu
Mincius, inque nouem conſurgens ora Timauus.
Inſultant omnes profugo, pacataque lætum
Inuitant ad prata pecus. iam Pana Lycæum.
Iam Dryades reuocant, & ruſtica Numina Faunos.
Tu quoque non paruum Getico, Verona, triumpho
Adiungis cumulum: nec plus Pollentia rebus
Contulit Auſoniis. aut mœnia vindicis Aſtæ
Hic iterum dum pacta mouet, damniſque coactus
Extremo mutare parat præſentia caſu:

Nil ſibi periurum ſenſit prodeſſe furorem,
Conuerti nec fata loco, multiſque ſuorum
Ditas pauit aues, inimicaque corpora voluens
Ionios Atheſis mutauit ſanguine fluctus.
Oblatum Stilicō violato fœdere Martem
Omnibus arripuit votis, vbi Roma periclo
Iam procul, & belli medius Padus arbiter ibat:
Iamque opportunam motu ſtrepuiſſe rebelli
Gaudet perfidiam, præbenſque exempla laboris
Suſtinet accenſos æſtiuo puluere Soles.
Ipſe manu metuendus adeſt, inopinaque cunctis
Inſtruit arma locis, &, qua vocat vſus, ab omni
Parte venit. feſſo ſi deficit agmine miles,
Vtitur auxiliis. damni ſecurus, & aſtu,
Debilitat ſæuum cognatis viribus Iſtrum,
Et duplici lucro committens prælia, vertit
In ſe barbariem nobis vtrimque cadentem.
Ipſum te caperet, letoque, Alarice, dediſſet,
Ni calor incauti male feſtinatus Alani
Diſpoſitum turbaſſet opus. prope captus anhelum
Verbere cogis equum. nec te vitaſſe dolemus.
I potius gentis reliquum, tantiſque ſuperſtes
Danubij populis, & noſtrum viue tropæum.
Non tamen ingenium tantis ſe cladibus atrox
Deiicit. occulto tentabat tramite montis,
Si quas per ſcopulos ſubitas exquirere poſſet
In Rhætos, Galloſque vias. ſed fortior obſtat
Cura ducis (quis enim diuinum fallere pectus
Poſſit) & excubiis vigilantia lumina regni:
Cuius conſilium non vnquam repperit hoſtis,
Nec potuit texiſſe ſuum. ſecreta Getarum
Noſſe prior, celerique dolis occurrere ſenſu.
Omnibus excluſus cœptis conſedit in imo
Colle tremens, frondeſque licet depaſtus amatas,
Arboreo figat ſonipes in cortice morſus,
Et tetris collecta cibis, annique vapore
Sæuiat aucta lues. & miles probra ſuperbus
Ingerat obſeſſo, captiuaque pignora monſtret:
Non tamen aut morbi tabes, aut omne periclum
Docta ſubire fames, aut prædæ luctus ademptæ,
Aut pudor, aut dictis mouere procacibus iræ,
Vt male tentato toties ſe credere campo
Cominus auderet. nulla eſt victoria maior
Quam quæ confeſſos animo quoq; ſubiugat hoſtes,
Iamque frequens rarum decerpere transfuga robur
Cœperat, inque dies numerus decreſcere caſtris:
Nec iam deditio paucis occulta parari,
Sed cunei, totæque palam diſcedere turmæ.
Conſequitur. vanoque fremens clamore retentat,
Cumque ſuis iam bella gerit: mox numina ſupplex
Cum precibus, fletuque ciet, veterumque laborum
Admonet, & fruſtra iugulum parentibus offert,
Defixoque malis animo ſua membra, ſuaſque
Cernit abire manus. qualis Cybeleia quaſſans
Hyblæus procul æra ſenex reuocare fugaces
Tinnitu conatur apes, quæ ſponte relictis
Deſciuere fauis; ſonituque exhauſtus inani
Raptas mellis opes, ſolitæque oblita latebræ
Perfida deplorat vacuis examina ceris.
Ergo vbi præcluſæ voci laxata remiſit
Frena dolor, notaſque oculis humentibus Alpes
Adſpicit, & nimium diuerſi ſtamine fati
Præteritos reditus, fortunatoſque reuoluit
Ingreſſus, ſolo peragens cum murmure bellum;
Protento leuiter frangebat mœnia conto,
Irridens ſcopulos. nunc deſolatus, & exſpes
Debita pulſato reddit ſpectacula monti.
Tunc ſic Auſonium reſpectans æthera fatur:
Heu regio funeſta Getis, heu terra ſiniſtris
Auguriis calcata mihi, ſatiare nocentum
Cladibus, & tandem noſtris inflectere pœnis.
En ego, qui toto ſublimior orbe ferebar,
Ante tuum felix aditum, ceu legibus exſul,
Addictuſque reus flatu propiore ſequentum
Terga premor. quæ prima miſer, quæ funera dictis
Poſteriora querar? nec me Pollentia tantum,
Nec raptæ cruciatis opes. hæc aſpera fati
Sors tulerit, Martiſque vices. non funditus armis
Concideram, ſtipatus adhuc, equitumque catervis
Integer, ad montes reliquo cum robore ceſſi,
Quos Apenninum perhibent: hunc eſſe ferebat
Incola, qui Siculum porrectus aduſque Pelorum
Finibus ab Ligurum populos amplectitur omnes
Italiæ, geminumque latus ſtringentia longe
Vtraque perpetuo diſcriminat æquora tractu.
Hæc ego continuum ſi per iuga tendere curſum,
Vt prior iratæ fuerat ſententia menti,
Iam deſperata voluiſſem luce, quid vltra?
Omnibus oppeterem fama meliore peruſtis.
Et certe moriens propius te, Roma, viderem.
Ipſaque per cultas ſegetes mors noſtra ſecuto
Victori damnoſa foret. ſed pignora nobis
Romanus, caraſque nurus, prædamque tenebat.
Hoc magis exertum raperem ſuccinctior agmen.
Heu, quibus inſidiis, qua me circumdedit arte
Fatalis ſemper Stilico! dum parcere fingit,
Rettulit hoſtiles animos, bellumque remenſo
Enaluit transferre Pado. proh fœdera ſæuo
Deteriora iugo! tunc vis extincta Getarum,
Tunc mihi, tunc letum pepigi violentior armis

Omnibus

Omnibus expugna: noſtram clementia gentem.
Mais grauior ſub pace latet, capiorque viciſſim
Fraudibus ipſe meis. quis iam ſolatia feſſo,
Conſiliumue ferat? ſocius ſuſpectior hoſte.
Atque vtinam cunctos licuiſſet perdere bello,
Nam quiſquis duro cecidit certamine, nunquam
Deſinet eſſe meus melius mucrone petirent,
Auferretque mihi luctu leuiore ſodales
Victa manus. quam læſa fides nullusne clientum
Permanet? infenſi comites. odere propinqui.
Quid moror inuiſam lucem? qua ſede recondam
Naufragii fragmenta mei? quæue arua requiram,
In quibus haud vnquam Stilico nomenq; potentis
Italiæ noſtras nomen circumſonat aures?
Hæc memorans inſtante fugam Stilicone tetendit
Expertas horrens Aquilas. comitatur euntem
Pallor, & atra fames, & ſaucia liuidus ora
Luctus, & inferno ſtridentes agmine morbi.
Luſtralem ſic triſte facem, cui lumen odorum
Sulfure cæruleo, nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda ſacerdos,
Rore pio ſpargens, &, dira fugantibus herbis
Numina, terrificumque Iouem, Triuiamq; precatus
Trans caput auerſis manibus iaculatur in Auſtrum
Secum rapturas cantata piacula tedas.
Acrior interea viſendi principis ardor
Accendit cum plebe Patres & ſæpe negatum
Flagitat aduentum. nec tali publica vota
Conſenſu tradunt arani caluiſſe per vrbem.
Dacica bellipotens cum fregerat Vlpius arma,
Atque indignantes in iura redegerat Arctos,
Cum cinxere faces Hypanim, miratsque leges
Romanum ſtupuit Mæotica terra tribunal.
Non tantis patriæ ſtudiis ad templa vocatus
Clemens Marce redis, cum gentibus vndiq; cinctam
Exuit Heſperiam paribus fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum: nam flameus imber in hoſtem
Decidit: hunc dorſo trepidum fumante ferebat
Ambuſtus ſonipes: hic tabeſcente ſolutus
Subſedit galea, liquefactsque fulgure cuſpis
Canduit, & ſubitis fluxere vaporibus enſes.
Tunc contenta polo mortalis neſcia teli
Pugna fuit. Chaldæa mago ſeu carmina ritu
Armauere Deos: ſeu, quod reor, omne Tonantis
Obſequium Marci mores potuere mereri.
Nunc quoque præſidium Latio non deeſſet Olympi,
Deficeret ſi noſtra manus ſed prouidus æther
Noluit humano titulos auferre labori,
Ne tibi iam, Princeps, ſoceri ſudore paratam,
Quam meruit virtus, ambirent fulmina laurum.
Iam toties miſſi proceres reſponſa morandi
Rettulerant, donec differri longius vrbis
Communes non paſſa preces penetralibus altis
Proſilijt, vultuſque palam confeſſa coruſcos
Impulit ipſa ſuis cunctantem Roma querelis,
Diſſimulata diu triſtes in amore repulſas:
Veſtra parens, Auguſte, queror. quonam vſq; tenebit
Prælatus mea vota Ligur, vetitumque propinqua
Luce frui, ſpatiis diſcernens gaudia paruis
Torquebit Rubicon vicino nomine Tibrim?
Nonne ſemel ſpreuiſſe ſat eſt, cum reddita bellis
Africa venturi ſpe luſit Principis vrbem,
Nec duras tantis precibus permouimus aures?
Aſt ego frenabam geminos, quibus altior ires.
Electi candoris equos, & nominis arcum
Iam molita tui, per quem radiante decorus
Ingrederere toga, pugnæ monumenta dicabam,
Defenſam titulo Libyam teſtata perenni.
Iamque parabantur pompæ ſimulacra futuræ
Tarpeio ſpectanda Ioui. cælata metallo
Claſſis, vt auratos ſulcaret remige fluctus,
Vt Maſſyla tuos anteirent oppida currus.
Palladiaque comas innexus arundine Triton
Edomitis veheretur equis, & in ære trementem
Succinctæ famulum ferrent Atlanta cohortes.
Ipſe Iugurthinam ſubitutus carcere pœnam
Præberet fera colla iugo vl captus & armis,
Nec Bocchi Syllæue dolis. ſed prima remitto.
Num præſens etiam Getici me laurea belli
Declinare poteſt? ſedeſne capacior vlla
Tantæ laudis erit? tua te benefacta morantem
Conueniunt, meritiſque ſuis obnoxia virtus
Quod ſeruauit. amat. Iam flaueſcentia centum
Meſſibus æſtiuæ detondent Gargara falces.
Spectatoſque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus ſæcula conſul.
His annis, qui luſtra mihi bis dena recenſent,
Noſtra ter Auguſtos intra pomeria vidi,
Temporibus variis: eadem ſed cauſſa tropæi
Ciuilis diſſenſus erat. venere ſuperbi
Scilicet vt Latio reſperſos ſanguine currus
Adſpicerem. quiſquamne piæ lætanda parenti
Natorum lamenta putet? fauere tyrannis,
Sed nobis periere tamen. cum Gallica vulgo
Prælia iactaret, tacuit Pharſalica Cæſar.
Namque inter ſocias acies, cognataque ſigna,
Vt vinci miſerum, numquam viciſſe decorum,
Reſtituat priſcum per te iam gloria morem
Verior. & fructum ſinceræ laudis ab hoſte
Deſuetum iam redde mihi, ſumptiſque furoris

Profuit hoc vincente capi. multoſque ſubactos
Aſpera laturæ commendauere catenæ.
Magnarum largitor opum, largitor honorum
Pronus, & in melius gaudens conuertere fata.
Hinc amor, hinc validum deuoto milite robur,
Hinc natis manſura fides. hoc nobilis ortu
Naſceris, æquæua cum maieſtate creatus,
Nullaque priuatæ paſſus contagia ſortis.
Omnibus acceptis vltro te regia ſolum
Protulit, & patrio felix adoleſcis in oſtro,
Membraque veſtitu numquam temerata profano
In ſacros cecidere ſinus. Hiſpania patrem
Auriferis eduxit aquis. te gaudet alumno
Boſporus. Heſperio de limine ſurgit origo:
Sed nutrix Aurora tibi. pro pignore tanto
Certatur. geminus ciuem te vindicat axis.
Herculis, & Bromii ſuſtentat gloria Thebas.
Hæſit Apollineo Delos Latonia partu;
Cretaque ſe iactat tenero reptata Tonanti.
Sed melior Delo, Dictæis clarior oris,
Quæ dedit hoc Numen regio. non litora noſtro
Sufficerent anguſta Deo. nec inhoſpita Cynthi
Saxa tuos artus duro læſere cubili.
Acclinis genitrix auro, circumflua gemmis,
In Tyrios enixa toros. vlularunt verendis
Aula puerperiis. quæ tunc documenta futuri?
Quæ voces auium? quanti per inane volatus?
Quis vatum diſcurſus erat? tibi corniger Ammon,
Et dudum taciti rupere ſilentia Delphi.
Te Perſæ cecinere Magi. te ſenſit Etruſcus
Augur, & inſpectis Babylonius horruit aſtris.
Chaldæi ſtupuere ſenes, Cumanaque rurſus
Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ.
Nec te progenitum Cybeleius ære ſonoro
Luſtrauit Corybas. exercitus vndique fulgens
Adſtitit. ambiunt ſignis auguſtior infans.
Senſit adorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis. vitam tibi contulit idem
Imperiumque dies. inter cunabula Conſul
Proueheris ſignans poſito modo nomine faſtos
Donaturque tibi, qui te produxerat, annus.
Ipſa Quirinali paruum te cinxit amictu
Mater, & ad primas docuit reptare curules.
Vberibus ſanctis, immortalique Deorum
Creſcis adoratus gremio. tibi ſæpe Diana
Mænalios arcus, venatriceſque pharetras
Suſpendit, puerile decus. tu ſæpe Mineruæ
Luſiſti clipeo, fuluamque impune petebans
Ægida tractaſti blandos interritus angues.
Sæpe tuas etiam iam tum gaudente marito
Velauit Regina comas, feſtinaque voti
Præſumtum diadema dedit. tum leuibus vlnis
Suſtulit, & magno porrexit ad oſcula patri.
Nec dilatus honos. mutatus principe Cæſar
Protinus æquaris fratri: nec certius vmquam
Hortati Superi. nullis præſentior æther
Affuit ominibus. tenebris inuoluerat atris
Lumen hiems, denſoſque Notus collegerat imbres.
Sed mox, cum ſolita miles te voce leuaſſet,
Nubila diſſoluit Phœbus, pariterque dabantur
Sceptra tibi, mundoque dies. caligine liber
Boſporus aduerſam patitur Chalcedona cerni.
Nec tantum vicina nitent. ſed tota repulſis
Nubibus exuitur Thrace. Pangæa renident,
Inſuetoſque palus radios Mæotica vibrat.
Nec Boreas nimbos, aut Sol ardentior egit.
Imperii lux illa fuit. præſagus obibat
Cuncta nitor: riſitque tuo Natura ſereno.
Viſa etiam medio populis mirantibus audax
Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuſo
Languida, ſed quantus numeratur nocte Bootes.
Emicuitque plagis alieni temporis hoſpes
Ignis, & agnoſci potuit, cum luna lateret.
Siue parens Auguſta fuit, ſeu forte reluxit
Diuus auus. ſeu te claris properantibus aſtris
Cernere Sol patiens cælum commune remiſit.
Apparet quid ſigna ferant. ventura poteſtas
Claruit Aſcanio, ſubita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex, Phrygioque volutus
Vertice, fatalis redimiret tempora candor.
At tua celeſtes illuſtrant omina flammæ.
Talis ab Idæis primæuus Iupiter antris
Poſſeſſi ſtetit arce poli, famuloſque recepit
Natura tradente Deos. lanugine nondum
Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant
Moturæ conuexa comæ. tum ſcindere nubes
Diſcebat, fulmenque rudi torquere lacerto.
Lætior auguſto genitor, natiſque ſuperbus
Iam paribus, duplici fultus conſorte redibat.
Splendebatque pio complexus pignora curru.
Haud aliter ſummo gemini cum patre Lacones
Progenies Ledæa ſedent: in vtroque relucet
Frater, vtroque ſoror. ſimilis chlamys effluit auro.
Stellati pariter crines, iuuat ipſe Tonantem
Error, & ambiguæ placet ignorantia matri.
Eurotas proprios diſcernere neſcit alumnos
Vt domus excepit reduces. ibi talia tecum
Pro rerum ſtabili fertur ditione locutus.
Si tibi Parthorum ſolium fortuna dediſſet
Care puer, terriſque procul venerandus Eois

Sar-

Barbarus Arſacio conſurgeret ore tiaras:
Sufficeret ſublime genus, luxuque fluentem
Deſide nobilitas poſſet te ſola tueri.
Altera Romanæ longe rectoribus aulæ
Conditio. virtute decet, non ſanguine niti:
Maior, & vlterior, fato coniuncta potenti.
Vile latens virtus. quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit? obſcuro veluti ſine remige puppis,
Vel lyra, quæ reticet; vel, qui non tenditur, arcus.
Hanc tamen haud quiſquam, qui non agnouerit ante
Semet, & incertos animi placauerit æſtus,
Inueniet. longis illuc ambagibus itur.
Diſce orbis, quod quiſque ſibi. Cum conderet artus
Noſtros, æthereis miſcens terrena Prometheus,
Sinceram patrio mentem furatus Olympo
Continuit clauſtris, indignantemque reuinxit.
Et, cum non aliter poſſent mortalia fingi,
Adiunxit geminas. illæ cum corpore lapſæ
Intereunt: hæc ſola manet, buſtoque ſuperſtes
Euolat. hanc alta capitis fundauit in arce
Mandatricem operum, proſpecturamque labori.
Illas inferius collo, præceptaque ſummæ
Paſſuras dominæ digna ſtatione locauit.
Quippe opifex veritus confundere ſacra profanis,
Diſtribuit partes animæ, ſedeſque remouit.
Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, auidamque nocendi,
Præcipitemque ſui. rabie ſuccenſa tumeſcit.
Contrahitur tepefacta metu. cumque omnia ſecum
Duceret, & requiem membris veſana negaret;
Inuenit pulmonis opem, madidumque furenti
Præbuit, vt tumidæ ruerent in mollia fibræ.
At ſibi cuncta petens, nil collatura cupido
In iecur, & tractus imos compulſa receſſit.
Quæ, velut immanes reſerat dum bellua rictus,
Expleri, paſcique nequit: nunc verbere curas
Torquet auaritiæ. ſtimulis nunc flagrat amorum,
Nunc gaudet, nunc mæſta dolet, ſatiataque rurſus
Exoritur, cæſaque redit pollentius Hydra.
Hos igitur potuit ſi quis ſedare tumultus,
Inconcuſſa dabit puræ ſacraria menti.
Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,
Seruitij patiere iugum: tolerabis iniquas
Interius leges. tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris rex eſſe tui. procliuior vſus
In peiora datur, ſuadetque licentia luxum,
Illecebriſque effrena fauet. tunc viuere caſte
Aſperius, cum prompta Venus. tunc durius iræ
Conſulitur, cum pœna patet ſed comprime motus:
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit.
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.
Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe
Facta palam; nec poſſe dari regalibus vſquam
Secretum vitiis. nam lux altiſſima fati
Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
Intrat, & obſtruſos explorat fama receſſus.
Sis pius in primis. nam cum vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.
Neu dubie ſuſpectus agas: neu falſus amicis,
Rumorumue auidus. qui talia curat, inanes
Horrebit ſtrepitus nulla non anxius hora.
Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila,
Quam tutatur amor. non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.
Nonne vides, operum quod ſe pulcerrimus ipſe
Mundus amore liget, nec vi connexa per æuum
Conſpirent elementa ſibi? quod limite Phœbus
Contentus medio, contentus litore Pontus?
Et qui perpetuo terras ambitque vehitque,
Nec premat incumbens oneri, nec ceſſerit aër?
Qui terret, plus ipſe timet. ſors iſta tyrannis
Conuenit. inuideant claris, forteſque trucident,
Muniti gladiis viuant, ſeptique venenis
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.
Tu ciuem, patremque geras. tu conſule cunctis,
Nec tibi. nec tua te moueant, ſed publica vota.
In commune iubes ſi quid, cenſeſque tenendum,
Primus iuſſa ſubi. tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. componitur orbis
Regis ad exemplum. nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, vt vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.
His tamen effectis, nec faſtidire minores,
Neu pete præſcriptos homini tranſcendere fines.
Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.
Non tibi tradidimus dociles ſeruire Sabæos;
Armeniæ dominum nec te præfecimus oræ;
Nec damus Aſſyriam, tenuit quam femina, gentem.
Romani, qui cuncta diu rexere, regendi:
Qui nec Tarquinij faſtus, nec iura tulere
Cæſaris. annales veterum delicta loquuntur.
Hærebunt maculæ. quis non per ſæcula damnat
Cæſareæ portenta domus? quem dira Neronis
Funera, quem rupes Caprearum tetra latebit
Inceſto poſſeſſa ſeni? victura feretur

Gloria Traiani; non tam quod Tigride victo,
Nuſtra triumphati fuerat provincia Parthi,
Alta quod inuectus ſtratis Capitolia Dacis,
Quam patriæ quod mitis erat. ne; deſine tales
Nate ſequi. ſi bella tonant, prius agmina dutis
Exerce ſtudiis; & ſæuo præſtrue Marti.
Non brumæ requies, non hibernacula ſegnes
Eneruent torpore manus. ponenda ſalubri
Caſtra loco: præbenda vigil cuſtodia vallo.
Diſce vbi denſari cuneos, vbi cornua tendi
Æquius, aut iterum flecti: quæ montibus aptæ,
Quæ campis acies, fraudi quæ accommoda vallis:
Quæ via difficilis. ſidit ſi mœnibus hoſtis,
Tum tibi murali libretur machina pulſu.
Saxa rotet præceps aries, prætentaque portas
Teſtudo feriat. ruat emenſura iuuentus
Effoſſi per operta ſoli. ſi longa moretur
Obſidio; tum vota caue ſecura remittas,
Incluſumue putes. multis damnoſa fuere
Gaudia. diſperſi pereunt, ſomnoque ſoluti.
Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.
Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Deliciis, neue imbelles ad ſigna miniſtros
Luxuries armata trahat: neu flantibus Auſtris,
Neu pluuiis cedas: neu defenſura calorem
Aurea ſummoueant rapidos vmbracula Soles.
Inuentis vtere cibis: ſolabere partes
Æquali ſudore tuas. ſi collis iniquus,
Primus ini. ſiluam ſi cædere prouocat vſus,
Ne pudeat ſumpta quercum ſtrauiſſe bipenni.
Calcatur ſi pigra palus, tuus ante profundum
Prætentet ſonipes. fluuios tu protere curru
Hærentes glacie. liquidos tu ſcinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te conſere turmas:
Nunc pedes aſſiſtas pediti. tum promptius ibunt
Te ſocio: tum conſpicuus, gratuſque geretur
Sub te teſte labor. dicturum plura parentem
Voce ſubis: equidem, faueant modo Numina cœptis,
Hæc effecta dabo: nec me fratrique, tibique
Diſſimilem populi commiſſaque regna videbunt.
Sed cur non potius, verbis quæ differis, vſu
Experior? gelidas certe nunc tendis in Alpes.
Duc tecum comitem. figant ſine noſtra tyrannum
Spicula. palleſcat noſtro ſine barbarus arcu.
Italiamne feram furiis prædonis acerbi
Subiectam? patiar Romam ſeruire clienti?
Vſque adeone puer? nec me polluta poteſtas,
Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?
et ſtrages equitare libet. da protinus arma.
tyrannos obicis? pugnæ cur arguor impar?

Æqualis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama ſolus
Verteret, & patri non degeneraret Achilli.
Denique ſi princeps caſtris hærere nequibo,
Vel miles veniam. delibat dulcia nati
Oſcula, miratuſque refert. laudanda petiſti:
Sed feſtinus amor. veniet robuſtior ætas.
Ne propera. nec dum decimas emenſus ariſtas
Aggrederis metuenda viris. veſtigia magnæ
Indolis agnoſco. fertur Pellæus, Eoum
Qui domuit Porum, cum proſpera ſæpe Philippi
Audiret, lætos inter fleuiſſe ſodales,
Nil ſibi vincendum patris virtute relinqui.
Hos video motus. fas ſit promittere patri.
Tantus eris: noſtro nec debes regna fauori,
Quæ tibi iam natura dedit. ſic mollibus olim
Stridula ducturum pratis examina regem
Naſcentem venerantur apes, & publica mellis
Iura petunt, traduntque fauos. ſic paſcua paruus
Vindicat, & nec dum firmatis cornibus audax
Iam regit armentum vitulus. ſed prælia differ
In iuuenem, patienſque meum cum fratre tuere
Me bellante locum, vos impacatus Araxes,
Vos celer Euphrates timeat. ſit Nilus vbique
Veſter, & emiſſo quidquid Sol imbuit ortu.
Si pateant Alpes, habeat ſi cauſſa ſecundos
Iuſtior euentus, aderis, parteſque receptas
Suſcipies, animoſa tuas vt Gallia leges
Audiat, & noſtros æquus modereris Iberos.
Tunc ego ſecurus fati, lætuſque laborum
Diſcedam, vobis vtrumque regentibus axem.
Interea, Muſis animus dum mollior, inſtes,
Et, quæ mox imitere, legas: nec deſinat vmquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.
Antiquos euolue duces. aſſueſce futuræ
Militiæ. Latium retro te confer in æuum.
Libertas quæſita placet? mirabere Brutum.
Perfidiam damnas? Metij ſatiabere pœnis.
Triſte rigor nimius? Torquati deſpue mores.
Mors impenſa bonum? Decios venerare ruentes.
Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles, Mucij te flama docebit.
Quid mora perficiat, Fabius: quid rebus in arctis
Dux gerat, oſtendat Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam
Regule. ſucceſſus ſuperant aduerſa Catonis.
Diſcitur in quantum paupertas ſobria poſſit?
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis.
Pauper Fabricius. Pyrrhi cum ſperneret aurum.
Sordida Serranus flexit Dictator aratra.

Luſtratæ

Luſtratæ lictore caſæ, faſceſque ſalignis
Poſtibus affixi. collectæ Conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.
Hæc genitor præcepta dabat. velut ille carinæ
Longæuus rector, variis quem ſæpe procellis
Explorauit hiems, Ponto iam feſſus & annis
Æquoreas alni nato commendat habenas,
Et caſus, arteſque docet, quo dextra regatur
Sidere, quo fluctus poſſint moderamine falli:
Quæ nota nimborum: quæ fraus infida ſerenis
Quid Sol occiduus prodat: qua ſaucia vento
Decolor iratos attollat Cynthia vultus.
Adſpice nunc quacunque micas, ſeu circulus Auſtri,
Magne parens, gelidi ſeu te meruere Triones:
Adſpice. completur votum. iam natus adæquat
Te meritis, &, quod magis eſt optabile, vincit,
Subnixus Stilicone tuo: quem fratribus ipſe
Diſcedens clipeum, defenſoremque dediſti.
Pro nobis nihil ille pati, nullumque recuſat
Diſcrimen tentare ſui: non dura viarum,
Non incerta maris. Libyæ ſqualentis arenas
Audebit ſuperare pedes, madidaque cadente
Pleiade, Gætulas intrabit nauita Syrtes.
Hunc tamen in primis populos lenire feroces,
Et Rhenum pacare iubes. volat ille citatis
Vectus equis, nullaque latus ſtipante caterua,
Aſpera nubiferas qua Rhetia porrigit Alpes,
Pergit, & hoſtiles, tanta eſt fiducia, ripas
Incomitatus adit. totum properare per amnem
Attonitos Reges humili ceruice videres.
Ante ducem noſtrum flauam ſparſere Sicambri
Cæſariem, pauidoque orantes murmure Franci
Procubuere ſolo. iuratur Honorius abſens,
Imploratque tuum ſupplex Alemania numen
Baſternæ venere truces. venit accola ſiluæ
Bructerus Hercyniæ. latiſque paludibus exit
Cimbrus, & ingentes Albim liquere Cheruſci.
Accipit ille preces varias, tardeque rogatus
Annuit, & magno pacem pro munere donat.
Nobilitant veteres Germanica fœdera Druſus,
Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus emta.
Quis victum meminit ſola formidine Rhenum?
Quod longis alij bellis potuere mereri,
Hoc tibi dat Stiliconis iter. poſt otia Galli
Limitis, hortaris Graias fulcire ruinas.
Ionium tegitur velis, ventique laborant
Tot curuare ſinus, ſeruaturaſque Corinthum
Proſequitur facili Neptunus gurgite claſſes.
Et puer Iſthmiaci iam pridem litoris exſul
Secura repetit portus cum matre Palæmon.
Caſtra cruore natant. metitur pellita iuuentus.
Pars morbo, pars enſe perit. non luſtra Lycæi,
Non Erymanthex iam copia ſufficit vmbræ
Innumeris exuſta rogis, nudataque ferro.
Sic flagraſſe ſuas lætantur Mænala ſiluas.
Excutiat cineres Ephyre. Spartanus, & Arcas
Tutius exſangues pedibus proculcet aceruos.
Feſſaque penſatis reſpiret Græcia pœnis.
Gens, qua non Scythicos diffuſior vlla Triones
Incoluit: cui paruus Athos, anguſtaque Thrace,
Cum tranſiret. erat; per te, vireſque tuorum
Fracta ducum. lugetque ſibi iam rara ſuperſtes,
Et, quorum turbæ ſpatium vix præbuit orbis.
Vno colle latent, ſitiens, incluſaque vallo
Ereptas quæſiuit aquas. quas hoſtibus ante
Contiguas alio Stilico deflexerat arcu,
Mirantemque nouas ignota per auia valles
Iuſſerat auerſo fluvium migrare meatu.
Obuia quid mirum vinci, cum Barbarus vltro
Iam cupiat ſeruire tibi? tua Sarmata diſcors
Sacramenta petit. proiecta pelle Gelonus
Militat. In Latios ritus tranſiſtis Alani.
Vt fortes in Marte viros, animiſque paratos,
Sic iuſtos in pace legis, longumque tueris
Electos, crebris nec ſuccedentibus vrges
Iudicibus, notis regimur, fruimurque quietis,
Militiæque bonis; ceu bellatore Quirino,
Ceu placido moderante Numa. non imminet enſis:
Nullæ nobilium cædes: non crimina vulgo
Texuntur: patria mæſtus non truditur exſul:
Impia continui ceſſant augmenta tributi:
Non infelices tabulæ: non haſta refixas
Vendit opes. auida ſector non voce citatur:
Nec tua priuatis creſcunt æraria damnis.
Munificus largis, ſed non es prodigus auri.
Perdurat non empta fides, nec pectora merces
Alligat. ipſa ſuo pro pignore caſtra laborant.
Te miles nutritor amat. quæ denique Romæ
Cura tibi? quam fixa manet reuerentia patrum?
Firmatur ſenium iuris, priſcamque reſumunt
Canitiem leges, emendanturque vetuſtæ,
Accedunt que nouæ. talem ſenſere Solonem
Res Pandioniæ. ſic armipotens Lacedæmon
Deſpexit muros rigido munita Lycurgo.
Quæ ſub te vel cauſſa grauis, vel iudicis error?
Nec legitur dubiis quis litibus addere finem
Iuſtior, & merſum latebris educere verum.
Quæ pietas, quantuſque rigor, tranquillaque magni
Vis animi, nulloque leuis terrore moueri;
Nec noua mirari facilis! quæ docta facultas

ngenij. ſinguæque modus! reſponſa verentur
Legati, grauibuſque latet ſub moribus ætas.
Quantus in ore pater! radiat quam torua voluptas
Frontis, & auguſti maieſtas grata pudoris!
Iam patrias imples galeas: iam cornus auita
Tentatur. vibranda tibi promittitur ingens
Dextra rudimentis, Romanaque vota moratur.
Quis decor, incedis quoties clipeatus, & auro
Squameus, & rutilus criſtis, & caſſide maior!
Sic cum Threicia primum ſudaret in haſta,
Flumina lauerunt puerum Rhodopeia Martem.
Quæ vires iaculis! vel enim Gortynia tendit
Spicula, quam felix arcus, certique petitor
Vulneris, & iuſſum mentiri neſcius ictum!
Scis quo more Cydon, qua dirigat arte ſagittas
Armenius, refugo quæ ſit fiducia Partho.
Sic Amphioniæ pulcer ſudore palæſtræ
Alcides pharetras, Dircæaque tela ſolebat
Prætentare feris, olim domitura Gigantes,
Et pacem latura polo: ſemperque cruentus
ibat, & Alcmenæ prædam referebat ovanti.
Cæruleus tali proſtratus Apolline Python
Implicuit fractis moritura volumina ſiluis.
Cum vectaris equo, ſimulacraque Martia ludis,
Quis molles ſinuare fugas, quis tendere conium
Acrior, aut ſubitos melior flexiſſe recurſus?
Non te Maſſagetæ, non gens exercita campo
Theſſala, non ipſi poterunt æquare bimembres.
Vix comites alæ, vix te ſuſpenſa ſequuntur
Agmina, ferventeſque tamen poſt terga dracones.
Vtque tuis primum ſonipes calcaribus arſit,
gneſcunt patulæ nares. non ſentit arenas
Vngula, diſcuſſæque iubæ ſparguntur in armos.
Turbantur phaleræ. ſpumoſis morſibus aurum
Fumat. anhelantes exundant ſanguine gemmæ,
Ipſe labor, pulviſque decet, confuſaque motu
Cæſaries. veſtis radiato muriee Solem
Combibit. ingeſto criſpatur purpura vento,
Si dominus legeretur equis, tua poſceret vltro
Verbera Nereidum ſtabulis nutritus Arion,
Serviretque tuis contempto Caſtore frenis
Cyllarus, & flavum Xanthus ſpreuiſſet Achillem.
Ipſe tibi famulas præberet Pegaſus alas,
Portaretque libens, melioraque pondera paſſus
Bellerophonteas indignaretur habenas.
Quin etiam velox Auroræ nuncius Æ[illegible]n,
Qui fugat hinnitu ſtellas, roſeoque domatur
Lucifero, quoties equitem te cernit ab aſtris,
Inuidet, inque tuis mauult ſpumare lupatis.
Nunc quoq; quos habitus, quantæ miracula pompæ
Vidimus, Auſonio cum iam ſuccinctus amictu
Per Ligurum populos ſolito conſpectior ires,
Atque inter niveas alte veherere cohortes,
Obnixiſque ſimul pubes electa lacertis
Sidereum geſtaret onus! ſic Numina Memphis
In vulgus proferre ſolet. penetralibus exit
Effigies; breuis illa quidem: ſed plurimus infra
Liniger impoſita ſuſpirans veſte ſacerdos
Teſtatur ſudore Deum. Nilotica ſiſtris
Ripa ſonat, Phariosque modos Ægyptia ducit
Tibia. ſubmiſſis admugit cornibus Apis.
Omnis nobilitas, omnis tua ſacra frequentat
Tibridis, & Latij ſoboles. convenit in vnum
Quidquid in orbe fuit procerũ, quibus auctor honoris
Vel tu, vel genitor. numeroſo Conſule Conſul
Cingeris, & ſocios gaudes admittere patres.
Illuſtri te prole Tagus, te Gallia docta
Ciuibus, & toto ſtipauit Roma Senatu,
Portatur iuuenum ceruicibus aurea ſedes,
Ornatque novo grauior Dea. aſperat Indus
Velamenta lapis, pretioſaque fila ſmaragdis
Ducta virent. amethyſtus ineſt, & fulgor Iberus
Temperat arcanis hyacinthi cærula flammis.
Nec rudis in tali ſuffecit gratia textu:
Auget acus meritum, picturarumque metallis
Viuit opus, multaque ornantur iaſpide vultus,
Et variis ſpirat Nereia bacca figuris.
Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitioſa colus? vel cuius pectinis arte
Traxerunt ſolidæ gemmarum ſtamina telæ?
Inuia quis calidi ſcrutatus ſtagna profundi
Tethyos inuaſit gremium? quis diuitis algæ
Germina flagrantes inter quæſiuit arenas?
Quis iunxit lapides oſtro? quis miſcuit ignes
Sidonij rubrique maris? tribuere colorem
Phœnices, Seres ſubtemina, pondus Hydaſpes.
Hoc ſi Mæonias cinctu graderere per vrbes,
In te pampineos proferret Lydia thyrſos,
In te Nyſa choros dubitarent Orgia Bacchi
Cui fuerent. irent blandæ ſub vincula tigres.
Talis Erythræis intextus nebrida gemmis
Liber agit currus, & Caſpia flectit eburnia
Colla iugis. Satyri circum, crinemque ſolutæ
Mænades adſtringunt ederis victricibus Indos.
Ebrius hoſtili velatur palmite Ganges.
Adſpice. mox lætum ſonuit clamore tribunal.
Te faſtos ineunte quater, ſollennia ludit
Omnia libertas. deductum Vindice morem
Lex celebrat, famuluſque iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.

Triſtis

Triſtis conditio pulſata fronte recedit
In cinem. rubuere genæ, tergoque remouit
Verbera promiſſi felix iniuria voti.
Proſpera Romuleis ſperantur tempora rebus
In nomen ventura tuum. præmiſſa futuris
Dant exempla fidem. quoties te curſibus ævi
Præfecit, toties acceſſit laurea parti.
Auſi Danubium quondam tranſnare Gothunni
In linres fregere nemus. tibi mille ruebant
Per fluuium plenæ cuneis immanibus alni.
Dux Odothæus erat. tantæ conamina claſſis
Incipiens ætas & primus contudit annus.
Submerſæ ſedere rates. fluitantia numquam
Largius Arctoos pauere cadauera piſces.
Corporibus premitur Peuce per quinque recurrens
Oſtia, Barbaricos vix egerit vnda cruores.
Confeſſuſque parens Odothæi Regis opima
Rettulit, exſuuiaſque tibi. ciuile ſecundis
Conficis auſpiciis bellum. tibi debeat orbis
Fata Gothunnorum, debellatumque tyrannum.
Iſter ſanguineos egit te Conſule fluctus.
Alpinos genitor rupit te Conſule montes.
Sed patriis olim fueras ſucceſſibus auctor,
Nunc eris ipſe tuis. ſemper venere triumphi
Cum trabeis. ſequiturque tuos victoria faſces.
Sis precor aſſiduus Conſul, Mariique relinquas
Et ſenis Auguſti numerum. quæ gaudia mundi,
Per tua lanugo cum ſerpere cœperit ora:
Cum tibi prodiderit feſtas nox pronuba tædas!
Quæ tali deuota toro, quæ matrice fulgens
Ibit in amplexus tanti Regina mariti?
Quænam tot Diuis veniet nurus, omnibus aruis,
Et toto dotanda mari? quantuſque feretur
Idem per Zephyri metas Hymenæus & Euri!
O mihi ſi liceat thalamis intendere carmen
Connubiale tuis, ſi te iam dicere patrem
Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua victor,
Arcadius captæ ſpoliis Babylonis onuſtus
Communem maiore toga ſignabitis annum,
Criniteſque tuo ſudabit faſce Suëuus:
Vltima fraternas horrebunt Bactra ſecures.

CL. CLAVDIANI

IN SEXTVM CONSVLATVM

Honorii Auguſti

Præfatio.

OMnia, quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa, toro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſiluas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cauetur equis.
Furto gaudet amans, permutat nauita merces,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaque largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſſuetis ſollicitare ſolet.
Namque poli media ſtellantis in arce videbar
Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.
Vtque fauet ſomnus, plaudebant numina dictis,
Et circumfuſi ſacra corona chori.
Enceladus mihi carmen erat, victuſque Typhoeus:
Hunc premit Inarimes, hunc grauis Ætna domat.
Quam lætus poſt bella Iouem ſuſceperit æther,
Phlegrææ referens præmia militiæ.
Additur ecce fides, nec me mea luſit imago,
Irrita nec falſum ſomnia miſit ebur.
En princeps, en orbis apex æquatus Olympo,
En, quales memini, turba verenda Dei.
Fingere nil maius potuit ſopor, altaque vati
Conuentum cælo præbuit aula parem.

CL. CLAVDIANI

DE SEXTO CONSVLATV

Honorii Auguſti.

Panegyris.

AVrea Fortunæ reduci ſi templa priores
Ob reditum vouere ducum, non dignius vmquam
Hæc Deo pro meritis amplas ſibi poſceret ædes,
Quam ſua cum pariter trabeis reparatur & vrbi
Maieſtas. nec enim campi ſollennis & vrnæ

Luditur

Luditur in morem: ſpecies nec diſſona cœtu,
Aut peregrina nitet ſimulati iuris imago.
Indigenas habitus natiua Palatia ſumunt.
Et, patriis plebem caſtris ſociante Quirino,
Mars Auguſta ſui renouat ſuffragia campi.
Qualis erit terris, quem mons Euandrius offert
Romanis auibus, quem Tibris inaugurat, annus?
Quamquam omnes, quicumq; tui cognominis, anni,
Semper inoffenſum dederint ſucceſſibus omen,
Sintque tropæa tuas ſemper comitata ſecures;
Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
Vrbis & Auguſti geminato nomine felix.
Namque velut ſtellas Babylonia cura ſalubres
Optima tunc ſpondet mortalibus edere fata,
Cælicolæ cum celſa tenent, ſummoque feruntur
Cardine, nec radios humili ſtatione recondunt.
Haud aliter Latiæ ſublimis ſignifer aulæ,
Imperii ſidus prima cum ſede locauit,
Auget ſpes Italas: & certius omnia ſurgunt,
Victrici concepta ſolo, cum pulcer Apollo
Luſtrat Hyperboreas Delphis ceſſantibus aras.
Nil tum Caſtaliæ riuis communibus vndæ
Diſſimiles, vili nec diſcrepat arbore laurus.
Antraque mœſta ſilent. inconſultique receſſus.
At ſi Phœbus adeſt, & frenis grypha iugalem
Riphæo tripodas repetens detorſit ab axe,
Tunc ſiluæ, tunc antra loqui, tunc viuere fontes,
Tunc ſacer horror aquis, adytiſque effunditur Echo
Clarior, & doctæ ſpirant præſagia rupes.
Ecce Palatino creuit reuerentia monti,
Exſultatque habitante Deo, potioraque Delphis
Supplicibus late populis oracula pandit,
Atque ſuas ad ſigna iubet reuireſcere lauros.
Non alium certe decuit rectoribus orbis
Eſſe larem, nulloque magis ſe colle poteſtas
Æſtimat, & ſummi ſentit faſtigia iuris.
Attollens apicem ſubiectiſ regia roſtris
Tot circum delubra videt. tantiſque Deorum
Cingitur excubiis. iuvat intra tecta Tonantis
Cernere Tarpeia pendentes rupe Gigantes,
Cælataſque fores, mediiſque volantia ſigna
Nubibus, & denſum ſtipantibus æthera templis,
Æraque veſtitis numeroſa puppe columnis
Conſita, ſubnixaſque iugis immanibus ædes,
Naturam cumulante manu, ſpoliiſque micantes
Innumeros arcus. acies ſtupet igne metalli.
Et circumfuſo trepidans obtunditur auro.
Agnoſciſne tuos, princeps venerande, Penates?
Hæc ſunt, quæ primis olim miratus in annis,
Patre pio monſtrante, petis. nil optimus ille
Diuorum toto meruit felicius æuo,
Quam quod Romuleis victor ſub mœnibus egit
Te conſorte dies, cum ſe melioribus addens
Exemplis, ciuem gereret terrore remoto,
Alternos cum plebe iocos dilectaque paſſus
Iurgia, patriciaſque domos, priuataque paſſim
Viſere depoſito dignatus limina faſtu.
Publicus hinc ardeſcit amor, cum moribus æquis
Inclinat populo regale modeſtia culmen.
Teque rudem vitæ, quamuis diademate necdum
Cingebare comas, ſocium ſumebat honorum
Purpureo fotum gremio, paruumque triumphis
Induit, & magnis docuit præludere faſtis.
Te linguis variæ gentes, miſſique rogatum
Fœdera Perſarum proceres cum patre ſedentem
Hac quondam videre domo, poſitoque tiara
Submiſere genu. tecum prælarga vocauit
Ditandas ad dona tribus. fulgentia tecum
Collecti trabeatus adit delubra Senatus,
Romano puerum gaudens offerre favori,
Vt novus imperio iam tunc aſſueſceret heres.
Hinc tibi concreta radice tenacius hæſit,
Et penitus totis inoleuit Roma medullis,
Dilectæque vrbis teneris conceptus ab annis
Tecum crevit amor: nec te mutare reverſum
Evaluit propria nutritor Boſporus arce.
Et quoties optare tibi, quæ mœnia malles,
Alludens genitor regni pro parte dediſſet,
Diuitis Auroræ ſolium. ſortemque paratam,
Sponte remittebas fratri. regat ille volentes
Aſſyrios. habeat Pharium cum Tigride Nilum:
Contingat mea Roma mihi. nec vota fefellit
Euentus. Fortuna novum molita tyrannum
Iam tibi quærebat Latium, belloque ſecundo
Protinus Eoa velox accitus ab aula
Suſcipis Heſperiam patrio bis Marte receptam.
Ipſa per Illyricas vrbes Oriente relicto
Ire Serena comes, nullo deterrita caſu
Materna te mente fouens, Latioque futurum
Rectorem, generumque ſibi. ſeniore ſupernas
Iam repetente plagas, ille ſub cardine rerum
Sedula ſeruatum per tot diſcrimina pignus
Reſtituit ſceptris patrui, caſtriſque mariti.
Certauit pietate domus, fidæque reductum
Coniugis officio Stiliconis cura recepit
Felix ille parens, qui te ſecurus Olympum
Succedente petit. quam lætus ab æthere cernit
Se factis creuiſſe tuis! duo namque fuere
Europæ, Libyæque hoſtes. Mauruſius Atlas
Gildonis furias, Alaricum barbara Peuce

Nutrierat: qui ſæpe tuum ſpreuere profana
Mente patrem. Thracum veniens è finibus alter
Hebri clauſit aquis; alter præcepta vocantis
Reſpuit, auxiliiſque ad proxima bella negatis,
Abiurata palam Libyæ poſſederat arua.
Quorum nunc meritam repetens non immemor iram
Suppliciis fruitur, natoque vltore triumphat.
Enſe Thyeſtiadæ pœnas exegit Oreſtes:
Sed miſtum pietate nefas, dubitandaque cædis
Gloria maternæ laudem cum crimine penſat.
Pauit Iuleos inuiſo ſanguine Manes
Auguſtus. ſed falſa pij præconia ſumſit
In luctum patriæ ciuili ſtrage parentans.
At tibi cauſſa patris rerum coniuncta ſaluti
Bellorum duplicat lauros, iiſdemque tropeis
Reddita libertas orbi, vindicta parenti.
Sed mihi iam pridem captum Parnaſſia Maurum
Pierlis egit fidibus chelys. arma Getarum
Nuper apud ſocerum plectro celebrata recenti.
Aduentus nunc ſacra tui libet edere Muſis,
Grataque patratis exordia ſumere bellis.
Iam Pollentini tenuatus funere campi
Conceſſaque ſibi (rerum ſic admonet vſus)
Luce, tot amiſſis ſociis, atque omnibus vna
Direptis opibus, Latio diſcedere iuſſus
Hoſtis, & immenſi reuolutus culmine fati,
Turpe retexit iter. qualis piratica puppis.
Quæ cunctis infenſa fretis, ſcelerumque referta
Diuitiis, multaſque diu populata carinas
Incidit in magnam bellatricemque triremem,
Dum prædam de more putat, viduataque cæſis
Remigibus, ſciſſis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis ſaucia fractis,
Ludibrium pelagi vento iactatur & vnda,
Waſtato tandem pœnas luitura profundo:
Talis ab vrbe minas retro flectebat inanes
Italiam fugiens, & quæ venientibus ante
Prona fuit, iam difficilis, iam dura reuerſis.
Clauſa putat ſibi cuncta pauor, retroque relictos,
Quos modo terrebat, fugiens exhorruit amnes.
Vndoſa tum forte domo, vitreiſque ſub antris
Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas
Voluebat pater Eridanus: quis bella maneret
Exitus: imperiumne Ioui, legeſque placerent,
Et vitæ Romana quies, an iura peroſus
Ad priſcos pecudum damnaret ſæcula ritus.
Talia dum ſecum mouet anxius, aduolat vna
Naiadum reſoluta comam, complexaque patrem,
En Alaricus, ait, non qualem nuper ouantem
Vidimus. exſangues, genitor, mirabere vultus,
Percenſere manum, tantaque ex gente iuuabit
Relliquias numeraſſe breues. iam deſine mæſta
Fronte queri, Nymphaſq; choris iam redde ſonoris.
Dixerat. ille caput placidis. ſublime fluentis
Extulit, & totis lucem ſpargentia ripis
Aurea rotanti micuerunt cornua vultu.
Non illi madidum vulgaris arundine crinem
Velat honos. rami caput vmbrauere virentes
Heliadum, totiſque fluunt electra capillis.
Palla tegit latos humeros. curruque paterno
Intextus Phaëthon glaucos incendit amictus.
Fultaque ſub gremio celatis nobilis aſtris
Æthereum probat vrna decus. namque omnia luctus
Argumenta ſui Titan ſignauit Olympo.
Mutatumque ſenem plumis, & fronde ſorores,
Et fluuium, nati qui vulnera lauit anheli.
Stat gelidis auriga plagis, veſtigia fratris
Germanæ ſeruant Hyades, Cycnique ſodalis
Lacteus extentas aſpergit circulus alas.
Stellifer Eridanus ſinuatis fluctibus errans
Clara Noti conuexa rigat, gladioque tremendum
Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona.
Hoc Deus effulgens habitu proſpexit euntes
Deiecta ceruice Getas. tunc talia fatur.
Siccine mutatis properas, Alarice, retetti
Conſiliis? Italæ ſic te iam pœnitet oræ?
Nec iam cornipedem Tiberino gramine paſcis,
Vt rebare, tuum: Tuſcis nec figis aratrum
Collibus, ô cunctis Erebi digniſſime pœnis.
Tune Giganteis vrbem tentare Deorum
Aggreſſus furiis? nec te meus, improbe ſaltem
Terruit exemplo Phaëthon, qui fulmina præceps
In noſtris efflauit aquis, dum flamea cæli
Flectere terrenis meditatur frena lacertis,
Mortalique diem ſperat diffundere vultu?
Crede mihi, ſimili bacchatur crimine, quiſquis
Adſpirat Romæ ſpoliis, vt Solis habenis.
Sic fatus Ligures Venetoſque erectior amnes
Magna voce ciet. frondentibus humida ripis
Colla leuant, pulcer Ticinus, & Addua viſu
Cærulus, & velox Atheſis, tarduſque meatu
Mincius, inque nouem conſurgens ora Timauus.
Inſultant omnes profugo, pacataque lætum
Inuitant ad prata pecus. iam Pana Lycæum.
Iam Dryades reuocant, & ruſtica Numina Faunos.
Tu quoque non paruum Getico. Verona, triumpho
Adiungis cumulum: nec plus Pollentia rebus
Contulit Auſoniis. aut mœnia vindicis Aſtæ
Hic iterius dum pacta mouet, damniſque coactus
Extremo mutare parat præſentia caſu:

Nil ſibi periurum ſenſit prodeſſe furorem,
Conuerti nec fata loci, multiſque ſuorum
Ditas pauit aues, inimicaque corpora voluens
Inuitos Atheſis mutauit ſanguine fluctus.
Oblatum Stilico violato fœdere Martem
Omnibus arripuit votis, vbi Roma periclo
Iam procul, & belli medius Padus arbiter ibat:
Iamque opportunam motu ſtrepuiſſe rebelli
Gaudet perfidiam, præbenſque exempla laboris
Suſtinet accenſus æſtiuo puluere Soles.
Ipſe manu metuendus adeſt, inopinaque cunctis
Inſtruit arma locis, &. qua vocat vſus, ab omni
Parte venit. feſſo ſi deficit agmine miles,
Vtitur auxiliis. damni ſecurus, & aſtu,
Debilitat ſæuum cognatis viribus Iſtrum,
Et duplici lucro committens prælia, vertit
In ſe barbariem nobis vtrimque cadentem.
Ipſum te caperet, letoque, Alarice, dediſſet,
Ni calor incauti male feſtinatus Alani
Diſpoſitum turbaſſet opus. prope captus anhelum
Verbere cogis equum. nec te vitaſſe dolemus.
I potius gentis reliquum, tantiſque ſuperſtes
Danubij populis, & noſtrum viue tropæum.
Non tamen ingenium tantis ſe cladibus atrox
Deiicit. occulto tentabat tramite montis,
Si quas per ſcopulos ſubitas exquirere poſſet
In Rhætos, Galloſque vias. ſed fortior obſtat
Cura ducis (quis enim diuinum fallere pectus
Poſſit) & excubiis vigilantia lumina regni:
Cuius conſilium non vnquam reppetit hoſtis,
Nec potuit texiſſe ſuum. ſcelera Getarum
Noſſe prior, celerique dolis occurrere ſenſu.
Omnibus excluſus cœptis conſedit in imo
Colle tremens, frondeſque licet depaſtus amaras,
Arborem figat ſonipes in cortice morſus,
Et teteris collecta cibis, annique vapore
Sæuiat aucta lues. & miles probra ſuperbus
Ingerat obſeſſo, captiuaque pignora monſtret:
Non tamen aut morbi tabes, aut omne periclum
Docta ſubire fames, aut prædæ luctus ademptæ,
Aut pudor, aut dictis monere procacibus iræ,
Vt male tentato toties ſe credere campo
Cominus auderet. nulla eſt victoria maior
Quam quæ confeſſos animo quoq; ſubiugat hoſtes,
Iamque frequens ratum decerpere transfuga robur
Cœperat, inque dies numerus decreſcere caſtris:
Nec iam deditio paucis occulta parari,
Sed cunei, totæque palam diſcedere turmæ.
Conſequitur, vanoque fremens clamore retentat,
Cumque ſuis iam bella gerit: mox numina ſupplex
Cum precibus, fletuque ciet, veterumque laborum
Admonet, & fruſtra iugulum parcentibus offert,
Defixoque malis animo ſua membra, ſuaſque
Cerni rabire manus. qualis Cybeleia quaſſans
Hyblæus procul æra ſenex reuocare fugaces
Tinnitu conatur apes, quæ ſponte relictis
Deſeruere fauis; ſonituque exhauſtus inani
Raptas mellis opes, ſolitæque oblita latebræ
Perfida deplorat vacuis examina ceris.
Ergo vbi præcluſæ voci laxata remiſit
Frena dolor, notaſque oculis humentibus Alpes
Adſpicit, & nimium diuerſi ſtamine fati
Præterites reditus, fortunatoſque reuoluit
Ingreſſus, ſolo peragens eum murmure bellum,
Protento leuiter frangebat mœnia conto,
Irridens ſcopulos. nunc deſolatus, & exſpes
Debita pulſato reddit ſpectacula monti.
Tunc ſic Auſonium reſpectans æthera fatur:
Heu regio funeſta Getis, heu terra ſiniſtris
Auguriis calcata mihi, ſatiare nocentum
Cladibus, & tandem noſtris inflectere pœnis.
En ego, qui toto ſublimior orbe ferebar,
Ante tuum felix aditum, ceu legibus exſul,
Addictuſque reus flatu propiore ſequentum
Terga premor. quæ prima miſer, quæ funera dictis
Poſteriora querar? nec me Pollentia tantum,
Nec raptæ cruciatis opes. hæc aſpera fati
Sors tulerit, Martiſque vices. non funditus armis
Concideram. ſtipatus adhuc, equitumque catervis
Integer, ad montes reliquo cum robore ceſſi,
Quos Apenninum perhibent: hunc eſſe ferebat
Incola, qui Siculum porrectus adusque Pelorum
Finibus ab Ligurum populos amplectitur omnes
Italiæ, geminumque latus ſtringentia longe
Vtraque perpetuo diſcriminat æquora tractu.
Hæc ego continuum ſi per iuga tendere curſum,
Vt prior iratæ fuerat ſententia menti,
Iam deſperata voluiſſem luce, quid vltra?
Omnibus opperterer fama meliore peruſtis.
Et certe moriens propius te, Roma, viderem.
Ipſaque per cultas ſegetes mors noſtra ſecuro
Victori damnoſa foret. ſed pignora nobis
Romanus, caraſque nurus, prædamque tenebat.
Hunc magis exertam rapetem ſuccinctior agmen.
Heu. quibus inſidiis, qua me circumdedit arte
Fatalis ſemper Stilicon? dum parcere fingit,
Rettulit hoſtiles animos, bellumque remenſo
Eualuit transferre Pado. proh fœdera ſæuo
Deteriora iugo! tunc vis extincta Getarum,
Tunc mihi, tunc letum pepigi violentius armis

Omnibus

Omnibus expugnat noſtram clementia gentem.
Mais grauior ſub pace latet, capiorque viciſſim
Fraudibus ipſe meis. quis iam ſolatia feſſo,
Conſiliumne ferat? ſocius ſuſpectior hoſte.
Atque vtinam cunctos licuiſſet perdere bello,
Nam quiſquis duro cecidit certamine, nunquam
Deſinet eſſe meus melius mucrone perirent,
Auferretque mihi luctu leuiore ſodales
Victa manus. quam læſa fides nullusne clientum
Permanet? infraſi comites. odere propinqui.
Quid moror inuiſam lucem? qua ſede recondam
Naufragii fragmenta mei? quæne arua requiram,
In quibus haud vmquam Stilico nimiumq; potentis
Italiæ noſtras nomen circumſonat aures?
Hæc memorans inſtante fugam Stilicone tetendit
Expertas horrens Aquilas. comitatur euntem
Pallor, & atra fames, & ſaucia liuidus ora
Luctus, & inferno ſtridentes agmine morbi.
Luſtralem ſic triſte facem, cui lumen odorum
Sulfure cæruleo, nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda ſacerdos,
Rore pio ſpargens, &, dira fugantibus herbis
Numina, terrificumque Iouem, Triuiamq; precatus
Trans caput auerſis manibus iaculatur in Auſtrum
Secum rapturas cantata piacula tedas.
Acrior interea viſendi principis ardor
Accendit cum plebe Patres & ſæpe negatum
Flagitat aduentum. nec tali publica vota
Conſenſu tradunt atauì caluiſſe per vrbem.
Dacica bellipotens cum fregerat Vlpius arma,
Atque indignantes in iura redegerat Arctos,
Cum cinxere fares Hypanim, mirataque leges
Romanum ſtupuit Mæotica terra tribunal.
Non tantis patriæ ſtudiis ad templa vocatus
Clemens Marce redis, cum gentibus vndiq; cinctam
Exuit Heſperiam paribus fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum: nam flammeus imber in hoſtem
Decidit: hunc dorſo trepidum fumante ferebat
Ambuſtus ſonipes: hic tabeſcente ſolutus
Subſedit galea, liquefactaque fulgure cuſpis
Canduit, & ſubitis fluxere vaporibus enſes.
Tunc contenta polo mortalis neſcia teli
Pugna fuit. Chaldæa mago ſeu carmina ritu
Armauere Deos: ſeu, quod reor, omne Tonantis
Obſequium Marci mores potuere mereri.
Nunc quoque præſidium Latio non deeſſet Olympi,
Deficeret ſi noſtra manus. ſed prouidus æther
Noluit humano titulos auferre labori,
Ne tibi iam, Princeps, ſoceri ſudore paratam,
Quam meruit virtus, ambirent fulmina laurum.
Iam toties miſſi proceres reſponſa morandi
Rettulerant, donec differri longius vrbis
Communes non paſſa preces penetralibus altis
Prosilit, vultuſque palam confeſſa coruſcos
Impulit ipſa ſuis cunctantem Roma querelis.
Diſſimulata diu triſtes in amore repulſas?
Veſtra parens, Auguſte, queror. quonam vſq; tenebit
Prælatus mea vota Ligur, vetitumque propinqua
Luce frui, ſpatiis diſcernens gaudia paruis
Torquebit Rubicon vicino nomine Tibrim?
Nonne ſemel ſpreuiſſe ſat eſt, cum reddita bellis
Africa venturi ſpe luſit Principis vrbem,
Nec duras tantis precibus permovimus aures?
Aſt ego frenabam geminos, quibus altior ires,
Electi candoris equos, & nominis arcum
Iam molita tui, per quem radiante decorus
Ingrederere toga, pugnæ monumenta dirabam,
Defenſam titulo Libyam teſtata perenni.
Iamque parabantur pompæ ſimulacra futuræ
Tarpeio ſpectanda Ioui. cælata metallo
Claſſis, vt auratos ſulcaret remige fluctus,
Vt Maſſyla tuos anteirent oppida currus.
Palladiaque comas innexus arundine Triton
Edomitis veheretur equis. & in ære trementem
Succinctæ famulum ferrent Atlanta cohortes.
Ipſe Iugurthinam ſubiturus carcere pœnam
Præberet fera colla iugo vi captus & armis,
Nec Bocchi Syllæue dolis. ſed prima remitto.
Num præſens etiam Getici me laurea belli
Declinare poteſt? ſedeſne capacior vlla
Tantæ laudis erit? tua te beneficia morantem
Conueniunt, metiriſque ſuis obnoxia virtus
Quod ſeruauit. amat. iam flaueſcentia centum
Meſſibus æſtiuæ detondent Gargara falces.
Spectatoſque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus ſæcula conſul.
His annis, qui luſtra mihi bis dena recenſent,
Noſtra ter Auguſtos intra pomeria vidi,
Temporibus variis: eadem ſed cauſſa tropæi
Ciuilis diſſenſus erat. venere ſuperbi
Scilicet vt Latio reſperſos ſanguine currus
Adſpicerem. quiſquamne piæ lætanda parenti
Natorum lamenta putat? fauere tyrannis,
Sed nobis periere tamen. cum Gallica vulgo
Prælia aſtaret, tacuit Pharſalica Cæſar.
Namque inter ſocias acies, cognataque ſigna,
Vt vinci miſerum, numquam viciſſe decorum.
Reſtituat priſcum per te iam gloria morem
Victor. & fructum ſinceræ laudis ab hoſte
Deſuetum iam redde mihi, ſumptiſque furoris

Externi ſpoliis ſontes abſolue triumphos.
Quem precor ad finem Laribus ſeiuncta poteſtas
Exulat, imperiumque ſuis à ſedibus errat?
Cur mea quæ cunctis tribuere Palatia nomen
Neglecto ſqualent ſenio? nec creditur orbis
Illic poſſe regi? medium non deſerit vmquam
Cæli Phœbus iter, radiis tamen omnia luſtrat.
Segnius an veteres Iſtrum, Rhenumque tenebant,
Qui noſtram coluere domum? leuiuſne timebant
Tigris, & Euphrates, cum fœdera Medus, & Indus
Hinc peteret pacemque mea ſperaret ab arce?
Hic illi manſere viri, quos mutua virtus
Legit, & in nomen Romanis rebus adoptans
Iudicio pulcram ſeriem, non ſanguine duxit.
Hic proles atauum deducens Ælia Neruam,
Tranquillique Pij, bellatoreſque Seueri.
Hic ciuis dignare forum, conſpectaque dudum
Ora refer. pompam recolens ſub mente priorem.
Quem tenero patris comitem ſuſceperat æuo,
Nunc duce cum ſocero iuuenem te Tibris adoret.
Orantem medio Princeps ſermone refouit.
Numquam aliquid fruſtra per me voluiſſe dolebis,
O Dea, nec legum fas eſt occurrere matri.
Sed nec poſt Libyam (falſis ne perge querelis
Incuſare tuos) patriæ mandata vocantis
Spreuimus. aduectæ miſſo Stilicone curules,
Vt noſtras tibi, Roma, vices pro principe Conſul
Impleret, generoque ſocer. vidiſtis in illo
Me quoque. ſic credit pietas; nec ſanguine ſolo,
Sed claris potius factis experta parentem.
Cuncta quidē centum nequeam perſtringere linguis,
Quæ pro me, mundoq; gerit: ſed ab omnibus vnum,
Si fama nondum patuit, te, Roma, docebo,
Subiectum noſtris oculis, & cuius agendi
Spectator, vel cauſſa fuit, populator Achiuæ,
Biſtoniæque plagæ, crebris ſucceſſibus amens,
Et ruptas animis ſpirans immanibus Alpes
Iam Ligurum trepidis admoverat agmina muris;
Tutior auxilio brumæ, quod gentibus illis
Frigore conſuetis fauet inclementia cæli.
Meque minabatur calcato obſidere vallo,
Spem vano terrore fouens, ſi forte remotis
Præſidiis vrgente metu, qua vellet, obirem
Conditione fidem: nec me timor impulit vllus,
Hoc duce venturo fretum, memoremque tuorum
Roma ducū, quibus haud vnquam vel morte paratæ
Fœdus lucis amor pepigit diſpendia famæ.
Mox & per Latium ſtellarum more videbam
Barbaricos ardere focos. iam claſſica primos
Excierant vigiles, gelida cum pulcer ab Arcto
Aduentat Stilico. medius ſed clauſerat hoſtis
Inter me ſocerumque viam, pontemque tenebat
Addua, quo ſciſſas ſpumoſior incitat vndas.
Quid faceret? differret iter? diſcrimina nullas
Noſtra dabant adeunda moras. perrumperet agmen?
Sed paucis comitatus erat. nam plurima retro,
Dum nobis properat ſuccurrere, liqueat arma
Extera, vel noſtras acies. hoc ille locatus
Ancipiti, longum ſocias, tardumque putavit
Exſpectaſſe manus, & noſtra pericula tendit
Poſthabitis pulſare ſuis, mediumque per hoſtem
Flamatus virtute pia, propriæque ſalutis
Immemor, & ſtricto præſternens obuia ferro
Barbara fulmineo ſecuit tentoria curſu.
Nunc mihi Tydiden attollant carmina vatum,
Quod iuncto fidens Ithaco patefacta Dolonis
Indicio; dapibuſque ſimul, religataque ſomno
Thracia ſopiti penetrauerit agmina Rheſi,
Graiaque rettulerit raptos ad caſtra iugales.
Quorum, ſi qua fides augentibus omnia Muſis,
Impetus exceſſit Zephyros, candorque pruinas.
Ecce virum, taciti nulla qui fraude ſoporis
Enſe palam ſibi pandit iter, remeatque cruentus,
Et Diomedeis tantum præclarior auſis,
Quantum lux tenebris, manifeſtaque prælia furtis.
Adde quod & ripis ſteterat munitior hoſtis,
Et, cui non vigilem fas eſt componere Rheſum,
Thrax erat: hic Thracū domitor. non tela retardant,
Obiice non hæſit fluuij. ſic ille minacem
Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens
Traiecit clipeo Tibrim, quo rexerat vrbem
Tarquinio mirante Cocles, mediiſque ſuperbus
Porſennam reſpexit aquis. celer Addua noſtro
Sulcatur ſocero. ſed cum tranſnatet, Etruſcis
Ille dabat tergum, Geticis hic pectora telis.
Exſere nunc doctos tantæ certamine laudis
Roma choros, & quanta tuis facundia pollet
Ingeniis. noſtrum digno ſonet ore parentem.
Dixit, & antiquæ muros egreſſa Rauennæ
Signa mouet, iamque ora Padi, portuſque relinquit
Flumineos, certis vbi legibus aduena Nereus
Æſtuat, & pronas puppes nunc amne ſecundo,
Nunc redeunte vehit, nudataque litora fluctu
Deſerit, Oceani lunaribus æmula damnis.
Lætior hinc Fano recipit Fortuna vetuſto,
Deſpiciturque vagus prærupta valle Metaurus,
Qua mons arte patens viuo ſe perforat arcu,
Admiſitque viam ſectæ per viſcera rupis,
Exſuperans delubra Iouis, ſaxoque minantes
Apenninigenis cultas paſtoribus aras.

Quin & Clitumni ſacras victoribus vndas,
Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis,
Viſere cura fuit. nec te miracula fontis
Prætereunt. tacito paſſu quem ſi quis adiret,
Lentus erat: ſi voce gradum maiore citaſſet,
Commiſtis feruebat aquis. cumque omnibus vna
Sit natura vadis, ſimiles vt corporis vmbras
Oſtendant: hæc ſola nouam iactantia ſortem
Humanos properant imitari flumina mores.
Celſa dehinc patulum proſpectans Narnia campum
Regali calcatur equo, rarique coloris
Non procul amnis abeſt vrbi, qui nominis auctor
Ilice ſub denſa ſiluis arctatus opacis
Inter vtrumque iugum tortis anfractibus albet.
Inde ſalutato libatis Tibride lymphis,
Excipiunt arcus, operoſaque ſemita vaſtis
Molibus, & quidquid tantæ præmittitur vrbi.
Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ
Spe propiore tori mater ſollertior ornat
Adueniente proco, veſteſque & cingula comit
Sæpe manu, viridique anguſtat iaſpide pectus,
Subſtringitque comam gemmis, & colla monili
Circuit. & baccis onerat candentibus aures:
Sic oculis placitura tuis. inſignior auctis
Collibus, & nota maior ſe Roma videndam
Obtulit. addebant pulcrum noua mœnia vultum,
Audito perfecta recens rumore Getarum.
Profecitque opifex decori timor. & vice mira,
Quam pax intulerat bello diſcuſſa ſenectus
Erexit ſubitas turres, cinctoſque coëgit
Septem continuo montes iuueneſcere muro.
Ipſe fauens votis, ſolitoque decentior aër,
Quamuis aſſiduo noctem fœdauerat imbre,
Principis, & ſolis radiis deterſa remouit
Nubila. nam pluuiis ideo turbauerat omnes
Ante dies. lunamque rudem madefecerat Auſter,
Vt tibi ſeruatum ſcirent conuexa ſerenum.
Omne. Palatino quà pons à colle recedit
Muluius, & quantum licuit conſurgere tectis,
Vna replet turbæ facies. vndare videres
Ima viris, altas effulgere matribus ædes.
Exſultant iuuenes æquæui Principis annis:
Temnunt priſca ſenes, & in hunc ſibi proſpera fata
Gratantur duraſſe diem. moderataque laudant
Tempora, quod clemens aditu, quo tempore ſolos
Romanos vetuit currum præcedere Patres:
Cum tamen Eucherius, cui regius vndique ſanguis,
Atque Auguſta ſoror, fratri præberet ouanti
Militis officium. ſic illum dura parentis
Inſtituit pietas, in ſe. vel pignora parci,
Quique neget nato, procerum quod præſtet honori.
Hoc ſibi cura ſenum, maturaque comprobat ætas,
Idque inter veteris ſpeciem, præſentis & aulæ
Iudicat hunc ciuem, dominos veniſſe priores.
Conſpicuas cum flore genas, diademate crinem
Membraque gemmato trabeæ viridantia cinctu,
Et fortes humeros, & certatura Lyæo
Inter Erythræos ſurgentia colla ſmaragdos
Mirari ſine fine nurus: Ignaraque virgo,
Cui ſimplex calet ore pudor, per ſingula cernens
Nutricem conſultat anum, quid fixa draconum
Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur
Sibila ſuſpenſum rapturi faucibus hoſtem.
Vt chalybe indutos equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes; quanam de gente rogabat
Ferrati venere viri? quæ terra metallo
Naſcentes informat equos? num Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro, ſimulacraque bellis
Viua dedit? gaudet metuens, & pollice monſtrat,
Quod picturatas galeæ Iunonia criſtas
Ornet auis, vel quod rigidos vibrata per armos
Rubra ſubaurato criſpentur ſerica dorſo.
Tunc tibi magnorum mercem fortuna laborum
Perſoluit, Stilico, curru cum vectus eodem
Vrbe triumphantem generum florente iuuenta
Conſpiceres, illumque diem ſub corde referres,
Quo tibi confuſa dubiis formidine rebus
Infantem genitor moriens commiſit alendum,
Virtutes variæ fructus ſenſere receptos:
Depoſitum ſeruaſſe Fides: Conſtantia paruum
Præfeciſſe orbi: Pietas fouiſſe propinquum.
Hic eſt ille puer, qui nunc ad Roſtra Quirites
Euocat, & ſolio fultus genitoris eburno
Geſtarum Patribus cauſſas ex ordine rerum,
Euentoſque refert: veterumque exempla ſecutus
Digerit imperij ſub iudice facta Senatu.
Nil cumulat, verbiſque nihil fiducia celat.
Fucati ſermonis opem mens conſcia laudis
Abnuit. agnoſcunt proceres, habituque Gabino
Principis, & ducibus circumſtipata togatis
Iure paludatæ iam Curia militat aulæ.
Aſſuit ipſa ſuis ales Victoria templis
Romanæ tutela togæ: quæ diuite penna
Patricij reuerenda fouet ſacraria cœtus,
Caſtrorumque eadem comes indefeſſa tuorum,
Nunc tandem fruitur votis. atque omne futurum
Te Romæ, ſeſeque tibi promittit in æuum.
Hunc te iam patriis Laribus via nomine vero
Sacra refert. flagrat ſtudiis concordia vulgi,
Quam non illecebris diſperſi colligis auri.

Nec tibi venales captant æraria plauſus
Corruptura fidem. meritis naſcitur inemptus
Pura mente fauor. nam munere carior omni
Adſtringit ſua quemque ſalus. procul ambitus errat.
Non quærit pretium, vitam qui debet amori.
O quantum populo ſecreti numinis addit
Imperij præſens ſpecies, quantamque rependit
Maieſtas alterna vicem cum regia Circi
Connixum gradibus veneratur purpura vulgus,
Conſenſuque cauæ ſublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor, vnaque totis
Intonat Auguſtum ſeptenis arcibus Echo.
Nec ſolis hic curſus equis: aſſueta quadrigis
Cingunt arua tigres, ſubitæque adſpectus arenæ
Diffundit Libycos aliena valle cruores.
Hic & belligeros exercuit area luſus.
Armatos hic ſæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfuſoſque recurſus,
Et pulcras errorum artes, iucundaque Martis
Cernimus: inſonuit cum verbere ſigna magiſter
Mutatoſque edunt pariter tunc pectora motus,
In latus alliſis clipeis. aut rurſus in altum
Vibratis graue parma ſonat mucronis acutum
Murmur, & vmbonum pulſu modulante reſultans
Ferreus alterno concentus plauditur enſe.
Vna omnis ſubmiſſa phalanx, tantæque ſalutant
Te, princeps, galeæ. partitis inde cateruis
In varios docto diſcurritur ordine gyros,
Quos neque ſemiferi Gortynia tecta iuuenci,
Flumina nec crebro vincant Mæandria flexu
Diſcreto reuoluta gradu. torquentur in orbes
Agmina, perpetuiſque immoto cardine clauſtris
Ianus bella premens. læta ſub imagine pugnæ
Armorum innocuos paci largitur honores.
Iamque nouum faſtis aperit felicibus annum
Ore coronatus gemino. iam Tibris in vno
Et Bruti cernit trabeas, & ſceptra Quirini.
Conſule lætatur poſt plurima ſæcula viſo
Pallanteus apex. agnoſcunt Roſtra curules
Auditas quondam proauis, deſuetaque cingit
Regius auratis fora faſcibus Vlpia lictor,
Et lextas Getica præuelans fronde ſecures
Colla triumphati proculcat Honorius Iſtri.
Exeat in populos cunctis illuſtrior annus,
Natus fonte ſuo: quem non aliena per arva
Imbuit hoſpes honor: cuius cunabula fouit
Curia: quem primi tandem videre Quirites:
Quem domitis auſpex peperit victoria bellis.
Hunc & priuati titulis famulantibus anni,
Et quos armipotens genitor, Regeſque priores
Diuerſis geſſere locis, ceu Numen adorent.
Hunc & quinque tui, vel quos habiturus in vrbe;
Poſt alios Auguſte colant: licet vnus in omnes
Conſul eas, magno ſextus tamen ille ſuperbit
Nomine, præteritis melior, venientibus auctor.

CL. CLAVDIANI

IN NVPTIAS HONORII AVGVSTI Et Mariæ FESCENINA.

Alcaicum.

PRinceps coruſco ſidere pulcrior,
Parthis ſagittas tendere certior,
Eques Gelonis imperioſior,
Quæ digna mentis laus erit arduæ?
Quæ digna formæ laus erit igneæ?
Te Leda mallet, quàm dare Caſtorem,
Præfert Achilli te proprio Thetis.
Victum fatetur Delos Apollinem.
Credit minorem Lydia Liberum.
Tu cum per altas impiger ilices
Præda citatum cornipedem reges,
Ludentque ventis inſtabiles comæ;
Telis iacebunt ſponte tuis feræ,
Gaudenſque ſacris vulneribus leo
Admittet haſtam morte ſuperbior.
Venus reverſum ſpernit Adonidem,
Damnat reductum Cynthia Virbium.
Cum poſt labores ſub platani voles
Virentis vmbra. vel gelido ſpecu
Torrentiorem fallere Sirium,
Et membra ſomno feſſa reſolueris:
O quantus vret tum Dryades calor?
Quot æſtuantes ancipiti gradu
Furtiua carpent oſcula Naiades?
Quis vero acerbis horridior Scythis?
Quis belluarum corde furentior?
Quis, cum micantem te prope viderit,
Non optet vltro ſeruitium pati?
Quis non catenas arripiat libens,
Colloque poſcat vincula libero?
Tu ſi nivalis per iuga Caucaſi
Sæuas petiſſes pulcer Amazonas,
Peltata pugnas deſereret cohors,
Sexu recepto: patris & immemor
Inter frementes Hippolyte tubas

Strictam

Strictam ſecurim languida poneret.
Et ſeminudo pectore cingulum
Forti negatum ſolueret Herculi,
Bellumque ſolus conficeret decor.
Beata, quæ te mox faciet virum,
Primiſque ſeſe iunget amoribus.

AGe cuncta nuptiali
Redimita vere tellus
Celebra toros heriles.
Omne nemus cum fluuiis
Omne canat profundum.
Ligures fauete campi,
Veneti fauete montes.
Subitiſque ſe roſetis
Veſtiat Alpinus apex,
Et rubeant pruinæ.
Atheſis ſtrepat choreis,
Calamiſque flexuoſus
Leue Mincius ſuſurret,
Et Padus electriferis
Admoduletur alnis.
Epuliſque iam repleto
Reſonet Quirite Tibris,
Dominique læta votis
Aurea ſeptemgeminas
Roma coronet arces.
Procul audiant Iberi;
Fuit vnde ſemen aulæ:
Vbi plena laurearum,
Imperio feta domus,
Vix numerat triumphos.
Habet hinc patrem maritus,
Habet hinc puella matrem,
Geminaque parte ductum
Cæſareum fæmineo
Stemma recurrit ortu.
Decorent vireta Bætim,
Tagus intumeſcat auro,
Generiſque procreator
Sub vitreis Oceanus
Luxurietur vndis,
Orienſque regna fratrum,
Simul Occidenſque plaudat.
Placidæ lætentur vrbes,
Quæque nouo, quæque nitens
Deficiente Phœbo.
Aquilonia procellæ,
Rapidi tacete Cori.
Taceat ſonorus Auſter.
Solus ouantem Zephyrus
Perdominetur annum.

SOlitas galea fulgere comas
Stilico molli necte corona.
Ceſſent litui, ſæuumque procul
Martem felix teda releget.
Tractus ab aula rurſus in aulam
Redeat ſanguis patris officiis.
Iunge potenti pignora dextra:
Gener Auguſti pridem fueras,
Nunc rurſus eris ſocer Auguſti.
Quæ iam rabies liuoris erit?
Vel quis dabitur color inuidiæ?
Stilico ſocer eſt, pater eſt Stilico.

ATtollens thalamis Idalium iubar
Dilectus Veneri naſcitur Heſperus.
Iam nuptæ trepidat ſollicitus pudor.
Iam produnt lacrimas flamea ſimplices.
Ne ceſſa, iuuenis, cominus aggredi,
Impacata licet ſæuiat vnguibus.
Non quiſquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos,
Si fronti caueat, ſi timeat rubos.
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.
Creſcunt difficili gaudia iurgio,
Accenditque magis, quæ refugit, Venus.
Quod flenti tuleris, plus ſapit, oſculum.
Dices: ô quoties hoc mihi dulcius,
Quam flauos decies vincere Sarmatas!
Adſpirate nouam pectoribus fidem,
Manſuramque facem tradite ſenſibus.
Tam iunctis manibus nectite vincula.
Quam frondens edera ſtringitur æſculus.
Quam lento premitur palmite populus.
Et murmur querula blandius alite
Linguis aſſidue reddite mutuis.
Et labris animum conciliantibus,
Alternum rapiat ſomnus anhelitum,
Amplexu caleat purpura regio,
Et veſtes Tyrio ſanguine fulgidas
Alter virgineus nobilitet cruor.
Tum victor madido proſilias toro
Nocturni referens vulnera prælij.
Ducant peruigiles carmina tibiæ;
Permiſſiſque iocis turba licentior
Exſultet tetricis libera legibus.
Paſſim cum ducibus ludite milites.
Paſſim cum pueris ludite virgines.
Hæc vox æthereis inſonet axibus.
Hæc vox per populos per mare tranſeat:
Formoſus Mariam ducit Honorius.

C L. C L A V D I A N I
IN NVPTIAS
HONORII ET MARIÆ,
Præfatio.

SVrgeret in thalamnm ducto cnm Pelion arcu,
Nec caperet tantos hoſpita terra Deos;
um ſocer æquoreus; numeroſaqne turba ſororum
Certarent epulis continuare dies,
ræberetque Ioui communia pocula Chiron,
Molliter obliqua parte refuſus equi;
eneus gelidos mntaret nectare fontes,
OEtæis fluerent ſpumea vina iugis;
erpſichore facilem laſciuo pollice mouit
Barbiton, & molles duxit in antra choros.
armina nec ſuperis, nec diſplicuere Tonanti,
Cum teneris noſſent congrua vota modis.
entauri, Faunique notant, quæ flectere Rhœcum
Quæ rigidum poterant plectra movere Pholum.
eptima lux aderat cælo, totieſque renatus
Viderat exactos Heſperus igne choros.
um Phœbus, quo ſaxa domat, quo pertrahit ornos,
Pectine tentanit nobiliore lyram.
entutumque ſacris fidibus iam ſpondet Achillem,
Iam Phrygias cædes, iam Simoënta canit.
ondoſo ſtrepuit felix Hymenæus Olympo,
Reginam reſonant Othrys, & Oſſa Thetim.

C L. C L A V D I A N I
DE
NVPTIIS
HONORII ET MARIÆ.

HAuſerat inſolitos promiſſæ virginis ignes
Auguſtus, primnque rudis flagraverat æſtu,
ec nouus vnde calor, nec quid ſuſpiria vellent
nouerat incipiens, & adhnc ignarus amandi,
on illi venator equus, non ſpicula curæ:
on iaculum torqnere libet mens omnis aberrat
vultus, quos finxit amor. qnam ſæpe medullis
rupit gemitns! quoties incanduit ore
onfeſſus ſecreta rubor! nomenque beatum
iuſſæ ſcripſere manus! iam munera nuptæ
Præparat, & pulcros, Mariæ ſed luce minores
Eligit ornatus, qnidquid venerabilis olim
Liuia, Diuorumque nurus geſſere ſuperbæ.
Incuſat ſpes ægra moras, longique videntur
Stare dies, ſegnemqne rotam non voluere Phœbe.
Scyria ſic tenerum virgo flammabat Achillem,
Fraudis adhuc expers, bellatriceſqne docebat
Dncere fila manus, & mox, quos rorruit, idem
Theſſalico roſeos nectebat pectine crines.
Hæc etiam queritur ſecum: quonam vſque verendus
Cunctatur mea vota ſocer? quid iungere differt
Quam pepigit, caſtaſqne preces implere recuſat?
Non ego luxuriam Regum; moremque ſecntus
Quæſiui vnltum tabulis, vt nuntia formæ
Lena per innumeros iret pictnra Penates:
Nec variis dubium thalamis lecturus amorem
Ardua commiſi falſæ connubia ceræ.
Non rapio præceps alienæ fœdera tedæ,
Sed quæ ſponſa mihi pridem, patriſque relicta
Mandatis vno materni ſanguinis ortu
Communem patitur auum. faſtigia ſnpplex
Depoſui, geſſique procum de limine ſacro.
Oratum miſi proceres, qui proxima nobis
Iura tenent. Stilico, fateor, non parua popoſci:
Sed certe mereor princeps hoc principe natus,
Qui ſibi te genetum fraterna prole reuinxit,
Cui Mariam debes. fœdus mihi ſolue paternum.
Redde ſuos aulæ. mater fortaſſe rogari
Mollior. ô patrui germen, cui nominis heres
Succeſſi, ſublime decus torrentis Iberi,
Stirpe ſoror, pietate parens, tibi creditus infans,
Inque tuo creui gremio, partuque remoto
Tu potius Flaccilla mihi. quid diuidis ergo
Pignora? quid iuneni natam non tradis alumno?
Optatuſne dies aderit? dabitnrne iugalis
Nox vmquam? tali ſolatur vnlnera queſtu.
Riſit Amor, placidæque volat trans æquora matri
Nuntius, & totas iactantior explicat alas.
Mons latus Eoum Cypri præruptus obumbrat,
Inuius hnmano greſſu, Phariumque cubile
Proteos, & ſeptem deſpectans cornua Nili.
Hunc neque candentes audent veſtire pruinæ.
Hunc venti pulſare timent. hunc lædere nimbi.
Luxuriæ, Venerique vacat. pars acrior anni
Exſulat. æterni patet indulgentia veris.
In campum ſe fundit apex. hunc aurea ſepes
Circuit, & fuluo defendit prata metallo.
Mulciber, vt perhibent, his oſcula coniugis emit
Mœnibus, & tales vxorius obtulit arces.
Intus prata micant, manibus quæ ſubdita nullis

Perpetuum florent, Zephyro contenta colono:
Vmbroſumque nemus, quo non admittitur ales,
Ni probet ante ſuos Diua ſub iudice cantus.
Quæ placuit, fruitur ramis: quæ victa, recedit.
Viuunt in Venerem frondes, omniſque viciſſim
Felix arbor amat. nutant ad mutua palmæ
Fœdera. populeo ſuſpirat populus ictu,
Et platani platanis, alnoque aſſibilat alnus.
Labuntur gemini fontes. hic dulcis, amarus
Alter, & infuſis corrumpit mella venenis,
Vnde Cupidineas armauit fama ſagittas.
Mille pharetrati ludunt in margine fratres,
Ore pares, vno ſimiles, gens mollis Amorum.
Hos Nymphæ pariunt, illum Venus aurea ſolum
Edidit. ille Deos cælumque, & ſidera cornu
Temperat, & ſummos dignatur figere reges.
Hi plebem feriunt. nec cætera numina deſunt.
Hic habitat nullo conſtricta licentia nodo,
Et flecti faciles iræ, vinoque madentes
Excubiæ, lacrimæque rudes, & gratus amantum
Pallor, & in primis titubans audacia furtis,
Iucundique metus, & non ſecura voluptas,
Et laſciua volant leuibus periuria pennis.
Hos inter petulans alta ceruice Iuuentas
Excludit Senium luco. procul atria Diuæ
Permutant radios, ſiluaque obſtante vireſcunt.
Lemnius hæc etiam gemmis exſtruxit & auro,
Admiſcens artem pretio, trabibuſque ſmaragdis
Suppoſuit cæſas hyacinthi rupe columnas.
Beryllo paries, & iaſpide lubrica ſurgunt
Limina, deſpectuſque ſolo calcatur achates.
In medio glebis redolentibus area diues
Præbet odoratas meſſes. hic mitis amomi,
Hic caſiæ matura ſeges, Panchæaque turgent
Cinnama, nec ſicco frondeſcunt vimina coſto,
Tardaque ſudanti prorumpunt balſama ſucco.
Quo poſtquam delapſus Amor, longaſque peregit
Penna vias; alacer, paſſuque ſuperbior intrat.
Cæſariem tunc forte Venus ſubnixa coruſco
Fingebat ſolio. dextra læuaque ſorores
Stabant Idaliæ. largos hæc nectaris imbres
Irrigat: hæc morſu numeroſi dentis eburno
Multifidum diſcrimen arat: ſed tertia retro
Dat varios nexus, & iuſto diuidit orbes
Ordine, neglectam partem ſtudioſa relinquens.
Plus error decuit: ſpeculi nec vultus egebat
Iudicio. ſimilis tecto monſtratur in omni,
Et rapitur quodcumque videt, dum ſingula cernit,
Seque probat. nati venientis conſpicit vmbram;
Ambroſioque ſinu puerum complexa ferocem,
Quid tantum gauiſus, ait? quæ prælia ſudas,
Improbe? quis iacuit telis? iterumne Tonantem
Inter Sidonias cogis mugire iuuencas?
An Titana domas? an paſtoralia Lunam
Rurſus in antra vocas? durum, magnumque videris
Debellaſſe Deum. ſuſpenſus in oſcula matris
Ille refert: lætare parens. immane tropæum
Rettulimus. noſtrum iam ſenſit Honorius arcum.
Scis Mariam, patremque ducem, qui cuſpide Gallos
Italiamque fouet: nec te præclara Serenæ
Fama latet. propera. regalibus annue votis.
Iunge toros. natum gremio Cytherea remouit:
Et crines feſtina ligat, peplumque fluentem
Alleuat, & blando ſpirantem numine ceſton
Cingitur, impulſos pluuiis quo mitigat amnes,
Quo mare, quo ventos, irataque fulmina ſoluit.
Vt ſtetit ad litus, paruos affatur alumnos:
Ecquis erit, pueri, vitreas qui lapſus in vndas
Huc rapidum Tritona vocet, quo vecta per altum
Deferar? haud vmquam tanto mihi venerit vſu.
Sacri, quos petimus, thalami. pernicius omnes
Quærite, ſeu concha Libycum circumſonat æquor,
Ægæas ſeu frangit aquas. quicumque repertum
Duxerit, aurata donabitur ille pharetra.
Dixerat, & ſparſi diuerſa parte feruntur
Exploratores pelagi. ſub fluctibus ibat
Carpathiis Triton, obluctantemque petebat
Cymothoën. timet illa ferum, ſeſeque ſequenti
Surripit, & duris elabitur vda lacertis.
Heus, inquit ſpeculatus Amor, non veſtra ſub imis
Furta tegi potuere vadis. accingere noſtram
Vecturus dominam. pretium non vile laboris,
Cymothoën facilem, quæ nunc detrectat, habebis,
Hac mercede veni. prorumpit gurgite toruus
Semifer. vndoſi velabant brachia crines.
Hiſpida tendebat bifido veſtigia cornu,
Qua Priſtis commiſſa viro. ter pectora mouit.
Iam quarto Paphias tractu ſulcabat arenas.
Vmbratura Deam retro ſinuatur in arcum
Bellua. tum viuo ſqualentia murice terga
Purpureis mollita roſis. hoc nauigat arcu
Fulta Venus. niueæ delibant æquora plantæ.
Proſequitur volucer late comitatus Amorum,
Tranquillumq; choris quatitur mare. ſerta per omnes
Neptuni diſperſa domos. Cadmeia ludit
Leucothoë, frenatque roſis delphina Palæmon.
Alternis violis Nereus interſerit algas.
Canitiem Glaucus ligat immortalibus herbis.
Nec non & variis vectæ Nereides ibant
Audito Tritone feris. hanc piſce volutam

ubleuat Oceani monſtrum Tarteſſia tigris.
Hanc timor Ægæi rupturæ fronte carinas
Trux aries. hæc cæruleæ ſuſpenſa leænæ
Innatat: hæc viridem trahitur complexa iuuencum,
Certatimque nouis onerant connubia donis.
Cingula Cymothoë, rarum Galatea monile,
Et grauibus Spatale baccis diadema ferebat
Intextum, rubro quas legerat ipſa profundo.
Mergit ſe ſubito, vellitque coralia Doto.
Vimen erat. dum ſtagna ſubit. proceſſerat vndis:
Gemma fuit. nudæ Venerem cinxere cateruæ,
Plaudenteſque ſimul tali cum voce ſequuntur.
Hos Mariæ cultus, hæc munera noſtra precamur
Reginæ Regina feras. dic talia nunquam
Promeruiſſe Thetim, nec cum ſoror Amphitrite
Noſtro nupta Ioui deuotum ſentiat æquor.
Agnoſcat famulum virgo Stiliconia Pontum.
Victrices nos ſæpe rates, claſſemque paternam
Veximus, ad triſtes cum tenderet vltor Achiuos.
Iam Ligurum terris ſpumantia pectora Triton
Appulerat, laſſoſque fretis extenderat orbes.
Continuo ſublime volans ad mœnia Gallis
Condita, lanigeræ ſuis oſtentantia pellem
Peruenit. aduentu Veneris ſpiſſata recedunt
Nubila. clareſcunt puris Aquilonibus Alpes.
Lætitiæ cauſas ignorat dicere miles,
Lætaturque tamen Mauortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animantur frondibus haſtæ.
Illa ſuum dictis affatur talibus agmen:
Gradiuum, noſtri comites, arcete parumper,
Vt ſoli vacet aula mihi. procul igneus horror
Thoracum, gladioſque tegat vagina minaces.
Stent bellatrices aquilæ, ſæuique dracones.
Fas ſit caſtra meis hodie ſuccumbere ſignis,
Tibia pro lituis, & pro clangore tubarum
Molle lyræ, feſtumque canant. epulentur ad ipſas
Excubias. mediis ſpirent crateres in armis,
Laxet terribiles maieſtas regia faſtus,
Et ſociam plebem non indignata poteſtas
Confundat turbæ proceres. ſoluantur habenis
Gaudia: nec leges pudeat ridere ſeueras.
Tu feſtas Hymenæe, faces; tu, Gratia, flores
Elige, tu geminas, Concordia, necte coronas.
Vos, pennata cohors, quocumque vocauerit vſus,
Diuiſa properate manu, neu marceat vlla
Segnities. alii funalibus ordine ductis
Plurima venturæ ſuſpendite lumina nocti.
Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto
Contendant: pars nectareis adſpergere tecta
Fontibus, & flamma lucos adolere Sabæos.
Pars infecta croco velamina lutea Serum
Pandite, Sidoniaſque ſolo præſternite veſtes.
Aſt alii thalamum docto componite textu.
Stamine gemmato, picturatiſque columnis
Ædificetur apex: qualem non Lydia diues
Erexit Pelopi. nec quem ſtruxere Lyæo
Indorum ſpoliis, & opaco palmite Bacchæ,
Illic exuuias omnes cumulate parentum:
Quidquid flauus ſenior Mauro, vel Saxone victor:
Quidquid ab innumeris ſocio Stilicone tremendus
Quæſiuit genitor bellis: quodcunque Gelonus
Armeniuſue dedit: quantum crinita ſagittis
Attulit extremo Meroe circumflua Nilo:
Miſit Achæmenio quidquid de Tigride Medus,
Cum ſupplex emeret Romanam Parthia pacem,
Nobilibus gazis, opibuſque cubilia ſurgant
Barbaricis. omnes thalamo conferte triumphos.
Sic ait, & ſponſæ petit improuiſa Penates.
Illa autem ſecura tori, tedaſque parari
Neſcia diuinæ fruitur ſermone parentis,
Maternoſque bibit mores, exemplaque diſcit
Priſca pudicitiæ. Latios nec voluere libros
Deſinit, aut Graios, ipſa genitrice magiſtra,
Mæonius quæcumque ſenex aut Thracius Orpheus,
Aut Mitylenæo modulatur pectine Sappho.
Sic Triuiam Latona monet: ſic mitis in antro
Mnemoſyne docili tradit præcepta Thaliæ.
Cum procul augeri nitor, & iucundior aër
Attonitam luſtrare domum, fundique comarum
Gratus odor. mox vera fides. numenque refulſit.
Cunctatur ſtupefacta Venus. nunc ora puellæ.
Nunc flauam niueo miratur vertice matrem.
Hæc modo creſcenti. plenæ par altera Lunæ
Aſſurgit: ceu forte minor ſub matre virenti
Laurus. & ingentes ramos. olimque futuras
Promittit iam parua comas: vel flore ſub vno
Ceu geminæ Pæſtana roſæ per iugera regnant.
Hæc largo matura die, ſaturataque vernis
Roribus indulget ſpatio: latet altera nodo,
Nec teneris audet foliis admittere Soles.
Adſtitit, & blande Mariam Cytherea ſalutat.
Salue ſidereæ proles auguſta Serenæ,
Magnorum ſoboles Regum, parituraque Reges.
Te propter Paphias ædes, Cyprumque reliqui.
Te propter libuit tantos explere labores,
Et tantum tranſnaſſe maris. ne vilior vltra
Priuatos pateare Lares, neu tempore longo
Dilatos iuuenis nutriret Honorius ignes,
Accipe fortunam. generis diadema reſume.
Quod tribuas natis. & in hæc penetralia rurſus,
Vnde

Vide parens progreſſa. redi, fac nulla ſubeſſe
Vincula cognatæ: quamuis aliena fuiſſes
Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.
Quæ propior ſceptris facies? quis dignior aula
Vultus erit? non labra roſæ, non colla pruinæ,
Non crines æquant violæ, non lumina flammæ,
Quam iuncto leniter ſeſe diſcrimine confert
Vmbra ſupercilij! miſcet quam iuſta pudorem
Temperies! nimio nec ſanguine candor abundat.
Auroræ vincis digitos, humeroſque Dianæ.
Ipſam iam ſuperas matrem. ſi Bacchus amator
Dotali potuit cælum ſignare corona,
Cur nullis virgo redimitur pulcrior aſtris?
Iam tibi molitur ſtellantia ſerta Boores,
Inque decus Mariæ iam ſidera parturit æther.
O digno nectenda viro, tantique per orbem
Conſors imperii! iam te venerabitur Iſter.
Nomen adorabunt populi. Iam Rhenus, & Albis
Seruiet. in medios ibis Regina Sicambros.
Quid numerem gentes, Atlanteoſque receſſus
Oceani? toto pariter dotabere mundo.
Dixit, & ornatus, dederant quos nuper ouantes
Nereides, collo, membriſque micantibus aptat.
Ipſa caput diſtinguit acu, ſubſtringit amictus:
Flamea virgineis accommodat ipſa capillis.
Ante fores iam pompa ſonat, pilentaque ſacram
Præradiant ductura nurum. calet obuius ire
Iam princeps, tardumque cupit diſcedere Solem.
Nobilis haud aliter ſonipes, quem primus amoris
Sollicitauit odor, tumidus, quatienſque decoras
Curuata ceruice iubas Pharſalia rura
Peruolat, & notos hinnitu flagitat amnes,
Naribus accenſis. mulcet fecunda magiſtros
Spes gregis, & pulcro gaudent armenta marito.
  Candidus interea poſitis exercitus armis
Exſultat ſocerum iuxta: nec ſignifer vllus,
Nec miles pluuiæ flores diſpergere ritu
Ceſſat, purpureoque ducem perfundere nimbo.
Hæc quoque velati lauro, myrtoque canebant.
Diue parens, ſeu te complectitur axis Olympi,
Seu colis Elyſias animatum præmia valles,
En promiſſa tibi Stilico iam vota peregit.
Iam grata rediere vices. connubia penſat,
Acceptum reddit thalamum, natoque reponit
Quod dederat, genitor. numquam te, ſancte, pigebit
Iudicii. nec te pietas ſuprema fefellit.
Dignus cui leges, dignus cui pignora tanti
Principis, & rerum commendarentur habenæ.
Dicere poſſemus quæ prælia geſta ſub Æmo,
Quæque cruentarint fumantem Strymona pugnæ.
Quam notus clipeo, quanta vi fulminet hoſtem.
Ni prohiberet Hymen: quæ tempeſtiua relatu
Nunc canimus. quis conſilio, quis iuris & æqui
Noſſe modum melior? quod ſemper diſſidet, in te
Conuenit: ingenio robur, prudentia forti,
Fronte quis æquali? quem ſic Romana decerent
Culmina? ſufficerent tantis quæ pectora curis?
Stes licet in populo, clamat, quicumque videbit,
Hic ille eſt Stilico, ſic te teſtatur, & offert
Celſa poteſtatis ſpecies non voce feroci,
Non alto ſimulata gradu, non improba geſtu.
Affectant alij quidquid, fingique laborant,
Hæc donat natura tibi. pudor emicat vna,
Formoſuſque rigor, vultuſque auctura verendo
Canities feſtina venit. conſorte remota;
Contingit ſenii grauitas, vireſque iuuentæ.
Vtraque te cingit propriis inſignibus ætas.
Ornatur fortuna viro. non vlla nocendi
Tela, nec infecti iugulis ciuilibus enſes.
Non odium terrore moves, nec frena reſoluit
Gratia. diligimus pariter, pariterque timemus.
Ipſe metus ta noſter amat, iuſtiſſime legum
Arbiter, egregiæ pacis fidiſſime cuſtos.
Optime ductorum, fortunatiſſime patrum,
Plus iam plus domino cuncti debere fatemur,
Quod gener eſt, inuicte, tuus. vincire corona.
Inſere te noſtris contempto iure choreis.
Sic puer Eucherius ſuperet virtute parentem:
Aurea ſic videat ſimiles Thermantia tedas:
Sic vterus creſcat Mariæ: ſic natus in oſtro
Paruus Honoriades genibus conſidat auitis.

CL. CLAVDIANI IN LIBRVM PRIMVM DE RAPTV PROSERPINÆ

Ad Florentinum,

Præfatio.

INventa ſecuit primus qui naue profundum,
  Et rudibus remis ſollicitauit aquas:
Qui dubiis auſus committere flatibus alnum,
  Quas natura negat, præbuit arte vias,

ranquillis primum trepidus ſe credidit vndis,
Litora ſecuro tramite ſumma legens:
ox longos tentare ſinus,& linquere terras,
Et leni cœpit pandere vela Noto.
iſt vbi paullatim præceps audacia creuit,
Cordaque languentem dedidicere metum:
m vagus irrupit pelago,cælumque ſecutus
Ægæas hiemes, Ioniaſque domat.

CL. CLAVDIANI

DE

RAPTV PROSERPINÆ.

Liber I..

Nferni raptoris equos,afflatsque curru
Sidera Tænatio. caligantesque profundæ
nonis thalamos audaci promere cantu
ens congeſta iubet. greſſus remouete profani.
m furor humanos noſtro de pectore ſenſus
rpulit,& totum ſpirant præcordia Phœbum.
m mihi cernuntur trepidis delubra moueri
dibus,& claram diſpergere culmina lucem,
ducentum teſtata Dei. iam magnus ab imis
uditur fremitus terris, templumque remugit.
ecropidum, ſanctaſque faces extollit Eleuſis.
ngues Triptolemi ſtridunt,& ſquamea curuis
olla leuant attrita iugis,lapſuque ſereno
recti roſeas tendunt ad carmina criſtas.
cce procul ternis Hecate variata figuris
xoritur, leniſque ſimul procedit Iacchus.
rinali florens edera,quem Parthica velat
igris,& auratos in nodum colligit vngues..
oria Mœoniis fulcit veſtigia thyrſis.
Dii,quibus in numerum vacui famulatur Auerni
ulgus iners, opibus quorum donatur auaris
uidquid in orbe perit; quos Styx liuentibus ambit
nterfuſa vadis, & quos fumantia torquens
quora vorticibus Phlegethon perluſtrat anhelis:
os mihi ſacrarum penetralia pandite rerum,
t veſtri ſecreta poli, qua lampade Ditem
exit Amor, quo ducta ferox Proſerpina raptu
oſſedit dotale Chaos; quantaſque per oras
ollicito genitrix errauerit anxia curſu.
nde datæ populis fruges, & glande relicta.

Ceſſerit inuentis Dodonia quercus ariſtis.
Dux Erebi quondam tumidas exarſit in iras:
Prælia moturus Superis, quod ſolus egeret
Connubiis, ſterileſque diu conſumeret annos,
Impatiens neſcire torum, nullaſque mariti
Illecebras,nec dulce patris cognoſcere nomen.
Iam quæcumque latent ferali monſtra Barathro,
In turmas,aciemque ruunt,contraque Tonantem
Coniurant Furiæ, crinitaque ſontibus hydris
Tiſiphone quatiens infeſto lumine pinum
Armatos ad caſtra vocat pallentia Manes.
Pene reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupiſſent elementa fidem, penituſque reuulſo
Carcere laxatis pubes Titania vinclis
Vidiſſet cæleſte iubar. rurſuſque cruentus
Ægæon poſitis arcto de corpore nodis
Obuia centeno vexaſſet fulmina motu.
Sed Parcæ vetuere minas,orbique timentes
Ante pedes, ſoliumque ducis fudere ſeueram
Canitiem,genibuſque ſuas cum ſupplice vultu
Admouere manus, quarum ſub iure tenentur
Omnia, quæ ſeriem fatorum pollice ducunt,
Longaque ferratis euoluunt ſæcula penſis.
Prima fero Lacheſis clamabat talia Regi
Incultas diſperſa comas: ô maxime noctis
Arbiter,Vmbrarumque potens,cui noſtra laborant
Stamina; qui finem cunctis, & ſemina præbes,
Naſcendique vices alterna morte rependis:
Qui vitam, letumque regis. nam quidquid vbique
Gignit materies,hoc te donante creatur,
Debeturque tibi,certiſque ambagibus æui
Rurſus corporeos animæ mittuntur in ortus.
Ne pete firmatas pacis diſſoluere leges,
Quas dedimus, neuitque colus: neu fœdera fratrum
Ciuili conuerte tuba. cur impia tollis
Signa? quid inceſtis aperis Titanibus auras?
Poſce Iouem. dabitur coniux. vix ille pepercit,
Erubuitque preces,animuſque relanguit atrox,
Quamuis indocilis flecti. ceu turbine rauco,
Cum grauis armatur Boreas,glacieque niuali
Hiſpidus,& Getica concretus grandine pennas
Bella cupit, pelagus, ſiluas,campoſque ſonoro
Flamine rapturus; ſi forte aduerſus ahenos
Æolus obiecit poſtes; vaneſcit inanis
Impetus,& fractæ redeunt in clauſtra procellæ.
Tunc Maia genitum, qui feruida dicta reportet,
Imperat acciri. Cyllenius adſtitit ales
Somniferam quatiens virgam, tectuſque galero.
Ipſe rudi fultus ſolio,nigraque verendus
Maieſtate ſedet. ſqualent immania fœdo.

Scepta ſitu ſeu ſublime caput mæſtiſſima nubes
Aſperat, & diræ riget inclementia formæ.
Terrorem dolor augebat. tunc talia celſo
Ore tonat. tumefacta ſilent dicente tyranno
Atria. latratum triplicem compeſcuit ingens
Ianitor, & preſſo lacrimarum fonte reſedit
Cocytus, tacitiſque Acheron obmutuit vndis,
Et Phlegethonteæ requieuunt murmura ripæ.
Atlantis Tegææ nepos, commune profundis
Et ſuperis numen, qui fas per limen vtrumque
Solus habes, geminoque facis commercia mundo,
I celer, & proſcinde Notos. & iuſſa ſuperbo
Redde Ioui. Tantumne tibi ſæuiſſime fratrum
In me iuris erit? ſi nobis noxia vires
Cum cælo fortuna tulit, non robur, & arma
Perdidimus. ſi rapta dies, an forte iacentes,
Ignauoſque putas, quod non Cyclopea tela
Stringimus, aut vanas tonitru deludimus auras?
Nonne ſatis viſum eſt, grati quod luminis expers
Tertia ſupremæ patior diſpendia ſortis,
Informeſque plagas; cum te lætiſſimus ornet
Signifer, & vario cingant ſplendore Triones?
Sed thalamos etiam prohibes? Nereia glauco
Neptunum gremio complectitur Amphitrite.
Te conſanguineo recipit poſt fulmina feſſum
Iuno ſinu. quid enim narrem Latonia furta?
Quid Cererem, magnamq; Themin? tibi tanta creandi
Copia. te felix natorum turba coronat.
Aſt ego deſerta mærens inglorius aula
Implacidas nullo ſolabor pignore curas?
Non adeo toleranda quies. primordia teſtor
Noctis, & horrendæ ſtagna intemerata paludis,
Si dicto parere negas, patefacta ciebo
Tartara. Saturni veteres laxabo catenas.
Obducam tenebris lucem. compage ſoluta
Fulgidus vmbroſo miſcebitur axis Auerno.
Vix ea fatus erat, iam nuntius aſtra tenebat.
Audierat mandata pater, ſecumque volutat
Diuerſos ducens animos, quæ tale ſequatur
Coniugium, Stygioſque velit pro Sole receſſus.
Certa requirenti tandem ſententia ſedit.
Ætnææ Cereri proles optata virebat
Vnica, nec tribuit ſobolem Lucina ſecundum,
Feſſaque poſt primos hæſerunt viſcera partus,
Infecunda quidem; ſed cunctis altior extſtat
Matribus, & numeri damnum Proſerpina penſat.
Hanc fouet, hanc ſequitur. vitulā non blandius ambit
Torua parens; pedibus quæ nondum proterit arua,
Nec noua lunatæ curuauit germina frontis.
Iam vicina toro plenis adoleuerat annis
Virginitas: tenerum iam pronuba flama pudorem
Sollicitat: miſtaque tremit formidine votum.
Perſonat aula procis. pariter pro virgine certant,
Mars clipeo melior, Phœbus præſtantior arcu.
Mars donat Rhodopen, Phœbus largitur Amyclas,
Et Delon, Clarioſque Lares. hinc æmula Iuno,
Hinc poſcit Latona nurum. deſpexit vtrumque
Flaua Ceres; raptuſque timens heu cæca futuri
Infidis natam Laribus commiſit alendam.
Æthera deſeruit, Siculaſque relegat in oras
Ingenio confiſa loci. Trinacria quondam
Italiæ pars vna fuit: ſed Pontus, & æſtus
Mutauere ſitum. rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit æquore montes:
Paruaque cognatas prohibent diſcrimina terras.
Nunc illam ſocia ruptam tellure triſulcam
Opponit natura mari. caput inde Pachyni
Reſpicit Ionias protentis rupibus iras.
Hinc latrat Gætula Thetis, Lilybæaque pulſat
Brachia conſurgens; hinc dedignata teneri
Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.
In medio ſcopulis ſe porrigit Ætna peruſtis:
Ætna Giganteos nunquam tacitura triumphos,
Enceladi buſtum, qui ſaucia membra reuinctus
Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulphur,
Et quoties detrectat onus ceruice rebelli
In dextrum, læuumque latus: tunc inſula fundo
Vellitur, & dubiæ nutant cum mœnibus vrbes.
Ætnæos apices ſolo cognoſcere viſu,
Non aditu tentare licet. pars cetera frondet
Arboribus, teritur nullo cultore cacumen.
Nunc vomit indigenas nimbos, piceaque grauatum
Fœdat nube diem: nunc motibus aſtra laceſſit
Terrificis, damniſque ſuis incendia nutrit.
Sed, quamuis nimio feruens exuberet æſtu,
Scit niuibus ſeruare fidem, pariterque fauillis
Dureſcit glacies tanti ſecura vaporis,
Arcano defenſa gelu, fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flama pruinas.
Quæ ſcopulos tormenta rotent? quæ tanta cauernas
Vis glomeret? quo fonte ruat Volcanius ignis?
Siue quod obiicibus diſcurrens ventus opertis,
Offenſo per ſaxa furit rimoſa meatu,
Dum ſcrutatur iter, libertatemque repoſcens
Putrida multiuagis populatur flatibus antra.
Seu mare ſulfurei ductum per viſcera montis
Oppreſſis igneſcit aquis, & pondera librat.
Hic vbi ſeruandum mater fidiſſima pignus
Abdidit, ad Phrygios tendit ſecura Penates,
Turrigeramque petit Cybelen, ſinuoſa draconum

lembra regens, volucri qui pervia nubila tractu
ignant, & placidis humectant frena venenis.
rontem criſta tegit: pinguut maculoſa virentes
erga nota:. rutilum ſquamis intermicat aurum.
Nunc ſpiris Zephyros tranant: tunc arua volatu
nferiore ſecant. cann rota puluere labens
ulcatam fecundat humum. flaveſcit ariſtia
)rbita. ſurgentes condunt veſtigia fruges.
eſtit iter comitata ſeges. iam linquitur Ætna,
otaque decreſcit refugo Trinacria viſu.
eu quoties præſaga mali violauit oborto
oregenas: quoties oculos ad tecta retorſit
Talia voce mouens: Salve gratiſſima tellus,
Quam nos prætulimus cælo. tibi gaudia noſtri
anguinis, & caros vteri commendo labores.
ræmia digna maneat. nullos patiere ligones.
t nullo rigidi verſabere vomeris ictu.
ponte tuus florebit ager ceſſante iuuento.
itior oblatas mirabitur incola meſſes.
ic ait, & fuluis ſerpentibus attigit Iden.
ic ſedes auguſta deæ, templique colendi
elligioſa ſilex. denſis quam pinus obumbrat
rondibus, & nulla lucos agitante procella
tridula coniferi modulantur carmina rami.
erribiles intus thiaſi, veſanaque miſto
oncentu delubra gemunt. vlulatibus Ide
acchatur. timidas inclinant Gargara ſiluas.
Poſtquam viſa Ceres; mugitum tympana frenant.
onticuere chori. Corybas non impulit enſem.
on buxus, non æra ſonant, blandique leones
ummiſere lubas, adytis gauiſa Cybelle
xſilit, & pronas intendit ad oſcula turres.
Viderat hæc dudum ſumma ſpeculatus ab arce
upiter, & Veneri mentis penetralia nudat.
urarum ſecreta tibi Cytherea fatebor.
andida Tartareo nuptum Proſerpina Regi
am dudum decreta dari. ſic Atropos vrget:
ic cecinit longæua Themis. nunc matre remota
Rem peragit tempus) fines inuade Sicanos,
t Cereris prolem patulis illudere campis,
raſtina puniceos cum lux detexerit ortus,
oge tuis armata dolis; quibus vrere cuncta,
Me quoque ſæpe ſoles. cur vltima regna quieſcunt?
ulla ſit immunis regio, nullumque ſub Vmbria
ectus inacceſſum Veneri. iam triſtis Erinnys
entiat ardores: Acheron, ditiſque ſeueri
errea laſciuis molleſcant corda ſagittis.
Accelerat præcepta Venus, iuſſuque parentis
allas, & inflexo terret quæ Mænala cornu,
Addunt ſe, comites. diuino ſemita greſſu
Claruit. augurium qualis laturus in orbem
Præceps ſanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens. non illum nauita tuto,
Non impune vident populi: ſed crine minaci
Nunciat aut ratibus ventos, aut vrbibus hoſtes.
Deuenere locum. Cereris qua tecta nitebant,
Cyclopum firmata manu. ſtant ardua ferro
Mœnia. ferrati poſtes, immenſaque nectit
Clauſtra chalybs. nullum tanto ſudore Pyracmon,
Nec Steropes conſtruxit opus: nec talibus vnquam
Spirauere notis animæ: nec flamine tanto
Incoctum maduit laſſa fornace metallum,
Atria cingit ebur, trabibus ſolidatur aënis
Culmen, & in celſas ſurgunt electra columnas.
Ipſa domum tenero mulcens Proſerpina cantu
Irrita texebat rediture munera matri.
Hic elementorum ſeriem, ſedeſque paternas
Inſignibat acu: veterem qua lege tumultum
Diſcreuit Natura parens, & ſemina iuſtis
Diſceſſere locis. quidquid leue, fertur in altum:
In medium graviora cadunt. incanduit æther:
Egit flama polum: fluxit mare: terra pependit,
Nec color vnus erat. ſtellas accendit in auro,
Oſtro fundit aquas, attollit litora gemmis,
Filaque mentitos ſubter celantia fluctus
Arte tument. credas illidi cautibus algam,
Et raucum bibulis inſerpere murmur arenis.
Addit quinque plagas. mediam ſubtemine rubro
Obſeſſam feruore notat. ſqualebat aduſtus
Limes, & aſſiduo ſitiebant ſtamina Sole.
Vitales vtrinque duas; quas mitis oberrat
Temperies habitanda viris, tum fine ſupremo
Torpentes traxit geminas, brumaque perenni
Fœdat, & æterno conſtringit frigore telas.
Nec non & patrui pingit ſacraria Ditis,
Fataleſque ſibi Manes. nec defuit omen.
Præſcia nam ſubitis maduerunt fletibus ora.
Cœperat & vitreis ſummo iam margine texti
Oceanum ſinuare vadis. ſed cardine verſo
Senſit adeſſe Deas. imperfectumque laborem
Deſerit, & niueos infecit purpura vultus
Per liquidas ſuccenſa genas, caſtique pudoris
Illuxere faces. non ſic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod femina tinxerit oſtro.
Merſerat vnda diem. ſparſo nox humida ſomno
Languida cæruleis inuexerat otia bigis.
Iamque viam Pluton Siculas molitur ad arces
Germani monitu. toruos inuiſa iugales
Alecto temone ligat, qui paſcua mandunt
Cocyti, pratiſque Erebi nigrantibus errant,

Stagna-

Stagnaque tranquillæ potantes marcida Lethes
Ægra ſoporatis ſpumant obliuia linguis.
Orphnæus crudele micans, Æthonque ſagitta
Ocior. & Stygij ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditis que nota ſignatus. Alaſtor
Stabant ante fores iuncti, ſæuumque fremebant
Craſtina venturæ ſpectantes gaudia prædæ.

CL. CLAVDIANI

IN LIBRVM II.

DE

RAPTV PROSERPINÆ

Ad Florentinum

Præfatio.

OTia ſopitis ageret cum cautibus Orpheus,
Neglectumque diu depoſuiſſet opus:
Lugebant erepta tibi ſolatia Nymphæ.
Quærebant dulces flumina mæſta modos.
Sæua feris natura redit. metuenſque leonum
Implorat citharæ vacca tacentis opem.
Illius & duri fleuere ſilentia montes,
Siluaque Biſtoniam ſæpe ſecuta chelym.
Sed poſtquam Inachiis Alcides miſſus ab Argis
Thracia pacifero contigit arua pede,
Diraque ſanguinei vertit præſepia Regis,
Et Diomedeos ſanguine pauit equos:
Tum patriæ feſto lætatus tempore vates
Deſuetæ repetit fila canora lyræ,
Et reſides leni modulatus pectine neruos
Pollice feſtino nobile duxit ebur.
Vix auditus erat: venti ſtetantur, & vndæ.
Pigrior adſtrictis torpuit Hebrus aquis.
Porrexit Rhodope ſitientes carmina montes.
Excuſſit gelidas pronior Oſſa niues.
Ardua nudato deſcendit populus Æmo,
Et comitem quercum pinus amica trahit,
Cirrhæique Dei quamuis deſpexerit artes,
Orpheis laurus vocibus acta venit.
Securum blandi leporem fouere Moloſſi,
Vicinumque lupo præbuit agna latus.
Concordes varia ludunt cum tigride damæ,
Maſſylam cerui non timuere iubam.
Ille nouercales ſtimulos actuſque canebat
Herculis & forti monſtra ſubacta manu.
Qui timidæ matri preſſos oſtenderit angues,
Intrepiduſque fero riſerit ore puer.
Te neque Dictæas quatiens mugitibus vrbes
Taurus non Stygij terruit ira canis:
Non leo ſidereos cæli rediturus ad axes,
Non Erymanthei gloria montis aper.
Soluis Amazonios cinctus, Stymphalidas arcu
Appetis, occiduo ducis ab orbe greges:
Tergeminique ducis numeroſos deiicis artus,
Et toties vno victor ab hoſte redis.
Non cadere Antæo. non creſcere profuit Hydræ:
Non ceruam volucres eripuere pedes.
Caci flama perit: rubuit Buſiride Nilus:
Proſtratis maduit Nubigenis Pholoë.
Te Libyci ſtupuere ſinus: te maximus Atlas
Horruit, impoſito cum premerere polo.
Firmior Herculea mundus ceruice pependit.
Luſtrarunt humeros Phœbus, & aſtra tuos.
Thracius hæc vates. ſed tu Tyrinthius alter
Florentine mihi. nam mea plectra moues.
Antraque Muſarum longo torpentia ſomno
Excutis, & placito ducis ab ore ſonos.

CL. CLAVDIANI

DE

RAPTV PROSERPINÆ

Liber II.

IMpulit Ionios præmiſſo lumine fluctus
Nondum puta dies. tremulis vibrauit in vndis
Ardor. & errantes ludunt per cærula flammæ.
Iamque audax animi, fidæque oblita parentis
Fraude Dionæa riguos Proſerpina ſaltus
(Sic Parcæ voluere) petit. ter cardine verſo
Præſagæ cecinere fores. ter conſcia fati
Flebile terrificis gemuit mugitibus Ætna.
Nullis illa tamen monſtris, nulloque mouetur
Prodigio. comites greſſum iunxere ſorores.
Prima dolo gaudens, & tanti conſcia furti
It Venus, & raptus meditur corde futuros,
Iam durum flexura Chaos, iam Dite ſubacto,
Ingenti famulos Manes ductura triumpho.
Illi multifidos crinis ſinuatur in orbes
Idalia diuiſus acu. ſudata marito
Fibula purpureos gemma ſuſpendit amictus,
Candida Parrhaſij poſt hanc Regina Lycæi,
Et Pandionias quæ cuſpide protegit arces.
Vtraque virgo ruunt: hæc triſtibus aſpera bellis:

Hæc

Hæc metuenda feris. Tritonia caſſide fulua
Cælatum Typhona gerit, qui ſumma peremtus
Ima parte viget, moriens & parte ſuperſtes.
Haſtaque terribili ſurgens per nubila gyro
Inſtar habet ſiluæ. tantum ſtridentia colla
Gorgonis obtentu pallæ fulgentis inumbrat.
At Triuiæ lenis ſpecies, & multus in ore
Frater erat, Phœbique genas & lumina Phœbi
Eſſe putes, ſolusque dabat diſcrimina ſexus.
Brachia nuda nitent: levibus proiecerat auris
Indociles errare comas, arcuque remiſſo
Otia nervus agit. pendent poſt terga ſagittæ.
Criſpatur gemino veſtis Gortynia cinctu
Poplite fuſa tenus, motoque in ſtamine Delos
Errat, & aurato trahitur circumflua Ponto.
Quas inter Cereris proles, nunc gloria noſtris,
Mox dolor, æquali tendit per gramina paſſu,
Nec membris, nec honore minor, potuitque videri
Pallas, ſi clypeum ferret; ſi ſpicula, Phœbe.
Collectæ tereti nodantur iaſpide veſtes.
Pectinis ingenio numquam felicior arti
Contigit euentus. nulli ſic conſona telæ
Fila, nec in tantum veri duxere figuram.
Hic Hyperionio Solem de ſemine naſci
Fecerat, & pariter Lunam, ſed diſpare forma
Auroræ, noctiſque duces. cunabula Tethys
Præbet, & infantes gremio ſolatur anhelos,
Cæruleuſque ſinus roſeis radiatur alumnis.
Inualidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce grauem, nec pubeſcentibus alte
Criſtatum radiis. primo clementior æuo
Fingitur, & tenerum vagitu deſpuit ignem.
Læua parte ſoror vitrei libamina potat
Vberis, & paruo ſignantur tempora cornu.
Tali luxuriat cultu. comitantur euntem
Naiades, & ſocia ſtipant vtrinque corona,
Quæ fontes Crimniſe tuos, & ſaxa rotantem
Pantagiam, nomenque Gelan qui præbuit vrbi,
Concelebrant: quas pigra vado Camarina paluſtri,
Quas Arethuſæi latices, quas advena nutrit
Alpheus, Cyane totum ſupereminet agmen.
Qualis Amazonidum peltis exulat aduncis
Pulchra cohors, quoties Arcton populata virago
Hippolyte niueas ducit poſt prælia turmas,
Seu flauos ſtrauere Getas, ſeu forte rigentem
Thermodoontiaca Tanaim fregere ſecuri.
Aut quales referunt Baccho ſolennia Nymphæ
Mæoniæ, quas Hermus alit, ripaſque paternas
Percurrunt auro grauidas. lætatur in antro
Amnis, & vndantem declinat prodigus vrnam.

Viderat herboſo ſacrum de vertice vulgus
Ætna parens florum, curuaque in valle ſedentem
Compellat Zephyrum. pater ô gratiſſime veris,
Qui mea laſciuo regnas per prata volatu
Semper, & aſſiduis irroras flatibus annum,
Reſpice Nympharum cœtus, & celſa Tonantis
Germina, per noſtros dignantia ludere campos.
Nunc adſis, faueaſque precor, nunc omnia fetu
Pubeſcant virgulta velis, vt fertilis Hybla
Inuideat, vincique ſuos non abnuat hortos.
Quidquid thuriferis ſpirat Panchaia ſiluis,
Quidquid odoratus longe blanditur Hydaſpes,
Quidquid ab externis ales longæua colonis
Colligit, optati referens exordia ſæcli,
In venas diſperge meas, & flamine largo
Rura foue, vt mereat diuino pollice carpi.
Et noſtris cupiant ornari Numina ſertis.
Dixerat. ille novo madidantes nectare pennas
Concutit, & glebas fecundo rore maritat.
Quaq; volat, vernus ſequitur color: omnis in herbas
Turget humus, medioque patent conuexa ſereno.
Sanguineo ſplendore roſas, vaccinia nigro
Induit, & dulci violas ferrugine pingit.
Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis
Regales iunctura ſinus? quæ vellera tantum
Ditibus Aſſyrij ſpumis fuſcantur aëni?
Non tales volucer pandit Iunonius alas.
Nec ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hiems, cum tramite flexo
Semita diſcretis interuiret humida nimbis.
Forma loci ſuperat flores: curuata tumore
Paruo planities, & mollibus edita cliuis
Creuerat in collem. viuo de pumice fontes
Roſcida mobilibus lambebant gramina riuis.
Siluaque torrentes ramorum frigore Soles
Temperat, & modico brumam ſibi vindicat æſtu,
Apta fretis abies, bellis accommoda cornus,
Quercus amica Ioui, tumulos tectura cupreſſus,
Ilex plena fauis, venturi præſcia laurus.
Fluctuat hic denſo criſpata cacumine buxus.
Hic ederæ ſerpunt, hic pampinus induit vlmos.
Haud procul inde lacus, (Pergum dixere Sicani)
Panditur, & nemorum frondoſo margine cinctus
Vicinis palleſcit aquis. admittit in altum
Cernentes oculos, & late peruius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus,
Imaque perſpicui prodit ſecreta profundi.
Huc elapſa cohors gaudet per florea rura,
Hortatur Cytherea legant. nunc ite ſorores
Dum matutinis præſudat Solibus aër:

Dum

Dum meus humectat flauentes Lucifer agros,
Roranti prouectus equo. ſic fata doloris
Carpit ſigna ſui. varios tum cætera ſaltus
Inuaſere cohors. credas examina fundi
Hyblæum raptura thymum, cum cerea reges
Caſtra mouent, fagique caua demiſſus ab aluo
Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.
Pratorum ſpoliatur honos. hæc lilia fuſcis
Intexit violis: hanc mollis amaracus ornat:
Hæc graditur ſtellata roſis: hæc alba liguſtris.
Te quoque flebilibus mærens, hyacinthe, figuris,
Narciſſumque metunt, nunc inclita germina veris,
Præſtantes olim pueros. tu natus Amyclis:
Hunc Helicon genuit. te diſci perculit error:
Hunc fontis decepit amor. te fronte retuſa
Delius, hunc fracta Cephiſſus arundine luget.
Æſtuat ante alias auido feruore legendi
Frugiferæ ſpes vna Deæ. nunc vimine textos
Ridentes calathos foliis agreſtibus implet:
Nunc ſociat flores, ſeſeque ignara coronat
Augurium fatale tori. quippe ipſa tubarum,
Armorumque potens, dextram, qua fortia turbat
Agmina, qua ſtabiles portas, & mœnia vellit,
Iam leuibus laxat ſtudiis, haſtamque reponit,
Inſolitiſque docet galeam miteſcere ſertis.
Ferratus laſciuit apex. horrorque receſſit
Martius; & criſtæ placato fulgure vernant.
Nec, quæ Parthenium canibus ſcrutatur odoris,
Aſpernata choros, libertatemque comarum
Iniecta voluit tandem frenare corona.
Talia virgineo paſſim dum more geruntur,
Ecce repens mugire fragor, confligere turres,
Pronaque vibratis radicibus oppida verti.
Cauſſa latet. dubios agnovit ſola tumultus
Diua Paphi, miſtoque metu perterrita gaudet.
Iamque per anfractus animarum rector opacos
Sub terris quærebat iter, grauibuſque gementem
Enceladum calcabat equis. immania findunt
Membra rotæ, preſſaque Gigas ceruice laborat
Sicaniam cum Dite ferens, tentatque moueri
Debilis, & feſſis ſerpentibus impedit axem.
Fumida ſulfureo prælabitur orbita dorſo.
Ac velut occultus ſecurum prodit in hoſtem
Miles, & effoſſi ſubter fundamina campi
Tranſilit eluſos arcano limite muros,
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces,
Terrigenas imitata viros: ſic tertius heres
Saturni tenebroſa vagis rimatur habenis
Deuia, fraternum cupiens exire ſub orbem.
Ianua nulla patet. prohibebant vndique rupes
Oppoſitæ, duraque Deum compage tenebant.
Non tulit ille moras, indignatuſque trabali
Saxa ferit ſceptro. Siculæ ſonuere cauernæ.
Turbatur Lipare, ſtupuit fornace relicta
Mulciber, & trepidus deiecit fulmina Cyclops.
Audiit & ſi quem glacies Alpina coërcet.
Et qui te latis nondum præcincte tropæis
Tibri natat, miſſamque Pado qui remigat alnum.
Sic, cum Theſſaliam ſcopulis incluſa teneret
Peneo ſtagnante palus, & merſa negaret
Arua coli, trifida Neptunus cuſpide montes
Impulit adverſos. tum forti ſaucius ictu
Diſſiluit gelido vertex Oſſæus Olympo.
Carceribus laxantur aquæ, fractoque meatu
Redduntur fluuiique mari, tellusque colonis.
Poſtquam victa manu duros Trinacria nexus
Soluit, & immenſo late diſceſſit hiatu:
Apparet ſubitus cælo timor. aſtra viarum
Mutauere fidem. vetito ſe proluit Arctos
Æquore. præcipitat pigrum formido Booten.
Horruit Orion. audito palluit Atlas
Hinnitu. rutilos obſcurat anhelitus axes
Diſcolor. & longa ſolitos caligine paſci
Terruit orbis equos. preſſis hæſere lupatis
Attoniti meliore polo. rurſuſque verendum
In Chaos obliquo certant temone reuerti.
Mox vbi pulſato ſenſerunt verbera tergo,
Et Solem didicere pati: torrentius amne
Hiberno, tortaque ruunt pernicius haſta.
Quantum non iaculum Parthi, non impetus Auſtri,
Non leue ſollicitæ mentis diſcurrit acumen.
Sanguine frena calent: corrumpit ſpiritus auras
Letifer: infectæ ſpumis vitiantur arenæ.
Diffugiunt Nymphæ: rapitur Proſerpina curru,
Imploratque Deas. iam Gorgonis ora reuelat
Pallas, & intento feſtinat Delia cornu:
Nec patruo cedunt. ſtimulat communis in arma
Virginitas, crimenque feri raptoris acerbat.
Ille, velut ſtabuli decus, armentique iuuencam
Cum Leo poſſedit, nudataque pectora fodit
Vnguibus, & rabiem toros exegit in armos,
Stat craſſa turpis ſanie, nodoſque iubarum
Excutit, & viles paſtorum deſpicit iras.
Ignaui domitor mundi, teterrime fratrum,
Pallas ait, quæ te ſtimulis, facibuſque profanis
Eumenides movere? tua cur ſede relicta
Audes Tartareis mundum inceſtare quadrigis?
Sunt tibi deformes Diræ: ſunt altera Lethes
Flumina: ſunt triſtes Furiæ te coniuge dignæ.
Fratris linque domos: alienam deſere ſortem:

Nocte tua contentus abi. quid viva ſepultis
Admiſces? noſtrum quid proteris advena mundum?
Talia vociferans auidos tranſire minaci
Cornipedes vmbone ferit, clipeique retardat
Obiice, Gorgoneiſque premens aſſibilat hydris,
Prætentaſque aperit criſtas. libratur in ictum
Fraxinus, & nigros illuminat obuia currus.
Miſſaque pæne foret, ni Iupiter æthere ſummo
Pacificas rubri torſiſſet fulminis alas,
Confeſſus ſocerum. nimbis Hymenæus hiulcis
Intonat, & teſtes firmant connubia flammæ.
Inuitæ ceſſere Deæ. compeſcuit arcum
Cum gemitu, taleſque dedit Latonia voces.
Sis memor, ô longumque vale. reuerentia patris
Obſtitit auxilio. nec nos defendere contra
Poſſumus. imperio vinci maiore fatemur.
In te coniurat genitor, populoque ſilenti
Traderis, heu, cupidas non adſpectura ſorores,
Æqualeſque choros. quæ te fortuna ſupernis
Abſtulit, & tanto damnauit ſidera luctu?
Iam neque Parthenijs innectere retia luſtris,
Nec pharetram geſtare libet. ſecurus vbique
Spumet aper, ſæuique fremant impune leones.
Te iuga Taygeti, poſito te Mænala flebunt
Venatu, mœſtoque diu lugebere Cyntho.
Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.
Interea volucri fertur Proſerpina curru
Cæſariem diffuſa Noto, planctuque lacertos
Verberat, & queſtus ad nubila fundit inanes.
Cur non torſiſti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela pater? ſic me crudelibus Vmbris
Tradere, ſic toto placuit depellere mundo?
Nullane te flectit pietas? nihilumne paternæ
Mentis ineſt? tantas quo crimine mouimus iras?
Non ego, cum rapido ſæuiret Phlegra tumultu,
Signa Deis aduerſa tuli: non robore noſtro
Oſſa pruinoſum vexit glacialis Olympum.
Quod conata nefas, aut cuius conſcia culpæ
Exſul ad immanes Erebi detrudor hiatus?
O fortunatas, alii quaſcunque tulere
Raptores. ſaltem communi Sole fruuntur:
Sed mihi virginitas pariter cælumque negatur,
Eripitur cum ſole pudor, terriſque relictis
Infelix Stygio ducor captiua tyranno.
O male dilecti flores, deſpectaque matris
Conſilia: ô Veneris deprenſæ ſerius artes.
Mater io, ſeu te Phrygiis in vallibus Idæ
Mygdonio buxus circumſonat horrida cantu;
Seu tu ſanguineis vlulantia Dindyma Gallis
Incolis, & ſtrictos Curetum reſpicis enſes,
Exitio ſuccurre meo: compeſce furentem:
Comprime ferales torui prædonis habenas.
Talibus ille ferox dictis, fletuque decoro
Vincitur, & primi ſuſpiria ſentit amoris.
Tunc ferrugineo lacrimas deterſit amictu,
Et placida mœſtum ſolatur voce dolorem.
Deſine funeſtis animum, Proſerpina, curis,
Et vano vexare metu. maiora dabuntur
Sceptra, nec indigni tedas patiere mariti.
Ille ego Saturni proles, cui machina rerum
Seruit, & immenſum tendit per inane poteſtas.
Amiſſum ne crede diem. ſunt altera nobis
Sidera, ſunt orbes alii. lumenque videbis
Purius, Elyſiumque magis mirabere ſolem,
Cultoreſque pios. illic pretioſior ætas
Aurea progenies habitat. ſemperque tenemus;
Quod ſuperi meruere ſemel. nec mollia deſunt
Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Ætna.
Eſt etiam lucis arbor prædiues opacis
Fulgentes viridi ramos curuata metallo.
Hæc tibi ſacra datur. fortunatumque tenebis
Autumnum, & fuluis ſemper ditabere pomis.
Parua loquor. quidquid liquidus complectitur aër,
Quidquid alit tellus, quidquid maris æquora verrunt,
Quod fluuij voluunt, quod nutriuere paludes,
Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis
Lunari ſubiecta globo, qui ſeptimus auras
Ambit, & æternis mortalia ſeparat aſtris.
Sub tua purpurei venient veſtigia Reges
Depoſito luxu, turba cum paupere miſti.
Omnia mors æquat. tu damnatura nocentes:
Tu requiem latura piis: te iudice ſontes
Improba cogentur vitæ commiſſa fateri.
Accipe Lethæo famulas cum gurgite Parcas.
Sit fatum quodcumque velis. hæc fatus ouantes
Exhortatur equos, & Tænara mitior intrat.
Conueniunt animæ quantas truculentior Auſter
Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas.
Cunctaque præcipiti ſtipantur Tartara curſu
Inſignem viſura nurum. mox ipſe ſerenus
Ingreditur facili paſſus molleſcere riſu.
Diſſimiliſque ſui dominis intrantibus ingens
Aſſurgit Phlegethon flagrantibus hiſpida riuis
Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.
Occurrunt propere lecta de plebe miniſtri.
Pars altos reuocant currus, freniſque ſolutis
Vertunt emeritos ad paſcua nota iugales.
Pars aulæa tenent. alij prætexere ramis

Limina,

Flamina, & in thalamis cultas extollere veſtes.
Reginam caſto cinxerunt agmine matres
Elyſiæ, teneroſque leuant ſermone dolores.
Et ſparſos religant crines, & vultibus addunt
Flamea ſollicitum prauelatura pudorem.
Pallida lætatur regio, genteſque ſepultæ
Luxuriant, epuliſque vacant genialibus Vmbræ.
Grata coronati peragunt conuiuia Manes.
Rumpunt inſoliti tenebroſa ſilentia cantus.
Sedantur gemitus Erebi; ſe ſponte relaxat
Squalor, & æternam patitur rareſcere noctem:
Vrna nec incertas verſat Minoia ſortes,
Verbera nulla ſonant, nulloque frementia luctu
Impia dilatis reſpirant Tartara pœnis.
Non rota ſuſpenſum præceps Ixiona torquet:
Non aqua Tantalicis ſubducitur inuida labris.
Soluitur Ixion, inuenit Tantalus vndas.
Et Tityus tandem ſpatioſos erigit artus:
Squalentiſque novem detexit iugera campi.
Tantus erat. laterique piger ſulcator opaci
Inuitus trahitur laſſo de pectore vultur,
Abreptaſque dolet iam non ſibi creſcere fibras.
Oblitæ ſcelerum, formidatique furoris
Eumenides cratera parant, & vina feroci
Crine bibunt, flexiſque minis iam lene canentes
Extendunt ſocios ad pocula plena ceraſtas,
Ac feſtas alio ſuccendunt lumine tedas.
Tunc & peſtiferi pacatum limen Auerni
Innocuæ tranſiſtis aues, flatumque repreſſit
Amſanctus. tacuit fixo torrente vorago.
Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes
Lacte novo tumuiſſe ferunt, ederiſque virentem
Cocyton dulci perhibent ſtagnaſſe Lyæo.
Stamina non rupit Lacheſis. nec turbida ſacris
Obſtrepitant lamenta choris. mors nulla vagatur
In terris, nullæque rogum planxere parentes.
Nauita non moritur fluctu, non cuſpide miles.
Oppida funerei pollent immunia leti.
Impexoſque ſenex velauit arundine crines
Portitor, & vacuos egit cum carmine remos.
Iam ſuus inferno proceſſerat Heſperus orbi.
Ducitur in thalamum virgo. ſtat pronuba iuxta
Stellantes Nox picta ſinus, tangenſque cubile
Omina perpetuo genitalia fœdere ſanxit.
Exſultant cum voce pii. Ditiſque ſub aula
Tellia pervigili ducunt exordia plauſu.
Noſtra parens Iuno. tuque o germane Tonantis,
Et gener vnanimi conſortia ducite ſomni,
Mutuaque alternis innectite colla lacertis.
Iam felix oritur proles: iam læta futuros
Exſpectat natura Deos nova numina rebus
Addite, & optatos Cereri proferte nepotes.

CL. CLAVDIANI

DE

RAPTV PROSER-pinæ

Liber III.

IVpiter interea cinctam Thaumantida nimbis
Ire iubet, totoque Deos arceſſere mundo.
Illa colorato Zephyris illapſa volatu
Numina conclamat pelagi, Nymphaſque morantes
Increpat, & fluvios humentibus euocat antris.
Ancipites, trepidique ruunt, quæ cauſſa quietos
Excierit, tanto quæ res agitanda tumultu.
Vt patuit ſtellata domus, conſidere iuſſi.
Nec confuſus honor. Cæleſtibus ordine ſedes
Prima datur. tractum proceres tenuere ſecundum
Æquorei. placidus Nereus, & lucida Phorci
Canities. Glaucum ſeries extrema biformem
Accipit, & certo manſurum Protea vultu.
Nec non & ſenibus fluviis conceſſa ſedendi
Gloria plebeio ſtat cætera more iuuentus.
Mille amnes. liquidis incumbunt patribus vdæ
Naiades, & taciti mirantur ſidera Fauni.
Tum grauis ex alto genitor ſic orſus Olympo eſt:
Adduxere meas iterum mortalia curas
Iam pridem neglecta mihi, Saturnia poſtquam
Otia, & ignavi ſenium cognovimus æui,
Sopitoſque diu populos torpore paterno
Sollicitæ placuit ſtimulis impellere vitæ.
Incultis ne ſponte ſeges grandeſceret aruis.
Vndaret neu ſilua fauis, neu vina tumerent
Fontibus, & totæ fremerent in pocula ripæ.
Haud equidem inuideo (nec enim liueſcere fas eſt,
Vel nocuiſſe Deos) ſed quod diſſuaſor honeſti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes,
Provocet vt ſegnes animos, rerumque remotes
Ingenioſa vias paullatim exploret egeſtas.
Viqueartes pariat ſollertia, nutriat vſus.
Nunc mihi cum magnis inſtat Natura querelis
Humanum releuare genus, durumque tyrannum,
Immitemque vocat, regnataque ſæcula patri

ommemorat, parcumque Iovem ſe diuite clamat:
ur campos horrere ſitu, dumiſque repleri
ura velim, & nullis exornem fructibus annum?
e iam, quæ genitrix mortalibus ante fuiſſet,
n diræ ſubito mores tranſiſſe nouercæ.
Quid mentem traxiſſe polo, quid profuit altum
rexiſſe caput, pecudum ſi more pererrant
uia, ſi frangunt communia pabula glandes?
Iæccine vita iuuat ſiluestribus abdita luſtris
udiſcreta feris? tales cum ſæpe parentis
ertulerim queſtus, tandem clementior orbi
Chaonio ſtatui gentes auertere victu,
tque ideo Cererem, quæ nunc ignara malorum
erberat Idæos torua cum matre leones,
er mare, per terras auido diſcurrere luctu
Decretum, donec natæ læta reperta
ndicio tribuat fruges, curruſque feratur
Nubibus, ignotas populis ſparſurus ariſtas,
t iuga cærulei ſubeant Actæa dracones.
Quod ſi quis Cereri raptorem prodere Diuum
udeat: imperii molem, pacemque profundam
Obteſtor rerum, natus licet ille, ſororue,
Vel coniux fuerit, natarumue agmiuis vna,
e licet illa meo conceptam vertice iactet,
entiet iratam procul ægida, ſentiet ictum
ulminis, & genitum diuina ſorte pigebit,
Optabitque mori. tunc vulnere languidus ipſi
Tradetur genero, paſſurus prodita regna,
t ſciet an propriæ conſpiceat Tartara cauſſæ.
Ioc ſanctum. manſura fluant hoc ordine fata.
Dixit, & horrendo concuſſit ſidera motu.
At procul armiſoni Cererem ſub rupibus antri
ecutam, placidamque diu iam certa peracti
Terrebant ſimulacra mali noctesque timorem
ngeminant, omnique perit Proſerpina ſomno.
Namque modo immiſſis inuadi viſcera telis,
Nunc ſibi mutatas horret nigreſcere veſtes,
Nunc ſteriles mediis frondere Penatibus ornos.
Stabat prætere a luco dilectior omni
Laurus, virgineos olim quæ fronde pudica
Vmbrabat thalamos. hanc ima ſtirpe reciſam
Vidit, & incomtos fœdari puluere ramos,
Quærentique nefas Dryades dixere gementes
Tartarea furias debellauiſſe bipenni.
Sed tunc ipſa ſui, iam non ambagibus vllis
Nuntia metetuo facies inſerta ſopori.
Namque videbatur tenebroſo obiecta receſſu
Carceris, & ſæuis Proſerpina vincta catenis,
Non qualem Siculis olim mandauerat aruis,
Nec qualem roſeis nuper conuallibus Ætnæ
Suſpexere Deæ. ſqualebat pulcrior auro
Cæſaries, & nox oculorum infecerat ignes.
Exhauſtuſque gelu pallet rubor. ille ſuperbi
Flammeus oris honos, & non ceſſura pruinis
Membra colorantur picei caligine regni.
Ergo hanc vt dubio vix tandem agnoſcere vultu
Evaluit: cuius tot pœnæ criminis? inquit.
Vnde hæc informis macies? cui tanta poteſtas
In me ſæuitiæ eſt? rigidi cur vincula ferri
Vix aptanda feris molles meruere lacerti?
Tu mea tu proles? an vana fallimur vmbra?
Illa refert: Heu dira parens, natæque peremptæ
Immemor. heu fuluas animo tranſgreſſa leænas,
Tantane te noſtri tenuere obliuia? tantum
Vnica deſpicior? certe Proſerpina nomen
Dulce tibi, tali quæ nunc, vt cernis, hiatu
Suppliciis incluſa feror. tu ſæua choreis
Indulges, Phrygiaſque etiamnum interſtrepis vrbes.
Quod ſi non omnem pepuliſti pectore matrem,
Si tu ſancta Ceres, & te non Caſpia tigris
Edidit: his oro miſeram defende catenis,
Inque ſuperna refer. prohibent ſi fata reuerti,
Vel ſaltem viſura veni. ſic fata, trementes
Tendere conatur palmas. vis improba ferri
Impedit, & motæ ſomnum excuſſere catenæ.
Obriguit viſis. gaudet non vera fuiſſe,
Complexu caruiſſe dolet. penetralibus amens
Proſilit, & tali compellat voce Cybellen.
Iam non vlterius Phrygia tellure morabor
Sancta parens. reuocat tandem cuſtodia cari
Pignoris, & cunctis obiecti fraudibus anni.
Non mihi. Cyclopum quamuis exſtructa caminis,
Culmina fida ſatis. timeo, ne fama latebras
Prodiderit, leuiuſque meum Trinacria celet
Depoſitum. terret nimium vulgara locorum
Nobilitas. aliis ſedes obſcurior oris
Exquirenda mihi. gemitu, flammiſque propinquis
Enceladi nequeunt vmbracula noſtra taceri.
Somnia quin etiam variis infauſta figuris
Sæpe monent, nulluſque dies non triſte minatur
Augurium, quoties flauentia ſerta comarum
Sponte cadunt: quoties exſudat ab vbere ſanguis:
Larga vel inuito prorumpunt flumina vultu,
Iniuſſæque manus mirantia pectora tundunt.
Si buxos inflare velim, ferale gemiſcunt:
Tympana ſi quatiam, planctum mihi tympana reddũt.
Ah vereor, ne quid portendant omina veri.
Heu longæ nocuere moræ. procul irrita venti
Dicta ferant. ſubicit Cybele: non tanta Tonanti
Segnities, vt non pro pignore fulmina mittat.

I tamen,

I tamen, & nullo turbata reuertere caſu.
Hæc vbi digreditur templis, ſed nulla ruenti
Mobilitas, tardosque queritur non ire iugales,
Immeritaſque mouens alterno verbere pinnas
Sicaniam quærit, cum nec dum adſcenderit Idam,
Cuncta pauet, ſperatque nihil. ſic æſtuat ales,
Quæ teneros humili fetus commiſerit orno
Allatura cibos, & plurima cogitat abſens:
Ne gracilem ventus diſcuſſerit arbore nidum,
Ne furtum pateant homini, neu præda colubris,
Vt domus excubiis incuſtodita remotis,
Et reſupinati neglecto cardine poſtes,
Flebilis & tacitæ ſpecies apparuit aulæ;
Non exſpectato reſpectu cladis, amictus
Conſcidit, & fractas cum crine auellit ariſtas.
Hæſerunt lacrimæ: nec vox, aut ſpiritus oris
Redditur, atque imis vibrat tremor oſſa medullis.
Succidui titubant greſſus, foribuſque recluſis,
Dum vacuas ſedes, & deſolata pererrat
Atria, ſemirutas confuſo ſtamine telas,
Atque interceptas agnoſcit pectinis artes.
Diuinus perit ille labor, ſpatiumque relictam
Audax ſacrilego ſupplebat aranea textu.
Nec defiet, plangitque malum: tamen oſcula telæ
Figit, & abrumpit mutas in fila querelas,
Attritoſque manu radios, proiectaque penſa,
Cunctaque virgineo ſparſa oblectamina ludo.
Ceu natam preſſat gremio, caſtumque cubile,
Deſertoſque toros, &, ſicubi ſederat olim,
Perlegit. attonitus ſtabulo ceu paſtor inani,
Cui pecus aut rabies Pœnorum inopina leonum,
Aut populatrices infeſtauere cateruæ.
Seruat ille redit, vaſtataque paſcua luſtrans
Non reſponſuros ciet, imploratque iuuencos,
Atque ibi ſecreta tectorum in parte iacentem
Adſpicit Electram, natæ quæ ſedula nutrix
Oceani priſcas inter notiſſima Nymphas.
Par Cereri pietas. hæc poſt cunabula dulci
Ferre ſinu, ſummoque Ioui deducere paruam
Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis.
Hæc comes, hæc cuſtos, hæc proxima mater haberi.
Tum laceras effuſa comas, & puluere cano
Sordida ſidereæ raptus lugebat alumnæ.
Hanc aggreſſa Ceres. poſtquam ſuſpiria tandem
Laxauit, freno ſque dolor, quod cernimus, inquit,
Excidium? cui præda feror? regnatne maritus?
An cælum Titanes habent? quæ talia vivo
Auſa tonante manus? rupitne Typhoëa ceruix
Inarimen? fractane iugi compage Veſeui
Alcyoneus per ſtagna pedes Tyrrhena cucurrit?
An vicina mihi quaſſatis faucibus Ætna
Protulit Enceladum? noſtros an forte Penates
Appetiit centum Briareia turba lacertis?
Heu, vbi nunc eſt nata mihi? quo mille miniſtræ?
Quo Cyane? volucres quæ vis Sirenas abegit?
Hæccine veſtra fides? ſic fas aliena tueri
Pignora? contremuit nutrix, mærorque timori
Ceſſit. & aſpectus miſeræ non ferre parentis
Emtum morte velit, longumque immota moratur
Auctorem dubium, certumque expromere funus.
Vix tamen hæc. acies vtinam veſana Gigantum
Hanc dederit cladem. lenius communia tangunt;
Sed Diuæ, multoque minus quod rere, ſorores
In noſtras nimium coniurauere ruinas.
Inſidias Superum, cognataque vulnera cernis
Inuidiæ. Phlegra nobis infenſior æther.
Florebat tranquilla domus, nec limina virgo
Linquere, nec virides audebat viſere ſaltus
Præceptis obſtricta tuis. telæ labor illi,
Sirenes requies, ſermonum gratia mecum,
Mecum ſomnus erat, caſtique per atria ludi.
Cum ſubito (dubium quonam monſtrante tenebras
Præſcierit) Cytherea venit, ſuſpectaque nobis
Ne foret, hinc Phœben comites, hinc Pallada iunxit.
Protinus effuſo lætam ſe fingere riſu,
Nec ſemel amplecti, nomenque iterare ſororis.
Et dura de matre queri, quæ tale receſſu
Maluerit damnare decus, vetitamque Dearum
Colloquio patriis procul abſentauerit aſtris.
Noſtra ludis gaudere malis, & nectare largo
Inſtaurare dapes; nunc arma, habitumque Dianæ
Induitur, digitiſque attentat mollibus arcum.
Nunc crinita iubis galeam laudante Minerua
Implet, & ingentem clipeum geſtare laborat.
Prima Venus campos, Ætnæaque rura maligno
Ingerit affatu, vicinos callida flores
Ingeminat, meritumque loci velut inſcia quærit,
Nec credit, quod bruma roſas innoxia ſeruet,
Quod gelidi rubeant alieno gramine menſes,
Verna nec iratum timeant virgulta Booten.
Dum loca miratur, ſtudio dum flagrat eundi,
Perſuadet teneris, heu, lubrica moribus ætas.
Quos ego nequidquam planctus, quas irrita fudi
Ore preces? ruit illa tamen confiſa ſororum
Præſidio. famulæ longo poſt ordine Nymphæ.
Itur in æterno veſtitos gramine campos,
Et prima ſub luce legunt, cum rore ſerenus
Alget ager, ſparſoſque bibunt violaria ſuccos.
Sed poſtquam medio ſol altior adſtitit orbe,
Ecce polum nox alta rapit, tremefactaque nutat

Inſula cornipedum ſtrepitu, curſuque rotarum.
Noſſe nec aurigam licuit: ſeu mortifer æſtus,
Seu mors ipſa fuit. Intot permanſit in herbis.
Deficiunt riui. ſqualent rubigine prata.
Et nihil afflatum viuit. pallere liguſtra,
Exſpirare roſas, decreſcere lilia vidi.
Vt rauco reduces tractu detorſit habenas,
Nox ſua proſequitur currum; lux redditur orbi,
Perſephone nulla eſt. voto rediere peracto,
Nec manſere Deæ. mediis invenimus arvis
Exanimem Cyanen. ceruix redimita iacebat,
Et caligantes marcebant fronte coronæ.
Aggredimur ſubito, caſus ſcitamur heriles,
(Nam propior cladi ſteterat) quis vultus equorum?
Quis regat? illa nihil: tacito ſed lapſa veneno
Soluitur in laticem. ſubrepſit crinibus humor.
Liquitur, in roremque pedes, & brachia manant,
Noſtraque mox lambit veſtigia perſpicuus fons.
Diſcedunt aliæ rapidis Acheloides alis
Sublatæ. Siculi latus obſedere Pelori,
Accenſæque malo iam non impune canoras
In peſtem vertere lyras. vox blanda carinas
Alligat. audito frenantur carmine remi.
Sola domi luctu ſenium tractura relinquor.
Hæret adhuc ſuſpenſa Ceres, & ſingula demens,
Ceu nondum tranſacta timet: mox lumina torquens
Vultu ad Cælicolas furiato pectore fertur.
Arduus Hyrcana quatitur ſic matre Niphates,
Cuius Achæmenio Regi ludibria natos
Auexit tremebundus eques. fremit illa marito
Mobilior Zephyro, totamque virentibus iram
Diſpergit maculis, iamiamque hauſura profundo
Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ.
Haud aliter toro genitrix bacchatur Olympo,
Reddite vociferans: non me vagus edidit amnis:
Non Dryadum de plebe ſumus: turrita Cybelle
Me quoque Saturno genuit. quo iura Deorum.
Quo leges cecidere poli? quid viuere recte
Proderit? en audet noti Cytherea pudoris
Oſtentare ſuos poſt Lemnia vincula vultus.
Hos animos bonus ille ſopor, caſtumque cubile
Præbuit. amplexus hoc promeruere pudici.
Nec mirum, ſi turpe nihil poſt talia ducit.
Quid vos expertes thalami? tantumne relictus
Virginitatis honos? tantum mutata voluntas?
Iam Veneri, & ſociis iunctæ raptoribus itis?
O templis Scythiæ, atque hominem ſitientibus aris
Vtraque digna coli. tanti quæ cauſa furoris?
Quam mea vel dicto tenui Proſerpina læſit?
Scilicet hæc caris pepulit te, Delia, ſiluis:
Aut tibi commiſſas rapuit, Tritonia, pugnas.
An grauis alloquiis veſtros an forte petebat.
Importuna choros? atqui Trinacria longe.
Eſſet ne vobis oneri, deſerta colebat.
Quid latuiſſe iuvat? rabiem liuoris acerbi
Nulla poteſt placare dies. bis increpat omnes
Vocibus. aſt illæ (prohibet reverentia patris)
Aut reticent, aut noſſe negant, reſponſaque matri
Dant lacrimas. quid agat? tutius ſe victa remittit,
Inque humiles demiſſa preces, Ignoſcite, ſi quid
Intumuit pietas: ſi quid flagrantius actum eſt
Quam decuit miſeram. ſupplex, miſerandaq; veſtris
Advoluor genibus. liceat cognoſcere ſortem.
Hoc tantum liceat, certos habuiſſe dolores.
Scire peto quæ forma mali: quamcunque dediſtis
Fortunam, ſi nota, feram, fatumque putabo,
Non ſcelus. adſpectum precor indulgere parenti.
Non repetam quæſita manu. ſecurus habeto
Quiſquis es. affirmo prædam. deſiſte vereri.
Quod ſi vos aliquo præuenit munere raptor,
Tu certe, Latona, refer. confeſſa Diana
Forte tibi. noſti quid ſit Lucina, timorque
Progenitis, & quantus amor, partuſque tuliſti
Tu geminos: hæc vna mihi. ſic etiam fruaris
Semper Apollineo, ſic me felicior æuum
Mater agas. largis tunc imbribus ora madeſcunt.
Quid tantum eſt dignum fleri, dignumque taceri?
Hei mihi, diſcedunt omnes quid vana moraris
Vlterius? non bella palam cæleſtia ſentis?
Quin potius natam pelago, terriſque requiris?
Accingar luſtrare diem per devia rerum
Indefeſſa ferat. nulla ceſſabitur hora.
Non requies, non ſomnus erit, dum pignus ademtum
Inueniam, gremio quamuis mergatur Iberæ
Tethyos, & rubro iaceat vallata profundo.
Non Rheni glacies, non me Rhipæa tenebunt
Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur æſtu.
Stat fines penetrare Noti, Boreæque nivalem
Veſtigare domum. primo calcabitur Atlas
Occaſu, facibuſque meis lucebit Hydaſpes.
Impius errantem videat per rura per vrbes
Iupiter. exſtincta ſatietur pellice Iuno.
Inſultate mihi: cælo regnate ſuperbi.
Ducite præclarum Cereris de ſtirpe triumphum.
Sic fatur, notæque iugis illabitur Ætnæ,
Noctivago tedas inflammatura labori.
Lucus erat prope flumē Acin. quod candida præfert
Sæpe mari, pulcroque ſecat Galatea natatu,
Denſus, & innexis Ætnæa cacumina ramis,
Qua libet vſque tegens. illic poſuiſſe cruentam Ægida,

Ægida, captivamque pater poſt prælia prædam
Aduexiſſe datur. Phlegræis ſilua ſuperbit
Exuuiis, totumque nemus victoria veſtit.
Hic patuli rictus: hic prodigioſa Gigantum
Tergora dependent, & adhuc crudele minantur.
Affixæ facies truncis, immaniaque oſſa
Serpentum paſſim tumulis exſanguibus albent,
Et rigidæ multo ſuſpirant fulmine pelles,
Nullaque non magni iactat ſe nominis arbor.
Hæc centumgemini ſtrictos Ægeonis enſes
Curuata vix fronde leuat. lucentibus illa
Exſultat Cœi ſpoliis. hæc arma Mimantis
Suſtinet. hos onerat ramos exutus Ophion.
Altior & cunctis abies, vmbroſaque late
Ipſius Enceladi fumantia geſtat opima
Summi terrigenum Regis, caderetque grauata
Pondere, ni lapſum fulciret proxima quercus.
Inde timor, numenque loco, nemoriſque ſenectæ
Parcitur, ætheriiſque nefas nocuiſſe tropæis.
Paſcere nullus oues, nec robora lædere Cyclops
Audet, & ipſe fugit ſacra Polyphemus ab vmbra.
Non tamen hoc tardata Ceres. accenditur vltro
Relligione loci, vibratque incerta ſecurim,
Ipſum etiam feritura Iouem. ſuccidere pinus,
Et magis enodes properat proſternere cedros,
Exploratque habiles truncos, rectique tenorem
Stipitis, & certo prætentat brachia niſu.
Sic qui vecturus longinqua per æquora merces
Molitur tellure ratem, vitamque procellis
Obiectare parat; fagos metitur, & alnos,
Et varium rudibus ſilvis accommodat vſum.
Quæ longa eſt; tumidis præbebit cornua velis:
Quæ fortis; clauo potior: quæ lenta; fauebit
Remigio: ſtagni patiens, aptanda carinæ.
Tollebant geminæ capita inuiolata cupreſſus
Ceſpite vicino; quales non rupibus Idæ
Miratur Simois; quales non diuite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.
Germanas adeo credas: ſic frondibus æquis
Adſtant, & ſocio deſpectant vertice lucum.
Hæ placuere faces. pernix invadit vtramque
Cincta ſinus, exſerta manus, armata bipenni:
Alternaſque ferit, totiſque obnixa trementes
Viribus impellit. pariter traxere ruinam,
Et pariter poſuere comas, campoque recumbunt,
Faunorum Dryadumque dolor. complectitur ambas.
Sicut erant, altéque levat, tergoque ſolutis
Crinibus adſcendit faſtigia montis anheli,
Exſuperatque æſtus, & nulli pervia ſaxa,
Atque indignantes veſtigia calcat arenas.

Qualis peſtiferas animare ad crimina taxos
Torua Megæra ruit; Cadmi ſeu mœnia poſcat;
Siue Thyeſteis properet ſæuire Mycenis.
Dant tenebræ, Maneſque locum, plantiſque reſultant
Tartara ferratis: donec Phlegethontis in vnda
Conſtitit, & plenos accepit lampade fluctus.
Poſtquam eſt peruentum ſcopuli flagrantis in oras;
Protinus arſuras auerſa fronte cupreſſus
Faucibus iniecit mediis, lateque cauernas
Texit, & vndantem flamarum obſtruxit hiatum.
Compreſſo mons igne tonat, clauſuſque laborat
Mulciber. obducti nequeunt exire vapores.
Coniferi micuere apices. creuitque fauillis
Ætna novis. ſtrident admiſſo ſulfure rami.
Tum, ne deficerent tantis erroribus ignes,
Semper inocciduos, inſopitoſque manere
Iuſſit. & arcano perfudit robora ſucco;
Quo Phaëthon irrorat equos, quo Luna iuuencos.
Iamque ſoporiferas nocturna ſilentia terris
Explicuere vices. laniato pectore longas
Inchoat illa vias, & ſic ingreſſa profatur.
Non tales geſtare tibi, Proſerpina, tedas
Sperabam: ſed vota mihi communia matrum,
Et thalami, feſtæque faces. cæloque canendus
Ante oculos Hymenæus erat. ſic Numina fatis
Voluimus, & Lacheſis nullo diſcrimine ſæuit.
Quam nuper ſublimis eram, quantiſque procorum
Cingebar ſtudiis! quæ non mihi pignus ob vnum
Cedebat numeroſa parens? tu prima voluptas,
Tu poſtrema mihi: per te fecunda videbar.
O decus, ô requies, ô grata ſuperbia matris:
Qua geſſi florente Deam: qua ſoſpite numquam
Inferior Iunone fui: nunc ſqualida, vilis.
Hoc placitum patri. cur autem adſcribimus illum
His lacrimis? ego te, fateor, crudelis ademi,
Quæ te deſerui ſolam: quæ inſtantibus vltro
Hoſtibus expoſui. tuncis ſecura fruebar
Nimirum thiaſis, & læta ſonantibus armis
Iungebam Phrygios, cum tu raperere, leones.
Accipe, quas merui, pœnas. en ora fatiſcunt
Vulneribus, grandeſque rubent in pectore ſulci.
Immemor en vterus crebro contunditur ictu,
Qua te parte poli, quo te ſub cardine quæram?
Quis monſtrator erit? quæ me veſtigia ducent?
Quis currus? ferus ille quis eſt? terræne, mariſne
Incola? quæ volucrum deprendam ſigna rotarum?
Ibo, ibo quocumque pedes, quocumque iubebit
Caſus. ſic Venerem quæſiuit deſerta Dione.
Efficietne labor? rurſus te, nata, licebit
Amplecti? manet ille decor? manet ille genarum

Fulgor? an infelix talem fortaſſe videbo,
Qualis nocte venis? qualem per ſomnia vidi?
Sic ait, & prima greſſus molitur ab Ætna,
Exitiique reos flores, ipſumque rapinæ
Deteſtata locum ſequitor diſperſa viarum
Indicia, & pleno rimatur lumine campos,
Inclinatque faces. omnis madet orbita fletu,
Omnibus admugit, quacumque it, in æthere ſiluis.
Annatat vmbra fretis, extremaque lucis imago
Italiam, Libyamque ferit. clareſcit Etruſcum
Litus, & accenſo reſplendent æquore Syrtes.
Antra procul Scyllæa petit, canibuſque reductis
Pars ſtupefacta ſilet. pars nondum exterrita latrat.

Reliqua deſiderantur.

CL. CLAVDIANI
GIGANTOMACHIA.

TErra patens quondam cæleſtibus inuide regnis,
Titanumque ſimul crebros miſerata dolores,
Omnia monſtrifero complebat Tartara fœtu,
Inuiſum genitura nefas: Phlegramque retexit
Tanta prole tumens, & in æthera protulit hoſtes.
Fit ſonus. erumpunt crebri, necdumque creari
Iam dextras in bella parant, ſuperoſque laceſſunt,
Stridula voluentes gemino veſtigia lapſu.
Palleſcunt ſubito ſtellæ, flectitque rubentes
Phœbus equos, docuitque timor reuocare meatus.
Oceanum petit Arctos, inocciduique Triones
Occaſum voluere pati, tum feruida natos
Talibus hortatur genitrix in prælia dictis:
O pubes domitura Deos, quodcumque videris,
Pugnando dabitur. præſtat victoria mundum.
Sentiat ille meas tandem Saturnius iras.
Agnoſca   id Terra poteſt. ſi viribus vllis
Vincor, cur Cybele nobis meliora creauit?
Cur nullus Telluris honos? qui ſemper acerbis
Me damnis vrgere ſolet, quæ forma nocendi
Defuit? hinc volucrem viuo ſub pectore paſcit
Infelix Scythica fixus conualle Prometheus.
Hinc Atlantis apex ſlamantia pondera folcis,
Et per canitiem glacies aſperrima durat.
Quid dicam Tityon, cuius ſub vulture ſæuo,
Viſcera naſcuntur grauibus certantia pœnis?
Sed vos ô tandem veniens exercitus vltor
Soluite Titanas vinclis, defendite matrem.
Sunt freta, ſunt montes. veſtris nec parcite membris.
In Iouis exitium telum non eſſe recuſo.
Ite precor, miſcete polum, reſcindite turres
Sidereas. rapiat fulmen, ſceptrumque Typhoeus.
Enceladi iuſſis mare ſerviat. alter habenas
Auroræ pro Sole regat. te Delphica laurus
Stringat Porphyrion, Cirrhæaque templa tenebis.
His vbi conſiliis animos eluſit inanes,
Iam credunt viciſſe Deos, mediiſque reuinctum
Neptunum traxiſſe fretis. hic ſternere Martem
Cogitat. hic Phœbi laceros deuellere crines.
Hic ſibi promittit Venerem, ſperatque Dianæ
Coniugium, caſtamque cupit violare Mineruam.
Interea Superos prænuntia conuocat Iris,
Qui fluvios, qui ſtagna colunt. cinguntur & ipſi
Auxilio Manes. nec te, Proſerpina, longe
Vmbroſæ tenuere fores. Rex ille ſilentum
Lethæo vehitur curru, lucemque timentes
Inſolitam mirantur equi, trepidoque volatu
Spiſſas cæruleis tenebras è naribus efflant.
Ac, velut hoſtilis cum machina terruit vrbem,
Vndique concurrunt arcem defendere ciues:
Haud ſecus omnigenis coëuntia Numina turmis
Ad patrias venere domos tum Iupiter infit:
O nunquam peritura cohors, ô debita ſemper
Cælo progenies, nulliſque obnoxia fatis;
Cernitis, vt Tellus noſtrum coniuret in orbem
Prole nova, dederitque alios interrita partus.
Ergo quot dederit natos tot funera matri
Reddamus. longo maneat per ſæcula luctu,
Tanto pro numero paribus damnata ſepulcris.
Iam tuba nimborum ſonuit, iam ſigna ruendi
Bis æther, bis terra dedit, confuſaque rurſus
Pro domino natura timet. diſcrimina rerum
Miſcet turba potens. nunc inſula deſerit æquor:
Nunc ſcopuli latuere mari. quot litora reſtant
Nuda: quot antiquas mutarunt flumina ripas?
Hic rotat Æmoniam præduris viribus OEten:
Hic iuga connixis manibus Pangæa coruſcat.
Hunc armat glacialis Athos: hoc Oſſa mouente
Tollitur: hic Rhodopen Hebri cum fonte reuellit,
Et ſocias truncauit aquas, ſummaque leuatus
Rupe Giganteos humeros irrorat Enipeus.
Subſidit patulis tellus ſine culmine campis.
In natos diuiſa ſuos. horrendus vbique
It fragor, & pugnæ ſpatium diſcriminat aër.
Primus terrificum Mauors non ſegnis in agmen
Odryſios impellit equos, quibus ille Gelonos,
Siue Getas turbare ſolet. ſplendentior igni
Aureus ardeſcit clipeus, galeamque nitentes
Arrexere iubæ. tunc concitus enſe Pelorum
Tranſigit adverſo, femorum qua parte voluros

Duplex

Duplex ſemiferis connectitur ilibus anguis.
Atque vno ternas animas interficit ictu.
Tunc ſuperinſultans auidus languentia curru
Membra terit, cultumque toræ ſparſere cruoris.
Occurrit pro fratre Mimas, Lemnumque calentem
Cum Lare Volcani ſpumantibus eruit vndis:
Et prope torſiſſet, ſi non Mauortia cuſpis
Ante reuelato cerebrum fudiſſet ab ore.
Ille viro toto moriens, ſerpentibus imis
Viuit adhuc ſtridore ferox. & parte rebelli
Victorem poſt fata petit. Tritonia virgo
Proſilit, oſtendens rutila cum Gorgone pectus,
Adſpectu contenta ſuo, non vtitur haſta.
Nam ſatis eſt vidiſſe ſemel. primumque furentem
Longius in faciem ſaxi Pallanta reformat.
Ille procul ſubitis fixus ſine vulnere nodis.
Vt ſe letifero ſenſit dureſcere viſu,
Et ſteterat iam pæne lapis, quo vertimur? inquit.
Qui ſerpit per membra ſilex? qui torpor inertem
Marmorea me peſte ligat? vix pauca locutus,
Quod timuit, iam totus erat, ſæuuſque Damaſtor
Ad depellendos iaculum dum quæreret hoſtes.
Germani rigidum miſit pro rupe cadauer.
Hic vero interitum fratris miratus Echion.
Inſcius auctorem dum vult tentare nocendo,
Te Dea reſpexit, ſolam quam cernere nulli
Bis licuit. meruit ſublata audacia pœnas,
Et didicit cum morte Deam. ſed turbidus Idam
Palleneus oculis aduerſa tuentibus atrox
Ingreditur, cæcaſque manus in Pallada tendit.
Hunc mucrone ferit Dea cominus, ac ſimul angues
Gorgoneo riguere gelu, corpuſque per vnum
Pars moritur ferro, partes periere videndo.
Ecce autem medium ſpiris delapſus in æquor
Porphyrion trepidam conatur vellere Delon,
Scilicet ad ſuperos vt torqueat improbus axes.
Horruit Ægæus. ſtagnantibus exſilit antris
Longæuo cum patre Thetis, deſertaque manſit
Regia Neptuni, famulis veneranda profundis.
Exclamant placido cunctæ de vertice Nymphæ:
Nymphæ, quæ rudibus Phœbum docuere ſagittis
Errantes agitare feras, primumque gementi
Latonæ ſtruxere torum, cum lumina cæli
Parturiens geminis ornaret fœtibus orbem.
Implorat Pæana ſuum conterrita Delos,
Auxiliumque rogat. ſi te gratiſſima fudit
In noſtros Latona ſinus, ſuccurre precanti.
Euiterum conuulſa feror. ſuccurre rogant.

Reliqua deſiderantur.

CL. CLAVDIANI

EPISTOLÆ.

Ad Hadrianum.

VSque adeone ruæ producitur impetus iræ?
Nullus erit finis lacrimis, ſubitiſque fauore
Permutas odiis? quo mens ignara nocendi,
Quo ſenſus abiere pii? tantumne licebit
Inuidiæ? tantum ſtrepitus valuere maligni?
Me dolos incautus, me lubrica duxerit ætas;
Me timor impulerit, me deuius egerit ardor:
Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.
Humanæ Superos numquam tetigere querelæ,
Nec vaga ſecurum penetrant conuicia cælum.
Excedit iam pœna modum. concede iacenti.
En adſum. veniam confeſſus crimina poſco.
Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles.
Victrices Furias matris placauit Oreſtes.
Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces.
Pellæum iuvenem Regum flexere ruinæ.
Darium famuli manibus doluiſſe peremptum
Fertur, & ingenti ſolatus fata ſepulcro.
Tradita captiuo ſpatioſior India Poro.
Conditor hic patriæ. ſic hoſtibus ille pepercit.
Hunc virtus tua digna ſequi. quemcumque Deorum
Læſimus, inſultet iugulo, paſcatque furorem.
Gratia defluxit. ſequitur ferali egeſtas.
Deſolata domus. caris ſpoliamur amicis.
Hunc tormenta necant: hic vndique truditur exſul.
Quid ſupereſt damnis? quæ ſæua pericula reſtant?
Emollit rabiem prædæ mortiſque facultas.
Prætereunt ſubiecta feræ, toruique leones
Quæ ſtrauiſſe valent, ea mox proſtrata relinquunt.
Nec niſi bellantis gaudent ceruice iuuenci.
Nobiliore fame ſecuit naſcentia vora
Liuor, & ingeſto turbauit gaudia luctu.
Iam iam ſuppliciis feſſos, humileſque ſerenus
Reſpice. quid tanta dignaris morte clientem?
In breuibus numquam ſeſe probat Æolus vndis,
Nec capit anguſtus Boreæ certamina collis.
Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina quaſſat.
Incubuit numquam cæleſtis flama ſalictis.
Nec parvi frutices iram meruere Tonantis.
Ingentes quercus, annoſas fulminat ornos.

Huc pro ſupplicibus ramis, pro fronde Minervæ,
Hoc carmen pro ture damus. miſerere tuorum.
Me precor, heu, me redde mihi, gravibuſque medere
Vulneribus, vitamque iube, famamque reverti.
Quæ per te cecidit, per te fortuna reſurget.
Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis:
Cuius pertulerat vires, & ſenſit in vno
Letalem placidamque manum. medicina per hoſtem
Contigit, & pepulit, quos fecerat ipſe, dolores.
Quod ſi nec precibus, fletu nec flecteris vllo,
Eripe calcatis non proſpera cingula Muſis.
Eripe militiam. comitem me pelle ſodalis.
Scilicet inſigni de paupere vate triumpho,
Scilicet egregiis ornabere victor opimis.
Sæuiat in miſeros cognata potentia cives.
Audiat hæc commune ſolum, longeque carinis
Nota Pharos, flentemque attollens gurgite vultum
Noſtra gemat Nilus numeroſis funera ripis.

Ad Serenam.

ORphea cum primæ ſociarent lumina tedæ,
Rumaque compleret Thracia feſtus Hymen:
Certauere feræ, picturatæque volucres,
Dona ſuo vati quæ potiora darent.
Quippe antri memores, cantus vbi ſæpe ſonoræ
Præbuerant dulci mira theatra lyræ,
Caucaſeo cryſtalla ferunt de vertice lynces:
Gryphes Hyperborei pondera fulua ſoli.
Furatæ Veneris prato per inane columbæ
Florea connexis ſerta tulere roſis,
Fractaque nobilium ramis electra ſororum
Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi.
Et Nilo Pygmæa grues poſt bella remenſo
Ore legunt rubri germina cara maris.
Venit & extremo Phœnix longævus ab Euro
Apportans vnco cinnama rara pede.
Nulla avium, pecudumque fuit, quæ ferre negaret
Vectigal meritæ connubiale lyræ.
Tunc opibus, totoque Heliconis ſedula regno
Ornabat propriam Calliopea nurum.
Ipſam præterea dominam ſtellantis Olympi
Ad nati thalamos auſa rogare parens.
Nec ſprevit Regina Deum, vel matris honore,
Vel iuſto vatis ducta favore pii,
Qui ſibi carminibus toties inſtraverat aras,
Iunonis blanda numina voce canens.
Prælia quo altiſoni referens Phlegræa mariti,
Titanum fractas, Enceladique minas.
Licet aduentu noctem dignata iugalem
Addidit augendis munera ſacra toris:
Munera mortales non admittentia cultus:
Munera, quæ ſolos fas habuiſſe Deos.
Sed quod Threicio Iuno placabilis Orpheo,
Hoc poteris votis eſſe, Serena meis.
Illius expectant famulantia ſidera nutum:
Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.
Non ego, cum peterem ſolemni more procorum,
Promiſi gregibus paſcua plena meis:
Nec quod mille mihi lateant ſub palmite colles,
Fluctuet & glauca pinguis oliva coma:
Non quod noſtra Ceres numeroſa falce laboret,
Auratæque ferant culmina celſa trabes.
Suffecit mandaſſe Deam. tua littera nobis
Et pecus, & ſegetes, & domus ampla fuit.
Inflexit ſoceros, & maieſtate petendi
Texit pauperiem nominis vmbra tui.
Quid non perficeret ſcribentis voce Serenæ
Vel genius regni, vel pietatis amor?
Atque vtinam ſub luce tui contingeret oris,
Coniugis in caſtris, & ſolio generi
Optatum celebrare diem! me iungeret auſpex,
Purpura me ſancto cingeret aula toro,
Et, mihi quam ſcriptis deſponderat ante, puellam
Coniugis eiuſdem pronuba dextra daret.
Nunc medium quoniam votis maioribus æquor
Invidet, & Libycæ diſſidet ora plagæ:
Saltem abſens, Regina, fave, redituſque ſecundes
Annue ſideo læta ſupercilio.
Terrarum tu pande vias: tu mitibus Euris
Æquora pacari proſperiora iube.
Vt tibi Pierides, doctumque fluens Aganippe
Debita ſeruato vota, cliente canant.

Ad Olybrium.

QVid rear, affatus quod non mihi dirigis vllos,
Nec redit alterno pollice ducta ſalus?
Scribendi ne labor? ſed quæ tam prona facultas,
Carmina ſeu fundis, ſeu Cicerone tonas?
Cedere diuitiis animi fortuna fatetur,
Et tantas oris copia vincit opes.
An rarus qui ſcripta ferat? quin tempore nullo
Ceſſant Flaminiæ pulverulenta viæ.
Cum fluat ingenium, cum ſit qui dicta reportet,
Quæ, niſi contemnor, cauſa relicta tibi?
Deſpicis ergo tuum, ſi fas eſt credere vatem
Perfidus, & ſpatio debilitatur amor.
Excidimuſne tibi? lucem iam condat Hydaſpes,
Et Tarteſſiaco Sol oriatur vado:
Candeſcat Geticis Meroe conſperſa pruinis,

C[illegible]aque

Claraque ſe vetito proluat Vrſa mari:
Et ſi iam noſtros faſtidit Olybrius ignes,
Conſtat Oreſteam nil valuiſſe fidem.
Quin age rumpe moras, remoratoriſque ſodalem
Abſens eloquio fertiliore doce.
Crebraque ſecundo feſtinet littera curſu,
Digna tuis animis, inſinuanda meis.
Dignatus tenui Cæſar ſcripſiſſe Maroni.
Et tibi dedecori ſcribere? Muſa vale.

Ad Probinum.

QVam precor inter nos habitura ſilentia finem?
Quando dabit gratas littera noſtra vices?
Me timidum, vel te potius dixiſſe ſuperbum
Convenit. alterius crimen vtrumque tenet.
Transfluxere dies,& dum ſcripſiſſe priorem
Pænitet, æternas itur in vſque moras.
Sed quid agam? cœpiſſe vetat reverentia veſtri.
Hinc amor hortatur ſcribere vincat amor.
Fors iuvat audentes, Cei ſententia vatis.
Hac duce non dubitem te reticente loqui.
Audax aut, ſi quid penitus peccaſſe videbor,
Arguat,ingrati non ſubituris onus.
Romanos bibimus primum te Conſule fontes,
Et Latiæ ceſſit Graia Thalia togæ.
Incipienſque tuis à faſcibus omina cœpi.
Fataque debebo poſteriora tibi.
Ergo laceſſitus tandem reſcribe roganti,
Et patria florens forte,Probine,vale.

Ad Gennadium Proconſulem.

ITaliæ commune decus, Rubiconis amœni
Incola, Romani fama ſecunda fori;
Graiorum populis.& noſtro cognite Nilo.
Vtraque gens faſces horret,amatque tuos.
Carmina ieiunas poteris ſolantia fauces?
Teſtor amicitiam, nulla fuiſſe domi.
Nam mihi mox nidum pennis confiſa relinquunt,
Et Lare contempto non reditura volant.

Ad Æternalem.

QVidquid Caſtalio de gurgite Phœbus anhelat,
Quidquid fatidico mugit cortina receſſu,
Carmina ſunt:ſed verba negant communia Muſæ.
Carmina ſola loquor. ſic me meus implet Apollo.

Ad Maximum.

DVlcia dona mihi tu mittis,Maxime ſemper,
Et quidquid mittis, mella putare decet.

CL. CLAVDIANI
EPIGRAMMATA.

De Phœnice.

OCeani ſummo circumfluus æquore lucus
Trans Indos Eurumque viret,qui primus anhelis
Sollicitatur equis, vicinaque verbera ſentit,
Humida roranti reſonant cum limina curru,
Vnde rubet ventura dies, longeque coruſcis
Nox afflata rotis refugo palleſcit amictu.
Hæc fortunatus nimium Titanius ales
Regna colit, ſoluſque plaga defenſus iniqua
Poſſidet intactas ægris animalibus oras.
Sæva nec humani patitur contagia mundi
Par volucer Superis; Stellas qui vividus æquat
Durando, membriſque terit redeuntibus ævum,
Non epulis ſaturare famem, non fontibus vllis
Aſſuetus prohibere ſitim:ſed purior illum
Solis fervor alit ventoſaque pabula libat
Tethyos, innocui carpens alimenta vaporis.
Arcanum radiant oculi iubar. igneus ora
Cingit honos. rutilo cognatum vertice ſidus
Attollit criſtatus apex, tenebraſque ſerena
Luce ſecat. Tyrio pinguntur crura veneno.
Antevolant Zephyros pennæ, quas cærulus ambit
Flore color, ſparſoque ſuper diteſcit in auro.
Hic neque concepto fetu, nec ſemine ſurgit:
Sed pater eſt, proleſque ſui,nulloque creante
Emeritos artus fecunda morte reformat,
Et petit alternam totidem per funera vitam.
Namque vbi mille vias longinqua retorſerit æſtas,
Tot fuerint hiemes,toties ver curſibus actum,
Quas tulit autumnus, dederit cultoribus vmbras:
Tunc multis gravior tandem * ſubiungitur annis,
Luſtrorum numero victus. ceu laſſa procellis
Ardua Caucaſio nutat de vertice pinus
Seram ponderibus pronis tractura ruinam.
Pars cadit aſſiduo flatu:pars imbre pereſa
Rumpitur: abripuit partem vitioſa vetuſtas.
Iam breve decreſcit lumen languetque ſenili
Segnis ſtilla gelu: qualis cum forte tenetur
Nubibus,& dubio vaneſcit Cynthia cornu.
Iam ſolitæ medios alæ tranſcurrere nimbos
Vix ima tolluntur humo. tunc conſcius ævi

Defuncti, reduciſque parans exordia formæ,
Arentes tepidis de collibus eligit herbas,
Et cumulum texens pretioſa fronde Sabæum
Componit buſtumque ſibi partumque futurum.
Hic ſedet, & Solem blando clangore ſalutat
Debilior, miſcetque preces, & ſupplice cantu
Præſtatura novas vires incendia poſcit.
Quem procul adductis vidit cum Phœbus habenis.
Stat ſubito, dictiſque pium ſolatur alumnum:
O ſenium poſiture rogo, falſiſque ſepulcris
Natales habiture vices, qui ſæpe renaſci
Exitio, proprioque ſoles pubeſcere leto,
Accipe principium ruſus, corpuſque coactum
Deſere mutata melior procede figura.
Hæc fatus, propere flauis è crinibus vnum
Concuſſa cervice iacit, miſſoque volentem
Vitali fulgore ferit. nam ſponte crematur.
Vt redeat, gaudetque mori feſtinus in ortum.
Fervet odoratus telis cæleſtibus agger,
Conſumitque ſenem. nitidos ſtupefacta iuvencos
Luna premit, pigroſque polus non concitat axes.
Parturiente rogo curis natura laborat
Æternam ne perdat auem, flamaſque fideles
Amouet, vt rerum decus immortale remittant.
Continuo diſperſa vigor per membra volutus
Æſtuat, & venis redivivus ſanguis inundat.
Victuri cineres nullo cogente moveri
Incipiunt, plumaque rudem veſtire favillam.
Qui fuerat genitor, natus nunc proſilit idem,
Succeditque novus geminæ confinis vitæ
Exiguo medius diſcrimine ſeparat ignis.
Protinus ad Nilum Manes ſacrare paternos,
Auctoremque globum Phariæ telluris ad oras
Ferre iuuat. velox alienum tendit in orbem,
Portans gramineo clauſum velamine funus.
Innumeræ comitantur aves, ſtipatque volantem
Alituum ſuſpenſa cohors. exercitus ingens
Obnubit vario late convexa meatu.
Nec quiſquam tantis è millibus ebrius audet
Ire duci: ſed regis iter fragrantis adorant.
Non ferus accipiter, non armiger ipſe Tonantis
Bella movent. commune facit reverentia fœdus.
Talis barbaricas fluvio de Tigride turmas
Ductor Parthus agit: gemmis & diuite cultu
Luxurians ſertis apicem regalibus ornat.
Auro frenat equum perfuſam murice veſtem
Aſſyria ſignatur acu, tumiduſque regendo
Celſa per Tyrias acies ditione ſuperbit.
Clara per Ægyptum placidis notiſſima ſacris
Vrbs Titana colit, centumque immane columnis
Invehitur templum Thebano monte revulſis.
Illic, vt perhibent, patriam de more reponit
Congeriem, vultumque Dei veneratus herilem
Iam flammæ commendat onus: iam deſtinat aris
Semina relliquiaſque ſui. myrrhata relucent
Limina. divino ſpirant altaria fumo.
Et Peluſiacas productus adusque paludes
Pervenit Indus odor; penetrat, completque ſalubri
Tempeſtate viros & nectare dulcior aura
Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat.
O felix. hereſque tui. quo ſolvimur omnes,
Hoc tibi ſuppeditat vires. præbetur origo
Per cinerem. moritur te non pereunte ſenectus.
Vidiſti quodcumque fuit. te ſecula teſte
Cuncta revolvuntur noſti quo tempore Pontus
Fuderit elatas ſcopulis ſtagnantibus vndas:
Quis Phaëthonteis erroribus arſerit annus.
Et clades te nulla rapit, ſoluſque ſuperſtes
Edomita tellure manes. non ſtamina Parcæ
In te dura legunt, non ius habuere nocendi.

II. De Hyſtrice.

AVdieram memorande tuas Stymphale volucres
Spicula vulnifico quondam ſparſiſſe volatu:
Nec mihi credibilis ferratæ fabula pinnæ
Viſa diu. datur ecce fides, & cognitus hyſtrix
Herculeas affirmat aves. os longius illi
Aſſimilat porcum. mentitæ cornua feræ
Summa fronte rigent. oculis rubet igneus ardor.
Parva ſub hirſuto catuli veſtigia dorſo.
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Præſidio dignata feram. ſtat corpore toto
Silua minax, iaculiſque rigens in prælia creſcit
Picturata ſeges, quorum cute fixa tenaci
Altera ſuccreſcit alternanteſque colorum
Cincta vices, ſpatiis intus nigrantibus, exit
In ſolidæ ſpeciem pinnæ, tenuataque furtim
Læuis in extremum ſeſe producit acumen.
Sed non hæc acies ritu ſilveſtris echini
Fixa manet. crebris propugnat iactibus vltro,
Et longe ſua membra regit, tortumque per auras
Evolat excuſſo nativum miſſile tergo.
Interdum fugiens Parthorum more ſequentem
Vulnerat. interdum, poſitis velut ordine caſtris,
Terrificum denſa mucronem verberat vnda,
Et conſanguineis haſtilibus aſperat armos.
Militat omne feræ corpus, vibrataque rauco
Terga fragore ſonant ſtimulis accenſa tubarum.
Agmina collatis credas confligere ſignis.
Tantus in anguſto ſtrepitus furit. additur armis
Calliditas

Calliditas, parcuſque ſui timor, iraque numquam
Prodiga telorum caute conienta minari,
Nec niſi ſernandæ iactus impendere vitæ.
Error abeſt. certum ſollertia deſtinat ictum,
Nil ſpatio fallente modum: ſeruatque tenorem
Muta cutis, doctique regit conamina viſus.
Quis labor humanus tantum ratione ſagaci
Proficit? eripiunt trucibus Gortynia capris
Cornua. ſubiectis eadem lenteſcere cogunt
Ignibus. intendunt taurino viſcere neruos.
Inſtruitur pinnis, ferroque armatur arundo.
Ecce breuis propriis munitur beſtia telis,
Externam nec quærit opem. fert omnia ſecum.
Se pharetra, ſeſe iaculo, ſeſe vtitur arcu.
Vnum animal cunctas bellorum poſſidet artes.
Quod ſi omnis noſtræ paulatim induſtria vitæ
Fluxit ab exemplis; quidquid procul appetit hoſtem,
Hinc reor inuentum: morem hinc traxiſſe Cydonas
Bellandi. Parthoſque retro didiciſſe ferire
Prima ſagittiferæ pecudis documenta ſecutos.

III. De Torpedine.

QVis non Indomitam diræ torpedinis artem
Audiit, & merito ſignatas nomine vires?
Illa quidem mollis, ſegnique obnixa natatu
Repiat, & attritis vix languida ſerpit arenis.
Sed latus armavit gelido natura veneno,
Et frigus, quo cuncta rigent animata. medullis
Miſcuit, & proprias hiemes per viſcera duxit.
Naturam iuuat ipſa dolis, & conſcia ſortis
Vtitur ingenio. longeque extenta per algas
Hac confiſa iacet. ſucceſſu læta refugit,
Et vivos impune ferox depaſcitur artus.
Si quando veſtita cibis incautior æra
Hauſerit, & curvis frenari ſenſerit hamis;
Non fugit, aut vano conatur vellere morſu;
Sed propius nigræ iungit ſe callida ſetæ,
Et meminit captiua ſui. longeque per vndas
Pigra venenatis effundit flamina venis.
Per ſetam vis alta meat, fluctuſque relinquit
Abſentem victura virum. metuendus ab imis
Emicat horror aquis. & pendula fila ſecutus
Tranſit arundineos arcano frigore nodos,
Victricemque ligat concreto ſanguine dextram.
Damnoſum piſcator onus, prædamque rebellem
Iactat, & amiſſa redit exarmatus habena.

IV. De Mulabus Gallicis.

ADſpice morigeras Rhodani torrentis alumnas
Imperio nexas, imperioque vagas,
Diſſona quam varios flectant ad murmura curſus,
Et certas adeant voce regente vias.
Quamvis quæque ſibi nullis diſcurrat habenis,
Et pateant duro libera colla iugo;
Cen aonſtricta tamen ſeruit, patienſque laborum
Barbaricos docili concipit aure ſonos.
Abſenti longinqua valent præcepta magiſtri,
Frenorumque vices lingua virilis agit.
Hæc procul anguſtat ſparſas, ſpargitque coactas,
Hæc ſiſtit rapidas; hæc properare facit.
Læua iubet? læuo deducunt limite greſſum.
Mutavit ſtrepitum? dexteriora petunt.
Nec vinclis famulæ, nec libertate feroces,
Exutæ laqueis, ſub ditione tamen,
Conſenſuque pares, & fulvis pellibus hirtæ
Eſſeda concordes multiſonora trahunt.
Miraris, ſi voce feras pacauerit Orpheus,
Cum pronas pecudes Gallica verba regant?

V. De Apro & Leone.

TOrvus aper, fulvuſque leo coleie ſuperbis
Viribus: hic ſetis, lævior ille iuba.
Hunc Mars. hunc Cybele laudat dominatur vterque
Montibus. Herculeus ſudor vterque fuit.

VI. De Locuſta, Fragmentum.

HOrret apex capitis: medio fera lumina ſurgunt
Vertice. cognatus dorſo dureſcit amictus.
Armavit natura cutem, dumiſque rubentes
Cuſpidibus parvis multis acuere ruborea.

* * *

VII. Deſcriptio armenti; Fragmentum.

NOn talea quondam ſpecies tulit armentorum
Tellus tergemino ſubdita Geryoni.
Non tales, Clitumne lavas in gurgite tauros,
Tarpeio referunt quos pia vota Iovi.
Non tales Tyrias ſparſiſſe iuvencus arenas
Dicitur, optatum quando reuexit onus.
Non Cretæus ager, nec amati conſcia tauri
Cnoſſos, nec ſimiles paucrit Ida feras.
Ipſe & diſpariles monſtro diffiſus in artus,
Qui crimen matris condiditore novo.
Cres puer haud talem potuiſſet reddere formam,
Portaſſent totum ſi fera membra patrem.

VIII. De Apono.

FOns, Antenoreæ vitam qui porrigis vrbi,
Fataque vicinis noxia pellis aquis,
Cum tua vel mutis tribuant miracula vocem,
Cum tibi plebeius carmina dictet honos,
Et ſit nulla manus, cuius non pollice ductæ

Teſtentur memores proſpera vota notæ;
Nonne reus Muſis pariter, Nymphiſque tenebor,
Si tacitus ſoli prætereare mihi?
Indictum neque enim fas eſt tacitumque relinqui
Hunc, qui tot populi provocat ora, locum.
Alto colle minor, parvis erectior arvis,
Conſpicuo cliuus molliter orbe tumet.
Ardentis fecundus aquæ, quacumque cavernas
Perforat, offenſo truditur igne latex.
Spirat putre ſolum, con .luſaque ſubter anhelo
Pumice rimoſas perforat vnda vias.
Humida flamarum regio, Volcania terræ
Vbera, ſulfureæ fervida regna plagæ.
Quis ſterilem non credat humum? fumantia vernant
Paſcua. luxuriat gramine cocta ſilex.
Et cum ſic rigido cautes fervore liqueſcant,
Contemptis ſudax ignibus herba viret.
Præterea grandes effoſſi marmore ſulci
Saucia longinquo limite ſaxa ſecant.
Herculei (ſic fama refert) monſtratur aratri
Semita, vel caſus vomeris egit opus.
In medio pelagi late flagrantis imago,
Cærulus immenſo panditur ore lacus
Ingenti fuſus ſpatio: ſed maior in altum
Intrat, & arcanæ rupis inane ſubit
Denſus nube ſua, tectuque immitis, & hauſtu
Sed vitreis idem lucidus vſque vadis.
Conſuluit natura ſibi ne merſa lateret,
Admiſitque oculos, quo vetat ire calor.
Turbidus impulſu venti cum ſpargitur aer,
Glaucaque fumiferæ terga ſerenat aquæ;
Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi:
Tunc veteres haſtæ regia dona micant:
Quas inter nigræ tenebras obſcurus arenæ
Diſcolor abruptum flumen hiatus agit.
Apparent intra latebræ: quas gurges opacus
Impleta, & abſtruſos ducit in antra ſinus.
Tunc montis ſecreta patent; qui flexus in arcum
Æquora pendenti margine ſumma ligat.
Viva coronatos adſtringit ſcæna vapores,
Et levis exili cortice terra natat
Calcantumque oneri numquam ceſſura vitrorum
Suſtentat trepidum fida ruina pedem.
Facta manu credas. ſic lenes circuit oras
Ambitus, & tenuis perpetuuſque riget.
Hærent ſtagna loco pleno s æquantia ripas.
Præſcriptumque timent tranſiliiſſe modum.
Quod ſuperat, fluvius devexa rupe volutus
Egerit & campi dorſa recurva petit.
Deuchit exceptum natiuo ſpuma meatu.
In patulas plumbi labitur inde vias.
Nullo cum ſtrepitu madidis infecta favillis
Deſpumat niveum fiſtula cana ſalem.
Multifidas diſpergit opes, artemque recurrens
Quæ iuſſere manus, mobile torquet iter,
Et iunctos rapido pontes ſubtermeat æſtu,
Afflictoſque vago temperat igne tholos.
Aerius interius rauci cum murmure ſaxi
Spumeus eliſo pellitur amne vapor.
Hinc pigras repetunt feſſi ſudore lacunas:
Frigora queis longæ damna dedere moræ.
Salve Pæoniæ largitor nobilis vndæ:
Dardanij ſalve gloria magna ſoli:
Publica morborum requies, commune medentum
Auxilium, præſens Numen, inempta ſalus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis,
Et noſtro Phlegeton devius orbe calet:
Sulfuris in venas gelidus ſeu decidit amnis,
Accenſuſque fluit, quod manifeſtat odor:
Siue pares flammas vndarum lance rependens,
Arbiter in fœdus mons elementa vocat:
Ne cedant ſuperata ſibi; ſed legibus æquis
Alterius vires poſſit vtrumque pati:
Quidquid erit cauſſæ, quocumque emitteris ortu,
Non ſine conſilio currere certa fides.
Quis caſum meritis adſcribere talibus audet?
Quis negat auctores hæc ſtatuiſſe Deos?
Ille pater rerum, qui ſæcula diuidit aſtris,
Inter prima poli te quoque ſacra dedit,
Et fragilem noſtri miſeratus corporis vſum
Telluri medicas fundere iuſſit aquas,
Parcarumque colos exoratura ſeueras
Flumina laxatis emicuere iugis.
Felices, proprium qui te meruere, coloni,
Fas quibus eſt Aponum iuris habere ſui.
Non illis terrena lues, corrupta nec Auſtri
Flamina, nec ſæuo Sirius igne nocet
Sed quamvis Lacheſis letali flamine damnet,
Inde ſibi fata proſperiora petunt.
Quod ſi forte malus membris exuberat humor,
Languida vel nimio viſcera felle virent;
Non venas reſecant, nec vulnere vulnera ſanant,
Pocula nec triſti gramine miſta bibunt.
Amiſſum lymphis reparant impune vigorem,
Pacaturque ægro luxuriante dolor.

IX. De Balneis Quintianis.

FOntibus in liquidis paullum requieſce viator,
Atque tuum ruſſus carpe refectus iter.
Lympharum dominum nimium mirabere hoſpes.

Inter

Inter duravit balnea qui poſuit.

X. De Nilo.

FElix, qui Pharias proſcindit vomere terras.
Nubila non ſperat tenebris condentia cælum:
Nec graviter flantes pluviali frigore Coros
Invocat, aut arcum variata luce rubentem.
Ægyptus ſine nube ferax, imbreſque ſerenos
Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti.
Gaudet aquis, quas ipſa vehit, Niloque redundat:
Qui rapido tractu mediis elapſus ab Auſtris,
Flammiferæ patiens zonæ, Cancrique calentis,
Fluctibus ignotis noſtrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui ſemper inani
Quærendus ratione latet: nec contigit vlli
Hoc vidiſſe caput. fertur ſine teſte creatus,
Flumina profundens alieni conſcia cæli.
Inde vago lapſu Libyam diſperſus in omnem,
Æthiopum per mille ruit nigrantia regna.
Et loca continuo Solis damnata vapore
Irrorat, populiſque ſalus ſitientibus errat,
Per Meroën, Blemyaſque feros, atramque Syenen.
Hunc bibit effrenis Garamas, domitorque feratum
Cirrhæus, qui vaſta colit ſub rupibus antra,
Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos,
Et gens compoſitis crinem velata ſagittis.
Nec vero ſimiles cauſſas creſcentibus vndis;
Vt tempus, meruit. glacie non ille ſoluta,
Nec circumfuſo ſcopulis exuberat imbre.
Nam cum triſtis hiems alias produxerit vndas,
Tunc Nilum retinent ripæ, cum languida ceſſant
Flumina, tunc Nilus mutato iure tumeſcit.
Quippe quod ex omni fluvio ſpoliaverit æſtus,
Hoc Nilo natura refert, totumque per orbem
Collectæ partes vnum revocantur in amnem.
Quoque die Titana Canis flagrantior armat,
Et rapit humores madidos, venaſque calore
Compeſcit, rabidiſque potentibus æſtuat axis;
Nilo bruma venit, contraria tempora mundo.
Defectis ſolitum referens cultoribus æquor
Effluit Ægeo ſtagnantior, acrior alto
Ionio, ſeſeque parentibus explicat arvis.
Fluctuat omnis ager, remis ſonuere novales,
Sæpius, æſtivo iacuit cum forte ſopore,
Cernit cum ſtabulis armenta natantia paſtor.

* * *

XI. Deſcriptio portus Zarinenſis.

VRbs in conſpectu montana cacumina velat,
Tranquillo prætenta mari. ducentia portum
Cornua pacatas removent Aquilonibus vndas.
Hic exarmatum terris cingentibus æquor
Clauditur, & placidam diſcit ſeruare quietem.

XII. Deſcriptio Inſulæ.

EST procul ingenti regio ſummota receſſu
Inſula, quæ reſides fluctus miteſcere cogit,
In longum producta latus; fractaſque per vndas
Ardua tranquillo curvantur brachia portu.

XIII. De Concha.

TRansferat huc liquidos fontes Heliconia Nais,
Et paruulo conchæ divitis orbe fluat.
Namque latex doctæ qui laverit ora Serenæ,
Vltra Pegaſeas numen habebit aquas.

XIV. De Magnete.

QVi ſquis ſollicita mundum ratione ſecutus
Semina rimatur rerum, quo Luna laborat
Defectu, quæ cauſa iubet palleſcere Solem,
Vnde rubeſcentes ferali crine cometæ,
Vnde fluant venti, trepidæ quis viſcera terræ
Commoveat motus, quæ fulgura ducat origo,
Vnde tonent nubes, quo lumine floreat arcus:
Hoc mihi quærenti, ſi quid deprendere veri
Mens valet, expediat. lapis eſt cognomine Magnes
Decolor, obſcurus, vilis. non ille repexam
Cæſariem Regum, nec candida virginis ornat
Colla, nec inſigni ſplendet per cingula morſu:
Sed nova ſi nigri videas miracula ſaxi,
Tunc ſuperat pulcros cultus, & quidquid Eois
Indus litoribus rubra ſcrutatur in alga.
Ex ferro meruit vitam, ferrique rigore
Veſcitur. has dulces epulas, hæc pabula novit.
Hinc proprias renovat vires. hinc fuſa per artus
Aſpera ſecretum ſeruant alimenta vigorem.
Hoc abſente perit triſti morientia torpent
Membra fame, venaſque ſitis conſumit apertas.
Mavors, ſanguinea qui cuſpide verberat vrbes,
Et Venus, humanas quæ laxat in otia curas,
Aurati delubra tenent communia templi:
Effigies non vna Deis: ſed ferrea Martis
Forma nitet, Venerem magnetica gemma figurat.
Illis connubium celebrat de more ſacerdos.
Ducit flamma choros. feſta frondentia myrto
Limina cinguntur, roſeiſque cubilia ſurgunt
Floribus, & thalamos dotalis purpura velat.
Hic mirum conſurgit opus. Cytherea maritum
Sponte rapit, cælique toros imitata priores

Pectora

Pectora laſciuo flatu Mauortia nectit,
Et tantum ſuſpendit onus, galeæque lacertos
Implicat, & vivis totum complexibus ambit.
Ille laceſſitus longo ſpiraminis actu
Arcanis trahitur gemma de coniuge nodis.
Pronuba fit natura Deis, ferrumque mariſat
Aura tenax, ſubitis ſociantur Numina furtis.
Quis calor infundit geminis alterna metallis
Fœdera? quæ duras iungit concordia mentes?
Flagrat anhela ſilex, & amicam ſaucia ſentit
Materiem. placidoſque chalybs cognoſcit amores.
Sic Venus horrificum belli compeſcere Regem,
Et vultum mollire ſolet, cum ſanguine præceps
Æſtuat, & ſtrictis mucronibus aſperat iras.
Sola feris occurrit equis, mollitque tumorem
Pectoris, & blando præcordia temperat igni.
Pax animo tranquilla datur, pugnaſque calentes
Deſerit, & rutilas declinat in oſcula criſtas.
Quæ tibi, ſæue puer, non eſt percuſſa poteſtas?
Tu magnum ſuperas fulmen, cæloque relicto
Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.
Iam gelidas rupes, vivoque carentia ſenſu
Membra feris. iam ſaxa tuis obnoxia telis,
Et lapides ſuus ardor agit, ferrumque tenetur
Illecebris. rigido regnant in marmore flammæ.

XV. De Cryſtallo.

POſſedit glacies naturæ ſigna prioris:
Quæ fit parte lapis. frigora parte negat.
Sollers luſit hiems, imperfectoque rigore
Nobilior miſtis gemma tumeſcit aquis.

XVI. De eodem.

NYmphæ, quæ tegitis cognato corpore lymphas,
Et quæ nunc eſtis: quæque fuiſtis aquæ.
Quod vos ingenium iunxit? qua frigoris arte
Torpuit, & maduit prodigioſa ſilex?
Quis tepor incluſus ſecuras vindicat vndas?
Interior glacies quo liquefacta Noto?
Gemma quibus clauſtris arcano nobilis æſtu
Vel concreta fuit, vel reſoluta gelu?

XVII. De eodem.

SOlibus indomitum glacies Alpina rigorem
Sumebat nimio iam pretioſa gelu.
Nec potuit toto mentiri corpore gemmam:
Sed medio manſit proditor orbe latex.
Auctus honor, liquidi creſcunt miracula ſaxi.
Et conſeruatæ plus meruiſtis aquæ.

XVIII. De eodem.

ADſpice correptam ſplendenti fragmine venam,
Qua trahitur limes lucidiore gelu.
Hic nullum Boream, nec brumam ſentit opacus
Humor, ſed varias itque reditque vias.
Non illum conſtrinxit hiems, non Sirius axis:
Ætatis ſpatium non tenuavit edax.

XIX. De eodem.

CLauditur immunis convexo regmine rivus,
Duratiſque vagus fons operitur aquis.
Nonne vides, propriis vt ſpumet gemma lacunis,
Et refluos ducant pocula bina ſinus?
Vdaque pingatur radiis obſtantibus Iris,
Secretas hiemes ſollicitante die?
Mira ſilex, miruſque latex, qui flumina vincit,
Nec lapis eſt merito, quod fluit, & lapis eſt.

XX. De eodem.

DVm cryſtalla puer contingere lubrica gaudet,
Et gelidum tenero pollice verſat onus;
Vidit perſpicuo deprenſas marmore nymphas,
Dura quibus ſolis parcere novit hiems:
Et ſiccum relegens labris ſitientibus orbem
Irrita quæſiuus oſcula figit aquis.

XXI. De eodem.

MArmoreum ne ſperne globum, ſpectacula tranſit
Regia, nec rubro vilior iſte mari.
Informis glacies, ſaxum rude, nulla figuræ
Gratia: ſed raras inter habetur opes.

XXII. ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ.

Χιονέη κρύσαλλος ἀπ' ἀνέρος ἀσκηθεῖσα.
Δεῖξεν ἀκηρασίοιο παναίολον εἰκόνα κόσμου
Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἔνδοθι
πόντον.

XXIII. ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ.

Εἶπ' ἄγε μοι κρύσαλλε, λίθῳ πεπυκασμένον
ὕδωρ
Τίς πῆξεν, Βορέης. ἢ τίς ἔλυσε, Νότος.

XXIV. In Sire-

XXIV. *In Sirenas.*

DVlce malum pelago Siren, volucreſque puellæ
Scyllæos inter fremitus, auidamque Charybdin,
Muſica ſaxa fretis habitabant dulcia monſtra.
Blanda pericla maris; terror quoque gratus in vndis.
Delatis licet huc incumberet aura carinis,
Impleſſentque ſinus venti de puppe ferentes,
Figebat vox vna ratem: nec tendere certum
Delectabat iter reditus, odiumque iuvabat:
Nec dolor vllus erat. mortem dabat ipſa voluptas.

XXV. *De Amphinomi & Anapii piorum fratrum ſtatuis.*

ADſpice ſudantes venerando pondere fratres,
Divino meritos ſemper honore coli.
Iuſta quibus rapidæ ceſſit reverentia flammæ,
Et mirata vagas reppulit Ætna faces.
Complexi manibus fultos cervice parentes,
Attollant vultus, accelerentque gradus.
Grandævi gemina ſublimes prole feruntur,
Et cara natos implicuere mora.
Nonne vides, vt ſæua ſenex incendia monſtret?
Vt trepido genitrix invocet ore Deos?
Erexit formido comam, perque omne metallum
Fuſus in attonito palluit ore color.
In iuvenum membris animoſus cernitur horror,
Atque oneri metuens, impavidusque ſui.
Reiectæ vento chlamydes. dextram erigit ille,
Contentus læua ſuſtinuiſſe patrem.
Aſt illi duplices in nodum colligit vlnas
Cautior in ſexu debiliore labor.
Hoc quoque præteriens oculis ne forte relinquas.
Artificis tacitæ quod metuere manus.
Nam conſanguineos eadem cum forma figuret,
Hic propior matri fit tamen, ille patri.
Diſſimiles annos ſolertia temperat artis.
Alter in alterius redditur ore parens.
Et nova germanis paribus diſcrimina præbens,
Diviſit vultus cum pietate faber.
O bene naturæ memores documenta ſupernæ
Iuſtitiæ, Iuvenum numina, vota ſenum:
Qui ſpretis opibus medios properaſtis in ignes
Nil præter ſanctam tollere canitiem.
Haud equidem immerito tanta virtute repreſſas
Enceladi fauces obriguiſſe reor.
Ipſe redundantem frenavit Mulciber Ætnam,
Læderet exempli ne monumenta pii.
Senſerunt elementa fidem. pater affuit æther,
Terraque maternum ſedula luvit onus.
Quod ſi notus amor provexit in aſtra Lacones,
Æneam Phrygio raptus ab igne pater;
Si vetus Argolicos illuſtrat gloria fratres,
Qui ſua materno colla dedere iugo;
Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Anapi
Æternum Siculus templa dicavit honos?
Plura licet ſummæ dederit Trinacria laudi,
Noverit hoc maius ſe genuiſſe nihil.
Nec doleat damnis, quæ devius intulit ardor:
Nec gemat exuſtas igne furente domos.
Non potuit pietas flamma ceſſante probari.
Emptum eſt ingenti clade perenne decus.

XXVI. *In Sphæram Archimedis.*

IVpiter in parvo cum cerneret æthera vitro,
Riſit, & ad Superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progreſſa potentia curæ?
Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli, rerumque fidem, legeſque Deorum,
Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.
Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris,
Et vivum certis motibus vrget opus.
Percurrit proprium mentitus Signifer annum.
Et ſimulata novo Cynthia menſe redit.
Iamque ſuum voluens audax induſtria mundum
Gaudet, & humana ſidera mente regit.
Quid falſo inſontem tonitru Salmonea mirer?
Æmula naturæ parva reperta manus.

XXVII. *De Quadriga marmorea.*

QVis dedit innumeros vno de marmore vultus?
Surgit in aurigam currus, paribuſque lupatis
Vnanimes frenantur equi. quos forma diremit,
Materies cognata tenet, diſcrimine nullo.
Vix redit in currum: ducuntur ab axe iugales:
Ex alio ſe quiſque facit. quæ tanta poteſtas?
Vna ſilex tot membra ligat, ductuſque per artem
Mons patiens ferri varios mutatur in actus.

XXVIII. *Fragmentum.*

SOrdibus ex humeris nodo dependet amictus,
Exercentur equis, & colla comantia pectunt.

XXIX. *De ſene Veronenſi.*

FElix, qui propriis ævum tranſegit in arvis;
Ipſa domus puerum quem videt. ipſa ſenem:
Qui baculo nitens, in qua reptavit arena,

Vnius numerat ſæcula longa caſæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.
Non freta mercator timuit, non claſſica miles:
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ neſcius vrbis
Adſpectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis, non Conſule, computat annum:
Autumnum pomis, ver ſibi flore notat.
Idem condit ager Soles, idemque reducit,
Metiturque ſuo ruſticus orbe diem.
Ingentem meminit parvo qui germine quercum,
Æquumque videt conſenuiſſe nemus.
Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
Benacumque putat litora rubra lacum.
Sed tamen indomitæ vires, firmiſque lacertis
Ætas robuſtum tertia cernit avum.
Erret, & extremos alter ſcrutetur Iberos.
Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

XXX. De paupere amante.

PAupertas me ſæva domat; diruſque Cupido.
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

XXXI. De eodem.

ESuriens pauper telis incendor amoris.
Inter vtrumque malum deligo. pauperiem.

XXXII. De ſepulcro ſpecioſa.

PVlcris ſtare diu Parcarum lege negatur.
Magna repente ruunt: ſumma cadunt ſubito.
Hic formoſa iacet Veneris ſortita figuram,
Egregiumque decus inuidiam meruit.

XXXIII. De Polycaſte, & Perdice.

QVid non ſævus amor flamarum numine cogat?
Sanguinis affectum mater amare timet.
Pectore dum niveo miſerum tenet anxia nutrix.
Illicitos ignes iam fovet ipſa parens.
Vltrices pharetras tandem depone Cupido.
Conſule iam Venerem. forſan & ipſa dolet.

XXXIV. De Cingulo Equi Arcadii.

ACcipe parva tuæ, Princeps venerande, ſororis:
Munera, quæ manibus texuit ipſa ſuis.
Dumque auro phaleræ, gemmis dum frena renident,
Hac vterum zona cinge frementis equi.
Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis;
Turbidus Argæa ſeu nive lavit Halys
Sanguineo virides morſu verſare ſmaragdos,
Et Tyrio dignum terga rubere croco.
O quantum formæ ſibi conſcius erigit armos,
Spargit & excuſſis colla ſuperba iubis!
Augeſcit brevitas doni pietate Serenæ,
Quæ volucres etiam fratribus ornat equos.
Stamine reſplendens, & mira textilis arte
Balteus alipedis regia terga ligat,
Quem decus Eoo fratri, pignuſque propinqui
Sanguinis Heſperio miſit ab ore ſoror.
Hoc latus adſtringi velox optaret Arion.
Hoc proprium vellet cingere Caſtor equum.

XXXV. De muneribus Honorio Imp. à Serena miſſis.

NOn ſemper clipei metuendum gentibus orbem
Dilecto ſtudioſa parens fabricabat Achilli:
Lemnia nec ſemper ſupplex ardentis adibat
Antra Dei nato galeam factura comantem:
Sed placidos etiam cinctus, & mitia pacis
Ornamenta dabat, bello quibus ille peracto
Conſpicuus Reges inter fulgeret Achivos.
Ipſa manu chlamydes oſtro texebat, & auro,
Frenaque quæ volucrē Xanthum, Baliumque decerēt,
Æquore quæſitis onerabat ſedula gemmis.
At tibi diverſis, Princeps altiſſime, certant
Obſequiis: ſocer en Stilico Mauortia confert
Munera, barbaricas ſtrages, Rhenique triumphos.
Reginæ contenta modum ſervare Serena
In tua ſollicitas vrget velamina telas.

XXXVI. De freno, phaleris & cingulo equi Honorii à Serena miſſis.

O Felix ſonipes, tanti cui frena mereri
Numinis, & ſacris licuit ſervire luparis:
Seu tua per campos vento iuba luſit Iberos:
Seu te Cappadocum gelida ſub valle natantem
Argeæ lauere nives: ſeu lata ſolebas
Theſſaliæ rapido perſtringere paſcua ſaltu,
Accipe regales cultus, & crine ſuperbus
Erecto virides ſpumis perfunde ſmaragdos

Luxurient

Luxurient tumido gemmata monilia collo.
Nobilis aurato iam purpura veſtiat armos,
Et medium te zona liget variata colorum
Floribus, & caſtæ manibus ſudata Serenæ,
Perſarum gentile decus, ſic quippe laborat
Maternis ſtudiis, nec dedignatur equeſtres
Moliri phaleras genero latura decorem.

XXXVII. *De Birro Caſtoreo.*

NOminis vmbra manet veteris: nam dicere Birrum,
* Si Caſtor niteat, Caſtoreum nequeo. *
Sex emptus ſolidis, quid ſit iam ſcite poteſtis.
Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

XXXVIII. *In Alethium quæſtorem.*

SIc non Æthiopum campos æſtate pererrem,
Nec brumam Scythico ſub Iove nudus agam:
Sic non imbriferam noctem ducentibus Hædis
Ionio credam turgida vela mari:
Sic non Tartareo Furiarum verbere pulſus
Irati relegam carmina grammatici:
Nulla meos traxit petulans audacia ſenſus,
Liberior iuſto nec mihi lingua fuit.
Verſiculos, fateor, non cauta voce notavi,
Heu miſer ignorans quam g[illegible]ave crimen erat
Orpheos alii libros impune laceſſunt,
Nec tua ſecurum te, Maro, fama vehit.
Ipſe parens vatum princeps Heliconis Homerus
Iudicis excepit tela ſeuera notæ.
Sed non Virgilius, ſed non accuſat Homerus.
Neuter enim quæſtor, pauper vterque fuit.
En moveo plauſus, & pallidus omnia laudo,
Et clarum repeto terque quaterque ſophos.
Ignoſcat placidus tandem, flatuſque remittat,
Et tuto recitet quodlibet ore: placet.

XXXIX. *In Curetium.*

FAllaces vitreo ſtellas componere mundo,
Et vaga Saturni ſidera ſæpe queri.
Venturumque Iovem paucis permittere nummis,
Cureti genitor noverat Vranius.
In prolem dilata ruunt periuria patris,
Et pœnam merito filius ore luit.
Nam ſpurcos avide lambit meretricis hiatus,
Conſumens luxu, flagitiiſque domum.
Et quas fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua refudit opes.

XL. *In eundem.*

SI tua, Cureti, penitus cognoſcere quæris
Sidera, parte tuo certius ipſi loquar.
Quod furis, adverſi dedit inclementia Martis:
Quod procul à Muſis, debilis Arcas erat:
Quod turpem pateris iam cano podice morbum,
Femineis ſignis Luna, Venuſque fuit.
Attrivit Saturnus opes. hoc prorſus in vno
Hæreo, quæ cunnum lambere cauſſa facit.

XLI. *In Iacobum Magiſtrum Equitum.*

PEr cineres Pauli, per cani limina Petri,
Ne laceres verſus, dux Iacobe meos:
Sic tua pro clipeo defendat pectora Thomas,
Et comes ad bellum Bartholomæus eat;
Sic ope ſanctorum non barbarus irruat Alpes.
Sic tibi det vires ſancta Suſanna ſuas:
Sic quicumque ferox gelidum tranaverit Iſtrum,
Mergatur; volucres ceu Pharaonis equi:
Sic Geticas vltrix feriat romphæa catervas,
Romanaſque regant proſpera tela manus:
Sic tibi det moriens magnos conviva triumphos,
Atque ſuam vincant dolia fuſa ſitim:
Sic nunquam hoſtili maculetur ſanguine dextra.
Ne laceres verſus, dux Iacobe, meos.

XLII. *In Podagrum.*

QVæ tibi cum pedibus ratio? quid carmina culpas?
Scandere [illegible]i neſcis, verſiculos laceras.
Claudicat hic ver[illegible]us, hæc, inquit, ſyllaba nutat,
Atque nihil prorſus ſtare putat podager.

XLIII. *De Iracundo.*

IN iaculum quodcumque gerit dementia mutat.
Omnibus armatur rabies pro cuſpide ferri.
Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnere ſævit.
Pro telo geritur quidquid ſuggeſſerit ira.

XLIV. *De Theodoro & Hadriano.*

MAllius indulget ſomno noctesque, dieſque.
Inſomnis Pharius ſacra profana rapit.
Omnibus hoc, Italæ gentes, expoſcite votis,

Malliusve vigilet, dormiat vt Pharius.

XLV. CARMEN PASCHALE.

CHriſte potens rerum redeuntis conditor ævi,
Vox ſummi, ſenſuſque Dei: quem fudit ab alta
Mente Pater, tantique dedit conſortia regni.
Impia tu noſtræ domuiſti crimina vitæ,
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affarique palam populos, hominemque fateri.
Quemque vtero incluſum Mariæ, mox numine viſo
Virginei timuere ſinus, innuptaque mater
Arcano ſtupuit compleri viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum. mortalia corda
Artificem texere poli, mundique repertor
Pars fuit humani generis, latuitque ſub imo
Pectore, qui totum late complectitur orbem,
Et, qui non ſpatiis terræ, non æquoris vnda,
Nec capitur cælo, parvos confluxit in artus.
Quin & ſupplicij nomen, nexuſque ſubiſti,
Vt nos ſubripere leto, mortemque fugares
Morte tua: mox ætherias euectus in auras,
Purgata reperis lætum tellure parentem.
Auguſtum foveas, feſtis vt ſæpe diebus
Annua ſinceri celebret ieiunia ſacri.

XLVI. *Laus Chriſti.*

PRoles vera Dei, cunctiſque antiquior annis,
Nunc genitus, qui ſemper eras, luciſque repertor
Ante tuæ, matriſque parens: quem miſit ab aſtris
Æquævus Genitor, verbique in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis arcti
Iuſſit inire vias, parvaque in ſede morari:
Quem ſedes non vlla capit: qui lumine primo
Vidiſti quidquid mundo naſcente crearas.
Ipſe opifex, opus ipſe ſui, dignatus iniquas
Ætatis ſentire vices, & corporis huius
Diſſimiles perferre modos, hominemque ſubire,
Vt poſſis monſtrare Deum, ne lubricus error
Et decepta diu varii ſollertia mundi
Pectora tam multis fineret mortalia ſæclis
Auctorem neſcire ſuum. te conſcia partus
Mater, & attoniti pecudum ſenſere timores.
Te nova ſollicito luſtrantes ſidera viſu
In cælo videre prius, lumenque ſecuti,
Munere Magi. tu noxia pectora ſolvis,
Elapſaſque animas in corpora functa reducis,
Et vitam remeare iubes. tu lege recepti
Muneris, ad Manes penetras, mortiſque latebras
Immortalis adis. naſci tibi nam fuit vni
Principium, finiſque mori: ſed nocte refuſa
In cælum, patremque redis, curſuſque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu ſolus, Patriſque comes: tu Spiritus inſons,
Et toties vnus, triplicique in nomine ſimplex.
Quid, niſi pro cunctis, illud? quis credere poſſit,
Te potuiſſe mori, poteras qui reddere vitam?

XLVII. *Miracula Chriſti.*

ANgelus alloquitur Mariam, quo præſcia verbo
Concipiat ſalva virginitate, Deum.
Dant tibi Chaldæi prænuntia munera Reges,
Myrrham homo, rex aurum, ſuſcipe thura Deus.
Permutat lymphas in vina liquentia Chriſtus:
Quo primum facto ſe probat eſſe Deum.
Quinque explent panes, piſces duo, millia quinque:
Et Deus ex parvo plus ſupereſſe iubet.
Editus ex vtero cæcus nova lumina ſenſit,
Et ſtupet ignotum ſe meruiſſe diem.
Lazarus e mundo, Chriſto inclamante, reſurgit,
Et duræ mortis lex reſoluta perit.
Nutantem quatit vnda Petrum: cui Chriſtus in alto
Et dextra greſſus firmat, & ore fidem.
Exſanguis Chriſti contingit femina veſtem.
Stat cruor in venis: fit medicina fides.
Iuſſus poſt multos graditur paralyticus annos,
Mirandum lecti portitor ipſe ſui.

CL. CLAVDIANI

Liber I.

IN RVFINVM

Præfatio.

PHœbeo domitus Python cum decidit arcu,
Membraque Cirrhæo fudit anhela iugo:
Qui ſpiris tegeret montes, hauriret hiantem
Flumina, ſanguineis tangeret aſtra iubis:
Iam liber Parnaſſus erat, nexuque ſoluto
Cœperat erecta ſurgere fronde nemus.
Concuſſæque diu ſpatioſis tractibus orni
Securas ventis explicuere comas.
Et qui vipereo ſpumavit ſæpe veneno
Cephiſſus, liquidis purior ibat aquis.
Omnis io Pæan regio ſonat, omnia Phœbum
Rura canunt: Tripodas plenior aura rotat.
Audiroque procul Muſarum carmine dulci,
Ad Themidis coeunt antra ſevera Deæ.

Nunc

Nunc alio Domini telis Python perempto
 Convenit ad noſtram ſacra caterva lyram,
Qui ſtabilem ſervant Auguſtis fratribus orbem,
 Iuſtitia pacem, viribus arma regunt.

CL. CLAVDIANI
IN RVFINVM
Liber I.

SÆpe mihi dubiam traxit ſententia mentem,
 Curarent Superi terras, an nullus ineſſet
Rector,& incerto fluerent mortalia caſu.
Nam cum diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi,
Præſcriptoſque maris fines, annique meatus,
Et lucis, noctiſque vices: tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moveri
Sidera, qui fruges diverſo tempore naſci,
Qui variam Phœben alieno iuſſerit igne
Compleri, Solemque ſuo: porrexerit vndis
Litora: tellurem medio libraverit axe.
Sed cum res hominum tanta caligine volui
Adſpicerem, lætoſque diu florere nocentes,
Vexarique pios: rurſus labefacta cadebat
Religio, cauſſæque viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo quæ currere ſemina motu
Affirmat, magnumque novas per inane figuras
Fortuna, non arte, regi: quæ Numina ſenſu
Ambiguo vel nulla putat, vel neſcia noſtri.
Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,
Abſolvitque Deos. iam non ad culmina rerum
Iniuſtos creviſſe queror. tolluntur in altum,
Vt lapſu graviore ruant. vos pandite vati
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.
Invidiæ quondam ſtimulis incanduit atrox
Alecto, placidas late cum cerneret vrbes.
Protinus infernas ad limina tetra ſorores
Concilium deforme vocat. glomerantur in vnum
Innumeræ peſtes Erebi, quaſcumque ſiniſtro
Nox genuit fetu: nutrix Diſcordia belli,
Imperioſa Fames, leto vicina Senectus,
Impatienſque ſui Morbus, Livorque ſecundis
Anxius,& ſciſſo mærens velamine Luctus,
Et Timor,& cæco præceps Audacia vultu,
Et Luxus populator opum, cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur Egeſtas,
Fœdaque Avaritiæ complexæ pectora matris
Inſomnes longo veniunt examine Curæ.
Complentur vario ferrata ſedilia cœtu,
Torvaque collectis ſtipatur Curia monſtris.
Alecto ſtetit in mediis, vulguſque tacere
Iuſſit,& obſtantes in tergum reppulit angues,
Perque humeros errare dedit: tum corde ſub imo
Incluſam rabidis patefecit vocibus iram.
 Siccine tranquillo produci ſæcula curſu,
Sic fortunatas patiemur vivere gentes?
Quæ nova corrupit noſtros clementia mores?
Quo rabies innata perit? quid inania proſunt
Verbera? quid facibus nequicquam cingimur atris?
Heu nimis ignavæ, quas cælo Iupiter arcet,
Theudoſius terris. en aurea naſcitur ætas.
En proles antiqua redit, concordia, virtus,
Cumque fide pietas alta cervice vagantur,
Inſignemque canunt noſtra de plebe triumphum:
Pro dolor, ipſa mihi liquidas delapſa per auras
Iuſtitia inſultat, viliſque a ſtirpe reciſis
Elicit oppreſſas tenebroſo è carcere leges.
At nos indecores longo torpebimus ævo,
Omnibus eiectæ regnis? agnoſcite tandem
Quid Furias deceat, conſuetas ſumite vires;
Conventuque nefas tanto decernite dignum.
Iam cupio Stygiis invadere nubibus aſtra,
Iam flatu violare diem, laxare profundo
Frena mari, fluvios ruptis immittere ripis,
Et rerum laxare fidem. ſic fata cruentum
Mugiit. & totos ſerpentum erexit hiatus,
Noxiaque effudit concuſſo crine venena.
Anceps motus erat vulgi. pars maxima bellum
Indicit Superis: pars Ditis iura veretur,
Diſſenſuque alitur rumor. ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi, cum flamine fracto
Durat adhuc, ſævitque tumor, dubiumque per æſtum
Laſſa recedentis fluitant veſtigia venti.
 Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra,
Quam penes inſani fremitus animique profanus
Error,& vndantes ſpumis furialibus iræ.
Non niſi quæſitum cognata cæde cruorem,
Illicitumque bibit, patrius quem fuderit enſis,
Quem dederint fratres. hæc terruit Herculis ora;
Hæc defenſores terrarum polluit arcus:
Hæc Athamanteæ direxit ſpicula dextræ:
Hæc Agamemnonios inter bacchata Penates
Alternis luſit iugulis: hac auſpice tedæ
OEdipodem matri; natæ iunxere Thyeſten.
Quæ tunc horriſonis effatur talia dictis.
 Signa quidem, o ſociæ. Divos attollere contra
Nec fas eſt, nec poſſe reor: ſed lædere mundum
Si libet,& populis commune intendere letum,
Eſt mihi prodigium cunctis immanius hydris,
Tigride mobilius fera, violentius Auſtris,

Acrius Harpyiis, refluis incertius vndis
Rufinus: quem prima meo de matre cadentem
Suſcepi gremio. reptauit paruus in iſto
Sæpe ſinu, teneroque per ardua colla volutus
Vbera quæſivit fletu. linguiſque triſulcis
Mollia lambentes finxerunt membra ceraſtæ,
Me tradente dolos, geſtus, artemque nocendi
Edidicit ſimulare fidem, ſenſuſque minaces
Protegere, & blando fraudem prætexere riſu,
Plenus ſænitiæ, lucrique cupidine fervens.
Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea Pactoli: totumque exhauſerit Hermum,
Ardebit maiore ſiti. quam fallere mentes
Doctus, & vnanimes odiis turbare ſodales
Talem progenies hominum ſi priſca tuliſſet;
Pirithoum fugeret Theſeus; offenſus Oreſtem
Deſereret Pylades; odiſſet Caſtora Pollux.
Ipſa quidem fateor vinci, rapidoque magiſtram
Præuenit ingenio: nec plus ſermone morabor.
Solus habet ſcelerum quidquid poſſedimus omnes.
Hunc ego, ſi veſtræ res eſt accommoda turbæ,
Regalem ad ſummi perducam principis aulam.
Sit licet ille Numa grauior, ſit denique Minos,
Cedet, & inſidiis noſtri flectetur alumni.
Orantem ſequitur clamor, cunctæque profanas
Porrexere manus, inventaque triſtia laudant.
Illa vbi cæruleo veſtes connexuit angue,
Nodauitque adamante comas: Phlegethonta ſonorum
Poſcit, & ambuſto flagrantis ab aggere ripæ
Ingentem piceo ſuccendit gurgite pinum,
Pigraque veloces per Tartara concutit alas.
Eſt locus, extremum pandit qua Gallia litus
Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlyſſes
Sanguine libato populum moviſſe Silentum.
Illic Vmbrarum tenui ſtridore volantum
Flebilis auditur queſtus. ſimulacra coloni
Pallida, defunctaſque vident migrare figuras,
Hinc Dea proſiluit, Phœbique egreſſa ſerenos
Infecit radios, vlulatuque æthera rupit
Terrifico. ſenſit ferale Britannia murmur,
Et Senonum quatit arua fragor, revolutaque Tethys
Subſtitit, & Rhenus proiecta torpuit vnda.
Tunc in canitiem mutatis ſponte colubris
Longævum mentita ſenem, rugiſque ſeveras
Perſulcata genas, & ficto languida paſſu
Invadit muros Eluſæ notiſſima dudum
Tecta petens, oculiſque diu liuentibus hæſit,
Peiorem mirata virum. tunc talia fatur.
Otia te, Rufine, iuvant, fruſtraque iuventæ
Conſumis florem patriis inglorius arvis?
Heu neſcis quid fata tibi, quid ſidera debent,
Quid fortuna patet. toti dominum habere mundo,
Si parere velis. artus ne ſperne ſeniles.
Namque mihi magicæ vires, ævique futuri
Præſcius ardor ineſt novi quo Theſſala cantu
Eripiat lunare iubar, quid ſigna ſagacis
Ægypti valeant, qua gens Chaldæa vocatis
Imperet arte Deis. nec me latuere fluentes
Arboribus ſucci, funeſtarumque poteſtas
Herbarum, quidquid lethali germine pollens
Caucaſus, & Scythiæ vernant in gramine rupes,
Quas legit Medea ferox, & callida Circe.
Sæpius horrendos Manes, ſacriſque litavi,
Nocturnis Hecaten, & condita funera traxi
Carminibus victura meis, multoſque canendo
Quamvis Parcarum reſtarent fila, peremi.
Ire vagas quercus, & flamina ſtare coëgi,
Verſaque non prono curuavi flumina lapſu.
In fontes reditura ſuos. neu vana locutum
Me fortaſſe putes, mutatos cerne Penates.
Dixerat: & niueæ, mirum, cœpere columnæ
Ditari ſubitoque trabes lucere metallo.
Illecebris capitur, nimiumque elatus auaro
Paſcitur intuitu. ſic Rex ad prima tumebat
Mæonius, pulcro cum verteret omnia tactu.
Sed poſtquam riguiſſe dapes; fulvamque revinctos
In glaciem vidit latices; tunc munus acerbum
Senſit, & inviſo votum damnavit in auro.
Ergo animi victus, Sequimur quocumque vocabis,
Seu tu vir, ſeu Numen, ait: patriaque relicta
Eoas Furiæ iuſſu tendebat ad arces,
Inſtabileſque olim Symplegadas, & freta remis
Inclita Theſſalicis: celſa qua Boſporus arce
Splendet, & Othryſiis Aſiam diſcriminat oris.
Vt longum permenſus iter, ductuſque maligno
Stamine fatorum claram ſubrepſit in aulam,
Ilicet ambitio naſci; diſcedere rectum;
Venum cuncta dari. profert arcana, clientes
Fallit, & ambitos à principe vendit honores.
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum ſtimulando vulnus acerbat.
Ac veluti innumeros amnes accedere Nereus
Neſcit, & vndantem quamvis hinc hauriat Iſtrum,
Hinc bibat æſtivum ſepteno gurgite Nilum,
Par ſemper, ſimileſque meat: ſic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit. Cuicunque monile
Contextum gemmis, aut prædia culta fuiſſent,
Rufino populandus erat, dominoque parabat
Exitium fœcundus ager, metuenda colonis

Fertilitas

Fertilitas. Laribus pellit, detrudit avitis
Finibus, aut aufert viuis, aut occupat heres.
Congeſtæ cumulantur opes, orbiſque ruinas
Accipit vna domus. populi ſeruire coacti.
Plenaque priuato ſuccumbunt oppida regno.
Quo veſane ruis? teneas vtrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Iungantur ſolum Crœſi, Cyrique tiara:
Numquam dives eris, numquam ſatiabere quæſtu.
Semper inops, quicumque cupit. contentus honeſto
Fabricius parvo ſpernebat munera Regum,
Sudabatque gravi Conſul Serranus aratro,
Et caſa pugnaces Curios anguſta tegebat.
Hæc mihi pauperias auguſtior: hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis. tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemtas
Terra dapes. rapiunt Tyrios tibi vellera ſuccos,
Et picturatæ ſaturantur murice veſtes.
Hic radiant flores, & prati viva voluptas
Ingenio variata ſuo. fulgentibus illic
Surgunt ſtrata toris. hic mollis panditur herba,
Sollicitum curis non abruptura ſoporem.
Turba ſalutantum latas tibi perſtrepit ædes:
Hic avium cantus, labentis murmura riui.
Vivitur exiguo melius. natura beatis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognoverit vti.
Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplice cultu:
Claſſica non fremerent: non ſtridula fraxinus iret:
Non ventus quateret puppes, non machina muros.
Creſcebat ſcelerata ſitis, prædæque recentis
Inceſtus flagrabat amor, nulluſque petendi
Cogendive pudor. crebris periuria miſcet
Blanditiis: ſociat perituro fœdere dextras.
Si ſemel è tantis poſcenti quiſque negaſſet,
Effera prætumido quatiebat corda furore.
Quæ ſic Getuli iaculo percuſſa leæna,
Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus,
Aut ſerpens calcata furit? iurata Deorum
Maieſtas teritur: nuſquam reverentia menſæ,
Non coniux, non ipſe ſimul, non pignora cæſa
Sufficiunt odiis: non extinxiſſe propinquos,
Non notos egiſſe ſat eſt. extinguere cives
Funditus, & nomen gentis delere laborat.
Nec celeri mittit letho: crudelibus ante
Suppliciis fruitur. cruciatus, vincla, tenebras
Dilato mucrone parat. pro ſævior enſe
Parcendi rabies, conceſſaque vita dolori.
Mors adeone parum eſt? cauſſis fallacibus inſtat:
Arguit attonitos ſe iudice cætera ſegnis,
Ad facinus velox: penitus regione remotas
Impiger ire vias. non illum Sirius ardens,
Brumaue Rhipæo ſtridens Aquilone retardat.
Effera torquebant avidæ præcordia curæ.
Effugeret ne quis gladios, ne perderet vllum
Auguſto miſerante nefas non flectitur annis:
Non ætate labat. iuvenum rorantia colla
Ante patrum vultus ſtricta cecidere ſecuri.
Ibat grandævus nato moriente ſuperſtes
Poſt trabeas exſul. quis prodere tanta relatu
Funera, quis cædes poſſet deflere nefandas?
Quid tale immanes vnquam geſſiſſe feruntur
Vel Sinis Iſthmiaca pinu, vel rupe profunda
Sciron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sulla?
O mites Diomedis equi: Buſiridis aræ
Clementes. iam Cinna pius, iam Sparthace lenis
Rufino collatus eris. deiecerat omnes
Occultis odiis terror, tacitique ſepultos
Suſpirant gemitus, indignarique verentur:
At non magnanimi virtus Stiliconis eodem
Fracta metu: ſolus, medioque in turbine rerum
Contra letiferos rictus, contraque rapacem
Movit tela feram, volucris non præpete curſu
Vectus equi, non Pegaſeis adiutus habenis.
Hic cunctis optata quies, hic ſola pericli
Turris erat, clipeuſque trucem porrectus in hoſtem.
Hic profugis ſedes, adverſaque regna furori,
Servandis hic caſtra bonis: hucuſque minatus
Hærebat, retroque fuga cedebat inerti.
Haud ſecus hiberno tumidus cum vertice torrens
Saxa rotat voluitque nemus ponteſque revellit,
Frangitur obiectu ſcopuli, quærenſque meatum
Spumat, & illiſa montem circumtonat vnda.
Qua dignum te laude feram, qui pene ruenti,
Lapſuroque tuos humeros obieceris orbi?
Te nobis trepidæ ceu ſidus dulce carinæ
Oſtendere Dei, geminis quæ lapſa procellis
Tunditur, & victo trahitur iam cæca magiſtro.
Inachius rubro perhibetur in æquore Perſeus
Neptuni domuiſſe pecus; ſed tutior alis.
Te non penna vehit, rigida cum Gorgone Perſeus;
Tu non vipereo defenſus crine Meduſæ.
Illum vilis amor ſuſpenſæ virginis egit.
Te Romana ſalus. taceat ſuperata vetuſtas.
Herculeos conferte tuis iam deſinat actus.
Vna Cleonæum paſcebat ſilva leonem.
Arcadiæ ſaltum vaſtabat dentibus vnum
Sævus aper: tuque ò compreſſa matre rebellis
Non vltra Libyæ fines, Antæe, nocebas:
Solaque fulmineo reſonabat Creta iuvenco,
Lernæamque virens obſederat Hydra paludem.

Hoc

Hoc monſtrum non vna palus, non vna tremebat
Inſula: ſed Latia quidquid ditione ſubactum
Vivit, & à primis Ganges horrebat Iberis.
Hoc neque Geryones triplex, nec turbidus Orci
Ianitor æquabat, nec ſi concurrat in vnum
Vis Hydræ, Scyllæque fames, & flama Chimæræ.
Certamen ſublime diu, ſed moribus impar
Virtutum, ſcelerumque fuit. iugulare minatur:
Tu prohibes. ditem ſpoliat: tu reddis egenti.
Eruit: inſtauras. accendit prælia: vincis.
Ac velut infecto morbus crudeſcere cælo
Incipiens primo pecudum depaſcitur artus;
Mox populos, vrbeſque rapit, ventiſque peruſtis
Corruptos Stygiam peſtem deſudat in amnes:
Sic avidus prædo iam non per ſingula ſævit;
Sed ſceptris inferre minas, omnique peremto
Milite, Romanas ardet proſternere vires.
Iam gentes, Iſtrumque movet, Scythiamque receptat
Auxilio, traditque ſuas hoſtilibus armis
Relliquias. mixtis deſcendit Sarmata Dacis,
Et quis cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes, patriamque bibens Mæotin Alanus.
Membraque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus,
Rufino collecta manus. vetat ille domari.
Innectitque moras, & congrua tempora differt.
Nam tua cum Geticas ſtrauiſſet dextera turmas,
Vlta Ducis ſocii letum, parsque vna maneret
Debilior, faciliſque capi: tunc impius ille
Proditor imperij coniuratuſque Getarum
Diſtulit inſtantes clauſo principe pugnas,
Hunnorum laturus opem. quos affore bello
Norat, & inviſis mox ſe coniungere caſtris.
Eſt genus extremos Scythiæ vergentis in ortus
Trans gelidum Tanaim: quo non famoſius vllum
Arctos alit. triſtes habitus, obſcenaque viſu
Corpora; mens duro numquam ceſſura labori,
Præda cibus, vitanda Ceres, fratreſque necare
Ludus, & occiſos pulcrum iurare parentes.
Nec plus Nubigenas duplex natura biformes
Cognatis aptavit equis. acerrima nullo
Ordine mobilitas, inſperatique recurſus.
Quos tamen impavidus contra ſpumantis ad Hebri
Tendis aquas, ſic ante tubas ferrumque precatus:
Mavors, nubifero ſeu tu procumbis in Æmo,
Seu te cana gelu Rhodope, ſeu remige Medo
Sollicitatus Athos, ſeu caligantia nigris
Ilicibus Pangæa tenent, accingere mecum
Et Thracas defende tuos: ſi lætior adſit
Gloria, veſtita ſpoliis donabere quercu.
Audiit illa pater, ſcopuliſque nivalibus Æmi
Surgit, & hortatur celeres clamore miniſtros.
Fer galeam, Bellona, mihi, nexuſque rotarum
Tende, Pavor: frenet rapidos Formido iugales.
Feſtinas vrgete manus. meus ecce paratur
Ad bellum Stilico, qui me de more tropæis
Ditat, & hoſtiles ſuſpendit in arbore criſtas.
Communes ſemper litui, communia nobis
Signa canunt, iunctoque ſequor tentoria curru.
Sic fatus campo inſiluit, lateque fugatas
Hinc Stilico turbas, illinc Gradivus agebant
Et clipeis, & mole pares. ſtat caſſis vtrique
Sidereis hirſuta iubis, loricaque curſu
Æſtuat, & largo ſatiatur vulnere cornus.
Acrior interea voto, multiſque Megæra
Luxuriata malis, mæſtam deprendit in arce
Iuſtitiam, diroque prior ſic ore laceſſit.
En tibi priſca quies, revocataque ſæcula rurſus,
Vt rebare, vigent. en noſtra potentia ceſſit,
Nec locus eſt vſquam Furiis. huc lumina flecte.
Adſpice Barbaricis iaceant quod mœnia flamis,
Quas mihi Rufinus ſtrages, quantumque cruoris
Præbeat: & quantis epulentur cædibus hydri.
Linque homines, ſortemque meam: pete ſidera: notis
Autumni te redde plagis, qua vergit in Auſtrum
Signifer, æſtivo ſedes vicina Leoni.
Iam pridem gelidæ ceſſant confinia Libræ,
Atque vtinam per magna ſequi convexa liceret.
Diva refert. non vlterius bacchabere demens.
Iam pœnas dabit ille tuus: iam debitus vltor
Imminet, & terras qui nunc, ipſumque fatigat
Æthera, nec vili moriens condetur arena.
Iamque aderit læto promiſſus Honorius ævo,
Nec forti genitore minor, nec fratre coruſco:
Qui ſubiget Medos, qui cuſpide proteret Indos.
Sub iuga venturi Reges calcabitur aſper
Phaſis equo, pontemque pati cogetur Araxes.
Tuque ſimul gravibus ferri religata catenis
Expellere die, debellataſque draconum
Tonſa comas imo Barathri claudere receſſu.
Tunc tellus communis erit: tunc limite nullo
Diſcernetur ager: nec vomere ſulcus adunco
Findetur. ſubitis meſſor gaudebit ariſtis.
Rorabunt querceta favis; ſtagnantia paſſim
Vina fluent, oleique lacus; nec murice tinctis
Velleribus quæretur honor; ſed ſponte rubebunt
Attonito paſtore greges, Pontumque per omnem
Ridebunt virides gemmis naſcentibus algæ.

CL. CLAVDIANI

IN RVFINVM

Liber II.

IAm poſt edomitas Alpes, defenſaque regna
Heſperiæ, merita complexus ſede patentem
Auctior adiecto fulgebat ſidere mundus,
Iamque tuis, Stilico, Romana potentia curis,
Et rerum commiſſus apex, tibi credita fratrum
Vtraque maieſtas, geminæque exercitus aulæ.
Rufinus (neque enim patiuntur ſæva quietem
Crimina pollutæque negare areſcere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis
Inchoat, & ſolito pacem turbare tumultu.
Hæc etiam ſecum. quanam ratione tuebor
Spem vitæ fragilem? qua tot depellere fluctus
Arte queã? premor hinc odiis: hinc milite cingor.
Heu quid agam? non arma mihi, non principis vllus
Auxiliatur amor. matura pericula ſurgunt
Vndique, & impoſiti radiant cervicibus enſes.
Quid reſtat, niſi cuncta novo confundere luctu,
Inſontesque meæ populos miſcere ruinæ?
Everſo iuvat orbe mori. ſolatia leto
Exitium commune dabit: nec territus ante
Diſcedam, cum luce ſimul linquenda poteſtas.
Hæc fatus, ventis veluti ſi frena remittat
Æolus, abrupto gentes ſic obiice fudit,
Laxavitque viam bellis, & ne qua maneret
Immunis regio, cladem diuiſit in orbem,
Diſpoſuitque nefas. alij per terga ferocis
Danubij ſolidata ruunt, expertaque remos
Frangunt ſtagna rotis. alii per Caſpia clauſtra,
Armeniaſque niues inopino tramite ducti
Invadunt orientis opes. iam paſcua fumant
Cappadocum, volucrumque parens Argeus equorũ.
Iam rubet altus Halys: nec ſe defendit iniquo
Monte Cilix. Syriæ tractus vaſtantur amœni,
Aſſuetumque choris, & læta plebe canorum
Proterit imbellem ſonipes hoſtilis Orontem.
Hinc planctus Aſiæ: Geticis Europa catervis
Ludibrio prædæque datur, frondentis adusque
Dalmatiæ fines: omnis qua mobile Ponti
Æquor, & Hadriacas tellus interiacet vndas,
Squalet inops pecudum, nullis habitata colonis,
Inſtat anhelantis Libyæ, quæ torrida ſemper
Solibus humano neſcit manſueſcere cultu.
Theſſalus ardet ager, recleer paſtore fugato
Pelion. Emathias ignis populatur ariſtas.
Iam plaga Pannoniæ, miſerandaq; mœnia Thracum,
Arvaque Myſorum: iam nulli flebile damnum,
Sed curſus ſolennis erat, campuſque furori
Expoſitus, ſenſumque malis detraxerat vſus.
Eheu quam brevibus pereunt ingentia cauſſis.
Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto
Servatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor vnus iners anguſto tempore vertit.
Vrbs etiam, magnæ quæ dicitur æmula Romæ,
Et Chalcedonias contra deſpectat arenas,
Iam non finitimo Martis terrore movetur;
Sed propius lucere faces, & rauca ſonare
Cornua, vibratiſque peti faſtigia telis
Adſpicit. hi vigili muros ſtatione tueri,
Hi iunctis properant portus munire carinis.
Obſeſſa tamen ille ferus lætatur in vrbe,
Exſultatque malis, ſummoque à culmine turris
Impia vicini cernit certamina campi.
Vinctas ire nurus, hunc per vada cærula mergi,
Semineccem hunc ſubito percuſſum vulnere labi
Dum fugit, hunc animam portis efflare ſub ipſis,
Nec canos prodeſſe ſeni, puerique cruore
Maternos vndare ſinus. immenſa voluptas,
Et riſus plerumque ſubit. dolor afficit vnus,
Quod ferrat non ipſe manu. videt omnia late
Præceptis incenſa ſuis, & crimine tanto
Luxuriat, carumque ſibi non abnegat hoſtem.
Iactabatque vltro, ſoli quod caſtra paterent,
Sermonumque foret vicibus permiſſa poteſtas:
Egregii quoties exiſſet fœderis auctor
Stipatus ſociis, circumque armata clientum
Agmina priuatis ibant famulantia ſignis.
Ipſe inter medios, ne qua de parte relinquat
Barbariem, revocat fulvas in pectore pelles,
Frenaque & immanes phaleras, arcuſque ſonoros.
Aſſimulat, mentemque palam teſtatur amictus.
Nec pudet Auſonios currus, & iura regentem
Sumere deformes ritus, veſtemque Getarum,
Inſignemque habitum Latij mutare, togæque.
Mærent captivæ pellito iudice leges.
Quis populi tunc vultus erat? quæ murmura furtim?
Nam miſeris nec flere quidem, aut lenire dolores
Colloquiis impune licet. quo nam vſque feremus
Exitiale iugum? diræ quis terminus vmquam
Sortis erit? quis nos funeſto turbine rerum.

Aut tantis ſolvet lacrimis: quos Barbarus illinc,
Hinc Rufinus agit: quibus arva fretumque negatur?
Magna quidem per rura lues: ſed maior obertat
Intra tecta timor. tandem ſuccurre ruenti
Heu patriæ, Stilico. dilecta hic pignora certe,
Hic domus: hic thalamis proprium genialibus omen.
Hæc tibi felices erexit regia tedas.
Vel ſolus ſperate veni. te prælia viſo
Langueſcent, avidique cadet dementia monſtri.
Talibus urgetur diſcors Aurora procellis.
At Stilico Zephyris cum primum bruma remitti,
Et iuga diffuſis nudari cœpta pruinis,
Partibus Italiæ tranquilla in pace locatis,
Vtraque caſtra movens Phœbi properabat ad ortus,
Gallica diſceteris. Eoaque robora turmis
Complexus. numquam tantæ ditione ſub vna
Convenere manus, nec tot diſcrimina vocum.
Illic Armeniæ vibratis crinibus alæ
Herbida collectæ facili velamina nodo.
Inde truces flavo comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,
Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus,
Quoſque rigat retro pernicior vnda Garumnæ,
Oceani pleno quoties impellitur æſtu.
Mens eadem cunctis, animique recentia ponunt
Vulnera. non odit victus, victorve ſuperbit.
Et quamvis præſens tumor, & civilia nuper
Claſſica bellatrixque etiam nunc ira caleret,
Induere eximium conſpiravere favorem.
Haud aliter Xerxem toto ſimul orbe ſecutus
Narratur rapuiſſe vagos exercitus amnes,
Et telis vmbraſſe diem, cum claſſibus iret
Per ſcopulos, tectumque pedes contemneret æquor.
Vix Alpes tranſgreſſus erat. nec iam amplius errat
Barbarus, adventumque timens, ſe cogit in vnam
Planitiem, tutoque includit paſcua gyro.
Tum duplici foſſa non exſuperabile vallum
Aſperat alternis ſudibus. murique locata
In ſpeciem cæſis obtendit plauſtra iuvencis.
At procul exſanguis Rufinum perculit horror:
Infectæ pallore genæ. ſtetit ore gelato
Incertus peteretne fugam, veniamve ſubactus
Poſceret, an tantos ſeſe transferret in hoſtes.
Quid nunc divitiæ, quid fulvi vaſta metalli
Congeries, quid purpureis effulta columnis
Atria, prolatæve iuvant ad ſidera moles?
Audit iter, numeratque dies, ſpatioque viarum
Metitur vitam. torquetur peſte futura,
Nec recipit ſomnos, & ſæpe cubilibus amens
Excutitur, pœnamque luit formidine pœnæ.

Sed redit in faciem, ſceleruṁque immane reſumit
Ingenium, ſacraſque fores prædivitis aulæ
Intrat, & Arcadium mixto terrore precatur.
Per fratris regale iubar. per fata parentis
Ætherii, floremque tui te deprecor ævi
Eripe me gladiis. liceat Stiliconis iniquas
Evitare manus. in noſtram Gallia cædem
Coniurata venit. quidquid ligat vltima Tethys
Extremos vltra volitat gens ſi qua Britannos,
Mota mihi. tantis capiendi credimur armis.
Tot ſignis vnum petitur caput. vade eruptis
Iſta ſinis: geminum Stilico ſibi vindicat axem,
Et nullum vult eſſe parem. ſuccumbere poſcit
Cuncta ſibi. regit Italiam, Libyamque coërcet:
Hiſpanis Galliſque iubet. non orbita Solis,
Non illum natura capit. quaſcumque paravit
Hic Auguſtus opes, &, quas poſt bella recepit,
Solus habet. poſſeſſa ſemel non reddere curat.
Scilicet ille quidem tranquilla pace fruatur:
Nos premat obſidio? quid partem invadere tentat?
Deſerat Illyricos fines; Eoa remittat
Agmina; fraternas ex æquo dividat haſtas;
Nec ſceptri tantum fueris, ſed militis heres.
Quod ſi diſſimulas noſtræ ſuccurrere morti,
Nec prohibere paras: Manes, & ſidera teſtor,
Hæc ceruix non ſola cadet. miſcebitur alter
Sanguis, nec Stygias ferar incomitatus ad vmbras,
Nec mea ſecurus videbit funera victor.
Hæc vbi: dictatur facinus, miſſuſque repente,
Qui ferat exortas invito principe voces.
Interea Stilico iam lætior hoſte propinquo,
Nec multo ſpatii diſtantibus æquore vallis
Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.
Armeniis frons læva datur; per cornua Gallos
Dexteriora locat. ſpumis ignaſcere frena,
Pulveris extolli nimbos, lateque videres
Surgere purpureis vndantes anguibus haſtas,
Serpentumque vago cælum ſævire volatu.
Implet Theſſaliam ferri nitor. antraque docti
Compedis, teneroque amnis repetitus Achilli,
Et nemus Œtæum reſonat clamore. nivalis
Oſſa tonat, pulſoque fragor geminatur Olympo.
Intumuit virtus, & lucis prodigus arſit
Impetus. haud illos rupes, haud alta vetarent
Flumina. præcipiti ſtraviſſent omnia curſu.
Si tunc his animis acies collata fuiſſet,
Prodita non tantas vidiſſet Græcia clades:
Oppida ſemoto Pelopeia Marte vigerent:
Starent Arcadiæ, ſtarent Lacedæmonis arces.
Non mare fumaſſet geminum flagrante Corintho.

Nec fera Cecropias traxiſſent vincula matres.
Illa dies potuit noſtris imponere finem
Cladibus, & ſceleris cauſſas auferre futuri.
Invida, proh, quantum rapuit Fortuna triumphum,
Inter equos, interque tubas mandata feruntur
Regia, & armati veniunt ductoris ad aures.
Obſtupuit; ſimul ira virum, ſimul obruit ingens
Mæror, & ignavo tantum licuiſſe nocenti
Miratur. dubios anceps ſententia volvit
Eventus: peragat pugnas, in fortia cœpta
Deſerat. Illyricis ardet ſuccurrere damnis:
Præceptis obſtare timet. reverentia frangit
Virtutis ſtimulos. hinc publica commoda ſuadent,
Hinc metus invidiæ. tandem indignatus ad aſtra
Extollit palmas, & ab imo pectore fatur:
Numina Romanis nondum ſatiata ruinis,
Si iuvat imperium penitus de ſtirpe revelli,
Vno ſi placuit deleri ſæcula lapſu,
Si piget humani generis; prorumpat in arva
Libertas effrena maris, vel limite nullo
Devius errantes Phaëthon confundat habenas.
Cur per Rufinum geritur? procumbere mundum
Hoc auctore pudet. mediis revocamur ab armis,
Proh dolor, & ſtrictos deponere cogimur enſes.
Vos arſuræ urbes, perituraque mœnia teſtor,
Cedo equidem, & miſerum permitto cladibus orbem.
Flectite ſigna, duces. redeat iam miles Eous.
Parendum eſt. taceant litui, prohibete ſagittas.
Parcite contiguo, Rufinus præcipit, hoſti.
His dictis, omnes una fremuere manipli:
Quantum non Italo percuſſa Ceraunia fluctu:
Quantum non madidis illiſa tonitrua Coris.
Secernique negant. ereptaque prælia poſcunt,
Inſignemque ducem populus defendit uterque,
Et ſibi quiſque trahit. magno certatur amore,
Alternamque fidem non illaudata laceſſit
Seditio, talique ſimul clamore moventur.
Quis mihi nudatos enſes, quis tela lacertis
Excutit, & ſolvi curvatos imperat arcus?
Quis nam audet leges vibrato imponere ferro?
Inflammata ſemel neſcit miteſcere virtus.
Iam iam barbaricos ſitientia pila cruores
Sponte volant. ultrixque manus mucrone furenti
Ducitur, & ſiccum gladium vagina recuſat.
Non patiar. ſemperne Getis diſcordia noſtra
Proderit? en iterum belli civilis imago.
Quid conſanguineas acies, quid dividis olim
Concordes aquilas? non diſſociabile corpus,
Coniunctumque ſumus. te quo libet ire, ſequemur,
Te vel Hyperboreo damnatam ſidere Thulen,
Te vel ad incenſas Libyæ comitabor arenas.
Indorum ſi ſtagna petas, rubrique receſſus
Litoris, auriferum veniam poturus Hydaſpen.
Si calcare Notum, ſecretaque litora Nili
Naſcentis iubeas; mundum poſt terga relinquam.
Et quocunque loco Stilico tentoria figet,
Hic patria eſt. Dux inde vetat: deſiſtite quæſo,
Atque avidam differte manum. cadat iſte minacis
Invidiæ cumulus. non eſt victoria tanti,
Vt videar viciſſe mihi. vos fida iuventus
Ite mei quondam ſocii. nec plura locutus
Flexit iter. vacuo qualis diſcedit hiatu
Impatiens remeare leo quem plurima cuſpis,
Et paſtorales pepulerunt igne catervæ,
Inclinatque iubas, demiſſaque lumina velat,
Et trepidas mœſto rimatur murmure ſilvas.
Vt ſeſe legio videt disiuncta relinqui,
Ingentem tollit gemitum galeaſque ſolutis
Humectat lacrimis, preſſamque morantia vocem
Thoracum validos pulſant ſuſpiria nexus.
Tradimur, heu. tantumq; ſequi prohibemur amorem,
Exclamant tradiſne tuas Dux optime dextras,
Quas tibi victrices toties Bellona probavit?
Nos adeo viles? adeo felicior axis
Heſperius, meruit qui te rectore teneri?
Quid nobis patriam, quid cara reviſere tandem
Pignora, dilectoſve iuvat coluiſſe Penates?
Te ſine dulce nihil. iam formidata tyranni
Tempeſtas ſubeunda mihi: qui forte nefandas
Iam parat inſidias: qui nos aut turpibus Hunnis,
Aut impacatis famulos præſtabit Alanis.
Quamquam non adeo robur defecerit omne,
Tantave geſtandi fuerit penuria ferri.
Tu licet occiduo maneas ſub cardine Solis,
Tu mihi dux ſemper, Stilico, noſtramque vel abſens
Experiere fidem. dabitur tibi debita pridem
Victima. promiſſis longe placabere ſacris.
Triſtior Æmoniis miles digreſſus ab oris
Tangebat Macedum fines muroſque ſubibat
Theſſalonica tuos ſenſu dolor hæret in alto
Abditus, & tacitas vindictæ præſtruit iras.
Spectaturque favens odiis locus, aptaque leto
Tempora. nec quiſquam tanta de plebe repertus,
Proderet incautis qui corda minantia verbis.
Quæ non poſteritas, quæ non mirabitur ætas
Tanti conſilium vulgi potuiſſe taceri,
Aut facinus tam grande tegi, mentiſque calorem
Non ſermone vix, non inter pocula rumpi?
Æqualis tantam tenuit conſtantia turbam,
Et fuit arcanum populo. percurritur Hebrus,

Deſeritur Rhodope, Thracumq; per ardua tendunt,
Donec ad Herculei perventum nominis vrbem.
  Vt ceſſiſſe ducem, propius veniſſe cohortes
Cognita Rufino: magna cervice triumphat,
Omnia tuta ratus. ſceptumque capeſſere fervet,
Et coniuratos hortatur voce clientes:
Vicimus. expulimus. facilis iam copia regni.
Nullus ab hoſte timor. quis enim, quem vincere ſolum
Horruit, hunc tanto munitum milite vincat?
Quis ferat armatum, quem non ſuperavit inermem?
I nunc exitium nobis meditare remotus
Incaſſum Stilico dum nos longiſſima tellus
Dividat, & mediis Nereus interſtrepat vndis,
Alpinas tranſire tibi me ſoſpite rupes
Haud dabitur. iaculis illic me figere tenta.
Quære ferox enſem. qui noſtra ad mœnia tendi
Poſſit ab Italia. non te monumenta priorum,
Non exempla vetant? quiſnam conatus adire
Has iactat vitaſſe manus? detruſimus orbe
Te medio, tantiſque ſimul ſpoliavimus armis.
Nunc epulas tempus. ſocii, nunc larga parare
Munera, donandumque novis legionibus aurum,
Opportuna meis oritur lux craſtina votis.
Quod nolit, Rex ipſe velit, iubeatque coactus
In partem mihi regna dari contingat in vno
Priuati fugiſſe modum, crimenque tyranni.
  Talibus acclamat dictis infame nocentum
Concilium. qui perpetuis crevere rapinis.
Et quos vna facit Rufino cauſſa ſodales,
Illicitum duxiſſe nihil. delicta fuere
Nexus amicitiæ. iam iam connubia læti
Deſpondent aliena ſibi, fruſtraque viciſſim.
Promittunt quas quiſque petat, quas devoret vrbes
  Cœperat humanos alto ſopire labores
Nox gremio, pigraſque ſopor diffuderat alas.
Ille diu curis animum ſtimulantibus æger
Labitur in ſomnos. vix toto corde quierat,
Ecce videt diras alludere protinus Vmbras,
Quas dedit ipſe neci: quarum, quæ clarior, vna
Viſa loqui: proh ſurge toro. quid plurima voluis
Anxius? hæc requiem rebus, finemque labori
Allatura dies. omni iam plebe redibis
Altior, & læti manibus portabere vulgi.
Has canit ambages: occulto fallitur ille
Omine, nec capitis fixi præſagia ſenſit.
Iam ſummum radiis ſtringebat Lucifer Æmum,
Feſtinamque rotam ſolito properantior vrget.
Tandem Rufini viſurus funera Titan
Proſilit ſtratis, denſaque capacia turba
Atria regifico iuſſit ſplendere paratu

Exceptura dapes, &, quod poſt vota daretur,
Inſcribi propriis aurum fatale figuris.
Ipſe ſalutatum reduces poſt prœlia turmas
Iam regale tumens, & principe celſior ibat,
Collaque femineo geſtabat mollia geſtu
Imperii certus: tegeret ceu purpura dudum.
Corpus, & ardentes ambirent tempora gemmæ.
  Vrbis ab anguſto tractu, qua vergit in Auſtrum,
Planities vicina patet. nam cetera Pontus
Circuit exiguo dirimi ſe tramite paſſus.
Hic victrix acies ornatu fulgida ferri
Explicuit cuneos. pedites in parte ſiniſtra
Conſiſtunt. equites illinc potentia currum
Ora reluctantur preſſis ſedare lupatis.
Hinc alij ſævum criſtato vertice nutant,
Et tremulos humeris gaudent vibrare colores,
Quos operit. formatq; chalybs. coniuncta per artem
Flexilis inductis hamatur lamina membris.
Horribilis viſu. credas ſimulacra moveri.
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo.
Par veſtitus equis. ferrata fronte minantur,
Ferratoſque movent ſecuri vulneris armos.
Et iuſſo ſtat quiſque loco. metuenda voluptas
Cernenti, pulcerque timor. ſpiriſque remiſſis
Manſueſcunt varii vento ceſſante dracones.
Auguſtus veneranda prior vexilla ſalutat.
Rufinus ſequitur, qui fallere cuncta ſolebat
Callidus affatu, devoraque brachia laudat
Nomine quemq; vocans: natoſq; patreſq; reverſis
Nuntiat incolumes illi dum plurima ficto
Certatim ſermone petunt, intendere longos
A tergo amplexus, inſperatoque ſuprema
Circuitu ſociare parant, decreſcere campus
Incipit, & clipeis in ſe redeuntia iunctis
Curvo paulatim ſinuantur cornua ductu.
Sic ligat immenſa virides indagine ſaltus
Venator. ſic attonitos ad litora piſces
Æquoreus populator agit, raroſque plagarum
Contrahit anfractus, & hiantes colligit oras.
Excludunt alios: cingi ſe fervidus ille
Neſcit adhuc, graviterque apprenſa veſte morantem
Increpat Auguſtum. ſcandat ſublime tribunal:
Participem ſceptri, ſocium declaret honoris.
Cum ſubito ſtringunt gladios. vox deſuper ingens
Infremuit: Nobis etiam, deterrime, nobis
Speraſti famulas imponere poſſe catenas?
Vnde redis neſcis? patiarne audire ſatelles,
Qui leges aliis, libertatemque reduxi?
Bis domitum civile nefas, bis rupimus Alpes.
Tot nos bella docent nulli ſervire tyranno.

Diri-

Diriguit. ſpes nulla fugæ. ſeges vndique ferri
Circumfuſa micat. dextra, lævaque revinctus
Hæſit,& enſiferæ ſtupuit mucrone coronæ.
Vt fera,quæ nuper montes amiſit avitos,
Altorumque exul nemorum damnatur arenæ
Muneribus,commota ruit,vir murmure contra
Hortatur,nixuſque genu venabula tendit.
Illa pavet ſtrepitus,cuneoſque erecta theatri
Deſpicit.& tanti miratur ſibila vulgi.
Vnus per medios audendi pronior enſe
Proſilit exerto, dictiſque, & vultu torvus
Appetit. hac Stilico, quem iactas pellere,dextra
Te ferit: hoc abſens invadit viſcera ferro.
Sic fatur, meritoque latus transverberat ictu.
Felix illa manus,talem quæ prima cruorem
Hauſerit. & feſſi pœnam libraverit orbis.
Mox omnes fodiunt haſtis,artuſque trementes
Dilaniant.vno tot corpore pila tepeſcunt,
Et non infecto puduit mucrone reverti.
Hi vultus avidos & adhuc ſpirantia vellunt
Lumina. truncatos alij rapuere lacertos.
Amputat ille pedes,humerum quatit ille ſolutis
Nexibus. hic fracti rescindit curvamina dorſi.
Hic iecur, hic cordis fibras. hic pandit anheli
Pulmonis latebras. ſpatium non invenit ira,
Nec locus eſt odiis. conſumpto funere vix tum
Deſeritur, ſparſumque perit per tela cadaver.
Sic mons Aonius rubuit,cum Penthea ferrent
Mænades,aut ſubito mutatum Actæona cornu
Traderet inſanis Latonia virgo Moloſſis.
Criminibuſne tuis ſperas fortuna mederi?
Et male donatum certas æquare favorem
Suppliciis? vna tot millia morte rependis?
Everſis agedum Rufinum divide terris.
Da caput Odryſiis. truncum mereantur Achivi.
Quid reliquis dabitur? nec ſingula membra peremptis
Sufficiunt populis. vacuo plebs vndique muro
Iam ſecura ruit. ſenibus non obſtitit ætas,
Virginibuſne pudor. viduæ,quibus ille maritos
Abſtulit, orbatæque ruunt ad gaudia matres,
Inſultantque alacres laceros iuvat ire per artus,
Preſſaque calcato veſtigia ſanguine tingi.
Nec minus aſſiduis certant elidere ſaxis
Prodigiale caput,quod iam de cuſpide ſumma
Nutabat,digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera quin etiam ludo conceſſa vagatur
Æra petens, pœnaſque animi perſoluit avari
Terribili lucro, vivoſque imitata recurvus
Cogitur adductis digitos inflectere nervis.
Deſinat elatus quiſquam confidere rebus,
Inſtabileſque Deos. ac lubrica Numina diſcat.
Illa manus, quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat,
Cuius ſe toties ſubmiſit ad oſcula ſupplex
Nobilitas,inhumata diu,miſeroque revulſa
Corpore feralem quæſtum poſt fata popoſcit:
Adſpiciat,ne quis nimium ſublata ſecundis
Colla gerat. triviis calcandus ſpargitur ecce,
Qui ſibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura ſuos exſtruxit culmina Manes,
Et, qui Sidonio velari credidit oſtro,
Nudus paſcit aves. iacet en, qui poſſidet orbem,
Exiguæ telluris inops,& pulvere raro
Per partes tegitur,numquam, totieſque ſepultus,
Sentiunt convexa necem, telluſque nefandum
Emolitur onus. iam reſpirantibus aſtris,
Infernos gravat Vmbra lacus. pater Æacus horret,
Intrantemque etiam latratu Cerberus vrget.
Tunc animæ. quas ille fero ſub iure peremit,
Circumſtant, nigrique trahunt ad iudicia vrnam,
Infeſto fremitu. veluti paſtoris in ora
Commotæ glomerantur apes,qui dulcia raptu
Mella trahit,pennaſque cient, & ſpicula tendunt.
Et tenues ſaxi per propugnacula cinctæ
Rimoſam patriam,dilectaque pumicis antra
Defendunt,pronoque favos examine velant.
Eſt locus,infauſtis quo conciliantur in vnum
Cocytus,Phlegethonque vadis: inamœnus vterque
Alveus. hic voluit lacrimas: hic igne redundat.
Turris per geminos flammis vicinior amnes
Porrigitur, ſolidoque rigens adamante ſiniſtrum
Proluit igne latus. dextra Cocytia fundit
Æquora, triſte gemens,& fletu concita plangit.
Huc poſt emeritam mortalia ſæcula vitam
Deveniunt,vbi nulla manent diſcrimina fati,
Nullus honor, vanoque exutum nomine Regem
Proturbat plebeius egens. quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos,
Et iuſtis dirimit ſontes. quos nolle fateri
Viderit, ad mala mox tranſmittit verbera fratris.
Nam iuxta Rhadamanthus agit. cum geſta ſuperni
Curriculi, totoſque diu proſpexerit actus;
Exæquat damnum meritis,& muta ferarum
Cogit vincla pati. truculentos ingerit vrſis,
Prædoneſque lupis.fallaces vulpibus addit.
At qui deſidia ſemper, vinoque gravatus
Indulgens Veneri voluit torpeſcere luxu,
Hunc ſuis immundi pingues detrudit in artus.
Qui iuſto plus eſſe loquax, arcanaque ſuevit
Prodere,piſcoſas fertur victurus in vndas,
Vt nimiam penſent æterna ſilentia vocem.

Quos vbi per varios annos, per mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine, tandem
Rurſus ad humanæ revocat primordia formæ.
Tum quoque, dum lites, Stygiique negotia ſoluit
Dura fori, vetereſque reos ex ordine quærit,
Rufinum procul ecce notat, viſuque ſevero
Luſtrat, & ex imo concuſſa ſede profatur.
 Huc ſuperum labes, huc inſatiabilis auri
Proluvies, pretioque nihil non auſe parato,
Quodq; mihi ſummũ ſcelus eſt, huc improbe legum
Venditor, *Arctoi* ſtimulator perfide Martis,
Cuius ob innumeras ſtrages anguſtus Averni
Iam ſinus, & plena laſſatur portitor alno.
Quid demens manifeſta negas? en pectus inuſtæ
Deformant maculæ, vitiiſque inolevit imago,
Nec ſeſe commiſſa tegunt. genus omne dolorum
In te ferre lubet. dubio tibi pendula rupes
Immineat lapſu. volucer te torqueat axis.
Te refugi fallant latices, atque ore natanti
Areſcat decepta ſitis, dapibuſque relictis
In tua manſurus migret præcordia vultur.
Quamquam omnes alii, quos hæc tormenta fatigant,
Pars quota ſint, Rufine, tui? quid tale vel audax
Fulmine Salmoneus, vel lingua Tantalus egit,
Aut inconceſſo Tytius deliquit amore?
Cunctorum ſi facta ſimul iungantur in vnum,
Præcedes numero. quo tanta piacula quiſquam
Supplicio conferre valet? quid denique dignum
Omnibus inveniam, vincant cum ſingula pœnas?
Tollite de mediis animarum dedecus Vmbris.
Adſpexiſſe ſat eſt. oculis iam parcite noſtris,
Et Ditis purgate domos, agitate flagellis
Trans Styga, trans Erebũ. vacuo mandate Barathro
Infra Titanum tenebras, infraque receſſus
Tartareos, noſtrumque Chaos, quo diris opaci
Fundamenta latent, præceps vbi merſus anhelet,
Dum rotet aſtra polus, feriant dum littora venti.

CL. CLAVDIANI

IN EVTROPIVM

Liber I.

SEmiferos partus, metuendaque pignora matri,
 Mœnibus in mediis auditum nocte luporum
Murmur, & attonito pecudes paſtore locutas,
Et lapidum duras hiemes, nimboque minacem
Sanguineo rubuiſſe Iouem, puteoſque cruore
Mutatos, viſaſque polo concurrere Lunas,
Et geminos Soles mirari deſinat orbis.
Omnia ceſſerunt eunucho Conſule monſtra.
Heu terræ cælique pudor. trabeata per vrbes
Oſtentatur anus, titulumque effeminat anni.
Pandite Pontifices Cumanæ carmina vatis,
Fulmineos ſolers Etruria conſulat ignes,
Immenſumque nefas fibris exploret haruſpex,
Quæ nova portendant Superi. Niluſne meatu
Devius, & noſtri tentat iam transfuga mundi
Se rubro miſcere mari? ruptone Niphate
Rurſum barbaricis Oriens vaſtabitur armis?
An morbi ventura lues? an nulla colono
Reſponſura ſeges? quæ tantas expiet iras
Victima? quo diras iugulo placabimus aras?
Conſule luſtrandi faſces ipſoque litandum
Prodigio: quodcunque parant hoc omine fata
Eutropius cervice luat. ſic omnia voluis?
Hoc regni fortuna tenes? quænam iſta iocandi
Sævitia? humanis quantum bacchabere rebus?
Si tibi ſeruili placuit fœdare curules
Crimine, procedat laxata compede Conſul.
Rupta Quirinales ſumant ergaſtula cinctus.
Des ſaltem quemcumq; virum. diſcrimina quædam
Sunt famulis, ſplendorque ſuus, maculamque minorẽ
Conditionis habet, domino qui vixerit vno.
Si pelagi fluctus, Libyæ ſi diſcis arenas,
Eutropij numerabis heros. quod iura, quot ille
Mutavit tabulas, vel quanta vocabula vertit?
Nudatur quoties, medicum dum conſulit emtor,
Ne qua per occultum lateat iactura dolorem?
Omnes pœnituit pretii venumque redibat,
Dum vendi potuit. poſtquam deforme cadaver
Manſit, & in rugas totus defluxit aniles;
Iam ſpecie doni certatim limine pellunt,
Et fœdum ignaris properant obtrudere munus.
Tot tranſlata iugis ſummiſit colla vetuſtum
Seruitium, ſemperque novum, nec deſtitit vnquam,
Cœpit ſæpe tamen. cunabula prima cruentis
Debita ſuppliciis. rapitur caſtrandus ab ipſo
Vbere. ſuſcipiunt, matris poſt viſcera pœnæ.
*A*dvolat Armenius certo mucrone reciſos
Edoctus mollire mares, damnoque nefandum
Aucturus pretium. ſecundum corporis ignem
Sedibus exhaurit geminis, vnoque ſub ictu
Eripit officium patris, nomenque mariti.
*A*mbiguus vitæ iacuit, penituſque ſupremum
In cerebrum ſecti traxerunt frigora nervi.
Laudemuſne manum, quæ vires abſtulit hoſti?
*A*n potius fato cauſſam tribuiſſe queramur?

Profuerat

Profuerat manſiſſe virum, felicior extat
Opprobrio. ſervitet adhuc, ſi fortior eſſet.
Inde per Aſſyriæ trahitur commercia ripæ.
Hinc fora venalis Galata ductore frequentat,
Permutatque domos varias. quis nomina poſſit
Tanta ſequi? miles ſtabulis Ptolemæus in illis
Notior. hic longo laſſatus pellicis vſu
Donat Arintheo. neque enim iam dignus haberi,
Nec maturus emi, cum faſtiditus abiret.
Quæ gemuit? quanto planxit divortia luctu?
Hæc erat heu, Ptolomæe, fides? hoc profuit ætas
In gremio conſumpta tuo. lectuſque iugalis,
Et ducti toties inter præſepia ſomni?
Libertas promiſſa perit. viduumne relinquis
Eutropium? tantaſque premunt oblivia noctes?
Crudelis. generis proh ſors duriſſima noſtri.
Femina cum ſenuit, retinet connubia partu,
Vxoriſque decus matris reverentia penſat.
Nos Lucina fugit nec pignore nitimur vllo.
Cum forma dilapſus amor. defloruit oris
Gratia. qua miseri ſcapulas tutabimur arte?
Qua placeam ratione ſenex? ſic fatus acutum
Aggreditur lenonis opus. nec ſegnis ad artem
Mens erat, officiique capax, omneſque pudoris
Hauſerat inſidias. cuſtodia nulla tuendo
Fida toro. nulli poterant excludere vectes.
Ille vel æratam Danaen ſub turre latentem
Eliceret. fletus domini fingebat amantis,
Indomitaſque mora. pretio lenibat auaras,
Laſcivaſque iocis. nec blandior vllus euntis
Ancillæ tetigiſſe latus, leviterque reductis
Veſtibus occulto crimen mandaſſe ſuſurro.
Nec furtis quæſiſſe locum, nec fraude reperta
Cautior eluſi fremitus vitare mariti.
Haud aliter iuvenum flammis Ephyreia Lais
E gemino ditata mari. dum ſerta refundit
Canities, dum turba procax, noctiſque recedit
Ambitus, & raro pulſatur ianua tactu,
Seque reformidat ſpeculo damnante ſenectus,
Stat tamen, atque alias ſuccingit lena miniſtras,
Dilectumque diu quamvis longæva lupanar
Circuit, & retinet mores, quos perdidit ætas.
Hinc honor Eutropio, cumq; omnibus vnica virtus
Eſſet in eunuchis, thalamos ſervare pudicos,
Solus adulteriis crevit. nec verbera tergo
Ceſſavere tamen, quoties decepta libido
Irati caluiſſet heri, fruſtraque rogantem,
Iactantemque ſuos tot iam per luſtra labores,
Dotalem genero, nutritoremque puellæ
Tradidit. Eous rector, Conſulque futurus
Pectebat dominæ crines, & ſæpe lavanti
Nudus in argento lympham geſtabat alumnæ.
Et cum ſe rapido feſſam proiecerat æſtu,
Patricius roſeis pavonum ventilat alis.
Iamque ævo laxata cutis ſulciſque genarum
Corruerat paſſa facies rugoſior vua.
Flava minus preſſo finduntur vomere rura:
Nec vento ſic vela tremunt, miſerabile turpes
Exedere caput tineæ deſerta patebant
Intervalla comæ: qualis ſitientibus arvis
Arida ieiunæ ſeges interlucet ariſtæ:
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris immoratur trunco brumalis hirundo.
Scilicet vt trabeis iniuria creſceret olim,
Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris
Luxuriæ fortuna ſuæ; cum pallida nudis
Oſſibus horrorem dominis præberet imago
Decolor. & macies occurſu læderet omnes
Aut pueris latura metus, aut tædia menſis,
Aut crimen famulis, aut procedentibus omen,
Et nihil exhauſto caperent in ſtipite lucri.
Sternere quippe toros, vel cædere ligna culinæ
Membra negant. aurum, veſtes, arcana tueri
Mens infida vetat quis enim committere vellet
Lenoni thalamum? tandem ceu funus acerbum,
Infauſtamque ſuis truſere Penatibus Vmbram.
Contemptu iam liber erat. ſic paſtor obeſum
Lacte canem, ferroque ligat. paſcitque revinctum,
Dum validus ſervare gregem, vigilique rapaces
Latratu terrere lupos, cum tardior idem
Iam ſcabie laceras demiſit ſordibus aures,
Soluit, & exuto lucratur vincula collo.
Eſt vbi deſpectus nimius iuvat. vndique pulſo
Per cunctas licuit fraudes impune vagari,
Et fatis aperire viam. proh quiſquis Olympi
Summa tenes, tantone libet mortalia riſu
Vertere? qui ſervi non eſt admiſſus in vſum,
Suſcipitur regnis, &, quem privata miniſtrum
Dedignata domus, moderantem ſuſtinet aula.
Vt primum vetulam texere Palatia vulpem,
Quis non ingemuit? quis non irrepere ſacris
Obſequiis doluit toties venale cadaver?
Ipſi quin etiam tali conſorte fremebant
Regales famuli, quibus eſt illuſtrior ordo
Servitij, ſociumque diu ſprevere ſuperbi.
Cernite quem Latiis poſcant annectere faſtis:
Cuius & eunuchos puduit. ſed vilior ante
Obſcuræ latuit pars ignotiſſima turbæ,
Donec Abundanti furiis, qui rebus Eois
Exitium, primoque ſibi produxit, ab imis

Erectus

Evectus thalamis ſummos inuaſit honores.
Quam bene diſpoſitum terris, vt dignus iniqui
Fructus conſilii primis auctoribus inſtet.
Sic multos fluvio vates arente per annos,
Hoſpite qui cæſo monuit placare Tonantem,
Inventas primum Buſiridis imbuit aras,
Et cecidit ſævi, quo dixerat, hoſtia ſacri.
Sic opifex tauri, tormentorumque repertor,
Qui funeſta novo fabricaverat æra dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Senſit opus, docuitque ſuum mugire iuvencum.
Nullius Eutropius, quam qui ſe protulit ante,
Direptas poſſedit opes, nullumque priorem
Perculit exſilio, ſolumque hoc rite peregit,
Auctorem damnare ſuum. Poſtquam obſitus ævo
Semivir excelſam rerum ſublatus in arcem,
Quod nec vota pati, nec fingere ſomnia poſſunt,
Vidit ſub pedibus leges, ſubiectaque colla
Nobilium, tantumque ſibi permittere fata.
Qui nihil optaſſet plus libertate mereri,
Iam iam diſſimulat dominos, alteque tumeſcunt
Serviles animi. procerum ſqualore repletus
Carcer, & exſulibus Meroë, campique gemiſcunt
Æthiopum. pœnis hominũ plaga perſonat ardens,
Marmaricus claris violatur cædibus Ammon.
  Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſævit in omnes,
Vt ſe poſſe putent. nec bellua tetrior vlla eſt,
Quam ſervi rabies in libera colla furentis.
Agnoſcit gemitus, & pœnæ parcere neſcit
Quam ſubiit, dominiq; memor, quem verberat, odit.
Adde quod eunuchus nulla pietate movetur,
Nec generi natiſve cavet. clementia cunctis
In ſimiles, animoſque ligant conſortia damni.
Ille nec eunuchis placidus? ſed peius in aurum
Æſtuat. hoc vno fruitur ſuccisa libido.
  Quid nervos ſecuiſſe iuvat? vis nulla cruentam
Caſtrat avaritiam. parvis exercita furtis
Quæ vaſtare penum, neglectaque ſueverat arcæ
Clauſtra remoliri, non vberiore rapina
Peccet in orbe manus? quidquid ſe Tigris ab Æmo
Dividit, hoc certa proponit merce locandum
Inſtitor imperij, caupo famoſus honorum.
Hic Aſiam villa pactus regit: ille redemit
Coniugis ornatu Syriam. dolet ille paterna
Bithynos mutaſſe domo. ſuffixa patenti
Veſtibulo pretiis diſtinguit regula gentes.
Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.
Si Lyciam teenuiſſe velis, tot millia ponas:
Si Phrygas, adde parum. propriæ ſolatia ſortis
Communes vult eſſe notas, & venditus ipſe
Vendere cuncta cupit. certantum ſæpe duorum
Diverſum ſuſpendit onus, cum pondere iudex
Vergit, & in geminas nutat provincia lances.
  Non pudet heu, Superi, populos veniſſe ſub haſta
Vendentis? certe pudeat, quod iure ſepultum
Mancipium tot regna tenet, tot diſtrahit vrbes.
Pollentem ſolio Crœſum victoria Cyri
Fregit, vt Eunucho fluerent Pactolus & Hermus?
Attalus heredem voluit te Roma relinqui,
Reſtitit Antiochus præſcripto margine Tauri,
Indomitos curru Servilius egit Iſauros,
Et Pharos Auguſto iacuit, vel Creta Metello?
Ne non Eutropio quæſtus numeroſior eſſet,
In mercem veniunt Cilices, Iudæa, Sophene,
Romanuſque labor, Pompeianique triumphi?
  Quo ſtruis hos auri cumulos? quæ pignora tantis
Succedunt opibus? nubas, ducaſve licebit:
Numquã mater eris, nunquam pater. hoc tibi ferrum,
Hoc natura negat. te grandibus India gemmis,
Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres:
Nullus inops adeo, nullum ſic vrget egeſtas,
Vt velit Eutropij fortunam, & membra paciſci.
  Iamque oblita ſui, nec ſobria divitiis mens
In miſeras leges, hominumque negotia ludit.
Iudicat eunuchus. quid iam de Conſule miror?
Prodigium eſt quodcunque gerit. quæ pagina lites
Femineas meminit? quibus vmquam ſæcula terris
Eunuchi videre forum? ſed ne qua vacaret
Pars ignominia, neu quid reſtaret inauſum,
Arma etiam violare parat, portentaque monſtris
Aggregat. & ſecum petulans amentia certat.
Erubuit Mavors, adverſaque riſit Enyo,
Dedecus Eoum quoties intenta ſagittis
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon:
Arbiter aut quoties belli, paciſque recurrit,
Alloquiturque Getas. gaudet, cum viderit, hoſtis,
Et ſentit iam deeſſe viros. incendia fumant.
Maris nulla fides. ſqualent populatibus agri,
Et medio ſpes ſola mari. trans Phaſin aguntur
Cappadocum matres, ſtabuliſque abducta paternis
Caucaſias captiva bibunt armenta pruinas,
Et Scythicis mutant Argei pabula ſilvis.
Extra Cimmerias Taurorum clauſtra paludes
Flos Syriæ ſervit: ſpoliis nec ſufficit atrox
Barbarus. in cædem vertit faſtidia prædæ.
Ille tamen (quid enim ſervum, mollemque pudebit?
Aut quid in hoc poterit vultu flagrare ruboris?)
Pro victore redit. peditum vexilla ſequuntur,
Et turmæ ſimiles, Eunuchorumque manipli,

Helle-

Helleſpontiacis legio digniſſima ſignis.
Obvius ire cliens, defenſoremque reverſum
Complecti. placet ipſe ſibi, laxaſque laborat
Diſtendiſſe genas, ſictumque inflatus anhelat;
Pulvere reſperſus tineas, & Solibus ora
Pallidior, verbiſqua ſonat plorabile quiddam
Vltra nequitiam fractis, & prælia narrat,
Perque ſuam tremula teſtatur voce ſororem
Defeciſſe vagas ad publica commoda vires:
Cedere livori, nec ſuſtentare procellas
Invidiæ, mergique fretis ſpumantibus orat.
Exoretque vtinam. dum talia fatur, ineptas
Detergit lacrimas, atque inter ſingula dicta
Flebile ſuſpirat. qualis venit arida ſocrus
Longinquam viſura nurum. vix laſſa reſedit,
Et iam vina petit. quid te turpiſſime bellis
Inſeris, aut ſævis pertentas Pallada campis?
Tu potes alterius ſtudiis hærere Minervæ.
Tu telas, non tela pati. tu ſtamina noſſe;
Tu ſegnes operum ſollers vrgere puellas,
Et niveam domluæ penſis involvere lanam.
Vel ſi ſacra placent, habeas pro Marte Cybellem.
Rauca Celænæos ad tympana diſce furores.
Cymbala ferre licet, pectuſque illidere pinu,
Inguinis & relIquum Phrygiis abſcindere cultris.
Arma relinque viris. geminam quid dividis aulam,
Conariſque pios odiis committere fratres?
Te magis, ah demens, veterem, ſi reſpicis, artem
Conciliare decet. geſtis pro talibus annum
Flagitat Eutropius, ne quid non polluat vnus
Dux acies, iudex prætoria, tempora Conſul.
Nil adeo fœdum eſt, quod non exacta vetuſtas
Ediderit, longique labor commiſerit ævi.
OEdipodes matrem, natam duxiſſe Thyeſtes
Cantatur. peperit fratres Iocaſta marito,
Et Pelopea ſibi. Thebas, ac funera Troiæ
Triſtis Erichthei deplorat ſcena theatri.
In volucrem Tereus, Cadmus ſe vertit in anguem.
Scylla novos mirata canes. hunc arbore figit,
Elevat hunc palma, ſquamis hunc fabula veſtit.
Hunc ſolvit fluvio. numquam ſpado Conſul in orbe,
Nec iudex, ductorve fuit. quodcumque virorum
Eſt decus, eunuchi ſcelus eſt. exempla creantur
Quæ ſocci ſuperent riſus, luctuſque cothurni.
Quam pulcer conſpectus erat, cum tenderet artus
Exſangues, onerante toga, cinctuque gravatus,
Inductoque ſenex obſcenior iret in auro!
Humani qualis ſimulator ſimius oris;
Quem puer arridens pretioſo ſtamine Serum
Velavit, nudaſque nates, ac terga reliquit,
Ludibrium menſis. Erecto pectore dives
Ambulat, & claro ſeſe deformat amictu.
Candida pollutos comitatur Curia faſces.
Forſitan & dominus præbet miracula lictor
Conſule nobilior, libertatemque daturus,
Quam nondum meruit. ſcandit ſublime tribunal,
Atque inter proprias laudes Ægyptia iactat
Somnia proſtratoſque canit ſe vate tyrannos.
Scilicet in dubio vindex Bellona pependit,
Dum ſpado Tireſias, enervatuſque Melampus
Reptat, ab extremo referens oracula Nilo.
Obſtrepuere avium voces. exhorruit annus
Nomen, & inſanum gemino proclamat ab ore,
Eunuchumque vetat faſtis accedere Ianus.
Sumeret illicitos etenim ſi femina faſces,
Eſſet turpe minus. Medis, levibuſque Sabæis
Imperat hic ſexus. Reginarumque ſub armis
Barbariæ pars magna iacet. gens nulla probatur,
Eunnchi quæ ſceptra ferat. Tritonia, Phœbe,
Veſta, Ceres, Cybele, Iuno, Latona coluntur.
Eunuchi quæ templa Dei? quas vidimus aras?
Inde ſacerdotes: hæc intrat pectora Phœbus:
Inde canunt Delphi. Troianam ſola Minervam
Virginitas Veſtalis adit, flamaſque tuetur.
Hi nullas meriti vittas, ſemperque profani.
Naſcitur ad fructum mulier, prolemque futuram.
Hoc genus inventum eſt, vt ſerviat. Herculis arcu
Concidit Hippolyte. Danai fugere bipennem
Pentheſilea tuam claras Carthaginis arces
Creditur, & centum portis Babylona ſuperbam
Femineus ſtruxiſſe labor. quid nobile geſſit
Eunuchus? quæ bella tulit? quas condidit arces?
Illas præterea rerum natura creavit:
Hos fecere manus. ſeu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita virum, ne vocis acutæ
Mollities, leveſque genæ ſe proderet poſſent,
Hoc ſibi coniunxit ſimiles: ſeu Parthica ferre
Luxuries vetuit naſci lanuginis vmbram,
Servatoque diu puerili flore coëgit
Arte retardatam Veneri ſervire iuventam.
Fama prius falſo ſimilis, vanoque videri
Ficta ioco. levior volitare per oppida rumor,
Riderique nefas: veluti nigrantibus alis
Audiretur olor, corvo certante liguſtris.
Atque aliquis gravior morum, ſtatibus, inquit,
Creditur: & nimiis turgent mendacia monſtris:
Iam teſtudo volat. profert iam cornua vultur.
Prona petunt retro fluvii vada: ſedibus ortum
Armenij texere diem: iam frugibus aptum
Æquor, & aſſuetum ſilvis delphina videbo;

m cochleis homines junctos, & quidquid inane,
urrit,Iudaicis quæ pingitur India velis.
Subiicit & miſtis ſalibus laſcivior alter:
Miraris? nihil eſt,quod non in pectore magnum
Concipit Eutropius:ſemper non grandia ſemper
Diligit,& celeri degnſtat ſinguia ſenſu.
Nil timet à tergo:vigilantibus undique curis
Nocte,dieque patet:lenis, facilisque moveri
Supplicibus, mediaque tamen molliſſimus ira
Nil negat,& ſeſe vel non poſcentibus offert.
Quodlibet ingenio ſubigit,traditque fruendum.
Quidquid amas, dabit illa manus communiter omni
Fungitur officio,gaudetque potentia flecti.
Hoc quoque conſiliis peperit, meritoque laborum
Accipit,& trabeas argutæ præmia dextræ.
Poſtquam vera fides facinus vulgavit Eoum
Gentibus,& Romæ jam certius impulit aures:
Eutropiumne etiam noſtra dignabimur ita?
Hic quoque Romani meruit pars eſſe doloris?
Sic effata rapit cœli per inania curſum
Diva potens, vnoque Padum tranſlapſa volatu
Caſtra ſui rectoris adit,tum forte decorus
Cum Stilicone genet pacem implorantibus vltro
Germanis reſponſa dabat, legesque Caycis
Arduus, & flavis ſignabat jura Suevis.
His tribuit Reges, his obſide fœdera ſancit
Indicto: bellorum alios tranſcribit in vſus,
Militet ut noſtris detonſa Sicambria ſignis,
Læta ſubit Romam pietas,& gaudia pæne
Moverunt lacrimas, tantoque exſultat alumno.
Sic armenta ſuo jam defenſante juvenco
Celſius aſſurgunt erectæ cornua matri.
Sic jam terribilem ſtabulis, dominumque fetarum
Creſcere miratur genitrix Maſſyla leonem.
Dimovit nebulam,juvenique apparuit ingens.
Tunc ſic orſa loqui:Quantum te principe poſſim,
Non longinqua docent,domito quod Saxone Tethys
Mitior, aut fracto ſecura Britannia Picto.
Ante pedes humili Franco,triſtique Suëuo
Perfruor,& noſtrum video, Germanice,Rhenum.
Sed quid agam?diſcors oriens felicibus actis
Invidet,atque alio Phœbi de cardine ſurgunt
Crimina, ne toto conſpiret corpore regnum.
Gildonis taceo magna cum laude receptam
Perfidiam. & fretos Eoo robore Mauros.
Quæ ſuſcepta fames, quantum diſcriminis urbi,
Ni tua vel loceri nunquam non provida virtus
Auſtralem Arctois penſaſſet frugibus annum?
Invectæ Rhodani Tiberina per oſtia claſſes,
Cinyphiiſque ferax Araris ſucceſſit ariſtis.
Teutonicus vomer,Pyrenæique juvenci
Sudavere mihi, ſegetes mirantur Iberas
Horrea: nec Libyæ ſenſerunt damna rebellis
Jam Tranſalpina contenti meſſe Quirites.
Ille quidem meritas ſolvit,ſcit Tabraca,pœnas,
Ut pereat quicumque tuis conflixerit armis.
Ecce recens iisdem cladibus à partibus exit,
Terroriſque minus,ſed plus habitura pudoris,
Eutropius Conſul. pridem tolerare fatemur
Hoc genus,Arſacio poſtquam ſe regia faſtu
Suſtulit,& noſtros corrupit Parthia mores.
Præfecti ſed adhuc geminis, veſtique dabantur
Cuſtodes,ſacroque adhibere ſilentia ſomno.
Militia eunuchi numquam prægreſſa cubile,
Non vita ſpondente fidem, ſed merita tantum
Mentis pignus erat. ſecreta monilia ſervent,
Ornatus curent Tyrios: a fronte recedant
Imperij,tenero tractari pectore neſcit
Publica majeſtas,numquam vel in æquore puppim
Vidimus eunuchi clavo parere magiſtri.
Nos adeo ſperni faciles? orbiſque carina
Vilior? Auroram certe,quæ talia ferre
Gaudet,& aſſuetas ſceptris muliebribus urbes
Poſſideant, quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis,nocituraque probra ſeveris
Admiſcent populis? peregrina piacula forti
Pellantur longe Latio ne tranſeat Alpes
Dedecus. in ſolis, quibus extitit,hæreat arvis.
Scribat Halys, ſcribat famæ contemtor Orontes.
Per te,perque tuos obteſtor,Roma,triumphos,
Neſciat hoc Tibris, numquam poſcentibus olim
Qui dare Dentatis annos,Fabiiſque ſolebat.
Martius eunuchi repetet ſuffragia campus?
Æmilios inter,ſervatoreſque Camillos
Eutropius?jam Chryſogonis tua,Brute,poteſtas,
Narciſſiſque datur natis hoc dedere pœnæ
Profuit, & miſero civem præponere patri?
Hoc mihi Janiculo poſitis Etruria caſtris
Quæſiit,& tantum fluvio Porſenna remotus?
Hoc meruit vel ponte Cocles, vel Mutius igne?
Viſceribus fruſtra caſtum Lucretia ferrum
Merſit,& attonitum tranavit Clœlia Tibrim?
Eutropio faſces adſervabantur ademti
Tarquiniis?quemcunque meæ vexere curules
Laxato veniat ſocij ſpectator Averno.
Impenſi factis Decij prorumpite buſtis,
Torquatique truces,animoſaque pauperis umbra
Fabricij,tuque ô ti ſorte inferna piorum
Jugera,& Elyſias ſcindis,Serrane,novales,
Pœno Scipiade,Pœno præclare Lutati,

Sica

Sicania Marcelle ferox,gens Claudia ſurgat,
Et Curij veteres,& qui ſub jure negaſti
Vivere Cæſareo parvo procede ſepulcro
Eutropium paſſure Cato. remeate tenebris
Agmina Brutorum,Corvino tumque catervæ.
Eunuchi veſtros habitus inſignia ſumunt.
Ambigui Romana mares rapuere tremendas
Hannibali,Pyrrhoque togas. flabella peroſi
Adſpirant trabeis. jam non umbracula geſtant
Virginibus,Latias auſi vibrare ſecures.
Linquite femineas infelix turba latebras,
Alter quos pepulit ſexus,nec ſuſcipit alter,
Execti Veneris ſtimulos,& vulnere caſti,
Miſta duplex ætas inter puerumque, ſenemque,
Nil medium,falſi complete ſedilia patres.
Ite novi proceres,infecundoque ſenatu
Eutropium ſtipate ducem, celebrate tribunal
Pro thalamis. verſo jam diſcite more curules,
Non matrum pilenta ſequi.ne priſca revolvam,
Neu numerem quantis injuria mille per annos
Sit retro ducibus.quanti fœdabitur ævi
Canities? unam ſubeant quot ſæcula culpam?
Inter Arinthei faſtus,& nomen herile
Servus erit,dominoque ſuo æqualis honores
Inferet. heu, ſemper Ptolemæi noxia mundo
Mancipia. en alio lædor graviore Pothino
Et patior majus Phario ſcelus. ille cruorem
Conſulis unius Pellæis enſibus hauſit.
Inquinat hic omnes. ſi nil privata movebunt,
At tu principibus, noſtræ tu proſpice cauſſæ,
Regaleſque adverte notas. hunc accipit unum
Aula magiſtratum.vobis, patribuſque recurrit
Hic alternus honos in crimen cunctis annis
Parce quater Conſul.contagia faſcibus oro
Defendas ignava tuis,neu tradita libris
Omina,veſtituſque meos,quibus omne,quod ambit
Oceanus,domui,tanta caligine mergi,
Calcarique ſinas. nam quæ jam bella geramus
Mollibus auſpiciis? aut quæ connubia prolem,
Aut frugem laturus ager?quid fertile terris?
Quid plenum ſterili poſſit ſub Conſule naſci?
Eunuchi ſi jura dabunt, legeſq; tenebunt,
Ducant penſa viri,mutatoque ordine rerum
Vivat Amazonio confuſa licentia ritu.
Quid trahor ulterius? Stilico quid vincere differt
Dum certare pudet?neſcis quod turpior hoſtis
Lætitia majore cadit?piratica Magnum
Erigit. illuſtrat ſervilis laurea Craſſum.
Annuis.agnoſco fremitum,quo palluit Eurus,
Quo Mauri,Gildoque ruit.quid Martia ſigna
Sollicitas? non eſt jaculis,haſtiſue petendus.
Conſcia ſuccumbent audito verbere terga.
Ut Scytha poſt multos rediens exercitus annos,
Cum ſibi ſervilis pro finibus obvia pubes,
Iret,& arceret dominos tellure reverſos,
Armatam oſtenſis aciem fudere flagellis.
Notus ab inceptis ignobile repulit horror
Vulgus,& addictus ſub verbere torpuit enſis.

CL. CLAUDIANI
IN LIBRUM II.
IN EUTROPIUM
Prologus.

QUI modo ſublimes rerum flectebat habenas
Patritius,rurſus verbera nota timet,
Et ſolitos tardæ paſſurus compedis orbes,
In dominos vanas luget abiſſe minas.
Culmine dejectum vitæ fortuna priori
Reddidit,inſano jam ſatiata joco.
Scindere nunc alia meditatur ligna ſecuri,
Faſcibus & tandem vapulat ille ſuis.
Illicitas Conſul pœnas ſe Conſule ſolvit.
Annus qui trabeas,hic dedit exilium.
Infauſtum populis in ſe quoque vertitur omen,
Sævit in auctorem prodigioſus honor.
Ablato penitus reſpirant nomine faſti,
Mixturamque luem ſanior aula vomit.
Diſſimulant ſocij,conjuratique recedunt.
Procumbit pariter cum duce tota cohors;
Non acie victi,nec ſeditione coacti,
Ne pereant ritu, quo periere viri.
Concidit exiguæ dementia vulnere chartæ.
Confecit ſævum littera Martis opus.
Mollis feminea detruditur arte tyrannus,
Et thalamo pulſus perdidit imperium.
Sic juvenis mutante fide,veterique reducta
Pellice defletam linquit amica domum.
Canitiem raram largo de pulvere turpat,
Et lacrimis rugas implet anile gemens.
Suppliciter pias humilis proſtratus ad aras
Mitigat iratas voce tremente nurus.
Innumeri glomerantur heri.ſibi quiſque petentes
Mancipium ſolis utile ſuppliciis.

Quamvis fœdus enim, mentemque obſcenior ore,
Ira dabat pretium. pœna meretur emi.
Quas ſpado nunc terras, aut quem tranſibis in axem?
Cingeris hinc odiis, inde receſſit amor.
Vtraque te gemino ſub ſidere regia damnat.
Heſperius nunquam, iam nec Eous eris.
Miror cur, aliis qui pandere fata ſolebas,
Ad propriam cladem cæca Sibylla taces?
Iam tibi nulla videt fallax inſomnia Nilus.
Pervigilant vates nec, miſerande, tui.
Quid, ſoror audebit tecum conſcendere puppem,
Et veniet longum per mare fida comes?
An fortaſſe totos eunuchi pauperis odit,
Et te nunc inopem dives amare negat?
Eunuchi iugulum primus ſecuiſſe fateris.
Sed tamen exemplo non ferire tuo.
Vive pudor fatis. en quem tremuere tot vrbes;
En cuius populi ſuſtinuere iugum.
Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras principis eſſe pater.
Improbe quid pulſas muliebribus aſtra querelis,
Quod tibi ſub Cypri litore parta quies?
Omnia barbarico per te concuſſa tumultu.
Crede mihi, terris tutius æquor erit.
Iam non Armenios iaculis terrebis, & arcu.
Per campos volucrem non agitabis equum.
Dilecto caruit Byzantius ore ſenatus.
Curia conſiliis æſtuat orba tuis.
Emeritam ſuſpende togam, ſuſpende pharetram.
Ad Veneris partes, ingeniumque redi.
Non bene Gradivo lenonia dextera ſervit.
Suſcipiet famulum te Cytherea libens
Inſula læta choris, blandorum mater amorum.
Nulla pudicitiæ cura placere poteſt.
Proſpectant Paphiæ celſa de rupe puellæ,
Sollicitæ, ſaluam dum ferat vnda ratem.
Sed vereor, teneant ne te Tritones in alto
Laſcivas doctum fallere Nereidas:
Aut idem cupiant pelago te mergere venti,
Gildonis nuper qui tenuere fugam.
Inclita captivo memoratur Tabraca Mauro.
Naufragio Cyprus ſit memoranda tuo.
Vecturum molles fruſtra delphina vocabis.
Ad te iam ſolos devehit ille viros.
Quiſquis adhuc ſimiles eunuchus tendit ad actus,
Reſpiciens Cyprum deſinat eſſe ferox.

CL. CLAVDIANI
IN EVTROPIVM
Liber II.

MYgdonij cineres, & ſi quid reſtat Eoi,
Quod pereat, regni, certe non augure falſo
Prodigij patuere minæ, fruſtraque peracto
Vulnere, monſtriferi præſagia diſcitis anni.
Cautior ante tamen violentum navita Corum
Proſpicit, & tumidæ ſubducit vela procellæ.
Quid iuvat errores merſa iam puppe fateri?
Quid lacrimæ delicta levant? ſtant omina veſtri
Conſulis. immotis hæſere piacula fatis.
Tunc decuit ſentire nefas, tunc ire recentes
Deterſum maculas. veteri poſt obruta morbo
Corpora, Pæonias nequidquam admoveris herbas.
Vlcera poſſeſſis alte ſuffuſa medullis
Non leviore manu. ferro ſanantur, & igni,
Ne noceat fruſtra mox erruptura cicatrix.
Ad vivum penetrant flammæ, quo funditus humor
Defluat, & vacuis corrupto ſanguine venis
Areſcat fons ille mali. truncetur & artus,
Vt liceat reliquis ſecurum vivere membris.
At vos egregie purgatam creditis aulam,
Eutropium ſi Cyprus habet, vindictaque mundi
Semivir exſul erit. quis vos luſtrare valebit
Oceanus? tantum facinus quæ diluet ætas?
Induerat necdum trabeas. mugitus ab axe
Redditus inferno. rabies arcana cavernas
Vibrat, & alterno confligunt culmina lapſu.
Bacchatus per operta tremor Chalcedona movit
Pronus, & ingeminas nutavit Boſporus vrbes.
Concurrere freti fauces. radice revulſa
Vitant inſtabilem rurſus Symplegada nautæ.
Scilicet hæc Stygiæ præmittunt ſigna ſorores,
Et ſibi iam tradi populos hoc conſule gaudent.
Mox oritur diverſa lues. hinc Mulciber ignes
Sparſerat. hinc victo proruperat obice Nereus.
Hinc flagrant; hinc tecta natant. quam nomina pœnam
Servatis ſceleri cuius tot cladibus omen
Conſtitit? incumbas vtinam Neptune tridenti,
Pollutumque ſolum toto cum crimine mergas.
Vnam pro mundo Furiis concedimus vrbem.
Vtque ſemel patuit monſtris iter, omnia tempus
Nacta

Nacta ſuum properant naſci. tum decolor imber,
Infantumque novi vultus, & diſſona partu
Semina. tum lapidum fletus, armentaque vulgo
Auſa loqui, mediiſque feræ ſe credere muris.
Tum vates ſine more rapi, lymphataque paſſim
Pectora fatidici ſtimulis igneſcere Phœbi.
Fac nullos ceciniſſe Deos. adeone retuſi
Quiſquam cordis erit, dubitet qui patribus illis
Affore fatalem caſtrati Conſulis annum?
Sed quam cæcus ineſt vitiis amor! omne futurum
Deſpicitur, ſuadentque brevem præſentia fructum,
Et ruit in vetitum damni ſecura libido,
Dum mora ſupplicii lucro, ſerumque, quod inſtar,
Creditur. haud equidem contra tot ſigna Camillo
Detulerim faſces, ne dum, proh ſexus, inerti
Mancipio, cui cuncta licet reſponſa iuberent,
Hortanteſque licet ſponderent proſpera Divi,
Turpe fuit ceſſiſſe viros. exquirite retro
Crimina, continui lectis annalibus ævi.
Priſca recenſitis evolvite ſecula faſtis.
Quid ſenis infandi Capreæ, quid ſcena Neronis
Tale ferunt? ſpado Romuleo ſuccinctus amictu
Sedit in auguſtis Laribus. vulgata patebat
Aula ſalutantum ſtudiis. huc plebe ſenatus
Permiſta, trepidique duces, omniſque poteſtas
Confluit. advolui genibus. contingere dextram
Ambitus, & votum deformibus oſcula rugis
Figere. præſidium legum, genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur regia patrem.
Poſteritas admitte fidem. monumenta petuntur
Dedecoris, multiſque gemunt incudibus æra
Formatura nefas. hæc iudicis, illa togati.
Hic nitet armati ſpecies: numeroſus vbique
Fulget eques: præfert eunuchi Curia vultus.
Ac veluti caveant, ne quo conſiſtere virtus
Poſſit pura loco, cunctas hæc ora laborant
Inceſtare vias. maneant immota precamur,
Certaque perpetui ſint argumenta pudoris.
Subter adulantes tituli, nimiæque leguntur
Vel maribus laudes: claro quod nobilis ortu
Conviva eſt Domini: quod maxima prælia ſolus
Impleat, & pariter miles: quod tertius vrbis
Conditor, hoc Byzas, Conſtantinuſque videbunt?
Inter quæ tumidus leno producere cenas
In lucem, fœtere mero, diſpergere plauſum
Emturas in vulgus opes, totoſque theatris
Indulgere dies, alieni prodigus auri
At ſoror, &, ſi quid portentis creditur, vxor
Mulcebat matres epulis, & more pudicæ
Coniugis eunuchi celebrabat vota mariti.
Hanc amat, hanc ſumma de re, vel pace, vel armis
Conſulit, huic curas, & clauſa palatia mandat,
Ceu ſtabulum, vacuamque domum. ſic magna tueri
Regna nihil, patienſque iugi deluditur orbis.
Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem
Senſerat, & primi laxabant germina flores.
Iamque iter in gremio pacis ſolenne parabant
Ad muros Ancyra tuos, auctore repertum
Eutropio, pelagi ne tædia longa ſubirent,
Sed vaga laſcivis flueret diſcurſibus ætas:
Vnde tamen tanta ſublimes laude redibant,
Ceu victos traherent Medos, Indumque bibiſſent.
Ecce autem flavis Gradivus ab vſque Gelonis
Arva cruentato repetebat Thracia curru.
Subſidunt Pangæa rotis. alteque ſonoro
Stridunt axe nives. vt vertice conſtitit Æmi,
Femineaſque togas preſſis conſpexit habenis.
Subriſit crudele pater, triſtiſque micantem
Quaſſavit galeam. tunc implacabile numen
Bellonam alloquitur, quæ ſanguine ſordida veſtem
Illyricis pingues pectebat cladibus hydros.
Nec dum mollitæ, nec dum germana mederi
Poſſumus Eoæ. numquam corrupta rigeſcent
Sæcula. Cappadocum tepidis Argæus acervis
Æſtuat. infelix etiam nunc pallet Orontes.
Dum pereunt, meminere mali. ſi corda parumper
Reſpirare ſinas, nullo tot funera ſenſu
Prætereunt, tantique levis iactura cruoris.
Adſpicis obſcenum facinus? quid crinibus ora
Protegis? heu quales ſeſe diffundit in actus
Parva quies! quantum nocuerunt otia ferri
Qui caruit bellis, eunucho traditur annus.
Actum de trabeis eſſet, ſi partibus vna
Mens foret Heſperiis: rueret deriſa vetuſtas,
Nullaque calcati ſtarent veſtigia iuris,
Ni memor imperii Stilico, morumque priorum
Turpe relegaſſet defenſa à Tibride nomen,
Intactamque novo ſervaſſet crimine Romam.
Ille dedit portum, quo ſe pulſata referret
Maieſtas Latij, deformatæque ſecures.
Ille dedit faſtos, ad quos Oriente relicto
Confugeret ſparſum maculis ſervilibus ævum,
Quam ſimiles hæc aula viros! ad mœnia viſus
Dirige. Non ſaltem tacita formidine muſſant:
Non damnant animo. plaudentem cerne Senatum,
Et Byzantinos proceres, Graioſque Quirites.
O patribus plebes, ô digni Conſule patres.
Qui, quod & armati ceſſant, & nulla virilem
Inter tot gladios ſexum reminiſcitur ira?
Huccine noſtrorum cinctus abiere nepotum?

Deſeritur Rhodope, Thracumq; per ardua tendunt,
Donec ad Herculei perventum nominis vrbem.
Vt ceſſiſſe ducem, propius veniſſe cohortes
Cognita Rufino: magna cervice triumphat,
Omnia tuta ratus. ſcriptumque capeſſere fervet,
Et coniuratos hortatur voce clientes:
Vicimus. expulimus. facilis iam copia regni.
Nullus ab hoſte timor. quis enim, quem vincere ſolum
Horruit, hunc tanto munitum milite vincat?
Quis ferat armatum, quem non ſuperavit inermem?
I nunc exitium nobis meditare remotus
Incaſſum Stilico dum nos longiſſima tellus
Dividat, & mediis Nereus interſtrepat vndis,
Alpinas tranſire tibi me ſoſpite rupes
Haud dabitur. iaculis illinc me figere tenta.
Quære ferox enſem qui noſtra ad mœnia tendi
Poſſit ab Italia. non te monumenta priorum,
Non exempla vetant? quæſnam conatus adire
Has iactat vitaſſe manus? detruſimus orbe
Te medio, tantiſque ſimul ſpoliavimus armis.
Nunc epulas tempus. ſocii, nunc larga parare
Munera, donandumque novis legionibus aurum,
Opportuna meis oritur lux craſtina votis.
Quod nolit, Rex ipſe velit, iubeatque coactus
In partem mihi regna dari contingat in vno.
Privati fugiſſe modum, crimenque tyranni.
Talibus acclamat dictis infame nocentum.
Concilium. qui perpetuis crevere rapinis,
Et quos vna facit Rufino cauſſa ſodales,
Illicitum duxiſſe nihil. delicta fuere
Nexus amicitiæ. iam iam connubia læti
Deſpondent aliena ſibi, fruſtraque viciſſim.
Promittunt quas quiſque petat, quas devoret vrbes
Cœperat humanos alto ſopite labores
Nox gremio, pigraſque ſopor diffuderat alas.
Ille diu curis animum ſtimulantibus æger
Labitur in ſomnos. vix toto corde quierat,
Ecce videt diras alludere protinus Vmbras,
Quas dedit ipſe neci: quarum, quæ clarior, vna
Viſa loqui: proh ſurge toro. quid plurima voluis
Anxius? hæc requiem rebus, finemque labori
Allatura dies. omni iam plebe redibis
Altior, & læti manibus portabere vulgi.
Has canit ambages: occulto fallitur ille
Omine, nec capitis fixi præſagia ſenſit.
Iam ſummum radiis ſtringebat Lucifer Æmum,
Feſtinamque rotam ſolito properantior vrget.
Tandem Rufini viſurus funera Titan
Proſiluit ſtratis, denſæque capacia turbæ
Atria regifico iuſſit ſplendere paratu
Excentura dapes, &, quod poſt vota daretur,
Inſcribi propriis aurum fatale figuris.
Ipſe ſalutatum reduces poſt prœlia turmas
Iam regale tumens, & principe celſior ibat,
Collaque femineo geſtabat mollia geſtu
Imperii certus: tegeret ceu purpura dudum.
Corpus, & ardentes ambirent tempora gemmæ.
Vrbis ab anguſto tractu, qua vergit in Auſtrum,
Planities vicina patet. nam cetera Pontus
Circuit exiguo dirimi ſe tramite paſſus.
Hic vitrix acies ornatu fulgida ferri
Explicuit cuneos. pedites in parte ſiniſtra
Conſiſtunt. equites illinc poſcentia curſum
Ora reluctantur preſſis ſedare lupatis.
Hinc alij ſævum criſtato vertice nutant,
Et tremulos humeris gaudent vibrare colores,
Quos operit, formatq; chalybs. coniuncta per artem
Flexilis inductis hamatur lamina membris.
Horribilis viſu. credas ſimulacra moveri.
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo.
Par veſtitus equis. ferrata fronte minantur,
Ferratoſque movent ſecuri vulneris armos,
Et iuſſo ſtat quiſque loco. metuenda voluptas
Cernenti, pulcerque timor. ſpiriſque remiſſis
Manſueſcunt varii vento ceſſante dracones.
Auguſtus veneranda prior vexilla ſalutat.
Rufinus ſequitur, qui fallere cuncta ſolebat
Callidus affatu, devoraque brachia laudat
Nomine quemq; vocans: natoſq; patreſq; reverſis
Nuntiat incolumes illi dum plurima ficto
Certatim ſermone perunt, intendere longos
A tergo amplexus, inſperatoque ſuprema
Circuitu ſociare parant, decreſcere campus
Incipit, & clipeis in ſe redeuntia iunctis
Curvo paulatim ſinuantur cornua ductu.
Sic ligat immenſa virides indagine ſaltus
Venator. ſic attonitos ad litora piſces
Æquoreus populator agit, raroſque plagarum
Contrahit anfractus, & hiantes colligit oras.
Excludunt alios: cingi ſe fervidus ille
Neſcit adhuc. graviterque apprenſa veſte morantem
Increpat Auguſtum. ſcandat ſublime tribunal:
Participem ſceptri, ſocium declaret honoris.
Cum ſubito ſtringunt gladios. vox deſuper ingens
Infremuit: Nobis etiam, deterrime, nobis
Spectaſti famulas imponere poſſe catenas?
Vnde redi neſcis? patriarne audite ſatelles,
Qui leges aliis, libertatemque reduxi?
Bis domitum civile nefas, bis rupimus Alpes.
Tot nos bella docent nulli ſervire tyranno.

Diri-

Diriguit. ſpes nulla fugæ. ſeges vndique ferri
Circumfuſa micat dextra, læuaque reuinctus
Hæſit, & enſiferæ ſtupuit mucrone coronæ.
Vt fera, quæ nuper montes amiſit auitos,
Altorumque exſul nemorum damnatur arenæ
Muneribus, commota ruit, vir murmure contra
Hortatur, nixuſque genu venabula tendit.
Illa pavet ſtrepitus, cuneoſque erecta theatri
Deſpicit, & tanti miratur ſibila vulgi.
Vnus per medios audendi pronior enſe
Proſilit exerto, dictiſque, & vulnere torvus
Appetit. hac Stilico, quem iactas pellere, dextra
Te ferit: hoc abſens invadit viſcera ferro.
Sic fatur, meritoque latus transverberat ictu.
Felix illa manus, talem quæ prima cruorem
Hauſerit. & feſſi pœnam libraverit orbis.
Mox omnes fodiunt haſtis, artuſque trementes
Dilaniant. vno tot corpore pila tepeſcunt,
Et non infecto puduit mucrone reverti.
Hi vultus avidos & adhuc ſpirantia vellunt
Lumina. truncatos alij rapuere lacertos.
Amputat ille pedes, humerum quatit ille ſolutis
Nexibus. hic fracti reſecat curvamina dorſi.
Hic iecur, hic cordis fibras. hic pandit anheli
Pulmonis latebras. ſpatium non invenit ira,
Nec locus eſt odiis. conſumpto funere vix tum
Deſeritur, ſparſumque perit per tela cadaver.
Sic mons Aonius rubuit, cum Penthea ferient
Mænades, aut ſubito mutatum Actæona cornu
Traderet inſanis Latonia virgo Moloſſis.
Criminibuſne tuis ſperas fortuna mederi?
Et male donatum certas æquare favorem
Suppliciis? vna tot millia morte rependis?
Everſis agedum Rufinum divide terris.
Da caput Odryſiis. truncum mereantur Achivi.
Quid reliquis dabitur? nec ſingula membra peremptis
Sufficiunt populis. vacuo plebs vndique muro
Iam ſecura ruit. ſenibus non obſtitit ætas,
Virginibuſne pudor. viduæ, quibus ille maritos
Abſtulit, orbatæque ruunt ad gaudia matres,
Inſultantque alacres laceros iuvat ire per artus,
Preſſaque calcato veſtigia ſanguine tingi.
Nec minus aſſiduis certant elidere ſaxis
Prodigiale caput. quod iam de cuſpide ſumma
Nutabat. digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera quin etiam ludo conceſſa vagatur
Æra petens, pœnaſque animi perſoluit avari
Terribili lucro, vivoſque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere nervis.
Deſinat elatis quiſquam confidere rebus,
Inſtabileſque Deos. ac lubrica Numina diſcat.
Illa manus, quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat,
Cuius ſe toties ſubmiſit ad oſcula ſupplex
Nobilitas, inhumata diu, miſeroque revulſa
Corpore feralem quæſtum poſt fata popoſcit:
Adſpiciat, ne quis nimium ſublata ſecundis
Colla gerat. trivlis calcandus ſpargitur ecce,
Qui ſibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura ſuos exſtruxit culmina Manes,
Et, qui Sidonio velari credidit oſtro,
Nudus paſcit aves. iacet en, qui poſſidet orbem,
Exiguæ telluris inops. & pulvere raro
Per partes tegitur, numquam, totieſque ſepultus,
Senſerunt convexa necem. telluſque nefandum
Emolitur onus. iam reſpirantibus aſtris,
Infernos gravat Vmbra lacus. pater Æacus horret,
Intrantemque etiam latratu Cerberus vrget.
Tunc animæ. quas ille fero ſub iure peremit,
Circumſtant, nigrique trahunt ad iudicis vrnam,
Infeſto fremitu. veluti paſtoris in ora
Commotæ glomerantur apes, qui dulcia raptu
Mella trahit, pennaſque cient, & ſpicula tendunt,
Et tenuis ſaxi per propugnacula cinctæ
Rimoſam patriam, dilectaque pumicis antra
Defendunt, pronoque favos examine velant.
Eſt locus, infauſtis quo conciliantur in vnum
Cocytus, Phlegethonque vadis: inamœnus vterque
Alveus. hic voluit lacrimas: hic igne redundat.
Turris per geminos flamis vicinior amnes
Porrigitur, ſolidoque rigens adamante ſiniſtrum
Proluit igne latus. dextra Cocytia fundit
Æquora, triſte gemens, & fletu concita plangit.
Huc poſt emeritam mortalia ſæcula vitam
Deveniunt, vbi nulla manent diſcrimina fati,
Nullus honor, vanoque exutum nomine Regem
Proturbat plebeius egens. quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos,
Et iuſtis dirimit ſontes. quos nolle fateri
Viderit, ad mala mox tranſmittit verbera fratris.
Nam iuxta Rhadamanthus agit. cum geſta ſuperni
Curriculi, totoſque diu proſpexerit actus;
Exæquat damnum meritis, & muta ferarum
Cogit vincla pati. truculentos ingerit vrſis.
Prædoneſque lupis. fallaces vulpibus addic.
At qui deſidia ſemper, vinoque gravatus
Indulgens Veneri voluit torpeſcere luxu,
Hunc ſuis immundi pingues detrudit in artus.
Qui iuſto plus eſſe loquax, arcanaque ſuevit
Prodere, piſcoſas fertur victurus in vndas,
Vt nimiam penſent æterna ſilentia vocem.

Quos vbi per varios annos, per mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine, tandem
Rurſus ad humanæ revocat primordia formæ.
Tum quoque, dum lites, Stygiique negotia ſoluit
Dura fori, vetereſque reos ex ordine quærit,
Rufinum procul ecce notat, viſuque ſevero
Luſtrat, & ex imo concuſſa ſede profatur.
Huc ſuperum labes, huc inſatiabilis auri
Proluvies, pretioque nihil non auſe parato,
Quodq; mihi ſummũ ſcelus eſt, huc improbe legum
Venditor, Actæi ſtimulator perfide Martis,
Cuius ob innumeras ſtrages anguſtus Averni
Iam ſinus, & plena laſſatur portitor alno.
Quid demens manifeſta negas? en pectus inuſtæ
Deformant maculæ, vitiiſque inolevit imago.
Nec ſeſe commiſſa tegunt. genus omne dolorum
In te ferre lubet. dubio tibi pendula rupes
Immineat lapſu. volucer te torqueat axis.
Te refugi fallant latices, atque ore natanti
Areſcat decepta ſitis, dapibuſque relictis
In tua manſurus migret præcordia vultur.
Quamquam omnes alii, quos hæc tormenta fatigant,
Pars quota ſint, Rufine, tui? quid tale vel audax
Fulmine Salmoneus, vel lingua Tantalus egit,
Aut inconceſſo Tytius deliquit amore?
Cunctorum ſi facta ſimul iungantur in vnum,
Præcedes numero. quo tanta piacula quiſquam
Supplicio conferre valet? quid denique dignum
Omnibus inveniam, vincant cum ſingula pœnas?
Tollite de mediis animarum dedecus Vmbris.
Adſpexiſſe ſat eſt. oculis iam parcite noſtris,
Et Ditis purgate domos, agitate flagellis
Trans Styga, trans Erebũ. vacuo mandate Barathro
Infra Titanum tenebras, infraque receſſus
Tartareos, noſtrumque Chaos, quo ditis opaci
Fundamenta latent, præceps vbi merſus anhelet,
Dum rotet aſtra polus, feriant dum littora venti.

CL. CLAVDIANI

IN EVTROPIVM

Liber I.

SEmiferos partus, metuendaque pignora matri,
Mœnibus in mediis auditum nocte luporum
Murmur, & attonito pecudes paſtore locutas,
Et lapidum duras hiemes, nimboque minacem
Sanguineo rubuiſſe Iouem, puteoſque cruore
Mutatos, viſaſque polo concurrere Lunas,
Et geminos Soles mirari deſinat orbis.
Omnia ceſſerunt eunucho Conſule monſtra.
Heu terræ cœlique pudor. trabeata per vrbes
Oſtentatur anus, titulumque effeminat anni.
Pandite Pontifices Cumanæ carmina vatis,
Fulmineos ſollers Etruria conſulat ignes,
Immenſumque nefas fibris exploret haruſpex,
Quæ nova portendant Superi. Nilusne meatu
Devius, & noſtri tentat iam transfuga mundi
Se rubro miſcere mari? rupto ne Niphate
Rurſum barbaricis Oriens vaſtabitur armis?
An morbi ventura lues? an nulla colono
Reſponſura ſeges? quæ tantas expiet iras
Victima? quo diras iugulo placabimus aras?
Conſule luſtrandi faſces ipſoque litandum
Prodigio: quodcunque parant hoc omine fata
Eutropius cervice luat. ſic omnia volvis?
Hoc regni fortuna tenes? quænam iſta iocandi
Sævitia? humanis quantum bacchabere rebus?
Si tibi ſeruili placuit fœdare curules
Crimine, procedat laxata compede Conſul.
Rupta Quirinales ſumant ergaſtula cinctus.
Des ſaltem quemcumq; virum. diſcrimina quædam
Sunt famulis, ſplendorque ſuus, maculamque minorẽ
Conditionis habet, domino qui vixerit vno.
Si pelagi fluctus, Libyæ ſi diſcis arenas,
Eutropii numerabis heros. quod iura, quot ille
Mutavit tabulas, vel quanta vocabula veſtit?
Nudatus quoties, medicum dum conſulit emtor,
Ne qua per occultum lateat iactura dolorem?
Omnes pœnituit pretii venumque redibat,
Dum vendi potuit. poſtquam deforme cadaver
Manſit, & in rugas totus defluxit aniles,
Iam ſpecie doni certatim limine pellunt,
Et fœdum ignaris properant obtrudere munus.
Tot tranſlata iugis ſummiſit colla vetuſtum
Seruitium, ſemperque novum, nec deſtitit vnquam,
Cœpit ſæpe tamen. cunabula prima cruentis
Debita ſuppliciis. rapitur caſtrandus ab ipſo
Vbere. ſuſcipiunt, matris poſt viſcera, pœnæ.
Advolat Armenius certo mucrone reciſos
Edoctus mollire mares, damnoque nefandum
Aucturus pretium. ſecundum corporis ignem
Sedibus exhaurit geminis, vnoque ſub ictu
Eripit officium patris, nomenque mariti.
Ambiguus vitæ iacuit, penituſque ſupremum
In cerebrum ſecti traxerunt frigora nervi.
Laudemuſne manum, quæ vires abſtulit hoſti?
An potius fato cauſſam tribuiſſe queramur?
Profuerat

Profuerat manſiſſe virum, felicior extat
Opprobrio. ſerviret adhuc, ſi fortior eſſet.
  Inde per Aſſyriæ trahitur commercia ripæ.
Hinc fora venalis Galata ductore frequentat,
Permutatque domos varias. quis nomina poſſit
Tanta ſequi? miles ſtabulis Ptolemæus in illis
Notior, hic longo laſſatus pellicis vſu
Donat Arintheo. neque enim iam dignus haberi,
Nec matutus emi, cum faſtiditus abiret.
Quæ gemuit? quanto planxit divortia luctu?
Hæc erat heu, Ptolomæe, fides? hoc profuit ætas
In gremio conſumpta tuo. lectuſque iugalis,
Et ducti toties inter præſepia ſomni?
Libertas promiſſa petit. viduumne relinquis
Eutropium? tantaſque premunt oblivia noctes?
Crudelis. generis proh ſors duriſſima noſtri.
Femina cum ſenuit, retinet connubia partu,
Vxoriſque decus matris reverentia penſat.
Nos Lucina fugit nec pignore nititur vllo.
Cum forma dilapſus amor. defloruit oris
Gratia. qua miſeri ſcapulas turabimur arte?
Qua placeam ratione ſenex? ſic fatus acutum
Aggreditur lenonis opus. nec ſegnis ad artem
Mens erat, officiique capax, omneſque pudoris
Hauſerat inſidias. cuſtodia nulla tuendo
Fida toro. nulli poterant excludere vectes.
Ille vel ærata Danaen ſub turre latentem
Eliceret. fletus domini fingebat amantis,
Indomitaſque mota. pretio lenibat avaras,
Laſcivaſque iocis. nec blandior vllus euntis
Ancillæ tetigiſſe latus, leviterque reductis
Veſtibus occulto crimen mandaſſe ſuſurro.
Nec furtis quæſiſſe locum, nec fraude reperta
Cautior eluſi fremitus vitare mariti.
  Haud aliter iuvenum flammis Ephyreia Lais
E gemino ditata mari. dum ſerta refundit
Canities, dum turba procax noctiſque recedit
Ambitus. & raro pulſatur ianua tactu.
Seque reformidat ſpeculo damnante ſenectus.
Stat tamen, atque alias ſuccingit lena miniſtras,
Dilectumque diu quamvis longæva lupanar
Circuit, & retinet mores, quos perdidit ætas.
Hinc honor Eutropio, cumq; omnibus vnica virtus
Eſſet in eunuchis, thalamos ſervare pudicos,
Solus adulteriis crevit. nec verbera tergo
Ceſſavere tamen, quoties decepta libido
Irati caluiſſet heri, fruſtraque rogantem,
Iactantemque ſuos tot iam per luſtra labores,
Dotalem genero, nutritoremque puellæ
Tradidit. Eous rector, Conſulque futurus
Pectebat dominæ crines, & ſæpe lavanti
Nudus in argento lympham geſtabat alumnæ.
Et cum ſe rapido feſſam proiecerat æſtu,
Patricius roſeis pavonum ventilat alis.
  Iamque ævo laxata cutis fulciſque genarum
Corruerat paſſa facies rugoſior vua.
Flava minus preſſo finduntur vomere rura:
Nec vento ſic vela tremunt, miſerabile turpes
Exedere caput cineæ deſerta patebant
Intervalla comæ: qualis ſitientibus arvis
Arida ieiunæ ſeges interlucet ariſtæ:
Vel qualis gelidis plumis labente pruinis
Arboris immoratur trunco brumalis hirundo.
Scilicet vt trabeis iniuria creſceret olim,
Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris
Luxuriæ fortuna ſuæ; cum pallida nudis
Oſſibus horrorem dominis præberet imago
Decolor, & macies occurſu læderet omnes
Aut pueris latura metus, aut tædia menſis,
Aut crimen famulis, aut procedentibus omen.
Et nihil exhauſto caperent in ſtipite lucri.
Sternere quippe toros, vel cædere ligna culinæ
Membra negant. anium, veſtes, arcana tueri
Mens infida vetat. quis enim committere vellet
Lenonis thalamum? tandem ceu funus acerbum,
Infauſtamque ſuis truſere Penatibus Vmbram.
Contemptu iam liber erat. ſic paſtor obeſum
Lacte canem, ferroque ligat. paſcitque revinctum,
Dum validus ſervare gregem, vigilique rapaces
Latratu terrere lupos, cum tardior idem
Iam ſcabie laceras demiſit ſordibus aures,
Soluit, & exuto lucratur vincula collo.
  Eſt vbi deſpectus nimius iuvat. vndique pulſo
Per cunctas licuit fraudes impune vagari,
Et fatis aperire viam. proh quiſquis Olympi
Summa tenes, tantone libet mortalia riſu
Vertere? qui ſervi non eſt admiſſus in vſum,
Suſcipitur regnis, &, quem privata miniſtrum
Dedignata domus, moderantem ſuſtinet aula.
  Vt primum vetulam texere Palatia vulpem,
Quis non ingemuit? quis non irrepere ſacris
Obſequiis doluit toties venale cadaver?
Ipſi quin etiam tali conſorte fremebant
Regales famuli, quibus eſt illuſtrior ordo
Servitij, ſociumque diu ſprevere ſuperbi.
  Cernite quem Latiis poſcant annectere faſtis:
Cuius & eunuchos pudúit. ſed vilior ante
Obſcuræ latuit pars ignotiſſima turbæ,
Donec Abundanti furiis, qui rebus Eois
Exitium, primoque ſibi produxit, ab imis

Erectus

Evectus thalamis ſummos innaſti honores.
Quam bene diſpoſitum terris, vt dignus iniqui
Fructus conſilii primis auctoribus inſtet.
Sic multos fluvio vates arente per annos,
Hoſpite qui cæſo monuit placare Tonantem,
Inventas primum Buſiridis imbuit aras,
Et cecidit ſævi, quo dixerat, hoſtia ſacri.
Sic opifex tauri, tormentorumque repertor,
Qui funeſta novo fabricaverat æra dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Senſit opus, docuitque ſuum mugire iuvencum.
Nullius Eutropius, quam qui ſe protulit ante,
Direptas poſſedit opes, nullumque priorem
Perculit exſilio, ſolumque hoc rite peregit,
Auctorem damnare ſuum. Poſtquam oblitus ævo
Semivir excelſam rerum ſublatus in arcem,
Quod nec vota pati, nec fingere ſomnia poſſunt,
Vidit ſub pedibus leges, ſubiectaque colla
Nobilium, tantumque ſibi permittere fata.
Qui nihil optaſſet plus libertate mereri,
Iam iam diſſimulat dominos, alteque tumeſcunt
Serviles animi. procerum ſqualore replerus
Carcer, & exſulibus Meroe, campique gemiſcunt
Æthiopum. pœnis hominū plaga perſonat ardens.
Marmaricus claris violatur cædibus Ammon.
Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſævit in omnes,
Vt ſe poſſe putent. nec bellua tetrior vlla eſt,
Quam ſervi rabies in libera colla furentis.
Agnoſcit gemitus, & pœnæ parcere neſcit
Quam ſubiit, dominiq; memor, quem verberat, odit.
Adde quod eunuchus nulla pietate movetur,
Nec generi natiſve cavet. clementia cunctis
In ſimiles, animoſque ligant conſortia damni.
Ille nec eunuchis placidus? ſed peius in aurum
Æſtuat. hoc vno fruitur ſucciſa libido.
Quid nervos ſecuiſſe iuvat? vis nulla cruentam
Caſtrat avaritiam. parvis exercita furtis
Quæ vaſtare penum, neglectaque ſueverat arcæ
Clauſtra remoliri, non vberiore rapina
Peccet in orbe manus? quidquid ſe Tigris ab Æmo
Dividit, hoc certa proponit merce locandum
Inſtitor imperij, caupo famoſus honorum.
Hic Aſiam villa pactus regit: ille redemit
Coniugis ornatu Syriam. dolet ille paterna
Bithynos mutaſſe domo. ſuffixa parenti
Veſtibulo pretiis diſtinguit regula gentes.
Tot Galatæ, tot Pontus eat. tot Lydia nummis.
Si Lyciam tenuiſſe velis, tot millia ponas:
Si Phrygas, adde parum. propriæ ſolatia ſortis
Communes vult eſſe notas, & venditus ipſe
Vendere cuncta cupit. certantum ſæpe duorum
Diverſum ſuſpendit onus, cum pondere index
Vergit, & in geminas nutat provincia lances.
Non pudet heu, Superi, populos veniſſe ſub haſta
Vendentis? certe pudeat, quod iure ſepultum
Mancipium tot regna tenet, tot diſtrahit vrbes.
Pollentem ſolio Crœſum victoria Cyri
Fregit, vt Eunucho fluerent Pactolus & Hermus?
Attalus heredem voluit te Roma relinqui,
Reſtitit Antiochus præſcripto margine Tauri,
Indomitos curru Servilius egit Iſauros,
Et Pharos Auguſto iacuit, vel Creta Metello?
Ne non Eutropio quæſtus numeroſior eſſet.
In mercem veniunt Cilices, Iudæa, Sophene,
Romanuſque labor, Pompeianique triumphi?
Quo ſtruis hos auri cumulos? quæ pignora tantis
Succedunt opibus? nubas, ducaſve licebit:
Numquā mater eris, nunquam pater. hoc tibi ferrum.
Hoc natura negat. te grandibus India gemmis,
Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres:
Nullus inops adeo, nullum ſic vrget egeſtas,
Vt velit Eutropij fortunam, & membra paciſci.
Iamque oblita ſui, nec ſobria divitiis mens
In miſeras leges, hominumque negotia ludit.
Iudicat eunuchus. quid iam de Conſule miror?
Prodigium eſt quodcunque gerit. quæ pagina lites
Femineas meminit? quibus vmquam ſæcula terris
Eunuchi videre forum? ſed ne qua vacaret
Pars ignominia, neu quid reſtaret inauſum,
Arma etiam violare parat, portentaque monſtris
Aggregat. & ſecum petulans amentia certat.
Erubuit Mavors, adverſaque riſit Enyo,
Dedecus Eoum quoties intenta ſagittis
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon:
Arbiter aut quoties belli, paciſque recurrit,
Alloquiturque Getas. gaudet, cum viderit, hoſtis,
Et ſentit iam deeſſe viros. incendia fumant.
Matris nulla fides. ſqualent populatibus agri,
Et medio ſpes ſola mari. trans Phaſin aguntur
Cappadocum matres, ſtabuliſque abducta paternis
Caucaſias captiva bibunt armenta pruinas,
Et Scythicis mutant Argei pabula ſilvis.
Extra Cimmerias Taurorum clauſtra paludes
Flos Syriæ ſervit: ſpoliis nec ſufficit atrox
Barbarus. in cædem vertit faſtidia prædæ.
Ille tamen (quid enim ſervum, mollemque pudebit?
Aut quid in hoc poterit vultu flagrare ruboris?)
Pro victore redit. peditum vexilla ſequuntur,
Et turmæ ſimiles, Eunuchorumque manipli,

Helle-

Helleſpontiacis legio digniſſima ſignis.
Obvius ire cliens, defenſoremque reverſum
Complecti. placet ipſe ſibi. laxaſque laborat
Diſtendiſſe genas, fictumque inflatus anhelat:
Pulvere reſperſus tineas, & Solibus ora
Pallidior, verbiſque ſonat plorabile quiddam
Vltra nequitiam fractis, & prælia narrat,
Perque ſuam tremula teſtatur voce ſororem
Defeciſſe vagas ad publica commoda vires:
Cedere livori, nec ſuſtentare procellas
Invidiæ, mergique fretis ſpumantibus orat.
Exoretque vtinam. dum talia fatur, ineptas
Detergit lacrimas, atque inter ſingula dicta
Flebile ſuſpirat. qualis venit arida ſocrus
Longinquam viſura nurum. vix laſſa reſedit,
Et iam vina petit. quid te turpiſſime bellis
Inſeris, aut ſævis pertentas Pallada campis?
Tu potes alterius ſtudiis hærere Minervæ.
Tu telas, non tela pati. tu ſtamina noſſe;
Tu ſegnes operum ſollers vrgere puellas,
Et niveam dominæ penſis involvere lanam.
Vel ſi ſacra placent, habeas pro Marte Cybellem.
Rauca Celænæos ad tympana diſce furores.
Cymbala ferre licet, pectuſque illidere pinu,
Inguinis & reliquum Phrygiis abſcindere cultris.
Arma relinque viris. geminam quid dividis aulam,
Conariſque pios odiis committere fratres?
Te magis, ah demens, veterem, ſi reſpicis, artem
Conciliare decet. geſtis pro talibus annum
Flagitat Eutropius, ne quid non polluat vnus
Dux acies, index prætoria, tempora Conſul.
Nil adeo fœdum eſt, quod non exacta vetuſtas
Ediderit, longique labor commiſerit ævi.
OEdipodes matrem, natam duxiſſe Thyeſtes
Cantatur. peperit fratres Iocaſta marito,
Et Pelopea ſibi. Thebas, ac funera Troiæ
Triſtis Erichthei deplorat ſcena theatri.
In volucrem Tereus, Cadmus ſe vertit in anguem.
Scylla novos mirata canes. hunc arbore figit,
Elevat hunc palma, ſquamis hunc fabula veſtit.
Hunc ſolvit fluvio. numquam ſpado Conſul in orbe,
Nec iudex, ductorve fuit. quodcumque virorum
Eſt deeus. eunuchi ſcelus eſt. exempla creantur
Quæ ſocci ſuperent riſus, luctuſque cothurni.
Quam pulcer conſpectus erat cum tenderet artus
Exſangues. onerante toga. cinctuque gravatus,
Inductoque ſenex obſcenior iret in auro!
Humani qualis ſimulator ſimius oris;
Quem puer arridens pretioſo ſtamine Serum
Velavit, nudaſque nates, ac terga reliquit;
Ludibrium menſis. Erecto pectore dives
Ambulat, & claro ſeſe deformat amictu.
Candida pollutos comitatur Curia faſces.
Forſitan & dominus præbet miracula lictor
Conſule nobilior, libertatemque daturus,
Quam nondum meruit. ſcandit ſublime tribunal,
Atque inter proprias laudes Ægyptia iactat
Somnia proſtratoſque canit ſe vate tyrannos.
Scilicet in dubio vindex Bellona pependit,
Dum ſpado Tireſias, enervatuſque Melampus
Reptat, ab extremo referens oracula Nilo.
Obſtrepuere avium voces. exhorruit annua
Nomen, & inſanum gemino proclamat ab ore,
Eunuchumque vetat faſtis accedere Ianus.
Sumeret illicitos etenim ſi femina faſces,
Eſſet turpe minus. Medis, levibuſque Sabæis
Imperat hic ſexus Reginarumque ſub armis
Barbariæ pars magna iacet. gens nulla probatur,
Eunuchi quæ ſceptra ferat. Tritonia, Phœbe,
Veſta, Ceres, Cybele, Iuno, Latona coluntur.
Eunuchi quæ templa Dei? quas vidimus aras?
Inde ſacerdotes: hæc intrat pectora Phœbus:
Inde canunt Delphi. Troianam ſola Minervam
Virginitas Veſtalis adit, flamaſque tuetur.
Hi nullas meriti vittas, ſemperque profani.
Naſcitur ad fructum mulier, prolemque futuram.
Hoc genus inventum eſt, vt ſerviat. Herculis arcu
Concidit Hippolyte. Danai fugere bipennem
Pentheſilea tuam claras Carthaginis arces
Creditur, & centum portis Babylona ſuperbam
Femineus ſtruxiſſe labor. quid nobile geſſit
Eunuchus? quæ bella tulit? quas condidit arces?
Illas præterea rerum natura creavit:
Hos fecere manus. ſeu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita virum, ne vocis acutæ
Mollities, leveſque genæ ſe prodere poſſent,
Hos ſibi coniunxit ſimiles: ſeu Parthica ferre
Luxuries vetuit naſci lanuginis vmbram,
Servatoque diu puerili flore coëgit
Arte retard. tam Veneri ſervire iuventam.
Fama prius falſo ſimilis, vanoque videri
Ficta ioco. levior volitare per oppida rumor,
Riderique nefas: veluti nigrantibus alis
Audiretur olor, corvo certante liguſtris.
Atque aliquis gravior morum, ſi ta ibus, inquit,
Creditur, & nimiis ruigent mendacia monſtris:
Iam teſtudo volat. profert iam cornua vultur:
Prona petunt retro fluvii vada: Gadibus ortum
Armenij texere diem. iam frigibus aptum
Æquor, & aſſuetum ſilvis delphina videbo:

am cochleis homines junctos, & quidquid inane,
lutrit, Iudaicis quæ pingitur India velis:
Subiicit & miſtis ſalibus laſcivior alter:
Miraris? nihil eſt, quod non in pectore magnum
Concipit Eutropius: ſemper non grandia ſemper
Diligit, & celeri deguſtat ſingula ſenſu.
Nil timet à tergo: vigilantibus undique curis
Nocte, dieque patet: lenis, facilisque moveri
Supplicibus, mediaque tamen molliſſimus ira
Nil negat, & ſeſe vel non poſcentibus offert.
Quodlibet ingenio ſubigit, traditque fruendum.
Quidquid amas, dabit illa manus communiter omni
Fungitur officio, gaudetque potentia flecti.
Hoc quoque conſiliis peperit, meritoque laborum
Accipit, & trabeas argutæ præmia dextræ.
Poſtquam vera fides facinus vulgavit Eoum
Gentibus, & Romæ jam certius impulit aures:
Eutropiumne etiam noſtra dignabimur ira?
Hic quoque Romani meruit pars eſſe doloris?
Sic effata rapit cœli per inania curſum
Diva potens, unoque Padum translapſa volatu
Caſtra ſui rectoris adit, tum forte decorus
Cum Stilicone gener pacem implorantibus ultro
Germanis reſponſa dabat, legesque Caycis
Arduus, & flavis ſignabat jura Suevis.
His tribuit Reges, his obſide fœdera ſancit
Indicto: bellorum alios tranſcribit in uſus,
Militet ut noſtris detonſa Sicambria ſignis,
Læta ſubit Romam pietas, & gaudia pæne
Moverunt lacrimas, tantoque exſultat alumno.
Sic armenta ſuo jam defenſante juvenco
Celſius aſſurgunt erectæ cornua matri.
Sic jam terribilem ſtabulis, dominumque ferarum
Creſcere miratur genitrix Maſſyla leonem.
Dimovit nebulam, juvenique apparuit ingens.
Tunc ſic orſa loqui: Quantum te principe poſſim,
Non longinqua docent, domito quod Saxone Tethys
Mitior, aut fracto ſecura Britannia Picto.
Ante pedes humili Franco, triſtique Suëno
Perfruor, & noſtrum video, Germanice, Rhenum.
Sed quid agam? diſcors oriens felicibus actis
Invidet, atque alio Phœbi de cardine ſurgunt
Crimina, ne toto conſpiret corpore regnum.
Gildonis taceo magna cum laude receptam
Perfidiam. & fretos Eoo robore Mauros.
Quæ ſuſcepta fames, quantum diſcriminis urbi,
Ni tua vel ſoceri nunquam non provida virtus
Auſtralem Arctois penſaſſet frugibus annum?
Invectæ Rhodani Tiberina per oſtia claſſes,
Cinyphiiſque ferax Araris ſucceſſit ariſtis.

Teutonicus vomer, Pyrenæique juvenci
Sudavere mihi, ſegetes mirantur Iberas
Horrea: nec Libyæ ſenſerunt damna rebellis
Jam Tranſalpina contenti meſſe Quirites.
Ille quidem meritas ſolvit, ſcit Tabraca, pœnas,
Ut pereat quicumque tuis conflixerit armis.
Ecce recens iisdem cladibus à partibus exit,
Terroriſque minus, ſed plus habitura pudoris,
Eutropius Conſul. pridem tolerare fatemur
Hoc genus. Arſacio poſtquam ſe regia faſtu
Suſtulit, & noſtros corrupit Parthia mores.
Præfecti ſed adhuc gemmis, veſtique dabantur
Cuſtodes, ſacroque adhibere ſilentia ſomno.
Militia eunuchi numquam prægreſſa cubile,
Non vita ſpondente fidem, ſed merita tantum
Mentis pignus erat. ſecreta monilia ſervent,
Ornatus curent Tyrios: a fronte recedant
Imperij, tenero tractari pectore neſcit
Publica majeſtas, numquam vel in æquore puppim
Vidimus eunuchi clavo parere magiſtri.
Nos adeo ſperni faciles? orbiſque carina
Vilior? Auroram certe, quæ talia ferre
Gaudet, & aſſuetas ſæptis muliebribus urbes
Poſſideant, quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis, nociturаque probra ſeveris
Admiſcent populis? peregrina piacula forti
Pellantur longe Latio ne tranſeat Alpes
Dedecus. in ſolis, quibus extitit, hæreat arvis.
Scribat Halys, ſcribat famæ contemtor Orontes.
Per te, perque tuos obteſtor, Roma, triumphos,
Neſciat hoc Tibris, numquam poſcentibus olim
Qui dare Dentatis annos, Fabiiſque ſolebat.
Martius eunuchi repetet ſuffragia campus?
Æmilios inter, ſervatoresque Camillos
Eutropius? jam Chryſogonis tua, Brute, poteſtas,
Narciſſiſque datur natis hoc dedere pœnæ
Profuit, & miſero civem præponere patri?
Hoc mihi Janiculo poſitis Etruria caſtris
Quæſiit, & tantum fluvio Porſenna remotus?
Hoc meruit vel ponte Cocles, vel Mutius igne?
Viſceribus fruſtra caſtum Lucretia ferrum
Merſit, & attonitum tranavit Clœlia Tibrim?
Eutropio faſces adſervabantur ademti
Tarquiniis? quemcunque meæ vexere curules
Laxato veniat ſocij ſpectator Averno.
Impenſis factis Decij prorumpite buſtis,
Torquatique truces, animoſaque pauperis umbra
Fabricij, tuque ô ſi forte inferna piorum
Jugera, & Elyſias ſcindis, Serrane, novales,
Pœno Scipiade, Pœno præclare Lutati,

Sica-

Sicania Marcelle ferox. gens Claudia ſurgat,
Et Curij veteres, & qui ſub jure negaſti
Vivere Cæſareo parvo procede ſepulcro
Eutropium paſſure Cato. remeate tenebris
Agmina Brutorum, Corvinorumque catervæ.
Eunuchi veſtros habitus inſignia ſumunt.
Ambigui Romana mares rapuere tremendas
Hannibali, Pyrrhoque togas. flabella peroſi
Adſpirant trabeis. jam non umbracula geſtant
Virginibus, Latias auſi vibrare ſecures.
Linquite femineas infelix turba latebras,
Alter quos pepulit ſexus, nec ſuſcipit alter,
Execti Veneris ſtimulos, & vulnere caſti.
Miſta duplex ætas inter puerumque, ſenemque,
Nil medium, falſi complete ſedilia patres.
Ite novi proceres, infecundoque ſenatu
Eutropium ſtipare ducem, celebrate tribunal
Pro thalamis. verſo jam diſcite more curules,
Non matrum pilenta ſequi. ne priſca revolvam,
Neu numerem quantis injuria mille per annos
Sit noſtro ducibus. quanti fœdabitur ævi
Canities? unam ſubeant quot ſæcula culpam!
Inter Arinthei faſtus, & nomen herile
Servus erit, dominoque ſuos æqualis honores
Inſeret. heu, ſemper Ptolemæi noxia mundo
Mancipia. en alio lædor graviore Pothino
Et patior majus Phario ſcelus. ille cruorem
Conſulis unius Pellæis enſibus hauſit.
Inquinat hic omnes. ſi nil privata movebunt,
At tu principibus, noſtræ te proſpice cauſſæ,
Regaleſque adverte notas. hunc accipit unum
Aula magiſtratum. vobis, patribuſque recurrit
Hic alternus honos in crimen euntibus annis
Parce quater Conſul. contagia faſcibus oro
Defendas ignava tuis, neu tradita libris
Omina, veſtituſque meos, quibus omne, quod ambit
Oceanus, domui, tanta caligine mergi,
Calcarique ſinas. nam quæ jam bella geramus
Mollibus auſpiciis? aut quæ connubia prolem,
Aut frugem laturus ager? quid fertile terris?
Quid plenum ſterili poſſit ſub Conſule naſci?
Eunuchi ſi jura dabunt, legeſq; tenebunt,
Ducant penſa viri, mutatoque ordine rerum
Vivat Amazonio confuſa licentia ritu.
Quid trahor ulterius? Stilico quid vincere differt
Dum certare pudet? neſcis quod turpior hoſtis
Lætitia majore cadit? piratica Magnum
Erigit. illuſtrat ſervilis laurea Craſſum.
Annuis. agnoſco fremitum, quo palluit Eurus,
Quo Mauri, Gildoque ruit. quid Martia ſigna
Sollicitas? non eſt jaculis, haſtiſve petendus.
Conſcia ſuccumbent audito verbere terga.
Ut Scytha poſt multos rediens exercitus annos,
Cum ſibi ſervilis pro finibus obvia pubes,
Iret, & arceret dominos tellure reverſos,
Armatam oſtenſis aciem fudere flagellis.
Notus ab inceptis ignobile repulit horror
Vulgus, & addictus ſub verbere torpuit enſis.

CL. CLAUDIANI
IN LIBRUM II.
IN EUTROPIUM
Prologus.

QUI modo ſublimes rerum flectebat habenas
Patritius, rurſus verbera nota timet,
Et ſolitos tardæ paſſurus compedis orbes,
In dominos vanas luget abiſſe minas.
Culmine dejectum vitæ fortuna priori
Reddidit, inſano jam ſatiata joco.
Scindere nunc alia meditatur ligna ſecuri,
Faſcibus & tandem vapulat ille ſuis.
Illicitas Conſul pœnas ſe Conſule ſolvit.
Annus qui trabeas, hic dedit exilium.
Infauſtum populis in ſe quoque vertitur omen,
Sævit in auctorem prodigioſus honor.
Ablato penitus reſpirant nomine faſti,
Mixturamque luem ſanior aula vomit.
Diſſimulant ſocij, conjuratique recedunt.
Procumbit pariter cum duce tota cohors,
Non acie victi, nec ſeditione coacti,
Ne pereant ritu, quo periere viri.
Concidit exiguæ dementia vulnere chartæ.
Confecit ſævum littera Martis opus.
Mollis feminea detruditur arte tyrannus,
Et thalamo pulſus perdidit imperium.
Sic juvenis mutante fide, veterique reducta
Pellice defletam linquit amica domum.
Canitiem raram largo de pulvere turpat,
Et lacrimis rugas implet anile gemens.
Suppliciter pias humilis proſtratus ad aras
Mitigat iratas voce tremente nurus.
Innumeri glomerantur heri. ſibi quiſque petentes
Mancipium ſolis utile ſuppliciis.

Quamvis fœdus enim, mentemque obſcenior ore,
Ita dabat pretium. pœna meretur emi.
Quas ſpado nunc terras, aut quem tranſibis in axem?
Cingeris hinc odiis, inde receſſit amor.
Vtraque te gemino ſub ſidere regia damnat.
Heſperius numquam, iam nec Eous eris.
Miror cur, aliis qui pandere fata ſolebas,
Ad propriam cladem cæca Sibylla taces?
Iam tibi nulla videt fallax inſomnia Nilus,
Pervigilant vates nec, miſerande, tui.
Quid, ſoror audebit tecum conſcendere puppem,
Et veniet longum per mare fida comes?
An forte aſſe toros eunuchi pauperis odit,
Et te nunc inopem diver amare negat?
Eunuchi iugulum primus ſecuiſſe fateris.
Sed tamen exemplo non ferere tuo.
Vive pudor fatis. en quem tremuere tot vrbes,
En cuius populi ſuſtinuere iugum.
Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras principis eſſe pater.
Improbe quid pulſas muliebribus aſtra querelis,
Quod tibi ſub Cypri litore parta quies?
Omnia barbarico per te concuſſa tumultu.
Crede mihi, terris tutius æquor erit.
Iam non Armenios iaculis terrebis, & arcu.
Per campos volucrem non agitabis equum.
Dilecto caruit Byzantius ore ſenatus.
Curia conſiliis æſtuat orba tuis.
Emeritam ſuſpende togam, ſuſpende pharetram.
Ad Veneris partes, ingeniumque redi.
Non bene Gradivo lenonia dextera ſervit.
Suſcipiet famulum te Cytherea libens
Inſula læta choris. blandorum mater amorum.
Nulla pudicitiæ cura placere poteſt.
Proſpectant Paphiæ celſa de rupe puellæ,
Sollicitæ, ſaluam dum ferat vnda ratem.
Sed vereor, teneant ne te Tritones in alto
Laſcivas doctum fallere Nereidas:
Aut idem cupiant pelago te mergere venti,
Gildonis nuper qui tenuere fugam.
Inclita captivo memoratur Tabraca Mauro.
Naufragio Cyprus ſit memoranda tuo.
Vecturum moriens fruſtra delphina vocabis.
Ad terram ſolos devehit ille viros.
Quiſquis adhuc ſimiler eunuchus tendit ad actus,
Reſpiciens Cyprum deſinat eſſe ferox.

CL. CLAVDIANI

In

EVTROPIVM

Liber II.

MYgdonij cineres, & ſi quid reſtat Eoi,
Quod pereat, regni, certe non augure falſo
Prodigij patuere minæ, fruſtraque peracto
Vulnere, monſtriferi præſagia diſcitis anni.
Cautior ante tamen violentum navita Corum
Proſpicit, & tumidæ ſubducit vela procellæ.
Quid iuvat errores merſa iam puppe fateri?
Quid lacrimæ delicta levant? ſtant omina veſtri
Conſulis. immotis hæſere piacula fatis.
Tunc decuit ſentire nefas, tunc ire recentes
Detierſum maculas. veteri poſt obruta morbo
Corpora, Pæonias nequidquam admoveris herbas.
Vlcera poſſeſſis alte ſuffuſa medullis
Non leviore manu. ferro ſanantur, & igni,
Ne noceat fruſtra mox eruptura cicatrix.
Ad vivum penetrant flammæ, quo funditus humor
Defluat, & vacuis corrupto ſanguine venis
Areſcat fons ille mali. truncatur & artus,
Vt liceat reliquis ſecurum vivere membris.
At vos egregie purgatam creditis aulam,
Eutropium ſi Cyprus habet, vindictaque mundi
Semivir exſul erit. quis vos luſtrare valebit
Oceanus? tantum facinus quæ diluet ætas?
Induerat needum trabeas. mugitus ab axe
Redditus inferno. rabies arcana cavernas
Vibrat, & alterno confligunt culmina lapſu.
Bacchatus per operta tremor Chalcedona movit
Pronus, & in geminas nutavit Boſporus vrbes.
Concurrere freti fauces. radice revulſa
Virani inſtabilem ſurſum Symplegada nautæ.
Scilicet hæc Stygiæ præmittunt ſigna ſorores,
Et ſibi iam tradi populos hoc conſule gaudent.
Mox oritur diverſa lues. hinc Mulciber ignes
Sparſerat. hinc victo proruperat obiice Nereus.
Hinc flagrant; hinc tecta natant. quam numina pœnam
Servatis ſceleri cuius tot cladibus omen
Conſtitit? incumbas vtinam Neptune tridenti,
Pollutumque ſolum toto cum crimine mergas.
Vnam pro mundo Furiis concedimus vrbem.
Vtque ſemel patuit monſtris iter, omnia tempus

Nacta

Nacta ſuum properant naſci.tum decidit imber,
Infantumque novi vultus, & diſſona partu
Semina.tum lapidum fletus, armentaque vulgo
Auſa loqui,mediiſque feræ ſe credere muris.
Tum vates ſine mente rapi,lymphataque paſſim
Pectora fatidici ſtimulis ignescere Phœbi.
Fac nullos ceciniſſe Deos.adeone retuſi
Quiſquam cordis erit,dubitet qui partibus illis
Affore fatalem caſtrati Conſulis annum?
Sed quam cæcus ineſt vitiis amor!omne futurum
Deſpicitur,ſuadentque brevem præſentia fructum,
Et ruit in vetitum damni ſecura libido,
Dum mora ſupplicii lucro,ſerumque,quod inſtat,
Creditur.haud equidem contra tot ſigna Camillo
Detulerim faſces,ne dum,proh ſexus,inerti
Mancipio,cui cuncta licet reſponſa iuberent,
Hortanteſque licet ſponderent proſpera Divi,
Turpe fuit ceſſiſſe viros. exquirite retro
Crimina,continui lectis annalibus ævi.
Priſca recenſitis evolvite ſecula faſtis.
Quid ſenis infandi Capreæ,quid ſcena Neronis
Tale ferunt?ſpado Romuleo ſuccinctus amictu
Sedit in auguſtis Latibus.vulgata patebat
Aula ſalutantum ſtudiis.huc plebe ſenatus
Permiſta,trepidique duces,omniſque poteſtas
Confluit.advolvi genibus.contingere dextram
Ambitus,& vultum deformibus oſcula rugis
Figere. præſidium legum,genitorque vocatur
Principis,& famulum dignatur regia patrem.
Poſteritas admitte fidem.monumenta petuntur
Dedecoris,multiſque gemunt incudibus æra
Formatura nefas. hæc iudicis,illa togati.
Hic nitet armati ſpecies:numeroſus vbique
Fulget equo:præfert eunuchi Curia vultus.
Ac veluti caveant,ne quo conſiſtere virtus
Poſſit pura loco,cunctas hæc ora laborant
Inceſtare vias. maneant immota precamur,
Certaque perpetui ſint argumenta pudoris.
Subter adulantes tituli,nimiæque leguntur
Vel maribus laudes:claro quod nobilis ortu
Conviva eſt Domini:quod maxima prælia ſolus
Impleat,& pariter miles:quod tertius vrbis
Conditor,hoc Byzas,Conſtantinuſque videbunt?
Inter quæ tumidus leno producere cœnas
In lucem,fœtere mero,diſpergere plauſum
Empturas in vulgus opes,totoſque theatris
Indulgere dies,alieni prodigus auri
At furor,&, ſi quid portentis creditur,vxor
Mulcebat matres epulis,& more pudicæ
Coniugis eunuchi celebrabat vota mariti.
Hanc amat,hanc ſumma de re vel pace vel armis
Conſulit.huic curas,& clauſa palatia mandat,
Ceu ſtabulum,vacuamque domum. ſic magna tueri
Regna nihil,patienſque iugi deluditur orbis.
Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem
Senſerat,& primi laxabant germina flores.
Iamque iter in gremio pacis ſolenne parabant
Ad muros Ancyra tuos,fautore repertum
Eutropio,pelagi ne tædia longa ſubirent,
Sed vaga laſcivis flueret diſcurſibus æſtas:
Vnde tamen tanta ſublimes laude redibant,
Ceu vinctos traherent Medos,Indumque bibiſſent.
Ecce autem flavis Gradivus ab vſque Gelonis
Arva cruentatu repetebat Thracia curru.
Subſidunt Pangæa rotis. altoque ſonoro
Stridunt axe nives.vt vertice conſtitit Æmi,
Femineaſque togas preſſis conſpexit habenis,
Subriſit crudele pater,triſtiſque micantem
Quaſſavit galeam. tunc implacabile numen
Bellonam alloquitur,quæ ſanguine ſordida veſtem
Illyricis pingues pectebat cladibus hydros.
Necdum mulliter,necdum germana mederi
Poſſumus Eoæ. nunquam corrupta rigeſcent
Sæcula. Cappadocum tepidis Argæus acervis
Æſtuat. infelix etiam nunc pallet Orontes.
Dum pereunt,meminere mali. ſi cruda parumper
Reſpirare ſinas,nullo tot funera ſenſu
Prætereunt,tantique levis iactura cruoris.
Adſpicis obſcœnum facinus?quid crinibus ora
Protegis? heu quales ſeſe diffundit in actus
Parva quies! quantum nocuerunt otia ferri!
Qui caruit bellis,eunucho traditur annus.
Actum de trabeis eſſet,ſi partibus vna
Mens foret Heſperiis:rueret deriſa vetuſtas,
Nullaque calcati ſtarent veſtigia iuris,
Ni memor imperii Stilico,morumque priorum
Turpe relegaſſet defenſa à Tibride nomen,
Intactamque novo ſervaſſet crimine Romam.
Ille dedit portum,quo ſe pulſata referret
Maieſtas Latij,deformatæque ſecures.
Ille dedit faſtus,ad quos Oriente relicto
Confugeret ſparſum macula ſervilibus ævum.
Quam ſimiles hæc aula viros! ad mœnia viſus
Dirige. Non ſaltem tacita formidine muſſant:
Nun damnant animo. plaudentem cerne Senatum,
Et Byzantinos proceres,Graiuſque Quirites.
O patribus plebes, ô digni Conſule patres.
Qui,quod & armari ceſſant,& nulla virilem
Inter tot gladios ſexum reminiſcitur ira?
Huccine noſtrorum cinctus abiere nepotum?

Sic Bruti deſpectus honos? ignoſce parenti
Romule, quod ſerus temeraris falcibus ultor
Advenio. jamjam largis hæc gaudia faxo
Compenſent lacrimis. quid dudum inflare moraris
Tartaream Bellona tubam? quid ſtringere falcem,
Qua populos à ſtirpe metis? molite tumultus,
Excute delitias. Thracum, Macedumque ruinæ
Tædet, & in gentes iterum ſævire ſepultas.
Damna minus conſueta movent. trans æquora ſævas
Vertre faces. aliis exordia ſume rapinis.
Non tibi Rhipæis boſtis quærendus ab oris.
Non per Caucaſias accito turbine valles
Eſt opus. Oſtrogothis colitur, miſtisque Gothunnis
Phryx ager. hos parvæ poterunt impellere cauſſæ
In ſcelus, ad mores facilis natura reverti.
Sic erat in noſtro quando jam milite robur
Torpuit, & molli didicit parere magiſtro.
Vindicet Arctous violatas advena leges.
Barbara Romano ſuccurrant arma pudori.
Sic fatus, clipeo, quantum vix ipſe Deorum
Arbiter, infeſto cum percutit æthera nimbo,
Intonuit. reſponſat Athos, Æmusque remugit,
Ingeminat Rhodope raucum concuſſa fragorem.
Cornua cana gelu mirantibus excutit undis
Hebrus, & exſanguem glacie timor alligat Iſtrum.
Tunc adamante gravem, nodiſq; rigentibus haſtam,
Telum ingens, nullique Deo jaculabile torſit.
Fit late ruptis via nubibus. illa per auras
Tot ſtrata, tot montes, vno contenta volatu
Tranſilit, & Phrygiæ mediis affigitur oris.
Senſit humus, gemuit Nyſæo palmite felix
Hermus, & aurata Pactolus inhorruit unda,
Totaque ſubmiſſis fleverunt Dindyma ſilvis.
Nec Dea præmiſſæ ſtridorem ſegnius haſtæ
Conſequitur, centumque vias meditata nocendi,
Tandem Targibilum (Geticæ dux improbus aulæ
Hic erat,) aggreditur, viſo rum forte redibat
Eutropio vacuus donis, feritasque dolore
Creverat, & teneris etiam quæ crimina ſuadet
Ingeniis, Scythicum pectus flamabat egeſtas.
Huic ſeſe vultu ſimulatæ conjugis offert,
Mentitoque ferox incedit barbara greſſu,
Carbaſeos induta ſitus poſt terga reductas
Vberibus propior mordebat fibula veſtes:
Inque orbem tereti nixa redeunte capillum
Strinxerat, & virides flaveſcere juſſerat angues,
Advolat, & niveis reducem complectitur ulnis,
Infunditque animo furiale per oſcula virus.
Principe quam largo veniat, quas inde reportet
Divitias, aſtu rabiem motura requirit.

Ille iter ingratum vanos deflere labores,
Quos ſuper eunuchi faſtus, quæ probra tuliſſet.
Continuo ſecat ungue genas, & tempore pandit
Arrepto gemitus, i nunc, devotus aratris
Scinde ſolum, poſitoque tuos mucrone ſodales
Ad raſtros ſudare doce. bene rura Gothunnus
Excolet, & certo diſponet ſidere vires.
Felices aliæ, quas debellata maritis
Oppida, quas magnis quæſitæ viribus ornant
Exuviæ: quibus Argivæ, pulchræque miniſtrant
Theſſalides, famulas & quæ metuere Lacænas.
Me nimium timido, nimium junxere remiſſo
Fata viro, totum qui degener exuit Iſtrum,
Qui refugit patriæ ritus, quem detinet æqui
Gloria, conceſſoque cupit vixiſſe colonus,
Quam dominus rapto. quid pulcra vocabula pigris
Prætentas vitiis? probitatis inertia nomen,
Juſtitiæ formido ſubit. tolerabis iniquam
Paupertiem, cum tela geras? & flebis inultus,
Cum pateant tantæ nullis cuſtodibus vrbes?
Quippe metus pœnæ. pridem mos ille vigebat,
Vt meritos colerent, impacatiſq; rebelles
Vrgerent odiis. at nunc, qui fœdera rumpit,
Ditatur: qui ſervat, eget. vaſtator Achivæ
Gentis, & Epirum nuper populatus inultam
Præſidet Illyricis, jam, quos obſedit, amicus
Ingreditur muros, illis reſponſa daturus.
Quorum conjugibus potitur, natoſq; peremit.
Sic hoſtes punire ſolent. hæc præmia ſolvunt
Excidiis. cunctaris adhuc? numerumq; tuorum
Reſpicis, exiguamq; manum? tu rumpe quietem.
Bella dabunt ſocios. nec te tam prona moverem,
Si contra pateret ere viros. nunc alter in armis
Sexus, & eunuchis ſe defenſoribus orbis
Credidit. hos Aquilæ, Romanaque ſigna ſequuntur.
Incipe barbaricæ tandem te reddere vitæ.
Te quoq; jam timeant, admirentutq; nocentem,
Quem ſprevere pium. ſpoliis prædaq; repletus,
Cum libeat, Romanus eris. ſic fata, repente
In diram ſe vertit avem, roſtroque recurvo
Turpis, & infernis tenebris obſcurior alas
Auſpicium veteri ſedit ferale ſepulcro.
Ille, pavor poſtquam reſoluto corde quievit,
Et rigidæ ſedere comæ, non diſtulit atrox
Juſſa Deæ: ſociis, quæ viderit, ordine pandit,
Invitatque ſequi. conjurat barbara pubes
Nacta ducem, Latiisque palam deſcivit ab armis.
Pars Phrygiam, Scythicis quæcunq; Trionibus alget:
Proxima Bithynos: Solem quæ condit Ionas:
Quæ læva, attingit Galatas: vtrimque propinqui

Fini-

Finibus obliquis Lydi, Piſidæque feroces
Continuant auſtrale latus: gens una fuere
Tot quondam populi, priſcum cognomen, & unum,
Appellata Phryges. ſed quid non longa valebit
Permutare dies, dicti poſt Mæona regem
Mæones. Ægæos inſedit Græcia pottus.
Thyni Thracea erant, quæ nunc Bithynia fertur.
Nuper ab Oceano Gallorum exereitns ingens
Illis ante vagus tandem regionibus hæſit,
Ceſaq; depoſuit jam Graio mitis amictu
Pro Rheno potutus Halym. dat cuncta vetuſtas
Principium Phrygibus, nec rex Ægyptius ultra
Reſtitit, humani poſtquam puer uberis expers
In Phrygiam primum laxavit murmura vocem.
Hic cecidit Libycis jactata paludibus olim
Tibia, fœdatam cum reddidit umbra Minervam.
Hic & Apollinea victus teſtudine paſtor
Suſpenſa memores illuſtrat pelle Celænas.
Quatnor hic magnis procedunt fontibus amnea
Auriferi: nec miror aquas radiare metallo.
Quæ toties lavere Midam. diverſus ad Auſtrum
Curſus, & Arctonm fluvius mare. Dindyma fundunt
Sangarium, vitrei puro qui gurgite Galli
Auctus Amazonij defertur ad oſtia Ponti.
Icarium Pelagus, Mycalæaque litora juncti
Marſya, Mæanderque petunt: ſed Marſya velox
Dum ſuus eſt, flexuque catens, jam flumine miſtus
Mollitur, Mæandro ſuo, contraria paſſus,
Quam Rhodano ſtimulatus Arar: quos inter aprica
Planities Cererique favet, denſiſque ligatur
Vitibus, & glaucos fructus attollit olivæ,
Dives equis, felix pecorum, pretioſaque picto
Marmore, purpureis cedit cui Synnada venis.
Talem tum Phrygiam Geticis popularibus uni
Permiſere Dei ſecuras Barbarus urbes
Irrupit, facileſque capi. ſpes nulla ſalutis:
Nulla fugæ. putribus jam propugnacula ſaxis
Longo corruerant ævo, paciſque ſenecta.
Interea gelidæ ſecretis partibus Idæ
Dum ſedet & thiaſos ſpectat de more Cybelle,
Curetumque alacres ad tympana ſuſcitat enſes;
Aurea ſanctarum decus immortale comarum
Defluxit capiti turris, ſummoque volatus
Vertice crinalis violatur pulvere murus.
Obſtupuere truces omen Corybantes, & imo
Fixa metu tacitas preſſerunt Orgia buxos.
Indoluit genitrix, tunc ſic irata profatur:
Hoc mihi jampridem Lacheſis longæva canebat
Augurium: Phrygiæ caſus veniſſe ſupremos
Delapſus teſtatur apex: heu, ſanguine qualis
Ibit Sangarius, quantaſque cadavera lentis,
Mæandri paſſura moras? immobilis hæret
Terminus. hæc dudum nato placuere Tonanti.
Paret finitimis luctus, fruſtaque Lyæi
Non defenſuros implorat Lydia thyrſos.
Jamque vale Phrygiæ tellus, perituraque flamis
Mœnia, conſpicuas quæ nunc attolliris arces,
Mox campi, nudumque ſolum, dilecta valete
Flumina, non veſtris ultra bacchabor in antris:
Non juga ſulcabit noſter Berecyntia currus.
Dixit, & ad triſtes convertit tympana planctus.
Labentem patriam ſacris ululatibus Atys
Perſonat, & lacrimis torvi maduere leones.
Eutropius, nequeat quamvis metuenda taceri
Clades, & trepidus vulgaverit omnia rumor,
Ignotare tamen fingit, regnique ruinas
Diſſimulat, parvamque latronum errare catervam:
Ad fontes tormenta magis, quam tela parari:
Nec duce frangendas jactat, ſed judice vires.
Vaſta velut Libyæ venantum vocibus ales
Cum premitur, calidas curſu tranſmittit arenas,
Inque modum veli ſinuatis flamine pennis
Pulverulenta volat, ſi jam veſtigia retro
Clara ſonent, oblita fugæ ſtat lumine clauſo
Ridendum revoluta caput, creditque latere,
Quæ non ipſa videt. furtim tamen ardua mittit
Cum donis promiſſa novis, ſi forte togatus
Deſinat. ille ſemel nota dulcedine prædæ
Se famulo ſervire negat: nec grata timentum
Munera, militiam nullam, nec prima ſuperbus
Cingula dignari. nam quia non Conſule tali
Vilis honos? poſtquam precibus miteſcere nullis,
Non auro ceſſiſſe videt, creberque recurrit
Nuntius incaſſum, nec ſpes jam fœderis exſtat:
Tandem conſilium belli confeſſus agendi,
Ad ſua tecta vocat juvenes. venere protervi,
Laſcivique ſenes, quibus eſt inſignis edendi
Gloria, corruptaſque dapes variaſſe decorum:
Qui ventrem invitant pretio, traduntque palato
Sidereas Junonis aves, & ſi qua loquendi
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis,
Quæſitus trans regna cibus: quorumque profundum
Ingluviem non Ægæus, non alta Propontia,
Non freta longinquis Mæotica piſcibus explent.
Veſtis odoratæ ſtudium, laus maxima riſum
Per varios moviſſe ſales, minimeque viriles
Munditiæ, compti vultus, onerique vel ipſa
Serica. ſin Hunnus feriat, ſin Sarmata portas,
Solliciti ſcenæ, Romam contemnere ſueti,
Miratique ſuas, quas Boſphorus abluit, ædes;

Saltan-

Saltandi docilles, aurigarumque periti.
Pars humili de plebe duces: pars compede ſuras,
Cruraque ſignari nigro liventia ferro
Iura regunt, facies quamvis inſcripta repugnet,
Seque ſuo prodat titulo. ſed prima poteſtas
Eutropium præfert, Hoſin ſubnixa ſecunda.
Dulcior hic ſane cunctis, prudenſque novandi
Iuris, & admotu, qui temperat omnia, fumo,
Fervidus; accenſam ſed qui bene decoquat iram.
Conſidunt apices gemini ditioris Eoæ:
Hic coquus, hic leno, defeſſi verbere terga,
Servitio, non arte pares. hic ſæpius emptus,
Alter ad Hiſpanos nutritus verna Penates.
Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in arctis
Conſulerent, tantiſque darent ſolatia morbis;
Obliti ſubito Phrygiæ, belliſque relictis
Ad ſolitos cœpere iocos, & iurgia Circi
Tendere nequidquam. magna confligitur ira,
Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet: vertat quis marmora crine ſupino:
Quis magis enodes laterum detorqueat artus:
Quis voci digitos, oculos quis motibus aptet.
Hi tragicos meminere modos. his fabula Terens.
His nec dum commiſſa choro cantatur Agave.
Increpat Eutropius: Non hæc ſpectacula tempus
Poſcere: nunc alias armorum incumbere curas.
Se ſatis Armenio feſſum pro limite cingi,
Nec tantis unum ſubſiſtere poſſe periclis.
Ignoſcant ſenio: iuvenes ad prælia mittant.
Qualis pauperibus nutrix inviſa puellis
Aſſidet, & tela communem quærere victum
Rauca monet. feſtis illæ luſiſſe diebus
Orant, & poſitis æquævas viſere penſis,
Irataque operi iam laſſo pollice fila
Turbant, & teneros detergunt ſtamine fletus.
Emicat extemplo cunctis trepidantibus audax
Craſſa mole Leo, quem vix Cyclopea ſolum
Æquatura fames, quem non ieiuna Celæno
Vinceret. hinc nomen fertur meruiſſe Leonis.
Acer in abſentes, lingua iactatur, abundans
Corporis, exiguuſque animi, doctiſſimus artis
Quondam lanificæ, moderator pectinis unci.
Non alius lanam purgatis ſordibus æque
Præbuerit calathis: ſimilis nec pinguia quiſquam
Vellera per tenues ferri producere rimas.
Tunc Aiax erat Eutropij, lateque fremebat,
Non ſeptem vaſto quatiens umbone iuvencos,
Sed quam perpetuis dapibus, pigroque ſedili,
Inter anus, interque colus onerata reſat alvum.
Exſurgit tandem, vocemque expromit anhelam:
Quis novus hic torpor, ſocij? quonam uſq; ſedemus
Femineis clauſi thalamis, patimurque periclum
Gliſcere deſidia? graviorum turba malorum
Texitur, ignavis trahimus dum tempora votis.
Me petit hic ſudor. numquam mea dextera ſegnis
Ad ferrum. faveat tantum Tritonia cœptis.
Inceptum peragetur opus iam cuncta furore
Qui gravat, efficiam leviorem pondere lanæ
Targibilum tumidum, deſertoreſque Gothunnos
Ut miſeras populabor oves, & pace relata
Priſtina reſtituam Phrygias ad ſtamina matres.
His dictis iterum ſedit. fit plauſus, & ingens
Conſilii clamor. qualis reſonantibus olim
Exoritur caveis, quoties crinitus ephebus
Aut rigidam Nioben, aut flentem Troada fingit.
Protinus excitis iter irremeabile ſignis
Arripit, infauſtoque iubet bubone moveri
Agmina, Mygdonias mox impletura volucres.
Pulcer, & urbanæ cupiens exercitus umbræ,
Aſſiduus ludis, avidus ſplendere lavacris,
Nec ſoles, imbreſve pati, multumque priori
Diſpar, ſub clipeo Thracum qui ferre pruinas
Dum Stilico regeret, nudoque hiemare ſub axe
Sueverat, & duris haurire bipennibus Hebrum.
Cum duce mutatæ vires Byzantia robur
Fregit luxurias, Ancyranique triumphi.
Non peditem præcedit eques. non commoda caſtris
Eligitur regio. vicibus cuſtodia nullis
Advigilat vallo non explorantur eundæ
Vitandæque viæ. nullo ſe cornua flectunt
Ordine. confuſi paſſim per opaca vagantur
Luſtra, per anguſtas ignoto tramite valles.
Sic vacui rectoris equi, ſic orba magiſtro
Fertur in abruptum caſu, non ſidere puppis.
Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali
Bellua, ſulcandas cui prævius educet undas,
Immenſumque pecus parvæ moderamine caudæ
Temperat, & tanto coniungit fœdera monſtro.
Illa natat rationis inops, & cæca profundi
Iam brevibus deprenſa vadis, ignara reverti
Palpitat, & vanos ſcopulis illidit hiatus.
Targibilus ſimulare fugam, flatuſque Leonis
Spe nutrire leves, improviſuſque repente,
Dum gravibus marcent epulis, hoſtique catenas
Inter vina crepant largo ſopita Lyæo
Caſtra ſubit. pereunt alij dum membra cubili
Tarda levant: alij ferro iunxere ſoporem:
At alios vibius parius ſine more ruentes
Excipit, & cumulis immanibus aggerat undas.
Ipſe Leo dama cervoque fugacior ibat

Sudanti

Sudanti tremebundus equo: qui pondere poſtquam
Decidit, implicitur limo, cunctantia pronus
Per vada teptabat. cœno ſubnixa tenaci
Mergitur, & pingui ſuſpirat corpore moles,
More ſuis; dapibus quæ iam devora futuris
Turpe gemit, quoties Hoſtur mucrone coruſco
Armatur, cingitque ſinus, ſecumque volutat,
Quas figat verubus partes, quæ fruſtra calenti
Mandet aquæ, quantoque cutem diſtendat echino.
Flagrat opus. crebro pulſatus perſtrepit ictu.
Contexit varius penetrans Chalcedona nidor.
Ecce levis frondes à tergo concutit aura:
Credit tela Leo. valuit pro vulnere terror,
Implevitque vicem iaculi, vitamque nocentem
Integer. & ſola formidine ſaucius efflat.
  Quis tibi tractandos pro pectine, degener, enſes,
Quis ſolio campum præponere ſuaſit avito?
Quam bene texentum ludebas carmine turbas,
Et matutinis pellebas frigora menſis!
Hic miſerande iaces: hic, dum tua vellera vitas,
Tandem fila tibi neverunt vltima Parcæ.
  Iam vaga pallentem denſis terroribus aulam
Fama quatit: ſtratas acies, deleta canebat
Agmina, Mæonios fœdari cædibus agros,
Pamphylios Piſidaſque rapi. metuendus ab omni
Targibilus regione ſonat. modo tendere curſum
In Galatas, modo Bithynis incumbere fertur.
Sunt qui per Cilicas rupto deſcendere Tauro,
Sunt qui correptis ratibus, terraque marique
Adventare ferant. geminantur verba pavoris
Ingenio. longe ſpectari puppibus vrbes
Accenſas, lucere fretum. ventoque citatas
Omnibus in pelago velis hærere favillas.
  Hos inter ſtrepitus funeſtior advolat alter
Nuntius, armatam rurſus Babylona minari
Rege novo: reſides Parthos ignava peroſos
Otia Romanæ finem iam quærere paci.
Rarus apud Medos Regum cruor, vnaque cuncto
Pœna manet generi, quamvis crudelibus æque
Paretur dominis. ſed quid non audeat aunus
Eutropij? ſocium nobis, fidumque ſodalem
Perculit. & Perſas in regia vulnera movit,
Rupturaſque fidem, leto pars ne qua vacaret,
Eumenidum tedas trans flumina Tigridis egit.
Tunc vero cecidere animi, tantiſque procellis
Deficiunt. ſepti latrantibus vndique bellis
Infenſos tandem Superos, & Conſulis omen
Agnovere ſui. nec iam revocabile damnum
Eventu ſtolido rerum didicere magiſtro.
Namque ferunt geminos vno de ſemine fratres
Iapetionidas generis primordia noſtri
Diſſimili finxiſſe manu. quoſcumque Prometheus
Excoluit, multumque innexuit ætherea limo,
Hi longe ventura notant, dubiiſque parati
Caſibus occurrunt fabro meliore politi.
Deteriore luto pravus quos edidit auctor,
Quem merito Graii perhibent Epimethea vates,
Et nihil ætherij ſparſit per membra vigoris,
Hi pecudum ritu non impendentia vitant,
Nec res ante vident: accepta clade queruntur,
Et ſero tranſacta gemunt. iam ſola renidet
In Stilicone ſalus, & cuius ſemper acerbum,
Ingratumque ſibi factorum conſcius horror
Credidit adventum: quem ſi procedere tantum
Alpibus audiſſent, mortem, pœnaſque tremebant.
Iam cuncti veniſſe volunt. ſcelerumque priorum
Pœnitet, hoc tantis bellorum ſidus in vndis
Sperant. hoc pariter iuſti, ſonteſque precantur.
Ceu pueri, quibus alta pater trans æquora merces
Devehit, iuventi ludo, ſtudiiſque ſoluti,
Lætius amoto paſſim cuſtode vagantur.
Si gravis auxilio vacuas invaſerit ædes
Vicinus, laribuſque ſuis proturbet inultos,
Tum demum patrem implorant, & nomen inani
Voce cient, fruſtraque oculos ad litora tendunt.
Omnes ſupplicio dignos, letoque fatentur,
Qui ſe tradiderint famulis, Stilicone relicto.
Mutati ſtupuere diu, ſenſuque reducto
Paullatim proprij mirantur monſtra furoris,
Avertuntque oculos. proiectis faſcibus horret
Lictor, & infames labuntur ſponte ſecures.
Quales Aonio Thebas de monte reverſæ
Mænales, infectis Pentheo ſanguine thyrſis,
Cum patuit venatus atrox, matrique rotatum
Conſpexere caput, greſſus caligine figunt,
Et rabiem deſiſſe dolent. quin protinus ipſa
Tendit ad Italiam ſupplex Aurora potentem,
Non radiis redimita comam, nec flamea vultum,
Nec croceum veſtita diem. ſtat livida luctu:
Qualis erat, Phrygio tegeret cum Memnona buſto.
Quam ſimul agnovit Stilico, nec cauſſa latebat,
Reſtitit. illa manum victricem amplexa moratur,
Atque ita vix lacrimas inter ſuſpiria fatur.
  Tantane te noſtri cœperunt tædia mundi?
Sic me ludibrium famulis riſumque relinquis,
Dux quondam, rectorque meus, ſolamque tueris
Heſperiam? domiti nec te poſt bella tyranni
Cernere iam licuit? ſic te victoria nobis
Eripuit, Galliſque dedit? Rufinus origo
Prima mali. geminas inter diſcordia partes

Hoc auctore fuit: ſediam maiora moventi
Occurrit iuſta radiens exercitus ira,
Fortis adhuc, ferrique memor. brutis inde reluxit,
Falſaque libertas. rurſum Stiliconis habenis
Sperabam me poſſe regi. proh cæca futuri
Gaudia! fraterno coniungi cœperat orbis
Imperio (quis enim tanto terrore recentis
Exempli, paribus ſeſe committeret auſis?)
Cum ſubito mouſtroſa mihi, turpiſque relatu
Fabula Rufini caſtratus proſilit heres:
Et ſimiles iterum luctus fortuna reduxit,
Vt ſolum domini ſexum mutaſſe videret.
Hic primum thalami clauſtris delicta tegebat
Clam, timideque iubens. erat invidioſa poteſtas,
Sed tamen eunuchi. necdum ſibi publica iura
Sumere, nec tantas audebat vertere leges.
Sed poſtquam pulſiſque bonis, & fæce retenta
Peiores legit ſocios, dignoſque ſodales,
Hinc Hoſius ſtetit, inde Leo: fiducia crevit,
Regnandique palam flagravit aperta libido.
Patricius Conſul maculat, quos vendit, honores.
Plus maculat, quos ipſe gerit. iam ſigna, iubæque
Molleſcunt. ipſos ignavia fluxit in enſes.
Exſultant merito gentes, faciliſque volenti
Præda ſumus. iam Biſtoniis Æmoque nivali
Vaſtior expulſis oriens ſqualebit aratris.
Hei mihi quas vrbes, & quanto tempore Martia
Ignatas vno rapuerunt prœlia curſu!
Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe
Terruit Antiochi muros, ipſumque decoræ
Pene caput Syriæ flamis hoſtilibus arſit.

Vtque gravis ſpoliis, nulloque obſtante profunda
Lætus cæde redit. ſequitur mucrone cruento
Continuum vulnus. nec iam mihi Caucaſus hoſtes,
Nec mittit gelidus Phaſis. naſcuntur in ipſo
Bella ſinu legio pridem Romana Gothunni,
Iura quibus victis dedimus, quibus arva, domoſque
Præbuimus, Lydos, Aſiæque vberrima vaſtant
Ignibus, & ſi quid tempeſtas prima reliquit,
Nec duce, nec numero fretis: ſed inertia nutrit,
Proditioque ducum, quorum per crimina miles
Captivus dat terga ſuis, quos teſte ſubegit
Danubio, partemque timet, qui reppulit omnes.
Aula eboris, epuliſque vacat, nec perdita curant.
Dum ſupereſt aliquid. ne quid tamen orbe reciſo
Venditor amittat, provincia quæque ſuperſtes
Dividitur, geminumque duplex paſſura tribunal
Cogitur alterius pretium ſarcire peremptæ.
Sic mihi reſtituunt populos. hac arte reperta
Rectorum numerum terris pereuntibus augent.
In te iam ſpes vna mihi. pro fronde Minervæ
Has tibi protendo lacrimas, ſuccurre ruenti.
Eripe me tandem ſervilibus eripe regnis.
Neve adeo cunctos paucorum crimine damnes:
Nec nova tot meritis offenſa prioribus obſtet.
Iam iam flecte animum. ſuprema pericula ſemper
Dant veniam culpæ, quamvis iratus & exſul
Pro patriæ flamis non diſtulit arma Camillus.
Non te ſubtrahimus Latio. defenſor vtrique
Sufficis. armorum liceat ſplendore tuorum
In commune frui, clipeus nos protegat idem,
Vnaque pro gemino deſudet cardine virtus.

ANONY-

ANONYMI POETÆ LAVDES HERCVLIS.

Pietidum columen, cuius Parnaſſia magno
Numine tẽpla ſonant, læto precor huc age, Phœbe,
Te coniunge choro: penetralia ſancta ſororum,
Et nova Caſtalios latices per rura petentem
Hippocrenæum victorem inſiſtere fontem
Me fac. namque tuam non nunc novus advena turbã
Ingredior, laniosque gerens, & florea ſertis
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum.
Teſtor adhuc veteres quamvis deſuetus honores.
Alcides mihi carmen erit, non vana Tonantis
Progenies, dignus credi poſt viſcera Numen
Semper ob immenſos invicti roboris æſtus.
Nec naſci potuiſſe vacat. nam lucis in ipſis,
Inclite, principiis, tardo vix editus ortu
Feciſti de patre fidem. ſed cur mihi lentis
Ludis adhuc Cythrea modis, tenerumque reſultans
Luxuriante leves impellis pollice chordas?
Pone habitum, quo mollis amas: & frondis amatæ
Linque nemus mollique exutus tempora lauro
Populea mecum carmen luctare ſub vmbra.
  Iam grave plus etiam, quam ventis tempora vellent,
Alcmenam tendebat onus. ſed regia Iuno
Impedit. & partus prohibet, naſcique vetabat,
Vt metus ipſe Deum monſtret. nec vivida cæli
Semina mortales norunt ſentire latebras,
Nec poſſunt ſufferre moras. datur inde novercæ
Materies. gravibusque odiis augmenta miniſtrat,
Quod vinci cœpiſſe pudet. mox improba binos
In tua membra iubet dum naſceris, ire dracones.
Incumbunt celeres illi, ſquamoſaque iuſſus
Armat colla furor: nec quamvis maxima tractu
Tardantur ſpiris ſequitur pars cetera pectus.
Triſtis Tartarea vibratur ſibilus aura.
Morte rubent oculi, trifidisque horrentia linguis
Ora ſonant, nigrumque fremens levat ira Venenum.
Quid nunc invictis fraudes innectere fatis
Cælicolum Regina iuvat? cur obiicis angues?
Cur parvo geminos? anne vnum poſſe necari
Iam ſtrato Pythone times? licet omnia mundi
Monſtra voces, ipſamque armes ſerpentibus Hydram,
Defendet natura Deum, patremque probabit.
Quod non vis, conſtare Iovem. iamque irrita terri
Iuſſa parant implere angues miſeroque furore
In tua fata tument. cernit tua membra petentes,
Horreſcitque parens, numenque ignara creaſſe
Mortali pietate timet. Nil ſancta ſuperbæ
Pellicis inſidias cælo modo freta tremiſcas,
Neve hæc monſtra tibi faciant, Alcmena, pavorem,
Sic mater potes eſſe Dei. iam tolle ſerenum
Læta animum. tantoque libens hæc adſpice vultu,
Vt deceat genuiſſe Iovem. depone timorem
Indignum partu, natum quæ exemplat habebas.
Cui metuis, nil ipſe timet. nam numine recto
Ridebas tu, Dive, truceſque, animosque ſuperbos
De genitore tenes, votiſque aptiſſimos orbis
Gaudebas tantam iam tum metuiſſe novercam,
Corripis exiguis mox grandia guttura palmis,
Et quamvis teneris, cogens in brachia pondus,
Corripis, illidens prentos tellure dracones.
Efferat ætherium quantum volet orbis in axem
Latoidas, veroſque probet ſua fabula Divos,
Quod Delo iam ſtare licet. non æqua laborum
Gloria nec parvi ſerpentes forte necarunt.
Illi vnum ferro: geminos hic inermis, & vnus.
  His cœptis non vlla parat cunabula partus
Diva tibi. ſed cum totis iam bruma rigeret
Imbribus, & ſolidis hærerent flumina lymphis,

Indum prægelidis durando firmat in vndis.
Vtque rudis primo tentaſti robore greſſus,
Frondoſæ deſerta vagus penetralia ſilvæ
Secura iam matre petis, teliſque tremendis
Ludis, & ætherias adducto deiicis aves,
Aut funda violenter aves, noctemque ſub aſtris
Exigis. & puram fractis bibis amnibus vndam.
Immanem interea Nemeæ per luſtra leonem
Ipſa Chimæræa eretum de gente noverca
In tua depaſtis armabat vota iuvencis,
Augebatque fero vires, rabiemque iuvabat,
Naturam minus eſſe putans. heu quanta virorum
Funera! quam multos ſtravit cum dentibus apros!
Non illum magnæ viduatis montibus vrbes
Armorum fregere minis, Martique domando
Aſſuetas morſu fudit graviore catervas.
Hunc gravis Euryſtheus (nam, te quocumq; levares,
Imperium duri voluit ſufferre tyranni,
Sic mundo fortuna favens) hunc ſternere leto
Imperat. At nullum virtus reticenda per ævum,
Dignaque ſidereos poſt membra intrare receſſus
Poſſe mori quam vile putat: namque impiger vltro
Vadis, & immenſæ ſcrutatus devia ſilvæ
In nova ſanguineos armantem vulnera rictus,

* * *

Admonita feritate, iuba, viſuque cruentus
Excuſſis movet arma toris, dubiumque reſidens
Infremit. invadis trepidum, ſoliſque laceſtis
Grandia corripiens eliſo guttura morſu,
Imbellem fractis proſternis faucibus hoſtem,
Tunc & flavicomis radiantia tergora villis,
Ceu ſpolium fuſo victor rapis. emicat omnis
In laudes mox turba tuas, longoque relicta
Currit in arva metu. iuvat ire, & libera rura,
Defenſoſque videre locos, ſilvamque iuvencis
Iam facilem, & nullis reſonantes fletibus agros.

Mœnalium petis inde nemus, fletamque colonis
Arcadiam, & ſteriles raro iam robore ſilvas.
Namque hic immenſa membrorum mole cruentus
Indomitus regnabat aper, ſoloque tremendus,
Corpore lunatis fundebat dentibus ornos,
Sternebatque ſuos lugentia rura colonos.
Horrebant trifidis nigrantia corpora ſetis,
Duratoſque armos ſcopulis, totoſque per artus
Difficilis potuiſſe mori. non ſpicula in illum,
Nodoſumve rapis * gravato pondere robur.
Armati viduatur honos. nec vulnera virtus
Extemplo tibi facta timet. iamque arripis vltro
Spumantem, cogiſque diem ſufferre tuendo,
Atque ſupinato mirantem lumine vinci
Argolici victor portas ſub tecta Tyranni.
Fama celer toto victorem ſparſerat orbe,
Auxiliumque Dei poſcebat Creta cruento
Victa malo. taurus medio nam ſidere Lunæ
Progenitus Dictæa Iovis poſſederat arva.
Fulmen ab ore venit, flamiſque furentibus ardet
Spiritus, & terram, non cæli flama perurit,
Sed flatus monſtri. * dextro iam Siria ceſſent
Sidera, Solque licet glaciali frigore victus
Abſtruſum mundo claudat iubar, aurea condens
Lumina, & ignifluo ſtupefactus in orbe repeſcat.
Æſtus habet Cretam, pereunt ſilvæque, lacuſque,
Graminaque, & fontes ſacri, monteſque perurit
Flama ferox. Idam Superis ſpectantibus ignis
Diſſipat, & magno cunabula grata Tonanti
Igne ſuum monſtrum, ſi fas eſt dicere, vincit.
Tandem fama celer Dictæa ad littora magnum
Duxerat Alciden, cum Taurum dira minantem
Excipit, & ſævum cornu, flamaſque vomentem
Corripit, atque artus conſtringens fortibus vlnis
Ignifluos flatus, animamque in pectore clauſit.

Replen-

Replendis pagellis additum

INCERTI AVTORIS

DE PHOENICE

Carmen.

EST locus in primo felix oriente remotus,
Qua patet æterni ianua celſa poli:
Nec tamen æſtivos, hiemiſque propinquus ad ortus:
Sed qua Sol verno fundit ab axe diem,
Illic planicies tractus diffundit apertos;
Nec tumulus creſcit, nec cava vallis hiat.
Sed noſtros montes, quorum iuga celſa putantur,
Per bis ſex vlnas eminet ille locus,
Hic ſolis nemus eſt; & conſitus arbore multa
Lucus perpetuæ frondis honore viret.
Cum Phaëtonteis flagraſſet ab ignibus axis;
Ille locus flammis inviolatus erat.
Et cum diluvium merſiſſet fluctibus orbem;
Deucalioneas exſuperavit aquas.
Non huc exangues morbi, non ægra ſenectus.
Nec mors crudelis, nec metus aſper adit,
Nec ſcelus infandum, nec opum veſana cupido,
Aut Mars, aut ardens cædis amore furor.
Luctus acerbus abeſt, & egeſtas obſita pannis,
Et curæ inſomnes, & violenta fames.
Non ibi tempeſtas, nec vis furit horrida venti;
Nec gelido terram rore pruina tegit.
Nulla ſuper campos tendit ſua vellera nubes,
Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ.
Sed fons in medio eſt; quem vivum nomine dicunt;
Perſpicuus, lenis, dulcibus vber aquis.
Qui ſemel erumpens per ſingula tempora menſum,
Duodecies vndis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero ſtipite ſurgens,
Non lapſura ſolo mitia poma gerit.
Hoc nemus, hos lucos avis incolit vnica Phœnix,
Vnica, ſed vivit morte refecta ſua.
Paret, & obſequitur Phœbo memoranda ſatelles.
Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum ſurgens aurora rubeſcit,
Cum primum roſea ſidera luce fugat;
Ter quater illa pias immergit corpus in vndas;
Ter quater e vivo gurgite libat aquam.
Tollitur, ac ſummo conſedit in arboris altæ
Vertice, quæ totum deſpicit vna nemus,
Et converſa novos Phœbi naſcentis ad ortus
Expectat radios, & iubar exoriens.
Atque vbi ſol pepulit fulgentia limina portæ,
Et primi emicuit luminis aura levis:
Incipit illa ſacri modulamina fundere cantus,
Et mira lucem voce ciere novam.
Quam nec Iuleæ voces, nec tibia poſſit
Muſica Cyrrhæis aſſimilare modis.
Sed neque olor moriens imitari poſſe putatur,
Nec Cyllenææ fila canora lyræ.
Poſtquam Phœbus equos in aperta refudit olympi.
Atque orbem totum protulit vſque means;
Illa ter alarum repetito verbere plaudit
Non errabilibus nocte dieque ſonis.
Atque eadem celeres etiam diſcriminat horas;
Igniferumque caput ter venerata; ſilet,
Antiſtes nemorum, & luci veneranda ſacerdos,
Et ſola arcanis conſcia, Phœbe, tuis,
Quæ poſtquam vitæ iam mille peregerit annos,

Ac ſe reddiderint tempora longa gravem,
Vt te parat laſſum ſpatiis vrgentibus ævum,
Aſſucti nemoris dulce cubile fugit.
Cumque renaſcendi ſtudio loca ſancta reliquit;
Tunc petit hunc orbem, mors vbi regna tenet.
Dirigit in Syriam celeres longæva volatus;
Phœnices nomen cui dedit ipſa vetus:
Secretoſque petit deſerta per avia lucos,
Hic vbi per ſaltus ſilva remota latet
Tum legit aërio ſublimem vertice palmam,
Quæ gratum Phœnix ex ave nomen habet.
Quam nec dente nocens animal perrumpere poſſit,
Lubricus aut ſerpens, aut avis vlla rapax.
Tum ventos claudit pendentibus Æolus antris,
Ne violent flabris aëra purpureum;
Neu concreta Noto nubes per inania cæli
Summoveat radios Solis, & obſit avi.
Conſtruit inde ſibi ſeu nidum, ſive ſepulcrum.
Nam perit, vt vivat; ſe tamen ipſa creat.
Colligit hinc ſuccos, & odores divite ſilva,
Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs:
Quos aut Pygmææ gentes, aut India carpit;
Aut molli generat terra Sabæa ſinu.
Cinnama dehinc, auramque procul ſpirantis amomi
Congerit, & miſto balſama cum folio.
Non caſiæ mitis, nec olentis vimen acanthi,
Nec thuris lacrimæ, guttaque pinguis abeſt.
His addit teneras nardi pubentis ariſtas,
Et ſociat myrrhæ paſcua grata nimis.
Protinus inſtrato corpus mutabile nido,
Vitalique toto membra quieta locat.
Ore dehinc ſuccos membris circumque, ſupraque
Iniicit, exequiis immoritura ſuis.
Tunc inter varios animam commendat odores.
Depoſiti tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum
Æſtuat, & flammas parturit ipſe calor;
Aetherioque procul de lumine concipit ignem.
Flagrat, & ambuſtum ſolvitur in cinerem.
Hos velut in maſſam cineres in morte coactos
Conflat, & effectum ſeminis inſtar habet.
Hinc animal primum ſine membris fertur oriri,
Sed fertur vermis lacteus eſſe color.
Crevit immenſum ſubito cum tempore certo,
Seque ovi teretis colligit in ſpeciem.
Inde reformatur, qualis fuit ante figura;
Et Phœnix ruptis pullulat exuviis,
Ac velut agreſtes, cum filo ad ſaxa tenentur,
Mutari tineæ papilione ſolent.

Non illi cibus eſt noſtro conceſſus in orbe;
Nec cuiquam implumem paſcere cura ſubeſt.
Ambroſios libat cæleſti nectare rores,
Stellifero teneri qui cecidere polo.
Hos legit; his mediis alitur in odoribus ales,
Donec maturam proferat effigiem.
Aſt vbi primæva cœpit florere iuventa;
Evolat ad primas iam reditura domos.
Ante tamen, proprio quicquid de corpore reſtat,
Oſſaque, vel cineres, exuviaſque ſuas.
Vnguine balſameo, myrrhaque, & thure ſoluto
Condit, & in formam conglobat ore pio.
Quam pedibus geſtans contendit ſolis ad ortus.
Inque ara reſidens, ponit in æde ſacra,
Mirandam ſeſe præſtat, præbetque videnti:
Tantus ibi decor eſt, tantus abundat honor.
Principio color eſt, qualis ſub ſidere cæli,
Mitia quem croceo punica grana legunt.
Qualis ineſt foliis, quæ fert agreſte papaver,
Cum pendens veſtit Sole rubente polus,
Hoc humeri pectuſque decens velamine fulgent.
Hoc caput, hoc cervix, ſummaque terga nitent.
Caudaque porrigitur fulvo diſtincta metallo;
In cuius maculis purpura miſta rubet.
Clarum inter pennas inſigne eſt deſuper, Iris
Pingere ceu nubem deſuper alta ſolet.
Albicat inſignis miſto viridante ſmaragdo;
Et puro cornu gemmea cuſpis hiat.
Ingentes oculos credas, geminoſque hyacinthos;
Quorum de medio lucida flamma micat.
Æquatur toto capiti radiata corona,
Phœbæi referens verticis alta decus.
Crura regunt ſquamæ flavo diſtincta metallo;
Aſt vngues roſeus pingit honore color.
Effigies inter pavonis miſta figuram
Cernitur, & miſtam Phaſidis inter avem.
Magniciem, terris Arabum quæ gignitur ales,
Vix æquare poteſt, ceu fera, ſeu ſit avis.
Non tamen eſt tarda, vt volucres, quæ corpore magno
Inceſſus pigros per grave pondus habent.
Sed levis, & velox, regali plena decore.
Talis in aſpectu ſe exhibet vſque hominum.
Convenit Ægyptus tanti ad miracula viſus;
Et raram volucrem turba ſalutat ovans.
Protinus inſculpunt ſacrato in marmore formam;
Et ſignant titulo remque diemque novo.
Contrahit in cœtum ſeſe genus omne volantum;
Nec prædæ memor eſt vlla, nec vlla metus.
Alituum ſtipata choro volat illa per altum,

Turbaque proſequitur munere læta pio.
Sed poſtquam puri pervenit ad ætheris auras:
Mox redit iſta: ſuis conditur ille locis.
Hæc fortunatæ ſortis.fatique volucris,
Cui de ſe naſci præſtitit ipſe Deus.
Fœmina, vel mas hæc, vel neutrum ſit mage, felix,
Felix, quæ Veneris fœdera nulla colit.
Mors illi Venus eſt; ſola eſt in morte voluptas;
Vt poſſit naſci, hæc appetit ante mori.
Ipſa ſibi proles; ſuus eſt pater, & ſuus heres,
Nutrix ipſa ſui, ſemper alumna ſibi.
Ipſa quidem, ſed non eadem : quia & ipſa , nec ipſa eſt,
Æternam vitam mortis adepta bono.

FINIS.

CASP. BARTHII
AD CL. CLAVDIANI
Panegyricum,
IN CONSVLATVM PROBINI
ET OLYBRII,
Animadverſiones.

PRIMUS hic eſt Librorum, quos Latio ſermone Claudian' publicavit, ut teſtatum ipſemet voluit, Epiſt. IV. quę eſt ad alterum horũ Conſulum, Probinum:

Romanos bibimus primum te Conſule fontes:
Et Latia ceſſit Graia Thalia toga.

Fontis enim illâ Muſici hauſtio, initiatio eſt Apollineorum ſacrorum; quem qui bibiſſe plenius, potentius, plectrum Muſicum moviſſe dicebatur, ut Papinius œſtro ſuo percitus de ſe ubique gloriatur, & nos altero Adverſariorum Volumine ad Martianum Capellam notamus. Scriptus Liber eſt Anno Chriſtiano CCCXCV. quo Conſules fuere hi Germani, & tum Claudianum cœpiſſe inclarere accuratè notant, Chorus Chronologorum, Proſper, Caſſiodorus, Sigebertus, alij: Non verò temerè invenies Poetam, cujus diligentius à Chriſtianis memoria ſervata fuerit, cui rei cauſſam dediſſe arbitror Auguſtini primum, deinde, Oroſij teſtimonium; Et nobiliſſimas utiliſſimaſque, de penetralibus Sapientiæ petitas, ſententias; quarum copia & ſplendore vatem unum hunc cæteris de Latio univerſis opponere poſſis. Ut miret eſſe doctos elegantisq. ingenij homines, qui hoc nomine in ordinẽ redigere virum judicii divini voluerint: quaſi alio modo tractari Laudes virorum, quibus orbis egregium tum innitebatur, ſummotum poſſent; & non inſtruendi quoque eſſent hoc modo poſteri à Poëta Regiam Sapientiam profeſſo. Sed de hoc alibi. De Titulo, quem huic alijsq; noſtri reſtitutum voluerunt nonnulli eruditorum Panegyris nimirum, ego vehementer dubito; malimque Panegyricum uſitata ſcriptoribus optimis inſcriptione, eaque jam olim apud Latinos. Nam Panegyricum Auguſto ſcripſit Varus, teſte Schol. Horatij lib. I. Epiſtol. XVI. Alius ejusdem Scholiaſtes notiſſimum Panegyricum Auguſti appellat, quorum neſcio an illa quiſpiam uſus fuerit, utive adeò voluerit; licèt Heſychius tale quid excuſatum venire videatur, qui πανήγυειν,

inter cætera *breviter* exponit cui ſi exemia teſtimonia auctorum non eſſent, poſſet exemplum dubiæ hujus præſcriptionis forte ſupereſſe. Interim de olim vulgata probaq; nos nihil mutamus. Ipſe titulus in veterioribus editis ſic concipitur IN CONSULATUM PROBI, PROBINI, & OLYBRII. Non prorſus ineptè, ſi tempora, à Romano more mutantia conſideramus. Probus enim Præfectus Prætorio, & Conſul Ordinarius, quidni cum filiis geminis eundem honorem habuerit; nomine Conſul, ſi non reipſa, qui Conſulum Pater? idque datum fuerit longis & perpetuis ejus in Rempublicam meritis? Ut Ordinarius Conſul perhibeatur, qui ſummis honoribus præfuerit XXX. ipſos annos, quibus filios inſtruxit eo ſucceſſu, ut Conſules poſt Patrem fierent. Sanè & Hieronymus trium Heroum horum Ordinarios Conſulatus memorat, continuatos honores domus ejusdem intelligens Epiſt. ad Demetriadem: *Proba*, inquit, *illa omnium dignitatum, & cunctæ Nobilitatis in urbe Romana nomen illuſtrius cujus ſanctitas, & in univerſos effuſa bonitas, etiam apud Barbaros venerabilis fuit, quam trium Liberorum; Probi, Probini, & Olybrij, n nfatigarunt Ordinarij Conſulatus.* Itaq; Inſcriptionem illam, Parentem filiis jungentem, ab ipſo Claudiani ævo permanſiſſe cenſeas. Probi emerito velut & omnes honores emenſo nomine, accedente Liberorum titulis, Ordinarius ipſius Conſulatus dicis gratia fuerit, cum filii verum obtinerent: eodem reſpiciunt Auſoniana hæc, Epiſtol XVI, ad Probum ipſum iſtum:

Dico hunc Senatus præſulem
Præfectum eumdem & Conſulem:
Nam Conſul æternum cluis.

Quo Catone contenti eſſe poterimus. Cæterum Proba illa, de qua B. Hieronymus loquitur, Probi fuit marer, avi Probini horum & Olybrii qua de ca ſſa. *Liberorum*, non *filiorum* nomine uſus eſt prudentiſſimus ſenex. Liberorum enim deſignatio tam ad Nepotes quàm Filios pertinet, auctoribus Jureconſultis. Vide Paullum cap X. de Gradibus Cogn. quoſque deſcribunt Doctores hodieque ad Titulum de Liberis & Poſthumis. Ordinarii porrò Conſulis honos non ſoli huic Probo contigit; ſed pariter capiendum arbitramur, inſecuti temporis viris præclariſſimis, Boethio, & Caſſiodoro, qui pares meritis in Remp. vix paucos poſtea habuerunt. Alia res fuit ſub prioribus principibus, ut nemo ignorat, tu conſulere habes doctiſſima Commentaria Turnebi, libro V. cap. X. Adverſ. quæque docti ad Symmachum & Sidonium commentantur. Claudianus verò noſter, ab hoc Panegyrico recitato, videtur Patronos nactus hos Germanos, certè promotionem ſuam non obſcurè iisdem acceptam fert. Eadem ad Probinum Epiſtola.

Incipiensq; tuis à faſtibus omina cœpi:
Fataq; debebo poſteriora tibi.

Sic enim eo loco rectè emendatum Joſepho Scaligero, Doctorum Principi, & manifeſtò præferunt membranæ nobis collatæ. Porrò Probi liberorum iſte Conſulatus ut Lumen Litteris inſigne, ævo quidem illo princeps, Romanis dedit in præclaro hoc Vate, ita Reipublicæ eripuit longè fulgentiſſimum, Theodoſium nimirum invictiſſimum Principem, cui parem poſt non habuit ullum, pauciſſimos etiā priora, utin ejus Panegyrico à nobis rebus neceſſariis demonſtratum eſt, refutato dedita opera vitilitigatore Zoſimo.

Verſu. I. SOL qui.] Solem compellat invocatq;, ut lætum diem producat; Antiquiſſimo more felicitatis obſervandæ, ut momentum Principi laudando, faciat non ultimum ſerenitas diei: Inde enim mores principis æſtimabantur. Græcos omittam, Papinius XVII. Conſulatu Domitiani.

Aſpicis ut templis alius nitor, altior aris
Ignis, & ipſa meæ tepeant tibi ſidera brumæ
Moribus atq; tuis. ——————

Plenus noſter, & ab eo Sidonius, Ennodius, Corippus, Venantius. Accedit ſuperſtitio priſca quæ Numinum favorem cœli ſerenitate

tate metiebatur. Noſter Quarto Conſulatu Honorii —— *tenebris involverat atris*

Lumen hiems, denſosq; notus collegerat imbres.
Sed mox, cum ſolita mileste voce levaſſet,
Nubila diſſolvit Phœbus, pariterque dabantur
Sceptra tibi mundaq; dies. ——
Imperii lux illa fuit; praſagus obibat
Cuncta nitor, riſitq; tuo Natura ſereno.

Quo loco vide noſtras Notas. Solem exoratum hic, alibi pati re ſuis faviſſe Heroibus, videri vult. De Conſulatu Stiliconis, lib. II. Laudum.

—— *exultat uterque*
Theudoſius, divique tui: Sol ipſe quadrigis
Vere coronatis dignum tibi praparat annum.

In Nuptiis ejusdem, Libro. I.

Tunc & Solis equos; tunc exſultaſſe choreis
Aſtra ferunt, mellisq; lacus. ——

Solis nomine omnes ſummos Deos intellige. Eorum enim temporum Sophiſtæ, ſive Philoſophi, quorum principali propagine ortus hic vates, Soli Regi omnia ſumma Deorum tribuebant, ut vides vel in ſolo Juliani Apoſtatæ Hymno: cui jungas Heliodorum, Themiſtium, Libanium, Zoſimum. &c.

Sol. qui.] Exprimit hæc magni ingenii vates maximus, ſi in alia tempora incidiſſet, Venantius Fortunatus Lib. VI. carm. II. in Nuptias Brunechildis & Sigeberti Regum:

Felicem, Sol, pande diem, radiisq; ſerenis
Sparge comas, thalamos ſincero lumine complens.

Idque carmen ferè fruſtillatim de variis Claudiani locis contextum eſt: Unde videre habemus penè ſolum imitatione dignum eo ævo æſtimatum; ut neque Sidonio & Ennodio ulla pagina ferè ſine lublectione noſtri.

Sol.] Solem invocat, ut dixi, maximi Deorum vicem: Is enim viſibilium Corporum præſtantiſſimum, quem Opificem etiam hominum cenſuerunt alij Notum Philoſophi dictum. SOL & *ſperma perficiunt hominem* Auſonius pulcrè Eclogario. Sic Sapientes Romani eum ex antiquo adorabant. Cicero in ſomnium Scipionis: *Gratias tibi ago ſumme Sol, vobisq; reliqui cœlites, quod antequam ex hac vita migro, conſpicio in meo Regno P. Cornelium Scipionem.* Cicero enim loquitur etiam in alia perſona. Oriens Univerſus velut privilegio quodam Numinum Solem præcipuum venerabatur, ut nunc quoq; Perſæ ignem, licet Mahumetani: & Novi Orbis incolæ, Cauſſæ, ex ſe ſapienti, ut nunc eſt, mortali, videntur maximæ ſideris hujus actu venerandi fuiſſe, ob perpetua beneficia, & operationes in vitam humanam. *Sol enim fons eſt vitalis potentiæ, Luna naturalis.* Ptolemæus Centiloquij cap LXXXVI. *Sol & Luna poſt Deum omnium viventium vita ſunt.* Hermes Aphoriſmo primo. Scriptor Sapientiæ Salomonis. cap. XIII. *Vani ſunt homines quibus non ſubeſt ſcientia DEI, neque enim operibus attendentes, agnoverunt quis eſſet artifex, ſed aut ignem aut ſpiritum, aut Solem & Lunam rectores orbis terrarum Deos putaverunt.* Hic fons eſt & origo Temporum, Rex & Illuſtrator cæterorum aſtrorum, cujus exortu nova vita & Lætitia erigit univerſa momentis Legibusque ſuis viventia. Idem Dici & Harmoniæ illius cœleſtis, quam rerum omnium ſubjectarum Concordia & conſpiratio ſequitur, auctor, teſte Martiano Capella, Libro I. Laudes habes apud eundem Capellam, cujus Satirico multa i ſunt interioris veterũ Theologiæ myſteria, Hymno peculiari, ut & Proclum, Orpheum, Homerum, Julianum Parabaten: Quorum hic quidem ita ſermocinatur, ut in contumeliam Creatoris dedita opera Creationem laudare voluiſſe videatur. Solem non Lucem ſolum, ſed Lucem Intellectus capacem, fontem ipſum Intelligentiæ celebrant alij Veſtius Valens: *Sol omnium rerum inſpector eſt igneus, & lumen intellectuale, ſenſuumq; animi inſtrumentum* Unde νοερõ πυρὸς βασιλεὺς Proclo initio eruditiſſimi in eũ Carminis.

Κλῦθι πυρὸς νοεροῦ βασιλεῦ, χρυσήνιε Τιτάν,
Κλῦθι φάους ταμία. ζωάρκεος ὦ ἄνα πηγῆς.

Et non minus pulcrè Martianus Capella, nec ſine veritatis notitia.

Ignoti vis celſa Patris, vel prima propago,
Fomes ſenſificus, Mentis Fons, Lucis Origo,
Regnum Naturæ, Decus atque Aſſertio Divûm.

Νοερὸν appellabant etiam Stoici, cum de cæteris: non nemo Philoſophus portentosè nugaretur, quorum ſcita habes apud Plutarchum (modo is ſit Collectionis illius non prudentiſſimæ, auctor) ἀρεσκόντων Libro II. De meritis ſive Beneficijs ſummi ſiderum in vitam Humanam Julianus Imperator:

Καὶ γὰρ οὐδὲν ἐστὶν ἀγαθὸν κατὰ τὸν βίον, ὃ μὴ παρὰ τοῦ θεοῦ τοῦδε λαμβάνειν ἔχομεν, ἤτοι παρ' αὐτοῦ μόνου τέλειον, ἢ διὰ τῶν ἄλλων θεῶν παρ' αὐτοῦ τελειούμενον.

Vide totum libellum, quem tribus à ſe noctibus evigilatum ait homo jactantiſſimus, velut nec Dei ipſius, quem laudabat, ope ad ſcribendum quæ vellet velit opus habens. Alij ſolorum ſapientium patrem cenſebant ſolē uti auctor eſt Chriſtianus Sophiſta Zacharias aureolo Dialogo de Mundo, quem illuſtratum cum Ænæa Gazæo in Bibliothecæ armarijs habemus.

V.1. FLAMMIFERIS.] Pars Belgicorum Codicum Panegyricum hunc non habent; qui habent, conſenſu referunt--*flammigeris*. Quibus & Noſter aſſentitur. Flammiferi hinnitus equorum ſolis ſunt apud Ovidium Metam. II.

——*hinnitibus auras Flammiferis implent.*--

Flagrantes, ipſi equi, flammigeri ſcilicet, apud Papinium, lib. III. Th.

Solverat Heſperij devexo margine ponti
Flagrantes Sol pronus equos.——

MUNDUM]Τὸ πᾶν. Univerſam rerū machinam. Uti Græcis κόσμος. Ocellus Lucanus.

Τὸ δέ γε λεγόμενον ὅλον, καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον. Cleomed. lib. I. κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων.

Vide Stobæum Phyſicis, Auctorē de Mundo, & Apuleium, Solem autem Deorum hominumque, nedum univerſæ Conditionis, Illuminatorem Oculumque celebrant Poëtarum filij.

MUNDUM COMPLEXUS.] Non mole ipſa flammigeri corporis, quo enim decurrit, minor ſpatio eſt Sol, περιέχει γὰρ τοῦτον ὁ Οὐρανὸς, ait Zacharias noſter, & Leōtius in Sphæra Aratæa: οὐρανὸς ἐστὶν ὁ περιέχων τὰ πάντα πλὴν αὐτοῦ; ſed Luce, Radijs, fulgore. Complectendi enim voce ſic utuntur Poëtæ, alijque ſcriptores. Papinius Equo Maximo.

Quæ ſuper impoſito moles geminata coloſſo
Stat Latium complexa forum

Cujus nobiliſſimum decus erat, quodque forum illuſtrabat. Vel ad curſum aut volatum ejuſque velocitatem ſpectat, ut Idem Theb. III.

Nonne ſub excelſo ſpirantis limite cœli
Amphiarae, vides, curſus ut nulla ſerenos
Ales agat, liquidoque polum complexa meatu
Pendeat, aut fugiens placabile plauſerit omen.

Eſt enim *Complecti*, ambire, circumire. Rutilius Numatianus libro I. Itinerarij de Roma ſua.

Tu quoque Legiferis mundum complexa triumfis
Fœdere communi vivere cuncta facis.

Alioquin cœli eſt revera amplecti omnia, non Solis. Claudian. III. Stilic.

tante qui proſpicis Vrbi,
Qua nihil in terris complectitur altius æther.

Ita

Ita verò *continere*, id eſt, fovere, circumplecti luce & vita omnia Solem, idem Rutilius canit, Romæ Encomio eodem.

Volvitur ipſe tibi, qui continet omnia, Phœbus.

Quod verbum vi ſua nemini obſervatum elucidatumq; memini, unde parum intellecti ſcriptores, ipſo eruditius uſi. Petronius: *Nondum juvenes Declamationibus continebantur, cum Sophocles atque Euripides invenerunt verba quibus deberent loqui.* Hoc eſt *compeſcebantur*, ne evaderent Scholaſticos limites, vitio factos, & generoſos naturæ motus in Orationem ingenuam ſequerentur. Quintilianus, Lib. III. cap. VIII. *Si quid in his unum ſequi oporteret, potior fuiſſet apud me Ciceronis ſententia, qui hoc materiæ genus dignitate maximè contineri putat.* Id eſt, utile eſſe, gaudere, abſolvi. Cæſar, lib. I. de bello Gallico: *Eorum una pars: quam Gallos obtinere dictum eſt, initium capit à flumine Rhodano; continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum.* Varro de Vino.

Hoc continet congulum convivia:

Cicero Lib. IV Tuſculan. Quæſt. *Reliquas enim virtutes frugalitas continet.* Quam lectionem non mutandam Exempla hæc docent, contra quam voluit nuperus qui ultimò oſtentavit. Simili uſu Phœdrus lib. II.

Exemplis continetur Aeſopi genus.

Arnobius Libro VII. *Et quis ita eſt hominum Deus prorſus qui ſit ignorans, ut eos exiſtimet contineri alicujus alimoniæ genere.* Salvianus libr. I. *Pecudes ipſas & minutiſſima quæque domeſticorum animantium genera, non niſi humana ordinatione atque conſilio, quaſi quadam manu atq; gubernaculo contineri.* Caſſiodorus de Anima. De Deo: *Poteſtas incomprehenſibilis, Beatitudo mirabilis, ex qua beantur quæcunque beata ſunt; vivificantur quæcunque viventia ſunt, continentur, quæcunque ſubſiſtunt.* Hoc eſt ſervantur, in forma, ſpecie, ſubſtantiaque cuſtodiuntur propria, quam vim Soli Rutilius propoſito verſu adſcribit. Eucherius, ſive Euſebius, ut volunt, de Gallia, Homilia in Feriam Sextam Adventus: *Semper ejus Beatitudinem Eccleſia concinit, in qua ſimul omnes generationes continentur.* Poteſt verò ut contiuum etiam, contentumque curſum Sideris idem Vates indicet, velut *contentum gradum* Socratis Cicero duxit. *Contentus* enim, qui ſtricto curſu vadit, nec moratur quippiam, quod de Sole eruditè dixerit. Germanicus Arato:

Hunc ſequitur rapido contenta canicula curſu.

Valerius Flaccus, lib. III. Argonaut.

Per piceos accenſa globos, & pectus arundo
Per medium contenta fugit.

Lucanus, libro VII.

Quis languida tela
Quis contenta ferat.

Sed horum plus ſatis iſto loco. Ubi verò Claudiano complecti ambire, ſic ambitum aliis deſignat Complexio. Proſper. lib. I. de vita Contempl. cap. II. *Minus concipit mentis humanæ, quamlibet profunda, complexio, quam ſe habet rei ipſius magnitudo.*

V. 2. VOLVIS INEXHAUSTO REDEUNTIA SECULA MOTU.] Longè doctiſſima temporis periphraſis, quod à Sole per annuos recurſus vertitur & conſtituitur; in orbem immenſum rediens ab emenſo, ſeq; repetens atq; conficiens. Euſtathius fine libro II. ex Examero Baſilii Magni: *Hæc ratio eſt volubilium ſchematum, ut à ſe incipientia ſemper in ſemetipſa ferantur. Quod etiam ſæculorum proprium eſt, quæ per ſua ſe inceſſanter veſtigia revolvendo, terminum nulla ratione percipiunt.* Inde nomen anno. Servius Aeneid. 1. *Annus quaſi annulus quod in ſe redeat.* Quo genere ſuavi acumine Poëtarum omne genus ludit. Scilicet quod unius anni exitum hauriat in ſe alterius initium, ſeque repetat ex ſe, quod cum conſumi videatur, renaſcitur de fine ſuo, orbem perpetuum obiens. Virgilius Georgico.

redit agricolis labor actus in Orbem.
Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

Pertinere huc videbis quæ de Tempore commentantur, Ariſtoteles Phyſic. libro IV. cap XVI. ejuſque Commentatorum numerus. Nicephorus Blemmydes cap. IX Stobæus Eclogis. Laërtius Platone, Plato Timæo, & alibi. Timæus de univerſo, Seneca de Brevitate vitæ, Plotinus locis plurimis. Auguſtinus lib. XII. de Civit. Dei, & lib. XI. Confeſſionum. Plutarchus περὶ Αρετ. libr. I. cap. XXI. Sextus Pythonius, Zacharias de Opificio Mundi, magnaq; vis aliorum. Nos Poëtarum nonnulla ſcita Rerum orbem cum noſtro hunc celebrãtia, proponemus, inſperſis & aliorum quorundam dictis. Minutius Felix, cujus ad verbum aliqua alibi Claudianus reponit, Octavio: *In fontem refluunt, & in ſeſe omnia revertuntur.* Diopanius Florus, vates Chriſtianus.

Tempora tranſcurſis in ſe redeuntia rivis.

Ovidius, Libro XIV. Varius, Auguſtæi ævi ſcriptor, apud M. Victorinum, libro I. Grammat.

Varij additi vocum modi,
Ad quos reſonat mundi tenor
Volventu in veſtigia
Sua ſe ———————————

Sic concinnandi ij verſiculi penes Victorinum. Fulgentius. Mythol. lib. I. de Saturno: *Falcem etiam fert non immerito, ſive quod omne tempus in ſe vergat, ut curvamina falciũ, ſive propter fructum* Vide Plinium lib. II. c. VI. Sic veteres Ægyptij annum Dracone notabant, qui poſtrema caudæ ſuæ deglutiret. Orus Apollo, ſive Philippus Byzantius, Hieroglyph. de Tempore:

Αἰῶνα δὲ ἐπίςως γράψαι βουλόμενοι, ὄφιν ζωγραφοῦσιν ἔχοντα τὴν οὐρὰν ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα κρυπτομένην. ὃν καλοῦσιν Αἰγύπτιοι, οὐραῖον, ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ βασιλίσκον. Et ſequenti capite Idem de Mundo.

Κόσμον βουλόμενοι γράψαι, ὄφιν ζωγραφοῦσιν τὴν ἑαυτοῦ ἐσθίοντα οὐράν. καθ' ἕκαστον δὲ ἐνιαυτὸν τὸ γῆρας ἀφεὶς ἀποδύεται, καθ' ὃ καὶ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ ἐνιαύσιος χρόνος ἐναλλαγὴν ποιούμενος, νεάζει. τὸ δὲ ὡς τροφῇ χρῆσθαι τῷ ἑαυτοῦ σώματι σημαίνει τὸ πάντα ὅσα ἐκ τῆς θείας προνοίας ἐν τῷ κόσμῳ γεννᾶται, ταῦτα πάλιν καὶ τὴν μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνει.

Anaſtaſius Sinaita, lib. 1. Comment. in Hexameron: *Ægyptij quoque ſacra ratione Draconem, qui vorat caudam, inſculpunt pyramidibus, æternam & individuam circumactionẽ divinarum rerum ſignificantes, Draconem enim in Deos referebant Ægyptij*, Martianus Capella, lib. I Itidem de Saturno: *Verum ſator eorum (L. Deorum) greſſibus tardius ac remorator incedit, glaucoq; amictu velatus caput, prætendebat dextra flammivomum quendam Draconem, cauda ſua ultima devorantem, quem credebant anni numerum nomine producere.* Albricus, ſcriptor medij ævi, ſed exſcriptor Meliorum: *Saturnus pingebatur homo ſenex, canus, prolixa barba, curvus, triſtis & pallidus; tecto capite, colore glauco, qui una manu, ſcilicet dextra, falcem tenebat, & in eadem ſerpentis portabat effigiem, qui caudam propriam dentibus commordebat. Saturnus hic temporis erat effigies, Dracunculus anni.* Alia in hanc rem lege in Macrobij Commentario ſuper ſomniũ Scipionis, Appuleio Dogmate Platonis, alijs: Excurrunt enim iſta inſtituti Operis Limites. De Poetis quod diximus, inſtar cæterorum erit omnium Creſconius Corippus, ornatiſſimis, ultra ſeculum, verſibus lib. Quarto.

Lux octava novo naſcentis lumine Chriſti
In ſe volventis veſtigia flexerat anni.
Circulus alterius referens de fine dierum
Principium, teretemq; rotam novus ordine menſium
Vrgebat numerus, totum qua volvitur ævum,
Et finit ſine fine dies. ———

Satiſque docte & Muſicè media Barbarie Arnulphus Lexovienſis. Carm. IV.

Sic

Sic abit ut redeat, redit ut retranſeat, annus.
Præcipitem revocans præcipitansq́; rotam.
Sic rota perpetuos agit alternatis menſes,
Et veteres renovat, inveteratq́; novos.
Hunc divina frequens ludit Sapientia luſū,
Et varianda movens invariata manet.

Ad orbem iſtum exprimendum aliis etiam figuris utebantur Mythologi Theologique, veteres: ita Coronam ferebant indicem omnium in ſe redeuntium, in Daphnophoriis, de qua Proclus, in Chreſtomathia Photiana Poetica.

2. REDEUNTIA SECULA.] Male liber noſter ——— *Sidera* ——— Contrà cæteros omnes. De tempore enim annuo, quod repetitum in ſecula excreſcit, ſermonem habet, uti io ſeſe ſcilicet recurrat, & ex ſeſe redeat. Sic Columbanus ad Hunaldum:

Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,
Alternantq́; elementa vices, & tempora mutant;
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus:
Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems: redit Annus in Annum.

Elegantiſſimè Ovidius, tum alibi ſæpius, tum in XV. Metamorphoſi.

Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu.
ut unda impellitur unda
Urgeturq́; eadem veniens, urgetque priorem,
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq́; ſequuntur.
Et nova ſunt ſemper &c.

Claudianus lib. II. de Laudibus Stiliconis.

Immenſi ſpelunca ævi, quæ tempora vaſto
Suppeditat revocatque ſinu: complectitur antrum
Omnia qui placido conſumit numine ſerpens;
Perpetuumque viret ſquamis, caudamq́; reductō
Ore vorat; tacito relegens exordia lapſu.

Pari ſenſu Solem eundem atque alium redire dixit Horatius Carmine Seculari.

Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis & celas, aliusq́; & idem
Naſceris. ———

Secula omne ævum denotant, nihil enim non abſolvitur horum cenſu, unde in ſecula ad ſecula, per ſecula Æternitatem indicant. Papinius lib. V. extremo.

Felices, longum quibus hinc per ſecula nomen.
Dum Lernæa palus, & dum pater Inachus ibit.

Virgilius, ſive alius quis, Ceiri.

inter ſeſe triſtes Haliætos iras
Et Ceiris memori ſervant ad ſecula fato.

Adi Hieronymum in Epiſtolam ad Galatas. Seculorum autem, ſive ſeculi, non una Romanis ſignificatio. Vide Servium ad verſum Æn. VIII.

Sed mihi tarda gelu ſecluq́; effœta ſenectus.

3. MEL ORE COMA.] Radiis nitidioribus. Apollinis enim Coma, radii ſunt Solis. Papinius libro III. Thebaid.

Solverat Heſperii devero margine ponti
Flagrantes Sol pronus equos, rutilamq́; lavabat
Oceani ſub fonte comam.

Sic aliorum omnium ſiderum, De ſtellis Juvencus, libro IV.

Amittet curſum Lunaris gratia Lucis,
Igni comaq́; ruent ſtellæ

Avienus Aſtronomicis de fulgure.

axe ſupremo
Si Borea, ſtringat rutili coma fulguris auras.

De globo flammæ idem Papinius, eodem Libro.

volat ignea moles.
Sæva Dei mandata ferens, cœlumq́; triſulca
Territat omne coma.

Crinita incendia, flammas ſpargentia, apud Marium Victorem lib. II. Geneſeos.

Scin-

Scintillamq; ciet, ſicco quæ fomite nata
Exſilit in flammam, & crinita incendia latè
Extendêt, tota jam ſilva ardebat adepta.

Hinc Solem, nunquam non lucentem, ſemper crinitum fingebant.

Avienus Periegeſi:

Icarus ignicomo Soli ſacra.

Porta Priapæus.

Phœbus comoſus, Hercules lacertoſus.

Silius Italicus, lib. XIV.

Criniger aſtiferis Titan fervoribus Ita enim legendum; non *aſtriferis.* ——— De Coma Apollinis, Homerus, Orpheus, Proclus, Callimachus, Hymnis, Macrobius, Saturnal. Lib. I. cap. VII. Martianus Capella lib. I. Alij. Notatum ſupra felicia tempora vovere Claudianum ferenæ diei poſtulatione. Contra turbulenta tempeſtas, adverſam Fortunam denotat, Ovidius:

Cum Deus intonuit non ſe ſubducere nimbo,
Hæc demum Pietas, hæc ſocialis Amor.

Nubila tempora. Idem. Triſtium. I.

Donec eris felix multos numerabis amicos,
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Sic in ſacris litteris nocti tenebrisque infortunia æquantur. Sæpè in Pſalmis. Hiobi cap. XXIII.

Κύριος δὲ ἐμαλάκυνε τὴν καρδίαν μου, ὁ δὲ παντοκράτωρ ἐσπούδασέ με. οὐ γὰρ ᾔδειν ὅτι ἐπελεύσεταί μοι σκότος, πρὸ προσώπου δὲ, τὸ ἐμὸν ἐκάλυψε γνόφος.

Nox enim mortis imago, ut dies vitæ. Hilarius Arelatenſis in Geneſi.

Quo mage forma dies vitæ, nox mortis imago.

Tertullianus Carm. III. in Marcionem.

Nox eſt mortis imago.

Sic apud Cebetem miſeri in loco ſunt τῶν ἐν σκότῳ. Unde divinam felicitatem Auguſto ſpondet Maro, notiſſimo elegantiſſimoque Epigrammate:

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane,
Diviſum Imperiũ cum Iove Cæſar habet.

4. BLANDIUS ELATO SURGANT TEMONE JUGALES.] Diſtinctione peccant vulgati libri. Sententia enim ſic concipienda eſt, ut temonem blandius attollere repexi dicantur jugales: ne ſcilicet cum furore ineant, aut aſperis animis, diei illius curſum. Blandam exſultationem Solis equis adſcribit, ut lib. I. de Laudibus Stiliconis:

Tunc & Solis equos tunc exſultaſſe choreis
Aſtra ferunt

5. ROSEUM IGNEM.] Rubicundiorem diurno, qualis ſolet eſſe Auroræ aſpectus, cujus Aula plena ideo fingitur Roſarum. Ovidius Metam. II.

ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas, Aurora fores, & plena roſarum
Atria

Papinius III. Silv. I.

roſeâ ſub luce reverſi
Artifices mirantur opus, Hoc eſt, Prima Aurora. *Ambroſium pudorem* pulerè dicit Martianus Capella. Blandiorem ergo ignem poſcit Solis vates: *Roſeus* enim ſuavitatis eſt colos, ipſo nomine vernum & hilare aliquid inferens, Veneris Gratiarumque flori concolore conſpectu. Ipſi Conſules vix primo flore veſtiti genas, floridum diem roſeumque Solem videbantur expoſcere. Ignem alioquin in nares generoſorum equorum ponunt Poetæ. Nemeſianus Cynegetico.

Fumant humentes calida de nare vapores.

Claudianus IV. Conſulatu Honorij.

Vtq; tuos primum ſonipes calcaribus arſit
Igneſcunt patulæ nares.

Virgilius, Georgic. III.

micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit ſub naribus ignem.

5. EFFLANTES.] Hoc Poetæ dedere Solis equis. Virgilius.

alto ſe gurgite tollunt
Solis equi, Lucemq; elatis naribus efflant.

Ovidius.

hinnitibus auras Flammiferis implent.

4. ELA-

4. ELATO SURGANT TEMONE.) Bentinianorum Codicum quiſpiam

Blandius elato rubeant temone--

Qua mutatione opus non eſt. Ex Oceano enim ſurgere dicuntur Solis equi, velut eo merſi, quod Epicuri ſerium commentū multis irridet Cleomedes, unde & Ros, qui Aurora ſurgente terræ incidit, his decidere fingitur, Papinius Achill. II.

Iam premit aſtra dies, humilisq; ex æquore Titan
Rorantes evolvit equos, & ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit

Silius Italicus, Lib. VI. Punicor.

flammiferum tollentes æquore currum
Solis equi, ſparſere diem.

6. NOVA GERMANIS CONSULIBUS.] Non tamen hi primi fratres Conſules: Sub Conſtantino JULIANUM & PAULINUM lego Romanas Curules tenuiſſe. Vide Notas ad extremum hunc Panegyricum.

6. ANNUS] Nomine ſuo Annū inſignire, hoc eſt, Conſulem eſſe, ſummus tunc quoque honos: & laudat infinitis locis Claudianus. Annuæ verò pleræque poteſtates Romanæ cauſſis ſapientibus. Caſſiodorus, libro VII. Epiſt. II. *Prudenter omnimodis inſpexit Antiquitas, Provinciarum dignitates annua ſucceſſione reparari, ut nec diuturna poteſtate unus inſoleſceret, & multorum provectus gaudia reperirent.* De *Anno* à Conſulibus nomen ſumente ſequentibus Commentariis uberius. Illud nec indignum nota Sacerdotum Auguſtorum patem Conſulari honorem fuiſſe jam inde à primo Octaviano, qua de re vide Collectanea Julij Cæſaris Bulengeri de Imperatore, libro. I cap. XIII.

7. LAETIQVE PETANT EXORDIA MENSES.] Ex Pollione Maronis:

incipient magni procedere menſes.

Plerisq; Conſularibus Panegyricis ſequitur Claudianis, breve Papinij Carmen in Decimum Septimum Domitiani.

8. SCIS GENUS AUCHENIUM.] Mira portenta Libri & Librarij hic confecerunt. Noſter Codex--*Anthemum*- Belgici, quotquot habuerunt hoc Carmen--*Ancherium*- Claverius ex Cujacianis *Anicium*- Quomodo & Delrius. Scaliger-*Anthemium*- quod nobis probatum quondam. Aldus *Auchenium* ut & Michael Bentinus, edidit. Claverium ex optimis Codicibus optimè emaculaſſe cenſeo, nec ſyllabæ ea eſt ratio ut moram facere veritati recipiendæ debear. Quamvis nec Auchenij fruſtra ſint. Nam Aniciorum vocabulum & hoc fuiſſe docent Faſti, in quibus hoc eodem ævo ſub Honorio Cos. nominatur. ANICIUS AUCHENIUS BASSUS Et ita voluit doctiſſimus Sirmondus, ut proditum Caſp. Scioppio ad Symmachi lib. X. Epiſt. XL. *Anthemius* ſanè vix fuit hujus familiæ cognomen, neq; in Probotum titulis comparet, nec alibi legitur tantæ hoc ævo generoſitatis. De Aniciorum verò ſumma nobilitate, tumq; antèq;, & poſtea Romanarum ſtirpium ferè præcipua, ex Livio, Prudentio, Ambroſio, Gaudentio, Caſſiodoro, Fortunato, Ammiano, notarunt doctiſſimi viri. Nec ſinit dubitare, quod eandem lectionem alio infrà loco repeti monuit idem Claverius.

V. 9. ANNIADÆ.] Mira hic etiam librorum hallucinatio. In noſtro vera ſcriptura diſertè comparet *Anniadæ* Alij Belgici libri-*Anniadæ*. Sed dubitandum non eſt de ANNIIS, junctis ANICIORUM nobilitati. Auſonius Epiſtola XVI. ad Probum.

Stirpis novator Anniæ,
Paribusq; comis infulis.
Aniciorum ſtemmata.

Sic duo hæc jungit, florem Romanæ Nobilitatis nominatim recenſens Prudentius, lib. I. in Symmachum, Proborum ſanguinem utriq; innectens.

Anniadum ſoboles, & pignora clara Proborum.
Fertur enim ante alios generoſus Anicius Orbis
Illuſtraſſe caput.

B Nihil

Nihiſitaque deinceps de veritate ſcripturæ dubitandum.

PARENTES ANNIADÆ.] Duo Belgici Libri *potentes* Nihil mutandum, tanta ablentiente cæterorum copia.

9. DUCTORIBUS ILLIS] Conſulibus, qui Duces anni, & Honores Omnes ſuo illuſtrant, ducuntq; Papinius IV. Silvarum. I.

gaudent turmaque, tribusque,
Purpureiq; patres, Lucemque à Conſule ducit
Omnis honos.

10. INSTAURARE vias.] Recentare annos, & felicibus titulis mactare. Papinianum eſt, ex eodem Carmine, Jano Cæſarem alloquente:

Salve, Magne parens mundi, qui ſecula mecum
Inſtaurare paras.

10. ADDERE NOMEN.] Honoris ipſius Anni, dicere vult, gratia. Noſter alibi *Ornatur Fortuna viro*. Caſſiodorus de Conſulari pariter dignitate, lib. VI. Epiſt. XX. *Sed quale tibi debet eſſe, quod curules inclutas probatur ornare.* Ennodius Panegyrico Theodoſij. *Ad Vic' ſſitudinem operum tuorum faſces accepiſti, non quo tibi accederet Genius de Curuli, ſed ut de te pretium palmata mereretur.* Venantius Fortunatus, lib. IX.

Aequali ſerie vos nobilitando viciſſim,
Tu genus ornaſti, te genus ornat avi.

Frequentia Conſulum cuivis notari obvia.

11. HIS NEQUE PER DUBIUM PENDET FORTUNA FAVOREM.] Liber Nobis collatus. *His neque per dubium pendi Fortuna Pavorē, Nec novit mutare vices* Hoc eſt, ignorat æſtimari, non ſolet cenſeri ab his dubio pavore. Scriptura eleganti cum de Judicio hominum prudentiſſimorum loquatur, qui Fortunam ipſam in ſu habeant arbitrio. Sic de Stilicone Libro primo Laudum.

Nil tribuat Fortuna ſibi: ſit proſpera ſemper,
Illa quidem, ſed non uni certamina pugna
Credidimus, totu non conſtitit alea caſtris.

Nihil tamen mutamus, tot alijs, & quidem conſenſu, nolentibus. Pavor autem incerti inconſtantisq; animi ſignum. Auſonius Protreptico.

Degeneres animos timor arguit

Prudentius Pſychomachia Superbiæ

Mens humilis, quam degenerem trepidatio prodit.

Contra, pericula nulla metuere, Nobilitatis indicium eſt. Adraſtus de futuris ſibi generis, prima Thebaide.

prodite tandem,
Vnde orti? quo fertis iter? quæ jurgia? Nam vos
Haud humiles tanta ira docet: generiſque ſuperbi
Magna per effuſum clareſcunt ſigna cruorem.

12. FIXUS IN OMNES COGNATOS PROCEDIT HONOS.] Fato velut debitus & immobilis. Paria dixit, niſi lævo animo obliquè ſenſiſſet, Nævius de ſuæ Tempeſtatis Conſulibus velut Ordinarijs, apud Aſconium & Terentianum.

Fato Metelli Romæ fiunt Conſules.

13. PROCEDIT HONOS.] Ordine non interrupto. Hinc cognomen nacta Nobilitas Probinorum & Olybriorum, ut *Trabeata* ſpeciatim appellaretur. Qua de re vide notata doctiſſimo viro ad Symmachum lib. IX. Epiſtola CII. Eadem de perpetuis ejusdem Conſulatibus Hieronymus ad Demetriadē, Probæ Neptem, Filiam Julianæ, Horum Conſulum, ut conjicere licet, ſororem. Nam Probæ, ejus aviæ, liberos nominat Olybrium, & Probinum idem Hieronymus; Nepotes dicturus niſi unà Probum jungeret; cujus verba ex parte ſuprà poſuimus.

14. CERTUM EST DE CONSULE NASCI] Hieron *ſcilicet nunc, mihi Proborum & Olybriorum repetēda ſunt nomina, & Illuſtre Anicij ſanguinis genus, in quo aut nullus eſt aut rarus, qui non meruerit Conſulatum.* Tales autem homines Fortunam cū parato murice ſem-

ſemper ſectari non inſcitè dicit, Purpureos inſuper vocans, velut natos factosq; ad Conſularem purpuram geſtandam, Sidonius; Panegyrico Anthemiano.

Purpureos Fortuna viros cum Murice ſemper
Proſequitur: ſolum hic tantum mutatur in illis
Vt regnet, qui Conſul erat.

15. PER FASCES NUMERANTUR AVI.] Singulos Patrum ait Conſules fuiſſe. Avos proavosque omnes nominibus Faſtos decorare. In alia re pariſſimè locutus Carippus, Panegyrico fragmento.

Quis toties victos numeret per prælia Francos,
Edomitosq; Getas.

Quot illic præmia, tot victoriæ; quot hic Avi, tot Conſulatus. Tempora notarunt ὡς ἐν πλάτει jam alij.

16. SEMPERQUE RENATA NOBILITATE VIRENT.] Nullam obſcuritatem ſubijſſe genus hoc, ſed ſibi quemq; per gradus nobilitatem avitam reparaſſe ait, indicans non tam jactaſſe ſtemma, quam vindicaſſe ſibi contentione virtutum & gloriæ cum Patribus. Verè Nobili injungit Sapientia reparationem perpetuam amiſſę generoſitatis, quoties indignum quid titulo avito commiſit, aut non excoluit acceptas laudes. Horatius lib. IV. Car. IV.

Vtcunq; defecere mores,
Degenerant bene nata culpæ.

Imo parentum virtus Lux eſt, quæ omnibus ſobolis culpas manifeſtat; Quod egregiè Juvenalis occinit, Satira. VIII.

Quod ſi præcipitem rapit ambitus atque libido,
Incipit ipſorum contrà te ſtare parentum
Nobilitas, claramq; facem præferre pudendis.

Viror autem, Flos, ἀκμὴ, cujuſq; rei memoratur. *Virens* exiſtimatio apud Symmachum lib. V. Epiſt. XLVII Ovidius de Athenis.

Ingeniis opibusq; & feſta pace virentem.

Revirere, reparari, refloreſcere. Silius Italicus, lib. VIII.

Cui Dux præmiſſæ revireſcens pignore laudis
Nymfa, decus generis.

Lib. XV. *Pars credunt torvos patrui revireſcere vultus.* Sic enim legendum exiſtimo, ſecus licet ſentiat doctiſſimus interpres, qui & cavillo de Locuſta opus non habebat, cum pariter locutus ſit Silius hic poſito loco. Et ſic libro hoc eodem Idem Marcellus loquitur:

Vrbe Sicana
Qualem te vidi nondum permitteret ætas
Cum tibi bella, meó tractantem prælia vultus.

17. PROLEM FATA SEQUUNTUR.] Auctorem ſuum æmulatur & παρῳδιάζει, Papinium, prima Thebaide.

immutabile ſanctis
Pondus adeſt verbis, & vocem fata ſequuntur.

18. CONTINUUM SIMILI SERVANTIA LEGE TENOREM.] In membranis nobis collatis erat

Continuum ſimili ſignantia lege Nepotem.

Ut velut Characterem aliquem Conſularis dignitatis innaſci dixerit Aniciorum & Anniorum ſtirpi. Dicas Lectionem non eſſe natam in cerebro librariorum alicujus. Nihil tamen mutamus.

19 LICET AERE VETUSTO FLOREAT.] De Imaginum apud Romanos æſtimatione & uſu lege Polybium Lib. VI. Quæque Juſtus Lipſius, politiſſimus Bonarum Litterarum vindex, notavit Electorum libr. I. Qui connivet tamen in Papinij loco de ęreis. Verba Poëtæ. Theb. II.

ſpecies eſt cernere avorum
Cominus, & vivis certantia vultibus æra

Veritatem aſſerat vel ſolus iſte Claudiani locus. At idem Papinius, lib. VI.

Exin magnanimûm ſeries antiqua parentum,
Invehitur, miris in vultum animata figuris.
Primus anhelantem duro Tyrinthius ingens
Pectoris attritu ſua frangit in oſſa Leonem.
Haud illum impavidi, quamvis & in are,ſuumq;
Inachida videre decus.

Et Juvenalis, Satira VII.

hujus enim ſtat currus aheneus, alti
Quadrijuges in veſtibulu.

Ovidius, Faſtorum VI.

Vidimus ornatos arata per atria picta
Veſte, triumphales procubuiſſe ſenes.

Quem & ipſum non ſuo judicio corrigere voluit idem Lipſius. Certum enim ex his locis tam æreas quam cereas imagines frequentatas: Auctor Dialogi de Corrupta Eloquentia: *Nec Comitatus iſtos & greſſus aut frequentiam ſalutationum concupiſco. Non magis quam ara & imagines, qua etiam jam me nolente in domum meam irruperunt.* Et jungit utrasque ipſemet Papinius noſter lib. II. Silv. carm. II.

Quid referam veteres ceræve ariſve figuras,
Si quid Apellai gaudent animaſſe colores.

Qui licet ubique de Romanis non loquatur, morem tamen ſimul exprimit.

19. CINGATUR ROMA SENATU.] Ad Copiam Nobilium Senatorum reſpicit, qui ipſam Romam velut compleant. *Cingere* enim talem ferè vim haber. Alibi

aſſueta quadrigis Cingunt arva Tigres ——

Lucanus, lib. IX.

Audet in ignotas agmen committere gentes,
Armorum fidens, & terra cingere Syrtes.

20. PRIMA SEDE RELICTA ANICIIS.] Anicios ſuos omnes Romanorum Procerum familias nobilitate excellere facit: exceptis quidem Principibus, quos ſorte faſtigium eximebat, licet in Provincijs natis majoribus, nec ſtirpe Senatoria aut Romana adeò, natos. De iiſdem Caſſiodorus ipſis penè Imperatoribus æquat lib. X. Epiſt. XI. *Anitios quidem, penè principibus pares, atas priſca progenuit, quorum nominis dignitas ad te ſanguinis fonte perducta, collectis viribus hilarior inſtaurata rutilavit.* Duplex ergo horum, felicitas, & nobilitas: nam & pari, principibus videlicet proximo, gradu ponebantur propter Conſulatum, quem ſecundos faſces ideo vocat Auſonius Epiſt. XVI. ad Parentem eorundem, Probum.

Columen curulis Romula,
Primum in ſecundis faſcibus.
Nam primus in cunctis erit
Conſul, ſecundus Principis.

Diſtinctionem olim corrigendam arbitrati ſumus, PRIMA SE DE RELICTA ANICIIS, DE JURE LICET CERTARE SECUNDO. Cui ſententiæ nunc etiam hæremus. Sors enim Principum in æſtimationem non venit, & ultrò Anicijs omnem cæteram Nobilitatem cedere dicit, Ordinarios ſimul Conſulatus & Generoſitatem generis celebrans, Claudianus. Eam probant Editiones Aldinæ & Michaelis Bentini. Contra Plantinianæ minutæ, Scaligero Correctore, & in Varijs à nobis in Belgio redemtis, Theod. Pulmannus.

21. JURE LICET CERTARE SECUNDO.] Jus Juriſdictionem denotat, Honorem, Magiſtratum. Ut alibi hic ſcriptori. Scitius tamen, mea opinione legas SECUNDÆ. Sedis nimirum, quæ idem valet.

22. TACITAM LUNA REGNANTE PER ARCTON.] Partem cœli intelligit Septentrionalem, ubi propter aeris frigiditatem, lucidiores ſtellæ, & Lunæ Regnum illuſtrius eſt. Sic Horatius lib. II Carm. XV.

nulla decempedis
Metata privatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Hoc

Hoc eſt ſubluſtrem lucem, qualis Luna opacis porticibus immiſſa. Non abit hac interpretatione Scholiaſtes Cruquianus.

23. SIDEREÆ CEDUNT ACIES.] Matri nimirum non injuria. Stellarum enim Mater Lunâ. Ordines dicit acies, ſive chorum. Ineptè Delrius qui Comm. ad Senecæ Hippolytum facies legit: Similitudinem cum laude Claudiani illuſtrans.

Tibullus.

currumq; ſequuntur
Matris, laſcivo ſidera fulva choro.

Comparatio ſimilis in Horatio

micat inter omnes
Iulium ſidus, velut inter ignes Luna minores.

Quintus Calaber, Paralipom. I.

ὡς δ' ὅταν οὐρανὸν εὐρὺν ἐν ἀστράσι δῖα σελήνη
ἐκπρέπει, ἐν πάντεσσιν ἀριζήλος γεγαῦια,
Αἰθέρος ἀμφιραγέντος ὑπαὶ νεφέων ἐριδούπων.

Heliodorus lib. III.

Τί οὖν δή σοι τὰ νῦν ἔδοξεν, ὦ ἀγαθέ. ἄρά γε ἵνα τῇ πομπῇ κόσμον ἤνεγκεν; εὐφήμησον, εἶπον, ὥσπερ καὶ τὴν σελήνην διαπρέπειν, τῶν ἄλλων ἥρωας ἀστέρων.

23. FRATRE RETUSO.] Noſter & unus Belgicarum Codicum RECUSSO Quam ſcripturam præfero vulgatæ, ut ποιηταῖσπερ, &c. prudentiorem: repercutit, aut recutit, enim potius Solem Luna, quam retundit, cum Lumen ejus inſtar ſpeculi capit & remittit. Vide de re ad priorem in Rufinum. Abſurdè extulit Nonnus, ingenioſus ſed pinguedinis protſus inconditæ ſcriptor, lib. V. Dionyſiac.

ὁππότε μήνη
Ηελίου φαέτοντος ἀμέλγεται ἀντίγονον πῦρ.

Dici vix poteſt quanta abſurditas inſit huic effato. Genitorem mulgeri, quis citra prodigium dicat? Quis in Priſco auctore tale quid legens, non erubeat, infandatum libidinum commonitus, quibus orbis tum flagrabat gentilis? Deinde quomodo mulgeat, celerrimum rapidiſſimumque Elementum, Ignis, qui uno ictu concipitur à ſpeculo & redditur? Taceam mulctra & ſtabula cœlo & divinis luminibus illata, decoro omni neglecto. Sed futilitas Nonni neque hic quicquam præter ſolitum.

24. ÆMULUS ORBIS.] Plenum Lunæ orbem dicit: Cujus pulcritudo Proverbium facit, ut alibi plenius notamus. Petronius: Delectata illa riſit tam blandum, ut mihi videretur plenum os extra nubem Luna proferre. Nonnus, lib. X.

Εἰ δὲ βοογλήνων ἀνέμων, ἐυφέγγεϊ κύκλῳ
Ὀφθαλμοὺς ἐλέλιζεν, ὅλη σελάγιζε σελήνη.

Idem lib. IV.

Εἴποτε δινεύων φρενοπειθέα κύκλον ὀπωπῆς
Ὀφθαλμοὺς ἐλέλιζεν, ὅλη σελάγιζε σελήνη.

Tryphiodorus, Nonni diſcipulorum unus.

ὡς ὁπότε πλήθουσα πυρὸς γλυκεροῖο σελήνη
Οὐρανὸν αἰγλήεντα κατεχρύσωσε προσώπῳ.

Auctor Arabs de Rebus Machumetis, cum Alcorano vulgatus: *Mando igitur ut Mecham pergas, invenies enim illic gratiam, & ampla beneficia, unde cum ſplendore redibis, tamquam Plenilunium.*

24. ADVERSIS IGNIBUS.] Ab Oppoſitione Solis illuminari Lunæ globum, doctrina Phyſicorum plerorumque. Cujus documentum vel maximum terra interveniens utrumque Sidus. Tum enim Luna obſcuratur, cum Solem non excipit adverſum. Au-

ctor Carminis, quod Varroni Atacino adſcribunt, ipſo non indignum, vereq; Romanum.

ſed vaſto corpore tellus
Qua medium tenet ima polum; dum Lumina fratris
Detinet umbriferis metis; tum ſidere caſſo
Palleſcit teres umbra rota, dum tranſeat axem.
Aggeres velox tumuli, ſpeculeq; roſanti
Fraternas reparat per cælum libera flammas.

Vide Lucretium libro V. Higini Poeticon Aſtronomicon, non ut vulgò circumfertur, ſed ut ex duobus ſcriptis Codicibus reſtituit Gulielmus Morellius.

24. ÆMVLVS IGNIS] Parem ſplendorem dignitatemque affectans, & deterior tamen reipſa. Hic eſt enim Æmulus, & hoc æmulari. Palladius lib. IV. de Re Ruſtica, cap. IX. *de pomis ſuſpenſis: Feruntur hac pomis recentibus æmulari.* Juvenalis, Sat. XI. *de corbibus iiſdem*

Æmula Picenis, & odoris poma recentis.

25. JVBAR ARCTVRI.] Ipſe Arcturus. Varro Atacinus.

Purpureumq; jubar nivei cur tabeat oris.

Jubar enim ſtellarum fulgor. Idem:

Aſt chorus aſtrorum reliquus non tangitur umbris.
Et proprium cunctis jubar eſt.

Facem appellat Avienus Periegeſi, v. LIV. Cui fortè non invitis Muſis & carmen illud generoſum adſcripſeris.

26. LEONIS IRA PERIT.] Ipſe Leo. Petronius de Trojæ oppugnatoribus & Equo Trojano

hac decenni prælio
Irata virtus abditur

26. INTERMICAT ARCTOS.] Modo micat, modo obſcuratur, perq; intervalla relucens, tandem cedit Lunæ. Eſt dictum cum Papinio, lib. XII.

ut ingentes murorum porrigat Umbras
Campus, & è ſpeculis moriens intermicat ignis.

27. INDIGNATA TEGI.] Conſcia lucis ſuæ. Quod enim præter dignitatem nobis accidere videtur, illud Indignari dicimur: Poetarum frequenti uſu, præcipuè Papinij. Prima Theb.

Indignata ſequi torquentem cornua Mithram.

Libro X.

Calydonius Hopleus
Mænaliusque Dymas, dilecti Regibus ambo.
Regum ambo comites; quorum poſt funera mœſti
Vitam indignantur

Eodem.

inſignemq; animam mucrone coruſco.
Dedignantem artus pridem, mœſtamque teneri
Arripit, inque une quaſitam vulnere rumpit.

Libro VIII.

Accipit ille preces, indignaturque moveri.

Lib. XI.

abducit genitor, ſævumq; minatur
Indignans veniam

27. CALIGANTIBVS ARMIS.] Orionis Sidus armatum fingi, nemo neſcit. Papinius.

Magnus quanto mucrone minatur
Noctibus hibernis, & ſidera terret Orion.

Ovidius lib. XIII.

nitidumq; Orionis enſem.

Picturæ tamen veteres lituum illi in manus dant, enſem tectum ad latus. Ineptiſſime Erythræus & alij qui *Orionis hic*, de monſtro monſtrum legunt.

20. VETERIS QVIS FATA PROBINI.] Fata vitam omnem denotant. Alibi

in melius gaudens convertere fata.

De Principe Benigno. Quomodo & Pacatus Panegyrico Belgici Libri cum Noſtro-*Facta* præfcrunt. Noninſcitè. Ne ſcilicet fatis adſcribatur honos virtute partus; quod cum de Me-

Metellis dixiſſet Nævius, malum ab ijs tulit: Dicto tamen permanente; ut Metellum ſui ævi, honoris loco fatalium illorum numero exemtum memoret Cicero, Verrina II. Nihil tamen mutamus. Facta ſunt, memoratu dignæ res geſtæ, ut in inſcriptione Strategematum Julij Frontini. Ennius Epitaph. Scipionis. *Nemo eſt qui factis me aquiparare queat.* De Probino Veteri & Olybrio, vide Notas Claverij.

28. NIMIAS LAUDES IGNORAT.] Immenſas, ſummas. Appulejus Libro VIII. *Abactum ſibi nocte aſinum perquirentes, nimio ſtudio cuncta diverſoria ſcrutantur.* Vita Vetus B. Simeonis: *Cum nimia eſſet ſerenitas tanta fulgura exſtiterunt, uti templum trifariam ſcinderetur.* Ita omne vulgus temporum ſequiorum. Etiam meliorum, ut ſæpius Plautus. Noſter ſæpius. Nimium malum & miſerum quandoque notare tradit Donatus ad Adelphos.

30. OLYBRI.] Olymbrium malunt nonnulli Belgicorum Codicum, Ut & Noſter. Secus cæteri, veriusque, ut ex Faſtis Græcis videre eſt. Iſthic enim Ολύβριος eſt; & in alijs Faſtis, ubi cum Auſonio Conſul ſcribitur.

31. VIVIT ADHUC.] Integram gloriam indicat. Ovidius de ſemper florente, ſecundum Lucretium, Homero. lib. I. Amor.

Vivet Mæonides Tenedos dum ſtabit & Ida,
Dum rapidas Simois in mare volvet aquas.

32. GLORIA FUSA PROBI.] Sextus Petronius Probus eſt in Inſcriptione priſca, ubi collectio honorum.

SEXTO. PETRONIO. PROBO.
V. C. PROCONSULI. AFRICÆ.
PRÆFECTO.
PRÆTORIO. QUATER. ITALIÆ.
ILLURICI.
AFRICÆ. GALLIARUM. CONSULI.
ORDINARIO. PATRI. CONSULUM.

33. NEC IGNOTA RAPIET SUB NUBE VETUSTAS.] ταυτολογεῖν hic Claudianum librarij, puro, fecerunt. Eadem enim citra omnem exceptionem ſunt

ventura luſtra non ſilebunt,
Nec rapiet vetuſtas ſub nube.

At de præterito etiam ævo loqui habebat, ſicque repetitio illa odioſa ei fuiſſet. Ego de librarijs ſuſpicari pergo, affirmoque relictum Poetæ:

quem nec ventura ſilebunt
Luſtra, nec ignota rapuit ſub nube vetuſtas.

Nobilitatem vetuſtiſſimam modo ſupra cōmendavit *Per Faſces numerantur avi*
Ut ergo nulla ei vetuſtas nocuerit hactenus; ſic ſpondet illi poſterorum porro celebrationem.

33. SUB NUBE.] Obſcuritate. Pindarus Olympion. VII.

ἐπὶ μὰν βαίνει ϰ καὶ
Λάθας ἀτέκμαρτον νέφος.
Καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
θὰν ὁδὸν γ' ἔξω φρενῶν.

Cui divino carmini ne facilè tale quid accideret, aureis litteris in Templo Minervæ Lenææ dedicatum fuiſſe notat Scholiaſtes Demetrius Triclinius. De *nube* plura ad Bellum Geticum.

35. THETYOS AMBAGES.] Ambages ſunt exorbitationes & evagationes de via. Alibi Claudianus

longis illuc ambagibus itur.

Lucretius lib. VI.

Et nimium longis ambagibus eſt adeundum.

Ambagiones dicebant veteres, ut videre eſt in Varronis lib. VI. de Ling. Lat. *Atlantei receſſus ſolitudines ſunt immanes Africa, qua receſſerunt velut à locis habitabilibus.* Sic gloriabundus de Romana potentia Rutilius omnem receſſum eam colere arguitur, lib. I. Ubi Nos Adi.

36. MOEOTIA PASCIT.] Palus ſcilicet. Par notum illud Ennij de Patrono ſuo, Scipione.

A Sole exoriente ſupra Mæotis paludes
Nemo eſt qui factis me aquiperare queat.

Et

Et pariſſimè multis Mamertinus Genethliaco. Rectè verò Claverius *Mæotia* de ſuis edidit, cum omnes cæteri libri, etiam Aldus & Scaliger-*Mæotica*-legant. *Mæotia* enim *Mæotia* palus eſt, ut *Caſtalia*, fons Caſtalius, de quo ad Nemeſianum. Infra-*Parnaſſia*- Muſa in Parnaſſo habitans. Sic Mæotis perhibetur alijs. Vibius Sequeſter-*Mæotis Scythiæ*. Seneca.

Mæotis in me gelida transfundat mare.

Dionyſius Alexandrinus.

Συνερχόμενος Τάναις Μαιώτιδος εἰς μυχὰ πίπτει. Sic legendum & apud Lucanum, libro II.

quas tenet æquore denſe
Pigra palus, Scythici patiens Mæotia plauſtri.

Eſt verò & alia ignobilior Græciæ palus, eodem nomine nuncupataq́, ignobilior licet. Hyſychius.

Μαίωνα φασὶν εἶναι ποταμὸν τῆς Ἀχαΐας, καὶ Μαιώτην λίμνην ἐν Ἑλλάδι.

Mæotæ populi, ques inter γυναικοκρατουμένους ponit Scylax Caryandenus, & πολυανθρώπους vocat, Hermolaus Byzantinus Ethnicorum Stephani correptor.

37. SUB JOVE GELIDO.] Horatius.

manet ſub Iove frigido
Venator, teneræ conjugis immemor.

Hoc eſt aëre frigido. Juppiter enim *Aer*, aut Temperies quæcunq; cœli. Nam hanc Jovis vultum dicebant, ut ex Homero, Cicerone, aliis, alibi monemus. Ennius expreſſim.

Hic eſt is Iuppiter quem dico, quem Græci vocant Aërem

Thetzes in priorem librum ἔργων:

Ζεὺς σημαίνει βασιλέα πραγματικῶς. ψυχικῶς δὲ τὸν νοῦν, ὃς καὶ τὰς γνώσεις Μούσας γεννᾷ. Στοιχειακῶς δὲ πᾶν τὸ οὐρανίων σῶμα, καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ, τὸν ἀέρα, καὶ τὸ νεφελῶδες κατάστημα, καὶ ὄμβρον, τὸν ἥλιον, τὸν ἀστέρα, τὸν πλανήτην, καὶ τὴν εἱμαρμένην, κατὰ τοὺς στωικούς.

Exſtant hujus argumenti quatuor elegātiſſimi verſus Pacuvii, alibi nobis emaculati. Minutius Felix: *Interpretātur Iunonem aera, Iovē cœlū Neptunum mare. Ignē eſſe Volcanum.* Homerus ἐκ Διὸς. Scholiaſtes: ἀντὶ τοῦ ἐκ νεφελῶν. Διὸς ὄμβρος. apud Theocritum. Homerus, Iliad. E.-ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος. Heſiodus & Theognis. ὕοντος τοῦ Διὸς, Theophraſtus charactere περὶ μεμψιμοιρίας. Philippus Epigrammatum Poëta, lib I. Antholog. Latini pariter. Virgilius, Georg. II. --*pulvisq; movendus. Et jam maturis metuendus Iuppiter uvis.* Juvenal. Sat. V.-- *fremeret ſæva cum grandine vernus Iuppiter*-Claudianus. 1. Eutrop.-*nimboq́ minacem Sanguineo rubuiſſe Iovem*- Valerius Flaccus, lib. V.

Qualiter ex alta cum Iuppiter arce coruſcat
Pleiadas ille movens, miſtumq; ſonoribus imbrem,
Horriferamq; nivem

Martialis lib. VI. Epigramm. XXXV.

Cū pluvias madidumq; Iovem perferre nequires
Et rudis hibernis villa nataret aquis.

Horatius lib. I Carm. XXII.

Quod latus mundi nebulæ, malusq́ Iuppiter urget.

Fuſius Bibaculus merito irriſo ab Horatio verſu.

Iuppiter hibernas cana nive conſpuit Alpes.

Alij ætherem perhibebant Jovem. Ennius apud Ciceronem.

Adſpice hoc ſublime candens quem invocant omnes Iovem.

Alij ignem, ut Empedocles, qui de Elementis ita loquitur:

Ζεὺς ἀργὴς, ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ᾽ ἀϊδωνεύς,
Νῆστις θ᾽ ἃ δακρύοισιν ἐπικροῖ ὄμμα βρότειον.

38. CALIDO SI QVIS CONJVNCTVS IN AXE.] *Cognatus* in Editionibus nonnullis. Scripti omnes *conjunctus*. Omne homi-

hominum genus, quod ad eum colit, huic fluvio conjunctum cognatumque dici poteſt, quippe eluvionibus evagationibusq; ſuis accolas paſcente, velut ille ita eodem cum ipſis limo nutriatur, & conſanguinitatis quoddam jus habeat. Pium eum à largitate illa ſuorum munerum nuncupat Avienus Periegeſi:

Luce ſub Eoâ conſtrictior uſq; Syenen
Tenditur; Unde pij volvuntur cornua Nili flumina.

Cognatum quidem, quod unicè diligitur, amittendum ſummo dolore. Paulinus, Natali VII.

cognoſcat amicos
Mitis hirundo dies, & pinnis candida nigris
Ales; & illa pia Turtur cognata Columba.

Cognatam dicit, quod ambarum velut una anima: Exſpirante enim altera ave, altera perpetuò mœret: velut Aelianus libr. III. cap. XLIV. εἰσὶν συμπνεύσαντες Palumbes dicit: quo pertinent notata nobis ad priorem in Rufinum, V. CCCXIX. *Conjunctum* pari vi Claudianus intelligit. Curtius lib. VI. *Rex, tumultu cognito, legem ſe conjunctis ſontium remittere edixit.* Hoc eſt ſanguine propinquis. Sic ſodalem uſurpat Plinius. Sic cõnexam cœlo urbem Papinius, libro VI.

quibus Argos alumnis
Connexum cœlo.

Et *Cognatas Baccho Thebas*, libro primo. *Unde graves iræ cognata in mœnia Baccho.* Ut Angeli cœlo cognati penes Bedam, Poëtam ævo ſuo minimè contemnendum. Vita Cutberti, cap. VII.

atherea deſcenderat hoſpes ab aula,
Cognatisq; levis ſe reddidit aliger aſtris.

Cognata Laio Tartara, idem Papinius, Eodem. I. Th. -- *nec enim velocius ullas Itq; reditq; vias, cognataq; Tartara mavult.* Cognatum porrò ſuis accolis Nilum repræſentat figura ipſius, toto undiq; corpore ex ſcaturientibus infantibus verminans, indicio, eum patrem omnium eſſe mortalium ijs regionibus naſcentium: qualem, ab Antiquarijs editã nunc, olim cultam, alluſiſſe Claudianus, Ægypto ipſe oriundus: nec enim *cognati* ſcriptura cerebris librariorum enata cenſenda eſt. *Connexum*, maximè amicum ſonat etiam Juvenco, lib. II. Hiſt. Evang.

nam patria impletur cuicunque voluntas
Ille meum proprio connectit ſanguine corpus.

Et *connexi*, cognati. Tacitus, Annal. IV. *Publium Dolabellam ſocium delationis exſtitiſſe miraculo erat, quia claris majoribus, & Varo connexus, ſuam ipſe nobilitatem, ſuum ſanguinem, perditum ibat.*

38. NASCENTEM TE NILE BIBIT.] De ignotiſſimis remotiſſimiſq; gentibus proverbij vicem dicebatur. Lucanus, lib. I.

Sub juge jam Seres, jam barbarus iſſet Araxes
Et gens ſi qua jacet naſcenti conſcia Nilo.

Conſcius fontis, qui ad eum genitus: ſic Auſonius De Biſſula.

Biſſula trans gelidum ſtirpe & lare proſata Rhenum.
Conſcia naſcentis Biſſula Danubij.

Niliacarum fontium ignoratio priſcis notiſſima. Vide Senecam Naturalibus. Inventos jam dum Claudij Ptolemæi, Aſtrologorum Principis, ævo, alij aſſerunt. Noſtra ætate deſcriptos neſcio cui Hiſpano memorat L. Ranureſius. Joannis Scortiæ, aliorumq; Diſputationes nemini non obviæ.

39. VIRTUTIBUS ILLE FORTUNAM DOMUIT.] Summa laus in potentiſſimo homine. Vellejus pulcrè de Catone libro II. *Hic genitus pro avo Marco Catone, principe illo familia Portia, homo virtuti ſimillimus, & per omnia ingenio Dijs quam hominibus propior Qui nunquam rectè fecit, ut facere videretur, ſed quia aliter (facere) non poterat: cuique id ſolum viſum eſt rationem habere quod haberet Juſtitiam, omnibus humanis vitiis immunis, ſemper Fortunam in ſua poteſtate habuit.* Lucanus, lib. IX. *Fortunaq; perdat Oppoſita virtute minas*

Manilius, lib. I. Et *Cato Fortunæ Victor*. Noſter ſæpius alibi; Panegyriſtæ Latini innumeris locis, ut Encomiaſtæ Græci, & Græco Romani, Iſocrates, Demoſthenes, Plutarchus Libanius, Ariſtides, Dio Chryſoſtomus, Themiſtius, Julianus; denique Ennodius, Caſſiodorus, Sidonius. Corippus, Venantius.

40. NUMQUAMQUE LEVANTIBUS ALTE INTUMUIT REBUS.] Utriuſque Fortunæ Victor, nec elatus proſpera, nec victus adverſa. Horatius.

Rebus anguſtis animoſus atq;
Fortis appare: ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Talia qui congerere velit, hinc Commentarium magnum faciat. Pulcrè Proſper in ſententiis.

Quæ fuero adverſis hac utar mente ſecundis,
Nec Mala me mergent, nec Bona me capient.

Certum alioquin quod aſſeverat Ovidius.
Non facile eſſe æqua commoda mente pati.
Sciebant Abdolonymus apud Curtium, Agathocles Auſonium, &c.

40. CIRCUMFLUA LUXU.] Abundantiſſimam Abundantiam dicere vult. Catullus. *Et ille nunc ſuperbus & circumfluens Perambulabit omnium Cubilia.* Criſpi Nepotem ex Tacito, nos olim hic & Claverius, ignoti alter alteri, notavimus. Summa in luxuria ſummam vigilantiam penes Alcibiadem commendat Græcia, Romanus in Mœcenate; ut Vellejus præ cæteris & Seneca teſtantur. Fuit Galienus Imperator paris ingenij, fuit Petronius, Neronianarum Libidinum Arbiter; qui de ſcriptis etiam voluit ſuis ſummam Prudentiam, exquiſitam Sapientiam, & elegantiſſimam Eloquentiam, inter propudioſiſſimas libidines elucere; illudens uti; dictis ſcriptiſq; vanitati curarum humanarum; homo voluptatibus corpore, Animo virtuti deditus, ut docet omnis ſcena Satirici illius.

41. VIGOREM] Nobilitatem animi, rebus gerendis aptam & ſuperſtitem. Qualem in eodem Petronio commendat Tacitus. Lucretius ſic. lib. V. *Ingenio qui præſtabant, & corde vigebant,*

Condere cœperunt urbes

Idem lib. I. *mente vigenti Avia Pieridum peragro loca*--- Sic Patrium vigorem laudat Horatius in Druſo invictarum gentium domitore. Libro IV. Carm. IV.

Olim juventas & patrius vigor
Nido laborum propulit inſcium.

In duobus libris, Belgicorum uno, & noſtro, alia lectio eſt - *Noverat intactum vitiis Regnare vigorem.* Nihil mutem. Etſi *Regnare* rem it Romanum dictu non ſit, nec inconcinnus ſenſus in iſto. Horatius.

regnata petam Laconi Rura Phalanto.

Virgilius lib. VI.

Egregius, ſi unquam regnandam acceperit Albam

Et cõſentiunt duo, alioquin diverſiſſimi, Codices. Sed nihil mutandum. *Regnare* cum ſecundo gradu uſurpaſſe Horatium, notat Servius Aen. XI. Pariſſimè Claudiano locutus alibi Seneca Tragicus.

42. HIC NON DIVITIAS.] Largitatem & Liberalitatem ubique in viro Principe commendat. De Theodoſio.

largitor opum. largitor honorum
Pronus, & in melius gaudens convertere Fata.

Modum, ordinemq; docet ſecundo Laudum.
non indecores ærariа laſſant
Expenſa . . . . parcus
Diligeris.
Antevenis tempus, non exſpectantibus ultrò
Munificus.

Avaritiam ubiq; inter prima monſtra primam deteſtatur.

Primùm ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens, patulis rimatur faucibus aurum.
Trudis Avaritiam.

ABDI-

ABDIDIT ANTRIS.] More multorum Principum: præcipuè apud Conſtantinopolim ſequentium, quorum non pauci immanes dictu theſauros ſubterraneis ſpecubus condiderunt; alij conditos repererunt, ut Tiberius, Juſtini ſucceſſor. Conſule Temporum Hiſtorias.

43. LARGIOR IMBRE.] Proverbialis locutio, non ignota Scripturæ. Sparſionem intelligit, plena manu, larga mente factam. Papinius de Sparſionibus Domitiani.

Ducat nubila Juppiter per orbem
Et latis pluvias minetur agris,
Dum noſtri Iovis hi ferantur imbres.

44. DENSO CURRENTIA MUNERA NIMBO.] Non ſit inepta lectio, quam in Libro offendit Delrius *denſos nimbos* Sanè antiquitus aliam infuiſſe iſthic ſuadere etiam noſter Codex velit, in quo *vel de denſo* ſcriptum offendimus. Nihil tamē mutamus. Currentia munera flumine velut perenni dixit: eorum enim eſt *currere*. Virgilius. *Et paſſim rivis currentia vina repreſſit.* Nimbi & Imbres omnem Copiam Poëtis notant, nec opus aliquo ex his exemplorum. Probi Liberalitatem commendat Epigramma Epitaphij veteris Quod, cum præcedentia pariter omnemque Probi vitam illuſtret, adſcribere non pigebit.

Sublimes quiſquis tumuli miraberis arcus,
Dices: quantus erat, qui, PROBVS, hic ſitus eſt!
Conſulibus proavis, fecerisque & Conſule major.
Quod geminas Conſul reddidit ipſe domos.
Præfectus quartum, totâ dilectus in urbe,
Sed fama emenſus quicquid in orbe hominum eſt.
Aeternos, heu, Roma tibi qui poſceret annos,
Cur non vota tui vixit adusq; boni?
Nam cū ſex denos menſis ſuſpēderet annos
Dilecta gremio raptus in æthra Proba.
Sed periſſe Probum meritis pro talibus abſit;
Credas, Roma, tuum; vivit, & aſtra tenet.
Virtutis, Fidei, Pietatis, Honoris, amicus,
Parcus opum nulli, largus at ipſe fuit.
Solamen tanti conjux tamen optima luctus,
Hoc, Proba, ſortita eſt, jungat ut urna pares.
Felix, heu, nimium felix; dum vita maneret,
Digne juncta viro, digna ſimul tumulo.

Multimodis corruptum hoc Epigramma iratis Muſis nobis, dum res tanti viri in tanto vate tractamus, prætereatur irreſtitutum. Primo verſu *Arcus- Arcibus* extritis repoſuimus, veritati aſſenſuris qui viderint aliqua veterum monumenta. Tertio ſcribendum exiſtimo. *Conſulibus proavis, feceris, ſe & Conſule major.* Omnia viciſſe ait, deniq; ſe Conſulem, quæ ſumma laus eſt. Idemque omninò dicit Claudiano, verbis modo illuſtratis.

mens circumflua Luxu
Noverat intactum vitio ſervare vigorem.

Vide plura ad Quartum Conſulatum Honorij. *Cum poteris Rex eſſe tui* &c. *Quod geminas Conſul reddidit ipſe domos.* Ad illuſtre aliquod factum Probi ſpectant hæc verba, quod latet, latebitque, tanta cordatorum ſcriptorum illius ævi raritate. Si ad duos filios Conſules noſtros referre lubuerit, ſic quoque idoneum ſenſum habebis, modo animum inducas reſcribere

Quod geminos Conſul reddidit ipſe domo.

Ipſe Conſul quod de ſua domo geminos Reipublicæ reddidit, à qua tot honores fuerat indeptus, Conſules videlicet. *Vota tui vixit adusque boni* Puto Idolorum deſtructionem intelligi, ad quam vitam non tenuerit tantus Vir, licet tam celebris urbis amator. *Menſis ſuſpenderet annos.* Sexaginta annos vixiſſe

Servus, & incaſſum ſervati prodigus auri.
Antevenis tempus ; non exſpectantibus ultrò
Munificus
Hinc amor; hinc veris, & non fallentibus omnes
Pro te ſolliciti votis

Et veteres *Præcipitem* in hunc ſenſum pro inſigniter benefico, propenſique animi, uſurpaſſe, docet auctor Gloſſarij, doctis commendatiſſimi, ſive Philoxenus, ſive quiſpiam alius. Præceps, ἀκαταφορος, ἐπίφορος. Elegantius igitur locutus Claudianus, quam capere potuerunt, qui Præcipitem effuſionem hic intelligentes, eum inceſſerunt. Pariter pronum largitorem. IV. Conſ. Honorij laudat Theodoſium:

Magnarum largiter opum; largitor honorum
Pronus, & in Melius gaudens convertere Fata.

Libri nihil mutant.

47. FLUVIOS IBEROS.] Proverbijs fabuliſque notiſſima flumina.

48. SI QVIS TELLURE REVULSA.] Varietas veteris ſcripturæ magna in hoc loco. Belgici Codices, extra unum ſolum, cui adſentiuntur quos Michael Bentinus contulit, *miratur* illud ſervant: Servat & Noſter cum Aldo, alijſque priſcis Editionibus. Claverius promulgavit.

ſic quis tellure revulſa
Sollicitis fodiens miretur collibus aurum.

Sed nihil neque libros neque Criticos hactenus hic operæpretij feciſſe, res ipſa indicat, utique enim tranſpoſitione opus eſt, quæ omnia ſic reſtituet:

Præcepi illa manus fluvios ſuperabat Iberos,
Aurea dona vomens; quanto pretioſa metallo
Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta.
Diſſpumat rutilas dives Pactolus arenas.
Quantum ſtagna Tagi, rudibus ſtillantia venis.
Effluxere decus, ſi quis tellure revulſa.
Sollicitis fodiens rimetur collibus aurum.

Sic cohærent omnia, cum ſeſqui verſus vulgo non ſuo loco poſitus, conturbet totum negotium. Fabulæ ſunt notiſſimæ. Fefellit autem ſive Criticos ſive Librarios veteres Tempus verbi *Effluxere* Poeticè poſitum ἀντὶ effluant. Quo ritè capto nihil difficultatis remanet.

49. SOLLICITIS COLLIBUS.] Duriuſculè dictum. Intelligit autem Naturæ ſive Telluris curam in abſcondendis pretioſioribus metallis, ne tot ſcilicet indignitatum cauſſam & materiam facile homines invenirent. Ovidius Metamorph. I. de Seculo Ferreo.

Nec tantum ſegetes alimentaq; debita Lives,
Poſcebatur humus: ſed itum eſt in viſcera terræ
Quæq; recondiderat, Stygijsq; admoverat umbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

Plinius, Præfatione Lib. XXXIII. *Imus in viſcera telluris, & in Sede Manium opes quærimus, Illa nos premunt, illa nos ad Inferos agunt, quæ occultavit ut qui demerſit.* Boethius de Conſolatione lib. II. C. V.

EFFLUXERE DECUS.] Decus aurum, quod omnia condecorat; Unde Aureus Latinis Græciſque quicquid pulcrum. Ἀρχαΐζων autem, *Effluere decus* cum nullo negotio *Effudere* ſcribere potuiſſet. Hujus generis locutionibus ſcatet Heroa Poeſis Feſti Avieni. Poteſt & Omiſſio vocula IN capi, de qua multis ad Appuleium alibique. Noſter Codex etiam ſuperiore loco tale quid infert *Quantum pretioſa metalli Hermi ripa micat* Sanè *metalli.* Omnes pariter cæteri Codices habent.

RVDIBVS STILLANTIA VENIS.] Intactis eatenus: Rude quidvis ut natum eſt,

ornatu nullo extra accedente. Tertullianus de Habitu Muliebri, cap. II. *Vtrumne mulieres ſine materijs ſplendoris, & ſine ingenijs decoris placere non poſſent hominibus; quæ adhuc incultæ & incompoſitæ, & ut ita dixerim, crudæ, ac Rudes, Angelos moverunt?* Virgilius lib IX.

ille rudem nodis ac cortice crudo,
Intorquet, ſummis adnixus viribus, haſtam.

53. NON MIHI CENTENIS] Sollemnis Formula rebus arduis exprimendis, Poetis. Homerus, Hoſtius. apud Macrobium lib. VI. cap. III. Virgilius, Perſius, &c. Sedulius è Chriſtianis, Alcimus Avitus, alij. Medijs tenebris Petrus Pictavenſis ad Petrum Mauritium Panegyrico.

Verum quid facio; ſi linguis mille ſonarem,
Non poſſem tanti geſta referre viri.

54. RESONENT SI VOCIBUS ORA.] Ita vulgus omne Librorum cæterum. At Noſter, & unus Belga *Non mihi centenis pateant ſi vocibus ora* Prior inſuper etiam *ſub vocibus* quomodo abundante ea vocula uſos veteres demonſtrari poteſt. Vide Commentaria ad Gratium & Nemeſianum. *pateant* ab alia Poetæ eſſe editione arbitror, non enim librarium ſapit.

55. MVLTIFIDVSQVE RVAT.] Belga ille liber, qui ſingularia habet non pauca *Multifideq; ruat* Deum in partes findere, durum dictu; quo de genere Panegyricus iſte ſæpius fatetur inadſuetiorem Latinæ perennitati vatem. Guttur centicanum pari redixit inſignis obſcurorum temporum ſcriptor, Henricus Altiſſiodorenſis, lib. VI. Germ.

facundia quamquam
Nunc mihi ſuppeteret, ſoliti quam carmine vates
Gutture centicano, totidemq; expoſcere linguis:
Singula nec modicis poſſem conſtringere verbis
Quæ pater Auſonijs miracula geſſerit oris.

56. ACTA PROBI] Non eſt animus his Animadverſionibus Hiſtorias, Vitas ve Procerum connectere. Fecerunt id pridem ſummi Viri, præcipuè Annalium Conditor Operoſiſſimus, qui, ubi ambigua Scriptorũ fides, ad Vatem noſtrum optimo Conſilio arbitriũ ponere ſolet De Probo præter eum Conſule & Miſcellanea doctiſſimi Scholiaſtæ Symmachiani.

56. QVOD IN ORDINE GENTES.] Numquam interea privatus. Voculam abundantem Ordini hoc modo & al j applicant.

57. SVMMI JVRIS.] Conſulatum dicit; quem homo Romanæ Veteris ſtudioſus & commendator præcipuus, retrò oculos habens, ſolet præſentibus rebus præponere. Ita alibi Portum honorum omnium vocat: & III. Laudum exclamat *Proxime Dijs Conſul* Dij enim Principes erant. Errare puto virum doctum ad Symmachum, & qui de Imperatore congeſſit, qui Præfecturam Prætorio capiunt: Claudiano ſolente ut Liberis, vel Libertati proximis Reipublicæ rebus loqui. Res vero ab ævo rara frequens Conſul, ut etiam Imperio honorabiliorem, idque poſt ipſa hæc tempora, pronuntiare audeat Sidonius ad Anthemium.

quamquam diademate crinem
Faſtigatus eas, humeroſque, ex more priorum,
Includat Sarrana chlamys: te picta togarum
Purpura plus capiat, quia res eſt ſemper ab ævo
Rara, frequens Conſul.

58. ITALIÆ CVM FRAENA TENERET.] Tum ſcilicet Acta. Iam loquitur citra controverſiam de Præfectura Prætorij, Honore tum reipſa Imperatoribus proximo. Italia autem non ſuberat Præfecto P. Illyrici; quo nomine bona pars tum Romani Imperij cenſebatur. Vide Scriptorem Provinciarum. Itaque de diverſis Honoribus loquitur manifeſtò Claudianus, orſus ſcilicet à Conſulari. Unde nec inepta Lectio eſt. *Acta Probi numerare queam.* Quam ex ſuo libro protulit Antonius Delrius. Porro cum quatuor forent

tent Præfecturæ Prætorio, quatuor omnes adminiſtravit hic Probus, ut clarum ex Inſcriptione, ſuprà poſita.

60. QVOS ARAT AFRICA.] Fertilem partem pro univerſa Romana intelligit. Quæ enim ſterilis, immo noxia, non memoratur.

61. NATI VICERE PATREM] Optabilis grataque, parentibus Victoria. Exempla ſunt apud Senecam, lib. III De Beneficiis, cap XXXVII. Sed parum abeſt quin de Nobilioribus omnia. Exprimit hæc alibi Sidonius.

62. SOLIQVE MERENTUR VICTORES AUDIRE PROBI.] Nec alius enim ea tempeſtate Patriciorum honoribus pluribus hoc Viro functus.

63. NON CONTIGIT ILLI TALIS HONOR.] Non habuit fratrem Probus qui virenti ævo cum eo gereret Conſulatum: quam liberorum felicitatem vidit, eaque fruitus eſt. In noſtro Libro eſt. *Nunc contigit.* Aliquo ſenſu, ſi argutator affuerit. Sed nihil mutandum.

64. PRIMA CUM PARTE VIRESCERET ÆVI.] Primum ævum, prima adoleſcentia, ut primævus, adoleſcentem notat. In duobus de Belgio libris prodigioſe ſcriptum *prima parte vireſceret orbi* & *Orbum* Cum addito ad oram *ævi*. An in ſpem orbis virentem dixerit? Nugas dicere malo, & à vulgata cæterorumque MSS. lectione nil mutandum.

65. VOS NVLLA FATIGAT CVRA DIV.] Velocem alibi Ingenioſum hominem, dextræque Naturæ nuncupat. Semper intentus majoribus animus, feliciter ardua & cito, minora velut tranſitu expediens, laudatur ſæpiûs infrà in Stilicone: exemplo ſumto de Ptolemæo Callimachi, hymno in Jovem.

> Ἡμετέρῳ μεδέοντι· περιπρὸ γὰρ εὐρὺ
>   βέβηκεν.
> ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ, τά κεν ἦρι
>   νοήσῃ.
> ἑσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ', εὖτε νοήσῃ.

Quos verſus ita nos tranſtulimus.

> *Rege meo. Imperij latiſſimus induperator*
> *Ille volet quod mane, effectum veſpere ponet.*
> *Sint graviora? dies peraget: leviora? Voluntas.*

Habet is Poeta doctos quatuor interpretes, Vulcanium, Achillem Statium, Henricum Stephanum, Nicodemum Friſchlinum: nec tamen nos abſterruerunt omnes nova tranſlatione procudenda. Primus doctus eſt, multa dextrè reddit, plerumque tamen Venerem ſuam Marti non invidet. Secundus ordine, poſtremus, quod in tanta eruditione mirum, erit merito: nec enim negligentius quicquam potuit, qui ſyllabas in *maritalia Scaturiginem biparam Stygem* attendere noluit. Stephanus laxus eſt aut aridus, neque quicquam Poeticum. Poſtremus diligentior cæteris, Scholam ſapit ubique, ſemper & ſerpit & ſe premit. Utinam cætera reddidiſſet cum uno Palladis Loturæ Hymno Angelus Politianus: paucis enim demtis locis, cætera Catullum ſcripſiſſe dicas, ſi titulus abſit. Et ſanè mirificum ingenium hominis fuit, nec ſtilo Antiquitatem quiſquam propius, quam ille voluit, acceſſit.

66. CVRA DIV.] Prodigioſiſſimè Noſter Liber *Dei, majora petit ts anxia mentem* Nihil mutandum à recepta Lectione. Idem ſenſus in laude Stiliconis Nil breve moliri.

67. NON ANXIA MENTEM SPES AGIT.] Puſillanimitatis index. Non votis inanibus perdere momenta rerum, neque aggrediundis cunctari autumat. Spes enim, quod divinè ait Papinius, mentem extrahit. Thebaid. I.

> *Spes anxia mentem*
> *Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.*

Quem expreſſit ſolens noſter, *Spes inter ſummos animi tyrannosq,* cruciatus hinc Sapientibus noſtris. Idem lib. II. Theb.

Et qua non gravior mortalibus addita cura
Spes ubi longa venit

Boethius l. de Conſol. carm. IV.

Quid tantum, miſeri, feros tyrannos,
Mirantur, ſine viribus furentes?
Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas,
Exarmaveris impotentis Iram.

Itaque ſpem domaſſe pro re magna Claudiano. Papinius Silv. lib. II. C. II.

Quem non ambigui faſces, non mobile vulgus,
Non Leges, non Caſtra tenent: qui pectore magno
Spemq́ metumq́ domas, vitio ſublimior omni,

Joannes Saresburienſis Euthetico ad librum de Nugis Curialium.

Omnia tutus agit, quem nec ſpes nec timor angit.

Vide Stobæum, & Philoſophos: Inter hos quidem ſecta peculiari fuere *Elpiſtici*, qui ſummi in Vita numinis loco habuerunt, ſcriptore Plutarcho in Sympoſiacis.

67. LONGO TENDIT PRÆCORDIA VOTO.] Sapientiam, Rationem, extrahit, ut Papinius ſcitè extulit. Ex cujus Thebaide I. hoc eſt verbis modo poſitis. In uno Belgico eſt *lento*.

68. CÆPISTIS QVO FINIS ERAT.] Quo loco. Melius ſcripſeris, Quà Quà alij deſtiterant, inquit, vos incipiebatis. Laus multis adſcripta, ex imo, ut dicamus ita, fundamine commendandis. Gregorius Nyſſenus vita Thaumaturgi:

ὄντος δὲ αὐτῷ τῆς διαγωγῆς ἐν Αἰγύπτῳ, κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Ἀλεξάνδρου πόλιν, εἰς ἣν καὶ ἡ πανταχόθεν συνέῤῥει νεότης, τῶν περὶ φιλοσοφίαν τε καὶ ἰατρικὴν ἐσπουδακότων, χαλεπὸν ἦν τοῖς ὁμήλιξι θέαμα, νέος ὑπὲρ τὴν πολιὰν ἐν σωφροσύνῃ κοσμούμενος.

Callimachus in Jovem.

Ὀξὺ δ᾽ ἀνήβησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι,
Ἀλλ᾽ ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσαο πάντα τέλεια.

Interpres Apollonij Tyrij: Aſpectu adoleſcens, quantum ad ingenium, ſenex. Prudentius, Hymno Eulaliæ:

Ore ſevera, modeſta gradu,
Moribus & nimium teneris
Canitiem meditata ſenum.

Sedulius, lib. II.

Aſt ubi biſſenos ætatis contigit annos,
Hoc ſpatium de carne trahens, ævique meatus,
Humana pro parte tulit; ſenioribus eſſe
Corde videbatur ſenior.

Paullinus V C. Carmine de B. Baptiſta.

At poſtquam robur membris acceſſit ab ævo,
Iam mens, plena Deo, tardos prævenerat annos.

Hieronymus ad Demetriadem: *ne vetus mei pro virili parte deſit teſtimonium in ejus virtutibus explicandis, cujus, ut incluti Oratoris utar ſententia, ſpes magis laudanda quam res eſt; quamquam puellares annos fidei ardore ſuperarit, & inde cœperit, ubi alijs deſiiſſe perfecta conſummataq́ virtus eſt.* Dicas Claudianum deſcribere voluiſſe. Sidonius Panegyrico Majoriani.

conjuncta poteſtas
Patritij, celerique gradu privata cucurrit
Culmina, conſcendit q́ ſenum, puer ipſe, Curulem.
Sedit & emeritæ Iuvenis Veteranus in auro.

Ennadius, Dictione in Epiphanium, XXX. anno Sacerdotij.

Alter in hoc ſenium teneris miratus in annis,
Alter in antiqua jactabat ſtirpe parentes.

Benedictus Paullinus lib. I. Martin.

Quiſnam, quaſo, bonus ſic conſummare valebit,

Vt

Vt cœpit teneris felix Martinus in annis?

Pontius Diaconus, vita Cypriani: *Hic de imperitis gentibus veniens, tam matura cœpit fide, quanta pauci fortaſſe perfecerint.* Media etiam dominante Barbaria, ſic illuſtria ingenia cecinere. Juſtinus Poëta de Comitibus Lippiæ:

Creſcunt in puero mores, creſcentibus annis,
Et mens in tenero corpore cana patet.

Arnulphus Lexovienſis, Carmine ad Nepotem, quo ei Heliconem reſignat.

De puero que ſenem formant doctrina Poëtam,
Indidit ætati non ſua verba tua.
Verba ſenem ſapiunt, ipſumque profeſſa Maronem,
Imberbi floret pagina canitie.

Beda in Cutberto; cap. II.

Hæc ait, & pueri grandævum in pectore ſenſum
Spiritus inſtituit, cunctum Comes almus in ævum.

Petrus Mauritius, Hymno in B. Benedictum.

Sancta te comſit puerum ſenectus.

Petrus Pictavienſis, Panegyrico Mauritij, Eleganter.

Certè vos aliquid puero vidiſtis ineſſe
Vnde ſuis poſſet patribus eſſe pater.

Dudo Sanguintinius lib. III. de Ducibus Normannis: *Erat juvenis manſuetus, omni probitate repletus, merum bonitate grandævus.*

QUA FINIS ERAT.]Ita cenſemus reponendum. Vocula enim *ubi* indicat Horatius, lib. III. Carm. III.

quà medius liquor
Secernit Europen ab Afro
Quà tumidus rigat arva Nilus.

Idem, Lib. II. Epiſt. I.

quà populus adſita certis
Limitibus vicina refigit jurgia.

Ita enim eo loco legendum, non *refugit*, ut vulgus librorum gannit. Virgilius, Georg. I.

Obliquus quà ſe ſignorum verteret ordo. Ineptè eo loco Servius. τὸ *QVA* enim locum ſignat, ut Donatus notat ad Hecyram. Actu. III. Scen. II. Idem de ventis. *Quà data porta ruunt.* Appulejus Lib. IV. *Senſim immiſſa manu, quà clavis immittendæ foramen patebat.* Catullus. *quàm ſeptemgeminus colorat Aequora Nilus.* Propertius lib. I. *Quà jacet Herculeu ſemita Littoribus.* Lucretius lib. VI. *Et quod in Aegypto eſt, quà mundi clauditat axis.* Seneca Apolocynth. *Ararq. dubitans qua ſuos curſus agat.* Avienus *Quà profundum ſemet inſinuat Salum.*

69. GENAS DULCES.] Pueriles, cum pulcritudo inter puellam & puerum media non diſcernitur. De dulcedine tali Philoſtratus, Epiſt. LXIV.

Τί μοι τὰ γένεια, ὦ παῖ, δεικνύεις; οὐ παύη κάλλους ἀλλ' ἀρχή. τὴν ὑπηνήτην καὶ Ὅμηρος λέγει χαριέστατον, ποιητὴς εἰδὼς κάλλος καὶ βλέπειν, καὶ ποιεῖν. οὐκ ἂν δὲ πότε οὕτω ἀπεφαίνετο. εἰ μὴ πρῶτος αὐτὸς ἐρωμένου καὶ ἥψατο γενείων, καὶ κατεφίλησε. πρὶν μὲν γὰρ ἀνθεῖν οὐδὲν ἀπεῖχεν γυναικὸς αἱ σαὶ παρειαί· οὕτω ἁπαλαί, καὶ διαυγεῖς, ὅτε δὴ ἤδη χνοάζεις ἀνδρικώτερος εἶ σεαυτοῦ καὶ τελειώτερος.

69. FLOS JUVENILIS] Prima barbæ eruptio; quæ cum ſit tenuior obumbrare genas ſcitè dicitur. Sic *veſtigia primi floris* eandem nuncupat Lauuginem Calpurnius, Eclog. II.

quoties molliſſima tango
Ora manu, primique ſequor veſtigia floris.

Floris nomen eadem habet, quod index maturitatis ad generandum, ἀνθεῖν ita Philoſtratus, verbis modo productis. II. Laudum Stil.

Purpureo prima ſignatus flore juventa

Lucanus, Lib. VI.

Illa genæ florem primævo corpore rupit.
Illa comà lævâ morienti abſcidit Ephebo.

D Favo-

Favonius Eulogius Commentario in ſomnium Scipionis: *Infantium dentes à ſeptimo menſe prorumpere, ſeptimo mutari anno, bis ſeptimo incipere pubertatem, ter ſeptimo florem barba juvenilis erumpere.* Pindarus Olympionicon I.

> πρὸς δ᾽ἀνθεμον δ᾽ ὅτε φυὰν
> Λάχναί νιν μέλαν γένειον ἔρεφον.

Flos porrò omnem pilum denotat. Sammonicus Serenus.

> *Mobilis hirſutas horret laſcivia ſetas,*
> *Et gaudet rapto nudari flore pilorum.*

69. INUMBRET.] Elegantiſſimè. Ut dubites utrum vera lanugo ſit, an umbra quædam ejus. Apulejus: *glabellum fœminal potius obumbrans de induſtria, quam tegens verecundia.* Statius Theb. IV. Dum roſeis venit umbra genis.

70. VESTIAT ÆTAS.] Veſtire, tegere, inducere. Lucretius:

> *Inventas*
> *Incipit & molli veſtit lanugine malas.*

Virgilius de Gallis. *Aurea Caſaries ollis, atq; aurea veſtis.* Servius: *Barba: Unde in veſtes contra dicimus imberbes. Unde eſt. Tunc mihi prima genas veſtibat flore Iuventas.* Appulejus, lib. V. *prome mihi tu, quæ ſola ſervis amãter, nomen ejus, qui puerum ingenuum & inveſtem ſollicitavit. Veſticeps*, jam barba potitus. Tertullianus de Anima. cap. LVI. *Ecce obijt, verbi gratia, infans ſub fontibus uberum, puta nunc puer inveſtis, puta veſticeps, qui tamen Octoginta annos victurus fuiſſet.* Feſtus. *Veſticeps puer, qui jam veſtitus eſt pubertate. Inveſtis contra, qui nec dum pubertate veſtitus eſt.* Appulejus Apologia. *Inveſtem à nobis accepiſti. veſticipem illicò reddidiſti. Lanugo*, primitiæ Barbæ. Appulejus Libro VII. *præter ceteram corporis molem toto vertice cunctos antepellebat, & ei commodum Lanugo malis inſerpebat.* Sueton. Nerone cap. XXXIV.

71. DOCEAS PARNASSIA VATEM.] Muſam principem ſive Ducem Chori, Calliopen appellat. Quo exemplo Parnaſſiam dicat, non ſatis memini: niſi ut Pallas Athene; ab civitate dedita ipſi. *Pellæus* Alexander, eam urbem celebrem faciens.

> *fertur Pellæus Eoum*
> *Qui domuit Porum, cum proſpera ſæpè Philippi*
> *Audiret, lætos inter fleviſſe ſodales.*

72. FULMINEIS IMPELLENS VIRIBUS HOSTEM.] Eugenium dicit quem perperam Caſſiodorus tradit his Conſulibus debellatum. Cum Claudiano rectè Idatius, victoriam eam in annum XVI. Theodoſij collocans, qui XVII. Imperii ſui his iiſdem Conſulibus exceſſit, ut ſuprà monitum. Ut autem impulſus contrà ipſius ferè ſpem tyrannus fuerit, memorant Auguſtinus. Oroſius, Zoſimus, præter eos, atq; ex iis porrò alii.

73. BELLIGER AUGUSTUS.] Reverà talis Theodoſius, à quo Victorijs Bellisq; debellatis omnes poſt Principes longè afuerũt. Vide armatarum ejus Laudum partem Tertio & Quarto Honorij Conſulatibus.

75. ROMA.] Numen, & peculiari ſimulacro Temploq; pro tali culta. Simulacrum in Notitia Imperij & Nummis ſupereſt. Templum adnotarunt pridem doctiſſimi viri. Deſcriptam Deam habes in Bello Gildonico, Sexto Conſulatu Honorij. Alibi. & apud Sidonium Paneg. Anthem.

75. PERSOLVERE GRATES.] Alludit de more mores primi Imperij Romani, ſub Cæſaribus Republica etiamnum ſibi ſimiliore. Eo enim tempore pro præmio ob maximas res geſtas Conſulatus tribuebatur. Mamertus Imp. apud Vulcatium Gallicanum: *Habetis, P. C. pro gratulatione victoria generum meũ Conſulem, Pompejanum dico. Cujus ætas olim remuneranda fuerat conſulatu, niſi viri fortes intervenisſent, quibus reddi debuit, quod à Republica debebatur.*

76. DOMINUM FLEXURA.] Conſules enim in annum futuri deſignabantur ab Imperatoribus, miſſa trabea Conſulari: Exemplum habes in Gratiarum Actione Auſonij ad Gratianum. Hinc eſt quod Plinius, talium vetuſtiſ-

Juſtiſſimus, cæteriq; Panegyriſtæ, non Reipublicæ, non Senatui, non Populo, ſed iu quẽ hujus jus translatum erat, Imperatori geſtis honoribus Gratias commemorant.

77. FAMULI.] De Curru Martis famulos, ejus ſoboli, Romæ, adjungit. Vide Papinium, libro VII. Theb.

78. ROMAM COMITANTUR.] Alludere etymon dicas Romæ. Valentia enim ei Latinum vocabulum. Solinus, cap. I. *Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum oppidum ibi offendiſſet, quod extructum anteà Valentiam dixerat juventus Latina, ſervataque ſignificatione prius impoſiti nominis, Ῥώμην Græcè Valentiam nominatam.* Extat in urbem Erynnæ Lesbiæ Poetriæ Odarion, quod perperam *Roberi Græce* nonnulli adſcriptum, id occaſione hac Latinis numeris deſcriptum cum bono Muſarum, Muſæorumq; hominum favore apponere placet.

Χαῖρέ μοι, Ῥώμα, θυγάτηρ Ἄρηος,
χρυσομίτρα, δαΐφρων ἄνασσα,
Σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς Ὄλυμπον,
Αἰὲν ἄθραυστον.

Σοὶ μόνα πρεσβίστα δέδωκε μοῖρα
Κῦδος ἀρρήκτω βασιλήιον ἀρχῆς,
Ὄφρα κοιρανήϊον ἔχοισα κάρτος.
Ἁγεμονεύῃς.

Σᾷ δ' ὑπὸ ζεύγλα κρατερῶν λεπάδνων,
Στέρνα γαίας καὶ πολιᾶς θαλάσσας
Σφίγγεται. σὺ δ' ἀσφαλέως κυβερνᾷς
Ἄστεα λαῶν.

Πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰών,
Καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ' ἄλλοις,
Σοὶ μόνα πλησίστιον οὖρον ἀρχᾶς
Οὐ μεταβάλλει.

Ἦ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κρατίστους
Ἄνδρας αἰχματὰς μεγάλους λοχεύεις
Εὔσταχυν Δάματρος ὅπως ἀνεῖσα
Καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν.

Vel aliorſum vel planè nihil viderunt, qui luculentum hoc Odarium de Robore ſive Vi aut Violentia ſcriptum ſuſpicari potuerunt. Quomodo enim ea Domina Terræ & Maris, quo titulo nec Martem ipſum indigitatum legere velis. Deinde, ſi Dea eſt ſive Valentia illa, ſive alio nomine nominanda, quam Poetria celebret, quid Tempori cum Dea, quid Parcæ? An ſolum hoc numen Tempori exemtum, cæteræ ſubjaceant? θυγάτηρ Ἄρηος, Victoriis omnes populos memorabiles obtinens, & ex hiſtoriis natalium ſcitè verèq; (ut fabulæ poſſunt) ſic appellatur. Χρυσομίτρα Quis neſcit auro inducta aut tincta ſaltim Tecta Romanorum Templorum; unde *Aurea* tota Poëtis. Ὄλυμπον. Notum dictum ſive dicterium Romam Concilium Regũ. Hæc Deos non ſine Gratiis fecit; ſimilia apud Dionyſium Alexandrinum, Oppianum, Epigrammatarios. Αἰὲν ἄθραυστον Aeterna Urbs. Imperium ſine fine dedi. Et hoc genus nota mille alia. Etiam Aeneæ regnum ab Homero præſignitum huc pertinet perpetuum. Sic ſi ſingula exigantur penè Romanis dictis compoſitum videbitur integrum Carmen. Nos alia hic agimus, ad quæ revertemur, poſita interpretatione.

Filia, ô Martis, mihi, Roma, ſalve;
Aureo pollens apice, Imperatrix,
Quæ ſacrum in terris habitas Olympum,
Sede perenni.
Maxima hoc uni tibi Parca donat
Regium æternum decus Imperanti.
Ut poteſtatem Domina potita
Cuncta gubernes.
Tu tuis terras pelagusq; habenis
Et juge æternum valido coerces,
Quisque te victa populus per Orbem.
Urbis adorat.
Cuncta percellens fuga te avitatis

D 2 *Exci-*

Excipit ſorti, variuq; vitas
Differens ventis, tua regna neſcit
Tangere turbo.
Sola magnorum genitrix virorum,
Filiis munis tua regna firmis.
Nec Ceres denſis tua vincat umquam
Germina ariſtis.

80. CUSPIDE TURBET HYDASPEN.] annuit alluditq; Picturam Urbis, quæ haſtata producitur. Bello Gildonico:

humeris vix ſuſtinet agris
Squallentem clypeum, laxata caſſide prodit
Canitiem, plenamq; trahit rubiginis haſtam.

Sidonius, Panegyrico Anthemij,

Fibula mordaci refugas à pectore veſtes
Dente premit: micat haſta minax, quercusq; tropæis
Curva tremit, placidoq; Deam ſub faſce fatigat.

Deſcriptio noſtri hæc pulcra eſt; eo tamen, meo animo, deformior ſemetipſa, quod aliquam multas alias per Poëmata Claudiani pererit. Cum enim neceſſario ſorores ſint hoc genus, non nimis caſtè aliam alia matrem nuncupare poſſit.

82. DOCET SERVIRE LUPATIS.] Inconſideratius poſitum τὸ *DOCET*. Nec enim actu uno docetur tale quid, & Cornipedes iſti non tum primum inſtituebantur officium ſuum ad currum facere. Poſſidere æthera Romam dicis quia conſecrata, interq; Deos illos egregios relata erat, cum Venere commune fanum ſortita.

83. TRIUMPHATIS REGNIS.] Omnibus ſub unum redactis. Verum cauſſam docet Prudentius, verbis ad Auguſtini primum de C.D. Nobis relatis; item Eucherius ad Valerianum his verbis: *Nationes & Regna putasne ob aliud in ditionem ac jus ceſſiſſe Romanum, & ob aliud magnam partem generis humani in unum tranſiſſe populum, niſi ut facilius, tanquam medicamentum, per corpus unum, ita per unam gentem fides infuſa penetraret, ut capiti ingeſta velociter ſe per membra diffunderet? Quando autem iſtud inter nationes, aut multitudine innumeras, aut immanitate Barbaras, exſtitiſſet? Inde eſt, quod nunc terra à Solis ortu & occaſu, ab Aquilone & meridie Chriſtum reſonat. Quod ad vitam omnia mundi latera concurrunt: dum fidem Thrax, fidem Libys, fidem Syrus, fidem receptat Hiſpanus. Magnum ergo & hoc divinæ pietatis argumentum eſt, quod ſub Cæſare Octavio, cum utiq; Romana poſſeſſio verticem tenuit, tunc ſe Deus terris dedit.*

Encomia Romæ apud noſtrum obvia. Vide Rutilium Numatianum cum noſtris.

83. REGNIS.] Imperijs per Habitabilem notumq; orbem, magna parte, ut cautè Eucherius, ſparſis. Regnum legitimi Regis Imperium, quod Regem Regiæ ſuſtentet, defendere poſſit. Sulpitius Severus lib. I Hiſt. *Id modo adnotandum curavimus XX. & IX. regna Imperio Hebræorum ſubjecta.* Regnum poſſidere, tam eſſe potentem ut tale Imperium, tantum terrarũ opumq; poſſis ęquare. Dionyſi⁹|Cato.

Vtilius regno eſt meritis ſibi quærere amicos.

Quomodo *Regem eſſe* Horatius dixit *Rex eris ajunt*. Regno carius, quod ſummum velut humanæ rei votum exſcendat. Hilarius Arelatenſis in Martyrio ſeptem Macabæorum fratrum.

Parve puer, teneriſque tuis mihi carior annis.
Carior es Regno, vita quoque carior ipſa.

Quæ omnia Proverbium ſapiunt. Romanum verò Imperium Univerſum etiam non fugit Regni Titulum. Claudianus II. Stilic.

Quem videt Auguſti ſocerum, Regnique parentem,
Miratur, conviva, parem.

Et ea imitatione Imperium etiam Germanicum Gunterus Regnum appellandum cenſuit, libro V.

Teutonici ſedato turbine regni,
Principis adventus, veluti nova Solis imago,

Cæpe-

Cœperat optata radios effundere Pacis.

Regnorum autem legitimorum certa erat dimenſio certus ſplendor redituum, intra quos nomen illud non conſtabat. Itaque apud majores noſtros *Ducatus*, ſuam habebant neceſſat iam dignitati, amplitudinem, Duodecim videlicet Comitatuum. Adelmus Monachus in Annalibus Francorum, de Carolo Magno. *Taſſilonem in Ducatum reſtituit; Demumq; rurſus, Griſonem, more ducum, duodecim Comitatibus donavit.* Sed decrevit jam olim, nec longè poſt Caroli tempora, hic numerus, donec dignitas aut poſſidentis honor amplitudinem territorij ſupplevit. Olim dixi, nam de Friderico primo ita ſcribit idem Gunterus, lib. V. extremo:

> *Rex Patrue, cum tres Comitatus ille teneret,*
> *His quaſi compactis, & in uno corpore junctis,*
> *Conſilio Procerum celebrem dedit eſſe Ducatum.*

TRIVMPHATIS REGNIS.] Regnorum ſanè communis velut vaſtities erat Imperium Romanum, in ſe abſorbens omnia, non ſine nota ingluviei & avaritiæ inexplebilis. Vide Epiſtolam Regis Mithradatis ad Regem Arſacem, apud Salluſtium, Quarti Hiſtoriarum Fragmentis: qui regna ſubvertere, morem Romanum dicit Noſter Codex, facinoris ſocio ſibi uno de Belgicis allecto *triumfatum* hic *athera* agnoſcere mavult. Idem ubi cæteri habent *ſervire lupatis* Scribere portento verbi *ſubjure* ut *ſubiiſſe*, vel & deterius aliquid aliud inſtillare lectori poſſit ſcilicet. Nobis utroq; loco nullam omnino mutationem admittentibus.

84. INNVPTÆ MINERVÆ.] Semper virginis. Coluthus.

> ἐς γάμον ἡμάρτητοι, γάμων δ' ἀδίδακτ۞, ἀθήνη.

Eum Poetam etſi ad Principes parum facere arbitremur, majoris tamen facimus, quam ut Sophiſticanti alicui Devonio poſtponamus, habendum dicimus, Ut in quo ſplendorem ſuum minimè omnem amittat Antiquitas: Acumínum autem illa Scholaſticorum mancipia ultrò cum turbant & corrumpunt.

84. RITVS IMITATA MINERVÆ], Armaturam; habitum. Exemplo Papinij, Qui & *morem* ita capit lib. IV. Arcadici morem renet ille galeri.

85. CÆSARIEM.] Incuſat vir ſummus, Scaliger, *in fœmina Cæſariem* dici quamcunq; etiam comam. Quos cum noſtro accuſet, monebimus ad illud Nuptiarum Honorianarum. *Cæſariem tum forte Venus ſubnixa coruſco Pingebat ſolio* *Crinita Roma effigie* exprimit Lucanum.

86. ORNATV RETORTO.] Torquem intelligit, etymo alluſo. *Mollire*, effœminati ϑρχαίσμᾷ. De quo ſequentibus Commentarijs.

86. NVDA GENV.] Græciſmus. Julius Rufinianus Rhetor Latino nomine, additis de Marone Sex ſeptem exemplis.

87. EXERTA LACERTOS.] Talis Romæ Figura, utpote pugnam nunquam meturus, ut præſenti ſemper intenta. Tales ad conflictum paratos inducit non uno loco Papinius.

87. AVDACEM RETEGIT MAMMAM.] Habitu Heroinarum ad prælium euntium, aut armatarum. Sidonius de eadem:

> *Sederat exerto bellatrix pectore Roma.*
>
> Alibi.
>
> *videt ipſe Deum, ſubmiſſus adorat Pectus, & exſertam tetigerunt cornua mammam*

Juvenalis Sat. I. *Mævia Tuſcum Figat aprum, & nuda tenens venabula mamma*, Virgilius, lib. XI. de Camilla.

88. GEMMA.] *Fibula gemmea* I. de Raptu Proſ. Papinius lib VII. &c.

89. NODVS QVI SUBLEVAT ENSEM, ALBVM PVNICEO PECTVS DISCRIMINAT OSTRO.] Humero enim vetus conſuetudo enſem ſuſpendebat. Virgilius.

D 3 *Tum*

Tum lateri atque humero Tegeæum ſubligat enſem.

Ita quidem ut ad lævum latus penderet. Sidonius Panegyr. Anthemij.

bullu hoſtilibus aſper

Applicas à læva ſurgentem balteus enſem.

Nempè ut prono mucrone vergeret tergum verſus, ut indicant hæc Sidonij.

90. MISCETVR DECORI VIRTVS.] Commendatione Heroum Heroinarumque perpetua, jam inde ab Homero.

91. ARMATVR TERRORE PVDOR.] Palladi propria deſcriptione, Vt viraginem virginem agnoſcas. Alibi *Auguſti majeſtas grata pudoris.*

92. GALEÆQVE MINACI.] Monſtra enim conis galearum infingebant veteres, Dracones, Gryphas, Leones, Chimæras, Notarunt docti.

93. FLAVA CRVENTARVM PRÆTENDITVR VMBRA JUBARUM.] Cruentas jubas rubras dicit. Priapæorum Auctor.

Frontem cruentos Arcadas vides Faunos.

Id eſt minio infectos. Eo autem ad criſtas gaudebat militia colore vetus. Virgilius de Turno

maculis quem Thracius albis

Portat equus, criſtaq; tegit galea aurea rubra.

Apto ſcilicet ſanguineo Martis negotio, ut ex Philoſtrato alijsque notamus alibi fuiſſe qui omnem habitum militarem hoc potiſſimum fuco tingerent. *Flava umbra*, aura eſt, infecta quodammodo ipſa umbra, quam flaveſcentem jacit rubeus color. Auram vocat Maro lib. VI.

Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit.

Priſcianus Periegeſi.

Atque aura viridi legitur quæ ſplendet Iaſpis.

Umbra fulva apud noſtrum fine. III. Raptus Proſerp.

quacunq; it in æquore, fulvis

Adnatat umbra fretis

Papinius eadem re variatum coloribus flammæ & aquæ mare dicit. Lib. XII.

Orba Ceres magnæ variabat imagine flammæ

Heſperium Siculumq; fretum.

94. FORMIDATO LVMINE.] Terrificum Clypei jubar: Talibus multis Papinius, ut de armis Theſei eodem Libro.

Vt vero æquoreus quercum Marathonida Theſeus

Extulit, erectæ cujus crudelis in hoſtem

Vmbra cadit, campumq; trucem lux cuſpidis implet.

Et alibi non uno loco.

94. TITANA LACESSIT.] Ejuſdem Martij Poetæ eſt, de Libro VI.

Qualis Biſtonijs clypeus Mavortis in arvis

Luce mala Pangæa ferit, Solemque refulgens

Terrttat, incuſſaque Dei grave mugit ab haſta.

Sic præſtringentem in acie hoſtium oculos clypeum jactat miles Plautinus Vir doctus qui Titana pro Sole Gigantem capit, aberrat viſu. *Sol Titan*, ut pueri norunt. Petronius:

Deformi Titan vultus caligine texit.

Lucanus.

Vnde venit Titan & nox ubi ſidera condit.

96. PATRIVS MAVORTIS AMOR.] Quo Patrem Romuli & Remi Mars fatetur. Mira eſt in Libris variatio, quorum architecti minimè intelligebant quæ ſcriberent. Noſter *Hic patrius Mavortis erat.* Stultè omnes. Patrius Amor Mavortis, qui eum patrem fecit tam nobilium Puerorum, quemq; ille fatetur Romuli & Remi glorians eſſe pater.

97. FOETVSQVE NOTANTVR ROMVLEI] Romani. Romulus & Remus. Mira locutio, cum eorum fœtuum alter fuerit Romulus, non pater. Incurioſa non pauca inſunt huic libro, quibus & iſtuc addas. Sanè

qui fœtus Caſtoreos dicat Caſtorem & Pollucem, ſibilum metear. Sed referendum ad *Mavortis* nomen *Martis fœtus Romulei* Concubitum cum Rhea, & agnitionem inde filiorum Martis dicit.

97. POST AMNIS INEST.] Omnes manuſcripti libri *pius* agnoſcunt. Quibus quidem nobis uſus datus eſt: Et cur tot teſtibus non adſentiamus. Cum Tiberis foverit Martios geminos, & Iliam poſt Vxorem duxerit, uti Poetarum Chorus conſentit. Pietas amnis fuit, cum juſſos mergi pueros recens natos, non admiſit perniciei. Ovidius, Faſt. III.

Hoc ubi cognovit contemtor Amulius, aqui
Nam raptas fratri victor habebat opes.
Amne jubet mergi geminos, ſcelus unda refugit:
In ſicca pueri deſtituuntur humo:

Hanc pietatem expreſſerat Vulcanus, Tiberim cedentem fingens. Vera ergo ſcriptura reſtituatur, quam non intelligentes mutarunt Librarij.

97. BELLVA NVTRIX.] Lupa. Flodoardus, Hiſtoriæ Rhemenſis conditor ſuo etiam ævo commonſtratum antrum tradit, quo Romulum Remumque nutricata fuerit bellua. Sed eum de more, aliquem priſcum ſcriptorem exſcribere vetius eſt quàm de ſuo commentari.

98. TINGUNT AERA LUPAM.] *Fingunt* ſcripſit Claudianus. Auſonius de ærea bucula, Epigramm. LXIII.

Aeream mugitum poterat dare vacca Myronis,
Fingere ſed ſimilem viva, quam vivere, plus eſt.

Eam reſtitutionem noſtram firmant Libri Claveciani. *Aes* accenſet pretioſiſſimis metallis, more priſco, quem & de Sacris Litteris alibi explicamus.

100. SIMUL EMISSIS.] Simulac Zephyros aerem ſereniorem, minimè gravibus ventis turbatum, intelligunt. Noſter de Iside III. Raptus.

Illa colorato Zephyros illapſa volatu
Numina conclamat.

His ferri numina, ut & aliis ventis. Papinius, lib. I. Theb.

Portantes præcede Notos, Cyllenia proles.

Claudianus I. de Raptu.

I celeres proſcinde Notos.

101. CURSUQUE ROTARUM SAUCIA.] Idem dicit Papinius, lib. I. Eod.

Nec mora, ſublimes raptim per inane volatus
Carpit, & ingenti diſſignat nubila giro.

Hoc eſt diſpeſcit, ut orbita in ijs appareat. Ita ſcribendum eo loco ex optimis membranis, quarum collatione totum eum Poëtam, Thebaide quidem, repexum ſumus in lucem daturi; Ex enim *diſignat* clarè præferunt.

102. CLARESCUNT NUBILA.] Semitam enim lucidiorem facit Rota perlabens aut pervolans. Nemeſianus Cynegetico.

Obvia Calliope facias conſiſtere prato
Complacito, rudibus quà luceat orbita ſulcis.

Hoc eſt, quà nos rudem terram lucente ſemita ſignemus, primi invecti.

103. NEC TRAXERE MORAS.] Suum exprimit Papinium.

Nec mora, ſublimes raptim per inane volatus
Carpit

Qui illapſum in ventos uno ictu corporis Mercurium pulcrè præfinxit, cum dixit *Deſiluit, tenuiq; exceptus inhorruit aura.*

Cui ſimilimè de Pſyche Zephyris credente ſeſe ſermocinatur Appuleius.

104. QUEM POSCUNT TETIGERE LOCUM.] Sola voluntate: Unde ſcitè etiam dixit *lapſu protenus uno* quod ipſum omninò tempus conſiderationi eximit. Appulejus lib. IV. de Venere. *Ecce jam profundi maris udo reſedit vertice, & ipſum quod incipit velle, ſtatim quaſi pridem præcepit, non moratura* (ſic emaculandum) *marinum obſequium.* Dijautem

rem quod vellent, continuo id factum habere dicebantur, effectum illico nacta voluntate, ſi quid fieri placuiſſet. Martianus Capella, lib. I. verſibus, etiam poſt doctorum Curam contaminatis.

Anxia cum trepidis nutat ſententia rebus,
Fluctuat incertis aut Sors ignota futuris,
Conſultat mortale genus: quodque indiga Veri
Cura facit dubium, vel Spes incerta fatigat.
At praſcire Deis vacuum eſt; cunctatio nulla eſt,
Quod ſuperi voluere, licet de pectore fixis
Praoptare caret, ſi quod placet atque neceſſe eſt.

Mortale genus, & quod Cura veritatis inſcia, dubium facit, vel incerta ſpes fatigat, uno protelo homines capiendi ſunt, ut ſententiam oris intricati percipias. Vacuum eſt, facile, Spe & Cura dictis vacuum. Scribe *Quod ſuper, volucre, liquet.* Expeditum ſcilicet ſcitur, nulla dubitatione, cura, Spe, fatigatum, quæ tormenta humanitatis modo dixit. *Defixis pectore carent* (ſic enim ſcribendum) *votis:* non indigent optationibus, votis, deſiderijs. Melius etiam ſcribas *pectora.* Vt nullam ſcire Deorum corda moram dicat, quin norint res penitus, ſintque eæ ita ut volunt ipſi. Corrupta circumferuntur ferè omnia hujus Scriptoris carmina, cauſſa ea quod medijs temporibus in Scholis artes ejus prælegerentur, ut ex Gregorio Turonenſi, Joanne Sareſburienſe, Nicolao Clemangio, alibi notatum; quibus exoſa erant omnia ad rem, ut opinio erat, non facientia, nec tot modi & genera metrorum; cujuſquam ferè captum ſubibant, conſuetudine accedente quæ paganiſmum talibus indeclinabilem aſſcriberet. Vltimo verſu *Atque* illico, confeſtim, notat, uſu non protrito, quem habes apud Gellium lib. X cap. XXIX. & Nonium, Pariter Ovidius lib. VIII.

immenſa eſt, finemq; potentia Cœli
Non habet, & quicquid ſuperi voluere peractum eſt.

104. QVEM POSCVNT TETIGERE LOCVM.] Ipſi videlicet Equi noverant quo eundum foret. Vide ad finem primi de Raptu Proſerpinæ.

104. QVA FINE SVB VNO.] Nonnulli librorum *Quem ſine* Inepte. Scribendum autem exiſtimem *ſine ſub imo* Ne vox repetatur ſcilicet, quæ correctores admonere erroris debebat. Sed potius eſt ut ſcripſerit Claudianus ——— *qua fine ſupino Anguſtant aditum curvis amfractibus Alpes.* Quaſi ſupini illic montes procumbant; elegantiori ſenſu quam ferri potuerit vel ſapientiori librariorum turbæ. Alpium deſcriptio apud Petronium, Silium Italicum, alios. Quibus non iniquo Marte aut Apolline certare poſſe arbitror noſtratem Poetam, Gunterum, cujus ingenium media circumſtante Barbaria, Romano tamen Sole illuſtre fuit. Verſus, qui propè miraculo ſint, & fauces etiam noſtro indicatas, præſcribunt, adſcribam, de Libro IV.

Ventum erat ad fauces, anguſtaq; clauſtra viarum
Qua ſe nubiferis horrenda rupibus Alpes,
Exiguo tantum penetrandas limite prabent.
Vniusque capax ſcopuloſo ſemita calle
Aut a laboranti pandit veſtigia turba.
Hic fractis prarupta jugis tenebroſa vorago
Pandit inane chaos, barathrique ſimillimus horror
Exanimes feciſſe poteſt; Atheſinque fragoſis
Sub pedibus rauco certantem murmure ſaxis
Accipit attonita, quem non videt, aure viator.
Hinc ſe nubifero ſuper athera vertice rupes

Tollit;

Tollit, & ingenti latè loca protegit umbra.

Eq; ſupercilio ſcopuloſi verticis unus
Conatu facili, lapſuraq; ſaxa movendo,
Mille poteſt arcere viros; aditusque viarum
Claudere, vel miſſis incautos prendere ſaxis.

Sanè miraculo digna tes, unde tanta copia electorum verborum, ij numeri, ea concinnitas ſermonis, is Spiritus, eo ævo huic homini contigerint. Qui furere translationibus, & ratione efferri non voluerit. Romanus Poëta nemo melius hæc proferat.

105. ANGUSTANT ADITUM.] Ita omnes calamo exarati Libri. Vulgo *Anguſtare.* Quod ad τὸ *tendunt* ſequentis verſus, relatione tamen duriuſcula, poſſis. Nos cum doctis vetuſtatem ſequimur. Verbo utitur alibi

Viridiq; anguſtat Iaſpide pectus.

Papinius lib. IV.

rabidi cum cella minantia monſtri,
Angeret, & tumidos animam anguſtaret in artus.

Lib. XII.

At procul ingenti Neptunius agmina Theſeus
Anguſtat clypeo.

106. CONGESTIS SCOPULIS.] Arctè junctis. Translatione ab opera humana. Lucanus libro V.

venit ætas omnis in unam
Congeriem.

Alpium molem congeſtis pluribus alijs montibus majorem ponit Silius Italicus Libro III.

caligat in altis
Obtutus ſaxis, abeuntq; in nubila montes.
Mixtus Athos Tauro, Rhodopeq; adjuncta Mimanti,
Oſſaq; cum Pelio, cumque Hæmo ceſſerit Othrys.

107. RESERANDA MANU.] Quia Clauſtra dixit ante: quorum eſt injecta clavi reſerari. Deſcribit Germanicus Arato.

ferrato ſe obici clavicula dente
Subjicit, & foribus reducit vincula cloſtri.

Ita legimus ex priſca ſcriptura eos verſus, nemini integrè intellectos.

108. SED PERVIA TANTUM AUGUSTO.] Theodoſio ſcilicet. In noſtris mēbranis diſertim ſcriptum eſt *AVGVSTA.* An *Auguſta* reliquit Claudianus, magis Poëticè, magiſq; eleganter. Nihil Mutamus.

108. GEMINISQUE FIDEM MENTITA.] Eugenio & eum ducenti Magiſtro Equitum, Arbogaſti: hos enim admiſerunt Alpes, non transmiſerunt, ſuperatos occupanti Theodoſio tranſitum. Poſſis & de Maximo capere, quem & alibi inceſſit in gratiam ſuorum Principum Claudianus, vituperat verò impenſe Latinus Pacatus, cujus Panegyricus neſcio quam gratus obvenire debuerit Theodoſio, adeo contra rationem ſæpè adulatur. *Maximum* ſanè inſignem Principem faciunt Ambroſius, Sulpitius Severus, alij; in quo pecuniæ ſtudium facilè excuſaverit temporum neceſſitas. Sed hæc alterius Muſæ ſunt. De Eugenij rebus Conſulas Hiſtoriam Eccleſiaſticam, Tripertitam Epiphanij, Oroſium, Auguſtinum, Zoſimum, Zonaram, Idatium, Proſperum, Victorem, Diaconum, Cedrenum, Niceforum, Contractum, Marianum, Sigebertum, & ejus alios generis Rapſodos.

108. TYRANNIS.] Uſurpatores illegitimi Imperij hoc nomine cenſentur ſcriptoribus Auguſtorum; qui ſupra cæteros Principes magnam partem id ſolum peccarunt tamen, quod Fortunam in poteſtate non habuerunt. De cætero tot bonos tyrannos facilè offendas, quot ægrè Imperatores.

109. SEMIRUTAS TURRES.] Bellorum monumenta. Lucanus, lib. I.

nunc ſemirutis pendent quod mœnia tectis,
Vrbibus Italiæ, lapſique ingentia muris
Saxa jacent.

Idem lib. III.

Inter ſemirutas magnæ Carthaginis arces.

Papinius V. Silo.

Exſere ſemirutos ſubito de pulvere vultus

Parthenope.

109. MOENIA FUMANT.] Urbibus peſſumdatis incendio. Papinius lib. VII. in Martis aulâ & Apparitoribus deſcribendis.

Innumeris ſtrepit Aula minis, triſtiſſima Virtus

Stat medio, lætusq; furor; vultuque cruento

Mors armata ſedet: Bellorum ſolus in aris

Sanguis, & incenſis qui raptus ab urbib. Ignis.

110. CRESCUNT IN CUMULUM STRAGES.] Noſter & duo de Belgicis Libris *in tumulum.* Quę ſcripturâ videri poſſit melior. De parvis enim velut collibus loquitur ptius, deinde de vallibus.

111. ÆQUAVERE JUGIS.] Expletas valles air cadaveribus. Vide Bello Getico, verſum. DXIII Quæque cum bono Deo ibi notati poterunt. Luculentam ſtragem hoſtium feciſſe Theodoſium paret; quod multis abinde annis nemo tyrannus ejus Liberis de Imperio bellum moverit.

111. STAGNANT IMMENSA CRUORE CORPORA.] Innumera. Scripti libri Belgici, Claveriani, Aldus, Scaliger. *IMMERSA* Ut nimirum ſanguis rexerit, & penè abſtulerit cadavera. Hoc probem potius. Neq; impatiter Papinius, lib. X.

ſtagnant nigrantia tabo

Gramina, ſanguineis nutant tentoria rivis.

Immenſa tamen corpora, ultra modum & fidem multa magnaq; dixerit, ut immenſum cruorem alibi Papinius idem.

Caſpia nen aliter, magnorum in ſtrage juvencûm

Tigris, ubi immēſo rabies placata cruere.

Benè multum, magnum, longum, notat hæc vox. Hoc apud Ovidium lib. V.

immenſos edera collecta capillos.

Idem lib. VI.

Formoſa, movens q; decore

Cum capite immenſos humerum per utrumq; capillos.

Sic enim iſto loco optimi libri manuſcripti.

112. TURBANTUR P. F. MANES.] Permiſtum funus, tumultuaria ſepultura, raptim pet acervum congeſtis cadaveribus, Claverij autem & de Belgicis libri aliquot, Scaliger, Delrius, ſcribunt *TRADVNTVR* Id Claudiani eſſe non dubito, *Trudi* enim violentè exigi. Secundo Laudum.

primum ſcelerum matrem Trudis avaritiam

Noſter, Aldus, alij *traduntur*, turbantur. Illud verius. Similè autem in alia re locutus Columella lib. X.

pelagi ſtreperent ſub pondere Manes.

114. CESPITE GRAMINEO CONSEDERAT.] More Heroum veterum, ſpernens ſellas Imperatorias, pompamq; magnificorum ſtratorum: qualis Carus apud Syneſium, Oratione de Rego, Parthorum legatos excipiens. Continentiam Theodoſij commendant Victor, Epitome Principum, & ſcriptores Chriſtum profeſſi Iis fidem derogare nititur, alia omnia tradens, Zoſimus. Paganum noscanem, cum Magiſtro ſuo, Eunapio, os compeſcere jubemus, Claudianum ei de proximo cuſtodem moderatoremq; apponentes.

113. EXACTO LÆTUS CERTAMINE.] Unæ membranæ exhauſto.

115. ARBORE FULTUS ACCLINES HUMEROS.] Sic optimi Codices. *Acclinis*, rei cuipiam acclinans ſeſe: Vox corrupta multis optimis auctoribus, redditaque parti viris doctiſſimis. In Gloſſario Philoxeni ubi editur *adelivis* προσκεκλιμένος, & in Onomaſtico vetere *adelivus* ἐπικλινής, utrobiq;

bique hanc reſtituendam arbitror. Columella lib. XII. cap. XV. Crates *ſuper terram plana diſponuntur, ut cum Sol in occaſum fuerit erigantur, & inter ſe acclines, teſtudineato tecto, more tuguriorum, inareſcentem ficum à rore, & interdum à pluvia defendant.* Sic emendandum & in iſto. Valerius Flaccus, lib. I.

adclivisq; tapetis
In medijs, vacuo condit caput, Hippaſus, auro.

Papinius Epicedio Patris, V. Silvarum.

Ordior, acclinis tumulo, quo molle quieſcis.

Epicedio Alumni, Eodem:

Acclinis tumulo, luctus in carmina verto.

Thebajde Prima.

ignotaq; acclinis poſtibus aula.
Invitat tenues ad dura cubilia ſomnos.
Libro V.
Acclinis malo mediis interſonat Orpheus.
Remigijs Lib. X.
Cœtibus hos medijs vina inter & arma jacentes.
Acclines clypeos alijs. Valerius Flaccus libro II.
Acclinem ſcopulo inveniunt, miſerentq; foventq;.

Horatius, lib. II. Satir. Eclog. II.

Acclinis falſis animus, meliora recuſat.

Ita enim legendum ex libris, & docet Commentator priſcus. Virgilius lib. X.

Vulnera ſiccabat limfis, corpusque fovebat
Arboris acclinis trunco.

Martianus Capella, Lib. I. *Quicquid verò terra confine, ac propinquum, ramis acclinibus fuerat, gravitas rauca quatiebat.* Arnobius, libro VII. *tum deinde ſalutet adclinis, ancillarum aut ſervuli pavibundas trepidationes imitatus. Acclinatum* pari vi Papinius uſurpat, unde veritas hujus, præ illo *adclivis*, inepto pleriſq; locis, patefit. V. Silvarum, IV.

occidit horror (ſcunt
Aequoris, & terris maria acclinata quie-

Libro III. Theb.

tunc pectora ſummo
Acclinata jugo, vultumq; obliqua madentem Incipit.

116. DOMINUM GAVISA CORONAT TERRA SUUM.] Agnoſcens Legitimum Principem, pulſis tyrannis. Deo acceptis ſanctiſq; mortalibus Coronatio aut cultus talis à Tellure adſcribitur. Perſius.

quicquid calcaverit hic, roſa fiet.

Claudianus Nuptijs Honorij

Mavortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animantur frondibus haſtæ.

Nihil igitur hic de corona Triumphali, hominum manibus datam: licet eam meritus fuerit tantus Imperator, quod vir doctus de Tropæis &c. congerens, aurumavit. Graminea etiam corona Obſidionalis, cum qua quid hic negorio Victori? Vide Gellium lib. V. cap. VI. *Tacitè* autem univerſæ terræ Imperatorem facit Theodoſium

116. SURGUNTQUE TORIS MAJORIBUS HERBÆ.] Enaſcuntur terra ſeſe ſubjiciente. Papinius.

Gramineos dedit herba toros.

117. PER MEMBRA CALET SUDOR.] Humor & calor laboris & anxietatis comites indicesque. Propertius, ut verè emendatur:

Humida de tota fronte calebat aqua.

Muſæus. αἰδοῦς ὑγρὸν ἔρευθος. Papinius, Achilleide I.

fax vibrata medullis
In vultus atq; ora redit, lucemque genarum
Tingit, & impulſam tenui ſudore pererrat.

Bellicum calorem memorat noſter, ut III. Conſ. Honorij.

Signa triumfato quoties flexiſſet ab Iſtro
Arctoa de ſtrage calens.

118 CREBROQUE RECURRIT HALITUS.] Major pars librorum noſtrorum CREBERQUE recurrit. Optimè & ſic ſcriptum Poëtæ.

119. PLACIDI RADIANT IN CASSIDE VULTUS.]Etiam in medio fervore belli Clementiæ dulces radios in vultu Victoris agnoſcit. Papinius.

juvat ora tueri
Mixta notis belli, placidamque gerentia
Pacem.

Pertinet huc ridens terror apud Ennodium, Epigramm.XVIII. Noſter Quarto Conſulatu Honorij.

radiat quam torva voluptas
Frontis, & Auguſti majeſtas grata pudoris.

119. LETHIFERA CÆDE.] Gentes enim totas exſcindere Martem Poëtæ ajunt, cum furori ſe ſuo dedit, ut ſæpè Poëtæ: Eaq; illi voluptas apud Thracas Gelonoſque ſuos. Papinius,lib.VII.

ſeu poſita reſpirat cuſpide Mavors,
Quamquam inviſa quies,ſeu; quod reor; arma tubasq;
Inſatiatus habet,caraq; in ſanguine gentis
Luxuriat.

Cauſſam fictioni dedit perpetuus gentium earum in vicinas, & ſemetipſam inteſtinus furor,vel uni exſuli Ovidio conteſtatiſſimus.

120.GETICO GRADIVUS IN ARVO.] Duo libri; Noſter, & Belgicorum princeps vetam hic ſcripturam ſervarunt *Gradivus in Aemo.* Quod ſanè neque librariorum commentum eſt, & reſpicere videntur ſequentia. Mons & regio Martis domicilio notiſſima, ibiq; quieſcebat poſt bella. Noſter priore in Rufinum.

Mavors, nubifero ſeu tu preeumbis in Aemo,
Seu te cana gelu Rhodope tenet.

121. BELLONA LEVAT.] Armigera Martis. Ipſe loquitur eodem noſtri libro.

Fer galeam,Bellona,mihi:nixusque rotarum
Tende,Pavor.

Soror ejusdem. Lutatius, in Thebaidem Quintam. *Enyo, Bellona, ſoror Martis, ideo Martiam dixit: qua qui nomen pro actu ipſo accepit, quaſi bello nata.* Quamquam filiam potius dediſſe ei videatur is Grammaticus, cum Bellum ei Avum ponat, quo ſatus dici poſſit Mavors. Et ſic noſter I. Stilic. V. CCCLXXII. *currumq; patris Bellona truntat Ditibus exuvijs.*

122. IMMENSAQUE CORNUS IN HASTAM PORRIGITUR.] Haſta ex corno facta. Sic Appulejus,*lapis in Dianam factus;*& centum talia, alibi nobis notata. Libri nihil variant, Tamen adoleſcens non ineptè ſuſpicatus ſum ſcribendum *cornus in hoſtem* Ut ſplendore nimirum aut umbra ipſa tangeret hoſtes, quos in utraq; confligentium parte habebat Mavors. Similiinè Papinius, quem videtur noſter exprimere iſthic voluiſſe. libro XII.

quercum Marathonida Theſeus
Extulit, erecta cujus crudelis in hoſtem
Umbra cadit, campumq; trucem lux cuſpidis impl t.

Et non abſimiliter Valerius Flaccus libro VI.

ingentem campis beſtilibus umbram
Fert abies,obnixa genu.

Licet is de pluribus loquatur.

Sarmatica coitere manus.

Placet tamen *in actum porrigitur* Id eſt propè Hebrum in littus haſta ponitur. Ut cum quieſcente domino & ipſa reſpiret. Ita legimus ad hunc Papinij locum. Lib.XII. Theb. V.DCCXXXIII.

124. DISCUSSAS ROMA PER AURAS.] Dij enim nebulis amicti inter homines, ne viſu videlicet nugacitas eorum deprehenderetur. verſari dicebantur à Poëtis, Heſiodus de Indigetum cenſu.

Οἱ ῥά φυλάσσουσί τε δίκας,καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
πλουτοδόται

Horatius

tandem venias,precamur,

Nube

Nube candentes humeros amictus, Augur Apollo,

125. CONSCIA TUNC SONUIT RUPES.] Adventu Deæ: Et inanimata enim eos præſentes ſentiebant. Callimachus in Apollinem. Claudianus initio Panegyrici in Sextum Conſulatum Honorij.

125. INHORRUIT ACRI MAJESTATE NEMUS.] Tres nobis Codices ſervarunt veram Lectionem. Quæ enim actis majeſtas? Et non ſatis ea, ut ſolet de Numinibus loquentibus, per ſe dicta? Scribunt ij libri inhorruit atrum Majeſtate nemus. Ipſam denſam & atram in Alpeſtribus illis confragis Silvam inhorruiſſe tanti Numinis acceſſu ait. Nihil verius, nam in talibus locis geſta res, & convenit Principem ſuum Roma. Inhorreſcere cum de ſilvis dicitur, mitem concuſſionem indicat. Horatius lib. I. Carm XXIII.

Nam ſeu mobilibus Veris inhorruit
Adventus folijs, ſeu virides rubrum
Dimovere lacerti.

Papinius prima Thebaide. *Deſiluit, tenuique exceptus inhorruit aura.* Sanè vera eſt emendatio, Majeſtate enim, eaque atri, nemus inhorreſcere, nihil magnum dixerit: Atrum vero Nemus id facere, & rupem ipſam Numen agnoſcere, grande fatu eſt, & inter ſe aptum.

127. DVX AIT.] Imperator Romanus. Prudentius de ejus Filijs.

Hæc ubi Legatus; reddunt placidiſſima fratrum
Ora ducum.

127. LEGVM GENITRIX.] Quibus Orbis terrarum in unam velut Gentem redactus eſt. Vide Eucherij ad Valerianum verba, ſupra poſita. Noſter pulcerrimè, lib. III. de Laudibus Stiliconis.

Quæ ſeptem ſcopulis Zonas imitatur Olympi,
Armorum Legumq; parens; quæ fundit in Omnes
Imperium, primique dedit cunabula Iuris.

Humanumque genus communi nomine vinxit,
Matris, non Dominæ, ritu, civesque vocavit
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit,

Auguſtinus, de Conſenſu Evangeliorum, lib. II. cap. XXV. Rutilius Itin. I.

128. CIRCVMFVSA POLO.] Ex ambitione Romana, qui Limitibus cœli non comprehendi ſuum jactant Imperium. Epigrammatarius Vetus.

Sol citra noſtrum flectitur Imperium.

Sic Romanum diem vocavit Papinius, Equo Maximo.

ſtabit dum terra polusque,
Dum Romana dies.

Martialis, lib. IX. Epigr. II.

Manebit altum Flaviæ decus gentis,
Cum Sole & aſtris, cumq; Luce Romana.

Lucanus, libro VII.

Haud multum terræ ſpatium reſtabat Eoæ,
Vt tibi nox, tibi tota dies, tibi curreret æther;
Omniaque errantes ſtellæ Romana viderent.

Quos verſus vel æmulatus eſt, vel imitatus, Petronius, Initio Speciminis de Bello Civili, quo nos primum nomine id Carmen nuncupavimus.

Orbem jam totum victor Romanus habebat,
Quà mare, quà tellus; quà ſidus currit utrumque.

129. CONSORS ADJUNCTA TONANTI.] Velut aſſidens atque affixa ei. Recte capitur de Templo. Alludit enim in monte Palatino juncta Jovis & Romæ Fama. Noſter Liber *Conſors adducta* Velut in thalamum dicas, expulſa Junone illa Punica atque Argiva. Ei aſſentitur de more etiam Princeps Belgicorum. Bentinianus *addicta* Ut alij Belgæ. Nihil mutamus. Adjungi enim, eſt in familiam

liam alicujus venire, pari cum eo honore macƭari. Manilius de eadem Urbe, lib. I.

quam rerum maxima Roma
Impoſuit terris, cœloque adjungitur ipſa.

De familia, Virgilius de Turno

quem Regia conjux
Adjungi generum miro properabat, Amore.

Jovem porro Romæ habitare uſque adeo ſtatuebatur, ut & de Tarpeio monte fulminare perhiberetur. Vide nos ad Horatium, lib. I, Carm. II.

130. COELVMQVE TVVM.] Sedem tuam. Claudianus eam *denſum ſtipantibus athera Templis fuere* ait ipſe in VI. Conſul. Honorij. Auſonius:

Prima urbes inter, divûm domus, aurea Roma.

Rutilius ad Eam.

Non procul à cœlo per tua Templa ſumus.

Urbs enim quoddam Templum Univerſi erat. Ammianus, lib. XVII. *Roma, id eſt in Templo mundi totius.* Quæ mox Theodoſius pro Salute Imperij ſeſe exantlaturum pollicetur, ea ſæpius & in hoc & in alijs ſuis Heroibus repetit Claudianus, adulandi perquam prudens, more & velut officio Panegyriſtarum. Quod tamen ego ita interpretari ſoleo, voluiſſe ſagaces & in rebus exercitatos homines docere laudando præſentes, quid poſcant præcepta Sapientium à ſequentibus Principibus: intemperantiæ enim Encomiorum miſcent cordata præcepta, quibus opus minus ut traderentur eſſet, ſi vita ubique actibusque exprimerentur. Id genus egregiè excoluit Xenophon nobiliſſa Pædia Cyri; quã tamen tam excordi ſunt ſtultitia facti homines qui in Chronologias pro Vera Hiſtoria conferant, nimirum ne deſit pueris quoque conſultioribus, quod in delirijs ſenum rideant. Eo cenſu non inutile Hiſpanis opus commentatus eſt, qui Marcum Imperatorem effinxit. Pari penè cum Xenophonte infelicium ingeniorum fatuitate, pro rerum geſtarum Conditore æſtimari cœptus. Sed hæc aliena his notis.

131. LIBYCOS LABORES.] Scriptorum nonnemo *vapores.* Quæ vera lectio ex ſubjectione frigorum contrariorum patet. Eſt illud Catullianum, de Theocrito hauſtum:

Ni te perditè amo, atq; amare porrò
Omnes ſum aſſiduè paratus annos,
Quantum qui pote plurimum perire,
Solus in Libya Indiaq; toſta
Cæſio veniam obvius Leoni.

Pariter III Honorij Conſ.

Ite per ardentem Libyam ſuperate vapores
Solis, & arcanos Nili deprendite fontes.

Libyci Labores, quales in deſertis ejus exantlarunt, Alexander apud Curtium, Arrianum; Cato, Lucanum lib. IX. Alios. Sed illa lectio eſt vera.

132. COROS.] Viſe Gellium Lib. II. cap. XXII.

134. NVLLA SVB TEMPESTATE TIMENTIS.] Quocunque cœlo, ait, favente, ſive adverſante. Sic Honorium aſſueſecit Theodoſius idem.

Frigora ſæva pati, gravibus non cedere nimbis,
Æſtivum tolerare jubar, tranſnare ſonantes
Torrentum Furias.

Ipſe quidem virtutis exemplar verum: de filio autem alia res. Et quidem utroque.

135. BRVMA TENTABIMVS ISTRVM.] Unus Liber. HEBRUM. Non mutamus illum celebetrimum barbatie fluvium: Sanè ad eum ejusque gentium clade egregie Remp. tutatus eſt Theodoſius, ut Noſtri ſcriptoribus alijs alibi atteſtatur. Ipſe ad Stiliconem III. Conſ. Hon.

Othryſium pariter Getico fœdavimus Hebrum
Sanguine; Sarmaticas pariter proſtravimus alas.
Riphæaque ſimul feſſos porreximus artus

In glacie, ſtantemque rota ſulcavimus Iſtrum.

137. VICTRICIA CASTRA.] Vide Priſcianum, lib.V. & VII. Noſter Sexto Conſ. Honorij. *victrici concepta ſolo. Signa victricia* apud Juſtinum lib. XLIV. Prudentium I. in Symmachum. Silium I. Punicorum. Sidonium Hendecaſyllabis. *Victricia arma*, Virgil. Æn.III. Propert. lib.IV. *Tropæa Victricia. Minus.* Felix Octavio. *Victricia regna.* Gunter. lib.II. Alia inſequens ætas etiam primo generi hanc flexionem tradidit, contemtis legibus Artigraphorum. *Sic Triumfum Victricem* legis apud Vigilium Lib. I. Contra Eutychen. *Cuncta inferni Iura victrici congreſſionis triũfo copulans, ad ſuperos repedavit.* Victricem gladium in Petro Mauritio, Cluniacenſium Principe. lib.IV. Epiſt. XXIII.

Victrici gladio mox publicus hoſtis obibit.

Sic alia mutato genere, ut *aſſertor mare* apud Aratorem lib.II. Hiſt. Apoſtolicæ.

ſanctusq; pateſcat Aſſertore mari

Albertus Aquenſis lib. III. c. LIV. *Victrici eventu.*

138. SERVITIVM RVRSVS FVRIÆQVE.] Arbogaſten ſummum Belli ducem per Furiarum vocabulum intellige, per Servitium hominem primum tenuis Fortunæ & Ludimagiſtrum Eugenium, mox verò ſceptro quoque Romano inſtinctu Arbogaſtis aſpirantem, & jam penè poſitum. Arbogaſtes quidem ſub ipſo Theodoſio antea præclarè fortiterque bellaverat, & ſub Eugenij umbra utique Imperium ipſe moderaturus erat. Paulus Oroſius: *Mortuo Valentiniano Auguſto Arbogaſtes Eugenium tyrannum mox creare auſus eſt, legitq; hominem, cui titulum Imperatoris imponeret, ipſe acturus Imperium. Vir barbarus animo, conſilio, manu, audacia, potentiaq; nimius, contraxit undiq; innumeras invictasque copias, vel Romanorum præſidijs, vel auxilijs barbarorum, alibi poteſtate, alibi cognatione ſubnixus &c.* De Eugenio, Socrates, exque eo Epiphanius, Tripertitæ lib. IX. c.XLV. *Reſpublica eo tempore ex hujuſmodi cauſſa turbabatur. In occidentis partibus Grammaticus quidam nomine Eugenius, Latinarum litterarum Doctor, relinquens Scholas ſuas, in Palatio militabat. Eratq; Imperatoris Antigrapheus, & propter Eloquentiam à multis honorabatur. Tũ ergo ut fertur, non mediocria cogitans, cooperatorem aſſumſit Arbogaſten de minoribus Gallijs ortum, Militaris Ordinis Ducem; virum ſævum, & ad cædes paratum.* Vide Zoſimum, qui mirificè laudat.

139 PARIBVS.] Rurſum. Priorem ſimul Victoriam de Maximo & Victore intelligit. Vtrobique mira Virtute & Felicitate paucis numeris innumeras hoſtium copias ſuperavit, ut merito pares Triumfi dicantur.

140. LIBERTATE RECENTI.] Barbarum hominem perſtringit, velut in ſervitutem rapturo Rempublicam Arbogaſte.

142. ALTO DE SEMINE.] Generoſo, Illuſtri. Virgilius lib. IX. *Thebana de matre, nothum Serpedonis alti.* Servius: *id eſt nobilis.* Idem lib X.

143. PIGNORA CARA.] Quis enim dubitet, Græca imitatio.

143. FESTA QVOS LVCE CREATOS.] Minimè omine adverſo, aut die nefaſto atque adſpernabili. Natales fratrum horum Obſervatos, & incidiſſe in diem Lætum Reipublicæ hinc conſtat. Ita Obſervatus Claudij Imperatoris, incidens in eum diem, quo Urbs Natalitia Lugdunum Feſtum diem agebat, ob primam dedicationem Aræ Auguſti, ſcriptore Suetonio Dies autem rebus conſtituendis Lectos, exempla memorantur alibi. Ovidius de Palilibus:

Apta dies legitur, qua mœnia ſignet aratro:
Sacra Palis ſuberant: inde movetur opus.

Et Propertius, lib.IV.

Vrbi feſtus erat, dixere Palilia Patres,
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies,

Honos *Feſtos dies* vero & Familiæ ſingulæ peculiares ſuos habebant, & in ijs perſonæ. Macrobius Saturnalium lib.I.cap.XV. *Sunt feriæ pro-*

propria familiarum, ut Claudia vel Æmilia, ſeu Iulia, ſive Cornelia. Et ſi quas ferias proprias quaque familia ex uſu domeſtica celebritatis obſervat. Sunt ſingulorum, Vt Natalium, Fulgurum ſuſceptiones, item Funerum atq; Expiationum. Sic fauſta nomina obſervabantur. Tacitus Hiſt. IV. In Reſtitut. Capitolij: *Spatium omne quod templo dicabatur evinctum vittis coroniſque. Ingreſſi milites quibus fauſta nomina, felicibus ramis.* Quod male mutant.

144. FOVI GREMIO.] Excepi: ſublatione ſolemni. Nuptijs Honorij.

ſic natus in oſtro
Parvus Honoriades genibus confidat avitis.

Parentes enim recens natos Liberos ſublatos gremio imponebant. Mos doctis quamplurimis notatus. Gremio Educationem indicate noſtrum, Notabimus infra. Hos ergo & ſuſcepiſſe & educaſſe ſeſe ait Roma. Ut Stellam Venus, apud Papinium Epithalamio.

145. MATRIS ONVS LVCINA BEATVM.] Beatum an alio Librorum vocaſſet neſcio. Eo ad explendum verſum ſæpè abutitur Venantius Fortunatus, cum ſuorum diſcipulorum choro. Onus, partus. Arnobius lib. III.

146. PRÆFERRENT SIDERA PARTVS.] Omnino ſcribendum proferrent. Ut noſter Codex præfert, utque octo ipſi Belgici. Sidera allaboraſſe omnia tanto præferendo verſui dicit, ut Naturam in Phœnice:

cunis Natura laborat, Æternam ne perdat avem

Imitatio autem eſt Pollionis Maroniani. Quē in hanc partem etiam Papinius florentiſſimis ſuis Silvis exprimit.

146. SOLVERET.] Lucina tenebat, & ſolvebat maturos partus. *Aperire* dicit Horatius, Carmine ſeculari.

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithya; tuere matres.

Dicta exinde quod ejus officio Luci præſtentur infantes, auctore Iunio Pilarguro in Georgicum III. *Aperire vulvam* ſimili locutione ſcriptura.

147. DECIOS PULCROS.] Pulcrum enim mortem pro Laude paciſci. Hiſtoria notiſſima, ut & cæterorum Heroum de Roma, qui iſtic nominantur.

149. GALLISQUE GENUS FATALE CAMILLOS.] Summum Heroem pro numero omni magnorum nominat. Furius Camillus gloria penè, omnium princeps, alter Urbis reparando Condito: ſervando enim eam condidit, ut Manilius loquitur eo numero. Propertius, Libro III.

Crede mihi magnos æquabunt illa Camillos
Iudicia: & venies tu quoq; in ora virum.

Et Lucanus, lib. VII.

Si Curiis his fata darent reduceſq; Camillos
Temperibus, Decioſque caput fatale voventes.

150. *Pieriis pollens ſtudiis.*] Omnem humanitatem, omnem ingenij cultum intellige. Papinius de Stella, eruditorum ferè principe:

Grande quidem, rarumq; viris, quos ipſa probavi,
Pierius votum juvenis cupit.

150. REDUNDANT ELOQUIO.] Summa laus Nobilitatis Romanæ. Petronius: *Vnicum filium extulit, Iuvenem ingentis Eloquentiæ.* Undatio autem illa exercitationem fori denotat. Panegyr. Manlij.

Mox undare foro victrix Opulentia Linguæ.

151. NEC DESIDIIS.] Numerus inſuetior, omnibus tamen Libris firmatus. Voluit omnes anſas & inſtrumenta omnia nequitiæ, quæ deſidia parit & fovet, ſemel proloqui, præſertim variis ejus ſpeciebus ſeſe ex Opulentia ſubjicientibus. quam celebrat in ijsdem Heroibus. Deſidia nimirum eſt quæ juvenes ineſcat, & ad umbram vocat, itaq; inſigniter laudatur, qui, præcipuè litterarum cultor, eam

eàm effugerit. Papinius Præfatione Secundi Silvarum: *Ad Vrſum quoq; noſtrum, Juvenem Candidiſſimum, & ſine jactura deſidiæ doctiſſimum ſcriptam de puero amiſſo conſolationem, ſuper ea, quæ ipſi debeo, huic libro libenter inſerui.* Solens autem Bonis ſcriptoribus ita Unitatis numero, ſubdere plurium. Quo genere Vitruvius præcipuè & Salvianus delectantur. Ille, Procemio lib. I: *Vt majeſtas imperij publicorum ædificiorum egregias haberet auctoritates.* Cap. I. *Architectura variis eruditionibus ornata.* Ibidem *Ductiones, Expreſſiones, Circuitiones, Induſtria, pluresq; tales leguntur Veneres*, cũ ſingulis res poſſet expediri. Procemium libri VII. *Vetuſtatibus, Dulcedinibus, Induſtriis, ſollertiis, uſu altero* frequentiore, ſcatet. Salviani primum ſaltim ad Eccleſiam Catholicam volumen inſpice; Inibi *Invidias, Crudelitates, Luxurias, Impudicitias, Pravitates, Impietates, Aſperitates, Negligentias. miſericordias, &c.* invenies Etiam Appulejus talibus indulget quandoq;, ſed & novitatis amantior Arnobius.

152. LICENTIA VITÆ ABRIPIT.] Quæ virtus ſumma eſt. Laudavit ſupra in Patre

Mens circumflua Luxu,
Noverat intactum vitijs ſervare rigorem. Alibi
Tunc vivere caſtè Aſperius, cum prona Venus

152. AUT MORES] Bellè Claverius *nec tanta licentia vitæ Abripit, ut mores ætas laſciva relaxet* Confirmante noſtro Codice. Scaligerum miror vulgò accedere ſuo illo divino judicio maluiſſe. *Mores* Ordo vitę ad Sapientiam compoſitæ, virtutum cultus in certum ſtatum reductus, exemplis alibi poſitis. *Abripit* aſſimulatio eſt de fluctu aliquo aut torrente, lectione aſſerenda veritati etiam contrà eumdem Scaligerum & Librariorum populum, Juventutem æſtui maritimo, flumini, Ponto ve ipſi, comparatam habes in Oratione Marci Imperatoris, Filium R.P. Commendantis, in Herodiani primo, nosq; exemplis illuſtramus proceſſu harum Commentationum.

152. MORES RELAXAT.] Vitam ad præcepta virtutum compoſitam. Initio Libri Secundi Laudum Stiliconiarum.

Hactenus armatæ laudes, nunc qualibus orbem
MORIBVS, & quanto frænet metuendus Amore,
Mitior incipiat fidibus jam, Muſa remiſſis.

152. PARATIS.] Paratu facilibus, tanta opum Copia. Petronius.

Nolo quod cupio ſtatim tenere,
Nec Victoria mi placet parata.

154. ANIMUM SORTITA SENILEM.] Notatum ſupra. Aeſchylus Septem Thebanis. Γέροντα τὸν νοῦν σάρκα δ' ἡβῶσαν φέρει. Gregorius Magnus, lib. II. Dialogorum: *Fuit vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus & nomine, ab ipſo pueritiæ tempore, corgerens ſenile. Aetatem quippè moribus tranſiens, nulli voluptati animum dedit. Sed dum in hac terra adhuc eſſet, quo temporaliter liberè uti potuiſſet, deſpexit, jam quaſi aridum mundum in flore ſuo.* Ubi Zacharias, interpres Græcus mentionem ſenilis ętatis omiſit: ἐκ παιδόθεν τῇ τῆς καρδίας καθαρότητι ἐλαμπρύνετο. Noſter Conſulatu Manlij.

155. IGNEA JUVENTUS.] Impetum effrenem & furibundum dicit ad deſideriorum expletionem. Alibi. *Sed quoniam calida rapuit te flamma Iuventa.* Sic *facem Iuventa* legimus apud L. Florum. De Periculis, adverſitatibus, ærumnis, quibus Juventus Rationem Animumque oppugnat, pulcrè Demetrius Cydonius, aureolo libello de Contemnenda Morte; Cujus pluſcula adſcribemus:

Εἰ δὲ μὴ καὶ δοίημεν, μηδεμίαν ἀπὸ τοῦ σώματος περιχὴν συμβαίνειν τῇ ψυχῇ ὅτε νόμιμον τῶν παραδόξων ἂν νομισθείη. Τίς ἂν ἀρκήσειε διηγούμενος τῶν ἐν νεότητι

καὶ ὑγιεία περὶ τῶν σωμάτων τῆς ψυχῆς ἐγειρόμενον σάλον; ἀτέχνως γὰρ οὐδ' ἄνθρωποι τότε συγχωροῦνται εἶναι οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ ὑπὸ δεινῶν κυμάτων τῆς διανοίας κλύδωνος εἰς τὴν τῶν ἀλόγων ἐξωθούμενοι φύσιν. τὸ γὰρ ἀνδραποδῶδες τῆς ψυχῆς, καὶ δουλεύειν ὀφεῖλον τῷ λόγῳ, καίρου λαβόμενον, καὶ διὰ κόρον ὑβρίζον, στασιάζει μὲν πρὸς τὸν νοῦν, καὶ ὑπακούειν οὐκ ἔτ' ἀνέχεται. ἁρπάσαν δὲ τὴν ψυχὴν τοὺς μὲν σώφρονας τῶν λογισμῶν, ἢ κολάσεις φυγαῖς, ἢ ἀτιμίαις κολάζει, δι' ἑαυτοῦ δὲ πεπιστευμένοι τὴν ἡγεμονίαν, ἐφ' ὅτι, ἄν τύχοι φέρεται, ἀρετῆς μὲν πάσης ὡς ἀδυναμίας καταφρονοῦν, μόνην δὲ ἀνδρείαν τὴν κακίαν οἰόμενον, καὶ λοιπὸν συνέχει μέθη. καὶ ἀκολασία, καὶ πάσῃ παρανομίᾳ τὸν ἄνθρωπον παραδίδωσι, πλὴν ὀνόματος μηδὲν ἄλλο συγχωροῦν αὐτῷ τοῦ περιττοῦ φέρεσθαι χρήματος, οὕτως οὐχ ἧττον ταῖς ἡδοναῖς, ἢ ταῖς ἀηδείαις τὴν ψυχὴν ἀλγύνει τὸ σῶμα, μᾶλλον δὲ αὐτῇ παρὰ τῆς ἀνέσεως μείζων ἡ βλάβη. ἐπεὶ καὶ ἡνίοχος χεῖρον ἂν πάθοι, διὰ κακίαν τροφὴν, ἢ κόρον σφριγώντων αὐτῷ καὶ πηδώντων ἀτάκτως τῶν ἵππων, ἤδη ἀτροφίαν, καὶ ἀσθένειαν ἡσυχῇ προϊόντων.

Platonis loca & doctrinam nemo ignorat.

155. LONGÆVO CORDE.] Prudentia & Sapientia Senili. Cor enim ſenium cordatum denotat. Auſonius Epigrammatis.

> *Qui Reminiſci putat ſe dicere poſſe Latinè:*
> *Hic ubi Co ſcriptum eſt, legeret cor, ſi COR haberet.*

Sympoſius Aenigmatis, de Vulpe.

> *Corpore ſum parvo, ſed cor mihi corpore majus.*

156. DUCUNT AB ORIGINE SORTEM.] Debitum ſtirpi videlicet Conſulatum. Sic Nævius de Metellis, ut & ſuprà monitum.

> *Fato Metelli Romæ ſiunt Conſules*

Quod ambiguum auctori malo fuit; reſponſum enim à Metellis:

> *Dabunt malum Metelli Nævio Poetæ.*

Verſu repoſitus verſus auxit Vatibus metra, Auctori ærumnas dedit.

158. DOMUS HÆC DE MORE REQUIRIT.] Divus Hieronymus: *Scilicet nunc mihi Proborum & Olybriorum repetenda ſunt Nomina; Et Illuſtre* (ita legendum) *Anicii ſanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus erit, qui non meruerit Conſulatum.* Inſcriptiones priſcas huc pertinentes Laudavit jam olim Georgius Fabricius, Notis ad Vates Chriſtianos.

158. DEVOVEAS.] Nomini ipſorum adſcribendum.

160. SIC NOBIS SCYTHICUS FAMULETUR ARAXES.] Clauſula voti Romani, uſurpata noſtro ſæpius. Ut III. Conſulatu Honorii, fine, & Quarti.

SCYTHICUS ARAXES.] A vicinitate Scythiæ. *Araxes* enim Armeniæ fluvius, de quo ut in Scythiam venias, transfretatione opus eſt, ſi fides Plutarcho de Fluminibus. Duo autem hujus nominis: alter in Theſſalia: Stephanus περ. πολ. Ἀράξης ποταμὸς ἀρμενίας καὶ Θετταλίας. Eundem Ducis Scythiæ populis, ut notat Servius, jungit Maro, lib. VIII. Habitans ad Araxem Maſſagetæ, gens Scythica, horumq; more ſanguinis Equini potatrix. Avienus Periegeſi Dionyſiana. Ejus ſubjectio, votum ex ultimis Romanæ Potentiæ Lucanus Libro I. noſtro expreſſus.

> *Hoc quem civiles hauſerunt ſanguine dextræ*
> *Unde venit Titan, & nox ubi ſidera, condit,*
> *Quaq; dies medius flagrantibus æſtuat horis,*

Et quà bruma rigens, ac neſcia vere remitti,
Adſtringit Scythicum glaciali frigore pontum,
Sub Iuga jam Seres, jam barbarus iſſet Araxes.
Et gens ſi qua jacet naſcenti conſcia Nilo.

161. RHENUS PER UTRUMQUE LATUS.] Alterum invictis gentibus cultum, eludebat Romanas vires. Alibi idem dicit, ſummo voto. I. Stil.

Rhenumq; minacem
Cornibus infractis adeò miteſcere cogis,
geminuq; viator
Cum videat ripas, quæ ſit Romana, requirat.

Scilicet quod Gallicum latus Rheni Germani incurrerent ſemper, nullo metu Romani offenſi. Eodem Libro ejuſdem virtuti adſcribit:

Latio quod reddita ſervit
Africa, vicinum quod neſcit Iberia Maurum.
Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.

Libro ſecundo. Uſqueadeone levis pacati Gloria Rheni?

161. MEDISQUE SUBACTIS.] Parthos dicit. Horatius:

Neu ſinas Medos equitare inultos Te Duce, Cæſar.

Commentator priſcus Collectitius. *Parthos à quibus Craſſus occiſus eſt.*

162. SEMIRAMIÆ TURRES.] Babylonem dicit, ſive Parthorum Metropolim. Lucanus.

Cumq; ſuperba foret Babylon ſpolianda tropæis
Auſoniis; umbraque erraret Craſſus inulta

163. ROMANA PER OPPIDA.] Utrinque ripa ſubdita Romanis. Inſignia dicit Aquilas, erectas locis domitis; ut clarum exemplo earum quas cum Imaginibus Principis Hieroſolymis Procuratores voluerunt; unde vaſtities tandem florentibus Judæorum rebus inducta.

166. QUO JUDICE.] Ita omnes libri; excepto eo quo uſus eſt Antonius Delrius, qui VINDICE maluit. Nihil mutandum, cū *Iudice*, Præfectus, cenſeantur. Alibi ſæpius. Sidonius:

Præfectus, Conſul & idem
Iudicis populus, atque annum nomine rexit

Præfectus enim Prætoriis Probus, ut notum ex ſuperioribus.

167. FESSASQUE RESURGERE GENTES.] In noſtro Codice eſt *falſaſq; reſurgere* Minimè mutemus.

168. ANTE DABUNT HYEMES NILUM. Producent, mittent. Nilum calidiſſimis locis oti initio hujus Panegyrici memoratum eſt, Expreſſit ſecutusq; eſt hæc Licentius, B. Auguſtini amicus, cujus verſus ponam integros, ut quà tales non ſunt, poſſint emaculari

Ante ſub Aegæo optabunt pia tecta palumbes.
Et verſa Alcyone componet in arbore nidos.
Eſuriens vitulos alet ante Leæna ſequaces,
Atque impaſta diu teneros, lupa, nutriet agnos.
Mutanteſque ſuis diviſum partibus orbem.
Aut Barcæus alet Taurum, aut Hyrcania Tauros.
Ante Thyeſtæis iterum malè territa mēſis
Interrupta dies refugos vaneſcet in ortus.
Ante dabunt Imbres Nilum, ſuper æthera Dama
Errabunt, monteſq; canent, & flumina plaudent.
Quam mihi poſt tergum veniant tua dona, Magiſter.

Secundo verſu ſcribendum *Et verna Alcyone* verna ante ſcilicet, florente. Diviſus orbis, eſt ſibi contrarius ipſi. Sexto emacula:

Aut Barcaus alet Tigrim, aut Hyrcania Tauros:

Hiſpania Tauris nobilis. Vnde ludi nunc quoque.

De Hyrcanis Tigribus in Raptu Proſerpinæ. *Dabunt imbres Nilum* Ex Claudiano emaculandum *hiemes Nilum*. Eſt autem oratio inverſa voce. Dicendum enim fuerat. *Ante Nilus dabit hiemes* hoc eſt ex ejus partibus ſpirabit Aquilo, hibernas tempeſtates ferens. Sic frequentes Scriptores. Plautus Curculione: *Caruit ne te hodie febris?* Arnobius lib. I. *Atyn Phrygem abſciſſum & ſpoliatum viro.* Cum illi abſciſſa fuerint genitalia. Lucanus. *Et habent mortalia caſum.* Eo enim ipſos vexari dicere vult. Avidius Caſſius, apud Vulcatium Gallicanum: Ubi *L. Caſſius, cujus nomen nos fruſtrà tenet?*

171. ANTE THYESTÆIS.] Paullum muravit Licentius. De cujus expreſſione vides auctoritatem Poetæ, ipſo eo ævo quo floruit, quod pauciſſimis favor Muſarum indulſit.

172. INTERCISA DIES.] Inciſa velut, interrupta, interpolata. Sic CÆSA penes Rhetoras ſunt commata, ſeu interciſiones ſtili ſive orationis, vide Romanum Aquilam, cui *caſa* Oratio, *interciſa*. Interruptam reddidit Licentius. Alij ſunt interciſi dies apud Varronem libro V. de LL. Imitatio eſt interciſi tumultus apud Papinium, Libro VI.

Ipſe datum quoties, interciſique tumultus,
Conticuit ſtupefacta domus; ſolatur Adraſtus
Alloquijs genitorem ultro.

Ipſa immò dies in eadem re ejuſdem eſt. Lib. II.

utinam his manibus permittere gentes
Iuppiter aquè velis, quas Dariem alligat undis
Iſthmos, & alterno quas margine ſubmovet infrà.
Non fugeret diras lux interciſa Mycenas.

Qui creber uſu aliorum hoc genus. Sic *interciſa tenebra* in Mario Victore, docto acutoq; Chriſti vate. lib. I. Geneſeos.

Noctem interciſa parilem fecere tenebra.

Interciſi dies in veteri Jure Pontificio Pompiliano tam hominibus quam Dijs dati, uti in quibus & humana negotia, & relligioſa tractari poſſent, veluti non integros dicas, nec huic nec illi parti addictos, de quo poſt Varronem Macrobius Saturnal lib. I. capite XVI. *Limites interciſivi, qui agros integros eſſe non ſinerent, ſed velut interſicarent apud Frontinum Agri menſorem.* Ita opus ſuum intercidēdum, ne in perennem exiret prolixitatem, dicit Gulielmus Brito, imitatione veterum, & ſuo ingenio pro tempore non adſpernandus ſcriptor, quem nos liberioribus Animadverſionibus cum aliquando vacaret, illuſtratum in atmarijs habemus, libro VIII.

Sed ne continui nos frangat cura Laboris,
Intercidat opus brevis hic pauſatio noſtrum.
Tempore quo modico vel reſpirare queamus.

174. DIXERAT ET VELOX.] Extemplo: ſimulac emiſſa vox Principis. Per omnia Theodoſium Deo exæquat, etiam in os Pacatus Panegyrico, & Auſonius Dedicatione Poemarum. *Non tutum renuiſſe Deo.* Exprimit autem ſuum hic illum verſum

Dixerat, & velox jam nuntius aſtra tenebat.

175. STREPUERE CHORI.] Divinitus impulſi. Sic ſæpius.

176. RESULTANT COLLES.] *Reſonant.* Uſu Papiniano. Concinere. Concordate, ſequior ætas voluit. Ut Alanus initio Anti Claudiani.

Vt ſibi juncta magis Natura dona reſultent,
Et proprium donet donis mixtura favorem.

Idem, lib. V. *Hic ardet Cancer, urit Leo, Virgo reſul-*

reſultat. Hoc eſt reſplendet. Nam de hac mitius aliquid dicere voluit. *Plauſibus* libri conſentiunt.

177. LÆTATUR VENERANDA PARENS.] Priſcorum Heroum more, quibus matres illuſtriores habitus concinnabant, ut pro miro dixerit de tali Papinius *non matris opus* Probam ſummæ laudis matronam nobilitavit Epigramma ſuprà poſitum emendatumq;. Succeſſus autem & felicitas liberorum parentum juſta lætitia eſt. Demoſthenes in Epitaphio.

Χαλεπὸν πατρὶ καὶ μητρὶ παίδων στερηθῆναι, καὶ ἐρήμοις εἶναι τῶν οἰκειοτάτων γηροτρόφων, σεμνὸν δὲ γε ἀγήρως τιμὰς, καὶ μνήμην ἀρετῆς δημοσίᾳ κλησαμένους ἐπιδεῖν, καὶ θυσιῶν καὶ ἀγώνων ἠξιωμένους ἀθανάτων. λυπηρὸν παισὶν ὀρφανοῖς γεγενῆσθαι πατρὸς καλὸν δὲ γε κληρονομεῖν πατρῴας εὐδοξίας, &c.

Matrum verò & fatuus eſt Amor, de quo Auctor Declamationum Quintiliano adjici ſolitarum, quem ipſum tamen nuncupat diſertim ut & ſuprà monitum. Ennodius, Declam. XIIX.

179. CURRUSQUE MICANTES.] Ineptiſſima Lectio. Vera in noſtro Codice *cinctusque micantes* Quomodo centies Claudianus. Mirum tot homines eruditos acutosq; hic excutiiſſe tot inſignes libros, præter unum illum, deliraſſe.

179. MOLLI TONDENT DE STIPITE SERES.] Quomodo molli ſtipite? Stipesne ergo ideo mollis, quia abinde Sericum tale detondebatur? Alludit crebram aſperſionem Aquæ, qua materia ſtipiti hærens molliebatur, ut deduci depective poſſet. Ammianus, lib XXIII. *Cœli apud Seras jucunda temperies, ſalubrisq; aëris facies munda; leviumque ventorum commodiſſimus flatus, & abundè ſilvæ ſublucida, à quibus arborum fœtus aſperginibus aquarum crebris, velut quadam vellera, mollientes, ex Lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt.* Plinius lib. VI cap. XVII. *Primi ſunt hominum, qui noſcuntur, Seres; lanitio ſilvarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem, unde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumq; retexendi.* Solinus, cap. LIII. *Primos hominum Seres cognoſcimus, qui aquarum aſpergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium.* Sic alij. Nec Lectio vacillaret ſi citra Codicem noſtrum foret, cui diſertim ineſt *tondēt de ceſpite* Quem librum cum deſcripſerit ex vetuſtiſſimo homo prorſus indoctus, quem nihil eorum quæ ſcriberet intellexiſſe, certò nobis conſtat, ideoq; minimè doloſus aut præſumtor corrigendi, non de nihili eſſe mutationes pleumq; deprehendimus. Sic hoc loco ceſpes, humi natas herbas notare poteſt; quibus depecti ſericum ſolitum commemorant fide digni ſcriptores. Dionyſius Alexandrinus.

καὶ ἔθνεα βάρβαρα Σηρῶν
Οὔτε βόας μὲν ἀναίνοντι ἢ ἴφια μῆλα.
Αἰόλα δὲ ξαίνοντες ἐρήμης ἄνθεα γαίης,
Εἵματα τεύχουσιν πολυδαίδαλα, τιμήεντα,
Εἰδομένα χροιῇ λειμώνιδος ἄνθεσι ποίης,
Κείνοις οὔτε κέν ἔργον ἀραχνάων ἐρίσειεν.

Quos verſus novitius interpres, duabus minutis varibus interpretandis immortalem gloriam merito magnam teneas, ſic reddidit.

& barbara ſecula Serum
Queis nec cura boum, pecorum nec paſcua cordi
Florea ſed vaſta pectentes gramina terra.
Arte parant varia veſtes, ſumtuque ſuperbo

Florida diverſis quæ prata coloribus æquent.
Non illis operum certarit aranea laude.

Priſcianus, Translator Vetus

plurima millia Serum:
Illis nulla boum, pecorum nec paſcua Cura.
Veſtibus utuntur quas texunt floribus ipſi,
Quos tenuant lectos deſertis finibus ipſi.

Inſcitè indoctè que: modo non corrupti ſint poſteriores duo verſus, quod crediderim potius. *Avienus* relicto auctore, quem numquam nimis preſsè ſectatur, vulgatam ſententiam ſequitur, & Seras non incurioſos, ſed permixtos ovibus bobuſq; vivere ſcribit.

& inhoſpita Seres
Arva habitant, gregibus permixti oviumq; boumq;.
Vellera per ſilvas Seres nemoralia carpunt.

Niſi ſi in medio verſu mendum ſit. Cur enim tam diſertè contrà ſuum alioſq; auctores tam eruditus auctor eat? Senſus eſſe dicatur: Seres habitant permixti, arva inhoſpita gregibus ovium & boum. Utrique generi inhoſpita: hoc eſt ex ſententia Dionyſij, qui floribus inimica animantia abhorrere memorare vult. Si recipimus τὸ *ceſpite* utramque ſententiam doctiſſimus ſcriptor junxerit, de arborum ſcilicet & florum Lana.

180. LONGUM TENUES TRACTUS] Dicas videre te ut hoc confiat. Non poterat melioribus verbis deſcribi. Aurum tenuare in Lamellas ſubtiliſſimas, unde decisæ lineolæ circumplicantur filis, concreſcere elegantiſſime dixit Claudianus, adeò non fuit ignorum veteribus, ut unam unciam in DCC. & L. bracteas dilatatam, quarum ſingulæ haberent quatuor, in quadrum digitos, ſcribat Plinius libro XXXIII. capite III. Ita enim is locus intelligendus ex ipſamet auctoris mente, & vidit Hermolaus Barbarus, induſtriæ doctrinæque laude vir clariſſimus.

182. CONCRETO METALLO.] Ita enim artificioſè aurum circum fila Setica ducitur, ut ita natum, nec aliam materiem tegere videatur. Pariter Cataphractis equis cognatum metallum addicit, II. in Rufinum.

credas ſimulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo.

Benè noſter & Claveriani Libri qui hanc lectionem tuentur: Malè Belgici, qui *conſerto* ſubſtituunt; quæ eſt naſuti hominis correctio.

182. SQVALERE.] Vide Nonium, Gellium lib.II Macrobium lib.VI. cap.VII. Servium, ad Æneid.X. videbis quam benè familiaris fuerit alter alteri. Ineptit Agrimenſor incerti nominis qui agrum *ſqualidum* dictum autumat, velut *excolidum: ſicut*, inquit, *dicitur Ex-conſule, qui depoſuit Conſulatum.* Non vidi cor Zenodoræo ſimilius.

183 PVRPVREAS PRÆBEBAT CANDIDA VESTES.] Vterque color purpuræ, & candidus ſcilicet, & qui vulgo dicitur. Candidæ purpuræ mentio clara apud Plutarchum Alexandro: Unde *purpuream nivem* appellavit Pedo Albinovanus. De cætero colore notavit vir doctus in Lectionibus Virgilianis. Candidum Deum, (Latonam hic dicit) interpretatur Servius in Eclogam Quintam.

184. NVMINIBVS LATONA SVIS.] Ex ſe natis. Erant ſtatim numina cum in Vitam prodirent: non per vitam mortalem fortiter faciendo opus habebant cœlum acquirere, ut Hercules, alijque nonnulli Jovis Filij. Hoc intelligi voluit Claudianus.

185 REDIRENT.] Venatu & Serpentum perſequutione.

186. JAM NON ERRANTIA.] Fixerat enim Inſulam eatenus fluctuantem Latonæ partus. Seneca Hercule Furente.

Quibusque natis mobilis tellus ſtetit:

Vide Hymnum Callimachi, & alterum de Raptu Proſerpinæ v. 34.

186. ILLA FEROS SALTVS.] Loca

alijs

aliis venantibus intacta. In concinnior tamen ſcriptio; malimque Claudiano ſcriptum dicere.

Illa feris ſaltus & deſolata relinquens Manala

A copia enim captarum ferarum æſtimatur bonitas Venatoris. Columella lib. V. initio. *Eſt in magna ſilva boni Venatoris feras quamplurimas capere* Inſeritur vulgo ei dicto vox Appulejo, Sidonio, aut Ennodio dignior, quam Columellæ, nec rei admodum utilis *indaganter feras quamplurimas capere.* Inepte interpolata ſententia, & oratione candida tanti ſcriptoris.

188. LASSATO CENTUM VENATIBUS ARCU.] Sic ex libris Cujacianis Stephanus Claverius. Vulgo *Cretam* huc intruſerant: tam apte quam Butrabattam Nævij. Bentiniani & Belgici libri, una cum noſtro, qui rarò tamen ijs conſonat, *certis ven.* præferunt, quam lectionem de ſuis & Delrius eduxit, probante inſuper Scaligero. Veritatem adhuc latere arbitror, quid enim attinet hîc certas aut centum Venationes dicere. Cum aptius quid nullo negotio ſuccurrere potuerit? Claverianum tamen illud admittam, dum aliunde exoriatur Veritas.

188. NIGRIS RORANTIA TELA VENENIS.] Maximè mortiferis. Joannes Caſſianus de Incarnatione Verbi: lib. VII. *Dabiantia novi ſerpentis ora, & tumentia nigris venenis colla conterere.* Pythonem dicit quemlibet ſerpentem, non illum ſolum famoſiſſimum: Apollinis enim officium unde & nomen habet, talibus mundum exonerare.

190. LAMBIT AMICA PEDES.] Sordidula ſcriptio: Cani enim aut catello aliquo dignius hoc quam Infulæ aut Regno. Libri nil mutant.

190. RIDETQUE ÆGÆUS.] Nomen quoddam Ægæo ponto peculiare. De eo vide Commentarium doctiſſimi Delrij ad Senecæ Tragœdias. Quo opere Poeticis talibus fictionibus illuſtrandis optima opera navata eſt.

191. TESTATUR GAUDIA FLUCTU.] Theognis, initio Gnomologiæ. Fluminibus omnes humanos affectus adſcribi notamus alibi.

192. PROBA.] Teſtimonium luculentum generoſæ Matronæ eſt Inſcriptio vetus in hæc verba conſervata. ANICIÆ. FALCONIÆ. PROBÆ. FIDEI. ET NOBILITATIS. ANTIQUÆ. ORNAMENTO. ANICIANÆ. DOMUS. FAMILIÆ. SERVANDÆ. AC. DOCENDÆ. CASTITATIS. EXEMPLO. CONSULUM. MATRI. CONSULUM. PROLI.

Falconiæ nomen inepte detorpatum eſt in Faltoniæ. Falconia enim Romanum, ſiquidem Falconi expreſſim ſcribit Plinius Junior. Hæc eſt. Cujus Centones Virgiliani ad nos pervenerunt, non Theodoſij Junioris Uxor, ut autumare audent alij: reſte exemplari Manuſcripto apud inclutam Angliæ Oxoniam, quod diſertim PROBAM FALCONIAM illi Opuſculo præſcribit. Veteres primæque Editiones, librariorum petulantia in frontiſpicio VALeriam Probam appellant, credo ut tandem optimo Grammaticorum filia accederet, in ipſo Libro, Falconiam. Fatetur initio Nobiliſſima mulier alia ſeſe plurima in litteras miſiſſe, tumque demum de profanis ad ſacra argumenta converti. Teritur manibus Editio Henrici Stephani, qui non æquè bene, ac de alijs, de hoc Libello meritus eſt; illud vero facinus commiſit illaudabile, quod Notas Virgilianorum Librorum marginibus depulit, unde ſedes argutè traductorum in Centones verſuum & Hemiſtichiorum memoria eximuntur.

193. DECORAT MUNDUM.] Conſulum geminorum partu & ornatu, & Inſtitutione. Sic contra Eutropio Conſule mundum dedecori clamat.

194. ROMANA POTESTAS.] Conſulatus Majeſtatem dicit in Manliano:

nec dignius unquam
Majeſtas meminit ſeſe Romana locutam.

Pote-

Poteſtas', magiſtratus quoslibet ſummos, ſummisve proximos, qui cum Poteſtate ſcilicet proſint, indicat Salvianus lib. I. de Gubern. Dei. *Itaque tunc illi pauperes magiſtratus opulentam Rempublicam habebant, nunc autem dives poteſtas pauperem facit eſſe Rempublicam.* Præcipuè ſub collapſa Majeſtate Romani ſermonis, unde in Idiotiſmis hodiernis Italorum Hiſpanorumque permanſit. Fridericus I. Imp. In conditionibus Mediolanenſibus bello devictis præſcriptis, penes Burccardum Notarium: *totum foſſatum planare, Poteſtatem, quam vellet Imperator, ſive Teutonicam, ſive Longobardicam, recipere.* Ludovvicus Imp. Diplomate quodam, Marquardo Frehero edito: *Ludovicus Dei Gratia Romanorũ Imperator, ſemper Auguſtus; Providis viris, Vicario, Rectoribus, Officialibus, Poteſtati, Conſiliarijs, de Petra Alta.*

194. AVGETVR.] Veteri ſenſu *ornatur, decoratur.* Pariter Plinius Panegyrico: *Conſulatus, qui ſibi attolli, & tuis humeris augeſcere videtur.*

195. STARE PVDICITIAM EX ÆTHERE LAPSAM.] Aſtare præſentem, rebus humanis adeſſe, quas fugerat a Saturni regno. Seculo enim ferreo ſuboleſcente, Pudicitia cœlum petierat, abominata tot mala facta, cædes, inſidias, raptus, bella, ejus rei cauſſa, quam deterrimam bello Trajano fuiſſe, & ante Helenam adeo, dicit Horatius Juvenalis, Sat. VI.

> *Credo Pudicitiam, Saturno Rege moratam*
> *In terris, viſamque diu; cum frigida parvas*
> *Præberet ſpelunca domos.*
> *Paullatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit,*
> *Hac comite; atque duæ pariter ceſſere ſorores.*

Aſtræam Pudicitia comite terris exceſſiſſe ait. Turbatis enim matrimoniorum ſacris, Virginitate ſtupris polluta, Iuſtitiam bella & cædes profligarunt. Non ſatis dextrè capiuntur hæc optimi Vatis verba vulgo. Cæteras ſorores indicare tibi poterit Plutarchus, cum ſcribit: ἡ δὲ Δίκη παρθένος ἐστὶ, καθ' ἡσίοδον, ἀδιάφθορος: Αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης καὶ ὠφελείας ἔνοικος.

Alia ad eundem Aquinatis noſtri lucum.

195. SACRO THVRE VOCATAM.] Sacrum, ob plerorumque omnium Deorum cultum, thure adminiſtratum. Non vetuſtiſſima autem res apud Romanos & Græcos thuris conſecratio. Arnobius lib. VII. *Ac primum illud à vobis iſto ipſo quærimus percontamurque de thure: Vnde quo tempore noſſe illud aut ſcire potueritis, ut meritò exiſtimetis aut eſſe diis dandum, aut eorum acceptiſſimum voluptati. Novella enim propemodum res eſt, neq; annorum inexplicabilis ſeries, ex quo ejus notitia profluxit in has partes, & delubris meruit intereſſe divinis. Nam neque temporibus, quemadmodum creditur & perhibetur, Heroicis, quidnam eſſet thus ſcitum eſt, ſcriptoribus ut comprobatur à priſcis, quorum in libris poſita ejus mentio nulla reperitur. Neque genitrix & mater ſuperſtitionis Hetruria opinionem ejus novit & famam: ſacellorum ut indicant ritus, neq; quadringentis annis, quibus Albana res viguit, in uſum, cuiquam venit, ſacra cum res fieret, neque ipſe Romulus, aut Religionibus artifex in comminiſcendis, Numa, aut eſſe ſcivit aut naſci, ut pium far monſtrat, quo peragi mos fuit ſacrificiorum ſolemnium munia.*

197. IVNONEM INACHIIS.] Græciæ enim præcipuè addicta fingebatur Juno, jam inde ab injuria ſpretæ formæ. Fabulæ ad libitum Poetarum fictæ refictæque ludibrio exponunt Sapientiam in ſeſe quærentes, ut exemplo Muſarum ex Varrone docet B. Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana lib. II. cap. XVII.

197. OCULOS ADVERTERE.] Quod cum facit placidividiſſimo ore eſt, Matronalem gravitatem Gratioſis temperans artificibus. *Reſpectus Deorum* felicitas mortalium. Sic Germanicum pro Deo adulatur Ovidius I. Faſt.

Reſpice

Reſpice pacato, Cæſar Germanice, vultu
Hoc opus, & timida dirige navis iter.
Da mihi te placidum, dederis in carmina vires:
Ingenium vultu ſtatque caditq; tuo.

Unæ alteræque membranæ *oculos avertere Templis*. Ineptè utcunque ad torqueas. Non enim Inachijs templis avertere, eſt Romanis oculos advertere. Reſpicientium Numinum cultus notior eſt, quam ut indicari debeat. Fortunam, in Decimam Regionem urbis collocat Publius Victor.

198. ANTIQVIS PAGINA LIBRIS.] Uſitatum doctiſſimo Vati Antiquorum depreſſione ſuos extollere Heroas, ſua commendare Tempora: ut viginti ipſis locis in Cenſione Poetarum mihi obſervatum memini. Pagina ſcripta, paginis inſerta & comprehenſa. Laudibus Serenæ.

Antiquos loquutur Muſarum pagina Reges.

Avienus Ora Maritima.

Regionis ejus, quam vetuſtis paginis
Secretiore lectione exceperam.

199. NEC LATIÆ CECINERE TVBAE.] Granditatem ſermonis augere videtur Lectio quæ ineſt noſtro Libro: *Non Latia cecinere tuba, non Graja vetuſtas.* Quod inferre non eſt librariorum; certè minimè iſtius. *Tubas* Latio præ cæteris Muſices inſtrumentis aſſignat, ob ruditatem agreſtis Muſæ in primis ejus vatibus; tum quod Romani ſermonis major omninò aſperitas, Græco ſpontè ſuaptè mollius in omni genus modulorum venienre. Vetuſtatem etiam merito Græciæ dato cujus diſcipula Eruditio omnis Latia. Quintilianus, lib. XII. *Latina mihi facundia, Inventione, diſpoſitione, conſilio, cæteriſq; hujus generis artibus ſimilis Græcæ ac prorſus diſcipula ejus videtur.* Non ſemel Cicero.

199. CONIVGE DIGNA PROBO.] Vt omnia ſemel abſolvam: Dictum vult.

199. EXSTAT.] Eminet. Ex Papinij Epithalamio, ubi Venus loquitur.

quantum ego met Nereidos exſto.

200. CEV SIBI CERTANTES.] Colon hoc quatuor verſuum à nullo Belgicorum librorum, non noſtro, non Aldinis, agnoſcitur. In Cujacianis ita repeririſſe conteſtatur Stephanus Claverius.

Ceu ſibi certantes ſexus quid poſſet uterque
Hunc legere torum. (taceat Nereida nuptam
Pelion.) O duplici fœcundam, Conſule matrem,
Felicemque uterum qui nomina parturit annis.

Scaliger, preſſius alioquin illos eosdem libros ſequi ſolitus, nec tales eos Editioni ſuæ indere voluit, ſed ut vulgati ſunt, aſteriſco affixo. Mihi penè & eſſe Claudiani & non eſſe videntur: Editos ſuſpicanti prima promulgatione, mox aboliros, qui tamen obhæſerint, ſequioribus ſeculis lacunam arbitrantibus, ſi exceſſent. Prorſus autem ut Claverius dedit, relinquendi, demta ſolum parentheſi, quæ nulli uſui eſt, additiſq; aſteriſcis. Pelion autem potius quam Peleum ipſum Nereides illius, ſive Thetydis maritum, dixit, quod eo loco convenerint omnes Dij Nuptijs Pelei, ut per locum ipſa illa nobiliſſima congregatio, ſi honoris ergo, intelligatur Pelion, inquit, taceat cum toto illo Numinum grege, lectiſſimos ab omni vetuſtate illos conjuges. Nereiden & Regem Theſſaliæ. Eruditiora omnia ſunt, quam pro Librarijs, aut effarctore aliquo de vulgo. * Hæc nunc placent: Adjiciam quæ adoleſcentulus edidi. Claverianis illis ſive Cujacianis Libris nec conſultis, nec quæſitis. Inſunt enim quæ perire nolim. * Revera adulterini ſunt quatuor verſus, nec auctorem ſapiunt Claudianum; Nec in duobus Pulmani, Vno Delrij MSS. & priſcis editionibus comparent. Quicunque tamen malè officioſus horum auctor fuit, non ſcripſiſſe videtur quales hodiè circumferuntur. Quin ad hunc potius morem modumque.

Ceu ſibi certantes ſexus quid poſſet uterque,

Hoc legerent par Herûm. Taceat Nereida nuptam

Peleus: O duplici fœcundam Cönſule matrem,

Felicemque uterum, qui nomina parturit annu.

Non cavit eruditione quicunq; hos hîc verſus inſerſit. *Heros* vocavit, ſummo magiſtratu functum Virum, cum conjuge. Sic Auſonius de Eodem Probo. Epiſt. XVI.

exceptis tribus

Herus herorum maximus.

Pariter, more optimorum auctorum, Papinij & Claudiani, nomina annorum pro Conſulibus dixit, cum ab horum vocabulis illi dicerentur. Papinius, in XVII. Conſulatum Domitiani.

nondum omnes honorem

Annus habet, cupiuntq; decem tua nomina menſes.

Claudianus, de Ruſtico Sene Veronenſi, qui prædium paternum numquam exceſſerat.

Frugibus alternis non Conſule, computat annum.

Idem Quarto Conſulatu Honorij. Proſpera Romuleis ſperantur tempora rebus

In nomen ventura tuum.

Latinus Pacatus, Panegyrico: *Conſul creatur? habiturus eſt nomen annus.* Lucanus, lib. V.

Inſtabatq; dies qui dat nova nomina faſtis.

quid tempora Legum

Egimus, aut annos à Conſule nomen habentes?

Sidonius, Panegyrico Anthemij. *Iudicijs populos atque annum nomine rexit.* Lactantius, lib. VI. cap. IV. *Invisibilis hoſtis alios inflammat ambitionibus; Hi ſunt qui ad gerendos magiſtratus omnem vitæ ſuæ operam, omnemq; curam convertunt, ut faſtos ſignent, & annis nomen imponant.* Illud etiam cum bona ratione, bonorumq; auctorum conſenſu, quod felicitatem parentum ex Fortuna liberorũ proſpera æſtimat, exemplis Homeri, Virgilij, Ovidij, Muſæi, Petronij, Boethij, aliorum. Supereſt Ratio ſyllabæ *par* quam perperam hac correctione poſitam Canon Regulæ Romanę autumabit. Ego verò ſcriptores ævi jam Theodoſiani corripuiſſe voculam ajo, ut novum hoc nihil fecerit iſte Criticaſter. Prudentius Romano: *Meatus unus impar ad Laudes Dei.*

Idem in Symmachum. Lib. I.

coitus fuit impar utrique. Auſonius Grypho.

Tris primas par impar habet Avianus in Fabulis.

Cum ſpes in pretium munera diſparagit.

Auctor Iliadis parvæ, ſcriptor omnium ſuppoſititiorum præſtantiſſimus, Laurentio olim Vallæ, ut ajunt, inſanum amatus.

Aeacida nec compar erat

Parturit, ut finem aliquando faciamus, Poëticum eſt ἀντὶ parit Columella, Lib. X.

habilis natura ſoli, quæ gramine læto

Parturit, & rutilas ebuli creat uvida baccas.

Hactenus iſta. * Cum autem ſcribitur *taceat Nereida nuptam.* Contemtum inſignem alterius præ ſuo iſto miraculo indicat. Sic Gregorius Nyſſenus vita Thaumaturgi:

Σιγάτω περὶ ταῦτα πᾶσα τεχνικὴ τῶν λογογράφων τερθρεία. τὰς ἐπαυξήσεις τῶν θαυμάτων διὰ τινὸς ἱστορίας, καὶ ἐντέχνως ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξαίρουσα.

Symmachus, lib. II. Epiſt II. *Taceat prodiga laudis vetuſtas.* *Nomina Annorum*, quod dixi, ſunt Conſules. Idq; ſummæ loco gloriæ. Plinius Panegyrico: *Sic olim ſervitus pulſa, privata faſtis nomina induxit.* Seneca de Brevitate vitæ, cap. XIX. *Cum videris itaque prætextam ſæpè jam ſumtam, cum celebre in foro nomen: non inviderìs. Illa vita damno paratur. Vt unus ab illis numeretur annus, omnes annos ſuos conterent.* Salvianus, lib VI *Cum hæc illi faciant, à quib. anni exordium ſumunt, & qui annis nomina tribuunt.*

204. UT SCEPTRUM GESSERE MANU.] Majeſtatis Conſularis inſigne ſceptrum ex E-

ex Ebore, cui inſidens Aquila erat effiĉta, Romanę virtutis avis index. Livius lib XXX. *Ibi Maſſiniſſam primum Regem appellatum, eximiisq; ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli eburnea, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. Addit verbis honorem. neq; magnificentius quicquam triumpho apud Romanos, neque triumfantibus ampliorem eo ornatum eſſe.* Quod de Triumphalibus dixit Livius, clarum de ſubſequentibus, Conſularia eadem Ornamenta fuiſſe, cum Senatum amico Regi talia decreviſſe memorat, qualia Conſuli præberi moris foret: *Unde lux datur loco Valerii Maximi de triumphali prætexta, quem capere alibi non potuit vir doctiſſimus.* De Aquila eadem Juvenalis. Sat. X.

Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno.

Commentator: *Virga, quam Conſules portant: quia ſupra (Lege quam ſupera) Aquilas faciunt.* Prudentius.

Poſt trabeas & eburnam aquilam, ſellamq; curulem.

Innuit Noſter, lib. II. Laudum.

Talibus invitat donis, dextraque regendum.

Diva ſimul commiſit ebur.

Et Ennodius lib. VIII. Epiſt. I. *Propè inops ad Scipionem adducitur ſuffragij Conſularis, qui tantum de parentibus gloriatur.* Idem Panegyrico Theoderici: *Serranum Scipionibus aratra pepererunt.* Idem Paræneſi Didaſcalica: Ante *Scipiones & trabeas eſt pompoſa recitatio.* Idem Dictione XIII. Alij.

205. RIGENTES TOGAS.] Jauto ductili. Grave enim tale indumentum, ut molem trabealis metalli, Togam Conſularem dixerit Sidonius.

206. SIGNUM DAT SUMMUS HIULCA NUBE PATER.] Erupta ſubito nube. *Fulmen ſanciens* confirmaſq; magiſtratum intelligit; contractibus enim alijsque rerum gerendarum auſpicijs ſecundum fulmen. Notamus ſequentibus Libris.

207. GRATAMQUE FACEM] Sic ceteri ſcripti editiq; Libri. At noſter: *geminamq; facem* diſertis litteris præfert. Aſſeverem Claudiano ſcriptam geminamque Alluſione Duorum fratrum Conſulum. Vulgata Scriptura de compendioſa prodierit veteriorum librariorum.

208. PROSPERA VIBRATI TENUERUNT OMINA NIMBI.] Vibrati, non immiſſi. Oſtenſos, non incuſſos pompæ Conſulati dicit. Tempeſtatem enim imminentem velut continuiſſe ait felicitatem Conſulum. Ineptiæ talium obſervationum Conſulatum ineuntibus obverſabantur etiam Chriſtianis Temporibus. Salvianus, lib. VI. *Quid enim? numquid non Conſulibus, & pulli adhuc gentilium ſacrilegiorum more paſcuntur. & volantis pennæ auguria quæruntur, & penè omnia fiunt, quæ etiam pagani veteres frivola atq; irridenda duxerunt.*

208. OMINA.] Rectè ita docti ex ſuis, & Noſter Codex.

209. TYBERINUS.] Tiberis fluvius Tiberinus ipſum numen. Fuit is Albanorum Rex, ut commentatur Servius, in Aeneiden. III. Deſcriptionem Hiſtoricam longam habes apud Dionyſium Halicarnaſſæum. Poëticam nullam ullibi iſta meliorem.

210. IMA VALLE SEDENS] Pulcrè, &, more ſuo, arctatè, Sidonius:

Illicet ingreditur Tiberini gurgitis antrum;
Currebat fluvius reſidens, & arundinis alta
Concolor in viridi fluitabat ſilva capillo.
Dat ſonitum mento unda cadens; licet hiſpida ſetis
Suppoſitis, multum ſedaret barba fragorem.
Pectore ructabat latices, lapſuq; citato
Sulcabat madidam jam torrens alveus alvum.

Vitioſe diſtinctus eſt Sidonij hic locus in libris vulgatis.

211. ARRECTISQUE AURIBUS HÆSIT.] Variant mirificè Libri. Ex Cujacianis ta, & quidem optimè, vir doctus. Unus Belgicorum erectis vallibus. Alius cum noſtro *arrectis auribus haſit*. Duo alij *arrectu auribus hauſit*. Aldus & Scaliger. Sequimur Cujacianos. Eſt illud Matonianum lib. II. *arrectiſq; auribus aſto*. Licet minus propriè de homine dicatur aures arrigere, ut quæ numquam jaceant, id tamen attentè audientes agunt, ut auribus adſint, auditumque acuant ſolum, ſenſibus cæteris eò ſe velut conducentibus. Unde apud Terentium in re capitali ſua adoleſcens ait *arrige aures Pamphile* Omnem conatum eo convertens. Contra Horatius *Demitto auriculas, ut iniquæ mentis aſellus*.

212. HERBIS PALLENTES.] Veteri muſco obſitos.

213. NYMFIS DOMINAM COMMENDAT HERILEM.] Sic omnes Libri, præter Noſtrum, qui Urnam herilem Dominæ ſubſtituit, & Cujacianum qui *ATQUE DOMUM* retuliſſe ſcribitur. Nos cum Scaligero cæterisque nihil mutamus. *Domus herilis*, antrum Idolo fluminis habitati fictum fuerit. Horatius *Domus Albuneæ reſonantis*, Nymfis horum talia antra data, unde Nymfæa etiam intra urbem, fictæ at naturalium ſpeciem ſpeluncæ, fontibus manantes. *Domina herilis*, Ilia Tiberini Uxor. Nymfis re ipſa, Domina marito grata affectus blanditie. More honorandarum conjugum verè Romano. Ovidius lib. III. Triſt. Eleg. III. quæ eſt ad Uxorem ſuper morbo ſuo.

Quin etiam ſic me dicunt aliena locutum,
Vt foret amentis nomen in ore tuum.
Si jam deficiam, ſuppreſſaque lingua palato
Vix inſtillato reſtituenda mero.
Nuntiet huc aliquis dominam veniſſe: reſurgam,
Speſq; tui nobis cauſſa vigoris erit.

Idem inibidem poſt.

Nec mea conſueto langueſcent corpora lecto?
Depoſitum nec me qui fleat, ullus erit?
Nec dominæ lacrymis in noſtra cadentibus ora
Accedent animæ Tempora parva meæ?

215. PATREM OCEANUM.] In uno Codice alia lectio *reddentia* membris Oceanum. Inepta, & nullius rei.

217. ÆSTIVO CANDORE.] Incandeſcente velut aere. Ovidius.

Siccus aer fervoribus uſtus Canduit.

218. MORI.] Deficere, exſicceſcere, quæ mors & abolitio fluviorum. Mors à ſpirantibus ad alia pulcre tranſlata. Pariter Petronius.

Flumina per notas ibant morientia ripas.

De Igni Papinius.

anxia turre ſuprema
Seſtias in ſpeculis; moritur propè conſcius ignis.

Libro X.

primoſq; hortantia ſomnos
Languida ſucciduis exſpirant lumina flammis.

Noſter. bello Getico.

Donec in exiguum moriens vaneſceret ignem. Sic de alijs ſenſim velut exſpirantibus. Papinius lib. VIII.

jam vaneſcentibus armis,
Vitta manet; ramumque tenet morientis olivæ.

Virgilius Ceiri:

Virginis in longo moritur querimonia curſu.


Ita ignem vivere. Ovidius Lib. VII. *exſtinctaq; flamma revixit*. Uti habent libri calamo exarati. Pariter *interficere calorem* Vitruvius lib. I. cap. IV. *Ergo in quibus corporibus cum exſuperat calor, tum interficit d[illegible] [illegible]vitque cætera fervore.* Malum odore interficere Catullus. Defectum verò in homine etiam inſignorem morte indicari moris eſt. Ut cum Petronius

121

nius extremè laſſus deſcribit: *occurrit mihi atquè laſſus ac moriens Aſcyltos.* Quia nempè ſpiſſiſſimo anhelitu videbatur animam jam acturus, idq; non bonis cum faventibus Muſis mutatum voluerunt tum alij, tum Laurentius Ramireſius. Plutarchus de Amico & Adulatore. ἐγὼ δὲ ἐξέθνησκον γέλωτι. Heliodorus, lib. VI. ὑπὸ δέους ἔθνησκεν.

217. CRINALIS ARUNDO.] Loco crinis. Supra de Roma. Nam neq; cæſariem crinali ſtringere cultu. Sic alibi ſæpius, unde cavillo obnoxium voluerunt naſuti homines, cum tamen exemplis Maronis, Ovidij, Lucani, firmetur etiam frequens uſus, ut infra docebitur.

220. TAURINA LEVANTUR CORNUA.] Pictura Fluviorum veteri. Eſt apud nos Gemma, rubricans Amethyſtus, cui figura hæc ineſt.



Fluvium utique contrà Solem ſeſe effundentem deſignans, aliquot avium ſpeciebus intervolantibus, egregiè quidem retrò Cornutum.

220. RAUCOS SUDANTIA RIVOS.] Malè hæc congrua. *Sudare* enim coactū quid & rarum, rauci rivi vim profluam aquarum notant. In Noſtro Libro eſt *Cornua Temporibus, et rauſos ſudantia rivos.* Ut aliquid illitere incongruæ voci dicas. Diſtinctio caſtiganda.

Taurina levantur
Cornua temporibus, raucos ſudantia rivos.

Rauci rivi ebullientes cornibus aquas, non ineptè notent, ſed τὸ *ſudantia* ſic quoque parum conſiderate ſit poſitum.

222. SE BARBA REPECTIT.] Sponte ſua componit, velut pectine depreſſa *atque* diſcriminata. Sic rectè viri docti ex Cujacianis vulgò *recepit* inſcitè ſcribitur. Noſter *repedit* veritatis veſtigio. Belgici quinque *reſolvit.* Nec ipſum ineptum. Sed nos cum Scaligero illud ſequimur.

223. PALLA GRAVES HUMEROS VELAT.] Noſter *Palla gravis.* Nihil mutamus. Nam tarditas & moles procumbentis illo cenſetur, cum Heroum ſit præterea latis laudari humeris. Papinius lib. I. Theb.

Tydea per latos humeros ambire laborant
Exſuvia, Calydonis honos.

Lucanus.

Et Salius lato portans ancilia collo.

Homer. Iliad. ψ.

224. QVAM NEVERAT UXOR ILIA.] Uxor Tiberini. Viri docti certatim Veritatem Lectionis aſſerunt, contemto primo inventore. Ilia ſive Rhea merſa Tiberi, ab eo in conjugem aſſumta memoratur. Horatius: *Vidimus flavum Tiberim retortis Littore Ethruſco violenter undis Ire dejectum monumenta Regis Templaq; Veſtæ, Iliæ dum ſe nimium querenti Iactat ultorem Vxorius amnis.* Commentarius priſcus: *Iliæ, matri Romuli, uxori ſuæ. Ilia, Ennio auctore, in amnem Tiberim, juſſu Amulij Regis Albanorum, præcipitata eſt. Ante Anieni matrimonio juncta fuit.* Horatius loquitur quaſi Tiberi potius nupta fuerit. Papinius Glaucia.

Iam ſecura parens Tuſcis regnabat in undis
Ilia.

Silius Italicus, lib. XII.

Ad genitorem Anio labens ſine murmure Tibrim;
Hic ut ſigna ferox dimenſaque caſtra locavit,
Et ripas tremefecit Equus: perterrita pulſis
Ilia prima vadis ſacro ſe conjugis alveo
Condidit, & cunctæ fugerunt gurgite Nymfæ.

Ovidius aliquot locis. Sidonius ad Majorianum:

pars proxima Tybrin
Exprimit: hic ſcabri fuſus ſub tegmine tophi,
Proflabat madidum per guttura rauca ſoporem.
Pectus palla tegit, quam noverat Ilia conjux,
Liquenti quæ juncta toro.

226. PROCUMBENS INSULA.] De ea notarunt hic docti. Procumbens ſcitè, ob planitiem. Sic de Nilo per Plana exeunte Valerius Flaccus:

ſeptem projectus in amnes Nilus

Nobilior vero altera in Tiberi inſula, intra portum Urbis & Oſtiam de memoria non indignum quod ſcribit Antonius Æthicus auctor priſcus, ſed ab non unius ſeculi manu interpolatus. *Inſula*, inquit, *quam facit Tiberis intra Oſtiam & Vrbis portum, tanta viriditatis amœnitatiſque eſt, ut neque æſtivis menſibus, neque hiemalibus paſturæ admirabiles herbas dehabeat. Ita autem vernali tempore roſa vel cæteris floribus adimpletur, ut præ nimietate ſui odoris & floris inſula ipſa Libanus alma Veneris nuncupetur.* Fides ſit penes ſcriptorem.

227. QVA MEDIVS GEMINAS INTERFLVIT ALVEVS VRBES.] Eſt hodieque celebris ea inſula, intra pontes duos, regione Vrbis XIV. Vide Æthicum.

228. SVBEVNTE FRETO.] Fluvio, non admodum lato. Freta proprie maria, quæ vicinas terras interfluunt. Lutatius Thebaid. VII. *Dicta veluti* aqua ferveat. Varro, lib. VI Iſidorus lib. XIII. cap. XVIII. Servius ad Eclog. I. De quovis undarum cumulo dici judica Maro, ponti adjiciens vocem I. Georg.

aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere.

Horatius lib. III. Epiſt. III.

Aut freta vicinas inter currentia turres.

228. PARITERQVE MINANTES.] Excelſæ *Minacem* eminentem capit idem Lutatius ad Thebaidem XII. Virgilius,

minaq; Murorum ingentes.

229. SVRGVNT IN CVLMINA RIPÆ.] Tiberis ripa, quà amnis urbem tranſit, amœniſſimis prætorijs erat prævelata. Claudian. II Stilic.

Grates Gallus agit, quod limite tutus inermi
Et metuens hoſtile nihil, nova culmina totis
Ædificet ripis, & ſævum gentibus amnem
Thybridis in morem domibus prævelet amœnis.

230. VOTUM.] Rem diu votis omnibus deſideratam. Sic κατ' ἐξοχὴν in libris Juris & alibi Nuptiæ *Votum* dicuntur puellarum. Vide ad Apulejum.

231. UNANIMES FRATRES JUNCTOS STIPANTE SENATU.] Frequens Senatus ante ædes fratrum Conſulum convenerat, ijs producendis, in Curiam, aut ad Roſtra, ubi ad populum aut Patres verba facerent. Lectio in Libris priſcis variat. Noſter *IVNCTO ſtipante Senatu* Unde firmatur vetus conjectatio noſtra *cuncto ſtipante Senatu.* Et ſic IV. Conſ. Hon.

te Gallia doctis
Civibus & toto ſtipavit Roma Senatu.

Sane *unanimes* illo enarrare voluit gloſſulatius, non paſſus integrum Senatum adoleſcentum honori adeſſe. Similem Deductionem ad parem honorem, duorum etiam fratrum, liberorum ſuorum, vidit poſt Severinus Boethius, & ipſe Aniciâ ſtirpe proſatus, doctorum autem hominum longe & illo & multis ſequentibus ſeculis princeps: Sic enim eum alloquitur lib. II. de Conſolat. cap. III. Philoſophia: *Si quis rerum mortalium fructus ullum Beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria Lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri, cum duos pariter Conſules Liberos tuos domo provehi, ſub frequentia Patrum, ſub plebis alacritate, vidiſti? Cum ijſdem*

in Curia curules inſidentibus tu Regiæ Laudis Orator, ingenij gloriam facundiaq; meruiſti? Cum in Circo duorum medius Conſularis, circumfuſæ multitudinis exſpectationem triumfali largitione ſatiaſti. Hæc illa: verbis tamen a corruptione non conſervatis. Cum enim in priſcis Editionibus, altera anni M CCCCCV. altera M. CCCC. XCIII. libroque noſtro membraneo, ultrà quatuor ſeculorum ætatem habente, conſtanti conſenſu legatur *duorum medius Conſulum*, eamque lectionem & alijs collati Codices tueantur: nec minus *τὸ Conſularis* teneant in Belgio olim collati, mihi nihil certius quam ſuum liberorum titulo honorem junxiſſe Severinum, & reliquiſſe ſcriptum duorum medius Conſulum Conſularis circumfuſæ multitudinis exſpectationem triumfali largitione ſatiaſti. Conſulatus quidem ipſius tam recens, ut præcedente Liberorum annum anno, eum geſſerit, quod ex eo liquet, quod ipſis fratribus Magiſtratum ineuntibus Pater Laudum Regiarum Panegyricum, ſuo ſibi teſtimonio, dixerit; id faciebant ſcilicet Conſulatu decedentes, in actionem gratiarum; Orationibus id genus ſummorum ſuæ cujusque ætatis virorum adhuc ſuperſtitibus. Quæ res tempora indagantibus nobis indicium facere poteſt ex Faſtis Capitolinis, Liberos eos Boethij Conſulatu functos Anno Urbis Conditæ M. CC. LXIII. Centum & Septendecim ipſis à Probini & Olybrij Faſcibus, ingenti rerum Romanarum interveniente mutatione, & eos eſſe qui in ijs Faſtis FELIX Gallus, & Secundinus, nuncupantur. Sed de his ad ipſum aureolum de Conſolatione libellum. Duo fratres Conſules fuere ſub Conſtantino, anni quo nobiliſſima illa Synodus Nicææ congregata eſt, Paullinus & Julianus, ut præter alios videre eſt in Concilijs Iſidoro collectis, ipſe exordio Capitulorum ejus Concilij, Conſules ſimul fuere Otho & Titianus fratres, anno quo ille Galbam interfecit, ut auctor Tacitus Lib. I. Hiſtoriarum.

231. UNANIMES.] Hoc etiam ad augmentum Laudis facit, ne ſcilicet Thebanum par Romani Faſces committerent. Unanimes, uno ſpiritu, una velut anima, conſtantes: velut una mens in duobus foret corporibus indiviſa, ut loquitur Minutius Felix. Ita Epitaphium Vetus.

Viximus unanimes Luciusque & Flavius ———

Pariterque de pare Iunctiſſimorum amicorum, Martianus Capella:

Conſilium vis ferre meum: ſic ſemper ab omni
Velle capis ſocium, faciuntque unam abdita mentem.

Ariſtoteles, Diogene Laertio memorantes rogatus definitionem amici: Anima, inquit, una duobus diviſa corporibus. Arnobius, lib. II. *vos cæteros qui unius eſtis mentis.* Id eſt Sententiæ Voluntatisque conſpirantis. Prudentius lib. II. in Symmachum:

nec enim ſit copula Chriſto
Digna, niſi implicitas ſocies mens unica gentes.

Divus Lucas, Actuum cap. V.

τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία.

Arator, lib. I. Hiſtor. Apoſtol.

Ecce tot egregijs unum cor ineſſe catervis,
Cerniteis, atque animam populus nanciſcitur unam.

Clemens Vita Petri, Libellus tranſlatus ex Clementis, ut volunt, Romani Recognitionibus, inter ἀρίστων Θεῷ ponit ἐν πολλοῖς σώμασι μίᾳ γνώμῃ συνέχεσθαι, ὅπερ ἔχας(?) ἑαυτῷ θέλει ὅτω καὶ περὶ τὸ πλησίον φρονεῖν. Vigilius PP. apud Victorem Tunnunenſem: *Anima una & Cor unum ſit nobis in Deo.* Gulielmus Aremoricus lib. III. Philippidos.

mens omnibus una
Conatu toto cunctas impendere vires.

232. IRE FORUM.] Vide quæ docti homines

mines notarunt alibi & ad Corripum. Defaſcibus, Securibus, Poſtibus Conſulum fixis; omnique re inſignium Romani Magiſtratus, corlibri pleni jam ſunt ſcripti reſcriptique, tamque vulgo nota Collectanea, ut tædioſum ſit quic uam docere velle.

233. BIJUGES.] Ineptiſſimè nonnulli librorum *vigiles*. Duorum fratrum eadem habitatio; duplices ergo faſces una domo procedere miraculum Tiberino bono ſeni, alumnorum tantorum ergo lætabundo.

234. GAUDIA VOCEM TENVERE DIU.]In uno libro *ſuppreſſaque gaudia*. Quod non attendam. De Gaudijs inſperatis animum percellentibus pulcrè Latinus Pacatus: *Nam cujus eſt animi nec vota hominum fatigare, nec adhibere muneribus artem difficultatis,ſed denunciare præſtanda, ut & prolixior ſit ſenſus bonorum, nec repentina felicitas faciat attenitos & ſimiles reddat ingratis. Animos enim noſtros ſubitus affectibus impares, perinde lætitia ac dolor, ſi deprehendat, externat.* Exempla etiam mortuorum gaudio obvia. In Noſtro Libro eſt *oſtenſaque*.

235. INCOΛT ORE.] Virgilianum. Servius, Æneide II.

237. EVROTA SPARTANE.] *Fluvium Fluvius* alloquitur, Græcum Romanus, *Caſtoras provocans contrà Gloriam Probi filiorum*. Eurotas notus Laconiæ fluvius. Scholiaſtes in Anthologiam Epigr. lib. IV. cap.I. Ευρώτης ποταμὸς λακώνων. Quærendum vero ex Claudiano hic olim cenſui, ut Caſtori & Polluci prætulerit ſuos Conſules,quem Deorum habeat Honorio & Arcadio ſuis conferendum, fratribus & ipſis, & Aniciorum Dominis, utcunque Conſulum.

241. STELLISQVE PARET CONVEXA.] Ut in Deorum numerum referantur,Choris aſtrorum adſcripti. Similia in Prima Thebaide ad peſſimum principem, Domitiannm. Cujus aliorumq; cum laudes à Poetis conſponſas, reminiſcor: ſubit Fatum Romanorum Regum mirari, quibus rariſſimi, nunc etiam nulli fuerint rerum geſtarum deſcriptores; cum nemo non Vatum tamen, alia omnia concinentium, illuc ingenium collaturum promittat, Græcorum aliares fuit, etſi injuria temporum par propè exitus.

245. IPSI VELA REGANT] Navium magiſterio Imperia omnia humana multis locis ſcriptorum comparantur, non minus incertis quippe dilata ut plurimum turbinibus vita noſtra, quam rates in pelago ſolent. Hine Poetæ adulatores principibus, quos bene regna ſua gubernaſſe videri volunt, ab exceſſu ſpondent de cœlo moderationem navigiorum, navigantiumque vota ijs addicunt, exemplo Caſtorum, quos Salutares vela facientibus nuncupant ſtellas. Sic Virgilius Georgico Primo, Papinius initio Thebaidos, ſic exordio Argonauticorum Valerius Flaccus, ſic Ovidius. alijque.

246. IPSIS DONANTIBUS AVRAS.] Scripti nonnulli *Dominantibus auras*. Adeò nihil tam liquidum ferè quod ex cerebri illi deſcriptorculi non commutarint conſpurcarintque. Hoc tamen loco, etſi mutationem nolimus, in Romanum nihil, cum ipſe Maro ita ſit locutus.

247. PATERAS LIBARE DEIS]Quod rebus lætis ſolitum, ad curandum Genium veniendum ait, Divorum non oblitos. De libarionibus qui Convivialia, & id genus priſcos ritus congeſſerunt, hic non repetenda.

248. SOLVERE MVLTO NECTARE CORDA LIBET.] Nectar potio facta ad lætificandos Deos, ut vinum homines. Claudianus III. Raptus de Proſerpina ipſa, Veneri decepta.

> *Noſtra rudis gaudere malis, & nectare largo*
> *Inſtaurare dapes,*

Deos majores veneratur minor. Fluviorum enim non magna auctoritas in cenſu Numinum. Præterea ipſa illa ingentia & Tonantia non erant ſecura majorum poteſtatum; velut ipſe Bello Titanico Juppiter, atræ ſidera cœlo induxit, ſi quæ majora ſibi notis ullibi eſſent Numi-

Numina, ea deveneràbundus, ne àdverſæ parti faverent,ut auctor eſt Manilius. *Solvere* curis exſuere. Soluta enim mens, quę lęticiam ſequitur, bono ſub Libero duce: tetamen in malum plerumq; ſenſu decidēte. Minutius Felix. *Animus, ut luxu ſelvitur, ita frugalitate firmatur*. *Reſolutus*, inert. Frōtinus Stratagem. lib.II.c.IX. *rebus proſperè geſtis,& ob id ſuus reſolutis in nimiam ſecuritatem. Diſſolutus*, penitus nullius virtutis. Arnobius, lib.I. *Diſſoluti eſt animi in rebus ſeriis quærere voluptatē*. Proſper de vita Contempl.lib.III cap.VI, *Plereq; gula & abundantia vini turpiter in Luxuriam ſelvunt*. Cætero uſu obvium;nos iſthæc & ob eximias ſentēriolas ponere nō abhorrebamus.

249. NIVEOS JAM PANDITE CÆTUS.] Occluſos ante velut choros. Sic alibi, victoria reparatis Temporibus.

Pādite defenſum reduces Helicona ſorores,
Pandite, permiſſis jam licet ire choris.

Quaptopter nihil mutandum. Petulantia Librariorum nunc *plaudere*, nunc neſcio quid aliud induxit ſermoni Tiberis; quo illo omni facilè carere poterit. Niveus autē habitus ob reſtitutam libertatem; & lætiſſimæ ætatis Cōſules: qua mente cum renaſcerentur per Baptiſmum Deo veteres Chriſtiani Albis tunicis induebantur, abjecto videlicet Idolorum ſervitio. De quo docti ad Tertullianum: *Feſtos verò* latoſq; dies colebant Romani niveis Togis aut comparatis aut reparatis. De quo, ut altero etiam nos alibi, cum bona rerum elegantium obſervatione.

250. VIOLIS PRÆTEXITE FONTEM.] Velare. Poſtes ita myrto obducere imperat Nuptiali feſto, Venus, Epithalamio Honorij. Papinius lib. VIII.

Stygio prætexam Hyperiona cœlo.

251. MELLA FERANT SILVÆ.] Noſter cum tribus alijs libris *Mella fluāt* Quomodo ſuprà.

Quantum ſtagna Tagi, rudibus ſtillantia venis,
Effluxere decus. Sanè & ferunt alioquin mella ſilvæ; & *Profluat* illud de proximo non obeſt meliori lectioni, ornatui cedens potius quam dedecori ſi acutè inſpiciatur. Aurei Seculi paria fere felicitas apud Poëtarum principes. Nihil tamen mutare pertendimus.

251. EBRIUS AMNIS.] Scitè: nam & Iſti Elemento affingitur, quod ejus eſſe non poteſt; uti unda natans in Manilio.

252. SPIRANTIA BALSAMA.] Suaveolentia. Spiritus enim odor Poëtarum filijs. Sympoſius Aenigmate XLVI. de Lilio.

Spiritus eſt magnus, quamvis ſim corpore parvo.

Auſonius Ratis. In noſtro Libro eſt *ſpumantia*. Inepré inſcitèq;.

255. VULTURNUSQUE RAPAX] Vibius Sequeſter: *Vulturnus Campaniæ fluvius, à quo Vulturnum oppidum juxta Puteolos.*

256. NAR VITIATUS ODORO SULFURE.] Virgilius: *Sulfurea Nar albus aqua.* Vibius: *Nar Sabinorum ex Appēnino per Narniam in Tiberim fluit*. Cato Fragmentis Originum: *A Nare amne ad Aequicolos tenent Sabini*. Sēpronius, aliusve quis vet' auctor: *A Nare amne uſq; ad fontes Silaris montes tenent Sabini*. A Sulfure capiēdus Silius Italicus, ubi ait:

Narq; albeſcentibus undis
In Tiberim properans. Salubritatem aëris circa hunc fluvium commendat Gunterus, lib. IV.
meliori ſubdita cœlo
Caſtra locat gelidas viciniNaris ad undas.

257. VFENS.] In aliquot libris Belgicis *Oufens* legitur. Veteri nimirum ſcriptura: Romani enim tenuius atq; nos hodie Germani. V *ſunm* efferebant, ſed ut Galli nunc, tenuius, velut V Græcum. Quod ita ſeſe habere docere poteſt Græcorum tranſlatio, qui ſua hac illam Latinam litteram reddūt, viciſſimq; iſti, quas voces trans mare duxerunt, illam habētes Græcam, repoſuerunt ſua; cui rei exempla ſuppeditat Hiſtoria Romana Græcè ſcripta, originesve vocum Romanarum. Diſſentire tamen videtur *Terentianus Maurus*, qui Græcos non ſufficere ad V eiſmarinum exprimendum ait.

258. TENENS QUERCETA MARICÆ LYRIS.

LYRIS.] Unus Librorum *terens* Non ineptè. Tenere dixit, quod Regnum illic quodāmodo Liris habeant fluenta. De eo & Marica; nemore ejusdem Campaniæ, docti ad Sidoniũ, Virgilium, Horatium. Pulcre in Re Accipitrũ Galliç Procerũ doctrina & candore Princeps.

Audiet hoc Tibris, & rerum pulcerrima Roma,

Audiet umbroſa Liris, qui luſtra Maricæ Amne ſecat placido, veſtinis auctior undis.

260. QUI REPARAT ARVA.] Qui Oebaliam his locis repræſentat; ne ſcilicet Lacedæmoni cedat Tarentus. Verùm omnes ſcripti Libri, præter Bentinianas membranas, *semperat* præferunt, clara veritate, ut opus non ſit ſyllabæ invidia Vatem onerare, talium ferè immunem.

261. SEMPER HONORATUS.] Annuo, perpetuoq; cultu. Pariter Sidonius.

Quicquid agis, quocunq; loci es, ſemper mihi Fauſtus

Semper honoratus, ſemper quoque maximus eſto.

Quo die veterum cupiam inſigniter benè Fortuna feciſſet, eum ipſi diem cultum, exempla ſuppetunt, vel in ſolis Amatoriarum rerum Scriptoribus.

263. NYMPHÆ.] Regnatori fluviorum adſcribuntur, quæ alioquin Mari. Silius Italicus, Libro XII.

Ilia prima vadis ſacroſo conjugis alveo Condidit, & cuncta fugerunt gurgite Nymfa.

264. OSTROQUE INFECTA CORUSCO.] Voculа *QVE* abundans poſita. Non enim connectitur oratio. Nymfæ parant tecta, oſtroq; reluxit Regia Sic ſupra hac Poematio.

Audacem retegit mammam: laxumque coercens

Mordet palla ſinum.

Septimius Serenus in Moreto.

Tandem concepto tenebra fulgore recedunt,

Oppoſitaq; manu Lumē defendit ab aura.

Virgilius, Ceirt.

Huic verò miſera, quoniam damnata Deorum

Indicio, gnatiq, & conjugis ante fuiſſet,

Infeſti appoſuitq, odium crudele parentu.

Valerius Flaccus lib. VIII. Alij. *INfecta* agnoſcunt omnes libri veteres. Vulgati non pauci *refecta* Neutrum penitus placet. Naturalem muricem intelligit potius quam adjectum aliquid ornamenti purpurei.

265. GEMMIFERIS MENSIS.] Gemmis in pocula cavatis veteres uſos nemo neſcit. Virgilius.

Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

Hodie cavandarum artificium vix ſupereſſe, notant qui de Murrhinis commentati ſunt. Hæ verò Gemmæ in fluvio prognatæ indicantur. Ne ſcilicet ulli concedat quippiam egregius iſte Epulator. Regia Domus enim fluminibus aſſignabant. Notabimus fortè ad Papinium Lib IV. v. 832.

267. CONSANGUINEIS.] Fratribus., Etſi Germanos potius fuiſſe puto, ut clarè initio & fine hujus Panegyrici teſtatur: *Conſanguinei* enim à Paullo Sentent. lib. IV. cap. VIII. Ejuſq; Scholiaſte Aniano definiuntur eodem Patre, ſed diverſis matribus editi. Vide infrà ad Epigrammata: Poëta tamen hos dicens, illos intellexit, jure uſuq; ſuo.

270. CANAS VESTITA NIVES] ἀρχαϊσμός. Illuſtratus alibi.

271. TREPIDO CALEFACTA NOTO.] Omnes Libri & ſcripti & excuſi, hanc ſcripturam ſervant, ſolis Aldinis exceptis qui veram lectionem tepido receperunt. Dicas ſtultitiæ Notum omnes perculiſſe.

272. LIQUIDI FAVONI.] Clari, Sereni. *Liquidus ignis* in Marone, Ecloga VI.

Semina terrarumque animaq;, mariſque fuiſſent,

Et liquidi ſimul ignis.

Servius: puri ætherei, quem Cicero ignitum liquorem dixit. Lucretius.

Devolet in terram liquidi color aureus ignis.

Sic

Sic liquidus Favonius, ut liquidum Serenum apud Cyprianum Geneſi.

dum dicet, Lumina promtim
Candenti perfuſa die, liquidumq; ſerenū
Affulſiſſe ſibi.

274. PRATIS TE CROCEIS.] Picturatis, pulcris. Omnem grati coloris Aſpectum Croceum vocare Poëtas, nemini neſcium, ut rutilum, purpureum &c.

275. MADENTIBUS IMBUAT UVIS] Vino fluentibus, uberantibus. De feliciſſimo proventu vini Auctor Aetnæ *Ipſe ſuo Bacchus flueret pede* Libri autem, Noſter, Bentiniani, Belgæ, Delrij conſentiunt ſcribendo *ambiat uvis* accedente etiam Aldo. Nihil mutamus à Cujacianis.

276. TIBI GLORIA SOLI CONTIGIT.] Dubia non tam quam prorſus falſa hæc aſſertio: Poeticè ſcilicet laudans, non Hiſtoricè deſcribens. Vitellij fratres fuere ſimul Conſules, Suetonius Vit. cap. II. Sed ſuffectus alteri alter. Marcus Antoninus Caracalla, & Antoninus Geta pariter Conſulatum habuerunt Anno DCCCCLIX. Iterumq; ſequenti, Conſentientibus Faſtis Græcis & Latinis. Sub Conſtantino. Anni MLXXII. Criſpus Cæſar & Conſtantinus, liberi Magni, iterumque ijdem fratres à quadriennio aut Quinquennio. Anni MXCIV. geſſerunt Conſtantius & Conſtans, ijdem quoque fratres Quorum ætas à Claudiano vix ſemiſeclum remota. In priſca Republica, cujus ſtatum exprimere ubiq; allaborat, nihil tale, quo ſe nomine tueatur. Paulinus & Julianus fratres Conſules ſignantur, eodem Cōſtantino Principe; ſimul Arcadius & Honorius Anno Urbis MCXLVIII. teſtibus Græcorum Faſtis. De Liberis Boethij notarum eſt ſupra ad verſum. CCXXXI. Inſignem gloriam fuiſſe patet ex inſcriptione Probo data, ubi poſt honorum geſtorum titulos, clauſulam felicitatis habet, quod PATER fuerit CONSULUM.

278. SCRIBENT IN FLORIBUS HORÆ] Ut priſcorum Heroum nomina æternitati conſecrare volentes, floribus inſcriptas finxerunt indidem Litteras primi Poëta um. Horæ temporum moderatrices Græcis vatibus notæ. Iidem eleganter commenti ſunt Virgines eſſe Horas, Virgines illas Horas perpetuæ vacare textrinæ, textrinam illam variorum minutiorum omnis generis eſſe florū, qui in corollam tandem egregiæ pulcritudinis evadant. Eaſdem lanificij ritu texere ſtamina & ſubtemina. Stamina illa & ſubtemina in nobile tandem textum, ſive pannū aliquem procedere. Corollam poſt ſive texturam illam eximiam eſſe Annum ipſum Solarē, perpetuo ſuo ſe obitu repetentem, unde luſtra tandem, ſeculaq; perennia conficiantur. Vide ſis Theodorum Prodromum Amicitia exſulante. Horarum ridicula origo à mictione animalis Ægyptij, ab Hermete Triſmegiſto notata, legitur apud Victorinum Commentario in Primum Rhetoricum Ciceronis Superſtitio ſingularis in ijs Planetarum arbitrio adſcribendis exſtat penes Bethemum, Libro ſingulari ei nugacitati deſtinato. Horas cœlo Janitrices apponit Ovidius: ſoli Ornatrices Papinius & Valerius Flaccus.

279. LONGAQUE] Aeterna, perpetua. Uti Longævus immortalem ſonat Maroni, interprete A. Gellio. Multis alibi.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI
Panegyricum,
IN CONSVLATVM FL. MANLII THEODORI.

Animadverſiones.

FLavius Manlius Theodorus, Vir Clariſſimus, & Doctiſſimus, Conſul fuit Anno Urbis Conditæ. M.C.L I. Reparatæ Salutis, CCCXCIX. Quadriennio poſt Olybrium & Probinum. Collegam habuit in Oriente Eutropium Eunuchum, ut alterum egregiè laudarit, alterum Conſulum vehementius etiam vituperarit, eodem tempore, Claudianus. Spadonis nomen, ipſo damnato, inq; Cyprum ſepoſito, eraſum eſt Faſtis, undè nec in Chronologorum monumẽtis comparet, ſolo Manlio Togati Magiſtratus locũ obtinente. Ita Faſti Græci, Caſſiodorus, cuj⁹ vulgatis libris malè inſerta eſt vocula *Manli⁹ & Theodorus* Suida ex alio ſcriptore: οὕτω μὲν ὁ δυστυχὴς δίκας τῆς ἁμαρτίδος ὑποστὰς, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλόγου τῶν ὑπάτων ἠλείφθη. μόνου τοῦ συνυπατεύσαντος Θεοδώρου γεγραμμένου.) Proſper. Alij. Marcellinus Comes honorem Eunucho hactenus habuit, ut eum Theodoro noſtro nominaret, adſcito notæ vicem, Claudiani verſu. Eruditi homines, qui Manilium; certiſſimum Auguſtæi ævi Scriptorem; ſub hujusdem Manlij Nomen redigere voluerunt, niſi ſententiam mutaverint. Dubiorum Scriptorum Commentario à nobis monebuntur. Honori Ejusdem aliquid demere alij putant, quod B. Auguſtinus Retractationum Libris inſeruit, nimirum ſeſe ipſi tribuiſſe, cui rei idoneam cauſſam adhuc quæro, cum bonitate & ſimplicitate ſua etiã Optimo Maximoq; plus adſcribere potuerit vir ſanctiſſimus & innocentiſſimus, quam publicè lectũ omnibus probari poſſet: neq; opinioni virtutis præjudicare debet, quod ſomnolentiæ in Epigrammatis à noſtro inceſſi videatur; cum dubia ſit liberi Carminis perſona, & videamus talibus licentiam ſumtam, etiam minimos in amicis nævos notandi. Neque videtur illa deſidia alia eſſe, quam qua tantus vir Muſis ſuis seceſſerit, poſita Reipublicæ, diu adminiſtratæ, Cura; Vt damna hinc ſuborta quodãmodo quieti ejus adſcribi quiverint, quo eodem reſpexiſſe Hipponenſem quoq; Antiſtitem exiſtimes. Scripta plurimi generis commentarum docet hic Panegyricus. Aliqua

apud

apud Cujacium ſuperfuiſſe, memorant qui viderunt: Auctorem De Metris, & Ratione carminum Manlium Theodorum citat Beda; Rhetorem Theodorum Contractor, ita enim cenſemus, Curij Fortunatiani: qui an ad iſtum pertineant, decidere non poſſumus. Quantus ad Reipublicæ munia vir fuerit non legerant apud Symmachum, puto, qui eo nomine contemtiorem faciunt.. Videas compendio virum priſcæ gravitatis & nobilitatis, libris V. & IX. Epiſtolarum. *Genus Manlio fuit* generoſum. Unde *illuſtrem virum* idem Symmachus appellat, nec dubium ejus majores fuiſſe, qui Theodori ab eodem ſummi viri commemorantur, & nobiliſſimam progeniem celebrat Claudianus. *Sancti mores*, bonorum frequenti adſtipulatione laudantur eidem libro V. Epiſt. III *Probitas*, Benignitas, *Conſtantia*, Epiſt. VI. *Pietas*, Quinta; religioſa erga amicos *Officioſitas*. VII. Gaudet tantus vir, ſummis *honoribus geſtis Manlij* ſibi familiarem Epiſtolam contigiſſe. *Singularis generoſitas* evehitur ibidem. *Eloquentia præcipua*, Epiſt. IX. *Vetuſtatis Patrocinium*, Eadem. *Conſulatus egregiè geſtus*, cum voto plurium honorum, X. Hoſpitio eum excipere gaudet. XI. Litteris ejus ita afficitur Symmachus, uti deſiderium exſatiare poſſe deſperet. XII. Fratrem habuit *Lampadium*, quem paribus paſſibus ad honores euntem ipſi commendat idem Epiſt. XVI. Fuitque poſt Præfectus Urbi, ut vides libro VIII. Epiſt. LXII. Unde poteſt ut poſtea genus duxerit, qui cum Oreſte illum nobilem Romanis Legibus Conſulatum geſſit, Juſtiniano Principe. Librum iſtum Conſulatum Theodoſij perperam nominat Doctiſſimus Delrius Adverſarijs ad Senecæ Oedipum.

Præfatione.

Epigramma hoc docet, quæ talia Libris præfixerit Claudianus, pronunciata cum ipſis fuiſſe, non edendis demum acceſſiſſe, velut Perſius, Prudentius, Auſonius, Sidonius Poëmatis publicum viſuris, anteambulones id genus præmiſerunt: Alloquitur quippè Conſeſſum ſummorum virorum qui honoris Mãlij ergo convenerant Mediolani. Hac enim in Civitate Conſulatum ſumſiſſe credibile eſt: Romæ certè non ſumſiſſe docet, cum ad jam Conſulem ſcribit, Symmachus libro V. Epiſt. XI. *Adventum tuum ſerum eſſe mirabar: Sed ubi patefacta cauſſa tarditatis, & brevi affore ſcripta prænuncta ſpoponderunt, in gaudium cura convertit. Ergo hoſpitij ſecurus appropera, & Roma aliquantulo intervallo quietis refotus, auſpicatiſſimas attolle faſces. Noſtra erga te diligentia, quicquid inſtructus Conſularis flagitat, providebit.* Mediolanum autem ei celebritati dedit Theodoſius Imperator, qui ibidem & vixit libenter, & mortem deniq; oppetijt; cujus alios exemplo, ibi ſummos honores ſumſiſſe, indicat, quod Sextum Honorio Conſulatum Romæ initum pro nova re ejus Panegyrico celebrat: Honoriumque ipſum ibidem, cum ſponſa vixiſſe, Nuptiasque non alio loco celebraſſe, docet Claudianus noſter libris ſequentibus.

V. 1. DOCTÆ SUBJECTA CATERVÆ.] Judicio expoſita ſummorum doctiſſimorumque virorum. *Mos Conſulum* Ampliſſimos acceſſire, quorum præſentia Magiſtratus initia decorarentur. Sic ad Concilium hoc evocaverat Symmachum etiam Manlius, qui quo minus adſit, filij ſe ſui valetudine rebus excuſat libro V. Epiſtola V. *Spectata eſt tibi, ut arbitror, amicitia mea Veritas. Hinc factum ut me in conſortium feſtorum tuorum Conſul adſciſceres Præſtetur, oro, his litteris eadem fides, qua nos evocatione dignos judicavit*, &c. Et Ipſemet Symmachus ad ſuos Conſulis honores viciſſim noſtrum iſtum invitat, Epiſt. XV. Ejusdem Libri, ea tamen civilitate, ut electioni ejus rem relinquat.

V. 3. VERO QVAM CELSIUS ACTAM.] Jam dum prægloriosum illud publicæ inſcriptionis decus fama tenuiſſe hinc vides. Ex præceptis autem Sapientiæ veram

 potius

potius gloriam quam ingentem quærit. Philo Judæus.

Σοφὸς δὲ, οὐκ ἔνδοξος, ἀλλ' εὐκλεής. τὸν μὴ κολακείᾳ νοθευόμενον, ἀλλὰ ἀληθείᾳ βεβαιούμενον καρπούμενος ἔπαινον. Quo pertinet, quod minuit Veritatis ſe probantis apud conſcientiam ſecretum, qui oſtentando ambit famæ pretium, ut ſcribit Boethius De Conſol. lib. I. cap. IV. Hinc diſtinctio elegans, inter Claritatem & Vanam gloriam, Hiſpanorum hodierno ſermone celebris: Nec tamen Latio ignota etiam. Theodotus Priſcianus Præf. *In his igitur voluminibus non ſtudium Vana-gloria neque eloquentia poſui, ſed Laborem. Vana-gloria*, jactatio falſa ingentium rerum, Hypocritarum, apud Radulfum Ardentium Homil. XXXVII in Evang. Auctor Dialogi De ſtatu Eccleſiæ, cum Hincmaro editus. *Et verè fateor, quia, qui nunc per ambitionem, vel avaritiam, vel timorem, vel vanam gloriam, cito mendacys favent, apparente omnium malorum capite, Anti Chriſto, cito fidem negaturi ſunt.* Vide Vitiorum & Virtutum Chriſtianos deſcriptores.

4. SERVASSE LABOR.] Labor at enim ea Magnitudine ſua, utpote modum excedens, qualia omnia inſtabili loco pendent. Seneca Oedipo:

> *Quicquid exceſſit modum*
> *Pendet inſtabili loco.*

Fama, gloriam Poeticam deſignat. Virgilius Ceiri.

> *Irritaque expertum fallacis præmia vulgi*

Ovidius.

> *Quid petitur ſacris tantum niſi fama, Poetis.*
> *Hoc votum noſtri ſumma laboris habet.*

Papinius lib. IV. Silvarum.

> *nos otia vitæ*
> *Solamur cantu, ventoſaque gaudia famæ*
> *Quærimus,*

5. CONTINUIS CREVIT FIDUCIA CASTRIS.] Militia, quam ſectantes audaciores effici conſtat. Tribunus enim Claudianus. Idem Papinius Equo Maximo.

> *te ſigna ferente*
> *Et minor in leges iret gener, & Cato caſtris.*

Hoc eſt militia decederet Cato, privatus & inermis ſub te ſervire mallet, quam Imperator ſummus eſſet ad exercitum; qui tamen adeo ſua caſtra dilexit, ut per Libyæ deſerta ducere, quam alteri cedere aut cedere maluerit. Nollem eum locum Papinij tentaſſe doctos. Claudianus præfatione III. Laudum.

> *Herebat doctus lateri, caſtriſque ſolebat*
> *Omnibus in medias Ennius ire tubas.*

6. MILES HABET.] Militaris audacia. Alibi.

7. CULMINA ROMANI.] Ita omnes Libri noſtri. Nec cauſſa mutandi. Summus enim magiſtratus, Apex Nobilitatis Romanæ hac voce cenſetur. Paullinus, Auſonij Nepos, in Euchariſtico

> *Sub genitore meo Proconſule rurſus ad æquor,*
> *Expertaſque vias revocer, viſurus & orbis*
> *Incluta Culminibus præclara mœnia Romæ.*

Auſonius ad Syagrium.

> *Cujus ego Comes & Quæſtor, &, culmen honorum*
> *Conſul, collega poſteriore, fui.*

Mos autem Antiquus Patribus Romanis probare Carmina inſigniores vatum. Papinius Epicedio Patris:

> *primuſque dediſti*
> *Non vulgare loqui, & famam ſperare ſepulcro.*
> *Qualis eras, Latios quoties ego carmine Patres*
> *Mulcerem, felixque tui ſpectator ad eſſes Muneris*

8. QVI-

8. QVIBUS EXSULTAT GALLIA.] Non ſemel Galliæ eruditiſſimos viros ſuo ævo tribuit hic Scriptor. Quàm & omni habuit. Sic cum Nobilitatem, ob Theodoſium, Hiſpaniæ dediſſet, doctrinam adſcribit eidem IV. Conſ. Honorij.

Illuſtri te prole Tagus, te Gallia doctis
Civibus, & toto ſtipavit Roma Senatu.

Hieronymus contra Vigilantium: *Multa in Orbe monſtra generata ſunt: Sola Gallia non habuit, ſed viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundavit. Exortus eſt ſubito Vigilantius, ſeu Dormitantius, &c.* Quæ verba celebrat Jonas Epiſcopus Aureliorum contra Claudium Taurin.

9. OMNIBUS AUDIMUR TERRIS.] Rara felicitate, ut & celebretur ubique, & ipſe interſit ſuis laudibus, quam ſibi gratulatur & Martialis.

Hic eſt quem legis, ille, quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis,
Cui, Lector ſtudioſe, quod dediſti
Viventi decus atque ſentienti,
Rari poſt cineres habent Poetæ.

Item Papinius Peoratione Thebaidos.

Durabis ne procul, Dominoque legere ſuperſtes,
O mihi biſſenos multum vigilata per annos
Thebai? Iam certe præſens tibi fama benignum
Stravit iter, cœpitque novam monſtrare futuris.
Iam te magnanimus dignatur noſcere Cæſar,
Itala jam ſtudio diſcit memoratque juventus.

Qui tamen, meo judicio, de biſſenis illis annis aliquos alij Operi impendiſſet prudentius, cum id Opus nulla re magis laboret, quam nimio labore, quem contra Genium Libri, & ingenium Auctoris adhibitum multi loci teſtantur, teſtatur Stilus omnis, ſi cum Silvis compoſueris.

9. MUNDIQUE PER AURES.] Omnium mortalium. Fine Probin.

—— Te Cuncta loquetur Tellus. ——

9. PER AURES IBIMUS.] Scite, velut Recitatio iſta ijs omnibus locis audiretur, quibus legendus obveniret, poſt Editionem, Liber. Similiter *per ora virum Ire* alij dixerunt. Aures notant Judicium, ab recitatione conſueta ante promulgationem, tot enim Judices ibi quot auditores. Horatius. Arte Poetica

ſi quid tamen olim
Scripſeris, in Metij deſcendat judicis aures.

Hoc eſt ab eo probabitur. Perſius, Satira V.

Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto.

Calpurnius, Ecloga Prima

ſilveſtre licet videatur acutis
Auribus, & noſtro tantum memorabile pago.

Martiali lib. VI. Epigramm. I. *Aure tergere*, penſiculatè examinare.

Sextus mittitur hic tibi libellus,
Inprimis mihi care Martialis.
Quem ſi terſeris aure diligenti,
Audebit minus anxius tremensq;
Magnas Cæſaris in manus venire.

Doctæ aures, ſubactum Judicium. Sulpitius Severus, Dialogo III. *Religioſas potius quam doctas aures attuliſtis.* Favonius Eulogius ad ſomnium Scipionis: *quaſi doctis auribus tuis placere pervidero, ad alia operum ſtilumq; convertam.*

10. AH NIMIUS.] Noſter Codex *Ha nimius* Quomodo & pleraque pars cæterorum. Ita vetuſtiſſimus Thebaidos Statianæ liber, cujus ope totum Opus illuſtravimus; Ita aliquot Ovidiani *ſeptem octo ſeculorum Codices*: Qui ijdem *hanelum* ubique etiam ſcribunt.

11. UT PERHIBENT.] Fabula nota, auctoresq; ab alijs indicati. Lutatius ad Thebaidem primam: *Audijt & medius cœli Parnaſſus.* Bene medius, quia umbilicus terræ Parnaſſus dicitur. Nam cum Juppiter mundi medium locum vellet agnoſcere, ex ortu atq; occa-

occaſu duas aquilas dimiſiſſe fertur, quæ volatu laſſæ in Parnaſſi vertice conſederunt. Quibus verbis illa *volatu laſſæ* non admodum ſatisfaciunt rei. Potius *pari* aut ejus aliquid ſententiæ poſuiſſet.

11. SPACIUM NATURÆ.] Natura Univerſum, Omnem, ut Tertullianus loquitur, Conditionem denotat. Claudian. Gigantem ach. V. LXIII. Cicero, lib. II. de Natura Deorum: *Natura eſt quæ continet mundum omnem, eumque tuetur.* Ennodius, Epithalamio Maximi.

> *Annus Sole novo teneras dum format ariſtas,*
> *Natura in thalamis, orbe tepente, ſedet.*

Priſcianus Periegeſi. *Natura genitor, quæ mundum continet omnem.* Gregorius Magnus. Homil. I. *Nihil in rerum Natura cœlo & terra durabilius.* Virgilio, Georg. II. *Naturæ partes, quæ ad Solem, Lunam, & talia pertinent.* Utrum quippiam ſit, & quæ Natura rerum dici poſſit, diſquirit capitali ingenio ſcriptor ſextus Pyrrhon. Hypotyp II. cap. IX.

12. REGNI NESCIUS IPSE SUI.] Scita irriſio. Omnia enim neſcivit quæ ad Harmoniam, Ordinem, Motum, pertinent, qui Centrum neſcivit. Non vero bellus hic fuerit Conditor naturæ & Conſervator?

13. ARMIGEROS UTRINQVE DUOS] De ſuis Armigeris. Bello Gildonico: *fulvusq; Tonantis Armiger ad liquidam cunctis ſpectantibus æthram Correptum pedibus curvis innexuit hydrum.* Valerius Flaccus lib. I.

> *Talia conanti lævum Iovis armiger æthra*
> *Advenit, & validis fixam gerit unguibus agnam.*

Silius Italicus, lib. X.

> *Armiger haud aliter magni Iovis anxia nido,*
> *Cum dignos nutrit geſtanda ad fulmina fœtus.*

> Διὸς αἴτι@ αἰετὸς ὄρνις.

Theocrit. Idyll. XVII. Pythionic. I. Pindarus. Immolabatur etiam Patrono ſuo. Nonnus, lib. XL. Dionyſ.

> Αἰετὸν αὐτοκέλευθον ἰδ' αὐτεδίωτῳ μαχαίρῃ
> Ζηνὶ καὶ ὑδρομέδοντι.

13. ÆQVALIBUS ALIS.] Ætate & robore.

15. JUNXISSE VOLATUS.] Vnus Liber *Volatu.* Nihil mutamus.

16. ALTERNAS.] Ambas dicere vult. Apud Plautum Trinummo *alterna dicuntur perire arbores*, quæ ſuccedens altera alteri in interitum, abolentur. Papinius lib. II. Thebaid. de Iſthmo.

> *Quas Doricus alligat undis*
> *Iſthmos, & alterno quas margine ſummovet infrà.*

Idem in Silvis.

> *alternas ſervant prætoria ripas.*

Id eſt utraſque.

17. PRINCEPS NON AQVILIS TERRAM COGNOSCERE CURAT.] Melior Ordo ſit, meo captu, ſi legas.

> *Non curat aquilis terram cognoſcere Princeps.*

Vel.

> *Non curat Princeps Aquilis cognoſcere terram.*

17. CVRAT.] Studet, ſatagit. Vide Notas ad Concionem Galli Confeſſoris. Præcipuè enim cadens ætas ſic loqui voluit. VINcentiûs Commonitor I. Gildaſius Objurgatorio. Eugippius Severin cap XXIV. Dionyſius Exiguus ad Felicianum. Dugalus contra Claudium. Albo Cernuus, lib. I.

18. NOBIS.] Qui honoris ejus gratia, ſubque nutu ipſius huc convenimus, Generoſo animo ſeſe agnoſcit ducibus Achivis permiſtum. Sunt libri qui excluſo Poeta *vobis* reducere malint. Nobis cum melioribus invitis. In noſtro vero illo ſingulari etiam gloſſa adſcripta eſt per nos.

19. QVICQVID UBIQVE MICAT.] Senatum

Senatum Romanum, illic præſentem, certè bonam aut meliorem partem, *Culmina* enim & Majeſtatem ejus adeſſe memorat ſuperioribus, Florem generis humani dici. Regum Concilium alludere autumes, à Græco homine dictum. Sic eosdem Patres Concilium Deorum Numeſianus, Eclog. I.

cœlo dignus canente ſenecta
Concilioque Deûm.

Noſter Liber, cum Belgicis nonnullis *Quicquid in Orbe micat.* Ut repetitio vocis elegantiæ & ſplendori ſerviat. *Orbis* enim *Curia*, Quicquid in Orbe præclarum, ipſi illi Conſultiſſimi Patres. Nihil tamen mutamus.

Ad Panegyricum.

Eruditiſſimum, Eloquentiſſimum, tantumq; non divinum hunc librum, Humanæ Sapientiæ myſteria magnam partem indicantem, ſi enarrare ex merito velis, Græciæ Latiique penetralia omnia neceſſe erit ut excutias. Multa ſimilia habet cum Gregorij Thaumaturgi Oratione in Origenem, quam Chariſterium inſcribit: adeoq; ut vel una in ſchola auctores ambos eruditos, licet per intervalla temporis, dixeris; vel Claudianum ſummi Chriſtiani Antiſtitis Lectionem ita probaſſe, ut uſum ejus translatione ſententiarum commendare voluerit. Et quid in iſto nobis gratificemur, cum de ipſo Fonte Veritatis, Scriptura Sacta, ad verbum non pauca in eodem hoc, vatum ſeculo ſuo, principe deprehendamus?

PANEGYRICUS.] Veterum nonnulli, mutato genere, Panegyricum. Nihil mutandum à recepta ſcriptura.

FL. MANLI THEODORI.] Pleriq; libri *Mallij*. Uſu à pronūnciatione promiſcuo. Manilium idem nomen ſcripta exemplaria tam Græca quam Latina Romanæ Hiſtoriæ arguunt, ſaltim vulgi confuſione Noſter hunc omnium diſciplinarum conſultum facit; *Beda* librum ejuſdem nomine ſuper Metris citat: curioſitate Romanorum Procerum: Quorum Principes de Litteris, ſyllabis, Analogia commentati ſunt, ut Cæſar, Auguſtus, Nero, Claudius, Titus, Domitianus, Antoninus, Gratianus. Id genus multa cum blattis cernere oculati teſtes teſtari poſſumus. In Bibliotheca Athenæi Rauracorum, in Xantenſi ad Rhenum, ingentia volumina vidimus Metrorum leges cum exemplis, & per metra rem litterariam tractantes, ſcripta multis abhinc ſeculis.

V. 1. IPSA QUIDEM VIRTUS PRETIUM SIBI.] Quippè Virtutis poſſeſſio, ſumma Felicitas. Felicitas abſoluta non eſt, niſi quæ omnia in ſe habet. Unde extra virtutem Bonum nullum, omnia turpia & prava. Plato Menexeno:

χρὴ μεμνημένυς τῶν ἡμετέρων λόγων, ἐάν τι καὶ ἄλλο ἀσκῆτε, ἀσκεῖν μετ' ἀρετῆς, εἰδότας ὅτι ταύτης λειπόμενα πάντα καὶ κτήματα καὶ ἐπιτηδεύματα αἰσχρὰ καὶ κακά.

Ipſa ſupra bona omnia, & nullis vitæ opibus comparabilis. Idem V. de Legibus:

τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς τίμιον ἅμα καὶ καλὸν ἀποδίδεται μικρῦ χρυσίυ. πᾶς γὰρ ὅ γε ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς, ἀρετῆς, οὐκ ἀντάξιος.

Vide multis Julianum Orat. III. de Conſtantio, Themiſtium εἰς τὸν αὐτῦ πατέρα. Itaq; poſſeſſionum optima. Iſocrates ad Demonicum.

Τῆς ἀρετῆς ὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, ὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι. ἡ γὰρ τῆς ἀρετῆς κτῆσις οἷς ἂν ἀκιβδήλως ταῖς διανοίαις συναυξηθῇ, μόνη μὲν συγγηράσκει. πλύτυ δὲ κρείττων, χρησιμώτερα δ' εὐγενείας ἐστίν. τὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀδύνατα, δυνατὰ καθίστησι, τὰ δὲ τῷ πλήθει φοβερὰ, θαρσαλέως ὑπομένυσα. καὶ τὸν μὲν ὄκνον ψόγον, τὸν δὲ πόνον ἔπαινον ἡγυμένη.

Generale & Univerſale bonum ſola. Sextus

tus

tus contra Mathematicos. Libro Decimo.

τὴν ἀρετὴν ἡγητικὴν μόνον τὸ αἰθερόν ῥητέον.

Unde natum hoc ipſam ſui eſſe pretium. Seneca Epiſt. LXXXI. *Virtutum omnium pretium in ipſis eſt. Non enim exercentur ad præmium: rectè facti merces eſt feciſſe.* Idem lib. de vita Beata, cap IX. *Interrogas quid petam ex virtute? ipſam. Nihil enim eſt melius; quæ pretium ſui eſt.* Idem Primo de Clementia: *Rectè factorum verus eſt finis feciſſe, nec ullum virtutum pretium illis extra ipſas eſt.* Silius Italicus, lib. X'II.

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcerrima merces.

Vetus Poëta apud Clementem. Strom. IV.

> ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη
> οὐκ ἐν θυραίων τ' ἀπίχειρα λαμβάνει,
> Αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.

Tyrtæus:

ἥδ' ἀρετὴ τὸ δ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον.

Facit eodem definitio: *Virtus eſt habitus animi in naturæ modum* Rationi conſentaneus, apud Victorinum Comment. Rhetor. I. Vide Alcuinum etiam Dialogo Rhetorices, Auguſtinum lib. LXXXIII. Quæſt. Barlaamum Gyracenſem lib. I Ethicæ Stoicæ, cap. VI. Gemiſthum Plethonem, libro ſingulari, Anonymum, περὶ ἀρετῆς. Si enim modum Naturæ non excedit, Rationi animum componit, Felicitatem conficere certum eſt, nec affectibus nec cupiditatibus expugnabilem, omne bonum complexam. Hinc in ſcientia ſuæ præſtantiæ omnem abſolvit beatitudinem Symmachus lib. IX. Epiſt. CIX. *In ſola Conſcientia eſt Ratio & Fructus virtutis nihil moror ſtatuas, & publica falſa titulorum, qui fucum faciunt oculis, qui animis.* Quæ ipſa ſententia eſt, quam Manlij menti imponit hoc exordio Claudianus. Abinde Gregorius Thaumaturgus animam hominis virtute præditi αὐταρκῆ vocat: De Davide loquens Chariſterio Origenis;

οὐ γὰρ τὸ κρεῖττον αὔταρκες ὂν ἕλοιτο ἂν τῷ αὐτοῦ συνδεδέσθαι χείρονι.

Et gloriam talis viri ſibi ſufficere pulcrè Pontius in vita Cypriani Martyris. *Numeroſitas Gloriarum ſibimet ipſa ſufficiens, alieno præconio non eget.* Quæ verba ipſa pene ſunt noſtri. Cæſarius ſimiliter Homil. XXV. *In ipſo Opere quod gerimus, partem præmij poſſidemus. PLanè magnus vitæ fructus eſt ſeculum deſpicere potuiſſe, & Deo ſervire cœpiſſe. Pietas* enim erga Deum eſt ſumma virtutis, & præmium ſibi verum. Plato Epinomide:

μεῖζον μὲν ἀρετῆς μηδεὶς ἡμᾶς ποτε πείθῃ τῆς εὐσεβείας εἶναι τῷ θνητῷ γένει.

Multis Syneſius de Regno. Bonum hominem *ipſa ſui bonitate pretium* Virtutis, felicitatem nimirum, recipere, certum eſt. Salvianus, libro I. de Gubernat. *Græci quidam Sapientiæ ſectatores, uſque ad contemtum doloris & mortis Doctrinæ ſuæ culmen erexerunt, dicentes ſcilicet etiam in catenis atq; ſupplicijs beatum eſſe ſapientem. Tantam virtutis vim eſſe voluerunt, ut non poſſet eſſe umquam vir bonus non beatus.* Eodem ſpectat parum digne habitum vulgo illud Plauti, cum ſit doctiſſimum.

> *Virtus omnia in ſe bona habet, omnia adſunt bona*
> *Quem penes eſt virtus.*

Ovidius, ſecundo de Ponte.

> *mercede caret, per ſeque petenda eſt*
> *Externis virtus incomitata bonis.*

Idem alibi de ſtultitia hominum conqueſtus.

> *Nec facilè invenies multis è millibus unum,*
> *Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.*

Immo adeo in virtute omne præmium vitæ poſſideri perhibent Philoſophi, ut omninò extra eam nihil utile eſſe homini cenſeant, quod monuimus ſuprà. Hierocles in Carmina Aurea, cap. XXVI.

πρώτης ὂν τῆς ψυχῆς, τάχα καὶ μόνες, ἐπιμελήσεται, εἴπερ ἡ τῶν μετ᾽ αὐτὴν ἐπιμέλεια πρὸς τὴν ταύτης προσήκει τισίν. πᾶν δὲ τὸ παρὰ τὴν ἀρετὴν ἔστω ἴσον, ὅτι τοί μὴ βέλτιον ἐστιν. ᾧ γὰρ σύμφερον ἡ ἀρετὴ, τούτῳ τὸ παρ᾽ ἐκείνην ἀσύμφορον.

Solusque dives, nobilis, felix, virtutis poſſeſſor, quod Stoicis carmen decantatiſſimum. Julianus. Orat. III. ad Conſtantium.

περὶ γὰρ ὅτι ὑπὸ γῆς καὶ ἐπὶ γῆς χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος, θαῤῥοῦντι· οὖν ἤδη πλούσιον καλοῦμεν τὴν ταύτην ἔχοντα. οἶμαι δὲ ἐγώ, καὶ εὐγενῆ, καὶ βασιλέα μόνον τῶν ἁπάντων, &c.

Quo ducas ponasq; infinita ex Cicerone, PLatone, PLotino, Jamblycho, Antonino, Seneca, Simplicio, Aſpaſio, Ammonio, Luciano, ut nullus fuerit finis Commentandi. Contra ut Virtus ſui ſibi ſit pretium, ſic Stulticiam ſive Improbitatem Pœnam ſuis ſibi faceſſere moribus, ſcitum, docetque in Homilia. Idola non eſſe colenda, præter vim aliorum magnam, Eucherius.

PRETIUM SIBI.] Cauſſa ſui appetendi ipſamet ſibi, nullo ſub præmio, nulla externa commoditate, fructu a'io nullo. Sic de Roma Petronius, Specimine Belli Civilis contra Lucanum aut Neronem, locutus.

quare jam perdita Roma
Ipſa ſui merces erat, & ſine vindice præda.

Ideo nimirum ambitis magiſtratibus, ut diriperentur viſcera Reipublicæ & civiũ. Eumq; ſecutus, ut Poetari ſolet, Florus, lib. III. *Miſera Reſpublica in exitium ſuum merces erat.* Vergit verò in eam diſquiſitionem hæc Claudiani ſententia, qua diſceptatur in Philoſophis utrum Sapienti & Virtutis compoti honores ſint capeſſendi, ſi ſe ingerant. Non enim ambiendos, extra controverſiam eſt ſanioti parti. Certum illò, quod alibi ait:

Vile latens virtus, quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit?

Et hoc ipſo Panegyrico. *Eſſe ſed injuſtum fateor, quodcunque negatur* Juſtitia. *Quæ ſanè* umbram non habet, nec patitur. Soli qui ij ſermones laudem merentur, qui rebus ad commune bonum exprimuntur, ut docet eleganter Maximus Tyrius, Serm. XV. Ne fiat Athleta ille, in balneo ſolium adſidentibus pugnas ſuas denarrans, de quo pulcrè Themiſtius, Oratione II, εἰς τὸν αὐτοῦ πατέρα.

SOLAQUE.] ἀδέσποτος nimirum. Suum in ſe Imperium nulli cedens. Pulcerrimè Apollonius, qui inſcribitur, Tyaneus Epiſtola XV.

τὴν ἀρετὴν ἀδέσποτον εἶναι Πλάτων ἔφησεν, εἰ δὲ μὴ τιμᾷ ἔστω τις, καὶ γέγηθεν ἐπ᾽ αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὤνιος γίνηται χρημάτων, πολλοὺς δεσπότας ἑαυτῷ ποιεῖ.

Hinc virginem virtutem, incorruptam ſui sin ſe bonis florentem antiquiſſimi Sapientium ſciverunt. Oraculum Priſcum.

Λαιῆς ἐν λαγόσιν ἑκάτης ἀρετῆς πέλε πηγή,
Ἔνδον ὅλη μένουσα τὸ παρθένιον οὐ προϊεῖσα.

Pſellus Commentator: τὴν ἑκάτην οἱ χαλδαῖοι θεὸν ὁρίζονται μεσαιτάτην ἄγουσαν τάξιν. καὶ οἷον κέντρον ἔχουσαν τῶν ὅλων δυναμένων, καὶ ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς αὐτῆς μέρεσι τιθέασι τὴν πηγὴν τῶν ψυχῶν, ἐν δὲ τοῖς ἀριστεροῖς τὴν πηγὴν τῶν ἀρετῶν. καί φασιν ὅτι ἡ μὲν πηγὴ τῶν ψυχῶν ἑτοιμός ἐστιν εἰς τὰς ἀπογεννήσεις. ἡ δὲ πηγὴ τῶν ἀρετῶν ἐν ὅροις μένει ἔνδον τῆς ἰδίας οὐσίας: καὶ οἷον παρθένος ἐστὶ, καὶ ἀμιγὴς τὸ στάσιμον ἔστω, καὶ ἀκίνητον ἀπὸ τῆς τῶν ἀμειλίκτων λαβοῦσα δυνάμεως, καὶ ζωστῆρι κοσμηθεῖσα παρθενικῷ.

V.2. FORTUNÆ SECURA.] In animum enim Virtute Compoſitum nullum jus Fortunæ. Et ſic Manlium hunc ipſum Fortunæ domitorem vocat B. Auguſtinus, Libro ei inſcripto de vita beata. Pertinet eo ſcitum nobile Carneadis, relatum Fulgentio in Continentia Virgil. *πᾶσα τύχη αἴθησιν φρονοῦντος κατεινεῖ.* Cicero Paradoxis: *Neſcis, inſane, neſcis quantas vires virtus habeat. Nomen tantum virtutis uſurpas,* (In libro veteri melius legitur *Nomen tantum tu ejus uſurp.*) *quid ipſa valeat, ignoras. Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui totus aptus eſt ex ſeſe quique in ſe uno ſua ponit omnia. Cujus autem ſpes omnis, & Ratio & cogitatio pendet ex Fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi.* Horatius lib. II. Sat. Ecloga VII.

Quisnam igitur liber? ſapiens ſibi qui imperioſus?
Quem neq; pauperies, neq; mors, neque vincula, terrent,
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores,
Fortis, & in ſe ipſo totus teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leve morari,
In quem manca ruit ſemper Fortuna.

Auſonius:

Iudex ipſe ſui totum ſe explorat ad unguem
Quid Proceres, vaniq; ferat quid opinio vulgi
Securus; mundi inſtar habens, teres atque rotundus.
Externa ne quid labis per lævia ſidat.

Valerius Maximus, lib. IV. *Bonæ mentis uſurpatio nullum recipit triſtioris Fortunæ incurſum.* Seneca, Epiſt. XCVIII. *Valentior omni eſt Fortuna animus, in utramque partem ipſe res ſuas ducit, beataq; ac miſera vita ſibi cauſſa eſt.* Idem, Epiſt. LXXXII. *Multa extrà ſunt, quæ circumeunt nos, quò aut fallant aut urgeant. Multa intus, quæ etiam in media ſolitudine exæſtuant. Philoſophia circumdanda eſt. Inexpugnabili loco ſtat animus, qui externa deſeruit, & arce ſua ſe vindicat. Infrà eum omne telum cadit. Non habet, ut putamus, Fortuna longas manus, neminem occupat, niſi hærentem ſibi.*

NITET.] Ad Lævorem illum & rotunditatem reſpicit, quam Horatius & Auſonius modo poſitis verſibus ex Pythagora & Platone dixerunt.

2. FASCIBUS ULLIS.] Ullo omnino honorum genere. Ambitionem animo Sapientis omninò excludit.

Τίμων ὁ Μισάνθρωπος στοιχεῖα ἔφη ἰῶν κακῶν εἶναι ἀπληστίαν ϗ φιλοδοξίαν.

Tres Libri calamo exarati *Faſtibus* Nihil à vulgata ſcriptura mutandum.

3. ERIGITUR.] In Arrogantiam Fortunam aut ſucceſſus vix optabiles non debere extollere animum ſapientis ſciſcunt docti. Cicero I. Officiorum: *In rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus ſuperbiam magnoperè, faſtidium, arrogantiamque fugiamus. Nam ut adverſas ſic ſecundas res immoderatè ferre levitatis eſt, præclaraque eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus eademque frons.* Livius, lib. XXV. *Nihil in quemquam ſuperbè ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere Fortunæ, cum quid veſper vehat incertum ſit. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo efferat, nec adverſa infringat.* Inde de laudatiſs. Heroe Gunterus.

caſusq; ſiniſtros
Except:s habitu quo proſpera, mentis eodem.

Cum verò proclivis in tumorem talem humanus ſit animus, Proſperam Fortunam difficilius adverſa ferri memoratur. Architas Pythagoricus.

ὥσπερ τὸ σῶμα βλάπτει μὲν ϗ τὰ τᾶς ἐνδείας, ϗ τὸ ἴσας ὑπερβολᾶς εἶδος, οὐ μὰν ἀλλὰ νόσως τε μείζονας ἐμποιεῖν πέφυκεν αἱ ὑπερβολαὶ, ϗ τὰ χαλεώμενα πλεισ-

περισώματα, οὕτω καὶ ψυχὴν βλάπτει μὲν καὶ τὸ τᾶς εὐτυχίας ἢ ἀτυχίας εἶδος ἀκαίρως παραγενόμενον, οὐ μὴν, ἀλλὰ νόσος τι καὶ μείζονας πὲν πέφυκεν ἃ λεγόμενα παρὰ πάντποσιν εὐτυχία, ὥσπερ οἶνος καταμεθύσκουσα τοῖς ἀγαθοῖς τὴν διάνοιαν. Idem pulcrè. ὥσπερ τὸ λαμπρὸν φάος μαρμαρυγίαν περιέθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὕτω καὶ ἁ ὑπερβάλλουσα ἐυτυχία τῷ νόῳ τᾶς ψυχᾶς. Moderationem inter utramque veteres caſtitatem animi appellabant, quam æquabilitatem Cicero. Vide Joannem Chryſoſtomum de Virginitate, cap.LXXVII.

3. PLAUSUVE PETIT CLARESCERE VULGI.] Ut Auræ Popularis captatores. Paucis omnia dicit Epicurus ad Pythocl. οὐ γὰρ ἤδη ἀλογίας καὶ κενῆς δόξης ὁ βίος ἡμῶν ἔχει χρείαν, ἀλλὰ τοῦ ἀθορύβως ἡμᾶς ζῆν. Irridet ſcitè hoc genus Philoſophia apud Boethium lib.II. cap.VII. Vos, niſi ad populares auras, inanesque rumores rectè facere neſcitis, & relicta Conſcientiæ virtutisque præſtantia de alienis præmia ſermunculis poſtulatis. Eum vide, libello libellorum omnium gemma unica. Marcus Imperator lib.IV.

ἀλλὰ τὸ δοξάριον σε περισπάσει. Ἀπιδὼν εἰς τὸ τάχος τῆς πάντων λήθης, καὶ τὸ χάος τοῦ ἐφ' ἑκάτερα ἀπείρου αἰῶνος, καὶ τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως, καὶ τὸ εὐμετάβολον καὶ ἄκριτον τῶν ἐφ' ἡμῖν δοκούντων, καὶ τὸ στενὸν τοῦ τόπου ἐν ᾧ περιγράφεται, &c.

Seneca Hercule Furente ,rem ſimilitudine exprimit.

Illum populi favor attonitum
Fluctuq; magis mobile vulgus
Aura tumidum voluit inani.

Vanus animus aura captus frivola, *Vulgi mancipium*, apud Phædrum, Fab.LXXXVIII. Seneca, Epiſt XIV. *Circumſpiciendum eſt nobis quomodo à vulgo tuti eſſe poſſimus. Primum nihil exinde petamus, unde rixa eſt inter competitores, deinde nihil habeamus, quod cum emolumento inſidiantis eripi poſſit, quam minimum ſit in corpore tuo ſpoliorum &c.* Idem, alijque mille alijs locis. Vide & Simplicium in cap.XLVIII. Enchir.

VULGI.] Prodigioſa ſcriptura in noſtro libro. *clareſcere Tagi.*

4. NIL OPIS EXTERNÆ.] Nil, penitus non, modo nullo. Frequens uſus Papinio, Lib.IX. Thebaid.

cujus non mollia ſigna
Militiamque trucem, ſexum indignata, frequente,
More nihil Grajo.

Libro VII.

Monitus iramque parentis
Ede, nihil parcens.

Eodem.

auſa circum mugire juvencæ.
Quippe nihil graſſata fames.

Libro III.

prodiga vitæ,
Pectora, & extremam nihil horreſcentia mortem. Lib.II.

capto poſtquam nihil obſtat Amori
Pœna, nec ultrices caſtigavere catenæ.

Primo Silvarum, Balneo Hetruſci.

Ite, Deæ virides, liquidosque avertite vultus.
Veſte nihil tectæ, quales emergitis altis
Fontibus.

Phœbadius, contra Arianos: *Quod piaculum, quod facinus, in hoc verbo? Quæ ex parte Catholicam fidem pulſat? Vtrumne ſono vocabuli, an interpretatione rei ipſius? Nihil fallo: interpretatio caret culpa.* Hilarius Senior, Fragmẽtis Hiſtoricis: *Tria illa ſuperiora perfectionem immutabilem conſequuntur, & nihil aut extrinſecus mutabuntur, aut ultra quam obtinent uberius acquirent.* Bacchiarius de Lapſis: *ſic nihil eſt ex omnibus emplaſtris ejus quod ſanare poſſit vulnus, quod inflixit inimicus.* Evantius Abbas, de Eſu ſanguinis: *ſi, ubicunque legunt ſanguinem prohibitum, & hoc ad litte-*

ram intelligunt. & nihil ſpiritualiter hoc dictum putant, quid eſt quod propheta dixit? &c.

4. OPIS EXTERNÆ CUPIENS.] Cum opibus enim *ſubſidiisque* vulgi Idolis, parum virtuti commercij, niſi ut ijs utatur aliorum emolumento, de quo Archytas Tarentinus fragmentis Moralium. Apollonius, ſic volũt, Tyanæus, Epiſt. XXXV.

ἀρετὴ ϗ χρήματα παρ᾽ ἡμῖν ἀλλήλοις ἐναντιώτατα. Μειούμενον γὰρ τὸ ἕτερον αὔξει τὸ ἕτερον, αὐξόμενον δὲ μειοῖ. πῶς οὖν δυνατὸν ἀμφότερα περὶ τὸν αὐτὸν γίνεσθαι, πλὴν εἰ μὴ τῷ τῶν ἀνοήτων λόγῳ παρ᾽ οἷς ϗ ὁ πλοῦτος ἀρετή.

Nec divitiæ hoc cenſu ſolę nihil faciunt ad felicitatem, verum nec aliud qui quam externum. Barlaamus Gyracenſis, Ethica Stoicorum, lib. I. cap. XIII. *Patet igitur ex concluſis, quod nec indolentia, nec corporea voluptas. Nec omnino aliquid eorum quæ dicuntur corporea bona & externa, ad Beatitudinẽ, quam quærimus, pertinet. Horum enim alia ſunt communia hominis & beſtiarum, alia beati hominis & miſerrimi. Et omnia communiter ſunt extrà noſtram poteſtatem, & fragilia & caduca, & exſtingui & amitti inuitis poſſunt. Et nec omnia ſimul nec aliqua eorum ſua præſentia hominem bonum faciunt, vel ab eis homo bonus jure laudatur, & talis appellatur. Ergo cum hujusmodi omnia excluſa eſſent à Beatitudine, & ipſa corpora & externa neceſſario excluduntur.* Philoſophorum PLatonicorum, Stoicorumque Volumina obvia.

5. DIVITIIS ANIMOSA SUIS.] Domeſticis bonis, animi nimirum ex Sapientia immobili moderatione. Non cupiens quæ non habet, quorum copia eſt, ijs contenta. Auſonius eodem reſpexit, de ſuo Parente:

> *Felicem duxi non qui quod vellet, haberet,*
> *Sed qui per fatum non data non cuperet.*

Et Symmachus lib. II. *Siquidem virtus, ſua laude conſpicua, averſatur auxilium commendationis alienæ.* Horatius pulcrè ſe involvere virtute dixit, exoſum opes. Carm. XXIX. libro III.

> *Fortuna ſævo læta negotio, &*
> *Ludum inſolentem ludere pervicax.*
> *Tranſmutat incertos honores*
> *Nunc mihi, nunc alij, benigna.*
> *Laudo manentem; ſi celeres quatit*
> *Pennas, reſigno quæ dedit, & mea*
> *Virtute me involvo, probamq;*
> *Pauperiem ſine dote quære.*

ANIMOSA.] Vox contemtum divitiarum inferens. Alibi *animoſaq; pauperis Umbra Fabritij.* Viſe ad eum locum I. Eutrop. CCCCLIII.

6. EX ALTA MORTALIA DESPICIT ARCE.] Arx vera, omnium mortalium contemtus, & Conſcientia benè factorum, ut loquitur M. Brutus. Virtutis unicæ, immobilis cultus: Sapientię receſſus. Seneca Ep. LXXXII. *Philoſophia circumdanda eſt, inexpugnabilis murus, quem Fortuna multis machinis laceſſitum, non tranſit. In inſuperabili loco ſtat animus, qui externa deſeruit, & arce ſe ſua vindicat, infra illum omne telum cadit.* Jamblichus:

καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὅπως ὁρμητέον ὅπως εἰς μηδεμίαν ἀγεννῆ τύχης ὕβριν ὦμεν ἔκδοτοι.

Arcem hanc ſecuritatis concinnatunt potiſſimum Stoici, ut ex Cicerone ipſisque notum. Inde alij. Virgilius Ceiri.

> *Si me jam ſumma ſapientia pangeret arce*
> *Quatuor antiquis quæ hæredibus eſt data conſors,*
> *Unde hominum errores longè lateq; videreper orbem*
> *Deſpicere, atque humiles poſſem contemnere curas.*

Papinius, lib. II. Silvarum.

> *celſa tu mentis ab arce*
> *Deſpicis errãtes, humanaq; gaudia rides.*

Ele-

Elegantiſſimè Lucretius, lib. II.

nil dulcius eſt, benè quam munita tenere
Edita doctrina Sapientum Templa ſerena.
Deſpicere unde queas alios, paſſimq; videre
Errare, atque viam palanteis quærere vitæ.
Certare ingenio, contendere Nobilitate.
Noctes atq; dies niti præſtante labore
Ad ſummas emergere opes, rerumque potiri.

Ipſe porrò conſtitutus ſuo judicio, in tali arce, ad univerſum genus humanum exclamat deinceps:

O miſeras hominum menteis; ô pectora cæca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantiſque periclis,
Degitur hoc ævi quodcunq; eſt.

Sublimem ſpeculam tale animi munimẽtum vocat Aeneas Gazæus, Tali imponit Platonem Sidonius, Paneg. Anthemij.

quodcunq; Platonis
Ingenium, quod in arce fuit, docet.

Petronius, Lucretij verſibus reſpectatis.

Ipſe Pater veri, doctes, Epicurus in arce
Juſſit, & hanc vitam dixit habere Deos.

In quo non incommodè reſcripſeris *docta ſe Epicurus in arce.* Quam nimirum docuerat alios, quam tenebat quoq; jam ipſe. Eodem reſpicit de Juliano ſuo Ammianus Marcellinus ſcribens libro XV. *Expergefactus explorabat per ſemet ipſum vigiliarum vices, & Stationum: poſt hac ſeriò ad arces confugiens doctrinarum.* Sic enim ſcribendum. Sic *Arx Muſica*, ſummus ſirmusq; apex, apud Priſcianum, Præfat. *Cujus mentem tam Virgilij credo quam Homeri anima conſtare, quorum uterq; arcem poſſedit Muſicæ.* A ſimilitudine locorum ſummorum in urbibus, munitorumq;. Aſconius in Divination. *Arx vel ſedes tyranni dicitur, vel editus in civitate locus, & munitior, ad ſalutem civium.* Ut Virgilius.

Quo res ſumma loco, Panthu, quam prendimus arcem? Solinus Polyhiſt. cap. I. *tutiſſima urbium arces vocantur.* Hinc Sedes rerum quarumlibet firmiores, Arces. ἄκρον ἀρετῆς Pindarus Nemeonic. VI. *Arx Deliciarum*, Symmach. lib. VII Epiſt. XXXVI. *Honorum*, lib. II. Epiſt. XIII. apud Sidonium. *Rerum*, Claudian. I. in Eutrop. Vincentius, Commonitorio. I. *Ait impius ille Porphyrius, excitum ſe fama Origenis Alexandriam puerum ferè perrexiſſe, eumq; ibi vidiſſe, jam ſenem, ſed planè talem tantumq; qui Arcem totius ſcientiæ condidiſſet.* Hieronymus ad Paullinum, de Inſtitut. Monachi: *Huic Prudentiæ & Eloquentiæ ſi accederet vel ſtudium vel intelligentia ſcripturarum, viderem te brevi Arcem tenere noſtrarum.* Id eſt eſſe Principem. Sedes enim Regia ſcitè ad alias res transfertur. Proſper. lib. de Providentia.

Mors hominem, culpa in cunctos manante minores.
Quæ ſemel antiqua pulſos virtutis ab arce,
Non uno tantum transfuſo errore parentum,
Implicuit. &c.

Hoc eſt divina ſede. Juvencus, lib. IV, Hiſt. Evang.

Sed vos noluerim præcelſi nominis arcem
Affectare.

Proſper de Libero Arbitrio: *Cur invictiſſima veritatis arce deſerta gradatim ad præcipitia Pelagiana decurris.* Auctor de Cauſſis Corruptæ Eloquentiæ: *Tecum mihi, Materne, res eſt, quod cum natura tua in ipſam Arcem eloquentiæ ferat, errare mavis, & ſumma adepturus.* (ſic emaculandum) *in levioribus ſubſiſtis.* Eucherius Serm. de B. Romano: *In oppugnando famoſiſſimo bellatore, ipſas primitùs tanti certaminis meras occupat, credens cujuslibet deinceps munitionis obſtacula faciliè ceſſura. perfectionis*

ſtionis turre, ac fidei arce dejecta. Auctor Vetus Epitaphij B. Alcini Aviti.

> *Vnus in arce fuit, cui quilibet ordine fundi*
> *Orator nullus ſimilis, ſimilisq; Poeta.*

Ut fuerit Proverbialis ſemper velut locutio, *In arce eſſe.* Fauſtus Reienſis, Epiſt. VI. ad Ruritium: *deſpecto tandem ſeculo infelici, arcem ejus magnam rapuit, felicitatem & lucrum ſui de mundo pereunte acquiſivit.* Nicetas Dadrybenus in Nazianzeni Principia. *Qui mundanæ Sapientiæ arcem tenere ſibi viſi ſunt, omnia ea quæ oriuntur, ad tres præcipuas ac primarias cauſſas & principia retulerunt.* Hericus Altiſiodor. lib. I. Germanidos.

> *Creſcebat meritis mactus ſucceſſibus Heros,*
> *Perfectique ſequax, primam tendebat ad arcem.*

Petrus Damianus, Epiſt. ad Hildebrandum: *Nos etiam ad ejus exemplum Apoſtolicæ ſedis, auctore Deo, cupimus ordinare pontificem, ac protinus à proprij Pontificatus arce recedere.* Amedeus Lauſan. Homil. VII. *At illa reſidens in arce ſublimiſſima Virtutum, & pelago divinorum affluens Chariſmatum, abyſſum Gratiarum, quâ cunctos exceſſerat, credenti & ſitienti populo largiſſima emanatione profundebat.* Auctor Vitæ Frodoberti, ante annos ferè mille Commentatus: *At vir Deo dignus in humilitatis arce perſiſtere cupiens; nil de ſe præſumere, nil unquam paſſus eſt ſuis viribus aſſignare.*

7. ATTAMEN INVITAM.] Libri Belgici plerique *Hanc tamen* Quod Scaliger etiam probavit, contra Cujacianos cæteroſque: nobis nihil mutantibus.

INVITAM BLANDE VESTIGAT ET ULTRO AMBIT HONOR] Ferè ſic fieri videmus, ut quem abſtinere homines dignitatibus videns, ijs promtius impeditum velint, cum res ſit magnæ æſtimationis etiam apud imprudentes fulgorem Ambitionis contemnere. Virtus ita dum non poſtulat honorem gloriam adipiſcitur. Sic *Comitem* ei hanc dat Xenophon libello de Republica Spartanorum. Eodem in conjunctione ædium ſive Templorum, alluſit antiquitas Notiſſima ſunt omnia. Hunc autem honoris ambitum non abnuerunt viri ſummi, ſapientum etiam principes, qui diſcipulos ſuos ita inſtituerunt ut ſinguli integras Reſpublicas regere poſſent; velut Pythagoras, pater cæterorum; Porphyrius Malchus, ejus vita.

πυθαγόρας δὲ ἄχρι πολλοῦ κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὕτως ἐθαυμάζετο, αὐτός τε, καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ ἑταῖροι, ὥστε καὶ τὰς πολιτείας τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐπιτρέπειν τὰς πόλεις.

Contra alij Virtutem cupere Honorem, cumque pro unica mercede agnoſcere ſtatuebant, ut Lælius Ciceronianus; de quo adi Lactantium Lib. V. cap. XIX.

8. DOCUIT TOTIES A RURE PROFECTUS LICTOR.] Crebro in hanc rem Heroum horum exemplis utuntur Panegyriſtæ ſcriptores, alijque. Manilius lib. IV.

> *Nec jacet in ſulcis, ſolvitque in pulvere pectus,*
> *Serranos, Curiosque tulit; faſceſque per larva*
> *Tradidit, eque ſilo Dictator venit aratro.*

Pacatus Panegyrico: *Sic agreſtes Curij, ſic veteres Coruncani, ſic, nomina reverenda, Fabritij; cum induciæ bella ſuſpenderant, inter aratra vivebant, &, ne virtus quieta langueſceret, depoſitis in gremio Capitolini Iovis laureis; triumfales viri ruſticabantur. Inde eſt quod accepimus datos ſerentibus faſces, & miſſas cum curulibus ſuis per rura palmatas: quod agricolas conſulares, Paſtoreſq; Trabeatos, & Dictatores inter armenta veſtitos. Sed illos quidem anguſtia rei familiaris addicebat labori, ut quibus ipſis ſuburbani horti, præcepiq; Ianiculum, & jugera arctata pomerio, vomere eſſent aut ligone verſanda, ne incuria onus reverteretur ad Dominos, cum deerant quibus juberent.* Apud Virgilium, Horatium, Ovidium, Senecam, Lucanum, Claudianum alibi, Sidonium, Ennodium

dium paria alibi notantur nobis. Inepté edidit, qui Cujacianorum Librorum dedit Editionem à rupe profectus.

10. TE QVOQVE.] Etſi non egens, neque operi foriè manum admovens, æque tamen quieti velut ruſticæ vacabat Theodorus, ſpeculationibus indulgens in locis ei dedicaris, atque Heroes illi veteres Romani. Indicatur autem ætate jam aggraveſcente Conſularum iniiſſe.

11. EMERITUM PRIDEM.] Militiæ togatæ annis velut emenſis. Veteranus miles poſt emerita ſtipendia, ſignis abſcedens condebat ſeſe in ſeceſſum, & commoda capiebat, adſcriptus agris colendis, alijve vitæ generi certum præſtanti, ſine magno labore, victum. Notatum millies alijs.

11. DESUDATISQVE.] Labore & induſtria ſuperaris, exantlatis, &c. Sidonius, lib. V. epiſt. V. *velim dicas unde ſubito hauſerint pectora tua Euphoniam gentis alienæ; ut modo mihi poſt ferulas Lectionis Maronianæ, poſtque deſudatam varicoſi Arpinatis opulentiã loquacitatemque, quaſi de Halario vetere novus Falco prorumpas.* Proſper. de Vita Contemplativa lib. I. cap. I. *Nec vincentes ſecuros faciunt viriliter deſudata jam prælia ſed magis ſollicitant adverſariorum rediviva certamina.* Multus talium fictione Papinius, Latio adaucto.

11. REMOTUM.] In optatam Quietem & otium rebus benè geſtis promeritum. Remotus enim ſolum deſignat. Horatius lib. II. Carm. III.

Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni.

Sic remota nemora apud Catullum Galliambo.

Egone à mea remota hac ferar in nemora domo.

Et remotus, prorſus ſepoſitus. Lucanus, libro V.

Seponere tutum
Conjugii decrevit onus, Lesboq; remotam
Te procul à ſævi ſtrepitu, Cornelia, belli, Occulere, &c. *Seceſſum hoc genus* pulcrè depingit Papinius ad Claudiam ſuam.

12. EADEM RURSUM COMPLEXA POTESTAS.] Bis eumdem magiſtratum geſſiſſe Theodorum indicat. Fuit autem iterum *præfectus prætorio*, ut indicant Inſcriptiones Legum, XLV. & XLVI. Cod. Theodoſij de Hæreticis, notaruntque jampridem alij. *Reducem*, ex alio vitæ Inſtituto.

14. ACCEDUNT TRABEÆ.] De more, homo Romanarum rerum Veterum pertinax, Conſulatum præponit cæteris omnibus dignitatibus.

15. SPLENDOR.] *Magnificentia, gloria.* Sic *ſplendidi natales* apud Diocletianum Imp. & Maximianum, L. IX. de Quæſtionibus. *Splendor Conſularis*, Ciceronem, *Splendida urbes* Arcadium & Honorium l. XI Cod. de Oper. Publ. *Splendidus*, magnificum, liberalem, notat, citra ſumtuoſitatem. Nepos Attico: *Nam & non intemperanter concupiſcere, quod à pluribus videas, Continentiæ debet duci: & potius diligentia quam pretio parare, non mediocris eſt induſtriæ. Elegans, non magnificus, ſplendidus, non ſumtuoſus omni diligentia munditiam non affluentem affectabat.*

16. CULMEN UTRUMQUE TENES.] Magnanimitatis & Gloriæ.

16. TALEM TE PROTENUS ANNI FORMAVERE RUDES.] Laus omnibus ferè magnis viris data, puerili ętate, virili fuiſſe animo. Exempla ad Pan. Probini ſcripſimus. *Repetit noſter* ſæpius: Sic Strabus, ſcriptor non prorſus barbarus barbarorum temporũ, vita Mammæ Monachi:

non ſegnior ille repertus
Moribus ætatem, ſenſu tener extulit annos.
Carne puer, ſed corde ſenex.

17. DIGNUM VITA CURULI TRAXIT ITER.] Alibi de puero dixit.

faſtiq; loqui jam digna futuris

ut vita autem juventæ applicandum. Tamen mendi illi aliquid obhærere ſuſpicio eſt in voce

K TRA-

TRAXIT. Etſi nullus Codex quicquam mutet.

18. PRIMÆQUE SENES CESSERE JUVENTÆ.] Senes inquit indolem venerabantur in juvene divinam. Inſigne hoc encomium, cum ſenilis ætas ſumma ſit contemtrix & cavillatrix juventutis: Ita de Pythagora Jamblychus, Vitæ cap. II.

ἀποθανόντος δὲ τοῦ πατρὸς, σεμνότατός τε καὶ σωφρονέστατος τε, ηὔξάνετο. κομιδῇ νέος ἔτι ὑπάρχων, ἐν τροπῆς πάσης, καὶ αἰδοῦς ἠξιοῦτο ἤδη, καὶ ὑπὸ τῶν πρεσβυτάτων ὀφθείς τι καὶ φθεγξάμενος ἐκέτρεφε πάντας.

Sidonius lib. II. Epiſt. X. *Præditus es, quanquam juvenis hac animi maturitate, ut tibi etiam natu priores gerere morem concupiſcamus.* PLura alijs Commentationibus.

19. CANICIES ANIMI.] Gregorius Nyſſenus vita Thaumaturgi:

Χαλεπὸν ἦν τοῖς ὁμήλιξι θέαμα, νέος ὑπὲρ τὴν πολιὰν ἐν σωφροσύνῃ κοσμούμενος.

Pindarus Olympian. IV.

φύονται καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θ' ἅμα καὶ παρὰ τῆς ἡλικίας ἐοικότα χρόνον, Menander:

Οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν,

Ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων, ἐπὶ τῇ φύσει γέρων.

20. DULCE LOQUENDI PONDUS] Nervoſitas, gravitas. Papinius de Jove: *grave & immutabile ſanctis Pondus adeſt verbis, & vocem fata ſequuntur.* Jamblichi de Pythagora, cujus tum Platonicæ infuſa maximè regnabant ſcita, animo habuiſſe verba videtur Claudianus, dicto cap. II.

ὥστε ἐλάλει καὶ ἐπεράττεν ἐνδίᾳ, καὶ ἀμιμήτῳ τινὶ γαλήνῃ μήτε ὀργῇ ποτὲ, μήτε γέλωτι, μήτε ζήλῳ, μήτε φιλονεικίᾳ, μήτε ἄλλῃ ταραχῇ ἢ προπετείᾳ ἁλισκόμενος, ὡς δὲ δαίμων τις ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τῇ Σάμῳ.

Vide ſecundum Laudum de Stilichone.

mens ardua ſemper

A puero, teneriſque etiam fulgebat in annis

Fortuna majoris honos: erectus & acer.

Nil breve moliri, nullis hærere potentum

Liminibus, faſtiq; loqui jam digna futuris.

Iam tunc conſpicuus, jam tunc venerabilis ibas,

Spondebatque ducem celſi nitor igneus oris.

Dulce pondus, è corpore pulcro gravitas gratior loquendi. Non affectatus ſuperbia aut δοκησισοφίᾳ, non depreſſus ſermo puerilitate.

21. ATTONITAS SERMO QUI DUCERET AURES.] Eloquentiam Theodori commendat Symmachus lib. V. Epiſt. IX. *Notat noſter pulcrè ejus vim velut* ſuavi quadam catena, aut grato flumine mentes hominum percellentem, configentem, ducentem: Gregorius Thaumaturgus de Origene.

οὐκ ἔχω νῦν ἐγὼ λέγειν ὅσας τινὰς ἐξήχει φωνὰς προτρέπων φιλοσοφεῖν, οὐ μιᾶς ἡμέρας μόνης, ἀλλὰ καὶ πλειόνων, ὅσων αὐτῷ προσῄειμεν, τῶν πρώτων βεβλημένοι μέν ὥσπερ τινὶ βέλει τῷ παρ' αὐτοῦ λόγῳ, καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας, ἣν γὰρ πῶς ἡδεῖά τινι χάριτι, καὶ πειθοῖ, καὶ ἀνάγκῃ τινὶ μεμιγμένος. ἀφικόμεθα δὲ πάλιν, οὐκ οἶδ' ὅπως, οὐ δυνάμενοι. ἀεὶ δὲ ὥσπερ ὑπό τισιν ἀνάγκαις μείζοσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἑλκόμενοι.

Martianus Capella lib. V. de Eadem Eloquentia: *Denique creditum quod inſtar Iovis eadem poſſit etiam fulmina jacu ari. Nam velut ii impetens rerum omnium Regina, & impellere,*

132

lere quo vellet, & unde vellet deducere, & in lacrymas flectere, & in rabiem concitare, & in alios etiam vultus ſenſusq; convertere, tam Urbes quam Exercitus prœliantes, & quæcunq; poterat agmina populorum. Pulcrè Tryphiodorus Haloſi Ilii.

> Ἄφνω δ' ἀενάων ἐπέων ὠδῖνας ἀνοίξας,
> Δεινὸν ἀνεβρόντησε, καὶ ἱερῆς ἀπὸ πηγῆς
> Ἐξέχεεν μέγα κῦμα μελισταγέος νιφετοῖο.

De Demoſthene, Caſſius Longinus; capite XXX.

Διὰ τοῦτο οἷς ἔχει καλοῖς ἅπαντας ἀεὶ νικᾷ, καὶ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἔχει, καὶ ὡσπερεὶ καταβροντᾷ καὶ καταφέγγει τοὺς ἀπ' αἰῶνος ῥήτορας. καὶ θᾶττον ἄν τις κεραυνοῖς φερομένοις ἀντανοῖξαι τὰ ὄμματα δύναιτο, ἢ ἀντοφθαλμῆσαι τοῖς ἐπαλλήλοις ἐκείνου πάθεσιν.

Multa eodem facientia Eunapius in Sophiſtis, Lucianus Hercule Gallico, alij.

DUCERET AURES.] Harmoniam dicit miram verborum, animum audientis per eum ſeorſum rapuiſſe. Dionyſius idem Longinus, cap XXXIV.

οὐκ οἰόμεθα δ' ἄρα τὴν σύνθεσιν, ἁρμονίαν τινὰ οὖσαν λόγων ἀνθρώποις ἐμφύτων, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, οὐχ. τῆς ἀκοῆς μόνης ἐφαπτομένων ποικίλας κινοῦσαν ἰδέας ὀνομάτων, νοήσεων, πραγμάτων, κάλλους, εὐμελείας, πάντων ἡμῖν ἐντρόφων καὶ συγγενῶν, καὶ ἅμα τῇ μίξει, καὶ πολυμορφίᾳ τῶν ἐν αὐτοῖς φθόγγων τὸ παρεστὼς τῷ λέγοντι πάθος εἰς τὰς ψυχὰς τῶν πέλας παρεισάγουσαν, καὶ εἰς μετουσίαν αὐτοῦ τοὺς ἀκούοντας ἀεὶ καθιστᾶσαν τῇ τε τῶν λέξεων ἐποικοδομήσει τὰ μεγέθη συναρμόζουσαν, δι' αὐτῶν τούτων, κηλεῖν τε ὁμοῦ πρὸς ὄγκον τε καὶ ἀξίωμα, καὶ ὕψος, καὶ πᾶν ὃ ἐν αὐτῇ περιλαμβάνει, καὶ ἡμᾶς συνδιατιθέναι, παντοίως ἡμῶν τῆς διανοίας ἐπικρατοῦσαν.

Vide primam PLatonicam Ariſtidis

21. UNDARE PORO.] Primam adoleſcentiam in forum agebat Procerum Romanorum Diſciplinam, quam exagitat eo nomine Petronius initio Satirici fragmenti. *Opulentiam nudantem* æquare vult Ciceronianæ atq; Demoſthenicæ: ſic idem Petronius de eadem

> *mox flumine largo*
> *Plenus, Pierio defundes nectare verba.*

Claudianus in Probi Filios:

> *Pieriis pollens ſtudiis, multoq; redundans*
> *Eloquio.*

Sic abundantia litterarum capienda apud Interpretem Apollonij Tyrij, in adoleſcente Regio: *Adoleſcens quidam Tyrius, patria ſua princeps, locuples valdè, Apollonius nomine, fidens abundantia litterarum, navigans attigit Antiochiam.* Petrus Mauritius, ævo barbaro mirè eloquens & eruditus ſcriptor.

> *Alpibus Ambroſius celſior Italicis,*
> *Non magis Eridanus terras vicinus inundat*
> *Quando tumens pluviis unda ſuperba furit.*
> *Quam patris Ambroſij, cœleſtibus imbribus auctum,*
> *Eloquij flumen arida corda rigat.*

FORO.] Ubi campus exercendæ Eloquentiæ, patrocinio reorum, quo nobilitas Romana inclareſcebat. Varro apud Gellium, libro XIII. cap. XI. *Nec loquaces convivas, nec mutos legere oportet, quia Eloquentia in foro & apud ſubſellia, ſilentium verò non in convivio ſed in cubiculo eſſe debet.*

22. OPULENTIA LINGUÆ.] Fuſa quædam abundansq; copia Epiſtola ad Olybrium:

> *Cedere divitiis animi, fortuna fatetur,*
> *Et tantas oris copia vincit opes.*

Cyprianus Dictione ad Donatum: *In judicii contentione pro roſtris opulenta facundia volubili ambitione jactetur. Opulentia*, Arpinatis, Ciceronianum flumen, Sidonio, libro V. Epiſt. V.

23. TUTARIQUE REOS.] Studia primævæ nobilitatis Romanæ priuſquam ad honores gerendos accedere poſſent: ſummi enim tituli erat eloquentem eſſe. Sic in exercitijs cauſſidicinæ omnem ſpem proceſſus in fratre hujus Theodori Lampadio ponit Symmachus, lib. V. Epiſt. XVI. *Sancto Lampadio Germano tuo & ad ſpem proceſſus, & ad bonam vi im morum cauſſidicinam credidi profuturã. Vnde factum eſt, ut Domino & fratre meo Præfecto ante conſulto, ad caſtra forenſia mitteretur: eo præſertim tempore quo tuo adminiculo poſſit inſtitui.* *Principum liberos* id etiam ſtuduiſſe adeo verum eſt, ut & hinc laudem inſcriptionibus publicis ambiverint. Vopiſcus Numeriano: *Hujus oratio ad Senatum miſſa tantum fertur habuiſſe Eloquentiæ, ut illi ſtatua nõ quaſi Cæſari, ſed quaſi Rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Vlpia, cui ſubſcriptum eſt: NVMERIANO CÆSARI, ORATORI TEMPORIBVS SVIS POTENTISSIMO.* Summus etenim ſemper Eloquentiæ honos, ut *honeſtiſſimi* etiam titulus diſerti poſtponeretur. Vegetius prologo Veterinar. *Forſan ipſa opera Mulomedicorum videtur abjectior, notitia autem curationis, non ſolum honeſtiſſimis, ſed etiam diſertiſſimis convenit.*

23. IPSA HÆC AMPLISSIMA SEDES.] Curiam dicit. Ut Varro modo poſitis verbis *ſubſellia Eloquentiæ* campum. Mediolanenſem verò æquat Romanæ, ut ſuprà Senatum. *Vbi enim Princeps, ibi Roma eſt*: ſicque Senatus ubicunque frequens. Curiam faciebat Romanam.

24. ORANTEM STUPUIT.] Verba facientem. Inſcriptio vetus. SEXTILIUS. AGESILAUS ÆDESIUS. V.C. CAUSSARUM. NON IGNOBILIS. TRIBUNI. AFFRICANI ORATOR. Et Oratores qui Rhetoricam & Eloquentiam docebant magnatum liberos. Sidonius, libro V. Epiſt. V. *Pueritiam tuam competenter ſcholis liberalibus memini imbutam, & ſæpè numero acriter, eloquenterq́ue declamaſſe coram oratore, ſatis habeo compertum.* Unde *ad diſcrimen cauſſidici* Forenſes Oratores dicebantur: Lampridius Alexandro: *Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum vel Poetarum cauſſa frequenter proceſſit. Audivit autem etiam forenſes Oratores cauſſas recitantes, quas vel apud Ipſum, vel apud præfectos Vrbis egerant.* Idem Eodem Libro: *Rhetoribus, Grammaticis, Medicis, Aruſpicibus, Mathematicis, Mechanicis, Architectis ſalaria instituit, & auditoria decrevit, & diſcipulos cum annonis pauperum filios, modo ingenuos, dari juſſit. Etiam in provincijs Oratoribus forenſibus multum detulit, pleriſq́ue etiam annonas dedit, quos conſtitiſſet gratis agere. Stupuit*, ad Eloquentiæ vim pertinet, attonito quodammodo auditore. Longinus, cap. I.

οὐ γὰρ εἰς πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' εἰς ἔκστασιν ἄγει τὰ ὑπερφυᾶ. πάντῃ δέ γε σὺν ἐκπλήξει τοῦ πιθανοῦ, καὶ τοῦ πρὸς χάριν ἀεὶ κρατεῖ τὸ θαυμάσιον.

24. LIBYÆ MODERANTEM JVRA.] Proconſulem Africæ intellige. Moderatores eo ævo Provincijs præfecti Symmachus, lib. X. Epiſt. LIII. *Merito Puteolanorum ac Terracinenſium cauſſam; quæ poſt Campani moderatoris examen ad ſacrum auditorium ex provocatione migravit; majeſtatis veſtræ arbitrio reſervavi.* Partem tamen Libyæ prius adminiſtraſſe Mallium ait, de cujus diſtinctione Notitiæ.

26. EXIGUÆ PEPERERE MORÆ] Quibus ijs adfuiſti. Niſi ſi ſpacium inter utrumq; honorem, minorem & majorem, intelligit. Pignus Amoris Statuam, quam mox nominat, indicare voluit. Nam hoc genus inſtar æterni cultus ponebatur, ut infinitarum inſcriptiones docent.

26. POPULUMQUE CLIENTEM.]

Patro-

133

Patronum Manlium Ære Publico inſcripſit Provincia Africa. Patronos à Provinciijs & Civitatibus ſcriptos viros Magnates, rebus benè adminſtratis notum ex Inſcriptionibus priſcis, monueruntq; docti ad Appulejum alibique. Clientes propriè, quippè bonis commodisq; affecti ab Patrono Manlio: Cujus vocis veram unamq; interpretem non habet Græcia; nam quod ἐθελόδουλον vult novitius ejus Ariſtarchus in Schediaſmatis, aliud negotium eſt. Clientum ordo ſui juxta commodi ſatagebat, neq; dominorum ſolius, ut genus omne ſervorum.

27. MANSURIS VOCIBUS.] Vera hæc ſcriptio. Noſtro libro, Aldinis. Caſtigatoribus, & Scaligero, conſtanter. Unus Bentinianus, Delrianus, & ſex Belgæ manſuetis produxerunt. In noſtro *Ora* eſt non *æra* improbè etiam. *Æreas inſcripsiones* & imagines notat. II. Laudum.

> *Qua non incudes ſtreperent? qua flamma vacaret*
> *Fabrilis? qua non fuerent fornacibus æra,*
> *Effigies ductura tuas? quis devius eſſet*
> *Angulus, aut regio, qua non pro numine vultus*
> *Dilectos coleret, talem niſi ſemper honorem*
> *Reſpueres?*

Vocem tribuunt inanimis rebus, durabilioribus nempè viventibus, quoties æternitatem inducunt paritoras. Martialis libro XII. Epigr. IV.

> *Quod Flacco Varioque fuit, ſummoq; Maroni*
> *Macenas, atavis Regibus ortus eques.*
> *Gentibus & populis hoc te mihi, Priſce Terenti,*
> *Fama fuiſſe loquax cartaque dicet anus.*

Muti contra lapides, nullis inſcripti titulis. Higinus de Limitibus. *Lapides inſcripſerunt, reliquos ſine inſcriptione ad parem oppoſuerunt, quos ideò quia nulla ſignificatione appareat, quoto loco numerentur, mutos appellant.*

27. TESTANTVR.] Indicio ſuo declarent, ut in Statuæ Claudiani noſtri inſcriptione Imperatores Arcadius & Honorius. Siculus Flaccus de Conditionibus Agrorum: *Horum ergò agrorum, nullum æs, nulla forma, qua publicæ fidei poſſeſſoribus teſtimonium reddat; quoniam non ex menſuris actis unusquisq; miles modum accepit, ſed quod aut excoluit, aut in ſpe colendi occupavit.* Teſtimonia hoc genus inanimis rebus nemo dat frequentior Panopolitano hiſtrione, qui nihil ebriam ſuam Muſam dedecere arbitratus eſt.

28. INDE TIBI MACETUM TELLUS.] Ita rectè noſter Codex; non *Macedum* quod vulgo ubique fere perperam ſcribitur. Macetæ ijdem qui Macedones. Maceria, eadem quę Macedonia, ut docuit princeps litteratorum in Auſonianis Lectionibus. Gratius Cynegetico.

> *Quid Macetum immenſos libeat ſi dicere contos?*

Euſtathius in Dionyſium: ἦν δὲ ἧς μοῖρα Μακεδονίας, Μακέτη λεγομένη, ἐξ ἧς ἡ Μακεδονία Μακετία ἐλέγετο.

38. CONDITA PELLÆ MÆNIA.] Hæc eſt ſcriptura in omnibus Belgicis libris, item Bentinianis; Aldinis, Cameriis, alijsque priſcis Editionibus. Noſter clarè abit *CREDITA* ſcribendo, quam in alijs repertam quoque alij mordicus tenent, lacerata prius altera. Mihi vera prior videtur, accedente ſummo Scaligeri judicio: nec eſt enim librariorum tam doctam de ſuo elargiri cerebro, & altera illa utique clarum verioris gloſſema; eruditio autem vel ſola afferat τὸ *CONDITA*: Idem eſt enim ac ſi de integro poſitam urbem, reſtitutam certè aboliro ſuo decori dixerit, quæ ſumma eſt commendatio Boni Moderatoris: nec minorem Manlio quam Philippo olim Regi, Magnorum Deorum publicè contubernio adſcripto, aut Alexandro Macedoniæ Indiam ſubjicienti: honorem Pellæ hujus civitatis reconditæ velut, adſcri-

pere ſatagit Claudianus, Poetico ſuo modo ut immane quantum præcedat hæc alteram adulteram genuina ſcriptio. Sicque de ſummis Urbium conſervatoribus, reſtitutoribusque Optimi Auctores. Manilius lib. I. de Roma tam à Bruto & Camillo, qui recuperarunt & vindicarunt, quam ipſo Romulo, condita.

Romamq; Camillus
Servando poſuit, Brutusque à Rege recepta
Conditor, & Pyrrhi per bella, Papirius, ultor.

Pariter Syracuſas à militum violentia ſervando condidiſſe Silius Italicus Marcellum ſuum canit, Libro XIV. Punicorum.

æmulus ipſe
Ingenij ſuperum, ſervando condidit urbem.
Ergo exſtat ſeclis, ſtabitque inſigne tropæum.

Et ſic in Timoleonte Æmilius Probus, Nepotis Correptor. *Civitatibus Leges Libertatemque reddidit. Et maximo bello tantum otij toti inſula conciliavit, ut hic conditor Urbium earum, non illi qui initio deduxerant videretur.*

Hanc ſententiam Claudiano an adſerere mavelis, quam adſcribere vulgarem trivialemque alteram, videris. Nos hæc loca non librarios, ſed ipſum: familiaria habuiſſe, demumque expreſſiſſe credimus. Faciunt eodem Inſcriptiones veteres ſic locutæ; & quod populi quoque condi dicuntur, qui in ordinem, ſtatum, proſperitatem, rediguntur. Ut Silius, lib. IV.

Mos erat in populis, quos condidit advena Dido,
Poſcere cæde Deos veniam.

Advena certi non potuit condere, ſi vulgari uſu capias, quos reperit accedens. Conditorem ergo ſuum, ſummi honoris ipſius gratia, Manlium dixerunt Pellæi, ut Eutropium Conſulem eodem anno Conſtantinopolitani. Claudianus idem, lib. II. in eum, ſeſe hic ipſum firmans.

claro quod nobilis ortu,
Cum vivant Domini: Quod maxima prælia ſolus
Impleat. Et patitur miles? Quod tertius Urbis
Conditor: hoc Byzas, Conſtantinusque videbunt?

Sic optimè meritum Lucullum Conditorem ſibi nuncupabant Urbes. Plutarchus Lucullo. Sic Antiquiſſimos Heroas aliæ, ut apud Papinium, lib. X. Menæceum, morte ipſius ſervatæ, Thebæ.

ſubit agmine longo
Colla inter juvenum, lætisque favoribus omni
Concinitur vulgo Cadmum atque Amphiona ſuprà
Conditor: hi ſertis, hi veris honore ſoluto
Accumulant artus, patriaque in ſede reponunt.

Ineptiſſimè vulgo, etiam ex Editiones qui Provinciarum Bibliothecas jactant, cum nihil ultra titulum ſapiaor, *Amphiona ſupra Conditur.* Cum ſequatur ſtatim *patriaque in ſede reponunt.* Quod confutet bliteam ſtultitiam. Condi, porro poſteritati commendari petenne fieri, ſonat auctoribus. Appulejus lib. I. *Hymettos Attica, & Iſthmos Ephyrea, & Tænaros Spartiaca gleba felices, libris felicioribus conſita, mea vetus proſapia eſt.* Quoſpectat nonnulla ad Epigramma. XXVII. noſtri conſcribenda.

29. FAMULUS DITAVIT HYDASPES.] Alexandrum dici clarum, qui Pellæus ab iſta urbe. Claudianus alibi.

fertur Pellæus, Eoum
Qui domuit Porum, cum proſperâ ſæpe Philippi.
Audiret, lætos inter fleviſſe ſodales.

Urbs iſta Theſſaliæ non longe Theſſalonica. Paullinus, Auſonij Nepos, inde & ipſe Oriundus, in Euchariſtico:

Editus ut Pellis inter cunabula quondam

Regis Alexandri, propè mœnia Theſſa-
lonica,
Orbis ab alterius diſcretas æquore ter-
ras
Perveheret, trepidis nutricum creditus
ulnis.

Plures enim in Græcia, etiam ejuſdem nominis. Stephani Epitomator:

Πέλλα, πόλις Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Ἀχαΐας, κοίλης Συρίας, ἡ βοῦλις λεγομένη. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Πέλλα τοῦ κτίσαντος, ὁ πολίτης Πελλαῖος.

31. BELLANTE PHILIPPO.] Argutè. Bella enim & gerebat & ſeminabat qua poterat, ferro & ingenio metuendiſſimus princeps. De ejus ſceleribus Demoſthenes multis, bellis Diodotus, Juſtinus, &c. Plures vulpino quam leonino animo congreſſuque ſuperaſſe ſcribit Ariſtides, initio prioris de ſocietate. Qui idem tanta verſutia violentiaque valuiſſe, ut quorum amicus, eorum eſſet & Dominus. Eadem Oratione:

ἡγοῦμαι δ', εἰ μὲν συνεισβάλοιεν, πλείους ἐλπίδας ὑμῖν εἶναι κρατηθεῖσιν ἐλευθέροις γενέσθαι, ἢ νικῶσιν, ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐγκλήματα πολλοῖς ἤδη παρήκαμεν, Φίλιππος δὲ ὧνπερ φίλος, τῶν αὐτῶν καὶ δεσπότης ἐστί.

Invenit tamen laudatorem eximium, Iſocratem, mille locis qui tantum facit ut nihil, niſi Deum fieri, reſtitiſſe videri velit Epiſtola III.

ταῦτα δὲ κατεργάσασθαι πολὺ ῥᾷόν ἐστιν ἐκ τῶν νῦν παρόντων ἢ προελθεῖν ἐπὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν δόξαν, ἣν ἔχεις παρὰ τῆς βασιλείας τῆς ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ὑπαρξάσης, οὐδὲ γὰρ ἔσται λοιπὸν ἔτι πλὴν θεὸν γενέσθαι.

Ubi ad bellum eum Perſicum adhortatur.

32. NIGRI CECIDIT CUM REGIA PORI] Unus ſolus Belgicorum Codicum *gloria Pori.* Nullà variatione opus. Regia regnum denotat. Utrique ampliſſimi & ipſa nominis, cum ſtatura Regis quinque cubitorum fuerit. Arrianus libro V.

ἀλέξανδρος δὲ, ὡς προσαγόντα ἐπύθετο, προαπαντήσας πρὸ τῆς τάξεως ξὺν ὀλίγοις τῶν ἑταίρων, ἀπαντᾷ τῷ πώρῳ, καὶ ἐπιστήσας τὸν ἵππον τό τε μέγεθος ἐθαύμαζεν, ὑπὲρ πέντε πήχεις μάλιστα ξυμβαῖνον, καὶ τὸ κάλλος τοῦ πώρου.

Fabulis autem interſita hæc omnia, adeo quidem mirificis, ut ipſi qui adfuerunt contraria litteris tradiderint; quapropter cautè nigrum potius quam quidvis aliud Porum Claudianus dixit, hujus ſcilicet notæ ſecurus. Regiam hujus Regis nominaſſe videtur tum ob alia, tum ob vineam in ea auream, ingentis theſauri utique negotium. Sidonius ad ſuum Librum:

Quis pomaria priſca Regis Indi
Hic nunc comparet, aureasq; vites,
Electro viridante pampinatas,
Cum Porus poſuit, crepante gaza,
Fulvo ex palmite vineam metalli,
Gemmarum fluitantibus racemis.

33. AULA.] Imperator ipſe. Quæſtorem fuiſſe Manlium docent ſequentia, cujus notum officium, eademque explicant.

34. TERRIS EDICTA DATURUS.] Magna dignitas, ingens honos Quæſtoris in Comitatu Aulaque Imperatoris. Corippus, lib. I.

carmenq; impellit adire
Quæſtor Anaſtaſius, ſancti pars magna
Senatus:
Compoſitor morum, Iuris Legumque Sa-
cerdos.

Eo autem ſeculo officium habebat reſcripta ſermonesque Principis formare. Caſſiodorus lib. VI. Form. V. *Si tantum claræ ſunt dignitates, quantum noſtris affatibus perfruuntur, ſi præſentia frequens prodit dominantis affectum, nullus ita judicum poteſt eſſe glorioſus quam ille qui eſt in cogitationum noſtrarum participatione ſuſceptus. Aliis enim pecunia publica committimus procurationem, aliis cauſſas concedimus audiendas, aliis patrimonii noſtri jura delega-*

delegamus. Quæſturam toto corde recipimus, quam noſtræ linguæ vocem eſſe cenſemus. Hæc noſtris cogitationibus neceſſariò familiariter applicatur, ut propriè dicere poſſit, quod nos ſentire cognoſcit, & ita mentis noſtræ velle ſuſcipit, ut à nobis magis putetur exiſſe quod loquitur, &c.

35. ORACVLA.] Ad majeſtatem ſervandam, populosque tot unius Imperio ſubjectos retinendos, Romani principes pleraſque ſuas domeſticas res divinitati adſcribunt, Decreta præcipuè, Reſponſa, Edicta quæ oracula perhiberi voluerunt, quorum magiſterium penes Quæſtores erat, viros inſigniter eruditos, quorum ore loquerentur, qui ſe Divinos videri volebant. Sidonius præfatione Panegyrici Anthemiani:

Sic nos à Cæſar, noſtri ſpes maxima ſecli,
Poſt Proceres magnos parvula tura damus.
Audacter docto coram doctore canentes,
Aut Phœbi aut veſtro qui ſolet ore loqui.
Qui licet æterna ſit vobis Quæſtor in aula,
Æternum nobis ille magiſter erit.

Oraculorum appellatio frequens Principalibus litteris, aut mandatis. Symmachus lib. II. Epiſt. XIII. *Neque enim te exhauſerit, quod adeuntium preces indefeſſo abſolvis affatu, quod venerandi Principis mentem loqueris & oracula.* Theodoſius & Valentinianus L. V Cod. ſi contrà jus &c. *Et ſi Legibus conſentaneum ſacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis.* Juſtinianus, L. XIII. de Legitimis Hæredd. *Sive per ſacrum Oraculum emancipatio procedat, ſive alio legitimo modo à ſacris paternis fuerint abſoluti.* Arcadius & Honorius L. V. de Jurisdict. *Omnium Iud. Id verò qui ſuam cauſſam, ſive criminalem, ſive civilem, ſine cœleſti Oraculo in vetito vocavit examine, actor propoſiti negotij actione multetur, reus verò pro condemnato habeatur, Cœleſte Oraculum, quod motus animi Principis ex cœleſti arbitrio ſumſerit rectè appellatur,* vi Legis primæ de Summa Trinitate. Cum cor Regis ſit in manu Domini, ſcripturæ teſtimonio, laudato à pagano Oratore, Themiſtio; licet impiè Aſſyrijs (niſi quoad Abrahamum) adſcribat. De Humanitate Theodoſij & περὶ τῶν ἠτυχηκότων ἐπὶ Οὐάλεντος. Exempla alia in L. X. de Sacros. Eccl. L. IV. de Apoſtatis. *Numen* L. VII. de Nuptijs. Quæſtura autem ideo litteratiſſimis non nobiliſſimis aut potentiſſimis viris demandabatur, ut quam eloquentiſſimè divina oracula conciperentur. Theodoricus Rex apud ſuum, Caſſiodorum lib. V. Epiſt. IV. *Vobis permiſcetur dignitas litterarum. Omnes enim ques ad Quæſturæ culmen evehimus doctiſſimos æſtimamus, quales Legum interpretes, & noſtri Conſilij decet eſſe participes. Dignitas quæ nec divitiis, nec ſolis natalibus* (Legendum *divitiis ſolis nec natalibus*) *invenitur; ſed tantum eam doctrina cum conjuncta poteſt impetrare prudentia. Eſt nimirum curarum noſtrarum felix portio, januam noſtræ cogitationis, pectus quo generalis cura volvuntur, agnoſcit. Hinc negotia quoq; litterata prudentia,* & Religionis ſtudiis atq; diſceptationibus definienda, Quæſtoribus committebantur, ut Arianorum cum Catholicis controverſiæ, Auxentio & Hilario Ducibus: Auxentius, ad Valentinianum & Valentem: *Excitati ab Hilario & Euſebio perturbantes quosdam, Hæreticum me vocaverunt; juſſit verò Pietas veſtra cognoſceri de his viros laudabiles, Quæſtorem & Magiſtrum.* Hilarius contrà eam Epiſtolam: *Quibus rebus permotus audiri nos à Quæſtore & Magiſtro præcepit, conſidentibus una nobiſcum Epiſcopis ferè Decem.*

36. ELOQUIO CREVERE TUO.] Splendorem ſumſerunt ab Eloquentia. Sic alibi ſæpius.

Dives Hydaſpæis augeſcat purpura gemmis.

III. Stilic.

Hoc quoq; majeſtas augeſcit plena Quirini,
Rectores Libyæ populo quod judice pallent.

RE-

REGIS.] Principis Romani, contemta religione priſca. In duobus ſcriptis Libris *gloſſa* eſt *Honorium indicari* : Theodoſium potius puto. Quarto enim ab exceſſu hujus anno Conſulatum geſſit Theodorus, Honorio etiam tum ſub curatione Stiliconis ob ætatem degente, qui non paullò tamen ante Conſulatum Quæſtor fuit, ut ex noſtro conſtat.

37. MAJESTAS ROMANA.] Imperatoria. Sermonem celebrat Manlij gravitati Romanæ congruum; qualis in Epiſtolis eo tempore Symmachi comparet, mirificè laudatus omnibus ſcriptoribus, nec ſatis laudandus certè umquam, ſi citrà infectionem ævi foret: Gravem Sermonem Latio adſcribit jam olim auctor Epigrammatis, quod Priapæorum prologum facit.

Carminis incomti luſus lecture procaces,
Conveniens Latio pone ſupercilium.

Hoc eſt Latinæ Eloquentiæ robur & dignitatem. De eadem Sermonis Romani Majeſtate Gregorius Thaumaturgus Panegyrico Origenis:

οἱ θαυμαστοὶ ἡμῶν τῶν σοφῶν νόμοι, οἷς νῦν τὰ πάντων τῶν ὑπὸ τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνθρώπων κατευθύνεται πράγματα, οἱ μὲν οὔτε συγκείμενοι, οὔτε καὶ ἐκμανθανόμενοι ἀταλαιπώρως. ὄντες μὲν αὐτοὶ σοφοί τε καὶ ἀκριβεῖς καὶ ποικίλοι, καὶ θαυμαστοὶ, καὶ συνελόντα εἰπεῖν, ἑλληνικώτατοι. ἐκφρασθέντες δὲ καὶ παραδοθέντες ῥωμαίων φωνῇ καταπληκτικῇ μὲν καὶ ἀλαζόνι, καὶ συσχηματιζομένῃ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ βασιλικῇ φορτικῇ δὲ, ὅμως ἐμοί.

Latinam artem pari ſenſu Græcæ eruditioni opponit Avianus prologo Fabularum, loco vulgo fœdè contaminato.

37. LOCUTAM] Ore quippè Quæſtoris loquitur Princeps. Caſſiodorus verbis modo relatis. Rutilius Numatianus, Itin. I.

Hujus facundè commiſſa Palatia linguæ;
Primævus meruit principis ore loqui.

Sidonius Paneg. Maj. *Cujus dignatur ab ore Cæſar in orbe loqui, licet & quæſtore diſerto polleat.* Eam dignitatem ſemper honoratam auctor in Anecdotis Procopius.

39. SACRÆ MANDANTUR OPES.] Comitiva ſacrarum Largitionum. Ejus collatio apud Caſſiodorum lib. V. Epiſt. XL. Vide quæ ad Notitiam Utriuſque Imperij, & alibi Commentantur viri docti.

40. ORBISQUE TRIBUTA.] Contaminata diſtinctio in omnibus Libris Scribe *Orbisq; tributa Poſſeſſi. quicquid fluvius evolvitur auri.* Univerſi Orbis, Romanis devicti, ſub manum Manlij conveniſſe dicit: Imperio Romano Orbem menſos, notamus alibi. In noſtro libro clarè ſervata eſt hæc diſtinctio, cum totus alioquin vix denas habeat. Hanc etiam partem illuſtrarunt docti, qui Opes & Reditus Romanos colluſtrarunt.

41. ABDITA SOLLERTIA.] Alijs populis ignota. Semper enim metallo fodiendo natura alios alijs induſtruoſiores fecit Germanorum noſtrorum Laus adeo hic nobilis nunc, ut in Aſiam transductos Operarios ſcribat Petrus Bellonius.

41. PALLENTES.] Perpetuus color taliū Operarum. Papinius

Pallidus foſſor redit, erutoque Concolor auro.

Silius Italicus.

Et redit infelix effoſſo concolor auro.

41. BESSI.] Mira ſollertia hujus populi ad rem metallicam celebratur alioquin indomiti Barbarique. Paullinus ad Nicetam: ſua Beſſi nive duriores,

Quaſq; cervices dare ſervituti
Semper à bello indomiti negarunt,
Nunc jugo veri Domini ſubactas
Sternere gaudent,
Nunc magis dives pretio laboris
Beſſus exſultat, quod humi manuq;

Ante

Ante quærebat, modo mente cœlo
Colligit aurum.

Pacatus Panegyrico: *Parum ille pretioſum putabat aurum, quod de venis montium aut fluminum Glareis quæſitor Beſſus ſcrutator Callaicus eruiſſet: illud purius ſplendidiusq; credebat, quod dediſſent dolentes, quod hominum lacrymæ, non amnium aqua abluiſſent.* Quæ verba reſpexiſſe puto Claudianum, qui & alibi eum ſcriptorem de propinquo ſequitur. Sunt verò Thraciæ medij populorum Beſſi, teſte præter alios Livio lib. XXXIX. *Oppidum habuerunt Vſcudamam, quod devicit, qui primus eis congreſſus* Romanorum memoratur, Lucullus, utruniq; memorante Eutropio lib. VI. Fortitudine famaq; cæteros Thracas excelluiſſe ſcribit Jornandes. Audaciſſimam gentem, Ammianus Marcellinus, lib. XXVII. De arte auri fodiendi elegantiſſima exſtat Epiſtola Caſſiodori III Libro Nono.

42. AC VELUT EXCITUS]Sic Librorum Cujaciani, Aldini, unuſque Belga, quos ſequitur & Scaliger. Cæteri conſenſu omnes *velut exſertus* Scribas conſultiſſimè omnium *expertus* modo addicant Libri. Tamen *exſertus* ſtrenuum notet. Spartianus Severo: *Tribunatum plebis Marco Imperatore decernente promeruit, eumq; ſe veriſſimè exſertiſſimeq; egit.* Proſper libro Contra ingratos. *Nec ſola eſt illic ſynodorum exſerta poteſtas* Idem Epigrammatis: *Cum DEVS exſerta peccantes verberat ira.* Tertullianus, contra Valentinian. cap. III. *Meritò itaq; non ſimplices, meritò tantummodo prudentes, qui talia neq; facilè producunt, neq; exſertè defendunt.* Idem de Spectaculis, cap. III. *Planè nuſquam invenimus, quemadmodum apertè poſitum eſt, non occides, non coles idolum, non adulterium, non fraudem admittes, ſic exertè definitum non in Circum ibis* &c. Appulejus lib. II. Miles *Cum corporis mei cuſtos hic ſagaciſſimus exertam mihi teneret vigiliam cantatrices anus me ciere nomine non deſierunt.* &c.

42. LENTANDIS TONSIS.] Tonſi dicti: remi à decutiendis fluctibus, ſicut tonſores à decutiendis & tondendis capillis. Servius Aeneid VII. Ἰδου πῆδημα. *Lentare tonſas* dicuntur nautæ, quia lentè obluctando majoribus fluctibus aut planè ſtrato mari navim emoliuntur Id indicat Maro ipſe.

Cum venti poſuere, omnisq; repentè reſedit
Flatus, & in lentò luctantur marmore tonſæ.

Idem, Aen. III. *Ante & Trinacria lentandus remus in unda* Servius: *aut lente ibi navigandum, nam totam Siciliam circumijt, aut lentandus, id eſt flectendus, unde lentum vimen dicimus flexibile. Quidam novè verbum fictum putant: ſed in Ennij Annalibus legitur.* Lutatius, Theb I *Lentandus, flectendus. Servij locus addito* Ennij nomine ſic emaculandus, quod correpſit in novam ſcripturam ignoratione veteris. Ea autem Virgiliana Commentaria etiam uti noviſſimè edita, poſt diuturnam exſpectationem non adeo ſatisfacient eruditionem quærenti in eruditiſſimo expoſitorum; niſi, veteri more aliquis renovato locis legitimis album, adulterinis nigrum colon adfixerit.

43. LATERI CUSTOS.] Inſpector operarum nauticarum; quales ſingulis Lateribus navigij appoſitos hinc clarum.

44. TEMPERAT.] Regit. Papinius, libro IX.

nonne hanc, Gradive, protervam
Virginitate, vides mediis ſe ferre virorum
Cœtibus, utque acies audax & Martia ſigna
Temperet?

44. TEMPESTATESQUE FUTURAS.] De Prognoſticis ſermo; qualia Arato, Maroni, Vegetio lib. IV. Rei Mil. alijsq; notata, hodie olimque in immenſum excreverunt, adeo ut Libros nobis etiam Superſtitionum integro uno auxerint.

45. CUM DORIDA VICERIT USU.] Pontum, maritimamque Fortunam velut pedibus

dibus ſubjecerit. *Doris* pontum denotat. Quintus Serenus.

Prodeſt & potus vel mulſus Doridis humor.

Sic *Thetys, Nereus, Amphitrite, Neptunus.* Diſtinctio ab hoc verſu tollenda eſt, quod peccarunt Pariſienſes.

46. SUBIT TORQUERE.] Orditur, Incipit. Papiniano exemplo, qui inter pauca alia & amat & mirificè uſurpat hoc verbum. De quo ad ipſum.

47. NON TE PARTE SUI SED IN OMNI CORPORE SUMSIT IMPERIUM.] Futiles ſunt Libri calamo exarati hanc lectionem adulterantes, quæ perſpicuè & vera & clara eſt Rectè noſter & Cujaciani, & Sealiger, qui nihil mutant.

48. IMPERIUM IN OMNI CORPORE.] Corpori enim exæquatur univerſum illud Imperium, quantumcunq; etiam. Ejus pluria membra plures ſunt magiſtratus, quorum ſingulis diverſa officia. Corippus, lib. II. Cæſaris dictis.

Romanum Imperium corpus benè ponitur unum
Compoſitum multis, quod fas eſt dicere, membris,
Nos ſumus ergo caput ſolidati corporis hujus,
Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors,
Quæ mihi commiſſum pariter regat inclutum mundum,
Sede ſedens una: vos ò mihi proxima membra
Conſcripti Patres, noſtri ſpes maxima regni,
Vos eſtis pectus, vos brachia verticis hujus,
Nos imitatores factoris, & omnia dantis
In quantum natura valet, contendimus eſſe,
Vtque Deus voluit proprijs caput imperet membris.
Juſtitiam populis generaliter omnib. aquâ
Et Iuris ſervate modos, & diſponite plebes,
Vt decet Imperij veros diſponere Patres,
Vtq; pedes proprios & membra minora fovete.

Et reliqua, verſibus paullum remiſſioribus quam ut ſint verè Romani.

49. CUNCTA TELLURE.] Minima quidem parte; ſed hæc eſt ex Ambitione Romana locutio. Porrò, quod nunc monere incidit, inter Epiſtolas Fulgentij Epiſcopi Ruſpenſis, viri verè Apoſtolico Spiritu pleni, ſexta eſt ſcripta ad Theodorum, ex Conſule Senatorem Romanum, quem vixerit, ut & Tempora & ſtatus conditioque hominis alium, quam hunc noſtri Manlium, eſſe patiantur, & monuit vir doctus ad Symmachum, nullis tamen cum argumentis. Audivit Auguſtinum Fulgentius, ut σύγχρονος ipſi auctor vitæ teſtatur. Manlio verò adeo certè convixit Auguſtinus, ut & librum de Vita Beata ei inſcripſerit, ceu teſtatur ipſe Retractation. lib. I. cap. II. Conſul fuit Theodorus noſter; fuit & ille, ut dicemus. Jam alterius Theodori ea dignitate functi nulla mentio eſt, vel in Græcis Faſtis, vel Caſſiodori, Marcelliniq; catalogis, uſq; ad tempora Anaſtaſij, Auguſti & Theoderici Gothorum Regis in Italia: Suum Theodorum tum Conſulem fuiſſe, quum ipſe eam ſcriberet, ſecundo Epiſtolæ capite autumat Fulgentius: Unde certa concluſio hoc ipſo Conſulatu Manlij noſtri Fulgentium eas litteras ſcripſiſſe. Jam exornandis urbibus celebrem ſuum Manlium facit Claudianus noſter; ſui Theodori domos marmoratas celebrat Fulgentius, cap. IV. Divitias Claudianus & eorum contemtum ſui laudat noſter: eaſdem & eundem vir Sanctus, c. VI. quo loco virtus quoq; ejus Theodori laudatur multis nominibus noſtro commendata. Humilitatem ſuperbiæ contemtum magnopere etiam Claudianus in ſuo laudat, reſpondet itidem Fulgentius, c. V. ul-

imo. Tempora quo magis etiam conveniē poſſint, attendemus, quod Romulum Sanctum Fratrem Fulgentius appellat, cap. Primo; qui utique eſt ille, quem Auſpicij filium, ſanctum & religioſum hominem dicit Sulpitius Severus, eorundem & ipſe temporum auctor, Dialogo III. De Sancto Martino. Hocque iſto loco, non alienum laudibus Manlij noſtri, notare placuit, deceptum Dubiorum Scriptorum Commentario. Judicium etiam Auguſtini nunc aſpiciemus, parum equidem attentè etiam doctiſſimis hominib. habitum: Cum enim dedicatione Libri de vita Beata ſummoperè Manlium laudaſſet Antiſtes ille cordatiſſimus, Libro poſteà Retractationum primo cap. II. hæc verba poſuit: *Diſplicet autem illic quod Manlio Theodoro, ad quem Librum ipſum ſcripſi, quamvis docto & Chriſtiano viro plus tribui quam debui, & quod Fortunam etiam illic ſæpè nominavi.* Non ſunt ita capienda hæc ſanctiſſimi viri quaſi Manlius minus dignus fuerit laude quā quivis alius; ſed quod majores ipſi laudes adſcripſerit ipſe, quam decebat Antiſtitem, Chriſtianæ religionis conſultiſſimum, videlicet quia pagani illi tituli deceperant ipſum, oblitusq; quodammodo fuerat, ob tanti viri præconium, quid deceret ſerio Chriſto devotam animam. Ejuſdem enim ſententię hoc peccatum eſſe debet, cum illo, quo Fortunam nominavit; quam Conſcientia ſalva non poteſt, qui verum Deum agnoſcit. Hoc ſi attendiſſent nonnulli doctorum nequaquam tanto viro, tam docto, tam illuſtri, tam etiam pio, maculam hanc addidiſſent, neque Auguſtino proprium tanto poſt tempore errorem impuraſſent.

49. REGENDOS RECTORES.] Vide nos ad Rutilium lib. I. V. D LIII.

50. HISPANA TIBI GERMANAQVE THETYS PARUIT.] Omnis Hiſpania & Gallia uſq; ad Oceanum. Præfecturam Prætorio Galliarum intelligit; Germaniam pro Gallia dicens, nam duæ Provinciæ Germanicæ tum populo Romano ſuberant, eæque inter Septendecim Gallicanas numerabantur. Nomina Septendecim Provinciarum Galliæ ſunt. I. Viennenſis. II. Narbonenſis Prima. III. Narbonenſis ſecunda. IV. Aquitania Prima. V. Aquitania Secunda. VI. Novempopulonia. VII. Alpes maritimæ. VIII. Belgica prima, in quæ eſt Treveris & Bellica. IX. Belgica Secunda, in qua eſt Tranſitus in Britanniam. X. Germanica prima, in qua eſt tranſitus ſuper Rhenum, in qua eſt MAguntia. XI. Germanica Secunda, in qua eſt Agrippina. XII. Maxima Sequanorum, in qua eſt Veſontiacenſis. XIII. Alpes Grajæ & Pœninæ, in qua Tarantaſia. XIV. Lugdunenſis Prima. XV. Lugdunenſis Secunda. XV. Lugdunenſis Tertia. XVII. Lugdunenſis Quarta, quæ & Senonia. Has Provincias Galliarum recenſet vetus Liber Notitiæ titulo: in quarum Octava juxta Treverim *Bellica* vicum utique eum denotat, quem habitare gaudent hodie ejus ditionis Principes, Germanicam Thetyn ergò adulabundus Romanos ſuos pro Gallica dixit Claudianus. Quomodo non ſemel Rhenum pro Germanis, cum id flumen Germanos tantum tangeret, à Belgis eos ſegregans. Vibius Sequeſter: *Rhenus fluvius Germaniæ, Germanos à Belgis ſegregans.*

51. NOSTRO DIDUCTA BRITANNIA MUNDO.] A primo domitore Julio Cæſare Britannia hoc habuit, ut velut in alio mundo collocata cenſeretur, quippè quæ Romanis eatenus ignota fuerat, qui Terrarum Orbem Victorijs emenſi eſſe videri volebant. Erat autem opinio quondam Romanorum eam inſulam, quæ circumquaq; poſt cognita talis, & emenſa eſt. non minore ſpatio patere, quam reliquum omnem terrarum Orbem: Rufinus, ſive quis alius, interpres Joſephi, lib. II. Alos. cap. XVI. *Conſiderate autem etiam Britannorum muros, Qui Hieroſolymorum muris confiditis. Hos ſiquidem circumdatos Oceano, & penè non minorem, quam noſter eſt, Orbem habitantes, Romani navigantes redegerunt in ditionem ſuam, quatuorque Legiones tantæ amplitudinis inſulam tuentur.* Quo loco quod

quod is ſcriptor inſulam vocat Britanniam, errorem Dionis Caſſij & Joannis Xiphilini notare facit, qui ſub Titi Imperio primum innotuiſſe tradunt Britanniam inſulam eſſe. Hæc verò verba Joſephi, quinid Imperium præcipiant, dubitandum non eſt: niſi tamen Joſephum hallucinatum augurare potius, quod non ſemel ipſi contigit alibi, ſive quia homo fuit, ſive quia de rebus minus cognitis pro petito loqui ambitio eum ſua coegit domeſtica. Hujus porrò etiam cognitæ Inſulæ dimidiam tantum partem Severo jã Principe Romanis paruiſſe auctor eſt idem Dionis Contractor in Severo, quo libro mores gentis generaq; armorum non injucundè deſcribuntur, ut & à Strabone, Libro III. Longiùs continente abeſſe Britannorum gentem, eoq; incultiorem, tradit Pomponius Mela libro III. cap. VI. Imperitiam ætatis demonſtrans. Feroces Britannos dicit in Itinerario Rutilius Numatianus:

Et quæcunque ferox regna Britannus
habet.

Etiam ipſe arguens nec ſuo ſatis tempore mores gentis Romanis perſpectos. De ferocia & Timore junctim Tacitus, Vita Agricolæ: *In depoſcendis periculis eadem, quæ Galliarum, audacia. &, ubi advenere, eadem formido. Plus tamen ferociæ Britanni præferunt, ut quos nondum longa Pax emollierit.* Audaciam contemtumque Deorum Gildas notat in Invectiva. *Hæc inſula erecta & cervice & mente, ex quo inhabitata eſt, nunc Deo, interdum civibus, nonnunquam etiam tranſmarinis Regibus, & ſubjectis ingrata conſurgit. Quid enim deformius, quidque iniquius poteſt humanis auſibus vel eſſe vel intromitti negotium; quam Deo timorem, bonis civibus caritatem, in altiore dignitate poſitis, abſque fidei detrimento debitum denegare honorem: & frangere divino humanoq; ſenſui debitam fidem, & abjecto cæli terræq; metu propriis libidinibus regi?* Gulielmus Britto, Lib. X. Philippidos. *Audaceſq; viri, quos illa Britannia gignit.* De victu, & in talibus tolerantia veterum Britannorum pulcerrimè Bundvvica Bellatrix in Oratione qua centum & viginti millia militum adverſus Romanos armavit; apud Dionem Caſſium Libro LXI. cum inſigni hoſtium vituperio:

ἀλλ' οἱ μὲν (Romani puta) καὶ σκιᾶς καὶ σκέπης, σίτου τε μεμαγμένου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου, δέονται. κἂν ἄρα τι τούτων αὐτοὺς ἐπιλίπῃ, διαφθείρονται. ἡμῖν δὲ δὴ πᾶσα μὲν πόα καὶ ῥίζα σῖτός ἐστι. πᾶς δὲ χυμὸς ἔλαιον, πᾶν δὲ ὕδωρ οἶνος, πᾶν δὲ δένδρον οἰκία, καὶ μὴν καὶ τὰ χωρία ταῦτα, ἡμῖν μὲν συνήθη, καὶ σύμμαχα, ἐκείνοις δὲ δὴ καὶ ἄγνωστα, καὶ πολέμια, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἡμεῖς μὲν γυμνοὶ διανέομεν, ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲ πλοίοις ῥαδίως περαιοῦνται.

Dionis Epitomator in Severo, eosdem latius deſcribit, quæ cum aliis huc apponenda non duximus. Britannos ſic deſcribit Epitomator Strabonis, Libro III.

Εἰσὶν δὲ οἱ Βρεττανοὶ εὐμήκεις τοῖς σώμασιν. τὰ δ' ἤθη ἁπλούστερα, καὶ βαρβαρώτερα ἔχουσιν, ἢ οἱ Κελτοί. ὡς ἔνιοι διὰ ἀγνοεῖν, καί τοι γάλακτος εὐποροῦντες, οὐ τυροποιοῦσιν. ἄπειροι δὲ εἰσὶν καὶ κηπείας, καὶ ἄλλων γεωργίας τρόπων. πόλεις δὲ αὐτοῖς οἱ δρυμοί εἰσιν, περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις, εὐρυχωρῆ κύκλον, ἐν ταύτῃ καὶ αὐτοὶ καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν, οὐ πρὸς πολὺν χρόνον.

Tyrannorum quondam nutriculam, ſuo tempore Philoſophiæ domicilium factã eam inſulam ſcribit Gulielmus Malmiſburienſis libro I. Regum Angliæ. Non tamen etiam antiquiſſimis temporibus ſine cultu ingenioſorum fuit, àdeo ut Druydas, Galliæ Philoſophos, diſciplinam ſuam inde petiiſſe in Galliam ſcribat Julius Cæſar, libro VI. Belli Gallici; *eoque commigraſſe ejus cupidos.*

ὥστε ἔτι καὶ νῦν οἱ ταύτην ἀκριβῶς μανθάνειν θέλοντες, εἰς τὴν Βρεττανίαν ἀπιᾶσιν.

Ait ejusdem auctoris interpres Græcus. Ob crebram rebellionem & ſeditiones à Romanis obſidebantur Britanni, intrà ſpatia deſtinata oppoſitis legionibus, ut ſcribit Tertullianus libro contra Judæos. Munitionibus inſula diviſa ab Adriano, Octoginta millia paſſuum longis; ut ſcribit Spartianus Muro ceſpititio diviſit Antoninus Pius, ut Julius Capitolinus: *Per trāſverſam, inſulam murum duxit, utrimque ad fines Oceani munitum*, Severus, ut idem Spartianus teſtatur. *Maxima inſularum habita.* Unde *μεγάλη νῆσος* Græcis; velut per excellentiam, notante doctiſſimo viro ad Vopiſci Tacitum: quo pacto planè poſtremi ævi auctores Latini *Inſulam* ſaltim nominarunt, ut ad Adamannum Scotum alibi notamus. Joannes Saresburienſis, *extremos hominum*, populares quidē ſuos, nominat. Epiſt. CLIX. Sub tempore ritu inhumano aſperam vitam coluiſſe tradit Julius Solinus, cap. XXV. Ubi Bellicoſam gentem & inhoſpitam additis non paucis convicijs nominat. Atque ut tale quid eo tempore non diffitear; ita nemo negabit ultimis, Fidem, Juſtitiam, Conſtantiam Britanniæ incolarum fuiſſe nobiliſſimam, adeò ut & in invidiam Francorum eas in ipſis virtutes mirificè laudet Nicolaus Clemangius, Epiſtola XCVII. Stuporis contra notantur Walafrido Strabo Carmine de Grimaldo Magiſtro.

> *Sic Bulgar, Sarraq; cinus, malus hoſpes Iberis,*
> *Brutus Britto. Danus verſutus, & horridus Afer.*

Utut luſus iſti ingeniorum Livore aut Favore raptorum ſeſe habeant: eum Barbaries Septentrionalium Populorum Romanum Imperium omni ferè diſciplinarum humaniorum cultu exſuſſet, diffiteri nequibit quicunque temporum momenta attentius didicerit, bonam partem earum nobiliſſimam hanc Inſulam confugiſſe, inibiq; non ſervatam ſolum, ſed inde etiam velut ex promtuario quopiam in provincias cæteras denuò deveniſſe, atque diffuſam eſſe: quod videbit clarius qui Caroli Magni res geſtas evolvet. Videbit enim magiſtros illos, quibus ſummus princeps Orbem Occidentis erudiendum, & diſciplinas nocte illuni obductas, illuſtrandas & inſtaurandas dedit; bonam partem ex Britannia & Scotia oriundos fuiſſe. Divinoq; velut quodam inſtinctu ductos, in Italiam, Galliam, Germaniam, traductos eſſe, illos quidem ferè omnes ex diſciplina Magni illius, (quid enim ad tantam doctrinam ſtilus ignobilior obfuſcādam faciat?) Bedæ; cujus ſchola, humanarum & divinarum litterarum conſulta, in Univerſum Occidentem doctos viros emiſit. Fato igitur quodam diſciplinarum optimarum diducta à mundo reliquo fuit Britannia, ut illius videlicet unicum ornamentum eò ſecederet, donec æſtus illi Barbariæ omnia inundantis deferviſcerent. Quo nomine hanc etiam iſtuc ſchedam condelere nobis viſum non eſt, hinc licet aliorſum antehac pridem delatam.

52. TUAS VOCES.] Reſponſa, Juriſdictionem. Fluvios cum divinitatis participes Poëtę faciant: magnum eſt eorum nominibus pro regionum incolis uti. Non enim ſedes tantum magiſtratuum ordinarias, ſed univerſos populos intelligit. Sic in auctoribus ſacris oracula divina Eloquia nuncupantur. Et Grillus Gloſſographus *λόγιον Eloquium* interpretatur, quod Onomaſtici veteris auctor Oraculum exponit. Plura ad Phæbadium.

53. LENTUS ARAR.] Flumen Galliæ, Lugdunum prętfluens, Rhodanoque ſe infundens. Lentum alioquin, & ſtanti ſimile Rhodanoque propterea oppoſitum. Silius Italicus, lib. III.

> *Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos,*
> *Ac, properè in pontum lato ruit incitus alveo*
> *Auget opes, ſtanti ſimilis, taciteq; liquore*
> *Miſtus Arar.*

Auctor

Auctor incertus Carminis de Laudibus Domini.

> *Nam qua ſtagnanti prælabitur agmine ripas*
> *Tardus Arar, pigrumq́ diu vix explicat amnem,*
> *Qua fratrum Rheno progignitur Hedua pubes.*

Etymon indicare ſatagit inanilogus auctor, titulo Plutarchi de Fluminibus: Ἄραρ ποταμός ἐςι τῆς Κελτικῆς, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς παρὰ τὸ ἡρμόσθαι τῷ ῥοδανῷ. καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν ἀλλοβρόγων.

53. RHODANUSQVE CELER.] Notiſſimus Galliæ amnis deſcribitur ab Ammiano Marcellino, Libro XV. *Silere ſuper Rhodano, maximi nominis fluvio, incongruum eſt & abſurdum. A Paninis Alpibus effuſiore copia fontium Rhodanus fluens. & procl vi impetu ad proniora digrediens, proprio agmine ripas occultat, & paludi ſeſe ingurgitat nomine Lemano, eamq́ intermeans nuſquam aquis miſcetur externis, ſed altrinſecus ſummitates undæ prætérlabens, quæritans exitus, viam ſibi impetu veloci molitur: Vnde ſine jactura rerum per denſa paludium fertur; & Sequanos, longeq́ progreſſus, Viennenſem latere ſiniſtro perſtringit, dextro Lugdunenſem, & emenſus ſpatia flexuoſa, Ararim, quem Saucennam appellant, inter Germaniam primam fluentem, ſuum in nomen adſciſcit: qui locus eſt exordium Galliarum: exindeque, non millenis paſſibus, ſed Leucis itinera metiuntur. Vbi Rhodanus auctus, aquis advenis locupletior, vehit grandiſſimas naves, ventorum flatu jactari ſæpius adſuetas, finitisq́ inter valles, quas ei Natura præſcripſit ſpumeus Gallico mari incorporatur per patulum ſinum; quem vocant ad gradus ab Arelate Octavo decimo fermè lapide diſparatum.*

53. DIVES HIBERUS.] Ob metalla Hiſpaniæ, præcipuè aurum. Vide Latini Pacati Panegyricum, noſtrum alibi, noſque ad eum

54. QVOTIES DOLUIT RHENUS.] Pariter tres fluvios conjungit Sidonius, Panegyrico Majoriani.

> *rigidis hunc abluit undis.*
> *Rhenus, Arar, Rhodanus, Meſa, Matrona, Sequana, Ledus.*

55. TE JUDICE.] Præfecto, Præpoſito. Alibi notatum. *Barbarus Rhenus*, qua non patebat Romanis. Eratque *tum limes Imperij. Barbari omnes* qui extra Romanum Imperiū. Vide nos, lib. X. Adverſ. cap. XVII. Ineptè Aldus *quam barbarus ibat.* Nullo ſenſu, contraque omnes libros, præter duos.

56. UNIUS FIT CURA VIRI.] Iterum Romano Imperio terrarum orbem addicit. Exempla Panegyrico Probiniano, aliisque locis laudavimus. De Conſulari Imperio pariter Sidonius, Auſonius, Noſter alibi, Ennodius. At Reipublicæ ampliore regno ſub Domitiano pudentius Papinius; idque ad Principem Conſulem IV. Silvarum.

> *tantum permitte triumfos,*
> *Reſtat Bactra novus, reſtat Babylona tributis,*
> *Frenaris nondum gremio Iovis Indica laurus,*
> *Nondum Arabes, Seresq́ rogant.*

57. QVODCUNQVE DIES DEVEXIOR AMBIT.] Univerſum Occidentis Imperium: diverſis tamen temporibus. Præfecti non erant ſemper generales totius partis alteri Cæſarum parentis. Conſtantini enim diſtinctio ſervabatur: qua erant introducti uno ſublato, quatuor Prætorio præfecti. Videlicet Galliarum, Italiæ, Illyrici, Orientis: quamvis dignitas imminuta & tyrannorum proluvie ordinariæ ditiones fuerint confuſæ, ut & nomina Provinciarum peculiarium, Præfectis plurium adſcripta: quæ norunt jam omnes.

58. ASSIDUOS HONORES.] Numquam interruptos velut altero alterum aſſidente, perpetuave catena adhærente. Sic Priſcianus Favonius (ut eum auctorem appellari debere ſuſpicio eſt, cum in Libro ſcripto ſit

Priſcia-

Priſcianus Ennius aut Annius, alij Fannium reperererint) Periegeſi Dionyſiana.

telluſ quocingitur æquore tota
Non tamen aſſiduo teres undiq; margine
circum
Clauditur hac

Interrupto aſſiduus opponitur. Verſus enim Græci ſic ſonant:

Οὐ μὲν πᾶσα διαπρὸ περίδρομος,
ἀλλὰ διαμφὶς
Ὀξυτέρη βεβαυῖα πρὸς ἠελίοιο
κελεύθους.

Non potuit omnibus anquiſitis meliore verbo uti Priſcianus. Et ſic Auctor Elegantiſſimi Carminis de Laudibus Domini:

Iam freta ne nullis agerentur in hoſpita
terris
Aſſiduumq; alacer numeraret navita
Pontum,
Crebra ſa'ts tumido defigitur inſula
ponto.

Sic capias aſſiduum laborem apud Martialem primo Spectaculorum.

59. CURSUS.] Ad majora feſtinantis intellige. Sic alibi tranſcurſu Stiliconem egiſſe memorat, quæ alij vix ſummo labore potuerint.

59. HONORES.] Magiſtratus, dignitates. Proſper de Providentia.

Felices dici mos eſt, quos blanda poteſtas,
In ſummos apices tumidorum evexit honorum.

59. UNA ÆTAS.] Sequitur haud dubiè togatorum doctiſſimum. Marcus enim Varro ſeorſim ab alijs ſentiens, ætatis ſpatium XV. annis definivit. Itaque una juvenili ætate, hoc eſt ab anno XV. ad XXX. Manlium omnes honores emenſum autumat Claudianus: vel ſane ab anno XXX. uſque XLV. Cenſeas, quæ tertia ætas eſt. & propriè juvenilis, eidem Varroni. Alios alio ordine alias ætates diſtinxiſſe tradit Cenſorinus, cap. XIV. de Die Nat. Verè autem an ſecus Claudianus, non diſputo, quod enim verum eſſe videri vult, hoc ei cedimus merito. Si tamen Fulgentij ſupra memorata Epiſtola ad iſtum Manlium referenda, quod maximè Faſti volunt; vereor ne tam benè juvenis ad Conſulatum is pervenerit: quod & Poeta poſt ipſe arguit.

61. GRADUS FATI.] Summas Poteſtates & Magiſtratus Romanis fatales habitos, alibi monuimus. Pertinent huc fragmenta Veſtij Valentis Græcè, ut arbitramur, ſcripta, Firmicique & Manilij totæ paginæ. Fata ſic pro ipſis dignitatibus aut honoribus ponebantur. ut cum mutare eorum Fata perhibentur Principes, quos in melius erigunt, vide ad III. Conſ. *Honori.* *Gradus autem* intervalla, de minoribus ad majores, pleriſque rebus adſcribunt. Dignitatum ſunt apud Laberium:

Summum ad gradum cum dignitatis veneris
Conſiſtes ægrè & citius, quam adſcendas, decides.

Quia ſcilicet non uno protenus ſaltu ad dignitatum culmen pervenitur. Vopiſcus in Caro: *Hic per civiles & militares gradus, ut tituli ſtatuarum ejus indicant, Præfectus Prætorio à Probo factus.* Symmachus, lib. X. Ep. XL. *Nunc Ioannes, vir perfectiſſimus, non eum gradum, quem ſubrogandis dederunt divalia ſcripta, ſed ſummo proximum conatur adipiſci.* Appulejus Lib. X. *Vt ejus proſapia atque dignitas poſtulabat, gradatim permenſis honoribus, quinquēnali magiſtratui fuerat deſtinatus.* Sic *militiæ gradus* apud Jornandē, *Gradus laborū* in ſtudijs apud Petronium, *Gradus virtutum,* Paterculum, *Vocis* Curium Fortunatianum, lib. III. Rhetor. *Perceptionis* Auguſtin. Confeſſionum lib. V. cap XIV. *Exercitationum* Militarium, Vegetium prologo Rei Militaris. *Gradus vitiorum*, Caſſianum libr. VI. Inſtitut. cap. VII. *Perfectionis*, Fulgent. Epiſt. II. cap. VII. *Stili*, Sidonium lib. IV. Epiſt. III. *Gradibus per crimina creſcere, paullatim criminoſiſ-*

minoſiſſimum evadere. Hilarius in Geneſi, de deterioribus hominibus.

Progenies ſequitur gradibus per crimina creſcens.

Gradus creaturarum, quarum alia alia nobilior. Claudianus Mamertus præfat. Librorum de Statu Animę. Sic κλιμακηδὸν ἀνιέναι πρὸς ſοφίαν dixit Syneſius Dione. Hincque præſtantiſſimus Joannis Moſchi Liber, quo Vitæ Sanctorum per gradus virtutum ad Beatitudinem evectæ deſcribuntur, *Scala Paradiſi* nuncupatur; auctorque inde Climaci nomen adeptus.

61. PARTA QUIES.] Poſt diuturnos labores gratiſſima. Germanicus Cæſar Arato, ad Auguſtum parentem, eam artium nutricem pariter canit.

Quantum etenim proſint anni certiſſima ſigna
Si non parta quies te præſide, puppibus æquor
Cultoriq; daret terras.

Claudiauus ſeceſſum ſtudiorum gratia Manlij loquitur; quibus optimum virum ita immerſum fuiſſe, ut rerum communium curam velut omnem abjecerit, arguit liber noſtri cavillus, Epigramm. XXXVI.

Mallius indulget ſomno noctesque diesque,
Inſomnis Pharius ſacra profana rapit.
Omnibus hoc Italæ gentes expoſcite votis,
Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

Quo contraria quodammodo duo hominum nomina fuiſſe alluſa arbitror, alterum ſcilicet à Varietate, aut Protei mutabilitate, apud Pharum verſari ſoliti, alterum à manſione, ſive ſtabilitate, exceſſu utroq; peccantur.

62. PRIVATUM.] Ab adminiſtratione publicorum Officiorum, privata vita velut in portum venit, & tranquillitas cenſetur. Sapientium priſcorum non pauci penitus non converſandum vulgo ſciſcebant. Unde Symbolum Pythagoræ:

Τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν. ſcilicet ſecedere ab rebus humanis, divinis conſiderationibus accedere. Jamblychus.

Τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων, διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε. τοῦτο τὴν μὲν δημώδη, καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφίεναι παραγγέλλει, τὴν δὲ χωριστὴν καὶ θείαν μεταδιώκειν ἀξιοῖ, καὶ τὰ μὲν δοξάσματα τὰ κοινά φασὶ δεῖν ὑπερορᾷν, τὰ δὲ ἴδια, καὶ ἀπόῤῥητα περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. καὶ τὰ μὲν ἀνδρώπινα ἔθη ἐᾷν, ὡς δημώδη, τὰς δὲ τῶν θεῶν θρησκείας, ὡς ὑπερέχουσαν τὴν δημώδη ζωὴν ἀνταλλάττεσθαι. Ipſe Pythagoras fugiebat populi converſationem. Malchus Porphyrius. τὴν δὲ καθ' ἡμέραν αὐτοῦ διαγωγὴν ἀφηγούμενος ὁ Διογένης φησὶν, ὡς ἅπασιν μὲν παρηγγύα φιλοτιμίαν φεύγειν, καὶ φιλοδοξίαν, τῷ περ μάλιστα φθόνον ἐργάζεσθον. ἐκτρέπεσθαι δὲ τὰς μετὰ τῶν πολλῶν ὁμιλίας.

Quies autem quęſita erudito viro ad commentandum, ſpeculandumq;. Plinius libro I. Epiſt. VI. *Silentium incitamentum cogitationis* appellat. Horatius lib. II. Epiſt.

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes,
Rite cliens Bacchi, ſomno gaudentis & umbra.

Gregorius Thaumaturgus Panegyrico Origenis. εἴγε νοήσει μὲν καὶ εὑρέσει φίλον πῶς ἡ σύνεργον ἐστὶ σιωπή. Sic umbram ſuorum ſcriptorum ducem facit, exemplum placidiſſimi ſtili, Tibullus, Lib. III.

Per vos auctores hujus mihi carminis oro,
Caſtaliamque umbram, Pieriosque lacus.

62. PORTUM.] Certam fidamque ſtationem, tutam ab omnibus turbis & Tempeſtati-

ſtatibus. Gregorius Nyſſenus libro de vita Thaumaturgi:

ἀλλὰ φεύγων πανταχόθεν τὰς περὶ τὸν τύφον ὕλας, εἰδὼς ἀρχηγὸν ὡς τὰ πολλὰ τοῦ κατὰ κακίαν βίου· τὸ καθ' ὑπερηφανίαν πάθος γινόμενον, ὥσπερ τινὰ λιμένα τὸν ἡσύχιον ἐπὶ τῆς πατρίδος μέτεισι βίον.

Portus Religionis, ſeceſſus in Monaſterium, relictis rerum humanarum Tumultibus; Vincentio Lirinenſi. Commonit. I. *Sed & noſtri propoſiti in id convenit, quippe qui, cum aliquandiu variis ac triſtibus ſecularis militiæ turbinibus volveremur, tandem nos in portum Religionis cunctis ſemper fidiſſimum, Chriſto adſpirante, condidimus.* Portus quietis in Ruricio lib. II. Epiſt. VIII *Illud ſpeciali prece depoſcens, ut miſericordiã Dei noſtri aſſiduis petitionibus flagitetis, omnibus delictis meis atque criminibus, opitulantibus vobis, conſuetudinaria clementia & copioſa bonitate deletis, etſi non ad idem præmium, ſaltim ad eundem nos portum Quietis jubeat pervenire.* Ita legendus locus is optimè animati ſcriptoris, vulgò prodigiosè contaminatus. Sic Caſſiodorus de Anima: *Cum jam ſuſcepti Operis optato fine gauderem, meq; duodecim voluminibus jactatum Quietis portus exciperet.* Sidonius, lib. VI. Epiſt. III. *Si peregrinationem portitoris promte favore foveatis, grandis actionibus illius portus ſecuritatis aperietur.*

63. ALIIQUE LABORIS.] Ineſt huic alij contemtus quidam occultus & ingenioſus priorum Laborum. Virgilius Ceiri, eadem re, iiſdem verbis.

> *me vario jactatum laudis amore*
> *Irritaque expertum fallacis præmia vulgi,*
> *Cecropius, ſuaves exſpirans, hortulus, auras*
> *Florentis viridi Sophiæ complectitur umbra,*
> *Nec mea quæ Ratio dignum tibi cudere carmen;*

Longe ALIVD ſtudium, atq; ALIOS accincta LABORES.

Ea enim loci obſcuri & contaminati videtur vera ſcriptura, quam nobis præivit Editio vetus, nata cum ipſis Typographiæ initijs, manus mangonum minus paſſa, quam contulerunt olim duo docti Belgæ. Ratio dogma denotat, ſive Scita, ſectæ, cui ſe tradiderat cum iſta ſcriberet, Maro. Sic Cicero ex verbis Epicuri, lib. II. de Finibus: *compenſabatur tamen cum his omnibus animi Lætitia, quam capiebam, memoria Rationum inventorumque noſtrorum.* Idem, I. Officiorum: *Cynicorum Ratio tota eſt ejicienda, eſt enim inimica verecundia.* Lucretius lib. III. Ubi Epicurum, de cujus doctrina & Maro loquitur.

> *Nam ſimul ac Ratio tua cœpit vociferari*
> *Naturam rerum haud divina mente coortam,*
> *Diffugiunt animi terrores.*

In Claudiano nihil mutandum, fruſtra nobis olim conatis. In uno libro noſtro eſt *ſtudijque labores.* Quod verſus ab illo alter coarguit.

65. VITÆ PARS NULLA PERIT.] Diſtincta univerſa in commodi publici, & tranquillitatis Muſicæ curam. Perire dicit, quæ malè impendatur, ut parum vitæ habere ambitioſum hominem præ quieto, Epigrammate in Senem Veronenſem:

> *Plus habet hic vita, plus habet ille viæ.*

Eleganter Dominum *vitæ* ſive temporis ſeſe ſui vovet Pentadius:

> *Pars ego ſim populi, nullo conſpectus honore,*
> *Dum vivam Dominus temporis ipſe mei.*

Et hic autem multi quoq; gentiliũ peccabãt, vitam alia ratione perdentes ſcilicet, voluntarijs ſeſe ærumnis, duplici inſania, cruciantes. Seneca Epiſt. V. *Videamus ne iſta, per quæ admirationem parare volumus, ridicula & odioſa ſint. Nempè propoſitum noſtrum eſt ſecundum Naturam vivere; Hoc contrà naturam*

ram eſt torquere corpus ſuum, & faciles odiſſe munditias, & ſquallorem appetere, & cibis non tantum vilibus uti, ſed tetris etiam & horridis. Quemadmodum delicatas res deſiderare Luxuria eſt, ita uſitatas, & non magno parabiles fugere; dementia eſt. Frugalitatem exigit Philoſophia, non pœnam. Poteſt autem eſſe non incomta frugalitas. Vide ejusdem Epiſt. CV.

64. QUODCUNQUE RECEDIT LITIBVS.] Quacunq; ratione. Gloſſa eſt exemplaris ſcripti. Nos *quodcunq;* ad vitæ partem reducimus. Quodcunq; vitæ Judiciis demere poteſt, impendit litteris. Clara veritate.

65. LITIBUS.] Forenſibus negotijs. Martialis

Vitam quæ faciunt Beatiorem?
Lis numquam, toga rara; mens quieta.

Spectat eadem Satira de Lite, ſcriptoris aliquot jam ſecula nati, quam Illuſtratam propoſuimus libro VII. cap. XVII. Adverſar.

66. IMPONIT POPVLIS.] Leges nempè ſuis oraculis velut. Virgilius I. Georgico: has leges, æternaque fœdera certis Impoſuit Natura locis. Idem:

numinis aram
Vana ſuperſtitio, veterumq; ignara Deorum
Impoſuit

Poſitum, conſtitutum. Lucanus, lib. II.

Sive parens rerum, cum primum informia regna
Materiamq; rudem flamma cedente, recepit.
Fatorum immoto diviſit limite mundum:
Sive nihil poſitum eſt, ſed fors incerta vagatur.

66. OTIA MVSIS.] Otium, ſtudia curarum fugientia, expers vita tumultuum. Syneſius, Epiſt. XCIX.

σχολὴ μέγιστον ἀγαθὸν, ἵν᾽ εἴποι τις ἂν ὥσπερ χώραν πάμφορον ἅπαντα καλὰ φέρειν τῇ τοῦ φιλοσόφου ψυχῇ.

Virgilius abſoluto emendatiſſimo Georgicorum Opere.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudijs florentem ignobilis Otij.

Talem requirit Vatis egregij exemplar Juvenalis, Sat. VII.

Sed vatem egregium, cui non ſit publica vena,
Anxietate carens animus facit; omnis acerbi
Impatiens, cupidus ſilvarum, aptusque bibendis
Fontibus Aonidum.

Mille paginas impleas hujus generis recenſendis amœnitatibus.

67. CECROPIÆ SENECTÆ.] Antiquitatis Græcanicæ. Senes ſunt Philoſophi, Auctoritatem Sapientiæ habentes. Martialis lib. VII. Epiſt. LXIIX. de Epicuro.

Hanc ſibi jure petat magni ſenis Atticus hortus.

Eclecticum autem facit quemdam ſuum Heroem, omnia legentem, nulli ſe addicentem, qualem ſe profitetur Horatius. Sic de ſuo Sidonius:

Nec minus hæc inter veteres audire Sophiſtas,
Præterea quicquid Latiaribus indere Libris
Priſca ætas ſtuduit, ſuetus percurrere totum.

Et hoc ſuadet in Quarto Conſulatu Honorio Theodoſius.

neque deſinat umquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetuſtas.

Omnium igitur evolutationem Opinionum Manlio adſcribit. Omnium ſanè à vetuſtate ſumma mirabilis & origo & proceſſio, mihi ſemper viſa eſt; quæ ſanè non niſi divino nutu in tamdem certas Rationes redactæ ſunt, certisque ſectis ſubſcriptæ, cum præter pertinaciam in tuendis inventis, & Fortunam in inveniendis rerum argumentis nihil haberent

miſeri mortales priucipiorum, qui vel rerum Naturam, vel cœleſtia corpora, vel mores humanos, & Fata, & Vanitatem Fortunarum ſpeculabantur; Talibus initijs Philoſophia, quam vocant, Græca, eo tandem benigni Numinis nutu pervenit, ut nihil non expiſcaretur, uſq; ad divinarum Legum captum, Æternitatisq; quemdam intellectum. Et ſic Chriſti amicus, de illis miſeris divinus Philoſophus, Gregorius Thaumaturgus, Panegyrico in Origenem: *Talem n. bis,* inquit, *egregij & diſertiſſimi ſollertiſſimiq; Græci Philoſophiã exhibuerunt: quã primum quiſq; nactus eſt, impetu quodam ductus, hac ſola vera eſſe dicens, reliqua omnia aliorum Philoſophorum nugas. cenſet atque fallaciam, cum ipſe nihilo melius ſua confirmet, quam cæteri omnes, ſua quisque defendunt: ne de gradu exire ſententiamque, aut vi aut perſuaſi. ne mutare cogatur. Nullam aliam, ſi verum fateri libet, habens, præter ineptum ad Philoſophiam, atq; hæc placita quæ vera credit, impetum, atque delectum. Et ne incredibile, quod dico, videatur, nullam aliã præter judicii expertem. cæcam Fortunam; hac unusquiſq; amans, in quã primum inciderit: A quibus irretitus alijs rebus dare operam nequit, ſi quod forte habeat, quod de ſingulis rebus cum veritatis demonſtratione diſſerat, & quo falſas eſſe adverſariorum Rationes doceat, quippe cum etiam ſine probatione ſeipſum temerè, tamquam inopinatum, atq; inexpectatum quoddam lucrum ſperans, anticipatis Rationibus addixerit,* &c.

68. QUID QUISQUE NOVUM.] Aures Philoſophicæ novarum doctinarum cupidæ, ut in Actis Apoſtolorum omnes Atticæ. Incumbebant autem, pauci non ſtudio gloriolæ, in Opiniones novas, innovandas priores addendumq;, & exigendum de ſuo, ſi quid alij minus plenè aut obſcurè ſtatuiſſent. Unde *Reperta* dicuntur, cujuſq; Rationes Lucretius:

Grajorum obſcura reperta
, Difficile illuſtrare Latinis verſibus eſſe.

Inventum appellat Tertullianus, cap. II. de Anima; ubi pulcerrimè de fortuita Philoſophorum inventione Veritatis. *PLanè*, inquit, *non negabimus aliquando Philoſophos juxtà noſtra ſenſiſſe. Teſtimonium eſt Veritatis etiam Inventus ipſius. Nonnunquam & in procella confuſis veſtigijs cœli & freti aliqui portus offenditur, proſpero errore; nonnunquam & in tenebris aditus quidam & exitus deprehenduntur, cæca felicitate, ſed & natura pleraque ſuggeruntur, quaſi de publico ſenſu, quo animam Deus dotare dignatus eſt,* &c. Ubi latius exiguntur, quæ de Origine proceſſuq; Opinionum modo diximus: nullas hic exactum, utcunque Claudiano tangantur, cum proprij operis ea res ſit.

69. QUANTAQUE.] Quot agminibus ſingulæ ſectæ ſtipentur. Non enim auctores tantum Sectarum ſingularum ſuàs habebant aſſeclas, ſed Diſcipuli quoq; ſub doctoribus velut, atq; eminentioribus inde adhærentes, in una ſecta diverſa agmina conficiebant. Donec eo res redierit, ut Philoſophia merus eſſet titulus; Heroum veterum nomina, qui Familias velut feciſſent, mera vulgi ludibria, ut ex Gellio, Luciano, alijsque videre licet. *Agmina* ergò ſcitè dixit. Sed & copiam diſcipulorum poteſt ut alludat, quæ quidem ingens aliquando fuit, ut aliquot millia unius ſubſellia frequentaverint; exemplum præbente Attico Theophraſto.

69. SECTÆ.] *Sectæ* Familiæ ſunt Philoſophorum. Secta enim doctrina quam quis propoſuerit ſequendam præ cęteris Suetonius vita Perſij: *Cernutus illo tempore Tragicus fuit, ſectæ Stoicæ.* Minutius Felix: *Si placet ut ipſius Sectæ homo cum ipſo diſputem.* Idem: *de qua tot omnibus ſeculis ſectarum plurimarum uſq; adhuc ipſa Philoſophia deliberat.* Sic omnes aliæ familiæ aut Scholæ quædam Sectæ perhibentur: Secta forenſium Patronorum, apud Eumenium Panegyrico. *Sectatores*, qui tali ſectæ adhærent, apud Gellium lib. II. cap. II. Macrobium Saturn: l. bro I. cap. II. Quos SEQUACES Sidonius & alij eo velut edocti alij ſcriptores dicunt. *Secta Catholica,* Salvifica Fides. Impp. Honorius & Theo-

Theodoſius L.II.C. Si ſanctum Baptiſma iteretur, &c.

70. ALIIS PRINCEPS RERVM DISPONITUR AER.] Anaximenis Mileſij doctrina. Plutarchus, lib.I. Placit. cap.III.

Ἀναξιμένης δὲ ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀέρα ἀπεφήνατο. ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν πάλιν ἀναλύεσθαι, οἷον ἡ ψυχὴ, φησὶν, ἡ ἡμετέρα ἀὴρ οὖσα, συγκρατεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅλον τὸν κόσμον πνεῦμα καὶ ἀὴρ περιέχει. Confutat eam opinionem mox Plutarchus, ſive quis alius auctor Operis minimè omnium conſideratiſſimi: ἁμαρτάνει δὲ οὗτος ἐξ ἁπλοῦ ἀέρος, καὶ μονοειδοῦς πνεύματος δοκῶν συνεστάναι τὰ ζῶα. ἀδύνατον γὰρ ἀρχὴν μίαν τὴν ὕλην τῶν ὄντων, ἐξ ἧς τὰ πάντα ὑποστῆναι, ἀλλὰ καὶ τὸ ποιοῦν αἴτιον χρὴ ὑποτιθέναι, οἷον οὐκ ἄργυρος ἀρκεῖ πρὸς τὸ ἔκπωμα γίνεσθαι, ἂν μὴ καὶ τὸ ποιοῦν ᾖ, τουτέστιν ὁ ἀργυροκόπος· ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ, καὶ τοῦ ξύλου, καὶ τῆς ἄλλης ὕλης. Laertius lib.II. Ἀναξιμένης ἀρχὴν ἀέρα εἶπε, καὶ τὸ ἄπειρον.

Qui duas nomine ejus Epiſtolas ponit. Et ſcripſit vero pauca hic auctor, & ignobilius dogma videtur, quam ut ſectatoribus perennatit, licet adeo vetus ut Thaleti & Pythagoræ converſarum Anaximenen conſtet. Heſychius mentionem ejus planè omiſit, Suidas D. Laërtij verba exſcripſit, de ſuis nec unum quidem addere dignatus. De ἀπείρῳ Aeri juncto aliter alij, & opinioni proprium auctorem dantes. Juſtinus Martyr Paræneticoad Græcos:

Θαλῆς μὲν γὰρ ὁ Μιλήσιος, ὁ πρῶτος τῆς φυσικῆς φιλοσοφίας ἄρξας, ἀρχὴν εἶναι τῶν ὅλων ἁπάντων τὸ ὕδωρ ἀπεφήνατο. ἐξ ὕδατος γὰρ φησὶ τὰ πάντα εἶναι καὶ εἰς ὕδωρ τὰ πάντα ἀναλύεσθαι. Ἀναξίμανδρος δὲ μετ' οὗτον ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὁρμώμενος Μιλήτου, τὸ ἄπειρον ἀρχὴν ἁπάντων ἔφησεν εἶναι, ἐκ τούτου γὰρ δὴ τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τοῦτο τὰ πάντα φθείρεσθαι. Τρίτος Ἀναξιμένης, καὶ οὗτος ἐκ τῆς Μιλήτου ὑπάρχων, ἀέρα τοῦ παντὸς ἀρχὴν εἶναι λέγει. ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τοῦτον πάντα ἀναλύεσθαι φησίν. Plutarchi quæ aſſcripſi ipſa verba uſurpavit Joannis Stobæus Eclog. Phyſic. cap. XIII. Nec interprete nec alijs animadvertentibus.

71. HIC CONFIDIT AQVIS.] Notiſſima Thaleris doctrina. Lege Plutarchum dicto loco. Diogenem Laertium lib.I. Euſtharium in Odyſſæam ξ. Stobæum dicto capite. Scholiaſten Pindari, Olympion. A. Lactantium lib. I. cap.V. Ciceronem Academ. IV. Arnobium lib.II. Tertullianum de Anima cap.V. & Lib.I. in Marcionem, cap.XIII. Minutium Octavio Theodoretum. Therapeut. Euſebium Præparat. lib.XIV. cap.V. Vitruvium præfat. lib. VIII. Juſtinum Paræneſi ad Græcos. Alios infinitos.

72. PROCREAT OMNIA FLAMMIS.] Ita docet, ut procreari videri velit. Heraclitum dici clarum, de quo Omnia nota.

73. IN ÆTNÆAS CASURUS SPONTE FAVILLAS.] Notiſſima ſive Hiſtoria ſive Fabula de Empedoclis Morte; qui inter deliros Sophiſtas locum principem ambiens nuſquam reperiri maluit, quam humano more tumulari: ut quidem nonnullis traditum: Pleroſque enim aliter ſenſiſſe docent Collectanea Diogenis Laertij. Sic omnium mortalium videlicet vaferrimus, Ætnæos Crateras inſiluiſſe dictus eſt: dictus inquam; non enim facile fidem dabit rei, qui Strabonis Sextum leget: nec in urbanè illam ſtultam ambitionem irridet Tatianus, velut tranſiens, ſcriptor ſingularia non pauca habens.

Ἐμπεδόκλης γὰρ τὸ ἀλαζονικὸν αἱ κατὰ τὴν Σικελίαν τοῦ πυρὸς ἀναφυσήσεις ἀπέδειξαν, ὅτι μὴ θεὸς ὢν ἦν, ὅπερ ἔλεγεν εἶναι κατεψεύδετο.

Hoτatius frigidum vo:at in ipſo illo Immortalitatis ſaltu dogma etiam illudens.

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit

Acro Commentator. *Empedocles unum dicebat ingenia frigido circum præcordia ſanguine impediri.* Sic veteres Editiones; nam ſecutus Commentariorum Collector omnia pro lubitu mutare licitum putavit. Legendum autem puto: *Empedocles vulgo dicebat ingenia frigido circum præcordia ſanguine impediri.* Verſum haud dubio quemdam Empedoclis & Poeta & Grammaticus animo habuerunt. Et Maro. Georg. II. *Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis.* Porro indicium egregij illius ſaltus dediſſe adfabulati ſunt ſoleas æreas, quas hauſto corpore Empedoclis vorago flammea revomuerit. Gregorius Nazianzenus:

Ἐμπεδόκλης σὲ μὲν αὐλὶκ' ἐτώσια φυσιόωντα,
Καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρητῆρες ἔδειξαν,
Σάνδαλ' ἀποβράσσοντες ἐλαφρονόοιο θεοῖο,
Χάλκεα, καὶ σὲ βροτοῖσιν ἐπαίσχεα πᾶσιν ἔθηκαν,
Κύδεος ἱμείροντα δι' ἅλματος αἰνομόροιο.

Nec invenuſtè tanti viri Sapientiam cavillatur Theodorus Prodromus, optimæ mentis, licet futilium numerorum, ſcriptor; non potuiſſe videlicet exputare flammam urendi eſſe facultate præditam: Amicitia Exſule.

Ὁ φλήναφος γὰρ Ἐμπεδόκλης ἐρρέτω,
Τὸ νεῖκος εἰπὼν δημιουργὸν τῶν κάτω;
Τί γὰρ νοήσει, καὶ συνείσεται λίνος
Ἄνθρωπος, οὐ γνοὺς ὡς τὸ πῦρ καίει φύσει;
Ἀλλ' εἰς πυρὸς κρατῆρας ἐμπεσὼν μέσους.

Cæterum non ſic modo immortalitatem affectavit hic Sophus; ſed palam de ſe ornatiſſimis verſibus cecinit, quorum tamen exegeſis Grammaticorum expoſitione major eſt. Sextus contra Diſciplinas. lib. I.

Καὶ μὴν ὡς ἐν τύποις ἐστὶ τυφλὸς (τῶν ὠφρυωμένων γραμματικῶν χορὸς) οὕτω κἂν τοῖς περὶ αὐτῶν (τῶν φιλοσόφων) γεγραφόσι ποιήμασιν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς λέγοντος
Χαίρετ' ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς,

Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμημένος

Καὶ πάλιν.

Ἀλλὰ τί τοῖς δ' ἐπίκειμι ὡσεὶ μέγα χρῆμά τι πράσσων,
Εἰ θνητῶν περίειμι πολυφθορέων ἀνθρώπων.

Ὁ μὲν γὰρ γραμματικὸς, καὶ ὁ ἰδιώτης ὑπολήψονται κατ' ἀλαζονείαν καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὑπεροψίαν, ταῦτ' ἀνεφθέγχθαι τὸν φιλόσοφον. ὅπερ ἀλλότριόν ἐστι τοῦ κἂν μετρίαν ἕξιν ἐν φιλοσοφίᾳ ἔχοντος, οὐχ ὅτι γε τοῦ τοσούτου ἀνδρός. ὁ δὲ ἀπὸ φυσικῆς ὁρμώμενος θεωρίας, σαφῶς γινώσκων ὅτι ἀρχαῖον ὅλως τὸ δόγμά ἐστι τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια γινώσκεσθαι, ὅπερ ἀπὸ Πυθαγόρου δοκοῦν καταλελυθέναι, κεῖται μὲν καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Τι-

τῷ Τιμαίῳ. εἴρηται δὲ πολὺ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ Ἐμπεδοκλέους:

> Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
> Ἠέρι δ' ἠέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον.
> Στοργὴν δὲ στοργῇ, νεῖκος δέ γε νείκεϊ λυγρῷ.

Συνήσει, ὅτι ὁ Ἐμπεδοκλῆς θεὸν ἑαυτὸν προσηγόρευσεν, ἐπεὶ μόνος καθαρὸν ἀπὸ κακίας τηρήσας τὸν νοῦν, καὶ ἀνεπιθόλωτον, τῷ ἐν ἑαυτῷ Θεῷ τὸν ἐκτὸς κατείληφεν. De ſaltu quidem in Crateras, immortalitatis ambitione minus mirum facinus hominis Veritatem neſcientis, cum ſuperiori ſeculo auri indagandi gratia monti flammi vomo immiſſus tradatur in India monachus quidam, igne diro cavo expulſus interemtusque.

71. DISPERGIT REVOCATQVE DEUM.]. Mentem ſacram docebat Empedocles per univerſa diffuſam movere & vegetare omnia: nam cum rejeciſſet eorum ſcita & traditiones, quos non puderet Dijs humana membra affingere, ita ſubjunxit.

> Ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ, καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον
> Φροντίσι κόσμον ἅπαντα, καταΐσσουσα θοῇσι.

Referente Ammonio in Librum περὶ ἑρμηνείας. Ex ea opinione hauſit Maro divinos illos verſus, quibus mundi animam Deum cecinit.

> *totamq; infuſa per artus*
> *Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*

Quam ipſam aliorum Deorum vocabulis inſigniunt alij; ut Auctor Pervigilij Veneris.

> *Ipſa Venus atque mentem permeante ſpiritu*
> *Intus occultis gubernat procreatrix viribus,*
> *Perque cœlum perque terras, perq; pontum ſubditum,*
> *Pervium ſui tenorem, ſeminali tramite,*
> *Imbuit juſſitque mundum noſſe naſcendi vias.*

Qui verſus idem dicunt cum Claudiani Empedocle; ſparſiſſe nimirum & recollegiſſe Deum per univerſum, & in ſingula. Pulcrè Julius Firmicus, Libr. I. Mathem. cap. III. *Mens divina, animusq; cœleſtis per omne mundi corpus in modum circuli collocatus, & nunc intrinſecus, nunc extrinſecus poſitus, cuncta regit atque componit, & propria originis generatione conceptus, ſe ad procreanda & conſervanda omnia, ignita ac ſempiterna agitatione perpetuat.*

73. REVOCATQVE.] In ſingula videlicet creaturæ corpora, à cura rerum univerſarum, totiusque creaturæ. Elementa, occultiore tamen ſenſu, pro Dijs habuiſſe Empedoclem ipſius verſus ſuperſtites reſtantur, apud Diogenem Laertium. lib. VIII. Complementum Ambitionis ut coronatus circum civitates iret, Deum ſe gerens, & hæc canens.

> Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
> Ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλεως, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
> Χαίρετ' ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς,
> Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε,
> Ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσίν τε θαλείοις,
> Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἱκώμαι ἐς ἄστεα τηλεθάοντα
> Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι.

Suida

Suida ex auctore magis priſco : οὗτος ὁ Ἐμπεδοκλῆς στέμμα ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χρυσοῦν, καὶ ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς, καὶ στέμματα δελφικὰ ἐν ταῖς χερσὶν, ἐπῄει τὰς πόλεις δόξαν περὶ αὐτοῦ καταχεῖν, ὡς περὶ θεοῦ, βουλόμενος.

Quam tem ſanè nemo Pyrrhonius ſtultiſſimæ jactantiæ excuſaverit. Alij vero hoſtem etiam ambitionis faciunt, velut ex Xantho Laertius, etiam regiam dignitatem oblatam aſpernatum. Verum in hoc genere relationum ſupet Philoſophorum vitiis rebusque, ſumma fuit ſemper nugonum inconſtantia, ut vel ex hujus Sophiſtæ apud Laertium Collectaneis videre potes.

73. NECTIT AMICITIIS QVICQVID DISCORDIA SOLVIT.] Vetuſtiſſimorum Sophotum ſententia eſt, omnia ſecundum Litem fieri, principe aſſeirorum Heraclito. Laettius, lib.IX. πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει καὶ πυκνώσει γινόμενα, γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα, καὶ ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην. τῶν δὲ ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν, τὸ δὲ ἐπὶ τὴν ἐκπύρωσιν ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην.

Idem dogma Empedoclis, contraria nimirum Elementa conſiderantis ; Inimicitias & Amicitias omnia facere, has connectendo, illas diſſolvendo in vitam & mortem quicquid ſpitat & vivit. Idem Diogenes:

ἐδόκει δὲ αὐτῷ τά δε στοιχεῖα μὲν εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα, φιλίαν δὲ ᾗ συγκρίνεται καὶ νεῖκος, ᾧ διακρίνεται.

Verſus ipſius, Oracula ſi Lucretio credimus, ſunt.

> Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα
> Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορούμενα νείκεος ἔχθει.

Paritet ante utrumque, ut volunt, Orphei doctor, Linus:

> ὡς καὶ ἔρις συνάπαντα κυβερνᾶται διὰ παντὸς
> ἐκ παντὸς δὲ τὰ πάντα, καὶ ἐκ πάντων τὸ πᾶν ἐστί.

Veritas ſciti pet omnem orbem clara, adeo ut nec amor ipſe conſtet ſine concertatione. Ovidius, Amor.I. Eclog.VIII.

> *Non benè, ſi tollas prælia, duras Amor.*

RURSUMQVE RECEPTIS.] Abundat vox. Satis enim foret, ſi *receptis* ſcripſiſſet. Vittuvius lib. X cap. XIII. *In his axes ſunt ex torno ſubacti, & ibi collocati, qui, cum recipit arcula animam, ſpiritum non patientur, obturantes foramina, rurſus redire.* Appulejus, Metam.III. *Nec qui laverim, qui domum rurſus reverterim, præ rubore memini.* Gratius, Cynegetico:

> *ipſe ſuos ubi contigit ignis honores*
> *Defugit ab ſacris, rurſumq; reconditur antro.*

75. CORPORIS HIC DAMNAT SENSUS.] Supputando eo facilè devenit humana ratio, ut, quæ ſenſibus comprehenduntur, incertò ſciti & cognoſci, perſpicere valeat. Scitè autem corporis ſenſus dicit ab Animæ Rationalis perſpicacitate eorum captum diſtinguens ; non enim nobilitas ea ſenſuum, ut apud quos omnia ſint incerta, vix ipſi idonei inſtrumenta eſſe ad res vitæ communi objectas. Vide non ineptè Claudianum Mamertum, lib.III. De Statu Animæ, cap.XI. item lib.I. cap.VII. Ubi Elementares ſenſus ſtatuit. De incertitudine ſenſuum omnia plena. Contra ſtatuunt alij, Epicuræi ſcilicet, divinorum contemtores, Lucretius Libro IV.

> *Invenies primis ab ſenſibus eſſe creatum*
> *Notitiam veri, neque ſenſus poſſe refelli.*

Libro Primo:

> *quid nobis certius ipſis*
> *Senſi-*

Senſibus eſſe poteſt, quo vera ac falſa notemus.

De quo auctore mirum cur aliter hæc in parte ſcribat Victor. in I. Rhetoricum: *Ut Lucretius*, inquit, *veros negat eſſe ſenſus odoris, viſus, tactus, ſaporis, auditus.* Argumento plures Lucretio Libros ſcriptos, ut jampridem alia documenta auctorum notata ſunt; & materies racta potius quam expleta videtur poſcere. Minimè enim explet Poëta quæ promittit. Et magnæ molis caſtigationem ejus fuiſſe conſtat ex Cicerone. Præterea libro Sexto, qui nunc poſtremus eſt, ipſemet teſtatur.

> *Multa tamen reſtant & ſunt ornanda politis*
> *Verſibus.*

76. VERUMQUE VIDERI PERNEGAT.] De incertitudine ſenſuum quod dixi, plena ſunt omnia. Vide Ciceronem Academ. IV. Claudianum Mamertum locis nominatis &c. Petronius:

> *Fallunt nos oculi, vagiq; ſenſus*
> *Oppreſſa ratione mentiuntur.*

At de cognitione Veritatis in rebus loquitur Claudianus: in hac certitudinem non eſſe cum Ens ipſum comprehendi nequeat, docet Plotinus Libro περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος. Ut Sextum taceam, qui tota hujus argumenti volumina jactat. Sed hæc exſequi alius locus poſtulat. Deliravit mirè in talibus Valentinus Hæreticus; dum geminas Germanas ſorores concinnavit de ſuis ſibi inſaniis; matre Charite, patre Aeone novi, & non unius generis monſtro, ſenſum & veritatem, de quibus poſtea progeneraii ſint Sermo & Vita: ab his porrò deſcendunt Homo & Eccleſia: vide Tertullian. Præſcription. capite XXXIII.

77. HIC SEMPER LAPSURÆ PONDERA TERRÆ.] Eleganter hominibus operam ipſam adſcribit rerum, quas tales conſiderabant, aut docebant. Celebris autem opinio rapiditatem circumvolutionis cœleſtis ipſo ſuo impetu ſuſtinere corpus terreſtre, in aere pendens, ne labatur. Multi in hac traditione etiam Poëtæ. Vide Auſonium Eclogario, Ovidium lib. I. Metam. Maniliumlibro I. Cleomedem Meteoris &c.

78. COELI FULCIRE ROTATU.] Ut celeritas illa ſumma nullibi aërem findi, ad pondus terræ permittendum ſineret. Pulcrè Manilins, lib. I.

> *orbisq; per undas*
> *Exſiliit; vaſto clauſus tamen undique ponto,*
> *Imaq; de cunctis mediam tenet undique ſedem,*
> *Idcircoque manet ſtabilis, quia totus ab illa*
> *Tantumdem refugit mundus, fecitq; cadendo*
> *Undique ne caderet: medium totius & imum eſt.*
> *Ictaque contractis conſiſtunt corpora plagis,*
> *Et concurrendo prohibent in longius ire.*

Qui verſus clarum ſenſum non habent, exciſa generis medii vocula, unde de quare ſermo ſit minus perſpicitur. Scribe.

> *Terraq; de cunctis mediam tenet undiq; ſedem*
> *Idcircoque manet ſtabilis, quia totus ab illa*
> *Tantumdem refugit mundus.*

Vide qui de Cœlo ſcripſerunt Philoſophos.

79. ACCENDITQUE DIEM.] Solem dicit. Quem Patrem diei Pindarus. Notamus fortè ſequentibus his libris.

79. PRÆRUPTI TURBINE SAXI.] Futilium balathronum fuere aliqui qui Solem ingens Saxum eſſe commentarentur. Juvat de Sole adſcribere deliramenta veterum Phyſicorum, ut ridere habeat Lector. περὶ οὐσίας ἡλίου.

Ἀναξίμανδρος κύκλον εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς ἁρματείῳ τρόχῳ τὴν ἁψῖδα παραπλήσιον ἔχοντα κοίλην,

N πλή-

πλήρη πυρὸς, ἧς κατά τι μέρος ἐκ φαινούσης διὰ στομίου τὸ πῦρ ὥσπερ διὰ πρηστῆρος αὐλοῦ, καὶ ταῦτ' εἶναι τὸν ἥλιον. Ξενοφάνης ἐκ πυριδίων τῶν συναθροιζομένων μὲν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροιζόντων δὲ τὸν ἥλιον, ἢ νέφος πεπυρωμένον, Οἱ στωϊκοὶ ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάττης. Πλάτων ἐκ πλείστου πυρός. Αναξαγόρας, Δημόκριτος, Μητρόδωρος, μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον. Αριστοτέλης σφαῖραν ἐκ τοῦ πέμπτου σώματος. Φιλόλαος ὁ πυθαγόρειος ὑαλοειδῆ, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταυγίαν. διηθοῦντα δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐγήν. καὶ γὰρ ταύτην προσαγορεύομεν ἥλιον, οἱονεὶ εἴδωλον εἰδώλου. Εμπεδόκλης δύο ἡλίους, τὸν μὲν ἀρχέτυπον πῦρ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον ἀεὶ καταντικρὺ τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ τεταγμένον. τὸν δὲ φαινόμενον ἀνταυγίαν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ ἀπὸ κυκλοτεροῦς τῆς γῆς κατ' ἀνάκλασιν ἐγγινομένην εἰς τὸν ἥλιον τὴν κρυσταλλοειδῆ. συμπεριελκομένην δὲ τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου, ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον. Επίκουρος γήϊνον πύκνωμα κισσηροειδὲς ταῖς κατατρήσεσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνημμένον.

Ne verò Solem ſaxeum modo ſciſcebant alii, ſed cætera etiam aſtra, ut memorat PLutarchus PLacit. lib. II cap. XIII. Igneam glebam non impariter Solem vocat Euripides Phaetonte, apud Anaxagoram Diogenis Laërtii, quem Lege.

79. UNOQUE TEGI NON PASSUS OLYMPO.] Vagorum hominum vanitatem ſcitè arguit. Tot mundos ſciſcebant nonnulli, quot eſſent ſtellæ, ut loco dicto de Pythagoræis tradit PLutarchus. Plures cœlos qui ſtatuant, non opus memorari. Idem cum iſto Pythagoræorum Leucippi & Epicuræorum tradit Diogenes Laërtius. Hæc autem tam ſcitè ſine guſtu veritatis non fuiſſe irriſurum Claudianum arbitror. Et mirum, ſi, tantoperè gentilis, ut faciunt, placuerit vel iſti Manlio.

80. ANGUSTO PECTORE MUNDOS.] Scitè juxta poſito Epitheto ſententiam ſuam declaravit, nimirum hominis conatus ridiculos eſſe ad talium rerum doctrinam. Sic Horatius de Empedocle *ardentem frigidus Æthnam Inſiluit* uno verbo integro de dogmate quid ſentiret, patefecit. De infinitate mundorum in cerebro Philoſophorum non neminis alij alibi. Vide Stobæum Eclog. Phyſ. cap. XXV.

8. VAGA PRIMORDIA.] Atomos Doctrina Leucippi, Democriti, Epicuri; cœcæ plagæ nexus & hamuli deliris hominibus ficti. Viſe Lucretium: Lactantium de Ira Dei, cap. X.

82. NUMINA CONSTITUUNT ALII.] Firmant, expediunt ut ſint velut, quæ antea non fuerant certa. Irriſio ſalſa, ut totum hoc comma de Philoſophis. Dubitatio hæc inter caſum & Deos tangitur priore in Rufinum, quo loco variorum ſcriptorum verba proponemus. Lucanus libro II. initio. Tacitus aliquot locis Annalium &c. De Sophiſtarum argumentationibus non hic differendi locus Cum autem *Conſtituit* dixit Claudianus, cogitare debebat irridere ſimul Romanas Apotheoſes; quarum fictiones non ſunt minus ridiculæ (deſcriptas habes apud Herodianum) quam cum tot millia numinum Poëtæ, Theologi, Philoſophique veteres commêtati, quorum hiſtoriæ ſunt apud Mythologos, eoſque de Chriſtianis ſcriptoribus qui expreſſos contra Nationes libros ſunt commentati. Arnobium, dico, Euſebium, Minutium Felicem, Athenagoram, Firmicum, Tatia-

Tatianum, Tertullianum, Theophilum, Cyprianum, Juſtinum Martyrem. Cyrillum, Clementem, Auguſtinum, Prudentium, Originem, Aeneam, Theodoretum, & ejus cenſus cæteros.

83. GRAJORUM OBSCURAS.] Quia Conſulem Romanum laudat deprimit Græciæ res, modo litteratum, ſupra atmorum. De obſcuritate ejusdem gentis ſcriptorum idem queritur Lucretius, lib. I.

Non me animi fallit Grajorum obſcura reperta
Difficile illuſtrare Latinis verſibus eſſe.

Si Chryſippi, Heracliti, aliorumq; talium ſcripta cõſideramus etiam difficilimos Latij ſcriptores meros flores dictitabimus. Flores ad carmina referimus, quæ ſunt flos omniũ ſcribendorum. Idem Lucretius de ſuo Poëmate.

Juvatq; novos decerpere flores,
Unde prius nulli velarunt Tempora Muſæ.

85. ROMANIS FLORIBUS.] Ornamentis dicendi, Orationis amœnitate, res ſpinoſas roſeis velut tractans leporibus. Sic pingere Orationem dicit Romanus Aquila Rhetor. De Carminibus dixi, pariter Syneſius Hymno Sexto Odoratis carminum floribus ſe Filium Dei coronare autumat.

Μετὰ παγῆς ἁγίας ἀυτολοχεῦτε
Ἀῤῥήτων ἐνοτήτων ἐπέκεινα,
Θεὸν ἀμβροτε θεῦ κύδιμον ἦα,
Μόνον ἐκ μόνε πατρὸς παῖδα θαρόντα
Στεφανώσω σοφοῖς ἄνθεσιν ὕμνων.

Noſter Panegyrico Serenæ, Conjugis Stiliconiæ.

Dic mihi, Calliope, tanto cur tempore differs
Pieriis meritam ſerto redimire Serenam, floribus illis
Quos neq; frigoribus Boreas, nec Seirius urat
Aeſtibus, æterno ſed veris honore rubentes

Fons Aganippæa Permeſſius educat unda.

Ita Flos Orationis Ciceroni præfat. Paradoxorum; *Cato autem perfectus, mea ſententia, Stoicus etiam ea ſentis, quæ non ſanè probantur in vulgus, & in ea eſt hæreſi quæ nullum ſequitur florem Orationis.* Sermonis. Hieronymus Præf. in Eſaiam, *Eſaias vir nobilis & urbanæ Eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio Ruſticitatis admiſtum; unde accidit, ut præ cæteris florem ſermonis ejus translatio non potuerit conſervare.* Hoc eſt amœnitatem dicendi & Veneres. Flores Rhetorici. Idem Præfat. in Danielem. *Deniq; & ego adoleſcentulus poſt Quintiliani & Tullij Lectionem ac flores Rhetoricos, cum me in Linguæ hujus piſtrinum recluſiſſem.* Flores Camœnæ, Porphyrius, in Figura aræ.

Tot contra ſertis & Camœnæ floribus
Heliconijs locanda lucis carminum.

Pariter Theodoretus prologo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Ζωγράφοι μὲν σανίσι, καὶ τοίχοις τὰς παλαιὰς ἐγγράφοντες ἱστορίας, τέρψιν μὲν τοῖς ὁρῶσι προσφέρουσι, τῶν δὲ γεγενημένων τὴν μνήμην, ἐπὶ πλεῖστον ἀνθοῦσαν φυλάττουσι. λογογράφοι δὲ ἀντὶ μὲν σανίδων ταῖς βίβλοις, ἀντὶ δὲ χρωμάτων, τοῖς τῶν λόγων ἄνθεσι κεχρημένοι, διαρκεστέραν, καὶ μονιμωτέραν τῶν προγεγενημένων ποιοῦσι τὴν μνήμην. Barbaro ævo Robertus Catanenſis, præfatione Alcorani Latinè exſcripti. Perpulcrè Gregorius Thaumaturgus, Panegyrico Origenis. ἐπειδὴ δ' οὐδὲν ἔτερον ἢ εἰκόνες τινές εἰσι τῶν τῆς ψυχῆς ἡμῶν παθημάτων αἱ λέξεις ἡμῶν, τοῖς μὲν δυνατοῖς εἰπεῖν ὥσπερ ἦσιν ἀγαθοῖς ζωγράφοις, καὶ τέχνη μὲν ὅτι τεχνικωτάτοις, πλουσίοις δὲ καὶ τῇ τῶν χρωμάτων ὕλῃ οὐχ ὁμοίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ποικίλας, καὶ πολλαπλεῖς, τῷ πολυμιγεῖ τῶν ἀνθῶν γράφειν εἶναι τὰς γραφὰς κατὰ μηδὲν ἐμποδιζομένοις ὁμολογήσαιμεν.

Purpura Sermonis pariliter apud. Sidonium lib. II. Epiſt. X. *Omnes nobiſcum ſermonum purpura per incuriam vulgi decolorabuntur.* Horti Heſperidum flotulenti Virgilij Poëmas Omnibus dicendi floribus comtum. Fulgentius Continentia Virgiliana: *Eſto ergo contentus leviori faſciculo, quem tibi Heſperidum florulentis decerpſimus hortulis.* Flores carminum Laudatotiorum apud Pindarum, ἄνθεα ὕμνων νεοστίχων. Cantus florigeri media barbaria in Metelli Quirinalibus Carm. X.

Nos in laude tua ſellicitos juva,
Infantile decus dum tibi nectimus.
Cantu florigero ſerta nitentia
Felix hac puer accipe.

Sic Jornandes, fine Geticarum: *Hac qui leges ſcito me veterum ſcripta ſecutum, ex eorum ſpatioſis pratis paucos flores collegiſſe, unde inquirenti pro captu meo coronam contexerem.* Proſper Prologo Epigrammatum.

Dum ſacris mentem placet exercere loquelis,
Cœleſtiq; animum paſcere pane juvat.
Quosdam ceu prato libuit decerpere flores,
Diſtinctiſq; ipſos texere verſiculis.

Græciæ flores contra noſtrum apud Hieronymum de Inſtit. Monachi ad Paulinum: *Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur, & cum Græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis involvitur.* Sic flos Facundiæ vernæ apud Taurentium Epiſt. ad Ruritium: *Probatis in dogmate vos antiquos ſcripturarum interpretes, & divinorum voluminum Tractatores, veneranda mihi nomina, Cyprianum, Auguſtinum, Hilarium, Ambroſium, ſed & illuſtres alios facundiæ flore vernantes.* Auctor ad Piſonem.

Dulcia ſeu mavis, liquideque fluentia curſu,
Verba, nec incluſo, ſed aperto pingere flore
Inclyta Neſtorij cedit tibi gratia mellis.

Petrus Chryſologus, Sermone XVIII. *In hac Lectione quid Spiritualis intelligentiæ lateat, ſi ſcire volumus, verborum floſculos non quæramus.* Ennodius, Dict. X. *Ecce jam ex hyemali pectore, & corde algido dictionum floſculi vernant, & ridentia verborum germina depingunt calathos exhibentis.* Stemmata ſeu Coronæ loquendi eidem Hymno S. Cypriani.

Parvas loquendi ſtemmate
Moras reliquit ictibus.

Idem Epigrammate de Venerio: *Aurea fuxerunt locupletis ſtemmata Linguæ.* Priorem locum fruſtrà mutat alter Editorum. Romanos flores dicit, facundiæ Græcæ eorum cultum velut opponens. Victor Uticenſis libro III. *Euſebij translator, Græca facundia Latinisque floribus Rufinus ornatus.*

85. VICIBUS GRATIS FORMARE LOQUENTES.] Per Dialogos intelligit Modo ſcribendi Socratico, alijsq; Philoſophis dilecto. Latinorum Princeps Cicero adeò hoc genus frequentavit, ut per contemtum inde Dialogiſtæ nomen invenerit, ut ex Avidio Vulcatij, ipſiusque ad Atticum Epiſtolis Adverſariorum Libris docuimus. PLatonem primum Dialogos introduxiſſe Phavorinus tradidit. Alij Zenonem Eleatem præponunt.

ἔστι δὲ Διάλογος λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως συγκείμενος περὶ τινὸς τῶν φιλοσοφουμένων, καὶ πολιτικῶν, μετὰ τῆς πρεπούσης ἠθοποιίας τῶν παραλαμβανομένων προσώπων. καὶ τῆς κατὰ τὴν λέξιν κατασκευῆς, difinitore Diogene Laertio vita Platonis. Illam πρέπουσαν ἠθοποιίαν Formandi verbo doctè intellexit Claudianus; cum in ea Dialogorum omnis dexteritas conſiſtat. Gratiam tractationis pariter indicat, qua ſanè admirabilis PLato, Dialogiſtarum Pater. Ipſis Dialogis Dialogos intexunt alij, artificio pulcro, & recreante de novo lectorem, ut vides facere Zachariam Mitylenæum de Opificio Mundi & Deo, quem libellum cum Ænea Gazæo aliisque patris pretij duobus Editioni paratum habemus.

86. ALTERNO VERUM CONTEXERE NODO.] Sociaritis captionibus, offi-

officio Dialecticæ, quod pulcrè mihi delineaſſe viſus eſt PLotinus. Enneade. I, Libro III. cap.III. his verbis:

Τίς δὲ ἡ διαλεκτική; ἣν δεῖ καὶ τοῖς προτέροις παραδιδόναι· ἔστι μὲν δὴ ἡ λόγῳ περὶ ἑκάστου δυναμένη ἕξις εἰπεῖν, τί τε ἕκαστον καὶ τί τῶν ἄλλων διαφέρει καὶ τίς ἡ κοινότης, ἐν οἷς ἐστι, καὶ ποῦ τούτων ἕκαστον, καὶ εἰ ἔστιν ὅ ἐστι. καὶ τὰ ὄντα ὁπόσα; καὶ τὰ μὴ ὄντα αὖ, ἕτερα δὲ ὄντων. αὕτη καὶ περὶ ἀγαθοῦ διαλέγεται, καὶ περὶ μὴ ἀγαθοῦ, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ ἐναντίον, καὶ τί τὸ ἀΐδιον δῆλον ὅ, τι, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον. ἐπιστήμη περὶ πάντων, οὐ δόξῃ. παύσασα δὲ τῆς περὶ τὸ αἰσθητὸν πλάνης, ἐνιδρύει τῷ νοητῷ, κἀκεῖ τὴν πραγματείαν ἔχει, τὸ ψεῦδος ἀφεῖσα ἐν τῷ λεγομένῳ ἀληθείας πεδίῳ τὴν ψυχὴν τρέφουσα, τῇ διαιρέσει τῇ πλάτωνος χρωμένη μὲν καὶ εἰς διάκρισιν τῶν εἰδῶν.

Sejungit deinde Logicam, circa Syllogiſmos & propoſitiones occupatam: quam uno verſiculo cum altera junctim Claudianus complectitur, nodo rem connectendi ſcilicet artificem. Vide Sextum Pyrrhonicorum Hypotypos. lib. II. cap. XIII. XIV. & XXII.

87. SOCRATICO MANAVIT AB ORDINE.] Septem Sapientibus *Pythagoraq; demtis, reliquarum ſectarum in Philoſophia auctorem principes ferè adgnoverunt Socratem*; ne ijs demtis quidem, qui in ſpeciem alia omnia ab ejus doctrina ſciverunt. Vellejus pulcrè lib. I. *Philoſophorum qu que ingenia, Socratico ore defluentia, omnium, quos paullo antè enumeravimus, quanto poſt PLatonis Ariſtotelisque mortem floruere ſpatio?* Ea verba doctis Lacunam ſapiunt, non immeritò, cum illa enumeratio penitus non exſtet. Sic Epicuræos & Stoicos hæreditatem Socratis erevisse auctor Boethius lib. I. de Conſol. cap IV. *Ipſa Philoſophia loquente: Socrates injuſta victoriam mortis, me adſtante, promeruit. Cujus hæreditatem cum deinceps Epicureum vulgus ac Stoicum, cæteriq; pro ſua quisq; parte, raptum ire molirentur, meque reclamantem, renitentemq;, velut in partem prædæ traherent, veſtem, quam meis texueram manibus, diſciderunt; at reptiusque ab ea panniculis, totam me ſibi ceſſiſſe credentes, abiere.* Quatuor Hæredes Socratis ponit Maro in Ceiri, quorum nullus tamen ab ipſo ſeſe nominavit, Peripateticos videlicet, Academicos, Stoicos, Epicuræos: Hinc Principem Sapientiæ eumdem dicit Minutius Felix Octavio: Quamquam ſi Philoſophandi libido eſt, Socratem Sapientię Principem, quisquis veſtrum tantus eſt, imitetur. Vide Auguſtinum primis Capitibus lib. VIII. de Civ. Dei. Tribuitur huic ingens Humani orbis Magiſterium, Formatio nimirum Morum mortalitatis. Jul. Firmicus, lib. I. cap. III. Mathes. *Socrates verò, cujus Prudentia teſtimonio divinitatis ornatur, formatis moribus hominum, & divina inſtitutione compoſitis, falſis accuſationibus obrutus eſt. Et acerba delationis oneratus invidia, indefenſus & proditus, ſevera animadvertentium poteſtati ſuccubuit.* Hic totam Philoſophiam revocavit ad mores, & hanc ſummam dixit eſſe ſapientiam, bona malaque diſtinguere. Ut auctor Seneca Epiſt. LXXI. Elogia omnia nec ingens liber capiat.

88. DOCTA CLEANTEÆ] Doctrinam Cleanthis verè commendat. Ejus enim viri ingenium erat hebes, nec proficiebat niſi ærumnabili Labore, cui idcircò adeò ſe dedidit ut alter Hercules diceretur. Laertius, lib. VII. de Vitis Phil.

ὅθεν δὴ καὶ δεύτερος ἡρακλῆς ὁ κλεάνθης ἐκαλεῖτο. ἦν δὴ πονικὸς μὲν, ἀφύσικος δὲ, καὶ βραδὺς ὑπερβαλλόντως. διὸ καὶ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως.

Τίς δ' οὗτος κλίτος ὡς ἐπιπωλεῖται
στίχας ἀνδρῶν,

Μαλύτης, ἐπέων φίλος, Ἄσπος,
ὄλμος, ἄτολμος.

Plutarchus. ὥσπερ ὁ Κλεάνθης, καὶ ὁ ξενοκράτης, βραδύτεροι δοκοῦντες τῶν συσχολαστῶν. Fuerat pugil prius, ut ex mage priſcis Suida Magni metiti, inter Philoſophos, ut eorum numero accenſeat, quibus ſemper aſſurgat, Seneca Epiſt. LXIV. Cleanthea turba, Stoici, quorum iſte poſt Zenonem princeps & Pater. Exemplum vel primum parce vitam tranſigentium ponit Aelianus. Scripta cum interciderint, luculenta tamen monita ſuperſunt.

Κλεάνθης ἔφη τὸν ὀμνύοντα ἤτοι εὐορκεῖν, ἢ ἐπιορκεῖν, καθ' ὃν ὄμνυσι χρόνον. ἐὰν μὲν γὰρ οὕτως ὀμνύῃ ὡς ἐπιτελέσων, τὰ κατὰ τὸν ὅρκον εὐορκεῖν. ἐὰν δὲ πρόθεσιν ἔχων, μὴ ἐπιτελεῖν, ἐπιορκεῖν. Κλεάνθης ἔφη τοὺς ἀπαιδεύτους μόνῃ τῇ μορφῇ τῶν θηρίων διαφέρειν. Σκωπτόμενος οὖν Κλεάνθης ἐπεί τις ἔφη, τί σιγᾷς καὶ μὴν ἡδὺ τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν. ἡδὺ, ἔφη, ἀλλ' ὅσον ἥδιον, τοσῷ δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τοῖς φίλοις παραχωρητέον. Ὁ Κλεάνθης ἔλεγε τὴν λύπην ψυχῆς παράλυσιν. Κλεάνθης ἕλκους αὐτῷ ὑπὸ γλώττης γενομένου τὴν τροφὴν οὐκ ἐδύνατο παραπέμπειν, ὡς δὲ ῥᾷον ἔσχε, καὶ ὁ ἰατρὸς αὐτῷ τροφὴν προσήγαγεν, σὺ δὲ με, ἔφη, βούλει ἤδη τὸ πλέον τῆς ὁδοῦ κατανύσαντα ἀναστρέφειν εἶτα πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς τὴν αὐτὴν ἄρχεσθαι: καὶ ἐξῆλθεν τοῦ βίου. Κλεάνθης ἐρωτώμενος πῶς ἄν τις εἴη πλούσιος εἶπεν, εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν πένης. Κλεάνθης ἔλεγεν εἰ τέλος ἐστὶν ἡδονὴ, πρὸς κακοῦ τοῖς ἀνθρώποις τὴν φρόνησιν δίδοσθαι.

Hæc apud Stobæum, alibi alio. Sextus contra Mathem. lib. I. cavillatur neſciviſſe utrum homo eſſet, an bellua variabilis, verus Stoicomaſtyx, qui portenta ex eorum doctrinis prodit, lib. III. Hypotypos. non uno capite. Egregia ejusdem fuere carmina, ſuperſtitibus nonnullis in eodem Stobæo, & memorabiliſſimis his Seneca, Epiſt. CVIII. tranſlatis.

Ἄγου δέ μ' ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος,
ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος, ἢν δὲ μὴ θέλω
Κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Duc me parens, celſique dominator poli,
Quacumque placuit, nulla parendi mora eſt.
Aſſum impiger; fac nolle, Comitabor gemens.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt,
Malusq; patiar quod pati licuit bono.

Quanta Libertate transferendi, nemo non videt. Scripſeris *facere quod licuit bono.* At ſenſus hic eſt.

O Parca duc me, & magna majeſtas Iovis,
Quacunque vobis deſtinatus; vivimus.
Sequar impiger quocunque; ſi nolim malus
Invitus adigar ſtruere nil juvet pedem.

Atria vitam hominis alludunt.

90. CHRYSIPPE RECESSU.] De Chryſippo notæ hiſtoriæ, exſtatq; magno commodo omnium Litterarum Diogenes Laertius; cujus Rhapſodiæ licet diligentiſſimæ exactiſſimæq; non ſint, ſumma tamen utilitate & voluptate leguntur, ut multis vegrandibus carere præ iſto velle Sapientia ſit. Codicum non nemo non prorſus abſurdè habet *recuſſu*. Nihil tamen mutamus. Verba nefaria de Inceſtu permiſſo, edunda carne humana, abjiciundis cadaveribus. Verba Chryſippi refert Sextus Empiricus dicto lib. III. Hypolyp. cap. XXV.

91. DE-

91. DEMOCRITUS RISIT.] Sapientium hominum non poſtremus, cum primis cenſendus doctorum veterum, meo judicio: ſummam ſtudiorum & felicitatis humanæ in tranquillitate Animæ ponebat, quam εὐεστώ nominabat, cætera omnia fato ferri viſa (Eatenus ratio videlicet humana pertingebat) joco ludibrioq; habebat. Heſychius Illuſtrius:

Ὁρᾷν δ' ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις, πάντα δὲ κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, docebat ſcilicet Democritus. Τῆς δίνης αἰτίας οὔσης τῆς γενέσεως ἁπάντων, ἣν ἀνάγκην λέγει. τέλος δ' εἶναι τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξεδέξαντο; ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους, καλεῖ δ' αὐτὴν εὐεστώ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασι.

Summam hujus viri æſtimationem indicat Sextus Empiricus, Jovis voci aſſimulatum memorans, lib. I. Contra Mathemat. De Socrate.

ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα (ſic ſcribendum, negatione perperam in editis omiſſa) φησὶν, εἴτ' ἄνθρωπός εἰμι, εἴτε καὶ ἄλλο τι θηρίον τυφῶνος πολυπλοκώτερον. Δημόκριτος δὲ ὁ τῇ Διὸς φωνῇ παρεικαζόμενος, καὶ λέγων τάδε περὶ τῶν ξυμπάντων, ἐπιχειρήσας τὴν ἐπίνοιαν ἐκθέσθαι. Alia obvia Heſychium illum *Tabularium* Illuſtrium vocamus, Græco abuſu; qui Latinis ob dignitatem illuſtrem, hoc modo transferunt. Ut quod Gregorius ſcripſit lib. II. Dialog. cap. XXVI. *Sed neque hoc ſilendum puto, quod Illuſtri viro Antonio narrante cognovi.* Ita Græcè recenſet Zacharias PP. νομίζω μηδὲ τοῦ σιγῆς ἄξιον ὑπάρχειν, ὅπερ Ἰλλουστρίῳ ἀνδρὶ, Ἀντωνίῳ τοὔνομα, διηγουμένῳ, ἤκουσα.

91. DIXITQUE TACENDO PYTHAGORAS.] Quinquennij taciturnitate initiabantur doctrinæ ſuæ Pythagorici ad cœleſtia capienda ut fierent idonei. Sidonius.

Aſſerit hic Samius poſt docta ſilentia luſtri
Pythagoras; ſolidum princeps quod Muſica mundum
Temperet, & certis concentum reddat ab aſtris.

Non tamen omnes; quibuſdam enim biennium dabatur, triennio ipſo deciſo. Gellius lib. I. Cap. IX. Vide Jamblychum, Porphyrium, Laërtium, Vita Pythagoræ. Acumen autem elegans in oppoſitione vicina. Vitalis Gallicus Querulo. Libro I. *namque Qui tacet eſt melior; dicere diſce tacens.* Doctrina ejus Philoſophi ubiq; per noſtrum Poëtam ſparſa eſt Cum enim Platonicus eſſet, ut pleriq; gentilium eruditorum ejus ævi, non potuit non & illum ſpirare, quæ jam olim à PLatone ipſo fuerat ſub numeros velut Socraticorum Scitorum redacta Pulcrè Hieronymus in Rufinum: *PLato poſt Academiam, & innumerabiles diſcipulos, ſentiens multum deeſſe ſuæ doctrinæ, venit ad magnam Græciam, ibiq; ab Archyta Tarentino & Timæo Locrenſi Pythagoræ doctrina imbutus, elegantiam & Leporem Socratis cum hujus miſcuit diſciplinis. Tum verò una ferè erat Pythagoras & PLato, cum iſta commentaretur Claudianus, ut clarum ex Sophiſtarum libris.*

92. UNO SE PECTORE CUNCTA VETUSTAS CONDIDIT] Antiquitatis notitiam ſummam eruditionem habet, Alibi ad Honorium.

nec deſinat umquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetuſtas,

Ennius de viro laudatiſſimo doctiſſimoque, quem ſe ipſum indicare voluiſſe autumat Aelius Stilo apud Gellium.

Scitus ſecunda loquens in tempore, commodus, verbum

Pau-

Paucum; multa tenens antiqua ſepulta. Vetuſtas
Quæ facit, & mores veteresq; novosq; tenentem.
Multorum veterum Leges Divûmq; hominumq;
Prudentem.

93. MAJOR COLLECTIS VIRIBUS EXIT.] A ventis, aut Spiritibus alioquin alijs. Pariter de Aetna Lucretius, lib. I & ſcitè fulmen à collectione flammei vaporis magnum conamen eundi ſumere, lib. VI.

Et celeri fermè pergunt ſe fulmina lapſu,
Nubibus ipſa quod omninò prius incita ſe vis
Colligit, & magnum conamen ſumit eundi:
Exprimitur vis, atq; ideo volat impete miro
Vt validis quæ de tormentis miſſa feruntur.

94. ORNANTUR VETERES.] Inſigniore gloria, quam parit novorum Librorum conditio: ut & ampliore labore. Juſtinianus Imp. *Qui non ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui primus invenit.* Alterum indicat Ovidius cum de ſuis Poematijs loquitur.

Non tamen emendo, Labor hic quam ſcribere major.

Vetuſtatis patronum eumdem Manlium noſtrum vocat, eum titulum & ipſe ambiens, Symmachus, lib. V. Epiſt. IX. *Merebitur*, inquit, *ad ipſum, orationis aſſertio, ut tu etiam, vetuſtatis patronus, auctoritati Ordinis manum porrigas.*

94. ACADEMIA.] Notæ Athenæ Atticæ Sapientum Philoſophorumq; turbis: Nota & Academia ea in urbe, & Hecademi Silvæ, ubi verum magnis follibus excoquebatur. Urbs propter hoc vulgus Dijs cariſſima habebatur, cum qua omnia poſtponit Latio Claudianus. Libanius Proſphonetico Juliani.

εἰς γὰρ τὴν ἀρχαιοτάτην, καὶ σοφωτάτην, καὶ θεοφιλεστάτην, καὶ κοινὴν ἐρωμένην ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν γῆν, τὰς Ἀθήνας ἐκπέμπει. Minervam ipſam viſam eam divinis armis tutari nugatur Zoſimus canis paganus, Dei & Veritatis hoſtis, ſuo iſto tempore lib. V.

ἐπιὼν Ἀλάριχος πανστρατιᾷ τῇ πόλει, τὸ μὲν τεῖχος ἑώρα περινοστοῦσαν τὴν πρόμαχον Ἀθηνᾶν, ὡς ἔστιν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν, ὡπλισμένην καὶ οἷον τοῖς ἐπιοῦσιν ἐνίστασθαι μέλλουσαν. τοῖς δὲ τείχεσι προεστῶτα τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα τοιοῦτον οἷον αὐτὸν τοῖς Τρωσὶν ἔδειξεν Ὅμηρος, ὅτε κατ' ὀργὴν τῷ θανάτῳ τοῦ Πατρόκλου τιμωρῶν ἐπολέμει. ταύτην ὁ Ἀλάριχος τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεγκών, πάσης μὲν ἀπέστη κατὰ τῆς πόλεως ἐγχειρήσεως, ἐπεκηρυκεύετο δὲ, καὶ προσδεξαμένων τοὺς λόγους, ὅρκους τε λαβόντων καὶ δόντων, εἰσῄει σὺν ὀλίγοις Ἀλάριχος εἰς τὰς Ἀθήνας.

Ejuſdem Civitatis laus perpetua eſt ſtudium divinorum Sermonum. Nonnus lib. XXVIII. Dionyſiacorum,

αἰεὶ δὲ θεορρήτων περὶ μύθων
Ἀτθίδος ἀρχαίης φιλοπευθέες εἰσὶ πολῖται.

Major & felicior omnibus cæteris humana velut ſorte exemta. Ariſtides Priore de Pace:

ἐγὼ τοίνυν ἡγοῦμαι τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τῶν μὲν ἑλληνίδων εὐτυχεστάτην εἶναι καί, νὴ Δί', εἰ βούλεσθε προσθήσω, καὶ τῶν ἁπασῶν, οὐ μὴν πω τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης κρείττονα.

Chao eamdem per Lucem cœleſtem pulſo, primam terra emerſiſſe recenſet Hermogenes principio Rhetoricorum. Athenis eodem hoc tempore Platonicorum ſcholas floruiſſe

niſſe conſtat ex Sophiſtarum ſcriptis, & Aeneæ noſtri Theophraſto. Eorum non poſtremus fuit Maximus, homo nobilis, amplis opibus, cui frater Germanus Claudianus, cum tertio Nymphidiano,) quem Poetę noſtri patrem fuiſſe exinde auguror quod Maximum ſenem, ejus, ut dictum, germanum, ſibi juveni viſum Eunapius tradit, ipſum verò Claudianum Alexandriam commigraſſe, ibique Philoſophiam docuiſſe. Jam Ægyptium tunc noſtrum Alexandriæque natum Suidas diſertè ſcribit, nec diffitetur Vates ipſe. Claudianum eum in Nymphidiano ſic porrò deſcribit Eunapius, ut ipſe Dei hoſtis:

Μάξιμος δὲ ἦν ὁ φιλόσοφος ἀδελφὸς αὐτῷ, καὶ Κλαυδιανὸς ἕτερος, φιλοσοφῶν καὶ αὐτὸς ἄκρως, Ἀνὴρ δὲ τῆς μὲν Ἀθήνησι παιδείας καὶ ἀγωγῆς οὐ μετεσχηκώς, γενναίως δὲ εἰς ῥητορικὴν, καὶ τοῦ τῶν σοφιστῶν ὀνόματος ἄξιος.

Sic Philoſophorum ſummatum proſapia oriundus, commendat eos merito, doctrinamq; ubique ingerit manifeſtis indicijs auctor præſtantiſſimus. In Voce *Academia* variant regulæ Poeticæ, Syllabam enim extendit Laurea Tullius, apud Plinium, libro XXXI.cap.II.

Atq; Academiæ celebratam nomine villam.

De ea abundè alijs notatum.

95. UT TAMDEM PROPIUS DISCAT.] Uſui ipſi, & gubernationi tanti magiſtratus admota. *Propius*, certius, facilius, ſemotis obſtaculis. Gratius Cyneg.

Neve levem prædam, aut propioris pignora lucri
Amplexus, primo nequicquam offenderet actu.

Idem: *Diſce modos, & quæ tutela eſt proxima, tenta.* De Finibus, de Summo Bono, de Juſtitia, Honeſtate, Virtutibus, quæ hic tanguntur, Philoſophorum opiniones hic excutere non eſt. Noti Fontes omnium publicè.

96. VIRTUS DIVISA.] Unam ſtatuit virtutem diviſam in Juſtitiam, Temperantiam, Fortitudinem, cæteras. Pulcrè Seneca, Epiſt. LXVI. *Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, ſed ex natura pretia rebus imponens, toti ſe inſerens mundo, & in omnes ejus actus contemplationem ſuam mittens, cogitationibus actionibusq; intentus, ex æquo magnus ac vehemens, aſperis blandisq; pariter invictus, neutri ſe Fortunæ ſubmittens, ſuprà omnia quæ contingunt, acciduntque, eminens; pulcerrimus cum decore, cum viribus ſanus ac ſiccus, imperturbatus, intrepidus, quem nulla vis frangat, quem nec attollant fortuita, nec deprimant. Talis animi virtus eſt, hæc ejus facies, ſi ſub unum veniat adſpectum, & ſemel tota ſe oſtendat. Cæterum multæ ejus ſpecies ſunt, quæ pro vitæ varietate, & pro actionibus, explicantur, nec minor fit aut major ipſa. Decreſcere enim ſummum bonum non poteſt, nec virtuti ire retrò licet, ſed in alias atq; alias qualitates convertitur, ad rerum, quas actura eſt, habitum figurata.* Hic eſt egregius Claudiani Interpres.

98. OBJECTET VITIIS.] Virtus enim fugere vitia. Multa hæc interpretantur in Quartum Honorij Conſulatum relata.

99. VINCAT RATIONE METUS.] Ratio nimirum in id data homini, ut Sapientiæ & Bonæ Mentis ſtudioſus, vitia omnia deformesq; larvas fugiat, ſuperet, declinet, exſcindat. Epicurus apud Laertium, lib. X.

βλάβας ἐξ ἀνθρώπων ἢ διὰ μῖσος, ἢ διὰ φθόνον, ἢ διὰ καταφρόνησιν γίνεσθαι αὐτῷ δοκεῖ, ὧν τὸν σοφὸν λογισμῷ περιγίνεσθαι. Hanc adeo divinam, ut omnia gubernare poſſit, faciunt diſcipuli ipſius egregij. Manilius lib. II.

Hic igitur Deus, & Ratio, quæ cuncta gubernat,
Ducit ab æthereis terrena animalia ſignis.

Quam & infallibilem idem nominat, oppoſita nimirum ſenſuum incertitudine. Eod. Libro.

O *Ipſa*

Ipſa Fides operi faceret pondusque fidemque,
Nam neque decipitur Ratio, nec decipit umquam.

Hæc enim eſt, quæ quicquid certi ſcimus docet, quæ rerum fines modosque indagat, ut cenſent Sapientum ad eam principes, gnara optimarum ſuperi inferiq; mundi rerũ. Idem Manilius de primis hominibus, qui utendo & aburendo Rationem acuerunt excitaruntque, donec in ſpeciem utilem, ſtatumq; velut iſtum divinum, compulerunt, quo tot modo rerum perſpicax eſt.

Omnia conando docilis ſollertia vincit:

Melius legas, vicit, ad ea quæ ſubjiciuntur:

Nec prius impoſuit rebus finem modumque
Quam cœlum adſcendit, Ratio: cœpitque profundis
Naturam rerum cauſſis, viditque quod uſquam eſt.
Pervidit, ſolvitque oculis miracula rerum.
Quæ poſtquam in proprias deduxit ſingula cauſſas,
Vicinam ex alto mundi cognoſcere molem
Intendit, totumque animo comprendere cœlum.

Hanc ideo datam homini exputarunt, (ſanè non ſine cœleſti adjutorio) uti Naturam conſiderare, & Opera Dei mirabilia perſpicere. Hierocles in Libro de Nuptijs (Juvat enim prolixius hæc inſpicere): *Nobis Natura Rationem donavit, ut & alia omnia & cum omnibus, immò ante omnia ipſam Naturam conſideret, quæ ad ipſam, tanquam ſcopum, rectè riteq; propoſitum feratur, & quicquid illi conſonum eſt, eligens, ad vitam decentem nos promoveat. Et ut ſit domina & moderatrix cupiditatum, ſecundum quod ſcribit* Demoſthenes apud Stobæum, Serm. X V. *Perpetuum hoc eſſe debet Sapientis inſtitutum, ut Rationem cupiditatum Dominam conſtituat.* Et præclarè eadem duo conſiderat, ignotus ſcriptor, in ejusdem Sermone LXIIX. *Cupiditates eſſe mulieris Rationem verò viri inſtar in rebus humanis. Ratio quidem* inquit, *Patrifamilias & Principi conſimilis eſt, utpute natura ſenior & generatione ſua ad conſiderandum cogitandumq; apta: Cupiditas verò cum ſit muliebris, tenera, & mollis animi affectus mulierem repræſentat. Qua in re conſiderandum tamen ne aut exceſſu aut defectu abutamur Rationis Imperio:* hoc eſt, ut civili Officio velut erga mulierem, contra muliebre cupiditatum deſiderium utamur. Tria enim genera ſunt modorum, quibus fœmina regitur, Herile, quod ipſi odio plerumq; habetur, Præfectorium, quod contemnitur, civile; quo ſolo rectè gubernatur, ut in quo & admirentur & ament mulieres maritos ſuos, uti pluribus exſequitur Callicratides Lacon, libro de Felicitate Familiarum, relatore eodem Stobæo, Serm. LXXXIII. Ad perfectam porrò rerum cognitionem opus eſt ſcientia cauſſarum, *quibus Ratio uſui* eſt indagandis, uti eæ non ab Eventibus dijudicentur, in quibus dominatur Experientia. Artemidorus Onirocrit. lib. IV. Cap. XXI.

Πολλὰ γὰρ ἀποβαίνει συνεχῶς καὶ οἱ τὰ μὲν κατὰ λόγον ἀποβαίνει, ἴσμεν ἐκ τοῦ πάντα τὰ ὁμοίως ἀποβαίνειν· τὰς δὲ αἰτίας δι' ἃς οὕτως ἀποβαίνει, εὑρεῖν οὐ δυνάμεθα, ὅθεν ἡγούμεθα τὰς μὲν ἀποβάσεις ὑπὸ τῆς πείρας εὑρῆσθαι, τὰς δὲ αἰτιολογίας ἀπὸ ἡμῶν αὐτῶν, κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν.

His ſupputationibus & excogitationibus eò ventum eſt denique ut Ratio adverſus omnia accidentia ita ſtabiles firmosq; doctorum hominum animos reddiderit, ut omnia extrinſecus ingruentia, velut ad ipſos nihil omninò facientia, contemtui haberent, utpotè minimè generoſitatem animo contrà omnia fortuita conceptam, tangentia; ſed procul ab ea cum ijs conflictantia quibus pretium ſola opinio affingeret. Securitas enim divina, munita argumentis Sapientiæ, omnia cogita, nihil improviſum habet, ideoque notatum

rerum

rerum caſibus, quod de ignotis accidere ſolet, non percellitur. Jamblychus cap XXXII. Vitæ Pythag.

ἦν δὲ καὶ οὗτο μέγιστον εἰς γενναιότητος ἔρμα, τὸ πεπεῖσθαι, ὡς οὐδὲν δεῖ τῶν ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων ἀπροσδόκητον εἶναι παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν. ἀλλὰ πάντα προσδοκᾷν, ὡς μὴ τυγχάνουσιν αὐτοὶ κύριοι ὄντες.

Idq; adeò firmiter concipit Sapientia Ratione nixa, ut hujus ſectæ homines, uti vinciri, more gladiatorum, non detrectarint, potius quidem quam quicquam de doctrinæ, animo conceptæ, rigiditate remittere. Idem Jamblychus: *Amici quoq; & familiares Pythagoræ potius quam quicquam eorum, quæ ab eo definita fuerant, violarent, mori eligebant, & varijs modis fortunisq; explorati, eumdem morem conſtanter ſervabant, inque immenſis verſantes miſerijs, nullo umquam modo ab iis vel latum unguem declinaverunt.* Quæ quidem ea ſunt, quæ Claudianus paucis his verbis docet, &, veritate revelata, conſummarunt, certitudine cœleſtium præmiorum, Chriſtiani: etiam in eo paribus rebus, quod alterum alter certis, & ei rei deſtinatis, carminibus quibusdam ſunt conſolati, confirmantes perſuaſionem doctrinæ jam animo perceptæ, ut ſequentibus eo loco ſcribit idem Jamblychus. Et revera, quod utcunq; de Stoicis dixit Hieronymus, eos in plerisq; dogmati Chriſtiano convenire; id de Pythagoræ diſcipulis ſanioribus, recteq; captis dogmatis, affirmavero; venietq; in ſententiam qui trimeſtre aliquod ſpatium penitus excutiendis omnibus impenderit. Duce præcipuo aureolo Commentario Hieroclis in Aurea Carmina. Porrò de Ratione ipſa, variæ Sapientum priſcorum Opiniones fuerunt: PLato, & qui ejus bonam partem fecit, Pythagoras, Animam hominis exire bipertitam cenſuerunt, in Iracundiam nimirum, & Cupiditatem: Stoici octo Animæ partes dederunt; quarum omnium ſuprema ſit Rationalis, cæteris utens velut inſtrumentis, ut ea vi mentis, quæ videt, audit, odoratur, guſtat, tãgit, loquitur, proſeminat. Quorum opinionem irridens, perpetuus ipſorum, neque immeritò, inſectator, Plutarchus, animam facere uti ſit inſtar Polypi, ait: Eadem Ratio auriga affectuum ponitur, cum exorbitare nimirum & efferri extrà præſcriptum volunt, ut eos compeſcat atq; coerceat, uti hoc loco Metum ab ea domari Claudianus aſſerit. Nota loca PLatonis, Antonini, Aeneæ, aliorum, alibi nobis examinata. Iſidorus Peluſiota lib. II. Epiſt. CLXXXIX.

ὅταν ὁ θυμὸς τὰς ἡνίας τοῦ ἡνιοχοῦντος λογισμοῦ ἀπορρήξῃ ἔξω τῶν τῆς φύσεως ὅρων ἀπάγει πολλάκις τὸ τοῦ ἀνθρώπου φρόνημα.

Quâ de re peculiarem librum commentatus eſt Joſephus. Rationis ergo ductum ſemper & ubique (ſecundum Philoſophos) ſequi debemus, ita enim fiet, ut rebus rectè perpenſis, nihil temerè agentes, numquam à ſtatu mentis percellamur Plato II de Republ.

ὅμως εἰ μέλλομεν εὐδαιμονήσειν, ταύτῃ ἰτεόν, ὡς τὰ ἴχνη τῶν λόγων φέρει.

Marcus Antoninus, lib. X. σχόλαιόν τι ἅμα καὶ εὐκίνητόν ἐστι, καὶ φαιδρὸν ἅμα, καὶ συνεστηκὸς ὁ τῷ λόγῳ κατὰ πᾶν ἑπόμενος. Sine vero hac contra nihil quicquam benè geritur. Plato Epinom. Στερόμενος ἀληθοῦς λόγου, σοφὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο.

Rutilius Lupus, Libro I. *Furor non Ratio, ſine qua nihil umquam populus ex ſententia geſſit.* Definitio ſive deſcriptio non inanis eſt apud Petrum Lombardum lib. II. Sententiar. cap. IV. *Ratio vis eſt animi ſuperior, duas habens partes; ſuperiorem & inferiorem. Rationis pars ſuperior æternis Rationibus conſpiciendis vel conſulendis adhæret; Portio inferior ad Temporalia gubernanda deflectitur. Et illa Rationis intentio, qua ſuprema contemplamur, & æterna; Sapientia appellatur, illa verò, qua benè utitur rebus temporalibus, ſcientia deputatur.* Hæc

...cognitione uſus Rationis egregiè pro-
...nitur: Sapientia videlicet quod ijs inhæ-
...eat, quæ fallere non poſſunt, quoniam floris
...unt æterni. Scientia autem cum tranſeat
...pariter corporis bonis, illis adſtringitur, qui-
...bus rectè utendis abſolvitur. Quamquam
...qui & hæc exactius excutere velit in alia ven-
...turus ſit, cum Sapientiæ utiq; ſit gradus qui-
...dam Scientia. Nec Ratio umquam conſtet
...ſine utraq;. Diſtinguitur porrò ab alijs Ani-
...mæ facultatibus, ut ſunt, Intelligentia, & Me-
...moria. Gulielmus Hirſaugienſis, in Locis
...Philoſophicis: *Animæ ſunt diverſæ potentiæ. Intelligentia, Ratio, Memoria. Et eſt intelligentia vis animæ, qua percipit homo incorporalia. Cum certa ratione quare ſit ita. Ratio verò eſt vis animæ qua percipit homo, quid ſint res, in quo conveniant, in quo differant. Memoria eſt qua firmè retinet homo ante cognita.* Cum verò non exactè diſtinguere omnia poſſit Ratio, neque tamen pauca ſint, quorum perfectam cognitionem habens rectè ijs uti poſſit, aliam & ipſa diſtinctionē ſubijt, in Veracem ſvidelicet & Opinatricem. Chalcidius Commentario in Timæum: *Propterea oportuiſſe caput in excelſo totius corporis collocari, ut domicilium eſſet partis animæ principalis, quod ἡγεμονικὸν à Philoſophis dicitur, id eſt Ratio: Cujus duplex virtus altera intelligens, opinatrix altera, juxta quas Sapientia cum diſciplina, & item Prudentia cum Rectis opinionibus convaleſcunt.* Hæc natura ſua bona atq; ſancta eſt; & ubi illa dominatur, exeſt omne animi corruptrix vitium. Victorinus, in primum Rhetoricorum: *Ubi Ratio eſt & Sapientia, malitia ineſſe non poteſt. Hæc cum in anima hominis conſtans firmum ſui fundamentum fecerit, uſuiq; ſuo hominem totum aſſuefecerit, uti omnia ad nutum ſuum & imperium, conſtanti tenore fiant; perfectam in eodem gignit virtutem, quæ Beatitudinem tandem legitimam producit.* Cicero, Tuſculan. II. *Præſto eſt Domina omnium & Regina, Ratio, quæ connixa per ſe & progreſſa longius, fit perfecta virtus. Hæc ut imperet illi parti Animi, quæ obedire debet, id videndum eſt viro.* Hujus porrò eſt inventio ſcientiarum, & quicquid uſui vitæ atq; auxilio eſt, hac magiſtra eſt excogitatum, ut nimirum omnia nūc certis regulis terminisq; conſtent, quibus comprehenſa poſſint diſci uſuiq; applicari. Gratius, de primis hominibus.

> *Te ſociam. Ratio, rebus ſumſere gerendis,*
> *Hinc omne auxilium vitæ, certusq; reluxit*
> *Ordo, & contiguas didicere ex artibus artes*
> *Proferere: hinc demens ceſſit violentia retrò.*

Hæc cum partibus ordine & ſcitè coagmentatis generalia proponit, aſſumtis alijs, ut quod cupit demum velut neceſſariò ex illis ſequatur. Ratiocinationem gignit, inſtrumentum doctrinarum docendarum, quam Syllogiſmum nonnumquam vocant Græci, ut vides apud Quintilianum lib. VII. cap. VIII. & definit, licet craſsè & mechanicè. Vitruvius lib. I. cap. I. *Eſt & Ratio collectio quædam ex ſenſibus perceptis, quæ videntur; ſcilicet, viſave ſunt: perſpiciuntur, perſpectave ſunt.* Epictetus apud Arrianum lib. I. cap. XX. Diſp.

ὁ οὖν λόγος πρὸς τί ποτε ὑπὸ τῆς φύσεως παρείληπται; πρὸς χρῆσιν φαντασιῶν οἵαν δεῖ. Αὐτὸς οὖν τί ἐστι; σύστημα ἐκ ποιῶν φαντασιῶν. Tantum vero hujus Imperium in rebus humanis, videlicet cum ut debet agit, ut auctoritatem ejus divinæ veterum Sapientes æquaverint. Manilius verbis ſuprà adſcriptis. Hierocles in Aureum Epos: οὐδενὶ χρὴ πείθεσθαι, πλὴν τῷ ὀρθῷ λόγῳ. τουτέστι τῷ λογικῷ κατὰ φύσιν διατεθέντι. οὗτος δὲ καὶ διορᾶν δύναται λεκτέα τε καὶ πρακτέα. λόγῳ δὲ ὀρθῷ πείθεσθαι, καὶ θεῷ ταὐτόν ἐστι. τὸ γὰρ λογικὸν γένος συμμοιρῆσαν τῆς οἰκείας ἐλλάμψεως. ταῦτα βούλεται ἃ ὁ θεῖος ὁρίζει νόμος, καὶ γίνεται σύμψηφος θεῷ, ἡ κατὰ θεὸν διακειμένη ψυχή.

ψυχή. καὶ πρὸς τὸ θεῖον καὶ τὸ λαμπρὸν ἀποβλέπουσα πράττει, ἃ ἂν πράττῃ.

Eſt etenim vera & recta illa Ratio divinitati proxima, adeoq;, ut communis ſit Deo & homini, ſiquidem fidem adhibemus Stoicis, ex quibus (licet nolint alij) Seneca, cum egregia tamen & Chriſtiana conditione ait, Epiſt. XCII. *Ratio diis hominibusq; communis eſt, hæc in illis conſummata eſt, in nobis conſummabilis.* Quæq; ſecernit hominem cæteris animantibus: Idem Epiſt. LXXVI. *Ratio perfecta proprium hominis bonum eſt, cætera illi cum animalibus ſatisq; communia.* Quæ latius deducuntur ibidem, ut & alio loco ab Apollinari Sidonio, qui Lib. VII Epiſt. XIV. probat ſenſuſſe animantibus nonnullis quam hominibus præſtantiores. *Ratio* porrò eſt animæ puriſſima pars, quibus ea Dijs cognata perhibetur: Legendus Macrobius, libro I. in Somnium Scipionis, cap. XIV. PLato, Plotinus, & alij ejus dogmatis, inprimis Marſilius Ficinus, non indignus ſcientia Platonicorum ſcitorum, veteribus adſcribi, licet eloquio fere deſtituatur. In anima verò humana, quæ eſt divinæ originis, omnium Sapientium conſenſu pars Sanctiſſima eſt Rationalis facultas. Appulejus Apologia: *Eum noſtri non modo majorem & Comitialem, verum etiam divinum morbum, ut Græci ἱερὰν νόσον, ferè nuncuparunt. Videlicet quod animi partem Rationalem, quæ longè ſanctiſſima eſt, eam violet.* Hæc quomodo nata ſit ex charitate ſuiipſius à natura inſita, ut nobis noſtroque uſui utilia quæque indicet, docemur à Tauro Philoſopho, apud Gellium, lib. XI. cap. V. Ubi exemplum eſt *Rationis* Dolori confligentis. Hanc eamdem præſidem humanarum rerum adeo ſanxerunt veteres, ut conderent Leges arbitrio ejus, unde & anima harum perhibetur à Juſticiæ Sacerdotibus: Hæc ita eſt, cum ſana eſt, ut Aequitati divinæ maximè conſentiat, & ea ſuadeat, quibus meliora homo invenire non poſſit, quapropter de Contrarijs Legibus dicunt ſcriptores, non Ratione, ſed libidine Imperantum natas peſſundare omnia. Gunterus noſter, Ligurini. lib. VIII.

qualesve tyrannos
Senſerit Italiæ Fortuna miſerrima plebis,
Cum toties preſcripta bonis, addictaque ferro,
Aut ſpolijs nudas aut ſanguine paſcerat iras.
Nec Legem Ratio, ſed Regum ſola libido
Poneret, & ferro gaudens, non lege, Poteſtas.

Non ſecus vero in medica quoque adminiſtratione, nihil tam conſiderandum quam Ratio, quæ ſummam humanæ expenſionis facit, quæ Veritas & Æquitas ideo eſſe videtur, quia ulterius mens procedere non poteſt, uti multis locis Galenus, Rationalium ſcriptorum copioſiſſimus, teſtatur. Neque ullius magis ſcientiæ aut Notitiæ eſſe, rationem uſui adhibere quam Medicinæ, Exempla contrà inconſultorum Experimentatiorum demonſtrant. Divinarum ſpeculationum myſtæ veteres conſulti quid in vita maximum optimumque ſit cenſendum, reſponderunt, id eſſe, vota facere Deo, & Ratione ab illo oriunda bene ſapienterque uti. Vide Arrianum Diſſertat. Epiſt. lib I. cap. I. Præter porrò etiam humanum genus, nihil in orbe ſine hac eadem ſibi conſtat omnia ab hac pendent, omnia ad hanc adligata ſunt, omnia hac conſervantur. Hieronymus ad Fabiolam de Veſtitu Sacerdot. *Ratione cuncta ſunt plena & terrena hærent cœleſtibus; immò Ratio terrenorum & temporum, Caloris & frigoris, & duplex inter utraq; Temperies, de cœli curſu, & Ratione deſcendit.* Nec deeſt animantibus pro ſuo cuique genere, (licet Chryſippus eorum velut hoſtis fuerit, ut tradit Sextus lib. I. Pyrrhon. cap. de Ratione irrationabilium) tantum Rationis, quanto ei uſus eſt. Vide Lactantium cap. VII. De Ira Dei. Non autem generate traditur homo in hominem ſuam ipſi Rationem, ſed cœlitus ea dimittitur, & condito, ſive qui jam conditur, homini immittitur, uti pulcrè docet Anaſtaſius Si-

naita Libro de Imagine Dei in Nobis. Chriſtiani autem dogmatis vindices, quamvis eidem indulgeant, in eaque agnoſcant ſuperſtes aliquid de vi cœleſti; vitæ nimirum honeſtæ gubernatricem, & affectuum domitricem, quæ ſola rerum caducarum pretia æſtimare poſſit, & quid ſe deceat, contemtu futilitatis cognoſcere; ſuperis aſpirare, caſus doloresque frangere, inveſtigare etiam ſummam Sapientiæ divinæ Bonitatem; quatenus illa notam eſſe vitam iſtam colentibus ſe voluerit; cum tamen ad contemplationem myſteriorum divinorum, & ſacroſanctorum Salutis dogmatum venerit, nequaquam ejus judicio quicquam cedunt, ſed ineptam cæcamque cum ſuis ſibi litteris Antiquorum Sophiſtatum pronunciant.

Conſentiunt loca mille ſcripturæ; indicatque rubum igneum acceſſurus quod calceamenta pedibus demere jubetur Moſes. Ezechielus Poeta, penes Euſebium προπαρασ. lib.IX. cap.XXIX. verba Dei ſic reddit.

> Ἐπίσχες, ὦ φέριστε, μὴ προσεγγίσῃς,
> Μῶσῆ, πρὶν ἢ τῶν σῶν ποδῶν λύσαι δέσιν.
> Ἁγία γὰρ ἡ γῆ, ὅπου σὺ ἐφέστηκας πέλει.

Fide videlicet acceſſurus Deum exſuat Rationis ſubſidium. Et veriſſimus eſt Aphoriſmus Juſtini Martyris: Σαφὴς ἔλεγχος τῆς ἀπιστίας τὸ πῶς περὶ θεοῦ λέγειν. Hieronymus, Græcus Theológus, libello de Trinitate, abſterret acumen humanum ſcrutatione myſteriorum exemplo Pulicis, cujus naturam nullo modo comprendere aut perdiſcere homo, utcunque ſatagens, quear. εἰπέ μοι, inquit, σὺ ὁ τὸν ἀκατάληπτον ποιητὴν καὶ θεὸν δοκιμάζων μαθεῖν, καὶ πολυπραγμονεῖν, λέγε μοι πρῶτον, τί ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ ψύλλου, καὶ ὁποία ἐστιν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁποία ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. καὶ πῶς αὕτη ἄνευ ἀποφορᾶς ἀνυπομάτως συνίσταται; καὶ πῶς λογισμὸν ἢ σοφίαν μὴ ἐπιστάμενος, ἐρᾷ τὸν ἄνθρωπον, καὶ φεύγει φοβούμενος τὸν θάνατον. πόθεν δὲ οἶδεν ὅτι θανάτῳ ἀπόκειται; ποίοις δὲ λογισμοῖς βουλεύεται; πόθεν ἔμαθεν ὅτι ἐχθρὸς αὐτοῦ ὁ ἄνθρωπος καθέστηκεν; ποῦ δὲ ἡ μνημονευτικὴ αὐτοῦ ἀπόκειται διάνοια; τίς δὲ ὁ διδάξας αὐτὸν ἐν ταῖς ῥαφαῖς καὶ διπλώσεσι τῶν ἱματίων κρύπτεσθαι; τί δὲ ἄρα καὶ ὀνομάζειν τὸν ψύλλον ὀφείλομεν ὅσοι ἐξερευνῶμεν τῆς θεότητος. ἄρα τετράποδον αὐτὸν εἴπωμεν, ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν, ἄρα ἑρπετόν, ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ζῶον, &c. Vide Chryſoſtomum Hom.II. in Geneſin, Procopium, lib.I. Gothicorum, Arnobium, lib.II. Infinitosque alios, qui perſpicuè clareque docent quatenus Agat Satam, domina ſervam ſequatur, quo hîc ſacramento uti ſcriptores ſancti cum Prudentio ſolent.

99. METUS AMORES.] Duæ Furiæ Tranquillitatis humanæ, Boethius:

> *Quid tantum, miſeri, feros tyrannos*
> *Mirantur, ſine viribus furentes,*
> *Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas,*
> *Exarmaveris Impotentis iram.*

Non inſcitè B. Auguſtinus duo cupiditatum genera facit, alterum flagellum nuncupans, quod animum occupari hominis perpete velut ſcutica torqueat; Alterum perhibens facinus, videlicet alteri nocere quod geſtiat. Coercenda vero prorſus Cupiditas, Amores hic vocat Claudianus; radix videlicet malorum, mater tranſgreſſionis, magiſtra nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, ſicaria virtutum, origo ſeditionum, offenſionum fovea tradente Petro Chryſologo. *Timor & Cupiditas contraria duæ Furiæ*, alia tamen ex alia oriundæ, ut in una quodammodo utramque confeceris Seneca, Epiſt V. *Ut hujus quoque diei lucellum tecum communicem, apud Hecatonem noſtrum inveni, cupiditatum finem etiam*

etiam ad Timoris remedia proficere. Deſines, inquit, *timere; ſi ſperare deſieris. Iſta quæ tam diſſimilia ſunt, pariter incedunt. Spem metus ſequitur. Nec miror iſta ſic ire; Vtrumque pendentis animi eſt, utrumque futuri exſpectatione ſollicitis.* De utraque ſuprà ad noſtrum, adde Manilium, ſapientiſſimis toto opere verſibus, qui exſtant initio Libri Quarti.

99. FRÆNET AMORES.] Injecto velut fræno coerceat. Juvenalis.

> *pone iræ fræna modumque,*
> *Pone & Avaritiæ*

Pertinet eodem Conſilium Senecæ, de Tranquill. cap. X. *Non ſunt Cupiditates in longum mittendæ: in vicinum illis egredi permittamus, ſi includi ex toto non patiuntur; propè poſita, ſpeique noſtra alludentia ſequamur.* Pariter Boethius.

> *Quænam fræna cupidinem*
> *Certo fine retentent.*

100. SEMPERQVE FLUENTIS MATERIÆ CAUSSAS.] Plutarchus: Οἱ ἀπὸ Θάλεω καὶ Πυθαγόρου, καὶ οἱ Στωικοὶ τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν, καὶ μεταβλητὴν, καὶ ῥευστὴν ὕλην δι᾽ ὅλου φασὶ τὴν ὕλην. Zeno. Οὐσίαν δὲ εἶναι τὴν τῶν ὄντων πάντων πρώτην ὕλην, ταύτην δὲ πᾶσαν ἀΐδιον, καὶ οὔτε πλείω γιγνομένην οὔτε ἐλάττω. Chryſippus: τῶν κατὰ ποιότητα ὑφισταμένων πρώτην ὕλην, ταύτην δὲ ἀΐδιον, οὔτε αὔξησιν, οὔτε μείωσιν ὑπομένουσαν. Plura ad Æneam & alibi. PLotini doctrinam habes in Macrobio lib. II. in ſomn. cap. XII. Eandem Ægyptiorum apud Laertium prologo. Aliter Triſmegiſtus; materiam ſcilicet talem nequaquam ſine forma poſſe exiſtere. ἀγεννησία, inquit, τῆς ὕλης ἀμορφία ἦν, ἡ δὲ γένεσις τὸ ἐνεργεῖσθαι. Altera opinio tangitur & Boethio, lib. III. cap. IX. de Deo:

> *Quam non externæ pepulerunt fingere cauſſæ*
> *Materiæ fluitantis opus.*

Hoc eſt non decreſcentis. Illum perpetuum fluorem. Tenorem videntur eodem ſuum referre Stoici. Cenſorino adjici conſuetum Fragmentum: *Initia rerum eadem Elementa & principia dicuntur. Ea Stoici credunt Tenorem atque Materiam; Tenorem, qui rareſcente materia à medio tendat ad ſummum, eadem concreſcente rurſus à ſummo referatur ad medium.* Rectè eo loco Scholiaſtes nihil mutandum cenſuit: ſit enim Tenor perpetuus ille Formarum in corpora decurſus & regreſſus, quo de morte alterius ſuccedunt alia in vitam, ut materia nimirum in uno rareſcens concreſcat in alterum, ſitque orbis perpetuus Vitarum & Mortium: De materia etiam Theodoretus Serm. IV. Therap. Auguſtinus lib. VIII. de Civ. Dei. Ariſtoteles I. Phyſic. Niceforus Blemmid. Phyſ. cap. VI. Cicero Academ. Q. lib. IV. Materies æterna Lucretio. Joannes Sareſbur. Metal. lib. IV. cap XXXV. *Bernardus Carnotenſis, perfectiſſimus inter Platonicos ſeculi noſtri, hanc ſententiam metro complexus eſt:*

> *Non dico eſſe quod eſt, gemina quia parte coactum*
> *Materiæ formam continet implicitam.*
> *Sed dico eſſe quod eſt, una quod conſtet earum,*
> *Hoc vocat Ideam, illud Achivus ὕλην.*

Licet Stoici Materiam & Idæam Deo crederent coæternam. Alludit eamdem ejuſdem æternitatem Philoſophis ſtatutam Fulbertus Carnotenſis Epigrammate iſto, ſatis ad ea tempora luculento, ad Deum.

> *Tu qui de nihilo mundum finxiſſe probaris,*
> *Nam tibi materies nulla coæva fuit.*
> *Et nutu facili, noto tibi tempore, ſolves,*
> *Tam diuturne dehinc, quam prius exſtiteras.*

Sejungit verò Materiam hanc perennem ab Elementis Claudianus, quoniam hæc ex ea profluere dicebantur. Vide PLutarchum Placitis, Stobæum Ecl. Phyſ. cap. περὶ ὕλης.

Favo-

Favonius Eulogius, in ſomnium Scipionis: *At non ſic mundus unus, cujus aut duæ ſunt partes, Mens & Materia, aut vero quatuor Elementa, momentis potentiaq; diſtantia.* Noſtri pro eadem ſolam Dei Voluntatem habent. Gregorius Nyſſenus in Vita Thaumaturgi. ἐν γὰρ τοσαύτῃ τοῦ δούλου ἡ δύναμις, ὡς ῥήματι κινεῖν τὰ ἀκίνητα, καὶ προστάγματι κεχρῆσθαι κατὰ τῶν ἀναισθήτων, καὶ τοῖς ἀψύχοις διακελεύεσθαι, πόσην εἰκός ἐστι περιουσίαν δυνάμεως ἐν τῷ δεσπότῃ τοῦ παντὸς καταγνοῆσαι; οὗ τὸ θέλημα, οἷόν τις ὕλη, καὶ κατασκευὴ, καὶ δύναμις, αἴτιον δὲ τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων, καὶ τῶν ὑπὲρ ὄντων ἐγένετο. Inde ſolum Deum eſſe æternum conſtat, neque ante Voluntatem ejus mundi creandi ulla materia fuit, quam miſeri mortales ultimo ſpeculationum ſuffugio fabricarunt, ut divina ſcilicet mens quodam adjumento ad Creationem rerum ſuffulta acceſſerit. Hippolytus Martyr, Homilia de Uno & Trino contra Noetum: *Deus ſolus cum eſſet, nihilq; ſibi coævum haberet, voluit mundum efficere, & mundum cogitans ac volens, & dicens, effecit; continuoq; exſtitit ei factus, ſicut voluit. Et, ut voluit perfecit. Satis igitur nobis eſt ſcire ſolum, nihil eſſe Deo coævum: qui cum vult facit, quando cogitat, perficit, quando loquitur, oſtendit.*

100. ANIMAVERIT ASTRA.] Vitas Genioſque ſuos aſtrorum corporibus adſcribebant veteres, conſenſu ferè Auctorum. At in Orphicis myſterijs tradebatur ſingulos mundos ſingulis ſtellis ineſſe, ut memorat Plutarchus ἀρεσκ. lib. II. cap. XIII. Angelos inibidem collocabant Pythagoræi, quod genus Dæmonum προσεχὲς τοῖς οὐρανίοις appellabant. Lege Hieroclem in Verſum Secundum Carminis Aurei. Multa huc facientia in Poemate Manilij, quod ad hunc Claudiani Mallium nolim relatum doctis nobisq; amicis hominibus. Manilium vocant Veteres editiones, cum Typographia natæ: vocat exemplar manu exaratum quod in Bibliotheca Corporis Dominici Oxoniæ ſervatur. Citatur eadem nomenclatura apertè addito etiam Marci prænomine, ante ſexcentos abhinc annos à Gerberto Rhemenſi, Ravennate, & mox Romano, Pontifice Epiſt. CXXX. in hęc verba: *Age ergo, te ſolo conſcio, ex tuis ſumtibus fac ut mihi ſcribantur Marcus Manilius de Aſtrologia. Victorinus de Rhetorica, Demoſthenes Ophthalmicus:* Apollinaris Sidonius, æquævorum ſuperiorumque Poëtarum recenſitor ambitioſus; ſi Manlium Theodorum hoc tam curioſo argumento tam eruditum & eloquens Poema ſcripſiſſe noviſſet, putas, Catalogos ſuos non fuiſſe eo nomine ornaturum, præcipuè, cum Chriſtianus auctor intactam gentilibus materiem tam luculenter explicaſſet? Quæ verò nubes Ignorantiæ tanti viri ſtudia & Bibliothecam hoc illuſtri vate ſpoliare potuerit? Tanta in Aſtronomico hoc temporum, tam certa deſignatio eſt, Heroes Romani nominari uſq; ad Tertium Cæſarem, poſt eum nemo ullus, clades Variana, Auguſti exceſſus, Catonis virtus, aliaq; id genus ita poſita, ut nequaquam dubitari poſſit quæ ætas fuerit ſcriptoris. Præter hæc ſenex ſcribit, aut ſenectuti proximus Manlius, quod ipſius teſtimonium conteſtatur *Annoſa & mollis contingat vita ſenecta. Ut poſſim rerum tantas emergere moles* quod minimè omnium perſonam Theodori noſtri fert, quem Claudianus juvenem, & ante Conſulatum talibus ſcribundis ſtuduiſſe prodit. Auguſtus qui Manilio colitur, adoratur, nihil commune cum Theodoſio ulla ratione habet; nec enim Filius conſecrati fuit Cæſaris, nec ullo modo ita compellandus. Sed omnem dubitationem tollunt Membranæ vetuſtiſſimæ, quas laudat Bonincontrius, C. Manilium multis paginis nominantes, quem compendio improbo redegerint in Mallium Librarij recentiores. Codicem Gemblacenſem ipſi vidimus, ſed nihil ille ad Bonincontrianum, recentior utiq; quam videri velint, qui tantoperè ejus ſcripturam

æſti-

æſtimant: ei que alii inſuper opponi poſſunt, veteri Romanæ notæ propiores; inter eos & qui viro docto laudantur ad Solini Polyhiſtorem. Verum, niſi clauſis oculis veritatem impugnare malimus, extra controverſiam eſt tempus ſcriptionis Manilianę, etiam ſtilo diſfidente: quem exempla tamen excuſant, & ſuę ſervant ætati. Quis Vellejum, Valerium Maximum, Vitruvium, ei aſſereret, quæ ſcripſerunt, collatione cæterorum inſtituta, niſi certo conſtarent omnia?

101. IMPLERITQUE CHOROS.] Sic libri Cujaciani & Camertis. Belgæ Tres. Aldus Noſter, & Veteres Editiones *Impuleritq;* Nos priores ſequitur, accedentibus Bentinianis. & judicio Joſephi Scaligeri. Numeroſos enim illos & certis legibus me antea in Chorum plenum atq; compoſitum, aſtrorum curſus intelligit; vatum optimorum conſenſum imitatus. Manilius lib. II.

Signorumq; choros, & mundi flammea tecta.

Auctor de Luna:

At chorus aſtrorum reliquus non tangitur umbris. Papinius, lib III. Silvarum.

habent & Numina legem,
Servit & aſtrorum velox chorus.

Sic infiniti alii. *Chorus* enim compoſitum agmen, ſcitumq; omne denotat, cum nihil lætum fere haberetur priſcis Græciæ vatibus ſine choreis, choriq; omnibus adeſſent. Sacris, Fabulis, Ludis, Convivijs. Noſter, II. Laudum.

Nec minor in cælo chorus eſt, exſultat uterq;
Theudoſius.

Hoc eſt feſta frequens lætitia. Docti ad Sidonium ſcribentes, de avium cœtu ea verbera perperam intellexerunt, cum Deorum ipſorum exſultationem Poeta indicet. Eſt enim Chorus propriium concinentium hominum, & in coronam orbemve coeuntium agmen, ut ſcribit Iſidorus lib. I. de Divinis Offic. cap. III. Sic iſthic *implere chorum aſtra* dicuntur, a e quod ſcilicet deſit officio ordinive ſuo, ad complendum illud cœlo ornando conſtitutum agmen. Ita Apoſtolorum Chorus Fulgentio, concordi videlicet doctrina ingtuentium. lib. I. de Prædeſtinatione: *ob hoc ipſum Apoſtolorum Chorus, qui Spiritum non hujus mundi acceperat, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, ab ipſo ſibi Fidem poſtulabat augeri.* Quomodo Nilus Theſſalonicenſis lib. I. de P.P.

ὡς τάγε ἐμοὶ πεπραγμένα νόμος τοῖς ἄλλοις, κορυφαίῳγε ἀποδειχθέντι τοῦ ἱεροῦ χοροῦ.

Sic Romanum Imperium toti ferè tum noto mundo Imperans, parentium jubentiumque conſono florens moderamine Chorum appellat Ariſtides, Encomio Romæ:

ἀλλ' ὥσπερ αὐλῆς περίβολος ἐκκεκαθαρμένος, οὕτως πᾶσα ἡ οἰκουμένη. χοροῦ ἀκριβέστερον, ἓν φθέγγεται, συνευχομένη μένειν τὸν ἅπαντα αἰῶνα τὴν δὲ τὴν ἀρχήν. οὕτω καλῶς ὑπὸ τούτου τοῦ κορυφαίου ἡγεμόνος συγκροτεῖται.

Sic Anni Harmoniam, partibus ſuis concinnam, Avienus Arato:

Nec deſit genitis pater ullo in tempore rebus;
Iſtius ille anni pulcer chorus; alta ut hebeſcat
Terra gelu, ver ut blandis arrideat arvis,
Pulverulenta ſitu tellurem ut torreat æſtas.
Et gravis autumni redeat fœtura parentis.

Plura Adverſariorum libro XLVI. cap. XI.

101. IMPLERITQUE.] *Impulerit* alii, quod ſit animaverit, in ſuum hunc ſtatum adegerit; quo pacto eo verbo utitur, ſæpè mirificè, Papinius. Sed meliorum nos Codicum meliorem etiam Lectionem ſervamus. Implerit, ſuis confecerit, abſolverit, numeris. Vegetius lib. I cap. VI. Milit. *Sed qui delectum acturus eſt, vehementer intendat, ut ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos*

P eligat,

eligat, qui implere valeant officium Bellatoris. Horatius lib.I.Serm.X.

> *Inſilvam non ligna feras inſanius, ac ſi*
> *Magnas Graecorum malis implere catervas.*

Tertullianus, cap.XIX. de Spectaculis: *Nemo hac omnia plenius exprimere poteſt quam qui ſpectat; malo non implere, quam meminiſſe.* Hoc eſt ita ſpectare, ut abſolutè omnia ſciam. Petronius: *Ne putes te tot verba perdidiſſe, amatorem inveniſti: Ego laudes tuas carminibus implebo.* Idem: *audacius ille tamen Tragœdiam implebat, quia ſciebat ſe illam habere novaculam, qua jam ſibi cervicem praeciderat.* Aldus exſit qui Chaos choro ſubſtituit.

102. QUO VIVAT MACHINA MOTU.] Quis ille ſit Spiritus, qui mundum omnem moveat, & intus agat. Multis de hoc; Deo nempe ipſo, Timæus Locrus, Ocellus Lucanus, Ariſtoteles, Nicomachus Geraſenus. lib.I. Muſices. Julius Firmicus Mathes. lib.I. cap.III. PLato, ejusq; Exegetæ, PLotinus, Interpretes Matoniani. Motu autem vivit machina, alioquin ſubſeſſura. Manilius lib.II. His ornatiſſimis, omnis affectationis expertibus, verbis:

> *Namq; canam tacita Natura mente potentem*
> *Infuſumque Deum cœlo, terrisque, fretoque,*
> *Ingentem aquali moderantem fœdere molem.*
> *Totumque alterno conſenſu vivere mundum,*
> *Et Rationis agi motu, cum Spiritus unus*
> *Percunctas habitet partes, atque irriget orbem.*
> *Omnia pervolitans, corpusque animale figuret;*
> *Quod niſi cognatis membris contexta maneret*
> *Machina, & impoſito pareret tota magiſtro,*
> *Ac tantum mundi regeret Prudentia cenſum,*
> *Non eſſet ſtatio terris, non ambitus aſtris,*
> *Haereretq; vagus mundus, ſtandoque rigeret,*
> *Nec ſua diſpoſitos ſervarent ſidera curſus,*
> *Nexque alterna diem fugeret, rurſumq; fugaret,*
> *Non imbres alerent terras, non æthera venti,*
> *Non pontus gravidas nubes, nec flumina pontum,*
> *Nec pelagus fontes, nec ſtaret ſumma, per omnes.*
> *Par ſemper partes, æquo digeſta parente,*
> *Vt neque deficerent undæ, nec ſidera non his,*
> *Nec cœlum juſto majusve minusve volaret:*
> *Motus alit non mutat opus.*

Innuitur Harmonia etiam cœleſtis, ſive ficta ſive ratiocinando excluſa veteribus. Pythagoras quidem auribus ſe audire jactabat. Porphyrius:

καὶ τοῖς μὲν ἑταίροις ἡρμόζετο ταῦτα· αὐτὸς δὲ τῆς τοῦ παντὸς ἁρμονίας ἠκροᾶτο, συνεὶς τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν, καὶ τῶν κατ' αὐτὰς κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίας ἧς ἡμᾶς μὴ ἀκούειν διὰ σμικρότητα τῆς φύσεως.

Illa certè formoſiſſima machina, mirabilisq; creaturæ concentus etiam vetuſtiſſimos mortalium excitavit ad Numinis venerationem. De Abrahamo Gregorius Nyſſenus Vita Thaumaturgi:

Καθάπερ γὰρ τὸν πατριάρχlω Ἀβραὰμ ὁ λόγος κατέχει τῆς χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας ἐν ἐπιστήμῃ γενόμενον, καὶ τὴν ἀστρονομίαν τε. καὶ τεταγμένlω τῶν ἄστρων κατανοήσαντα θέσιν καὶ κίνησιν, ἀπὸ τῆς παιδείας τῇ περὶ ταῦτα γνώσει, πρὸς τὴν τοῦ ὑπερκειμένου ἀγαθοῦ θεωρίαν, ἀναγόμενον

μένον, ὡς εἰ τὰ τῇ αἰσθήσει ληπτὰ τοιαῦτα ἦν, ἂν εἴη τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν, καὶ οὕτως τοῦ ζητουμένου τυχεῖν, οἷον ἐπιβάντα τῆς ἔξω σοφίας, καὶ γενόμενον δι' αὐτῆς ὑψηλότερον, ὥστε προσεγγίσαι τρόπον τινὰ δι' αὐτῆς τοῖς ἀλήπτοις.

103. SIDERA CUR SEPTEM RETRO NITANTUR IN ORTUS.] Planetas dicit, ut notum vel ex Elementis Aſtrorum. Geminus

ὑπόκειται πρὸς ὅλην τὴν ἀστρολογίαν, ἥλιόν τε καὶ Σελήνην, καὶ τοὺς πέντε πλανήτας ἰσοταχῶς καὶ ἐγκυκλίως, καὶ ὑπεναντίως τῷ κόσμῳ κινεῖσθαι. Victorinus in I. Rhetor. *Septem ſtellæ ſeptem circulis contrà cœlum volvuntur.* Vide Geminum cap. X. ὅτι τὴν ἐναντίαν τῷ κόσμῳ κίνησιν οἱ πλάνητες ποιοῦνται.

Plinius lib. II. cap. VIII. *Omnium errantium ſiderum meatus, interq; ea Solis & Lunæ, contrarium mundo agere curſum, id eſt lævum, illo ſemper in dextrum præcipiti; & quamvis aſſidua converſione immenſæ celeritatis attollantur ab eo, rapiantur q; in occaſum, adverſo tamen ire motu per ſuos quæq; paſſus.* Nicephorus Blemmydes Phyſic. cap. XIII. Sero hanc doctrinam Græciæ illatam, à profectionis nimirum Ægyptiæ ſocijs, Platone, Eudoxo, Euripide, notat ad Mani ium vir ſummus. Portenta de his commenti ſunt alij, niſi myſteria dicere malis, ut Canes Proſerpinæ dictos Pythagoræ notat in Vita ejus, Veritatis hoſtis, Malchus Porphyrius.

104. VARIISQUE MEATIBUS.] Sequor veterem Conjecturam noſtram. VARIIS NE. Perſpicua magis ſententia.

105. AN GEMINÆ CONVERTANT ÆTHERA MENTES.] Contrariæ ſcilicet duæ, ut omnia alia ſecundum Litem fiunt. Opiniones Philoſophorum non excutimus. Exſtant apud PLutarchum, Stobæum, Laertium. Inter Hæreticos Marcionitarum eadem ſententia. Auguſtin. Hær. cap. XXII. Philaſtrius. XLV. Mendoſa excerpta Honorij Auguſtodunenſis: *Marcionitæ à Marcione quodam dicti. Hi alterum bonum alterum injuſtum DEUM aſſerunt, tamquam duo principia creationis dicant. Aether*, cœlum, machina ſuperna. Poetarum licentia, cum ſpeciatim æther ſit τὸ ἄϋλον καὶ ἀΐδιον σῶμα. Hierocli ad verſum LXX. Carminis Aurei.

105. MENTES.] Dij. Deum enim Animam Mentemq; machinæ hujus Univerſi ſtatuit omnis verè Sapientium Philoſophorum Schola. Virgilius.

totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Sic γῆς ὄχημα Jovem vocat Euripides. Et Oraculum Apollinis Smynthij apud Lactantium lib. I. cap. VII. Harmoniam Mundi ſemet.

Ἁρμονίη κόσμοιο, φαέσφορε, καὶ σοφὲ δαῖμον.

Empedocles.

Ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον
Φροντίσι κόσμον ἅπαντα, καταΐσσουσα θοῇσι.

Pulcrè in hanc rem media Barbaria Arnaldus Abbas in Hexaemero: *Omnium quæ ſunt, moventur, & vivunt, unum principium Deus, in coæterna ſibi Sapientia dictavit & fundavit originem: & quaſi magni corporis umbram rerum Naturas diſtinguens, propria nomina & loca, congruas menſuras & officia, aſſignavit. Nihil apud Deum confuſum, nihil informe in illa Antiquitate fuit, quia rerum materia, ubi facta eſt, ſtatim in congruas ſibi ſpecies eſt formata. Quicquid de mundi æternitate, quicquid de Hyle vel Ideis, vel de illa mundi Anima, quam NOYN dicunt, ſenſere Philoſophi, plura inducentes principia, primum Geneſios caput abolet & confundit: Unum præfigens omnis creaturæ principium, ſcilicet Deum, in quo non eſt aliud*

Providentia, vel Sapientia, Ratio, vel Ordo, Vita, Forma, vel materia, quam ipſe, qui in verbo ſuo, quod eſt æterni ſecreti manifeſtatio, quod dicit facit, & quod illuminat format. Hæc ille ex Antiquioribus. Eodem pertinet, quod adorans Deum cœli girum circumire dicit Rogerius, ſi is eſt, Londinenſis Collectaneis de Contemtu Mundi. cap. XXII.

106. SITNE COLOR PROPRIUS RERUM.] Magna diſceptatio inter Philoſophos, *color* qui viſum ſubit, ſit ne in rebus, au lucis appulſu generetur, ipſis ve oculorum radijs conflat, inque ijs differentiam ſuam faciat. Vide Stobæi Collectanea Phyſica, cap. XIX Plutarchum, ſeu quisquis eſt Collector, PLacitorum lib. I. cap. XV. Julius Firmicus Colores rerum affingit ſtellarum influentijs. Lib. I. cap. III Ut fato omnia vitæ humanæ momenta. De Viſu universo. Gellius lib. V. cap. XVI. *De videndi ratione, deq; cernendi natura diverſas eſſe opiniones Philoſophorum animadvertimus. Stoici cauſſas eſſe videndi dicunt radiorum ex oculis in ea, quæ videri queunt, emiſſionem, aerisq; ſimul intentionem. Epicurus autem affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulacra quædam corporum ipſorum, eaq; ſeſe in oculos inferre, atq; ita fieri ſenſum videndi putat. PLato exiſtimat genus quoddam ignis Lucisq; de oculis exire, idque conjunctum continuatumq;, vel cum Luce Solis, vel cum alterius ignis lumine ſua vi & externa nixum efficere, ut, quæcunq; offenderit, illuſtraveritq;, cernamus.* Quæ PLatonis opinio eſt illa Claudiani ſequens *lucisq; repulſu eludant aciem* Favonius Eulogius, Commentario in Somnium Scip: *Color, qui veluti novus accedit, non naturis corporum, ſed lucis jactibus impreſſionibusq; tribuitur. Vnde rectè Virgilius reb. nox abſtulit atra colorẽ.* Contrariũ aliquid probare videtur Heliodorus Lariſſæus, non afferre videlicet, ſed invenire colorum diverſitates aciem oculorum, ut colorem in rebus tradit eſſe Macrobius lib. VII. Sat. cap. XIV. Virgilius ex Epicuro & Ariſtarcho tenebras colores eximere dixit, diſtinguẽte Ariſtotele. Ἀρίσταρχος καὶ Ἐπίκουρος τὰ ἐν τῷ σκότῳ χρώματα οὐκ ἔχειν χρόαν, Ἀριστοτέλης πέρας ἐν ὡρισμένῳ διαφανεῖ. Διαφανὲς δὲ τὴν ὕλην εἶναι διηθημένην καθαρὰν καὶ ἀμιγῆ, τούτου δὲ αὐτοῦ τὸ κινητὸν χρῶμα ὑπάρχειν. ἐν δὲ τῷ σκότῳ τὰ χρώματα χρόαν δυνάμει μὲν ἔχειν, ἐνεργείᾳ δὲ μηδαμῶς.

Eum ſecuti alij Poetæ Lucem afferre rebus colores, demere tenebras. Drepanius Florus.

Atq; dies varios diſtinguens luce colores.

Venuſtè Hilarius Geneſi:

Inſequitur nox atra diem, denſaque tenebra
Corporibus ſomnos quæ ferrent, otia feſſis.
Et cunctis unam faciem, ſimilemque figuram:
Namque dies variè rerum diſcriminat ora
Et dat cuique ſuum, dujecta nocte, colorem.

Et Paullinus. Natali. VI. Felicis.

Noctis & extrema fuga, rareſcentibus aſtris,
Cœperat ambiguos rerum referare colores.

Aliorum loca obvia. Diſputantur autem hæc & longum diſputabuntur, nullo fine modove definiendi, ut ſunt captus & ingenia.

107. LUCISQUE REPULSU ELUDANT ACIEM.] Qui, quæve? Res dixeris. Sed mendum in ſcriptura eſt. Lege.

Sitne color proprius rerum, lucisve repulſus
Eludant aciem.

Ipſiſſima veritate. Hæreatne in rebus color, an repulſiones lucis eludant aciem oculorum, fingantq; colores. Platonicus vates PLatonis ſententiam refert, dubius tamen. Verba Gellij modo adſcripta rem declarant. Proprium rerum colorem cum dicit Pythagoreum

cum dogma alludit, hi enim ſuperficiem ſtatuebant. Stobæus:

Πυθαγόρειοι χροιὰν ἐκάλουν τὴν ἐπιφάνειαν τὴν τοῦ σώματος. Πλάτων φλόγα ἀπὸ τῶν σωμάτων μόρια σύμμετρα ἔχουσαν πρὸς τὴν ὄψιν.

Hæ ſunt Luces quas, ad colores cum venerint aciem illis illudere dicit Claudianus. Eãdem PLatonis opinionẽ recenſet: & penè eidẽ Galeni cõponit Nemeſius c. VII. de Homine:

Πλάτων κατὰ συναύγειαν τοῦ μὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν φωτὸς ἐπὶ ποσὸν ἀπορρέοντος εἰς τὸν ὁμοιογενῆ ἀέρα. τοῦ δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀντιφερομένου, τοῦ δὲ περὶ τὸν μεταξὺ ἀέρα διαχυτὸν ὄντος, καὶ εὐτρέπτου, συνεκτεινομένου τῷ πυροειδεῖ τῆς ὄψεως &c. Conſule pluribus Plotinum tertio *περὶ ψυχῆς ἀπορειῶν*.

De Viſus ipſius Nobilitate, Utilitate, multis Chalcidius in Timæum; Theophilus Protoſpatarius lib. IV.. de Fabrica hominis cap. XXIII. Stoicis pro Deo cultum Chalcidius memorat. PLatonis illam celebrem Luminum obviationem *συναύγειαν* apud Plutarchum lib. IV. cap. XIII. *Ἀρέσκ.* Non ineptè Corradiantiam vertit vir Græcè doctiſſimus. Verba Philoſophi ſunt in Timæo, & apud Stobæum Phyſic. cap. XLIII. Vide & Niceph. Blemmydem cap. XXI.

107. RECURSUS LUNA NUTRIAT OCEANI.] Æſtum ſive Reciprocationem Oceani dicit, ignorabile portentum Naturæ, cauſſis ſemper latitatis, ad Lunaria tamen incrementa, horaſque ejus ſideris fieri, res demonſtrat. Nos iſtud non agimus, ut talia inquirantur iſthic. Quæ Varro, Lucanus, Mela, Plutarchus, Plinius, Silius, Seneca, Auctor de Mundo, Ariſtoteles, Strabo, Gellius, Ambroſius, Cicero, Alexander Aphrodis. Ptolemæus, Averroes, ſcripſerunt, abunde notata & diſceptata aliis.

107. QVÆ LUNA.] Quota hora. Lunaribus enim horis velut appenſum moveri mare pelagus. Varro lib. VIII. de LL. *Sed quid plura de aſtris, ubi difficilius reperitur, quid ſit aut fiat in motibus diſſimiliter; an in mari credo (L. cedo) motus non habent diſſimilitudines geminas, qui in XXIV. horis Lunaribus quotidiè quater ſe mutant. At cum Sex horis æſtus creverunt, totidem decreverunt, rurſus iidem, item ab his. Mendoſa ultima verba ſic emaculanda arbitramur rurſus iidem timent ab his. Urgentibus nimirum horis.* Varronianè planè, qui oratione eruditiore uti conſueverat quam ut commodè litteratoriæ tractationi eam ſubmittere poſſet.

108. QVO FRACTA TONITRUA VENTO.] Ab Elementis aſtriſque ad meteororum tractationem venit. Socratico vero & Platonico more omnia refert ad cauſſas naturales, contemtor opinionum vulgarium, quæ ſingula hoc genus ſingulis numinibus adſcribebant. Socratem tamen ipſum cum Divo ſuo nõ inſulsè irridet Ariſtophanes Nebulis. De Vento, Tonitruum cauſſa, Lucretius, lib. VI.

Hoc etiã pacto tonitru concuſſa videntur
Omnia ſæpè gravi tremere; & concuſſa repente.
Maxima diſſiluiſſe capacis mœnia mundi.
Cum ſubito validi venti collectã procella
Nubibus intorſit ſeſe; collectaque ibidem
Turbine verſanti magis ac magis undique nubem
Cogit, uti fiat ſpiſſo cava corpore circum.
Poſt, ubi commovit vis ejus, & impetus acer,
Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem.

Et paullo ſupra:

tonitru quatiuntur cerula cœli
Proptereà, quia concurrunt ſublimè volantes
Ætheria nubes, contrà pugnantibus ventis

 Vide

Vide Anaximandrum, Anaximenem, Heraclitum, Chryſippum, apud Stobæum Eclogis Phyſicis. Ibidem Arianus.

ὅσοι δὲ ξηροὶ ἀτμοὶ ῥυέντες μὲν εὐθὺς ἀνέμους εἰργάσαντο· ἐν νέφεσι δὲ ἀποκλεισθέντες, ἔπειτα ῥηγνῦντες βίᾳ τὸ νέφος, βροντάς τε καὶ ἀστραπὰς ἐξέφηναν τε.

108. FRACTA TONITRVA.] Qua vi ſonitus illi perterricrepi fractis fiunt nubibus. Metrodorus: ὅταν εἰς νέφος πεπηγὸς ὑπὸ πυκνότητος ἐμπέσῃ πνεῦμα, τῇ μὲν θραύσει τὸν κτύπον ἀποτελεῖ, τῇ τε πληγῇ, καὶ τῷ σχισμῷ διαυγάζει. Ariſtoteles: ἐξ ἀναθυμιάσεως, καὶ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι τῆς ξηρᾶς. ὅταν οὖν ἐντύχῃ μὲν τῇ ὑγρᾷ παραβιάζηται δὲ τὴν ἔξοδον, τῇ μὲν παρατρίψει, καὶ τῇ ῥήξει τὸν ψόφον τῆς βροντῆς γίνεσθαι.

Vide Epicuri Epiſtolam, ſi genuina eſt ut omne illud Laertianum pecus, ad Pythoclem.

109. QVIS TRAHAT IMBRIFERAS NUBES.] Hoc vero eſt Divi illius Socratici negotium. Jovi vulgus ſecuti Poetæ hanc vim tribuunt, quem Strepſiades per ingens cribrum mejontem pluvias facere crediderat. Noſter Codex ita profert hunc verſum.

Quis trahat umbriferas nubes, quo ſaxa ferantur
Grandinis

Nihil mutamus, reliquorum omnium conſenſum ſecuti. τὸ *ferantur* tamen etiam Aldini agnoſcunt. Caſtris. *Quo ſaxa creantur.*

110. SAXA GRANDINIS.] Ab effectu, ſaxis pari. Sic Columella Jovem dilapidare grandine culta dicit, lib. X.

Sæpe ferus, duros jaculatur, Iuppiter, imbres.
Grandine dilapidans hominumque boumque labores.

110. QVÆ FLAMMA PER AURAS.] Sic Cujaciani libri. Scaligero & alijs aſſentientibus. Optimè: vox enim *crinita*, tertio verſu inſequens, nequaquam hic *Flagra* aut *Flabra* admittit.

11.. EXCUTIAT.] Ad celeritatem velut excuſſæ per auras tormento flammæ alludit. Sic altero Laudum Stiliconiarum.

Ocyor excuſſo per nubila ſidere tendit.

Et lapſus illi celerrimi flammarum intelliguntur cum ſidus velut è ſidere præceps deſuit. Zeno Veronenſis, Sermone Ultimo: *Stella præcipites labuntur è cælo, & à tergo longo flammarum albeſcentium tractu funereæ faces ſolemnitate in occaſus ſuos velut quibuſdam deducũtur exſequiis, quæ ſi per plagas, unde refixæ ſunt, quæras; redivivi hominis lege ſuis ſedibus reſurrexiſſe agnoſcas.*

112. RUTILOS TRACTUS.] Noſter Codex. *rutilos ignes* Magis placer alterum, exemplo etiam Poetæ *longos flammarum albeſcere tractus* Georg. I.

112. TRISTEM COMETEN.] Nuntium utriq; impendentium Triſtium. Theophylactus Simocatta lib. VII.

ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις κομήτης ἐν τῷ ὑπερκκαύματι φαίνεται. περὶ τούτων τοιγαροῦν τῶν δοκούντων συνεστάναι ἀστέρων, οἱ μὲν φιλόσοφοι περὶ μετεωρολογικὰς καταφθέγγουσιν ἀμορφὰς, ἃς στηρίζεται, καὶ Πλάτωνες ἐν τῷ ἑλικῶνι τῆς μουσικῆς βίβλοις ἐναπεγράψαντο. Ἀστρολόγοι δὲ καὶ ἱστορογράφοι προαγορεύουσιν ἐσομένων ἐκτῶν λυπηρῶν ἀπεφήναντο. Omnia notiſſima.

112. FIGAT.] Eruditè, ad veterum doctrinam. Phyſici enim ſtatuebant Cometen non ſuo ſed ætheris motu ferri. Vide Plutarchum Placitis, Stobæum Eclogis Phyſicorum.

112. CRINITA.] Duæ Cometarum Species. Cometæ, & Pogoniæ. Ariſtoteles: κομήτας δὲ ὅταν ἐπὶ πλεῖον ἐξάρῃ, καὶ περὶ πλείονα διαμείνῃ χρόνον, ὁ μὲν ἀστὴρ

ἀστέρος φαινομένου κάτωθεν, τῆς δὲ κόμης ἄνωθεν ὑπολαμπούσης. Πωγωνίας τε ὅθεν ἔμπαλιν ὁ μὲν ἀστὴρ ἄνωθεν θεωρεῖται: ἡ δὲ κόμη κάτω παρεχομένης τῷ σχήματι πώγωνος ἔμφασιν. Nicephorus Gregoras, lib. XI. μᾶλλον δὲ οὐ κομήτης ἦν, ἀλλὰ πωγωνίας, ῥομφαίᾳ τινὶ ἐοικώς, εἴ τις ἀκριβολογεῖν ἐθέλοι.

Exſtiterunt tamen & aliæ formæ Cometarum: Ut ejus qui Andronicum, hominem ſerpentino ingenio, etiam belluæ ejus ſpecie expreſſit, memorante Niceta Choniate, in rebus Alexij Manuelis Comneni.

113. COMPOSITAM PUPPIM.] Philoſophica vox. Qui enim omnibus affectibus liber contemplationi rerum & Virtutis cultui ſeſe dedicavit, dicitur ſe compoſuiſſe. Cõpoſiti enim à morte, qui nihil cum rebus jam humanis habent, etiam cadaveribus curatis. Horatius lib. I. Sat. IX.

eſt ſibi mater?
Cognati, queis te ſalvo eſt opus? haud mihi quicquam.
Omnes compoſui. Felices! nunc ego reſto.

De alteris Perſius, Sat. III.

tamdemq; beatulus alte
Compoſitus lecto, craſſisque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.

De ijs qui Sapientiæ ſeceſſerunt rebus humanis, Seneca cap. VI. ad Helviam: *Qui Rationi ceſſit, in perpetuum componitur.* Hieronymus Vita Joannis Monachi: *vitia & paſſiones reſecent ex animo ſuo, moresq; componant.* Veſtritius Spurinna, cujus fragmenta primi vulgavimus:

Soli qui Sapientia
Poſt florem trepidum, nec ſtabilem gradum
Aetatis ſenium dicat,
Mentis compoſita.

Pulcrè tranſtulit ad beſtias Nemeſianus, Cynegetico:

Mox liquidos lactis ſenſim ſuperadde liquores,
Ut non cunctantes hauſtus infundere, cornu
Inſerto, poſſis Furiasq; repellere triſtes,
Atque iterum blandus canibus componere mentes.

Compoſitam puppim ſubtractam dicit tumultibus vitæ communis. Pelagus enim nare dicuntur, qui populi ſub favore ſerviunt ambitioni. Seneca. Fur.

Illum populi favor attonitum
Fluctuq; magis mobile vulgus
Aura tumidum volvit inani.

Vide Antoninum Imp. libro IV. Eclogarum. Boethium, II. Conſolat. VII. &c. In Nemeſiani verſu, *Triſtes furiæ*, morbi genus notant, brutis frequens, ut contriſtentur, minuta quadam inſania, nullis rebus excitandi animi, ut non raro apud Vegetium Veterinarium, lib. I. *Continuò animal quod valetudo tentaverit, triſtius invenitur, aut pigrius, nec conſueto utitur ſomno, nec ſolito ſe more transvolvit.* Cui eidem exinde, quod ita plerique morbi ordium capiant, triſtitia omnem denotat. *Infantes* etiam tali perculſioni obnoxij. Appulejus de Herbis, cap. XIX. *Si i fans contriſtatus fuerit, herba Ariſtolochia eum ſuffumigabis, infantem hilarem facies, & convaleſcet.*

113. FUNDAVERAT.] Arce illi Stoicæ intulerat. Reſpectu animi Sapientia compoſiti omnia mortalia pelagus. Pulcrè Lucretius initio lib. II.

114. FACUNDA PLACEBANT.] Sequentia arguunt concinnius ſcribi fœcunda Quod in nullo tamen tot librorum offendimus.

115. NASCENTES LIBRI.] Par ratio Librorum & Liberorum. Et illi enim progenerari nobis dicuntur. Syneſius Epiſtola I.

Παῖδας ἐγὼ λόγους ἐγεννησάμην. τοὺς μὲν ἀπὸ σεμνοτάτης φιλοσοφίας, καὶ τῆς συννάου ταύτῃ ποιητικῆς.

Sue-

Suetonius de Nerone: *Venere in manus meas pugillares libelliqne cum quibusdam notiſſimu verſibus, ipſius Chirographo ſcriptis. Vt facilè appareret, non translatos, aut dictante aliquo exceptos, ſed planè quaſi à cogitante atque generante, exaratos.* Plinius, lib. VIII. Epiſtol. IV. *prima quaque, ut abſolveris, mitte: immò etiam antè quam abſolvas, ſic, ut erunt, recentia, ſic rudia, ſi adhuc ſimilia naſcentibus.* Idem ſuos libros *peperiſſe* Demoſthenem ſcribit libro II. Epiſtol. III.

114. IBANT IN SECULA LIBRI.] Mira elegantia locutionis, qua ſcripta Genium habentia ſenſim excedere pectore auctoris, & in Aeternitatem. Famæq; perennem favorem prodire finguntur. Pari Venuſtate Alij ſuper alijsque rebus æternitati conſecrandis. De Clarorum hominum Memoria Symmachus lib. X. Epiſt XXXII. *Hinc factum eſt, ut ruſticis adhuc ſeculis optimi quiq; civium manu & arte formati, in longam memoriam mitterentur.* Focas, vetus Litterator, Vita Virgilij,

Et monſtrare viam gradiiura in ſecula Fama.

Sic enim cartaceum vetus exemplar habet eo loco. Minutius Felix Octavio: *Si qui alij artium inventores in memoriam exierunt.* Caſſiodorus lib. II. Epiſt. I. *Felix à Conſule ſumat annus auſpicium, portamque dierum, tali nomine dicatam, annus introeat.* Pacatus, Panegyr. Theodoſij: *Memorabile putavit Antiquitas, quod Actiaco aliquando bello, ducibus motibusq; Romanis peregrina Aegyptus arma permiſcuit: tantumq; res credita eſt habere novitatis, ut niſi frequenter iſſet in litteras, apud poſteros videretur facti fides laboratura.* Prudentius priore in Symmachum.

proceſſit in ævum Mos patrius.

Venantius Fortunatus, lib. I. carm. II.

O nimium Felix, æternum in lumen iture,
Cujus vita ſuo proficit iſta Deo.

PLinius, Panegyrico: *Ibit in ſecula fuiſſe principem, cui florenti & incolumi numquam niſi modici honores, ſæpius nulli, decernerentur.* Silius Italicus, Lib. IX.

Dea, quarum mihi ſacra coluntur,
Mortali totū hunc aperire in ſecula poſſe
Ore diem, ſperamus ne?

Idem lib. XII.

Factoq; in ſecula ituro,
Lætantur tribuiſſe locum

Lib. VI.

Hæc mitte in populos.

Lucanus, lib. X,

potuit diſcrimine nullo
Cæſaris, iſta dies in famam & ſecula mitti.

Pari Elegantia noſter, hoc carmine, V. CCC XXX.

Conſul per populos idemque graviſſimus auctor
Eloquii, duplici vita ſubnixus in ævum
Procedat; pariter Faſtis Librisq; legēdus.

Ducere in Secula. Panegyrico Probini,

te varijs ſcribent in floribus Horæ,
Longaq; pe petui ducent in ſecula faſti.

114. SECVLA.] Aeternitatem. περιβάλλειν ἐκείνως τὸν αἰῶνα dicit Dionyſius Longinus cap. I. περὶ ὕψους. non ſatis cognita vulgò locutione. Pulcrè Nicephorus Gregorius Initio Hiſtoriæ: Illuſtriorum ingeniorum monumenta, Libros nimirum, non aliter condere Deum Omnipotentem, quam Solem & Lunam olim fecerit, eo tantum diſcrimine, quod per inſtrumenta humanarum cogitationum illos procudat.

115. LIQVIDA ÆTRA.] Pura. Servius in VI. & VII. Æn.

115. VIDIT AB ÆTHRA.] Notum Juſtitiæ Numen, primis hominibus converſari ſolitum, ingruentibus malis pejorum ætatum moribus, cœlum repetiiſſe traditum, ibique juxta Libram conſediſſe. Aratus cum Scholiaſtis & Interpretibus ſuis. Vidiſſe autem ait, omni tuentem ejus oculum alludens. Juſtitia Piorum obſervatrix perpetua, ſicq; fuit hujus Manlij. Symmachus li. VIII. Ep. XXXI. *Faciet*

Faciet inſtitia, quæ pios reſpicit, ut poſt hujus incommodi otium tranſitum vitæ tuæ proſpera longius porrigantur. Nicetas Choniates lib. III. Rerum Alexij Comneni.

Καὶ τὴν πάντα περισκοποῦσαν τὰ θνητῶν πράγματα Δίκην διηνεκῶς ὑπεβλέπετο.

Eam conſtitutam dicunt, ut notata hominum facta renuntiet deferatq; Jovi. Val. Flaccus, lib. I. Argon.

tu nuntia ſontium
Virgo Iovi, terras oculis quæ proſpicis æquis,
Vltriceſq; Dea.

Euripides Menalippe.

Δοκεῖτε πηδᾶν τ' ἀδικήματ' εἰς θεοὺς,
Πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτύχαις
Γράφειν τιν' αὐτὰ, Ζῆνα δ' εἰσορῶντά νιν
Θνητοῖς δικάζειν. οὐδ' ὁπωσοῦν οὐρανὸς
Διὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἁμαρτίας
Ἐξαρκέσειεν; οὐδ' ἐκεῖνος ἂν σκοπῶν
Πέμπειν ἑκάστῳ ζημίαν, ἀλλ' ἡ Δίκη
Ἐν ταῦθα πού ἐστιν ἐγγὺς εἰ βούλεσθ' ὁρᾶν
Ταύτας μὲν ἀνθρώποισιν, ὦ γύναι, θεοὶ
Τοῖσ. διδοῦσι, οὓς ἂν ἐχθαίρωσ' ἐπεὶ
Οὔ σφιν πονηρόν ἐστιν

Idem Alibi, eodem ſenſu:

Τὴν γὰρ Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι χρόνου,
Δείκνυσι δ' ἡμῶν ὅστις ἐστὶ κακότροπος.

De oculo aureo, omnia conſpicante Sophocles Electra.

τὸ χρύσεον δὲ τᾶς Δίκας
Δέδορκεν ὄμμα, τὸν δ' ἄδικον ἀμείβεται.

PLura eodem ſpectantia apud Stobæum cap. VII. Phyſicorum. Illa autem Inſpicientia hujus Numinis indicat Juſtitiæ officium, omnium habere Curam; ita ut propriæ rei minorem debeat vir juſtus. Ambroſius, libro I. Offic. *Iuſtitia eſt quæ nihil alienum vindicat, quæ cuilibet dat quod ſuum eſt, quæ negligit propriam utilitatem, ut ſervet communem æquitatem.* Richardus de S. Victore, lib. III. Contemplat. *Perfecta juſtitia jubet inimicos diligere, parentes & propria relinquere; illata mala Patienter ferre, oblatam gloriam declinare.*

116. VIDUATAS LEGES.] Velut perpetuas illius alioquin contubernales. Horatius *viduus faretra Riſit Apollo* Quam ſemper geſtabat. Quod ineptè cavillantur Grammatiſtæ. Ride joculatem eorum coryphæi curioſitatem ad Octavam Aeneiden. Leges, Magiſtratum dicit, Legum Exercitorem. Juſtitiam à magiſtratu pendentem. Sic ſæpius, & Alij.

117. LIMBO FRONTEM VELATA PUDICAM.] Pudicitiæ veteris Ratio obtinebat Virgines in publicum non procedere, niſi obvelatis vultibus, ut hic j[u]ſtitia domo ſua cœleſti in terram deſcenſura. Eò capiendus Columella, lib X.

& ingenuo confuſa rubore
Virgineas adoperta genas, roſa, præbet honores.

Germanicus Cæſar, Arato, de eadem cum noſtra Virgine.

Iuſtitia, inviolata malis, placidiſſima virgo,
Seraq; ab excelſis deſcendens mõtibus, ore
Velato, triſtiq; genas abſcondita rica.

Legendus doctiſſimi Tertulliani Liber de velandis Virginibus, de quibus ita cenſebat Antiquitas, eo pudiciores quo tectiores eſſe, & ſimul eum amictu veſtis honorem corporis & pudorem animi poni, & revelatam virginitatem velut contrectandam proponi, ut loquitur B. Cyprianus cap. XV. de diſciplin. Virgin. Quo alludens Ovidius videndo impudicos homines contrectare puellas dicit. Lib. VI. Metamorph.

Spectat eam Tereus, præcontrectatque videndo,
Oſculaq́, & collo circumdata brachia cernens,
Omnia pro ſtimulis, facibusq́, ciboq́ furoris
Accipit.

Qua ratione nullo pacto Virgines patiebantur in publicum prodire, ſed thalamis clauſas adſervabant. Eucherius de B. Maria: *Non enim in plateis erat, non in publico morabatur, intus erat, in penetralibus ſola ſedebat, nec tamen ſola; tanto virtutum exercitu circumſcripta.* Exempla in Hieronymo, Cypriano, Tertulliano, Alijs. Phocylides Nuthetico.

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.
Κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τεκέεσσι.

Ariſtænetus, lib. II. Epiſt. V.

Καί ἡ δὴ καταλιπὼν ἐκεῖνος ὁ δαδοῦχος θεὸς τὰς ἐπιτηδείας αὐτῷ, καὶ συνήθεις, ἀμύκτον βιάζετο κόρην, καὶ πολεμεῖται παιδισκάριον ἄωρον ἀφροδίτῃ, ἔτι θαλαμευόμενον, ἔτι φρουρούμενα καὶ μόλις ὑπὸ φύλαξιν ἰσθ' ὅπῃ προκύπτουσαν τῆς οἰκίας. Θαλαμευομένας dictas has puellas hinc clarum: Erant hactenus ſub pudicæ Veneris tutela, dum concubitu immaturæ, ut docet Scholiaſtes Theocriti; unde Divæ illi titulus acceſſit, θαλάμων ἄνασσα ut vocaretur; cum alioquin ij ad Junonis arbitrium ſpectarent. Heſychius. Θαλάμων ἄνασσα, Αφροδίτη. Sic enim in eo ſcribendum. Heroicas veterum puellas, Medeam, Deidamiá, Helenam, &c. tales fictas nemo neſcit. Talis thalamo uni ſuo dedicata erat illa omnium celeberrima Hero.

117. LIMBO.] Hæc eſt lectio omnium omninò Librorum, veterum & recentium: me tamen dubitante; faſciolæ enim illæ, quibus frontem obvelabant fœminæ *Nimbi* appellabantur potius. Iſidor. lib. XIX. Orig. cap. XXX. *Nimbus eſt faſciola transverſa, ex auro adſuta in linteo, quod eſt in fronte fœminarum.* Arnobius, libro II. *Laminas pertunderent aurium imminuerent frontes nimbis.* Hæc eſt vera viri docti lectio, quam *limbo* vulgato perperam alius mutavit ſub fictitio nomine. Sic nimbata frons in Pſeudolo Plautina rectè legitur. De limbis etiam ad Papinium libro II. Achill. v. 176. Corruptè in Trebellij Pollionis Quieto *tunicæ, & limbi, & penulæ matronales*, ut mille alijs auctorum locis. Nimbi enim redimicula frontium muliebrium, nec breves faſciæ erant. Juvenal. Sat. II.

accipient te
Paullatim, qui longa domi redimicula ſumunt
Frontibus.

Hoc eſt, ſenſim ac per gradus de ſexu tranſibis, donec morbum apertè profitearis. Erant enim qui jactarent etiam. Vide Cælium Aurelianum lib. IV. Tardarum. cap. IX. Correctum nobis, Adverſar. libro XLIII. capite XXI.

118. *FRONTEM PUDICAM.*] Ea enim judicia animorum perſcripta leguntur, ait Nazarius Panegyr. *In ſerenis frontibus animorum indicia perleguntur. Iuſticia verò quid pudicum magis?* Qualis frons pudorem, qualis feritatem notet docet Adamantius Sophiſta:

Μέτωπον μακρὸν ἐυαισθησίαν, καὶ εὐμαθίαν, καὶ αἰδῶ δείκνυσι. μὴ γὰρ κυρτὸν ἰσχύ-

ἐπαίνει, καὶ ὑψηλὸν, καὶ περιφερὲς, ἀναισθησίαν γὰρ, καὶ ἀναισχυντίαν σημαίνει.

Sic enim explenda ea verba ex membranis quas apud Helvetios ſumus indepti. Locus eſt, lib. II. Phyſiogn. cap XIX. Alijs pudoris ſedes in genis quæ erubeſcunt, homini eo affectu inſigni. Vide Rufum Epheſium libro I. Corp. Hum. Appell. cap. VII.

119. DESERIT AUCTUMNI PORTAS.] Statio Virginis nota in Cœlo. Portæ, ut πύλαι Homero & Tragicis, loca. ἀΐδαο πύλῃσι. &c. Sic *porta* Laboris apud Manilium lib. II. Aſtronom. Chelas noctis diſpendia reparare dicit, quod Sole in ea gradiente ferè pares lux & tenebræ. Auſonius.

> *Libra dici ſomnique pares determinat horas.*

120. NOCTIS DISPENDIA.] Damnum, luce ampliorem partem obtinente. Philoxenus Gloſſario. *Diſpendium*, ζημία. Cyrillus: ζημία, *Iactura, mulcta, Diſpendium, Fraus, Detrimentum; Damnum.*

121. Pax *AVIBVS QVACVNQVE VOLAT.*] Vis & jus contraria: In Pace jus, in bello Vis, unde Juſtitiæ amica Pax. *Iuſtitia*, inquit ſub nomine Cypriani Vetus ſcriptor de XII. Abuſibus, *Regis Pax Populorum. Tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, Cura languorem, Gaudium hominum, temperies aeris, Serenitas maris, Terra fœcunditas, Solatium pauperum, Hereditas filiorum, ſibimetipſi ſpes futura Beatitudinis.* Hac in terris regnante omnia erant pacata, omnia per ſe proveniebant, omnium rerum, excluſa invidia atq; avaritia, communis erat fructus. Pulcrè Avienus Arato.

> *Denique cum placidas crebrò Dea viſeret urbes,*
> *Tectaque juſta virum paſſim ſuccederet illa.*
> *Ferventis latè pelagi Natura, ſalumq;*
> *Fluctibus inſtabile, & glauci vada turgida ponti*
> *Nulla petebantur, neque longis navita terris*
> *Inſinuare ratem jus fecerat*
> *Omnia ſed cunctis naſci dabat aurea terris*
> *Iuſtitia, & nullo diſcreverat aere regna.*

Non immemorabile traditum de Virgine hac Nigidij, apud Germanicum Aratis, nam & ſolutæ orationis commentaria ei Principi palam adſcribit Lactantius, quæ nunc tamen mirificè ſuperſint interpolata. *Nigidius de Virgine ita refert: Virginem juſtitiam dici ſive æquitatem, quæ ab hominibus receſſerit, & ad immortales merito tranſierit. Nam cum inter mortales conveniret, omnibus locis conciliabulisq; ſolitam conſiſtere, & præcipere ne temerè à Iuſtitia & æquitate diſcederent: qui quamdiu monitis ejus obedirent, diu in vita ſine cura & ſollicitudine futuros. Sed cum negligentius æquitatem obſervantes declinarent, inſidiisq;, cupiditate, & avaritia alter alterum deciperet, ab hominibus diſceſſiſſe, & digna cœleſti numero immortale Præmium Pietatis poſſedit.* Nec debebant abjungere eum Auctorem Arateis Collectaneis doctiſſimi viri, cui exinde quoque major imminet obſcuritas. Licet multa ejus apud Higinum legantur, ſequitur tamen Aratum, ut ejus nomine citatur Lactantio, Iſidoro, alijs. Primus autem commentus eſt Aſtrææ hujus fabulam Heſiodus, à quo hauſiſſe Aratum idem Higinus obſervat. Iluſtrat nonnihil hæc noſtri ad Libanij Encomium, iſthuc legendum Fed. Morellus.

VOLAT.] ALis enim prædita fingitur Theon. in Aratum:

Οἶδε γὰρ ὁ Ἄρατος τὴν παρθένον δύο πτέρυγας ἔχουσαν, καθάπερ καὶ ἄλλοι μαρτυροῦσι τὸ πτέρυγας αὐτὴν ἔχειν ἐν τοῖς καταστερισμοῖς.

Cum avolavit olim ad ſuperos, Comites ſecum abſtulit ſorores ſuas duas. Juvenalis, Sat. VI.

Paullatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit
Hac Comite; atque duæ pariter fugere ſorores.

Hæc eſt vera ejus loci diſtinctio. Quatuor enim finguntur divæ cœlum ſimul petiiſſe; Juſtitia cum Pudicitia comite, quas nominat Juvenalis; Fides, quam memorat Interpres ejus priſcus, ſed male ſolam; & Frugalitas ſive Temperantia. De hac ad hunc locum pulcrè Joannes Sareſberienſis lib. VIII. de Nugis Curial. cap XIII. *Simpliciter*, inquit, *conſtat frugalitatem in bonis numerandam, utpotè illam, quæ Saturno regnante, regna aurea temperavit, & eorumdem omnia diſpenſavit officia. Hæc eſt quæ Aſtræam & Pudicitiam in terris diutius tenuit, donec eas, invaleſcente Luxu, regnante Iove, in cœlum contigit evolaſſe. Nos hac fabula reſpicit, ut ſciamus, ſine Frugalitate non poſſe Iuſtitiam aut Pudicitiam conſervari; ſiquidem neceſſitas exercendi luxus excludit Iuſtitiam, & exercitij Voluptas Pudicitiam propellit.*

112. *RABIEMQVE FREMENTES DEPOSVERE FERÆ.*] Alludit Officium & Beneficium Juſtitiæ; cui nimirum ſoli debeatur conjunctio humanæ Societatis, cum ſine illa, citraque ejus Imperium, omnis vita ferino more coleretur. Noſter Infrà, hoc Panegyrico:

Te propter colimus leges, animosque ferarum
Exſuimus: nitidis quiquis te ſenſibus hauſit
Irruet intrepidè flammis.
tu prima hominem ſilveſtribus antris
Elicis, & fœdo detergeſ ſecula victu.

Hanc Juppiter Optimus Maximus datis Legibus homines docuit, ne ſcilicet mutuis cædibus interirent, ſed violentiam æquitas coerceret. Ariſtides Hymno in Jovem:

Θεῶν μὲν γὰρ βίᾳ οὐχ ἅπτεται, διὰ τὸ νόμων οὐδὲν δέονται. Ἀνθρώπους δ' αὖ μόνους τῶν ἄλλων ζώων ἐνόμιζε. Φόνοι δὲ ὅπως μὴ φθείρωνται, καὶ ἁρπαγαὶ, καὶ βίαι μὴ γίγνωνται. Ἀλλὰ Δίκη βίας ἐμπροσθεν ᾖ. Ταῦτα δὲ ἐνομοθέτει Ζεὺς ἐπι ἔπεμπεν εἰς ἀνθρώπους Αἰδῶ καὶ Δίκην μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν ἐπιμελησομένους ἀνθρώπων, καὶ φυλάξοντας αὐτοῖς τὸν βίον.

Unde & æquum eſt Juſtitiæ maximum honoris Titulum deferre, nec lucem ferè ipſam ea cariorem exiſtimare. Ariſtoteles id voluit Lib. V. Ethicorum, cap. III.

Κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ Δικαιοσύνη, καὶ οὐθ' ἕσπερος οὔτ' Ἑῷος οὕτω θαυμαστός.

Sciriſſimè PLato affectuum in humano animo depugnantium, quamdam compoſitionem & Harmoniam ad veram ὀρθότητα dicit Juſtitiam; quæ ſcil. omnes motus homini cum beſtijs communes componat; & Aequitatem generet, omnibus affectibus imperantem. Vide eum multis, libro IV. πολιτ. Ariſtoteli concinit Plotinus, cap. IV. libri de Pulcritudine:

οὐκ ἔστι περὶ ἀρετῆς φέγγους λέγειν τοῖς μηδὲ φαντασθεῖσιν ὡς καλὸν τὸ τῆς Δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης πρόσωπον. καὶ οὔτε ἕσπερος οὔτε ἑῷος οὕτως καλά.

PLato verò, verum Deorum amicum hominem juſtum, Deoq; ſimilem evadere, autumat. Decimo de Rep.

Οὐ γὰρ δὴ ὑπό γε θεῶν ποτὲ ἀμελεῖται, ὃς ἂν προθυμεῖσθαι ἐθέλῃ δίκαιος γίγνεσθαι. καὶ ἐπιτηδεύων ἀρετὴν εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ ὁμοιοῦσθαι θεῷ. Idem Philebo: Δίκαιος ἀνὴρ, καὶ εὐσεβὴς, καὶ ἀγαθὸς πάντως, ἆρ' οὐ θεοῦ φίλος ἐστι: Τιμῶν Σ. τί δὲ ὁ ἄδικός τε καὶ παντάπασι κακός, ἆρ' οὐ τοὐναντίον ἐκείνῳ: Π. πῶς δ' οὔ.

Quibus quidem duobus omnis Beatitudo abſolvitur. Porrò rabiem illam ferinam,

nam, non ſolum erga alios in animis noſtris compeſcit Juſtitia, ſed ipſos nos erga nos etiam adeo ſtabiles facit, ut nullius nobiſmet ipſi cauſſa ſimus, vel incommodi, vel commotionis, & ita ſe ipſo hominem hæc virtus uti docet, ut voluptati ipſi omnia commodoque cedant, ut pulcerrimè demonſtrat Diogenes: & Plato indicat dum Juſtitiam animæ ſuæ ipſam præmium eſſe optimum autumat. Eodem. X. de Republ. *αὐτὴν δικαιοσύνην αὐτῇ ψυχῇ ἄριστον εὑρομένη μισθόν.* Ne ſcilicet quicquam extrà petat: quo alluſum noſtro principio hujus Panegyrici. Hæc virtus omnium eſt cæterarum Imperatrix, cujus utilitas in omnes univerſalia commoda diſtribuit, ut Polus Pythagoricus docet; eam nutricem omnium aliarum, &c. cum eodem Platone, Harmoniam Animæ, & concordiam Morum appellans, apud Stobæum Sermone Septimo: Quo eodem tendit definitio quoq; ejusdem poſt multam diſceptationem ibidem propoſita ab Hierace Philoſopho: *Juſtitiam eſſe animæ habitum rationabilem, rectitudinem, ſive Aequitatem, curantem. Hanc penes juſtiſſimos Indiæ populos ſemper à dijs Immortalibus, neque ab hac aliud quicquam precibus expeti ſcripſit* Nicolaus Damaſcenus, in Moribus Populorum. Hujus Deæ in omnium hominum animis eſſe à Natura conſtitutas aras, ut nemini non veneranda ſciatur, auctor eſt Demoſthenes prima in Ariſtogitonem.

Καὶ Δίκης γε καὶ Εὐνομίας, καὶ Αἰδοῦς εἰσὶν ἅπασιν ἀνθρώποις βωμοί. οἱ μὲν κάλλιστοι, καὶ ἁγιώτατοι ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου, καὶ τῇ φύσει. οἱ δὲ καὶ κοινοὶ τοῖς πᾶσι ἡμῶν ἱδρυμένοι.

Hanc ut colere valerent, & per hanc vitam honeſtam vivere, civitates ſunt conſtitutæ, & hominum catervæ in ordines Legitimos redactæ, unde Βάθρον πόλεων appellatur à Pindaro. Neq; ulla Utilitas illi præferenda, ſive Bellicis ſive Pacis temporibus, ut prolixè demonſtrat Archidamus Iſocratis. Hæc nos iſto loco, copioſiores talium hoc Panegyrico, ubi viſum fuit, ne ad res tantas muti videremur, potius quidem quam quod tali loco tractata placeant admodum.

122. LÆTATUR TERRA REVERSO NUMINE.] Inſignis Hypetbole. Hac enim ratione ſub Jovis imperio nemo umquam fuerit juſtus Princeps, iſto demum Conſule Juſtitia in terras reverſa. Pariter Calpurnius

Aurea ſecura ſub pace renaſcitur ætas,
Et redit ad terras tandem ſqualore ſituque
Alma Themis poſito.

123. PRISCI AURI.] Aurea ætas naturali æquitate vitam colens, ordine ingenuo, Heſiodi, Ovidij, Arati, Virgilij, Theocriti, aliorumq; carminibus celebris. Sequioribus Temporibus Fabium Pictorem de hoc ævo finxerunt; vel ideò malæ fidei, quod Regium in id Imperium ponat. Memorabilia tamen ſunt verba, & proculdubio melioris alicujus Indigeti exſcripta. *Ea,* inquit, *ætate nulla erat Monarchia quia mortalium pectoribus nondum haſerat ulla regnandi cupiditas. Principes, quia juſti erant, & Religionibus dediti, jure habiti Dij & dicti: Non enim Arbitria illorum ab æquo, vel populus à Iure innato diſcedebant. Nullo tunc vindice* (agnoſcis verba Ovidij) *aut metu; ſed ſponte ſua retinebant Fidem & Rectū. Pudor ipſe regebat populos, & jus Principes; Domus illis non exſtructæ vel ornatæ, luxuriaque inſignes erant & ſplendidæ, ſed vel crypta, vel viminum tuguria, & cava arborum ligna erant. Victum ſponte naſcentia præbebant, aut in diem victus quærebatur venatu. Bella tunc non igneta modo, ſed nec cogitata in mentem venerant. Primus omnium Ninus Rex Aſſyriorum hos aureos mores, nova regnandi cupiditate mutavit, & primus limites tranſgreſſus, Bella finitimis movit.* Ejus generis in eadem Collectione eſt Sempronio inſcriptum Fragmentum, quod poteſt, ut auctorem habeat ejus nominis doctiſſimum virum qui Auſonio & Olybrio Conſulibus claruit, teſte Proſpero

Tirone, item Caronis fragmenta, interpola à monacho falſario, minimè ſcripta. Nam & Philonis tiru o Opuſculum mediorum temporum eſt, & Xenophon, Beroſus, Manetho, Myrſilus, Meraſthenes, Archilochus, delitia longè ſunt primo Typogropho antiquiora.

124. LIGURUM SE MOENIBUS INFERT.] Mediolanum dicit. Eam enim Theodoſius Magnus elegerat Aulæ ſedem, & Veteri Romæ quodammodo ſuccidaneam: quem Patris affectum annis felicioribus Imperij ſecutus eſt Honorius, Nuptijs etiam mibi celebratis, ut ex noſtro conſtat, qui & educatum eumdem ibi innuit De obitu Theodoſij dividiæ ſunt ſcriptorum. Mediolani exceſſiſſe memorat Victor, ſive Victorinus, Epitoma: *Theodoſius in pace rebus humanis, annum agens quinquageſimum apud Mediolanum exceſſit. Vtramq; Rempublicam utriq;, id eſt Arcadio & Honorio, quietam relinquens. Corpus ejus eodem anno Conſtantinopolin translatum atq; ſepultum eſt.* Cui quidem ego prorſus aſſentior, cum ita exacte unica pagella etiam intimas tanti Principis res exigat, ut familiarius eum cognitum habuiſſe videatur omnibus cæteris ſcriptoribus; adſignetque tempus etiam novam Romam tranſlati cadaveris: Id cum ab exceſſu breve admodum fuerit decepiſſe videtur Zoſimum ut, qui Sepulturæ locum certo ſciret, etiam illic obijſſe Principem arbitraretur.

Ὁ δὲ βασιλεὺς, inquit, Θεοδόσιος, τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη, καὶ Ἴβηρας, καὶ Κελτοὺς, καὶ προσέτι γε Λιβύην ἅπασαν Ὀνωρίῳ τῷ παιδὶ παραδοὺς αὐτὸς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανιὼν, ἐτελεύτησε νόσῳ. καὶ τὸ τούτου σῶμα ταριχευθὲν τοῖς ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει βασιλικοῖς τάφοις ἐναπετέθη.

Victori aſſentiuntur plures. Caſſiodorus; Proſper Tiro, Marcellinus Comes, Idatius, Chronicis. Paullus Oroſius lib. VII. cap. XXXV. Hermannus Contractus; Marianus Scotus, qui mendoſus eſt *Sexageſimum* ætatis annum ponens; Conſtat enim Septendecim imperaſſe. Anno XXXIII. Imperio admotum fuiſſe Theodoſium, ut diſertim notat ex Antiquioribus Paullus Diaconus. Gotfridus Viterbienſis, lib. XVI. Panthei. Otho Friſingenſis lib. IV. cap. XIIX Paullus Diaconus, lib. XIII. Jornandes de ſucceſſionibus. Freculphus Tom. II. Lib. III. cap. XXIIX. Robertus Monachus Chronologia Altiſſiodorenſi. Albertus Stadenſis, Chronico. Sozomenus lib. VII, cap. XXVIII. Qui & noctem obitus adſignat, Honorio Conſtantinopoli evocato:

Μετὰ δὲ τὴν κατ' Εὐγενίου νίκην, ἐν Μεδιολάνῳ διάγων Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς, ἀρρώστως διετέθη, εἰσκληθεὶς τὴν τοῦ Ἰωάννου τοῦ μοναχοῦ προφητείαν, ὑφωρᾶτο τὴν τελευτὴν, ἐν τάχει τὸν υἱὸν Ὀνώριον ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως μετεκαλέσατο, καὶ παραγενόμενον ἰδὼν ἔδοξε ῥᾷον ἔχειν. ὡς καὶ ἐπὶ θέαν ἱπποδρομίας αὐτῷ ξυμπαραγενέσθαι. ἐξαπίνης δὲ μετὰ τὸ ἄριστον χαλεπῶς διατεθεὶς, ἐκέλευσε τῷ παιδὶ τὴν θέαν ἐπιτελέσαι. τῆς δὲ ἐρχομένης νυκτὸς τὸν βίον μετήλλαξεν. Ὀλυβρίου καὶ Προβίνου τῶν ἀδελφῶν ὑπατευόντων.

Sic enim legenda ea verba: Zoſimum tamen excuſare poſſit quod non in Urbe Conſtantini; ſed eo contendentem Theodoſium obijſſe intelligi poſſit ſenſiſſe. Immò ita omnino ſenſit, cum alibi in Italia, exceſſiſſe Theodoſium ſcribat. lib. V.

Τελευτήσαντος γὰρ μετὰ τὴν Εὐγενίου καθαίρεσιν ἐν Ἰταλίᾳ Θεοδοσίου στρατηγὸς ἦν τοῦ παντὸς στρατεύματος ὁ Στελίχων.

125. CASTOS PENATES.] Non enim alios numen illud æquiſſimum intraverit: Cum Juſtitiæ vel prima regula ſit alieno toto, omnique inceſta libidine abſtinere, PLato præcipit Octavo Legum: μηδεὶς τολμάτω μηδ. ιὸς

μιδεκὸς ἅπτεσθαι τῶν γυναίων ἀμα- καὶ ἐλευθέρων, πλὴν τῆς γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικός. Caſti ergo penates ex diſciplina Platonica eſt conjugium incorruptum, quod qui contemeraret, non ſolum orbis Romani Jura, qui Æquitate ut parente & nutrice ducebatur, uti auctor eſt Ammianus, lib. XXI. *conculcabat atque profanabat, ſed ipſam illam cœleſtem & Naturalem Iuſtitiam, penatibus ſuis avertebat. Qui enim torum ſuum injuria afficit, offendit natalitios Deos, ut qui domui & cognationi ſuæ Germanos auxiliatores avertat, inferat vero, quantum in ipſo eſt, ſpurios.* Quin etiam perfidus eſt, erga naturæ Deos, per quos juraverat una cum parentibus & cognatis ſuis, ſe convictutum legitimè conjugi ſuæ, ad vitæ communionem, & liberorum in firmam ſtirpem progenerationem: in patriam quoque peccat non perſiſtens in inſtitutis. Cum inſuper in his rebus delinquere, quibus maxima pœna conſtituta eſt Mors ipſa, propter magnitudinem ſceleris, quod Voluptatis cauſſa petulantiæque committitur, omninò nefarium, & omni venia prorſus indignum ſit, quæ eſt commonefactio Phintyos, mulieris Pythagoricæ, in Libro de Temperantia, conſervata Joanni Stobæo, Sermone LXXII.

125. LEVIBUS PLANTIS.] Utpote divina aura, Ignis æthetius. Quam ſubſtantiam Dijs ſuis cum effigie ejuſdem humana adtribuebant Sapientes priſci. Abſurdiſſimè nonnulli libri *Levibus plauſtris*. Et quidem Belgici omnes, duobus demtis, etiam Aldus, & vulgatæ Gallicanæ Editiones, cum Camerte. Contra veritatem aſſerunt Cujaciani, Noſter, Bentiniani, Delriani, Veteres Editi Germanici, Scaliger.

125. CASTOS INGRESSA PENATES.] Contra fugit Conſceleratorum hominum habitacula, ut ætate jam corrupta; Cæſar Germanicus.

> *Nulliuſque Larem, nulles adit illa penates*

Et de univerſo Deorum numero, mira dulcedine Sermonis Catullus, Nuptijs Pelei, caſtos penates inviſere conſueviſſe.

> *Præſentes namque ante domos inviſere caſtas*
> *Sæpius, & ſeſe mortali oſtendere cœtui*
> *Cœlicolæ, nondum ſpreta Pietate, ſolebant.*
> *Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,*
> *Iuſtitiamq; homines* (ſic leg.) *cupida de mente fugarunt,*
> *Omnia fanda nefanda, malo permiſta furore,*
> *Iuſtificam nobis mentem avertere Deorum.*
> *Quare nec tales dignantur viſere cœtus,*
> *Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.*

Adoleſcens ſuſpicabar tot librorum lectionem in hoc verſu non eſſe de nihilo, ſed illatere aliam, in ſpeciem difficiliorem, quam Librarij veteres non fuerint aſſecuti *levibus clauſtris* ſponte ſeſe ſubmoventibus, adventu tantæ Deæ *Clauſtra* quælibet fores. Vide ad Raptum Proſerpinæ.

126. INVENIT ÆTHEREOS.] Nobiliſſimas ſcientias, Aſtronomiam & Geometriam tradit in manus Manlio, utpote homine cordato digniſſimas. Aſtrologia enim velut ſcalæ quæpiam, cœleſtibus inſcendendis. Gregorius Thaumaturgus, Panegyrico Origenis:

Τί δεῖ λέγειν τὰ τῶν ἱερῶν μαθημάτων; Γεωμετρίαν μὲν γὰρ τὴν πᾶσι φίλην, καὶ ἀναμφισβήτητον, καὶ Ἀστρονομίαν τὴν μετεωροπόρον; ἃ δὴ ἕκαστα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνετυποῦτο, διδάσκων ἢ ἀναμιμνήσκων. ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι χρὴ λέγειν, τὴν μὲν ὡς ὑποβάθραν πάντων ἀπλανῆς ποιησάμενος τὴν ἄσειστον τὴν γεωμετρίαν, καὶ κρηπῖδα τινὰ ἀσφαλῆ. ἀνάγων δὲ καὶ μέ-

χ.

χρι ὧν ἀνωτάτω διὰ τῆς ἀστρονομίας, ὥσπερ διὰ κλίματός τινος ὑπερχομένους ἑκατέρου τοῦ μαθήματος βατὸν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν παρασκευάσας.

Aſtronomiæ quidem ſtadia qualemcunq; Numinis Contemplationem mortalibus reſtituiſſe ſcimus. Gregorius Nyſſenus de A-brahamo, Vita Thaumaturgi:

Καθάπερ δὲ τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ὁ λόγος κατέχει, τῆς Χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας ἐν ἐπιστήμῃ γενόμενον, καὶ τὴν ἐναρμόνιόν τε, καὶ τεταγμένην τῶν ἄστρων κατανοήσαντα θέσιν καὶ κίνησιν ἀποβάθρᾳ χρήσασθαι τῇ περὶ ταῦτα γνώσει πρὸς τὴν ὑπερκειμένου ἀγαθοῦ θεωρίαν, λογισάμενον, ὡς εἰ τὰ αἰσθήσει ληπτὰ τοιαῦτα τί ἂν εἴη τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν, καὶ οὕτως τοῦ ζητουμένου τυχεῖν, οἷον ἐπιβάντα τῆς ἔξω σοφίας, καὶ γενόμενον δι' αὐτῆς ὑψηλότερον, ὥστε προσεγγίσαι τρόπον τινὰ δὲ αὐτῆς τοῖς ἀλήπτοις, οὕτω καὶ ὁ μέγας οὗτος τῇ ἔξω φιλοσοφίᾳ δι' ἐπιμελείας καθομιλήσας, δι' ὧν ὁ ἑλληνισμὸς τοῖς πολλοῖς βεβαιοῦται, διὰ τούτων ὡδηγήθη πρὸς τὴν τοῦ χριστιανισμοῦ κατανόησιν. &c.

126. SIGNANTEM.] Delineantem: Signa enim Elementa, prima rudimenta. Horatius.

Vnde, & quo, Catius? Non eſt mihi tempus, aventi
Ponere ſigna novis præceptis, qualia vincant
Pythagoram, Anytiq; reum, doctumque Platona.

126. PULVERE.] Uſus veterum ad Mathematum lineas ſubt[illi]ſſimi pulveris. Perſius, Satira I.

Nec qui aba[co] numeros, & ſecto in pulvere meta
Scit riſiſſe vafer.

Cornutus Grammaticus: *Geometræ conſueti ſunt radio in abaco, ſive aliquo ſtilo formas aliquas & menſuras in ſummo terræ annotare.* Summum illud terræ pulvis eſt iſte. Licentius ad Auguſtinum.

Inde figurarum poſitas ſine pulvere formas
Poſco amens, aliasque graves offendo tenebras.

Rhemnius Fannius, ſive Favonius Priſcianus:

Nam quod dimidium ſuperat, pars eſſe negatur,
Vt docuit tenui ſcribens in pulvere Muſa.

Apulejus à tenuitate pulviſculum vocat. Apologia; de libro Archimedis: *Quem tu librum, Æmiliane, ſi noſſes, non modo campo & glebis, verum etiam abaco & pulviſculo te dediſſes.* Cornutum Grammaticum dixi, ut ab alijs ſepararem. Inſaniunt enim nonnulli de Philoſopho ipſo. Eſt, mea opinione, is quem laudant Virgilij interpretem Cariſius, Gellius, Servius; ſed interpolatus ad ſequiorum temporum captum atque Uſum.

127. QVOS PIA.] Cultui numinum dedita: mater & nutrix Mathematicarum Diſciplinarum. Lucanus, Lib I.

quem non Ægyptia Memphis
Æquarit viſu, numeriſque docentibus aſtra.

Idem, Lib. VI.

Tunc Babylon Perſæa licet, ſecretaque Memphis
Omne vetuſtorum ſolvat penetrale Magorum. Nota omnia.

128. SOLLICITO POLLICE.] Curioſa opera. *Pollice* ſic ſæpe utitur noſter, notatque eruditiſſimus Perſij Interpres. Perſius Sat. V.

Artificemque tuo ducit ſub pollice vultum.

Alluditur etiam computationis priſcæ ratio, in qua ſuæ partes etiam pollici. Vide libellum Bedæ de ratione ea. De numeris, funda-

lamento omnium diſciplinarum, Latè exa- ſtèque alibi.

128. DEPRENDIT.] Curam intelligit veluti fugientes. Ut in illo. *Deprendit tacitis dominantia Legibus aſtra.* Sic clepere mundum, dictum Manilio *quis enim condentibus illu clepſiſſet furto mundum* Nos in Gratiam Ægyptiaci Poëtæ, Ægyptijs rebus hic pagellas aliquot dabimus, quoniam alioquin Liberior in hunc Panegyricum ſtilus ſumtus eſt. Ægyptiorum pleræq; pulcræ utileſq; ſcientiæ inventionem jactant, unde Græci aliæq; gentes hauſerunt doctrinarum ſecreta & inſtituta, ſummi Philoſophi eò profecti, adeò ut in Theophraſto memoret Æneas Gazæus Apollinem monuiſſe Græcos, Ægyptiorum inventis acquieſcerent.

Αὐτὸς, inquit, ὁ Ἀπόλλων καὶ ὁ τούτου παῖς, ὁ Πλάτων, ὁμογνώμονες τοῖς Αἰγυπτίοις γεγόνασι. ὁ μὲν οὕτως πως χρησμῳδῶν ὁ Ἀπόλλων, καὶ κελεύων τοῖς τῶν Αἰγυπτίων ἐυρήμασι πανταχοῦ πείθεσθαι, ὁ δὲ δὴ Πλάτων. &c.

Quæ res impuliſſe veterum non paucos videtur, ut Ægyptiaca inſtituta, mores, doctrinam, litteris commendarent, inter quos fuiſſe Senecam docet Servius, ad Æneid. VI. Licet is de Sacris ceremonijſq; tantum commentatus videatur. Scripſerat Latinis etiam aliqua *Ammianus Marcellinus*, *tanta eruditionis miles*, ut omnis aliquando Antiquitatis evolutionem jactet, in rebus Adriani & Severi Principum, ut ipſemet teſtatur, lib. XXII. quo & ejusdem argumenti non pauca notavit. Græcorum qui fuerint, Indices Scriptorum teſtantur, Latinis enim feliciores talibus illi. Vocabulum Regionis ipſum exponitur à Grammaticis. *Ægyptus, coarctans, anguſtians.* Ut Geneſ. XVI. Ægyptij anguſtiantes. Numeror. XIV. *Aegyptius*, idem. Exodi II. Ægyptij affligentes, Iſidorus lib. IX. Orig. cap. II. Ægyptij ab Ægypto quodam ſuo Rege, vocati ſunt: Nam antea *Aerij vocabantur.* Interpretantur autem Lingua Hebraica *Aegyptij affligentes.* *Mundum* eandem vocem deſignare ſenſu ſacrarum litterarum ſcribit Hieronymus Epiſtola Paullæ & Euſtochij ad Marcellam. *Tenebras*, Gaudentius in Tractatibus, *Vitam præſentem*, Aerumnis & laboribus obſitam Petrus Damianus de Inſtitut. Monial. cap. II. *Ægyptus* obſcuritas interpretatur, Lucas Abbas Sancornelianus Epitoma Commentationum Aponij in Canticum Cantic. *Ægyptus, mundus tenebris horribilibus involutus.* Joachimus Abbas in caput XX. Hieremiæ. *Ægyptus, mare vitæ* hujus caducæ, Joannes Abbas Raichu Epiſt. ad Joannem Climacum. *Ægyptus, vita improba typus.* Prudentius, Hymno Epiphaniæ. Sed omiſſis alluſionibus iſtis ſciamus Ægyptum nomine Regem, regioni, nationique vocabulum dediſſe. Higinus: Fuit is filius Beli, Frater Danai, eodem traditore, cap. CLXIIX. Fab. Vide Euſebium Chronico. Honorius Auguſtodunēſis, li. III. de Imag. Mundi: *Danaus habuit Quinquaginta filias. Frater ejus Ægyptus totidem filios. Ab hoc Ægypto Ægyptus eſt dicta. Alij faciunt fluvium eo nomine, qui dein Nilus ſit vocatus*, à quo Regno hæſerit titulus, ut Homerus apud Ammianum, lib. XXII. Lege Herodotum, Arrianum, Anabaſi. V. Diodorum Siculum, lib. I. Nomen ipſum viris etiam alijs datum: Sic Atin Silvium, Albanum Regem *Ægyptum* appellatum memorat ex antiquioribus Honorius Auguſtodunenſis Chronico. Eodem vocabulo eſt alter Dialogiſtarum adud Æneam Platonicum Chriſtianum, & apud Egeſippum Pſeudopropheta triginta millia Judæorum peſſumdedit libro II. capite VII. niſi eo loco patria hominis potius indicatur. Porrò Rex ille Ægyptus tantæ regionis appellator, quinquaginta filiorum pater fuit, ut ex Higino modo indicatum eſt, & conteſtatur Nonnus. libro III. Dionyſ. gregem illi maſculæ ſobolis adſcribēs.

Καὶ σοφὸς Αἰγυπτίης ναίτης Αἴγυπτ☉ ἀρσένης,

R Αυα-

Αὐτοτόκος πολύτεκνος, ὃς ἀρσενόπαιδι γενέθλῃ
Ἤροσε τοσατίων μιτυωέλα πώεα παίδων.

Ex plurimis uxoribus. Apollodorus, libro II. Biblioth. γίγνονται δὲ καὶ ἐκ πολλῶν γυναικῶν αἰγύπτῳ παῖδες πεντήκοντα. Alij unam tot filiorum matrem ponebant. Phlegon Trallianus. ἱπποσέρατος φησὶν ἐν τῷ περὶ Μίνω αἴγυπτον ἐκ μιᾶς γυναικὸς εὐρύπωνς (Leg. εὐρώπης) τῆς Νείλου, πεντήκοντα υἱοὺς γεννῆσαι. Ipſe Ægyptus filius erat celeberrimi illius Beli, Babyloniorum & deinde aliorum numinis famigeratiſſimi. Euſtathius in Dionyſium: ὁμώνυμος δὲ ἡ Αἴγυπτος Αἰγύπτῳ τῷ βήλου, τῷ Δαναοῦ ἀδελφῷ. Higinius, alij. Atque hoc nomen tenuit regnum nobiliſſimum, cum alioquin alijs non paucis cenſeretur, per princeps illud obliteratis. Idem Euſtathius: ἐκλήθη δὲ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα καὶ Αέρια, καὶ Ποταμία, καὶ Αἰθιοπία, διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας, περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι. καὶ Μῖν, καὶ Αετία, ἐκ τινὸς Ινδοῦ, ἀετοῦ καλουμένου. καὶ ὠγυγία δὲ καὶ Μελάμβωλος, καὶ Ηφαιστία.

Aeriæ titulus videtur celebrior fuiſſe. Vide Euſebium Chronico. Gellium lib. XIV. cap. VI. Marianus Scotus Chronico: *Anno mundi MMDCCXIV. Ægyptus, quæ prius Aeria dicebatur, ab Ægypto, tunc ibi regnante nomen accepit.* Ægyptum inſulam nonnulli appellant à fluvij Nili munitione naturali, & ſitu adeò munito ut aquarum, ſive Oceani, circumfluxum ſuppleſſe viſus ſit. Lege prolixè Diodorum Siculum, lib. I. Ammianum lib. XXII. Herodotum lib. II. Strabonem. Sed verius eſt ita appellari partem ejus inferiorem, quã Nilus ambiens includit, ſtadiorum trium millium, ut vides in Strabonis libro XVI. quem librum legens pauca memorabilia regionis ignorabis. Fuere qui Aegyptum mediam telluris ponerent. Orus Apollo, Hieroglyphicis.

Μόνη δὲ ἡ Αἰγυπτίων γῆ, ἐπεὶ μέση τῆς οἰκουμένης ὑπάρχει, καθάπερ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἡ λεγομένη κόρη, θέρους ἄγει τὴν τοῦ Νείλου ἑαυτῇ ἀνάβασιν.

Eadem alijs pars Aſiæ PLinius, lib. V. cap. IX. Pomponius Mela, lib. I. Aſiæ & Africæ terminum Herodotus, itemq; utriq; finitimam, lib. III. Alij adſcribunt Africæ, Vt PLutarchus Agide, Eumene, Antonio. Caret collibus, unde cauſſa obſervati cœleſtium ſiderum curſus. Cicero lib I. de Divinat. *Etenim Ægyptij & Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere poſſet, omnem curam in ſiderum cognitione poſuerunt.* Quamquam verò talis, inepta tamen Equeſtribus rebus, ob crebritatem foſſarum. Herodotus, lib. II. Olim in XII Regulorum Imperia diſtribuebatur, eodem auctore: nomina apud Plinium lib. V. cap. IX. Munitiſſima naturali ſitu. & manu dehinc impenſiſque Regum. Juſtinus lib. II de his. *Ægyptum autem, quæ tot Regum, ſeculorum, cura impenſaq; munita ſit, & adverſum vim incurrentium aquarum tantis ſtructa molibus.* De Naturali munitione Diodorus Siculus lib. I. *Aegyptus tota ferè ad meridiem recedit, quæ naturali quadam munitione, ſoliq; amœnitate non parum alia regna præcellere videtur. Nam ab occaſu deſerta pars Libyæ, & belluis infeſta, inq; longinquum procurrens, eam munit. Vbi propter aquarum inopiam & defectum alimenti, non ſolum difficilis, ſed etiam periculoſus commeatus eſt. Ab Auſtro Cataracta Nili, & montium confinia, eam tutantur. Quæ ad ortum vergunt, partim amni obfirmantur, partim deſerta ſunt, & paluſtribus campis, barathra vocant, includuntur.* Itaque non abs re *difficilem aditu* vocat Tacitus, Hiſtor. I. *Aegyptum, copiasq; quibus exercetur, jam inde à Divo Auguſto Equites Romani obtinent, loco Regum. Ita viſum*

iſum expedire provinciam aditu difficilem, annona fœcundam, ſuperſtitione ac laſcivia diſcordem ac mobilem. Munitiones illas, à ſitu & ſpecie cornua vocant. Florus, lib. IV. cap. XI. *dex ſecutus Antonius, ſed inſtare veſtigiis Caſar. Itaque nec aperta in Oceanum fuga, nec munita præſidiis utraq; Aegypti cornua, Peluſiacum, atq; Parætonium, profuere.* Niſi ſi angulos aut ſpacia prominentia intelligas. Paulus Diaconus, lib. VII *Antonius & Cleopatra communes Liberos cum parte Regiæ Gaza ad Rubrum mare præmittendos conſuerunt. Ipſi præſidiis circa duo Aegypti cornua, Peluſium, Parætoniumque, diſpoſitis, claſſem & copiam inſtaurande bello paraverunt.* De eadem difficultate aditus. Hirtius de Bello Alexandrino: *Tota Aegyptus maritimo acceſſu Pharo, pedeſtri Peluſio velut clauſtris munita exiſtimatur.* Victorinus, Epitoma Cæſarum: *Regionem Aegypti, inundatione Nili acceſſu difficilem, inviamque paludibus, in provinciæ formam redegit. Paludum crebra* mentio & deſcriptio velut in Heliodoro. Lucanus, lib. VIII.

> *Syrtibus hinc Libycis tuta eſt Aegyptus, at illinc*
> *Gurgite ſeptemo rapidus mare ſubmovet amnis,*
> *Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis, Aut Iovis*

Abatos ſive Styx, Palus Aegyptiaca, huc pertinet, de qua poſt alios Servius ad VI. Aen. Aegyptus porrò diſtincta erat in gentes XXIV. Oroſius, lib. I. *Aegyptus ſuperior in Orientem per longum extenditur, cui eſt à Septentrione ſinus Arabicus, à meridie Oceanus. Nam ab occaſu ab inferiore Aegypto incipit, ad Orientem rubro mari terminatur, ubi ſunt gentes XXIV.* Ipſius Provinciæ nota ſequens diſtinctio ex Geographis. *Aevo Iuſtiniani* dux erant *Aegypti* Provinciæ, uni Auguſtali præfecto parentes, qui Alexandriæ præſidebat, exceptis duobus oppidis, Mareota & Menelaita, toti olim Regno, imperans. Vide ejus Principis Edictum. XIII. cap. I. Temporibus antiquioribus Tres erant Aegypti partes, poſt Quinque. Ammianus, lib. XXII. *Tres provincias Aegyptus habuiſſe fertur, Temporibus priſcis: Aegyptum ipſam, & Thebaidem, & Libyam, quibus duas adjecit poſteritas ab Aegypto Auguſtamnicam, & Pentapolim à Libya ſicciore diſparatam.* De populoſitate infra. *Civitates habuiſſe memoratur vicies mille.* Pomponius Mela, lib. I. cap. IX. *Viginti millia urbium Amaſi regnante habitarunt, & multas nunc habitant.* Quod non indoctè tamen Germanus Scholiaſtes ad omnia parentia Ægypto regna refert. Aliter alij. Τρεῖς μυριάδες, ἑκατὸν τρεῖς, χιλιάδες, τριακοσίων τρεῖς inibidē civitates agnoſcat Theocritus Encomio Ptolemæi, & Scholiaſtes nuperus, veterum collector, Zacharias Calliergus. Præcipuè earum nominantur Pomponio Melæ, dicto loco, Ammiano libro XXII. Straboni ejuſq. Epitomatori, lib. XVII. Alijs. Facile nobiliſſima antiquitus *Memphis*, quam pro univerſa Aegypto habet hoc loco Claudianus. Babel à Cambyſe ſtructa, ut ex alijs memorat Honorius Auguſt. lib. I. de Imag. Mundi, cap. XIIX. me quidem diſſentiente, qui Diodoro Siculo magis credo Uchoreum Aegypti longè vetuſtiorem Principem eam urbem conſtruxiſſe. Hæc quidem caput Regni fuit uſque ad Alexandrum Macedonem; cui conditam Alexandriam omnes ſecuti Reges amplificarunt, ornarunt, ut à Roma omnium toto terrarum Orbe uſq; ad Conſtantinopolim fuit excellentiſſima. Lege Diodorum lib. I. *Antiquitas Aegyptiorum* glorioſa præ cæteris nationibus, licet nec ineptè ab alijs oppugnetur Mela, lib. I. cap. IX. *ipſi vetuſtiſſimi, ut prædicant, hominum, trecentos & triginta Reges ante Amaſin, & ſuprà Tredecim millium annorum ætates certis annalibus referunt.* Herodotus, lib. II.

Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι πρὶν μὲν ἢ Ψαμμήτιχον σφέων βασιλεῦσαι, ἐνόμιζον ἑωυτοὺς πρώτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων.

Ubi ex re tentata per infantis vocē à Pſammeticho, ſolis Phrygibus conceſſiſſe Aegyptios ſubdit, cæteris omnibus gentibus ipſa-

ummet teſtimonio Antiquiores. Ejus hiſtoriæ meminit etiam Noſter II. in Eutropiam V.CCLI. Ammianus lib. XXII. cum Scythis certaſſe Aegyptios memorat. *Aegyptiam gentem omnium vetuſtiſſimam, niſi quod ſuper antiquitate, certat cum Scythis, à meridiali latere Syrtes majores, & Phycus promontorium, & Borium & Garamantes, nationesq; variæ claudunt.* Scythas verò argumentis litem hanc obtinuiſſe, ideoq; antiquiores ſemper viſos, decidit Juſtinus ex Trogo lib. II. Pro Aegyptijs contra ſtat Diodorus, lib. I. Biblioth. Nõ ſtetit vero retrò tot millibus annorum jactandis Aegyptia Vanitas; ſed amplius centum millibus numerabant, ex quo ſiderum curſus obſervaſſent ipſorum majores, quod ſtolidum mendaxq; commentum ſolide confutavit auctor Hiſtoriarum quondam conſultiſſimus, Marcus Varro, ſuam ætatem nec duo integra millia annorum ab Iſide afuiſſe docẽs, à qua litteras primum Aegyptij apprehenderint, teſte B. Auguſtino lib. XIIX. de Civit. Dei, cap. XL. Pariter explodendo mendacio tradebant *Vulcanum, Filium Nili*, Regem fuiſſe majoribus, tam altæ Antiquitatis ut ab eo ad Alexandri Magni in Aegyptum Imperium decurrerint Anni Quadrageſies Octies mille, Octingenti, Sexaginta tres, ut commemorat lib. I. Diogenes Laërtius; Rati videlicet tam admirabili mendacio fidem neminem daturum, niſi & minorem numerum aliquem vaſtiori illi accuderent. Sunt autem Chamo oriundi Aegyptij, ſi qua fides ex putationibus doctorum Proſper in Pſalmum. CIV. *Quod eſt Iſrael, hoc eſt Iacob, & quod eſt Aegyptus, hoc eſt terra Cham. De ſemine enim Cham filij Noæ exorta eſt gens Aegyptiorum, apud quos peregrinati ſunt Iſraelitæ. Oriundi à Meſre filio Chami, non admodũ vitiata appellatione, quando Aegyptum Meſrem, Aegyptios Meſraos, ſua etiam ætate à Iudæis dictos* ſcribat Joſephus libro I. Archæol. cap VII. Scientias etiam ſuas, cum antea vel rudes eſſent, vel diſcordibus opinionibus diſſiderent, ab Abrahamo in ordinem redactas tenuerunt, haç etiam gloria Chaldæis inferiores, qua de re adeundus idem Joſephus lib. I. cap. IX. & Joan. Zonaras Tomo I. Annalium. *Primos Reges* iſta regio habuiſſe jactavit, *Solem* ſibi principem principaſſe teſtata; ut ex Diodoro notandum, quem à Solis Imperio ad Alexandum Magnum numerare annos vicies ter mille, ab Oſiride, item ad eumdem Alexandrum ſupra X. millia annorum, notavit doctiſſimus Laërtij illuſtrator. Primos autem regibus paruiſſe Aegyptios, primosq; regiam civitatem inſtituiſſe, illud ab alijs; hoc docemur à Plinio, lib. VII. cap. LVI. Horum *majores rudiſſimi* fuerunt morum, ut tum primum nati homines fingebantur; voce confuſa, ratione obducta, ignari rerum ad vitam pertinentium, ut auctor eſt Diodorus Siculus, lib. I. Quare & *immanis* eorum *mores* à ſcriptoribus commemorantur, ut hoſpitum jugulatio, cujus princeps Buſiris. Vide Higin. fab. XXXI. Iſocratem Encomio Buſiridis. *Fertilitas regionis toto mundo celeberrima*, & neſcio an non omnium princeps, Temperie aeris, ubertati ſoli, & fœcundatione Nili debita: Unde imago cœli perhibetur Aegyptus ab Hermete Triſmegiſto, quamvis ejus verba & Sapientiam divinarum rerum indicent. Nunquam pauper laudatur ab Ariſtide, Encomio Romæ, ubi memorabile factum cujusdam Aegyptij memorat, Cãbyſi, omnia vaſtanti, Calycem Niloticæ aquæ & glebam de terra oſtendentis.

ὅτι ἕως ἂν Αἴγυπτον αὐτὴν, καὶ τὸν ποταμὸν Νεῖλον μετενεγκεῖν μὴ δύνηται, μηδὲ ἀγαγεῖν ἃ ἅρπασον, οὔπω τῶν Αἰγυπτίων πλοῦτον εἴληφεν, ἀλλὰ ταχέως αὐτοῖς ἄλλα τοσαῦτα γενήσεται, τούτων μενόντων, καὶ οὔποτε ἐπιλείψει πλοῦτος Αἴγυπτον.

Multa ſuper hac felicitate ejus encomia præ cæteris orbis terrarum, ut dixi, provincijs, Theocritus Encomio Ptolemæi.

Μύρια ἀπειρ:ίτε καὶ ἔθνεα μύρια φωτῶν

Ἀλλ' ἐν

Λήϊον ἀλδήσκουσιν ὀφιλλόμενον Διὸς ὄμβρῳ.

Ἀλλ᾽ οὔτις τόσσα φύει, ὅσσα χθαμαλὸς Αἴγυπτος.

Inter fertilliſſimas terras recenſet Encomio Italiæ Dionyſius Alicarnaſſæus lib.I. Si enim ad unam aliquam, magnitudine parem, terram conferas, non ſolum in Europa, verum etiam toto orbe optima, meo judicio, eſt Italia. Quamvis me non lateat, quod multis incredibilia videbor dicere, cogitantibus Ægyptum & Africam, & Babyloniam, & ſi quarum aliarum celebrata eſt felicitas. Dionyſius Periegeſi, de eadem.

ἀυλήσειμι, καὶ αὐτῆς περίεστι γαίης,

Καὶ μορφὴν, οὐ μὲν γὰρ ὀλίζονος ἔμμορε τιμῆς

Οὐ δὲ μὲν, οὐδ᾽ ὀλίγη μέγεθος πέλει, ἀλλά τις ἄλλων

Εὔβοτος, εὐλείμων τε, καὶ ἀγλαὰ πάντα φέρουσα.

Ariſtides. Encomio Romæ: γεωργίαι δὲ ὑμῶν, Αἴγυπτος, Σικελία, Λιβύης ὅσον ἡμερον, κίταπλοι δὲ καὶ ἀπόπλοι οὐπ ὑπολείπουσιν.

Arva frugum vocat per excellentiam, Paullinus Jambo ad Cytherium, de Joſepho.

diſtractus in ſervum puer
Ad arva frugum miſſus eſt.

Inde ferebantur in Græciam theſauri bonarum rerum. Bacchylides, apud Athenæum lib.II.

Χρυσῷ δ᾽ ἐλέφαντί τε
Μαρμαίρουσιν οἶκοι.
Πυροφόροι δὲ κατ᾽ αἰγ᾽ ἤεντα
Νῆες ἄγουσι ἀπ᾽ Αἰγύπτου
Μέγιστον πλοῦτον,
ὡς πίνοντος ὁρμαίνει πέαρ.

Id eſt, bona omnia maxima, quæ optare quis poſſit. Hinc in uſum venit proverbium, frumentum Ægypto invehere: Suida.

Εἴ τις ἐν Αἰγύπτῳ σῖτον ἄγοι. καὶ ἐν Κιλικίᾳ κρόκον. ὅμοιόν ἐστι τῷ γλαῦκα ἀθήναζε. ἐπὶ τῶν μάτην σωρευόντων τινὰ περιπάρχοντα.

Fruges Ægyptiacæ cito matureſcunt; ſexto nimirum ſeptimove menſe. PLinius, lib. XIIX. cap. VII. *In Æ ypto enim ordeum* ſexto *à ſatu menſe, frumenta ſeptimo metuntur. Oleam ibi omni menſe ſeri*, teſtatur idem lib. XVII. cap. XIX. nullo, puto, anni tempore non apto ad id officium. Agri reddunt centuplum: Idem lib. XVIII. cap. X. *Cum centeſimo grano & Leontini Siciliæ campi fundunt, aliiq; & tota Bætica, & inprimis Ægyptus.* Septuageſimum agnoſcit Ammianus, lib. XXII. *Tanta puritas frumenti, ut nulla* inutilis herba ſegetem interveniat, ſed ſolum frumentum ex ſemine jacto. Sic capiendus locus Columellæ lib. II. cap. XII. *Sunt enim regionum propria munera ſicut Ægypti & Africæ, quibus Agricola poſt ſementem ante meſſem ſegetem non attingit, quoniam cæli conditio & terræ bonitas ea eſt, ut vix ulla herba exeat, niſi ex ſemine jacto; ſed quia rari ſunt imbres, ſive quia qualitas humi ſic ſe cultoribus præbet.* Quo loco *rari imbres* ideò prodeſſe ſegeti dicuntur, quoniam eorum crebritas multum vitioſi ſimul humoris ſecum affert, unde inutiles herbæ ſparſim ſegetem vitiant. Et hæc vera eſt Columellæ ſententia, alioquin abſurda; cum conſtet tantum herbarum per Ægyptum provenire, ut ex ijs, ſine uſu frumenti, omnes incolæ vivere poſſint. PLinius, lib. XXI. c. XV. *Sequuntur herbæ ſponte naſcentes, quibus pleraque gentium utuntur in cibos, maximeq; Ægyptus: frugum quidem fertiliſſima, ſed ut prope ſola ijs carere poſſit, tanta eſt ciborum ex herbis abundantia.* Quo facit quod Herodoto traditum, Ægyptijs quandoque probroſum fuiſſe frumento vel hordeo vivere. *Tritico* autem non perinde ut cætero frumento glo-

-rioſa fuiſſe Ægyptus videtur, cum poſtremo ferè loco id ponat Theophraſtus Hiſt. plant. lib. VIII. cap. IV.

Πολλὰ δὲ γένη καὶ τῶν πυρῶν εὐθὺς ἐστιν ἀπὸ τῶν χωρῶν ἔχοντα τὰς ἐπωνυμίας, οἷον Λυβικοὶ, πόντιοι, Θρᾶκες, Ασσύριοι, Αἰγύπτιοι, Σικελοί; διαφέροντες δὲ καὶ ταῖς χροιαῖς, καὶ τοῖς μεγέθεσι, καὶ τοῖς εἴδεσι, καὶ ταῖς διότησιν.

Hæc vero fertilitas non ad victum ſaltim pertinentium rerum ſpectat, ſed ut Theocritus & Bacchylides verbis modo laudatis cenſuernnt, ad omnia pretioſa atque æſtimabilia. Ita ferax Gemmarum celebratur eadem Ægyptus: *Smaragdus Ægyptia* ab Iſidoro Originum lib XVI. cap. VII. Solino, cap. XIX. *Ægyptilla* gemma coloris atri, ſoli illi regioni innata, eidem Iſidoro lib. eodem, cap. XI. Fertilis præterea pecudum, aquatilium, & terreſtrium. Ammianus lib. XXII. *Exuberat Ægyptus etiam pecudibus multis, inter quas terreſtres ſunt & aquatiles, aliaq; humi & in humoribus vivunt, unde amphibia nominantur.* Piſcium uberem teſtis eſt Elias Propheta, cap. XIX. ubi piſcatorum multitudini minatur Deus malum. Fæcunda etiam hominum. *Septipara* enim ibi fuere mulieres. Plinius lib. VII. cap. III. *in Ægypto ſeptenos uno utero ſimul auctor eſt Trogus.* Solinus cap. III. *Quamlibet Trogus auctor affirmet, in Ægypto ſeptenos uno utero ſimul gigni: quod ibi minus mirum, cum fætifero potu Nilus non tantum terrarum, ſed & hominum fæcundet arva.* Gemini partus uſitati mulieribus Ægyptijs. Columella, lib. III. cap. VIII. *Rerum natura quibuſdam gentibus numeroſam progenerandi ſobolem dedit, ut Ægyptijs & Afris, quibus gemini partus familiares ac penè ſolemnes ſunt. De tergemino partu* Plinius capite modo laudato. Hinc populoſiſſima Ægyptus. Diodorus Siculus lib. I. *Olim longè omnium populoſiſſima terrarum, per orbem cognitarum, & ad hanc ætatem nulla cæterarum inferior. Memorabiles quondam vicos habuit, & Vrbes ultra Octodecim millia, ut in Commentarijs ſacris ſuo loco notatum eſt. Ptolemæo Lagi regnante plures III. M. recenſita ſunt. Quæ frequentia adhuc conſtat. In populi quondam univerſi cenſu ſeptuagies Centena Millia fuiſſe, numerata dicunt, nec adhuc infra tricies centena millia cenſeri.* Hæc Diodorus, cujus numerales notas corruptionis nemo mihi excuſaverit. Qui enim poſtremus numerus ponitur, vix Civium Romanorum æquat cenſum, qui in urbe & ſuburbijs fuiſſe notatus eſt jam alijs. Nec defuit ſibi etiam media Barbarie ea populoſitas. Benjamin Tudelenſis, Itinerario: *Nulla in toto terrarum orbe regio habitationum frequentia Ægypto conferri poteſt. Regio autem omnis plana, omnisq; fertiliſſima, & bonis refertiſſima eſt.* Potior cauſſa aſſentiendi Joſepho, qui, lib. II Halos. cap. XVI. Etiam Alexandriæ habitatoribus demtis, decies tanto majorem Ægypti incolarum numerum facit. *Sed quid opus eſt*, inquit, *longè petitis exemplis potentiam declarare Romanorum; cum eam poſſitis de vicina nobis Ægypto diligenter inſpicere? Hæc enim cum uſq; ad Æthiopas porrigatur, opulentamque Arabiam, contigua quoq; ſit India, ſeptingenta & quinquaginta centena millia incolarum habens, præter Alexandrinorum plebem, tamen Vectigalia, quorum magnitudinem de cenſu ſingulorum capitum æſtimare licet, devotiſſimè penditans, Romanum non dedignetur imperium.* Ex quo loco Diodorum corrigendum certa res eſt, non admodum remotis temporibus conciliandum Joſepho quem ne quis contaminatum potius cenſeat, eccum firmatorem Egeſippum lib. II. cap. IX. *Quæ magis*, ait is, *poterat ad rebellandum quam Ægyptus excitari, quæ centies Septingenta & Quinquaginta millia hominum, præter Alexandriæ incolas, populos, Romanis faſcibus numerat adſcriptos.* Ita enim in eo ſcribendum, cum ineptè edatur *Decies ſeptingenta* Qui numerandi modus planè inuſitatus Antiquitatis ſermoni. Si ſpacium Regionis, populoſiſſimæ nomine nobilis, cum aliarum componas, neutiquam Diodori plusquam inepto

numero

numero acquieſcas. Et Benjamin quidem ille, non omninò adſpernabilis auctor, pleraque omnia Regna ſuo ævo viſa habens, Ægyptum cæteris omnibus præponit. Hanc tam nobilem provinciam vino carere vel optima ſui parte teſtis eſt Herodotus, lib. II. Quod perperam capiunt qui ad univerſum regnum protendunt; Clatè enim Sibyaniticum tribus uvarum generibus nobile in Ægypto agnoſcit Plinius, lib. XIV. cap. VII. Et penes Alexandrum Aphrodiſæum Problem. LV. quæſtio eſt, cur in Ægypto, regione calidiſſima, vinum gignatur frigidum. Alexandriam autem excipiunt Ioſephus & Egeſippus, quod ea velut alter quidem mundus eſſet, certè poſt Romam tum civitatum princeps, ut verticem omnium etiam tanto poſt tempore nuncupaverit Ammianus, lib. XXII. Alia notamus nos ad Zachariæ Mirylenæi librum de Mundo. *Aegyptiis aer quam ſaluberrimus*, immutabilis quippè turbinibus nimborum. Herodotus, lib. II. *Sunt alioquin Aegyptij omnium hominum; ſecundum Libyas, maximè ſalubri corpore, tempeſtatis, meo arbitrio, beneficio, qua numquam immutatur: ex cujus alterationibus pracipuè exiſtunt in hominib. morbi.* Neq; opus habebant domus propterea tectis munire. Lactantius, lib. II. cap IV. Div. Inſtit. *Sed omnium primi qui Aegyptum occupaverũt, cœleſtia ſuſpicere atq; adorare cœperunt; & quia neq; domicilijs tegebantur, propter aeris qualitatem; neq; enim ullu in ea regione nubibus ſubtexitur cœlum, curſus ſiderum & defectus notaverunt.* Ea temperies neq; frigore neque æſtu ullo tempore incolas lædebat. Juſtinus libro II. ex Trogo: *Ægyptum ita temperatam ſemper fuiſſe, ut neq; hiberna frigora, nec aſtivi Solis ardores incolas ejus premerent.* Alexandria diem numquam non ſerenum tradit Ammianus, dicto Libro: *Alexandria aura ſalubriter ſpirantes, aer tranquillus, & clemens, utq; periculum decuit, varias collectum atates, nullo penè die incolentes civitatem hanc, Solem ſerenum non vident.* Subdita Arieti, Veris principi. Manilius, lib. IV.

Laniger in medio ſortitus ſidera mundo:
Illum etiam vicina colit venerata Propontis,
Et Syria gentes, & laxo Perſis amictu:
Veſtibus ipſa ſuis barens, Nilusque tumeſcens
In Cancrum, & tellus Aegypti juſſa natare.

Fœcunda medicamentis optimis, venenisq; contrà peſſimis, ut notarunt pridem alij. Venenata ejus reptilia memorat Nicander Theriacis, fortaſſis ex parte alibi non inveniunda. Inter quæ Rhodiorum vocabulo, ut Scholiaſtes notat, phalæna eſt. ὅτω γὰρ αὐτοὶ τὰ περὶ τὰς λύχνους πετόμενα θηρία καλοῦσι. Quarum cauſſa calores ſine imbribus: Imbres enim ibi nulli, Homines ipſi incolæ Sani, Longævi; nec ob cœli ſolum temperiem, ſed victus etiam Rationem, cum cibus & dieta uterentur optimis. Iſocrates Encomio Buſiridis; de medicina ipſorum:

ἃ τὴν ἀσφάλειαν ἔχει ὁμοίαν τῇ τροφῇ τῇ καθ' ἡμέραν. τὰς δὲ ὠφελείας τηλικαύτας, ὥστ' ἐκείνους ὁμολογουμένως ὑγιεινοτάτους καὶ μακροβιωτάτους εἶναι.

Ubi & ingenioſitas eorum celebratur. Ingenia & mores pulcrè deſcribit Ammianus, ſæpè jam nominato libro vigeſimoſecundo, Ubi *repoſcones* vocat *acerrimos*, ad tormenta ſuſtinenda duriſſimos, de quibus, alijsque horundem vitijs, prolixè alibi. Hoc notandum gentem hác, Herodoto, Diodoro, Straboni, alijſque ita laudari, ut rarò puræ ſint laudes, ſed ſinu grant plerumque quippiam vituperij. *Sagacem* Aegyptum vocat Claudius noſter. I. in Rufin. CXLVII. *Verſuti* eidem, Suida in voce δεινὸς, Philoſtratus Apollon lib. V. cap. VIII. *Divinatores* Herodotus, lib. II. *Aegyptus Sapientia domicilium*, Nicephorus Gregoras, lib. VIII Xenophon Epiſtola ad Aeſchinem. *Ab omnibus gentibus habitum*, Georgius Cedrenus Annalibus. *Mater artium*, Macrobius Saturn. lib. I. cap. XV. *Rerum*

rum arcanarum Magiſtra. Ammianus, lib. XXII. *Incolæ culti Legibus & moribus.* Strabo lib.XVII. *Poetæ egregij,* Eunapius Proæreſio. *Mathematici præclari.* Themiſtius, Orat. XVI. de Platone:

ἐν Αἰγύπτῳ δὲ μόνον ἐφιλοχώρετα μαθήματα. ταῦτα δὲ οὖν ἅπαντα ξυνήρμοσε μόνος, πρῶτον ὥσπερ μέλη ἑνὸς ζώου, διερριμμένα, καὶ ξύμπνοα ἔδειξε.

Sapientiæ Ægyptiacæ diſcipulus fuit, mortalium Sapientiſſimus, Socrates. Lactantius lib. III. cap. XX. *Mulieres eorum negotioſæ,* ex conſtitutione Seſooſtris Ægyptij. Nymphodorus lib. XIII. Barbaricorum, apud Athenæum: *Apud Græcos quidem viri res foro agendas adminiſtrant, at mulieres, domi manentes, lanificio dant operam. Apud Ægyptios verò mulieres quidem in foro ambulant, & cauponariam exercent, at viri domi textoriam.* Eadem Herodotus, lib. II. Mela lib. I. cap. IX. *Forum ac negotia fœminæ, viri penſa ac domos curant.* Atque hinc factum puto ut in muliebrem viri naturam velut tranſirent, delicijs fœmineis vitam impendentes, unde decantatiſſima eorum mollities, pœnæ loco à Seſooſtre talibus injuctis moribus, qui ſemel recepti nequaquam paterentur eos ad maſculam virtutem reſurgere, aut animos viriles, bellis ipſius fractos, recuperare. Idem Nymfodorus: *Seſooſtris* (ita hoc nomē ſcribendum ex Paulini apud Auſonium verſibus) *viros effœminare volens, utpote cum multi & in regione ampliſſima eſſent, ne conſpiratione inter ſe facta ad conſequendam Iuris æquabilitatem animum converterent, illorum opera mulieribus, at muliebria illis adſignavit. Vti non ſolum armis privati, id quod neceſſe erat illis contingere, ſed etiam propter eam animi remiſſionem quæ illud vitæ genus conſequebatur, libenter in eodem rerum ſtatu permanerent. Vnde etiam hos quidem glabros eſſe, illas verò capillos promittere imperavit: & hos ſuper capitibus onera portare; illas ſuper humeris, coegit. Inſuper mulieribus quidem amicula duo, at viris unicum dedit, exiſtimans animos etiam effœminari eorum, qui vitam ſic colerent.* Color Ægyptiorum niger. PLautus Pænulo.

Iam pol ego illam pugnis totum faciam ut
ſit merula.
Itaq; replebo atritate, atrior multo ut
ſiet
Quam Ægyptij, aut qui cortinam ludis
per circum ferunt.

Herodotus, lib. II. Et Æthyopas olim vocatos ſcribit Euſtathius ad Dionyſium. Qui tamen exactius deſcriptos voluerunt, non tam atros teſtantur; certe Æthiopibus & Indis minus. Manilius, lib. IV.

Æthiopes maculant orbem, tenebriſque
figurant,
Perfuſas hominum gentes: Minus India
teſtes
Progenerat, mediumque facit moderata
tenorem,
Iam propior: tellusque natans Ægyptia
Nilo
Lenius irriguis infuſcat corpora campis.

Staturam & *formam* exprimit Ammianus dicto ſæpius libro. Omnes ferè vitæ vias, huic deberi ſcribit Dionyſius Periegeſi.

Τῷ περὶ ναιετάουσιν ἀρειπρεπέων
γένος ἀνδρῶν,
Οἳ πρῶτοι βιότοιο διεστήσαντο κελεύ-
θους.
πρῶτοι δ' ἱμερόεντος ἐπειρήσαντο
ἀρότρου,
Καὶ σπόρον ἰθυτάτης ὑπὲρ αὔλα-
κος ἁπλώσαντο,
Πρῶτοι δὲ γραμμῇσι πόλον διε-
μετρήσαντο,
Θυμῷ φρασσάμενοι λοξὸν δρόμον
ἠελίοιο.

Ubi duobus principalibus vitæ adjumentis omnia ferè cætera complectitur ſcriptor talium eruditus: ſcilicet quæ ad vitam ſuſtinendam pertinent, ea nomine frumenti, quo ad animi

animi cultum Geometria & Aſtrologia circumſcribens. Vide Euſthatium, qui tamen τῷ θυμῷ meo animo nō aptiſſimè αὐτοδιδάκτως interpretatur, cum non obſcurum ſit multa & hauſiſſe à Chaldæis, & hauſta non diſſimulaſſe Aegyptios. Plurima his benè excogitata memoriæ ex diverſiſſimis ſcriptoribus ſervavit Plinius lib. VII. cap. LVI. *Simulacra* horumdem inventum teſtantur Herodotus, lib. II. Strabo. lib. XVII. *Aras*, iidem, & Diodorus Siculus. Eorumdem eſt *conſtitutio Duodecim Capitalium Deorum*, toto deinde Orbe, extra Palæſtinam quidem, cultorum, Herodotus ibidem. Primi etiam Ægyptij Deorum in univerſum notitiam habuiſſe dicebantur, templa conſtituiſſe Ludos, & Conventus ſollemnes inſtituiſſe, primi ſacros ſermones docuiſſe, nomina ſacra intellexiſſe. Lucianus de Dea Syria:

Πρῶτοι μὲν ὧν ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἐννοίην λαβεῖν, καὶ ἱρὰ εἵσασθαι, καὶ τεμένεα, καὶ πανηγύριας ἀποδέξαι. πρῶτοι δὲ καὶ οὐνόματα τὰ ἱρὰ ἔγνωσαν, καὶ λόγους ἱροὺς ἔλεξαν, μετὰ δὲ οὐ πολλῷ χρόνῳ παρ' Αἰγυπτίων λόγον Ἀσσύριοι εἰς θεοὺς ἤκουσαν, καὶ ἱρὰ καὶ νηοὺς ἤγειραν. ἐν τοῖσι καὶ ἀγάλματα ἔθεντο, καὶ ξόανα ἐστήσαντο. τὸ δὲ παλαιὸν καὶ παρὰ Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἔσαν.

Medicina horumdem repertis adſcripta. Plinius, dicto loco. Medicinam Ægyptij apud ipſos volunt repertam, alij per Arabum Babylonis, & Apollinis filium, Herbariam & Medicamentariam à Chirone Saturni & Philyræ filio. Iſocrates, Encomio Buſiridis:

Μεθ' ὧν ἐκεῖνοι βιοτεύοντες, τοῖς μὲν σώμασιν ἰατρικὴν ἐξεῦρον ἐπικουρίαν οὐ διὰ κινδυνευομένοις φαρμάκοις χρωμένην, ἀλλὰ τοιούτοις ἃ τὴν μὲν ἀσφάλειαν ἔχει ὁμοίαν τῇ τροφῇ τῇ καθ' ἡμέραν, τὰς δὲ ὠφελείας τηλικαύτας, ὥς, ἐκείνους ὁμολογουμένως ὑγιεινοτάτους καὶ μακροβιωτάτους εἶναι.

Qui Medicinam ſimplicem & priſcarum primam cum dieta maximè conſentientem intelligit. Divinationes ex aſtris ab Æthiopibus voluerunt oriundas alij, ab Aegyptijs vero ita excultas, ut vel primi hi earum auctores viſi ſint. Lucianus lib. de Aſtrologia:

Ταῦτα μὲν ὧν Αἰθίοπες ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπέβλεψαν, μετὰ δὲ γείτοσιν οὖσιν Αἰγυπτίοισιν ἀτελέα τὸν λόγον παρέδοσαν. Αἰγύπτιοι δὲ παρὰ σφίων ἐκδεξάμενοι, ἡμιεργέα τὴν μαντικὴν ἐπὶ μέζον ἤγειραν, μέτρα δὲ τῆς ἑκάστου κινήσιος ἐσημήναντο, καὶ ἐτέων ἀριθμὸν, καὶ μηνέων, καὶ ὡρέων διετάξαντο.

Et ita quidem ut Divinatio Ægyptiorum ars dicta fuerit, quaſi præ cæteris gentibus omnibus huic ſoli debita. Ariſtides, Platonica prima:

τὴν δὲ Αἰγυπτίων ἐπιστήμην τίς οὐκ οἶδε τῶν ἐν τετυχηκότων; ὡς ἄγ' ἂν ἢ φοβῆται περὶ τοῦ μέλλοντος, ἢ ἀπορῇ ἥτινι, τίν γε τρόπον καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὸ μέτρον οὐκ ἔχει διορίσασθαι, ἀλλ' ἢ πλοῦτον ἢ πενίαν, ἢ λύπην, ἢ χαρὰν, ἢ θάνατον, ἢ πράξεις, ἢ τὰ τοιαῦτα λέγει, αὐτὰ δὲ ἕκαστα οὐ συνείληφεν.

Vide B. Hieronymum, in cap. XIX. Eſaiæ. *Annalium*, ſive Memoriarum veterum conſervationes Aegyptijs debitas argumento eſt, quod Tatianus Aſſyrius principio Libri contra Græcos auctor eſt, Hiſtorias ad exemplum Annalium Ægyptiacorum eſſe conſcriptas. *Magicæ* etiam ſcientiæ originem ſuam Aegyptijs adſcribunt. Lucanus, lib. VI. Sacræ Litteræ, alij. Quin eo impiæ ſtoliditatis venerunt ut Chriſtum, Deum Opt. Maximum, per Aegyptiaca nomina, & Magicas eorundem curas tot miracula exegiſſe dixerint. Arnobius, lib. I. *Occurſurus forſitan*

urſus eſt cum aliis multis calumnioſis illis & puerilibus vocibus: Magus fuit: clandeſtinis artibus omnia iſta perfecit. Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina & remotas furatus eſt diſciplinas. Quid dicitis, ô parvuli, incomperta vobis & neſcia temerariæ vocis loquacitate garrientes? Philoſophia Aegypto originem duxit in Græciam & Italiam, debita Magis & Chaldæorum Antiſtitibus, quorum primis eam Antiquitatem Græca fabuloſitas adſcripſit, ut etiam Judæorum majores ab ijs oriundos litteris mandaverit, vide Diogenem Laertium Prooemio. Quin *ipſæ Litteræ* inventũ ſunt Aegyptiorum, ut ipſi ſibi teſtes tradunt apud Diodorum Siculum, libro I. Alij diſtinguunt. *ut Aegyptiacas litteras* intelligas, quas invenerit Iſis. Gotfridus Viterbienſis ex Antiquioribus, lib. IV. Chron. Illa Iſis dicitur fuiſſe Regina Ægyptiorum, nata ex Æthiopia, quæ litteras Ægyptiacas invenit. Mathematum ijsdem principia adſcribuntur, Ammianus, lib. XXII. Strabo lib. XVII. PLinius, alij. *Arologia*, idem Plinius lib. VII. cap. LVI. Manilius, lib. I. Eoq; proficiſcebantur, ſideralibus ſcientijs operam navaturi. Exemplum dedit Pythagoras. Juſtinus, lib. XX. *Aegyptum primo, mox Babyloniam ad perdiſcendos ſiderum motus, originemq; mundi ſpectandam profectus, ſummam ſcientiam conſecutus erat:* Ab eodem: & ante eum plerique omnes nobiliores Philoſophi, Linus, Orpheus, Solon, Lycurgus, Democritus, Eudoxus, Euripides, PLato, & immenſa vis aliorum. Alij ab Aſſyrijs aut Æthiopibus inventa hoc genus ſtudia Ægyptios excolniſſe autumant. Lege aureolum ſcriptum Luciani de Aſtrologia. Genethliacen inveniſſe Theutem quemdam Ægyptium auctor eſt Arnobius, lib II. *Quando ſiderum motus, aut ratio cœpta eſt Genethliaca ſciri? Non poſt Theutin Aegyptium, aut poſt Atlantem, ut quidam ferunt, geſtatorem, bajulum, tibicinem illum ac deſtinam cœli?* Alij Chaldæis dant, inter quos Sextus Empiricus *Geometriam* peculiarem Ægyptijs adſignant, Herodotus, Strabo, Tatianus; Porphyrius, vita Pythagoræ, alij. Etiam *Belli uſum* Ægyptij tradiderunt. Higinus, Fab. CCLXXIV. *Afri & Ægyptij primum fuſtibus dimicaverunt. Poſteà Belus, Neptuni filius, gladio belligeratus eſt, unde eſt Bellum dictum.* Ineptè iſte ſuper etymo. de fuſtibus Afrorum & Ægyptiorum eadem Plinius: quo pertinet *pugna ſacra* ad templum Martis *fuſtuaria*, apud eosdem Aegyptios, deſcriptore Herodoto, lib. II. *Primi nubes condiderunt*, primis urbium debentur munitiones. Higinus, cap. CXLIX. *Iuppiter Epaphum quem ex Io procreaverat, Aegypto oppida communire, ibiq; regnare juſſit. Is oppidum primum Memphim & alia complura conſtituit, & ex Caſſiepea uxore procreavit filiam Libyen, à qua terra eſt appellata.* Alij notarunt *ſcuta, galeas, aliaque* armaturæ partes ijsdem excogitatas. *Lucernas* alij, cribra, idq; genus alia rei domeſticæ adminicula. *Pictura* etiam, æmula veritatis, huic genti reſcribitur, apud quam ſex ipſis annorum millibus viguiſſe ante Græcorum cognitionem, ipſis teſtibus, memoratur, à Plinio lib. XXXV. cap. III. *Compendiariam ſcientiæ* ejusdem Aegyptios inveniſſe auctor eſt Petronius Satirico, quem enarrantem eumdem Plinium alibi produximus. *Theologiæ Aegyptiorum* nullibi non exſtant munumenta, eos rerum divinarum anxios cultores facientia: *Theologiæ* plurimum deditos dicit Philoſtratus lib. V. Hiſt. Apollonij. *Numen* ſtatuebant *unum*, omnium potens. Arnobius, lib. IV. *Quinam eſſe eſt unus, interrogabitis? Fortè poſſumus iſtum veris auctoribus dicere: ſed ne nobis fidem habere nolitis, Aegyptios, Perſas, Indos, Chaldæos, Armenios, interrogetis: omneſque illos alios qui interioribus viderunt, & cognoverunt has artibus. Iam profectò diſcetis, quinam ſit Deus unus, vel ſub eo qui plurimi, qui Deos ſe fingant, & humani generis imprudentiam ludant.* Ijdem tamen *Duodecim* illorum Inventores, ut ſupra notatum. Iidem primi, velut videri quidẽ voluerunt humanæ animæ immortalitatẽ tradiderunt, Herodotus, lib. II. in cujus verbis vid[illegible]

&[illegible]

& Pythagoricam de Tranſmigratione animæ ſententiam, totum poſt orbem pervagatam, Aegyptiorum doctrina oriundam. Hęc & alia alia, ijsdem adſcripta, *Hieratica* appellabantur. Suida, verbis ignoti ſcriptoris:

Ἱερατικὴ καὶ φιλοσοφία. οὐκ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἄρα ἀρχῶν. ἀλλ' ἡ μὲν φιλοσοφία ἀπὸ τῆς μιᾶς τῶν ὅλων γενῶν θείων τε, καὶ τῶν μετὰ θεοὺς κρειττόνων, καὶ ἐν τρίτῳ, φασὶ, σωμάτων φαινομένων. ἓν γὰρ οὐδέν ἐστι τῶν καθόλου περιειργασμένων τοῖς ἑκατέρωθι φιλοσόφοις. ὥστε καὶ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν ἐφαρμογὴν τῷ βουλομένῳ προσαρμόττειν τοῖς Αἰγυπτίοις τὰ τῶν Ἑλλήνων. τὴν δὲ ἱερατικὴν, ἣ ἐστι θεῶν θεραπεία, ἐντεῦθεν ποθὲν ἀπὸ τῶν περιληζομένων αἰτιῶν ἄρχεσθαι, καὶ περὶ ταῦτα πραγματεύεσθαι περὶ ἀθανασίας ψυχῶν, ὅτι κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ Αἰγυπτίοις φιλοσοφεῖται. τῶν δὲ ἐν ᾅδου μυρίων λέξεων παντοίων πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν ἀφωρισμένων, τῶν δὲ περὶ τὸν βίον μεταβολῶν μυρίων, ὡς ἄλλοις τε ἐν ἄλλοις σώμασιν, ἢ φύσει ζώων καὶ φυτῶν διατελουσῶν. Αἰγύπτιοι δὲ ταῦτα εἰσιν οἱ πρῶτοι φιλοσοφοῦντες, ἀπὸ γὰρ τῶν Αἰγυπτίων ἕκαστα τούτων οἱ Πυθαγόρειοι ἐξήνεγκαν εἰς τοὺς Ἕλληνας. Craſſam eorumdem opinionem prodit Æneas Gazæus in Theophraſto:

Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ δοκεῖ τὴν αὐτὴν ψυχὴν καὶ ἄνθρωπον καὶ βοῦν, καὶ κύνα, καὶ ὄρνεον, καὶ ἰχθὺν μεταμπίσχεσθαι, καὶ νῦν μὲν αὐτοῖς οἷον ἐς θηρεῖον μύρμηξ ἢ κάμηλος τὴν γῆν νέμεται. νῦν δὲ εἰς ἰχθὺν ὀλισθήσασα, κῆτος, ἢ μεμβρὰς γινομένη τὴν θάλατταν ἔδυ. αὖθις δὲ εἰς ὀρνέου φύσιν μεταπτεμένη, κολοιὸς ἢ ἀηδὼν ὀφθεῖσα εἰς ἀέρα διέπτη, ἄλλοτε ἄλλο δείκνυσα τῶν ζώων, ἕως ἅπαντα διεξελθοῦσα πάλιν ἀναδραμοῖ ὅθεν τὸ πρῶτον κατέβη.

Statuebant Originem rerum omnium, non æternum hoc corpus univerſi, ut Pythagoræorum nonnulli, Ariſtoteles, & alij infiniti. Scholiaſtes Ptolemæi.

περιττῶς εἰώθασι λέγειν γένεσιν Αἰγύπτιοι κόσμου, καὶ γὰρ ἀρχὴν μίαν οὐκ ἔχει. πολλὰς δέ. τὰ δὲ μερικὰ καὶ πολλὰς, καὶ μίαν. μίαν μὲν τὴν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐν τῇ φύσει τῶν ἀστέρων σύγκρασιν, ἣν εἰώθασι πῆξιν οἱ ἀποτελεσματικοὶ καλεῖν.

Alia perſequi immenſi ſit operis. Deos autem, quos & Græci, colebant, licet adjectis ridiculis beſtiarum figuris, ſive ad cælandam ſuperſtitionem vulgus, ſive myſticis alijs de cauſſis; ſacra enim penitius inſpecta ſummum ſcelus erat propalare, ut Herodotus multa ſutilia commenta, & Antiſtitum vaniſſimas fabulas tangens, ipſas religiones non ſine ſummo ſcelere enarraturum aſſerit, quod idem de Græcorum myſterijs Pauſanias. De Deorum figuris Lucianus de Sacrificijs:

Ταῦτα μὲν ἴσως μέτρια, καὶ τὰ ὑπ' ἀσυνέτων γιγνόμενα, καὶ ὑπὸ Φρυγῶν, καὶ Λυδῶν, ἢν δέ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἔλθῃς τότε δὴ τότε ὄψει πολλὰ τὰ σεμνὰ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἄξια τοῦ οὐρανοῦ, κριοπρόσωπον μὲν τὸν Δία, κυνοπρόσωπον δὲ τὸν βέλτιστον Ἑρμῆν, καὶ τὸν Πᾶνα ὅλον τράγον, καὶ ἶβίν τινα, καὶ κροκόδειλον ἕτερον καὶ πίθηκον.

Addit his nugaciſſimorum hominum rationes, quibus inducti tam congruentes Dijs ſuis formas aſſignaverint. Porrò Leges ſuas atque ſtatuta Ægyptij à Mercurio ſeſe indeptos jactabant, quo alluſit Lucianus βέλτιστον eum appellans verbis modo adſcriptis. Judices habebant quos & Sacerdotes. Horum Coryphæus erat natu maximus, qui ſententiam ferebat in cæteros, ipſe primùm dicundæ jus habens. Eumdem oportebat eſſe juſtiſſimum, nulla aſſentatione, nullo ære corruptibilem: collo geſtabat imaginem Saphininam, veritatis titulum præferentem. Aelianus Variar. lib. XIV. cap. XXXIV.

Αἰγύπτιοι φασὶ παρ' Ἑρμοῦ τὰ νόμιμα ...μυσωθῆναι. οὕτω δὲ καὶ ἕκαστα τὰ παρ' ἑαυ...ῖς σημινύνειν προσήρηνται, δικασαὶ δὲ τὸ ...ρχαῖον παρ' αἰγυπτίοις ἱερεῖς ἦσαν ἦν ὃ ...ύτων ἄρχων ὁ πρεσβύτατος, καὶ ἐδίκα...εν ἅπαντας. ἔδει δὲ αὐτὸν εἶναι δικαιότα...ον ἀνθρώπων, καὶ ἀφειδέστατον. εἶχε δὲ καὶ ...γαλμα περὶ τὸν αὐχένα ἐκ σαπφείρου λί...ου, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα Ἀλήθεια.

Meteurius ille, qui Ægyptijs Leges tradi...liſſe dicebatur, quintus fuit ejus nominis, ...tadeate Cicerone.idemq; ille quem Theutæ ...omine ex Arnobio ſuprà poſuimus, cultus ...nibidem; & appellatione Septembris men...ſis honoratus. Lactantius, lib. I. capite VI. *Apud Ciceronem C. Cotta Pontifex diſputans contrà Stoicos de Relligionibus, deque varietate opinionum, quæ ſolent eſſe de Dys, ut, more Academicorum, omnia faceret incerta, quinq; fuiſſe Mercurios ait, & enumeratis per ordinem quatuor, quintum fuiſſe eum à quo ſit Argus occiſus, ob eamq; cauſſam in Aegyptum profugiſſe, atq; Aegyptijs Leges ac litteras tradidiſſe. Hunc Aegypty Theut appellant, à quo apud eos primus anni ſui menſis September, nomen accepit. Idem oppidum condidit, quod etiam nunc Græcè vocabatur Ἑρμόπολις & Saita ſervant coluntque eum religioſè.* Plures Dij inibidem teligioſè culti. *De Marte & Cerere* Herodotus, de alijs alij. *Minerva Saitis* celebre erat feſtum, quod lychnis accenſis vel in fano Deæ, celebrabant peregrè venientes, vel domi ſuæ ſuſpenſis pro ſe quiſque lampadibus, ſcilicet cum morbo aut alia aliqua difficultate ipſum fanum accedere perhiberentur. Themiſtius Orat XIII.

Αἰγύπτιοι τὴν Ἀθηνᾶν τὴν ἐν Σάϊτά τε ἄλλα σέβονται, καὶ πέμπουσιν αὐτὴν ἐνιαύσιον ἑορτὴν ἄγοντες, ἣν καλοῦσι λυχνοκαΐαν. ἐπειδὰν οὖν τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ χρόνος ἐπανίῃ τῆς πανηγύρεως, οἱ μὲν πολλοὶ τὰ λύχνα ἐνθέμενοι ἐν τοῖς βαρέσι, πλέουσι, διὰ τοῦ Νείλου ἐπὶ τὴν Σάϊν, καὶ ἀφικόμενοι εἰς τὸν νεὼν, ἵνα τὸ ἄγαλμα ἵδρυται τῆς θεοῦ. τά τε ἄλλα θρησκεύουσιν ᾗ τάττει ὁ νόμος, καὶ τὰ λύχνα ἀνακαίουσιν ὑπαίθρια περὶ τὰς σκηνὰς, καὶ τὰ κράσπεδα τοῦ περιβόλου, καὶ ἡ Σάϊς καταλάμπεται ἱερῷ πυρὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐκείνην.

De Mercurio quod diximus, is litteras docuiſſe Aegyptios confirmatur PLinio lib. VII. cap. LVI. *Iudicijs porrò præſidebant Philoſophi*, & jus dicebant apud Aegyptios, Sacerdotum nomine macti, ut ſuprà attigimus, unde aſſimilaſſe celebrem ſuam ſententiam videtur PLato de Philoſophorum imperio felicibus Rebuſpublicis: & ad eum morem Principem legitimum nobis præpinxiſſe videtur Philo libro II. de Vita Moyſis. *Medicina Aegyptijs ita florebat*, ut omnes ferè medicorum titulis inſignes eſſent. Diogenes Laërtius, lib. III. de Euripide:

ὅθεν καὶ εἰπεῖν Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά· ἀλλὰ καὶ καθ' Ὅμηρον φάναι πάντας ἀνθρώπους Αἰγυπτίους ἰατροὺς εἶναι.

Alexandria maximè hac florebat, Aetate Ammiani, qui ſcribit, lib. XXII. *Medicina autem, cujus in hac vita noſtra nec parca nec ſobria deſiderantur adminicula crebra, ita ſtudia augentur indies, ut licet opus ipſum redoleat, pro omni tamen experimento ſufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, ſi Alexandria ſe dixerit eruditum.* PLeroſque vero Ægyptios *medicos* fecerit, vel ea conſuetudo quam refert ex alijs Rufinus Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. X. *Moris apud Aegyptios eſſe dicitur, ut ſi puerulus ægrotet, circumferatur à matre per ſingulas domos, quo ſi quis aliquid experti remedij noverit, conferat id laboranti.* Multa de Ægyptijs Medicis, Herodotus, Diodorus Siculus, Ariſtoteles, Politic. lib. III. capite XI. Zacharias Scholaſticus de Opificio Mundi. Fuiſſe peculiares ſingulis ferè membris humani

mani corporis teſtatur Herodotus, libro II. *Iejunio aut vomitu curam frequentaſſe*, clarum ex ijs quæ notant viri docti ad Ariſtotelis caput jam nominatum, *Sacerdotum profeſſio ad jus dicundum accedebat etiam Matheſin*, ut ſcribit Strabo libro XVII. Unde ea in orbem terrarum traducta eſt, monente Ammiano libro XXII. Aſtronomia excolebatur præcipuè apud Thebas celeberrimam regionis urbem, cujus incolis etiam in ordinem redacta ſcribitur. Strabo.

ὅτι ἡ Ἀστρονομία μάλιστα καθηγήθη ὑπὸ Θηβαίων τῶν αἰγυπτίων, ὧν αἰθιώτατος ἱερεὺς ὁ τελεσμένος.

Erat multum à Græca diverſa, licet originem inde ducente. *Annum habebant menſtruum*, quem falſum Antiquitatem ijs ſubjeciſſe autumat Joannes Zonaras. Plinius, lib. VII. cap. XXIIX. *Annum ali æſtate unum determinabant, alij quadripartitu temporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuere. Quidam Lunæ ſenio, ut Ægyptij, itaq; apud eos aliqui & ſingula millia annorum vixiſſe produntur.* Tales annos inter veros connumeratos alij tradunt, intermixtis quadrimeſtribus. Plutarchus Numa: *Aegyptius menſtruus annus fuit, mox quadrimeſtris. Qui quamvis regionem colant maximè novitiam, habentur vetuſtiſſimi, & numerum Annorum in Annalibus ſuis infinitum ſupputant, menſibus inter annos adnumeratis.* Ergo annus talis, XXX. nonnumquam tantum dierum fuit. Lactantius, lib II. cap. XIII. *Ait Varro, apud Aegyptios pro annis menſes haberi, ut non Solis per XII. ſigna circuitus faciat annum, ſed Luna, quæ orbem illum ſigniferum XXX. dierum ſpatio illuſtrat.* Antiquiſſimum annum Aegyptium alij bimeſtrem tradunt, mox creviſſe in quadrimeſtrem, mox in tredecim totos menſes, additis quinq; diebus, ex iſſe. Cenſorinus, de die Natali, cap. XIX. *Et in Ægypto quidem antiquiſſimum ferunt annum bimeſtrem fuiſſe, poſt inde ab Iſone Rege quadrimeſtrem factum, noviſſimè Arminon ad tredecim menſes & dies quinque perduxiſſe.* De anno autem ſui temporis Ægyptiaco magnoque eorundem, lege eumdem cap. XVIII. De *Magno Anno* diverſæ aliorum ſententiæ, alibi indicatæ. In *diebus* porrò *diſcernendis* Aegyptiorum ſumma erat ſuperſtitio, ut vulgò Romanis Aegyptiaci dies vocarentur, quibus velut malè ominatis quippiam incipiendum mathematici negabant, ut jam alij quoque animadverterunt. *Hieroglyphica* Ægyptiorum nota ſunt, magiſq; indies magisq; à doctis hominibus illuſtrantur. De ridiculis ſuperſtitionibus Eſaias Propheta, cap. XIX. Satira incerti auctoris Juvenali adjecta. Vide Plutarchum de Iſide & Oſiride. Minutium Octavio. Juſtinum, lib. I. Saresberiens. Policrat. lib. I. cap. X. Tertullian. in Marcionem lib. III. cap. XIII. Sic & *Ægyptus nonnumquam totus orbis* intelligitur apud illum ſuperſtitionis & maledictionis elogio. Idem de Spectac. cap. VIII. *Obeliſci enormitas, ut Hermateles affirmat, Soli proſtituta; ſcriptura ejus & cenſus de Aegypto ſuperſtitio eſt.* Hinc Vanitas religionis Aegyptiacæ traducta ſcriptoribus. Lucanus, lib. VIII.

Hunc genuit cuſtos Nili creſcentis in arva
Memphis, vana ſacris: illo cultore Deorum
Luſtra ſua Phœbes non unus vixerat Apis.

Qui numina mortis ad tempus certa, irridet. Idem comeſtos Ægyptiorum Deos Satirica urbanitate dicit, lib. X.

quod Luxus inani
Ambitione furens tote quæſivit in orbe
Non mandante fame: Multas volucresq; feraſq;
Ægypti poſuere Deos.

Male vulgo diſtinguitur locus iſte Lucani. Hinc pulcrè ebriam, hoc eſt inſanam cultu tali monſtrorum Ægyptum inceſſit Georgius Piſides Coſmurgia.

ὡς μή τις αὐτῶν τὰς ἐπάρσεις προσβλέπειν,
Πόθοι λεληθὼς δυσσεβεῖς ὑποψίας,
Ὃ καὶ πέπονθεν ἡ κατ᾽ αἴγυπτον μέθη,
Οὐ τοῖς μεγίστοις ἠπατημένη μόνον
Ἀλλ᾽ ἄχρι φαύλων ἑρπετῶν καὶ θηρίων
Τῆς δυσσεβείας ἐκπιοῦσα τὸν ζάλον.

Ab his ſubjicit idem Hebræos ſuperſtitionum ſuarum fluvios, velut de ſalo omnium impietatum, duxiſſe.

Οἷς καὶ μαθητεύσαντες Ἑβραῖοι πάλαι
Τὸν αὐτὸν ἐζήλωσαν ἐν καινοῖς βίον,
Καὶ μέχρι μυίας ἐκθεοῦντες τὴν κτίσιν.

Eam perſuaſionem habuerunt etiam alij. Sic Idololatriam Hebræorum Ægyptiorum ritus vocant ſcriptores. Lactantius, lib. IV. c. X. *Prò his tamen divinis beneficijs honorem Deo non reddiderunt, ſed, depulſa jam ſervitute, jam ſiti fameque depoſita, in Luxuriam prolapſi ad profanos Ægyptiorum ritus animos tranſtulerunt. Cum enim Moſes, Dux eorum, adſcendiſſet in montem, atq; ibi quadraginta dies moraretur, aureum caput Bovis, quem vocant Apin, quod eos ſigno præcederet, figurarunt.* Ita habent priſci Codices Lactantij, editiones etiam Aldinæ. Commentariorum concinnator mutavit *quod eos in ſignum præcederet.* Ego ex ductu ſcripturæ veteris emaculandum reor *Quo Deus ſigno procederet* hoc volebant nimirum, norum Ægyptiorum Numen ſigno hoc ſuo includi, & ita præcedere iter poſteà facturos. Talibus vero ſtultitijs pejus omnibus alijs gentibus Ægyptios erraſſe ſciſcebant ſcriptores Chriſtiani. Auctor Hiſtoriæ Barlaami: *ſumentes homines occaſionem à dijs ſuis perpetrant omnem iniquitatem & luxuriam, & impietatem; polluentes terram & aerem pravis ſuis actibus. Ægyptij vero ſceleratiores & ſtolidiores his exiſtentes, deterius omnibus gentibus, quæ ſunt in terra, erraverunt. Non enim contenti fuerunt Chaldæorum & Græcorum cultibus; ſed inſuper & bruta animalia induxerunt Deos eſſe, terrena videlicet & aquatilia & arbores, & germinantia, & contaminati ſunt omni inſania & luxuria, deterius omnibus gentibus, quæ ſunt in terra: Nam quidam illorum coluerunt ovim, quidam hircum, alij vitulum & porcum, nonnulli corvum & accipitrem, & vulturem, & aquilam. Alij verò Crocodilum, quidam cattum & canem, & Lupum, & Simiam, & Draconem, & aſpidem: alij cepas & allia & ſpinam.* Qui ſalſe cum Lucano addit Deos ſuos comediſſe: *Videntes enim Deos ſuos comeſtos, & interfectos ab alijs hominibus, & concrematos & putrefactos non intellexerunt de ipſis quia non ſunt Dij.* Qui ſanctiſſimus auctor eruditè & copiosè illa excutit, & rationibus inductis confutat. Profanos Ægyptiorum ritus etiam gentiles exſibilant; Romani urbe quoque expulerunt. Tacitus Annal. II *Actum & de ſacris Aegyptijs Iudaicisq; pellendis. Factumque patrum conſultum ut IIII. millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta, quis idonea ætas, in inſulam Sardiniam veherentur, coercendis illic Latrocinijs, & ſi ob gravitatem cœli interiiſſent vile damnum: cæteri cederent Italia, niſi certam antè diem profanos ritus exuiſſent.* Cujus impium os Chriſtianos haud dubiè etiam ſentitur. Ægyptiorum vero abſurdiſſima ſuperſtitio eo fœditatis devenit tandem, ut & per obſcæna corporis emiſſos ſonos, quodam divinitatis horrore proſequerentur. Minutius Felix Octavio: *Nonne & Apim bovem cum Aegyptijs adoratis & paſcitis? Nec eorum ſacra damnatis, inſtituta ſerpentibus Crocodilis, belluis cæteris, & avibus & piſcibus, quorum aliquam Deum ſi quis occiderit, etiam ca-*

106

ſite punitur. Ijdem Aegyptij cum pleriſque vobiſcum non magis Iſidem, quam ceparum acrimoniam metuunt, nec Serapidem magis quam ſtrepitus per pudenda corporis expreſſos, extremiſcunt. In ipſis ſacrificijs inuſitata alijs gentibus multa habebant, ut quod caput victimæ exſecrabantur, Græcisque negotiatoribus vendebant, aut abjiciebant in profluentem, Herodoto teſte: aliquando vetitis & exſecratis veſcebantur, ut in ſacris Liberi & Lunæ, eodem ſcriptore: quare ſtrictè verum non eſt, quod Ælianus Animal. lib. X. cap. XVI. tradit, ſuibus in perpetuum abſtinuiſſe. *Apin boum principem* coluiſſe, nota res, cæteros etiam boves magna æſtimatione habebant, ut & ſepelirent mortuos, ſingulari ſuperſtitione cornu alterum humo exſtare facientes, ut notat idem Herodotus; & cultum ejus animantis irridet Anaxandrides Comicus apud Athenæum, Ægyptios alloquens.

> οὐκ ἂν δυναίμην συμμαχεῖν ὑμῖν
> ἐγώ,
> Οὔθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμονοοῦσ' οὔθ' οἱ
> νόμοι,
> Ἡμῶν, ἀπ' ἀλλήλων δὲ διέχουσιν
> πολύ.
> Βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς
> θεοῖς.

Hortenſia olera, porrum, cepe, allia, numinum vicem celebrant; quam itidem ſuperſtitionem Romanis moribus invexerant, ſervatam quidem ad ultima etiam gentilitatis, jam exſpirantis tempora. quicquid aliquando urbe expulſum ſcribat Tacitus. Clara Minutij verba, modo producta, & quod poſt eum Prudentius canit, Lib. II. in Symmachum:

> *Sunt qui quadrivijs brevioribus ire parati,*
> *Vilia Niliacis venerantur oluſcula in hortis,*
> *Porrum & cepe Deos imponere nubibus auſi,*
> *Alliaq; & (Lege Vt) Serapin cœli ſuper aſtra locare.*
> *Bis enim & Serapis, & grandi ſimia cauda,*
> *Et Crocodilus id eſt quod Iuno, Laverna, Priapus,*
> *Hos tu, Nile, Deos colis, & tu, Tibris, adoras.*
> *Vna ſuperſtitio eſt, quamvis non concolor error.*

Apim tam horribili religione colebant, ut mortuo etiam capillum ponerent. Lucianus, ſine Libri de Sacrificijs:

ὁ μὲν γὰρ Ἆπις ὁ μέγιστος θεὸς τοῖς Αἰγυπτίοις, ἢν ἀποθάνῃ τίς οὕτω περὶ πολλοῦ ποιεῖται τὴν κόμην, ὅστις οὐκ ἀπεξυρήσατο, καὶ ψιλὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸ πένθος ἐπεδείξατο, κἂν τὸν Νίσου ἔχῃ πλόκαμον, τὸν πορφυροῦν.

Licet alioquin lugentes non tonderentur, ſi fides Herodoto. Talium Deorum aliquem occidere, capitale erat homini, ut ex Minutio ſupra monitum. Tertullianus Apolog. cap. XXIV. *Nemo ſe ab invito coli vellet, ne homo quidem. Atq; adeo & Aegyptijs permiſſa eſt tam vana ſuperſtitionis poteſtas, avibus & beſtijs conſecrandis, & capite damnandis qui aliquem hujuſmodi Deum occiderint.* Quin neque fando auditum apud ſuperſtitioſiſſimos mortalium lædi tale Numen. Cicero, lib. I. de Nat. Deorum: *At non Aegyptij nec Syri, nec ferè cuncta Barbaries, firmiores enim ferè videas apud eos opiniones eſſe de beſtijs quibuſdam, quàm apud nos de Sanctiſſimis templis & ſimulacris Deorum. Etenim fana multa exſpoliata, & ſimulacra Deorum de locis ſanctiſſimis ablata videmus à noſtris. At verò ne fando quidem auditum eſt Crocodilum, aut Ibin, aut felem violatum ab Aegyptio.* Quin atrocia potius tormenta ſubibant, quam quicquam tale committerent, per imprudentiam peccantes ſeſe expiatorijs cruciatibus ſubdebant Cicero idem lib. V. Tuſculan. *Ægyptiorum morem quis ignorat, quorum imbuta mentes pravis erroribus*

roribus quamvis carnificinam prius ſubierint, quam Ibin aut aſpidem aut felem, aut canem, aut crocodilum violent, quorum etiam ſi imprudentes quippiam fecerint, pœnam nullam recuſant. Aſpis bos adeo ſacer ſanctusque, ut ſepulcrum ejus indicare piaculum fuerit Arnobius lib. VI. *Cyniram Regem cum familia omni ſua, immo cum omni proſapia in Veneris templo ſitum eſſe, Ptolemaus litterarum auctoritate declarat. Infinitum eſt & immenſum, quibus quique in fanis toto ſint orbe deſcribere. Nec exactam deſiderat curam, quam pœnam conſtituerit Aegyptus in eum qui publicaſſet quibus Apis jaceret abſconditus.* Sed nos diu extrà oleas vagari, ad Claudianum tamdem revertamur.

127. QVÆ MOVEANT MOMENTA POLUM.] Pendentem velut in æquilibrio. Pulcerrimis verſibus Auſonius in Eclogario. *Momenta* motus hinc, inde ducentes pondera, donec conſtent; & ipſe ſtilus ferreus, indicans æquationem. Gloſſarium Vetus: *Momentum, ſtilus quo momentaria inclinatur, Momentaria, ſeu Momentanea,* ipſa LanX. Idem: *Momentanea duabus lancibus & uno in medio ſtilo aequaliter conſtat. Momenta,* vim, vires, denotant. Favonius Eulogius, in Somnium Scipionis: *At non ſic mundus unus, cujus aut dua ſunt partes, mens & materia, aut verò quatuor elementa, momentis potentiaque diſtantia.* Cicero IV. Academ. *Horum aliquid veſtro ſapienti certum videtur: noſtro nec quid maximè ſit probabile quidem occurrit, ita ſunt in pleriſque contrariarum rationum paria momenta.*

127. CERTUS IN ASTRIS ERROR] Vagus & ratus circuitus, Claudianus Mamertus lib. II. De Statu Animæ, cap. XIII. *Numquid hoc cœlum viſibile non hominibus datum eſt? aut Solaris fulgor & calor, vel Lunaris globi per incrementa & detrimenta variatio: Vel aſtrorum vagus ratusq; circuitus, vel per magnos orbes ingreſſus ſiderum, & ſtatuta progreſſio, ſive cum dierum noctiumq; vices variant, ſive quia caloris ac frigoris alterno foto mundū temperant.* Multa talia Manilius, Avienus. Et uſui ſcriptorum amatæ contrariorum compoſitiones. Sic *Pacificum bellum* Marius Victor dixit. *Fulgentes tenebras* Valerius Flaccus, lib. VII. *Inopem opulentiam* Paullinus Nat. IX. Alia doctis notata.

129. CAUSISQUE MEANTEM.] Non pro miraculo aut portento habendum, ſed ratis certiſq; cauſſis contingentem, & velut ingredientem. Alluſit illud Maronianum

cœliq; meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.

Stultitiam vulgi ſeponit, monſtro non cauſſis Defectum Solis adſignantem. Alibi notamus quam plebs militaris ſit ſæpè defectibus Luminum cœleſtium mota, & res magnæ peractæ.

130. VIDEAT NUMERUS.] Prænunciet. Variant libri. Belgici quinque invideat *Noſter, dicat numerus* Nos ſequimur cæteros qui nihil mutant. *Numerus,* calculus, ratio, expenſio. Lucanus, lib. I.

quem non Ægyptia Memphis
Aequarit viſu, numeruque decentibus aſtra.

Joannes Camers ex ſuis libris edidit.

quam certus in aſtris
Error, quis tenebras caſus, Soliq; meantem
Defectum videat numeris.

Sequitur Cujacianos, Scaligerum, alioſq; nihil mutantes. Videre, intelligere, cognoſcere, ut in Lucani verbis adſcriptis. Manilius de Aſtrologorum primis.

primiq; per artem
Sideribus videre vagis pendentia fata.

131. PALLENTEM.] Obſcuratam, orbatam lumine. Varro Atacinus.

tum ſidere caſſo
Palleſcit teres umbra rota, dum tranſit axem
Aggerei velox tumuli

Ovidius, Metamorph. de Sole.

Nec

Nec tibi quod Luna terris propioris imago
Obſtiterit, palles.

Sic rubent aſtra, cum clarè nitent. Seneca Hippolyto:

Et nuper rubuit, nullaq; lucidis
Nubes ſordidior vultibus obſtitit.

132. VIRGINIS.] Inculpatæ, quæ cum caſtitas hominum decreſceret, reliquit cætus eorum. Avienus. V. CCCXLVIII. Arati,

Sic juſta in populos mox virginis inculpata
Exarſeret dia.

Theon in Aratum : *ὁ μὲν τοι ποιητὴς τὴν δίκην, ὡς ἀδιάφθαρτον κόρην ὑποτίθεται, καταλιποῦσαν μὲν τὸν περίγειον χῶρον διὰ τὴν τῆς πονηρίας αὔξησιν, καταλαβοῦσαν δὲ τὸν οὐρανόν.*

Parthenon nomen puellæ faciunt alij, eamque poſt præcocem mortem ab Apolline inter ſidera relatam, ut auctor eſt Higinus Poetico Aſtronomico, *Fulgentia ora Diva* intelligit; Numina enim talia fingebantur: alioquin ſidus virginis conſtat obſcura & vix agnoſcibili ſtella caput damnari.

133. VULTUS VENERATUR AMICOS.] Nullum dubium Poetam ſcripſiſſe *veneratus amicos*. Idque recepit jam olim Joſ. Scaliger. In noſtro Codice eſt *veneranter* indicio variantis ſcripturæ.

135. TUNC SIC.] Subitam allocutionem notat. Tertio Conſulatu Honorij.

Tunc ſic lætus ait : Rex ô ſtellantis Olympi.

In noſtro eſt *Cum ſic diva prior* Nec ineptè.

136 SINCERA BONORUM CONGERIES.] Sic ipſum hominem appellat, Exquiſita omnium bonorum commendatione, velut in naturam ea hominis tranſierint. Sic Claudius Rutilius lib. I.

Sed mihi Protadium viſere cura fuit.
Quem qui forte velit certis cognoſcere ſignis,
Virtutis ſpeciem corde vigente petat.

Hoc eſt Virtutis perfectam effigiem. Rutilius Lupus, lib. I. *Prorſus ut aut ex hoc vitia, aut ipſe ex vitijs ortus videatur.* Martialis lib. II. Epig. XCIII.

Mentitur qui te vitioſum, Zoile, dicit.
Non vitioſus homo es, Zoile; ſed vitium.

Pariter Auſonius Epiſt. XVII. *Quid enim aliud es, quam ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio.* Boethius lib. II. cap. IV. de Conſ. Philoſ. *Quod vita pretio non ſegnis emeres, vir totus ex virtutibus factus.* Tertullianus, lib III. in Marcionem.

Quorum diſcipuli, qui ſucceſſere per orbem,
Conſlati virtute viri, noſtrisque magiſtri,
Conjunctis operis nobis tribuere decores.

Interpres, *ſeu quis alius*, in Joſephi, lib. XIIX. cap. VII *Erat eidem Mundo liberta quadam ex parentibus, nomine Ida, omnium malorum & iniquitatum coagulum.* Media Barbarie Saxo Grammaticus lib. XV. *Dania Sleswvicenſium Antiſtes Fridericus, perfectiſſimum Honeſtatis ſpecimen.* Hermannus Lerbecius Chronico: *Comes Adolphus tantus erat fide & Bonitate, Conſilio atq; Prudentia, ut univerſis videretur conſtructus virtutibus.* Sic coagulum omnium ærumnarum Palladius apud Ammianum, lib. XXIX. Athanaſium qui laudat, ipſam virtutem laudat. Gregorius Nazianzenus initio ejus Encomij, Oratione XXI. Sophocles Electra Ægiſtheum *πᾶσαν βλάβην* vocat, V. CCCII. Ut notamus Adverſar. lib. CXXIV. Pulcrè non tali ævo Guibertus Abbas lib. VII. Hiſtor. Palæſtin. cap. XII. Dux Gothofredus cui penè omnis ex virtute conſtabat natura.

137. VETERIS VESTIGIA RECTI.] Simplicitatem priſcam intelligit, omni ævo ſequenti laudatam. Rectum, probitatem, æquitatem inconcuſſam intellige. Sanctitatem

morum in eodem Theodoro commendat, eadem laude, Symmachus, lib.V. Epiſt.IV. ſcribens ei: *Bonorum frequens adſtipulatio de Sanctis moribus tuis, in hoc me deſiderium provocat, ut amicitias tuas impatienter exoptem. Nam qui omnium ore celebrantur, & probitatis laude conſpicui ſunt, incognitos quosq; ad Amorem familiaritatis invitant.* Rectum, Conſtantiam æquitatis, inimicam lucro. Lucanus: lib.VIII.

ſidera terra
Vt diſtant, & flamma mari, ſic utile recto.

138. DUCTOS VIDEO MORES.] Metallo ductos. Ducere enim verbum ei rei eſt. Virgilius. *Aut leveis ocreas lento ducunt argento* Appulejus Excerptis Floridorum: *Cum primis Alexandri illud praclarum, quod imaginem ſuam ſolus Polycletus ære duceret, ſolus Apelles coloribus delinearet, ſolus Pyrgoteles calamine excuderet. Mores aurei ſeculi* notiſſimi: quibus æquatur qui laudatur maximè.

1:9 JURA REPOSCUNT.] Judicia, Jurisdictio. Honores, Officia. Sic in Eutropium jura Eunuchum rexiſſe ait. Valerius Flaccus, lib.II. cum maritos occidiſſent conjuges.

vacuaq; in mœnibus urbis
Iura novant: donant ſolio, ſceptrisque paternis,
Vt meritam; redeuntq; pia ſua præmia menti.

140. RURSUM TE REDDE.] Melior videtur fieri verſus, noſtri Libri ſcriptione. Ruiſum noſtro te redde Labori. *Rurſum reddere*, non cum vulgo dictum, abundante voce. Gratius Cynegetico:

ipſe ſuos ubi contigit ignis honores
Defugit ab ſacris, rurſumque reconditur antro.

Vitruv.l.X.c.XIII. *E modiolis autē fiſtula ſunt continēter conjuncta ligneis cervicibus pertingentesq; ad nares, quæ ſunt in arcula, in quibus axes ſunt ex torno ſubacti, & ibi collocati, qui, eum recipit arcula, animam, ſpiritum non patientur obturantes foramina, rurſus redire.* Apulejus, lib. III. *Nec qui lavarim, qui terſerim, qui domum rurſum reverterim, præ rubore memini.*

141. TRANSMISSÆ GLORIA VITÆ.] Jam ante enim Reipublicæ adſuerat, antequam ſe conderet in illum ſuum Parnaſſum. Supra, v.LX.

Poſtquam parta quies, &, ſummum nacta cacumen,
Iam ſecura petit privatum gloria portum,
Ingenij redeunt fructus.

142. HUMANUM CURARE GENUS.] In Romanis Magiſtratibus. Hanc enim ambitionem loquendi perpetuo ſervat, Romanæ rei humanum genus addicendi. Secundo in Stiliconem de Roma.

Hæc eſt in gremium victos quæ ſola recepit
Humanumq; genus communi nomine fovit
Matris, non Dominæ, ritu.

144. NULLAS RECIPIT PRUDENTIA METAS.] Nemo eam emeritus eſt: quamdiu vitæ uſus, tamdiu Prudentia opus eſt. Omnium temporum arbitram atque rectricem eſſe Prudentiam, celebre Iſocratis dictum eſt. Eandem virtutes cæteras excellere, ut Viſum reliquos ſenſus, ſcribit Bion.

145. SEDES.] Honoris locus, faſtigium Magiſtratus. Multis ſemel, rari, iterum contigiſſe ſummos honores dicit. Secundum Conſul non fuit Manilius: at conſtat bis Præfectum fuiſſe Prætorio, qui honos tum ſummus, principi propior reapſe etiam Conſulatu, ut notum.

145. MERITIS TANTUM REDEUNT.] Paullo obſcurior ſermo, quam loqui aſſolet Claudianus. Actus redeunt tantum meritis. Virtuti adſcribit repetitum honorem, Fortunæ inceptum.

146. VIRTUSQVE REDUCIT QVOS FORTUNA REGIT.] Et hic ſermo obſcurior: nec diffitear laborare locum vitio, ut adſe-

ad ſequentium mox temporum rythmos infeciciud librarij non ſemel nimis officioſi deprehenduntur. Senſum jam diximus: Fortunam nimirum date honores, iterare Virtutem. Omnia plana erunt ſi legeris. *Quos Fortuna dedit* Propius litteras. *Quos Fortuna gerit.* Id eſt affert, donat, fert. Ad vulgatum faciat Sidonij ſententia.

Purpureos Fortuna viros cum murice ſemper
Proſequitur ———

Non inepta viri docti ad ſuum Panegyricum lectio, qui quidem omnium ſolus vacillare lectionem pervidit. *Virtuq; reducis. Quis fortuna redit.*

Tamen deſeritur ſic ſententia, quæ continuè de Honoribus loquitur. Virtutem potentiorem Fortuna facit, rariora enim & operoſiora conficere. Virtutem autem Prudentiam intelligit, ut huc ſpectet pulcrum *Carneadu dictum* πᾶσαν τύχην αἴσθησιν φρονοῦντος καταικεῖν. Quod refert Fulgentius ad Virgilium. Cæterum impeditior ſcriptio totis his verſibus ſuſpicari facit hemiſtichium unum alterumve excidiſſe.

148. MAGNOQVE PETENDUM CREDIS.] Magno pretio, nulla non opera. Maro

magnoq; optaverit emtum
Intactum Pallanta

Lucanus, lib. I.

magnoq; æterna parantur
Regna Deis. ———

148. ABSTRUSA RERUM RATIONE.] Inveſtigatione Rationum & Reperrorum Philoſophicorum. Abſtruſam vocat, quia in umbra procul à rerum ſplendore hæreat, ſatis etiam intricata, ut obſcuras Grajorum artes ſuprà dixit. De Umbra pulcrè Maro, ſeu quis alius, Ceiri.

Pieriis ſuaves exſpirans hortulus auras
Florentis viridi Sophiæ complectitur umbra.

Tacitus, Annali XIV. Verbis Senecæ: *Ego quid aliud adhibere potui, quam ſtudia in umbra ut ſic dixerim, educata.* PLatonicos vero inceſſere quodammodo Aſtræa hic videtur, qui vitam Speculativam Sapienti migrandam vix cenſuerunt, niſi tribus incidentibus τῷ στρατηγεῖν, τῷ δικάζειν, τῷ πρεσβεύειν. Alij tamen eorumdem ajunt: ἄριστος μὲν ὁ θεωρητικὸς βίος, ἑπόμενος δὲ καὶ ἀναγκαῖος ὁ πρακτικός. Cumque malorum aliquis Reipublicæ ſe ingeſſerit omnino diſcipulis præcipiunt ei ſuccurrere, rebusque gerendis manum applicare. ἥξει γὰρ ὁ σπουδαῖος ἐπὶ τὰ κοινά, ὁπόταν εἰδῇ κακῶς διοικούμενα πρός τινων αὐτά. πολιτικὰ μὲν οὕτως ἡγούμενος, τὸ στρατηγεῖν τὸ δικάζειν, τὸ πρεσβεύειν. Ita tamen, ut, dum adſunt Actionibus, Speculationum non obliviſcantur prorſus. Subjiciunt ergo: πρέπει δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων τῷ φιλοσόφῳ μηδαμῶς τῆς θεωρίας ἀπολείπεσθαι, ἀλλ' αἰεὶ ταύτην τρέφειν, καὶ αὔξειν, ὡς ἑπόμενον δὲ καὶ ἐπὶ τὸν πρακτικὸν χωρεῖν βίον.

149. TUI PLATONIS.] Temporum etiam eorum Philoſophiæ, extrà eam quæ Sacris Litteris debita, princeps Plato. Chriſtianis quoque doctoribus commendatiſſimus. Eum ſibi Deorum exiſtentiam perſuaſiſſe fatetur Symmachus lib. I. Epiſt. III. Nectar ejus doctrinæ commendat lib. IX. Epiſt. LXXXII. Suum, honoris ejus gratia, dicit cum noſtro Julianus Imperator initio Cæſarum, &c. Quantam ſectam tum habuerit, docent Jamblychus, Numenius, Atticus, Proclus, Plotinus, Porphyrius, Eunapius, Æneas, Zacharias, & alij. Chriſtianus vir, Manlius noſter, æſtimatione Chriſtiana eumdem dilexit, ut ex eo ſe didiciſſe indagationem corporeæ Veritatis fatetur B. Auguſtinus, Confeſſion. lib. VII. cap. XX. Prudentiam ſummam ei adſcribit Hieronymus, Apologet. ad Domnionem. Præcipuum Philoſo-

T 2 phorum

photum vocat Minutius Felix, ſublimem apicem Philoſophorum, Arnobius lib.I. Ingenium in Arce omnium, Sidonius. Neſtorem ob mella facundiæ, Tertullianus de Anima, cap. XXXI. apud quem teſtimonium dicit ſummo inter omnes Philoſophos loco. Θεσπεσίαν φωνὴν ipſi dat Syneſius, Epiſt. CXXXIX. Deum verum, æternum, verè agnoviſſe teſtatur Athenagoras Legatione. πρῶτον τὸν παρ' ἕλλησιν φιλόσοφον vocat Juſtinus Martyr Parænetico. Alijque utriusque generis infiniti.

149. PATRIAM.] Athenas dicit, ſervatas Oraculo rectè expoſito Themiſtocli, homini non litterato, ſed acris ad omnia prudentiæ.

150. RESPONSA SECVTVS.] Deo dixit Sapientiam & Conſilium reſcripſiſſe Themiſtoclem, ipſum conſilium reſponſumque prudenter explicaviſſe. Hiſtoria apud Herodotum, PLutarchum, Trogum, Probum, alios: quam ſcitius nemo recenſuerit Maximo Tyrio, Sermone III.

150. QVAM QVI.] Eruditioni & Speculationi Platonicæ opponit Prudentiam ſine illis in Themiſtocle, quo ſanè vix ullus Principum id genus fuit felicior, naturali virtute pollentem. Thucydides.

ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς βεβαιότατα δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ διαφερόντως τι ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι. οἰκείᾳ γὰρ ξυνέσει, καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν, οὔτ' ἐπιμαθὼν, τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής. καὶ ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε. ὧν δὲ ἄπειρος εἴη κρῖναι, ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο. τό τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι, προεώρα μάλιστα, καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν, φύσεως μὲν δυνάμει, μελέτης τε βραχύτητι κράτιστος δὴ οὗτος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα ἐγένετο.

151. URBESQVE CARINIS VEXIT.] Inepta Lectio. De ſolis enim Athenis loquitur. Noſter Codex, Belgici ad unum omnes, Scaliger, Aldus, *Vrbemq;* Optimè, nam & κατ' ἐξοχὴν Vrbs Athenæ. Hiſtoria cum Oraculo apud Polyænum lib.I.

ἡνίκα δὲ τὴν ἐξήγησιν ἐπιστώσατε ὁ θεὸς χρήσαντος. Τεῖχος τριτογενεῖ ξύλινον δίδοι εὐρύοπα Ζεύς, οἱ μὲν ἄλλοι Ἀθηναῖοι τειχίζειν τὴν ἀκρόπολιν ἠγόρευον. Θεμιστοκλῆς δὲ εἰς τὰς τριήρεις ἐμβαίνειν, ὡς ταύτας οὔσας τὸ ξύλινον τεῖχος τῶν Ἀθηναίων. ἐπείσθησαν, ἐπέβησαν, ἐναυμάχησαν, ἐνίκησαν.

VEXIT.] Alij libri *Texit*, non inſcitè. Immo magis apte murorum in Oraculo munitioni. Sic ſine muris *nudam* mox Spartam dicit.

> *Tutius objecit nudam Lacedæmona bellis.*

Vexit urbem, populum, quo urbs conſtat. Papinius, Theb.IV.

> *Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ.*

B. Marcus, Evang. cap. I. καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ ἱεροσολυμῖται. Hoc eſt incolæ Judææ.

151. MEDO.] Perſarum Regi, Medis Imperanti tum. Non enim erat Medorum etiamnum tum imperium. Maximus Tyrius de eadem Expeditione:

ὅτε οἱ Μῆδοι ἐπὶ τὴν ἑλλάδα ἐστρατεύοντο, ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι τῷ θεῷ τί χρὴ δρᾶν ἐπιόντας αὐτοῖς βαρβαρικοῦ στόλου, ἁρμάτων περσικῶν, ἀσπίδων Αἰγυπτίων. &c. Juvenalis.

> *epotaq; flumina Medo Prandente*

Vide Thucydidem Proœmio.

152. SPARTANIS MATRIBUS.] Inſtitutum.

ſtitutum Lycurgo, gymnaſtica exercitia fœminis eum viris communia eſſe; rei rationem rogatus reſpondiſſe memoratur, uti in robuſto exercitatoque matris corpore firmus valenſque fœtus gigneretur; utque ipſæ mulieres, ubi neceſſitas poſtularet, armis pariter patriæ adeſſent. Spartanarum hinc mulierum virilia facinora leguntur, ut apud Juſtinum, lib. XXV. Pauſaniam, IV. &c. Vide & conſignata doctiſſimo viro Nicolao Cragio lib. III. de Rep. Lacedæmon. Item Ulboni Emmio in Illuſtrata Græcia.

153. SEXUM VICERE.] Viriliter agendo. Hic enim titulus fortiter facientibus fœminis datur; ut ſexui defuiſſe mares dicuntur, cum remiſsè agunt.

153. LEGES SEVERÆ.] Spartanæ Leges notæ ſeveritatis. Valerius Maximus lib. II. cap. VI. proxima majorum noſtrorum gravitati Spartana civitas, quæ ſeveriſſimis Lycurgi Legibus obtemperans, aliquandiu civium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit. Vellejus, Libro I. ea ætate clariſſimus Graij nominis Lycurgus Lacedæmonius, vir generis regij fuit, juſtiſſimarum, ſeveriſſimarumque Legum auctor.

154. IGNAVO MURO.] Satis munitis virtute Legibus oriunda. Noſter Quarto Conſulatu.

> *ſic armipotens Lacedæmon*
> *Deſpexit muros, rigido munita Lycurgo.*

Notat es, & eventus. Notavitq; jam de RepublicaLacedæmoniorum Commentario III. Nicolaus Cragius: Quod opus eos contemerant qui poſt eum meliora non invenerunt, nondum nos docuerunt. Contra murorum uſo, iam priſcis civitatibus detrimento ſummo fuiſſe, notat Thucydides, Procemio.

156. MONITUS ANNIQUE SILENTES.] Nota omnia. Monitus & annos ſilentes conjunxit, ut ſupra tacendo locutum memoravit; ignaviæ ſimul umbraticam Sapientiam notans, ut modo antè... Silentio autem auctoritatem ſecreti Deorum cultus, ſcitumque majeſtatem ſibi peperit Pythagoras; quibus accedentibus nonnullis portentis, cultum penè divinum habuit. Ammianus paucis omnia jungit, lib. XXII. *Hae inſtitutus prudentia Pythagoras, colens ſecretius Deos, quicquid dixit aut voluit, auctoritatem eſſe inſtituit ratam: & femur ſuum aureum apud Olympiam ſæpe monſtrabat, & cum aquila colloquens ſæpe videbatur.* Silentium Chriſtianis pariter cultum, ſibiq; ipſis injunctum, oſtendunt Patrum Vitæ: Daniel Monachus Vita Ioannis Sinaitæ: *Cum venerandus hic Pater verbo gratiæ ad ſe venientes affatim exſatiaret, ac doctrinæ fluenta largiſſime profunderet, maligni quidam homines, invidiæ facibus inflammati, tantamq; frugem, quanta ex illius doctrina gignebatur, cohibere molientes, loquacem illum ac nugacem vocare cœperunt. Quod ille animadvertens, cuncta quod in eo, qui ipſum confortabat, Chriſto, poſſe edoctus, nec ſolum per ſermonis exhortationem eos qui ad ſe utilitatis ſuæ cauſſa, veniebant, erudire volens, ſed multo potius per ſilentium, & per operum Philoſophiam ut ſicut ſcriptum eſt, abſcinderet quærentium occaſiones, uſq; ad certum tempus tacere inſtituit, mellifluumq; doctrinæ fluvium compeſcere.* Sic Severus Sulpitius, Conditor eloquij inter Chriſtianos penè Salluſtiani, erratum ſuum ſilentio caſtigavit ad mortem ſervato: Gennadius. *Severus Presbyter, cognomento Sulpitius, Aquitanicæ provinciæ, vir genere & litteris nobilis, & paupertatis atq; humilitatis amore conſpicuus: in ſenectute ſua à Pelagianis deceptus, & agnoſcens loquacitatis culpam, ſilentium uſq; ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.* Joannes Patriarcha Hieroſolymitanus, Vita Joannis Damaſceni: *Ita pater filio, & magiſter diſcipulo præſcribebat, adjiciens ſimul & hæc monita. Ne ad aliquem miſeris Epiſtolam; ne omnino loquaris aliquid externæ diſciplinæ. Silentium cum intelligentia exerce: nam hoc ſcio non noſtrorum tantum Philoſophorum eſſe præceptum. Nam & Pythagoras ille*

Samius diſcipulis nuper ad diſcenda Philoſophia ſua myſteria admiſſis, imperavit ſilentium multorum annorum. Sermonem autem virtutis doctrinæ officere rebantur Philoſophi, ideoque, quamdiu diſcerent, eo abſtinebant. Sextus Pyrrhon, Hypotyp. lib I. περὶ δὲ τοῦ προφορικοῦ λόγου, πῶς μὲν οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον ζητεῖν, ὅπου γὰρ καὶ τῶν δογματικῶν ἔνιοι παρῄτησαν, ὡς ἀντιπράττοντα τῇ τῆς ἀρετῆς ἀναλήψει. διὸ καὶ περὶ τὸν τῆς μαθήσεως χρόνον ἤσκησαν σιωπήν. Illudit non uno loco mira feſtivitate. Lucianus

158. FAMOSUM LUXUM.] Tarentini vitæ ſummam ponebant in Voluptate, extra hanc omnia adſpernentes. Dictum recenſet Athenæus: τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους διὰ τὸ φιλοπονεῖσθαι καὶ περὶ τὰς ἐργασίας διατρίβειν, παρασκευάζεσθαι ζῆν. αὐτοὺς δὲ διὰ τὰς συνουσίας καὶ ἡδονὰς οὐ μέλλειν, ἀλλ' ἤδη βιῶναι.

Hinc Proverbium fecerunt. Voluptates eorumdem memorat Symmachus lib. VII. Epiſt XV. Convivia perpetua, Strabo, lib. VII. Delicias Florus. *Molle* vocat, à laſcivia Horatius lib. II. Sat. IV. à popinatione perpetua unctum Sidonius, de Pyrrho.

cujus vires Oenotria pallens
Ipſaque, quæ petijt, trepidaverat uncta
Tarentos,

Madidum, ab ebrietate, Juvenalis, Sat. VI.

Et Sibaris colles, hinc & Rhodos & Mitylene,
Atque coronatum, petulans, madidumque
Tarentum

OEBALII TARENTI.] Spartani. Ut Tyndareum, Silio. lib. XV.

Tunc & Tyndarei Latias Fortuna Tarenti
Auxit opes, laudemque ſimul.

Nota res. *Spurios Spartanorum* eo commigraſſe tradit Servius ad Maronem. Georg. IV. & Æneid. III. Vide Pauſaniam, lib. X.

157. INSIGNEM CURAM.] Quo major dignitas enim, eo amplior cura quam non fugiat homo Philoſopha ſententia, niſi ſimul ignava opera.

159. MERITIS MAJORA PATEBUNT PRÆMIA.] Noſter Codex *majora dabuntur.* Nihil mutamus. Præmia autem virtuti data, commendant temporum felicitatem. Theodoſius, eorum auctor, L. IV. de Imaginibus & Statuis; *Virtutum præmia convenit tribui merentibus. Demoſthenis ſcitum nobile;* qui præmia tollat, ipſum benè faciendi uſum exſtirpaturum, non ſecus ſcilicet quam Pœnarum ſublatio apertura ſit valvas omni generi malorum facinorum. Verè Euripides Hecuba.

ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ
πόλεις
Ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν
ἀνὴρ,
Μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον;
In hoc laborant civitates plurimæ
Civis beneficus quod probusque ut plurimum
Nullo malorum præmij fert amplius.

Præmium enim ſperatum, duplicem facit induſtriam. Sophocles, non enim aliter, Rheſo.

Κέρδος πρὸς ἔργῳ τὴν χάριν τίκτει διπλῆν.

Quod ſi præmiorum ſpes tolletur cultoribus virtutis; facilis dabitur ſcelerum ſectæ janua. Dio Caſſius, lib. XLI.

ὅτι αὖ τὸ μὲν τῶν φόβων τῆς δίκης ἐλευθερωθῇ, τὸ δὲ τῆς ἐλπίδος τῶν ἄθλων στερηθῇ. ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν, κακὰ δὲ μυρία ἀπεργάζεται.

Sic felicitatem ſeculi agnoſcit contrà hic noſter. Et alibi *egregios invitant præmia mores.* De ejuſdem eadem liberalium etiam ſtudiorum nomine, exſultat Symmachus l. I. Epiſt. XXXVII. *Vetus ſententia eſt, artes honore nutriri. Eam noſtra ætatis uſus confirmavit. Nemo enim belli notus, aut domi clarus, exſortem*

tem præmij ſenſit induſtriam : ita cum dignis fructus tribuitur, eandem viam capeſcentibus ſpes paratur. Gliſco igitur gaudio. Laudabilis circi Ægyptiorum Reſpublica, apud quam & Pœnæ & præmia omnibus in proparulo. Diodorus Siculus, lib.I.cap.XCIII. contemtis Græcorum etiam publicis nugis:

παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις, οὐ μυθώδεις, ἀλλ' ὁρατῆς, τοῖς μὲν πονηροῖς τῆς κολάσεως, τοῖς δ' ἀγαθοῖς, τῆς τιμῆς οὔσης, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀμφότεροι τῶν ἑαυτοῖς προσηκόντων ὑπομιμνήσκονται, καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου μεγίστη καὶ συμφορωτάτη διόρθωσις γίνεται τῶν ἠθῶν.

De militiæ præmijs, pulcrè Philo lib.I. de Vita Moyſis, quod ad omnia protendendum: *Nam qui*, ait, *ab aliquo donatus eſt, ipſe munere auctoratus impigriorem ſe militia prabet, exiſtimans ſe neceſſarium debitum luere, non gratiam promereri. Hinc magiſtratuum efficium proditum*, viris bonis bona facta commendantibus, mala caſtigantibus, communi civium conſenſu. Columella lib. XII. cap III. *Quod in benè moratis civitatibus ſemper eſt obſervatum, quarum primoribus atq; optimatibus, non ſatis viſum eſt bonas leges habere, niſi cuſtodes earum diligentiſſimos cives, creaſſent: Quos Græci* Νομοφύλακας *appellant. Horum erat officium, eos, qui legibus parerent, proſequi laudibus, eos autem qui non parerent, pœna multare, quod nunc faciunt magiſtratus, aſſidua juriſdictione vim legum cuſtodientes.* Pœnas qui tollit nocentium, innocentium ſalutem projicit. Stratocles Rhetor, apud Rutilium Lupum, Lib. I. objurgans ſuos cives: *Quæritis novam rationem adminiſtrandæ Reipublicæ? at reperire meliorem, quam à majoribus accepiſtis, non poteſtis. Quæritis maximis ſumptibus faciendis quomodo tributa ne conferatis. At conſilijs captas ærarij opes, quas cupitis, augere non poteſtis. Quæritis quemadmodum ſcelere contaminatis hominibus parcatis? At ignoſcendo nocentibus, innocentium ſalutem cuſtodire non poteſtis.* Pariterque Lycurgus apud eumdem, fine lib.II. *Vos hæc, iudices, vos hæc facere debetis. Nam cum in ſententijs ferundis nocentibus remiſſionem paratis, vos improborum ſtudia ad peccandum excitatis.* Et egregie Leo Philoſophus cap. II. Τακτικῶν v.XLVII. ὁ γὰρ μετὰ δικαιοσύνης φόβος, καὶ ἡ μετὰ φανέρωσιν τῆς αἰτίας εὔλογος ἐπεξέλευσις, οὐ κόλασις, ἀλλὰ σωφρονισμὸς τοῖς καλοῖς φρονοῦσι λογίζεται.

Nihil enim magis congruum veræ Sapientiæ effectui, quam mala & turpia facta emendare caſtigando. Euripides noſter Romanus.

Quæ juſta ſunt faceſſere eſt boni viri,
Injuſta pœnis facta confeſtim ſequi.

Ea mente idem alibi ſuppliciorum metû conſervatorē Reip. dicit. Et Sophocl. tempeſtivè *Metu incidendum criminum uſum*, alioquin quamlibet benè conſtitutam Rempublicam, funditus corruituram, apud Stobæum, Serm. XLI. De præmijs non abſurdè ibidem Democritus, Legem ambire ut adſignentur benè merentibus præmia, hanc videlicet ipſius naturam eſſe. Et Socrates æquum eſſe ut probi homines ex proſperitate civitatum indipiſcantur fructum. Sic laudantur principes. Ut Severus ab Victore, ſub quo vel maximè floruit Romanum Imperium; *delictis implacabilis, ſtrenuitati numquam defuiſſe præmijs.* Romanam virtutem Tribuni PLebis excitant his verbis apud Livium, lib. Quarto: *eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos ſperetur. Nihil non aggreſſuros homines ſi magna conatis magna præmia proponantur.*

160. JUNGERE SENSUS CUM STILICONE.] Senſus, conſilium, ſententiam, multis locis dicit hic ſcriptor. Sic Cn. Mattius.

Quapropter edulcare convenit vitam,
Curaſq; acerbas ſenſibus gubernare.

Ratione, intellectu. PLura alibi.

164. QVÆ

164. QVÆ PERTVLIT ÆTAS.] Codices nō pauci ſcripti *quæ protulit ætas*. Quomodo editum Aldo etiam. *Pertulit* ad difficultatem raritatemque pertinet, neque mutatur nobis.

164. CONSILIO VEL MARTE.] Bello & Pace: quibus late laudes decantat libris Laudum. *vel* jungit, non diſparat. Exempla infra & in Libris Adverſariorum poſita, notato etiam Helleniſmo.

165. NVNC BRVTVS AMARET.] Diſtinctio in omnibus libris vitiata Lege *nunc Brutus amaret Vivere ſub regno: tali ſuccumberet Aula Fabritius.* Mirum quo viderit tanta vis caſtigatorum. De Heroibus iſtis omnia ſunt notiſſima.

165. SERVIRE.] Suo quodam Servitio. Capiendum ad id quod dicit alibi.

Fallitur egregio quiſquis ſub principe credit
Servitium: nunquam Libertas gratior exſtat
Quam ſub Rege pio.

Aulam pro regno non ſemel dicit alibi, item Regia familia.

CATONES.] Ipſos dicit, cum atrocius exemplum contra Reges Principesque pervicaciæ nulla ætas umquam tulerit. Apud Lucanum ſuum ipſe affirmat non prius ceſſaturum obniti Cæſaris armis, quam combuſtam omnino viderit Libertatem, tum ſe ei immoriturum ſcilicet.

procul hunc arcete furorem
O ſuperi, motura Dacas ut clade, Getasque,
Securo me, Roma, cadat: ceu morte parentem
Natorum orbatum longum producere funus
Ad tumulum jubet ipſe dolor: juvat ignibus atris
Inſeruiſſe manus, conſtructoque aggere buſti,
Ipſum atras tenuiſſe faces: non ante revellar
Exanimem quam te complectar, Roma, tuumque
Nomen, Libertas, & inanem proſequar umbram.

Ne ſerviret Cato non paſſus eſt animam per vulnus à ſe factum corpore excedere, ſed humanæ omnis neceſſitatis victor, manu injecta velut viſceribus eam ſuis extraxit, ut ſcribit Seneca, Epiſt. LXX.

166. NOSTRA SOROR.] Quæ temperet nimirum Juſtitiam, velut agnata ei, & ſanguinis ejuſdem. Elegantiſſimi in parte omnino te ſunt verſus Calpurnij, quo ſimpliciores, eo omnibus turgentibus generoſiores.

Aurea ſecura cum Pace renaſcitur ætas,
Et redit ad terras tandem ſqualore ſituque
Alma Themis, poſito: juvenemque beata ſequuntur
Secula, maternis cauſſam qui luſit in ulnis.
Dum populos Deus ipſe reget: dabit impia victas
Poſt tergum, Bellona, manus: ſpoliataque telis
In ſua veſanos torquebit viſcera morſus.
Et modo quæ toto civilia diſtulit orbe.
Secum bella geret: nullos jam Roma Philippos
Deflebit, nullos ducet captiva triumfos.
Omnia Tartareo ſubigentur carcere bella,
Immergentque caput tenebris, lucemque timebunt.
Candida Pax aderit, nec ſolum Candida vultu,
Qualis ſæpè fuit, quæ libera Marte profeſſo:
Quam domito procul hoſte, tamen graſſantibus armis,
Publica diffudit tacito Diſcordia ferro.

Omnia

Omne procul vitium ſimulatæ cedere pacis
Juſſit, & inſanos Clementia condidit enſes.
Nulla catenati feralis pompa Senatus,
Carnificum laſſabit opus : nec carcere pleno
Infelix raros numerabit Curia Patres.
Plena quies aderit, quæ ſtricti neſcia ferri
Altera Saturni revocet Latialia regna.

Falletur qui ſuaviores verſiculos toto Latio quæret: qui quo ſunt humilitatis affectantiores, eò ſunt gratioſiores, ſi caſti tamen maneant.

167. FRATRES AMPLEXA SERENOS.] Nullus titulus, nulla laus dignior ſummo principe. Serenitate; qua ſcilicet Imperator proximus ſit ſupremo numini quod tranquillum, & inturbabile ſtatuitur. Papinius, cum omnia numina fremerent, Capaneo turribus, & ipſi prope cœlo (ut is auctor fingere amat) imminente. libro decimo Thebaid.

Non tamen hæc turbant pacem Jovis.

Mox:

Ingemuit dictis ſuperum dolor : ipſe furentem
Riſit

Sic cum ſumma omnia Marti dat Juppiter, Pacem etiam ſuam turbandam largitur, Lib. III.

tibi fas ipſos incendere bello
Cœlicolas, pacemq́; meam.

Noſter infrà hoc Libro. *Pax majora decet.* Sic Serenitatis titulus maximis principibus datur. Capitolinus Macrino : *Hæc de Macrino, de pluribus collecta, Serenitati tuæ, Diocletiane Auguſte, detulimus.* Eutropius ad Valentem : *Vt Tranquillitatis tuæ poſſit mens divina lætari, prius ſe Illuſtrium Virorum facta in adminiſtrando Imperio ſecutam, quam cognoſceret lectione.* Sæpè Symmachus & Panegyriſtæ.

169. PERFIDIA.] Opponit hanc Pietati: quia nulla magis ſe Deorum Numina contemni credebant veteres quam pejerando. Sic in ſumma omnium ſcelerum noſter ait de Rufino, lib. I. v. CCXXVIII.

Jurata Deorum Majeſtas teritur

Exempla ultionum in fabulis crudeliſſimarum, ſi qui per Dianam, Cererem, aut aliquod aliud Numen pejeraſſet.

170. FVRIARVM VINCLA.] Ipſas ſimul catenis impeditas dicere vult, omnia obtinente Pace, Pietate, &c. Virgilius.

Furor impius intus
Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremit horridus ore cruento.

Agnoſcunt veram lectionem omnes cæteri libri : Delirat ſolus noſter qui *Furiarum colla* temorè ſubſtituit.

170. EXSVLTAT CVM PACE FIDES.] Priore in Ruf. Cumque Fide Pietas alta cervice vagantur. Vbi iiſdem jungit Concordiam. Hæc in Pace. At de bellicis rebus Lucanus contra, lib. X.

Nulla Fides Pietasq́; viris, qui caſtra ſequuntur.

Fides verò Paci optimè jungitur, quoniam ſine ejus adminiculo nullam certum eſt conſtare inter homines ſocietatem, ut diſſerit Appius Craſſus apud Livium, Libr. VI. Vt meritò eam *certiſſimum humanæ Salutis pignus dicat.* Valerius Maximus, libro ſexto cap. VI.

171. PLACIDAS VRBES.] Pariter de rebus ſub Stiliconis Auſpicijs florentibus, priore in Rufinum.

Invidiæ quondam ſtimulis incanduit atrox

V Alecto,

Alecto, placidas latè cum cerneret urbes

Avienus de Juſtitia & Aureo Seculo.

Denique cum placidas latè Dea cerneret urbes

Tectaq; juſta virum paſſim ſuccederet.

171. INTER.] Permixtæ populo, ut de aureo ſeculo canunt Poetæ. Avienus luculento ex Arato Poemate.

tu, cum ſincera priorum
Vita hominum, nullis ageret ſub Legibus ævum,
Aureaque innocuos ſervarent ſecula mores,
Sponte ſua; nec criminibus via promta pateret,
Inter confuſos populorum libera cœtus
Verſabare libens.

Fidem placidis urbibus vel primam dederis, cum proſpero ſtatu earum vel ſola ipſas regat nullo Legum metu coactis moribus. Uti Livius lib. I. De Numæ ætate ſcribit. Paria in Sacris non uno loco.

172. NOBISCUM.] Arguta cum Viro Temporum commendatio.

172. AGRESTEM DUDUM.] Agriculturæ deditum: hoe eſt receſſui rurali: Se ſuaque contemtim nominat, excuſabundus Officium Urbanum.

173. REVERTI COGIS.] Primæ Juſtitiæ ſuaſioni cedit, quæ probo viro eſt coactio, nempe quod nefas obluctari Virtuti, cui inſint cæteræ omnes.

174. RUBIGINE RURIS.] Deſidia, radices agente. Translatione à metallis ad res ingenij humani. Ovidius lib. V. Triſt. El. XIII.

Ingenium longa rubigine læſum Torpet

De Eloquentia Appulejus Floridis: *Ut gladius uſu ſplendeſcit, ſitu rubiginat; ita vox in vagina ſilentij condita diutino rubore hebetatur.*

174. SULCIS MOLLIRE NOVALES.] Agrum colere, Severus Rhetor.

Mollito penitus farra dabam ſolo,
Largis putris erat gleba liquoribus.

Molle, quod egregiè ſubactum, tenue. Virgilius lib. I.

Tunc agni pingues, tunc & molliſſima vina.

Hoc eſt jucundiſſima. *Molles pulveres*, & alia id genus apud Cælium Aurelianum aliosque Medicos, ut in Gloſſario ad eum plenius docemus, illuſtrandis Latinis facto.

175. SOLI VIRES.] Fœcunditatem. Virgilius, Georg. I.

levem ſtipulam crepitantibus urere flammis
Sive inde occultas vires & pabula terræ
Pinguia concipiunt.

175 RUPES.] Omnem collem montemq; indicat hac voce Claudianus. De Parnaſſo doctæ ſpirant præſagia rupes. De Cypri promontorio. Mons latus Eoum Cypreæ rupis obumbrat. Etſi hic colles inſequuntur.

176. GLEBA FAVERET FRUGIBUS.] Virgilius de Tellure.

Altera frumento quoniam vacat, altera Terra.
Denſa magis Cereri; rariſſima quæque Lyæo

178. VETERANUS] Præmia velut in aſſignatis agris jam indeptus. Ætatem Manlio ſeriorem hinc des; ſed ad virtutem, & dexteritatem quoque ante geſti magiſtratus referas, ut Veteranus juvenis apud Sidonium.

Emerito ſplendet juvenis veteranus in auro.

179. VECTOR.] Nauta, navigij gubernator. Ut in illo Juliæ Auguſtæ apud Macrobium, lib. II. Saturn. cap. V. *namquam niſi nave plena tollo vectorem.* Vector alioquin & qui conducto navigat, ut in Petronio: *Omnis vector nihil prius quærit, quam cujus ſe diligentiæ credat.*

180. COLLECTAMQUE DIU.] Gloriam dicit, Ambitionis præmium, & laborum pro Republica. Fama magna, & omnium ore celebrata fuiſſe teſtatur Symmachus, lib. V. Epiſt. IV, *Utcunque* ad inſtabilitatem rumorum

rum ducendum, à nobilitate vulgi pendentem. Seneca Herc. Furente:

Illum populi favor attonitum
Fluctuq; magis mobile vulgus
Aura tumidum voluit inani.

Fabulam vulgi confuſam ſcitè dicit Propertius. Irridet pulcrè Boethius lib. II. de Conſ. cap. VII. *Vos niſi ad populares auras ina*:*esque rumores rectè facere neſcitis, & relicta Conſcientia Virtutuque præſtantia, de alienis præmia ſermunculis poſtulatis*. Vide Marcum Imperat. lib IV. *Utcunque* illud caſum imminentem de alto gradu, paucisque vitatum, indicat, Luberius Mimis:

Summum ad gradum cum claritatis veneris
Conſiſtes ægrè, & citius, quam adſcendas, decidas.
Cecidi ego, cadet qui ſequitur; laus eſt publica.

Etiam inſtabilitas hæc ad mores præcedentium temporum referri poſſit. Sub tyrannis enim Claritas & gloria à benè geſtis magiſtratibus non paucis præclaris viris detrimento & everſioni fuit.

181. PATIAR DEPONERE] Inſuetior locutio, nec mutanda. Tantum enim eſt, ac ſi DEPONI dixiſſet. Gratius Cynegetico.

Ante vetant quam maturis accenderit annus
Ignibus.

Idem. Quod ſi improviſus cœlo profuderit imber. Profuſus ſit. Æditu us apud Gellium. *Atque imber cælo candidus præcipitans*. Arnobius lib. VII. *Caſibus non eſt in his locus, ſed inenarrabili omnia neceſſitate conficiunt*. Hoc eſt, *conficiuntur*. Quintilianus Declamat. CCXCVIII. *Et primò quidem deformavit tantum diligentior cultus*. Deformatus eſt. Florus, lib. I. de re Romana. *Inertia Cæſarum quaſi conſenuit & decoxit* Virgilius Ceiri.

Altius ad magni ſuſpendit ſidera Mundi.

Prudentius, Hamart.

Involvens niveam ſpiris torquentibus alvum.

Torris. Ut Maro volventibus annis *Volutis* Lucretius, lib I.

Ex infinito jam tempore res reparare.

Calpurnius Eccl. I.

Non per utrumque polum, ſicut ſolet, igne citato
Spargit, & ardenti ſcintillat ſanguine lampas.

182. NATURA FORTIOR USUS] Curtius, lib. V. Pauci hujus ſententiæ fuerunt, cæteros conſuetudo, natura potentior, vicit. Alibi naturæ exæquatur. Horatius, lib. I. Sat. III.

denique teipſum
Concute, numqua tibi vitiorum inſeverit olim,
Natura, aut etiam conſuetudo mala.

Eleganter Auguſtinus: *conſuetudo quaſi ſecunda & affabricata natura dicitur. Tranſeunt enim res uſu uſitatæ velut in naturam*. Difficultatem ergo cauſſatur recedendi ab uſu ruſtris vitæ. Baſilius Epiſcopus neſcio quis: *Non parvus eſt labor, ut ſe quis à priore conſuetudine reflectat. Quoniam quidem mos, longo tempore confirmatus, vim quodammodo obtinet Naturæ*. Menander apud Stobæum, Serm. XLI.

Ἔργον ἐςὶν, ὦ πανία, μακρὰν συνήθειαν, ἐν βραχεῖ λῦσαι χρόνῳ.

183. DEFLUAT.] Ipſo in uſu evaneſcat.

184. DESIDIS AURIGÆ NON AUDIT.] Exemplis è Vita communi dictum confirmat. Scriptus eſt apud nos Libellus, Titulo ORTHodoxorum Proverbia: Inepto quidem, ſed plenus bonarum rerum. *In eo exprimitur* ſententia hæc Claudiani: *Serò aut raro correptus arcus manui, bos jugo, equus rebellat fræno*. Sidonius in orationem ſolutam traduxit, lib. IX. Epiſt. XII. *Quiſnam enim ignoret cunctu aut artificibus aut artibus maximum decus uſu venire? Cumque ſtudia conſueta non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigreſcere in artibus? Unde eſt illud,*

bud, quod ſero correptus aut raro, plus arcus manui, jugo bos, equus freno, rebellat. Vide Saresberienſem Policratico lib. VI. cap XIX Ovidium, lib. V. Triſtium, Eleg. XIII. Vide Stobæum, Serm. XXVIII.

184. AVDIT.] Attendit, ei obſequitur, obtemperat, pulcra translatione Ovidius Metamorph. V.

de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit, ſed qua nec acutior illa
Nec minus incerta eſt, nec quæ magis audiat arcum.

Virgilius, Georg. I.

fruſtrà retinacula tendens
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Sic ſurdus arcus in Papinio, lib. X.

& ſurdos expedit artus.

Noſtrum exprimit Alanus, lib. V.

Æmoniusque ſenex arcu diſtante ſagittam
Excitat ad motum: nullo tamen ille volatu
Effugit, aut monitus arcus evadit eundo.

Quo loco emaculandum prorſus *arcus exaudit eundo.* Ex Claudiano. *Audire* ſic ſæpe legitur apud Gulielmum Tyrium. lib. IX. cap. XXIII. *Tandem invaleſcente morbo, nec exaudiente remedia, aſſumto Salutis noſtræ viatico, devotè pœnitens, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt.* Lib. XV. cap. XXII. *Illi autem pro Domini ſui Salute valdè ſolliciti, curam adhibent, ſed interius recepta peſtis mortifera, remedia non audit, & Salutis vias intercludit*, lib. XIIX. cap. XIX. *Phyſici, adhibitis remediis, quæ illius infirmitas minus exaudire videbatur, de vita Noradini deſperabant penitus.*

187. NEC MANVS AGNOSCIT.] Non poteſt eo uti ſecundum id quod opus erat. Cœlius Aurelianus, lib. III. cap. III. *Venter non agnoſcit Officium.* Theodorus Priſcianus lib. III. cap. V. *ſi phlebotomo adhibito nec dum tempus ſua ſecreta cognoverit, dulci tunc oleo, vel anetino, vel rutano inguina ſunt fovenda.* Encomia juſtitiæ congerere non eſt hujus Operæ. Vide ſermonem ſeptimum Joannis Stobæi.

190. NITIDIS SENSIBVS.] Purificatis talibus enim adeundos Deos ſapientiores ſciſcunt. Nota purgatio Pythagotica, Tantoperè Luciano irriſa. Hierocles in Aurea Carmina:

Χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον, ὅθεν καὶ μόνος ἱερεὺς ὁ σοφὸς λέγεται. μόνος θεοφιλὴς, μόνος εἰδὼς εὔξασθαι. μόνος γὰρ οὗτος ἡμῶν ὁ τὴν ἀξίαν μὴ συγχέων τῶν τιμωμένων, καὶ ὁ προηγουμένως ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων, καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου φωτὸς τὸν ἑαυτοῦ κατασκευάζων νοῦν. Τί γὰρ τοιοῦτον προσάξεις ἀπὸ τῶν ἐν μέσῳ κειμένων ὑλῶν, ὃ τῷ θεῷ προσφυὲς ἄγαλμα εὑρεῖν, ἢ δῶρον αὐτῷ ἐνθεῖναι δυνάμενον. ἃ δὴ ἐπὶ τῆς λογικῆς οὐσίας καθαρθείσης συμβαίνειν ἀνάγκη; ὡς γὰρ οἱ αὐτοὶ ἄνδρες φασὶ, ψυχῆς καθαρῆς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς θεὸς οὐκ ἔχει. οἷς καὶ ὁ Πύθιος συμφέρεται, λέγων. Εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάνυμαι πόσον ὅσον Ὀλύμπῳ.

Qualis ſit, eſſeque debeat Boni viri animus, multis Philoſophi, & tangit Seneca primorum princeps, Epiſt. CXV.

191. IRRUET INTREPIDUS FLAMMIS.] Omnia pericula ſpernet. Ducunt eo ingnitæ diſputationes, præcipuè Stoicorum. Ignis ſumma periculi. Ut in illo Platonis πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ διὰ πυρὸς βαδιστέον. Chion Epiſt. XVII. quam ſcripſit tyrannum mox trucidaturus: πέμπεται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ πομπὴ τῷ Διονυσίῳ, καὶ δοκῶ ὀλιγωρότερον ἕξειν δι᾽ αὐτὴν τὰ τῶν δορυφόρων. εἰ δὲ μήγε κἂν δέῃ διὰ πυρὸς ἐλθεῖν, οὐκ ὀκνήσομεν.

Dr

De Viro bono & juſtò omnes Sophi paria. Horatius:

Iuſtum & tenacem propoſiti virum,
Non civium ardor, prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida, nec Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iovis manus:
Si fractus illabatur Orbis
Impavidum ferient ruinæ.

CONFERTOS HOSTES.] Pars ſcriptorum Codicum hanc Lectionem habet, pars *confertos*. Duo alij *confectos*. Vera vulgata. Scaliger maluit *confertos* cui aſſentiuntur Liber Noſter, Aldus, Camers.

192. INERMIS.] Sic omnino ſcribendum. Multi libri mendosè *in armis*. Idem mundum in Euthetico Johannis Saresberienſis.

Quis ferat armatam, quæ ſola triumfat inermis.

Duxit enim ad effigiem illius Auſoniani, verbo Veneris ad Sororem:

armatam tu me, temeraria, temnis
Quæ, quo te vici tempore, nuda fui.

193. ILLE VEL ÆTHIOPUM.] Mira omnino locutio. Delrius ex ſuis Libris. *Ille per Æthiopum.* Joannes Camers, ex ſuis Codicibus promulgavit pulvis ſolabitur æſtus. Delriana lectio verior videtur: Et ſic anſam errori dederit uſus τοῦ SOLABITUR vi patiendi. *Solabitur pluvijs per Æthiopum æſtus.* Sed veritas adhuc latet, libri enim cæteri omnes noſtri Cujaciani, Beutiniani, Belgici, &c. à vulgo ſentiunt. * Veriſſima utique Delriana Lectio; cælum enim ei mittere pluvias dicit, vel in medijs Æthiopum æſtibus, alludens animum immobilem virtutis poſſeſſione. De his omnia nota. In æſtiva ſolitudine deprehendi ſummum diſcrimen eſt apud Theocritum & Catullum.

194. TRANS SCYTHIAM VERNUS COMITABITUR AER] Ubique ſerenam inturbabilemque vitam vivet. Sapientis juſtique viri Conſtantia deſcribitur à contemtu exſilij; quam ſubierunt multi ob contemtum fortunæ, virtutisque cultum, ſummi Sapientum Coryphæi. Bona animi virtute compoſiti commendat. Solus noſter Codex *Trans Tanaim*. Non ineptè. Sic enim ſumma & atrociſſima Barbaries indicatur. Horatius.

Non qui profundum Danubium bibunt
Edicta rumpent Itala; non Getæ,
Non Seres, infidive Perſæ,
Non Tanaim prope flumen orti:

De re vide Stobæi Sermonem de Exſilio, aliosque Sapientiæ doctores.

195. HABENAS.] Moderamen Imperij Romani currui regendo exæquat; forte ex PLatonis ſui Philoſophia, qui ſummum ſuum Deum curru per inane vehi, & ſic moderari res mortalium fingit. Horatius Providentiam præpingens.

Namq; Dieſpiter
Igni coruſco nubila dividens,
Plerumq; per purum tonanteis
Egit equos, volucremq; currum.

Quo loco PLatonis verba, aliaque admodum adoleſcentes non inutilia notabamus, cum eum auctorem omnium primum Scholijs illuſtraremus. Diſtinctio ſequens ſic concinnanda.

Sic fatus, tradente Dea, ſuſcepit habenas
Quatuor; ingenti Iuris temone refuſas.

Quadrigam enim intelligit.

198. LYDOS POENOSQUE SECUNDA.] Nihil ineptius hac Lectione. Cur enim populos jungat, Lydos Aſiæ, Pœnos Africæ? De Lydia pro parte Italiæ, ἀπροσδιόνυσον. Jam enim totam nominavit. Emacula.

Libyas Pœnosq; ſecunda.

Quod video etiam Joſepho Scaligero viſum Clara res, Libyas ſubjicere Manlij Jurisdictioni. Et ſic ſuprà v. XXV.

Hinc te pars Libyæ moderantem jura probavit
Quæ nunc tota probat..

200. CYRNON.] Corſicam, à fœmina Corſa. Diſtans ſeſqui diei itinere ab ora Italiæ inſula. ScylaX Caryandenus: κατὰ δὲ τὴν Τυῤῥηνίαν κεῖται νῆσος Κύρνος, ἔστι δὲ ἀπὸ Τυῤῥηνίας ὁ πλοῦς εἰς Κύρνον ἡμέρας καὶ ἡμισέως. Eadem inter inſulas amplitudine Sexta. Idem Scriptor: Μεγέθη νήσων. Μεγίστη Σαρδὼ, δευτέρα Σικελία, τρίτη Κρήτη, τετάρτη Κύπρος, πέμπτη Εὔβοια, ἕκτη Κύρνος, ἑβδόμη Λέσβος. De Corſa fœmina, unde nomen uſitatius: Rutilius Itinerario: lib. I.

Hæc ponti brevitas auxit mendacia famæ,
Armentale ferunt namque nataſſe pecus.
Tempore Cyrneas quo primum venit ad oras
Forte ſecuta vagum, fœmina Corſa, bovem.

200. TRIFIDAM.] Talis toto ſitu Sicilia. Strabo: ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι. καὶ διὰ τοῦτο Τρινακρία μὲν πρότερον, Τρινακρὶς δ' ὕστερον προσηγορεύθη. Vide alia ad Raptum Proſerpinæ.

201. RETENTAT.] *Retinet*. Exemplo Maronis, lib. V.

pars vulnere clauda, retentat
Nexantem nodis, ſeque in ſua membra plicantem.

201. TYRRENA FVNDITVR.] Affunditur. Habent hanc ſcripturam omnes priſci Libri, uno Belgicorum demto, qui *refunditur* tenet. Mihi vera ſcriptura videtur, quam Joſephus Scaliger publicavit *tunditur*. Catullus.

Longum ubi littus reſonans Eoa
Tunditur unda.

Quæ ſcriptura ſimul bona eſt, ſimul ſonum undæ ubertim appellentis proponit: quam rem totam ferè expingit verbis Accius, his divinis Anapæſtis.

Ac ubi curvo littore latrans
Vnda ſub undis labunda ſonat
Simul & circum magnis ſonantibus
Excita ſaxis, ſæva ſonando,
Crepitu clangente cachinnat.

Correctionem firmat etiam vox *gemit* in ſequenti verſu.

203. TOT CVLMINA RERVM.] Ita Cujaciani. Cæteri libri pleriqꝫ omnes LIMINA. Veram ſcripturam puto *Lumina* tot fulgentibus rerum luminibus non perculſum fuiſſe Mallium pro magno dicit.

204. VELUT ALTUS OLYMPI VERTEX.] De Cacumine ſeu Apice montis Olympi Auguſtinus, lib. I. Contrà Manichæos: *Mons Macedoniæ Olympus tantæ altitudinis eſſe dicitur; ut in ejus cacumine nec ventus ſentiatur, nec nubes ſe colligant, quia excedit totum iſtum aerem humidum, in quo aves volant: quod ab eis perceptum dicitur qui per ſingulos annos ſolebant cacumen ejus ſcandere, & aliquas notas in pulvere ſcribere, quas alio anno integras inveniebant, quod fieri non poſſet ſi ventum aut pluviam locus iſte pateretur.* Vibius Sequeſter: *Olympus Mons Macedoniæ altiſſimus. Qui altitudine ſua pluvias & nubes excedit. Tantæ altitudinis ut nulla avis eo ſubvolet, cum perpendiculo tamen Geometricè emenſus, non faciat integra decem ſtadia*, ut ſcribit Appulejus Libro de Deo Socratis. Vide Nos ad Papin. II. Theb. v. 34.

207. SVB PEDIBUS NIMBOS.] Ima pars montis, pes Poetis. Hegeſimus apud Pauſaniam, lib. X. Ἀζχηνο. κθ' ἐλικῶνος ἴχνη πόδα πιδακόεντα.

209. PATIENS ANIMUS.] Omnia enim vincit, quantumvis aſpera tolerantis patientia, omnia levia facit quæ atrocia videbantur, ubi animus repugnabat fato, nolensque ſubibat ejus Legem. Seneca, de Tranquillitate animi, cap. X. *Aſt in aliquod genus vitæ incidiſti difficile, & tibi ignoranti vel publica Fortuna, vel privata, laqueum impegit, quem nec ſolvere poſſis, nec abrumpere. Cogita*

compe-

compeditos primò ægre ferre onera & impedimenta crurum; deinde, ubi non indignari illa, ſed pati, propoſuerunt: neceſſitas ferre fortiter docet, conſuetudo facile. Invenies in quolibet vitæ genere oblectamenta, & remiſſiones, & voluptates, ſi nolueris malam putare vitam potius, quam invidioſam facere, &c. Sequentia qui dictis ſcitisque Sapientum compoſita, velit illuſtrare, molem magnam Commentario concinnet.

210. PER TANTA NEGOTIA LIBER.] Quibus inhæreſcit, libertatemque ſuam quodammodo vendit & addicit animus præceptis veris Sapientiæ non imbutus. Libertas eſt, nulli ſubdita, omnibus imperans, animi Nobilitas, quam tantoperè commendant Stoici, inprimis Epictetus & Marcus Imperator, non ſe rebus, ſed ſibi ſubjicere res. Eadem dicunt hæc noſtri ad Olybrium & Probinum Conſules.

virtutibus ille
Fortunam domuit, numquamque levantibus alte
Intumuit rebus, ſed mens circumflua Luxu,
Noverat intactum vitijs ſervare vigorem.

211. SIMILISQVE SVI] Conſtantia Juſtitiæ animum ita occupante, ut non mutet umquam vultum, rideat, fortunam, Spem, Timorem, Voluptatem vigore perpetuo nobilis, nec à ſe deſciſcens.

211. JUSTIQVE TENOREM.] Strictam velut Lineam. Tenere curſum, recta percurrere, unde Tenor, rectus perpetuusq; curſus. Illuſtramus alibi.

212. NON GRATIA SVADET.] Perſuadet. Sic ſcriptores alij. Papinius Lib. VII. deſcriptione Martis ejusque ſodalitij.

bonus omnia credi
Auctor, & horrificus lymfare incurſibus urbes,
Si geminos ſoles, ruituraque ſuadeat aſtra
Ah miſeri, vidiſſe putent.

Eucherius ad Valerianum: *Illic etiam feliciora ſuadeberis, cum dicetur, Fidelium conjugiorum fructus eſt Continentia.* Paullinus Benedictus, de Vita Martini.

Nam verbi comperta movent præſentia rebus,
Suadentur non viſa quidem, ſed viſa probantur.

Mendoſo priore verſu: Legendum enim *Nam veris comperta movent præſentia rebus.* Veræ res, documenta certa. *Suaſio*, juſſio. Anaſtaſius Bibliothecarius, Fragmentis Hiſtoricis: *Diverſas autem anguſtias tanta ejus animæ ſcripſit pati ſe ibi, non ſolum corporalibus anguſtijs, ſed etiam habitantium & dominantium ibi malis oppreſſus, ita ut penitus contritus male pejus moreretur, ſuaſione videlicet dominantium in Byzantio.*

Suadere, verbum Rhetorum. Sulpitius Victor Principio Inſtitut. Orat. *Nec illa quidem definitio probanda, quum dicunt plerique eſſe Rhetoricam perſuadendi peritiam, ideò quod nemo omnium invenitur Orator, qui ſemper ſuaſerit.* Sic ex vetuſtiſſimo Exemplari Spirenſi olim Edidit Beatus Rhenanus, Malè poſteà vir doctiſſimus, Collectione Rhetorum mendoſiſſimè edita. *Suadere* perſuadere ſonat in hoc etiam loco Tertulliani. Cap I. de Habitu Mulierum: *Tu es Diaboli janua, tu es arboris illius reſignatrix, tu es divinæ Legis prima deſertrix, tu es quæ eum ſuaſiſti, quem Diabolus aggredi non valuit.* Perperam etiam eum locum tentant vel mutant. Appulejus, lib. IX. *adhuc anus: jam tibi ego probè ſuaſum & confirmatum animi amatorem illum alacrem vadimonio ſiſtam.* Hoc eſt in tuam omninò ſententiam traductum. Sic & Fauſtus Reienſis lib. I. de Lib. Arbitr. *Incluti guſtus male ſuaſa præſumtio facta eſt ex accidenti mortis occaſio.* Hoc eſt, Fraude perſuaſa. Gregorius Magnus, lib. III. Dialog. cap. XXXI. *Quem pater Arrianus, ut eamdem hæreſim crederet, & præmijs ſuadere. Et minis terrere conatus eſt.* Hericus, Altiſſiodorenſis.

I nunc

I nunc Mæonijs adacte pinnis
I dextro, liber, alite felix.
Nec te non monitum, nec inſuaſum
Olim diſceſſiſſe graveris.

Hoc eſt indoctum rerum imminentium. Diſſuaſus, cui res ſuadendo eſt exemta. Higinus Fab. CCXIX. *Ille ab amicis diſſuaſus, fidem fraudavit.* Media Barbaria Gulielmus Neubrig. lib. IV. cap XIII. *Cum equo ſedens filium viſendi & alloquendi ſtudio, cum paucis amnem vellet medium tranſmeare, diſſuaſus ab amicis, extrema eum ſorte urgente non acquievit.*

212. INTACTAQVE PECTORA LVCRO Avaritiam vel principem Omnium Heroum ſuorum pectoribus eliminat. De Stilicone II. Laudum.

Et primo ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens, patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis avaritiam.

213. QVÆ CRIMINA PVRGET.] Non ait, virtutibus tuis accenſeam expulſionem vitiorum, aut ijs te carere, cum præſentia earum has laudes contemnat. Auſonius de Parente ſuo:

Deliquiſſe nihil laudem numquam eſſe putavi,
Atque bonos mores Legibus anteтuli.

214. SERVAT INOFFENSAM DIVINA MODESTIA VOCEM.] Animi compoſiti tranquillitas elucet placiditate ſermonis, non commoto affectibus animo, ut in voces erumperet iracundas. Sedatum animum ſummam Sapientiæ declarant Scriptores. Gregorius Thaumaturgus, Panegyrico Origenis.

αἳ δὲ ἁπάντων ἐστὶ κορυφαιόταται, καὶ ὧν μάλιστα ἕνεκα πᾶν τὸ φιλόσοφον διαπονεῖται γένος, ὥσπερ ἐκ φυτείας ποικίλης τῶν ἄλλων ἁπάντων μαθημάτων, καὶ φιλοσοφίας μακρᾶς καρποὺς ἀγαθοὺς ἐνδεχόμενον. τὰς θείας ἀρετὰς τὰς περὶ ἦθος, ἐξ ὧν ἡ ἀτάραχος καὶ εὐσταθὴς τῶν ὁρμῶν τῆς ψυχῆς κατάστασις γίνεται. καὶ ἀλύπους μὲν καὶ ἀπαθεῖς ἁπάντων κακῶν, εὐτάκτους δὲ καὶ εὐσταθεῖς, καὶ θεοειδεῖς ἔμελλον ἡμᾶς ὄντως καὶ μακαρίους καταστήσεσθαι.

Hinc iratis omnio non loquendum ſanxerunt Sapientiæ conſulti: Quum viciſſim Æſchyli etiam illud verum ſit, ex vanis nihilque verbis iram procedere.

215. NEC LVMINA FERVOR ASPERAT.] Immanis enim illa commotio animi nobiliſſimum etiam ſenſuum inficit, ut ſcintillæ quædam furoris in ipſis oculis appareant. Maro Æneide XII.

His agitur Furijs, totoque ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

Apollonius, lib. I. Argonautic.

τὼ δέ οἱ ὄσσε
Ὀσλίγγες μαλέροιο πυρὸς ὣς ἰνδάλλοντο.

Oppianus, Cynegetico III.

Ἄνεξ, ἄνεξ, λίνυ σεῖο περιζώπτα τε τεχύνονται,
Ὄμματα φοινίχθη δὲ, τὰ ἂν πυρὸς αἰγλήεντα.

Quintus Smyrnæus, lib. III Paralip.

ἐκ δέ οἱ ὄσσων
Πῦρ ἄματον μάρμαιρε.

Joannes in Vita Barlaami & Joſaphati: Anaſtaſio Bibliothecario interprete. *Iterum Rex egreſſus ad venandum, vidit duos monachos per eremum gradientes, quos teneri, & ad ſe deduci præcepit, furibundeque reſpiciens, & quaſi ſcintillas ex oculis jaculans, ait: Hinc proverbium,* uti ignem ſpirare dicantur, qui irata verba jactant animo furibundo. Theodorus Prodromus Amicitia Exſule.

Δέον κακῶς γὰρ τὴν θεράπαιναν λέγειν,

Ἤ τις πῦρ ἐςὶν, ἣν ἔφης σὺ, μωρίαι.
Αὕτη γὰρ αὐτὸν εἰς τὸ μῦζον ἐλκύει,
Συνδ' αὖ ἀπὸ ἐκείνην ἐξάγεις τῆς ἐνθυμιας
Πνέεις δὲ πῦρ αἰνεχρὸς ἀμφὶ τὸν βίον.

Alia exempla legere habes apud Alexandrum Aphrodiſienſem Problem. CII. Homerum, Iliad.I. Apollonium lib.III Argonaut. Claudianum, Bello Get. v.DLXXXV. Boethium de Conſol.lib.I cap.I. Arnobium, Lib.I Valerium Flaccum,lib II. Senecam de Ira,lib.I. cap.I. Lactantium Lib. de Ira Dei,cap.V.

213. RABIDAS DIFFUNDIT SANGVINE VENAS.] Ira-undos tumere venis, rubeſieri, ſanguine foras eluctabundo, quotidie videmus. Caſſius, Iatroſophiſta, Problem. ΜΘ.

Διὰ τί οἱ μὲν ὀργιζόμενοι ἐρυθραίνονται τὸ πρόσωπον, ὠχριῶσι δὲ οἱ φοβούμενοι; ἡ μὲν ὀργὴ, ἀθρόα ἐξ πνεύματος ἐςὶν ἐκδρομὴ, ὁ δὲ φόβος ὑποςολή. ὅθεν ὅπου μὲν πλεονάζει,πυροῖ, ἔνθα δὲ ὑςερεῖ, ψύχει,Rabidas venas, quia furor eſt Ira Philemon. Μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζόμεθα. Iram à viro cordato abjicit,quoniam perpetuam illam puſillanimitatis indicem ſapientiæ conſulti poſuerunt. Vide Menandrium in Stobæi Sermone XIIX.

214. TEMPESTAS ORIS.] Feritate expreſſa velut fluctibus. Sic iratum fluctus apud Maronem & Quartillæ bilem tonitribus imbribus comparat Petronius, Satirico. Pariter loquitur Lactant, cap.V. de Ira Dei.

215. SONTES EXPULSA CORRIGIS IRA.] Ne videaris ad affectum tuum vindicem agere : ſed tanta animi tranquillitate vitia punis, ut invitus quodammodo legibus; parere eas exigentibus, videaris. Eadem initio Libri II. in Stiliconem. Iram à Sapiente prorſus amandat Julianus Miſopogone. εἶτα καὶ πάντα φέρειν ἐν κράτει, καὶ μὴ χαλεπαίνειν, μηδ' ἐπιτιμᾶν τῷ δήμῳ, παιδαγωγεῖν δὲ αὐτὸν, ὡς ἐνδέχεται, καὶ σωφρονίζειν.

Ratio, cur etiam in ſupplicia meritos iracundia abſt nedum ſit,ea potiſſimum videtur, quod Deo curæ ſint qui pœnas facinorum ſuorum exantlarunt, ejus enim miſeratione caſtigari certum eſt:Syneſius,Ep.LVII. μάλιςα δὲ ἀποτρόπαιον θεῷ γὰρ ἀπηχθέσταται. καὶ ὡς ἤδη χρησάμενος αὐτῇ μετανόησε τῶν μὲν τοι κολαζομένων ὁ θεὸς κήδεται, οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ἔτο μικρὸν ἐπισκοπῆς ἀξιωθῆναι θεῷ, καθ' ἃ θεραπεία διὰ δίκης τὰ ἁμαρτήματα. Nos in Fabulis.

Projectos calcare cave ; ſacer ille Deorum eſt
Quis patitur, tutelamq; meretur vindice pœna.

216. DENTIBUS UMQVAM INSTREPIS HORRENDUM.] Furentis Iracundiæ modo, quem notare licet in hominibus bilem tranſverſam aptis. B. Lucas, Actuum.VII.

ἀκούοντες δὲ ταῦτα διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐπ' αὐτόν. Theodorus Abucaras, Opus XXI. ὁ δὲ φησὶν τὸ λαβρεύειν θεῷ ἐπαυρομένῳ, τὸ γὰρ ἐςιν ἡ ὄντως εὐσέβεια. ὑμεῖς δὲ ἀκούοντες, καὶ τοὺς ὀδόντας βρύχοντες, ὥρμήσατε φονεύειν αὐτόν Athanaſius, Vita Antonij, de Animabus & Diabolo: ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς ποιοῖς ἔτριζε τοὺς ὀδόντας ὁ μακρὸς ἐκεῖνος, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀποπίπτουσιν, ἔχαιρε. Petrus Damianus, Epiſt. XII.de eiſdem. *Ecce Beatus Petrus Apoſtolus ſplendidus & coruſcans occurrit, eumq; de portantium humeris raptum nexibus, quibus angebatur, abſolvit. Illi mox, relicta præda, ſtridentes dentibus, & ejulantes, abſcedunt,*

 factum-

factumque ſibi prajudicium flebiles queruntur.

219. FREMITU NEC VERBERA POSCIS.] Ut in famulos irati Domini. Exempla Præſidum ita frementium in Prudentij hymnis περὶ στεφάνων, & Martyrologijs omne genus. Nonnulli Codices *verba repoſcis.* Inepte.

220. QVI FRUITUR POENA FERUS EST.] Quem delectant cruciatus ſontium: exempla ſuppeditant Tyrannorum voces, & ſpectacula. De Rufino noſter paria lib.I. v.CCXXXV.

> *crudelibus ante*
> *Supplicijs fruitur: cruciatus, vincla, catenas,*
> *Dilato mucrone, parat.*

Sic paſci Sanguine, vituperio crudelitatis dicit lib.II. Stiliconiar. de Clementia:

> *Hac docet ut pœnis hominum vel ſanguine paſci*
> *Turpe ferumque putes.*

Sic pœna ſuapte frui Mutium Scævolam, manum cremantem, dixit Martialis, lib. VIII. Epigramm. XXX.

> *Adſpicis, ut teneat flammas, pœnaque fruatur*
> *Fortis, & attonito regnet in igne manus.*

Frui ad voluptatem pertinet; reliquis rebus uſu abſolvendis, ut norunt Jure conſultorum Filij. Agobardus ſic media barbaria libro de Comparatione Regiminis Politici & Eccleſiaſtici: *Nunc igitur,* inquit, *omnes timentes & amantes Deum. Regem quoque & Regnum, pacata ſocietate, rebus mundi utentes, rebus divinis fruentes, omni conamine dare operam debent, ut exprimatur vulnus iniquitatis, & obducatur cicatrix ſanitatis.* Galterus Tarvanenſis in Vita Caroli Flandri, cap.XIV. *Quibus omnibus nimium exſaturatus, in ſuperbiam nimiam eſt miſer elevatus. Quod profecto, ut fideuter arbitror, gratia Dei protegente, ei nequaquam accidiſſet, ſi bona Dei creatura ad viaticum in hac valle lacrymarum nobis conceſſa humiliter uti non autem, ordine perverſo, frui ac delectari voluiſſet.*

221. LEGUMQVE VIDETUR VINDICTAM PRÆSTARE SIBI.] Non tam ſecundum earum rigorem, quam affectum ſuum, ſupplicia exercens. Cordatum enim virum nullo vindictæ gaudio eam exercere volunt Sapientiæ præceptores in noxios: ſed procul odio & tyrannica lætitia, juſtitiam facceſſere. Seneca, Lib.I. de Ira, cap.XVI. *Etſi perverſa induenda magiſtratui veſtis, & convocanda claſſico concio eſt, procedam in tribunal, non furens, nec infeſtus, ſed vultu Legis: & illa ſolemnia verba, ſevera magis gravique quam rabida voce, concipiam, & agi jubebo, non iratus, ſed ſeverus. Et cum cervicem noxio præcidi imperabo, & cum parricidam in ſuo culleo, & cum mittam in ſupplicium militare, & cum Tarpeio proditorem hoſtemq; publicum imponam; ſine ira, eo vultu animoq; ero, quo ſerpentes, & animalia venenata percutio. Iracundia opus eſt ad puniendum. Quid tibi videtur Lex iraſci, quos non novit, quos non videt, non futuros ſperat? Illius itaq; ſumendus eſt animus, qua non iraſcitur, ſed conſtituit. Nam ſi bono viro ob mala iraſci facinora convenit, & ob ſecundas res malorum hominum invidere conveniet. Quid enim eſt indignius, quam florere quoſdam, & eos indulgentia fortuna abuti, quibus nulla poteſt ſatis mala inveniri fortuna? Sed tam commoda eorum ſine invidia videbit, quam ſcelera ſine ira. Bonus judex damnat improbanda, non odit. Quid ergo; non cum ejuſmodi aliquid Sapiens habebit in manibus, tangetur animus ejus, eritq; ſolito commotior Fateor, ſentiet levem quemdam, tenuemque motum, nam, ut dixit Zeno, in ſapientis quoque animo, etiam cum vulnus ſanatum eſt, cicatrix manet. Sentiet itaq; ſuſpiciones quaſdam, & umbras affectuum.* Hæc uberius, quia noſtrum unicè illuſtrant.

223. FELLE CANDUERINT] Ignis enim quidam peſtilens eſt ira, cujus flos eſt ira, cujus flos eſt candor. Vide I. Rufin. *incanduit atrox Alecto.*

224. ARDET STIMULIS.] Ab hoc ardore Pythagoræi non cædendum eſſe ignem dicebant, cum iratum hominem non efferandum vellent. Porphyrius Synopſi Vitæ Pythagoræ:

ἦν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος τῶν συμβόλων τοιύτων. ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν. τουτέστι, μὴ πλεονεκτεῖν, Μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν, ὅπερ ἦν: μὴ τὸν ἀνοιδοῦντα, καὶ ὀργιζόμενον κινεῖν λόγοις τεθηγμένοις.

225. FERTURQVE NOCENDI PRODIGUS.] Nocere homini ſapientiæ abominabilis animi. Beatus Eligius *innocentiam veram definit qua nec ſibi nec alteri noceat.* Homilia II. Sic Druſum laudat Pedo Albinovanus, Conſolatione ad Liviam:

> *Quid tenuiſſe animum contrà ſua ſecula rectum,*
> *Altius & vitijs exſeruiſſe caput?*
> *Nec nocuiſſe ulli, & Fortunam habuiſſe nocendi,*
> *Nec quemquam nervos extimuiſſe tuos?*

Alius ſcriptor, in Obitum Mœcenatis.

> *Regis eras genus Etruſci: tu Cæſaris almi*
> *Dextera; Romanæ tu vigil urbis eras.*
> *Omnia cum poſſes tanto tam carus amico,*
> *Te ſenſit nemo poſſe nocere tamen.*

Xyſtus, Sententia.CCXCII. *Sapiens non eſt, qui nocet.* Sic commendantur maximè illi qui juſtitiæ obſervantiam non flectunt metu eorum, qui poteſtatem nocendi magnam habent, Sapientiæque laudantur. Exemplo & raro quidem, Alipius ſit apud B. Auguſtinum Confeſſion.lib.VI. cap.X. *Potentiſſimus Senator, cujus & beneficijs obſtricti multi, & terrore erant ſubditi, voluit ſibi licere neſcio quid ex more potentia ſua, quod eſſet per leges illicitum. Reſtitit Alipius, promiſſum eſt præmium; irriſit animo. Prætenta mina: calcavit. Mirantibus omnibus inuſitatam animam, quæ hominem tantum, & innumerabilibus præſtandi nocendique modis ingenti fama celebratum, vel amicum non optaret, vel non formidaret inimicum.*

224. IGNARUS CAUSSÆ.] Non enim perſpicere aut æſtimare ſinit iracundia aut crudelitas animi cauſſas motuum & Pœnarum.

224. DIIS PROXIMUS ILLE EST.] Non poteſt humana felicitas in majus extolli, quam cum divinæ proxima collocatur. Hinc proverbium venit, *Dijs proximus* de præclaro viro. Claudianus. libro III. Stilicon.

> *Proximo Dijs Conſul, tanta qui proſpicis Urbi.*

Sic Deorum ſimilem ſe habitum ſcribit Apollonij larva. Epiſtola LII.

Τί θαυμαστὸν; εἴ με τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἰσόθεον ἡγουμένων, ἐνίοτε καὶ θεὸν, μόνη μέχρι νῦν ἡ πατρὶς ἀγνοεῖ.

Socrates eum maximè Dijs ſimilem dicebat, qui minimo egeret, penes Laertium, lib. II. Homerus nullos non Heroas ſuos pari ratione commendat, brevibus adjectis vocibus ſummam omnium virtutum & laudum complexus, quod Latini vates neutiquam potuerunt æmulari. Salomon ipſe ſic, Sapientiæ cap. VII. *Infinitus Sapientia eſt theſaurus hominibus, quo qui uſi ſunt participes facti ſunt Dei.* Scriptor Medij ævi, qui Martialem Lemovicenum procreavit. Cap. XII. Epiſtolæ ad Tholoſanos: *Hæc autem vobis communia erunt, ſi proximi Deo fueritis, ſi amatores ejus, ſi imitatores.* Hoc eſt, ſi ſummo ad veram virtutem conamine enitebimini. Ennodius, Paneg. Theoderici. *Inter Deo proximos agnoviſſe qui præſtitit, reddidiſſe eſt beneficium. Hoc eſt inter eos quos virtus & Felicitas quodammodo humana ſorte exemit.* Porphyrius vita Pythagoræ.

Μάλιστα δὲ ἀληθεύειν. τοῦτο γὰρ μόνον δύναται τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν τῷ θεῷ παρα-

παραπλησίως. Gregorius Thaumaturgus Paneg. Origenis: καὶ ἀλύπους μὲν καὶ ἀπαθεῖς ἁπάντων κακῶν ἐντάκτους τε καὶ εὐπαθεῖς καὶ θεοειδεῖς ἔμελλεν ἡμᾶς ὄντως, ἢ μακαρίους καταστήσασθαι. Ibidem: καὶ ἐπὶ γῆς τὰ πρῶτα θεῷ ἴσον εἶναι τὸν σοφὸν ἄνθρωπον, ἀποδείξωσι. Gregorius Nyſſenus in Vita Thaumaturgi: μία γένους σεμνότης, ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἀγχιστεία.

Pari omnino ratione cœlo dignum eſſe eſt mortalium fortunam prorſus excedere. Joan. Chryſoſtomus de Virginitate:

ὁ γὰρ οὕτω πρὸς τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐπτοημένος, καὶ τὸν παρόντα βίον θαυμάζων, ὡς καὶ μετὰ τοσαύτης προαίρεσιν· ἰσχύνης ἄξιον νομίζειν εἶναι, ὁ τῶν οὐρανῶν ἄξιόν ἐστι. καὶ τῆς ἀγγελικῆς πολιτείας ἐγγὺς πῶς ἂν ἠνέχετο συμβουλῆς, εἰς τοῦτο ἐναγούσης αὐτόν. Idemque valet Aſtra tangere. Ariſtoteles, Epiſtola IV. οἱ διαφέροντες τῶν βασιλέων, καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἄστρων ψαύσαντες, εὐεργετοῦσιν, οὐδὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς πολιτευόμενοι χαίρους.

Dijs proximi Reges, vicem eorum in terris gerentes. Arnobius libro IV. *Sedet cunctus populus & Senatus: Conſulatibus functi Patres, Dijs proximi atque Auguſtiſſimi Reges.*

225. RATIO NON IRA.] In hoc data eſt homini Ratio, ut moderetur eum, & principatu ſuo uſa, admoveat divinitati, ſubtrahatque rebus fortunæ patentibus. Eſt enim in humano pectore, quod ſibi conſtat, occulta quædam Sapientia, gubernatrix affectuum, quam cum ſequetur homo, videbit ſe ſuperiorem omnibus calamitatibus, intrâ ſe habere divinam ductricem operum ſuorum, directricem conatuum, ad cujus conſilium tranquillè poſſit vivere domitor opinionum, Dominus affectuum, itaque compoſito animo felix, ut Deorum vitam vivat inter mortales. Ita Plato in Gorgia, generoſi hominis animum Rationi ſe tamquam medico committere debere ait; ejuſdem munere effici ut homo felicitate vera mactetur, tradit & probat Plotinus lib. περὶ εὐδαιμονίας, cap. IV. & Alijs. Alia ſupra & alibi.

225. FACTA REPENDENS.] Juſta libra aut ſtatera examinans. Corippus, libro II.

> *Quod dixi geminos pariter conſurgere ſoles,*
> *Nec vacuis verbis, nec inanibus acta figuris*
> *Ore furas prolata meo, ſi dicta rependis.*

226. CONSILIO PUNIRE POTEST.] Non affectu, aut odio: Similia apud Siracidem, cap. X.

227. MUCRONE CRUENTO SE JACTENT ALII.] Sæpius paria in Honorianis & Stiliconis Laudibus, dulciſſimis & ſapientiſſimis monitis. Setio Sapientibus priſcis adeo crudelitas & ſanguinis Amor diſplicebant, ut etiam Cocis atque venatoribus eo nomine cohabitare abnuerent. De Pythagora Malchus ſive Porphyrius:

πλέον τοσαύτη γε ἁγνεία φησὶν Εὔδοξος ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῆς γῆς περιόδῳ κεχρῆσθαι, καὶ τῇ περὶ τοὺς φόνους φυγῇ, καὶ τῶν φονευόντων, ὡς μόνον τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι. ἀλλὰ καὶ μαγείροις καὶ θηρευταῖς μηδέποτε πλησιάζειν. Vide Senecam primo de Clementia.

227. FERITATE TIMERI] Bruto fœdoque amore cædium: quo homo tranſit in naturam ferarum. Seneca, lib. I. de Clement. cap. XXIV. *Crudelitas minimè humanum malum eſt, indignum tam miti animo. Scribe animante) Ferina iſta rabies eſt ſanguine gaudere ac vulneribus; & abjecto homine in ſylveſtre animal tranſire. quid enim intereſt, oro te Alexander, Leoni Lyſimachum objicias, an ipſe lacerès dentibus tuis? Tuum illud os, tua eſt feritas. O quam cuperes tibi potius ungues eſſe tot*

rictum

victum illum, edendorum hominum capacē, &c. Timeri, votum tyrannicum. Ut in illo notiſſimo *oderint, dum metuant.*

228. ADDUCTOQVE HOMINUM CUMULENT ÆRARIA CENSU.] Cujacianum Exemplar: *Abductoque hominum cumulent æraria ſenſu.* Veritas utique eſt in Noſtro, Belgicis tribus quatuor, Scaligeri caſtigatione, Camertis & Aldi Libris *Addictoque.* Fiſci rem qui præferunt privatorum commodis, tyrannos regnant: qui ſecus, laudantur Ut ſuum Principem commendat Corippus, ne alios afferamus, lib. II.

Omnia ſufficiunt ſacrati commoda fiſci,
Ex quibus eſt commune bonum, commune levamen,
Tutetur fiſcus; juſtorum nemine læſo,
Quæ ſua ſunt capias, quæ ſunt privata, relinquas.

229. LENE FLVIT NILES.] Commendatio Tranquillitatis a fluminibus profundis, non rapidis. Cobares apud Curtium, Libro VII. *Conſilio non impetu opus eſt. Adjicit deinde quod apud Bactrianos vulgo uſurpabant, canem timidum vehementius latrare quam mordere: altiſſima quæque flumina minimo ſono labi* Lucanus lib. X. unde noſter duxit.

quis te tam lene fluentem
Moturum tantas violenti gurgitis undas,
Nile, putet.

Tactu etiam leniorem cæteris fluminibus. θίγειν προσηνέστατον. dicit Heliodorus, li. II. Æthiopic. Quem ante alios vide.

230. VTILIOR.] Nota & jam peculiaribus libris conteſtata omnia.

231. ACRIOR AT RAPIDVS.] Cujaciani *at Rhodanus.* Belgici maximam partem. Acrior ac tactus. Alij *aut rapidus.* Noſter *Acrior & rapidus.* Scaliger cum Aldo *Acrior ac rapidus.* Diſſenſu tanto, quid facias? Rhodanus non incommode nominetur, notæ rapacitatis; & alioquin vel ſummis amnibus acceuſitus, ut vel Gellius docet, lib. X. cap. VII. Cum tamen ſolus hic tribus contrà medijs ponatur, valde ingenuitatis habeo ſuſpectum. Si ariolari placeat, legas

Lene fluit Nilus, ſed cunctis amnibus extat
Vtilior; nullas confeſſus murmure vires,
Carior at rapidis. Tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas, &c.

Sic omnia congruant. Niſi libri ſuccurrant, vix invenias meliorem ſcripturam. Nam, ut dixi, ſolum Rhodanum tribus cæteris minimè oppoſuit Claudianus. Neque nos commentum eruditiorum quam cautiorum hominum probamus.

231. TACITAS PRÆTERMEAT INGENS] Danubij placiditas grandis alioqui & velut gravidi amnis fecit proverbium vulgare vetus Germanis; eſſe omnium amnium uxorem, ut ob ſtrenuitatem Maritum Rhenum. Jungit Nilo noſter, quod ab hoc Danubius omnium ampliſſimus, ſi fides magis veteribus ſcriptoribus, ex quibus Getica ſua collegit Jornandes.

232. EADEM CLEMENTIA SÆVI.] Sævus gurges, niſi Clementia eum duceret in oſtia. Sic capere poſſis. Sed nihili ſcriptura eſt ſævus & immenſus parum ſapiunt ſimul. Quatuor Belgæ Libri SANI referunt, aſſenſu noſtri. Quæ ſcriptura genuina nobis obvenit. Sanus enim gurges, cujus immenſitatem Clementia in oſtia deducit. Gangis amplitudinem Centum ſtadiorum facit Arrianus Indica, etiam quà maximè amnis eſt anguſtus.

Τὸ εὖρος τῷ Γάγγῃ ἵνα περ αὐτὸς ἑωυτοῦ στεινότατος, εἰς ἑκατὸν σταδίους. Alia nota de Geographis.

234. LAPSISQVE MINENTUR PONTIBUS.] Collapſis minentur diluvium agris. Nulla mutatione opus.

234. PAX MAJORA DECET.] Notatum ſuprà divinitati homines admovere

Tranquillitatem magnanimam. De Deo veneranda Tranquillitate omnia moderante Liber Sapientiæ cap. XII. Cyri & Ageſilai ſummorum Regum neminem umquam aſperius verbum audiviſſe ex Xenophonte memorat Cicero lib. I. Epiſt. ad Quintum Fratrem Epiſt. 2. incipit *Statim*. Alibi *Tranquillaque magni Pax animi.* Pax animi, Tranquillitas. Gulielmus Brito, ævi barbari ſed eloquio facilis & bonæ mentis vates, lib. XII. Philippid.

> *quis umquam*
> *Rex Hebræorum, quis princeps, quis populi Dux,*
> *Tanta pace animi, tantâ Pietate refulſit?*

Pacifici mores, conciliatores affectuum. Columbanus.

> *Sint tibi pacifici, magna dulcedine, mores.*

Hinc Serenitas, Tranquillitas, titulus commendatiſſimorum Principum. Vt γάληνος Græcis. Vrbicius Vetus Tacticus: λογισάμενος ὅτι συγγνώμην ἕξει παῤῥησία, καὶ τὸν συμφέρον, γνωρίζουσα γαληνοτάτῳ πάντων δεσπότῃ. Hoc eſt omnium potentiſſimo, & tantum diviniſſimo. Seneca fine lib. II. de Ira: *Sola ſublimis & excelſa virtus eſt, nec quicquam magnum, niſi quod ſimul & placidum.* Vide eum de Tranquillitate, & multa inſignia monita veterum Sapientum apud Joannem Stobæum, unum omnium utiliſſimum ſcriptorem, ſolis ſacris demtis.

234. PAX.] Communis fluctibus & humanis animis. Sic alibi noſter Impacata quies pelagi. Papinius Tertio Silvarum.

> *Quos tibi currenti præceps ferat Adria mores?*
> *Quæ Pax Carpathio.*

236. MAJORA DECET.] Translatione à rebus ſuprà Lunam, quæ in ſumma florentiſſimaque pace ſunt perpetuo. Lucanus, Lib. II.

> *melius tranquilla ſine armis*
> *Otia ſolus ages: ſicut cæleſtia ſemper,*
> *Inconcuſſa ſuo volvuntur ſidera Lapſu,*
> *Fulminibus, propior terræ, ſuccenditur aer,*
> *Imaque telluris ventos tractusque coruſcos*
> *Flammarum accipiunt: nubes excedit Olympus,*
> *Lege Deum minimas rerum Diſcordia turbat,*
> *Pacem ſumma tenent.*

Alanus, lib. VII. Commentar. in Merlinum: Suprà *Lunam nulla pluviarum procella, nulla ventorum rabies, nullus fulminum fragor, ſed omnia tranquilla ſunt & pacata.* Vide Ciceronem in ſomnium Scip. Ejusque Interpretes. Quæ ſequuntur hic maximos Commentarios illuſtranda faciant. Seneca, Panegyriſtæ, Plutarchus, Syneſius, Libanius, Julianus, Themiſtius, Iſocrates, Dion Chryſoſtomus, Alijque Præceptionum Laudationumque ſcriptores multis paginis exſcribantur, ſi quis id ſtudeat, ut pretioſiſſimæ hæ ſententiæ paribus alijs extendantur, exigantur, commendentur.

240. LARGITOR.] Vox peculiarem magnanimitatem dantis indicans. Sic de Theodoſio Imp. alibi.

> *Magnarum largitor opum, largitor honorum*
> *Pronus, & in melius gaudens convertere fata.*

Noſter Codex

> *Largiri facilis.*

Fruſtrà contrà tot alios.

241. COMITATVR HONORES AVSA TVAM L. T. SVPERBIAM] Comes nota felicitatis. Secundo Stiliconiarum, pariter ejuſdem Herois decoribus accenſet.

> *nec proſpera flatus*
> *Attollunt nimios, quin ipſa ſuperbia latè*
> *Diſceſſit,*

Diſceſſit, vitium rebus ſolemne ſecundis,

Virtutumq; ingrata comes.

Naſcique eam ex opulentia teſtantur ſapientes. Longinus περὶ ὕψους c. XXXIX. ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀμέτρῳ πλούτῳ, καὶ ἀκολάστῳ συνημμένη καὶ ἴσα, (φασὶ) βαίνουσα πολυτέλεια, καὶ ἅμα ἀνοίγοντος ἐκείνου τῶν πόλεων καὶ οἴκων τὰς εἰσόδους, εἰς ἃς ἐμβαίνει, καὶ συνοικίζεται. χρονίσαντα δὲ ταῦτα ἐν τοῖς βίοις, νεοττοποιεῖται κατὰ τοὺς σοφοὺς, καὶ ταχέως γενόμενα περὶ τεκνοποιΐαν* ἀνάλεξον ἔν τι γεννῶσι, καὶ τῦφον, καὶ τρυφὴν, οὐ νόθα ἑαυτῶν γεννήματα, ἀλλὰ καὶ πάνυ γνήσια. ἐὰν δὲ καὶ τούτους τις τοῦ πλούτου τοὺς ἐκγόνους εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν ἐάσῃ, ταχέως δεσπότας ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσιν, ἀπαραιτήτους, ὕβριν, καὶ παρανομίαν, καὶ ἀναισχυντίαν.

Et Salvianus Epiſt. II. Arguo itaque hoc & emendare volo, ſi tamen negligentiæ eſt, non ſuperbiæ. Pediſſequa enim novi honoris plerumque eſt arrogantia. Prudentibus vero ſuperbia detrimenti præſagium, unde Regum talium ab omni ævo, nequaquam poſtremus Ludovicus Franciæ XI. dicere ſolitus, *quand orgueil chevauche devant, honte & dommage le ſuivent de bien pres.*

241. FRONS PRIVATA MANET.] Eadem prorſus laudata in Stilicone. Antiquiorum Heroum exemplum ſit Trajanus, de quo Victor & Plinius.

243. QVI CREVISSE PVTAT.] Sapientem non debere tantum tribuere fortunæ, ut ejus bonis poſſe ſeſe creſcere arbitretur: Vno tenore animi omnem vitam obeundam dicit. Præterea merita ſua omni honore altiora æſtimare debet, Virtute nimirum mera ſolidaque oriunda, quæ ipſa ſibi merces eſt. Sic initio hujus Libri de eadem. *nec faſcibus ullis Erigitur, &c.*

245. GRAVITAS FASTU JUCUNDA REMOTO.] Idem dicit alibi Lætaque vultu Severas. Et non uno loco alibi. Vide Secundo Stilicon.

246. QVÆ NON SEDITIO.] Adſcribitur viris ſolidæ virtutis in vulgus ea auctoritas, ut tumultus, ſeditionesque prodeuntes in confertos turbatores confutent. Maro, Æneide. II.

ſi forte coorta eſt

Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus,

Tum Pietate gravem, & meritis ſi forte virum quem

Conſpexere, ſilent, arrectisque auribus aſtant.

Noſter de militari tumultu, & Stilicone, II. in Rufin.

Vel ſolus, ſperate, veni: te prælia viſo

Langueſcent, avidique cadet dementia monſtri.

Sic in Actibus Apoſtolorum cap. XIX. Scriba publicus prodiens vecordes vulgi tumultuationes facile compeſcit. Tibullus, Laudibus Meſſallæ.

ſeu diverſi fremat inconſtantia vulgi,

Non alius ſedare queat: ſeu judicis ira

Sit placanda, tuis poterit miteſcere verbis.

De gratia Caligulæ pueri apud Milites Suetonius cap. IX. *Apud milites quantum Amore & gratia valuerit, maximè cognitum eſt, cum poſt exceſſum Auguſti tumultuantes, & in furorem uſque præcipites, ſolus haud dubiè conſpectu ſuo flexit.* Exemplum aliud tale Antigonus Rex prudentia potentiaque illuſtris apud Polyænum, lib. IV. Strateg. cap. VI. Vbi Antipatium auctoritate conſpectus ſui lapidationi militum ſubducit.

Οἱ Μακεδόνες, ὡς ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ἐξεχώρουν, καὶ παρῄεσαν, καὶ πάντες εἶπον ἀκουσόμενοι ὧν λέγειν μέλλει. ἐπεὶ δὲ περιέστη τὸ πλῆθος, μακρὰ ἐδημηγόρησεν, ἀπο-

ἀπελεγχόμενος ὑπὲρ Ἀντιπάτρου, ἐπαγγελλόμενος συγκαλῶν, διαλλάσσειν ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς μακρᾶς δημηγορίας, Ἀντίπατρος μετὰ τῶν ἱππέων τὴν γέφυραν παρελθὼν, ἐξέφυγεν τοὺς ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν λίθους.

247. MEDII QVAM NON REVERENTIA FRANGAT?] Vera certe hæc ſcriptura Cujacianis libris debita, quam confirmarunt alij. *Medius* idem qui *Mediator*, duobus diſſentientibus interveniens, Lucanus lib. I.

Craſſus erat belli medius mora; qualiter undas
Qui ſecat & geminum gracilis mare ſeparat Iſthmos.

Silius Italicus, lib. XVI. Punicor.

Haud deformis erit vobis, ad fœdera verſis,
Pacator, mediusque, Syphax.

Horatius, lib. II. Od. XIX. In Bacchum.

Quamquam choreis aptior & jocis,
Ludoq; dictus, non ſat idoneus
Pugnæ ferebaris, ſed idem
Pacis eras mediusq; belli.

Avienus, luculento Poemate, Aratæa Paraphraſi, de Aſtræa Virgine:

Inter confuſos populorum libera cœtus
Verſabare libens, nullique obnoxia culpa,
Corda inhibens MEDIA

Mediatrix ſcilicet, modo ſana ſit lectio, cum ſequatur *caſte res more tenebas*. Severianus Epiſcopus Sermone in Nativitatem Domini. *Nunc Pax Domini MEDIA aſſiſtens, & utrumque noſtrum gremio palpante connectens, diſcreta corpora in unum convenire animum ulnis jungentibus*, docet Petrus Chryſologus, Serm. CXLIII. *Miſſus eſt Angelus à Deo, Vbi mediator eſt Angelus, humana ceſſat opinio; ubi cœleſtis eſt nuntius, interpretatio terrena pellatur.* Lactantius lib. IV. cap XXV. *Fuit igitur & Deus & homo inter Deum & hominem medius conſtitutus, unde illum Græci* μεσίτην *vocant, ut hominem perducere ad Deum poſſet, id eſt ad immortalitatem.* Auguſtinus Confeſſ. lib. IX. cap. IX. *Socrum ſic vicit obſequijs, ut illa ultro filio ſuo medias linguas famularum proderet, quibus inter ſe & nurum pax domeſtica turbabatur.* Otbertus, Iroaheno, Vita Henrici Quarti: *Cumq; potentiores utriusq; partis, tamquam tanti diſſidij mediatores, convenirent, Qui ex parte Imperatoris erant, perſuaſibilibus pellecti ſunt verbis.* Claudianus Mamertius lib. II. de Statu Animæ, cap. V. *Hoc pondere ſuo tamen anima non ſolum alijs jungitur, ſed ipſa quoque ſolidatur, quia conſilij ac mentis Amore Medio, & mens Conſilio, & Conſilium mente deligetur.* Gulielmus Tyrius libro V. cap. XVII *Monet ergo, & per fidem invitat mediam, ut nocte proximè ſubſequente, auctore Domino, res effectui mancipetur.* Idem, lib. XIX. cap. XIIX. *Sed in fide media, per quam ſe ſolent obligare principes, omnia debent eſſe nuda, & aperta, cum ſinceritate.* Lucianus Lapithis. οὐ γὰρ ἐπαύσαντο οἱ ἀμφὶ τὸν Ζηνόθεμιν, καὶ Κλεόδαμον, φιλονεικοῦντες, ἐπεὶ μέσος αὐτῶν ὁ Ἀρισταίνετος ἐγένετο. Hoc eſt, *Conciliare* eos niteretur quomodo Leones Medij dicebantur. Epigramma vetus apud Hegeſippum Oratione de Halneſo: ἀμμωρεῖ δὲ αὐτὸς ἃ ἂν ἁ μαχέσων ἐστὶ μέσος Κρονίδης. Iſidorus Gloſſis. Leno, Lenator, Mediator. Petrus Ravennas, Epiſt. ad Eutychen: δίκαιος μεσίτης οὐκ ἐστὶν ὃς ἑνὸς μέρους οὕτως ἀκούει, ὡς ἑτέρῳ μὴ ἐξεῖναι τὸ δίκαιον φυλάξαι. Theodorus Prodromus, Amicitia Exſulante:

Ἀγχιθυρεῖ δὲ, καὶ καθ' ἀλλήλων πνεῖ,
Ἀλλ' ἡ μέση πεῖθουσα ζεύγνυσ' ἐγρήγορσις,
Ἄμφω ξυνάπτει, καὶ πρὸς ἀγρίαν φέρει.

Radulphus Ardens, Homilia in V. Quadrageſimæ.

geſimæ: *Chriſtus quoq; Medius & verus fuit Pontifex, aſſiſtens Deo, & anteſiſtens hominibus. Fuit enim medius inter Deum & Hominem natura, quia naturalis homo cum hominibus & naturalis Deus cum Deo.* Medij tam honorifica appellatio oriunda eſſe poteſt ex loci dignitate. quæ apud veteres prima erat trium, ut dudum exemplis docuerunt docti: Servatam rem ad barbara tempora docet Petrus Mauritius, ad Petrum Pictavenſem, ſuum Panegyriſten.

Huic ſacer iſte chorus conceſſit ſponte cathedram,
Sublimem; medio dans reſidere loco.

247. REVERENTIA.] Ob eruditionis claritudinem, quæ quidem talis eſt, ut ipſi etiam hoſtes eam venerentur. Themiſtius, Orat.I. Lyconem eo claritatis veniſſe doctrinæ gloria teſtatur, ut ob eam, deprenſo in mari, etiam hoſtes abſtinuerint.

ἐν δόξῃ δὲ ὢν ἐπὶ παιδείᾳ τοσαύτῃ, ὁ Λύκων, ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους διὰ τὸ κλέος ἐν τῇ θαλάττῃ καθάπερ ἱερῶν ἀπέχεσθαι τῶν Λύκωνος πλοίων, ὅμως οὐκ ἐδυσχέρανε πρὸς τὸν Ἀρίστωνα ἰὼν, &c.

Exempla collecta alijs, Fabulisque & Hiſtorijs approbata.

249. SITIENS.] Animi enim pabula ſunt flores Eloquentiæ. Athenæus: τροφαὶ γὰρ τῶν ψυχῶν, οἱ καλοὶ λόγοι. Exemplum egregium talis viri qui ducat & trahat oratione perſuaſoria animos audientium in Origene Præceptore nobis proponit Panegyrico ad eum Gregorius Thaumaturgus:

οὐκ ἔχω, inquit, νῦν ἐγὼ λέγειν ὅσας τοιαύτας ἐξήχει φωνὰς προτρεπτικὰς φιλοσοφεῖν. οὐ μιᾶς ἡμέρας μόνης, ἀλλὰ καὶ πλειόνων ὅσων αὐτῷ προσῄειμεν τῶν πρώτων βεβλημένοι μὲν ὥσπερ τινὶ βέλει τῷ παρ' αὐτοῦ λόγῳ, καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας. ἦν γάρ πως καὶ ἡδείᾳ τινὶ χάριτι καὶ πειθοῖ, καὶ τινὶ ἀνάγκῃ μεμιγμένος. ἀφίστασθαι δὲ πάλιν οὐκ οἶδ' ὅπως οὐ δυνάμενοι, ἀεὶ δὲ ὥσπερ ὑπό τισιν ἀνάγκαις μείζοσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν εἰλκόμενοι. ἕως πολλοὺς τοιούτους ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἐπαντλῶν λόγους, ὥσπερ τινὰς καταγεγοητευμένους ἐπὶ τέλει ταῖς αὐτοῦ τέχναις, ἀκινήτους ἀτεχνῶς φέρων ἡμᾶς προσιδρύσατο λόγοις τοῖς αὐτοῦ, οὐκ οἶδ' ὅπως σύν τινι θείᾳ δυνάμει. καὶ γὰρ καὶ φιλίας ἡμῖν κέντρον ἐνέσκηψεν, οὐκ εὐ, καταγώνιστόν τε δριμὺ δὲ καὶ ἀνυπικώτατον, δεξιότητος καὶ διαθέσεως τῆς ἀγαθῆς, ὅση εὐνοητικὴ πρὸς ἡμᾶς αὐταῖς φωναῖς αὐτοῦ προσφθεγγομένου καὶ ὁμιλοῦντος ἐνεφαίνετο. οὐκ ἐκπεριελεῖν ἡμᾶς ἄλλως λόγοις πειρωμένου δεξιᾷ δὲ καὶ φιλανθρώπῳ, καὶ χρηστοτάτῃ γνώμῃ σώζειν τε καὶ ἄλλων κοινωνοὺς τῶν τε ἐκ φιλοσοφίας ἀγαθῶν καταστήσασθαι, καὶ τῶν ἄλλων μάλιστα, ὅσα τὸ θεῖον παρὰ τοὺς πολλοὺς εἰ καὶ παρὰ πάντας ἴσως τοὺς νῦν ἀνθρώπους αὐτῷ μόνῳ ἐδωρήσατο.

Quæ tanta adſcripſi, quod vivis coloribus deſcribunt, qualem Claudianus indicat.

250. SERMONIS MELLA POLITI] Elegantiſſima comparatio eloquii cum melle, nectare, & id genus dulcibus; frequentata ſcriptoribus. Petronius.

Hıs animum ſuccinge bonis, ſic flumine largo
Plenus, Pierio defundes nectare verba.

Paullinus Jambo ad Cytherium.

Referensq; paucos de tuis ſcriptis logos,
Quaſi labra melle adſperſerit
Sic de favorum mihi tuorum guttulis
Dulciſſimum guſtum offerens,
Magis coegit, quas aventi non dabat,
Deſiderari litteras.

Calpurnius, de Poeta ſeculi principe, Eclog. IV.

Tam liquidum tam dulce canit, ut non ego malim
Quod Peligna ſolent examina, lambere nectar.

Auctor incertus Epigrammatum, Senecæ perperam adſcriptorum.

Cujus Cecropio pectora melle madent.

Varro, velut volunt, Atacinus, de defectu Lunæ.

Caſtalios inter latices, & Muſica flabra,
Pierio liquidam perfundis nectare mentem.

Hoc eſt Eloquentiæ alijsque artibus deditus es. Sæpiſſimè & ad nauſeam uſque ſic Amatores, alijque recentiores Græci Heliodorus, Achilles, Tatius, Ælianus, Ariſtanetus, Euſtathius, Longus, Theophylactus, Gregoras, & id genus cæteri. Lucianus Imaginibus: τὸ γλυκίον ἀπὸ τῆς γλώττης περὶ αὐτοῦ μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ Πυλίου γέροντος ἐκεῖνον ὁ Ὅμηρος ἂν εἴρηκε.

Heſiodus Theogonia

ὁ δ' ὄλβιος, ὅν τινα μοῖσαι
Φιλῶνται, γλυκερή οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή.

Theocritus:

Μολπὰν, τὰν Μοῖσαι μοὶ ἀεὶ ποθέοντι δέδοντι
Τὰν γλυκερὰν Μολπάν

Lucretius, de ſuis Muſis.

Et Quaſi Muſæo dulci contingere melle.

Pindarus, Olympionic. VII.

καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτὸν μοισᾶν δόσιν
Ἀθλαφόροις ἀνδρέσσιν πέμπων,
γλυκὺν καρπὸν φρενός.

Theocritus, Thalyſijs.

Οὕνεκα οἱ γλυκὺ μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.

Scholiaſtes. αἱ μοῖσαι αὐτὸν γλυκύτατον ἀοιδὸν ἐποίησαν. δηλοῖ δὲ διὰ τοῦ νέκταρος ὑπερβολικὴν τὴν μελιχρότητα, ἢ τὴν γλυκυφωνίαν.

Martianus Capella, lib. IX. *Poſt hos honoratior fontigenarum virginum chorus Pergaſea vocis nectare diffluebat.* Hoc eſt, quam ſuaviſſimè cantitabat. Licentius, Carmine ad Auguſtinum.

Scripta ſalutiferi ſermonis. & illa piorum
Æquiperanda favis, reputans quæ, pectore in alto
Conceptum, in lucem vomuiſti nectareum mel.

250. DESERAT ORPHÆOS.] Relinquat Orpheum, & iſti accedat. Lectio tamen ſuſpectiſſima eſt, libris omnibus invitis. Solus Camers mutavit, edendo *Diſceret.* Mihi Poeta ſcripſiſſe videtur. *Deferat* Laudem ut Orphei deferri dicat Manlio noſtro. Teſtudo Poeſin notat, ex more Muſicæ priſcæ, quæ jungebatur verſibus vocalis. Vt ad lyram, chelyn, cytharam, nablium, & inſtrumenta alia carmina canerentur.

250. TENERI PRIMORDIA MUNDI.] Egregium opus Theodori hoc utinam ad nos perveniſſet. Placiditatem morum, vitæque, cum gratia carminum & doctrinæ conſpirantem prædicat. Phyſicum hoc ſcriptum utrumque (geminum enim arbitramur) fuit, & ad partes animæ forſan Ethicum quoque. Nihil ad hæc Manilius, nec Theodorus ad illum.

251. PAGINA.] Libri. Auctor Ætnæ.

Quicquid in antiquum jactata eſt pagina carmen.

Ita enim eo loco vetus ſcriptura.

253. AVGVSTO JVDICE MERCES OFFICIIS.] Præmium tantorum laborum dicit Conſulatum, quem ſummi honoris loco viris eruditis tribuebant Principes, unde tantoperè eo paullò antè donatus gloriatur Auſonius, Plinius Panegyrico auctor eſt, Bellorum ſocijs, periculorum conſortibus, &

parcè

parcè tamen etiam his tributos Conſulatus. Noſter qua poteſt dignitatis hujus ſplendorem extollit: Eumdem hunc Theodoro præmium ſuum dicit Symmachus, lib. V. Epiſt. X. Qui & Romam venturum novum hunc Conſulem de inſtructo Conſulari ſua cura ſecurum eſſe jubet Epiſt. ſequente. Merces commodum eſt, emolumentum. Auctor de Re Militari ad Arcadium & Honorium. *Illic enim, ſolitudine ſuffragante, integra fides moneta praſtabitur, nec erit fraudi locus, ubi nulla eſt mercis occaſio.*

254. QVO JVNGITVR AVLÆ CVRIA.] Conſularis Imperatoriæ dignitas Non enim ullum legimus ex magiſtratibus alium ſuſcepiſſe Principes, penes quos plenum omnium rerum arbitrium erat. Noſter alibi ipſi Aulæ ſplendorem accedere à Conſulatu ait.

> *titulumne levem, parviq; nitoris*
> *Credimus, Auguſtè quo ſe decorare fatentur.*

Curia Senatum notat hic. Ætate ſequenti Aulam ipſam, ſive Imperatorium Comitatum. Salvianus, lib. III. Vita Curialium iniquitas. Hoc eſt qui Aulam ſequuntur. Zacharias Pontifex in Vita Benedicti, cap. XI. Τὸ πονηρὸν πνεῦμα τὸν κλιζόμενον τοῖχον κατέστρεψε, καὶ ἵνα μοναχὸν, ἔτι νέαν ἄγοντα τὴν ἡλικίαν, υἱὸν γενόμενον κουριαλίου τινὸς, τὸ γενναῖον σῶμα συνέτριψεν.
Hoc eſt Aulici cujuſpiam.

255. SOCIOS PROCERES.] Melius Ornatiusq; ſcribas ſocio Proceres cum Principe. *Sed ſocios Proceres* frequentem Senatum dixit.

257. QVEM QVATER.] Hæc eſt vera lectio, omnibus melioribus Libris confirmata, perperam vulgo adulterata. Anno enim Conſulatum Manlij præcedente quartum cum honorem geſſit Honorius Imp. Anno Chriſtiano CCCXCIIX.

258. PERFECTO ANNO.] Expleto à ſeſe. Stringit fatuam & inertem ambitionem multorum retrò principum, qui plures Conſulatus nomine tantum inierunt, paucis diebus gerendos.

260. INGENVIS PATVIT.] Hanc ſcripturam Claveriani alijque nonnulli cum noſtro etiam, Codices, præferunt. Poetam tamen ſcripſiſſe arbitror:

> *Creſcite virtutes, fœcundaque floreat ætas,*
> *Ingenijs pateat campus, certuſque merenti*
> *Stet favor, ornetur proprijs induſtria donis.*

261. ORNETUR PROPRIIS INDUSTRIA DONIS.] Eadem commendat in Stilicone II. Laudum

> *non obruta virtus*
> *Paupertate latet; lectos ex omnibus oris*
> *Evehis, & numquam meriti cunabula quæris.*
> *Sed qualis, non unde ſatus: ſub teſte benigno*
> *Vivitur, egregios invitant præmia mores.*
> *Hinc priſca redeunt artes; felicibus inde*
> *Ingenijs aperitur iter, deſpectaque Muſa*
> *Colla levant, opibuſque fluens, & pauper, eodem*
> *Nititur ad fructum ſtudio, cum cernat uterque*
> *Quod nec inops jaceat probitas, nec inertia ſurgat*
> *Divitiis.*

261. PROPRIIS INDVSTRIA DONIS.] Meritis, nulla ambitione, nullis donis ipſi ſubtractis. Ipſa enim virtus ſuorum ſibi donorum mater eſt.

262. AMBITVS, INVIDIÆ.] Portenta dua humanorum Laborum quibus virtus ſæpius quam ulla vi hoſtili, concutitur, & præmijs ingenuitatis ſuæ intervertitur.

262. NIL LICET INVIDIÆ.] Diſtinctio in optimis libris vitiata, Scribe:

Nil licet invidia, Stilico dum proſpicit orbi
Sidereusque gener; non hic violata curulu.

263. NON HIC VIOLATA CVRVLIS.] In invidiam Orientalium partium hoc dicit, quibus Conſulatum iniit cum Mallio hoc noſtro Eutropius Eunuchus.

266. INCESTANT.] Contemerant, violant, Virgilius.

totamq; inceſtat funere claſſem.

Inceſtare de mortuis dicitur, quorum tactus abominabilis. Inceſtatæ familiæ in quibus cadaver. Lutacins ad Papinium: *Hac cauſſa eſt quare cupreſſus divitum funeribus adhibetur: quia inceſtatas familias Romani hac notabant.* Male vir doctus ad Petronium, qui verba Lutacij corrigere vult, ut vel ex adſcriptis Maronianis clarum. Pariter Papinius, Quinto Silvarum.

qua veſtra ſorores
Orgia Pieria, quas inceſtavimus aras.

Idem XI. Thebaidos.

Illas ut ſummo vidit pater almus Olympo
Inceſtare diem; trepidumque Hiperionis orbem
Suffundi maculis, torvo ſic inchoat ore.

Tacitus Hiſtor. V. De Judæis: *Profana illic omnia, qua apud nos ſacra. Rurſum conceſſa apud illos, qua nobis inceſta.*

266. SOLISQVE GERENDA PATRIBVS.] Senatoribus & Viris Scita enim ambiguitas in voce Patrum, ad illuſionem Orientalium procerum, qui æterno Romanorum faſtorum dedecore Eunuchum fecerant Conſulem, Sic I. in Eum.

nubas, ducas ve licebit
Numquam mater eris, numquam Pater. ———

266. ROMÆ LATVRA PVDOREM.] Sic in Eutropium.

Heu cœli terraq; pudor; trabeata per urbem
Oſtentatur anus, titulumque effæminat anni.

Sic pudorem & dedecus Græcorum Therſiten vocat Quintus Smyrnæus. libro I Paralipomen. Plura alibi his Commentationibus.

267. VOTORVM.] Bonorum ſucceſſuum. Ita omnes Temporum ſcriptores.

267. AONIOS LVCOS.] Muſarum chorum. Papinius

neq; enim Aonium nemus advena pulſo.

269. FELIX HELICON.] Omnis chorus Liberaliter eruditorum hominum. Vide quæ ad Nemeſiani Cynegeticon notamus.

270. RISERVNT FLORIBVS.] Subito natis: portentum enim lætificum indicat. Sic in Nuptijs Honorianis.

Mavortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animantur frendibus haſta.

Quod minus intellexit vir præclaræ doctrinæ ad Tacitum de ſignis à milite ornatis; cum docere mentem auctor ſuam ipſe debuiſſet, in Epithalamio præcinens.

Subitiſque ſe roſetis Veſtiat Alpinus apex.

271. DOCTI AMNES.] Qui doctos faciunt potores. Vide ad Nemeſianum.

272. RADIO DESCRIPSERAT.] Ad Matheſin Manlij noſtri pertinet, non ad Poeſin; de hac enim aliter utique omnino ſcripſiſſet noſter.

274 LIMINA NOSTRI.] Alluſus mos Romanus quo Officij gratia novus Conſul producebatur ab amicis alijsque Proceribus, ad capeſſendum honorem. Boethius lib. II. de Conſol. Philoſ. cap. III. de Liberis ſuis. *Si quis rerum mortalium fructus ullum beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria Lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri, cum duos pariter Conſules, Liberos tuos, domo provehi ſub frequentia patrum, ſub plebis alacritate vidiſti? Cum iiſdem in curia cu-*
rules

rules inſidentibus tu, Regia laudis orator, ingenij gloriam facundiaq; meruiſti.

276. FASCES SVBIISSE LIBET.] Sub ejus magiſtratu cenſeri De rebus Theatri & Circi parum hic notabitur, cum vix aliquid poſſit, niſi excuſſis prius doctorum de utriusque rebus Collectaneis, quæ Conſulantur potius.

277. MIRACVLA PLEBI.] Portentoſas beſtias, miraculi inſtar ſingulas videndas. Infrà noſter hoc Libro.

Viſi, magna quos mole ruentes
Torva Lycaonijs Helice MIRETVR ab aſtris.

Et Libro II. de Laudibus Stiliconis.

Magnarum nec parcus opum, geminare profundas
Diſtulit impenſas, & poſt MIRACVLA caſtris
Edita, vel genero Roma majora reſervat.

Et Eodem, de Elephantis.

Ipſos quin etiam, nobis MIRACVLA, vellet
Ducere, ſed pigra cunctari mole veretur.

Miraculum, quicquid ſtuporem movet, inuſitata figura. Symmachus lib. X. Epiſt XVII. *Abſit ut moderator Vrbis Libera, & ideo devota, tamquam Salmoneus alius invehatur. Nihil moramur externa MIRACVLA, Irritamentum ſuperbia Roma veſtra non patitur.* Seſe autem talia Amici ludis ſuffecturas dicunt Muſæ, quia in talibus verſabatur Amicitia, ſuccurrentibus familiaribus, ne nimijs impenſis ſpectaculorum Patrimonia exhaurirentur. Appulejus lib. IV. de Demochare: *Sed prater cateram ſpecioſi muneris ſupellectilem totis utcunq; patrimonij viribus immanis urſa comparaverat numerum copioſum. Nam prater domeſticis venationibus captas, prater largu emtionibus partas, amicorum etiam donationibus varijs certatim oblatas, tutela ſumtuoſa ſollicitè nutriebat.* In noſtro Libro eſt Phœbi Colligite.

272. Nomen celebrate.] Ridenda ambitione Romanorum Procerum. Qui ut populo ſpectaculis placerent, patrimonia perſum fundebant. Invehuntur multis Sapientiæ Profeſſores, & Patres Latini Græcique. Pulcrè Lactantius: *Quid eſt*, inquit, *dicendum de ijs, qui, populari levitate ducti, vel magnis urbibus ſuffecturas opes exhibendis muneribus impendunt? Niſi eos dementes ac furioſos, qui praſtent id populo, quod & ipſi perdant, & nemo eorum, quibus praſtatur, accipiat? Atque, ut eſt omnis voluptas caduca ac brevis, oculorum maximè & aurium, aut obliviſcuntur homines, & alterius damna pro ingratis habent, aut etiam offenduntur, ſi non eſt libidini vulgi ſatisfactum? Vt etiam homines ſtultiſſimi malum ſibi malo comparaverint, ut ſi adeo placuerint, nihil amplius quam inanem favorem, paucorumq; dierum fabulas aſſequantur. Sic quotidiè leviſſimorum hominum patrimonia in res ſupervacuas prodiguntur.*

275. NOMEN CELEBRATE.] Muſas celebrare id hortatur, quod nullis non Muſicis inſtrumentis theatra perſonabant. Nomen adjicit, quia nominatim in plauſibus ciebantur præſentes Heroes. Horatius.

datus in theatro
Cum tibi plauſus
Care, Macenas, eques; ut paterni
Fluminis ripa, ſimul & jocoſa
Redderet laudes ſibi Vaticani
Montis imago.

Et hoc genus parabatur patronis bene merentibus ab Editoribus: Ut ſeſe Stiliconi benè merito facturum pollicetur Symmachus, lib. IV. Epiſt. XI.

278. JOVIS ÆQVOREI.] Neptuno dicatus Circus Maximus. Salvianus lib. VI. *Colitur namque & honoratur Minerva in gymnaſijs, Venus in theatris, Neptunus in Circis, Mars in arenis, Mercurius in palaſtris.* Vide Tertullianum de Spectaculis.

280. ARION.] Equus fabulis notus. Lutatius, Thebaide IV. *Arion natus eſt Neptuni munere & terra, equus nimia velocitatis, quem*

nunc Adraſtus curru junctum ducebat ad bellum. Alij dicunt Filium ipſius Neptuni, eum (ſic inſerenda vocula) *Pelopi donaſſe, ad Adraſtum à Pelope veniſſe. Cum igitur adhuc ignotus eſſet equorum uſus* (ſic ſcribendum) *mortalibus, & horum animalium natura egeret terra; Neptunus, remediaturus humanos ſucceſſus, virtutibus ac potentia, in Theſſalia terram tridente percuſſit, ſubitoque, mirum dictu, ſolo proſiluerunt duo equi, ſcilicet Scyphos & Arion. Inde optima natura equi Theſſalici per orbem feruntur.* Priore loco reddidimus ſobolem ſuam Neptuno, ipſo Papinio auctore, libro VI.

> *Ducitur ante omnes rutila manifeſtus Arion*
> *Igne jubæ; Neptunus equo, ſi certa priorum*
> *Fama, pater.*

Ibidem.

> *Æquoreus ſonipes premit evaditque parumper Gaviſos.*

281. ILLUSTRET CIRCUM SONIPES.] Lecti ex cetris oris equi Sic *Phrygiorum* ſubjugatio maximarum Editionum prætoribus conceditur à Valente & Valentiniano. L.XIX. de Prætor. & Quæſtor C. Theod. *Hiſpanorum* mentio plurimis locis apud Symmachum, &c. Varios equos nominat Claudianus, ob faſtidium, quod unius generis greges populo faciebant. Symmachus lib. IV. Epiſt. LXIV. *Quatuor ex grege Laudicenorum quadrigas, quas tua d flores electio, ad me opto deduci. Credo mireris ut non potius de gregibus tuis poſtulem, qui potiſſimos Iberorum nobilitate præ ertunt. Faſtidium uniformis ſpectaculi patitur civitas, cujus ſatietas mihi varietate vin nda eſt.*

28 . STAGNA TAGI] Notiſſimus Hiſpaniæ amnis, auro fluens. Noſtra ætate viri docti notarunt cauſſam obſcuratæ rumtæ reis vetitum videlicet Regijs interdictis aurum in eo flumine quæri, ne expulſa ultra ripas vis aquarum, ſcrutantibus metallum hominibus, peſſundet agrorum culta. Ne autem fides ſingularis teſtatæque rei intercideret, ſancitum, uſuque receptum, non alio auro facta ſceptra geſtare Luſitaniæ Reges, quam quod de hoc alveo ſit petitum.

284. LIQVIDAS.] A perpetua unctione Palæſtritarum. Hinc lubricos ipſoſmet vocat Sidonius lib. II. Epiſt II.

285. PALÆMONIIS.] Alludit nobiliſſimas Græcarum urbium palæſtras, quarum Olympiæ Elide celebratæ in honorem Jovis, Iſthmiæ Palæmonis memoriæ inſtitutæ. Vide Auſonium Eclogario, Pauſaniam, alios.

285. EXPLORATA.] Examinata, ſubacta crebris certaminibus. Lucanus, lib. IV.

> *Hac igitur Regis trepidat jam Curio fama*
> *Et quod Cæſareis numquam devota juventus*
> *Illa nimis caſtris, nec Rheni miles in undis*
> *Exploratus erat, Corfini captus in arce.*

Papinius Equo Maximo.

> *Atque exploratas jam laudet Veſta miniſtras.*

285. CORONIS.] Agonibus, certaminibus. Pro his enim quandoque ſumuntur Coronæ. Vopiſcus Numeriano: *Nam & cum Olympio Nemeſiane contendit, qui Alieutica, Cynegetica, & Nautica, ſcripſit: quique omnibus Coronis illuſtratus emicuit.* Hoc eſt retulit coronas omnibus agonibus.

286. JUGA TAYGETI.] Mons Laconiæ. Vibius, alij.

287. MÆNALA.] Arcadiæ in Tegea mons. Vibius idem. Eleo autem Tonanti laudatam pubem dixit Olympionicas. Erat enim ijs ludis præpoſitum ſimulacrum ingens Jovis, velut judicium laterum ſuperconcertantibus. De quo capiendi verſus Antipatri Poetæ in Anthologia.

> ὡς Ὀλύμπιος
> Ζεὺς ἀτρόμητος εἶδεν ἀλδέξας, νίκα

Πυκ-

Πυκμῇ δ' ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλύμ-
πια.

288. TRIVIÆ SVPPLEX.] Ob ſucceſſus Venarionis. Sic Phœbum alloquitur Leo Epigrammatarius Anthologia Prima.

Τοξότα, πετράων μεδέων, ἑκατη-
βόλε Φοῖβε,
Εἰπὲ κασιγνήτῃ κρατερὸς ἵνα θῆ-
ρας ἐγείρῃ
Ὅσσον ἐπιψαύσῃ μερόπων δέ-
μας.

Talium autem Spectaculorum editio ordinaria Conſulibus, ab ijsque exſpectabatur ſollemni ſpe quadam. Vide Caſſiodorum lib. V. Epiſt. XLII.

290. AVDACES VIROS.] παραβόλους. Notarunt pridem doctiſſimi homines ad Manilium, Martialem, alibi.

291. COLLA FERARUM ARTE PREMAT.] Conſtranguler injectis manibus & lacertis belluas: Non intellexerunt qui de ſago injecto aut manſuetarijs intellexerunt. *Arte*, agilitate corporis intellige, qua ſola tantarum belluarum inſultus evadere poterant, ut ijs poſtea nocerent luctatores venatoresque improbi. Deſcribit luculentè Caſſiodorus dicta Epiſt *Itur*, inquit, *ad talia, quæ refugere deberet humanitas. Primus fragili ligno confiſus currit ad ora beſtiarum, & illud, quod cupit evadere, magno impetu videtur appetere. Pars in ſe curſu feſtinant & prædator & præda, nec aliter tutus eſſe poteſt, niſi huic, quem vitare cupit, occurrerit. Tunc in aera ſaltu corporis elevato, quaſi veſtes leviſſimæ, ſupinata membra jactuntur, & quidam arcus corporeus, ſuprà belluam libratus, dum moras diſcedendi facit, ſub ipſo velocitas ferina diſcedit. Sic accidit ut ille magis poſſit mitior videri, qui probatur illudi. Alter angulis in quadrifaria mundi diſtributione compoſitis, rotabili facilitate præſumens, non diſcedendo fugit non ſe longius faciendo diſcedit; ſequitur inſequentem, poplitibus ſe reddens proximum, ut ora vitet urſorum: Ille in tenuem regulam venire* (lege *veruve* hoc eſt haſtam quampiam rectam, nec admodum craſſam) *ſuſpenſus, invitat exitiabilem feram, & niſi periclitatus fuerit, nil, unde vivere poſſit, acquirit: alter ſe geſtabili muro cannarum contrà ſæviſſimum animal, ericij exemplo, receptatus includit, qui ſubito in tergus ſuum refugiens intra ſe collectus abſconditur, ut, cum nuſquam diſceſſerit, ejus corpuſculum non videatur. Nam ſicut ericius, veniente adverſario, revolutus in ſphæram naturalibus defenſatur aculeis; ſic iſte, conſutili crate præcinctus munitior redditur, fragilitate cannarum. Alij tribus, ut ita dicam, diſpoſitis oſtiolis paratam in ſe rabiem provocare præſumunt, in patenti area cancelloſis ſe poſtibus occulentes; modo terga monſtrantes. Vt mirum ſit evadere quos ita reſpicis per Leonum dentes unguesq; volitare. Alter labente rota feris offertur, eadem alter erigitur, ut periculis auferatur.* Hæc ille, quod genus ferialis ludi nuſquam legas copioſius.

293. PRODIGIA.] Genera beſtiarum Populo Romano eatenus inviſa. Monſtra vocat Calpurnius, qui ita deſcribit quæ ipſemet ſpectavit.

Ordine quid referam? vidi genus omne
ferarum,
Hic niveos lepores, & non ſine cornibus
apros,
Manticoram ſilvis etiam (Lege *cinctam*) *quibus editur, Alcen.*
Vidimus & tauros quibus aut cervice
levata
Deformis ſcapulis torus eminet; aut quibus hirta
Iactentur per colla jubæ: quibus aſpera
mento
Barba jacet, tremulisq; rigent palearia
ſetis.
Nec ſolum nobis ſilveſtria cernere mon-
ſtra
Contigit: æquoreos ego cum certantibus
urſis

Spectavi

Spectat vitulos & equorum nomine dignum
Sed deforme pecus; quod in illo naſcitur amne
Qui ſata riparum venientibus irrigat undis.

294. CÆDIS SITIENTEM.] Poetarum Theologia Dianam perpetuis venationibus gaudere, etiam apud ſuperos, in conſortio Numinum. Arnobius, Socraticus irriſor gentilium, lib. II. *In cœlo enim cantatur & pſallitur, & ut intervalla & numeros vocum novem conferant ſcitula & medulentur ſorores? Sunt in ſidereis montibus ſilvæ? ſunt luſtra? ſunt nemora? Venationum prapotens habetur in expeditionibus Diana?*

295. DEFERAT ARCUM.] Ita omnes alij libri. Male. Veram lectionem nobis ſervarunt ſoli libri noſter & Camertis qui differat ſcribunt. Vbique enim ipſam cædibus præſentem Dianam adeſſe debere autumat.

296. URSI MAGNA QVOS MOLE.] Cumprimis ſpectaculis expetitam hanc feram conſtat: Scilicet quod mole & robore diutius reſiſteret una multis, & laſſaret plures congreſſores. Appulejus, lib. IV. De Demochare: *Qui præterea numerus, quæ facies ferarum? Nam præcipuo ſtudio forenſis etiam advexerat generoſa illa damnatorum capitum funera. Sed præter cæteram ſpecioſi muneris ſupellectilem totu utcunq; patrimony viribus immanes urſæ comparaverat numerum copioſum* Crebro Symmachus.

298. MALLENT FREGISSE.] *Frangere Heroas* eos quos devicerant more Leonum, &c. ajunt Poetæ. De Herculis lacertis in Priapæis.

Phœbus comoſus, Hercules lacertoſus.

299. FULMINEI PARDI.] Ob velocitatem & impetum. Pardorum ob ſpeciem grata exhibitio; quam ſpeciatim à Principe fuiſſe expetendam docet Symmachus li. VII. Epiſt. LIX.

300. PROPERENT AD VULNERA.] Epithalamio Honorij.

Tellus jacebunt ſponte tuis feræ;
Gaudentq; ſacris vulneribus Leo
Admittet haſtam, morte ſuperbior.

300. VIRIDIS.] A virore quodam ex flavedine, quem in maculis Pardorum notare licet Lib III. in Stiliconem.

Tum virides Pardos, & cætera colligit Auſtri
Prodigia.

301. ADULTER.] Corrupto ſcilicet Leænæ genere. *Adulterium* enim permiſtio non congruorum. Manilius, lib. V.

Vt ſit adulterio ſuccorum gratia major.

Sunt tamen qui Leænam inter feras conjugium ſervare, nec miſceri alieno concubitu tradant, ut Baſilius Seleucienſis Oratione XIIX. quos totum Pardorum hoc genus confutat.

303. ALPINA QVICQVID TEGITVR NIVE.] *Libyarum* receſſus ob ſpectacula excuſſos mentio frequens in auctoribus. De Alpibus Salvianus lib VI de Gubern. Dei. *Nihil fermè eſt vel criminum vel flagitiorum quod in ſpectaculis non ſit: ubi ſummum deliciarum genus eſt, mori homines. Aut, quod eſt morte gravius, acerbiusque; lacerari; expleri alvos ferarum humanis carnibus, comedi homines, cum circumſtantium lætitia, conſpicientium Voluptate. Hoc eſt, non minus penè hominum aſpectibus quam beſtiarum dentibus devorare: atque, ut hoc fiat, orbis impendium eſt. Magna enim cura id agitur, & elaboratur, adeuntur etiam loca abdita, luſtrantur invij ſaltus, peragrantur ſilvæ inexplicabiles, conſcenduntur nubifera Alpes, penetrantur niviferæ valles. Et, ut devorari poſſint à feris, viſcera hominum, non licet naturam rerum aliquid habere ſecretum.*

307. MOLLES LVDI] Gymnaſia omnium flagitiorum, turpitudinum, inceſtuum. Notæ deſcriptiones Procerum Eccleſiæ, Tertulliani, Cypriani, Salviani, Auguſtini, Hieronymi, Chryſoſtomi.

307. NOTA DULCEDINE.] Hæc utique

utique vera ſcriptura Cujacianorum Librorum. *Dulcedo* omnem ludiorum facetiam notat, tam vocis Muſicæ, quam inſtrumentorum. Epigramma vetus in Citharœdum.

Vt dubium tibi ſit, gemina dulcedine capto,
Vox utrumne canat, an lyra ſola ſonet.

Non inconcinnè legas poſtea *nota dulcedine ludij*. Nam de hominibus loquitur, non ludis ipſis. *Ludij*, ludionum omne genus. Nil tamen muto.

308. QVI LÆTIS RISUM SALIBUS.] Pantomimos, Ludionum omne genus dicit. Pantomimi, omnibus ludicris apti. Manilius, lib. V.

ſolusq; per omnes
Ibit perſonas, & turbam reddet in uno,
Omnes fortunæ vultus per membra reducet.
Æquabitq; choros geſtu.

Vide Caſſiodorum lib. IV. Epiſt. ult. Nec nos aliena tollimus, aut Analectorum placet collectio; cum abundè hæc alij docuerint.

309. QVI NUTU MANIBUSQVE LOQVAX.] Ingens horum hominum in ſcena Romana gloria, qui ore & geſtibus, quæ vellent, exprimerent, populo non aliter capienda, quam ſi verbis enunciarentur. Hos, digitis, manibus, geſtibus, loqui, autumant ſcriptores. Epigramma Vetus.

Maſcula fœmineo derivans pectora ſexu,
Atq; aptans lentum, ſexum ad utrumque, latus.
Ingreſſus ſcenam populum, ſaltator, adorat,
Solerti pendet prodere verba manu.
Nam cum grata chorus diffundit carmina dulcis,
Quæ reſonat Cantor, motibus iſte probat.
Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, aſtat,
Illuſtrat verum, cuncta decore replet.
Tot linguæ quot membra viro; mirabilis ars eſt
Quæ facit articulos, ore ſilente, loqui.

Aliud de Citharœdo.

Muſica contingens ſubtilis ſtamina pulſu
Ingreditur vulgus auribus ut placeat.
*Stat * tactuque potens, cui brachia lingua*
Concordant, ſenſu conciliata pari.
Nam jura amborum æquali moderamine librat,
Atque orîs ſocias temperat arte manus.
Vt dubium tibi ſit, gemina dulcedine capte,
Vox utrumne canat, an lyra ſola ſonet.

Tertio verſu ſcribe.

Stat cantu tactuq; loquens

Noſter in Eutrop. II.

Quis magis enodes laterum detorqueat artus,
Quis voci digitos, oculos, quis moribus aptet.

Sidonius, Narbone:

Coram te Caramallus & Phabanton
Clauſis vocibus, & loquente geſtu,
Nutu, Crure, genu, manu, rotatu
Toto in ſchemate vel ſemel lateret.

Caſſiodorus, lib. I. Epiſt. XX. *Mutam Muſicam vocat: Hanc partem Muſicæ diſciplinæ mutam nominavere majores, ſcilicet quæ ore clauſo manibus loquitur.* Idem, lib. IV. Epiſt. L. *linguoſos digitos, loquaciſſimas manus* in iiſdem agnoſcit. Cyprianus Epiſt. Contrà ſpectacula: *Item in articulos ſonum frangens, loqui digitu elaborat, ingratus artifici, qui linguam dedit.* Quamquam de tibicine is potius loquatur. Pronuntiabant hoc modo veteres: venuſtatis gratia, quod in ſpecioſiſſima muliere pulcrè extulit Petronius Satirico, digitos vocem gubernare. *Delectata illa riſit tam blandum ut videretur mihi plenum os extrà nubem Luna proferre. Mox digitis gubernantibus vocem, ſi non faſtidis, inquit, fœminam or-*

Z natam,

natam, & hoc primum anno virum expertam, concilie tibi ſororem. Quomodo digitis loqui qui lyram tangat, dictus Tibullo lib. III. Eleg. IV.

plectro modulatus eburno.
Felices cantus ore ſonante dedit,
Sed poſtquam fuerant digiti cum voce locuti
Edidit hæc triſti dulcia verba modo.

Pronuntiationes ſcitè delineat lib. XI. Quintilianus. Idem Petronius de mimatio puero, geſticulationibus amabili, colore Æthiope.

Tinctus colore Noctis
Manu, puer, loquaci.

Manilius lib. IV. de Geſticulatoribus generatim. *Et quodcunq; manu loquitur.* Martialis, lib. V. Epigramm. XIX. *Aretalogum* deſcribens magnidicum.

Magna voce ſonas, manuq; tota.

De Muſa, præſide ludicrorum carminum Auſonius:

Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu.

Alia huc ſpèctantia Lucianus περὶ ὀρχήσεως. Artemidorus lib. I. cap. LXXIIX. Ovidius, Metamorph. IV. *Pro voce manus fuit.* Nonnus lib. IV. Dion.

Ὄργια δυνδύνσοι ν.ήμονι δάκτυλα πα μῳ,
Ἀργυ.νίω ἐκάλεσσε τύπῳ πεχνίμονι φωνῆς.

Hoc ſenſu manus miniſtras Eloquentiæ Ciceronianæ dicit Cor. Severus.

ſacraque manus, operumque miniſtras
Tantorum

Niſi de ſcriptura is libris quæ loquarur potius. Orationem alterius manu proſequi; hoc eſt commendare, laudare, probare, dicit Plinius lib IX. Epiſt. XXXIV. Vide de Roſcio Dionem Caſſium, lib. XXXVI. De Socrate Diogenem Laertium lib. II De Tiberio Suetonium lib III. cap III. cap. LXVIII. *Digitorum geſticuli ſupputarij*, ſunt numeros computantium geſtus apud Tertullianum, cap. XIX. Apologetici. De quibus alio loco.

309. TIBIA FLATU.] Tibicines in ſpectaculis noti. Exagitationem vide apud Cyprianum libello modo Nominato.

310. PLECTRO PULSANDA CHELYS.] Citharœdos dicit & id genus alios. Omnem rem ſpectaculorum petas ab collectoribus.

310. SOCCO.] Comœdos dici notiſſimæ res, ut ſtatim Tragœdos.

312. INNUMERAS VOCES.] Organum, quod ſpeciatim nunc vocant, Muſicum intelligit. Veteribus ex Elephantinis follibus uſu fuiſſe quindecim æreis fiſtulis fabrefactum, tanta vi, ut ultra mille paſſus audiretur, conſtat ex Hieronymo ſeu alio quodam, ad Dardanum. *Primum omnium*, inquit, *ad Organorum, eò quod majores eſſe his in ſonitu & fortitudine nimia computantur clamores, veniam. De duabus elefantorum pellibus concavum conjungitur, & per duodecim fabrorum ſufflatoria compenſatur: per quindecim cicutas aheneas in ſonitum nimium, quos in modum tonitruum concitat, ita ut per mille paſſuum ſpatia, ſine dubio ſenſibiliter, ut & amplius, eud.atur. Sic apud Hebræos de Organis, quæ ab Hieruſalem uſq; ad montem Ol.veti & amplius ſonantur, audiuntur, comprobantur.* Species fuit, fiſtulis ſenſim creſcentibus, ut fierent quandoque XXVI. velut docet Optatianus Porphyrius, qui totidem verſibus expreſſit, Panegyrico ad Conſtantinum ſubjectis.

Hæc erit in varias ſpecies aptiſſima cantus
Perque modos gradibus ſurget fecunda ſonoris,
Aere cavo, & tereti, calamis creſcentibus, aucta.

Subpoſita erant quadrata plectra, quibus ab artifice tactis, ſoni ad modum fiſtularum temperabantur, ut nunc quoque fit. Idem Porphyrius:

cala-

calamis creſcentibus aucta,
Quis bene ſuppoſitis quadratis ordine plectris
Artificis manus in numeros clauditque, aperitq;
Spiramenta, probans placitis bene conſona rithmis.

Ducebantur Spiramenta illa vel follibus Elephantinis, ut ex PſeudoHieronymo modo adnoratum, vel ventis conceptis ad impellendas undas, juncto ad numerum, humano labore. Idem optimus Poeta, niſi ſpiritum nugis adſtrinxiſſet.

Sub quibus unda latens, properantibus incita ventis,
Quos vicibus crebris juvenum labor, haud ſibi diſcors,
Hinc atq; hinc, animaq; agitant; augetq; reluctans,
Compoſitum ad numeros, propriumq; ad carmina praſtat.
Quodq; queat minimum ad motum intremefacta frequenter
Plectra adaperta ſequi, aut placidos benè claudere cantus.
Iamque metro & rithmis praſtringere quicquid ubiq; eſt.

Rhytmos vocat Porphyrius ſonos reſpondentes ſibi invicem; metra, ipſam modulationem, cujus quantum ingenium fuerit facilè hinc elucet, quod tam ineptè anxijs anguſtijs adſtrictus, potuerit tamen tam eloquenter & clare hæc proponere. Quarto verſu omnino emaculandum *Compoſitum ad numerum*. Nam ab *numeri* voce ſic poſita dependent omnia. In eodem Carmine Anacreontici verſus, fiſtulis Organi ſubditi, plectra indicare debent, totidem ſcilicet, quod ſunt ipſæ cicutæ, & pares ſpatio atque longitudine, unde & omnes pari numero litterarum conſtant, ærumnabili & verè exſilij, labore. In Exegeſi legitur. *Incedunt * verſus qui longo cum labore poſiti ſunt, & habent metrum Iambicum diametrum Catalecticum, omnes litterarum octonum dinum.* Scribendum exiſtimo. *In ſede ſunt verſus* Ubi enim *plectra, ſedes eſt* Organi. Longe ante Porphyrium tale organum Archimedi inventori adſcribit Tertullianus cap. XIV. Libri de Anima: *Specta portentoſiſſimam Archimedis munificentiam organum Hydraulica dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum & una moles erunt omnia. Sic & ſpiritus qui illic de tormento aqua anhelat, non ideo ſeparabitur in partes, quia per partes adminiſtratur ſubſtantia ſolidus, opera diviſus.* Cadenti ætati hoc genus uſitatum fuiſſe ex Aldgelmo de Virginitate, Ademaro in Chronico Francorum, & Prudentio Trecenſi, notatum Adverſariorum libro XLIV. cap. XIX. Quibus adde Notkerum, (is enim eſſe videtur) Monachum Regiæ proſapiæ Sangallenſem, de Vita Caroli Magni lib. II cap. X. *Adduxerunt* inquit, *etiam iidem miſſi omne genus organorum: ſed & variarum rerum, quæ cuncta ab opificibus ſagaciſſimi Caroli quaſi diſſimulanter aſpecta, accuratiſſimè ſunt in opus converſa: Et præcipuè illud Muſicorum organon præſtantiſſimum, quod * DELUS ex are conflatis, follibuſq; taurinis per fiſtulas æreas miro perflantibus, rugitum quidem tonitrui boatu, garrulitate vero lyra, vel cymbali dulcedine, coæquabat.* Quo loco ſcribendum *quod cicutis ex are conflatis* errore ex compendioſa ſcriptura profato.

313. LEVI TACTU.] Plectrorum. Eleganter Julianus in Epigrammate jam alijs propoſito; Totum organum deſcripſit pari metro Angelus Politianus, auctoribus priſcis, ingenio, eloquentia, doctrina, comparandus.

314. ERRANTI DIGITO.] Unum pro omnibus dicit. Error Poetis omnis velocior curſus, cujus ordinem non facile comprehendas.

314. PENITUSQVE.] Omnino benè verèque emendarunt docti *Pedibuſq;* Vectem, qui folles aut undas ſpiritu impulerit, pedibus moderatum dicit. Notando more,

ut ipſe

ut ipſe ſibi ventum ſuffecerit: Modulator. De Hydraulis veterum Vitruvius lib. X. Athenæus lib. IV. Tertulliani & Ammiani loca notarunt jam alij. Obſervandum hic gladiatorum mentionem in rebus ſpectaculorum non fieri à Claudiano, quippe qui ſublati ante fuerint Edicto Conſtantini, quod retulit uterque Codex. Veſtigia quidem ſunt in Symmacho, ſed mero ut arbitror, favore veterum morum: quamquam reliquias hæſiſſe dicas, ex eo, quod nonnulli Chronologi ludos gladiatorios hoc ipſo demum Manlio Conſule ſublatos adnotarunt, ut eſt ex vetetioribus ſcribens Hermannus Contractus, nobilior homo quam qui fingere quicquam voluerit. Iſto quidem noſtro Conſule fana gentilium pleraque demolita, quæ ſumma ei ſit gloria, tradit Idatius in Faſtis Conſularibus.

315. CONCITAT UNDAS.] Cteſibij inventum. Vide Vitruvium lib. IX. cap. Nono. Juvene vero opus qui primum aquam concitaret, ut adverſas fiſtulas intrans ſonum cieret, vide Athenæum. Et Porphyrij verba adſcripta. De tali à Gerberto, poſt Pontifice fabricato non ineptè Continuator Bedæ lib. II. cap. XIV. *Exſtant Rhemis doctrinæ ejus documenta Horologium arte mechanica compoſitum. Organa hydraulica, ubi mirum in modum per aquæ violentiam ventus emergens implet concavitatem barbiti, & per multiforatiles tractus æneæ fiſtulæ modulatos clamores emittunt.*

316. MORE AVIUM SESE JACULANTUR IN AURAS.] Saltatores & funambuli, qui miris modis corpora vibrare, & tantum non volare norunt. Sic volantibus exæquat Vetus Poeta in Epigrammate, quod totum huic rei ſingulare, adſcribam.

Stupea ſuppoſitis tenduntur vincula lignis,
Quæ fido adſcendit docta juventa gradu.
Quæ ſupra aereum prætendit crura viator,
Vixque avibus facili tramite currit homo:
Brachia diſtendens, greſſum per inane gubernat,
Ne lapſa è gracili planta rudente cadat.
Dædalus aſtruitur terras mutaſſe volatu,
Et medium pennis præſecuiſſe diem.
Præſenti exemplo firmatur fabula mendax,
Ecce hominis curſum funis & aura ferunt.

Vide Niceforum Gregoram alioſque apud nos, Adverſat. lib. V. cap XIX.

319. CORPORAQUE ÆDIFICANT.] Videmus talia quando volumus, ut opus non ſit deſcriptione: Veterum res collegerunt Manilianus Scholiaſtes, & qui de Theatro ſunt Commentati. Pulcrè Manilius:

Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem
Corpora, quæ valido ſaliunt excuſſa petauro.
Alternoſque cient motus: elatus & ille
Nunc jacet, atq; hujus caſu ſuſpenditur alter.

320. QUORUM COMPOSITAM.] Non intellexerunt hæc doctiſſimi viri. Utrique ſcripſit Claudianus *in Arcem*. Ex multis hominibus una arx componitur, ei imponitur puerulus, pede vinctus, qui mirificos ſaltus in ſummo ciet. *Augmentatum.* Veram ſcripturam puto. Modo enim parvus, ſubito ſuccedentibus alijs erigitur, ſublevatur, donec tanta hominum copia in ſublime attollatur, ut Arx exeat, cui puer impoſitus & inſiſtens, qui modo humi erat, mirificos ſaltus faciat, ſtupentibus ſpectatoribus. τὸ ARCEM agnoſcunt Noſter Codex, & aliquot Belgæ; nec ſcriptura dubia eſſe debet. Mirum quo viderint docti tot homines, eam non agnoſcentes. De Pegmatis & omnibus hic ſequentibus theatralibus nugis plurimi dudum notarunt: neque nos ſumus vel ſublectores vel Recoctores.

323. ARDUA FLAMMAS SCENA ROTET.] Flammis artificialibus emiſſis, mun-

munitis ante tabularijs. Vide Scaligerum ad Manilium.

326. FIDA INCENDIA]Miraculo ſpectatorum, velut ars hiſtrionum naturam Elementi mutaverit Ipſam celeritatem circumacti ignis in cauſſa eſſe ne noceat tabularis, ſententia eſt.

329. SVBITO ÆQVORE,] Vnda ſubito arenæ immiſſa. Martialis.

Si quis ades longis ſerus ſpectator ab oris,
Cui lux prima ſacri muneris iſta fuit.
Ne te decipiat ratibus navalis Enyo,
Et par unda fretis : hic modo terra fuit.
Non credis ? ſpectes dum laxent æquora Martem,
Parva mora eſt, dices: hic modo pontus erat.

Simili prodigio, ad oculos vulgi, ſpeluncæ fiebant in arena, enaſcebantur arbores, & aquis ſubito natis innatabant marinæ belluæ. Calpurnius:

Ah trepidi quoties nos diſcedentis arenæ
Vidimus in partes, ruptaq; voragine terræ
Emerſiſſe feras, & yſdem ſæpe latebris
Aurea cum croceo creverūt arbuta libro.

Quorum verſuum primus corruptus eſt, deficiente verbo, quod indicet quid diſcedentis arenæ viſum ſit, nec ulli hactenus intellectus. Scribe.

Ah trepidi quoties noctem cedentis arenæ
Vidimus.

τυπικῶς, ſpeluncam atram, penè inferis ipſis comparabilem. De marinis monſtris idem verſibus præcedentibus.

328. REMIGIBVS CANORIS.]Muſicis inſtrumentis & celeuſmatis perſonantibus.

328. INVERSA.] Viremorum. Noſter Codex *immiſſa.* Nihil mutamus.

331. IDEMQVE GRAVISSIMVS.]Scripti libri partim *gratiſſimus.* Nos, aſſenſu noſtri Codicis, nihil mutamus. Cum mutatio tantum jucunditatē relinquat Eloquio Manliano, illa lectio adſcribat & Vtilitatem.

332 DVPLICI VITTA]Sacerdos velut Gloriæ & Æternitatis, duplicibus infulis, duplici corona, inſignitus. Quo genere Deo dilectos, & ſingularibus in Bonum Publicum homines meritis Poetæ deſcribunt. Belgæ aliquot libri, & noſter *Duplici mitra.* Nihil mutandum. Etſi ſimpliciter *vita* non ſit improbum.

333. IN ÆVVM PROCEDAT.] Exeat in memoriam cultumque hominum. Prudentius I. in Symmachum.

longum miſeris proceſſit in ævum
Mos patrius

Conſulibus autem à tanto honore æternitatem ſpondebant nominis, relatis videlicet in Faſtos Romanos, quos non niſi cum Imperio perituros norant: Imperium verò ipſum nulli fatorum Deorumve delebile cenſebant. Epigramma Vetus in Valerium Proculum.

Ter vice qui ſacra diſtinxit jurgia judex,
Conſul & æterno decoravit nomine Faſtos.

Ævum, notat Æternitatem. Symmachus lib. IX. Epiſt. CIV. *Nec in præſentia modo floret facti & ſtudij tui gloria, ſed, ut mens augurat, ævum vigebit.* Idem, lib. VI. Epiſt. LXXIX. *Ævum maneat hic dies, qui te nobis, filia, dedit.* Vt Græcorum æon. Sibylla de Deo.

Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ᾽ ἡγήτορα κόσμου
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη.

Procedere, ad gravitatem & Sanctitatem facit. Virgilius:

incipiant magni procedere menſes.

334. TRABEATA DOMVS.]Conſulibus perpetuo venerabilis. Sic *nobilitas Trabeata* apud Symmachum lib. II. Epiſt. CII.

335. SERVATOQVE ORDINE FATI.] Ne Filij moriantur ante Patres, quo modo turbari Ordinem fatorum dicebant, ut notatum jam alijs. Sic *Domus ſua Ordinem ſalvum* dicit Paullin. Pellæus in Euchariſt. Et ſpectat eodem quod legimus apud Horat. l. I. Ser. IX.

eſt tibi mater? Cognati queis te ſalvo eſt opus?

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI,

DE LAVDIBVS STILICONIS, LIBRVM PRIMVM

Animadverſiones.

BONAM PARTEM Lectionis noſtræ ad Principum Sapientiam pertinentis Commentarijs in hos Libros inmiſimus. Animadverſiones nunc iſtas inde excerpimus, ſtrictim libaris quæ neceſſaria Auctori viſa. Cæterum Commentarium peculiari volumine dabimus, toto iſto opere etiam ampliorem. Quartum Tribus Libris ex re ipſa addidimus: Bellum enim Geticum meræ ſunt Laudes Stiliconis; duce etiam Aldo, quem conſtat ſuas Editiones optimis per Europam Codicibus extudiſſe, etſi inſcitioribus & audacioribus nonnumquam correctoribus uſum. Favent Camertis etiam aliæque Veteres Editiones, qui Victoriam Stiliconis contrà Alaricum eumdem librum inſcribunt. Non obſervamus autem Tempora, inutili cura in diſponendis auctorum monumentis, cum ſcripta ipſa & argumenta ordinem ſanciant melius. Præconiorum Scriptores, ſi quis, dum noſtræ Commentationes expediuntur, conferre voluerit Stiliconis commendationibus; habet Iſocratis Nicoclem & Evagoram, Plutarchi Opuſcula aliquot, vulgo nota; Libanij Orationes, Themiſtium, Julianum Cæſarem, Syneſij librum de Regno, Dionis Chryſoſtomi ipſos Quatuor, Philonis Moyſen, & alios Commentariolos, Xenophontis Pædiam, Theocriti Encomium Ptolemæi, Onoſandri Strategicum, Euſebij Conſtantinum, Baſilij Imperatoris Paræneticum ad Filium, Emanuelis Palæologi Capita inſtructionum, Agapeti Schedam Regiam, Ariſtidis Panegyricum, Marci Imp. Panegyriſtas Latinos, Taciti Agricolam, Auſonij Panegyricum Gratiani, Sidonium, Corippum; denique Ennodium, Venantium, & ſequiorum poſt temporum non paucos ſcriptores, unde & Encomiorum & Præceptorum Principalium magnam vim colligere, & his noſtri ſcitis componere valeat. De Stilicone ipſo nota omnia, notæ Inſcriptiones ejus in Rempublicam meritorum publicæ teſtes. Nomen addita adſpiratione opus non habet, etiam contra Græcos ſcriptores & librarios. Græci Romana & Barbara ſolentes emollierunt, ut ratio eorum habenda non ſit. Sic Archadium, Alarichum, & mille alia corruperunt & Romano homini additum ita legitur in Inſcriptione Hiſpanica CX. Gruter. L. POSTVMIVS STILI-

CON

CON NESCANIENSIS, ut neque nomine prorſus Barbarus fuerit tantus Heros. De Laudibus ejus laudari poſſit & Zoſimus, magnus tamen ſcriptor, ob perditum paganiſmi Amorem, cujus raptu ambigua ubi d ctaſdicta confeias, ſæpe loquitur, (ut ſolent veritatem vel ignotam oppugnantes) nec ſibi ipſi ſatisfacit, quod ex inconſtantia clarum. Plenius earumdem & Liber Quartus Symmachi, cujus exiſtimationis ſummam habes Epiſtola decima quarta, ubi Parentem Publicum dicit Stiliconem, quem titulum maximo Heroi largitur etiam Prudentius. Sed licet dum fuit in Luce Poteſtatis, tantæ virtutes, tantique ſucceſſus habuere præcones & admiratio nem; cum ſive merito, (certè non ſine affectu ſervandæ aut reſtaurandæ Reipublicæ) ſive fra idibus Auli.is procubuit, verus Atlas Romanæ rei, magna ſeges vituperatorum undique exorta eſt: Ut vides in Oroſio, Rutilio, alijsque, præcipuè Chriſtianis; quorum ſimplicitas, æternitati intenta. & credens rumoribus æquo facilius, inqu ſitionem ſcribendorum ut plurimum poſthabuit. Laudes ſummorum virorum, poſt Divinas, materies digna vatibus, nominis ſui Sanctimoniæ conſcijs. Sic ab Hymnis Deorum, ad R s & Præcon a Herorum venit Antiquiſſima Poeſis, officio ſuo in his ſatisfaciens, ut ad virtutem laudibus præteritorum vel præſentium excitaretur Poſteritas. M tro ei rei digno adhibito, quod Heroicum argumento titulum participavit, ob numeros ſcilicet magniloquentiæ aptiſſimos. Dionyſius Longinus. περὶ ὕψους, cap. XXXIV. ἀλλ' αὐτῆς τῆς διανοίας οὐκ ἔλαττον τῇ ἁρμονίᾳ πεφώνηται. ὅλον τε γὰρ ἐπὶ τῶν δακτυλικῶν εἴρηται ῥυθμῶν, εὐγενέστατοι δὲ οὗτοι, καὶ μεγεθοποιοί. διὸ καὶ τὸ ἡρῷον, ὡς ἴσμεν, κάλλιστον μέτρον συνιστᾶσιν.

STILICONIS.] Prorſus abit Latina pronuntiatione hoc nomen, ſiquidem aſpirationem addideris. Sic perperam Archadius legitur in ſcriptis Exemplaribus Marcellini Comitis, ſic Alatichum ſemper nominat Zoſimus, ad Græcæ nimirum volubilitatis obſequium à quo abeſt Romana gravitas. Librum autem hunc primum duo ſcripti Codices de Conſulatu Stiliconis inſcribunt. Id indicat ſeparatim editos hos libellos, niſi quod ſecundus tamen omninò adhæret primo, in Conſulatum Stiliconis.

V. 1. CONTINUANT SUPERI.] Ut fluunt res mortalium, interpolata felicitas, nulla feli itas eſt. Ut autem ea continuetur conſtanter etiam atque perſeveranter virtutis ſtudijs erit incumbendum viro Principi, adeo ut ab omnibus vitæ delicijs hoc nomine ſeſe ſeparet, ſomni ſit parciſſimi, ſollicitudinum infinitarum, uti ſcribit ad Arcadium Syneſius: quæ in Commentario late deducimus. Sic Felicitatem non eſſe in rebus humanis, niſi quæ continuata fuerit uſque ad exceſſum, Ovidius ſciſcit.

dicique Beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

Quod eſt alterum caput Commentationis. Deos autem Romana gaudia continuare ait, Felicitatem indicans temporum, ut de iiſdem, aut paullò certè ſuperioribus ſcribit Baſilici fine Libanius, tum primum incepiſſe Imperium Romanum ad voluntatem Deorum adminiſtrari; ui ſi. illi par pari retulerint. Idque tertium eſt ejuſdem hic Commentationis tmema.

1. PLENO FAVORE.] Quanto poſſunt, Optimo Maximo. Sic plena incolumitas apud Largium Deſignatianum: ſpondeo autem pro ingenita docilitate, qua noſtram quoque ſuper iis rebus ſollertiam probas, monitis meis auſcultantem poſſe te reliquu n vitæ tempus firma valetudine & plena incolumitate producere. Cyprianus, Libro de Opere & Eleemoſyna: *Si ergò verè filios tuos diligis, ſi eis exhibes plenam & paternam dulcedinem caritatis, operari debes ut eos Deo commendes.*

2. AV-

2. AVGENT.] Mactaor, beant. Priſcianus Periegeſ:.

Quos miſit quondam mare rubrum, laudibus auctos.

Catullus, Epithalamio Pelei; Virgilius, alij.

3. REGIA.] Imperialem domum ſive familiam dicit. III. Conſulatu.

ſociaq; virum produxit ab aula

Quarto Conſulatu *ululata verendu Aula puerperijs.* Per Regiam Reges ipſos indicans, quos alibi Cæſares vocat. Libri hic variant, ſed ut ſtultitia eorum nec referri mereatur.

3. FESTIVOS CANTUS.] Feſcenninos & Nuptiales. Quare ineptiunt libri, qui *Feſtines* reducere volunt.

5. CALIDIS THALAMI SERTIS] Adhuc calentibus, recentibus de halitu nuptialium feſtivitatum. Poſſit & myrtus intelligi; uſque adeò calida ut baccæ ejus aliquando piperis loco condiendis obſonijs fuerint, ut auctor eſt Plinius lib. XV. cap. XXIX. Quo loco memorat ex Maſſurio etiam triumfantes aliquando myrto coronatos, ovantes verò plerumque. Sed prior ſenſus melior. Pariter enim feſtorum calorem legimus apud Sidonium, Epithal. Ruritij.

Proxima quin etiam feſtorum afflata calore,

Iam minus alget hiems.

5. SVCCESSIT LAVREA.] Pariter idem Sidonius Paneg. Anthemij.

Hos thalamos, Ricimer, virtus tibi pronuba poſcit.

Atque Dionæam dat Martia Laurea myrtum.

Proximam lauro mittum collocat & Maro, ſcilicet memores omnes Veneris cum Marte conjugij. Regiam autem myrto & lauru coronatam dicit Claudianus, Veneris eam Aulæ comparans, quam talibus ſertis ſemper recentem fingunt Poetarum filij. Valerius Flaccus lib. VI. Argon.

Hinc Veneris thalamos ſemperq; recentia ſertu

Tecta petit, viſa jamdudum proſilit altis

Diva thoris, volucrumq; exercitus omnis Amorum.

7. CRIMEN EOVM.] Eutropius, quem ſupremum crimen, cœli terræque pudorem inter alios titulos, ipſi congruos, appellar. Libyæ prælia Gildonem domitum denotant. Orientem, Orientale c'ima, dicit imperium Arcadianum. Virgilius Culice:

Vrit Echtonias Oriens non ignibus arces.

Suetonius, Neronis cap. V. *Comes ad Orientem C. Cæſaris.* Mamertinus Panegyrico: *Hic idem Diocletianum rogat Oriens.* Pro Aſia uſurpant recentiores Græci, ut Georgius Phranzes, lib. I. c. XXXIX. *Imperator & Mahumetes inter ſe in mari conſalutarunt, & colloquentes uſque ad Aſiæ ſive Orientis littus pervenerunt.* Scriptores qui bella Hieroſolymitana Chriſtianorum deſcripſerunt, Orientem vocant partem Syriæ, in qua ſita Metropolis Antiochia. Vide Gulielmum Tyrium.

9. CONSVLE.] Bis Conſul fuit Stilico, primùm cum Aureliano, deinde cum Anthemio, ut ex Caſſiodoro, Faſtis, Chronologisq; alijs conſtat. Ad priorem pertineant duo iſti libri, Tertius ad ſecundum. Ita Bellum Geticum, ſi tempora ſequamur, collocandum ſit poſt ſecundum horum libellorum, ut Tertius fiat Quartus, & illud inſequatur, ſiquidem Encomia Stiliconis conjungere placeat. Vir doctus, Stephanus Claverius qui totos tres Libros uni Conſulatui dedit, non animadvertit poſteriorum duorum præconia ad duos diverſos Conſulatus pertinere, ratus, ut exiſtimare licet, obſcurè eorum ſatis loquitur, ſemel tantum eum honorem Stiliconi geſtum. Vide Faſtos Græcos & Latinos, Idatij, Caſſiodori, Marcellini Comitis, Chronica. Laudes autem primi Conſulatus ita partitus eſt Claudianus, ut primo hoc libro Bellicæ, altero togatæ celebrentur, ut ex initio ſecundi patet. Qualem honorem neſcio an vel Auguſti faſces habuerint.

9. SVRGVNT STILICONE.] Erigantur in priſtinum decus. Stiliconis Honorum hoc monumentum exſtat ad nos: reperta Romæ ſub

mæ ſub Templo Concordiæ Inſcriptio:
FL. STILICONI. V. C.

FL. STILICONI. ILLVSTRISSIMO. VIRO. MAGISTRO. EQVITVM. PEDITVMQVE. COMITI. DOMESTICORVM. TRIBVNO. PRÆTORIANO. ET. AB. INEVNTE. ÆTATE. PER. GRADVS. CLARISSIMÆ. MILITIÆ. AD. COLVMEN. GLORIÆ. SEMPITERNÆ. ET. REGIÆ. ADFINITATIS. EVECTO. PROGENERO. D. THEODOSII. COMITI. D. THEODOSI. A. IN. OMNIBVS BELLIS. ET. VICTORIIS. ET. AB. EO. IN. AFFINITATEM. REGIAM. COOPTATO. ITEMQVE. SOCERO. D. N. HONORI. A. AFRICA. CONSILIIS. EIVS. ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. SC.

Exſtat item alia quam in magnis Inſcriptionum Conditorijs videbis. Rebus vero vertentibus, idem hic noſter Heros ab eodem Imperatore Honorio *Hoſtis Publicus & Proditor*, damnatur L. 1. C. Theod. de litt. & Itin. Cuſt. Et. L. XXI. De Bonis Proſcriptorum. Exemplo Caſ. um Humanitatis. Nomen eſt Germanum Stelke, quod in Saxonia & Dithmarſia adhuc uſitari ſcribit Paullus Cypræus JCtus non inhumanus de Sponſalibus cap. VI. Vt & Thmantiæ alterum.

10. ORDINE VOTA MEANT.] Velut ad ordinem præſcriptum. Virgilius.

Inſere nunc, Melibæe, pyros; pone ordine vites.

Vota, optabiles ſucceſſus, omnl iſti ſcriptorum generi.

SI CARMEN IN UNUM.] Dicit quod optimi ſcriptores ſolent, cum ad ſummoperè aliquem laudandum veniunt, non poſſe aſſequi rei præſentis præſtantiam. Petronius: *Nulla vox eſt quæ formam ejus poſſit comprehendere, quicquid dixero, minus erit.* Sulpitius Severus; Vita Martini. *In Martino omnia majora ſunt quam ut verbis concipi queant.* Gregorius Nyſſenus, Vita Thaumaturgi: ἀρίστη γὰρ ἀνδρὸς εὐφημία, τὸ ἐπιδειχθῆναι τῆς δυνάμεως τῶν εὐφημούντων ἀμείνονα. Julianus, adhuc Chriſtianus, Oratione prima ad Conſtantium.

11. ADVOLVERE.] Ob molem & Copiam.

12. PROMTIUS IMPONAM.] Hæc ſimplex & vera procul dubio Lectio eſt, Scaligero, Libris Cujacianis, Noſtro, & omnibus, uno ſolo excepto, Belgicis, Camerti, Bentino, Aldoque, probata. Vnus Belga eum Delriano *Protenus* Quod vir doctus hic, & notis ad Solinum probare voluit, me invito. Etſi enim aliquando Aſtaurj & talium ſcriptis accerſitam interpretationem capiat illud *protenus* nullis nos tamen difficultatibus onerati Claudianum, con ta Genium ſuum, patimur, tot inſuper membranis innixi, Noſter etiam erroris fontem indicat, ſcribendo *Prontius*.

12. PELION OSSÆ] Proverbium ex Fabulis Gigantomachiæ ductum. Latiuorum nos Stromaicum ſcripſimus, ad exemplum noti Græci.

13. QVODCVNQVE RELINQVAM MAJUS ERIT.] Tanta, ait, rerum narrandarum Frequentia eſt, etiam paritas. Avarum quodammodo ſibi animum facit res tantas prædicandi. Pariter Ennodius Panegyrico. *Sed quid faciam, cui fœcunda actuum tuorum ſeges occurrit, ubi univerſa eligentem ſuperant? Neſcio quas ariſtæ horreo inferam, quas relinquam!* Similia & Libanius Baſilico.

14. VETERES ACTVS.] Auctor ad Piſonem patria.

Vnde prius cœpti ſurgat mihi carminis ordo,
Quosve canam titulos dubius feror: hinc tua, Piſo.
Nobilitas; veteriaque citant ſublimia Calpi
Nomina, Romanas interfulgentia gentes.
Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes
Vita modos.

 Sapo-

Superiore autem verſu eleganter. Noſter Codex: *ſi partem tenuiſſe velim. Vt curſum tenere, Terram tenere*, & talia, dicimus. Nihil tamen mutamus, cum nec vulgata Lectio improba ſit.

14. ACTVS.] Res geſtas, actiones. Præfatione II. in Eutropium:

Quiſquis adhuc ſimiles Eunuchus tendit ad actus
Reſpiciens Cyprum, deſinat eſſe ferox.

Tibullus ad Meſſallam: *humilis tantu ſim conditor actu.*

15. PRIMAM JUVENTAM.] In Omnibus ſuis Heroibus laudat adoleſcentiam Prudentiorem aliorum virili ætate, vel & ſenili. Vide ad Panegyricum Probinianum.

17. JUSTITIAM.] Togatâ decora, quorum ſumma eſt Juſtitia: juxtà Vetus Oraculũ.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔνι.

Et in juſtitia perfectionem vitæ eſſe Diogenes auctor eſt in Sermone. VII. Stobæi. Vt ibidem Plato in Theæteto inter mortales Deo ſimiliorem neminem eſſe, quam qui ſit juſtiſſimus. Polusque Pythagoricus eodem Capite Juſtitiam matrem eſſe & nutricem cæterarum virtutum omnium; cujus notabilia ſunt verba:

Δοκεῖ μοι τῶν ἀνθρώπων τὰν δικαιοσύναν ματέρα τε καὶ τιθηνὰν τῶν ἄλλων ἀρετῶν προσειπεῖν. ἄτερ γε ταύτης οὔτε σωφροσύνη, οὔτε ἀνδρεῖον, οὔτε φρόνιμον οἷόν τε εἶναι. ἁρμονία γάρ ἐστι, καὶ εἰρήνα τᾶς ὅλας ψυχᾶς μετ' εὐρυθμίας. &c.

Exſequitur enim effati hujus veritatem. Hinc autem pro omni Togata virtute Juſtitiam ponit doctiſſimus noſter Vates Cui Bellica gloria quodammodo opponitur, cum certum ſit, ut liberi juſtis armis; tamen ſilere Leges, atque opprimi uſum manſuetiorem veræ juſtitiæ, quare bellum vel juſtiſſimum, iniquiſſimæ etiam paci poſtponendum meritò ſcivit Cicero, lib. VI. Familiar. Epiſt. VI.

18. LATIO QVOD REDDITA SERVIT AFRICA.] Exſtinctis Gildonis Furiis, quo ſanè bello virtus & conſilia ſummam felicitatem habuerunt. Sic V. CCVII. Ejus Panegyrici. *ſoli famulabitur Africa Romæ*. Quod, ut & iſta hoc loci, ad abſtractam Orientis partibus eam provinciam & Romæ veteri ſubditam, pertinere putes. *De Stiliconis* hac in *re opera* teſtis modo probata inſcriptio. Gildonis quæ fuerit potentia, ſatis comparet ex inſcriptione L. IX. Cod. Theodoſ. ad L. Juliam de Adulter. Vbi Comes & Magiſter utriuſque Militiæ per Africam appellatur.

19. VICINUM QVOD NESCIT IBERIA MAVRVM.] Vtique enim Africa abſtracta bellum in Hiſpaniam translaturus erat Gildo. Neſcire, acutius poſitum, præſentis hoſtis quandam abſentiam ingerit. Sic Gregorius Magnus, Homil XXXVI. *Quos talis in mundo neceſſitas ligat, ut ex omni parte exſui à mundo non poſſint, ſic debent ea quæ mundi ſunt, tenere, ut tamen eis neſciant ex fractione mentis ſuccumbere.*

20. QVOD MIRATVR GALLIÆ RHENVM.] Inſeſſum alioqnin ſemper & infeſtum Germanorum inſultibus. Quæ ante Honorij tempora in partibus Rheni bella geſta ſint, notum faciunt ſuperiorum Principum Hiſtoriæ, & collegit non unus doctorum Labor. Claudianus ſæpè pro ferè exitialibus Imperio Romano Rheni accolas rebelles ponit, & pacatum eum, ſummum facinus militare. Alibi.

& pax à ſonte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis

21. Thracen.] Θρᾴκην. Græcanicum.

21. DECERTATOSQVE.] Papinius, Theb. I. *alternaq; regna profanis Decertata odiis* Sic *Deprœliari* apud Horatium. *Demoliri*, παντελικῶς Curio pater apud Priſcianum, lib. VIII. *Detumere* Prudentio & Petronio. *Dedicere*, Cælio, Annal. I. *Dememorare*. Val… io Flacco, quod ex vetuſto ei Codice optimè reſtituit qui Scholia in aliquot Gell… paginas

mas ſcripſit. Nullo labore melius de Poſteritate prometiturus, quam ſi eum Laborem pertexuiſſet.

21. LABORES.] Inſtar Herculis illotum celebrium. Habet hæc vox apud Poetas virtutem Bellicam cum ſingulari effectu. Noſter I. in Eutrop.

In mercem veniunt Cilices, Indæa, Sophene,
Romanusque Labor, Pompeianique triumphi.

Valerius Flaccus, lib. VIII. Argon.

Corripit optatum decus, extremumque laborem
Æſonides, longeque diu geſtata per annos
Phryxea monumenta fuga vix reddidit arbor,
Cum gemitu, triſteſque ſuper coiere tenebra.

Virgilius.

Diſce puer virtutem ex me, verumque Laborem,
Fortunam ex alys.

Magnanimitatem ſcilicet, effectricem operum ſummorum.

22. HEBRO TESTE.] Illic victos Gothos autumat. VI. Conſul. CVII. de Alarico.

Thracum venient ſe finibus alter
Hebri clauſit aquis.

Initio Imperij Theodoſiani apud Thraciam multi conflictus inter Gothos & Romanos fuere: donec Athanaricus Rex illi ſe tradidit; quam tamen infidam pacem fuiſſe Idatius, atque alij ſcriptores commemorant. Stilico verò earum pugnarum Theodoſio perpetuus Comes, ut Princeps ipſe ait in Tertio Conſulatu Honorij.

Belli potens Stilico, cujus mihi robur in armis,
Pace probata fides: quid enim per prælia geſſi
Te ſine? quem merui, te non ſudante, triumfum?

Odryſium pariter Getico fœdavimus Hebrum
Sanguine, Sarmaticas pariter proſtravimus alas.

22. MARE.] Mare vel Oceanum Laudum dicit Stiliconiarum. Infra.

Laudumq; ſequentibus undis Obruimur.

Loquitur ſic Cicero, & non unus Panegyriſtes. Silvam ingentem ſe laudum inire pari tranſlatione dixit Corippus ad Anaſtaſium:

Immenſam ſilvam laudum, virjuſte, tuarum
Ingreſſus, celſos nitor contingere ramos.

Quod eſt Theocriticum, Encomio Ptolemæi,

Ἴδαν εἰς πολύδενδρον ἀνὴρ ὑλητόμος ἐλθὼν
παπταίνει παρεόντος ἄδην πόθεν ἄρξεται ἔργου.
Τί πρῶτον καταλέξω, ἐπεὶ πάρα μυρία εἰπεῖν
Οἷσι θεοὶ τὸν ἄριστον ἐτίμησαν βασιλήων.

23. LASSANT] Non ſe poſſe ait tantarum rerum ſeriem enarrare, quin ſubſidat ijs omnis vis eloquentiæ. Infinities iſta Panegyriſtæ alij. Sulpitius Severus *hoc inertium Poetarum eſſe*, nec minus tamen in B. Martini rebus ſibi uſuvenire aſſerit. *Iam*, inquit, *finem Liber poſtulat: ſermo eſt claudendus, non quod omnia, quæ de Martino fuerint dicenda, defecerint; ſed quia nos, ut inertes Poetæ, extreme in opere negligentes victi materia mole ſuccumbimus.* Pacatus Panegyr: *Quid faciam? novam patior ex copia difficultatem.*

23. PIERIUS CURRUS.] Eloquentiam Poeticam, ſæpè curribus & equis comparatam. Lycophron Caſſandra.

Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς ἅ μ' ἱστορεῖς
Ἀνειμι λοξῶν ἐς διεξόδους ἐπῶν,
Πρώτην ἀράξας νύσσαν, ὡς πτηνὸς δρομεύς.

Ovidius, lib. II. de Remedio Amoris.

attrahe lora
Fortius, & gyro curre, Poeta, tuo.

Nemeſianus Cynegerico.

juvat aurato procedere curru
Et parere Deo.

Pindarus, Iſthmionic. II.

οἱ μὲν παλαιοὶ φῶτες
Οἳ χρυσαμπύκων ἐς δίφρον
Μοισᾶν ἔβαινον.

Idem Od. VIII.

Τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον, ἕσπεταί τε
Μοισαῖον ἅρμα Νικοκλέος
Μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆσαι &c.

Germanicus Virgine:

medio mihi curſu
Stabunt quadrupedes, & flexu lætus habenis
Teque tuumque canam terris venerabile numen.

Alij armis carmina comparant, ut ferrearum metaphorarum pater Pindarus, Jaculis, Pythionicon prima.

23. PROCLIVIA.] Loca prona. Donatus in Andriam.

24. NUMQVAM SINCERA BONORUM.] Nemo ab omni parte beatus. Bacchylides Epinicijs.

Ὄλβιος ᾧ τινι θεὸς μοῖράν τε καλῶν ἔπορεν,
Σὺν δ' ἐπιζήλῳ τύχᾳ ἀφνειὸν βιοτὰν διάγειν.
Οὐ γάρ τις ἐπιχθονίων πάντ' εὐδαίμων ἔφυ.

Nicoſtratus Comicus, Euripidis ſententiam commendans.

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ,
Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν. ſυντόμως γε, φίλτατε,
Εὐελπίδη, τὸν βίον ἔθηκας εἰς στίχον.

Philippides Pariter Comicus:

Ὅταν ἀτυχεῖν σοι συμπέσῃ τι, δέσποτα,
Εὐριπίδου μνήσθητι, καὶ ῥάων ἔσῃ,
Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
Εἶναι δ' ὑπόλαβε καὶ σὲ τῶν πολλῶν ἕνα.

Plinius Panegyrico: *Adhuc nemo exſtitit cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur: Qui tamen eod. lib. ſcribit*, diſci experientia, cui una adſit, eum ſtipatæ omnem virtutum chorum. Idem cum noſtro dicit Pindarus Olympion. VII. ubi ait,

ὁ δ' ὄλβιος ὃν φᾶμαι
Κατέχοντ' ἀγαθαί.
Ἄλλοτε ἄλλον ἐποπτεύει χάρις.

Notatio obvia, quam ad ſua ſacramenta extendunt etiam Chriſtiani, fatentes dona Sacri ſpiritus non omnia uni tribui. Radulphus Ardens ex alijs Homilia XCV. in Evangel. & Epiſt. *Unus atq; idem Spiritus Sanctus hæc omnia operatur, dividens ſingulis, non omnia tribuens uni, ne ſuperbiret, nec alicui nulla, ne deſperaret, ſed potius ſingula ſingulis, ut ſcilicet nullus alium contemneret, ſed unusquiſque alio indigens, ei quoq; ſubvenire diſceret.*

25. SORS ULLI.] Scribendum *uni.* Quod fatua argutia correxerunt librarij, conſentientes quidem. Eximunt hinc tamen nonnullos Heroas ſcriptores, ut de Germanico Suetonius initio Caligulæ: *Omnes Germanico corporis animiq; virtutes, & quantas nemini cuiquam, contigiſſe ſatis conſtat.*

26. QVEM VVLTVS HONESTAT DEDECORANT MORES.] Juxta Petronium: *Raram facit mixturam Forma cum Sapientia.* Honeſtas autem formæ eſt intra virilem, extraque metuendam in viro, non muliebriter vel ornata vel figurata, nec horrida tamen aut torva. Terentius Andria *Honeſtam & Liberalem faciem* jungit, quo reſpexit

xerit Claudianus. Honor oris, formæ excellentia Lucretio, lib IV.

Sed tamen eſto jam quantovis oris honore
Quoi Veneris membris vis omnibus exoriatur.

Caput honeſtum pro ſpecioſiſſimo in Marone. Horatius ad Canidiam.

tunc mens & ſonus
Relapſus, atq; notus in vultus honor,

Propertius, lib. II. Eleg. XIII.

Non ego ſum forma tantum mirator honeſta

Alanus lib. V.

ut Forma nobis exponit honeſtas.

27. ANIMUS QUEM PULCRIOR ORNAT CORPUS DESTITUIT.] Noſter Codex *animus quem plurimus ornat.* Nihil mutandum. Innumera vero exempla animi pulcerrimi in fœdo corpore degentis. Vel unus Phryx Æſopus divinus animo, corpore bellua fuit. Ante octo hæc ſecula idem voluit indicare qui fabulam Marculphi cum Salomone colloquentis effinxit. Ad Principem autem Ducemque egregium tam corporis quam animi felicitas requiritur. Leo Philoſophus, Tacticorum Epilogo:

Καὶ τῷ σώματι δὲ ῥωμαλέον, καὶ πρὸς πᾶσαν ὅπλισιν ἀεὶ χρῆσθαι αὐτῇ δυνατῶς καὶ ἀνεμποδίστως, καὶ εὐπρεπῆ δι᾽ ἐντεῦθεν γίνεσθαι τὴν ἰδέαν, καὶ κατασκευάζεσθαι τῇ παντοδαχίᾳ τῶν ὅπλων, καλῶς, καὶ εὐπρεπῶς, καὶ ἀπόνως, ὡς γενναῖον τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν ψυχήν, καὶ τὸ σῶμα εὔρωστον. Idem cap. II. v XXVI. κεφάλαιον δὲ εἰπεῖν χρὴ τὸν στρατηγόν, εἰ δυνατόν ἐστιν, καὶ τὸ σῶμα εὐπρεπῆ, καὶ ἀνδρεῖον, καὶ φιλόπονον, καὶ ὀξύτατον τὴν γνώμην, καὶ γενναῖον, καὶ σπουδαῖον, καὶ φιλοκίνδυνον, καὶ μάλιστα θεοσεβῆ, καὶ περὶ τὰ θεῖα πράγματα ἐπιμελέστατον. Addit proſapiam Claudianus, quam requirit idem Leo eodem cap. V XV XXI.

28. BELLIS INSIGNIOR ILLE SED PACEM FOEDAT VITIIS.] Plinius Panegyrico: *Enituit aliquis in bello? Sed obſolevit in pace. Alium toga, ſed non & arma honeſtarunt.* Exempla in Alcibiade, Mæcenate, alijs. Hinc Auctor incertus Piſonem ſuum commendat.

Nos quoque pacata Piſonem laude nitentem
Exæquamus avis, nec enim, ſi bella quierunt,
Occidit & virtus : licet exercere togata
Munera militia.——

Quæ verba pacem Romanarum rerum arguunt, eamque, meo ſenſu, ſub aliquo Principe longe Lucano poſteriore; cum Genius carminis Calpurnium aliquem referat potius quam illum bacchabundum, Spiritu tamen Phœbeo, invectorem, Fuit Conſul Piſo hujus Poetæ, paratis rebus publicis, idq; ut à Conſulatu laudarit Principem, ut Panegyriſtes iſte Clarè teſtatur:

Quis dignè referat, qualis tibi luce ſub illa
Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu,
Cum tua biſſenos numerares purpura faſces,
Cæſareum grato ceciniſti pectore numen.

Quare, ut antiquus ſit, collocem eum ad annum XIII. Trajani, quo Conſul fuit, conſenſu Faſtorum, Lucius Calpurnius Piſo.

29. IN PUBLICA FELIX SED PRIVATA MINUS.] Plinius Panegyrico: *Ille quæſitam domi gloriam in publico, hic in publico partam domi perdidit.* Scripti aliquot Belgæ *hic publica felix.* Quod Joſephum Scaligerum recte in Editionem receptſſe exiſtimo.

30. PARTITUM SINGULA QUEMQUE.] Cujaciani libri *Partito.* Variant & Delriani. Unus Belga clare *PARTITIM.* Quam ego veram ſcripturam ita

agnoſco, ut nihil ſentire dicam qui ſecus ſentiat, licet cæteri omnes abſentiant. Expreſſit hæc florente Barbarie Wipo verſificator ad Henricum Tertium Imperatorem, ut tum quoque admiratores ſuos habuit Claudianus.

> *Forma, genus, probitas, concordant omnia Regi,*
> *Omnia conveniunt, concurrunt cuncta per illum,*
> *Solus habet totum quod plures auxerat olim.*

33. IN TE MIXTA FLUUNT.] *Sparſioni* argutè *fluxum* opponit. Victorinus Epitoma Cæſarum, *Trajano: Tantus erat in eo maximarum rerum modus, ut quaſi temperamento quodam virtutes miſcuiſſe videretur.* Sic de B. Maria Virgine Matre, Eucherius, Homilia in IV. Adventus: *Quis umquam tantam gratiam habuit, quantam Virgo Maria? Aliis enim ad menſuram Gratia dantur, hæc autem Gratia plena dicitur.* Vopiſcus Floriano 5. *Nunc nobis aggrediendus eſt Probus, vir domi foriſq; conſpicuus: vir Aureliano, Trajano, Adriano, Antoninis, Alexandro, Claudioq; preferendus: niſi quia in illis varia in hoc omnia pracipua tunc fuere.* Quæ ut emendanda ſint, vide lib. CXXXV. Adverſ. cap. V. Libanius Proſphonetico ad Julianum: ὅ, τι γὰρ παρ' ἄλλῳ καλὸν, ἔστι παρὰ σοὶ μειζόνως. καὶ μόνος συνείληφας ἃ τοὺς ἄλλους μεμερισμένα κοσμεῖ. Arator, Elegia ad Parthenium.

> *Quis bona tanta canat? breviter loquar: omnia tecum*
> *Quæ faciunt magnos ſingula, ſolus habes.*

Paria Barbaro ævo Petrus Pictavenſis Panegyrico Petro Mauritio dicto. Livius li. XXX, *Bello quoq; bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempeſtate inſtructior civis habebatur: congeſtis omnibus humanis à natura fortunaque bonis; nobilis idem ac dives erat; forma viribusque corporis excellebat, facundiſſimus habebatur, Iuris Pontificii peritiſſimus, ſuper hæc bellica quoque laudis Conſulatus compotem fecerat.* Sic ab omnibus partibus laudantur qui vetè laudantur. Petrus Chryſologus, Ser. CXLIII. *Singulis ſe eſt largita Gratia per partes, Mariæ vero ſimul ſe totam dedit Gratia plenitudo.* Venantius Fortunatus lib. VI. Carm. III. ad Regem Sigebertum:

> *Iuſtitia cultor Pietatis Amore coruſcas,*
> *Quod te plus habeat certat utrumque bonum.*
> *Lingua, decus, virtus, Bonitas, mens, gratia, pollent,*
> *Ornarent cunctos ſingula veſtra viros.*

Arnulphus Lexovienſis, Carm. II.

> *Quod per multiplices diſpenſat Gratia formas,*
> *Hoc in te totum contulit illa ſimul.*
> *Non aliud corpus hac dignum mente, nec iſta*
> *Mens alio fuerat corpore digna regi.*

Idem, Carmine XVI.

> *Quicquid diſpenſat & compartitur in omnes,*
> *Gratia contulerat præſtiteratq; viro.*

Diodorus Siculus, lib. XV. De Epaminonda.

παρὰ μὲν γὰρ ἑκάστῳ τῶν ἄλλων ἕν ἂν εὕροι προτέρημα τῆς δόξης, παρὰ δὲ τούτῳ πάσας τὰς ἀρετὰς ἠθροισμένας. καὶ γὰρ ῥώμῃ σώματος, καὶ λόγου δεινότητι, πρὸς δὲ τούτοις ψυχῆς λαμπρότητι, καὶ μισαργυρίᾳ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ τὸ μέγιστον, ἀνδρείᾳ, καὶ στρατηγικῇ συνέσει πολὺ διήνεγκε πάντων. Pariter de Probo Imp. Manlius Statianus apud Vopiſcum, pag. CCCL. Edit. Caſaub.

34. ET QRÆ COLLECTA.] Probo Codicis noſtri ſcripturam, qui unus omnium Veritatem conſervavit.

> *In te mixta fluunt: Tu quæ diviſa beatis*
> *Efficiunt, collecta tenes.*

36. PRO-

36. PROTENDERE FAMAM.] Sic optimè libri Cujaciani, Bentiniani, Camertis, Aldi. Cæteri optimum verbum ſordidè viliterque mutant. Maro.

—famam extendere factis, Hoc virtutis opus.—

Horatius :

Vivet extento, Proculeius ævo
Notus in fratres animi paterni.

Plinius : *memoriam ſui operibus extendunt.* Symmachus lib. X. Epiſt XXXII. *Vt æternitatem ſinu gerat hac vox. Porrigere vitam*, idem ſonat Auſonio, Parentalium II.

38. RVTILANTES CRINIBVS.] Barbarorum turmas dicit à Patre Stilieonis ductas. Hujus Herois nomen poteſt ut legatur alibi nobis ideo ignotum quod non ſit addita filij mentio. Barbarorum ultra Rhenum nota iſta non ignobilis. Seneca, lib. III. de Ira, cap. XXVI. *Non eſt Æthiopis inter ſuos inſignitus color, nec rufus crinis & coactus in nodum apud Germanos.* Calpurnius Flaccus Declamat. II. *Sua cuiq; genti etiam facies manet, rutili ſunt Germanorum vultus, & flava proceritas.* Alij multi.

39. SVFFICERET NATVS STILICO.] Patris felicitatem ponit in virtute Filij, ut alibi non ſemel in rebus Theodoſij & Filiorum. Contra infelicitas parentum, degenerans ſoboles. Auſonius, de Marco Antonino:

Hoc ſolum Patria, quod genuit, nocuit.

Vide Promtuarium Humanæ Sapientiæ, Stobæum dicto, Sermonibus. LXXIV. LXXV.

39. MENS ARDVA SEMPER A PVERO.] Altam indolem, & Spiritum excelſum agnoſcit in primæva etiam ætate Heroum ſuorum. Feſcenninis.

Quæ digna menti laus erit ardua?
Quæ digna forma laus erit ignea?

Vopiſcus: *Diocletianum, Auguſtum appellaverunt, amantem Reipublicæ; amantem ſuorum, ad omnia, quæ tempus quæſierat, paratum; conſilij* SEMPER ALTI Vide Panegyriſtas, & noſtra hic Commentaria.

40. FORTUNÆ MAJORIS HONOS.] Utinillo *NEC TE TROIA CAPIT.* Quomodo de Alexandro Philippus. Exempla in omni cenſu laudantium. Eodem ſpectat quod infra ait.

Faſtiſq; loqui jam digna futuris.

41. ERECTUS ET ACER.] Tacitus, de Agricola adhuc Puero : *ſcilicet ſublime ac erectum ingenium pulcritudinem ac ſpeciem excelſæ magnæq; gloriæ vehementius, quam cautè appetebat.* ACER, Conſtantem in urgendo propoſito deſignat. Appulejus, Lib. IX. *Nec quicquam moratus ac ſuſpicatus acer & egregius ille maritus, accenſa lucerna, deſcende, ait.* Εἰρωνικῶς quidem. Erectus, magnanimum omni ævo valet. Auctor vitæ Henrici Quarti, Libri cordati & eloquentis pro eo ævo: *Exercitum contra gentem illam duxit, conſiſxit, vicit : vicit, inquam, aciem contra ſe inſtructam, non obſtinationem erectam.* Viro autem Heroicæ gravitatis etiam corpus erectum non adſpernabile allaudari. Quia congruum. Adamantius Sophiſta:

Τὸν δὲ εὐφυῆ, ποιόν δὲ εἶναι χρὴ, μεγέθους εὖ ἥκοντα, λευκόν, ὑπέρυθρον, ξανθὸν, οὐ πάνυ οὖλον, οὐδὲ εὐθύτριχα. Τὸ πᾶν σῶμα ὄρθιον ὄντα, μέλη, μεγάλα, τὰ ἄρθρα ἀπολελυμένα ἀλλήλων. &c.

42. NIL BREVE MOLIRI.] Animum excelſum non applicare rebus frivolis, aut minoris momenti, nec talia aggredi quadam contentione, debita magnis negotijs. Demoſthenes Orat.

περὶ συντάξεως : ἔστι δὲ οὐδὲ ποτ' οἶμαι, δυνατὸν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν.

Sic de Jove, Regum Rege, adoleſcente, Callimachus.

Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια.

Et de Rege ſuo, Ptolemæo, amovet molimen grande rerum minutarum, Eodem Jovis Hymno.

ἔοικε

ἔοικε δὲ τεκμαίρεσθαι

Ἡμετέρῳ μεδίοντι, περὶ γὰρ ἐνζὺ βέβηκεν.

Ἐσπέριος κοῖτος γε τελεῖ τὰ κεν ἠοῖ νοήσῃ.

Ἐσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' ὅττε νοήσῃ.

Æſchines Epiſt. V. Τὸ μὲν γὰρ τὰ μικρὰ πάνυ ὑπερεξετάζεσθαι. μικρολογίας φημὶ εἶναι καὶ ἀπειροκαλίας.

De Davide non imparia Beatus Ambroſius lib I. Officior. cap XXIV. Vt de Ingenioſis pueris Quintilianus lib.I.Inſtit.Orat.cap.III. Diotogenes Pythagoricus, de Regno & Rege: δεῖ δὲ τὰ σεμνότατα καθεστάσθαι περὶ αὐτὸν μηδὲν ταπεινὸν ἐπιτηδεύοντα, μηδὲ τῶν πολλῶν ἀντάξιον, ἀλλὰ τῶν θαυμαζομένων, καὶ τὸν ἁρμονίαν, καὶ σκαπτουχίαν πεφυκώς, ἁμιλλώμενον ἀεὶ μὴ τοῖς μείονεσι, μηδὲ τοῖς ἴσοις, ἀλλὰ τοῖς μείζοσι. Et Principi non inhærendum minutis. Leo Tacticon. II. κελεύομεν τοῖον εἶναι τὸν στρατηγὸν σώφρονα, μηδὲ μικρόψυχον, ὡς καὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων ἐπιθυμεῖν, καὶ ἁπλῶς εὐγενῆ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα. De Ageſilao Diodorus Siculus, lib. XV. *Si ob urgentem domi neceſſitatem Spartani Ageſilaum non revocaſſent, credibile erat toti Perſarum Regno periculum fuiſſe allaturum. Erat quippe vir ad res gerendas acer, & cum prudentia audax, nec niſi rebus arduis & magnificis occupabatur.* Vitium huic magnanimitati contrarium, minutiis occupari, μικρολογία appellant Sapientes, quod contrarium omninò eſſe animo rerum momenta intellecturo, ajunt. Alcinous Platonicorum Dogmatum cap.I. δεῖ δὲ καὶ ἐλευθέριον εἶναι τῇ γνώμῃ τὸν μέλλοντα φιλοσοφεῖν. ἐναντιώτατον γὰρ μικρολογία ψυχῇ μελλούσῃ θεωρεῖν τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα.

Latini *acinari* Tricari, dicebant. Iſidorus Gloſſis: *Acinari, Tricari, in parvo morari.* Adde quæ notamus ad Marci Antonini de Vita ſua librum. I. cap.I.

42. NIL BREVE.] Minutum, exiguum. Perſius.

> *Hæreat in ſtultis brevis ut ſemuncia recti.*

Cui contrarium MOLIRI, quod conatu ingenti aliquid aggredi deſignat. Horatius.

> *Quanto rectius hic, qui nil molitur ineptè.*

Avianus, Fab.XII.

> *Ruſticus impreſſo molitur vomere terram.*

Alcuinus, ejus in membranis Scholiaſtes: *ſemper aliquid cum moliendi verbo capiendum, quod laborem deſignet.* Curtius lib.VI. Uno verbo id tricare. Gloſſæ Iſidori Tricari, *in parve morari.* Ita Terentius de Choragio Mulierum:

> *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.*

Hoc eſt enim vera lectio loci illius: idem enim dixit quod urbanè Juvenalis, caſtra movere mulieres, dum aliquò progreſſum parant, Sat.VI.

> *gravis occurſu, teterrima vultu,*
> *Balnea nocte ſubit: conchas & caſtra moveri*
> *Nocte jubet.*

Ineptè qui *poliuntur* contra verſum in Variis Lectionibus legit.

42. HÆRERE POTENTUM LIMINIBUS.] Uti emendicabundus fortunam proſperiorem. Humilia omnia & Servilia Heroe ſuo amovet.

43. FASTISQVE LOQVI.] Indole Conſulari, quæ proxima Imperatoriæ. Formam, inceſſum, habitum, geſtusque Stiliconis etiam alibi commendat.

45. SPONDEBATQVE DUCEM CELSI NITOR IGNEUS ORIS.] Ignea Forma commendatur in Feſcenninis Hono-

rij

rij Ubi pluribus. Formæ ineſt Regia dignitas, & hæc illa exornatur. Euripides.

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Quo reſpectu Deorum formam maximè fingebant pulclam. Longus, Poemen. II. καὶ αὐτῷ ἐφίστανται αἱ τρεῖς Νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαί. Contra Cacodæmonas maximè atroci diroque conſpectu: Achilles Tatius, lib. I. ἐφίστατα δή μοι γυνὴ φοβερὰ, καὶ μεγάλη, τὸ πρόσωπον ἀγρία, ὀφθαλμοὶ ἐν αἵματι, βλοσυραὶ παρειαὶ, ὄφεις αἱ κόμαι.

Vide Plutarchum Bruto & Dione, Lucianum plurimis locis. Forma autem Regia aliquando Regni cauſſa, ut Bryennio apud Nicetam Choniatem, lib. I. Ad quem ut talem ſpecie, defeciſſe ait omnes Joannis Comneni cognatos. Vide Baſilium Imp. cap LIII. ad Filium. Ratio non inepta apud Pacatum Panegyrico Theodoſij: *Velut*, inquit, *hæc tua forma venerabilis, quam fortunæ ſuæ par eſt! Quam longè lateq; conſpicua, commendat imperium! Ut planè in ambiguo ſit, utrum te mentibus noſtris magis virtus, an obtutibus vultus inſinuet. Non fruſtra planè opinione Sapientium, qui naturalium momenta cauſſarum ſubtilius ſciſcitati, arcanis cœleſtibus nobiles curas intulerunt, Auguſtiſſima quæq; ſpecies plurimum trahere creditur de cœlo. Sive enim divinus ille animus, venturus in corpus, dignum prius metatur hoſpitium; ſive, cum venerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo, ſive alterum ex altero creſcit, & cum ſe paria junxerunt utraque majora ſunt, parcam arcanum cœleſte rimari.* Vide Leonem Philoſophum quali corpore debeat eſſe Imperator cap. XXXVIII. Epilogi Tacticorum. *Igneum os, igneam mentem portendit. Mens enim ſemen cœleſtis ignis.* Ennius Epicharmo: *Iſthic eſt de ſole ſumtus ignis.* Zeno Cittiæus: *Animalium ſemen ignis, qui anima, & Mens, qui calor è cœlo, quod heic innumerabiles & immortales ignes.* Utrumque citat Varro lib. IV. Noſter IV Conſ.

46. NEC CARMINA FINGUNT.] Etiam Poetarum fictionibus præſtantiorem temperiem membrorum dicit. Hanc enim *Modus* hoc loco indicat. In noſtro Exemplari eſt.

Nec carmina fingent Semideis.

46. ALTE GRADERERIS.] Inceſſum Heroicum celſæ ſtaturæ, & ſpecioſiſſimo vultui jungit. Nota Poetarum figmenta & Laudatorum Encomia. Pulcrè Leo, quo, ut Imperatore, libenter teſte utimur, cap. XLIII. Epilogi:

Μὴ δύστερις ὑπάρχῃς, μὴ πολυπράγμων, μήδε πολύλογος. τῇ δὲ ἐσθῆτι μέτριος, καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῷ βαδίσματι. καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸ ἀνεπίφθονον περιφύλαττε.

Nam & noſter affectatum inceſſum in Rufino vituperat, cædi jam propinquo.

Ipſe ſalutatum reduces poſt prælia turmas
Iam Regale tumens, & principe celſior, ibat.

Ad iſta de Stilicone pulcrè Noſter de Nuptijs Honorij. V. CCCXX. de Eodem:

quis Conſilio, quis Iure & æqui
Noſſe modum melior? Quod ſemper diſſidet, in te
Convenit; ingenio robur, ſollertia forti,
Fronte quis æquali? Quem ſic Romana decerent
Culmina? Sufficerent tantis quæ pectora curis?
Stes licet in populo, clamat quicunq; videbit,
Hic ille eſt Stilico: ſic te teſtatur & offert
Celſa Poteſtatis ſpecies, non voce feroci,
Non alto ſimulata gradu, non improba geſtu.
Affectant alij quicquid, fingique laborant,

Hoc donat fortuna tibi; Pudor emicat unì
Formoſuſq́; rigor.

46. ALTE.]Cum majeſtate & decore. Sic Papinius, Eq. Max.

exhauſtis Martem non altius armis
Biſtonius portat ſonipes.

Vide Lib. CLXXI. Adverſ. cap. VI.

48. ASSUR GENTESQVE.] Honos habitus dignioribus penes Romanos. Isque à Poetis adſcribitur etiam primis hominibus. Juvenalis de his. Sat. XIII.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret
Plura domi farra, & majoris glandis acervos.

Notavit in elegantiſſimis Electorum Libris Juſtus Lipſius.

48. CEDENTES SPACIIS.] Hoc quoque cum aſſurrectione honoris delati indicium. Auſonius, Claris Urbibus:

Conſtantinopoli aſſurgit Carthago priori,
Non toto CESSURA gradu

De aſſurrectione Romanorum exempla alia apud Suetonium, Cæſaris cap. LXVIII. Dionem, lib. XLVII. Appianum, Civil. I. Papinium, IV. Silv. &c.

49. TACITI SUFFRAGIA VULGI.] Jam oculis omnium notabaris futurus Imperator, Principis Affinis &c. Nec ullus erat qui tibi non faveret.

50. REDDIDIT AULA.] Velut debitum. Alibi paria de Honorio.

51. PRIMÆVUS.] Ephebos egreſſus. Hos enim Primævos videntur Latini perhibere, uſu vocis parum cognito. Legationem ait ad Parthos obijſſe inſtar maximæ rei, adhuc primævum, quod in Anthemium ſuum tranſegit Sidonius:

Huic quondam juveni reparatio credita, pacis
Aſſyriæ: ſtupuit primis ſe Parthus in annis
Conſilium non ferre ſenis: conterritus haſit
Quiſq; ſedens ſub Rege, Satraps: ita vinxerat omnes
Legati genius.

Vide lib. CXLVIII. Adv. cap. XVI.

Male legitur ibi vulgo *Ita junxerat omnes* Vinctum animum timore dixit, ut Amore Cupidine, alij; Malitia Accius apud Nonium in Componere. *Sic vinctus animus quorum atroce malitia eſt.* Qui & ipſe locus inquinatus eſt vulgo. Cætera Sidonij omnia ſunt ex noſtro. Primævus ita ſonat in plurimis ſcriptorum locis. Virgilius, lib. X.

Curibus, fidens primævo corpore, Lauſus
Advenit.

Claudianus, Quarto Conſulatu Honorij.

ab Idæis primævum Iuppiter antris.

Nemeſianus, Cynegetico.

læto flore juventus,
Corporis, & venis primævi ſanguis abundat.

Pedo Albinovanus, ſive quis alius, de Mæcenatis Obitu.

Mene, inquit, juvenis primævi Iuppiter antè
Auguſtam Bruti non cecidiſſe fidem!

Valerius Flaccus, lib. II. Argonautic.

——centum primæva miniſtri Corpora——

Venantius Fortunatus.

Aſt ubi primæva cœpit florere juventa.

Primum ævum, ſic juventa, eidem Valerio, lib. VII. Aliter primævus, æternus, ab initio natus. Onomaſticon Vetus. *Primævus* ἀρχεγόνος. Quæ hæc pax fuerit notat ad iſtum Sidonij locum vir doctiſſimus, Jacobus Sirmondus. Eſt autem Perſica eadem, nam Parthi Perſarum nomen ingreſſi ſunt ex quo ſub Alexandro Mammææ, ut ſcribit Lampridius, Artabanus Perſa Parthos devicit. Quota di-

ta diſcrimina Romanis paullo antè inde docuerit vel unus Ammianus.

53. BABYLONA PETIS.] Regiam Perſarum, ut olim Parthorum Lucanus.

> *Cumque ſuperba foret Babylon ſpolianda tropæis*
> *Auſoniis, umbraque erraret Craſſus inulta.*

55. SEVERI PARTHORUM PROCERES.] Diſciplinam Parthorum innuit legum patriarum cuſtodem talem, ut præ ea Romana fuerit ferè ridicula. Ammianus, fine lib. XXIII. *Leges apud eos impendio formidatæ, ex qua diritate exſuperant latè contrà ingratos & deſertores, & abominanda alia, per quas ob noxam unius omnis propinquitas perit. Ad judicandum autem rerum uſu ſpectati deſtinantur & integri, parum alienis conſiliis indigentes, unde noſtram conſuetudinem rident, quæ interdum facundos juriſque publici peritiſſimos poſt indoctorum collocat Terga.*

56. PLEBS PHARETRATA.] Semper cum pharetris Perſæ iſti, quippe ſagittandi exercitio à pueris deſtinati. Herodianus l. VI. Τόξοις δὲ καὶ ἵπποις οὐκ εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον χρῶνται, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, ἀλλ᾽ ἐκ παίδων σὺν αὐτοῖς ἀνατρέφονται, καὶ θηρῶντες διαιτῶνται, οὔτε τὰς φαρέτρας ποτὲ ἀποτιθέμενοι, οὔτε τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες, ἀεὶ δὲ αὐτοῖς χρώμενοι, ἢ κατὰ πολεμίων, ἢ κατὰ θηρίων. Vide Ammianum, lib. XXV.

57. DEFIXÆ HOSPITE PULCRO.] Oculis cum intentis, velutque attonitis. Hoſpitem vocat ex ipſarum admiratione, quibus omnia ipſius peregrina erant, nomen ignotum. Itaque appellabantur jam olim quorum ignorabantur vocabula, cæteri ipſis ſuis appellationibus. Hippocrates Epiſt. de Se & Democrito:

Ὁ δὲ μετὰ μικρὸν τῆς φορῆς λήξας τοῦ γράφειν, προσέβλεψέ τε εἰς ἐμὲ προσιόντα, καί φησι· χαῖρε ξεῖνε. κἀγὼ, πολλὰ δὲ καὶ σὺ, Δημόκριτε, ἀνδρῶν σοφώτατε. ὁ δὲ αἰδεσθεὶς, οἶμαι, ὅτι ὀνόματι οὐ προσεῖπέ με, σὲ δὲ, ἔφη, τίνα καλέομεν, ἀγνοίη γὰρ τοῦ σοῦ ὀνόματος πρόφασις τῆς τοῦ ξείνου προσηγορίας, &c.

Paria his noſter alibi, ubi ex Panegyrico Plinij; & Paulinus Benedictus, lib. I. de Vita Martini.

57. ARCANUM SUSPIRAVERE CALOREM.] Non auſæ fateri Amorem, tanti Herois. Similiter de Amore Sidonius Epithalam. Ruritij.

> *Ruritius noſtris facibus, dulcique veneno*
> *Tactus, votivum ſuſpirat corde dolorem.*

Quod vero Theſeo in Cretam, Jaſoni Colchos, venientibus, adſcribunt Poetæ veteres, Regiarum puellarum ſuper amoribus, in Stiliconem ſuum transfert Claudianus.

58. THURIS ODORATI.] Pacem juratam dicit, adhibitis ſacrificijs. Hanc autem veram ſcripturam aſſerimus cum noſtro libro, diſſentientibus pleriſque cæteris.

59. IGNEM SACRATUM.] Quem pro Numine habent hoc genus Orientalium gentium. Sidonius, ex noſtro, de hiſdem.

> ——— *Magi juratur ab illis*
> *Ignis & Vnda Deus.* ———

Georgius Cedrenus: ἰστέον ὅτι Χαλδαῖοι τὸ πῦρ πάντων ἀναιρετικὸν σέβονται, καὶ πάντας τοὺς Ἑλλήνων θεοὺς κατέδεσμεν. De Ægyptijs idem memorat Diodorus Siculus, Athenienſibus Pauſanias, Perſis Strabo, Lacedæmonijs Nicolaus Damaſcenus: *Turcis*, Theophylactus Simocatta lib. VII. cap. VIII. *Vnde apparet tum temporis* eam gentem proluvie Mahometanæ ſpurcitiæ nondum fuiſſe obrutam. Ægyptij vero ignem ita honorabant, ut ejus cultui fuerint dedicatæ celeberrimæ illæ Pyramides, auctore Niceta fragmento de Septem miraculis. Id quidem elementum ſacris etiam Veritatis litteris hono-

noratius obſervat Joannes Cypariſſiotus Decad. VI. cap. II. *Adyta ſacrata locum vocat Claudianus* ubi à Magis Ignis cuſtodiebatur, quem Magnum Pyreum nuncupatum ſcribit Procopius. Ignem Mithræ, de quo ſermo hic, in ſpelunca ſervatum memorat. Julius Firmicus, libello multa non vulgaria docente, de Errore Profan. Religion.

61. REX IPSE MICANTEM.] Adfirmationem fœderis Regem ipſum ait ſacrificio vinum adlibaſſe. Sidonius.

> *Hic Divos teſtatur aves: Chaldæus in exſtu*
> *Pontificum de More, Senex arcana peregit*
> *Murmura: gemmantem pateram Rex ipſe retentans*
> *Fundit thuricremis carcheſia cernuus aris.*

Uterque ſequitur hæc Maroniana. lib. IV.

> *Ipſa tenens dextra pateram, pulcerrima Dido,*
> *Candentis vaccæ media inter cornua fudit.*

Facit eodem quod de Xerxe vinum ponto fundente ſcribit Herodotus. Vide & Eccleſiaſticum Hiſtoricum apud Epiphanium, Tripartitæ lib. XI. cap. VIII.

61. RITU CHALDÆO.] Adhibitis Chaldæorum eeremonijs. Magos Perſarum dicit, quorum crebra mentio apud Xenophontem. Ritui Chaldæo Magos jungit, quoniam illis adſcribebatur cura rerum cœleſtium, his ſacrificiorum quæ duo jungi conveniebat. Porphyrius. Vita Pythagoræ: γεωμετρίας μὲν γὰρ ἐκ παλαιῶν χρόνων ἐπιμεληθῆναι Αἰγυπτίους, τὰ δὲ περὶ ἀριθμοὺς καὶ λογισμοὺς, Φοίνικας, χαλδαίους δὲ τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν θεωρήματα, περὶ δὲ τὰς τῶν θεῶν ἁγιστείας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν περὶ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων παρὰ τῶν Μάγων φησὶ διακηκοέναι, καὶ λαβεῖν.

62. SECRETAQVE BELLI] Veriſſima Emendatio Joſephi Scaligeri, doctorum Principis BELI. Belum Chaldæis Jovem eſſe, notat Diodorus Siculus lib. II. quem præſidem auctoremque fœderum, neſcit nemo. Bel Danielis, idem Numen Vetuſtiſſimi Regis cultu. Sulpitius Severus lib. II. *Erat apud Babylonios ea tempeſtate Beli, antiquiſſimi Regis, cujus etiam Virgilius meminit, ex ære ſimulacrum, quod ſuperſtitione hominum conſecratum, Cyrus quoque adorare erat ſolitus, antiſtitum ejus dolo illuſus, qui veſci illam effigiem, atque potare affirmabant.* Hujus templum ſua ætate Babylone ſuperaſſe notat Plinius, lib. VI. cap. XXVI. Primum hunc ex omnibus mortalibus divino cultu conſecratum Cyrillus, lib. IV. Contra Julianum. Meminit Sedulius hiſtoriæ ejusdem Commentario ex Vetuſtioribus in eam ad Romanos, cap. I. *Primi Babylonij Deum vocaverunt figmentum Beli, hominis mortui, qui principatum dicitur in eis egiſſe. Id vero Numen Babylonij maximè ſemper celuerunt, à Nino conſecratum filio.* Hieronymus Commentatio in Hoſeam: *Ninus in tantam pervenit gloriam, ut patrem ſuum Belum referret in Deum, qui Hebraice dicitur Bel.* De ævo Alexandri Arrianus, lib. III.

Ἀλέξανδρος δὲ παρελθὼν εἰς τὴν Βαβυλῶνα, τὰ ἱερὰ, ἃ Ξέρξης καθεῖλεν, ἀνοικοδομεῖν προσέταξε Βαβυλωνίοις. τά τε ἄλλα καὶ τοῦ Βήλου τὸ ἱερὸν, ὃν μάλιστα θεῶν τιμῶσιν οἱ Βαβυλώνιοι.

Hoc tamen tam celebri in illis partibus antiquoque numine antiquiorem eſſe Moyſen auctor eſt Theophilus, libro Tertio ad Autolycum.

ὅτι μὲν οὖν ἀρχαιότερος ὁ Μωσῆς δείκνυται ἁπάντων συγγραφέων, οὐκ αὐτὸς δὲ μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ πλείους μετ' αὐτὸν προφῆται γενόμενοι, καὶ Κρόνου καὶ Βήλου, καὶ τοῦ Ιλιακοῦ πολέμου. κατὰ γὰρ τὴν Θάλλου ἱστορίαν ὁ Βῆλος προγενέστερος εὑρίσκεται τοῦ Ιλιακοῦ πολέμου ἔτεσι τρι-

in

ὅτι δὲ περὶ τοῦ ἔτεσι η. καὶ. λ. προάγει ὁ Μωσῆς τῆς τοῦ Ἰλιακοῦ ἁλώσεως ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν. Quæ verba citat alibi Lactantius.

63. MITRAM.] Solem Perſis & Chaldæis hoc nomine cultum. Martianus Capella. Hymno ad eum, lib. II.

Solem te Latium vocitat, quod ſolus honore
Poſt Patrem ſis Lucis apex ——
Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Oſirim,
Diſſona ſacra Mithram.

Notarunt ubertim Docti ad Paganiſmi Oppugnatores. Vaga ſidera volventem, ijs imperantem, Ducem eorum, quippe quem totus annus ſequatur, Principem Moderatoremque omnium aſtrorum cæterorum, qui ejus ductu abſolvunt orbes ſuos, & ad ejus ſpatia cenſentur ſuis curſibus. Sic initio in Probinum.

Sol qui flammiveris mundum complexus habenu,
Volvis inexhauſto redeuntia ſecula motu.

64. VENATIBVS.] Meditatio Bellorum in Pace. Multis nos in Commentario. Debitum enim hoc exercitium primæ ætati virorum Principum. Promtum ad id laudat Honorium adoleſcentem in ipſius Encomijs.

66. VIRGA TRANSFIGERE TIGRES.] Vtique vera Lectio. Contra veritatem alijs nobis virgatas de ſuo Tigrides obtrudentibus. Virga eſt jaculum gracilius, figendis feris, ut ῥάβδος Græcis. Georgius Cedrenus : καὶ κατὰ συστοιχίας λαγωοῦ τῇ ῥάβδῳ τοῦ ἵππου καθήλλατο πρὸς τὸ σφάξαι τὸν λαγωόν. Heſych. ῥαδ'βος. βέλος. Fefellit hic uſus doctiſſimum & elegantiſſimum Lipſium ut corrigere vellet Claudianum. At bene Scaliger, qui vulgatam ſcripturam retinet cum omnibus Libris Noſtris. *Longè figitur Tigris*, ob periculum Venatoris, & inſanam belluæ celeritatem. De Captura ejus ſcripſiſſe ſe cum alijs memorat Ammianus, lib. XXIII.

67. MEDVS TIBI CESSIT] Medi nobiles equitatu, Horatius, lib. I. Od. II.

Neu ſinas Medos equitare inultos
Te Duce, Cæſar.

Perſarum, qui eidem tunc, nobilitatem omnem Equitem iſſe ad bellum eni pro calonibus fuerint peditum copiæ, auctor Ammianus, libro XXIII. extremo : *Militari cultu ac diſciplina, præludijsq; continuu rei caſtrenſis, & armatura metuendi, vel exercitibus maximis, Equitatus virtuti confiſi, ubi deſudat nobilitas omnis & ſplendor Pedites enim in ſpeciem Mirmillonum contecti juſſa faciunt, ut calones: ſequiturque ſemper hac turba, tamquam addicta perenni ſervitio, nec ſtipendijs aliquando fulta nec donis.*

68. REFVGVM.] Quarto Conſulatu Honorij.

refugo quæ ſit fiducia Partho.

Parthi, lingua Scytharum, fugaces. Jornandes Getica. Parthorum pugnax fuga notiſſima. Sidonius, lib. IX. Epiſtolarum.

It equo, reditq; telo,
Reſupina flexus ora,
Fugiens fugansq; Parthus.

Boethius lib. IV. De Conſolatione.

ubi verſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula, pugna fugax.

70. PATRIAS SVSPENSO PRINCIPE.] Serena hæc erat filia Honorij, qui frater fuerat Theodoſij Principis. Claudianus ob curam, &, ut loquiamur, Pietatem, Principis, ipſi filiam adſcribit. Honorius ipſe Imperator in Nuptijs ſuis Patrui ſui germen vocat, v. XXXIX. Vide Zoſimum, libro V.

71. DVCIS.] Titulus aptiſſimus Stiliconi. Non enim Auguſtus, non Cæſar, non Imperator, non Rex, non Princeps Imperij Romani, ſed Dux fuit, Pater Tutorque Principum. Ambroſius Oratione funebri Theodoſij Prudent. l. II. in Symmach. Symmachus ipſe li. IV. Epiſt. XIV. Claudianus noſter locis infinitis.

72. TOTO QVÆREBAT AB AXE.] Summa Stiliconis gloria, prudentiſſimum principem toto Imperij Romani Orbe non inveniſſe quem Liberis Tutorem daret, Stilicone potiorem. Infrà.

tantosq; viros, quos obtulit Orbis,
Intrà Conſilium vincis ſenſumque legentis.

Et Mox.

Felix arbitrij Princeps, qui congrua mundo
Iudicat.

Quomodo laudatur Hiſtoria Auguſta Valerianus, à quo lecti, omnes ſummo fuere imperio digni.

74. JVDICIVM VIRTVTIS ERAT.] Omnis omnium Heroum virtus vocabatur in Judicium & examen, ut certò præſtantiſſimus caperetur. Non Opes, non genus, non aliud quidvis, Virtutem ſolam ait ponderatam.

75. ANIMI CUNCTANTIS LIBRA.] Eleganter animus librans momenta rerum, ut potiſſimam ſeligat, æquiparatur Libræ, ut & aliæ, quarum rerum incerta ſunt momenta, priuſquam certi quid concludatur. Sic Minutius Felix Octavio: *In præſentiarum ita tibi formandus eſt animus, ut libram teneas æquiſſimi Iudicis, nec in alteram partem propenſius incumbas. Petilianus Epiſcopus* In Geſtis Collationis Karthaginenſis. *Vir nobilis mediam ſemper Libram judicij tui ſuſpenſam tenes.* Gulielmus Tyrius, lib.IX cap.XV. *Demum poſt multa deliberationum libramenta, prædictum venerabilem virum, Daimbertum de communi omnium conſilio in ſedem collocant.* Philo Judæus lib. III. de Vita Moyſis, improborum hominum ſemper incertam ait eſſe ſententiam, & velut in lance pendentem, momento minimo in diverſa vergere. Philippus Galterus pro ævo non prorſus contemnendus verſificator, lib.I. Alexandr.

Si lis inciderit te judice, dirige libram
Iudicij, ne flectat Amor, ne munera palpent,

Quos verſus in ſententiam citat Sparanus in Roſarij, cap.XV. Claudianus alibi de Gildone, tali, de qualibus loquitur Philo.

Libravit geminas, eventu judice, vires.

Unde libra Judicij, ut hic.

Claudianus Mamertus, lib I de Statu Animæ, cap.XIII. *Eja nunc egredere, ſi audes, & elementorum molibus excuſſis, trutinæq; judicij corporum ponderibus impoſitus, appende mundum* Plinius, lib.VII.cap.VII. *Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* Papinius, lib.VIII.

incerta formidine gaudia librat,
An fidi Proceres; an pugnet vulgus habenis.

Claudianus, Bello Gildonico:

vitamq; famemq;
Librat Barbarico faſtu.

Idem III. Stilicon. v.X.

magnanimum pectus, quo frena teguntur
Imperij; cujus libratur viribus orbis.

Quarto Conſulatu Honorij.

nutu movere cohortes,
In quos jam dubius ſeſe libraverat orbis.

Metaphora elegans pluribus ſequiorum ætatum ſcriptoribus uſurpata: Aliquos jam poſuimus; ponemus & alios, ſi ore minus nitido, at ſenſibus eximios. Auctor incertus de Geſtis Ludovici, Philippi Filij, Francorum Regis, cap.XVI. *Provideat igitur imperialis Providentia, & ponat in ſtatera judicij, quæ mandamus, ne velit trahere locum à potentia vel voluntate.* Gunterus, lib.I Lig.

diverſo magna favore Pondera librantes

Salomon Epiſcopus, ad Dadonem Epiſcopum.

Qua ſpe ſuſpenſus ſemper cœleſtia ſperem,
Caſibus in mundi quæ me Patientia firmet,
Libra quæ pendam veniant ſi, proſpera, forſan,

Hen-

Hericus Altiſſiodorenſis, ad Librum ſuum.

Nec libras animo, quid ille; quid nos,
Quid potuit ſpes altera Romæ.

Jonas Scotus in Vita Attalæ Lerinenſis: Cum *cerneret Monachos nequaquam regularu diſciplinæ habenis colla ſubmittere, cæpit anxio animo trutinare, quà prioris conſilij aditus viam panderet.*

76. CONSILIVM.] Deliberationem, Judicium. Auſonius ad Gratianum: *Conſilium meum ad Deum retuli. Et quemadmodum ſolus, cui præſto eſt tam grande Conſilium? Conſilium* ſæpiſſimè Judicium Claudiano; *Adamannus*, vetus ſatis auctor, Vita Columbani: *Erat aſpectu Angelicus, ſermone nitidus, Opere ſanctus, Ingenio optimus, Conſilio Magnus.* Plura alio loco.

77. SENSUMQVE.] Animi acumen, Ingenium, Cæſar. lib IX. ad Atticum, Epiſt. XVI. *Dolabellæ tuo ſcito nihil mihi eſſe jocundius; hanc habeo gratiam illi. Neq; enim aliter facere poterit, tanta ejus humanitas, is ſenſus, ea eſt in me Benivolentia.* Tertullianus, in Hermogenem. cap. XLV. *Vides quemadmodum Operatione Deus cuncta conſtituit, valentia facientis terram, intelligentia parantis orbem, ſenſu e tendentis cœlum.* Claudian. III. Stilic.

cujus libratur ſenſibus orbis.

78. GENER AVGVSTIS.] Tamquam Honorius cum frater Theodoſio, principatum participaſſet, vel Serena filia hujus fuiſſet, non illius. Concordiam atque Unanimitatem ſummam fratrum hæc tacitè laudant, ut quibus Imperium vel ipſum, vel proles, pari fuerit in Poteſtate. Idem Commendat Victorinus Epitoma Cæſarum in Theodoſio: *Patruum Theodoſius colere tamquam genitorem, fratris mortui, ſororisque Liberos habere pro ſuis, agnatos affine que parentis animo complecti.* Verè ergo ex que mente Principis Claudianus.

79. ACCEDIS.] In familiam ſcilicet eorum. Sic Maro. Adjungi generum miro cupiebat Amore. Martianus Capella, lib. II.

Beata virgo tantis
Quæ ſiderum choreis
Thalamum cupis jugalem,
Ac ſic favente mundo
Nurus adderis Tonanti.

Noſter infrà hoc Libro

Talem quippe virum natis adjunxit & Aulæ.

89. TYRIAQVE SUPERABIT MAJESTATE THORUS.] Thoros Nuptiales purpura cultos dicit; Veſtem ſtragulam purpuream cape: Petronius de Nuptijs Virgunculæ: *Iam ebriæ mulieres longum agmen plaudentes fecerant, torumq; ingeſta exornaverant veſte.* Claudianus II. de Raptu. Nuptijs Plutonis:

alij prætexere ramis
Limina, & in thalamum cultas extollere veſtes.

Veſtes purpureæ erant, ut ſplendor incurreret oculos, Cortinæ ſericeæ, ut moverentur facile. Paullinus Benedictus lib. III. de Vita Martini.

Dives in exce'ſis ſplendeſcit purpura fulcris:
Mollia puniceo motantur ſerica fuco.

Sternebantur & humi veſtes hoc genus pompis Nuptialibus. Noſter Epithalamio Honorij.

Pars infecta croco velamina lutea Serum,
Pandite, Sidoniasque ſolo proſternite veſtes.

Lecti exſtruebantur veſtibus injectis, etiam Togis. Procopium vide lib. I. Gothicarum, de Obitu Regis Theoderici.

80. COMITATA PARENTIBUS.] Ab ijs ducta. III. Conſ. Hon. v. CLVI.

ſociaq; virum produxit ab aula.

81. PVRPVREIS.] Auguſtis. Dignitate Principali. Sidonius.

Purpureos Fortuna viros cum murice ſemper
Proſequitur.

Ovidius, Metamorph. VII.

medio

medio Rex ipſe reſedit
Agmine purpureus.

Purpureus hic ſimpliciter Regem notat, Πορφύρεος nulla adjectione mortem, apud Abbianum Poetam lib.I. Anthol.

83. MATRIS R. G. O. G. SUBNECTENS FLAMMEA GEMMIS.] Matris & pronubæ officium ſimul obiiſſe Auguſtum ait: Harum enim novam nuptam flammeo obducere, idque deinde demere. Claudianus II. de Raptu Proſ.

Reginam caſto cinxerunt agmine matres
Elyſiæ, teneroſque levant ſermone dolores.
Et ſparſos religant crines, & vultibus addunt
Flammea, ſollicitum prævelatura pudorem.

Martianus Capella, lib.IX.

Crinalem ſpicam pharetris deprome Cupido,
Libens capillum ſolvere.
Flammea virgineum quæ obnubere ſueta pudorem,
Regina deme pronuba.

84. SOLIS EQVOS EXSULTASSE.] Initio Panegyrici Probiniani.

85. CHOREIS ASTRA.] Tripudiaſſe choreis ſuis aſtra dicit. Sic Aſtricæ choreæ apud Varronem. Sic de læta nocte Tibullus, lib.II.

Ludite, jam nox jungit equos, currumq; ſequuntur
Matris laſcivo ſidera fulva choro.

Capella, lib.II.

Beata virgo tantis
Quæ ſiderum choreis
Thalamum capis jugalem.

Alibi noſter:

Nec minor in cœlo chorus eſt.

85. MELLISQVE LACUS.] Sidonius.

Te naſcente ferunt exorto flumina melle
Dulcatis cunctata vadis.

Ovidius de Aureo ævo.

Flumina tunc Lactis, tunc flumina Nectaris ibant
Flavaq; de viridi ſtillabant ilice mella.

Virgilius Pollione. Sactæ Litteræ de Palæſtina.

86. FLORIBUS ÆQVORA VERNIS.] Vide Feſcennina.

87. EVINCTA.] Male mutant Libri. Virgilius Ecl. VII.

Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno,

Idem lib.V.

Purpureis ibant evincti tempora tæniis

Eodem:

Conſequitur viridi Mneſtheus evinctus oliva.

Iterum:

Ipſe caput tonſæ ramis evinctus olivæ.

Ut fuerit ſollemne verbum. Papinius, Thebaide I.

Phœbum omnis ad aras
Laude ciet comitum, famulumq; evinctaque pudica
Fronde manus

Idem, Libro Quinto:

Helimum temeraria Gerge
Evinctum ramis, altaque in mole tapetum
Vulnere diſſecta rimatur veſte

88. ASIÆ EVROPA.] Utraque gaudens Conſilijs Stilieonis, utraque ab eo conſervata. Levare faces, Pronubarum. Alibi:

Per tædas quas ipſa tuo Regina levavit.
Connubio, ſociaque virum produxit ab Aula.

Idem dicit in Laude Serenæ:

alio tibi numine tædas.
Aſcendit Romana ſalus.

90. CONGRUA MUNDO JUDICAT.] Judicium Principis in Eligendo Genero laudat, dijs hominibusque conſentientibus, Lib.II.

Nec tamen humano cedit cœleſte favori
Judicium: cingunt ſuperi concordibus unum
Obſequiis.

90. CER-

90. CERNIMUS.] Decernimus, arbitramur, judicamus. Lucilius, lib. V.

Poſtquam præſidium caſtris educere crevit.

Pacuvius, Armorum Judicio.

& æquum eſt & rectum quod poſtulas.
Iurati cernant.

Intelligit quod dixit ſupra.

taciti ſuffragia vulgi
Iam tibi detulerant, quicquid mox reddidit Aula.

91. TALEM QVIPPE VIRUM.] Vis ſingularis in his verbis, commonſtrans Heroem omni velut Poſteritati. Initio Lib. III.

Quem populi plauſu, Procerum quem voce petebas,
Adſpice, Roma, virum!

92. BLANDA PERICLIS OTIA.] Catullus.

Otium & Reges prius & beatas
Perdidit urbes.

Perit natura, ubi quis Otij Voluptatibus vincitur, ait Euripides. Idem in Hecuba mortuum hominem otioſo feliciorem dicit. Eidem pariter Deos homineſque male velle Heſiodus ſciſcit; Deos eum omnes aſpernari & deſerere Sophocles. Febricitante pejorem eſſe Menander; hoſtem capitalem communis Vitæ Alexis. Otio contabeſieri corpus, labefactarique animum, Euſebius affirmat apud Stobæum, Sermone XXVIII. Multa præclara in hunc ſenſum Seneca.

93. LUCIS FRUCTUS.] Vita ipſa, jucundiſſimus ille *fructus* Lucis vitalis. Alibi

quo jucundior eſſet Lucis honoratæ fructus

Sic FRUI ſonat VIVERE in Inſcriptionibus priſcis. Una vetus.

C. NÆVIVS. Ɔ L. DROMO. ET NÆVIA.
PHILVMENA. DVM LICVIT. SVAVITER.
FRVCTI. SVNT. ANNOS. LV.

94. LAUDE.] Virtute, parente Laudum.

94. MYSOS.] Thraciæ gentem, Zoſimus, Libro III. Thracum Stiliconi cum Theodoſio domitorum multoties meminit Claudianus.

95. PROMOTI CÆDE TUMENTES.] Ita reduxerunt viri docti ex libris Cujacianis & alijs, probante Scaligero. In omnibus cæteris, Belgis, Noſtro, Bentinianis, Camertis, Aldi *Proponti* legitur. Inepte. Ducem fortiſſimum Promotum dolo ab Rufino, Barbaris immiſſis, trucidatum, memorat Zoſimus, lib. IV. Quæ hiſtoria hic tangitur. Uſum Baſternis ad hoc facinus Rufinum tradit noſter, Barbaros pro Barbaris ponens, nam Geticas turmas eadem in re memorat priore in Rufinum. De Baſtarnis, Plutarchus in Paullo, Appianus, alij.

96. UNA RUINA.] Pugna capitali. Sic mox.

Hoſtileſque globos tumulo proſternis amici.

Vide Præfationem Belli Getici.

98. TRACTUSQVE ROTIS ULTRICIBUS HECTOR.] Vel vindictam vel quæſtum cauſſam fuiſſe Hectoris tracti autumat: cavens velut judicium interponere liti tam duræ. Accuſatur enim hujus nundinationis gratia Achilleus, à nobiliſſimis ſcriptoribus, vel Homerus potius, tantus viri præco. Vide virum doctum, qui doctrinæ ferè eloquentiam intercipit, Albericum Gentilem, lib. II. de Jure Belli, cap. XXIV. Amorem in Patroclum Achillis, quo incitatus interemit Hectorem, multis exſequitur Æſchines contrà Timarchum. Cadaver Hectoris venditum negant nonnulli ſcriptores, ſed Priamo aurum ſuum reddidiſſe Achillem aſſerunt, inter quos eſt Latinus auctor Parvæ Iliados, ævi non quidem antiqui, medij tamen vel princeps. Verba ejus, verbis primum Trojani Regis:

Et pater eſſe meo mitis de funere diſce,
Hectoris interitu viciſti Dardana regna,
Viciſti Priamum: Sortis reminiſcere Victor
Humanæ; Varioſque ducum tu reſpice caſus.

His tandem precibus grandævi motus Achilles
Allevat à terra, corpusque exſangue parenti
Reddidit Hectoreum. Poſthac ſua dona reportat
In Patriam Priamus, triſteſque ex more ſuorum
Comparat exſequias, ſupremaque funera ducit.

Deformi vitio emaculavimus inter deſcribendum hos verſus, quod ineptè vulgo grandævum facit Achillem, Priamo circumſcripto. Eadem tamen ætas, certè non multum diverſa, alibi venditum Corpus Hectoreum tradit. Notkerus, Sangallenſis, generoſus ſanctique voti monachus:

Non Iovis aurum
Fluxit in Imbre.
Sed quod adulter
Obtulit aurum
Aureus ille
Fingitur Imber.
Amphiaraum,
Prodidit auro
Perfida conjux.
Hectoris Heros
Vendidit auro
Corpus Achilles.

100. VESANO.] Ob indecorem iracundiam, cujus notatur Achilles. Horatius:

Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.

101. FUNERA.] Cadavera. Manilius, Lib. IV.

Sed rapit ex ſceptro funus Fortuna ſuperbo.

Sæpiſſimè Papinius. Lib. VIII. *armato turbavit funere manes.* Optatus Afer, lib. II. *Vnicuique ſepulcro ſufficit unum funus, & clauditur.* Ruſticus Elpidius, de Paralytico, cadaveri quam homini ſimiliore:

vulſis compagibus æger
Vix anima reſidente, redit; quin mortua funus
Ora trahit.

101. VANAM] Ubi ſpacium non eſt. Sic de iracundo, inſaniæ proximo, in Epigrammatis. Et alibi *Spatium non invenit Ira.* In noſtro Codice perperam ſcriptum eſt *variam.*

102. TURMAS EQVITUM.] Hoc eſt τρεχόσειν ὅλας φά αγίας, Ut loquitur Anna Comnena lib. VII. Quod virtutem & Iram Heroicam fortaſſe melius capit. Sic in tumulos mactare, eſt parentare Papinio, Lib. V. v. 675. Tali modo fratri ſuo parentaſſe. M. Antonium legimus in Seneca, cap. XXXV. Conſol. ad Polybium: *Tulit hoc tam triſte vulnus animi eadem magnitudine, qua omnia alia adverſa toleraverat. Et hoc fuit eligere, viginti legionum ſanguine fratri parentare.* Emacula *hoc fuit elugere.* Turmæ, Equitum agmina, peculiari ſignificatu. Vide ad Papinium.

103. SOCII.] Socij enim Duces, Promotus & Stilico. Priore in Rufinum.

Nam tua cum Geticas ſtraviſſet dextera turmas,
Vlta Ducis ſocij lethum.

Fuerat enim vir fortiſſimus Promotus. Adeo ut Theodoſio ipſo quandoque fugæ dato, reſtituerit rem Romanam. Zoſimus.

105. FABRICATAQVE VATIBUS ARMA.] Elegantiſſimè. Non enim fuerunt umquam talia: Dicendum fuerat *fabricata Dijs aut Cyclopibus.* Talibus ſcatet doctiſſimus & urbaniſſimus liber Senecæ in Obitum Claudij. Cujus titulus in caſſum negotium facit doctis hominibus; cum enim Boletum dicere deberet, Colocyntham maluit, ridiculi gratia. Sic apud Juvenalem perperam illud vel capitur vel mutatur de eodem Claudij interitu.

minus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus: ſiquidem unius præcordia preſſit
Ille ſenis, tremulumque caput deſcendere juſſit
In cœlum.

Adſcendere dicendum fuerat, vel *ad manes* non in cœlum. Recte enim locum ſic capiendum docuimus alibi, conſentiente Scholiaſte Priſco.

107. JAMPRIDEM.] Longe etiam ante Valentis tempora. Adi Hiſtorias.

108. CONCLUSA.] Et dimiſſa, adjicit Oroſius. Eum cum Zoſimo lege.

109. VENIENTIS ALANI.] Repræſentat ſtridorem cum metu ipſo procul ingruentis atrociſſimi hoſtis. Emphaſis ingens in voce VENIENTIS. Sic de famigeratiſſimo Bellatore, Pyrrho, Florus lib. I. cap, XVIII. *Pyrrhus cum totius viribus Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ, incognitisq; in id tempus elefantis, mari, terra, equis, viris, armis, addito inſuper ferarum terrore, VENIEBAT.* De Alanis vide Joſephum lib. VII. Excidij. *Qui mirificam eorum pugnandi rationem tradit,* procul miſſis in acie laqueis trahere hoſtes; uti penè ceperant Tiridaten Regem, ægrè fuga elapſum, fune inciſo.

110. CHUNORUM.] Sic rectè ex libris doctiſſimi viri. Jungit eoſdem Alanis & Marcellinus libro XXXI. Vide Diatriba in Auſonium ſagacis ingenij, doctrinæ, judicij, non contemnendum, Mariangelum Accurſium. Qui ſeptingentis mendis Claudianum exoneraſſe jactat. Id quod eo ævo tanta librorum optimorum copia inſtructo amico avito noſtro facilè accredimus.

10. FALCE GELONUS.] Falcato gladio, ei genti uſitato. Papinius, Achilleide Secunda.

> *Quo Maceta ſua geſa citent, quo turbine ceſtum*
> *Sauromates, arcumque Getes, falcemque Gelonus,*
> *Tenderet.*

Ita legendum in Papinio ex hoc Claudiani loco, cum falx vulgò Getæ, arcus Gelono adſcribatur.

111. SARMATA CONTO.] In Papinij modo adſcriptis pariter legimus *quo turbine contum Sauromates,* Dé ceſtu enim ineptum. Val. Flaccus lib. VII.

> *comitumq; celer mutator equorum*
> *Maſus, & ingentis frænator Sarmata conti.*

113. OCCULTUS PRODITOR] Rufinum dicit. Poteſt tamen ut intelligatur etiam occultior alius: Ut miræ tenebræ ſunt in perſonis hujus ævi. Vel tacentibus vel diſſidentibus ſcriptoribus.

114. STRICTUMQVE RECONDERET ENSEM.] Altero in Rufinum CCXXVII.

116. URBI.] Conſtantinopolim dicit, quo ſecedebat Theodoſius, non præſentibus periculis, ſi fides Zoſimo. lib, IV.

Εἰς δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν ὁ Θεοδόσιος, ἐπιτρέψας τὰ περὶ τὰ πολεμικὰ Προμώτῳ, αὐτὸς τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν ἐν ταῖς ἡδοναῖς, καὶ θεάτροις, καὶ ἱπποδρομίαις ἐναβρυνόμενος. ὥστε ἔπεισί μοι θαυμάζειν τοῦτο τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ βίου ῥοπήν. φύσει γὰρ ὢν ἐκμελὴς, ῥαθυμίᾳ τε πάσῃ, καὶ οἷς προεῖπον, ἐκκείμενος, λυπηροῦ μὲν αὐτὸν οὐδενὸς ἢ δέους ἐπάγοντος, ἐνοχλοῦντος, ἐνεδίδου τῇ φύσει. καθιστάμενος δὲ εἰς ἀνάγκην, σαλεύειν καὶ τὰ καθεστῶτα προσδοκωμένην, ἀπετίθετο μὲν τὴν ῥαθυμίαν, καὶ τῇ τρυφῇ χαίρειν εἰπὼν, εἰς τὸ ἀνδρωδέστερον καὶ ἐπίπονον καὶ τληπαθὲς ἀνεχώρει. Dicas trepida ſua pietate ad prius comma, ſive ejus ſenſum, noſtrum reſpexiſſe.

117. TREPIDA PIETATE.] Timeus Liberis ſuis.

118. VIXQVE SALUTATIS LARIBUS.] Exemplo ſtrenui militis, qualem exibet in actis Hebræorum Regum Urias. Salutabant autem Lares, domum ut primum revertebantur. Exempla in Comœdijs. Symmachus lib. V. Epiſt. LXXIV.

 119. DE

119. DETERSO NEC DUM SANGVINE.] Adhuc enſe rubens, ut Theodoſius in Tertio Conſulatu Honorij. Facie etiam dicas, hoſtili cruore inquinata, ut Beliſarius, prima Gothicarum Procopij.

120. OSCULA SALTEM PER GALEAM.] Tertio Conſulatu, v. XXX. De Eucherio ipſo, ut paganus fuerit, ut Imperio paratus à patre, multis Chriſtiani Chronologi. Non ſolum paganum, ſed & Chriſtianis inſidiantem perijſſe auctor eſt Marcellinus Comes: A puero, & privato meditantem perſecutionem eorumdem P. Oroſius lib. VII. cap. XXXVII. Unde hauſere cæteri. Atque in gratiam hujus adoleſcentis, Philoſophica præ ſapia hominem, Claudianum noſtrum paganiſmo adhæſiſſe, cui videret videlicet Imperium, ſobole Imperatoria non exſtante, credibile mihi. Non tamen cum patente interemtus eſt Eucherius: Stiliconem enim interfecit Heraclianus; Adoleſcentem poſtea Terentius & Arſacius Eunuchi; Vt tanti Herois ſoboles manu effœminata tandem interiret, ludibrio fatorum. Lege Zoſimum.

121. VINCIT CVRA DVCIS.] Ingenitis omnibus affectibus majorem Virtutem & Fidelitatem Stiliconis laudat. Viſe Commentarium.

122. SUB PELLIBUS.] Pellibus militum ædiculæ factæ, Feſtus, in Contubernales. Tabernacula dicta ſunt, licet ex tentorijs & pellibus fiant. Vide qui de Militia Romana Collegerunt. Et Jacobum Ræ vardum Var. lib. IV. cap. III.

123. Ædonas hyemes.] Riphæas, Thracias. Papinius, Theb. V.

Dulcius Edonas hyemes, Arctonque frementem
Excipere.

Vide Servium ad Æneidem XII.

127 NIVIBVSQVE PROFVNDVM.] Exemplum hujus generis inſigne in Cæſare, Alpes tranſmittente, in Specimine belli Civilis apud Petronium. De Stilicone non ſemel alibi eadem noſter. Tolerantiæ talis exemplum Adrianus Imperator apud Spartianum, Annibal penes Silium Italicum, &c.

132. STRAGIBUS ÆQVAVIT.] Hyperbole Poetica. Exempla in Commentatio: & ſimilia Bello Getico. Alibi etiam de amnibus ſanguine mutatis.

134. BISALTÆ.] Servius, Georg. III. *Biſalta populi Scytharum, qui fugientes equorum ſanguine aluntur, lacte permixto.* Val. Flaccus, lib. VI.

Proxima Biſalta regio, ductorque Colaxes,
Sanguis & ipſe Deum, Scythicis quem Iuppiter oris
Progenuit.

Ad Strymonem fluvium habitaſſe auctor Gratius, Cynegetico.

Sic & Strymonia facilis tutela Biſalta.

Fuit & Heroina Biſaltis, de qua Higini Epitoma, cap. CLXXXVIII. Fab.

135 PUTRES.] Poteſt ut veram ſcripturam ſolæ noſtræ membranæ conſervarint, in quibus ſcriptum ſupereſt.

offenſo quanta ſub vomere ruptis
Diſſiliant glebis galea.

Inconcinnum ſanè ſonat altera, licet cæteris libris conteſtata.

137. OSSA REGVM.] Barbarorum Regum immanem ſtaturam ex oſſibus peremtorum dat conjiciendam poſteritati. Prudentius de Getica Victoria.

mirabera ſeris
Poſteritas ſeclis inhumata cadavera latè
Qua Pollentinos texerunt oſſibus agros.

139. LAVDVM VNDIS.] Fluctibus. Omnem copiam fluminibus, torrentibus &c. comparari notiſſima res eſt. Sequentibus dicit ex natura Elementi, ſupervenit enim aquæ vis aquam, perpetuo lapſu. Horatius, lib. II. Epiſt.

perpetuus nulli datur uſus, & hæres
Heredem alterius velut unda ſupervenit undam.

140. GENITOR.] Præſentium Principum.

pum. Tyrannum cape Eugenium, qui cum Arbogaſte ſuo ultimus Theodoſio peremtorum.

141. COMMISSIS TERRIS.] Vtriusque Principis Regno. Secundo in Rufinum Conſulatibus Honorij, Tertio, Quarto, Sexto, & alibi.

142. RVITVRO CVLMINE.] Ruinam minabundo. Alibi poſt mortem jam in Deos receptus ait Theodoſius.

cum divus abirem
Res incompoſitas, fateor, tumidasque reliqui.

Quod ſanè veriſſimum dixit.

143. CERVICE SVBIS.] Nuſquam inclinante: quali ante ſuſtentaverat ipſe Theodoſius. Priore in Rufinum:

Qua dignum te Laude feram, qui penè ruenti
Lapſuroq; tuos humeros ſubjeceris orbi.

De Hercule cœlum ſubeunte notiſſima fabulis omnia.

146. TVRBIDA RVPTO ORDINE NOVITAS.] Novitatem ſive mutationem rerum non ſine turbis eſſe Platonicum eſt.

150. MVTATAS ORBIS NON SENSIT HABENAS.] Succeſſore eadem benignitate animi in ſubditos, qua fuerat præceſſor. Pariter Calpurnius Ecl. I.

Scilicet ipſe Deus Romana pondera molis
Fortibus excipiet ſic inconcuſſa lacertis,
Vt neque tralati ſonitu fragor intonet orbis,
Nec prius ex meritis defunctos Roma Penates
Sentiat, occaſus niſi cum reſpexerit ortus.

Sic ſine motibus Juſtino ſuo ſumtum Imperium commendat Corippus, libro I.

Imperij culmen, rerum non motibus ullis
Non armis ſumtum, non ambitione potitum,
Auſpicio meliore cano.

Calpurnius animo habuiſſe videtur hæc Ciceronis, lib. II. ad Atticum Epiſt. XXI. *Equidem ſperabam ſic orbem Reipublicæ eſſe converſum, ut vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus.* Epiſt. X. *Ejuſdem* Libri: *Feſtivè, mihi crede, & minore ſonitu, quam putaram, orbis hic in Republica eſt converſus.*

151. NEC TANTIS DISSONA LINGVIS.] Obitus Theodoſij tot diverſorum populorum numeris conſtanti exercitui fræna laxaverat. Reverentia tamen Stiliconis nullæ omnino turbæ vel rumore perceptæ ſunt. De Varijs gentibus in Exercitu eodem paria Secundo in Rufinum:

numquam tanta ditione ſub una
Convenere manus, nec tot diſcrimina vocum, &c.

155. POPVLVS.] Turba. Vide adverſariorum Volumen Primum.

155. MITRA VELATVS ARABS.] Arabes effœminationis notantur multis ſcriptoribus. Manilius.

Et molles Arabas, ſilvarum ditia regna.

Catullus.

Sive in Hircanos, Arabasq; molles.

Mitra autem inſigne mollitiarum. Prudentius, Pſychomachia Luxuriæ:

Vt mitra cæſariem cohibens aurata virilem,
Combibat infuſum croceo religamine nardum.

Virgilius Copa:

Copa Syriſca caput Graja redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta movere latus.

156. CRINE DECORO.] Scripti nonnulli *decorus.* Quibus adſentiri noſter vult, in quo eſt *decoru.* Armenium militem criſpitie capilli inſignit. & Libro II. in Rufinum. v. CVIII.

Illic Armenia, vibratis crinibus, ala.

157. SACES.] Sacæ nobilis Orientalium populus, quem perperam fruſtraque ſede ſua ejecere ineptiæ Librariorum. Dio Chryſoſtomus, lib. IV. de Regno. *Xerxes & Darius cum infinitas copias Perſarum, Medorum, Sacarum,*

Arabum, Ægyptiorum, ad Graciam perdendam deducerent. Vtrum Regium an coquarium opus videntur peregiſſe? Idem ſuavem eorum morem ſeu fingit ſeu refert ibidem: *An tu Sacarum feſtum, quod à Perſis celebratur, ignoras? Captum aliquem, qui ad capitale ſupplicium in cuſtodiam traditus eſt, in Solio Regio collocatum, eadem veſte indutum, delicatè vivere, & per illos dies pellicibus regijs frui permittunt; nemine quo minus quicquid lubeat, facere poſſit, prohibente, poſt exutum flagrisque caſum, ſuſpendunt.* Joſephus li. XX. Ἀρχαιολ. cap.II. Diodorus Siculus, lib.II. Herodotus lib. VII. *Omnes Scythas à Perſis Sacas nominatos ſcribit*, quod unde veniat doctè notavit in Miſcellis Nicolaus Fullerius. Ego tamen Herodoti illi tradito non adſentior, licet id faciente Plinio, qui ſciam aliunde longè aliam à Scythis gentem habitam Sacas Perſarum animo. Meminerunt hujus gentis & Strabo lib.II. Ælianus Variar. lib. XII. cap. XXXVII. mores nonnullos referens: Mela; Scientiam ſingularem ſagittandi commendat Dionyſius Periegetes.

> Τόξα Σάκαι φορέοντες, ἅμ κέπις ἄλ-
> λος ἐλέγχει,
> Τοξόται, οὐ γὰρ σφὶ θέμις ἀνεμώλια
> βάλλειν.

Vide ibi Euſtathium. Manuſcripta exemplaria mirifice torquent hoc nomen. *Sages* enim *Aſaces*, *Aſachas*, *Sagis*, & neſcio quæ alia monſtra inferunt, librariorum puerperijs digna.

155. GEMMATA.] Copiam gemmarum ab Indis peti nemo neſcit. Tentoria ſummis opibus excolunt nunc etiam Turcæ, Medorum ſucceſſores.

156. RHODANI PROCERA COHORS.] Galli Germanique proceri corporibus; comparatione Romanorum. Notarunt docti ad Vegetium, nosque infra.

158. ALUMNUS OCEANI.] Accola. Sic ipſum Theodoſium Oceano oriundum dicit Feſcenninis, qui erat natus Chaucæ, civitate Gallæciæ, provinciæ Hiſpaniarum, ut adnotavit Hydatius.

161. STILICO DUCTOR TOT GENTIBUS.] Paria altero in Rufinum. Deliränt librorum nonnulli qui Alanum ſuperiori verſui infarciunt.

162. OCCIDUUS SOL.] Notatum alibi Solis Ortum occaſumque monoſyllabis in finem carminis compactis extuliſſe ſtudio priſcos Poetas. Pulcerrimè omnium Ennius, Annali I.

> *Interea Sol albus receſſit in infera noctis:*
> *Exin candida ſe radijs dedit icta foras Lux.*

Virgilius Culice:

> *Iam quatit, & bijuges Oriens Erebo cit equos Nox.*
> *Et piger aurato procedit veſper ab Oeta.*

Idem Æneide Secunda.

> *Vertitur intereà cælum, & ruit Oceano Nox.*

Cicero Araro:

> *Hac tamen aterno inviſens loca curriculo Nox.*

Corruperunt hoc nomine, dum caſtigare laborant, editores, Juvencum lib. IV. Hiſt. Ev.

> *Sol rutilus furvis radios abſcondit in undis.*

Membranæ enim vetuſtiſſimæ & optimæ teſtetur.

> *Abſcondit fulvis rutilos umbris radios Sol.*

Venuſtate affectata, velut repræſentetur deſcenſus. Et ſic ipſemet Juvencus, minimè contemtibilis auctor, ut vulgò putant, initio lib. III.

> *Fuderat in terras roſeum jubar auricomus Sol.*

Et eodem Quarto Libro.

> *Sidera jam luci concedunt, & rapidus Sol*
> *Progreditur, radijs terras crepitantibus implens.*

162. TV-

161. TUMULTU.] Varietate incondita. Vide ad priorem in Rufinum.

164. JURISQVE METUS.] Servatæ Juſtitiæ. Promiſcue Jure & Juſtitia utuntur Poetæ, neque ſecta Juteconſultorum attendunt. Metus altera vis ſervandi in Officio populi, Præmijs alteram facientibus. Diſciplinæ militaris vindicem Heroem ſuum facit: de utroque fusè in Commentatio.

165. UT SEGES.] Sic omnes Libri ſcripti & Editi, ſolo noſtro excepto, in quo diſertè eſt. VEL SEGES. Benè præſtans animi Scaliget qui contrà omnes AVT reduxit, cujus judicium ſæpe præſtat Sexcentos Codices.

166. RABIES.] Iracundia militaris, quæ conſtat bona Virtutis ejuſce pars. Vnde Papinius infinitis locis, ſanè ſæpe ad tædium, Iram, Iras, pro robore, aut Fortitudine poſuit; ultra omnes priores loqui amans ſcriptor, & ſeipſum præteriens non raro.

166. TVRPE.] Propriè turpe quod fit per libidinem. Ovidius de Adulteris, *illi jacuere ligati Turpiter.* Vnde & Infames, libidinoſi. Idem de Salmaci.

> *Vnde ſit infamis, quare male fortibus undu*
> *Salmacis* ——

168. IN VULGUS MANANT EXEMPLA REGENTUM.] Onoſander, cap. XLII.

οὐ γὰρ οὕτως ταῖς ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἀπειλαῖς ἀναγκαζόμενοι τὶ ποιοῦσιν, ὡς ταῖς ἀπὸ τῶν σεμνοτέρων διατροπαῖς, milites videlicet, & ſubjicit. ἰδὼν δέ τις τὸν ἡγεμόνα πρῶτον ἐγχειροῦντα, καὶ ὅτι δεῖ προσδέειν ἔμαθεν. καὶ μὴ ποιεῖν * ᾐδέσθη, καὶ ἀπειθεῖν ἐφοβήθη, καὶ οὐκ ἔτι ὡς δοῦλον ἐπιταττόμενον δι πέζη τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὡς *ἐπὶ τοῦτο παρακαλούμενον διετέρπι. Nicetas Choniates Joanne Comneno. ὅτι καὶ φιλεῖ πως τῇ κατὰ τὸν ἄρχοντα διαθέσει συνδιατίθεσθαι τὰ πάντα, καὶ ἕπεσθαι. ἅτε γὰρ δι' αὐτῶν ἀρχῆθεν γινόμενα κακυνομένου μὲν τοῦδε, καὶ αὐτὰ μεταβάλλεται, ἀγαθυνομένου δὲ πάλιν πρὸς τὴν ἐναντίαν φορὰν ἐπανίασιν. Leo Philoſophus Tacticorum II. cap. LI. ταῖς γὰρ τῶν ἀρχόντων φρονήμασιν ἀεὶ πῶς συνδιατίθεται τὸ ἀρχόμενον. Nicephorus Gregoras, lib. II. τὰ δὲ ἀρχόμενα ταῖς τῶν ἀρχόντων ἀκολουθοῦσιν ὀρέξεσι, καὶ οὕτω νόμος αὐτοῖς, καὶ ἡμὴν ὃ τοῖς ἄρχουσιν δεδογμένον ἐστίν. Alia docti, & nos hic.

170. AREBANT EPOTI AMNES.] Græca de Xerxe fabula II. Rufin.

> *Haud aliter Xerxen toto ſimul orbe ſecutus*
> *Narratur rapuiſſe vagos, exercitus, amnes.*

171. VEXILLVM NAVALE DARES.] Vexilli propoſitio, indicium Belli. Virgilius.

> *Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab axe*
> *Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu.*

Servius: *qui erat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, alterum roſeum, quod pedites evocabat, alterum ceruleum, quod erat equitum, dicebat: qui remp. vult ſalvam eſſe, me ſequatur, &c.*

173. NVLLIS.] Nimbis ſuccincta Ceraunia, nullis deterrebant. Fruſtrà hic hæreas. De locis ipſis omnia ſunt protrita, nihil ſcripſiſſe novellum.

175. SECVRO MILITE.] Tanta in fortuna ducis erat fiducia. Lucanus IV.

> *ſtabat devota juventus ſecuraque pugna*
> *Promiſſo ſibi fine manu: nullique tumultus*
> *Excuſſere viris mentes ad ſumma paratas.*

De Duce ipſo tali, in ſummo periculo Petronius:

Villa

Victa erat ingenti tellus nive, victaque cœli
Sidera; ; victa ſuis herentia flumina ripis,
Nondum Cæſar erat, ſed magnam nixus in haſtam
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arva.

178. STAGNA SATVRNIA.] Dionyſius Periegetes:

ϖεὶς βορέλω, ἵνα παῖδες ἀρειμανέων, Αρειμασπῶν
Πόντον μὲν καλέουσι πεπηγότατε κρόνιόντε,
Αλλοι δ' αὖ καὶ νεκρὸν ἐφήμισαν, εἵνικ' ἀφαυρῦ
Ηελίυ, βεράδιον γὰρ ὑπεὶρ ἅλα, τίω δέ φαείνει
Αἰεὶ δὲ σκιερῇσι παχύνεται ἐν νεφέλῃσιν.

Euſtathius: κρόνιος καλεῖται, διὰ τὸ λέγεσθαι των ἐκεῖ τόπων ἄρχειν τὸν Αστέρα κρόνυ, ὃς ψύξιν ἤθεται, ψυχρὸς ἀπὸ τῶν ἀποτελεσματικῶν ἐκλαμβανόμενος. διὸ καὶ τὸ ψυχρὸν αὐτῷ ἀνακεῖται, ὁ δὲ μῦθος, καὶ τὰ τῦ κρόνυ ἐκτεμιὸν αἰδοῖα, ἐκεῖ ῥίπτει. &c.

180. RVSTICA MVSA LYCÆI.] Propter cicuticinem ibidem Pana illum ruſtris Muſæ præſidem. Vide Calliergum in Theocritum, Hiſtoriam Alarici Græcia pulſi habes apud Zoſimum, quem Chriſtianis narrantibus junges. Arcadiam deſcriptam videre volens adi Geographos & Pauſaniam.

182. QVOD TE PVGNANTE.] Malè mutaſſe doctos hanc lectionem res ipſa dicit, nec ego aſſentior Scaligero. τὸ *quod* enim hanc cauſſam Lætitiæ aſſignat Græciæ & Arcadiæ præcipuè. Scribe ergo *quod te pugnante.* Cum libris Cujacianis, noſtro, Belgicis, Bentinianis, Camertis, Aldi.

184. MEDIIS FLAMMIS.] Inepte libri quidam campis. Vide rem in Zoſimo.

185. PARRHASIVS.] Arcas. Callimachus.

Ε'ν δὲ σε παῤῥασίῃ ῥείῃ τέκεν

Scholiaſtes: ὄρος Ἀρκαδίας τὸ παῤῥάσιον. Ad has res geſtas Stiliconis noſtri pertinet Epigramma quod Bello Gildonico præfigitur vulgo, non quidem ex auctoris, ut ibi videbitur, mente.

186. ALPHÆVS GETICIS.] Eo Epigrammate.

Alpheus late rubuit, Siculumque per æquor
Sanguineas belli retulit unda notas.

Certum ad lib. II. in Rufinum id Epigramma ſpectare. *Ladon* videatur apud Pauſaniam, quem celebratiſſimum Poetis fluvium vocat Nonnus.

187. RAPIDIS BELLIS.] Fulmineis, alibi.

189. SOLO TERRORE RVANT.] Ne minor ſcilicet ſit Alexandro Magno Stilico, de quo Hiſtorici conſentiunt ſolo terrore nominis gentes multas ſubegiſſe. Sidonius, de ſuo Anthemio.

Ad Boream pugnas, ſed formidaris ad Auſtrum.

Noſter, Quarto Conſulatu Honorij.

Quis victum meminit ſola formidine Rhenum?

Plinius Panegyrico: *Nonne incunabula hoc tibi, Cæſar, & rudimenta, cum puer admodum Parthica lauro gloriam Patris augens, nomenque Germanici jam tum mererere, cum ferociam ſuperbiamque Parthorum, ex proximo auditus, magno terrore cohiberes; Rhenumque & Euphratem admirationis tua fama conjungeres.* Plinius idem, lib. II, Epiſt. VII. *Spurinna Bructerum Regem vi & armis induxit in regnum; oſtentatoque bello ferociſſimam gentem, quod eſt pulcerrimum victoriæ genus, terrore perdomuit.* Sic Scipionem Belli terrore plurima peregiſſe ſcribit lib. XXIX. Livius.

190. CLASSICA FRANCIS INTVLIMVS.]

MVS.] Merito hoc nominat, quos Fama ferebat tantæ magnitudinis animi, uti nihil metuerent, niſi ne cœlum quandoque irrueret. Nicetas libro de Rebus poſt Expugnatam Conſtantinopolim ijs geſtis: ὡς δ᾽ οἱ μὲν κατὰ πλῆθος εἰσέῤῥεον, ὁ δὲ ἀντέχειν ἀπείρηκε, καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ τῶν Φραγκίσκων εἰσιόντας, μὴ τοῖς ἄλλοις ὄντας παραπλησίους καὶ τὰς γνώμας, καὶ τὰ σώματα. μόνον δὲ τὸν οὐρανὸν δεδιέναι κομπάζοντας, μὴ ἐπὶ σφίσιν ἐπιπεσὼν, μεταχωρεῖν, ἐκεῖθεν ἡμῖν ὑποτίθεισιν. Hanc nobiliſſimam gentem Origine omnino Germanam eſſe demonſtramus lib XLVI. Adverſariorum: Cui ſententiæ manifeſtò ſubſcribit. Procopius, lib. I. Goth: Eſtque ejuſdem itidem Agathias, lib. I. Contra quos diligentiſſimos ſcriptores qui ſentiunt, parum ſano ſenſu mihi videntur. Diſceptatur, de Origine Nominis; eam declarare vult Libanius Baſilico, cum ait: Ἔστι γένος Κελτικὸν ὑπὲρ ῥῆνον ποταμὸν ἐπ᾽ αὐτὸν ὠκεανὸν καθῆκον, οὕτως εὖ πεφραγμένον πρὸς τὰ τῶν πολέμων ἔργα, ὥστε τὴν προσηγορίαν ἀπ᾽ αὐτῶν εὑράμενοι τῶν πράξεων, ὀνομάζονται φρακτοί. οἱ δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν κέκληνται Φράγκοι. Sed haud dubio Libertas illi originem dedit: quod ſcire videntur etiam qui ambitione novatum rerum diſſimulant. Francionem Regem afferunt alij, ut Collector Chronologus ex Idatio, lib. II. Gulielmus Brito, alij: Quem confutarunt pridem eruditi. Suevorum res notioris quam ut repeti hic debeant, aut exſpectentur.

191. CONTVDIMVS.] Ad repetita cum his nationibus bella alludit. Non enim ſemel vinci potuerunt populi tam Bellicoſi. Horatius de Hercule.

> *diram qui contudit hydram*
> *Netaq; fatali portenta labore ſubegit.*

Idem, Lib. III. Od. VI.

> *Iam bis Monaſes, & Pacori manus*
> *Non auſpicatos contudit impetus Noſtros.*———

192. ANTE TVBAM.] Congreſſum, Conflictum. Juvenalis, Sat. I.

> *tecum prius ergo voluta*
> *Hæc, anime, ante tubam: galeatum ſero duelli*
> *Pœnitet.*

193. CEDANT, DRVSE, TVI: CEDANT, TRAJANE, LABORES.] Druſi res obſcuriores, deletis, inſigni damno poſteritatis, XX. libris Plinij de Bellis Germanicis, illuſtrantur tamen à nobis Commentatiolo ad Pedonis Epicedium ei ſcriptum. Trajano Stiliconem æquans pulcrè Poetatur: Veriſſimum enim ab hujus Principis Togata & Militari Fortuna, omnium retro & poſt principum procul abeſſe, ut argumenta ducenti palam conſpicietur. Vide vel ſolum Panegyricum Plinij, in quo pauca non vero etiam minora ſunt. Eutropius, lib. VIII. *Trajanus Rempublicam ita adminiſtravit, ut omnibus principibus meritò præferatur. Gloriam tamen militarem civilitate & moderatione ſuperavit,* Eum vel ſolum lege.

194. TRANSCVRRENS EGIT STILICO.] Alíorſum velut properans. Seneca Troadibus, loquente de Patre Achille Filio Pyrrho:

> *Sparſa tot urbes turbinis vaſti modo*
> *Alterius eſſent gloria, & ſummum decus:*
> *Iter eſt Achillis: ſic meus venit Pater,*
> *Et tanta geſſit bella, dum bellum parat.*

Claudianus IV. Conſul. v. CCCCLX.

> *Quod longis alij bellis potuere mereri*
> *Hoc tibi dat Stiliconis iter.*

Vide alia eo loco.

195. TOTIDEMQVE DIEBVS.] Strenuitas felix, magna parvo tempore exſequi. Sidonius, extremo Paneg. Anthemij.

> *Attamen, ô Princeps, qua nunc tibi claſſis & arma*
> *Tractentur; quam magna geras, quam tempore parvo,*

Aut genero lis mox aut te ter conſule dicam.

196. POTVISTIS.] Summũ laborem denotat hoc verbum IV. Conſ. Hon. *Quod longis alij bellis potuere mereri.* Caſſiodorus lib. VII. Epiſt. XIII. *Quid dicamus marmora, metallis & arte pretioſa? Quæ ſi vacet eripere, rara manus eſt quæ poſſit à talibus abſtinere. Vbi ſunt expoſita, quæ facere potuerunt divitiæ generales, & Labor mundi?*

198. SOLUS.] Diſtinctionem colloca ab hac voce.

199. AD BIFIDOS TRACTUS] Ubi in duos alveos Rhenus ſcinditur. Bello Get.

te Cimbrica Thetis
Diviſum bifido conſumit, Rhene, meatu.

200. FULMINEUM.] Rapidiſſimum. Ineptè commutant Libri.

201. PAX A FONTE PROFECTA. &c.] Divine dictum, laudatumque divino Ingenio Cæſaris Scaligeri. Nec gratius pulcriusque quis quicquam excogitaverit. Tale quid fortè in illo Plinij Panegyr. *Rhenum & Euphratem admirationis tuæ fama conjungis: Cum orbem terrarum non pedibus magis quam laudibus peragrares, apud eos ſemper major & clarior, quibus poſtea contigiſſes,* ſimile illud lib. II.

ſecum ſentit creviſſe triumfos.

Papinius III. Silv. ad Claudiam.

longi tu ſola Laboris
Conſcia, cumq; tuis crevit mea Thebais annis.

Symmachus lib. X. Epiſt. XXVII. *offenſa nulli magis evitanda ſunt quam juveni principi cujus gratia cum ætate debet adoleſcere.*

203. CRINIGERO.] Gentibus his coma fere, ut dicere ſolitum nobis, pro patrimonio erat; certè maximi æſtimata; itaque neceſſarium velut hoc addit eis noſter. Vide doctis notata ad Tacitum, Senecam, Sidonium.

205. LINTRIBUS.] Ne moram facerent naves expectando. Amnis κατ' ἐξοχὴν. Rhenus. Alibi.

Et ſævum gentibus amnem

208. FIDELEM.] Servantem promiſſa. Contra quidem gentis morem. Vandalus enim Natione Stilico. Vide Paullum Oroſium.

209. QVEM VENIENS TIMUIT.] Doctè & numeroſè. Paria Sidonius & Panegyriſtæ alij. Exprimere voluit Gunterus, lib. I. Ligur.

Quem qui novit amat, qui non novere, verentur.

Amorem ſubditorum aliorumque in Stiliconem longis logis noſter laudat alibi.

210. OTIA VENDERE SEMPER.] Principes quidem ad Emendam Pacem ſæpius compulerant. Id non habuiſſe opus etiam Trajano imputat Plinius, ne dubites ſummam rem indicari: Accipimus obſides ergo, non emimus: nec ingentibus damnis, immenſiſque muneribus paciſcimur, ut vicerimus. Rogant, ſupplicant. Largimur, negamus.

213. REVINCTI.] Non aliter ac ſi triumphentur.

215. OMNE QVOD OCEANUM FONTEMQVE INTERJACET ISTRI.] Sidonius Anthemio.

Omne quod Eufraten Tigrinq; interjacet olim
Sola tenes,

De Fonte Iſtri vide Commentarium doctiſſimi viri ad Auſonij Moſellam; quem ab eo expolitum legere vellem: Erat enim aptiſſimus ei Operi, & amicorum nobis longo intervallo integerrimus.

218. LVNA NVPER.] Rem incredibilem ob temporis brevitatem, tam eo certè aſſignato pene eſt ut credibilem faciat.

220. CORNIBVS INFRACTIS.] Obſtinatione populorum Rheni accolarum. Cornua enim hanc denotant. Adverſar. lib. LVI. cap XVII.

222. SALIUS.] Hanc Lectionem ex Ammiano & MSS. libris reſtituit olim Beatus Rhenanus. Vide Origenes Francorum doctiſſimi

ctiſſimi Viri Joannis Iſacij. Poteſt corruptum hoc nomen eſſe apud Gelaſium Cyricenum, Actis Concilij Niceni.

Τάς γε νεωτεροποιΐας, καὶ ἀπονοίας συντόμως διέλυε, σιωπῶν μᾶλλον ἢ φοβῶν. εἰδὼς τὰ σκύρων, καὶ τὰ Φράγκων, καὶ τὰ Γερμανῶν ἔθνη φιλόκαινά τε εἶναι, καὶ πρὸς τὰς τῶν βασιλέων ἐπαναστάσεις εὐρίπιστον ἔχειν ὁρμήν. Scribas. τὰ Σαλίων.

223. SICAMBRI.] Quæ illa gens, ubi ſedes habuerit, *docte eveſtigant viri eruditi Commentarijs ad Venantium Fortunatum.

224. CUM VIDEAT RIPAS.] Rhenum utrimque Romanis moribus cultum indicare cupit; Sic de Gange, Panegyrico Probin.

Sic fluat attonitus Romana per oppida Ganges.

225. CAYCO.] Cauci alijs, Germanorum populi. Laudes vide apud Tacitum Pro Caucis pridem notavit F. Hotomanus in Francogallia. Et uſurpavit ante Lucanus crinigeros bellis arcere Caycos.

226. MEDIUMQVE INGRESSA PER ALBIM.] Tam profundam ſtabilitamque pacem dicit his populis indultam, ut per medium etiam flumen, qua illud profundiſſimum, vacaverit nationi alteri in alterius paſcua pecua ſua agere. Sic alibi *in medios ibis Regina Sicambros*. Profunda pace. Conſtat hinc inter Gallos & Francos medium Albim tunc fuiſſe; modo locorum ſatis conſultus fuerit Claudianus, nec Poeticam Veritati præferat.

227. GALLICA FRANCORUM.] Vides clariſſimè hic quam hi populi, hæ regiones, fuerint omninò tum diverſæ. Sic Francos Occidentali Oceano admovet, ut Germanorum cum ultimis tum Julianus Imperator, Oratione prima ad Conſtantium, etiam prope Rhenum eoſdem ſedes habuiſſe autumans.

ἐπηλύθεν δὲ αὐτῷ καὶ κατὰ τὸ συγγενὲς σύμμαχοι προθυμότατοι, Φράγκοι, καὶ Σάξονες, τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον καὶ τὴν ἑσπερίαν θάλατταν ἐθνῶν τὰ μαχιμώτατα, καὶ πόλις πᾶσα, καὶ φρουρία πρόσοικος Ῥήνῳ, τῶν οἰκούντων φυλάκων ἐξερημωθέντα προδέδοτο μὲν ἀφύλακτα πάντα τοῖς βαρβάροις. &c.

228. HERCYNIÆ SILVÆ.] Vide Commentaria Doctorum ad Cæſarem. Aliosque Germanicæ Topographiæ Illuſtratores.

229. LUCOS.] Hercyniorum Lucorum meminit Seneca Medea.

Lucis Suevi nobiles Hercynijs.

230. RELIGIONE TRUCES.] Horrendos, cum horrore viſcudos, ut antiquiores lucos auctor eſt Quintilianus, lib. X. cap. I. Non adſentimur doctiſſimo Lipſio *Cruces* præter ingenium Poetæ hic legenti.

230. ROBORA NUMINIS INSTAR.] Tacitus, de Germanis: *Lucos ad nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud quod ſola reverentia colunt.*

233. VICTORIQVE FAVENT.] Mente ſimul & corpore devicti. Alibi.

non eſt victoria major
Quam quæ confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.

236. ALEMANIA.] Totam Barbariam & Danubij & Rheni accolam dicere videtur. Non habuit olim certam gentis ſignificationem hæc vox, dici enim non poteſt quam varie diverſeque ea utantur ſcriptores. Pro diverſis gentibus, & totis ejus oræ tractibus. Arnobius, lib. I. *Iſtud quod dicitur quale ſit, explicabili non poteſt comprehenſione cognoſci. Si Alamannos, Perſas, Scythas, idcirco Dij voluerunt devinci, quod habitarent & degerent in eorum gentibus Chriſtiani, quemadmodum Romanis tribuere victoriam, cum habitarent in eorum quoque gentibus Chriſtiani?* Vbi omnem Occidentalem ſive Septentrionalem Barbariem notant Alemanni. Suevos, aut peculiarem id genus gentem notat apud Mar-

tinum Dumienſem, verſibus in Baſilica ſcriptis:

Immanes variaſque, pio ſub fœdere, Chriſti,
Adſciſcis gentes: Alamannus, Saxo, Toringus,
Pannonius, Rugus, Sclavus, Nara, Sarmata, Dacus,
Te Duce noſſe Deum gaudent.

Aliam à Germanis gentem ponit media Barbaria Gul. Brito, lib. I.

-Germanos, cum Teutonicis, nec non Alemannos,
Tungros, cum Belgis, Saxones cum Lotharingis.

Sed ejus in talibus imperitia alibi nobis caſtigata eſt Sic & diu ante Stephanus: Ἀλάμαννοι, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον. Alia item gens eſt à Gothis, cum quibus imperitè nonnulli confundunt, Caſſiodoro teſte, ut alios taceam. lib XII. Epiſt. XXVIII. Alij ſunt *Alemanni* à Bajoarijs, item confuſis. Nithardus, lib. III. *His ita ſe habentibus Carlemannus cum ingenti exercitu Bajoariorum & Alemannorum, ad Patrem ſuum Moguntiam venit. Suevos* facit Gregorius Turonenſis lib. II. cap. II. *Vandalos ſecuti Suevi, id eſt Alemanni, Galliciam apprehendunt.* Ab his ſejungit Procopius, lib. I. Gothic. *Ab Hunnis, Francis, Gepidis, Saxonibus*, ſeparat Salvianus lib. IV. de Gubernat: Galliam occidentalem veteri lingua cenſeri Alemanniam auctor eſt Nicephorus Gregoras lib. VII. ἐς δὲ τοῦτον ἔτος ἄγεται τῷ ἐγγόνῳ ὁ βασιλεὺς. Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ, γυναῖκα Εἰρήνην, τὴν ἐξ Ἀλεμαννῶν, οὓς Γαλάτας ἑσπερίους οἶδεν ἡ πάλαι καλεῖν συνήθεια. *Lemani Lacus accolas*, & inde dictos *Alemannos* ſcribit Iſidorus, quem ſequuntur alij; ſed ineptè, uti conſtat tot aliorum auctorum teſtimonijs. Germanos olim Alemannorum titulo cenſitos auctor eſt Vopiſcus Proculo: *Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non ſine gloria ſplendore contrivit.* Aliam contra à Germanis gentem expreſsè facit Spartianus fine Caracallæ: *Nam cum Germanici & Parthici, & Arabici, & Alemannici nomen adſcriberet, nam Alemannorum gentem devicerat, Helvius Pertinax dicitur dixiſſe, adde etiam Geticus Maximus.* A Vandalis, Getis, Francis, diſiungit Corippus, lib. III.

Vandalici ceciderunt ſtrage tyranni,
Edomitique Geta, pubes Alemannica, Franci.

A Langobardis & Francis Paullus Warnefridus lib. III. de Geſtis Langob. cap. XXII. Ut ab alijs pleriſq; notioribus gentibus Procopius & alij. Cum Saxonibus confundunt hodie multi, ſed omnino indidem ſeparat Antiquitas. Prudentius, libro II in Symmachum.

Denique Romanus, Daca, Sarmata, Vandilus, Hunnus,
Getulus, Garamas, Alamannus, Saxo, Galaulas.
Una omnes gradiuntur humo.

Pacatus, Panegyrico Theodoſij. *Pauciora in Annalium ſcrinijs quam in veſtra domus titulis cognomenta legerentur. Cum ipſe Saxonicus, Ipſe Sarmaticus, ipſe Alamannicus diceretur. Cui eidem generale plurium populorum vocabulum eſt: Redactum ad paludes ſuas Scotum loquar? Compulſus in ſolitudines avias omnis Alemannus, & uterq; Maurus, occurrent. Dicas* generatim Germanos dici, ſed ab his rurſum ſeparat Ammianus, libro XXVI *Omnis hic annus diſpendijs gravibus rem Romanam afflixit: Alemanni enim perrupere Germaniæ limites, ſolito infeſtius moti.* Qui idem eidem titulo plures gentes ſubcenſet, libro XXXI. *Lentienſis, Alemannicus populus, tractibus Rhetiarum confinis, per fallaces diſcurſus collimitia noſtra tentabat.* In Gallijs collocat Eutropius, lib. X. *Moliens Conſtantinum, reperta occaſione, interficere, qui in Gallijs ingenti jam favore regnabat, caſis Francis atque Alemannis, captiuq; eorum regibus Generale Occidentalium populorum nomen eſt* & in Oraculo Juliano dato, recenſente Suida.

Ἀλλὰ καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν, ἀλαμανικὸν ὕδας,
Τζιμίναις πυκιναῖσιν ἑλὼν, ἀλάπαξιν ἀρύεσς.

Omnino ergo errant qui certo loco aut populo *Alemannicum* nomen adſcribunt, inter quos eſt, generoſiſſimus homo, Otho Friſingenſis, non ſatis prudenter contrà pugnans lib.I.cap.VIII de Rebus Friderici: *A prædicto Lemanno tota illa Provincia Alemannia vocatur. Quare qui totam Teutoniam terram, Alamanniam dictam putant, omnesq; Teutonicos Alemannos vocare ſolent, cum illa tantum provincia, id eſt Suevia à Lemanno fluvio vocetur Alemannia, populiq; eam inhabitantes ſolummodo vocentur Alemanni.* Qui erravit, ut dixi; etiam illo, quod neſcivit Rhenum ipſum Lemannum antiquitus appellatum, unde variorum populorum, ejus accolarum, fuerit denominatio. Gotfridus Viterbienſis, Pantheo.

Rhenus ab antiquis deſcribitur eſſe Lemannus.

His alijsque ſcriptorum locis expenſis, cum modo hæc, modo alia gens, nunc generatim etiam plures, hoc nomine laudentur, optimum putem ſequi ſententiam Agathiæ, qui lib.I. Hiſt. colluviem plurium populorum ſic cenſitam auctor eſt: Congruente præterea etymo Germanæ vocis Germanico, omnis generis homines complectentis. Hac colluvie poſtmodum hinc inde pulſa, hacque & illac conſidente, in tam varias oras genresque diffluxiſſe Alemannicum nomen exiſtimo, remque actam agere qui certum quid ſpatij ejus habitationi aſſignare ſtudeat. Alia res ſequentibus ſeculis, quibus Alemannos ſpeciatim Suevos aut miſtos Suevis Helvetios deſignata alibi doctum.

237. PROVINCIA MISSOS.] Citius de tuis exercitibus, qui tamen ſunt tibi devotiſſimi, comperies, ut repudient rectores, quos tu illis per provincias miſeris, quam ut Francia à te conſtitutos Reges concutere velit. Optimè hæc conſtituit, veterum librorum veſtigia ſecutus, Joſ. Scaliger, cujus lectionem nequaquam porro ſollicitandam exiſtimo, modo unam demens litteram, ſcribere animum inducas tuum.

provincia miſſos
Expellet citius, fallax quam Francia, Reges
Quos dederis: acie non jam pulſare rebelles
Sed vinclis punire licet

Omnino ſic perſuaſum habeo reliquiſſe Claudianum. *Miſſi* in provincias pro Rectoribus, *dati* in Reges Barbaris ſcitè opponuntur; quod non intellectum turbavit primo rem iſtam omnem. *Acie pulſare* profligare bello, quod æqui in poteſtate Stiliconis eſſe ſimul videri vult, dum opus eo non eſſe perhibet. Tolerabilis etiam Cujacianorum Librorum Lectio, quam *faſces* diſertè præferens commendat etiam noſter. Nos ſenteotiam noſtram manemus.

238. FALLAX FRANCIA.] Nota fallaciarum. Hoc vitio notavit Francos hoſtica Antiquitas Romanorum. Salvianus, lib.IV. *Si fallat Hunnus, vel Gepida, quid mirum eſt, qui culpam penitus falſitatis ignorat. Si pejeret Francus, quid novi faceret, qui perjurium ipſum ſermonis genus putat eſſe non criminis.* Notamus plura alio loco harum Animadverſionum.

239. SUB JUDICE NOSTRO.] Noſter Quarto Conſ. Honorij à v.CCCCL. Eadem hæc tradit. Sidonius imitatur in Anthemio.

Nam te qui fugit, mandata morte peremtus,
Non tam Victoris perijt quam Iudicis ore.

240. MARCOMERES SONNOQUE DOCENT.] Nota tunc Vocabula Regum Francicorum. Vide Originum Francicarum Conditorem, ſupra laudatum. Meminit Ivo Carnotenſis Initio Chronici: *Franci, (egreſſi à Sicambria,) pervenere in extremos fines Rheni flumi-*

fluminis, in Germanorum oppida, ibique aliquot annis cum principibus ſuis Marcomiro & Sunone reſiderunt. Fredegarius Scholaſticus Chronici cap.III. *Francos tranſegiſſe comperimus uſque ad Marcomerem, Sonnonem, & Genebandum, Duces, cum quibus, temporibus Theodoſij Imperatoris, in Germaniam prorumpentes, pagos depopulantes, etiam Coloniæ metum incuſſerunt.* Verba maculata ſunt. Tu repone ex alijs: *Francos trans Rhenum egiſſe comperimus.* Vide Sulpitium Alexandrum, apud Gregorium Turonenſem lib.II cap.IX. Thoromachum lib. IV. Excerpt. Chronicorum. cap.III. & IV. Monachus Weingartenſis Chronico Welforum: *Franci (in Sicambria manſerunt uſque) ad tempora Valentiniani Imperatoris. Egreſſi inde ſub Marcomiro, Sunnone & Genneſando Ducibus, venerunt, & habitaverunt circa ripam Rheni, in confinio. Francia Orientalis Germaniæ & Galliæ.* Matthæus Weſtmonaſterienſis initio Chronici. Alij plurimi.

241. HETRUSCUM PERTULIT EXSILIUM]Sua fide iſthæc narrat. Omninò tamen aliquid veri ineſt. Nam & ad pacta adactos Reges illos, Francorum Hiſtoriæ affirmant. Obſcuritas ingens temporum rerumque diſpicere accuratius vetat: & repugnat velut ſtudio gentilibus Chriſtiani ſcriptores, ut veritas altercando amiſſa ferè ſit.

244. SCELERUMQVE CUPIDINE FRATRES.]Non minus, ait, quam Natura. Hinc enim concludi debet fratres fuiſſe hos ſive Reges, ſive, ut Sulpitius Alexander appellat, Regales: quæ & cauſſa eſt quod junctim ferè ubique à ſcriptoribus ponantur. *Fratres*, pares per omnia. Minutius Felix Initio Octavij. Sic ἀδελφὰ Græcis. Suida. Ἀδελφὰ, οἰκεῖα, ἁρμάζοντα. *Fraternitas, communio.* Heſychius· Ἀδελφιζίας κοινωνίας. Ἀδελφὰ quam ſimillima, Sophocli. Sic & Juriſconſultis fratres, fraterni affectus viri.

245. ARCTOS.] Septentrionales, Occidentaleſque populos. Alibi noſter Aliquoties Papinius. Ipſum cœlum illud Frigidum. Lucanus lib. X.

non Arctos in illis
Montibus, aut Boreas; teſtis tibi Sole perusti
Ipſe calor populi.

247. TEMPESTAS.] Quarto Conſul. Hon. *Nimbos equitum* vocat Prudentius li.II. in Symmachum. Gildonis res notiſſimæ.

248. AVSTRALIS SONVIT TVBA.] Similimè loquuntur Sacræ litteræ.

251. CYNIES.] Flumen Libyæ. Servius Georgico III. Rectam ei hanc ſcripturam aſſeruit acutiſſimus Pintianus ad P. Melæ Librum I.

252. TRITON.] Vide Plinium, lib. V. cap. IX.

252. GIR.] Siris in Plinio, dicto loco. Vbi Codices veteres *Giris* ſcribunt. Sidonius, Panegyrico Aviti.

Indorum Ganges, Colchorum Phaſis, Araxes
Armenia, Gir Æthiopum, Tanaiſque Getarum:

Vides ab hoc notiſſimis amnibus adſcribi. Facilè vero Æthiopum notiſſimus, cum cæteri plerique minus notiforent, & commercia penè nulla. Manuſcripti Claudiani variant; ſed nulla mutatione opus. Adoleſcentulus probavi lectionem Delrio productam ex veteribus Editionibus. *Nigriſq; noviſſimus amnis Æthiopum. Is enim amnis diſterminat Æthiopes* ab Atlanticis, & per omnia Nilo ſimilis traditur. Idem Delrius poſtrema Tragœdiarum recenſione & *Sir* legi poſſe autumat, vel *Siris* &, quod ipſum etiam, ſi citra primam emendationem foret, non aſpernetis. Viſe ad Plinium, dicto loco. Avienus in Periegeſi:

Eminus evolvunt hinc ſeſe pinguia Nili
Flumina. & intenti prolabitur æquoris unda.
Hic, qua ſectis incidit flexibus agros,
Æthiopum lingua Siris ruit; uſq; Syene

Catalus

Carulus accedens diti loca flumine adu-
lat
Nomine ſe clare Nilum trahit.

Poteſt ut tres univerſi omnes una eademque res ſint. Mentitum vero Nilum ait Claudianus, patrij fluminis veneratione; mirum enim quam Ægypti incolæ ſuum illum fluvium ſacrum habuerint: ita qui ſimilis Nilo, non exprimere illum, ſed mentiti dicitur, velut multo nobiliorem. Eſt idem iſte Gir Nilus, quem ita deſcribit Vitruvius. lib. VIII. cap. II. *In Mauruſia ex monte Atlante Dyris, qui ortus ex Septentrionali regione progreditur per Occidentem ad lacum Heptabolum, & mutato nomine, dicitur Nigir: deinde ex lacu Heptabole ſub montes deſertos ſubterfluens, per meridiana loca manat, & influit in paludem Coloe, quæ circumcingit Meroen, quæ eſt Æthiopum Meridianorum Regnum: ab hiſq; paludibus ſe circumagens, per flumina Aſtaſobam, & Aſtaberam, & alia plura, pervenit per montes ad catarractam, ab eaque ſe præcipitans, per ſeptentrionalem pervenit inter Elephantida & Syenen, Thebaicosq; in Ægyptum campos, & ibi Nilus appellatur.* Sunt ergo diverſæ ſententiæ, nam Tritonem, Gir, ſive Sirin, & Nilum, idem flumen facit Plinius lib. V. cap. IX. aſſentientibus alijs. Claudianus inde tria diverſa concinnat. Non fuit vero curioſitas inepta hæc notaſſe.

254. NUBA.] Nomen populi ejus tractus. Stephanus: Νῦβαι ἔθνος Λιβύης πρὸς Νείλῳ. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ γῆς. Qui tamen prolixè errat, cum addit. λέγονται καὶ Νυβαῖοι, ὡς Δαβαῖοι, ἢ Νύμιδες οἱ αὐτοί. Ajunt hujus gentis reliquias eſſe qui vocabulo *Cingarorum* hodie pervagantur, idque pro conteſtato habet vir doctus in ijs quæ Jornandi adjecit; de quo ego dubito; Zygeni enim, ut propria ſua ſe voce ea colluvies nominat, peculiaris populus celebrantur Georgio Pachymerio, lib. III.

254. SAGITTIS.] Gentium ad Nilum hunc morem etiam alibi ingerit noſter, Nec ſemel. Epithalamio Honorij CCXXII.

quantum crinita ſagittis
Attulit extremo, Meroe, circumflua
Nilo.

Tertio Conſulatu Honorij.

poſitis numen confeſſa faretris
Ignavas Meroe traxit de crine ſagittas.

Erant hæ ſagittæ pennis etiam condecoratæ, Indorum quoque geſtamen. Prudentius Hamartigenia,

non accola magni
Euphratis Parthus rapiet, non decolor
Indus,
Tempora pennatis redimitus nigra ſa-
gittis.

256. STANT.] Obducuntur. Alibi multis. Populorum ſitus notus.

258. POENIS JACULIS.] Melius ſcribas *Pœnus* ut nos olim conjectabamus. Sic Libri Cujaciani, Noſter. Duo Belgæ *plenus* quod inde corruptum.

259. VIRGA.] Bello Gildonico, de iiſdem populis.

——ſonipes ignarus habenæ Virga re-
git——

261. SERPENTUM.] Vide ad II. in Rufinum.

263. VIPEREÆ.] De prægrandium viperarum pellibus. Quod autem jaculis aerem obtexi dicit, ſæpè legitur apud ſcriptores. Lucanus Lib. II.

cæca telorum in nube

Idem:

crebroq; ſimillima nimbo
Trans ripam validi torſerunt tela la-
certi.

Libro III.

Emiſſaq; tela Aera texerunt

Lib. IV.

Telorum nimbo peritura

Heliodorus, lib. IX. Pacatus Panegyrico. Gunterus lib. II. Sæpe ſic Gulielmus Tyrius. *Nubes locuſtarum*, pari translatione, apud Hieronymum in Jovinianum lib. II. P. Oroſium, lib. I. cap. X.

264. SI-

264. SIMOIS.] Nobilis olim amnis Phrygiæ, nunc vix rivus. Vide obſervationes Petri Bellonij. Mirifica rotunditas, & ſonus mirè felix ſequentibus verſibus, quo genere Poetas ferè omnes noſter ſuperat.

271. HIS ILLE.] Arcadianis partibus Gildo. Pietatem inter fratres dicit.

273. LEGITIMAM.] Velut ad Arcadij partes Africæ regnum pertineret Hoc colore, ait, ſumſerat arma Gildo, interim ſuas res agens.

274. UMBRAM.] Speciem, Colorem. Epigrammatis.

Nominis umbra manet veteris

Vide eo loco Notas.

275. GEMINUM BELLUM.] Rufini dolos dicit, Eutropij, &c. Sed potius Arcadium ob Africam Honorium impugnaturum. Bello Gildonico.

Hoc erat, in fratres medio, diſcordia Mauro,
Naſcitur! & mundus, germanaq; diſſidet Aula?

279. FAMES OBSEDERAT URBEM.] Attinebat enim frumentationem Africanam Gildo, nec claſſes Libycæ populo Romano ſubveniebant. Latè in Hiſtoria Belli Gildonici, quam tamen integram non habemus.

281. TACITUM.] Occultum. Calpurnius, Eclog. I. de Inſidioſis pariter rebus:

Publica diffudit tacito diſcordia ferro.

Affectiones autem tacitæ periculoſiores. Onoſander cap. I.

Τὰ ἀόρατα νοσήματα τῶν ὁρωμένων δυσχερεστέραν ἔχει τὴν θεραπείαν.

282. LATIVMQVE.] Vera hæc ſcriptura, Cujacianorum, cæterorumque melioris notæ Codicum, inter quos & noſtri. Alij *laterumque*. Deterius. Imperium navi comparat, de quo in commentario.

285. EVENTVSQVE SIBI LATVRA.] Sibi ipſi virtute viam feciſſe dicit Heroem ſuum. Sic Bello Getico. v. CCLXXIII.

Solus erat Stilico, qui deſperantibus Augur
Sponderet meliora manu; dubiiſq; ſaluti
Dux idem vateſque fuit.

287. CLAVI FLEXU.] Gubernaculi, quo flectitur navigium. Lucanus Lib. III.

Grayis habiles pugnamque laceſſere pinus,
Et tentare fugam, nec longo frangere giro
Curſum, nec tardè flectenti cedere clavo.

290. CÆLI PELAGIQVE OBNITITUR IRÆ.] Comparatio alibi quoque uſurpata. Quam frangat, cui cedat aquæ, &c.

292. NOXIA FURTO.] Clam. Agebant, Claudiani ſenſu, hac Aulici Orientis uti dolo intervetterent Africa Honorium, eamque in ſeſe transferrent. Imperatorem Arcadium mancipium ſuorum præfectorum facit etiam Zoſimus.

293. PRETIO MANVS INFLAMMATA.] Eorum qui Epiſtolas & Edicta nomine Arcadij componebant. De Edictis ſupra.

illinc Edicta meabant
Corruptura Duces.

Tale quod armis abſcedere, militem relinquere cogit Stiliconem II. in Rufinum.

295. RESPONSA QVOD ARDUA SEMPER EOIS DEDERIS.] Immo còtrà ita magnanimitate ſua utebatur Stilico, certè ipſo fine ut Arcadij Imperium Honoriano ſubderet, certè omnibus illius ducibus, fortior, melior, felicior.

Vide Zoſimum. Quod innuit Claudianus aſpernatum pretio venditam operam, congruit ejuſdem Zoſimi traditis, neminem ſcilicet ejus temporis Stilicone Procerum auro minus fuiſſe obnoxium, quo nemini tamen non vendebantur dignitates. Idem volunt iſta mox

nec unquam
Publica privata ceſſerunt commoda cauſſa.

Quantus omnino Heros fuerit indicant quæ poſt mortem ipſius contigiſſe memorat idem

ſcriptor,

ſcriptor, quæ & affectationem tegni dıhuere poſſint.

301. ANIMO QUÆ MENTE GERENDA.] Diſtinctio nota inter Animum, Animam, & Mentem. Sic Animam hominis neque animum neque mentem dicendam aſſerit Caſſiodorus, libro de Ea. *Sic Spiritum ab Anima diſtinguunt ex* verbis Pauli Apoſtoli Chriſtiani veteres, ut vides apud Didymum lib. de Spiritu Sancto. Sic Proſper Aquitanus de Promiſſionibus Dei impletis. cap. XXXVIII. *Eutropius quoq; prapotens plurimum, anima & mente paganus, cum in contumeliam Eccleſiæ edictum obreptitiè ab Arcadio exſculperet. Divino judicio ſua ſententia, prior ipſe propinatus eſt.* Claudianus noſter animum inventioni, mentem judicio aſſignat. Archytas Pythagoricus:

δορυφορεῖται τὰ μὴ ὄντα τῶν ἀγαθῶν μείζονα. φιλία μὲν καὶ δύ[illegible] καὶ πλοῦτος. σῶμα καὶ ψυχάν. ὑγίεια δὲ καὶ ἰσχὺς, καὶ εὐαισθησία ψυχάν. φρόνασις δὲ καὶ ἀνδρεία, καὶ σωφροσύνα, καὶ ἁ δικαιοσύνα τὸν νόον τᾶς ψυχᾶς, ὁ δὲ νόος τὸν θεόν. οὗτος γὰρ ὁ κράτιστός ἐστιν, καὶ ἁγεμονεύων. καὶ τούτων ἕνεκα καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀγαθῶν δεῖ παρῆμεν. στράτευμα μὲν ἁγεῖται στραταγὸς, πλωτήρων δὲ κυβερνάτης, τῷ δὲ κόσμῳ θεὸς, τὰς ψυχᾶς δὲ νόος, τᾶς δὲ περὶ τὸν βίον εὐδαιμοσύνας φρόνασις.

Qui velut interpres noſtri, & diſciplinam pandit, ex qua ſumſit. Marcus Imperator, libro XII.

τρία ἐστὶν, ἐξ ὧν συνέστηκας. Σωμάτιον, πνευμάτιον, νοῦς. τούτων τἆλλα μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν σά ἐστι. τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως σόν.

Aulus Hirtius Lib. de Bello Africano: *Quorum cum partem animum mentemque perterritam, atque in fuga deſtinatam habere intellexiſſet, amplius de ea re agere deſtitit.* Xyſtus Sententia. CCCCV. *Sapiens à Deo regitur, & idcirco beatus eſt. Anima ac mens Sapientis Deo probatur.* Sic animus ab anima ſcire & verè diſtinguitur. Eucherius ad Valerianum Parænetico: *Hæc me paullò latiùs ad te exarare compuli, ut commendarem animo tuo conſtantiam animæ tuæ, veramq; illam tibi Beatitudinem aſſererem.* Lucretius lib. III.

Et magis eſt animus, vitai clauſtra coercens,
Et dominantior ad vitam, quam vis animai.

Idem alibi.

Nunc animum atq; animam dico conjuncta teneri,
Inter ſe, atque unam naturam conficere ex ſe.

Iſidorus, lib. XI. Orig. cap. I. *Anima vitæ eſt, Animus conſilij.* Gregorius Nazianzenus, ad Apollinarium.

Νοῦν τὸν μέγιστον ἴσμεν ἀνθρώπου φύσιν,
πᾶσιν παγέντα ἐκ τριῶν συνηγμένην,
ψυχῆς τε καὶ νοῦ, καὶ πάχους τοῦ σώματος.

Vide Claudianum Mamertum, Nemeſium, Hugonem Eterianum, Tertullianum, Auguſtinum; quique alij de Anima Commentati. Sic Alanus libr. V.

in varios metus deducitur, haret.
Mens, animusq; fluit.

Hinc cum totam vim interni hominis dicere voluerunt, mentem animi dixerunt ſcriptores. De quo docti ad Catullum.

301. INVENIENS ANIMO.] Animus laudatur ob promtitudinem & dexteritatem inveniendi. Eo pertinet officium boni Imperatoris, notarum à Leone, Tacticon. XX. cap. CLXXXVII.

γνώρισμα γνησίου στρατηγοῦ, καὶ θαυμάζεσθαι ἄξιον, τὸ τῆς ἀνάγκης ἐπικειμένης

Ee ὀξέως

ὀξέως, νοεῖν τὰ δέοντα μᾶλλον, ἤπερ τὸ περὶ τῆς ἀνάγκης περὶ τούτων βουλεύσασθαι, ἐν γὰρ δύνατον προβουλεύεσθαι, εἰ καὶ τὸ μάλιστα δέον, ὅσα μέλλει γίνεσθαι, ἢ τοῦ πολεμίου ἐπικειμένη περίστασις.

301. MENTE GERENDA.] Sine hac enim, Ratione ſcilicet judicioque, omnia cœca ſunt. Porphyrius vita Pythagoræ:

Νοῦς γὰρ καθ' αὐτὸν πάντ', ὁρᾷ, καὶ πάντ' ἀκούει. τὰ δὲ ἄλλα χωλὰ καὶ τυφλά.

Sic ſine Conſilio Imperatori nihil aggrediendum, hoc eſt, priuſquam mentem ſuam penitus ad omnia conſulat, &, momentis expenſis, prudenter rem ordiatur. Leo Tacticῶν II. cap. LXV.

μηδὲν δὲ τῶν μεγάλων, καὶ ἀναγκαίων πραγμάτων χωρὶς βουλῆς διαπράττου.

Sed ea alterius Operæ ſunt ad hunc vatem.

302. MANU] Opere ipſo, ſtrenuitate. Supra.

Veſtra manus dubio quicquid diſcrimine geſſit
Tranſcurrens egit Stilico.

302. DICTARE PARATUS.] Promtus, expeditus. Quod in Cæſare ad prodigium uſque laudatur. Hic verò noſter id allaborat, ut omnium præconiis ſolum Stiliconem ſuum inducat.

304. BRIAREUS.] Centimanus. Luctatius, Thebaid. II. *Nota fabella.* Ineptiunt autem Librariorum nonnulli, omittentes hunc verſum. *Numero creſcente* Etiam alteris totidem lacertis inſtructus, dicere vult.

305. CONFLIGERE.] Eas devincere, legitimo velut certamine. Sic vincere ad res inanimas tralatum notarunt docti ad Suetonium, & nos alibi. Lucretius, lib. VI.

Hic quoque confligunt hiemes æſtatibus acres,
Propterea ſunt hac bella anni nominitanda.

308. QUÆ FRUGES VEL BELLA.] Mutatis nimirum oneribus. Fruges vecturæ erant in Italiam; inde militem in Africam. *τὸ vel* etiam *&* deſignare poteſt, eum de duplici Claſſe loquatur. Sic PLautus, alij.

308. TUMULUM] Turbas, ſeditionem. Suprà. *In quo tam vario vocum generumque tumultu Tanta quies, juriſq; metus ſervator honeſti.* Intelligit diſſidium Arcadij & Honorianarum partium, de quo hactenus multis.

309. ROMÆ FAMEM.] Tot capitum ſcilicet penuriæ proſpicere. Sic fames Romana, & publica eſuries, apud Sidonium, lib. I. Epiſt. X.

310. IMMUNES OCULI.] Vigilantiam commendat Stiliconis. Viſe ad Laudes Honorianas, & iſthic ampliſſimum Commentarium.

311. FAMA CANIT.] Alto ſono. Fabulæ notiſſimæ.

312. CINCTUM.] Undique obſeſſum. Ovidius.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat
Inde ſuis viribus capiebant bina quietem.

313. CORPORIS EXCUBIIS.] Non animi, ut Stilico ſervavit Rempublicam.

316. ENITUIT.] Optimè Scaliger contrà libros Cujacianos etiam Emicuit Bentinus eam lectionem in priſco Codice repertam aſſeruit. Sic mox exſiliiſſe velut terra inſperatum militem dicit. *Emicare* pulcrè dicuntur, quæ ſubitò adſunt, ut relucere: Infra lib. III.

Stilico cunctis inopina reluxit,
Te Victore, Salus.

Bello Getico. *Sub turbine, ſideris inſtar Emicuit Stiliconis apex* Arnobius lib. I. *Eluxit atque apparuit Chriſtus, rei maximæ nuntiator, auſpicium fauſtum portans, & præconium ſalutare credentibus* A ſideribus ſubito prolucentibus ductum. Appulejus de Mundo: *Ex ea parte qua curriculis initium inuritur Solis, ejaculari*

culari atque emicare flamma quadam, oſtendere ſe oculis noſtris videntur, quas Græci Cometas & Docidas, & Bothynas appellant. Ita noſter ſubito advenientes, apparentesq; tyrones iſtos emicaſſe ait. Pariter Eumenius, Panegyrico Conſtantini: *Iam tunc cœleſtibus ſuffragiis ad Salutem Reipublicæ vocaberis, cum ad tempus ipſum, quo pater in Britanniâ transfretabat, claſſi, jam vela facienti, repentinus tuus adventus illuxit, ut non advectus curſu publico, ſed divino quodam advolaſſe curriculo videreris.*

316. SENIO.] Senium de detrimento rerum dixiſſe omnium probat Nonius.

318. NON EGO DELECTU.] Inepta ſcriptio. Emacula.

Non ego delectu; Tyrij ſed vomere Cadmi
Tam ſubitas acies, concepto dente Draconis,
Exſiluiſſe reor.

Mirum quo ſe cellerit acumen Scaligeri, τὸ SED rectè omnes libri agnoſcunt. Cujaciani, Bentiniani, Delriani; Noſter, Camerris, Aldini. Subitum hominis adventum eodem modo indicat Plautus, de terra modo erepſiſſe, qui nuſquam fuerit. Sic autem dicebant de ijs, quorum nolebant ſciri originem. Ovidius libro I. Metamorph. Ubi de Junone quærit Juno:

nec non, & cujus, & unde
Quove ſit armento, veri velut inſcia, quærit.
Iuppiter è terrâ genitam mentitur, ut auctor
Deſinat inquiri.

Cadmi fabulæ, & Terrigenæ milites fabulis notiſſimi.

327. DUCIBUS MANDARENT PRÆLIA PATRES.] Patres cenſerent Bellandum, & hoſtem declararent, in quem arma forent ſumenda. Vide doctiſſimos Pithæanos libros Philippi Bertetij: quique alij Reipublicæ Romanæ mores illuſtrarunt, numero magno, diligentia non mediocri. De Teſſeris, qui Militiam ſcripſerunt. Eas non ipſi Imperatori dandas autumat Leo Tacticorum XX. cap. CLXXXVI.

330. DECRETOQUE TOGÆ.] Curiæ Romanæ, Senatus. Illud Ciceronianum verum fuiſſe dixeris

Cedant arma Togæ.

332. PROCERUM JUSSIS FAMULANTIA. C. ARMA.] Reverentiam Patrum laudat in Stilicone, ut Honorio. IV Conſul.

quæ deniq; Roma
Cura tibi? quam fixa manet reverentia Patrum?
Firmatur ſenium juris, priſcamque reſumunt
Canitiem leges.

Ea cenſeri bonitatem Principum videbis per omnem Auguſtam Hiſtoriam. Et Panegyricos ſcriptores; qui ut debebant eſſe, commendarunt Principes.

334. MANIPLIS.] Quid manipulus, & unde dictus habes apud Vegetium & Julium, qui inſcribitur, Modeſtum. Videtur iſte libellus vel ex Vegetio decerptus, vel ab ipſo, ante eum factus, (cum verba ipſa conſonent,) ut foret à memoria militarium rerum cuidam Principi. Non aliter quam ad rerum geſtarum repetitionem ſcripti ſunt libelli Sexti Rufi & Eutropij.

335. CONSILIO.] Prudentia, Judicio. Sic nullo conſilio agere, temerè omnia adminiſtrare valet. Rutilius Lupus ex Chariſio: *nimirum nullo conſilio liberos procreamus, nam majorem partem ex illis doloris & contumeliæ capimus.* Idem: *in rebus adverſis, cui præſto eſt conſilium, non poteſt deeſſe auxilium.* Facit huc definitio Conſilij apud Rhetorem incertum, ponè Sulpitium Victorem editum: *Ex conſilio ſumetur aliquid ſuſpicionis. Nam conſilium eſt aliquid faciendi, non faciendive, excogitata ratio.* Quæ verba ſunt Ciceronis libro I. Rhetor. & à Mario Victorino cap. LXIIX. Enarrantur, repetunturq;

turque velut Authentica, in Rhetoricis Inſtitutionibus Alcuino, Caroli Magni Magiſtro.

335. STETIT.] Coercita, alioquin ruitura in hoſtem rectà.

336. TE DUCE.] Audito tuo rebellibus fatali nomine.

339. SOLATIA MORTIS.] Ultionis aliquid; damnum contrà hoſti illatum, quod genus mortis jam certi pro ejus ſolatio habebant. Phædrus, Fab. IX.

> *Lepus ſemanimus, mortis in ſolatio:*
> *Qui modo ſecurus noſtra irridebas mala*
> *Simili querela fata deplores tua.*

Sic emaculandum, perperam enim ubique *deploras* editur; cum amara inſit imprecatio, cum gaudio rei præſentis, reſtitutæ Lectioni. Curtius, libro IX. *Alexander non jam vitæ ſuæ, ſed morti ſolatium ſuperveniſſe ratus, clypeo fatigatum corpus excepit.* Aliquoties Appulejus. Vide ſecundum volumen Adverſar.

340. NE TIMEARE TIMES.] Elegans & acuta ſententia, non uni optimorum ſcriptorum uſurpata. Pacatus Panegyrico: *Quo quidem tuus maximè exercitus gaudebat, cum ſe ultrò videret laceſſi, qui nihil magis timuerat quam timeri.* Sidonius, libro I. Epiſtola II. *Dicam quod ſentio, timet timeri.* Nazarius Panegyrico: *tu tamen, Imperator, cum tantam belli molem videres, nihil magis timuiſti, quam ne timereris.* Contrà timeri meret, qui neminem timet. Vulentius Gallicanus in Avidio Caſſio: *Tunc conquieſcentibus cunctis, meruit timeri, quia non timuit.* Stilico autem metuebat, ne nimio metu virtutis ſuæ hoſtem noxium amitteret. Ita Tacitus, Annal. II. *Nihil æquè cavebatur, quam ne bellum metu elideretur.* Modus vero huic timori ne timeatur adhibendus erit Principi is, ne in contemtum cautione ſua veniat patentium. Leo Tactic. II. cap. XXXVI.

μὴ οὕτως ἐπιεικῆ καὶ πρᾶον, ὥστε καταφρονεῖσθαι, μηδὲ οὕτως φοβερὸν, ὥστε μισεῖσθαι. Ἵνα μηδὲ διὰ τὴν ἀμέλειαν ἐκλύσῃ τὸ στράτευμα, καὶ εἰς καταφρόνησιν ἀγάγῃ, μήτε διὰ τὸν φόβον μισεῖν αὐτὸν παρασκευάσῃ.

342. FIDUCIA.] In arma ſua. Qui ſi initio ſtatim perculſus fuiſſet, tot nobiliſſimas civitates in ſolatium cladis ſuæ perdidiſſet.

345. SPE CAPTUS INANI.] Tamquam metueretur à Stilicone, qui obrui poterat, niſi ſic periturus cum damno Reipublicæ. Militaris hujus Prudentiæ exempla potes in omni genere ſcriptorum obſervare, & nos facimus hic.

347. DEMENS.] Virgilianum de Salmoneo.

> *Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen*
> *Aere, & cornipedum curſu ſimularat equorum.*

350. SOLIBUS EFFOETOS] Africani Caloris impatientes: Cum primum iſtuc trajecerint, inquiebat Barbarus, robur omne ipſa aeris vehementia & Solis inadſueto calore amittent, tum eos ego pulvere turmarum mearum enecabo. Vocem eam Gildonis exſtitiſſe non dubito, cujus quæ potentia opesque fuerint notatur uberius ad Belli Panegyricum. Effætus, exſuccus. Virgilius lib. VIII.

> *ſeclis effæta ſenectus.*

Libro V. *frigentq; effæta in corpore vires.* Effætum ſolum penes Columellam Præfat. viribus defectum.

351. GEMINATA VENENIS VULNERA.] Mos gentium verſus eas plagas ſpicula veneno linere, duplici morte, ut loquuntur Poetæ. Silius lib. I

> *Aut hydro imbutas, bis noxia tela, ſagittas.*

Mul-

Multis eruditus ejus Scholiaſtes, lib. XV. Chriſtianos principes hoc non abſtinuiſſe exemplum præbet infelix Joannes Comnenus, qui cum aprum recto venabulo percuſſum, ſuſtinere non poſſet, de ſua ſibi pharetra procidente ſagitta vulneratus interijt, uti narrat Nicætas Choniates. Occidentales etiam gentes hac immanitate uſos docet Sulpitius Alexander de Francis ſcribens. Romani, Quintino duce, ingreſſi, ſaltus pervagati ſunt. Tamdem cum ingentibus ſeptis omnia à ſolido clauſa inveniſſent, in paluſtres campos prorumpere molientibus, hoſtium rari apparuere, qui conjunctis arborum truncis, vel concidibus ſuperſtantes, velut è faſtigijs turrium ſagittas tormentorum ritu effudere. Illitas herbarum venenis, ut ſummæ cuti nec lethalibus inflicta locis vulnera, haud dubiæ mortes ſequerentur. Æthiopes. Mauri. Lucanus verbis ſequentibus.

355. FUGACES AUTOLOLES.] Populi Mauritaniæ, ut & Mazacum natio. Lucanus, lib. IV.

populi tot caſtra ſequuntur:
Autololes, Numidæque vagi, ſemperque paratus
Inculto Getulus equo. Tum concolor Indo
Maurus; inops Naſamon; miſti Garamante peruſto
Marmaridæ volucres; æquaturuſque ſagittas
Medorum; tremulum cum torſit miſſile, Mazax.

Mentio harum apud Suetonium Nerone, cap. XXX. Silium, lib. III. Evagrium. Hiſtor. Eccleſ. lib. I. cap. VII. Epitomatorem Stephanum, Nemeſianum Cynegetico. Ptolomæum, alios Geographos. Eſt & Urbs Cappadociæ, olim Mazaca. Joſephus, lib. I. cap. VII. Ἀρχαιολογ. Vide & Adverſar. lib. CXLIX. cap. II.

358. LEMBO.] Minuto navigio Ammonius περὶ διαφ. λεξ. λέμβος ἐστὶ πλοιάριον ἡνωμένον εἶδος. Alveum exponit Cyrillus Gloſſographus.

359. MERITO.] Quia illic pœnas dedit. Quid Gildone revera factum eſt incertum. Claudianus hic expreſsè ſcribit pœna ordinaria exceptum, paſſum prius ludibria populi. Et ſic Oroſius lib. VII. cap. XXXVI. mortis genus adjiciens: *Gildo & ipſe fugam molitus, arrepta navi, ut in altum provectus, ac deinde revocatus in Africam, poſt aliquos dies ſtrangulatus interijt.* Zoſimus ſua manu ſe peremiſſe ſcribit. lib. V.

ὁ Μασκίζηλος μάχης καρτερᾶς γενομένης τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε Γίλδωνα τὸν βίον ἀπολιπεῖν ἀπαγξάμενον. τοῦτο γὰρ εἵλετο μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γένεσθαι.

Non enim aliud arbitror hæc verba innuere, quamquam & à ſuorum aliquo potuerit occidi. Perijt rei ſcena cum ſecundo noſtri Libro.

359. TABRACA.] Urbs Libyæ. Vide Scholiaſtem Silij, libro III.

360. NULLA ELEMENTA.] Pulcra proclamatione idem exſequitur Quarto Cõſulatu Honorij. à verſu. CIV. Eadem enim Ratio apud Noſtrum Romanarum partium & Juſtitiæ.

361. LAETÆ JURGIA PLEBIS.] Ludibria ante mortem; cum traduceretur ſpectandus velut in triumpho. Fracturum vultus, dejecturum pudore.

363. NIL TRIBUAT FORTUNA SIBI.] Alias utramque paginam faciens. Demoſthenes, Oratione ad Philippi Epiſtolam:

μεγάλη ῥοπή. μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη ἐστὶ παρὰ πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα.

Laudantur ergò ſummè, qui virtute ſua omnia feciſſe dicuntur, excluſa illa gubernatrice omnium. Cicero, pro Marco Marcello ad C. Cæſarem; *Quin etiam illa ipſa rerum humana*

humanarum domina, fortuna, in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert: tibi cedit, tuam eſſe totam ac propriam fatetur. Eumenius Panegyrico Conſtantini: *Inter omnes hoc habes, Conſtantine, præcipuum, quod Imperator es: tantaq; eſt nobilitas originis tuæ, ut nihil tibi addiderit honoris Imperium, nec poſſit Fortuna Numini ſuo imputare, quod tuum eſt, omiſſis ambitu & ſuffragatione.* Eodem pertingit quod fine Epithal. Honor. ait Noſter.

Ornatur Fortuna viro.

Pacatus, Paneg. Theodoſij: *neque enim tua illa præterita Bellica rei gloria adſcribenda fortunæ eſt, quam per tot laborum experimenta quæſiviſti.* Sic Timotheus, Cononis Filius gloriabatur rerum ſuarum Fortunæ nihil adſcribendum, cum ab invidis dormienti ea pingeretur urbes capere. Vide Plutarchum Sulla. Cui contrarius in hanc partem Pericles, qui jam moriturus ad lectum recenſentibus Tropæa amicis, velut ipſo jam non audienſe; quid inquit, hæc Fortunæ fortiter facta, mihi accuditis? Illud vero memorat nemo, quod mea opera nullus umquam civis pullatus inceſſit. Eodem PLutarcho, fine vitæ ejus, auctore. Noſter Stiliconi ſuo pari ſenſu famulari Fortunam ſcripſit, Belli Getici. v. DXVII.

A magno Stilicone cave, qui ſemper iniquos
Fortuna famulante, premit.

Sic in Poteſtate eamdem habere dicuntur alij Heroes. Velleius de Catone: *Cuique id ſolum viſum eſt rationem habere, quod haberet juſtitiam: Omnibus humanis vitijs immunis, ſemper Fortunam in ſua poteſtate habuit.* Minorem Pompeio ſuo Fortunam ponit Lucanus lib. VII,

Quamque fuit læta per tris infida triumphos
Tam miſero, Fortuna, minor.

Pulcrè Onoſander, medium velut tenens, Commilitonem bene gerendis rebus Fortunam admittit, non vero Imperatricem. Proœmio: *Caſus, inquit, ſive Fortuna, ſubſidiarij, auxiliariſque, & commilitonis vicem præſtat, non tamen Imperatoris: nec ſunt penes ejus arbitrium omnia. Stulti qui rebus in bella malè geſtis ſolam Fortunam, non etiam militum ignaviam, imbelliumque accuſant, & Victoriæ laudem ducum Virtuti Conſilioque ereptam, Eventui tribuunt. Nam Veritati Aequitatiq; conſentaneum non eſt, profligato exercitu criminari Fortunam, Imperatorem prorſus inculpatum dimittere. Et contra valde ingrati animi eſt, Ducem; adepta Victoria, illaudatum præterire, ac omninò omnem uni Fortunæ referre gratiam.* Sic ſanè & Fortuna pertinet ad Beatitudinem, ut Ariſtoteli definitur, ſive requiritur. Rutilius Lupus: *Ariſtoteles dicitur dixiſſe, ejus eſſe vitam beatiſſimam, cuique & Fortuna Sapientia, & Sapientiæ Fortuna ſuppeditet.* Hæc ſapientia facit Fortunam adverſam, nihil omnino poſſe in poſſeſſorem ſui. Horatius egregie lib. II. Serm. VII.

Quiſquam igitur liber? Sapiens ſibi qui imperioſus,
Quem neque pauperies, neque mors, nec vincula terrent,
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores,
Fortis, & in ſeipſo totus teres atque rotundus,
Externi ut quid valeat per læve morari,
In quem manca ruit ſemper Fortuna.

Quo intelligendum quod non minus verè quam rotundè dixit Carneades, citante in Virgilium Fulgentio: πᾶσα τύχη ἀνθρώπου φρονοῦντος κατοικεῖ. Hoc eſt, Sapiens homo intellectu ſuo omnem domare aſperam, omnem ſibi utilem reddere Fortunam faventem poteſt, utriuſque enim arbitrium ſibi ſervat.

368. ALEA.] Belli. Non, ait, uno ictui Fortunæ umquam omnia credidimus. Notum Cæſaris dictum ad Rubiconem.

Iudice

Iudice Fortuna cadat alea: ſumite bellum.

368. DUX MAJOR.] Ipſe videlicet Stilico. Miſit enim in barbarum fratrem Maſcerelom, aut quocunque tantundem nomine fuit, ludus ille exſcriptorum.

369. OPTATIOR.] De omnibus ſuis ta loquitur. Noſter male *optantior*

370. VEL PYRRHUM.] Meliore ſono ſcriptum in Noſtro:

Pyrrhumve, Antiochive fugam.

373. RUERANT.] Non ſollicito. Tamen melius idem Codex ruerunt. Hiſtorias norunt, vel qui prima Elementa didicerunt.

374. STABAT ROMANA SALUS.] Conſiſtebat. Sulpitia de Rep. Romana.

Omnia Bellorum terra, quæſita marique
Præmia conſilio, & molli ratione regebat.
Stabat in his, nec enim poterat conſtare ſine illis.

Romam autem & Italiam fame conficere poterat Gildo.

375. VINCI PENE FUIT.] Acute rem in acie verſantem inſinuat. Sic Alexander inſtante Dario morbo correptus: *Lenta,* inquit, *remedia, & ſegnes medicos non exſpectant tempora mea. Vel mori ſtrenuè, quàm tardè convaleſcere mihi melius eſt.* Curtius lib. III.

377. SUPPLICIUM DEFORME.] *Famem*, miſerrimum genus mortis. Adverſariorum lib. LX. ad Auguſtinum.

381. QUAM NEC DUM QUÆSITA.] Xenophon Anabaſi. VII.

ἐμοί τοίνυν μεῖζον βλάβος, καὶ αἴσχιον εἶναι τὰ ταῦτα νῦν μὴ καταχεῖν, ἢ τότε μὴ λαβεῖν.

Vide Libro Secundo v. CCCXXVI.

382. LENTUM CANERET FABIUM.] Cunctatorem. Notiſſimæ Hiſtoriæ. Quas qui neſciunt, huc diſcitum non venient. Canere Famæ eſt. ſuprà.

Argum Fama canit centeno lumine cinctum.

382. JURE PEREMTO.] Romanis moribus, barbarie inducta. In illis ponit omne jus. Quarto Conſulatu. V. DVI.

383. FAMULA CARTHAGINE.] Subdita ea urbe ſervitium Romæ auguratur: Non fefellit hominem prudentiſſimum augurium, ut tempora mox ſequentia Vandalis ea potitis, & inde Roma devaſtata, conteſtantur.

384. ADOREA.] Victoria. Gloria. Apuleius Apologia? *Manio Curio tot adoreis longè incluto.* Præcipuè Bellica. Lexicon Vetus. δόξα, ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου, *Adorea.* Clauſula libri generoſa & magnifica damnat livoris & inſcitiæ judicia hominum perverſa, qui Spiritum benè conceptum male deſtituere Poeſin Claudiani dixerunt. Quamquam ἀκηδία ſua & eo eos homines fallere potuerit, quod libros aliquot mancos pro integris abſolutiſque habuerunt.

CASP.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI,

DE LAVDIBVS STILICONIS LIBRVM SECVNDVM

Animadverſiones.

V. I. HACTENUS ARMATÆ LAUDES.] Non ſollicitamus Lectionem. In Noſtro tamen Libro non eſt ineptior ARMATI. De *Laudum* voce non inepte Martinus Roa Singul. lib. I. cap. XII.

V. 1. QUALIBUS URBEM.] Omnino *Orbem* ſcripſit Claudianus. Aliquoties alibi Vtrumque Imperium Stiliconis curæ à Theodoſio commiſſum celebravit. Urbis Fiærnatio Præfectum ejus deceat, non Patrem Impe ij, P incipumq; moderatorem. *Tuentur* veritatem Noſter, Belgici aliquot Libri, Camertisque & Aldi, ut & Bongarſianus Codex neg igente Scaligero.

V. 2. MORIBUS.] Pacis virtutes omnes intellige. Ex mpla alibi dicta.

V. 2. METUENDUS AMORE.] Amori mixto metu: quæ duo juncta Venerationem faciunt Epithalamio Honorij de Eodem Stilicone:

Non odium terrore moves, nec frena reſolvis
Gratia. diligimus pariter, pariterq; timemus.
Ipſe metus te noſter amat.

Et Rationem pulcrè ſubjicit.

juſtiſſime Legum
Arbiter, egregia Pacis fidiſſime cuſtos.

De Deo, cui iſtum adſimilat noſter, pariter Seneca apud Lactantium lib. VI. cap XXV.

V. 3. ACTORE.] Quo medio, interceſſore, negotij geſtore. *Actor*, qui gerit, offert, impetrat, conficit, rem alterius ſuove nomine. Nolentem enim recuſantemque Conſulatum ſubijſſe Stiliconem videri vult. v. CCXIIX.

innumera trabeatum inſignia terra
Certatim petiere tibi; poſcentibus ipſe
Reſtiteras.

Sic Symmachus lib. IX. Epiſt. VI. *Actores præſentium, quibus res longinqua remittetur. Actores Domini* in villa apud Columellam, lib. XII. cap. III. de Villica. *Nihil enim nocebit ſi ſibi atq; auctoribus, & alijs, in honore ſervilis veſtis domi confecta fuerit, quo minus Patrisfamilias rationes onerentur.* Ovidius Epiſtola Helenæ.

ſic acceptiſſima ſemper
Munera ſunt actor, qua pretioſa facit.

Vox ſæpius mendoſa eſt apud *Papinium*, ut ejus recenſione ad optimas vetuſtiſſimaſque at ue membranas nuper ſumus experti. Sic ex. lib. IX. v. DCCLII.

> *Ille trahens oculo plenam labore ſagittam*
> *Ibat in actorem.*

Eodem lib. v. XX XIX.

> *Sed poſtquam haud dubio clades actore reperta eſt.*

lib. VIII. v. DCCXVI.

> *Ecce ſecat Zephyros ingentem fraxinus iram*
> *Fortunamque ferens, teli non eminet Actor.*

Alijs locis. Noſtro hic aſſerunt Scripti aliquot libri, Aldus. Gloſſæ Baſilicorum, ἄκ᾽ωρ, πρωκυρήκτωρ. *Actor Fiſci*, apud Anſegiſum lib. IV. cap. III. Capit. Carol. *Actores Eccleſiarum*, Epiſcopi. Auctor de Statu Eccleſiæ, cum Hincmaro Editus. Sic quoq; patrimonium Sanctæ Eccleſiæ, quæ Chriſti cohæres eſt, tutoribus & actoribus, id eſt Epiſcopis & Clericis alienare, vel & parentibus & amicis contradere, Leges & divinæ & humanæ terribiliter contradicunt. *Agires*, quæ conficitur, dicitur Petro Chryſologo, initio Serm. CXLII. *Agi, qui perſuadetur*. Corrippus lib. II.

> *Ipſe autem procerum magnis oratibus actus*
> *Non prius imperij Regalia ſigna recepit.*

4. SUUM ANNUM.] Nomine ſuo ſignatum. *Anni* enim ſunt Conſulum. Noſter de Sene Veronenſi.

> *Frugibus alternis non Conſule computat annum*

Notamus alibi His Animadverſionibus.

5. FIDIBUS REMISSIS.] Intentus enim ſonus Bellicarum Laudum. Pacatæ res breviore gyro, ut Papinius loquitur, abſolvuntur.

5. MUSA.] Filia Mnemoſynes. Mnemoſyne autem concentus cęleſtium Orbium, qua ratione cantus Poetarum de ſuperno adflatu, ſupernisve cantibus Harmonię cœleſtis indicare voluerunt veteres. Porphyrius, Vita Pythagoræ:

Τὰ δ᾽ οὖν τῶν ζ. ἀστέρων φθέγματα, καὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν ἐπὶ ταύτης τε ὑπὲρ ἡμᾶς λεγομένης ἣ καὶ τὺς ἀντίχθονας, τὰς ἐννέα Μούσας εἶναι διεβεβαιοῦτο. Τὴν δὲ πασῶν ἅμα σύγκρισιν, καὶ συμφωνίαν, καὶ ὡσπερεὶ σύνδεσμον, ἧπερ ὡς ἀϊδίου τε καὶ ἀγεννήτου μέρος ἑκάστη καὶ ἀπόρροια Μνημοσύνην ὠνόμαζεν.

Quod ſcitum paſſim ſapientiſſimi vates alludunt, licet Ariſtotelico dogmate piorſus evertatur. Sed Ariſtotelis librorum, ob obſcuritatem, puto, obſcuritas magna apud veteres fuit, uti vel ex Topicis Ciceronis nemini ignorabile.

6. CUSTOS CLEMENTIA MUNDI.] Hac enim moderante omnia conſtant, ne ardore, frigore, vi, violentia, peſſum eant. Quarto Conſ. Hon.

> *Nonne vides operum qui ſe pulcerrimus ipſe*
> *Mundus amore liget, nec vi connexa per aevum*
> *Conſpirent Elementa ſibi.*

Vide doctum Sermonem Petri Fabri lib. III. Semeſtrium, cap. XVII. Cuſtos, conſervatrix, Corrippus, libro Primo.

> *Prudens Conſilium, ſtabilis mens, ſancta Voluntas.*
> *Et rerum cuſtos Vigilantia.*

De Clementia omnium cuſtode PLato & Platonici Timæo. Ariſtoteles, ſi is eſt, & Appuleius, de Mundo. Maximus Tyrius, Plotinus, Pythagoræi &c.

7. JOVIS ZONAM.] Summa enim Poteſtas, à qua dependent omnia, omneſque cæteræ, neceſſe eſt ſit Tranquilla, Placida, Pace divina & inturbabili omnia moderans, ut Manlio noſtri Juſtitia ſuadet. Juppiter

autem conſenſu omnium eſt illa ſuprema, omnia moderans, gubernanſq; poteſtas, quo nihil Tranquillius. Clementius; unde nomen habet, quoque nominis ejus ei impoſitione ſpectarunt ſapientiſſimi viri.

Τὴν γὰρ ὄντως ὀρθότητα τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς ἀϊδίοις τῶν πραγμάτων χρὴ ζητεῖν, καὶ τούτων ἐν τοῖς θείοις, καὶ τῶν θείων ἐν τοῖς ἀρίστοις, ὅθεν καὶ τὸ τοῦ Διὸς ὄνομα σύμβολόν ἐστι, καὶ εἰκὼν ἐν φωνῇ δημιουργικῆς οὐσίας, τῷ τοὺς πρώτους θεμένους τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα, διὰ σοφίας ὑπερβολὴν, ὥσπερ τινὰς ἀγαλματοποιοὺς ἀρίστους διὰ τῶν ὀνομάτων, ὡς δι᾽ εἰκόνων, ἐμφανίσαι αὐτῶν, τὰς δυνάμεις. τὰ γὰρ ἐν τῇ φωνῇ ὀνομάτων σύμβολα. τῶν ἐν τῇ ψυχῇ νοήσεων ἀπειργάζοντο.

ait Hierocles. Itaque Jovis Sidus Clementiæ adſcribitur à Poetis proprium, quæ ſervat, cuſtodit, ſupremo ſuo numine, omnia. Lucanus lib. X.

Frigida Saturno glacies, & Zona nivalis
Ceſſit; habet ventos, incertaque Fulmina, Mavors.
Sub Iove Temperies, & nunquam turbidus aer.

Idem eſt Temperies rerum, & Chorus Temporum, quo conſtant per mutuas ſucceſſiones omnia. Avienus principio Arati, luculentis & Theologiæ veteris plenis verſibus:

Nec deſit genitis Pater ullo in tempore rebus.
Iſtius ille anni pulcer chorus: alta ut hebeſcat
Terra gelu, ver ut blandis arrideat arvis,
Pulverulenta ſitis tellurem ut torreat æſtas,
Et gravis auctumni redeat futura parentis.

Hincque aſpectus ſive favor ejus, omnium bonorum præbitor, ut ſtellam ad omnia ſalutarem dicit Martianus Capella; Libro VIII.

V. 7. INCOLUIT ZONAM.] Inde velut nunc in pectus Stiliconis, translata. Manuſcripti nihil hic mutant. Itaque nec accedimus amico noſtro Io. Frid. Gronovio, qui *involvit* reducendum autumat.

9. CHAOS CLEMENTIA SOLVIT.] Materiam confuſam rerum dicit, quam digeſſerit & explicaverit Clementia, ut alludunt litteras Veritatis Poetæ fabulatores. Moyſes certè primo loco tale quoddam condidiſſe Chaos Deum tradit, quod pulcrè explicavit Marius Victor. Poeta.

Utque iſtum faceret, dives Sapientia, mundum,
Cuncta ſimul genuit; ſed poſthac ſemina rerum
Ornavit ſuperinductis informia formis.

Et Cyprianus, ut volunt, Geneſi ſua.

Principio Dominus cœlum terramque creavit,
Iamque erat informis, fluctuq; abſcondita, tellus.
Dum chaos, & nigra fuſcabant cuncta tenebra.

Hilarius etiam Arelatenſis Chaos diſerte agnoſcit.

Omnia cum nigrum tegeret Chaos, altaque moles
Deſuper urgeret informis corpora mundi,
Nec ſpecies nec forma foret, Deus intus agebat.

Materia PLatonicorum nota, de qua ſupra ad Panegyricum Mallij, & ad Theophraſtum Æneæ Gazzi. Clementiam autem ſive Temperiem confuſam illam molem redegiſſe in ordinem, poſt alios, autumat & Ruricius Encomio Veris, quæ eſt Epiſtola Quinta Libri primi: *Nunc etiam tellus ſterili rigore concluſa, quaſi virili ſemine, hoc verno tempore concepto, occultis maritata meatibus venas laxat ad partum. Et hinc quod deliti ſuave,* quæ

quod eſui dulce, quod uſui utile, quod victui neceſſarium, quod viſui jucundum, quod olfactui gratum, quod tactui blandum, omne producit. Siquidem hæc eſt illa temperies, quæ mundi naſcentis materiam, quaſi adhuc in cunabulis teneram, in gremio quodam, clementiſſima altricis complexu, nutrivit; ne ſubſtantiam, nullo labore duratam, aut æſtivus fervor exureret, aut hiemalis ardor exſtingueret, aut ventorum flabra portarent.

9. MAXIMA NATU] Immo æterna ideo, quia citra eam nulla Temperies, ſine Tempeſtiê, nulla progeneratio: Sine progeneratione nullum exordium, Theologia quidem Poetarum, qui ex Elementorum contemperie, & partibus mundi Deos etiam ſuos oriundos ſcripſerunt.

10. CONGERIEM.] Indigeſtam. Ovidius de Eodem Chao.

congeſtaque eodem
Non benejunctarum diſcordia ſemina rerum.

Communem de Chao ſententiam confutant Theologi multi veteres. Ex mediæ ætatis Transſcriptoribus Gulielmus Hirſaugienſis lib. I. Inſtitut. Aſtrolog.

10. MATERIEM RUDEM.] Vide ad Paneg. Mallianum. *Rudem*, inpolitam. Virgilius, lib. IX.

rudem nodis & cortice crudo haſtam.

10. VULTU SERENO.] Placido, divino: qua ratione fictum aliis Venerem, omnium Dearum venuſtiſſimam, Chaos illud in formas rerum dediſſe. Nonnus Libro XLI, de terra loquitur.

πρώτη κυανέης ἀπεσείσατο χεῦμα ὁμίχλης,
Καὶ χάεος ζοφόεσσαν ἀπέσυρε λῆξε καλύπτρην.

Vultum autem Serenum & Sereniſicum Diis tribuunt omnes Poetæ ſuis. Veneri Lucretius, nobili illo principio ſui Operis. Ovidius Faſtis. Apollini Callimachus, ejus Hymno, Minervæ Homerus, Baccho Nonnus, Jovi horum uterque. Et ſic aſpectus veri Soliuſque Numinis pacem & exſultationem infert, averſio autem ejus oculorum ingreſſum dat omni malo, de quo pulcrè Clemens Alexandrinus lib. I. Pædagogi.

11. DISCUSSIS TENEBRIS.] Lux enim prima Naſcentium fuit, unde rerum formæ paruere. Multis Dracontius initio Hexæmeri, quique alii Græci & Latini ſcripſerunt ejuſdem argumenti Commentaria.

11. SECULA.] Tempora, in quibus ſunt, vivuntque omnia. Poteſt vitã omnium animantiũ, hominumq; hac voce intelligere.

12. PRO TEMPLIS.] Divina Philoſophia Deum immortalem habere non alibi ſedem, non alibi domicilium, ipſo dignum, quam apud mentem hominis, ipſi videlicet dignitate proximam. Hierocles in Aurea Carmina:

μόνος γὰρ οἶδε ἱερᾶν ὁ τὴν ἀξίαν μὴ συγχέων τῶν ἱερωμένων, καὶ ὁ προσζυγέμένως ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων, καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων, τὸν ἑαυτοῦ παρασκευάζων νοῦν.

Papinius de eadem hac Clementia, lib. XII.

Urbe fuit media, nulli conceſſa Parentum
Ara, Deûm, mitis poſuit Clementia ſedem;
Nulla autem effigies, nulli conceſſa metallo
Forma Deæ; mentes habitare & pectora gaudet.

Prudentius Romano, de Vero Numine.

Aedem ſibi ipſe mente in hominis condidit,
Vivam, ſerenam, ſenſualem, ſtabilem.

B. Paulus, priore ad Corinthios. VI. Athanaſius, lib. I. de Trinitate:

καὶ οἱ ᾠδῖα ἦσαν, καὶ εἰσιν. ἐπειδὴ καὶ ναοὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου εἰσιν. λέγει γὰρ Παῦλος· οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ

ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστι. δοξάσατε δὴ τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. Iuſtinus Martyr Paræn. II. ὁ θεὸς οὐ βούλεται τῶν σωμάτων ἀγκάλας, καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγενείας φρύαγμα, ἀλλὰ ψυχὴν τε καθαρὰν ὁσιότητι τετειχισμένην. Ignatius Epiſtola ad Epheſios: οὐδὲν λανθάνει τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτοῦ ἐστι. πάντα τὰ οὖν ποιῶμεν, ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοί.

Seneca apud Lactantium lib. VI. cap. XXV. Div. Inſtit. *Vultisne vos Deum cogitare magnum & placidum, & majeſtate, leni verendum amicum, & ſemper in proximo? Non immolationibus, nec ſanguine colendum multo: quæ enim ex trucidatione immerentium voluptas eſt? Sed mente pura, bono honeſtoque propoſito.* Non Templa illi, congeſtis in altitudinem ſaxis, exſtruenda ſunt. Sed in ſuo cuiq; conſecrandus eſt pectore. Paullinus, Epiſt. XII.

> *Corpore, mente, fide, caſtiſſimus incola Chriſti,*
> *Condidit iſta Deo tecta, Severus ovans:*
> *Totus ut ipſe Dei templum viget; hoſpite Chriſto.*
> *Gaudentemque gerit corde humili Dominum.*

Auguſtinus, Confeſſionum lib. II cap. III. *Sed matris in pectore jam inchoaverat Chriſtus templum ſuum, & exordium ſanctæ habitationis ſuæ* Cyprianus Dictione ad Donatum, Epiſt. II. *Iam tibi auro diſtincta laquearia, & pretioſi marmoris cruſtis veſtita domicilia ſordebunt, cum ſcieris te excolendum magis, te potius exornandum, domum tibi hanc eſſe potiorem, quam Dominus inſedit vice Templi in qua Spiritus Sanctus capit habitare.* Idem Commentario in Orationem Dominicam veteribus libellorum commendatiſſimo: *converſemur quaſi Dei templa, ut Deum in nobis conſtet habitare, qui Spiritales eſſe cœpimus, non niſi Spiritalia cogitemus.* Prudentius, Priore in Symmachum.

> *Deus illuſtravit alumnam*
> *Materiem, corpusque parens habitabile fecit,*
> *Ipſe ſibi, placito ut poſſet requieſcere Templo.*

Idem Eodem Libro:

> *Quod ſunt qui ſummum cœli Dominum venerantur,*
> *Iuſtitiamque litant, & Templum pectoris ornant.*

Demoſthenes Orat. I. Contra Ariſtogit.

καὶ δίκης γε, καὶ εὐδαιμονίας, καὶ αἰδοῦς εἰσὶν ἅπασιν ἀνθρώποις βωμοὶ, οἱ μὲν κάλλιστοι, καὶ ἁγιώτατοι, ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου, καὶ τῇ φύσει, οἱ δὲ καὶ κοινοὶ τοῖς πᾶσι τιμᾶν ἱδρυμένοι, ἀλλ' οὐκ ἀναισχυντίας, καὶ συκοφαντίας, οὐδ' ἐπιορκίας, οὐδ' ἀχαριστίας.

Joannes Damaſcenus libro IV. capite XVI. καὶ οἱ ἐν χειρὶ θεοῦ ὄντες, εἰς ζωὴν καὶ φωτὶ ὑπάρχουσιν, ἀλλὰ δὲ καὶ διὰ τοῦ νοῦ, καὶ τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐνῴκησεν ὁ θεός φησὶν ὁ Ἀπόστολος; οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ἡμῶν ναὸς τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματος ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι, καὶ εἴτις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεὸς, πῶς οὖν οὐ τιμητέον τοὺς ἐμψύχους ναοὺς τοῦ θεοῦ; τὰ ἔμψυχα τοῦ θεοῦ σκηνώματα.

Auguſtini Sententiæ, cap. CCCXXXIV. *Quid, ſupplicaturus Deo, locum aptum & ſanctum, requiris? Interiora tua munda; & omni inde mala cupiditate depulſa, præpara tibi in cordis tui pace ſecretum Valens in templo orare, in te ora. & ita age ſemper, ut Dei templum ſis; ibi enim Deus exaudit, ubi habitat.* Clemens Alexandrinus, lib. II. Pædag.

οὐκ ἄρα περὶ θνητοὺς βιοτεύων ἀγαζόμενος θεῶν, οὐδὲ μὲν, ὥς φησὶ ὁ παῦλος, οὐ χρὴ πόρνης ποιεῖν μέλη, τὰ τοῦ χριστοῦ μέλη, οὐδὲ μὴν νεὼν τῶν παθῶν

θῶν, τῶν αἰχμῶν, τὸν νεὼν τοῦ θεοῦ ποιητικόν. Idem lib.VII. Stromatum: Θεοῦ δὲ ναός ἐστιν ὁ μὲν μέγας, ὡς ἡ ἐκκλησία: ὁ δὲ μικρὸς, ὡς ὁ ἄνθρωπος, ὁ τὸ σπέρμα σώζων τὸ τοῦ Ἀβραάμ.

Laudâtur ita ſummi Heroes, ut hic Stilico, qui Virtutes in animo ſuo fixas firmaſque habent, ut ingenita humanitas Principibus habetur, lib.X. Cod. Theod. cap.IX. Ut ſcribit de Judice Amœniſſimæ Eloquentiæ Atticiſta Aelianus, Variar. libro XIV. capite XXXIV.

ἐγὼ δὲ ἠξίουν, μὴ λίθῳ πεποιημένην, καὶ εἰκασμένην τὴν ἀλήθειαν, περιφέρειν τὸν δικαστὴν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἔχειν αὐτήν.

12. THURE CALENTIBUS.] perpetuo & ubere numinis cultu. Virgilius.

templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ, ſertiſque recentibus halant.

14. POENIS HOMINUM.] Sævitiam ſcitiſſimè ipſis penetralibus Herois ſui avertit, indignum teſtatus gaudere ſanguine, & pœnis delectari tantarum rerum effectorem. Notum illud Commendatiſſimum *quam vellem neſcire litteras.* Sic Ariſtoteles de Alexandro Magno, apud Rutilium Lupum lib.I *Alexandro Macedoni, nec in deliberando conſilium, neque in præliando virtus, neque in Beneficio Benignitas deerat, ſed duntaxat in ſupplicio crudelitas. Nam cum aliqua res dubia accidiſſet, parebat Sapientiſſimus; cum autem confligendum eſſet cum hoſtibus, fortiſſimus; cum præmium dignis tribuendum, liberaliſſimus, at cum animadvertendum, clementiſſimus.* Pertinet præclarum ſcitum Ammiani Marcellini, lib. XXIX. *Nihil*, inquit, *aliud eſt Imperium, niſi cura Salutis alienæ: Bonique eſt Moderatoris reſtringere Poteſtatem, Reſiſtere cupiditati omnium rerum, & implacabilibus iracundiis, n. ſſeque, ut Cæſar dictator ajebat, miſerum eſſe inſtrumentum Senectuti recordationem crudelitatis. Ideoque de vita & Spiritu hominis, quæ pars eſt mundi, & animantium numerum complet, laturum ſententiam diu multumque cunctari oportere; nec præcipiti ſtudio, ubi irrevocabile factum eſt, agitari.* PLura hic in vbere Commentario. Clementia tamen ſic erit reſtringenda cordato principi, ne impunita ſcelera creſcant, ut Noſter Sapientiſſimè infrà monet, quali vecordia labem totis civitatibus indui monet, monitor non indiſertus, Libanius, Legatione ad Julianum.

14. SANGUINE PASCI TURPE FERUMQUE PUTES.] Panegyr. Manlij.

Qui fruitur pœna, ferus eſt

Feritas enim ſpeciatim appellatur hoc vitiū. Seneca, lib.II de Clementia, cap.IV. *Nec interficere contenti ſæviunt ut Sinis ille & Procruſtes, ut piratæ, qui captos verberant, & in ignem vivos imponunt. Poſſumus dicere non eſſe hanc crudelitatem, ſed Feritatem: cui voluptas ſævitia eſt: poſſumus inſaniam vocare, &c.* Verbum *paſci* voluptatem hanc Feritatis ingerit, quod delectari animum indicat. Optatus Afer, lib. II. *Neque enim Eccleſia dici poteſt, quæ cruentis morſibus paſcitur, & Sanctorum ſanguine & carnibus opimatur.* Hieronymus Epiſt. ad Innocentium: *Igitur Conſularis, paſſis cruore luminibus, ut fera, quæ guſtatum ſemel ſanguinem ſemper ſitit, duplicari tormenta jubet.* Avienus Periegeſi.

impiger agros
Incola decurrit, ſitit atrum dira cruorem
Gens hominum, & ſævo paſcuntur pectora bello.

Tacitus, Hiſtor.III. *Audita eſt ſæviſſima Vitellij vox, paviſſe ſe oculos ſpectata inimici morte*, Rogerius, li. ſeſt, de Contemtu Mundi, cap IX. *Si quis adhuc hujus vitæ voluptatibus paſcitur, ab intellectu æternæ Sapientiæ ſeparatur.* Sic ali pœnis infelicium dixit Sulpitius Severus, Dialog.III. De Avitiano: *& illa beſtia, quæ humano ſanguine, & infelicium mortibus*

tibus, alebatur mitem ſe atque tranquillam, beato viro præſente, præſtabat. Sic *paſci* perdundis annuaous vitio nominatos ſuorum temporum Epiſcopos, ait Bernardus Morlanenſis, libro III Rhythmorum de Contemtu Mundi.

> *Paſtor ad ardua fercla recumbit*
> *Vera vocabula, paſta cibu gula, re profitetur,*
> *Sed ſua paſcua non niſi menſtrua ſunt animarum.*

Sic Claudianus, priore in Rufinum. *avaro Paſcitur Intuitu Paſci* enim, ut dictum, voluptatem notat cum alimonia. cujus & alia exempla adſcribemus. Gregorius Magnus, Homilia XXX. *Amor verus, qui hanc repleverit, fletibus cruciat, ſed dum tali ardore cruciatur, ipſis ſuis cruciatibus paſcitur.* Idem, lib. IV. Dialog. cap XLIV. *Omnipotens Deus, quia pius eſt, miſerorum cruciatu non paſcitur, quia verò juſtus eſt, ab iniquorum ultione in perpetuum non ſedatur.* Hericus Altiſſiodorenſis, lib. IV.

> *Olim fama canit feritas quod litibus omnis*
> *Paſcitur.*

Gloſſarium vetus, Arabico Latinum: *Bibones, qui in vino paſcuntur* Niſi intellexit is amen muſcellas minutas vinarias, cum *naſcuntur* Edatur, Plauto *paſcere* eſt edere. Rudente:

> *Si quis avidus paſcit eſcam avariter.*

Priſcianus, fine lib. XVIII. Julius Firmicus, de Error. Prof. Rel. *Cujus inanis vilitas in cineres favillasq; ſervatur, quam rapax ignis violentia Congeniti Spiritus paſcitur.* Claudianus. Infra hoc Libro.

> *herbis*
> *Queis Solis paſcuntur equi*

Paſcua pro cibo aut prandio uſurpata Appulejo, lib. II. *Nec tamen domi Milonem offendo, ſed tantum caram meam Fotidem. quæ ſuis dominis parabat viſcum fartim conciſum, & pulpam fruſtatim collectam ad paſcua jurulenta.* Quæ addere volui ad tuendum Ang. Politianum maximum mihi virum, hoc uſu barbariæ olim notatum.

15 FERRUM MARTE CRUENTUM SIC CUM PACE PREMAS.] Ita omnes Libri, Cujaciani, Belgæ, Bentiniani, Cameraris, Aldi; etiam Scaligeri Cenſio. In ſolo uno noſtro veritas conſervata eſt, voces male diruptas reducentes in genuinam unam *Siccum pace* Hoc eſt, adeo ſis pacificus extra bellum, ut non ſentiat, neſciat omninò, ſanguinē mucro tuus, aut gladius. Tingas enim ſanguine hoſtium, civium cruore ſiccum ſerves, Nihil evidentius. Impoſuit tot doctis viris, tot librariis relatio voculæ ut. Quam vacare perperam rati ſunt, hic *τὸ cum* legeretur cum ad anteriora ſe referat ea vocula. *Siccum gladium* pariter ipſemet dixit, Libro. II. in Rufinum V. CCXXXIV.

> *ultroq; manus mucrone furenti*
> *Ducitur, & ſiccum gladium vagina recuſat.*

Barbariſmus præterea tinnit, *cum pace gladium premere.* Noſtro Codici affuit aſellus quiſpiam bipes qui raſam vocem interſtitio disjungere in vulgarem ſcripturam voluit, ſed facinus tam laudabile non perfecit. Sententia interior eſt, quamcunque etiam operarum ſtragibus Marte adverſo Stiliconem, illicò tamen, pace compoſita, enſis uſum prorſus abjeciſſe; non vindicaſſe inimicitias, rebus jam ſopitis, malè diſſimulata offenſione. Sic Theodoſium laudat Quarto Conſulatu Honorii.

> *mitis precibus, Pietatis abundans,*
> *Pœna parcus erat: Paci non intulit iram,*
> *Poſt acies odiis idem, qui terminus armis.*

Idem ſentit Ovidius in his, lib. III. Triſtium. Eleg. V.

> *Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leone,*
> *Pugna ſuum finem, cum jacet hoſtis, habet,*

At

At Lupus, & turpes inſtant morientibus urſi,
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.

Quæ ſequentibus exprimit Claudianus. *Pacem contrariam*, quæ ferrum tegat, ut tutius eo noceat, damnat; talemq; itidem commendat Poëta ſcriptorque conſultior quam vulgo, affectans ſimplicitatem, videatur, Calpurnius. Ecl. I.

Candida pax aderit, nec ſolum candida vultu,
Qualis ſæpè fuit; quam, libera Marte profeſſo,
Publica diffudit tacito Diſcordia ferro.
Omne procul vitium ſimulatæ cedere Pacis
Juſſit, & inſanos Clementia condidit enſes:
Plena quies aderit, quæ ſtricti neſcia ferri,
Altera Saturni revocet Latialia regna.

Quæ omnia de Veritate Emendationis dubitare non ſinunt.

16. INFENSUS.] Tacitè eos odio habens, nec facilè placabiliter. Quomodo qui perſequitur aliquem, certè materiam alendis odijs præſtat. Non puto Linguam eſſe quæ τὸ INFENSUS, ut Latinis valet, pari vi exprimat. Virgilius, lib. II.

Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt.

Quo ſanè dirius odium eſſe non poſſit, & benè Servius qui pluſquam inimicos dici notat.

17. ULTRO IGNOVISSE VELIS.] Etiam non rogatus. Ut potius tibi ſit ultrò ignoſcere etiam merenti, quam ſtrictè ulciſci crimina. Ita *Cicero* ſe ignoſcendi cauſſas quæſiviſſe, cum in aliquem animadvertendum foret, affirmat. Et repetit Ammianus, fine libri XIX. *Exſultare*, inquiens, *mœſtis caſibus effrenatè non decet, ne videantur licentia regi ſubditi, non Poteſtate. Imitandus ſit Tullius, quum parcere vel lædere potuiſſet, ut ipſe affirmat, ignoſcendi quærens cauſſas, non puniendi occaſiones, quod judicis lenti & conſiderati eſt proprium.* Pertinent eodem, quæ ſuadet Hydaſpes Jovis Patris exemplo filio ejus, Baccho, lib. XXIV. Dionyſiac. Nonni.

Ἀλλὰ χόλον πρήϋνε· τεοῖς ὅτι γούνασι πίπτω,
Μειλίχιον στρέψας ἱκέτην ῥόον· ἐν πολέμοις γὰρ
Εἰ θρασὺν αὐχένα κάμψε, καὶ ἤπιος ἔσκε Τυφωεὺς
Καὶ κεν ἀπορρίψας παλινάγρετον ὄγκον ἀπειλῆς,
Ἀστεροπὴν ἀνέκοπτε πατὴρ τεός, ὑψιμέδων Ζεύς.

18. OCYUS] Promtius. Alibi

non ocyus hauſit Achilles
Semiferi præcepta ſenis.

19. IMPLACABILIS.] Crimen à Stilicone removet, quod in Achille reprehendunt Græci ejus Laudatores: ſtolidè ſcilicet eum feciſſe, qui alijs ſuaderet avertendæ Deorum Iræ nihil non facere, cum ſuæ ipſe fræna imponere neſciat. Vide Libanij Legationem ad Julianum. Sæpius de hoc vitio mirifica comminiſcitur Ovidius libris in exſilio ſcriptis, quo liberari, ſuisq; reſtitui non potuit ob diram tyrannicamq; Auguſti implacabilitatem.

20. OBVIA PROSTERNAS.] Eſt illud. Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos. Porphyrius ad Conſtantinum

ad Martia Victor,
Mitior ad veniam, permulcens aſpera Legum
Juſtitia æterna.

Alia notabamus his diebus ad Gulielmum Britonem. Eadem in Laudibus Caroli Magni, [illegible]erius Helpericus. Alius Poeta Chronologus, in rebus ejusdem.

Red-

Reddere jus civile bonis, terrere malignos.
Divinas, mundique pias ex ordine Leges
Tunc exerceri mandaverat, ac renovari.

Gunterus, lib IV. De Friderico Primo:

Oppreſſos renovat, Pœna graviore ſuperbos
Percuſſit, afflictis bonus, at metuendus iniquis.

Paria Rigordus Gothus in Rebus Philippi Auguſti Franciæ Regis, Roſvveida Poetria verſificatrix ad Othones. Panegyriſtæ hæc in immenſum diducunt.

21. FROSTRATAQUE MORE LEONUM DESPICIAS.] Ex verbis modo poſitis Ovidij, Reperitque Epigrammate ad Adrianum. Vide notas ad Gulielmum Britonem. Pulcerrimè Seneca, lib. I. c. V. de Clemētia: quod totum ad hāc materiem pertinens ediſcendum exiſtimē. *Magni eſt animi proprium placidum eſſe, tranquillumq; & injurias atque offenſiones ſemper deſpicere. Muliebre eſt furere in ira. Ferarum verò, nec generoſarum quidem, præmordere, & urgere projectos. Elephantes Leoneſque tranſeunt, quæ impulerunt. Ignobilis beſtiæ pertinacia eſt. Non decet Regem ſæva, nec inexorabilis ira. Non multum enim ſupra eum eminet, cui ſe iraſcendo exæquat. Vitam etiam ſuperiori eripitur, numquam niſi inferiori datur. Servare proprium eſt excellentis fortunæ, quæ numquam magis ſuſpici debet, quam cum illi contingit idem poſſe quod dijs, quorum beneficio in Lucem edimur tam boni quam mali.* Sic ab Ariſtotele, lib. II. Rhetoricorum profertur ſententia: ὅτι πρὸς τοὺς ταπεινουμένους παύεται ἡ ὀργὴ, καὶ οἱ κύνες δηλοῦσιν οὐ δάκνοντες τοὺς καθίζοντας. Qui idem mos iſtbic Leonum. Par de Cane hiſtoria in Novi Orbis Narrationibus, ſuppliciem ſervulam, quam immiſſus ſtantem penè fregerat, adſpernatum non læſiſſe.

21. ALACRES TAUROS.] Reſiſtendi promtos. Magna vis huic voci ineſt, majorque vulgi ferè animadverſioni, quare notare non ſupervacuum erit, eam enarrantia appingere. Aſconius in Divinationem: *Alacris ſive alacer is dicitur, qui intentus eſt ſenſibus univerſis, quod eſt indicium erecti animi atque ſublimis, nam è contrario dicitur lacer, amputatis à corpore ſenſuum membris, hoc eſt auribus oculisve, quæ ſignificatio ad animum ſæpè transfertur. Vt enim plerumque adflicto animo ſenſibus non utimur erectis, ſic alacer dicitur is, cui omnes ſenſus, in loco quiſque ſuo, vigeti ſunt & intenti.*

22. CUM STERNERE.] Omnes ferè libri ſcripti FRANGERE agnoſcunt. Cur mutarint, non comminiſcor, cum ſpeciatim id verbi robori ſummo ferarum adſcribatur, & noſter ſic non ſemel alibi loquatur. Pari re Papinius lib. XI.

ut cum Maſſyla per arva
Armenti Reges magno Leo frangit hiatu.

23. DAS VENIAM VICTIS.] Non ultra prælia ſæviens, idem enim odijs & armis terminus. Jornandes rebus Geticis: *Theodoricus victor exiſtens ſubactis pepercit, nec ultrà certamina ſæviri permiſit, præponens Suevis quos ſubegerat, clientem proprium, nomine Atheiulfum.* Cicero pro Marcello: *Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam, gladium in urbe vagina vacuum non vidimus.* Ovidius Triſtium. II. de Auguſto.

Quaque dies Bellum, Bello ſibi ſuſtinet iram.

Sic inter ſummè prædicandas Temperantiæ Laudes refert Julianus Miſopogone: πάντα φέρειν ἐγκρατῶς, μὴ χαλεπαίνειν, μηδ᾽ ἐπιτρέπειν τῷ θυμῷ παιδαγωγεῖν δὲ αὐτὸν, ὡς ἐνδέχεται, καὶ σωφρονίζειν. Ne indulgeat videlicet iracundiæ in lædentium ulteriorem vindictam: quod noſter Panegyrico Manlij dicit ſibi hanc præſtare. In illo ſalſiſſimo & doctiſſimo Apoſtatæ ſcripto multa ſunt ad Inſtitutionem Principis & Philoſophi perti-

pertinentia, miris involucris intecta, ut non tam ineptos illos Ludiones caſtigare voluiſſe, quam ſibi Officium vitæ morumque monſtrare, videatur.

24. QUÆ NUMQUAM NOCITURA TIMENTUR JURGIA.] Jurgiorum ait eam eſſe naturam ut timeantur, licet nocitura non ſint: Quæ res in Principe viro veriſſima eſt; Tremunt enim omnia eo vel leviter commoto, nedum in irata verba prorumpente. Dicit ſola auctoritate aut majeſtate cohibere litigia, & officio ſuo homines adtinere Stiliconem, nec in quemquam calore iracundiæ, aut verbis gravibus commoveri.

26. AETHEREI PATRIS.] A Jove enim Reges. Homerus, Callimachus.

27. CYCLOPUM SPICULA DIFFERT IN SCOPULOS.] Similia apud Lucretium libro VI. Noſtram Epigrammatis, & in Luciani quodam.

28. MONSTRA MARIS.] Veniunt hoc nomine omnes inuſitatæ formæ piſcium quales marinorum, cum terrenorum animãtum collatæ. Paullinus ad Nicetam:

Audiant Amen tremefacta Cete,
Et Sacerdotem Domini canentem,
Læta laſcivo procul admeabunt
Monſtra natatu.

Omne genus æquoreorum animantium. Manilius, lib. V.

cæco merſa profundo
Sternere littoreis monſtrorum corpora arenis.

Valerius Cato, gaudemus enim hoc nomine, in Diris.

Nigro multa mari dicunt portenta natare
Monſtra.

28. NOSTRI CRUORIS PARCUS.] Perſius:

Ignoviſſe putas, quia cum tonat ocyus ilex
Sulfure diſcutitur ſacro, quam tuque domuſque.

30. DIVÆ GERMANA FIDES.] Fides & Clementia Germanæ ſorores, primæ virtutum pectus Heroicum habitantium, ut Crudelitas nulla timeatur, quia conſtet propoſiti fideique tenacem Principem. nuſquam utrimque remittere. Deſcribit hanc luculenter tota periodo Claudianus, quam exigere, & aliorum ſcitis componere ſatagit noſter Commentarius: *Fides Fundamentum Iuſtitiæ* Ciceroni, quem vide multis, Officior. I. Eam in Imperatore primam requirit idem pro Lege Manilia. Sanctiſſimum humani pectoris bonum eſſe quod nulla neceſſitate ad fallendum cogatur, nullo præmio corrumpatur, ſancit Seneca Epiſt. LXXXVIII. *Ea ſine non terram non æquora ullibi pacem noſſe* Silius Italicus, lib. II. Qui conſortem addit ex Cicerone (ut ſolet eum ſequi) Juſtitiæ, & in pectore humano tacitum eſſe numen, &c. Hos noſtri verſus producit in teſtimonium *Sparanus Barenſis*, ante aliquot ſecula Roſarium commentatus virtutum & vitiorum, turpiter tamen mendoſos.

31. INSERIT.] Imperium velut habens omnium tuorum actuum & negotiorum. Placiditatem Numinis Conſtantiſſimi notat hoc verbum, perperam nonnullis Codicibus mutatum. Fidem omnia humana negotia tegere latè demonſtrat Arnobius lib. II. Contra Nationes.

32. NULLO LIVESCERE FUCO.] *Alba* quippè *fides*, albaque ejus indumenta, Symmachus lib IV. Epiſt. XLII. *Amor fictus in verba ſubmittitur. Amicitia cultus ingenuus eſt; alba velamina, non ſegmentati amictus Fidem veſtiant. Sic nudos humeros*, tecta membra, exſertos lacertos eidem adſcribit Prudentius Pſychomachia. *Canam*, ætate ipſa fucos exoſa, Horatius.

33. NUMQUAM FALSA LOQUI.] Mentiri enim Injuſtitiæ eſt. Vide Auctorem Dialogi de Juſto, Platoni falſo adſcriptum, Stobæi Sermonem Nonum. Legem Juliani Imperatoris memorat Libanius in Legatione, quam uti noſcendam omnibus,

Hincmarus ſque confirmandă, adſcribere juvat: ANAμνήσθητι τοῦ σαυτοῦ νόμου, τῶν περὶ ψευδομένων. ἂν ψεύσηται (φησὶν) ἅπαξ τῶν ἐμοί τις ὁμιλούντων, οἴσω. κἂν δεύτερον ἐπιτολμήσῃ, καὶ τοῦτο ἀνέξομαι. κἂν ἀλῷ τρίτον οὐ τἀληθῆ λέγων, οὔπω μεμίσηται. προσληφθεὶς δὲ τέταρτον, ἐξελήλαται. Hæc Imperator, cujus tamen univerſa vita, & omne votum erat mendacium. Sic Attila Hunnorum Rex famigeratiſſimus Græco Principi renuntiari fecit, ab Principali dignitate alienum eſſe mentiri; tradente in Legationum Excerptis Priſco Rhetore. Sic falſum eſſe Honorio interdicit Theodoſius apud noſtrum, Quarto Conſulatu. V. CCCLXXIX.

34. INVISOS ODISSE PALAM.] Ennianus ille vir Cordatus.

Ego eo ingenio natus ſum, amicitiam
Atque inimicitiam in frontem promtam gero.

34. VIRUS IN ALTO.] Sic vocant omnem dolum Optimi Scriptores. Exemplorum copiam alibi notamus.

35. CERTUM.] Quo viſo de mente poſſis eſſe ſecurus.

37. OCCULTO SÆVIRE VETAT.] Mirum mihi niſi de gloſſa effarctoris alicujus ſit totus hic verſus. Extra rem eſt, impedite loquitur; cum abeſt, ſententiam expletam concinnamque relinquit.

PRODESSE REMITTIT.] Senſus ſit: *Fides permittit clam prodeſſe hominibus, ſævire autem & explere tectè odia, non itidem. Remittit*, ſit permittit. Quo uſu id verbi notarunt Cujacius Obſervationibus, Lipſius ad Tacitum, Alii ad Symmachum & Panegyricum Pacati.

38. AMICITIAS FIRMAT.] Vincula mox agnoſcit. Sic de Fide Publius.

Amicitiæ coagulum unicum eſt FIDES.

Vide Lælium Ciceronis.

40. LIGAT.] Amici animis velut colligati, invicemque connexi, ut vinculis tota ea res apprimè benè comparetur. Papinius libro VI.

quibus Argos alumnis Connexum cælo.

Paullinus ad Nicetam.

Semper adnexa ſine fine tecum
Mente futuros.

Paullus Oroſius, Præfation. *Generali amori tuo ſpeciali amore meo connexus, voluntati tuæ volens parui.* Vigilius Pontifex Romanus: *Orate pro me, fratres, in Chriſti, Dei noſtri, caritate connexi.* Fortunatus, lib. IX.

Fœmina, cara ſibi mente nexa.

Jetſaldus Monachus Cluniacenſis.

Qui tibi præcipui nodo cingebar amoris,

Beda in Cutberto, cap. XXX.

pectore nexos
Nos genitor rerum facie conjunxit

Licentius ad Auguſtinum.

Hoc tamen, hoc animi vinclum, nexusq; fideles,
Non qui montoſis firmatas rupibus Alpes
Fregit, & Italicas preſſit cum mœnibus Urbes,
Rumperet, aut noſtro tereret de robore quicquam.

40. STREPITU NOXÆ.] Errore aliquo, aut culpa leviuſcula. Quod genus in amicis tolerandum ſancit regula priſcæ Sapientiæ. Nullam Urbem, nullam Nationem, nullum hominem, ſervari poſſe, niſi condonentur delicta, Lege Humanitatis intercurrentia vitam differit *Libanius Legatione*. Strepitum, rumuſculum tenuem, fortuitumq; levemque, dicit.

41. FASTIDIRE PRIOREM.] Vetus eſt: Amicos parans novos, ne obliviſcare veterum. Omnem ferè rationem perfectæ Amicitiæ paucis his verbis proponit Claudianus verè Muſæo omnia Lepore contingens.

42. BENEFACTA TENERE.] Quæ ab aliis

aliis ſcilicet in te fuerint collata. Auſonij huc pertinet illud egregium.

Tu benè ſi quid facias, non meminiſſe fas eſt,
Quæ benefacta accipias, perpetuo memento.

43. RESPUERE OFFENSAS FACILIS.] Laudat idem in Theodoſio, ejusque verbis prædicat Quarto Conſulatu Honorij. Libanius Proſphonetico Juliani. μεγαλοψυχίας γὰρ δὴ παρουσία καὶ τοῖς ἠδικηκόσιν, ὧν πεπόνθας, ὑφίεις τὴν μνήμην. Vide Latè eumdem & in Legatione.

44. SUPERARE LABORAT.] Ne ingrato moriendum ſit, quod ille Cæſari acutè, ingens beneficium palpabundus, oggeſſit.

45. HOSTES ARMIS MERITIS SIC VINCIS AMICOS.] Ex Epitaphio Felicis Ælius Sullæ ductum dicas, PLutarchus. τὸ μὲν οὖν μνημεῖον ἐν τῷ πεδίῳ τοῦ Ἄρεως ἐστιν. τὸ δ᾽ ἐπίγραμμα φασὶν αὐτὸν ὑπογραψάμενον καταλιπεῖν, οὗ κεφάλαιόν ἐστιν. ὡς οὔτε τῶν φίλων τις αὐτὸν εὖ ποιῶν, οὔτε τῶν ἐχθρῶν κακῶς ὑπερεβάλετο.

46. FOVET ABSENTES.] Impervio Calumniæ & Delationi Pectore.

47. NULLIS AVIDAM RUMORIBUS.] Quarto Conſulatu. Hon.

Neu dubiè ſuſpectus agas, neu falſus amicis,
Rumorumve avidus: qui talia curat, inanes
Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.

Et hoc Principi dictum ſit. Civiles rumores inquirere, & ſecundum Fidem Amicitiæ alterum alteri privatorum narrare convenit. Phocylides apud Phrynichum, Ecloga Dictionum Atticarum. καὶ τότε Φωκυλίδεω. χρή τοι τὸν ἑταῖρον ἑταίρῳ φρυνίζειν, ἅσσα ἂν περιγογγύζωσι πολῖται.

48. IGNARUM NUMQUAM LÆSURA.] More tyrannorum quibus juſſi duci, nihil minus exſpectantes. Non autem delationes aut rumores captari à Stilicone dicit, quoniam ille animi minimè habeat indemnatum inauditumque quempiam interimere.

49. INSIDIOSA MURMURA.] Delatorum: Quorum artes ex Hiſtorijs Auguſta alijsque Regijs, notiſſimæ ſunt. Adſentatores ideo fugiendos monet Soſicrates apud Rutilium Lupum, quod id genus hominum primo loco inſidietur ijs quos coluerit antea, cum primum Fortuna rotam verterit.

51. IN PROLEM TRANCURRIT GRATIA PATRUM.] Lege & Exemplo Veræ & perennantis Amicitiæ. Symmachus, lib. IX. Epiſt. XXXI. *Religioſa cura eſt quæ amicorum Liberis exhibetur. Lampadium non utique ad ſepenſi habui, ut ſolet eſſe multorum caduca & fragilis affectio; ſed ex eo genitos, & in bona paterna nitentes, propagato amore complector, hos tibi trado ab omni injuria vindicandos.* Servavit hoc in Amicis Regibus & clientibus, amicisq; præcipuè Populus Romanus.

53. POST FATA COLIS.] Vera amicitia hæc: quæ cum moriente homine perit, imaginariam contradicas. Sidonius, lib. IV. Epiſt. IX. *Hæc ſcripſimus tibi ne forſitan arbitrare ſolam nos colere vivorum ſodalitatem, reique tuo judicio eſſemus, niſi amicorum, vita carentium, ſemper æquè ut incolumium reminiſceremur. Namque ex hoc quod vix reſervatur imaginaria Fides vel ſuperſtitibus, non præter æquum opinabere ſi perpaucos eſſe conjicias, qui ament mortuos.*

54 MONENDOS.] Inſtituendos Horatius.

monitus multumque monendus
Privatas ut quærat opes.

55 TUTANDOSQUE.] Sæpius hujus mentio alibi occurrit in Claudiano, firmantque Hiſtoriæ. Inde *Pater Principum*, Symmacho, Prudentio, Ambroſio, nuncupatur Stilico. Uſus verbi talis apud Varronem lib. III.

III. R.R. c.I. Vide Adverſar. lib. XI. capite XIV.

57. VIOLATI.] Corrupti, Contaminati. Juvenalis.

Fictilis, & nullo violatus, Iuppiter
auro.

59. RESERVAT.] Apud ſeſe videlicet repoſitum. *Violaſſe Fidem* in finem Hiſtoriæ Chriſtianæ contra Paganas volunt. Res erit in ambiguo donec libri erunt. Sane plena ſunt documentis, & Veritati omnino ſimilia quæ commentatur Zoſimus; abludunt, & meta verba, quæ cæteri. Compone illi Sozomenum, libro IX. cap. IV. Videbis metis rumoribus hujus omnia conſtare.

60. QUANTUM SOL IGNEUS AMBIT.] Romanum Imperium intelligit, quod ambitio Scriptorum æquat toti mundo. Rutilius ad Romam.

Non Solis radijs æqualia munera tendis,
Qua circumfuſus fluctuat Oceanus,
Volvitur ipſe tibi; qui continet omnia Phœbus,
Inque tuis ortos in tua condit equos.

61. REGIA.] Domus, Familia, Imperatoria. Sæpius alibi.

62. CLYPEO.] Præſidio. Secundo in Eutropium, de eodem Stilicone.

clypeus nos protegat idem
Unaque pro gemino deſudet cardine virtus.

63. NON GEMUIT PATREM.] Velut Superſtitem ſibi in Stilicone. Patrem civium ſubditorumque quod faciat Principem, vide Philoſtratum Apollon. lib. V. cap. X. Themiſtium, fine Orationis Quintæ, de Clementia Theodoſij.

64. VITÆQUE ET LUCIS.] Diſtingue;

Vitaque & Lucis in ipſo
Limine, contemtus numquam, dat jura ſubactis
Gentibus.

Orbi, inquit; tot gentibus conſtanti ſuo Imperio à prima infantia præeſt Honorius, ob ætatem tenerrimam, nulli umquam contemtus, te Tutore, ſub tuo Præſidio. Quando Imperium acceperit Honorius habes apud Hydatium. Vera vero hæc de Stilicone ſcribi, negaverit nemo. Contemtus, ſummum infortunium & dedecus, æſtimatione Romana. Pacatus Panegyrico: *Cujus quidem ita majores noſtros ſemper pertaſum eſt, ut graviorem ſervitute putaverint contemtum.*

65. SECUM CREVISSE TRIUMFOS.] Victorias. Supra de Pace.

& Pax à fonte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis.

66. FORMAS.] Inſtruis, in ſtatum Sapientis viri. Sedulius de Servatore lib III.

Stagna petit, parvaque ſedens in Simonis alno
Littore ſiſtentem formabat ab æquore plebem.

Informatum Ciceroni, lib. I. de Nat. Deor. *eſt quod à forma alicujus rei mente tenetur. Ut cum informatum Deorum humana mente anticipatum dixit.*

68. OVANTEM.] Exſultantem, alacri lætaque indole ſe exſerentem. Gloſſarium Vetus: *Ovans*, γήθων. *Ovatur*, χαίρει. Eſt à Victoria Gaudentium.

68. CONTRA NIXUS.] Summa inconſultaque vi, quo genere generoſi animi franguntur velut, & indolis nobilitatem amittunt. Niti, vim denotat maximam. *Nixari malis* dictum Lucretius.

69. CONFRINGAS ANIMUM.] Unde ſervilia fiunt ingenia, loqui non audentia, conſtricta, hęſitantia, & aſſueta timiditate incerta ſui, incerta rerum, ſermonum; qualia amiſſa libertate ſub tyrannico Imperio fieri etiam benè nata Dionyſius Longinus περὶ ὕψους. cap. XXXIX. Quæ eſt confractio iſta Claudiani. Similia Valenti in Oratione de Pace præcipit Themiſtius, de Barbaris gentibus Imperium Romanum infeſtantibus, ſcilicet cum

eet eum Prudentia domandas, exemplo affectuum humanorum, quos omnino confringere & exſtirpare, nec valeas, nec uſus permittat, ſit vero penitus neceſſarium uti modereris Intellectu & Ratione. Frangere translarum eſt & debilitare denotat. Papinius.

frangunt ſic improba Solem Frigora

Perſius.

Saturnumque gravem, noſtro Iove frangimus unà.

Prudentius:

petulanter amœnas
Haurire illecebras, & fractos ſolvere ſenſus,

Petronius: *In Veneremfregere.* Pacatus Panegyrico: *niſi aſtiva in capacibus gemmis glacie Falerna fregiſſent.* *Frangere*, attonare, concutere. Sidonius lib. V. Epiſt. X. ad Rhetorem: *Hunc olim perorantem & Rhetorica ſedilia plauſibili ovatione frangentem, ſocer eloquens ultrò in familiam patritiam adſcivit.* Qua mente de Papinio Juvenalis S. VII.

Curritur ad vocem jucundam, & carmem amicæ
Thebaidos, latam fecit cum Statius urbem,
Promiſitque diem: tanta dulcedine captos
Afficis ille animos, tantaque libidine vulgi
Auditur, ſed cum fregit ſubſellia verſu
Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agaven.

Neq; enim audimus Joſephum Scaligerum, qui excidiſſe Papinium hinc ſtatuit, licet contra Iſaacum Caſaubonum, veritatis adſertorem, ſententiam defenderit denuo. Si fregit ſubſellia verſu ut non placeret, quid mirum dicat Iuvenalis, qui ſummam gloriam Poetices illi palam tribuit, eumque ea tota eſurire tamen, niſi Opera vendat inedita Hiſtrionum Principi? Omnino, Thebaidem ſumma exſpectatione recitaſſe, & placuiſſe, nec tamen repetiſſe ait, qui onuſtiorem faceret tetuntionem autumat. Et ſic de Operis ejuſdem plauſu ipſemet Papinius ſibi gratulatur, ejus peroratione.

O mihi biſſenos multum vigilata per annos
Thebai; jam certè præſens tibi Fama benignum
Stravit iter; cœpitque novam monſtrare futuris,
Iam te magnanimus dignatur noſcere Cæſar.
Itala jam ſtudio diſcit memoratque Iuventus.

Locutio ipſa. *Frangere ſubſellia* pro inſignem plauſum mereri, ſatis idoneum interpretem habet Sidonium, tantum Papinij amatorem. Crepitus etiam ſubſelliorum eo pertinet, favoris ſignum. Suetonius Caligula: *Saltabat nonnumquam etiam noctu. Et quondam tres Conſulares ſecunda Vigilia in Palatium accitos, multaque & extrema metuentes, ſuper pulpitum collocavit, deinde repente magno tibiarum & ſcabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari proſiluit, ac deſultato cantico abiit.* Aemulatus nimirum favorem auditorij. Ut ut hoc ſit, ſenſus iſte Juvenalis verus eſt.

69. CEU CERNAS CONSONA REGNO.] Non dubium corruptum hic aliquid eſſe, ut & adoleſcens monui. Docet ratio, docent libri. In Noſtro eſt: *ſecretus conſona regno.* Duo Belgæ *ſecernu cenſona regno.* Vulgus eorundem reliquum *ſecreta conſona regno.* Ita tamen ut alij duo indidem noſtro adſentiantur. Eidem noſtro ſubſcribunt Aldus & Camers, hic tamen ut margini adſcripſerit in alijs offendiſſe *ceu cernas.* Vera Scriptura meliorum Belgarum videtur *ſecernis conſona regno*, eligis, ſeponis, ad quæ tuum pupillum moderere; ut majeſtas illi ſervetur, nec tamen vel juſto minus, vel amplius æquo illi indulgeas.

71. SANCTUM VENERERE SENEM.] Non alio eum honore venereris quam qui debetur & ab omnibus defertur ſenili ætati. Sanctus, non ſine ſcelere violabilis, Vide Stobæum, Sermone CXII.

74. PRIMOS IN CONJUGE DISCERET IGNES.] Non exhauſtus adoleſcentiam vulgivagis libidinibus, ſed integram famem ad ovum afferens. Laudat ſic Honorium eundem ſuum in Feſcenninis.

Beata qua te mex faciet virum,
Primiſque ſeſe junget Amoribus.

Recenſet idem inter maxima amicorum beneficia Marcus Imperator lib. I.

καὶ τὸ μὴ πλέον ἐκτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ τοῦ πάππου, καὶ τὸ τὴν ὥραν διασῶσαι, καὶ τὸ μὴ πρὸ ὥρας ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' ἔτι καὶ ἐπιλαβεῖν τοῦ χρόνου. Pariter Catonem Uticenſem commendat, Plutarchus. ἐπεὶ δ' ὥραν ᾤετο πρὸς γάμον ἔχειν, οὐδεμιᾷ γυναικὶ συνεληλυθὼς, ἡρμόσατο Λεπίδαν. *Ignes, amores*, præſertim minus congrui. Lucretius.

Nunquam Tyndaridis, forma conflatus Amore
Ignis, Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens.
Clara accendiſſet ſævi certamina belli.

75. ORDIRIQUE VIRUM] Seneca Hippolyto:

à meo primum toro
Et ſcelere tanto placuit ordiri virum!

75. VIRUM.] Virilem concubitum, primam Venerem. Horatius *puella Iam virum experta*. Martialis. *Et qua te faciet prima puella virum*. Prima te fruetur. Idem noſter in Stilicone laudat Tertio Conſulatu Honorij *ſociaque virum produxit ab Aula*. Velut tum primum virum. Quod perperam ibi mutatur. Cæterum notandum adoleſcentibus Romanis Proceribus fuiſſe inſtitutrices maritalium rerum fœminas. Victor Epitoma: *Claudium plerique putant Gerdiano ſatum, dum adoleſcens à muliere matura inſtitueretur ad Vxorem.*

76. LEGE THORI.] Nihil in ore frequentius Græcis Poetis, quam Lex Veneris, Amoris, &c. Lex autem tori hic legitimos thalamos notat. ὁσίους θαλάμους, Ut vocat Muſæus. Sic pulcrè de Suſanna Ioannes Chryſoſtomus Sermonis in eam excerptis:

ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἐν οἰκίσκῳ θαλαμευομένη, καὶ σεμνοῦ βίου τρόπον ἀσκηθεῖσα, ὅτε τὸ τῆς νεότητος αὐτῆς κάλλος ἐξηνθει, πρὸς νομίμους γάμους συζυγίαν ἡρμόσθη, καὶ δὴ τὸ τοῦ γάμου μυστήριον ἀβλαβὲς τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ φυλάττουσα, οὐκ ὄμμα πρὸς νεωτερικοῦ καὶ ξένου κάλλους εἰς θέαν περιέφερεν, οὐκ ἀκοὴν ἀνοίγουσα τὴν τῶν πορνικῶν ᾀσμάτων καλλιφωνίαν ὑπεδέχετο, οὐ τὴν ὄσφρησιν ἐπαφίει ἀναρπάζειν τὰ τῶν νεωτερικῶν ἱματίων καπνίσματα. &c. Quæ veram Legem thori ſuis numeris exſcribunt, edita cum Adriani Iſagoge in Scripturam.

77. TU FELIX GENERO.] Vide ad Feſcennina Honoriana.

78. FELICIOR ILLE TE SOCERO.] Certe omnem in eo felicitatem habuit Honorius.

79. INERS AUT IMPIA.] Eutropium dicit & Rufinum ex ſuis quemque motibus. In Arcadium longè aliter animatum fuiſſe Stiliconem tradit Sozomenus, lib. IX. cap. IV. Sed ex Rumoribus. Nos qui adfuit rebus geſtis, clienti, doctiſſimoque viro meliora merito ac credimus.

82. STILICONIS CANDUIT IRA.] Numeroſius meliuſque legas *Stiliconia*. Et variatum in ſcriptura indicat noſter liber, in quo viſitur Stilicoſic canduit. *Candere*, ſummam commotionem animi notat. 1. Ruf.

Invidia quendam ſtimulis incanduit atrox
Alecto.

Iracundia tyrannis, occupans animum. Sic Daniel Monachus in Vita Joannis Sinaitæ: *Cum nullius mortalis rei affectione tenetur, æternarum verò ſolùm ſenſu paſceretur, noxia Triſtitia liber evaſit. Iracundia vero tyrannidem in*

dem in ſe ipſo per Obedientiæ gladium occiderat.

83. LACESSITI PROBRIS.] Ita gignendi caſu prodidit Scaliger, contra libros omnes, qui *Laceſſitus, petitus* habent. Summi viri caſtigatio omnino concinnior eſt, & merito ſuo recipienda.

86. INTEMERATORUM.] Contra alij Sozomenus.

Στελίχων δὲ, ὁ τῆς Ὁνωρίου στρατιᾶς ἡγούμενος ὕποπτος ὤν, ὡς Εὐχέριον τὸν υἱέα τὸν ἑαυτοῦ σπουδάζων ἀναγορεῦσαι βασιλέα, κατὰ τὴν ἕω, κτείνεται παρὰ τῶν ἐπὶ ῥαβέννῃ στρατιωτῶν: οὗτος δὲ πρότερον ἔτι περιόντος Ἀρκαδίου καταστὰς εἰς ἔχθραν τοῖς αὐτοῦ ἄρχουσιν, ἐβεβούλευτο παρ' ἑαυτὰ συγκροῦσαι τὰ βασίλεια, &c.

Priora quidem certo falſa ſunt, unde judices cætera.

86. STABAT.] Inconcuſſa permanebat, florebat. Sic Appuleio *ſtatum* Conſilium, non mutabile, Stare fidem, quæ non vacillet, dixit Plautus. Stare tempora Lucretius. Gregorius Magnus, Homil. XXVIII. *Finis temporalium oſtendit, quam nihil ſit quod tranſire potuit. Caſus rerum indicat quia res tranſiens, & tunc propè nihil fuit, cum ſtare videretur.* Curius Fortunatianus lib. I. Rhetor. Schol. *Cum cognoverimus materiam conſiſtere, quid primo quæramus? Ductum.*

88. SIDONIAS CHLAMYDES.] Omnem Veſtem Auguſtam dicit, cujus ob inductum, innotum, intextumque aurum, purpuram, gemmas, Opuſque ipſum ingens pretium. Auguſtam veſtem vocat Corrippus, lib. II.

Accelerant fidi, cura eſt ut cuique miniſtri,
Obſequijs præbere manus: promuntque feruntque
Auguſtas veſtes, pretioſaq́; cingula gemmis,
Et Capitis diadema ſacri.

68. CINGULA.] Inter inſignia Majeſtatis Regiæ hi balthei. Corrippus, verbis jam adſcriptis. Libro I. Macabæorum cap. XI. & XIV. *Ius aurei Cinguli* pro Regio ornatu capitur; quod neſcio an ſatis conſideratè in *fibula* mutaverint interpretes.

91. CAPULIS RADIANTIBUS.] Manubrijs gemmis fulgentibus. Ineptiunt eum libris ſuis qui *ſcapulas* legunt & producunt. *Capuli* Enſium Regiorum inter inſignia ſummæ Poteſtatis. Ovidius, lib. VII.

Sic ubi mandatam juvit facundia cauſſam
Aeacus, in capulo regni, intente ſiniſtra,
Ne petite auxilium, ſed ſumite, dixit, Athenæ.

Capulum regni vides. In his memoria quandoque generis, quapropter & tam accuratè diviſorum meminit Claudianus. Idem Ovidius lib. Eodem.

Sumſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Tum pater in capulo gladij cognovit eburno
Signa ſui generis, facinuſque excuſſit ab ore

Alludit in Pſychomachia Iræ Prudentius?

Iam capulum retinente manu ſive pondere ferri
Mentis inops: ebur infelix, decoriſque pudendi
Perfida ſigna abicit monimentaque triſtia longe.

Capulus enim fortium factorum monumenta habebat cælata. Mirum autem ſceptra omittere Claudianum. Sed ea tantum duo erant, Orientalis alterum Imperij index. Sozomenus libro Nono, cap. IV, ὁ δὲ Στελίχων θάτερον τῶν σκήπτρων, ὃ λάβαρον Ῥωμαῖοι καλοῦσι, καὶ γράμματα βασιλέως λαβὼν ἐπιτρέποντα αὐτῷ εἰς ἀνατολὴν ἀφίξιν ἔμελλεν ἐκδημεῖν, τέσσαρας ἀριθμοὺς στρατιωτῶν παραλαβών. Paterna in univerſum

univerſum geſtamina cara ſucceſſoribus. Auguſtinus, de Civit. Dei, lib. I. cap. XIII. *Paterna veſtis & annulus, ac ſi quid hujusmodi, tanto carius eſt poſteris, quanto erga parentes major affectus.* Quæ verba ſibi pro ſuis adſcivit Julianus Toletanus, lib. I. Prognoſticor. cap. XVIII.

92. IGNE.] Fulgore. Martialis.

Miratur Scythicus virentis auri
Flammas Iuppiter.

94. MITTITUR ET MILES.] Ad partes ſcilicet Orientales. Dicit exercitus etiam fratrum ex æquo diviſiſſe. Meliorem tamen partem ſibi & Honorio ſuo ſervaſſe Stiliconem memorat Zoſimus, lib. V. τελευτήσαντος γὰρ μετὰ τὴν Εὐγενίου καθαίρεσιν ἐν Ἰταλίᾳ Θεοδοσίου, στρατηγὸς ὢν τοῦ παντὸς στρατεύματος ὁ Στελίχων, εἴ τι δύνατον αὐτοῦ, καὶ πολεμικώτατον ἦν, τοῦτο κατέσχε. τὸ δὲ ἀπεσκληκὸς καὶ ἀπόβλητον χωρεῖν ἐπὶ τὴν ἕω ἠφίει.

95. PARTES.] Imperia duo Occidentis & Orientis. *Partes* adverſæ factiones. Petronius: Triphæna, contumelia accenſa, totius navigij turbam diducit in partes. Lucanus ſæpè.

95. TUMEANT.] Ex diſſenſione in Bellum: Bello Gildonico, verbis Theodoſij.

cum divus abirem
Res incompoſitas, fateor, tumidasque reliqui.

Tumere, prægnantem eſſe, ut tumens provincia apud Ciceronem. Unde ſtatim erant erupturæ turbæ. Theognis.

Κύρνε, κύει πόλις ἥδε. δέδοικα δὲ μὴ τέκῃ ἄνδρα
Εὐθυντῆρα κακῆς ὕβριος ἡμετέρης.

Tumentes armati, erupturi in Seditionem: Ammiano, lib. XXV

99. MERERI.] Obtinere, capere. Sic alibi Meritum pro præmio.

100. OMNES PRÆTEREA.] Similia quædam ſunt apud Ammianum Encomio Juliani, à morte ejus, lib. XXV. Qui perplexaſq; omnes virtutes laudabilis ducitur.

101. JUNXERE CHOROS.] Connexæ enim ſibi invicem quodammodo cohæreant virtutes. Nazarius, Panegyrico: *Nimirum rectè à Sapientibus ponitur connexio inter ſe apta virtutum. Sic enim mutuo & opera juvat, & fructum operæ partiuntur, ut facilè appareat inſeparabilis & indiſcreta permixtio.*

102. RECEPTÆ PECTORE.] Velut adſcitæ. Quæ enim diſcit aliquis dicuntur animum ejus penetrare, & inſeri menti, & intrare pectus, Libanius Legatione ad Julianũ. ἔγε μὲν κηλοφῶν τὰ θεῶν θρέμματα, Σωκράτης, πυθαγόρας, πλάτων, καὶ ὅσοι ξύνακες ἀπ' ἐκείνων ἐῤῥύησαν. τούτων οὐδεὶς ἔξω τῆς σῆς διανοίας, ἣν εἰσελθόντες ἐξειργάσαντο καλλὼ καὶ γυναίαν, ὥσπερ οἱ παιδοτρίβαι τὰ σώματα.

102. CINGUNTUR.] Militaturæ velut tibi. Cingulum militiæ primum inſigne, poſt omnis dignitatis & Officij apud Romanos. Ad iſta autem quæ ſequũtur hoc loco, omnia, conſulendum Tmema ſecundum Tacticorum Leonis.

104. CORPUS INSTRUIT.] Qualede cet Imperatorem habere. Sic Ammianus Juliano corpus laboribus induratum, ab omni voluptate, cibo, ſomno, venere, temperaſſe ſcribit, dicto lib. XXV.

106. CUPIAT.] Ne velit quidem. Vide Leonem, Tact. II. cap. XLIV.

107. CASTA PETAS.] Eumdem Julianum adamaſſe Bacchylidis dictum ibidem idem teſtatur Ammianus: *ut pictor egregium vultum exornet omni induſtria, & ipſo ſit ſe formoſiorem faciat; ita Pudicitiam vitam honorare ad excelſa ſurgentem.* De Temperantia, Fortitudine, Prudentia junctis, pulcrè Gregorius Thaumaturgus Panegyrico Origenis.

108. IN-

108. INCONSULENTUS AGAS.] Ne quid facias ſine deliberatione. Leo. Tact. II. cap. XLV.

μηδὲν τῶν μεγάλων πραγμάτων χωρὶς βουλῆς διαπράττου.

Hinc *ſummi Proceres* conſilij ergo laudantur, ut Theodoſius Dux Conſultiſſimus, apud Ammianum, lib. XXIX. Sic Stiliconem ſuum commendat Noſter, Infrà lib. III. v. CXXII.

> *Verior Auguſti genitor; Fiducia Belli*
> *Pacis Conſilium.*

108. CONSTANTIA FUTILE NE QUID.] Turpe dicit, & Fortitudine animi indignum. Inconſtantia enim Turpitudo eſt, Rutilius Lupus, Lib. I. *Non decet hominem, genere nobilem, mobilem videri. Nam cum omnibus, tum maximè maximo cuique inconſtantia turpitudini eſt.* Talis autem in Sapiente cordatoq; viro hæc conſtantia eſt, ut adamantino muro, ab Apolline ipſo fabricato, eam componat Themiſtius, Orat. VII. Quis Protrepticus ad Philoſophiam. Et *σωτηρίαν* omnium aliarum Virtutum nuncupat Gregorius Thaumaturgus libro jam nominato. *Futilis*, fragilis, ineptus durare. Virgilius, lib. XII.

> *Mortali mucro, glacies ceu futilis ictu,*
> *Diſſiluit*

109. INFIRMUMQUE.] Nullo nixum ſolido robore.

110. TARTARUS EDIDIT.] Monſtrorum Pater. Priore in Rufinum.

111. SCELERUM MATREM.] Paullus Apoſtolus ad Timotheum *Omnium malorum radicem* dixit Iſidorus Peluſiota, lib. III. Epiſt. CCXVII.

Τὸν τῆς φιλοχρηματίας ὄχλον, ἅτε πάσης κακίας πηγὴν, μισοῦντες, μυρίων ἀπαλλάττεσθαι κακῶν. Theo Progymnaſmatis: *Βίων ὁ σοφιστὴς τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας.*

Crudelitatis. Rutilius Lupus. lib. I. *Crudelitatis mater eſt Avaritia, Pater Furor.* Valerianus Homil. XX. *Si reſpiciamus ad ſingula, quibus ab initio vitam ſuam habendi ſtudio conditio humana proſtituit: nihil eſt malorum quod non cupiditas aut concipiat aut parturiat, aut paſcat, aut nutriat. Ex hoc enim fomite videmus pullulare odiorum cauſſas, hinc evenire criminum pugnas, hinc fraternas acies inſtrui, hinc amicitiarum fœdera diſſipari.* Vide cætera. Laurentius Novar Homilia de Pœnitentia. *Tolle Cupiditatem, & nemo dicet, hoc meum, hoc tuum. Fraus inde germinat, dolus inde conſurgit; factio inde concinnatur: ira quoque, inſidiaque, homicidia, Bella ipſa, ſive publica, ſive inteſtina, Cupiditatis & Avaritiæ fructus ſunt, &c.* Caſſiodorus lib. XII. Epiſt. I. *Reginam illam proc ul ium vitiorum Avaritiam fuge, cui cuncta Crimina deteſtabili devotione famulantur, ana cum pectus hominis ingreſſa fuerit gregatim male fidas cohortes admittit.*

> *Ἀρχὴ πᾶσι κακῶν φιλοχρημοσύνη*
> *καὶ ἄνοια.*
> *Πηγὴ δυσσεβίης, καὶ ἀταξίας προο-*
> *δηγός,*
> *Μηχανίτης πολέμων, εἰρήνης ἐχθρα*
> *τ᾽ ἄνοια*
> *Ἐχθραίνουσα τέκνοις γονέας, καὶ τέκ-*
> *να γονεῦσι.*
> *Ἡ οὐδὲ γάμος ἅμα χρυσῷ ὅλος*
> *ποτὲ τίμιος ἐστι.*

Caro apud Nonium *Eligantes. Avaritiam omnia vitia habere putabant*; Romani ſcilicet priſci. Proſper. lib. II, de Vita Contempl. cap. XIII. *cenſus terrenus, à quibus vitiosè diligitur, eſt materia dolorum.* Paullus Diaconus lib. XVII. Hiſt. Miſcell. *Nullum bonum parat avaritia, mater autem omnium malorum conſiſtit.* Gregorius Magnus, apud Halitgarium lib. I. de Virt. & Vit. cap. XII. *Ex avaritia oriuntur invidia, furta, latrocinia, homicidia,* Stiliconem verè contemſiſſe hoc

monſtrum, teſtis Zoſimus. lib. V. verbis exceſſum ſummi viri depingentibus :

ἤγετο Στελίχων ἐπὶ τὸν θάνατον· τῶν δὲ περὶ αὐτὸν βαρβάρων, καὶ οἰκετῶν, καὶ ἄλλως οἰκείων (ἦσαν γὰρ πλῆθος οὐ μέτριον) ἀφελέσθαι τῆς σφαγῆς αὐτὸν ὁρμησάντων, σὺν ἀπειλῇ πάσῃ καὶ φόβῳ ταύτης αὐτοὺς Στελίχων ἀποστήσας τῆς ἐγχειρήσεως, τρόπον τινὰ αὐτὸς τὸν τράχηλον ὑπέσχετο τῷ ξίφει, πάντων, ὡς εἰπεῖν, τῶν ἐν ἐκείνῳ δυναστευσάντων τῷ χρόνῳ γεγονὼς μετριώτερος. Θεοδοσίου γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου συνοικως, ἀδελφιδῇ, καὶ ἀμφοῖν αὐτοῦ τοῖν παίδοιν τὰς βασιλείας ἐπιτραπείς, τρεῖς δὲ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἐστρατηγηκώς, οὐκ ἐφάνη ποτὲ στρατιώταις ἐπὶ χρήμασιν ἄρχοντας ἐπιστήσας, ἢ στρατιωτικὴν σίτησιν εἰς οἰκεῖον παρελόμενος κέρδος.

Qui ipſe tanti Ducis obitus facile illum perfidiæ abſolvit, accedentibus quæ poſt cædem facta idem ſcriptor narrat.

111. HABENDO PLUS SITIENS.] Numquam enim avari mens divitijs exſatiatur : quare pulcrè libro. I. in Rufinum mari, omnia flumina exſorbenti, nec tamen aucto, comparatur.

112. TRUDIS AVARITIAM.] Hujus extruſione cedunt aliæ etiam peſtes ; alia vitia. Gregorius Nyſſenus, Vita Thaumaturgi.

τὸ δὲ ἄτυφον αὐτοῦ καὶ ἀνέγκλητον, τῇ τῶν χρημάτων ὑπεροψίᾳ συνκατωρθώθη. οὐ γὰρ ἐστὶν ἄλλη τύφου τε, καὶ ὑπερηφανίας γένεσις, μὴ τῆς πλεονεξίας ἑαυτῇ τὰ τοιαῦτα πάθη συνεισαγούσης.

Ambitionem Avaritiæ Comitem dat etiam Seneca fine Conſolationis ad Helviam : *Magni eſt animi famina, quam non Ambitio, non Avaritia. Comites omnis potentiæ & peſtes, vicerunt.* Imperatori opus opum contemtu. Leo Epilogo. Tact., cap. XXXIX. *Felicitas enim in harum ſpretione, ut felices Scythæ, prorſus iis carentes*, ut pulcrè memorat Niceforus Gregoras Philoſophus Hiſtoricus lib. II. *Argentum*, inquit, *aurum, Margaritæ, cæteraque gemmæ apud Schytas pluris non fiunt, quam pulvis. Pacata apud eos omnia, vita ſeditionum expers. Vt enim febres, quæ humana corpora infeſtant, è materia oriuntur, & tamdiu vigent, quamdiu illa præſto eſt : cum vere & inedia diuturna, & potionibus medicorum pravi humores conſumti fuerint, ſtatim & febris deſinit, & vires corporis redeunt paullatim : Sic etiam apud illam gentem, cum eæ res notæ non ſint, è quibus lites & contentiones oriuntur, mutuæque inſidiæ, cædeſque, conſtantur, neque judicijs, neque curijs, neque Legum recitationibus eſt opus, ac nec eloquentia quidem verborumque argutiæ & perplexæ inventiones locum habent. Sed innata quadam Iuſtitia illos regit, & non obnoxia invidia libertas.* Idem vitium in quolibet Imperante periculoſum. Pulcrè Barbarie jam exſpirabunda Theodericus Niemius in Vita Joannis. XXIII. *Huic homini optimè, ut multiplici experientia didici, congruit illud Salomonis in Eccleſiaſtico : Avarus non implebitur pecunia. & qui amat divitias, fructus non capiet.* Igitur *periculoſiſſimum eſt avarum præeſſe Reipublicæ, Eccleſiæ præſertim, vel alicui alteri eminenti dignitati : quia ſolum hoc ſtudebit quomodo per fas nefaſque acquirat, aurumque auro cumulet, cui ſatisfieri ſine depeculatione plurimum non poterit, ipſo ſuſque deque habente jure an injuria pariatur, quod habere deſiderat.* Reditque huc eodem quod Claudianus modo dixit ſcelerum matrem eſſe avaritiam. Salluſtius pulcrè. Ambitione itidem juncta : *Primo pecuniæ, deinde Imperij crevit, ea quaſi materia omnium malorum fuere. Namque Avaritia Fidem, Probitatem, cæteraſque artes bonas ſubvertit ; pro his ſuperbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit.* Arator. Hiſtor. Apoſtolic. lib. I.

Auri ceſſat amor, qui pectora ſemper adurit,

Quo

Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum.

Addítque noſter habendo eam plura ſitire. Manilius lib.IV.

Pauperiorq; bonis quiſque eſt quo plura requirit.
Nec quod habet numerat, tantum quod non habet, optat.

Viſe Columbani carmen in Avaros. Vbi ait:

Semper avarus eget, non habet quod habere videtur.

Paullinus Natali nono.

quos jugiter urit
Defectus miſeri metus; & miſer ardor habendi,
Atque ita & inter opes inopes; quaſi Tantalus ille
Inter aquas ſitiunt, nec habent quod habere videntur.

Eleganter apteq; Theocritus Chariſin, Phædrus Fabulis, Salvianus ad Eccleſiam Catholicam, Seneca, Marcus Imperator, Epictetus, Lucianus, Demoſthenes, Cicero, multis locis. Egregia eſt nec prætereunda ſententia optimi ſcriptoris, Diodori Siculi, lib. XXI.

πᾶσαν μὲν, inquit, κακίαν φευκτέον δεῖ τοῖς νοῦν ἔχουσιν, μάλιστα δὲ τὴν πλεονεξίαν, αὕτη γὰρ διὰ τὴν ἐκ τοῦ συμφέροντος ἐλπίδα προκαλυμμένη πολλοὺς πρὸς ἀδικίαν μεγίστων κακῶν αἴτια γίνεται τοῖς ἀνθρώποις. διὸ καὶ μητρόπολις οὖσα τῶν ἀδικημάτων, πολλὰς καὶ μεγάλας ἀπεργάζεται συμφορὰς, οὐ μόνον τοῖς ἰδιώταις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεγίστοις τῶν βασιλέων.

113. NUTRIX AMBITIO.] Vtpote mater rapinarum. Lyſias apud Rutilium Lupum, lib. II. *In multos largitionum abſtinentia teſtimonium ne crediderit: multò enim confidentius, hoc genus hominum furatur, nam quo magis eſſet ad ſumtum Ambitionis, audacius facit rapinam, ut hinc ipſi Ambitioni* (ita Legendum) *copia ſuppeditari poſſit.* Plura Commentarius.

115. PRETIIS COMMERCIA POSCIT HONORUM.] Mercaturam & Nundinationem facit Honorum & Magiſtratuum. Hoc cum eo tempore ferè omnibus in uſu eſſet Magnatibus, non fecit tamen Heros iſte; ut reſtantur verba modo adſcripta Zoſimi Comitis. De alijs ætatis ejus lego noſtri Eutropium, Rufinum, Theodoſium, Manlium, Probi liberos, laudatos culpatoſque; legitimi Poetæ officio, ut quiſque hoc fecerit vitave, titve. Lege ejuſdem Zoſimi Hiſtoriam, ſolentis notare indidem ſine metu Proceres.

116. GURGES ÆVI.] Corrupta tempora. Petronius poſt enarrata vitia ubique regnantia

Hoc merſam cœno Romam, ſomnoque jacentem,
Qua poterant artes ſana ratione moveri,
Ni furor & bellum, ferroque excita Libido?

Sic profundo præcipiti merſam mentem dicit Boethius, lib. I. cap. II. Conſol.

118. QUOD.] Exemplum videlicet. Non intelligunt hæc vulgari excerptores, ut multa alia hujus auctoris, quibus Florilegia ſua auctiora faciunt. Alij libri QVI Quod etiam elegantius.

119. LEGEM.] Conſuetudinem, quæ vicem Legis habet.

119. RURE PATERNO.] Spoliandus. Multa huc pertinentia de tyrannis ſui ævi commentatur in Rufinum, Gildonem, Eutropium, libris. Multa ſuccinunt Panegyriſtæ & Hiſtoriæ.

120. OBERRAT.] Delator emiſſarius; quales emiſſi occultè à tyrannis in populum, ſubornati divitum everſores, quos aliquid contra tempora aut Principes feciſſe, dixiſſe, calumniarentur. Hiſtoria Auguſta plena.

120. OBRUTA VIRTUS PAUPERTATE.]

TATE.] Infrà felicitati Temporum accenſet.

Quod nec inops jaceat probitas, nec inertia ſurgat
Divitijs.

Auctor Panegyrici ad Piſonem.

Quodque magis dono fuerit pretioſius omni
Diligis ex æquo: nec te fortuna clientum
Natalesve movent: probitas ſpectatur in illis.
Nulla ſuperborum patiuntur dicta jocorum.
Nullius ſubitos adfert injuria riſus.
Vnus amicitiæ ſummos tenor ambit & imos.
Rara domus tenuem non adſpernatur amicum
Hic caſta licet mens, & ſine crimine conſtet
Vita: tamen probitas cum paupertate jacebit.

Idem voluerunt Athenienſes olim, cum viliſſimo Mancipio, teterrimiq; adſpectus homini, Æſopo ſtatuam poſuerunt, inter honoratos viros. Phædrus.

Aeſopo ingentem ſtatuam poſuere Attici,
Servulumque collocarunt æterna in baſi.
Patere honoris ſcirent ut cuncti viam,
Nec generi tribui, ſed virtuti, gloriam.

122. LECTOS EX OMNIBVS ORIS PROVEHIS.] Non ſecundum Patriam. Dicit hoc utique in favorem Barbarorum, & Ducum, & militum, Politicos etiam Magiſtratus gerentium, quibus tum Res Romana nitebatur. Alioquin cenſu legitimo legendorum ad honores, prævalere utique Patriæ Virtus debet. Xiphilinus ex Dione, ſine Nervæ, de eo Sapientiſſimo Principe: *Trajanus, quamquam Nervæ propinqui non deerant, tunc Cæſar, poſtea Imperator factus eſt. Nec enim ille conjunctionem ſanguinis antepoſuit egregio publico, nec rurſus eum deterruit, quod Trajanus, homo Hiſpanus, nec Italus erat, nec Italicus. Quodque ante eum nemo alterius Nationis Imperium Romanum obtinuerat. Cenſebat enim virtutem cujuſque non patriam exiſtimari ponderarique debere.*

Τὴν γὰρ ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα τινὸς ἐξετάζειν δεῖν ᾤετο.

Lecti ſunt maturo conſilio, & deliberatione plena, digni reperti homines honoribus. Itaque hoc in ſumma laude. Sidonius Anthemiano.

ſoli tibi contulit uni
Hoc Fortuna decus; quamquam te poſceret ordo,
Vt LECTVS princeps mage, quam videare relictus.

Mos talis *Lectionis* Theodoſio Imperatori adſcribitur à Symmacho, l. III. Epiſt. LXXXI. Cujus imitator ſive aſſecla in ea re utique Stilico: *Solemne*, inquit, *eſt Domino noſtro Theodoſio in ſuos exercere cenſuram, morumque agere delectum, ac ſingulos ut novos ſemper expendere, nec conſuetudini condonare judicium. Inde quod ſinceriſſimos meret benignius recipit, quos ſeverò ac diligenter inſpexit.* Exempla dant Promoti ab ipſo Temporum iſtorum Principes viri, ferè omnes Barbari, aut remotis provincijs tamen oriundi. Lectio talis fecit, ut cadente lapſoque ævo *Lecti* Officiorum magnorum Adminiſtratores dicerentur, ut apud Agobardum, his Hendecaſyllabis:

Rector Magnificus, piusque Princeps,
Auguſto, Carolus, decore fultus.

Sceptrum

Sceptrum nobile Francicum gerebat
Subjectos populos piè gubernans
Lectos æquora juſſerat ſecare.

Hoc eſt Proceres, *Legatorum officio verſus* Carthaginem functuros.

123. MERITI.] Non inquiris natales ortumq; ejus, qui provehi meretur virtute. Nihil dicas mutandum hac lectione. Scaliger, duoq; Codices: Quomodo & Noſter. Alij tres Libri *meritum, non quæ cunabula.* Probante, ut traditur, Cujacio. Nobis prima ſcriptura non diſplicet, qua ſepoſita poſtremam dicam eſſe Claudiani.

124. NON UNDE SATUS.] Pulcrè Leo. Tact, II.

ὥσπερ τὰ ζῶα ἀπὸ τῶν ἰδίων πράξεων ἐξεταζόμενα, εὐγενῆ, ἢ δυσγενῆ, οὕτως χρὴ σκοπεῖν καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων εὐγένειαν, οὐκ ἀπὸ τῶν προγόνων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων πράξεων καὶ κατορθωμάτων.

124. BENIGNO] Benigne omnia interpretante, bonis amico, non fingente vitia, & præ virtutibus ea diſſimulante. Secus omnia agunt Tyranni. Teſtem potes *Iudicem*, Inſpectorem ex Officio, capere. Mamertinus ad Julianum. *Mamertine, non fruſtrà hucusq; vixiſti, habes idoneum fidei ac induſtriæ judicem.* Paria alij Panegyriſtæ & Biographi.

125. INVITANT PRÆMIA MORES.] Panegy. Manlij. V. CLXI.

126. PRISCÆ REDEUNT ARTES.] Symmachus, lib. I. Epiſt. XXXVII. *Vetus ſententia eſt artes honore nutriri; eam noſtræ ætatis uſus confirmabit. Nemo enim belli notus aut domi clarus exſortem præmij ſenſit induſtriam. Ita cum dignis fructus tribuitur, eamdem viam capeſſentibus ſpes paratur.*

127. INGENIIS APERITUR ITER.] Quæ ſub libertate pleraque floruere, pauca ſub tyrannide. Vide Longinum fine aureoli libri qui unus illius exſtat. Noſter hoc eodem Libro. CCCCLV.

En, cui diſtulimus melioris ſecla metalli,
Conſul adeſt; ite optati mortalibus anni,
Ducite virtutes hominum, floreſcite rurſus
Ingenia.

Boni Principatus eadem cum Libertate hic Ratio. Ita ſub Auguſto, alijsq; Reipublicæ amantibus Principibus, Muſica ingenia maximè floruerunt.

128. DESPECTAQUE MUSÆ COLLA LEVANT.] Avaritia, & crudelitate atque humanitate priorum Ducum velut oppreſſæ. Vide pulcerrima & veriſſima, apud Longinum, dicto cap XXXIX. *Sic Iulianum* laudat Claudius Mamertinus, Actione Gratiarum pro Conſulatu: *Tu, maxime Imperator, exſulantes relegatasq; virtutes ad Rempublicam quodam poſtliminio reduxiſti. Tu exſtincta jam Litterarum ſtudia flammaſti: tu Philoſophiam, paullò ante deſpectam, ac, nedum ſpoliatam honoribus, ſed accuſatam & ream nō modo judicio liberaſti, ſed amictam purpura, auro gemmisq; redimitam, in Regali ſolio collocaſti.*

129. OPIBUSQUE FLUENS ET PAUPER.] Vera æſtimatio Virtutis. Vera Juſtitia. Sententiarum vetus Auctor Manuſcriptus: *Virtutem ſi colit Sapiens, nullo diſcrimine juvat pauperem & potentem.* Sic præcipit & laudat Libanius Baſilico: *Regia palatia quaqua verſum omnium prorſus ſupplicationibus patuerunt: nec ulla generis nec ætatis Ratio, nec Fortunæ amplitudo ad Benignitatis Regiæ fructum diſtincta eſt. Sed principes, in excelſo conſidentes, omnibus pariter promulgant ut confidant: Siquidem neque Iuventus neq; ſenectus, neq; inopiæ contempta ſpecies à communi ſubſidio excluduntur, neque jus contaminabit favor Iudicis, aut potentia adverſarij, in promtu erit miſericordia ærumnas ſuas profitentibus.* Sic ijsdem cum Claudiano Temporibus eamdem ob rem exſultat Symmachus libro. IV. Epiſt.

LVII. *Nunc interlucet homo homini. Senatus antiquum obtinet. Vivere libet: natum eſſe non pœnitet, & ad Salutem ſpectant omnia. Nulli à paupertate diſcrimen eſt, Reſpublica in Vetuſtatem ſe recepit, & decrepitos mutavere annos, poſtquam vos ad virtutem verba feciſtis.* Quæ verba in finem mendoſa ſunt. Scribe *& decrepites mutat Roma animos.* Vel, propius ad ſcripturæ ductum. *mutat urbs animos* Deinde, quæ ſunt verba ad Virtutem facta? Scitè & ex ſententia emaculabis *urbs animos, poſtquam vos ad virtutem iter pateſeciſtis.* Videntur autem Verba iſta ipſa novam ordiri debere in Symmacho Epiſtolam. Pulcrè & Sidonius lib. VIII. Epiſt. VII. *Iuſtè ſub juſto principe jacet, qui per ſe minimus, tantum per ſua maximus, animo exiguus, vivit, & patrimonio plurimus.* Quæ ad noſtri ſequens comma pertinent.

129. FRUCTUM.] Utilitatem jucundam. Salvianus præfat. *Si hæc Salus noſtra ſanaverit quorundam non bonam de Deo noſtro opinionem, fructus non parvus erit quod multis profui. Sin autem id non provenerit, & hoc ipſum infructuoſum non erit, quod prodeſſe tentavi.* Idem lib. II. *Nemo in toto humano genere tam malus eſt, qui ideo cum ullo hominum velit eſſe, quia non amet, & hoc tantum uti præſentia ſua cupiat, ut majore odij fructu poſſit deſpicere præſentem* Hoc eſt, *delectatione.* Myron Rhetor, apud Rutilium Lupum, lib. II. *O Fortuna, quam vehementer te rerum Varietas oblectat, & quam magno odio tibi eſt Beata vita perpetuus & conſtans fructus. Fructuoſa conſilia,* utilia cum delectatione, apud Valerianum. Hom. VII.

130. INERTIA SURGAT DIVITIIS.] Inertiam Probitati opponit. Ea enim improbitas mera eſt, *Pigro enim homine nemo eſt nequior,* veteri ſententia. *Inertia Induſtria &* Virtuti omni opponitur, utpotè & nihili exiſtens, nec ad aliquam frugem adſpirans. Sententia par in verbis Sidonij ultimo adſcriptis.

130. JACEAT.] Contemnatur, nullius pretij habeatur. Boethius: *Iacere bonos noſtri terrore diſcriminis proſtratos.* Petronius:

Rebus in adverſis, quæ jacuere, juvant.

De Voluptate, Luxuria, Libidine, Principi fugiendis, dictis exemplisq; Commentarius noſter exſaturabit Lectorem.

132. MALUM.] Verè malum.

ἡ γὰρ ἡδονὴ καταλαβοῦσα τὰ σκῆπτρα, ἀφαιρεῖται πάντα γένη τῆς ἐλευθερίας. Themiſtius, Orat. XIV.

133. HEBETAT.] Obtundit, contundit. Res nota, & explicatur hic Opere deſtinato. Pari modo caliginem Avaritiæ legimus apud Cyprianũ de Opere & Eleemoſyna, cap. XIII. *Obſederunt animum tuum ſterilitatis tenebræ, & recedente inde lumine Veritatis carnale pectus alta & profunda avaritiæ caligo cæcavit.* Hebeſcendi translatio pari venuſtate aliis translata. Appulejus Floridis: *Vt gladius uſu ſplendeſcit, ſitu rubiginat, ita vox, vagina ſilentij condita, diutino tempore hebetatur. Hebetudo cordis* apud Ruritium lib. I. Epiſt. V. Sic Phæbadius contra Arianos, Auguſtinus Confeſſ. lib. V. cap. VIII. Symmachus, libro III. Epiſt. VI. Lib. IV. Epiſt. LXXIII. Lib. VI. Epiſt. XLV. &c. Verum autem ideo etiam cæteris potius Luxuria Imperatori abſtinendum, quod ejus tali vecordia vitio pluribus noceat. Leo Tactic. XX. cap. CCXI.

λυμὴ στρατοῦ τρυφητὴς στρατηγὸς, καὶ ἄτακτος. &c. τρυφῶν γὰρ οὔτε πόλεμον οὔτε εἰρήνην δέχεται σωφρονοῦσαν.

Silianum illud huc facit: *nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes, Quantum ſola nocet animis illapſa voluptas.*

134. CIRCÆIS HERBIS.] Proverbio nota Circes incantamenta. Voluptatem Veneream ijs à Poeta circumſcriptam docent Mythologi. Pariter eamdem Sirenum concentui exæquabant. De illis Horatius, Ovidius, Homerus, &c. De his Pythagoras. Porphyrius, Vita:

δίττην γὰρ εἶναι διαφορὰν ἡδονῶν. τὴν μὲν γαστρὶ καὶ ἀφροδισίοις διὰ πολυτελείας κεχα-

κεχαρισμένην, ἀπείκαζε ταῖς ἀνδροφόνοις τῶν Σειρήνων ᾠδαῖς, τὴν δὲ ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις, τοῖς περὶ τοῦ ζῆν ἀναγκαίοις ὁμοίως, καὶ παραχρῆμα ἡδεῖαν καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἀμεταμέλητον. ἣν ἔφασκεν ἐοικέναι μουσῶν τινὶ ἁρμονίᾳ.

Ea ut cavenda Principi docet Muſonius in Stobæi. XLVI.

136. FUCATA GENAS.] Deſcribit Prudentius Pſychomachia.

137. AURO CIRCUMLINIT.] Ita cum vulgatis & Cujacianis, Scaliger. Cæteri ſcripti Codices mirificè variant. Nihil mutamus.

138. VOLUPTATUM HAMIS.] Sic inſidias Libidinum comparat & Philo, libro I. de vita Moyſis: *Hujus regionis, ô Rex, mulieres ſpecie reliquis longè præſtant: viri autem nulla re faciliùs quam mulierum forma expugnari poſſunt. Proinde ſi formoſiſſimis quæſtum facere, proſtareque permiſeris, juventutem adverſariorum velut hamis capient.* Sic de muneribus pauperum Martialis. *Imitantur hamos dona* Plinius Panegyrico: *Nonne ut Regum, ita Cæſarum munera illitos cibis hamos, opertoſq; præda laqueos æmulabuntur?* Sic eſcam doloris decorem dixit Theophylactus Simocata, Epiſtola, LXIX.

139. NUMQUAM CONATA CAPIT.] Quamlibet conata ſæpè, numquam tamen decepit. Perſtat in comparatione cum nexu hami, qui ſæpius conatur priuſquam quod vult efficiat. Non abſimiliter & Retia mœroris dixit Sidonius lib. II. Epiſt XII. *Poſſis & eo ſenſu capere* ut τὸ numquam ſit repetendum, velut ſolens noſter loquitur. Supra hoc Libro, de Fide:

> *Hæc & amicitias longo poſt tempore firmat,*
> *Manſuroq; adamante ligat: Nec mobile mutat*
> *Ingenium, parvo ſtrepitu nec vincula noxa*
> *Diſſolvi patitur.*

Gemina enim opus negatione *nec mutat non mobile ingenium.*

140. TEMPORA SOMNUS AGENDI FRUSTRATUR.] Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Vide ad Laudes Honorianas. Somni, ſi quisquam principum, parcus fuit Julianus Imperator, de quo Ammianus lib. XXV.

141. NULLO CYTHARÆ CONVIVIA CANTU.] Alludere videtur Edictum Theodoſij, quo ſublatæ ſunt de Conviviis operæ cantorum. Victor, ſeu Victorinus, Epitoma: *Illa, quibus Trajanus aſperſus eſt, vinolentiam & cupiditatem triumfandi, uſque eo deteſtatus eſt, ut bella non moverit ſed invenerit, prohibueritque Lege miniſteria laſciva, pſaltriasque, comiſſationibus adhiberi.* Hoc utique Stiliconi præconium Claudianus transſcribit. πορνικὴν καλλιφωνίαν tales cantiones vocat J. Chryſoſtomus fragmento de Suſanna Indignas utique viri gravis auribus. Vetitæ eædem in Canonibus veterum Chriſtianis audiri. *Puerorum laſcivia notiſſima,* quibus inſanierunt Romani ultra omnes gentes. Papinius, Petronius, Martialis. &c

142. TOTA MENTE REMISSUM.] Ut non ſimul videres ſeveritesque gravitatem Terrarum Orbis moderatricem. De Theodoſio aliter Zoſimus.

144. INDECORES.] Luxui, ejuſque inſtrumentis imputatæ. Sumtum nimium, & non neceſſarium Imperatori demit Leo, Tacticon, XX.

147. PARCUS DILIGERIS.] Non ob aurum, ſed virtutem. Multis autem Principibus Romanis in militem talis parcimonia exitioſa fuit.

148. NEGLECTAS IN PACE COHORTES.] Id perdidit Probum optimum Principem: nec eum perdidit ſolum, ſed ab eo cæſo milites Principum creandorum jus venale ſibi tenuere, contra Senatum. Vide Aur. Victorem.

149.

149. TUM DITAS.] Effuſis largitionibus. Serò quidem hoc. Sic Maximus Imperator, homo doctus, & laudatus Ambroſio, Sulpitio, alijsque optimis ſcriptoribus, avaritia ſua ſe perdidit, tum videlicet primum pecunia delinire militem orſus cum throno Imperatorio eſſet detrahendus. Zoſimus, libro IV.

Μάξιμος ἐκ τοῦ Βασιλείου κατήγετο θρόνου, χρήματα διανέμειν τοῖς ὑπ' αὐτὸν στρατιώταις ἀρξάμενος. γυμνωθεὶς δὲ τοῦ βασιλικοῦ σχήματος Θεοδοσίῳ προσήγετο.

Alia extant exempla ſeræ hujus Liberalitatis. Verum itaque hoc etiam negotio eſt, quod Gemiſthus Pletho Peloponneſiaca I. non inſipienter in genere ſcivit.

χαλεπῶς ἐπ' αὐτοῦ τοῦ δεινοῦ, καὶ τῶν κινδύνων ὁπουοῦν ἐστιν ἐπανορθοῦσθαι τῶν φαύλως ἐχόντων.

150. QUOS SPREVERIT.] Non ſubveniens egentibus, aut merita virtuti præmia per avaritiam denegans. Paria. II. in Eutrop. CCCXIIX.

151. PRODIGUS.] Ne perdat totum partē prodigere ſtudens Cui tamen hæc ipſa donatio donatio nō eſt, nec pro tali accipitur ab ijs quibus coacta confertur. Exemplum triſte præbet & Didius Julianus Imperator.

153. MENSISQUE ADHIBES.] Victoria parta, aut re bene geſta, Leo Imperator ſuadet Tact. XX. cap. CXCI.

τῆς μάχης σὺν θεῷ τὴν νίκην σοι χαρισαμένης, ὦ στρατηγὲ, δέον σε φιλοφρονεῖσθαι τοὺς στρατιώτας τοῖς τῶν πολεμίων λαφύροις. εἴτε ὅπλα εἰσὶν, εἴτε ἵπποι, εἴτε ἕτερα ἠνέχθη. καὶ εὐωχίας καὶ τραπέζας αὐτοῖς παρασκευάζειν.

Alioquin ſummus honos menſæ principis adhiberi. Zoſimus, lib. IV.

Θεοδόσιος βαρβάρους τινὰς εἰς φιλίαν ἐδέξατο. εἶχε δὲ ἐν θεραπείᾳ πάσῃ τοὺς ἑκάστης φυλῆς ἡγουμένους, καὶ τραπέζης ἠξίου κοινῆς.

153. NOMINE QUEMQUE COMPELLAS.] Blandimentum efficax apud milites, & iis gratum, Imperatori decorum ac glorioſum poſſe eos nomine compellare. Dionyſius Halicarnaſſæus, lib. IX. de Fabio.

λοχαγῶν τε καὶ ταξιάρχων, καὶ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ἕκαστον, ᾧ συνῄδει τι λαμπρὸν ἔργον ἐν μάχαις ἀποδεδειγμένῳ καὶ τοὔνομα καταλοῦντος.

Ubi accedit & præclarorum facinorum notitia, uti penes noſtrum hic. Salluſtius de Petreio: *Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus aut præfectus, aut legatus, aut prætor, cum magna gloria in exercitu fuerat, pleroſque ipſos, factaque eorum fortia noverat: ea commemorando militum animos accendebat.* Livius lib. XXX. de Pugna Scipionis cum Annibale Capitali. *Pœnus XVI Annorum in terra Italia res geſtas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occiſos, & ſua cuiq; decorum, ubi ad inſignem alicujus pugnæ memoria militem venerat, referebat.* PLinius, Panegyrico Trajani: *Hæc olim, in præſentia quidem quisquis paullo vetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur. Quotus enim quiſq; cuius tu non ante commilito, quam Imperator? Inde eſt quod prope omnes nomine appellas, quod ſingulorum fortia facta commemoras. Hæc habent ad numeranda tibi pro Republica vulnera, quibus ſtatim laudator & teſtis contigiſti.* Tacitus, Hiſt. I de Othone: *In itinere in agmine, in ſtationibus, vetuſtiſſimum quemq; militum nomine vocans, ac memoria Neroniani comitatus, contubernales appellando, alios agnoſcere, quoſdam requirere, & pecunia ac gratia juvare.*

155. FIGENDA SENSIBUS.] Ob Amorem loquentis. Sic de Medea Jaſonem diligente, Valerius Flaccus, lib. VII. Argonaut.

contrà periturus Iaſon.
Vrget, & audita creſcunt in pectore voces.

Seneca

Seneca. Epiſt. CXXIII. *Peſſimum genus hominum videbatur qui verba geſtarent. Sunt quidam qui vitia geſtant. Horum ſermo multum nocet. Nam etiamſi non ſtatim officit, ſemina in animo relinquit, ſequiturque nos etiam cum ab illis diſceſſerimus, reſurrecturum poſteà malum.* Sic auribus figere. Papin I. Achill. v. 379.

156. GEMINATUR GRATIA DONI.] Vide Adverſariorum Lib. CLXXVI. cap. I.

156. VERBA.] Pauca ea ſint Principi. Libanius Baſilico:

οὐ ῥαψῳδῶν εἰς μῆκος λόγον μάταιον, ἀλλ' εἰς βραχύτητα ῥημάτων ὄγκον κατακλείων πραγμάτων.

Quo ſpectat, quo nos libenter utimur, Hiſpanicum hodiernum Proverbium:

Habba poco y bien
Tener te han per alguien.

157. JACTATUM SÆPIUS.] Arrogantia, & exprobratio Beneficiorum odioſa. Nulla res auditu intolerabilior, quam ſui ipſius exaltatio. Themiſtius Oratione prima: *Itaque in Andria ille*

iſtac commemoratio
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.

Seneca, libro I. de Benef. *Lacerat animum & premit frequens meritorum commemoratio.* Idem ibidem: *Qui dedit beneficium taceat, narret qui accepit.* Eodem alludit excuſatio, rem geſtam narrantis, ne exprobrari ſibi putet, velut immemori: Ut mater Chryſoſtomi filio, apud eum. I. de Sacerdotio:

καὶ μὴ τοῦ νομίσῃς ὀνειδίζειν σέ με ταῦτα λέγειν νῦν.

* Exemplum hoc genus commemoratoris eſt Silas, Agrippæ, Regis Judæorum, familiaris, & ob hoc ipſum vitium male ad extremum habitus, apud Joſephum, libro XIX. capite VII.

157. FLATUS ATTOLLUNT.] Inanem ſuperbiam, Papinius Thebaid. I.

Attollit flatus ducis & ſediſſe ſuperbum
Dejecto ſe fratre putat.

158. QUOS PROMOVERIS.] Evexeris ad honores: Capitolinus Marco: crimini ei datum quod adulteros uxoris promoverit. Lampridius, Alagabalo: *ad honores reliquos promovit commendatos ſibi pudibilium enormitate membrorum.* Lucanus, lib. VI.

ſanguine multo
Promotus, Latiam longo gerit ordine vitem.

158. ALTO TURGIDUS ALLOQUERIS FASTU.] Auctor ad Piſonem.

Diligis ex æquo; nec te fortuna clientum
Natalesve movent; probitas ſpectatur in illis,
Nulla ſuperborum patiuntur dicta jocorum.

Hi ſunt odioſi mores, quos avertit Leo Tacticor. II.

πρᾶος γίνου, καὶ ἀπέραγχος τοῖς ἐντυγχάνουσι. τὸ γὰρ ἄγριον τοῦ ἤθους καὶ μισεῖται καὶ ἀποστρέφεται.

159. IPSA SUPERBIA LONGE DISCESSIT V.R.S.S.] Superbia Comes Felicitatis. Proſper, Epigrammate. XLVIII.

Omne genus vitij proprio tantum valet actu,
Et peccata ſuam quæque gerunt ſpeciem,
Sola eſt innumeris armata ſuperbia telis.
Cui poſſunt vires & dare geſta benè.

Sic ſcribendum ex optimis membranis ultimo horum verſuum. Vulgo enim perit gratia ſcribendo & *bene geſta dare* Inconcinnitate omnibus clara. Juſtinus. Verſificator medij ævi, Germanus, nec inanis bonæ mentis.

Hæc Sors eſt hominis: Sapientia, Res, honor, inflant.
Omnibus his rarò faſtus abeſſe ſolet.

Iſidorus cap. XII. Libri de Converſis: *Omnibus deterior eſt ſuperbia: ſeu propterea quod à ſummis perſonis adſumitur, ſeu quod de Opere juſtitiæ & virtutis exoritur, minusq; culpa ejus ſentitur.* Vide Proſperum lib. III. de Vita Contempl. cap. II. & capite III. *Superbiam amovet Heroe ſuo*, quod ea priſcis moribus ſummum fuerit ſcelus. Servius ad Aeneidem II. *Apud Majores ſuperbia ingens facinus fuit, adeò ut Tarquinius pro multis ſceleribus Superbi nomen acceperit, & Virgilius Superbi Epitheton proprium Turni facit, pro ingenti ſcelere.* Chriſtianis adeo exoſum vitium, ut Superbum hominem Chriſtianiſmo excludat. Fulgentius Reſponſ. II. ad Fertandum: *Hoc, inquit, ſacramentum longè eſt à cordibus Sapientium Superborum, & ideò non Chriſtianorum, ac per hoc non verè Sapientium.* Comitem honoribus agnoſcit etiam noſter Panegyr. Manlij, V. CCXLI.

> *nec, quæ comitatur honores,*
> *Auſa tuam leviter tentare Superbia mentem.*

Leo Magnus, Serm. IV. de Quadrageſ. capite III. *vicinum eſt rectis actionibus Superbiæ malum, & de proximo ſemper virtutibus inſidiatur elatio, quia difficile eſt ut laudabiliter viventem laus non capiat humana.* Salvianus Epiſtola ad Eucherium II. *Pediſſequa plerumque novi honoris eſt Arrogantia.* Superbiam ut plurimum malæ & ſceleratæ vitæ cauſſam & principium dare ſcribit Gregorius Nyſſenus in vita Thaumaturgi.

Φείγων πανταχόθεν τὰς πρὸς τὸν τύφον ὕλας, εἰδὼς ἀρχηγὸν ὡς τὰ πολλὰ τοῦ κατὰ κακίαν βίου τὸ καθ' ὑπερηφανίαν πάθος γενόμενον, ὥσπερ τινὰ λιμένα τὸν ἡσύχιον ἐπὶ τῆς πατρίδος μέτεισι βίον.

Ingratam eam vocat; eo nomine extremis ſceleribus obligans, Valerianus, Homil. I. *Loquantur iſta miſeri, quos ad omne facinus diabolus, auctor mortis, invitat. Super quos regnat ebrietas, quos turpis luxuria captivos tenet, & à quibus numquam Superbia ingrata diſcedit. Scilicet quod faſtuoſus homo omnibus exoſus.* Sic ſcribit Beſſarion Cardinalis de Græcia ſuperbis ſeſe omnes avertere. Eam bono quoque abeſſe, etiam ſummis honoribus mactando, gloriatur Demetrius Phalereus, apud Rutilium Lupum, lib. II. Et Theoctiſtus in Sententijs monet *præſtare Sapienti ſuper novacula incedere, quam faſtu & ſuperbia animum efferari*, cum vita hominis tota bulla ſit. Sic humilitas contrà & animi demiſſio laudatur, ut Joannes Patriarcha Byzantinus vita Joannis Damaſceni in Comparatione ait arborem, quo ſit fructuoſior, eo magis tendere deorſum; & altitudinem hac virtute ſublimari Sidonius libro II. Epiſt. III. De utraque alia quadam vide Comment. CXXIII. Adverſar. cap. ultimo ex Rufini Commentariis in Pſalmos.

162. CONTINGERE PASSIM.] Non ut tyranni ſolent, quorum dextram contigiſſe pars fuerit voti, ut apud Maronem. *Pars mihi pacis erit dextrum tetigiſſe tyranni.* Ubicunque ait obvium accedere licet & contingere.

163. AFFARIQUE LICET.] Affabilitas inter commendati Principis Virtutes. Leo Imperator, verbis ſuprà poſitis. Gulielmus Tyrius, non ineptus Antiquis auctor accenſeri, libro XVI. capite II. De Balduino Tertio Rege Hieroſolymitano: *Tanta affabilitatis gratia præminebat, ut etiam contemtibilibus perſonis ex improviſo, & nominatim, ſalutationibus dependeret affatum, & ad ſe ingredi volentibus, vel occurrentibus paſſim, mutuæ collocutionis aut offerret ultrò commercium, aut poſtulantibus non negaret. Unde tantam ſibi plebis & patrum conciliaverat gratiam, ut prædeceſſorum ſuorum quolibet amplius, utriq; claſſi haberetur acceptus.* Huc reſpicit Comitas in vultu, illam animi Benignitatem omnibus conteſtans; laudata in Heroibus; ut Demetrio: Plutarchus initio vitæ ejus. Idem Præceptis Gerendæ Reipublicæ:

ἐν ᾧ

οὐ γὰρ αὐθάδης, οὐδὲ ἐπαχθὴς ὁ χρηστός, οὐδὲ αὐθέκαστός ἐστιν ὁ σώφρων ἀνὴρ, καὶ στείχει πολίταις ὄμμ' ἔχων ἰδεῖν πικρόν. ἀλλὰ πρῶτον μὲν εὐπροσήγορος καὶ κοινὸς ὢν πελάσαι καὶ προσελθεῖν ἅπασιν, οἰκίαν τε παρέχων ἄκλειστον, ὡς λιμένα φύξιμον ἀεὶ τοῖς χρῄζουσι, &c.

Sic Pindarus Sapientiæ Heroicæ & Præceptor & Præco, affabilitatem Crœſi perpetuo fama vehi, truculentiam Phalaridis ubique conſpui commemorat. Pythonicor. I.

> Οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά,
> Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυτῆρα νηλέα νόον
> Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις.
> Οὐδὲ μιν φόρμιγγες ὑπωρόφιαι κοινωνίαν
> Μαλθακὰν παίδων ὀάροισι δέκονται.

Sic Caroli Magni, nullo Regum veterum minoris, Præceptor Edelhardo Epiſcopo præcipit Alcuinus Epiſtol. I. *Eſto miſeris conſolator, pauperibus Pater, omnibus affabilis, donec intelligas quid cuique reſpondeas, & ſemper reſponſio tua ſale ſit condita.* Et Leo Tact. II. cap. XXXV. εὐπροσήγορον, ἔντιμον, ἀτάραχον, Imperatorem requirit.

164. NON INTER POCULA SERMO CAPTATUR.] Cum nefas quaſi repellere allocututum. Cum Genio indulgerent veteres offendi illum, & ſeſe facinus piaculare admittere credebant, triſte ſi tum facerent, aut dicerent aliquid. Horſum hoc trahas. Magnatum favorem captari, cum ſe invitant hilariuſcule, quis tam in civilis ut neſciat? Stiliconi autem ſuo ſolidam humanitatem adſcribit Encomiaſtes noſter.

164. PURA LIBERTATE.] Non ſubfulta adulationibus, non parata & elaborata artificiis, ut aures faſtu turgidas palpationibus intraret. Pulcrum præceptum Syneſij ad Arcadium, initio Aureoli libri de Regno:

πολλοῦ μὲν ἂν ἄξιος εἴη βασιλέως ἀκοῇ λόγος ἐλεύθερος. ὁ δὲ ἐφ' ἅπαντι γινόμενος ἔπαινος σὺν ἡδονῇ λυμαινόμενος, ἐοικέναι μοι δοκεῖ τῶν φαρμάκων ἃ μέλιτι δεύσαντες τοῖς ἀπολλυμένοις ὀρέγουσιν. Νέου γὰρ βασιλέως γνώμην ὑπ' ἐξουσίας, ᾗ ἂν τύχῃ, βαδιουμένην συνέχει λόγων ἀλήθεια.

Sic à libertate loquendi Conſiliarij Principum cum primis virtutum laudantur. Iſocrates, Epiſt. IV. de Diodoto, quem pro tali Philippo Regi commendat

ὧν οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, ἐν μὲν λίαν εἴη φθονερός, καὶ εἰπεῖν καὶ βουλεύσασθαι οὐδενὸς ἧττον αὐτὸν δύνασθαι, καὶ δικαιότατον καὶ σωφρονέστατον εἶναι, καὶ χρημάτων ἐγκρατέστατον. Ἔτι δὲ καὶ σύμβιον ἁπάντων ἥδιστον, καὶ λιγυρώτατον, πρὸς δὲ τούτοις πλείστην ἔχειν παρρησίαν, οὐχ ἣν ὀυ προσῆκεν, ἀλλὰ τὴν εἰκότως ἂν μέγιστον γιγνομένην σημεῖον τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς τοὺς φίλους, ἣν τῶν δυνατῶν οἱ μὲν ἀξιόχρεων τὸν ὄγκον, τὸν τῆς ψυχῆς ἔχοντες, τιμῶσιν, ὡς χρησίμην οὖσαν. δεῖ δὲ τοὺς ἐπὶ τῷ βελτίστῳ παρρησιαζομένους πολλὰ σώζειν δύνασθαι, καὶ τῶν ἐπιδόξων διαφθαρήσεσθαι πραγμάτων, ὧν ἕνεκα προσήκει μὲν παρὰ πᾶσι τοῖς μονάρχοις πλέον φέρεσθαι, τοὺς μὲν ἀλήθειαν ἀποφαινομένους, τῶν ἅπαντα μὲν πρὸς χάριν, μηδὲν δὲ ἄξιον χάριτος λεγόντων.

Quæ Prudentia ut rara fuit & eſt in Potentibus, ita in Stilicone à noſtro merito cōmendatur, non fuiſſe ſcilicet ſummæ poteſtatis virum ullius libertate offenſibilem. Sic Julianum ſuum laudat Libanius Legatione: *Meam noverant apud te de his ipſis liberè loquendi libertatem, à primo diluculo ad medias*

uſque noctes ſæpiſſimè progreſſam, quam amicorum quidam veriti ne modum excederet, inhibuerunt. Ad tu illos, ne id facerent, prohibuiſti: quod Regium eſſe arbitrareris, & Aula tua dignum non tacentibus imperare, ſed ijs præeſſe, qui in medium animi ſui ſententias proferre poſſent. Quare cum tanta ſecuritas liberè loquendi pateret, nullus umquam tacendi prætextus extitit.

165. SERIA QUISQUE JOCIS] Mira in Dicteriis & ſcommatis ferendis patientia, aliquot alioqui nec mitiſſimorum, principum recenſetur Suetonio alijſque Hiſtoriæ Auguſtæ Conditoribus; mira item & impunita Libertas Sapientum Inſipientiumq; Monitorum. Sic Balduinum tertium, Regem Hieroſolymitanum deſcribit Gulielmus Tyrius loco modo nominato: *Erat*, inquit, *præterea jucundi ſermonis, facetique, & perſonis quibuslibet favorabili quadam compoſitione ſe conformem tribuens, omni ætati & conditioni gratiſſimè ſe contemperabat. Vrbanitatis quoque præcipuè, eo minus, quod dicendi nimia utebatur libertate, ita ut quæ in amicis erant notabilia, ſublata differentia, utrum placeret an læderet, eis in faciem publicè jacularetur. Quæ tamen, quoniam non nocendi animo, ſed quadam mentis hilaritate, vel potius levitate, dicebat; non multum inde etiam eorum, quos liberiore ſermone laceſſebat, gratiam* (Lege ingratiam) *demerebatur: eoque amplius veniale videbatur, quod in ſe verſa vice contorta æquanimiter dicta ſupportabat mordacia.* Sic noſter laudat Theodoſium. VI. Conſul. Hon.

Alternos cum plebe jocos, dilectaque paſſus
Iurgia

Sic facetum laudat infrà Stiliconem. Et hoc genus in Piſone ſuo Panegyrici Auctor. Juſtinus verſificator barbaro ævo non illaudabilis.

Suſcipit hunc hujus patriæ dux; cuius ad aures
Venit fama favens de probitate viri.

Curia quem tota blandum ſermone, facetum
Maribus, audacem pectore, laudat, amat.

In quo ſcriptore non infrequens occurrit noſtri expreſſio.

165. REGNI PARENTEM.] Publicus Parens Stilico. Symmachus lib. IV. Epiſt. XII. ad Eum: *Conſulatum meum libertate continuas: Et ut publicus parens in futuros etiam magiſtratus Imperialem provocas largitatem.* Ambroſius Oratione in Funus Theodoſij. *De filiis nihil habebat novum quod conderet, quibus totum dederat, niſi ut eos præſenti commendaret.* Parenti. Prudentius de Honorio:

dux agminis Imperiiq;
Chriſtipotens nobis juvenis fuit, & Comes eius
Atq; parens, Stilico.

167. MIRATUR CONVIVA PAREM.] Ob comitatem conviviorum, & participatum epulandi commendantur principes. Victor Epitoma de Theodoſio: *Elegans lætumq; convivium dare, non tamen ſumtuoſum; miſcere colloquia pro perſonis ſtudio, dignitatibus, ſermone cum gravitate jucundo.* Eutropius de Trajano: *Gloriam militarem civilitate & moderatione ſuperavit Romæ & per provincias æqualem ſe omnibus exhibens, amicos ſalutandi cauſſa frequentans, vel ægrotantes, vel cum feſtos dies habuiſſent: convivia cum ijsdē indiſcreta viciſſim habens: ſæpe in vehiculis eorum ſedens nullum Senatorem lædens.* Capitolinus de Pio: *Cum ſibi & filijs honores peteret, omnia quaſi privatus fecit. Frequentavit & ipſe amicorum ſuorum convivia. Quantum vero opus ſit vero Principi legitimum* convivium exhibere, indicare voluit Paulus Aemilius, quem vocatis ad ſe mirantibus apparatum dixiſſe refert Plutarchus, ejuſdem ingenij dexteritatiſque eſſe, aciem in hoſtes recte ordinare, & pro amicis convivium. Sint quibus tale aliquod placeat, quale Henricum Regem exhibere conſueviſſe ſcribit Witechindus Hiſt. Saxonicæ. lib. I. *In Venatione,*

inquit,

inquit, *tam acerrimus erat, ut una vice quadraginta, aut bis amplius, feras caperet; & licet in convivijs ſatis eſſet jucundus, tamen nihil regalis diſciplina minuebat: tantum enim fervorem pariter & timorem militibus infundebat, ut etiam ludenti non crederent ad aliquam laſciviam ſe diſſolvendo.* Prorſus averſari verò convictum ſubditorum, barbarum, brutumque Principi. Plutarchus initio libri ad indoctum Principem:

Νῦν οὐκ ἔχοντες οἱ πολλοὶ τῶν βασιλέων καὶ ἀρχόντων μιμοῦνται τοὺς ἀτέχνους ἀνδριαντοποιοὺς, οἳ νομίζουσι μεγάλους καὶ ἁδροὺς φαίνεσθαι τοὺς κολοσσοὺς, ἂν διαβεβηκότας σφόδρα, καὶ διατεταμένους, καὶ κεχηνότας πλάσωσι, καὶ γὰρ οὗτοι βαρύτητι φωνῆς, καὶ βλέμματος τραχύτητι, καὶ δυσκολίᾳ τρόπων, καὶ ἀμιξίᾳ διαίτης, ὄγκον ἡγεμονίας καὶ σεμνότητα μιμεῖσθαι δοκοῦσι, οὐδ' ὁτιοῦν τῶν κολοσσικῶν διαφέροντες ἀνδριάντων, οἳ τὴν ἔξωθεν ἡρωικὴν, καὶ θεοπρεπῆ μορφὴν ἔχοντες ἐντὸς εἰσὶ γῆς μεστοὶ, καὶ λίθου καὶ μολύβδου.

Chriſtianus Antiſtes quomodo convivium inire debeat paucis docet, ex veterioribus quidem, Radulphus Ardentius, Homil. in Dominicam. XVIII. à Feſto S. Trinitatis: *Bonus paſtor numquam extrà domum ſuam eat manducatum tantum comedendi gratia, prater quam gratia alijs proficiendi, ut imitatores ſuos, à quibus paſcitur corporaliter, paſcat Spiritualiter. Declinet autem in ſede ſuperbiam, in cibo ſaturitatem in potu hilaritatem, in verbo levitatem, ut ſuos ædificet convivas, non ſolum verbo; ſed etiam gravitatis exemplo,*

167. TANTA POTESTAS.] Homo tantæ Poteſtatis. Petronij ad Fortunam:

> *Rerum humanarum divinarumque poteſtas.*

168. CIVEM AGAT.] Civitatem commendat Stiliconis, civibus ſe parem gerentis. De, Theodoſio, Sexto Conſulatu Honorij.

> *Romuleis Victor ſub mœnibus egit,*
> *Te Conſorte; diei, cum ſe melioribus addens*
> *Exemplis, civem, gereret, terrore remoto.*

Et Quarto Conſ. Ejuſdem v. CXII.

> *Nec tamen oblitus civem cedentibus atrox*
> *Partibus, infremuit.*

169. DOCTUS PRISCA LOQUENTEM.] Acutè omnem Eruditionem in Eloquio & notitia Antiquitatis collocat. Ennius de viro doctrinæ abſolutæ.

> *multa tenens antiqua, ſepulta loquens in*
> *Tempore.*

Alibi noſter.

> *nec deſinat umquam*
> *Tecum Graia loqui, tecum Romana Vetuſtas.*

Sic Neſtor Homericus laudatur, Iliade I. trium ſeculorum doctrinam doctus. Appuleius, lib. VII. *Medullitus ingemebam; ſubibatque me, non de nihilo veteris priſcaque viros finxiſſe ac pronunciaſſe cæcum & prorſus exoculatam eſſe doctrinam.* Hoc eſt abſolute eruditos. Ducem memoriam multarum rerum commendare arbitratur Leo Philoſophus Tact. XX. & quæ artes ſciendæ ſint illi, LIII cap. Epilogi deſignat. Ubi in Græco Codice Architectonice perperam omiſſa eſt, agnita Latino traductori.

170. ASPERSIS SALIBUS.] Non infuſis. Faceta autem & comis oratio in Proceribus commendatur, ingenioſitatem demonſtrans. Auctor ad Piſonem.

> *Mira ſubeſt gravitas inter ſeria mirus, omiſſa*
> *Paulliſper gravitate Lepos: ſi carmina fortè*
> *Nectere ludenti juvit fluitantia verſu,*
> *Aonium facilis deducit pagina carmen:*

 Sive

Sive Chelyn digitis eburno pectine pulſes

Dulcis Apollinea ſequitur teſtudine cantus.

Sic *Sullam* deſcribit *Salluſtius* aptiſſimum ad Joca & ſeria etiam cum humilibus agenda, quibus illi artibus iter ad ſummam poteſtatem & munitum. Quales hi Sales eſſe debeant præcipit pulcrè & ſapienter Plutarchus Præceptis gerendæ Reipublicæ: *Veruntamen*, inquit, *& ſalsè dicta & ridiculè nonnumquam in partem Orationis Politicæ admittuntur, cum non petulanter aut ſcurriliter, ſed ab eo qui utiliter increpet aut ſubſannet, proferuntur. Maximè autem probantur iſta in Reſponſionibus & Objectionibus, nam ſubſannare de induſtria, idque non provocatus, qui volet, riſum captare credetur, neque ſine ſuſpicione malignitatis, quod vitium turpavit Ciceronis, Catonis Majoris, Euxitheique ſales, &c.* Sic virorum magnorum etiam minuta ſunt magna, ut loquitur Pindarus Pyth. I. A quibus in Sermone abeſſe debet vociferatio, ut demonſtrarum Senecæ lib. I. de Clem. cap. VII. *Itidem vitanda loquacitas, quam in Iuliano notat Ammianus*, quæ ſi artis eſſet aut ingenij, natura hirundines præſtarent hominibus, ut Nicoſtratus Comicus non infeſtivè ſcripſit.

> Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέω λαλεῖν
> Ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες
> Ἐλέγοντ᾽ ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ.

Sed id alterius loci eſt.

171. AONIOS MEDITANTEM CARMINE MUROS.] Veriſſima Lectio cum fabula notiſſima ſit Amphionis cantu muros Thebarum compoſitas. Eam habent & agnoſcunt Codices Cujaciani, Noſter, Camertis, Bentini, cum nonnullis Belgicorum, probavitque optimus judicij Scaliger. Cæteri *Muſas* aut *ſilvas* ganniunt, cum ij: quos A. Schottus, & M. Delrius contulerunt. Ineptè.

172. VELIT.] Malit. Homerus. Iliad. A.

> Βούλομαι ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι.

Papin. III. Theb. v. 287. vid. ibi Nos.

173. VERIS.] Vide finem Epithalamij Honoriani.

174. AURATIS FIGURIS.] Effigies, ſimulacra, ſtatuas, inauratas dicit viventi poſitas. Tacitus de Sejano: *Cerni effigiem ejus in monumentis Pompejanis.* Dio de Tiberio: *cum multos alios poſt mortem ſtatuis coboneſtaſſet, Seiani etiam vivi æneum in theatro poſuit.* Quem eundem, quod de Stilicone iſtic noſter infinitis ſimulacris & ſtatuis à Senatu, Equeſtri Ordine, & alijs Romanis cultum idem ſcribit. libro LVIII. *Antiquiſſimus honos ſtatuarum*, unde origo Idolorum, celebratur ab auctore libri Sapientiæ, cap. XIV. Frequentiam hujus cultus in Stilicone confirmat Claudianus lib. III. Horum. ad Romam:

Os ſacrum, quod in ære colis, miraris in auro,

Cerne libens.

Materiam talium effigierum junctim poſuit in Reguli ambitione exagitanda Plinius Junior lib. IV. Epiſt. VII. *Regulo placuit filio ſuo ſtatuas & imagines quamplurimas facere: Hoc omnibus officinis agit: Illum coloribus, illum cera, illum ære, illum argento, illum auro, ebore, marmore, effingit.*

176. QVÆ NON INCVDES STREPERENT.] Inſtar earum quæ imagines principum conficerent, quorum ingens copia erat, cum ubiq; gentium ij adorarentur. Plinius Panegyrico docet illas ad imagines ſolitas Principes divino honore coli. *Itaque*, inquit, *Barbari, non te apud imagines, ſed ipſum præſentem audientemque conſalutabant Imperatorem, nomenque quod alij domitis hoſtibus, tu contemtis merebaris*, Quo loco Numen ſcriben-

ſcribendum non viderunt tot Editores. Sic de Eutropio, ſummo poſt principem, honore admoto, libro. II.

Poſteritas admitte fidem; monumenta petuntur,
Dedecoris, multiſque gemunt incudibus æra,
Formatura nefas.

[177. FLVERENT FORNACIBVS ÆRA.] Variant hic ſcripti Codices; ſed nullo omnino pretio operæ. Nos cum Scaligero ſcribimus quantis fluerent incudibus æra.

179. QVÆ NON PRO NVMINE VVLTVS.] Inſtar beneficorum, qui divinis cultibus culti. Lampridius Alexandro: *Ipſum verò ob hæc tot & tanta bona provinciales ut Deum ſuſpiciebant.* Notavit plura vir doctus ad Tertulliani Apologeticum.

180. TALEM NI SEMPER HONOREM RESPVERES.] Exemplo Ageſilai apud Græcos, qui moriens etiam talem honorem ſibi haberi vetuit. Claudij Cæſaris apud Romanos, de quo Dio lib. LX. Idem diſputat Plinius Panegyrico, ita tamen ut ambitionem culpet in ijs, qui parcè & prudenter, exemplo ſui ſcilicet (de quo tamen aliter alij) Trajani, admittant. Sic ſancti etiam Chriſtiani homines abnuebant talia, ut vides Paullinum unanimi alioquin ſibi ſuo Severo non inmordaciter reſcribere, tale quid poſtulanti, Epiſtola. VIII. Id quod admiſit tamen idem poſtea, docente Epiſtola. XII.

181. RAPIAT.] Cupide, & ambitioſe. Lucanus, lib. IV.

Non deerat fortis rapiendo dextera leto.

Lib. V.

Turpe duci viſum eſt rapiendi tempora belli
In ſegnes exiſſe moras.

183. SPREVISSE POTEST QVI IVRE MERETVR.] Alterius enim animum non ſubiverit tanta generoſitas. Auctor in Funis Mœcenatis.

Majus erat potuiſſe tibi nec velle triumfos,
Major res magnis abſtinuiſſe fuit.

Eodem animo ſtatuas contemſit Cato Major, de quo Ammianus lib. IV. *Quam ſit pulcrum exigua hæc ſpernentem & minima, ad adſcenſus vera gloria tendere, longos & arduos, Cenſorius Cato monſtravit, qui interrogatus quamobrem inter multos nobiles ſtatuam non haberet. Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id non meruerim, quam, quod eſt gravius, cur impetraverim, muſſitare.*

184. VNDIQVE LEGATI PROPERANT.] Ad Stiliconem, Imperij Adminiſtratorem. Ejus enim potentia tanta erat, ut nutui obtemperantes haberet tam Romanos quam Barbaros. Sozomenus, lib. IX. cap. IV.

ἀναιρεῖται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Στελίχων, παρὰ τῶν ἐν ῥαβέννῃ στρατιωτῶν, ἀνὴρ, εἴπερ τις ἄλλος πώποτε ἐν πολλῇ δυνάμει γενόμενος, καὶ πάντας, ὡς εἰπεῖν, βαρβάρους τε καὶ ῥωμαίους πειθομένους ἔχων.

Summus autem honor, & proximus Principali Legatos ad aliquem deſtinari. Dio de Seiano, lib. LVIII. *Porro Sejanus magis etiam elatus eſt, decretumque ut publicè ejus natalis celebraretur; Legatosque ad ipſum, perinde atque ad Tiberim, ſeorſum Senatus, ſeorſum Equites ac plebs ex tribunis & ædilibus ſuis miſerunt, ac per amborum fortunam juramenta conceperunt.*

185. MILITE TVTVS INERMI.] Rectè Scaliger ad libros Bentinianos. *Limite* veritatis veſtigia ſervat noſter Codex in quo *LIMINE*, diſertè exaratum eſt. Non exercitus ad limites rebellantium gentium.

187. SÆVVM GENTIBVS AMNEM] Rhenum dicit: cujus accolas pro invictis Romanæ rei hoſtibus ſemper in ore habet. *Gentibus*, quod infinita vocabula ſint Barbararum gentium, quæ ex illis partibus infeſtarunt Romanos. Nec id mirum, cum pagi ſæpè unius incolæ, jactantia hoſtium, gentis integræ nomen habuerint. Sic Chamavi, pagi unius habitra-

bitatores erant. Sulpitius Alexander, de Arbogaſte: *Collecto ergo exercitu tranſgreſſus Rhenum, Bructeros, ripa proximos, pagum etiam, quem Chamavi incolunt, depopulatus eſt, nullo uſquam occurſante.* Sic pagi & populi junguntur, ut ejuſdem momenti. Oroſius, lib. VI. cap. IX. *Cæſar Suevos, maximam & ferociſſimam gentem, quorum eſſe centum pagos & populos multi prodidere, totamq; Germaniã adventu ſuo terret.* Hinc tot nominalia talium gentium, mutata ſæpe ad pagorum locorumque ſpatia & vocabula.

190. DOMIBUS AMOENIS.] Prætorijs, amœnitatis ergo ripis Rheni impoſitis. Delicias ædificatorum Romanorum alludit. Vide Papinium elegantiſſima Ecloga in Tiburtinum Manlij. Auſonium Moſella. Sidonium lib II. Epiſt. II.

191. RURA TYRANNO LIBERA.] Gildonem ſuum intelligit.

191. OBSIDIONE.] XXX. Annorum, qua preſſus fuerat ab Alarico. Prudentius lib. II. in Symmachum de hujus copijs.

Illic Terdenus gens exitiabilis annis
Pannonia, pœnas tamdem deleta pependit.

192. SAVI.] Fluvij Pannoniarum, cujus nomen inepte hic turbant Libri. Noſter etiam eum gloſſa delirat *Fanni*, id eſt *Padi*, Flarus lib. IV. cap. XII. *Pannonij duobus ſaltibus ac tribus fluviis, Dravo, Savo, Hiſtroque vallabantur.* De ſitu Pannoniarum alia hodie res eſt.

194. LIGONES.] Ad faciendum opus ruſticum.

196. AGNOSCITQUE CASAS.] Sic emendarunt docti viri. At in pleriſque Scriptis Libris *Agnoſcit cauſſas* ſcriptum eſt. Unde ſcribendum arbitrere caſas veteres nimirum, tot jam annos infeſſas hoſtibus.

197. COLLIBUS] Religio oſculatæ terræ illuſtratur nob s al bi.

197. NON CEDIT ARATRO.] Sciens non iri interturbatum opus hoſtium repentino incurſu, ſed pro ſua jam ſubigens terram. Scaliger recepit CREDIT quod probat Obſervationum ſcriptor eruditus, agnoſcunt Belgæ aliquot Codices, cum Noſtro Aldi, ametriſque Editionibus. Nobis tamen genuinum videtur τὸ *CEDIT*, aſſetentibus Cujacianis, Bentinianis, & majore parte Belgicorum librorum.

198. INCULTA DABANT QUAS SECULA.] Longi anni. Propriè hic autem loquitur. Seculum enim ſolos XXX. annos quandoque notat. Servius ad Æneidem VIII.

ſeclis effata ſenectus.

Notandum ſecla dicta etiam in uno homine, ſecundum eos qui dicunt ſeculum triginta annos habere. Quinquaginta, memorat Iſidorus lib. V. cap. XXXIIX.

200. PATRIUM VECTIGAL.] Non auctum per tot militum Romanorum labores, quos innuit. Ea autem loca vitibus conſevit Probus Imperator, ſuo quidem ſub interitu. Vide Vopiſcum, Victorem, &c.

222. JUVENESCERE.] Senium enim omnem morbum, omne detrimentum notat. Loquuntur ſic ſæpè Sacræ Litteræ, Pſalmi, Prophetæ, qui ſunt Veritatis Poetæ, Laudatores & interpretes veri Numinis.

223. SUB TOT PRINCIPIBUS.] Invenies mirificas turbas ante hæc tempora, convulſiones Imperij, tumultuationes, rebelliones perpetuas; quod refloruit quodammodo, Stiliconis potiſſimum opera, ſub Honorio. Sanè niſi ſtolidus princeps inconſultè tantum virum interfeciſſet, Romam Alaricus non occupaſſet, quem cum Getis ſuis contra Conſtantinum Arelate ſedem tyranni dis habentem, ipſe in Orientem proficiſcens deſtinaverat Stilico. Vide Zoſimum, qui n nus hic vera memorare videtur. In ſpecien ſanè res aliter apparere poterat, Alanco n mirum in Italiam accito, dum Orientem oc cuparet Stilico, & ita Honorio etiam mo Imperio Occidentis exſuendo; ſed Mors He roica, cum vivere poſſet, Stiliconis & con ſtans affirmatio hominum ſub tormenta n protu

rorum de innocentia ejuſdem aliud docent. De Felicitate ævi Honoriani vide Oroſianæ Hiſtoriæ Epilogum. Cui in rebus Stiliconis quanta fides habenda ſit vel ex eo patet quod imbellium etiam Vandalæ gentis ei objicit. lib.VII. c. XXXVIII. Corpus Regni ipſum totum atque univerſum Imperium eſt. Corippus, lib.II.

> *Romanum Imperium corpus benè ponitur unum*
> *Compoſitum multis, quod fas eſt dicere, membris.*

205. ROMANUM VULNUS TECTURA CICATRIX.] Non audet ſanationem integram polliceri, prudens plerumque veritatis, etiam in medijs adulationibus. Pariter cicatrix morum Romanorum dicta Prudentio. I.Sym.

> *Vir ſolus, cui cura fuit, ne publica morum*
> *Plaga, cicatricem ſumma leviter cute clauſa,*
> *Duceret, & latebram tabentis vulneris altè*
> *Impreſſam, penituſque putri de pure peréſam,*
> *Juncta ſuperficies, medico fallente, foveret.*

Sic ſcribendum: vulgo inepte *ſumma leviter cute clauſam.* Non enim de cicatrice, quæ nondum aderat, utpote ſanato jam vulnere ſuperveniens, ſed de cute leviter clauſa loquitur, ſub qua purulenta lateant omnia.

207. CÆLESTE JUDICIUM.] Deorum. Cœlum enim genere pro omnibus Dijs, ut notamus alibi his Notis. Tacitus, Annal. I. *Durabat & formido Cœleſtis iræ, nec fruſtrà adverſus impios ſidera hebeſcere, ruere tempeſtates.* Salvianus, lib. I. *Sed ego quid de his dico quorum inconſiderantia quodammodo Deum tetigit, & ad cœleſtem injuriam redundavit.* Sic Principum Res Cœleſtes, pro divinis, uſurpantur. Eumenius pro Reſtaurandis Scholis: *Ego verba illa divina, cœleſteſque illas litteras, quibus mihi tanti Principes inſtituendam juventutem commmendare dignati ſunt, accipiam:*

209. JUDICIUM.] Favor, charitas, Electio; Æſtimatio: Hoc enim eſt Judicium. Epithalam. Palladij.

> *Caſta domus, ſincera fides, induſtria ſollers,*
> *Elegit Stilico: nihil ultrà laudibus addi*
> *Judicio ve poteſt.*

Symmachus, lib.V. Epiſt.XV. *mecum lateris quod Domini noſtri Theodoſij ſacro divineque judicio meruit Conſulatum.* Idem lib.X.Epiſt. XLVII. ad Theodoſium & Arcadium: *Omnes, qui ad ampliſſimos honorum gradus, judicio Clementiæ veſtræ vel favore provehimur, ſtudio ſummo debemus eniti, ut famam Veritatis tueamur.* Alioquin & Teſtimonium valet. Ut *Judicium* populi de mortuo Prætextato pro acclamationibus, Virtutis ejus Teſtimonijs, apud eundem Symmachum, lib.X.Epiſt. XXXVII. Eſt & Iudicium felix judicandi de rebus ſollertia, velut apud Græcos κρίσις. Mithridates in Epiſtolis Bruti, ſi non & ipſe potius Brutus, aut niſi utrumque nomen fictum. Epiſt.XXV.

Ξάνθιοι τὴν ἐμὴν εὐεργεσίαν ὑπερι-δόντες τάφον τῆς ἰδίας ἀπονοίας ἐσχήκασι τὴν πατρίδα. Παταρεῖς δὲ πιστεύσαντες ἑαυτοὺς ἐμοὶ, οὐδὲν ἐλλείπουσι διοικοῦντες τὰ καθ' ἕκαστα τῆς ἐλευθερίας, ἐξὸν οὖν καὶ ὑμῖν, ἢ τὴν Παταρέων κρίσιν, ἢ τὴν Ξανθίων τύχην ἑλέσθαι.

210. AUT LITTORE PRODUNT.] Ut ad Aquileiam Maximum, Audragathius præceps in undas ſeſe abjecit: Gildonem Tabracam pontus expulit. Sed de iſto capiendum quod ſequitur *totum oppoſiti claudunt ſ. æquor.* De Gaina vide Marcellinum Comitem, ſub hoc ipſo Stiliconis conſulatu.

212. IN SE VERTUNT.] Arbogaſtes, Eugenij Dux Bellicoſiſſimus & ſtrenuiſſimus ſua ſe manu peremit. Unde natales, in-

Kk duſtrium,

duſtriam, res geſtas, mortem ipſius, apud Zoſimum libro IV. Oroſium, lib. VII. cap. XXXV. Mortem viri notat in annum Arcadij. III. & Honorij. II. Conſulum incidiſſe Marcellinus Chronologus.

214. MILITIS ENSE.] Rufinum dicit. Penthei nota fabula.

214. CUBILIA FRAUDUM.] Penetralia arcana, à cubilibus ferarum ingenioſè effoſſis. Nemeſianus, Cynegetico.

> *adorato noſcunt veſtigia prato*
> *Atque etiam Leporum ſecreta cubilia monſtrant.*

Transferuntur hinc ad alia. Valerius Flaccus, lib. V.

> *Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri*
> *Eruerent, enſeſque darent; odia agra ſine armis*
> *Errabant, iraque inopes, & ſegnis Erynnis.*

Silius, lib X.

> *Deprendet ſpiſſis arcana cubilia dumis.*

215. TENERA NARE.] Sagacem dicit Seneca Hippolyto.

> *Nunc demiſſi nare ſagaci*
> *Captent aures, luſtraque preſſo*
> *Quærant roſtro.*

Elegantiſſime deſcribit Varius, citante Macrobio, hoc genus canem, deprehendentem cubile hoſticum, & quærentem tamen.

> *Ceu canis umbroſam luſtrans Gortynia vallem,*
> *Si veteris potuit cerva comprendere luſtra,*
> *Sævit in abſentem, & circum veſtigia luſtrans*
> *Aethera per nitidum tenues ſectatur odores.*

217. CERTA DIGNANTUR IMAGINE SOMNOS.] Exempla non pauca ſuppetunt, Principes etiam Veritatis ignaros, ſomnijs futurarum rerum admonitos. Sic Honorius noſtri gloriatur in Bello Gildonico.

Sic Marcus Antoninus, Veritatis, qua licuit, ſtudioſiſſimus Princeps, Libro I. memorat tum alia ſibi remedia morborum per ſomnum patefacta, tum contra vertiginem, & ſanguinis exſcreationem.

Τὸ δι' ὀνειράτων βοηθήματα δοθῆναι ἄλλα τε, καὶ ὡς μὴ πτύειν αἷμα, καὶ μὴ ἰλιγγιᾶν.

Quo pertinet Caput Septimum Libri Primi in Valerio Maximo. Aliæ hiſtoriæ memorabiles apud Ciceronem lib II. de Divinat. Plutarchum in Pericle Diodorum Siculum, Scriptores Geſtorum Alexandri, Alios.

218. TERRÆ.] *Provincia.* Sic enim Conſulatus veterem dignitatem tueri Claudianus laborat, ut ob ſervatas Provincias collatum aſſeveret.

220. POSCENTIBUS IPSE RESTITERAS.] Supra de honore Imaginum & ſtatuarum. Sic de Domitiano Papinius:

> *ſubiere novi Palatia faſces,*
> *Et requiem bis ſextus honos: precibuſq; receptus*
> *Curia Cæſareum gaudet viciſſe pudorem.*

PLinius pulcrè de Trajano: *Iam tempus eſt ipſi Conſulatui præſtare, ut majorem eum ſuſpiciendo gerendoque facias. Nam ſæpius recuſare ambiguam, ac potius illam interpretationem habet, tamquam minorem putes* (forte *minoris eum*). *Tu quidem ut maximum recuſaſti, ſed hoc perſuadere nemini poteris, niſi aliquando & non recuſaveris. Cum Arcus, cum Tropæa, cum ſtatuas, deprecaris, tribuenda eſt Verecundiæ tuæ venia. Illa enim tibi ſanè dicantur. &c.* Nova eſt utique ambitio recuſare quod cupias, ut alij negando aſciſcunt ſibi honores: Ut Auguſtus in Breviario rerum ſuarum, quod Ancyranum hodie dicitur, meminit Aedificiorum à ſe ſine nominis inſcriptione perfectorum, quæ ſane egregia eſt jactantiæ declinatio.

221. ALIORUM PRONA FAVORI, JUDEX DURA SUI.] Moderatio Stiliconis Zoſimo notata, jam ſæpius nobis memorata eſt. Sic VI. Conſ. Noſter.

Cum

Cum tamen Eucherius, cui Regius undique ſanguis,
Atque Auguſta ſoror, fratri præſtaret ovanti
Militis officium; ſic illum dura parentis
Inſtituit Pietas in ſe vel pignora parci,
Quique neget nato Procerum quod præſtat honori.

221. FACIBUS SUCCENSA PUDORIS.] Largo velut igne. Papinius prima Achilleide:

Nec latet hauſtus amor, ſed fax vibrata medullis
In vultus atque ora redit; lucemque genarum
Tingit & impulſam tenui ſudore pererrat.

223. TANTOS ANNOS.] Tot. Numerum & Amplitudinem vox iſta ſimul notat. Exempla notantur alibi, neque barbarum negorium eſt.

224. DOMINÆ ROMÆ.] Sæpius ſic. Vide Librum III.

227. TECTA DEÆ.] Templum in ſe habebat ſibi ſuum Roma, cum Venere commune, Cæſarum nempe progenitrice. Prudentius, I. in Symmachum.

Delubrum Romæ, colitur nam ſanguine & ipſa
More Deæ; nomenque loci ceu Numen habetur,
Atque Urbis Venerisque pari ſe culmine tollunt
Templa, ſimul geminis adolentur thura Deabus.

Xiphilinus Adriano:

αὐτὸς μὲν γὰρ ἐκ τῆς ἀφροδίτης τῆς τε ῥώμης ναοῦ τὸ διάγραμμα αὐτῷ πέμψας, δι' ἔνδειξιν, ὅτι καὶ ἄνευ ἐκείνου μέγα ἔργον γίγνεσθαι δύναται, ἤρετο εἰ εὖ ἔχοι τὸ κα-τασκεύασμα.

Quæ verba interpres aſſecutus non eſt, ut ad Rutilium monuimus.

228. PRIMA.] Quia Patria Theodoſij. Exriterunt, nunc Chronologiarum conditores, qui etiam Claudianum inde producunt.

229. FOLIIS MINERVÆ.] *Olea, legatorum* ramo. Tagum addit, ut præcipuum & ſingulare Provinciæ decus.

232. POTUIT.] Tamquam rem arduam dicat. Notatum ſuprà. Auguſti faſces, quia Tertium Conſul fuerat Theodoſius, cujus fratris filiam, ab ipſo Principe liberis accenſitam, matrimonio habebat Stilico. Zoſimus libro. IV.

Θεοδόσιος τῶν ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων ἡγεῖσθαι ἔταξεν Τιμάσιον, καὶ ἐπὶ τούτῳ Στελίχωνα. συνῴκει δὲ οὗτος Σερήνῃ τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ θυγατρί.

Iam negat Conſularum recipere, etiam quem gener geſſerat.

233. AB ORBE QUEM REGIT.] Revera ſub Principe Princeps erat. Oroſius, hoſtili in virum maximum, ſed iam damnatum, animo. lib. VII. cap. XXXVIII. *Comes Stilico Vandalorum imbellis, avara, perfida, & doloſa gentis genere editus, parvipendens quod ſub Imperatore imperabat.* Zoſimi & Sozomeni verba ſupra poſuimus.

236. IMMOTO JURE] Imperio. Quod tuebatur utrique Principum.

238. PURPURA.] Culmen Imperatorium in Hiſpana familia.

240. DOMINI.] Rectè ſic Scaliger, conſenſu Librorum. Alijs male editum *DOMUI.* Noſter *Dominis.* Sed vera eſt illa ſcriptio. Honorio enim filius ſperabatur, cui avus futurus Stilico.

241. TORQUE DECORO.] Veteri Gallorum cultu. Mentio apud Polybium, Livium, alios.

242. GESA.] Gallicum telum, Gellius lib. X. cap. XXV. Servius. Iſidorus. Vide Lipſium Poliorcet. lib. IV. cap. IV.

242. ANIMOSO PECTORE.] Gallis propria laus. Alibi.

Animoſa tuas ut Gallia Laudes,
Audiat

Auſonius Claris Vrbibus *Armipotentem* vocat. Vide eundem Moſella, Caſſiodorum, lib II. Variar. Epiſt. III. Hieronymum contra Vigilantium.

243. FRANCOSQUE SUBEGIT.] Paullus Oroſius apud Gregorium Turonenſem lib II. Hiſt. Francor. cap. IX. *Stilico congregatis gentibus Francos protriuit, Rhenum tranſijt, Gallias pervagatus eſt, & ad Pyrenæos uſque prolapſus eſt.*

244. PAGINA.] Immortalis conſignatio. Vide Supra.

246. CALEDONIO MONSTRO.] Ignotæ feræ, dicere volt. Alluſio ne ad intima Britanniarum tum nondum ſatis perſpecta, unde monſtroſa cenſita Provincia. Michael Pſellus de Dæmonibus:

ἄτοπα μὲν γὰρ πολλὰ τῶν ὑπερβορέων ἐθνῶν, πολλὰ καὶ τῶν ἀμφὶ λιβύην καὶ Σύρτιν ἱστόρηται. Τοιοῦτον δὲ κακίας εἶδος οὐδεὶς ἀκήκοε. οὔτε περὶ αὐτοὺς οὔτε περὶ Κελτοὺς, οὔτ᾽ αὖ τὴν περὶ βρεττανίαν ἐθνῶν ἐχομένων καὶ ἀγρίων.

Quaſi damnatæ fuerint hæ oræ talibus ferendis portentis. Quo capiendum illud etiam Martialis, Libro IV. Epigrammat. LV.

Hæc tam Ruſtica, delicate Lector.
Rides nomina? videas licebit.
Hæc tam ruſtica malo, quam Britannos.

Ultima Proverbio velut dicebatur *Britannia*, cum non eſſet tamen, eo quidem ævo. Sulpitius Severus; lib. II. Hiſtor. Sacræ: *Inſtantius, quem ſuperius ab Epiſcopis damnatum diximus, in Sylinam inſulam, quæ ultrà Britanniam ſita eſt, deportatur.* Manſit tamen titulus ei remotiſſimæ oræ. Rogerius, ſi is eſt, de Contemtu Mundi, cap. III. *Singuli quique credentium, non locorum diverſitatibus, ſed fidei merito ponderantur. De Hieroſ lymis & de Britannia æqualiter patet aula cæleſtis.* Quæ verba ad patriam ei ſcriptori conciliandam Britanniam eruditus Editor fruſtra producit, cum exſcripta ſint, de more & inſtituto auctoris, ex Hieronymi Epiſtola ad Paullinum, de Inſtitutione Monachi, poſſintque eadem tam in medio orbe concepta eſſe, quam ejus aliquo angulo. Pro ultimo aliquo loco Oceano petendo Britanniam habet & Sermo Baſilicus Libanii.

248. FERRO PICTA GENAS.] Ita omnes ſcripti Editique Codices habent, quorum aliqua eſt in hoc Scriptore auctoritas. Immanitatem gentis, & Voluptatem in ſanguine etiam ſic indicat, vide Julium Solinum, cap. XXV. Viri docti qui nitrum aut vitrum malint, nobis nihil perſuadent. Caledonij Britanni à Silva Scotiæ, ejus Nominis. Auſonius Moſella.

Caledonijs talis Pictura Britannis.

Lucanus, lib. VI.

Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

248. VESTIGIA VERRIT.] More Heroinarum priſcarum: quibus pepli tam longi in uſu, ut pediſſequas alerent Veſtium lacinijs ferendis. Plutarchus Cleomene, de Vxore Pantei:

αὕτη πέπλων κρατησίκλειαν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐξαγομένην ἐξειραγώγει, τό τε πέπλον αὐτῆς ὑπολαμβάνουσα, καὶ θαρρεῖν παρακαλοῦσα.

249. OCEANI ÆSTUM.] Fluendo & refluendo.

251. SCOTUS

251. SCOTUS IERNEN.] Hiberniam licit à Scotis ſocijs in ſtragem Britanniæ excitam. Viri docti, quæ hæc omnia exegerunt, meminiſſe poterant de ignotis remotisque gentibus famam ſequi ſcriptores temporum, præcipuèq; Poetas. Quarto Conſulatu Honorij.

Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne.

Hibernia vetus nomen. Caroli Magni ævo Albinus, lib. II. de vita Willibrordi,

Venerat occidui quidam de finibus Orbis,
Quem tibi jam genuit fœcunda, Britannia, mater.
Doctaque nutrivit ſtudiis Hibernia ſacris.

Vide Silveſtrum Giraldum. *Ita vero Scotos ejus habitatores* facit & Jonas Scotus cap. II. Vitæ Columbani: *Hibernia inſula in extremo eſt oceano ſita. Inſula ſitus amœnus; eam Scotorum gens incolit, Chriſtianæ relligionis dogmatu florens ita, ut omnium vicinarum gentium fidem excellat.* De hac autem, remotisque gentibus aliis, mirificè mira fingebant veterum relationes, ut eſſent nimirum Romanis omnibus terribiliores. Ex tali narratione Joſephus Garionides lib. II. de Bello Judaico, capite XV. *Quid vero, fratres & amici mei, Romanis bellum inferre contenditis? cum ipſi dominatores ſint gentium, qui aperuerunt clauſtra Indiæ, & omnium Inſularum maris, ad uſque mare Oceanum, & omnes partes Orientales? Qui & Imperium habent in terminos terræ uſq; ad Britanniam, & in omnem Scotiam, quæ aquis undique clauſa eſt; cujus populus magnus eſt ſicut Gigantes, Proceræ homines ſtatura, & fortiſſimi, peritiſſimique jaculandi ſagittis, & praſtrenui milites in bello, quos ſubegerunt Romanorum reges.* Potiò accedo ſententiæ doctiſſimi Delrii, qui Comm. in Octaviam Scotos Senecæ Ludo ... cludi non patitur à Scaligero. Itidem notans ... n eſſe vetuſtiſſimum ſcriptorum eorum nom... celebrantem Claudianum, cum eo priores ... que ſcripſerint Ammianus & Prudentius. Quibus addi ... teſt B. Hieronymus qui lib. II. in Jovinian. m cap. VI. ſe vidiſſe Scotos humanis carnibus veſcentes autumat. Ubi Britannicam gentem vocat, præ carnibus ferinis in deliciis habentem natibus paſtorum & mamillis fœminarum, abſciſſis paſci. Quod cum ſola negatione refutat doctiſſimus Donaldſonus neſcio an ſibi ipſi ſatisfaciat, cap XXXIV. Oeconomicor Sane talia multa tum de populis tradita, hodie cultiſſimis, ut quod eadem de Mazophagia Danubianorum tradit Cęſatius, Frater Theologi, Quæſtione. XLVIII.

254. NE PICTUM TREMEREM.] De Pictis alij & nos alibi. Saxones verò circa hanc Tempeſtatem Britanniam in ſuam poteſtatem redegerant, Tito Proſper Chronico. Vide eruditiſſimi Sirmondi notas ad Sidonium. Pictos *Pehitos* nominat ſemper Witechindus in Originibus Saxonicis.

255 DUBIIS VENTURUM SAXONA VENTIS.] Tanti Piratæ Saxones ut Britannicum Oceanum pellibus conſutis navigare ludum haberent. Sidonius, Panegyrico Aviti:

Quin & Aremoricus Piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle ſalum ſulcare Britannum
Ludus.

Qualem hoſtem metuere bona Provincia hi fatetur.

257. CALIDO DIE.] Multo Sole.

262. NOMEN IGNORARE.] Tam ſe cura ab hoſte, ut ne nomen quidem ejus auribus eſſet grave. Supra, Libro I.

vicinum quod neſcit Iberia Maurum.

264. SOLA JUVARE FAMA POTEST. Re in Italia præſente. Ita PLinius Panegyrico Trajano ſuo *Conſulatum in Italia gerendum ſuades*, ne fama tantum ejus apud urbes eſſet. res alibi. Eum vide.

265. AUGERI.] Honorari. Sic fine Nuptiarum Honorij.

Ornatur Fortuna viro.

Et alibi.

268. ANNI PANDENTEM CLAUSTRA.]Exordientem Conſulatum,eoq; novum annum. Ceremoniam aliquam affuiſſe indicatur, qua temporis novi ingreſſio propo etetur Papinius.XVII. Conſulatu Domitiani.

Læta bis octonis accedit purpura faſtis
Cæſaris,ingentemque aperit Germanicus annum

Tribunal Conſulem novum adſcendiſſe docemur ex Quarto Conſulatu, ut ex Sexto Honorij, alijsque ſcriptoribus. *Proſequar.* ad deductionem pertinet, ab amicis, clientibus,neceſſarijs. Boethius lib.II. de Cons. capite III. *poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum nocte deleri, cum duos pariter Conſules liberos tuos domo provehi ſub frequentia Patrum, ſub plebis alacritate, vidiſti.*

269. ROMAM.] Divinis honoribus hinc inde per Provincias cultam Vide quæ doctus & induſtrius vir, majore & Fortuna & fama dignus notavit in caput Secundum Romæ ſuæ.

271. RAPTIS SED PROTENUS.] Omnes libri Belgici cum noſtro *ſed raptis pr. tenus* Quo major ineſt properantię energia. Romæ effigies in Monumentis Priſcis armata ſemper viſitur.

272. PER NUBILA SIDERE] Quod ſi non cecidit potuit cecidiſſe videri. Tanta enim celeritate hoc fieri ajunt, ut oculorum acies prætereatur. Aliter tamen Maro, Georgico, I.

ſtellas, vento impendente, videbis
Præcipites cœlo labi.

Vide ejus Enarratores.

274. TETRICA PALLADE.] VIR Agine. Quæ vultum habeat in virginitate maſculum. Talem deſcribit poſt Græcos Latinosque alios & noſter De Raptu Proſerpinæ Libro II.

275. TRANSVEHITUR THUSCOS.] Scribe *Thuſcus* quod poſcit ſermonis concinnitas. Nec obeſt in inciſione ſyllaba. Infrà VCCCCXLI Illius ut Phœbus ad limen conſtitit antri.

276. ORE CORUSCO.] Totum vultum habitumque à Poetis OS nuncupari notamus alibi. At Libri Manuſcripti omnes, Noſter Belgicique, agnoſcunt. *orbe coruſco* ut clypeum dicat, velut ſupra. *Eridanus clypei iam fulgurat umbra.* Nihil mutem in vulgato.

277. TANGUNNT LAQUEARIA.] Conjectare hinc licet quanta altitudine fuerint Romana Procerum Palatia: Numinum enim Formæ humanæ, ſed inuſitata altitudine fingebantur.

278. ATTONITUM.] De Inſperato adventu cariſſimi Numinis.

281. SERVILEM NOTAM.] Eunuchi ſervilibus miniſteriis tantum & nati & facti deſcribuntur libris in Eutropium. Eutropium Eunuchum Conſulem conſiliis Stiliconis everſum videri vult, id quo vero diſſimile non eſt. Idem certe Militum dux, qui auſpiciis Stiliconis peremerat Rufinum, caſtratum quoq; ejus hæredem confecit, Gaines, Stiliconi eatenus amicus. Vide Zoſimum.

283. TANTA QUEM MOLE.] Tanto conatu, tantis machinis.

284. QUÆNAM CAUSSA MORÆ.] Modeſtiam ego arbitror, Zoſimo non ſemel laudatam; qua neque unicum ſuum filiorum ultrà Tribunorum Notariorum, è quibus & Claudianus fuit, nomen evectum voluit. De quo quantus ſaltus ad Imperium; ut vel hinc confutentur ſiniſtri rumores.

285. INGENIO.] Cauſſa ingenioſè excogitata. Sic barbaro ævo ingenio, machinæ mirificis effectibus formisq; excogitatæ. Vide Notas ad Gulielmos, Tyrium & Britonem.

286. BOREÆ MET[illegible].] Septemtrionalium Populorum. A[illegible].

286. AUST[illegible].] Gildonis apud Africam debellatis.

287. JA-

287. JANUM PAX ALTA LIGAT.] More priſcæ Reipublicæ. Res nota, vide Plutarchum Numa, Servium ad Virgilium. VI. Conſulatu.

perpetuiſque immoto cardine clauſtris
Ianus bella premens, læta ſub imagine pugna,
Armorum innocuos Paci largitur honores.

290. AUGUSTI QUO SE DECORARE FATENTUR.] Exſtant Conſtitutiones Principum nunc quoq;, talia confitentium. Sidonius Paneg. Major.

decora omnia regni
Accumulant faſces, & Princeps Conſule creſcit.

291. PRODIGIIS.] Conſule, in quem exclamat

Conſule luſtrandi faſces ipſaque litandum.
Prodigio.

Et.

Omnia ceſſerunt Eunucho Conſule monſtra.

Deprecatur autem Stiliconem ne hujus mali ominis gratia Conſulatum contemnat, Eventum enim Orientalibus partibus impendere. Ad ſeſe in Occidentem nihil de rebus tam fœdi Conſulis perveniſſe.

293. REBUS.] Negotijs, uſu ipſo. Fabulam inde meram in Occidentem] perlatam fuiſſe ait; res hæſiſſe in Oriente. Res, argumenta. Julianus IC. lib. LXXXVI. Digeſtorum: *Multa Iure civili contrà Rationem diſputandi, pro utilitate communi, recepta eſſe, innumerabilibus rebus demonſtrari poteſt.* Cap. LI. ad L. Aquil. Vide ad Appuleium.

294. RISIT.] Velut portentum fuerit riſu dignum. Boethius de Fortuna.

Dignumque riſu monſtrat oſtentum, ſi quis
Viſatur una ſtratus ac felix hora.

296. MAXIMA VIRTUS EST TUA.] In hoc maxime, inquit, Heroica tua Prudentia elucet, quod taceas in Curia de monſtris pellendis, cum alia omnia ad Patres Senatumque referas. Opprobrijs nullam fidem conſtare ait, hoc eſt non exſtare Senatus conſultum aut Reſcriptum ullum Senatus, quo mentio fiat Eutropij Conſulis; ſed rem abolitam in uſu pro fabula. Intelligere debes ſequentia. Contemtis nec admiſſis Arcadij Edictis Eutropij nomen faſtos Romanos numquam adiiſſe. Dedecoris oracula, dedecus illud nunciantia, Conſulem Orientalem Romanis Faſtis inferentia. Eadem dicit. II. Eutr.

Qui caruit bellis, Eunucho, traditur, annus,
Actum de trabeis eſſet, ſi partibus una
Mens foret Heſperiis; rueret deriſa vetuſtas,
Nullaq; calcati ſtarent veſtigia Iuris.
Ni memor Imperij Stilico, morumq; priorum,
Turpe relegaſſet defenſo Tybride nomen,
Intactamque novo ſervaſſet crimine Romam.

298. DEDECORIS ORACULA.] Nulla principis reſcripta admiſſa Senatum, Romanoſque faſtos ſervili maculantia nomine Ibidem de eodem ſuo Stilicone.

Ille dedit faſces ad quos, Oriente relicto,
Confugeret ſparſum maculis ſervilibus avum.

Elegantem Helleniſmum capere poſſis *fœdare dedecoris* Cujus exempla vide ad priorem in Rufinum V. CCCLXXVIII. In noſtro Codice eſt.

in quo vel maxima virtus
Eſt tua, qua noſtros qui conſulis omnia Patres,
De monſtris taceas pellendi.

300. CURIA NOMEN.] Omnia agit ut Eutropij nomen Romę Occidentali ignotum faciat; certe ejus faſtis minimè admiſſum.

303. ANTE FRETUM DELETA MIHI.] Priuſquam navim ſcanderet, aut mar nuntius crederetur. *Mihi*, meo commodo

Roma

Romæ enim dignitatem ſervaſſe Stiliconem ubique videri vult. Ejus quidem memorem etiam ultimis ſuis rebus Hiſtorica fide teſtatur Zoſimus: cum enim infeſtas ſibi barbaris immiſſis Romanis copias concidere poſſet, reverentia nominis noluit.

Ἐπὶ τῷ τοῖς ἐπαχθεῖσαι ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ βαρβάροις, οὔτε ὅσιον οὔτε ἀσφαλὲς ᾤετο εἶναι.

Maluitq; perire ipſe, & perijt.

303. MIHI.] Meo commodo. Lucretius ad Venerem.

tibi rident æquora ponti
Placatumque nitet diffuſo lumine cœlum.

PLuribus exemplis alibi harum Animadverſionum.

304. EXEMPLA.] Exempla ſunt Hiſtoriæ priorum, ſervientes inſtructioni ſequentium. Sic fabulæ vetuſtiſſimi Piloſophi, Aeſophi, exemplis meris conſtant, quod pulcrè dixit Phœdrus.

Exemplis continetur Aeſopi genus.

Sic Valerij Maximi Hiſtoriæ Memorabiles Dictorum Factorumque, in priſcis libris EXEMplorum inſcribuntur. Eſt enim Exemplum res geſta, qua docetur quid gerendum ſit. Manilius.

Per varios uſus artem experientia fecit,
EXemplo monſtrante viam.

Inde *Exempla* ipſi homines, ad aliorum inſtructionem qui vixerint. Cominius Firmus in Epitaphio puellæ pudicæ:

Exemplum periit, caſta lugete puellæ.

Sic ſibi exemplum eſt, qui nullo prævio aliquid conatur. Adrianus Imperator in Epitaphio Militis Batavi.

Viderit anne aliquis poſt me mea geſta ſequatur,
Exemplo mihi ſum, primus qui talia geſſi.

Exemplare licet dicere cum Lucretio, lib. II. *Quæ vox tamen* ibi potius typum, ſpeciemq; rei tenuem denotat. Iſidorus fragmento de SS Euchariſtia; Quantum eſt inter propoſitionis panis, & corpus Chriſti? Quæ differentia inter umbram & corpus; Inter imaginem & veritatem, inter Exemplaria futurorum, & ea ipſa quæ per exemplaria figurabantur Exemplum, (hoc ut obiter Commentario ſubducam,) boni, Sapientis, Cordati, viri ut loquatur, & proponat optimi hominis ſpeciem, ijs verbis uti ea ſint omnia in animo ejus, & ipſe animus impleat præſcriptum verborum Canonem; tum erit, quod in dictis & vita ejus ſequendum videant animo, teq; ipſa ſequi ſtudeant, velut exemplum, omnium imitatione dignum, verarum virtutum ſtudioſi. De quo Panegyrico Origenis Greg. Thaumaturgus.

305. PUBLICUS ISTE FUROR.] Scribe:

Publicus iſte furor (quantum tua cura peregit!)
Secretum meruit. Lætetur quisquis Eois
Scribere deſierit; Faſtos portenta Gabinos
Iſta latent: propriam labem raſiſſe laberent.

Cætera ex aliis libris certa ſunt. τὸ *RASISSE* noſtri eſt, verum etiam, ut mea fert ſententia. Belgici libri amiſſam veritatem quærunt dubiis lectionibus, Scribunt enim *ruſiſſe terſiſſetraxiſſe*. At noſter illud genuinum clare tenet; confirmante quod ſequitur *Gratuler exemptum*. Eutropij nomen eraſum omnibus publicis monumentis teſtantur Hiſtoriæ.

306. SECRETUM MERUIT.] Ne innoteſceret apud veterem Romam. Pari de militibus Stiliconis modo, Secundo in Rufinum.

Aequalis tantam tenuit Conſtantia turbam,
Et fuit arcanum populo.

Utut Amore Concordiæ Stilico tale qd fecerit, non illubenter tamē credimus Zoſimo tot ineptiis Orientalium ducum, cum ſibi infenſos præcipuè ſentiret, impulſum Stiliconem, volu-

voluiſſe paullo ante exceſſum bonam partem Arcadiano demere, & Honoriano Imperio adjicere.

307. GABINOS.] Romanos. Vetuſtatem morum & Ceremoniarum hoc nomine commendat. Gabini enim ſub Regibus adhuc Romanis cum rebus omnibus ſuis in eorum poteſtatem devenere. Vide Livium, Dionyſium, alios.

309. CREATUM.] Conſulem Eutropium.

311. NOS NEC CREDIDIMUS.] Inepté nonnulli libri voculas trajiciunt.

312. PLUS IDEO.] Eo magis, amplius. PLautus Bacchidibus.

Hunc ſi ullus Deus amaret, plus annis decem
Plus jam viginti mortuum eſſe oportuit.

Lucretius, lib. VI.

plurimaque plus
Montibus in ſummis veſtigia cernimus ignis.

Tertullianus, de Habitu Muliebri, capite III. *Nihil plus deſiderare poterant quæ angelos poſſidebant.* Romanus Aquila, in Pleonaſmo. *Plus neceſſarius hujus figuræ uſus in eo eſt ut verba adjiciamus, non tam enuncianda rei neceſſaria, quam ut ex his magnitudo vel dignitas circumponantur.* Mendoſe ea verba leguntur in Editione Franciſci Pithæi, ut alia multa. ſic Papinius. Lib. II. Silv. VII.

Docti largius evagentur amnes,
Et plus Aoniæ virete ſilvæ.

Ut errent qui in noſtro reprehendunt. Salvianus, lib. III. *Qui ad probandum fidem experimentis durioribus non compellimur, inferioribus ſaltem officiis Domino plus placere debemus.* Noſter Nuptijs Honor. V. CVII. Sidonius Panegyr. Anthem. V. XXXIII. &. XXXIX. Columbanus & Salomon Epiſcopi in verſibus.

PLUS IDEO.] Verſus meo animo νοϑεύει. Et ſpirat ſagaci animo inſititium, quocunque vertas. Aberit ſine omni hiatu, & abſit longũ,

313. QUI PORTUS HONORUM SEMPER ERAT.] De dignitate Conſulatus notarunt ad Symmachum. Aelianum, de Imperatore, Semeſtribus, viri docti atque induſtrij. Portus, tutum, ſupremumq; Confugium denotat. *Sic Pacis portus*, apud Nicephorum Gregoram, lib. I. *Iudicij publici*, Sidonium, lib. I. Epiſt. I. Religionis Fauſtum Reienſem Epiſtolis, Vincentium Lerinenſem, Commonitorio. I. Securitatis, Sidonium, lib. VI. Epiſt. III. Quietis, Ruritium, lib. II. Epiſt. VIII. Caſſiodorum initio lib. de Anima. Pœnitentiæ, Cæſarium Arelatenſem, Homil. X. Benevolentiæ, Lupum Ferrarienſem, Epiſt. XXIII. Quietis, & Petrum Damianum, Epiſt. II. &c.

316. TITULO TUNC CRESCERE POSSES, NUNC PER TE TITULUS.] Aliquoties adulatur Stiliconem ſuum hoc modo. Nuptijs Honorij.

Ornatur Fortuna viro.

Alibi.

Principe tu genero felix, felicior ille.
Te ſocero.

318. CONSULIBUS.] Diſtinctio læſa. Scribe.

conſul ſuccurre gravatis
Conſulibus; quicunq; fuit quicunq; futurus
Annum reddetuum.

Annis ſcilicet, quos à Condito Conſulatu Romano contaminatos ubiq;, ubi locus fert, clamat Eutropij faſcibus.

324. PER FASCES.] Conſulatum Regno ſubſtitutum.

325. SUBLIMEM HONOREM.] Papinius.

Lucemq; à Conſule ducit.
Omnis honos.

Potiſſimum magiſtratum appellat Sidonius lib. II. Epiſt. III.

325. PLUS EST SERVASSE REPERTUM QUAM QUÆSISSE.] Paria præcedente Panegyrico, ipſo fine. Liv. lib. XXXVII. *Quæ parare & quærere arduum fuit, neſcio an*

tueri non ſit difficilius. Alia alibi ex Xenophonte, Plutarcho, Ovidio, alijs.

318. INSOLITUS FRONTEM CIRCUMFLUIT IGNIS.] Veram denuo ſcripturam vindicat noſtrum exemplar *An ſolitus* Libri cæteri non expediunt & *ſolitus ut ſolitus* præferendo. *Pudorem* dicit, verecundiam ob honorem oblatum. *Circumfluere* ignem pulcrè dixit à contrario ipſi elemento. Pariter Propertius lib II. Eleg. XVI.

Frigida de tota fronte calebat aqua.

Nonno talia familiariora quam cuiquam alteri, fortè quam & decebat: Certè tamen ebrioſi Poëtæ eſt per tumultum ebrias res vel canere vel devociferari. Noſter non impariter infrà hoc Libro rotantes ignibus hortos dixit, & ποταμοὶ πυρὸς Noti ſunt apud Aeſchylum. Prom. Vincto.

319. CIRCUMFLUIT.] Pariter Muſæus. Αἰδοῦς ὑγρὸν ἔρευθος ἀποστάζουσα προσώπῳ. Eleganter Papinius, Achill. I. Loco jam ſæpè citato.

fax vibrata medullis
In vultus atq; ora redit; lucemque genarum
Tingit, & impulſam tenui ſudore pererrat.

Ut illa vehementia pudicæ flammæ generet humorem quemdam per ora labentem. Sic gaudia pudibunda ſudorem habent. Heliodorus, lib. IV.

ἱδρῶτι πολλῷ διεῤῥεῖτο τούτων εἰρημένων ὁ Κνήμων, καὶ δήλη παντοίως ἦν χαίρουσα μὲν ἐφ' οἷς ἤκουσεν, ἀγωνιῶσα δὲ ἐφ' οἷς ἤλπιζεν, ἐρυθριῶσα δὲ ἐφ' οἷς ἑαλώκει.

Et corpori etiam ſudorem inducit Pudor. Aedituus apud Gellium, lib. XIX. cap. IX.

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
Quid mi abs te quæram: verba labris abeunt.
Per pectus miſerum manat ſubitò mihi ſudor,
Si tacitus, ſubidus, duplo ideo pereo.

330. MIRARE LIBENS] Trabeam Conſularem dicit mirifico aure pondere conſtantem, intextis imaginibus Heroum, ab imperatoribus mitti conſueta deſignatis Conſulibus. Gratianus Imperator Litteris deſignatorijs ad Auſonium: *Cum de Conſulibus in annum creandis ſolus mecum volutarem, ut me noſti, ut facere debui, ut velle te ſcivi, Conſilium meum ad Deum retuli; te Conſulem deſignavi, & priorem nuncupavi. Palmatam tibi miſi, in qua Divus Conſtantius, Parens noſter, intextus eſt. Cinctus*, ab cingulo cætera continente, omnia veſtimenta denotat.

333. REPETITO MURICE.] Bis tincta lana. Alcimus Avitus, lib. III.

Serica bis coctis mutabat tegmina blattis.

In loco Petronij, cui hanc ſententiam aſcribunt, non videntur morem acurationis ſuæ tenuiſſe viri docti. *Ille enim ubi ait* veſtimenta jam ſemel lota diſpenſatori à ſervulo amiſſa, viliora ea civilitatis gratia facere vult, quamlibet verè Tyria fareatur. Ut lotio illa ad elutionem non tincturam pertineat. Palladi omne artificioſum opus tribuiſſe veteres alibi notamus.

334. NEVIMUS AURO.] Auro in fila ducto. Cum Creſconio Corippo Netum aurum dicimus, cujus locum perperam mutatum alibi vindicamus.

335. AUREA QUO LACHESIS.] Parcas Heroum felicium Tempora non lana, ſed auro nere & ducere cenſebant Poëtæ. Seneca Apocolocynthoſi ubi adhuc non deſipienti Neroni proſpera omnia auguratur. Egregiis verſibus.

At Lacheſis, redimita comas, ornata capillas.
Pieria crinem lauro frontemque coronans,
Candida de niveo ſubtemine vellera ſumit.

Felici

Felici moderanda manu, qua ducta colorem
Aſſumſere novum: mirantur penſa ſorores,
Mutatur vilis pretioſo lana metallo,
Aurea formoſo deſcendunt ſecula filo.

Alludit Martialis, lib. VI. Epigramm III. ubi filium ſpondet feliciſſimm Domitiano ſucceſſorem:

Ipſa tibi niveo trahet aurea pollice fila,
Et totam Phryxi, Iulia, nebit ovem.

336. PROMISSAM SOBOLEM.] Reſponſis videlicet Deorum, ut de omnibus feliciorum temporum auctoribus Poetæ; vide Pollionem Maronis. Martialis Epigrammate modo laudato.

Naſcere Dardanio promiſſum numen Iulo.

Sobolem noſtet dicit ex Maria Stiliconia & Honorio.

337. PRÆLUSI.] Præpinxi in trabea. Præludere eſt per ludum velut rem aliquam præfigurare. Tertullianus, lib. III. in Marcionem cap. V. *His præluſerim quaſi de gradu primo adhuc. & quaſi de longinquo.* Papinius præfatione Silvarum: *Nec quicquam eſt Illuſtrium Poetarum qui non aliquid operibus ſuis, ſtilo remiſſiore, præluſerit.* Idem prima Achilleide:

magnusq. tibi præludat Achilles.

340. GRAVES AURO.] Sanè, ut molem dixerit Sidonius.

effulgens trabealis mole metalli
Annum pande novum.

341. SPIRAT OPUS.] Inſtat vivi, animatiq;. Bello Getico,

Raptaque flagranti ſpirantia ſigna Corintho.

Verſus veſtibus intextos docet Auſonius Epigrammatis.

343. FULGENTE.] Auro, gemmis, purpura.

345. PALLESCUNT GAUDIA.] Metuentem ſimul & gaudentem facit. Sic alibi.

Ipſe metus te noſter amat

Qualia modeſtè uſitata dant Gratiam ſcripto, Auctori acuminis gloriam. At confuſè, & per tumultum cuicunque rei locoq; inculcata, de Claudiano Sidonium faciunt aut Ennodium.

346. SUSCEPTUM PUERUM NYMPHÆ.] Ut Deorum puerperijs. His enim adſignantur Nymfæ. Notum Epigramma de Baccho. Vide Callimachi hymnos, & qui adſcribuntur Homero; diverſorum, noſtra ſententia, Auctorum, nonnulli ejusdem quoque fortan Battiadæ.

347. VAGITUS AUDIRE PUTES.] Fictio Poetica, ad vivum effigiatam ſpeciem etiam auditui admovens. Poterat forte reipſa tale aliquid confici crepitante eo loco nonnihil veſte, nam ab lamellis auri ſonabant indumenta, artificio opificum. Salvianus, lib. II. *Agnoſcit reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet. Gemmas Regias abdicat, crepantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diademate exhonoratur.* Inpedum indumentis Regijs agnoſcit Cotippus, Libro Secundo:

Purpureo ſura reſonant fulgente cothurno,
Cruraq; puniceis induxit regia vinclis.

348. ORE FERENS PATREM.] Teſtata matris pudicitia. Horatius IV. Od. VI. Inter felicitates ſeculi recenſet.

Tutus bos etenim rura perambulat,
Nutrit culta Ceres almaq; Fauſtitas,
Pacatum volitant per mare navitæ,
Culpari metuit Fides.
Nullis polluitur caſta domus ſtupris,
Mos & Lex maculoſum edomuit nefas,
Laudantur ſimili prole puerperæ
Culpam Pœna premit comes.

Familiarum Beatitudini Catullus adſcribit, Epithalamio Manlij.

Torquatus volo parvolus
Matris è gremio ſuæ
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad Patrem.
Semihiante labello.

Sit ſuo ſimilis patri
Manlio, & facile inſciis
Noſcitetur ab omnibus,
Et Pudicitiam ſua
Matris indicet ore.

Pariter Violantillæ & Stellæ ſuis filium, utrique parenti agnoſcendum optat Papinius, Epithalamio

cumq; tuos tacito Natura receſſu
Formaris vultus, multum de Patre decoris
PLus de Matre feras.

348. STILICO MATURIOR ÆVO.] Nomen Herois è gloſſa eſt. Multi enim Codices *ſed avus maturior ævo* Aliqui etiam *ævi.* Quod utique apud librarios natum non eſt.

349. SPUMIS FUCANTEM.] Inconcinnius *fumantem* alij. Nos illud ſervamus cum Scaligero. Fumant certè non ſola fræna equi halitu, & nemo ſic loquatur. In Noſtro eſt *ſpumis ſpumantem* quod eſt à ſono vocis craſſiore male concocto, edidit tamen & Joannes olim Camers.

351. AUREUS IPSE.] Auro totus factus, aſſimulatus, indutus, lib. III.

Seu Circum trabeis fulgentibus aureus intres.

Nuptijs Honorianis.

Aurea ſic videat ſimiles Thermantia tædas.

355. TERTIA REGALI.] Primum Conjugium Stiliconis cum Serena. Secundum Honorij, cum ejuſdem paris fœmina. Tertium addit nõ ex Hiſtoria ſed ex voto & præſagio, quorum tamen neutro vates fuit. Intelligas igitur Eucherij cum ſorore Honorij: ſequentia hoc volunt; Honorij nimirum ſororem, nuptam poſt Gothorum Principi, ſpõderi Eucherio

355 FLAMMEA SUBLEVAT ORE.] Amoris conju[illegible]lis pudica & decora ſignificatio Omnes pe[illegible]onas Regiæ ſtirpis & affinitatis nu[illegible]s nominat.

358. ARRIDET.] Puerili quodammodo affectu. Catullus.

Torquatus volo parvulus
Dulce rideat ad Patrem.

359. THERMANTIA] Nomen mire apud ſcriptores libroſque corruptum poteſt hinc ſuam tueri ingenuitatem. Alibi.

Aurea ſic ſimiles videat Thermãtia tædas.

360. UTROQUE PETIT DIADEMATA SEXU.] Utraq; ſtirpe Imperium cõplexa.

362. EBUR.] Sceptrum Conſulare ex Ebore. Paneg. Probin.

Ut ſceptrum geſſere manu.

Vir doctiſſimus de Imperatore coacervans dum ad Principem Conſulem hoc refert, non conſuluerat Codicem Claudiani.

363. SOLLEMNIBUS URBEM COMMOVET AUSPICIIS.] Servatis omnibus Ceremonijs & Obſervationibus veteris Inſtituti. Notæ res

364. AVIBUSQUE.] Addicentibus. Omnes ſic cæteri libri. Cujaciani *annis; incœpta* Nobis cum Scaligero invitis.

365. HABILES ARMIS.] Ex quotidiano uſu, perpetuaque geſtatione.

366. LATII CULTUS.] Summo quondam Latij Magiſtratui deſtinari. Origenem antiquam & auſpicatam reſpicit. Paria in Honorio VI. Cons. Initio.

366. SEDERUNT] Apto modo. Habilem idoneumq; togato magiſtratui indicat.

368. DEPOSITO MITIS CLYPEO.] Militarem pulcritudinem dicit, gratam in pacato habitu. Alibi de Amazonibus.

peltis exſultat ademtis
Pulcra cohors

Egregia & viva hæc deſcriptio qualibus noſter cum primis ingenij genuinam felicitatem prodit. De Marte ejusq; ſatellitibus Heſiodus Scuto Herculis, Homerus. Papinius Thebaide VII. Nonnus lib. XXXII. & XXXIX &c. Quercus Tropæum denotat. Sidonius Majorian.

Ebria cæde virûm propter Bellona tropæum
Exſtruit, & quercum captivo pondere curvat.

371. CUR-

371. CURRUMQUE PATRIS.] Bellona Martis Filia. Notatum ſupra.

375. INGENTEM SECVRIM.] Antiquiſſimorum Heroum geſtamen, telumque cumprimis formidatum. Vide Argonautarum & Apri Caledonij Hiſtoriam, cum alijs paris aut propinquæ ætatis.

379. FAMÆ VULNERE.] Heroum, quos nominat, res notæ ſunt. Vulnera famæ vocat exſecratam ſæpius Eutropij Conſulis Hiſtoriam. Sic vulnera Pacis, civile & deteſtatum Bellum Petronio

& læſa vulnera Pacis

Famam ſauciari ſic dicit PLautus Bacchidibus.

Animum fodicant, bona diſſimulant,
Facta & famam ſauciant.

Auſonius, Profeſs. VI.

tuendis additus clientibus
Famæ & ſalutis ſaucijs.

Eutropius lib. IX. de Iuliano: *fuerunt nonnulli qui vulnera ejus gloriæ inferrent.* Plura ad Secundum in Rufinum. v. CXVI.

382. LUSISSE CATONES.] Exempla Severitatis omni poſt ævo ambo Catones, uterque tamen, ſi Hiſtorias exactè conſulas, non prorſus ſine Nota Iniquitatis. Aleam Catonis videatur alludere, de qua Plutarchus. De Ebrietate Horatius *fertur intonſi Catonis Sæpè mero caluiſſe virtus.* Seneca in finem de Tranquillit. Animi: *Et Solonem & Arceſilaum indulſiſſe vino dicunt. Catoni ebrietas objecta eſt: At facilius efficiet, quiſquis objecerit, hoc crimen honeſtum quam turpem Catonem.*

384. DAMNIS.] Ita vocat pericula famæ & famis, ab Eutropio & Gildone. Supra CCCXV.

nullo ſarciri Conſule damnum
Excepto Stilicone, poteſt.

387. VRBIQVE TVVM.] Conſules apud Vrbem magiſtratum inire & gerere maximi facit, veneratione morum Antiquorum perpetua, licet inconſulta. Sic Theodoſij factum non veretur alijs omnibus præferre. VI. Conſ. Hon.

nihil optimus ille
Divorum, toto meruit felicius ævo,
Quam quod Romuleis victor ſub mœnibus egit
Te conſorte, dies.

Qualiſcunque autem ſuperſtes fuerit illa majeſtas, etiam interioribus temporibus non fuit omnino nulla aut neglecta, ut in habitu Juſtini Minoris eam cultam commemorat Corrippus, lib. I.

Addidit antiquam, tendentem brachia, Romam,
Exerto & nudam geſtantem pectore mammam,
Altricem Imperij, Libertatiſque parentem.

389. DEPVLSAM.] Melius Legas *Depulſam terris.* Regimine nimirum antiquo illo penè dejectam atque excuſſam. Vide ſequentia, placebit correctio.

390. CAMILLUM.] Tertium Urbis Conditorem. Camillus enim tali titulo cultus. Lege Vitam apud Plutarchum. Manilius. lib. I.

Romamque Camillus Servando poſuit

Pulcrè Sidonius, Panegyrico Aviti.

cum Brennica ſigna
Tarpeium premerent, ſcis, tum Reſpublica noſtra
Tota Camillus erat, patriæ qui debitus ulter
Texit fumantes hoſtili ſtrage favillas.

Sic & Claudianus Vltorem vocat.

393. QVIRITES ET POPVLUS.] Proceres & plebem: Jungit amborum in Stiliconem amorem & cultum, qui defuit plurimis de Vetuſtate. *Populus, PLebs* eſt. lib. III. CVII.

populumque vetuſti
Culminis immemorem dominandi rurſus in uſum
Excitat.

393. NEC PRIVS AVDITAS.] Gallicum frumentum induſtria Stiliconis Romæ

 labo-

laboranti ſubveniſſe aliquoties celebrat. Prio-re in Eutropium.

Ni ita vel ſoceri, nunquam non provida, virtus,
Auſtralem Arctois penſaſſet frugibus annum.
Invecta Rhodani Tiberina per oſtia claſſes,
Cynifiſque ferax Araris ſucceſſit ariſtis.

Tertio horum Librorum. v. XCI.

quis Gallica rura
Quis Senonum Latio meminit ſerviſſe ligones.

Maſſyla Ceres: annonam Africanam deſignat, ut notum.

395. AUSTER.] Ab Africa annonam dicit. Lib. III.

quod Pœnus arator
Intulerit, madidus quantum tranſmiſerit Auſter.

Symmach. lib. III. Epiſt. 82.

396. HORREA.] In Vrbe Roma condendo frumento C C C V I. Horrea fuerunt, memorante Publio Victore: cujus exſtat Vtilis de Regionibus ejus libellus poſt tempora Conſtantini, nec diu, ſcriptus.

397. FALLAX O QUOTIES:] Vt ſolet exſpectanteis rumor illudere. Vide initium libr. III. Vbi completur hoc votum. Martialis pariter, & de eadem via.

Quando mora dulces, primuſque à Cæſare pulvis,
Totaque Flaminia Roma videnda via.

400. SPARGENTUR ET OMNES FLORE VIÆ.] Notiſſimus honor omnibus pompis, & notarunt uberrim docti. Nos alibi quoque.

401 SVPERET.] *Tranſeat.* Auſonius Periochis.

Chalcidicum nutrix greſſu ſuperabat anti.

402. PYTHIA LIMINA.] Templum Apollinis, aut vicum. Nam & hunc agnoſcit Publius Victor.

403. SPECIES ROMANA.] Roma digna. Pompam dicit.

404. POMPEJANA PROSCENIA.] Theatrum Pompeji Magni. Ductum docuerunt docti.

405. VALLIS MARTIA.] Scribendum *MVRTIA*. Quod non animadvertiſſe Scaligerum, miror. Murtia autem vallis juxta Spectacula. Vide notata doctiſſimo Jureto ad Symmachum, lib. X. Epiſt. XXII. Onuphrio Panvinio de Circenſibus, libro I. cap. V.

405. DVCET.] Pulcra lectio, ad longum clamoris tenorem capienda. Noſter cum alijs nonnullis Libris *tollet*. Quod minus placet, cur enim alterum mutemus? Cœlum autem dicit alludens Opinionem Populi Romani, continuantis tam diu eoque uſque plauſum, donec ab æthere ipſo reddi videretur. Docet id claré Rutilius lib. I. De Reditu ſuo.

Sæpius attonitæ reſonant Circenſibus aures,
Nuntiat accenſus plena theatra favor.
Pulſato notæ redduntur ab æthere voces,
Vel quia perveniunt, vel quia fingit Amor.

406. NOMEN.] Vocabulum Stiliconis, iteratum à plebe, favore ejus, & redditum ab Eccho. Horatius:

datus in theatro
Cum tibi plauſus
Care Mæcenas, eques: ut paterni
Fluminis ripa, ſimul & jocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Vide Alexandri Aphrodiſæi, ut volunt, Problema. CXXXIV.

407. GUM GENERO.] Non obtigit illi votum hoc. Cum Secundum enim Conſule Stilicone magiſtratum geſſit Anthemius.

409. LINGVIS ET MILLE. Nota Famæ Maroniana deſcriptio. Valerius Flaccus lib. II. Argonaut.

famamque

famamque vagam veſtigat in umbra,
Quam Pater Omnipotens, digna atque indigna canentem,
Spargentemque metus, placidu regionibus arcet
Aetheru, illa fremens habitat ſub nubibus imis.
Non Erebi, non diva poli: terraſque fatigat,
Quas datur; audentem primi ſpernuntq́ foventque,
Mox omnes agit, & motis quatit oppida linguis.

Lucanus lib. I. de iiſdem Linguis.

Vana quoque ad veros acceſſit fama timores,
Irrupitque animos populi, cladémque futuram
Intulit & velox properantis nuntia belli
Innumeras ſolvit falſa in præconia linguas.

411. NON ITER.] Signum veræ amicitiæ. Horatius:

Septimi, Gades aditure mecum, &
Cantabrum indoctum juga ferre noſtra.

Catullus:

Furi & Aureli, Comites Catulli,
Sive in extremos penetrabit Indos,
Sive in Hircanos Arabaſque molles, &c.

411. ALPES.] De Alpibus vide Herodianum lib. II. & Silium. Quanto labore tranſeundæ idem Silius, & Petronius Specimine Belli Civilis.

412. VETUSVIS FASCIBUS.] Qui longo ante tempore Conſulari dignitate functi fuerant. Mos ut adeſſent Conſulibus Conſulares, ex Symmacho, Boethio, alijs, alibi traditus eſt. Boethij verba de Patre Conſulari, & duobus filijs Conſulibus, lib. II. de Conſ. cap. III. nobis ſupra emaculanda, ſed illuſtranda hic prolixius: *Si quis rerum mortalium fructus ullum Beatitudinis pondus habet; poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri, cum duos pariter Conſules liberos tuos, domo provehi ſub frequentia Patrum, ſub plebis alacritate, vidiſti? Cum iiſdem in Curia curules inſidentibus, tu, Regiæ Laudis Orator, ingenij gloriam facundiaque meruiſti: cum in Circo duorum medius Conſularis circumfuſæ multitudinis exſpectationem triumfali largitione ſatiaſti?* Vetus Exemplar noſtrum *Cum in Circo duorum medius Conſulum* Vera eſt emendatio noſtra confirmata Libris in Belgio collatis, qui τὸ *Conſularis* expreſſè ſervant *duorum medius Conſulum Conſularis. Conſularis* Pater officij gratia Conſules filios ſtipabat, ab ijs honoratiore loco ſuſceptus. Hos Liberos Boethij *Hypatium & Patritium*, quorum nomina in faſtis leguntur, cenſet Onuphrius Panvinius; Iacobus Sirmondus, *Symmachum & Boethium*, juniores, qui aliquot annis poſt Severinum illum Conſulatum geſſerunt. Ego ut certi nihil ſtatui poſſe exiſtimo, præcipue cum Boethio illi Iuniori in Faſtis nullus conſulatus adſcribatur. Sed Seniori Secundus is detur, quem vir doctus Iuniori tribuit, ita dixerim eos fuiſſe Liberos egregij illius viri, quorum apud Caſſiodorum & in Faſtis nomina proximè ejus Conſulatum ſequuntur, *Felicem* nimirum & *Secundinum*, quos ipſa pari vi vocabula conſanguineos faciunt; & ita gloriam ſuam hanc intelligere Boethium, ut Conſularis ipſe præteriri anni, inter filios Conſules ſequentis, tumque præſentis, conſederit in Circo. Veriſimilius hoc certè, quam poſt undecim demum annos (tot enim intercedunt) Conſularem inter Conſules ſedendi honorem tantopere ſentire. Sed hæc ad ipſum aureolum libellum prolixius.

413. VINDICIS.] à maſculis Eutropianis. Ultorem dixit ſuprà.

Sit trabeis ultor Stilico, Brutuſque repertor.

415. IDEM.] Alius, & non alius, tamen. Talia multa divino Epigrammate in Phœnicem.

415. PROCEDIT AB EURO.] Procedere hic emphaſin habet ſingularem. Virgilius:

Ecce Dionæi procedit Cæſaris aſtrum.

Has

Hæc Claudiani imitatur ſimia, non tamen ingenio carens, Sidonius. Paneg. Aviti.

ſic cinnama buſto
Collis Erythræi portans, Phœbeius ales,
Concitat omne avium vulgus; famulantia currunt
Agmina & anguſtus pennas non explicat aer.

Etiam Cotripous. lib. I.

Ales ut expoſitos cum Phœnix innovat artus,
A buſto recidiva ſuo; concentus in unum
Stans avium ſpectat Solem, Soliſque volucrem,
Dum veniat, Regemque novum clamore ſalutat.

Eurus Autoram notat. Ovidius.

Eurus ad Auroram Nabathæaq; regna receſſit.

418. SOLIS MIRENTUR AVEM.] Cum eo nimirum æternam. Sol iſtorum temporum Philoſophis cultiſſimus, de quorum proſapia Claudianus. Vide vel ſolum hymnum Iuliani Parabatæ.

420. REDOLENT CUI CINNAMA BUSTI.] Recens enim nativitate de Buſto patrio Phœnix. Noſter codex *redolent &* Larete quid aliud dicas.

421. CHORUS EST.] Exſultatio tripudians. Vide ad Panegyricum Manlij.

424. EST IGNOTA PROCUL.] Humanis cæteris. Poeta enim afflatu divino percitus videt alijs mortalibus inviſa.

426. IMMENSI SPELUNCA ÆVI.] Aeternitatis quodammodo, & temporis, ſub menſuram non cadentis, & hoc eſt Aevum. Cenſorinus, cap. XVI. *Cæterum de ævo, quod eſt tempus unum & maximum, non multum eſt quod in præſentia dicatur, eſt enim immenſum, ſine origine, ſine fine, quod eodem modo ſemper fuit, & ſemper futurum eſt; neque ad quemquam hominum magis quam ad alterum pertinet. Hoc in tria dividitur tempora. Præteritum, præſens, futurum.* Hoc eſt ſpeluncæ hujus Mythologia. Immenſum quod dicunt Ratio ſequitur apud eundem: Quicquid enim non habet finem, collationem menſuræ non recipit, quapropter ævum neque annorum, neq; ſeculorum numero, neque denique ullo finiti temporis modulo mentiri conabor: hæc enim ad ætatem infinitam non ſunt unius brumalis inſtar horæ.

426. TEMPORA VASTO SUPPEDITAT REVOCATQUE SINU.] Ordinem, diſtinctiones, nomina, ævi, Tempora vocat. Victorinus Commentario in Priorem Rhetoricum: *Tempus eſt quædam pars æternitatis, aut Annuum (aut Menſtruum) aut diurnum aut nocturnum ſpatium ſignificans. Ex curſu enim ſiderum certis temporibus certum nomen impoſitum eſt.* Eadem Auctor Excerptorum de Locis Rhetoricis. Sequentia tantum non divina ſunt, & longis enarrationibus Commentarium ſtipant. Nulla poſt hunc Poetam Eloquentia tam felix Romana fuit, ut talia ſcriberet. Quamvis juratos ejus imitatores & æmulatores nulli ævo defuerint.

432. DEPENDENT MEMBRIS ANIMÆ.] Lege Platonem Timæo, ejuſque enarratores; quique confutant doctrinam.

435. STABILESQUE MORAR.] Fixas currenteſque ſtellas dicit: Sic tamen ποιητικῶς hæc capias, ut curſus ſtabiles ſimul cum motis dicantur. Sic Conſulatu Manlij.

Quæ moveant momenta polum, quam certus in aſtris
Error

Vagum ratumque circuitum dicit Claudian. Mamertus lib. II. cap. XIII.

436. QVIBVS OMNIA VIVUNT AC PEREUNT.] Omnia enim tempus ſuum habent, aut affixum aſtris, aut indicatum. Manilius lib. IV.

Fata regunt orbem, certa ſtant omnia Lege,
Longaque per certos ſignantur tempora curſus,
Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.

437. IN-

437. INCERTUM MARTIS.] Incerta Martij ſideris temperies, Iovis ſtabilis. Lucanus Libro X.

> *habet ventos incertaque fulmina Mavors*
> *Sub Iove temperies, & nunquam turbidus aer.*

Hinc errores in Vita humana Martis ſideri ſubditi. Veſtius Valens Floridis: *Martiſtella ſignificat violentias, bella, rapinas, clamores, contumelias, ſpoliationes, perjuria, errores,*

440. PHOEBIQUE COMES.] Martianus Capella lib. VIII. *Stella Mercurij, licet Solem ex diverſis circulis comitetur, ab eo tamen numquam ultrà XXXII. partes poterit aberrare, nec duobus ſignis abſiſtere. Ab eo quippe Solis lumine intra XX. momenta abeſſe non poterit, licet majoribus partibus aberraverit.*

441. ILLIUS UT PHOEBUS.] Notavimus ſupra ad v. CCLXXIV. Incisionis ergo ſyllabam hic negligi. Sanè ita plures libri. At noſter disertè

> *Illius ut magno Sol limine conſtitit antri.*

Quam lectionem olim agnitam docet unus Belgicorum, referendo.

> *Illius ut magno Sol limine conſtitit Auſtri.*

Phœbi quidem mentio ſe oſtentat de præcedente verſu.

449. EXIMIA REGIONE DOMVS.] Tolle interpunctionem poſt hæc verba. De aureis enim annis, mundo contigere ratis, loquitur. Scribe:

> *Eximia regione domus, contingere terris*
> *Difficilis, ſtabat, rutili grex aureus anni.*

Sequentia temperiem anni felicis moderatam innuunt, hic non diducenda.

463. ROSEO CORNU.] Blando. Sic crocei mox ignes.

465. MATVRET GRAMINA.] Ineptè. Scribe *Germina*.

466. ALLATRET SEIRIVS.] Canis æſtus atratui ſcanino æquatur. Manilius, Libro Quinto.

> *Exoriturque canis, latratque canicula flammans,*
> *Et rabit igne ſuo, geminatque incendia Solis.*

Latratus, omnis inconditus ſonus. Avienus Ora Maritima.

> *Circumlatratque pontus inſulas duas.*

Alibi impudentiam notat, ut à canibus. Juvencus lib. IV.

> *Poſt Sadducai hinc inde latratibus urgent.*

Sic enim veteres oppido bonæque membranæ.

467. CROCEIS RORANTES IGNIBVS.] Hæc eſt meliorum librorum lectio. Quam Cujacianis, Bentinianis, Noſtro, Camerti, Aldo approbat Scaliger. Alij *finibus* aut *floribus*, perperam prorſus. Cum Solis illi horti non alio dignius quam pulcerrimo ejus Elemento irrorentur. Eadem dicit mox

> *irriguis largum jubar ingerit herbis.*

Rorare dicitur quod ſenſim, nec ſimul influit. Ira rorantia pocula penes Ciceronem, Rorans Eloquentia Pomponium Melam, &c. leguntur.

468. VALLEMQVE SVAM] Domum, Regiam, thronum, hortos, menſas, pecora etiam, ut bono ſcilicet villico, Soli largitos de votis Poetas ſuis nemo ignorat. Cubilia monſtrata etiam. Geminus Iſagoga Phænomenωn.

Ἐπὶ δὲ τοὺς τόπους τούτους δοκεῖ καὶ Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης παρεῖναι, φησὶ γοῦν ἐν τοῖς περὶ τοῦ ὠκεανοῦ πεπραγματευμένοις αὐτῷ ὅτι ἐδείκνυον ἡμῖν οἱ βάρβαροι, ὅπου ὁ Ἥλιος κοιμᾶται, συνέβαινε γὰρ περὶ τοὺς τόπους, τὴν μὲν νύκτα παντελῶς μικρὰν γίνεσθαι ὡρῶν οἷς μὲν β. οἷς δὲ γ. ὥστε μετὰ τὴν δύσιν μικροῦ διαλείμματος γινομένου, ἐπανατέλλειν, εὐθέως τὸν ἥλιον. Κράτης δὲ ὁ γραμμα-

μάλιϛα φησὶ τῶν τόπων τούτων καὶ Ὅμηρος μνημονεῦσαι, ἐν οἷς φησὶν Ὀδυσσεύς.

Τυλέπυλον λαιστρυγονίην, ὅθι ποιμένα ποιμὴν
Ἠπύει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει,
Ἔνθα ἡ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιοὺς ἐξήρατο μισθούς,
Τὸν μὲν βουκολέων, τὸν δ' ἄργυφα μῆλα νομεύων,
Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθος.

Unde ibi paucis perdoctam hujus Homerici loci Exegeſin.

468. FLAMMEVS AMBIT RIVUS.] ποταμὸς πυρός, Aechylo. Contrariorum Elementorum magna affinitas in fluctibus, æſtibus, voluminibus, &c. apud Poetas.

469. LARGVM JVBAR.] Egregium acumen. Irriguæ ſunt herbæ larga luce, quibus pro Iove eſt Solis infuſi inſtillantiſq; ſeſe ſplendor. Larga autem omnia Deorum fingunt: ut quos copia omnia abundare norunt.

470. QVAS PASCVNTVR.] Vide Supra notata.

427. GELIDAS.] A rore primæ diei, ultimæ noctis. Blando quodam gelu præcurrente Solis vim, ad capiendam eam majore, ſcilicet, cum Voluptate Auſonius Eidyllio Roſatum.

Ver erat & blanda mordentia frigora ſenſu.
Spirabat croceo mane revecta dies.
Strictior Eoos præceſſerat aura jugales,
Aeſtiferum, ſuadens anticipare diem.

Quæque non inviris Gratijs ibi ſcripta ſequuntur.

472. LVCIFER ORNAT.] Ornatricum aut Ornatorum, ſi qui fuerunt vicem adſcribit famulitio Solis Luciferum & Auroram. Horis alios id munus aſſignaſſe ad Valerium Flaccum emaculandum, notamus Adverſariorum lib XXVIII. cap. XIIX.

474. AVREVS ANNVS.] Felix; aurei ſeculi proles; quod cum aurum non haberet aureum merito dictum eſt, ut eleganter loquitur auctor incertus ſed mirè prudens, & Reipublicæ amans, Libri de Re Militari ad Arcadium & Honorium. Verba ob prudentiam adponam: *Erit igitur Curæ prudentiæ tuæ, Optime Imperator, repreſſa largitate & collatori proſpicere, & in poſterum nominis tui gloriam propagare. Denique paulliſper felicium temporum reſpice memoriam; & Antiqua paupertatu formoſa* (Sic ſcribam ab metallis illis quæ omnes amant, vulgò famoſa, quod è fæce eſt) *regna conſidera, quæ agros colere, & abſtinere opibus norant; quæ hac honoris laudi per omne ævum frugalitas incorrupta commendet.* Certe aurea nuncupamus, quæ aurum penitus non habebant. Et ſic ab ignoto auro alijs etiam ea tempora commendantur, & Ovidius ferreo demum ſeculo ad id eruendum, itum eſſe in viſcera terræ commentatur; ſcitè addens erutum cum auro ferrum, verum hoc illo minus noxium.

474. NOMEN PRÆTENDIT CONSVLIS.] Non enim alia erat anni cenſio, niſi ab Vrbe Condita, & titulo Conſulis. Vnde & Conſulum nomina ipſis annis adſcribebantur. Pacatus Panegyrico: *Conſul creatur, habiturus eſt nomen annus.* Noſter rem miram de Sene Veronenſi dicit:

Frugibus alternis non Conſule computat annos.

Salvianus; lib. VI. *Cum hæc omnia ipſi agant, qui annis nomina tribuunt, & à quibus anni ipſi exordium ſumunt, credimus nobis benè annos poſſe procedere, qui à rebus talibus ordiantur?*

745. NOVOS ITERVM.] Anno novo vereri ſuccedente. Ingenioſior eſt hic verſus quam prima fronte cenſeas. τὸ REVOLVTO enim finem, emenſi, τὸ *Novos* initium ingredientis anni præpingit, cum cætera cum

ra eumdem tamen & unum, de quo ſermo ſit, indicent.

476. ÆTHEREIS FASTIS.] Cœlo ipſo felicitatis, percunnandæque memoriæ ipſius Gratia, in ſuos illos æternitatis faſtos tanti Conſulis titulum referente. Qui de Imperatore congeſſit, errat his verſibus citandis. Vox *Aetherei*, monet corrigere locum Agobardi Epiſcopi, Epicedio Caroli Magni.

> *Aurea cœlorum poſtquam de virgine proles*
> *Sumſere apta ſibi mundi pro crimine membra,*
> *Iam decimus quartus poſt Centies octo volabat*
> *Annus, multivagi meruit quo fervida ſecli*
> *Aetherei Carelus, Francorum gloria gentis,*
> *Aequora tranſire & placidum comprendere portum.*

Secundo verſu lege *Sumſit captivi mundi pro crimine membra*. Captivum mundum ex ſcriptura dicit, Zachariæ Nono: *ubi Paſſionis divinæ is* effectus memoratur ut eam *Captivi de fovea* ſequantur in vitam. Deinde tranſponendi videntur verſus hoc pacto.

> *Iam decimus quartus poſt centies octo volabat*
> *Annus, multivagi meruit quo fervida ſecli*
> *Aequora tranſire, & placidum comprendere portum*
> *Aetherei Carelus* (ſecli ſcilicet) *Francorum gloria gentis.*

476. SIDERA.] Dii Ipſi. Auctor de Aetna

> *non eſt tam ſordida divis*
> *Cura, nec extremas jus eſt demittere in artes*
> *Sidera, ſubducto regnant ſublimia cœlo*
> *Illa, nec artificum curant tractare laborem.*

Sequatur Ratione Temporis hunc Librum Bellum Geticum, ut Tertius qui nunc eſt, interpoſito iſto, fiat quartus. Sed nos cauſſam non videmus ad tempora diſponendorum operum, cum, ut Plinius de Epiſtolis ait, hiſtoriæ hoc nihil ſit; & turbæ fiant ubique in doctorum hominum Commentarijs, qui Tertium illum citant, hac interpoſitione. Sequatur ergò vice Quarti is Pæan.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI,

DE LAVDIBVS STILICONIS LIBRVM TERTIVM

Animadverſiones.

PRÆFATIONE.

V.I. SOLVS.] Male hanc ſcripturam mutant quidem Codices Michaeli Bentino olim collati. Sanè enim contra ſententiam Procerum Romanorum, & ipſius adeo Fabij trajecit in Africam, bellumque eo retulit Scipio, Conſule, Hiſtoricos, videbis adeo relictum à Romana potentia, ut collatitia pecunia, nullis per Italiam delectibus permiſſis, bellum tranſtulerit in Africam.

PROPRIVM CAPVT. [Similitudo ducta videtur à fluviis vi in fontem retro verſis; eorum enim fontes capita dicuntur. Horatius.

nunc viridi membra ſub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ.

Sic aliarum rerum principia, capita. Phæbadius contra Arianos: *Incipientes igitur ab ipſo capite perfidiæ, deinceps per totum corpus percurremus.* Caput rei geſtæ, exordium, principium. Appuleius, lib. VIII. *Sed, ut cuncta noritis, referam vobis à capite quæ geſta ſunt, quæq; poſſint meritò doctiores, quibus ſtilos Fortuna ſubminiſtrat, ſpecimen hiſtoriæ cartis involvere.*

3. NON SINE PIERIIS EXERCVIT ARTIBVS ARMA.] Favorem in homines Muſicos, præcipuè Poetas, Scipionis cómendat, Stiliconem etiam nominis ſono illi comparandum præpingens, ſeque interim etiam meli ris ævi vatibus non inepte componens. De Scipionis litteris, Cicero, Plutarchus, Polybius, Seneca, Alij. Ennij res dudum collegerunt, qui fragmenta conſarcinarunt.

5. GAVDET ENIM VIRTVS TESTES SIBI JVNGERE MVSAS.] Sanè vero, & exemplo Omnipotentis Divinæ Majeſtatis, quæ contra immenſa omnia Beneficia tua aliud nihil poſcit, quam Laudari. Hoc officium Vatum non intelligunt Magnates, non percipiunt Proceres, non attendit Populus, quibus omnibus & ſingulis contemnuntur ſtolido impioque judicio. Gloria Muſas comitatur, quia res Heroum grato ipſis officio concelebrant. Eo ſpectat quod Polemon Sophiſta ait Declamat. II. ἔργων γὰρ ὦ πραχθέντων καλῶς ῥηθέντες λόγοι εἰσὶ τιμή. Carmine autem virtus efflorеſcit, & Gloriam conſequitur, quam meretur, perpetuam. Theocritus.

Ἐκ μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι.

Horatius, lib. II. Epiſtol. Specula glorioſorum hominum facit Carmina.

Nec magis expreſſi vultus per ahenea ſigna,
Quam per vatis opus mores animiq; virorum
Clarorum apparent.

Ovidius, Quarto de Ponto.

Carmine fit vivax virtus, expersque ſepulcri.
Notitiamq; ſuæ Poſteritatis adit.

Summum autem Præmiorum Immortalitas. Poſidippus Comicus.

ὧν τοῖς θεοῖς ἄνθρωπος εὔχεται τυχεῖν,
τῆς ἀθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

Hanc cum conferant Poetæ. Lucanus.

O ſacer & magnus vatum labor, omnia letho
Eripis, & populis donas mortalibus ævum.

Meritò in pretio ob ipſum magnatum felicitatem ijs habentur. Eumenius Pro Reſtaurandis Scholis: *Sanè intereſt gloriæ, quam tanti Principes tot victoriis & triumfis merentur, ut ingenia, quæ canendis eorum virtutibus excoluntur, non intrà privatos parietes, ſed in publica oſtentatione, & in ipſo urbis iſtius ore vegetentur. Itaq; qui non amat carmina, eum odiſſe dicitur Iuppiter*, & ſi quem ille, is non amat vatum ſacros labores. Pindarus Pythonicon. I.

καὶ γὰρ βίατὰς Ἄρης τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν
ἐγχέων ἀκμὰν, ἰαίνει καρδίαν
κώμαις. κῆλα δὲ καὶ
Δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί-
δε Λα-
τοίδα σοφίᾳ βαθυκόλ-
πων τε Μοισᾶν
Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε
Ζεύς, ἀτύζονται βοὰν
πιερίδων ἀΐοντα
Γᾶν τε καὶ πόντον κατ' ἀμαιμάκετον.

Et Solis Poetarum concentibus hoc divinitus datum eſt virtutis, ut dicant poſt Martem, quis Heros aliquis fuerit. Poſteritati. Idem eadem oda, quę neſcio an non omnium ipſius ſit Princeps.

Μὴ δολωθῇς, φίλε, κέρδεσιν εὐτραπέλοις, ὀπιθόμβροτον αὔχημα δόξας.
οἶον ἀποιχομένων ἀν-
δρῶν δίαιταν μανύει,
καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς
οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά.
τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυ-
τῆρα νηλέα νόον.
ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾷ φάτις.

Pertinent eodem quæ inibidem ſubjicit Sapientiſſimus ſcriptor; poſt vitam tranquillam, commodam, bonam, nihil eſſe fama, per laudum præconia parta, pulcrius:

τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἀέθλων.
εὖ δ' ἀκούειν δευτέρα μοῖρ'
ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
ὃς ἂν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ,
στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

Quæ adſcripta Claudianum illuſtrare juſſa ſunt, omnium inſtar, quæ immenſa vi teſtimoniorum conduci poſſint. Geſta Scipionis hic recoquere opus non eſt. Noti vulgò Scriptores, nec quisquam tam indoctus qui non legerit.

9. FRACTURUS CUSPIDE VIRES.] Haſta vetuſtiſſimum telorum illuſtratur alias bi nobis. Vim ſummam hic oſtendit. Horatius de Achille

Filius quamvis Thetyos marina,
Dardanas turres quateret tremenda
Cuſpide pugnax.

Claudianus alibi de Minerva.

Pandionias qua cuſpide temperat arces.

10. HÆREBAT LATERI.] Summæ familiaritatis documento. Curtius libro VII. *Longè acceptiſſimus Parmenioni erat Polydamas, proximus lateri in acie ſtare ſolitus.*

11. DOCTUS ENNIUS.] Ad tempora capiendum: non enim mediocrem opinionem ſuis habuit Ennius, cum *Tricor* etiam perhiberetur, ob inuſitatum trium linguarum eruditionem. Catonem ſanè majorem litteris inſtituit, quo omni genere litteratiorem ea ætas non habuit, jamq; ætate provectiorem, utpote in prætura, ut ſcribit poſt alios auctor de viris Illuſtribus, neque Plinius, neque Nepos, neque Victor, neq; quiſquam nobiliorum. Alioquin, comparatione ſequentium, ingenium habuerit Ennius, artem aut doctrinam non jactaverit. Ovidius.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Papinius Genethliaco Lucani.

Cedat Muſa rudis ferocis Enni,
Et docti furor arduus Lucreti.

Ingenioſum Poetam & Auctorem valdè bonum vocat Cicero pro Murena.

12. CASTRIS OMNIBUS.] Omnibus bellis, Omni expeditione. Papinius ad Domitianum

te ſigna ferente
Et minor in Leges iret gener, & Cato caſtris.

Hoc eſt omni cum apparatu ſuo bellico. Pluribus ad ipſum.

13. IN MEDIAS ENNIUS IRE TUBAS.] Et quidem non immerito. Erat enim Centurio. Silius Italicus, libro XII. Punicorum.

Ennius antiqua Meſappi ab origine Regis,
Miſcebat primas acies, Latiaque ſuperbum
Vitis adornabat dextra decus
Is prima in pugna, vates ut Thracius olim
Spectandum ſeſe non parva ſtrage virorum
Fecerat; & dextra gliſcebat cædibus ardor.

Errat vir doctus ad Perſium, qui Silium ſingulare certamen ſive duellum Ennij cum Oſco deſcribere memorat; cum ſcribat is Oſcum ab Apolline interemtum, ne læderet Ennium.

14. LAUDAVITQUE.] Noſter *Laudabatque*

15. CARTHAGINE VICTA.] Sic omnes alij Codices. Soli Cujaciani Victor Non mutandam reor vulgatam ſcripturam.

16. VINDEX PATRIS.] Novam eo die cœpit quo appulit. Ut notat Auctor idem Virorum Illuſtrium. De Patris obitu & vindicta in Hiſpania cæſi res nota.

17. FUNERA BELLI]Incredibilem hominum Bellis Punicis peremtorum multitudinem invenies, ſi ſubduxeris numerum. Factum id nobis alibi.

18. COGERET IRE ROTAS.] Triumpharet prælata effigie. Notarunt qui morem Triumphi deſcripſerunt depinxeruntque.

20. MARTIA LAURUS.] Non Apollinea, quæ ſolebat; ſed Martia, in gratiam Victoris. Contrà Fulvius Nobilior, ſub quo item ſtipendia fecit Ennius, ejusdem Muſis manubias de victis hoſtibus conſecravit. Cicero pro Archia Poëta.

22. SÆVIOR ANNIBALE.] Annibal pro atrociſſimo hoſte Romanis Proverbium ejus loco fecit. Horatius:

Parentibusq; abominatus Annibal.

Unde Ciceroni *Annibal ad portas* ſummam conſternationem indicat. Oratione de Provincijs Conſulatibus: *omnia illa domeſtica atque urbana mitto. quæ tanta ſunt, ut numquam Annibal huic urbi tantum mali optaverint, quantum illi effecerint.* Sanè autem & verè Scipio temporum Stilico. Et amplius quidem:

dem: ſine Illo enim multa eodem tempore præclarè Romani, ſine iſto Imperatores germani vix quicquam bene geſſerunt.

23. POST QUINTOS.] Sanè quinquennio poſt primum iteravit Conſulatum Stilico. Romæ verò ideo medio tempore deſediſſe Claudianum veroſimile non eſt, qui hoc ipſo Epigrammate innuit ſeſe expeditionum Bellicarum Comitem, cum eo in urbem rediiſſe poſt victorias. Nam quod τὸ mihi eo trahat vir doctus, nobis ſecus videtur, cum capiendæ potius Muſicæ ſint artes, pacisque decora, quam corpus ipſum Poëtæ.

24. VOTIS SUIS ADESSE.] Coram ipſa, inque ſinu ejus, Conſulatum gerere. Sunt eadem hæc initio ſequentis Panegyrici. Vota ſunt honores, votiva. Caſſiodorus libro III. Epiſt. XXXV. *Inconcuſſum eſſe debet Principis votum, nec pro ſtudio malignorum convelli.* Noſter Epiſt. ad Serenam:

> *Nunc quoniam medium, votis majoribus, æquor*
> *Invidet.*

Votivum, optabile, Appulejo, Trebellio Pollioni.

Ad Panegyricum.

V. 1. POPULI PLAUSU PROCERUM VOCE.] Proceribus conſultiorem acclamationem aſſignat; quamquam conſtet in ipſo Senatu Romano ſtultas ſtolidasq; ſæpè voces jactatas, notantibus Hiſtoricis Auguſtis. Pariter Sidonius Pan. Anthemij.

> *Te prece ruricola expetiit; te fœdere junctus*
> *Aſſenſu; te caſtra tubis, te Curia plauſu,*
> *Te punctis ſcripſere tribus, collegaque miſit*
> *Te nobis. Regnumque tibi: ſuffragia tot ſunt,*
> *Quanta legit mundus.*

Symmachus lib. IV. Epiſt. XII. ad Stiliconem: *In filij mei Editione teſtabor cum Romanam caveam Leopardorum curſus impleverit, cui juſtior plauſus, & læta vocum ſuffragia debeantur.*

1. VOCE.] Dictum innui Acclamationes, quæ adeo ſollemnes ijs temporibus uti in certas velut formulas redactæ, requirerentur vel ab invitis, niſi aliquà peccare vellent in morem Temporum. Reſpicit eodem infrà.

> *Cujus & adventum crebris petiere Quirites*
> *Vocibus; & meruit, genero præſtante, Senatus.*

Et V. CCII.

> *Quæ verò Procerum voces, quam certa fuere*
> *Gaudia, cum totis exſurgens ardua pennis,*
> *Ipſa Duci ſacras Victoria panderet ædes.*

Eſt autem eximium exordium, quod melius nemo vatum fecerit.

2. ASPICE ROMA VIRUM.] Sidonius imitator.

> *Hic eſt, ô Proceres, petiit quem Romula virtus,*
> *Et quem veſter Amor.*

Sic ſuum principem votis & urbi, hoc eſt, totius Pop. Romani & Senatus deſiderijs redditum, Plinius Panegyrico celebrat: *Iam urbi votisq; publicis redditus, quid eſt in quo magis approbaturus ſis, quæ, quantaque fuerint, quæ deſiderabamus.* Ubi de Conſulatu pariter loquitur.

3. DINUMERARE VIÆ TEMPORA.] Quod ſanè poterat quivis facilè ſtationibus & manſionibus Principali auctoritate deſignatis: cujus rei notificandæ ſub Nomine Antonini Imperatoris editum utique eſt Itinerarium quod Aethico auctori alibi aſſerimus.

4. VISOQUE ASSURGERE SEMPER PULVERE.] More Impatienter deſiderantium adventum optati Principis. Martialis lib.

libro X. Epiſt. VI. Quod in hanc rem unicum eſt.

Felices quibus urna dedit ſpectare coruſcum
Solibus Arctois ſidiribusque, Ducem!
Quando erit illa dies, qua campus, & arbor, & omnis
Lucebit Latia culta feneſtra nuru?
Quando mora dulces, longuiq; à Cæſare pulvis,
Totaque Flamminia Roma videnda via?
Quando Eques, & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis, & populi vox erit una, venit?

4. TORQUEBERE VOTIS.] Spei Tormentum vel magnis adnumerat Sapientia priſca. Papinius.

non gravior mortalibus addita cura
Spes ubi lenta venit

Idem doctè, ut ſolet

Spes anxia mentem
Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.

Theognidis eſt, Spem & Metum ſimilia eſſe Dœmonia, difficilia mortalibus utraque: Euripidis Spem eſſe rem peſſimam mortalibus, quæ multis civitatibus noxias intulerit. Menandri par ſententia, omnes in Stobæo. S. CVIII.

5. ADEST OCULIS.] Summa votorum. PLinius Panegyrico pari re: *Audimus quidem te omne munus Conſulis obiiſſe, ſed audimus: Diceris juſtiſſimus, humaniſſimus, patientiſſimus fuiſſe; ſed diceris: Aequum eſt aliquando nos judicio noſtro, noſtris oculis, non famæ ſemper aut rumoribus credere. Quoúſq; abſentes de abſente ſemper gaudebimus?*

6. SPE MAJOR, FAMA MELIOR.] Rem ſanè magnam dicit, cum verò verius ſit quod alibi agens dicit *Minuit præſentia famam.* Sapienter rem ſtipite longè adnatandi Aeſopius jocus aſſimulavit.

7. QUÆ TIBI RESTITUIT FASCES.] Majeſtati Vrbanæ, id eſt ipſis domeſticæ. Alibi pariter de Stiliconis primo Honoriiſq; alijs Conſulatibus.

7. COMPLECTERE DEXTRAM.] Quod ſolebat fieri ſoſpitatoribus. Livius Libro XXVI. *De Allucio,* cui pulcerrimam ſponſam tradebat inviolatam Scipio: *Cum adoleſcens ſimul pudore gaudioq; perfuſus, dextram Scipionis tenens deos omnes invocaret ad Gratiam illi pro ſe referendam, parentes inde cognatique virginis appellati.* Principum honorem notamus ad lib. II. in Rufinum. Novum Conſulem ſollemni more manum oſculandam præbuiſſe docet noſter Secundo in Eutropium:

ſpado Romuleo ſuccinctus amictu
Sedit in Auguſtis laribus; vulgata patebat
Aula ſalutantum ſtudijs: huc plebs Senatus
Permixta, trepidiq; duces, omnisque poteſtas
Confluit: advolvi genibus, contingere dextram
Ambitus, & vetum deformibus oſcula rugis Figere.

Principum honos in quam fœditatem ſeculo uno poſt Claudianum noſtrum degeneraverit, docent Arcanæ relationes Procopij.

8. POENOS.] Mauros, Victo Gildone. Idem dicere vult tota præfatio.

9. EXCIPE.] Amplexu.

10. LIBRATUR.] Ne in hanc aut illam partem peccet. Vide ſ. ad lib. I. Bello Gildonico paria dicit: Conſpirant gemini frænis communibus Orbes. Libratio, conſilium, judicium, Symmacho, lib. X. Epiſt. XXVII.

11. OS SACRUM.] Vultum, perſonam. Paullinus Jamboad Cytherium.

Martinianum, ſpiritu fratrem mihi,
Vnaque germanum fide.
Et charitatis indicem plenum tuæ,
Vt os tuum, ſuſcepimus.

11. ÆRE COLIS MIRARIS IN AURO.] Heroicam & propè divinam ſpeciem non ſe-

mel alibi Stiliconi adſcribit. Hic de omni genere ſtatuarum, effigierum, imaginum, fuſilium ſculptiliumq; loquitur, quem honorem tamen Stiliconem non magni feciſſe libro ſuperiori memoravit. Conſules per urbes ita circumlatos docet libro in Eutropium II.

Poſteritas admitte fidem: monumenta petuntur

Dedecoris, multuque gemunt incudibus æra

Formatura nefas: hæc judicis, illa togati,

Hic nitet armati ſpecies; numeroſus ubique

Fulget eques; præfert Eunuchi Curia vultus.

Subter adulantes tituli.

Nota res de effigiebus ex metallo. Ad has conficiebant vario miroque opere & alias, ut de lapillis fuit mirificè facta Theoderici Regis Gothorum de qua Procopius I. Goth. *Theoderici*, inquit, *Gothorum quondam Regis in foro erat Romano effigies, lectis inq; quadrum ſectilibus lapillis, vario colore variegatis, compoſita. Hujus eo adhuc rege ſuperſtite caput, neſcio quo caſu defluxerat ſoluta ſpontè lapillorum compage, indidemq; alium alio ſequente. Portentum mors Principis confeſtim excepit. Annos abinde octo teſſellæ lapidum, quæ ventrem figura faciebant, prociderunt & ipſa, moxque Athalaricus, ex ſorore Theoderico nepos, fato functus eſt. Paullopoſt lapſi ſecretas corporis partes exprimentes lapilli Amalaſſuintam, Theoderici ejusdem filiam, mox obituram, prædixere. Gothis dein urbem obſidentibus à ſemoribus ad imas uſque pedum veſtigia omnis imagini lapillorum ornatus excidit, ipſaque tota de pariete exolevit. Id oſtentum Romani interpretati ſunt Imperatoris exercitum eo bello fore ſuperiorem, nec aliud præſeferre Gothorum Regis pedes abolitos, quam gentis ipſius excidium.*

12. FELIX BELLATOR UBIQUE.] Vera ſcriptura eſt repetenda ex libris Cujacianis aliisq;, *pro te bellator ubiq;* Quo congruunt alia Elogia.

13. RHENI PACATOR.] Vera ſcriptura, nec audimus non neminem ex libris qui malunt *Rheni educator.* Pacati Rheni ſumma gloria ii ſæpius laudatur. Supra libro I. *Et pax à fonte profecta Cum Rheni creſcebat aquis.* Vetaa ... rem laus, ſolus enim Rheni, cum Theodoſio Danubij accolas pacavit Stilico.

15. VULGO MONSTRARE.] Triumphis, arcubus, ſtatuis, inſcriptionibus, mille modis memoriarum: quo genere optimi etiam Principes fuere ambitioſi.

16. CERTARENT.] Noſter Codex *Certaſſent.* Illud malumus,

18. FLAVENTE SICAMBRI.] Qui populi Sicambri, vide doctiſſimi viri Commentationes ad Venantium Fortunatum. *Flavam* earumdem cæſariem indicat noſter alibi. Bello Getico:

Agmina quin etiam flavis objecta Sicambris.

Quarto Conſulatu.

flavam ſparſere Sicambri

Cæſariem

Sidonius, Panegyrico Aviti. *flavis in pocula fracti Sicambris.*

19. NIGRIS MAURI CRINIBUS.] Et contortis. Auctor Moreti.

Afra genus, tota faciem teſtante figura,

Torta comam, labrisque tumens, & fuſca colore.

21. LAURIGERUM.] Currus triumphantium lauro ornari. Sexto Conſ. Hon.

cum tu genitoris amico

Exceptus gremio, mediam veherere per urbem,

Velaretque pios communis laurea vultus.

22. FESTO FREMUISSET CARMINE MILES.] Acclamatio vetus erat. IO TRIUMPHE, IO TRIUMPHE. Vide Varronem Quinto de Lingua Latina. Feſtum carmen lætitiam militarem dicit. Martialis, lib. VII.

Feſta coronatus ludet convicia miles,
Inter laurigeros dum comes ibit equos.

Tantam quidem, ut Imperatori quæ vellet quivis miles occineret, exemplis Carmine Trochaico, alijsq; dicterijs apud Suetonium viſundis.

22. FACTA METALLIS OPPIDA.] Expreſſa, fabre facta. Appulejus libro II. *Lapis in Dianam factus.* Oppidorum effigies metallo fuſæ ſculptæve præferebantur Triumphantibus. Cicero libro II. de Offic. *Vexatis & perditis exteris nationibus ad exemplum amiſſi Imperij vidimus portari in triumpho Maſſiliam, & ex ea urbe triumphari; ſine qua numquam noſtri Imperatores ex Tranſalpinis bellis triumfarunt.* Alia obvia, & collectaneis peculiaribus alijs errata:

23. CAPTIVA FLUMINA.] Mærentia vaſtationem patriarum terrarum, in ipſis effigiebus. Exemplum in Joſepho libro VII. Alos. capite XXIV. Florus. Libro IV. capite II. *Cæſar patriam victor invehitur; primum de Gallia triumfum transmiſerat Rhenus, Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus. Altera laurus Ægyptia; tunc in ferculis Nilus, Arſinoe, & ad ſimulacrum ignium ardens * Pharus.* Notavi aſteriſco locum, quod videatur vocula excidiſſe, gemmis nimirum aut auro ardentem inducens *Pharon* in triumpho perductam. De Fluminibus triumfatis Ovidius:

Protenus argento veros imitantia muros
Barbara cum victis oppida lata viris.
Fluminaque.

Propertius, lib. II, Eleg. I.

Aut canerem Aegyptum, aut Nilum, cum tractus in urbem
Septem captivis debilis ibat aquis.

25. CATENATO RHENO.] Maximæ. Bonæ Fortunæ, immaniſque egregij facinoris loco. Virgilius, Aeneide VIII. de Auguſti triumphis.

Euphrates ibat jam mollior undis,
Extremiq; hominum Morini, Rhenusque bicornis.

26. NON IMMODICUS.] Contemtor enim honorum vulgarium, virtutumque propter ipſam amans. Supra, libro II. V. C. LXXVIII.

27. LABOR IPSE JUVAT.] Virtus, quæ cum ſine Labore nulla ſit aut fuerit adeo umquam, in vocabulum etiam hujus venit. Sic Maro pari utrumque vi habet

Diſce puer, virtutem ex me verumq; laborem,
Fortunam ex alijs.

28. STREPITUS INANES.] Famæ, Gloriæ, Rumoris, Auræ popularis, ſermonum vulgi. Quarto Conſulatu Honorij.

Neu dubiè ſuſpectus agas, neu falſus amicis,
Rumorumve avidus; qui talia curat, inanes
Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.

29. INQUE ANIMIS HOMINUM.] Vero amore ipſi addictorum, quos ſibi devicit atq; ſubdidit benignitate, comitate, omni genere virtutum. Alibi.

non eſt victoria major
Quam quæ confeſſos animo quoq; ſubjugat hoſtes.

Pertinent huc quæ initio Libri Secundi ſupra ſcripſit.

31. FABRITIUS PYRRHO.] Ad eum diem triumfus inſignior ſplendidiorque non fuerat actus, quam de Pyrrhi rebus quem duxerunt victores ejus. Immo nec poſtea temerè inventus opulentior. Vide Florum libro I cap. XIIX. Jornandem de Regnor. Succeſſion. cap. XXIV.

33. PAU-

33. PAULUS.] Is amplius de ſpolijs Macedonicis ærario intulit, quam etiam Orbe terrarum penè ſubjugato Pompejus, auctore Vellejo. libro II. Idem lib. I. *Paulli triumphus tantum priores exceſſit, vel magnitudine Regis Perſei, vel ſpecie ſimulacrorum, vel modo pecuniæ, ut bis millies centies ſeſtertium ærario contulerit, & omnium anteactorum comparationem amplitudine vicerit.*

35. POST NVMIDAS MARIO.] Victo Jugurtha captoque; quem atrociſſimi Populi Romani hoſtibus etiam alibi comparat.

36. GRAVIS LAUDI.] Clam inimica. Martialis de Delatoribus.

Turba gravis paci, placidaque inimica quieti.

37. STIMULIS MALIGNIS.] Duplicibus, inſidioſis. Exempla ſuppetunt in rebus omnis ævi clariſſimorum Principum.

39. INVIDIÆ FINES VIRTUTE RELIQUIT.] Summa virtus & felicitas. Juſtinus libro I. De Semiramide: *Magnas deinde res geſſit: quarum amplitudine ubi invidiam ſuperatam putat, quæ ſit fatetur.* Sic Martialis cæteris delinitis, unam ſibi ſuperandam reſtare alibi jactat invidiam. Silius Italicus, libro XIV. *Magnanima invidia virtus caret* Salluſtius Jugurtha. *Difficillimum eſt inter homines gloria invidiam vincere.* Eodem tendit *quod invidiam virtute ſuperari*, & in gloriam converti ſemper ſibi perſuaſum memorat Cicero, fine primæ in Catilinam.

40. QUIS ENIM LIVESCERE POSSIT.] Non tangit ſummas, & mortalitati ſubductas res Livor. Petronius: *Quid autem non commune eſt, quod Natura optimum fecit? Sol omnibus Lucet. Luna innumerabilibus comitata ſideribus etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formoſius poteſt? In publico tamen manant. Sic bonis ſuis participandis neminem excludere debere,* inſtar Solis, nemini per invidiam quicquam bonorum ſubducere, Sapientem Principem præcipit Syneſius de Regno ad Arcadium.

41. OLIM.] Tempore inmemorabili. Cum natura ſanè Rector fuit ſemper. Itaque & ei impoſitum, per eam Imperium nactum Poetæ aiunt. Sic uſui eſt τὸ olim. Tacitus Agricola: *Nerva Cæſar res olim diſſociabiles miſcuit, Principatum & Libertatem.* Hoc eſt ſemper.

42. NOVERIT OMNIA PHOEBUS.] Ipſe cum interrogaretur quomodo ſibi ſupplicari vellet, reſpondit.

πάνσοφε, παντοδίδακτ', ἐναλλόστροφε
καὶ σοφὲ δαίμων.

Lactantius libro I. cap. VII. Eodem ſpectat quod Solem omnia contuentem, omnia audientem facit Homerus; & Latini inde nominarunt. Boethius:

Quem quia reſpicit omnia Solus
Verum poſſis dicere Solem.

43. MERITI SPATIUM.] Virtutis, multos demerentis. Infrà his Libris. Multa huc facientia Panegyriſtæ, Cicero, Græciq; Oratores.

45. DIVERSUS ERAT FAVOR.] Melius legeris *DIVISVS.*

48. VARIIS ORDINIBUS.] Inter ſe maximè diſſidentibus. Allaborat non tam principum, ſed liberæ Romæ Heroibus Stiliconem præferre, quem æquat data opera quum poteſt. Statum verò temporum conſideranti magis ridiculæ quam magnanimæ aut quidvis aliud parebunt hæ laudes.

51. PARENTEM.] Hæc verò veriſſima laus. Dictum ſuprà.

51. MUNDI COMMUNIS AMOR.] Alibi de Honorio. Alluditur vetus vox de Tito, forſan revocanda, ſi is diutius imperaſſet.

55. MERVIT.] Pro re magna.

56. VIRGINIBVS FLORES.] Divitiæ puellarum, Poetis adſcriptoribus. Exemplum in Rapta Proſerpina apud Ovidium,

quæ cum à nigro Cacædomone ſublimis auferretur, profuſosque recens lectos flores videret.

Hæc quoque virgineum movit jactura dolorem.

60. NUMINE TANTO.] Apollini Stiliconem componit; ut initio Sexti Conſulatus Honorium Romæ ſuæ, ut ille Delo, præſentem.

59. LITTORA DELIA.] Inſula tam præſente Apolline clara, ut oracula inde peterentur, non ſecus atque Delphis. Diogenes Laërtius Diogene Cynico:

ἔνιοι δ' ἐπιμελητὴν γενόμενον ἀναπεισθῆναι ὑπὸ τῶν τεχνίτων, καὶ ἐλθόντα εἰς Δελφοὺς, ἢ εἰς τὸ Δήλιον, ἐν τῇ πατρίδι Ἀπόλλωνος πυνθάνεσθαι εἰ ταῦτα πράξει, ἅπερ ἀναπείθεται. Stephanus. Δῆλος νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἡ παρὰ τὰς γενάς, ἢ μαντείας. ἱερὸν γὰρ Δῆλος τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ θεοῦ πρῶτον ἐν αὐτῇ γενομένου. ἢ διὰ τὰς μαντείας δηλοῦσα ἦν τὰ δυσεύρετα.

Lucianus Pſeudomante. Adverſar. libro XLII.

60. FULSIT APOLLINIS ARCUS.] Ita ſubitum numinis adventum aut declarationem deſcribunt ab ornamentis Poëtæ. Laurus attolli adventu ejusdem, animari, vivificari, intellige. Sexto Conſ. Hon.

Tunc ſilvæ, tunc antra loqui, tunc vivere frondes,
Tunc ſacer horror aquis.

Callimachus Hymno Apollinis.

οἷον ὁ τὠπόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὅρπηξ,
Οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον· ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός·
Καὶ δή που τὰ θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει.

De Baccho & auriferis Fluminibus ejusdem ſemper ebrius Poëta. Qui injuriam clamare poſſit cum ſobrietas in ipſo quæritur, exſcito Auſonii: Injurium eſſe de ſcriptore male ſobrio lectorem abſtemium judicare.

64. TECTA LATERE MATRIBVS.] Studio viſendi etiam altiſſima ædificiorum loca completi. Exemplum det domita Judæa redeuntis Veſpaſiani pompa apud Joſephum Al. libro VII. capite XXIV. Fœminæ talibus ſpectaculis ſumma loca occupabant, vel quia ibi degere ſuetiores, vel ut ſecuriores eſſent ad tumultus. Sexto Conſulatu Honorij:

Omne Palatino qua pons à colle recedit
Milvius, & quantum licuit conſurgere tectis,
Una replet turba facies; undare videres
Ima viris, altas effulgere matribus ædes.

Adde & quæ notat princeps litterarum Caſaubonus ad Athenæum lib. IV. cap. XII.

65. HIS, STILICO, CUNCTIS.] Aſpice hos omnes, ait, qui, niſi tua vi tenſimmanem barbariem avertiſſet, aut Gildonis molitiones, famem inferentes, compeſcuiſſet, omnes interiiſſent. Omnes tamen libri, Cujaciani, Noſter, Bentiniani, Belgici *Hic Stilico* Quæ ſcriptura & ideo magis altera probatur quod Romanæ majeſtatis ſit conſultior. In urbe enim velut in pectore, animaque ipſa Imperii, reluxiſſe ſalutem omnibus dicit. Humanum enim genus ſolens Romano cenſet. Conſideraſſet hæc Scaliger, non foret tuitus inſcitius illud *his*. Quid enim & quo numero iſti ſpectatores, ad eos mortales, quos per totum orbem eum Roma ſua ſervaſſe non hic ſolum jactat Stiliconem Claudianus. Etiam Aldini & Camertis libri variarunt, Ille enim *VT iſte O Stilico*, edidit. Romam & in Roma omnia conſervata victoria Gildonica, multis canit fine liber primus harum Laudum.

64. RE-

64. RELUXIT.] Inſtar inſperatæ lucis, ſubitò ingruentis. Gratius Cynegytico:

> *Te ſocium, Ratio, rebus ſumſere gerendis,*
> *Hinc omne auxilium vitæ, certuſque reluxit*
> *Ordo.*

Favonius Eulogius, in Somnium Scipionis. *Ab hac juſtitia naturalis virtus librata partium æqualitate, diluxit.* Eumenius Panegyrico: *Claſſi jam vela facienti repentinus tuus adventus illuxit.* Arnobius lib.I. *Eluxit atq; apparuit Chriſtus, rei maximæ nuntiator, auſpicium fauſtum portans, & præconium ſalutare credentibus.* Adverſar. lib.IV. cap.V.

65. SEPTEM MONTES.] Colles, quibus Roma inædificata: tum nota appellatione. Symmachus lib.IX. Epiſt. LXXXIII. *Gallicanæ facundiæ hauſtus requiro, non quod his ſeptem montibus Eloquentia Latiaris exceſſit, ſed quia præcepta Rhetoricæ pectori meo ſenex olim, Garumnæ alumnus, immulſit. Septimontium*, nota ſacra. Septizonium locus Romæ, cui Marcus & Severus Principes maxima poſt ædificia inſtruxerunt, forte hinc illuſtrari poſſit, quod Septem colles illud clauſerint, de quo alibi.

66. AURI FULGORE.] Tectis auro veſtitis. Auſonius.

> *Prima urbes inter, divum domus, aurea Roma.*

Nimis ſimpliciter ibi interpres; nam à fulgore aureorum templorum tectorumq; ſic dicta. Noſter de aſpectu ejus Sexto Conſulatu Hon.

> *acies ſtupet igne metalli*
> *Et circumfuſo trepidans obtunditur auro.*

67. ÆQUATAQUE TEMPLA NUBIBUS.] Sexto eodem Conſ. v. XLVII.

70. METIRE OCULIS.] Expende. Alibi his Libris.

71. FABULA.] Penè nihil, quodque proximum nihilo, De quibus nihil ſuper eſſet præter ſermones hominum, nudumque nomen. Hoc enim *fabula* denotat. Horatius.

> *Iam te premet nox, fabulæque manes.*

Perſius:

> *Manes & fabula fies.*

Cicero fine libelli de Senectute: *Senectus peractio ætatis eſt, tamquam fabula, cujus defatigationem fugere debemus.* Seneca Troadibus.

> *Rumores vacui, verbaque inania,*
> *Et par ſollicito fabula ſomnio.*

Callimachus Epigrammaris.

> ὦ χαρίδα, τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότος,
> αἱ δ' ἄνοδοι τί;
> ψεῦδος, ὁ δὲ πλούτων; μῦθος.
> Ἀπολλόμεθα.

Marcus Imp. lib.IV.

Κάμιλλος, Καίσων, Οὐόλεσος, Λεοννάτος. κατ' ὀλίγον δὲ καὶ Σκιπίων, καὶ Κάτων, εἶτα καὶ Αὔγουστος, εἶτα καὶ Ἀδριανὸς καὶ Ἀντωνῖνος. ἐξίτηλα γὰρ πάντα, καὶ μυθώδη ταχὺ γίνεται.

Quod argumentum pulcrè proſecutus eſt Iambis Ioannes Euchaitenſis.

71. INCUMBERET.] Impediret ejus proventum. Verbum ſummam vim continet. Aulus Sabinus.

> *Prodigio tali placidum Theſis abſtulit æquor,*
> *Æolus infuſis occubuitque Notis.*

Iuvencus, lib.IV. Hiſt. Evangel.

> *Proq; meo vobis incumbere nomine gentes,*
> *Tormentis, pœniſque feris, odiiſque, neceſſe eſt,*

72. QUERCU VELARET.] Vide Gellium lib.V. cap.VI. Quæque docti libris de Coronis, Tropæis, Militia, connotarunt. Stiliconem poſt victum Rhadagaiſtum, omnium Romani nominis hoſtium immaniſſimum, coronarum cum toto exercitu rediiſſe auctor Zoſimus. lib.V. Quo confutantur qui clariſſima illa victoria tantum Ducem circumſcribere pudorem non habent.

78. SED QUO JUCUNDIOR ESSET.

SET.] Rectè ex Cujacianis reſtituitur.

Sed, quo jucundior eſſet
Lucis honorata fructus, venerabile Fama
Pondus, & amiſſas voces, & Regna recepit.

Nec benè reſtitutor qui alibi dubitat. Eam Lectionem Vnus tantum Belga cum Noſtro agnoſcit, cæteri delirant omnes. Amplius vero ſcribendum Tertio verſu *ut amiſſas vires & regna* Vt enim Africam ipſam cum claſſibus frumentatijs, ſic Gloriam etiam reſtituiſſe Romæ indicat Stiliconem.

79. VENENABILE FAMÆ PONDUS.] Quæ cum vitæ ipſius ſcilicet pretio æſtimetur. Sic vita & Fama æquiperantur à Martiano Iureconſulto, cap. IX. de Manumiſſis Vindicta. Vide nos ad Auguſtinum; & collecta optima omnium amico olim noſtro M. Frehero de Fama, Exiſtimatione. Pondus, auctoritatem, majeſtatem notat. Papinius de Jove.

Pondus adeſt verbis, & vocem fata ſequuntur.

Propertius lib III.

Quod ſi contentus patrio bove verteret agros,
Verbaq; duxiſſet pondus habere mea.
Viveret ante ſuos dulcis conviva penates.

Horatius Arte Poet.

In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus.

Pondus famæ ex Lucano eſt, lib. VIII,

longi pœnas Fortuna faveris
Exigit à miſero, qua tanta pendere fama
Res premit adverſas, fatiſque prioribus urget.

81. SVPPLEX ORIENTIS.] Supplex abſolutè poſitum. Appuleius lib. V. ſupplicis anxiè pijs precibus erogatus germani complexus indulge fructum.

82. FAMULOSVE PRECATUR.] Fame & penuria coacta.

83. ROBORE GABINO.] Italico, Latino, Romano, priſco. Sæpe ſic noſter, & notamus alibi.

84. ROMANA IRA.] Digna Romana virtute. Ovidius.

dignas Iove concipit iras.

Iram pro omni re Martiæ virtutis multoties uſurpat Papinius. Ea quod magnanimitatis index Epiſtola non indocta docet Angelus Politianus.

85. JVBET SIGNIS.] Imperat. Raro uſu ita abſolutè. Seneca:

Si judicas, cognoſce; ſi regnas, jube.

Claudianus II. in Rufinum.

Non ſolum optati jubeo ſpectacula Circi,
Præmia ſed populis & maxima dona parabo.

Iulius Exſuperantius, Epitoma Hiſtoriæ Salluſtianæ: *Comitijs Conſularibus univerſus populus, qui ad eligendum convenerat, Marium Conſulem juſſit.* Et erepta Metello provincia in Numidiam miſſus eſt. Sic media Barbaria Alanus Libro V. Inepti titulo Operis, quod Anticlaudianum juſſit.

Nomen ab officio dominantia Numina ſumunt,
Quæ, ſicut ſuperis cedunt, ſic ceditur ipſis.
A reliquis, pariterque jubent, parentque jubenti.

86. SPECTANT.] Obſervant, ſuſpiciunt, colunt, reſpiciunt. Terentianus:

Additur hac gemino non abſona fabula metro,
Seu vera res eſt; ſpectet auctorem fides.

Hilarius Arelatenſis in Geneſi.

Sectaque per partes, formas ſpectantia, fruſta.

Neq; audiendi collati doctiſſimus A. Schotto, amico noſtro; licet ijs conſentiant nonnulli etiam Belgici Codices.

88. FASTOS ORNARE.] Scripti ijdem Libri *faſces*. Nihil mutamus. Præcipuè cum eadem vox ſtatim ſequatur.

89. FASTOS ORNARE.] Alibi.

Ornatur Fortuna viro.

Caſſio-

Caſſiodorus lib.VI. Epiſt. XX. *Quale tibi debet eſſe, quod curules inclutas probatur ornare?* Ennodius Panegyr. Theoderici: *Ad viciſſitudinem operum tuorum faſces ſuſcepiſti: non quo tibi accederet genius de Curuli, ſed ut de te pretium palmata mereretur.* Venantius, lib.IX. Carm.I.

Aequali ſerie vos nobilitando viciſſim
Tu genus ornaſti, te genus ornat avi.

Niceforus Gregoras, Initio.lib.II.

ὁ δ' γαμβρὸς καὶ διάδοχος Ἰωάννης ὁ Δούκας, σύνεσιν πλουτῶν φυσικὴν, καὶ τρόπων εὐπάθειαν, καὶ βέβαιος ἦθος κάλλιστα τὴν ἀρχὴν διίθυνε, καὶ ἐκόσμει.

89. NEC LIBERA QVERIT SECVLA,] Infra hoc Libro.

Fallitur egregio quiſquis ſub Principe credit
Servitium; numquam libertas gratior extat
Quam ſub Rege pio.

Roma ita parens Libertatis, & Libertatem pro arbitrio donabat, velut optimo jure Rerum ad eam Imperium pertineret. Corippus. lib.X.

Addidit antiquam tendentem brachia Romam,
Altricem Imperij, Libertatiſque parentem.

Alterius exempla in Hiſtorijs, ut cum Græciam Libertate donat Titus Quintius publicis Ludis, eam ob rem divino honore cultus: Quo pacto & Judæos præmij loco ob ſtrenuè rem pro libertate & Lege patria geſtam ſuo ureRomani liberos eſſe jubent in Libris Maccabæorum. *Quærit* deſiderat, vovet, Petronius,

amica vincit
Vxorem, roſa cinnamum veretur.
Quicquid quæritur optimum videtur.

Idem de ſemivirorum habitu & moribus.

Quæque virum quærunt

91 CREVISSE VIDET.] Novo vectigali, frumentatione Gallica accedente, ea inopiæ Vrbanæ Bello Gildonico ſubveniſſe Stiliconem, non ſemel atteſtatur Claudianus. Suprà, lib.II. Verbis Romæ.

Vltorem videant ſervatoremque Quirites,
Et populus, quem ductor amas: quibus Africa per te
Nec prius auditas Rhodanus jam donat ariſtas:
Et mihi vel Maſſyla Ceres, vel Gallica proſit
Fertilitas; meſſeſque ferat nunc humidus Auſter
Nunc Aquilo; cunctis diteſcant horrea ventis.

Rutilius lib.I.

Aeternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet.

92. AB ARCTO.] Sic ſæpe Germaniam vicinoſque ei populos dicit. Populorum nomina ſatis ſunt nota atque notata alijs:

69. AMMONVIT DOMINÆ GENTES.] Ex Ambitione priſca. Belli Getici inſignis clauſula eſt *Diſcite veſana Romam non temnere gentes.* Nihil hic mutandum. Verſu ſuperiore ordinem noſter Codex hunc habet,

Illa ſeges non auxilium modo præbuit Vrbi,
Sed fuit indicio quantum tibi, Roma, liceret.

Admonere etiam vim violentam infert. Horatius de Sole vehementi,

Aſt ubi me feſſum Sol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio rabioſi tempora ſigni.

Columella lib.II. cap.II. *numquam ſtimulo laceſſat juvencum, quod retractantem calcitroſumque eum reddit. Nonnumquam tamen admoneat flagello.*

99. MAJESTAS QUIRINI.] Romani Imperij auctoritas. Majeſtas enim eminens omnis poteſtas, colidigna. Proculus JC. cap. VII. de Capt. & Poſtlim. Rev. *Liber autem populus*

populus eſt, is qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubjectus, ſive is fœderatus eſt. Item ſive æquo fœdere in amicitiam venit; ſive fœdere comprehenſum eſt, ut is populus alterius populi Majeſtatem comiter conſervaret; hoc enim adjicitur, ut alterum populum intelligatur ſuperiorem eſſe. Si hic dignitas omnibus gentibus venerandus.

99. PLENA.] Juſta, abſoluta. Vide ad Bellum Gildonicum.

100. POPULO JUDICE.] Velut ſtante Republica; antequam populus jus ſuum in Principes conferret.

101. EMERITAS SECURES.] Magiſtratus quibus rectæ provinciæ. Cum ſecuribus faſcibuſque in provincias iiſſe notum. *Emeritas*, ait, *juſtum tempus abſolviſſe, uti id Legibus præſtitutum erat, intelligens.* Emeriti qui honorum temporum tempora conſtituta expleverunt. Symmachus, lib. VII. Epiſt. CXIV. *Beatum te, qui honorum emeritus, otiaris; nos in patria ſalo fluctibus verberamur.* Emeritum, præmium emeritæ militiæ. Modeſtinus Iureconſ. bis in cap. Tertio de Re Militari.

102. DISCRIMEN LETHALE.] Accuſatus male geſtarum rerum, ſpoliatæ, expilatæ, Provinciæ. Repetundarum, &c. Gildonem punitum ſupplicio Legibus conſtituto tradidit etiam ſuprà, Lib. I.

> *Prædonem lembo profugum, ventiſq; repulſum,*
> *Suſcepit merito fatalis Tabraca portu:*
> *Fracturumque reos humili ſub judice vultus.*

103. MADIDUS AUSTER.] Venti enim pluviis ingruentes Africam fœcundant, unde horrea Romana complebantur. Lucanus.

> *Eff uſis magnum Libye dedit imbribus annum.*

Auſtros ſejungit Pœnis, ut conjungat tamen.

105. HINC TREPIDANT.] Scribe cum noſtro Codice *Hic* In hoc nimirum loco judicij. Belgæ habent veſtigia ejuſdem Lectionis *hi* aut *hij* præferentes.

106. CANI VIRTUTIBUS ÆVI.] Priſcæ reverentiæ. Multa huc facientia Symmachus Relatione, & perdoctus contrà libris Prudentius.

108. MAGNOS CALCET METUENDUS HONORES.] Ut ſummo magiſtratu functos vocet in jus, & ſecundum Leges judicet facta potentium. Eximas hinc Honorem Principis, cui quamdiu ſua habetur reverentia, tamdiu ſtare Rempublicam Cicero ſcripſit Libris de Republica. Petrus Pictavenſis Monachus doctior ſuis temporibus *Si ad gentiles Philoſophos veniamus: quis eo tempore vel hiſtoriam, vel aliquid ad Liberalium artium diſciplinam pertinens, niſi in Laudibus Regum aut Imperatorum ſcribebat? De quorum numeroſa multitudine illud mihi occurrit, quod vir graviſſimus M. Tullius in Libris de Republica ſcripſit; ſcilicet Principem civitatis gloria eſſe alendum, & tamdiu ſtare Rempublicam, quamdiu ab omnibus honor Principi exhiberetur.*

109. PIETATE REMITTAT ERROREM.] Clementia. Vide ad Quartum Conſulatum Honorij. Auguſtinus, Epiſt. LIV. *Quanto melior tanto eſto mitior, quanto ſis celſior, tanto humilior ſias pietate.*

110. PUROS.] Animum ſordibus vitiorum non inquinatos. Maculas inde animis imprimi docemus ad Librum II. in Rufinum.

111. PATRIAS ARTES.] Gubernandi Mundum Virgilius. lib. VI.

> *Tu regere imperio populos, Romane, memento;*
> *Hæ tibi erunt artes.*

112. FALLITUR EGREGIO QUISQUIS SUB PRINCIPE CREDIT SERVITIUM.] Omnem Legitimi Principatus virtutem complexus eſt pauciſſimis verbis; ut nimirum infinita ejus commoda, nullam ſubditi ſentiant gravitatem. Eo ſpectat quod Seneca ait lib. VII. de Benef. cap. V. *Sed*

V. Sub optimo Rege omnia Rex imperio poſſidet, ſinguli dominio. Libertas ſub tali Egregia. Boethius lib. I. de Conſol. cap. V. εἷς βασιλεύς ἐστω εἷς κοίρανος *Qui frequentia civium, non depulſione lætatur: cujus agi frenis, atque obtemperare Iuſtitiæ ſumma libertas eſt* Tacitus Agricola: *Nerva Cæſar olim diſſociabiles miſcuit, principatum ac libertatem.* Sic Romanos commendat Atticiſtarum Eloquentiſſimus Ariſtides Encomio Vrbis:

Τοσαύτην μὲν γὰρ ἔχοντες τὴν ἀρχὴν οὕτω δ' ἐγκρατῶς, καὶ κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν ἄρχοντες, ἐκεῖνο καὶ πολὺ μάλιστα νενικήκατε, ὃ παντελῶς ὑμῖν ἐστιν ἴδιον, μόνοι γὰρ τῶν πώποτε ἐλευθέρων ἄρχετε.

Rutilius ad Romam eundem.

Te Dea, te celebrat Romanus ubique receſſus,
Pacificoque gerit Libera colla jugo.

Infinita talia Encomiaſtæ, Panegyriſtæ.

115. PRÆFICIT IPSE REGENDIS.] Vt Tutor Imperij & Parens Publicus. Fuerunt hoc nomine cum Arcadij Ducibus inimiciæ Stiliconi; poſt etiam cum Honorianis, ſummo ſeculi viro fatales. Vide Zoſimum.

116. PLEBIS PATRVMQVE.] Senatus & Populi; priſca formula.

117. PVRPVRA.] Magiſtratus ſummus. Ipſum Imperatorem Legibus ſe ſubmittere dicit. *Purpura* Principatus index etiam Romanis. Lactantius lib. IV. cap VII. *Erat Iudæis antepræceptum, ut ſacrum conficerent unguentum, quo perungi poſſent ij qui vocabantur ad Sacerdotium vel ad Regnum. Et ſicuti nunc Romanis indumentum purpuræ inſigne eſt Regiæ dignitatis aſſumtæ; ſic illis unctio ſacri unguenti nomen & poteſtatem Regiam conferebat.* Loquitur autem de Honorio hactenus Claudianus, ut in eo Stiliconem clarè agnoſcas.

120. CASTA JUVENTÆ FRÆNA DEDIT.] Vide Lib. II. a v. LXV.

121. VERIOR AVGVSTI GENITOR.] Illum enim neceſſitas & natura dedit, hunc Studium & Inſtitutio Phædrus:

Facit parentes bonitas non neceſſitas.

Sic Stiliconis Conjugi ipſe in Nuptiis ſuis Honorius blanditur.

partuque remoto
Tu potius Flaccilla mihi.

Verus genitor, nomen re ipſa meritus: Sic verus Rex Deus Chriſtianis, præ quo cæteri figmenta & Nugæ. Ermenoldus Diaconus in Vita Solæ Presbyteri: *Cur nos, qui Chriſtiani ſumus, taceamusglorioſum belligeratorum triumphum, pro fide Chriſti in omni vita ſua decertantium, quin actus vitamque ipſorum tamquam VERO Regi militantium, liberiori relligione deſcribamus.* Boethius de Eodem:

Quem quia reſpicit omnia Solus,
VERVM poſſis dicere Solem.

122. FIDVCIA BELLI PACIS CONSILIVM.] Ita vocat Stiliconem, velut animam mentemque ipſam Imperij & Reipublicæ. Idem enim notat ſignificatio penitior Conſilij. Lucretius. lib. V.

Conſilium, quod nos animam mentemq́ vocamus;
Idque ſitum media regione in pectoris hæret.

Simili autem locutione Libertatem publicam Vigilium Papam vocat eruditus auctor, Arator, præfat. Hiſtor. Apoſtolicæ.

Publica Libertas, Vigili ſanctiſſime Papa,
Advenis optato, ſolvere vincla gregi.

Sic enim ibi membranæ veteres, citatque Waltramus Numburgenſis Apologiæ contrà Hildebrandum, lib. II. cap. XXII. *& corrumpunt vulgo* malè obpeccantem ſyllabam. Sic Rationem ſive Sermonem Jovis Mercurium appellat Martianus Capella lib. I. Jovis verbis.

Noſtis Majugenam pignoris incluti
In noſtris merito degere ſenſibus,
Nam noſtra ille Fides, Sermo, benignitas,
Ac Verus genius, fida recurſio.

Recurſio, Memoriam notat Sic *Pectus Reipublica* Senatum vocat Creſconius Corippus, lib. II. Clypeum Rei Romanæ, ob bellicam tutelam noſter alibi vocat Stiliconem; cujus & in Pace Conſilium nuſquam non commendat, hic vero præcipuè, cum Conſulatum gerens laudetur.

124. INFLORUIT.] Cape ad inſitam diuturnitatem quandam. Peſſimè Libri nonnulli qui commutatum veniunt.

125. TRANSLATAQUE PENE.] Conſtantinopolim, præ qua deflorere & decreſcere vetus Roma videbatur. Iniquior ſemper Orientali Imperij parti hic Vates, non abs re quidem, in Patroni ſui gratiam; tangitque laudibus Veteris Romæ, degenerantem illam novam.

126. SERVILIBUS ARVIS.] Subjectis in armorum Romano Imperio.

127. IN PROPRIUM SEDUCTA LAREM.] à ſervilibus illis arvis & urbibus Romæ ſubjectis. Inceſſit Conſulatus aliorum alibi quam in Capite Orbis urbe ſumtos geſtuſque, cum Romæ ingenuus hic ſit honos. Melius tamen legas.

In propr um ſed ducta Larem.

Romam domum Imperij, Larem Regni, illuſtraremus, niſi id jam factum eſſet ab alijs. Vide Philippi Berterij Pithanon Commentaria.

128. HÆSERAT.] Inhæſerat, infixa fuerat. Hærere enim conſtantem permanſionem denotat. Maro

atque altè terminus hærens

Ex Lucretio ſimilia his in Relatione Symmachum pro Ara Victoriæ.

129. REPONIT.] Ordine ſuo collocat. In noſtro Codice eſt *reliquit* Nihil mutamus quamlibet ſuſpicari ſubeat latere remotius aliquid Tertium.

130. PROXIME DIIS CONSUL.] Summa felicitas proximum perhiberi Deo. Quarto Conſulatu Honorij.

dijs proximus ille eſt
Quem Ratio, non Ira, movet.

Panegyr. Mallij. CCXXIV. *Sic ſe Dijs ſimillimum jactat Apollonius*, hic is eſt, Tyanæus, Epiſt. LII. Symmachus, lib. X. Epiſt. XXXII. *In rebus dubijs una eſt Salubritatis via, ut divina quæque vel Deo proxima conſulantur.* Id eſt Principes, quorum Poteſtas proxima divinæ. Vide P Lura ad Pan. Mallij & Itinerarium Rutilij Numatiani. De Encomijs Conſulatus, ipſiuſq; Romæ non recoquimus alijs jam propoſita.

131. QUA NIHIL IN TERRIS COMPLECTITUR ALTIUS ÆTHER.] Non ineptum jam collapſæ Vrbis Encomium ſcripſit Hildebertus Cenomanenſis Præſul, quod refert Anglus ſcriptor Gulielmus Malmesburienſis lib. IV. de Vita Gulielmi II. in quo memorabiles hi ſunt verſus.

Vrbs cecidit de qua quicquam ſi dicere dignum
Melior; hoc potero dicere, Roma fuit.
Cura hominum potuit tantam componere Romam,
Quantam non potuit ſolvere cura Deum.
Hic ſuperum formas ſuperi mirantur & ipſi,
Et cupiunt fictis vultibus eſſe pares.

Dicas de magis priſco vate tranſſumtos. Vide Caſſiodorum lib. VII. Epiſt. XV. Lib IX. Epiſt XVII. Lib. II. Epiſt. XXXIX &c. Cætera doctis notata.

133. NEC LAUDEM VOX ULLA CAPIT.] Petroni' de formoſiſſima muliere: *Producit è latebris, laterique applicat meo mulierem omnibus ſimulacris emendatiorem. Nulla vox eſt qua formam ejus comprehendere poſſit, nam quicquid dixero, minus erit.* Vide nos eo loco.

134. LUCE METALLI ÆMULA.] Auro collucens reluceaſque undique. Sexto Conſulatu Honorij, v. L. Notamus alibi.

134. FASTIGIA CONSERIT ASTRIS.] Ob al-

Ob altitudinem molium ſive ædificiorum. Ariſtipes Encomio, horum faſtigia injurias aeris excedere dicit.

καὶ μὴν δὴ ὐδ᾽ ἐπιπολῆς γε κέχυνται, ἀλλ᾽ ἀπεχρῶς ὑπὲρ τὸ παράδειγμα ἐπὶ πλεῖστον ἄνω ἥκει τοῦ ἀέρος, ὡς εἶναι μὴ χρόνος καταλήψει τὸ ὕψος προσεικάσαι, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοῖς τοῖς πρώτοις.

Sic Olympum illam tangere dicunt Sibyllina carmina, licet alia re. lib. VII.

Ρώμη κρατερόθυμε, Μακεδονίην μετὰ λόγχην
Αστράψεις ἐς Ὄλυμπον.

Vide Rutilium Numatianum, & nos ad eum.

135. SEPTEM SCOPVLIS ZONAS.] Tot numero Zonas ſtatuunt nonnulli, alij quinque ſolas. Orpheus Hymno. VI. in Aſtra.

Επταφαεῖς ζώνας ἐφυρώμενοι, ἠερόπλαγτοι,
Οὐράνιοι χθόνιοί τε, πυρίδρομοι, αἰὲν ἀτειρεῖς.

Ovidius. Quinque tenent cœlum Zonæ. Eratoſthenes.

Πέντε δ᾽ αἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρωντο
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεροι κυάνοιο &c.

136. ARMORUM LEGUMQUE PARENS.] Panegyrico Probini. v. CXXVII. Patrona eadem Orbis terrarum. Cicero lib. II. Offic. *Regum, Populorum, Nationum, portus erat & Refugium, Senatus. Noſtri autem magiſtratus Imperatoreſque una ex hac re maximam laudem capere inſtituerunt, ſi provincias, ſi ſocios, æquitate & fide defendiſſent. Itaque illud Patrocinium Orbis terrarum verius quam Imperium poterat nominari* Domicilium Legum Sidonio lib. I. Epiſt. VI. Quo loco videada doctorum Collectanea.

138. EXIGUIS QUÆ FINIBUS ORTA.] Principia Romanæ Potentiæ omnibus notiſſima ſunt. Progreſſus initio lenti, ut primis quingentis annis parum promoverint, ſi cum ſequentis ſeculi augmentis comparare venias, qua de re ex Polybio Zoſimus initio Novæ Hiſtoriæ, Nos ad Auguſtini Civitatem Divinam ex Juliani Cæſaribus.

138. TETENDIT.] Dicas velut ſagena cepiſſe populos, qua rupta exciderunt poſtea Provinciæ & Vrbes. Quomodo non ineptè Conſtantinus Imperator, lib. II. Thematum. cap. I.

ἀφ᾽ οὗ γὰρ ἡ τῶν ῥωμαίων ἀρχὴ τὴν ἑαυτῆς σαγήνην ἐξήπλωσεν εἰς πάντα τὰ τοῦ κόσμου πέρματα, πάντας, ὡς εἰπεῖν, διεσκέδασε πλὴν ἕνα πάντας, ἀρξαμένης δὲ τῆς σαγήνης διασπᾶσθαι, καὶ διαρρήγνυσθαι, ἄλλως καὶ τὰ πράγματα καὶ τὰ ὀνόματα μετεποιήθησαν.

De Amplitudine, Potentia, ubertim notarunt, etiam voluminibus ſingularibus alij: quibus in cumulum velut addi poſſit ſub Claudio Sexageſies Centies, & Quadragies Quater mille civium capita fuiſſe cenſita, ut notat ex Antiquioribus Chronologis Hermannus Contractus. Auguſti ævo Nonagies Centies & Tercenties mille redacta in numerum auctor eſt ex alijs Chronologus Excerptor nominis Incerti libro Secundo ex Idatio, cap. XXXIII. Qui præcedente hoc capite mendoſus eſt priorem numerum ad XLI. C. M. reſtringens. Idem Rhapſodus Cenſum ſub Claudio factum cap. XXXV ad LXIX. Centum & LXX. ultra milla refert, numeris in talibus dubijs. Exſtare notum eſt Monumentum Rerum Auguſti Ancyranum, unde ſub eo certior civium numerus conduci poteſt. Sanè ab initijs Romæ hæc copia immenſum abit, quæ antè Ancyranum, unde ſub eo certior civium numerus conduci poteſt. Sanè ab initijs Roma

hæc copia immenſum abit, quæ antè Annibalis tempora adnumeratis ſocijs civibuſque vix Decies Centum Millia confecit, ut totius Italiæ populum ne cum una quidem natione Aſiæ comparabilem ſcripſerit, qui iſta memoriæ prodit, Diodorus Siculus. lib. I. Sed hæc alibi eventilata. Illud mirari nemini multos quod de copia mancipiorum notarunt Lipſius ad Tacitum, Admirandis, alijque; Ego vero nec tantam eam incredibilem dicam, cum Corinthi, rebus florentibus (at qua contrà Romam civitate?) numerata ſint Quadringenta & Quadraginta ſex Servorum millia, auctore Epitimæo apud Athenæum Libro VI.

τὴν Κόρινθον οὕτως εὐδαιμονῆσαι, ὡς κτήσασθαι δούλων μυριάδας ἓξ καὶ τεσσαράκοντα.

140. DISPERSIT CVM SOLE MANVS.] Potentiam ſuam cum Solaris curſus amplitudine æquavit. Sic Romanus Orbis, Romana dies, in ore ſcriptoribus paris ambitionis. Ariſtides Encomio:

ὅπερ γάρ τις ἔφη τῶν λογοποιῶν περὶ τῆς Ἀσίας λέγων, ὅσην ὁ Ἥλιος πορεύεται ταύτης πάσης ἄρχειν, ἄνδρα ἕνα, οὐκ ἀληθῆ λέγων, εἰ δὴ πᾶσαν Λιβύην καὶ Εὐρώπην ἐξαίρετον ἐποιεῖτο τῶν ἡλίου δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν, τοῦτο νῦν ἐξενίκησεν ἀληθὲς εἶναι τὴν ἴσην τε ἡλίου πορείαν εἶναι κτῆσιν ὑμετέραν. καὶ τὸν ἥλιον διὰ τῆς ὑμετέρας πόλεως πορεύεσθαι, &c.

quæ vide, erunt enim inſtar omnium.

141. PUGNAS.] Bella, quæ duella olim Sic *prælia* ſæpè Septiminus in Hiſtoria Belli Trojani, ſcriptor Symmachianorum noſtrique temporum, quem ad membranas repexum infinitis gloſſis mendiſque exoneravimus.

143. NUMQUAM SUCCUBUIT DAMNIS.] Horatius verbis Annibalis.

Dixitque tandem perfidus Annibal.
Cervi Luporum præda rapacium,
Sectamur ultrò quos opimus,
Fallere & effugere eſt triumphus.
Gens quæ cremato fortis ab Ilio,
Iactata Thuſcis æquoribus, ſacra
Natoſque, maturoſque patres
Pertulit Auſonias ad urbes.
Duris ut Ilex tonſa bipennibus,
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipſo
Sumit opes animoſque ferro, &c.

Rutilius Numatianus libro I. ad Romam.

Adverſis ſolemne tuis ſperare ſecunda
Exemplo cœli ditia damna ſubis.
Aſtrorum flammæ renovant occaſibus ortus,
Lunam finiri cernis, ut incipiat.
Victores Brenni non diſtulit Allia pœnum,
Samnis ſervitii fœdera ſava luit.
Poſt multas Pyrrhum clades ſuperata fugaſti,
Flevit ſucceſſus Annibal ipſe ſuos.
Vtque novas vires fax inclinata reſumit,
Clarior ex humili ſorte ſuperna petis.
Illud te reparas quod cætera regna reſolvit.
Ordo renaſcendi eſt credere poſſe malis.

145. POST CANNAS MAJOR.] Florus Panegyriſtæ Hiſtoricus: *Magna populi Romani Fortuna, ſed ſemper malis major reſurrexit.*

146 MVRVMQVE FERIRET HOSTIS.] Alluditur Annibal ad Portas.

148. ALIO

148. ALIO ORBE.] Eatenus incognito. Vide Notata ad Rutilium.

150. IN GREMIVM VICTOS QVÆ SOLA RECEPIT.] Ut aleret, tneretur ſuis civibus adſcriberet, diligeret, foveret; contrà mores tyrannotnm. Prudentius eadem re:

Vivitur omnigenis in partibus haud ſecus, acſi
Congenitos cives concludat Legibus unis.
Vrbs patria, atq; omnes lare conciliemur avito.
Diſtantes regione plaga, diviſaq; ponto
Littora, conveniunt nunc per commertia, & artes
Ad cœtum celebrem: nunc per genialia fulcra
Extremi ad jus connubij; nam ſanguine miſto
Texitur alternis ex gentibus una propago.

Seneca lib. II de Ira. cap. XXXIV. *Quod hodie eſſet Populi Romani Imperium, niſi ſalubris Providentia victos permiſcuiſſet victoribus?* In Prudentio legendum *Exter adit jus conubij* De quo alibi.

151. HUMANUMQUE GENUS.] Altero in Rufinum CCIX. Vide docti viti notas ad Symmachnm lib. V. Epiſt. XCIV. Sequentia ad verbum ferè ſecutus Rutilius, ad quem & nos in viſe.

152. MATRIS NON DOMINÆ RITV.] Exſerto ubere. Symmachus libro II. Epiſt. VII. Vbi famem Gildonianam deplorat. Ariſtides Encomio: *Vt in ſingulis ſit urbibus, ita vos in orbis totius tamquam Vrbis unius adminiſtratione Imperatores velut per comitia conſtituitis, qui proſint & provideant populo, non qui dominentur.* Inde Mater Roma verò vocabulo. Dionyſius Alexandrinus, Periegeſi.

ῥώμην τιμήεσσαν, ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων,
μητέρα πασάων πολίων, ἀφνειὸν ἕδεθλον.

Vide multis aureolum Plutarchi librum de Fortuna Romanorum.

152. CIVESQUE VOCAVIT QUOS DOMUIT.] Sanè vero. Vlpianus lib. XXII. ad Edictum: *In Orbe Romano qui ſunt, ex Conſtitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti ſunt.* Libertis poſt omnibus plenum jus civitatis dedit Juſtinianus novella LXXVIII. Notarunt ubertim alij.

155. PATRIIS REGIONIBUS.] Roma omnium communis Patria, in qua nemo niſi ſervus aut barbarus peregrinabatur. Sidonius lib. I. Epiſt. VI. Vbi Collectanea docti enarratoris conſule.

156. SEDEM MUTARE LICET.] Ubique inventa patria. Unam per omnia diffuſam laudat, ut retinere potueris civitatẽ, quocunq; loco etiam habitatum te mœnibus ejus extuliſſes.

156. CERNERE THULEN.] Extremam regionem dicere vult, ut mediarum facilima habitatio, ſalvo jure Civitatis Romanæ, pateſceret. De Thule non protrita nos alibi, & Philoſtratus ſuo Apollonio.

157. HORRENDOS RECESSUS.] Barbarie omni expulſa, & moribus Romanis ſubdita omni regione. Receſſus, extremæ regiones. Rutilius ad Romam:

Te, dea, te celebrat Romanus ubique receſſus.

159. CUNCTI GENS UNA SUMUS.] Prudentius verbis jam poſitis. Rutilius ad Romam:

Vrbem feciſti, quod prius Orbis erat.

Ariſtides. *ὥσπερ μία χώρα συνεχὴς, καὶ ἓν φῦλον ἅπαντα ὑπακούει σιωπῇ.*

160. LUXURIES VITIIS.] Otium Reges prius & beatas Perdidit Vrbes. Pulcrè Gratius Cynegetico:

Nec luxus alios, avidæve impendia vitæ
Noſcant: hæc magno redit indulgentia damno.

Nec mirum: humanos non eſt magis altera ſenſus.
Tollat ſe Ratio, & vitiis adeuntibus obſtet.

Sic emaculandus locus, parum vulgò intellectus.

Hac illa eſt Pharios qua fregit, noxia, reges,
Dum ſervata cavis potant Mareotica gemmis,
Nardiferumq; metunt Gangem, vitiisq; miniſtrant.
Sic & Achamenio cecidiſti Lydia Cyre.
Tu quoque Luxuria victas dum colligis arteis,
Et ſequeris demens alienam, Gracia, culpam.
O quantum & quoties decoris fruſtrata paterni.

Juvenalis, Sat. VI. Cauſſis ruentis Imperij.

Nunc patimur longa pacis mala, ſavior armis
Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur Orbem.

162. MALE SVB LIMES.] Inconſultè, improvidè. Prudentius Ham.

ſuadelis ſe malè fabris Illectam ſuaſiſſe viro

Idem. *Vt bibat illecebras malè conciliata voluptas.* ad Nemeſianum. Hiſtoriæ Græcanicæ omnibus notæ.

164. TULIT.] Abſtulit. Sidonius:

Nulla tamen fuſo prior eſt Gerione pugna,
Vni tergeminum cui tulit ille caput,

165. HÆC AVGVRIIS FIRMATA SIBYLLÆ.] Eadem Symmachus Relatione. Fabulæ Idolorum notiſſimæ, nec hic repetendæ.

167. ANIMATA.] Inſpirata. Cultus enim Numinis Anima Salutis in Republica. Et membris fortibus mentem infudit velut Sapientia Numæ. Etiam fiducia in Deos hoc verbo indicatur.

170. EPIDAVRIVS HOSPES.] In Draconis effigie Aeſculapius Epidauro Romam advectus Vide Ovidium, lib. XV. Serenus.

Qui colis Aeginam, qui Pergama, quiq; Epidaurum,
Qui quondam placidi tectus ſub pelle Draconis,
Tarpeias arceis atque inclutа templa petiſti,
Depellens tetros præſenti numine morbos.

In noſtro Codice iſta Claudiani ſic concepta viſuntur.

Huc depulſurus morbos Epidaurius ultrò
Reptavit tacito tractu; vectumque per undas
Inſula Pæonium texit Tiberina Draconem.

174. CUM SUPERIS.] Pari, dicere vult, dexteritate. Ennius *volentibus cum magnis Dijs* Locutio pulcra, paritatem inferens. Papinius de Equo principis.

nec tardo raptus propè flumina curſu.

Arnobius lib. III. *Vt in terreſtribus regnis neceſſitate nulla compellimur, regalibus in familijs conſtitutos nominatim cum principibus adorare.* Hoc eſt pari cum Regibus veneratione. Alia in Adverſariorum Libris.

175. CLYPEO.] Tuitione armata. Ad Libros in Rufinum.

176. PRÆCIPVEQVE TVAM.] Qui tam præclarè ultra priorum merita eam tueris. Vides acutè Eucherium Romano nomini inſerere, qui Stiliconem, utpotè Natione Barbarum, nulla fronte poterat. Sequentia jam participem Imperio puerum augurantur.

179. SVSTVLIT.] Vt Conſulatu III. v. XXVIII.

180. VENTVRI FATI.] Non clam neque obſcurè Imperij ſucceſſionem Eucherio ſpondet. Et cui poterat per Occidentem melius digniusq; improli Honorio? Idem ſentit Oroſius machinatum Stiliconem cum ſcribit, ut unum purpura puerum indueret totius generis humani ſanguinem dediſſe. Omni Romano generi ſuperſtitem voluiſſe clamat

Ruti-

Rutilius Numatianus, Calumniam infundans Proſcriptionibus publicis.

180. TOTO PIGNORE.] Noſter Codex tanto Vt & Andreæ Schotto collati, cum ijs quas editione ſua expreſſit Aldus. Bentiniani toto pectore. Mihi noſtri Codicis lectio non diſplicet, non tamen placet ut mutādam in me recipiam alteram. Vide Adverſar. libro CLI. cap. XII. Et Lib. CLIV. c. XIV.

183. HINC PRÆLIA SVMSIT.] Pletiq; ſcripti libri Hic Quod præferam. Sumere, ſponte ſuſcepiſſe indicat. Petronius de Cæſare :

Gallica projecit civilia ſuſtulit arma.

185. DONO CONCESSIT AMICIS.] Exempla vide in Armis Romanis ab Alberico Gentili expenſis, lib. II. cap. XI.

187. FUDIT.] Copia plena; alibi his Commentarijs.

189. EGIT.] Nemo peregit, omnibus licet obſequijs annixus.

189. DOMINUM PATREMQUE.] Roma Patrem Patriæ Ciceronem Libera dixit. Miranda felicitas Barbaro, Patrem & Dominum ſimul Romanorum perhiberi, cum veteribus moribus nec toleraſſe eos ut liberi parentes hoc nomine adblandirentur, ſcribat in Epiſtolis Marcus Brutus.

190. RESONANT CONVEXA.] Plauſu populi, voce Procerum: de quibus latè libro præcedente.

191. MAVORTIA PLEBES.] Populus Romanus. ῥώμα θυγατὴρ Ἄρεως. Suprà.

192. BRUTO NON INDIGNANTE.] Expulſore Tyrannorum, inductore Libertatis Romanæ, à quo Dominorum nomen Romæ inauditum Recepiſſe Romam, velut perditam, laudat Manilius, lib. I. *Romamque Camillus*

Servando poſuit, Brutuſq; à Rege recepta
Conditor, & Pyrrhi per bella Papirius ultor.

195. EXSVLTANT AVIDI.] Formam Stiliconis commendat fine Nuptiarum Honorij, & ſuperioribus hic libellis.

197. DILECTO VULTU.] Secundo Panegyrico. V. CLXXX.

quis devius eſſet
Angulus aut regio, qua non pro numine vultus
Dilectos colerent, talem niſi ſemper honorem
Reſpueres?

198. CIRCUM.] Circum Maximum ad Spectacula Venationum, Curſuum.

198. TRABEIS FULGENTIBUS.] Auro ductili texoque.

198. SOLIO EBURNO.] Sella Curuli. Alibi de Honorio.

ſolio fultus geniteris eburno.

200. JURE. [MAGiſtratus inſignibus, officioq; jus dicturi. Habitum jus dicentis ab eo ſeparat quo crimina puniebantur. Quarto Conſulatu pariter eum Magiſtratum Honorio initum memorat.

Firmatur Senium Iuris, priſcamque reſumunt
Canitiem leges, emendanturque, vetuſta,
Succeduntq; nova.

201. CIRCUMFUSA.] Vide doctiſſimi Lipſij Admiranda lib. III. cap. VIII.

202. CERTA FUERE GAUDIA.] Non adulandi ſtudio, non ambitione extorta; vera, ingenua, ſolida, certa.

204. DUCI SACRAS VICTORIA PANDERET ÆDES.] Joannes Bocatius lib. III. Genealog. Deor. *victoria panderet Alas* producit. Quam ſcripturam miror non attendere ullos Codices, cum ſit veriſſima,

205. AMICTA TROPÆIS.] Noſter Codex.

O palma viridi gaudens, & amicta Tropæis,
Cuſtos Imperij Virgo.

Quam Lectionem non adſpernet. *Amicta*, cincta, incincta undiq;. Ut *circumdare famam alicui principatus* dixit Tacitus Hiſt. IV. *Ibidemq; ſupremerum imaginem alicui circumdare.* Quam cum omnes etiam libri tueantur

non

non mutem in ſententiam Symmachiani interpretis, viri induſtrii, optimi, doctiſſimi.

206. CUSTOS IMPERII.] Tutela, tutrix. Horatius ad Auguſtum Optimæ Romulæ Cuſtos gentis, abes jam nimium diu. Ennius.

ô Romule, Romule, dic ô

Qualem te patriæ cuſtodem dij genuerũt.

Sic Animarum Cuſtodem Servatorem vocat Arnobius lib. I. *Sic Rerum Cuſtodem Naturam* Manilius, Octavium Cuſtodem Illyrici. Lucanus lib. IV. *Cuſtos Domus*, qui ejus ſervandæ cauſſa inhabitat apud Antoninum Imper. L. I. Cod. de Repud. Hęredit. *Quæ adſcripſi*, ne quis lectionem Claudiani mutet, quod fecit Carippi Scholiaſtes.

207. VULNERIBUS.] Quæ intulit Senium Vrbi & Romanis rebus. Et demis Laborum ſenſum; hoc eſt tanta es dulcedine ut omnis Labor reſpectu tui vaneſcat, vileſcat, pro nullo prorſus habeatur.

208. DICTAEÆ] Quam Bacchus Ariadne puellæ Cretenſi paravit.

211. FESSI MULCES SUSPIRIA MARTIS.] A perpetuis belligerationibus quibus eum aſtringunt Poetarum filij. Alludit ur Venus Lucretiana initio.

213. STILICO TU A SÆPIUS ORNET.] Videtur in favorem Victoriæ ſigni ſcribere, quod priſca ſuperſtitio tuebatur, evertere volebant de Curia Romana Chriſtiani. Stilico quidem ipſe his addictus; at Eucheriũ filium adeo infenſum faciunt Oroſius atq; alij, ut inde à puero ſit perſecutionem admolitus. Lib. VII. cap. XXXVIII. *Comes Stilico Eucherium filium ſuum, ſicut à pleriſq; traditur, jam inde Chriſtianorum perſecutionem à puero privatoq; meditantem in Imperio quoquo modo ſuſtinere nitebatur.* In hujus igitur gratiam, perq; eum parentis paganus, pervicaci modo fuerit Claudianus.

214 TEQVE REDVCAT.] Potitus te, profligatis hoſtibus. Sed & ſigna Victoriç habebant in exercitu priſci Duces. Eadem dono oblata ob primitias ſive auſpicia Imperij Principibus, exemplum apud Ammianum libro XXVIII. In *Circo iidem* poſita Spartianus Severo.

216. PLACIDIS TE MORIBVS EGIT.] Semper mitis & clemens fuit in Victoria. Alibi monet Claudianus: Sæpius incauta nocuit Victoria turbæ. Clementiam Stiliconis ubiq; commendat.

219. VEXAT LEGIONIBVS VRBEM.] Vexare eſt ejus qui poteſtatem in aliquem habeat. Cicero Catilin I. *Tantum profeci tum, cum te à Conſulatu repuli, ut exſul potius tentare, quam Conſul vexare Remp. poſſes.* Caſtra legionesq; aliorum principum urbem ferè integram renuiſſe notum.

221. SOLO MUNITUS AMORE.] Ad cujus tutelam & munimenta nihili omnia cętera armorum & militaris virtutis. Vide ad IV. Cons Hon.

223. NEC PARCUS OPUM.] Non parcus, nec prodigus tamen. Poſtquam edidit Spectacula, majora beneficia in militem & plebem reſervat genero. Non vult ſumtibus in militem & populum Romanum profundendis privatum modum excedere, ne præjudicare videatur Principibus: Intricatior quam pro auctore locutio hoc modo trajectione unius verbi expediatur.

Magnarum nec parcus opum, geminas profundas
Diſtulit impenſas. Et poſt miracula caſtris
Edita vel Romæ, genero majora reſervat.

Miracula ſunt militi & populo oblata atque condonata Spectacula. Sic alibi hoc libro de Elefantis.

patulos exarmat hiatus:
Ipſos quin etiam, nobis miracula, vellet
Ducere, ſed pigra cunctari mole veretur.

Panegyrico Manlij Theodoti.

miracula plebi.
Colligite, & nomen claris celebrate tropæis.

226. AU-

226 AURATOS RHODIIS IMBRES.] Figmentum Homericum ejus Interpretibus alijsq; Mythologis enarratum.

227 JAM PULSANTE FEMUR.] Jam prodire inde geſtiente. In Noſtro eſt *jam Laxante* Nihil mutamus.

229. VOTIQUE FAMEM.] E voto natam; Cum etiam cibi in aurum commutarentur. Notæ omnes fabellæ, nec iſthic enarrandæ.

234. PAR DONIS.] Contemtor pretij, nec parcè donans nec ut ambitioſè.

235. VILI PRO PONDERE.] Evileſcente pondere. Non ad libram, ſed ingenti copia; ſimilimè laudat Olybrium & Probinum fratres Conſules. Contra Pacatus infamiam notat in Maximo tyranno qui conquirendis ad pondus ſpolijs ipſe ſteterit ad librã, & exegerit omnia pallens & æſtuans: *Spes inter hæc nulla prædonis explendi: coacta publica egeſtate divitia, aviditatem jejuna mentis acuebant. Stabat ipſe purpuratus ad lances, & momenta ponderum, nutuſque trutinarum pallens atque inhians exigebat.*

242. INVIOLABILE.] Virgineum, Pudicum, caſtum, quales Comites Dianæ. Vide Hymnum in eam Callimachi. Violare propritim ad læſam virginitatem ſpectare notat Varro lib. V. de LL. & Nos alibi.

243. HUMEROS ET BRACHIA.] Exſertæ ad pugnandum in belluas. Juvenalis.

Mævia Thuſcum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

245. INCOMPTÆ PVLCRÆQVE.] Ut mille locis Scriptorum Amatorium; quibus commendatio puellarum in contemtu ornatus.

246. PULVERULENTA.] A pugna ſilveſtri. Pulvis enim Belli indicium. Claudianus noſter alibi.

grato reſperſus pulvere belli.

247. CRUDA VIRGINITAS.] Infeſta Veneri, non blanda. Horatius.

adhuc protervo Cruda marito

Fingit tales quæ aſpectu ſint puellari & maſculos qualem Minervam proponit Orpheus ejus Hymno.

Ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς, πολεμάτοκε μῆτι.

247. DVO CINGVLA.] Altius cinctæ, ad expeditiorem operam.

251. IGNEA.] A curſu perniciſſimo. Virgilius, lib. XI.

pernicibus ignea plantis
Tranſit equum curſu.

255. DELOS.] In gratiam, ibi regnantis & natæ Dianæ.

257. EXERCITUS.] Omnes copiæ hoc nomine cenſentur. Sic exercitus Amorum alibi. Par ratio Populi, plebis, &c.

260. CASTO FLVMINE.] Ob notam Spartanarum Pudicitiam.

265. AB ORBE.] Omni orbis parte. Neptunus primus equum domitor. Viſe interpretes Maronianos. Male alii ab Vrbe.

266. NVLLA.] Non. Quam omnino nullum otium det celebrandi iſtum Conſulem Muſicæ ſuę Apollo. Sic Comici, Higinius, alij.

273. DVCENDAQVÆ.] Vivæ ad Spectacula Stiliconis exornanda.

274. MONSTRIS.] Inuſitatæ magnitudinis feris. Supra. Calpurnius Eclog. VII.

Nec ſolum nobis ſilveſtria cernere monſtra,
Contigit.

277. ÆSTVS.] Arenas æſtuoſas. Syrtes deſcribuntur à Salluſtio. Loca æſtuoſa Africæ à Lucano, lib. IX.

282. POSITA FORMIDINE.] Captis Feris latrocinantibus. Inf. CCCXXXVII. In Codice noſtro eſt *laudet formidine paſtor* Non inepte.

284. PARENT NVMINIBVS MONTES.] Libri noſtri omnes agnoſcũt hũc verſum, qui tamen extra controverſiam gloſſema eſt, nec agnitus libris Cujacianis. Camers edidit:

Parent muneribus montes, ut Legib. urbes.

Qua lectione aliqua mens reddatur. Munera ſint ſpectacula, quibus ad Stiliconis obſequiũ non minus pateant montes, quam ejusdem legibus urbes. Eandem Lectionem habet Vicetina vetus editio. In ſcripto libro Delrij varia ſcriptura retulit *vulneribus montes*. Sententia noſtra eſt inſititius verſus, tamen reducta Codicis lectione, additaque emendatiuncula non ineptè legas.

Depoſita laudet formidine paſtor,
Securiq; canat Stiliconem fiſtula ſilvis,
Parent muneribus montes, cui legibus urbes.

Conſuli nimirum. Laudes ejus orbem tranſire autumat, ut in Feſcenninis.

Has vox per populos, per mare tranſeat,
Formoſus Mariam ducit Honorius.

285.] CERVI JUGALES.] De vectura Lunæ vide Commentarium Delrij ad Senecæ Hippolytum.

287. DECVS ESSE DEÆ.] Ut eſſent. Vide ad Adpulejum, & Libros in Rufinum.

288. PRIMI SVB LVMINE COELI.] Cum primum Luna cœlo illuxit.

289. FÆCVNDIS LVNA CAVERNIS] Ex eorum opinione qui Lunam habitabilem animantibus crediderunt. Sic aliæ Poetis feræ ibidem natæ. Auctor Laudum Herculis, noſtri Opuſculis inſitus.

Taurus medio cum ſidere Lunæ
Progenitus. Dictæa Iovis poſſederat arva.

Epimenidis locum notavit Joſephus Scaliger ad Ceirin, Achillis Tatij & Senecæ, Angelus Politianus, duo duorum Seculorum Soles, in Miſcellis. Divina tantum non ſunt quæ in noſtro hic ſequuntur.

296. VARIÆ FORMIS ET GENTE.] Junxit duas canum notas; ad Patriam enim & Formam legebantur. Vide Xenophontis, Gratij, Oppiani, Nemeſiani, Cynegetica.

298. INGENIOQVE.] Natura. Ingenium eſt naturalis potentia ad videndum diſcendumq; res, ut Julius Severianus Rhetor definit. Quæ ſane diverſa in canibus. Gratius.

Mille canum patriæ, ductiq; ab origine mores
Cuiq; ſua.

Quæ nominantur patriæ ex obvijs auctoribus petendæ.

300. CRESSAT.] Canes Cretenſes. Quos pugnaces vocat Seneca initio Hippolyti.

301. TAURORUM FRACTURÆ COLLA BRITANNÆ.] Britanni canes, nũc granditate notiſſimi. Olim quoq; fuiſſe notat ex hoc noſtri loco & Strabone J. Brodæus, vir doctiſſimus, ad Oppian: li. I Cynegeticon.

303. AGIT.] Verſat, excutit, exigit. Ut ἄγειν ἢ φέρειν. agere & ferre. Nihil reliquum ſibi facere ad omnia exigenda, differenda, auferenda.

304. GERMANORUMQUE PALUDES.] Nobiliſſima cultiſſimaq; regio hodie, paludibus olim inſeſſa. Feſtus Avienus Periegeſi Dionyſiana.

Italidum vi
Mœſta paludivagos Germania flevit alumnos.

Contra loca olim feliciſſima, hodie aſpera, & non agnoſcenda ſterilitate priſcis cultoribus, ut Palæſtina.

305. ARVNDINE RHENI.] Amnis olim arundineris obſitus, hodie cultiſſima loca permeans. Ovidius lib. III. de Ponto.

Squallidus immittat fracta ſub arundine crines
Rhenus, & infectas ſanguine portet aquas.

307. NVBIFERAS ALPES.] Ut ſuſpicientibus videntur vicina cœlo Alpium juga quibus Italiam natura vallavit, Mamertinus Genethliaco.

310. INFORMES URSOS.] Comparatione aliorum. Oppianus.

Ἄρκτοι δ᾽ ἀγελαῖδες, φόνιον γένος, αἰολόβουλον
Λάχνῃ μὲν πυκινῇ συσπαίπαλοι ἀμφιέσαντο,

Mox

Μορφὴν δ' οὐκ ἀγαθὴν παταμειδή-
ποισι προσώποις.

312. JAM FRIGORE SEGNES.] Vide Eumde Cyneg III.V.CLXXIV.

314. CYRNÆIS.] Corſica Cyrna Græcis, Cyrneæ oræ Rutilio Numatiano, libro I. Ager peſſi: us, circuitu habẽs ſtadia MCXX. Higinus cap CCLXXVI.

316. PUMPAM.] Ornamentum tantum ſpectaculi cauſſa quæſitum. Diſtinctio ſequens ingenioſiſſimè omnia ferè Quadrupedum genera complectitur, qualium imitatio corrupit ſequentium Poetarum ſtilos.

323. IGNIS DOMIBUS.] Caveis ligneis. Petronius Aulas vocat, immani luxu etiam inaurari conſuetas adjiciens,

premit advena claſſis
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanum, populo plaudente, cruorem.

Nota Commentaria doctorum de Venatione & Circo.

329. MONTANI TRIUMPHI.] De ſpolijs ſilvarum & montium. Quanta ambitione paratæ feræ docent Symmachus, Appulejus alij. Mirificum ſcriptoris ingenium tanta varietate rerum egregiè elucet. Infrà quod longè ſequentium Temporum omnis Poeſis conſtitit.

330. SOLLICITIS JUVENCIS.] Natura enim bruta etiam animantia hoſtes ſuos agnoſcere facit. Et alioquin humana ijsdem donant Poëtæ. Papinius, lib. VI. de vacca.

Nunc vallem ſpoliata parens, nunc flumina quæſtu,
Nunc armenta movet, vacuosq; interrogat agros,

331. QUIBUS.] Quorum ſimilibus, genere.

332. PAVIDI TEMONE RECEDUNT.] Quantum poſſunt. In noſtro libro eſt *TEMONE* Reducunt. Dicendum verò erat quoties converſi Reſpexere More Poetarum propinqua verba commutandi, de quo multis infrà.

335. HESPERIDAS.] Mauritanas Nymfas, quales nobiles ibi aureis olim malis hortos coluerant.

337. NUMQUAM IMPUNE.] Secuta de proximo ſtrage pecorum. Genera capiendarum ferarum mox recenſentur Ignis, Foveæ, foſſæ pendens præda. Ea illuſtrant hic Commentarij; doctiq; ad Oppianum.

339. TÆDÆ ARDENTES.] Timòr etiam generoſiſſimorum animalium. Exempla in Oppiano, Alexandri Problematis, alibi. Inde eſt quod Furijs hæc arma dederunt. Poëtæ primùm, poſt & alij; ut in Neronis ſeriis rebus Suetonius cap. XXXIV. *Sæpè confeſſus exagitari ſe materna ſpecie verberibus Furiarum ac tædis ardentibus.*

340. STRATA SUPERNE LAPSURO VIRGULTA SOLO.] Fovea tecta virgultis, quæ pro terra ſolida calcantes feræ ferantur in cavum. Exemplum in ſuaviſſimis Poemenicis Longi. Igni & fovea antiquiſſimam capturam docet Lucretius lib. V.

Nam fovea atque igni prius eſt venarier ortum
Quam ſepire plagis ſaltum, canibusque ciere.

340. VOCIBUS HOEDI.] Qui noto clamore ad prædam convocaret fame furentes belluas. Silius Italicus, lib. VI.

Haud ſecus ac ſtabulis procurans otia paſtor,
In foveam, parco tectam velamine frondis,
Ducit nocte lupos poſita balatibus agna.

341. ULTRO SE VOLUERE CAPI.] Blanditiæ, quales apud Martialem Spectaculis, Noſtrum Epithalamio Honorij. alios. Feſcenninis.

Telis jacebunt ſponte tuis feræ,
Gaudensq; ſacris vulneribus Leo
Admittet haſtam, morte ſuperbior.

344. RESERANT.] Cratibus ante clauſa

& à ferarum incurſu munita. Calpurnius, Ecloga prima.

licet omne vagetur
Securo cuſtode pecus ; nocturnaque paſtor
Claudere fraxinea nolit præſepia crate.

345. VIRI[?]ES PARDOS.] Glaucis & viridantibus maculis ſparſos. Glaucus viror in oculis notus, Pardorum autem maculæ oculi, qui virorem glauci referunt. PLinius, lib. VIII. capite XVII. *Panthera & Tigris macularum varietate ſola beſtiarum ſpectantur: cæteris unus ac ſuus cujusq; generis color eſt, Leonum tantum in Syria niger. Pantheris in candido breves macularum oculi.* Scribendum arbitror *in candido virides* Hoc eſt virentes.

347. SECTI FERRO IN TABULAS.] Teſſeras eburneas dicit, quibus inſcriptum Conſulis nomen; vel eburneos pugillares dicit, qui inter cætera munuſcula conſulibus novis elargiti in populum. Vide collecta doctiſſimo Symmachi Scholiaſtæ libro II. Epiſt. LXXXII. Talibus erant tabellis inſcripti Faſti, hoc eſt nomina Conſulum, qui magiſtratum inibant tum. Sidonius libro VIII. Epiſtol. VI. *Adhærebam ſellæ curuli & proximè Conſuli proximus eram. Itaque ut primum brevi peracta, nec ſportula brevis, datique faſti, acclamatum eſt ab omni Galliæ cœtu primoribus advocatorum, ut feſtivitate præventas horas antelucanas, congrua meritorum faſcium laude honeſtarent.* Vide eo loco doctiſſimos Jacobi Sirmondi Notas. Iſtæ autem eburneæ teſſeræ conſtitutione principum dari erant vetitæ alijs quam Conſulibus. Imppp. Valentinianus, Theodoſius, Arcadius L. 1. C. Theod. De Expenſis Ludorum. *Illud etiam conſtitutione ſolidamus ut exceptis Conſulibus Ordinariis, nulli prorſus alteri auream ſportulam, & Dypticha ex ebore dandi facultas ſit, cum publica celebrantur officia, ſit ſportulis nummus argenteus, alia materia dypticis.* Claudianum de Tabulis teſſeris ve capias ſimul, Ita enim conſiderate verba ponit, ut utrumque ſtudio indicare voluiſſe videatur.

349. STUPOR OMNIBUS INDIS.] Rectè qui corrigunt *Amnibus* Fluvij enim in talibus, ut hominum Deorumque medij maximè in ore Poetis. Et notum ad amnes aquatum convenire de latibulis belluas. Rex Propheta Pſalmo CIV. Plinius libro VIII. capite XVI. Nemo præter Stephanum Claverium ex Libris Cujacianis, veritatem hic attendit.

352. PENITUSQUE CRUENTIS.] Ex ipſa uſque cranij propagine. Galenum vide in Anatomicis notarum hic M. Antonio Delrio.

353. EXARMAT.] Ferarum armis evulſis ſic ſæpè locuti ſcriptores. Valerius Flaccus libro VIII. de Ignivomis Tauris. *alium dehinc turbida Colchis exarmat, lentumque effert, timideque minantem.* Manilius, lib. IV. *Exarmare Tigres, rabiemque auferre Leoni.* Silius Italicus, libro I. *Nec non ſerpentes diro exarmare veneno.* Calpurnius, Ecloga V. *ipſe videbis Serpentum: cecidiſſe minas, non ſtringere dentes ulla poteſt uncos, ſed inani debilis ore Marcet, & obtuſe jacet exarmata veneno.*

355. CUNCTARI MOLE.] *Moles*, omnis res difficulter movenda. Valerius Flaccus lib. VI. *Molem belli* vocat Ariasmenum, &c.

356. AMPEXA.] Male mutant. Ex hoc enim ex mole monſtri quod ægrè navi capitur.

357. JACIT.] Scribe *IACET* cum omnibus libris. *Iacere caudam*, ineptum. Apud Scaligerum putes Typographum peccaſſe; niſi ea Editio ſit notæ cautionis.

360. TERRENAQUE NEREUS.] Optimè ſic Libri. Ineptè alii *Tyrrhena* Monſtra κατ᾽ ἐξοχὴν marini piſces.

364. INSUDANT.] Plerique ſcripti *Aſſudant* Bacchi comitatus Satiri, Sileni, Bacchæ, Fauni, idque genus Semidei. Vide Strabonem lib X. Nonnum Dionyſiacis, Palæphatum, Higinum, Apollodorum, Platonem, Lucianum

365. BROMIOS REMOS.] Ineptè ſic libri nonnulli, quod item probaſſe Scaligeri recen-

recenſionem mirot. Rectè ex Cujacianis editum pronos velut ſentientes Deum quem veherent, ducique cupidos.

367. EBRIA SERPENS.] Indicans blando quodam veneno Bacchi munera infecta eſſe, quæ mentem quodammodo intoxicent. Sic vinum à Syracide ſuave potu, poſt pungens viſcera inſinuatur. Vide eum, & cap. XXXII.

369. LYNCES ET TIGRES.] Bacchi pompæ ſacrum utrumque animal. Papinius, lib. IV.

Liber pampineos maternæ ad mœnia currus
Promovet, effrenæ dextra lævaque ſequuntur
Lynces, & udamero lambunt retinacula tigres.

Cujus verba expreſſit ad marinam pompam Claudianus.

369. INSOLITÆ.] Melior, magiſque Poetica lectio Cujacianorum librorum. *inſolitas* Quæ ipſis etiam Bacchi carbaſis aliquid peculiare appingat. Tribus his Libellis ordini ſuo relictis, qui Tertius intercedere ad tempora debebat, Quartum nunc addemus Laudum Stiliconiarum, ſecuti Aldinos Codices, qui de Bello Getico vulgo inſcribitur: Laudes autem ejuſdem Herois ipſemet agnoſcit ſibi materiem, cum verſu ſtatim decimono exclamare legatur,

Quæ tibi pro tanti pulſo diſcrimine Regni.
Sufficient Laudes, Stilico?

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI,

DE LAVDIBVS STILICONIS LIBRVM QVARTVM, QVI BELLVM GETICVM INSCRIBITVR,

Animadverſiones.

AD PRÆFATIONEM.

LIber iſte ſine contcoverſia argumẽtum habet generale Laudes Stiliconis, ſpeciale Bellum ſive Victoriam ejuſdem Geticam, Alarico Gothorum Rege ad Pollentiam ſuperato. Recitatus in Aula ipſa Stiliconis. VI. Conſ. Hon.

arma Getarum
Nuper apud ſocerum plectro celebrata recenti.

Eodem loco & conſulatum Stiliconis, & Gildonem victum decantatos docet hoc carmen. Gothos & Getas eamdem gentem docere nihil attinet. Paullus Oioſius lib. I. cap. XVI Jornandes Orig. Get. Gulielmus Gemiticenſis lib. I. de Duc Norman. cap. II.

V. I. RESIDES ANNOS.] Clementiore nota inertiæ. Auſonius Epiſt. XXV.

blando reſidem ſermone laceſſit.

Servius, Aen. I. *Reſides, inertes. Reſides* ſanè milites inertes & pigros, dicuntur, ut Aen. VI.

reſideſque movebit
Tullus in arma viros.

Unde contra inſtantes dicimus induſtrios. Vox pulcra, nec uni de Græcia æquabilis. Tempora non indocte ſubnotarunt alij.

V. I. VELUT EXCITA SOMNO.] Veterno quodam ſeu ſopore, in quem lentum ducit pigrities. Auſonius Epiſt XIV.

Pelle ſoporiferi ſenium nubemque veterni.

Sic Experientiam rerum ſegnia ingenia velut ſomno excitare dicit Nicefotus, bonæ mentis auctor, initio Hiſtoriæ.

ἄνθρωποι οὔτε δραστήριοί τινες τὴν φύσιν οὔτε πολιτικοῖς τισι πράγμασι συμμίξαντες, ἵνα τινὰ καὶ πρακτικὸν ὀφθαλμὸν ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς παράσχοιεν, καὶ κρείσω ἐμπειρίαν πεπορισμένην, ὑφ' ἧς ὁρῶμεν πολλοὺς καὶ τῶν πάνυ νωθεστάτων εἰληχότων τὴν φύσιν ἀφυπνιζομένους, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἀνεγειρομένους ὀψέποτε, καὶ εἰς ἀστειότητα μεταποιουμένους, &c.

3. ROMANIS CHORIS.] Publicis gaudijs. Alibi Nec minor in cœlo chorus eſt. Romæ ergo hæc recitaſſe Claudianum concluſeris.

4. PYTHIA DOMUS.] Apollinis Templum quo Stiliconem Romæ divertiſſe aut certe prope id teſtatur lib. II. Supra.

Spectabunt cupidæ matres, ſpargentur & omnes
Flore viæ, ſuperet cum Pythia limina Conſul.
Arduus, antiqui ſpecies Romana Senatus

Conſtat Auguſtæ Aulæ Templum Apollinis fuiſſe vicinum. Cœtus vocat Senatum, Quem frequentem recitanti adfuiſſe vides ex Epigrammatis Libris in Rufinum & Panegyrico Manliano præfixis.

5. LIBYAMQVE RECEPTAM.] Quod biennio ante priorem Stiliconis conſulatum factum, Gildone profligato, docent Idatius, alijque Chronologi. Propter verſum igitur hic ordo temporum ſtrictè non attenditur.

6. PROSTRATIS.] Ingentem cædem hæc vox notat. Suprà, lib. I.

Hoſtileſque globos tumulo proſternis amici.

Qui victoriam hanc Stiliconis extenuant, poſt fata ejus ſcribunt plerique; coram cum noſtro Prudentius. Nec negem tamen Gothos non inultos cecidiſſe. Sic conciliaveris ſcriptores.

7. EFFIGIEM AMOENAM.] Inepta ſcriptura licet plurium librorum. Veritas in Cujacianis, Scaligeo, Noſtro *Ahenam*. Nota ſubſcriptio nunc quoque ſuperſtes. Quam exactius in Adverſarijs illuſtramus. Statuæ autem ob dotes ingeniorum Romanis moribus ponebantur. Sic Varronem principem in Bibliotheca ſtatuam habuiſſe ſcribit Plinius lib. VII. cap XXX. Hieronymus Catalog. cap. XIII *Ioſephus Romam veniens Septem Libros Iudaicæ Captivitatis Imperatoribus patri filioque obtulit, qui & Bibliothecæ publicæ traditi ſunt, & ob ingenij gloriam ſtatuam quoque meruit.* Quæ verba inſcriptionem ipſam exſcribere puto. De ære, materia talium, dubiũ nullum. Obſervandum & de viliori metallo. Plumbearum meminit Victor in Vrbis Regione Sexta. Qua differentia æs nominari ſolitum.

8. PATRITIUS HONOS.] Patritiatum pro ſummo honore collatum docet Caſſiodorus lib. III. Epiſt. V. Sed an tantus Claudiano datus? Tribunum & Notarium nominat ſolum inſcriptio Statuæ? Quam dignitatem ſummis minimè ac cenſitam docet in Stilichonis filio, ea contento, Zoſimus. Nos Patritium Honorem à Senatu exhibitum capimus; Petente enim hoc Statuam Poetæ dediſſe Principes verba ejuſdem Epigrammatis clarè atteſtantur.

8. HONOS.] Honoris continuandi diuturnitas origo ſtatuarum viris illuſtribus ponendarum, ut quamdiu laudabilium perſonarum opinio ſupereſſet, tam diu & ſimilitudinem vivæ ſubſtantiæ imago corporis cuſtodiret, ſermone Caſſiodori. lib. VII. Epiſt. XV. Hinc quo merita potiora, eò ſtatuis imaginibuſque potiundis cura adhibebatur acrior. Joannes Patriarcha C P. Vita Ioannis Damaſceni: *Conſueverunt mortales erigere ſtatuas, & ſimulacra ſtatuere in honorem eorum, qui animum divina præditum imagine, vel in primæ conditionis puritate ac innocentia quadamtenus conſervarunt, vel dilapſum & inquinatum in priſtinũ ſtatum revocarunt. Quicunq; autem huic cultus generi deditiores ſunt, pretioſioribus materijs coloribuſque præcipuis; quatenus opibus artificiaque licet ad formas eorum expoliendas, & lineamenta ſignantius e primenda contuntur; Exiſtimantes hac ratione majeſtatem charorum conſpectiorem conſecrari, &c.*

9. ANNVIT HOC PRINCEPS.] Cujus erat peculiari indulgentia opus. Plinius Lib. I. Epiſt. XVII. *Titinnius Capito ab Imperatore noſtro Impetravit, ut ſibi liceret ſtatuam Lucij Syllani in foro ponere.* Sic vetantur extrà Imperiale Beneficium fieri ſtatuæ ab Arcadio & Honorio, noſtri fautoribus. L. 1. Cod. de Statuis.

9. TITU-

9. TITULVM, POSCENTE SENATU.] Titulis ornatæ ſtatuæ honoratiores cæteris, erant enim communes ſine his. Sic Adriano, Principi ſuo, aliam ſtatuam, Adriano digniorem, quæ inſcribatur ſcilicet, poſcit Arrianus initio Ponti Euxini. Vnde Titulos ſtatuis ſejunctos Leges. Firmicus Matheſ. lib. VIII c VII. *Hu etiam honores perpetui, Tituli, & honorabilium ſtatuarum decernentur, inſignia.* Neque id mirum cum in titulo laus honorati, & judicium honorantis conſignentur, ut in Epigrammate noſtri. Titulus ipſe enarrator, commendatorque eſt rei præſentis. Vt Veris indicem Ciconiam *Titulum tepidi temporis* dicit Publius apud Petronium. Sic CRux, Salutis Titulus. Paullinus ad Nicetam.

rate armata Titulo Salutis
Victor antenna crucis ibis undis Tutus, & Auſtris.

Nec tamen bonæ ſemper eſt partis: Sed & opprobrium notat. Tychonius Regula VII. *Videtur veluti principalem titulum exprobraſſe corpora diaboli.* Gerardus Cremonenſis, Translatione Kyramidis & Arpocrationis Alexandrini: *Nullus enim tam ſapiens qui abſque titulo inſcientiæ reperiatur.* Hinc Titulare, inſcribere. Tertullianus Initio de Judicio Domini.

Quis mihi ruricolas aptabit carmine Muſas,
Et verni roſeas titulabit floribus auras.

Pontius vita Cypriani: *Nec enim aliud oportebat, quam ut eum qui intra ſecretam conſcientiæ latebram religionis & fides toto honore florebat, etiam publicè celebrata gentilium fama titularet.* Remigius, ut volunt, Præfat. in Epiſt. Paulli. *Titulus eſt porro cum totam ſtatuam denotat.* Auctor Vetus Fragmentorum Terminalium: *Sunt & termini curſorij in effigiem TITVLI conſtituti, rectitudinem tenentes, & inter ſe ſpacium habentes. Niſi tamen TVTVLI aut TVBVLI,* eo loco veram faciant ſcripturam, Hodie capita Librorum *Titulos* inſcribunt, non ex uſu Antiquitatis. Sic enim Græcis differunt ΤΙΤΛΟΣ & Κεφάλαια, Suida auctore:

τίτλος διαφέρει κεφαλαίου, καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος ἔχει τίτλους. ξη. κεφάλαια τ. ν.ε. ὁ δὲ μάρκος τίτλους μη. κεφάλαια λς. ὁ δὲ Λουκᾶς τίτλους πγ. κεφάλαια τμη. Ὁ Ιωάννης τίτλους ιη. κεφάλαια σνβ.

Si capitula fuerint quæ verſiculi nunc, *Tituli* majores partes Operum. Indices verò peculiariter rerum tituli, ut Crucis dominicæ Inſcriptionem λαοπνόον τίτλον ἰσῦ dicit Nonnus.

11. POSCENTE SENATV.] Senatus decernebat ſtatuas, concedebat Imperator. Symmachus, lib X. Epiſt. LVII. *Cura mihi eſt, ut qui animis & majeſtate congruitis, mutua honorificentia gaudeatis. Dignum eſt igitur, D. Imperator, ut decretum Senatus ad invictiſſimos fratres numinis tui, ſi ita placet, Clementia tua inſinuante, deveniat. Quorum auctor & parens, ut dudum VC. & illuſtri Officiorum magiſtro me ſcripſiſſe memini, ſtatuarum Equeſtrium honore decoratus eſt. Quos ſi ordo venerabilis Africani & Britannici belli recordatione decrevit, ut juſtis ſuperiorum Ducum titulis, præſentium circa vos devotio procuretur.*

12. IVDICIVM QVAM GRAVE MVSA, SVBIS.] Velut iterum in aleam deſcendas, coacta tanto judicio inſcriptionis publicæ ſatisfacere. Idem loquitur præfatio Manliani.

Audebis ne, precor, docta ſubjecta catervæ,
Inter tot Proceres, noſtra Thalia, loqui?
Nec te fama vetat, vero quam celſius actam
Vel ſervaſſe labor, vel minuiſſe pudor?

13. MERCES.] Præmium, quod ſibi jam receptum canit. Veniam negare præmia interea idem

ta idem dicet; redemtus videlicet ad egregiam operam, & ſubiens denuo periculum.

14. LEGIMUR.] In ſtatua. Martialis de Libro ſuo: *Hic eſt quem legis, ille quem requiris. Toto notus in urbe Martialis.* Idem. *Ne tamen ignores ubi ſim venalis, & erres Urbe vagus tota, me duce certus eris.* Ovidius IV. Triſt. X. *Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorum. Quem legis ut noris accipe Poſteritas.* Sic pro ſcriptione ſeipſos, aut ſtilo ſuo, dicunt ſcriptores. Ut Salvianus prologo: *Litterarum Scriptores mundialium non ſatis cenſiderarunt quam probabilibus ſe materijs impenderent.* Honos vero ſummus principibus collatus eſt ingeniorum conſervatio, & perpetuata memoria. Sic Lucano interemto parricida tyrannus memoriam Carminum reliquit, teſte priſco marmore. Modo id non ſit fictum. Sic ſummi præmij loco æterna eadem datur doctioribus in Libris Judæorum, Synodique ſanctæ idem præſtiterunt Partibus de doctrina Veritatis benè merentibus, uti Cyrillo factum in Concilio Chalcedonenſi memorat Anaſtaſius Sinaita in Hodego. Vide & Athanaſium Vita B. Antonij.

14. MEDIO FORO.] Utique enim & locus ipſe addit honori. Vide quæ ex Cornelio Nepote & loco Macrobij emendato, notamus lib. XXIX. cap. XII. Adverſar. ſtatuarum pleræque litteratorum foro Trajani conſpiciebantur, ubi & ſuam ſibi locatam tradit Sidonius.

16. MERITUM LIBRI.] Materiæ dignitas, nobilitas. Boethius: *Homo divinum merito rationis animal.* Notata plura alibi. Eſt eum *mereri* pœnale ſit verbum. Tertullianus de Habitu Mul. cap. II. *Hi ſunt angeli quos judicari ſumus: Hi ſunt Angeli quibus in lavacro renuntiamus. Hæc ſunt per quæ ab homine judicari meruerunt:* Hoc eſt ſub humanum judicium condemnati ſunt.

Ad Panegyricum.

V. I. INTACTI.] Argo enim prima navium, ſecundum nonnullos. Valerius Flaccus Initio Operis.

Prima deum magnis canimus freta pervia natis,
Fatidicamque ratem

Papinius. Achilleide I.

Ex quo jura freti, majeſtatemq; repoſtam
Rupit Iaſonia puppis Pagaſæa rapina.

Qui locus Papinij non incommodus venit Valeriano interpres, interpres, inter doctos jam olim maxime controverſo. Rectè Giſanius qui contrà contra tris alios *Freta Deum* capit, ſoli tum eorum imperio vacantia, mortalium uſui intacta, cum noſtro, eatenus. Pariter Pedo Albinovanus de Claſſe Germanici Deum ſedes turbante.

Dij revocant, rerumque vetant cognoſcere finem,
Mortales oculos: aliena quid æquora remis
Et ſacras turbamus aquas? Divumque quietas
Turbamus ſedes?

Deos conſulto conſilio abſcidiſſe æquora terris eodem ſenſu ait Horatius. I. Carm. III.

Nequidquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras; ſi tamen Impiæ
Non tangenda rates tranſiliūt vada.

Quin aperta etiam Aequora Dijs reſcribit, apex Sapientiæ, Maro. Aen. V.

Dij, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro.

Arrianus, fine Peripli Erythræi. Τὰ γὰρ μετὰ τοὺς τόπους τούτους, διά τε ὑπερβολὰς χειμόνων, καὶ πάγους μεγίστους, δυσβάτων γὰρ τόπων, εἴτε καὶ θεία τινὶ δυνάμει θεῶν ἀνερεύνητά ἐστιν.

Velut à Dijs reſervata ipſis. Pari ratione Deorum ſidera dixit Mart. Capella. lib. II.

dans ſolus amicam
Temperiem ſuperis, diſpeſcens, atq; coercens
Sidera ſacra Deum

Non enim ea humanis ingenijs tangi edíſcive poterunt. Male ergo qui Valerij locum aliter capiunt: quibus nollem aſſentiri doctiſſimum Germanici Vindicem. Argo prima navium etiam Silio Italico, lib. XI. Punicor.

Quin etiam Pagaſæa ratis, cum cærula nondum
Cognita terrigenis, pontoque intrare negaret.
Adductum cantu venit mare.

Et Manilio. Aſtronom. I.

nobilis Argo
In cœlum ſublata mari, quod prima cucurrit.

At Ovidius Metamorph. prima diluvio Deucalionis jam dum rates agnoſcit, & Dionyſius Alexandrinus inventionem earum Erythræis adſcribit.

τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς, οἱ Ερυθραῖοι γεγάασιν,
οἱ πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο.

Velificia primam Iſidem, navem biproram Danao inſtituiſſe Minervam, auctor qui Higinum decerpſit. *Conciliatoris* vicem venire velit Scholiaſtes Apollonij Rhodij in cujus primo Commentario legimus primam longarum navium Argo comparuiſſe.

1. CLAUSTRA FRETI.] Ipſum eouſque clauſum. Sæpè ſic Valerius.

1. COEUNTIBUS ÆQUOR.] Fabulis Poetarum decantatæ Symplegades, ſive rupes Cyaneæ. quia

κατανηρημέναι αἰγίμων ἀργῆσιν ἀέλλαις
Ξυμπληγτες, πέλουσιν ἐπ' ἀλλήλῃσιν ἰοῦσαι.

Canit Orpheus Argonauticus, ſcriptor probus, & turgidis buccinatoribus ipſa ſimplicitate melior. Ad averſum corpus has cautes retulerunt non tam ingenioſe quam turpiter, Martialis, eoq; etiam fœdior nonnullibi, Auſonius.

2. IRRUMPERET ARGO] Feſtino enim curſu concita pervolabat Argo ne à collidentibus petris tacta eliderctur. Eleganter *rumpere* eo poſuit noſter, ſecutus Valerium Flaccum, lib. I.

Auſa ſequi, medioſque inter juga concita curſus
Rumpere; flammifero tandem conſidit Olympo.

Legas forte medioque inter j. c. c. Rumpere *Iuga concita* interrumpere. Tmeſi eleganti. Pariter Seneca Medea.

qui freta primùm
Rate tam fragili perfida rupit.

Papinius etiam cum noſtro, licet alia re, verſibus modo adſcriptis. *Argos* nonnulli Codices, ineptè. Navi ab artifice nomen adſignat Apollonius, Ab Argo filio Phryx, Pherecydes Syrus; in qualibus anquirendis laboremus ſi Græci ſimus.

3. ÆETAM.] Rectè ita ex libris & ſcriptoribus Scaliger, Claverius, Delrius. Aeetæ res notæ *Licet legas & ÆEAM* quæ Colchus ipſa. Valerius, lib. V.

Debitus Aeeis dux Theſſalus appulit oris.

Apollonius lib. II. ἐξ αἴης μέν δ' αἶαν ἄλις πομπῆες ἵσονται Scholiaſtes: ἐκ ἢ τῆς Αἴας φησὶν, τοῦτ' ἐστιν ἐκ τῶν Κόλχων θεὸς ὑμῖν κατηγήσεται, ἢ εἰς τὴν αἶαν πλεύσει, πολλοὶ ἔσονται καθόλου πομποί? Aea, propriè im Colchorum civitas, unde Aetæ nomen nonnullis ductum. Stephani Epitoma: Αἶα πόλις Κόλχων, κεῖται Αἰήτου, θαλάσσης ἀπέχουσα ςάδια τριακόσια. ἣν περιρρεῖ δύο ποταμοὶ, ἵππος ἢ κυάνεος, ποιοῦντες αὐτὴν χερρόνησον. Ἔοικε ἢ τις ἀπ' αὐτῆς

τῆς

τᾶς ὁ Αἰήτης εἶναι, ὡς Ἀσία, Ἀσιάτης, &c. Qui Apollonium enarrat ejuſdem nominis & Theſſaliæ oppidum aſſignans.

3. PROPIORE PERICLO.] Symplegadibus jam in colliſionem ſublimibus. Periculis autem vituri imminentibus tota illa navigatio concinnata deſcribendis.

4. POST NUMINA.] Junonem & Minervam, Tutelas Argus. Apollonius. II. Valerius.IV.

4. TYPHIS.]

ὃς περὶ μὲν βύκταισι, καὶ ἀργήεσσιν ἀέλλαις
Νῆα λαληθύνειν δέκαιν πολυμήτιδι τέχνῃ.

Orpheus.

4. OMNIBUS ATTONITIS.] Metum eleganter deſcribit Valerius: *Omnibus Extemplo ſæva ſub imagine rupes Cyanea, propierque labor; quando affore quaque Parte putent: ſtant ora motu, nec feſſa recedunt Lumina diverſas circumſervantibus urbes: Cum procul auditur ſonitus, inſanaque ſaxa, Saxa neque illa viru, ſed præcipitata prefundo Siderei pars viſa poli, dumque ocyus inſtant Ferre fugam, maria ante ratem maria ipſa repente Diffugere, adverſoſque vident deſcendere montes. Omnibus & gelida rapti formidine remi.*

5. TENUI DAMNO.] Extrema puppe ruina montium conquaſſata. Valerius Idem lib.IV.

Saxa ſed extremis tamen increpuere corymbis
Parſque nefas, deprenſa jugis.

Vide Apollonium lib.II. Lucanus lib.II.

Rapta puppe minor ſubducta eſt montibus Argo
Vanaque percuſſit pontum Symplegas inanem.

8. STUPUERE SUPERBÆ.] Valerius lib.IV. *Tum freta quæ longis fuerant impervia ſeclis Ad ſubitam ſtupuere ratem.* Ovidius pariter de undis ſtupentibus

Prima malas docuit mirantibus æquoris undis
Peliaco pinus vertice caſa, vias.

Sic *ſtuporem in amne* agnoſcit Ammianus, lib. XVI. *Spumans denique cruore Barbarico decolor amnis inſueta ſtupebat argumenta.* Claudiani rupes verè ſtupuere fixæ exinde.

9. PASSÆ JURA SOLI.] Inviti qui quid fuerunt, pati dicuntur. Exempla ad locum Senecæ ex Thyeſte Adverſarijs notamus.

10. JURA SOLI.] Naturam. Ante enim erant mobiles illæ rupes, fato conſtituto, ut quamprimum aliqua navis tranſiret, figerentur ſolo. Valerius, lib.IV.

talia fundit
Imperio fixos Iovis, æternumque revinctos
Neſcius & fati: certa nam lege manebunt
Si qua per hos undis umquam ratis iſſet apertis,
Tum freta, quæ longis, fuerant imperia ſeclis,
ſubitam ſtupuere ratem, &c.

Iura freti hoc modo dixit Papinius Achill.I.

10. FACILES CUNCTIS IAM PUPPIBUS HÆRENT.] Orpheus Argonaut.

καὶ ἔμπεδον αἰὲν ἔμιμνεν,
Οὕτω γὰρ μοῖραι τὰ δ' ἐπεκλώσαντο βαρεῖαι.

Vide Apollonium lib.II. *Diſcere* ad magnum opus, inſignemque difficultatem pertinet. Neque ſemel ita noſter.

12. NAVIS AB INNOCUÆ.] Illæſæ: Raro uſu. Paullinus de Iona & Ceto. Hauſit & innocuum vaſta ructavit ab alvo. Vide ad IV. Conſ. & II. de Raptu.

13. TANTI REGNI.] Quantum Sol aureus ambit. Sæpè ſic de Stilicone.

15. IN MAIUS CELEBRATA FERANT.] Alibi *ſi qua fides augentibus omnia Muſis.* Et hoc eſt artificium eloquentium virorum in majus efferre minus celebrati digna:

gna; quod & ipſum in Veritate rei admirandæ excluditur. Gregorius Nyſſenus in Vita Thaumaturgi:

Σιγάτω πρὸς ταῦτα πᾶσα τεχνικὴ τῶν λογογράφων ἐπίνοια τὰς ἐπαυξήσεις τῶν πραγμάτων διὰ λόγου ἱστορίας ἢ ῥητορείας ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξαίρουσα. Οὐ γὰρ τοιοῦτόν ἐστιν ἐν τοῖς εἰρημένοις τὸ θαῦμα, ὡς τῇ δυνάμει τοῦ λέγοντος ἔλαττον ἢ μεῖζον ἑαυτοῦ γίνεσθαι.

Locutio noſtri, par iſti Græcæ ex Salluſtio hauſta. *Praterea, inquit is, ſeditioſi magiſtratus vulgus exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arceſſere, Marij virtutes in majus celebrare.* Livius non abſimiliter, lib. XXIX. *Ne, quot naves vidiſſent, nec quanta manus agros popularetur, ſatis gnari, in majus omnia, metu augente, accipiebant.* Ambroſius lib. I. Officior.

16. SUDASSE MINERVAM.] Minerva texendæ Argo navi præfecta. Apollonius, lib. I.

Νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοὶ Ἄργον Ἀθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνῃσι. Libro II. Τὴν γὰρ Ἀθηναίη τεχνήσατο, καὶ κάμε χαλκῷ δούρατα Πηλιάδος κορυφῆς, περί. σὺν δὲ οἱ Ἄργος τεῦξεν

Orpheus Crotoniata, ut nos arbitramur, Argonauticis.

> Καὶ ῥα καλεσσαμένη ἐπιτέλλετο Τερψιχόρειν,
> Καὶ οἱ Φαγενίλω πρῶτον τεχνήσατο νῆα.

Scholiaſtæ Arati relatum Argo factam à Minerva quidem ſed non in uſum Iaſonis, verum Danai, fratrem Aegyptum eâ ope fugientem, quo pertinet quod fine cap. CCLXXVII. ſcribit Higinus. Minervæ omnia egregia opera adſcribebantur. Papinius Coloſſo Domit.

> *An te Palladiæ talem, Germanice, nobis*
> *Effinxere manus?*

Hinc artifices præcipui dicuntur ab ea docti. Cicero Araro: *Vt nemo cui ſancta, magni doctiſſima, Pallas Sollertem ipſa dedit fabricæ rationibus artem Tam tornare cate contortos poſſet orbes.* Noſter lib. II. ſupra v. CCCXXXIII. Alanus, lib. V. *plus veſte decens, habituq; decenti Gratior, & puro cœli fulgentior aſtro, Quam divina manus & ſollers dextra Minerva Texuit, & veſtis nobis exponit honeſtas.*

18. TOMARI JOVIS AUGURE LUCO.] Princeps Ianus Parrhaſius eruditione homo ingenioque præſtans, hunc locum ita reſtituit. Scripti Codices plerique alludunt, in quibus eſt *TENERI IOVIS* alij *Tenari Iovis.* *Tomarus* autem mons eſt Dodonæ, Tmarus alijs nuncupatus, auctore Correptore Stephani. In Dodona vero quercus fatidicæ, unda reſponſa dabat Iuppiter. Duas finxere columbas alij Aegypto profugas, in oracula veniſſe, quarum altera in quercum Dodonæam, altera Ammonis Afri conſederit delubrum. Vide Herodotum Euterpa, Silium lib. III. &c. De Tomaro Plinius lib. IV Strabo lib. VII. Solinus, cap. XIII. &c. Inde famulam Chaonij Iovis Argo navem vocat Valerius Flaccus lib. I. Nimis meticuloſus, qui vulgatam lectionem non adſpernatur. Camers inſulsè edidit *toto Iovis* Librorum alij *ſummi Iovis* Alij cum noſtro *teneri* Sunt qui lacunam ferunt Vt videas inuſitatius aliquid librariorum animos faſcinaſſe. *Quercum* in urbe Dodona ſuo ævo ſuperſtitis memoriæ memorat Conſtantinus Porphyrogenetes lib. II. Themate VIII.

Μητρόπολις δὲ τοῦ θέματος πόλις, ἐφ' ἧς ἡ δρῦς, ἡ φθεγγομένη, τὰ τῶν δαιμόνων μυστήρια, ἧς περ μνημονεύει καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος λέγων οὕτως. ἢ * Δωδωναίας δρυὸς λῆρον μακρὸν ἢ Κασταλίας μαντικώτατον πόμα.

Alij non Iovis ſed Apollinis Oraculum i[illegible] agnoſcunt Scholiaſt. Aeſchyli, P[illegible] meth[illegible] ης τὴν γλῶτ της δωδώνης ει, τὸ τοῦ Απ[illegible] μαν[illegible]

μαντεῖον ἔπεμπε πολλύς. Scholiaſtes Euripidis in Andromacham ἱερὸν Διὸς inibidem agnoſcit v.DCCCLXXXV.

18. AUGURE.] Fatidico. Servius Aeneide Septima.

19. ARBORE PRÆSAGA.] Fatidicam ratem vocat Valerius Flaccus. λάλητρον κίσσαν Lycophron Caſſandra. λάλον τρόπιν Orpheus Argonaut. Locutam in ea ferunt arborem, quam è Dodona cęſam, malum ſtatuerit Minerva. Apollonius.I.

ἡ δὲ καὶ αὐτὴ πηλιὰς ἴαχεν Ἀργὼ, ἐπισπέρχουσα νέεσθαι. Ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τόῤῥ' ἀνὰ μέσσην Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ. Idem l.IV. *αὐτίκα δ' ἄφνω λάκεν αὐδήεν ἐνοπῇ μησαμένη θεόντων, αὐδῇ ἐν γλαφυρῇ νηὸς δόρυ.*

Eadem Aeſchylus, & Antipater Epigrammatis. Vide & Higinum Aſtronomico Poetico. *Præſagus*, ominationem quandam futurorum notat, vox elegans. Feſtus: *Præſagire eſt prædivinare, præſipere. Præſagitio dicta quod præſagire eſt acute ſentire, unde ſaga anus dicta, quæ multa ſciunt.* Quæ ſunt transſcripta de Ciceronis I. Divinat. Claudian.Bell.Gildon.

Per ſomnum mihi, care pater, jam ſæpe futura
Panduntur, multaque canunt præſagia noctes.

Præſagi, Augures. Val. Flaccus, lib.I.

curaque ducem metus acrior omni
Menſque mali præſaga, quatit

Silius lib. Nono.

Hæc olim vates, & te præſaga tuoſq́;
Vulgavit terris, proavorũ ætate, furores.

Paullinus Panegyrico Celſi Pueri. *Gaudebant trepidi, præſago corde, parentes.* Mart. Capella, lib.I. *Augurales vero alites ante currum Delio conſtiterunt, uti quis vellet vectus aſcenderet. Namq; futura plerumq; conformans his, præſagire conſueverat.* Lege *uti quem vellet vectum aſcenderet*. Plana correctione. Vſi eadem voce Terentius, Plautus, Tertullianus, Arnobius, Appuleius, &c.

19. ANIMASSE.] Quæ enim loquebatur, erat anima quodammodo navigij. Animare, vivificare, vitam donare. Sedulius. *ſemina viſta Divinis animantur aquis Ignem animare* caminum Sidonius lib.II. Epiſt.II. *Effigiem animare*, Capella lib.I. *Aera animare* Arator libro II. Hiſtor. Apoſtol. dixerunt.

21. VINCTURI CARMINE MENTES.] Poëtas dicit. Callimachus, bona pars eorum.

ψηδεύμενω ἀΐοντος ἄκεν πεπίθοιεν ἀκουῶν.

23. INSOPITISQUE REFUSUM TRACTIBUS.] Valerius Flaccus. Orpheus, Apollonius, Ovidius, Metamorphos. VII.

25. VIRIDES GALEIS SULCOS.] Vide Valerium & Ovidium Lib. VII.

25. POETASQUE NOVALES MARTIS.] Uſum Græciſmi notamus ad Rufinum.

28. UNAQUE EXCLUDERE MENSA.] Phinei. Apollonius II. Val. IV. Petronius.

Tales Herculea Stymphalidas arte coactas
In cœlum fugiſſe reor ſanieq́; fluentes
Harpyas, Cum Phineo maduere veneno
Fallaces epulæ.

29. NOBILIOR TITULUS.] Laus, honor, commendatio. A *titulis* quibus laudatur quod per eos ſpectandum proponitur. Cremutius Cordus apud Senecam. Suaſor. VI. de Cicerone: *Brevi ante princeps Senatus, Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris ſui. Sic Titulus verni temporis Ciconia* Publio apud Arbitrum. Eſt ubi argumentum ſonat *titulus*. Petrus Chryſologus, Serm. LI. *Afferte illum ad me: quaſi longè poſitum curare non poſſit. Sed afferte vos incredulitatis veſtræ cauſſam, infidelitatis titulum, perfidiæ documẽtum. Titularios*, vocabant veteres indiculos, *Schedia*, rerum argumenta docentia. Suidas. πιττάκιον, δέλτος, σχεδάριον, πινακίδιον. *Titulos*, quos nunc uſurpamus, *Notamina* dicebant quondam. Adrevaldus vetus ſcriptor, & probus, cap. V. Translationis Benedicti:

 Locum

Lecum adiens loculum ibidem invenit, exterius quidem vilem, interius autem retinentem margaritas magni pretij. Pro foribus petra præfixa erant notamina, quorum interius buſta jacebant.

30. FAUCES.] Præſentia pericula, à fetis. Cicero in Catilinam III. *Rempublicam ex flāma atque ferro ac penè ex faucibus fati ereptam ac reſtitutam videtis.* Arnobius, fine libri II. *Committamus nos Deo. nec pl. apud nos valeat incredulitas noſtra, quam il. us nominis & potentiæ magnitudo, ne, dum ipſi nobis argumenta conquirimus, quibus eſſe videatur falſum eſſe id, quod eſſe nolimus atque abnitimur,* (ſic emaculandum) *verum; obrepat dies extremus & inimica mortis reperiamur in faucibus.* Egregia Parænesi. Sic ſæpè Rex Pſalmographus.

30: GETICAS.] Veteri vocabulo Gothorum mavult uti, priſcæ rei amore. Oroſius. *Getæ, qui nunc Gothi, quos & Alexander vitandos pronuntiavit*: lib. I. cap. XVI.

31. TERRIGENAS.] Satos ex tellure. Eleganter Valerius Flaccus libro VII. Scriptor melior quam vulgò habetur, uti etiam non paullò mendoſior.

34. TROPÆIS] Victorijs. Nonius: *Fuga hoſtium vocatur τροπή. Hinc ſpolia capta in ſtipitibus fixa, vocantur Tropæa.* Varro de LL. *Malè ergo qui aliter ſcribunt.* Tropæa poſt omnem felicem pugnam ſtatuebant Græci. Ut in Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Arriano, Diodoro, Polybio, Plutarcho, clarum.

34. ALVIT BELLONA.] Proſperos omnes ſucceſſus bellicos, hoc numine ſæpè indicat.

35. MAVORTIA CANVIT ÆTAS.] Virilem armisque habilem ętatem omnem in bello, uſque ad canitiem ipſam, inſumſerunt. Martia ætas, apta pugnæ, ab anno XXX. uſq; XLV. ſtipēdiorumq; eouſq; capax Vide Cenſorinum cap. XIV. Eſt autem locutio ſimilis illi quam in Epithalamio Honorij illuſtramus. *largos hac nectarus imbres irrigat* Cum enim canere incipit, non jam eſt Martia. Totam Mavortiam ætatem dicit, quæ à puero omnis ad res bellicas adulta.

36. EXUTA TENEBRIS.] Obducta indutaq; ijs ante. Quarto Cons. Hon. Nubibus exuitur Thrace *Sic peplo cœlum induere* Auroram Capellæ dictum:

> *Et jam tunc roſeo ſubtexere ſidera peplo*
> *Cœperat, Ambroſium promens, Aurora, pudorem.*

Pallam trahere per cœlum noctem, Aquilius Juvencus, concinno ſermone, lib. II.

> *Iamque dies prono decedens lumine, Pontum*
> *Inciderat, furvamque ſuper nox humida pallam*
> *Sidereis pictam flammis, per inane trahebat.*

Orpheus Hymno Aſtrorum. νυκτὸς ζοφοειδέα πέπλον.

38. EXSANGVES LEGES.] Velut ſpirantes loquitur. Vide doctos ad Symmachum.

39. POTESTATES.] Magiſtratus. Petronius *ſparſisq; eſibus converſa poteſtas.* Optatus Afer, lib. III. *Poteſtatibus & Regibus injuriam facere.* Salvianus lib. VII.

40. JUSTITIÆ.] *Iuris dicundi*, adminiſtrandæ per partes & officia Juſtitiæ. Dicit Metum tumultumq; Bellicum omnia Togata officia conturbaſſe.

41. NVBE TIMOR.] *Nubis*, quicquid confuſionem, turbationem, inducit. *Timoris* id ingenium eſt ut mentes adeo confundat, uti futura etiam mala ſentiant. Pythias Rhetor, apud Rutilium Lupum, lib. I. *Nec circumſpicientes quo confugeremus, reperiebamus: Sed uno tempore nos & præſens & futurum malum perturbabat. Nam præſens tempus acerbitatis erat plenum, reliquum timoris.* Unde *nubi Mentis* comparatur. Tryphiodorus μὴτ ἀλλοφρονέος νέφος. Ut alij tumultus. νεφέλη ἀθεότητος apud Julianum Cæſ. Miſopogone: τῷ πατρίῳ θεῷ νῦν πρῶτον ἐπιγνώσεως τῆς

τῆς ἐπιλαυσίου, ἐπειδὰν διεσκέδασαν οἱ θεοὶ τῆς ἀθεότητος τὴν νεφέλην ὀργὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἐν προσάγειν *Nubes Obliuionis* Pindarus Olympionic. VII. ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ λάθας ἀτέκμαρτον νέφος.

Veterni. Auſonius Epiſt. *Pelle ſoporiferi ſenium nubemque veterni.* *Nubes meri*, Ebrietas. Valer. Flaccus libro III. *Soporis*, Idem lib. VII. *Inſcitiæ*, Boethius lib. V. cap. II. *Spei*, Papinius, Thebaid. II. *Nubilum ſtultitiæ*, Fulgentius. Mythol. I. *Vetuſtatis*, Claudian. Pan. Probini. *Doloris*, Homerus Iliad. P. *Nebula fallaciæ* in Joanne Maxentio reſponſione ad Epiſtolam Hormiſdæ. *Erroris*, Rogerium, ſi is eſt, cap. IX. de Contemtu Mundi. *Peccati Nubes*, Martialis Lemoviceni Auctor.

43. DAMNATI FATO POPVLI, VIRTVTE RENATI.] Philoſophicum, qui, ut virtutem Stoici fato opponant, omnem ſapientiam inſumunt. Sic Catonem Dijs opponit, ſuo tamen exemplo partium deſertor, Lucanus.

Victrix cauſſa dijs placuit ſed victa Catoni.

44. FORMIDINE CLAVSI.] Formido eſt retticulamentum, retibus in agendis feris olim uſitatum, verſicoloribus terrificisque avium pennis textum: Notavit magna vis doctorum hominum in Adverſariis, Miſcellaneis, Anteregematis, Ad Lycophronem, Apulejum, Oppianum.

44. PECORVM MOREM] *Palanteis Troas agebat.* Sæpiſſimè alij omne genus.

45. METIMVR FLVMINA[VOTIS.] Qui hoſtem fluvio diremtum metuit, metitur, voverque inſuperabilem amnem ipſum. Eleganter dictum.

46. VNDOSAM FIDEM.] Cum fluvio creſcentem & decreſcentem: cum aqua ſit incertiſſimæ. I. Ruf. *prodigium flavis incertius undis.* Res eadem apud Claudium Mamertinum Panegyr. Maximiliani: *Rhenum videbatur ipſa natura ſic duxiſſe, ut eo limite Romana provincia ab immanitate Barbariæ vindicarentur. Et quis umquam ante vos principes non gratulatus eſt illo amne Gallias muniri? Quando non cum ſummo metu noſtro Rheni alveum minuit diuſerena tempeſtas? Quando non cum ſecuritate noſtra illius diluvia creverunt? Tu autem, Imperator invicte, feras illas gentes vaſtatione, prælijs, cædibus, ferro igniq; domuiſti. Exinde igitur ſoluto animo ac libero ſumus. Licet Rhenus areſcat, tenuiq; lapſu vix leves calculos perſpicuo vado pellat; nullus inde metus eſt.*

49. CONJVRATVM SERENVM.] Favens hoſtibus. Exprimit illa Mamertini, vel alium ambo auctorem habet Pariter. III [Cōſ.

conjurati veniunt ad claſſica venti.

51. LEVAT ARCES.] Papinius XVII. Conſ. Domit.

Et Septemgemino jactantior æthera pulſat Roma jugo

53. SECVNDIS DEIS.] Fortunæ faventi. Papinius Theb. II.

jam pone metum, nimiumq; ſecundis Parce Dijs

Horatius ad Navim. *non tibi ſunt integra lintea Non Dij.*

53. METUM DEPONE SENECTÆ.] Lucius Florus, lib. I *Si quis populum Romanum tamquam hominem conſideret, totamq; ejus ætatem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quemdam juventutis Florem pervenerit, ut poſteà quaſi conſenuerit. Quæ Floro non ideo auctori* abjudicanda, aut alius bono civi quærendus titulus, quod ſub Senecæ nomine Lactantio citentur, cum Romani ſapientis multa præclara volumina interierint, quibus paria ſcribere potuit. Ipſam Romam in ore Deam habent multi ſcriptores; at non deſunt qui augurantur alio omnia, velut Salluſtius ad C. Cæſarem, Lucanus, Alij, nec Panegyriſtis demtis.

ÆQUÆVA POLO.] Ex illo: His ego nec metas rerum nec tempora pono. Quod tamen mendacij arceſſit jam ſub Domitiano Sulpitia Poetria. Hinc æterna. Auſonius.

Ignota æternæ ne ſint tibi tempora Romæ.

Aethicus Itinerar. Antoniniano: *Nunc nomina aquarum quæ uſibus æternæ urbis formarum*

rum conſtructionibus advecta ſunt, enumeremus.

54. FERREA LACHESIS.] Inexorabilis. Papinius lib. III.

56. NOVIS.] Inuſitatis, horrendis. Alibi his Libris. Notæ tales inductiones Poetis.

61. HUC USQUE.] Romæ diſcrimina Deorum ipſorum infortuniis excuſat. Quæ eatenus graſſata affirmat ut Stilieonis hæc victoria finita ſint, cum ipſo metu.

62. SIDERA.] Numina. Supra. Aethnæ. *nec humanas fas eſt dimittere in artes Sidera* ſic *Aether*. Claudian. VI. Cons. Hon. *providus æther Noluit humano titulos auferre labori. Cælum Petronio.* & Noſtro I. Rufin.

64. SI FAS EST.] Impietatem dictò deprecatur. Vide ad Ceirin Maronis.

64. TIMVISSE FERVNT.] Ovidius Metam. V.

De ſede Typhoea terra.
Cælitibus fecisſe metum, cunctoſque dediſſe
Terga fuga.

Manilius, Lib. I.

vaſtos cum terra Gigantas
In cælum furibunda tulit, tum
Dij quoq; magnos
Quæſivere Deos. Vide Nonnum primis Libris.

63. LAMBERET.] *Tangeret.* Horatius. *quæ loca fabuloſus Lambit Hydaſpes* ſic alibi eſt palpantis. Gregorius Magnus, Hom. XXXVI. *Et quid per lambentem populum niſi mentes ſecularium deſignantur? Quæ terrena cuncta ambiendo quaſi lambunt, dum ſolis temporalibus delectantur.*

67. LABOR.] Inconſtantia, afflictio. Alibi his Libris.

68. GEMINI FRATRES.] Othrys & Ephialtes. Poetici cælorum oppugnatores. Notiſſimæ Fabulæ. Vide Auctorem de Mundo. Quintum Smyrnæum lib. I. &c.

70. STETERITQVE.] Omiſſo ſuo curſu. Dicere vult penè cœleſtem machinam cõſtitiſſe cum tres montes contuliſſent Gigantes.

70. NEGATAS VIAS.] Auctor de Mundo. ἐπειδὴ οὐκ οἷοί τε ἦσαν τῷ σώματι εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφικέσθαι. At vero *Cælum ipſum petitur Stultitia.*

72. CARET EVENTU NIMIUS FUROR.] Euripides Helena. Μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν. Prudẽtius *frangit Deus omne ſuperbum.* Philo libr. de Immutabili Deo. τὸ βίαιον ὀλιγοχρόνιον. Seneca lib. VII. Natur. Quæſt. *Nulla tempeſtas magna perdurat: procellæ, quantò plus virium, tantò minus temporis habent venti, cum ad ſummum venerint, remittunt.* Xenophon apud Stobæum Serm. XLI. ſancit omne violentum obnoxium eſſe periculo, &c.

75. PERVENERE JUVENTÆ ROBUR.] Mutant nonnulli libri *Provenere & robora* Ego cum Cujacianis, Noſtro, Scaligero, Camerte, Aldo, & Belgicorum Codicum majori parte nihil ab hac ſcriptura muto. Subaudi voculam *ad-ad robur* non pervenere ut alibi ſæpè ſcriptores. Virgilius *Italiam fato profugus, Lavinaque venit Littera* Valerius Flaccus, lib. VIII. *Protenus hinc alios ſiſtunt urbeſque locoſque.* Appulejus libro IV. *Tanto terrore cœtum illum turbaverat, ut uſque diluculum, immo & in multum diem nemo fuerit auſus quamvis jacentem beſtiam vel digito cõtingere.* Idem, Lib. VI. *nec contata diutius pergit turrim quampiam præaltam, indidem ſe datura præcipitem.* Lib. VII. *Poſtquam vos, fortiſſimi viri, cunctis ablatis, caſtra noſtra remeaſtis.* Eodem: *Nec pauco humili ſerviliquo vita renunciantem ſectam ſuam conferre malle.* Hoc eſt ſeſe ad ſectam Latronum. Idem lib. VIII. *per mediam civitatem curſu furioſo proripit ſe, procul dubio neſcio quod ſcelus geſtiens, monumentum mariti contendit.* Lib. IX. *denique die quadam timida illuc anicula ſermo meus deferetur aures.* Eodem: *Venditoribus tradita mercede, dorſum inſedens meum, ſic hortum rediro.* *Pervenire* verò & Inuſitatiori modo reperitur, caſui nimirum Tertio datum. Victor Uticenſis

cenſis lib.III.Perſecut.Vandal.*nullis liceret alius aut convictus agere,aut exercere conventus, ſed præſumta fiſci viribus jungerentur, ſed etiam & eorum patrimonia Eccleſiis ſua Fidei ſociata ſuis antiſtitibus perveniſſent.* Sic legitur ibi in primis editionibus, perperam mutante Franciſco Balduino,qui, Codices, profeſſus, multa deprehenditur ingenio ſuo in eum ſcriptorem permiſiſſe. *Pervenere* ſit etiam perrranſiere. Sic progredi uſurpat lib. V. de vita Martini Paullinus Petrocorius.

> *quoties propria progreſſus limina cella*
> *Eminus amotam greſſus moviſſet ad urbem:*

Et noſter I.Eutrop.Vbi plura.

75. ALOIDÆ.] Stultæ & effrænis audaciæ violentiæque exempla, ad terrendos animos inconſultorum. Julianus Imp.Oration.I. ad Conſtantium:

ὁ δὲ ταῖς παρασκευαῖς ἐκείνου καταδεέστερος, ἔμπληκτος δὲ μᾶλλον, καὶ τῇ μανίᾳ τοὺς Ἀλωάδας ὑπερβαλλόμενος, μονονουχὶ τὸ πλησίον ὄρος ἐγνωκὼς ἀμφικαλύψαι τῇ πόλει ἐπαφιεὶς δὲ ποταμῶν ῥεύματα, καὶ τὰ χείλη διαλύσας, οὐ δὲ ἀτειχίστου τῆς πόλεως περιγενόμενος ἔσχεν ἐφ' ὅτῳ σεμνύνοιτο.

Themiſtius. Orat. XIV. *Philoſophum Regem non in convivijs ex vinolentia & ſaturitate eligunt homines, convivialem utique principem, non multo poſt à crapula mœrore conficiendum, velut in Saturnalibus evenit. Sed is ſponte naſcitur & educatur, tamquam in apum examine per ſe ab ortus initio excitatus, quem ſponte ac lætitia geſtiens agmen omne circumſtrepit, non ideo quod corporis excellat mole, ac communem hominum naturam tranſeat, novem cubitos aut ulnas erectus, quales Aloidas fuiſſe comminiſcuntur Poeta, quos quidem prodigioſa corporum amplitudo in abſurdas quaſque & omni rationi contrarias cogitationes, montium ſcilicet exſtructiones ac velut gradus quoſdam & ſcanſiones in cœlum impulit*, &c. Syneſius de Inſomnijs:

οἱ μὲν οὖν Ἀλωάδαι κολάζονται τὰ Θετταλῶν ὄρη τοῖς θεοῖς ἐπιτειχίζοντες.

In Manuſcriptis excerptis Sententiam reperio hanc: *Temeraria virium experientia Giganteo debet exemplo refrænari: Quorum audacia in favillis ſepulta corruit, quia Deos inexpugnabiles vincere tentavit.* Vide Heraclidem Ponticum in Allegorijs Homericis. Aloidarum mentio etiam apud Pauſaniam lib. ult. Lucianum Charonte, Philonem de Confuſione Ling. Apollodorum libro I. Higinum cap. XXVIII. Qui Claudianum enarrat. Novem annos natos cœlum adſcendere milites dicens. Servius ad Aen. VI. Per ſingulos menſes novem digitos creviſſe ſcribit.

75. PELION.] Montem Theſſaliæ. Syneſius. Quintus Smyrnæus.

εἰδόμενοι παίδεσσιν Ἀλωῆος μεγάλοιο οἵ ποτ' ἐπ' εὐρὺν ὄλυμπον ἔφαν θέμεν οὔρεα μακρὰ Ὄσσαν αἰπεινὴν καὶ πήλιον ὑψικάρηνον.

77. Aſpice Roma tuum.] Geminata acclamatio ejuſdem vocis auget ſententiam, vimque vociferantis, quam malè turbant duo Belgici Codices. *Vertice celſior*, ad animum à victoria augeſcentem, vimque refloreſcentem pertinet.

78. RARUM.] Velut decerptis plurimis ariſtis de manipulo frugum. Alibi.

> *Iamque frequens rarum decerpere transfuga robur.*
> *Cœperat.*

80. ITALIA DETRUSUS.] Quam ſpe jam devoraverat, ejus poriundæ gratia ex Epiro contendens per Illyricum. Stilicone jam exſtincto Romam Alaricus occupavit, Muſis noſtri cum Principe ſuo conticentibus, Varanæ nimirum ſolo Conſule poſt Octavum Honorij Conſulatum: quare incogitantet vir doctus ad carmina Sidonij, captæ Vrbis hiſtoriam ex Sexto apud noſtrum Conſulatu ejuſdem petitum mittit.

79. DETRUSUS.] Eadem jactat Sexto Conſulatu Honorij.

81. PATRII NUMEN JURAVERAT ISTRI.] More gentium accolarum Danubij. Prudentius de Radagaiſto à Stilicone victo, quem dedita opera dicas Claudianum Alarici rebus confundere, tam claram victoriam alias male tegentem:

Tentavit Geticus nuper tentare Tyrannus
Italiam, patrio veniens juratus ab Iſtro.
Has arces æquare ſolo.

Qui poſt pauca eam cladem cum Pollentina, de qua iſthic ſermo, Gothorum commiſcet pariter: Revera autem *nuper* Prudentius: ſcripſit enim eos contra Symmachum libellos ante obitum Stiliconis, poſtque victoriam de Rhadagaiſto, quod tempus ſeptennium vix facit. Tyranni autem hujus non meminiſſe noſtrum nominatim puto, propter abſurdum primum metro Romano vocabulum, deinde etiam quod Alarici nobilior fama, voxque aptior recenſeri ſine offenſu aurium, præterea ſuſpectus quia Stilico habebatur cum iſto colluſionis. Ambo verò Reges iſti ſimul Italiam intrarunt. Caſſiodorus Chronico: *Stilicone & Aureliano Conſulibus Gothi Alarico & Rhadagaiſto Regibus ingrediuntur Italiam.* De *Rhadagaiſti* juramento Oroſius lib. VII. cap. XXXVII. *Rhadagaiſtus omnium præſentium antiquorumque hoſtium longè immaniſſimus, repentino impetu totam inundavit Italiam. Nam fuiſſe in popul. ejus plus quam ducenta millia Gothorum ferunt. Hic, ſupra hanc incredibilem multitudinem indomitamq; virtutem paganus & Scytha erat, qui ut mos eſt ejuſmodi barbaris gentibus omnem Romani generis ſanguinem Dijs ſuis propinare devoverat.* Qui ſcriptor qua aſtutia Stiliconis virtutem, jam defuncti, diſſimulet eo capite, mirum dictu, quam ſolam tamen conſtat Reipubl. Saluti ſuccurriſſe. Lege Zoſimum. Pari diſſimulatione Herois Marcellinus Comes, & alij. Nomen Scythæ varié ſcribunt ſcriptores; ego vix aliter conſtituendum puto quam iſthic poſui: *A conſilio* & *Spiritu* ſive Animo compoſita voce. In quem ſenſum & alia pari ſono exeuntia Veritati teſtituenda erunt. Ut Arbogaſtes, Laborem & Animum denotat. *Per Flumen juravit Scytha*, ut per Montem Daci in rebus Domitiani, per lanceam alibi Scythæ, per arcum Perſæ.

84. ROMANAS NURUS.] Cœperat enim jam faſtidire alias. Fine hujus Libri.

85. SUA PIGNORA VIDIT.] Alludit captivitatem Gothorum profligatorum, quæ tanta fuit, ut viliſſimatum pecudum modo ſingulis aureis greges venderentur. Oroſius. *Mens profunda* ſpem, præſumtionem, immenſam notat; male noſter Codex *morte*.

89. MANIBUS ET ARMIS.] Milite & apparatu ſive inſtrumento bellico, ſpoliisque tot annorum ſpatio convaſatis, ut noſter latè Sexto Conſulatu Honorij.

91. POSITIS ODIIS.] Quæ cum hoſte vincit vir fortis & ſapiens. Supra laudavit eumdem Heroem ſuum ODIIS IDEM QUI TERMINUS ARMIS.

91. IGNOSCERE PULCRUM JAM MISERO.] Exemplo Leonum. Supra. lib II.

ſontibus ultro Ignoviſſe vilu
precibus numquam implacabilis obſtat.
Obvia proſternunt, proſtrataq; morte Leonum.
Deſpicias, &c.

95. MAGIS.] Potius. Lib. III. ſup.
Seu magis æſtivo ſedes vicina Leoni.

Sic ſæpè Jureconſulti. Vide Commentaria noſtra ad Indicem Appuleij.

98. NE PEJOR IN ARCTO SÆVIRET RABIES.] Sæpè clauſum ſæpè dimiſſum cum Gothis ſuis Alaricum alio refert Oroſius. Deſperationem autem innuit Claudianus, qua hoſtem urgente monent perſecutione abſtinendum ſapientes. Vegetius libro III. capite XXI. *Plerique rei militaris ignari pleniorem victoriam credunt, ſi adverſarios aut locorum anguſtiis, aut armatorum multitudine circumdederint, ut aditum non inveniant abſcedendi. Sed clauſis ex deſperatione creſcit auda*

audacia, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido. Lubenter cupit commori qui ſine dubio ſcit ſe moriturum. Ideoq; Scipionis laudata ſententia eſt qui dixit viam hoſtibus, qua fugiunt, muniendam. Clauſi enim, licet exigui numero, & infirmi viribus, hoc ipſo tamen ſunt hoſtibus pares quia deſperantes ſciunt aliud ibi licere non poſſe. Nam *una ſalus victis nullam ſperare ſalutem.* Ammianus lib. XVI *Solet abrupta ſæpè diſcrimina ſalutis ultima deſperatio propulſare.* Silius, Lib. I. *clauſos acuunt extrema pericli. Et fractis rebus violentior ultima virtus.* Curtius lib. IX. *pugnabat pro Rege primum fama, dein deſperatio magnum ad honeſtè moriendum incitamentum.* Mille rem probant veritatis Hiſtoriæ.

99. NUNTIA MORTIS.] Noſter Codex *conſcia* quod Claudiani puto.

99. NOMEN STIRPEMQ. ABOLERE.] I. Rufin. CCXXXII. *Tropæum* victoris eſſe Regem exercitui cæſo ſuperſtitem dicit Sexto Conſul CCXXIIX.

100. PROCUL ARCEAT ALTUS JUPPITER.] Non arcuit diu poſt hoc ſcriptum abominatio ſolita, ubi de hoſtium ſucceſſibus ſermo eſt. Sedem Quirini vocat Romam, cujus caſu diu apud Capitolium oſtentata. Adverſar. lib. XXI. cap. IV.

103. ARCANUM TANTI REGNI.] Sacra, Penetralia, Sedem Imperii: quibus viſis admiratio tanti Regni imminuatur; non viſis, Majeſtas exterior numen quoddam intus habitans fingit. Spargebantur veteri more Arcana quædam Deorum depoſita penetralibus magnarum urbium ſervari, quibus ſalus imperii ſalvis conſtaret. Tale *Palladium* Trojæ erat, veſtæ ignis Romæ, Crinis Niſi Megaræ, vitis affingebatur Hieroſolymis. Arcana Præſidia. Inſcriptio Vetus Romana. Pag. LXXXIII. ANNUANT DII ROMANÆ REIPUBLICÆ ARCANAQ. URBIS PRÆSIDIA. ANNUANT, QUORVM NVTU IMPERIO ROMANO REGNA CESSERE. Sic Arcanum Romanæ Rei libros Sibyllinos facit Rutilius Numatianus: cum prodidiſſe Arcanum Imperij eorum exuſtione dicit Stiliconem. Imperium Tantalidarum tale ſecretum habebat Arietem. Seneca, Thyeſte.

> *Eſt Pelopis altis nobile in ſtabulis pecus,*
> *Arcanus aries, ductor opulenti gregis.*
> *Hujus pēr omne corpus in fuſo coma*
> *Dependet auro; cujus è tergo novi*
> *Aurata Reges ſceptra Tantalidæ gerunt*
> *Poſſeſſor hujus regnat: hunc tanta domus Fortuna ſequitur.*

Romæ habebatur ædes, *Sedis Imperii* vocabulo, cui poteſt ut in cultum fuerit quippiam Eidoli; eâ memorat Publ. Victor. Region. X. Sic *ſignū Veſtæ* pignus Romanæ Rei vocat Livius lib. V *Quid de æternis Veſtæ ignibus, ſigneque, quod, Imperij pignus, ejus templi cuſtodia detinetur, loquar? Cuſtodem Imperij flammam* Florus lib. I. cap. II. ubi & alia pignora ejusdem memorat. de Numa: *Ille ancilia atq; Palladiū, ſecreta quadam Imperij pignora, Ianumq; geminum, Fidem Pacis ac belli, in primis focum Veſtæ Virginibus colendum dedit, ut ad ſimilitudinem cœleſtium ſiderum cuſtos Imperij vigilaret flamma.* Additque: *hæc omnia quaſi monitu Egeriæ, quo magis Barbari acciperent.* Idem *Arcanum Iudæorum Rei,* ſuo ſenſu memorat, lib. III. cap. V. *Hiereſolyma defendere tentaverunt Iudæi, verum hæc quoque intravit Pompejus, & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens, ſub aureo vitem cœlo.* Sacrum Regni Trojani, Seneca Troadibus:

> *Superique teſtes ſceleris, & quondam ſacrum*
> *Regni jacentis: ille, tot Regum parens,*
> *Caret ſepulcro, Priamus.*

Pignus fatale R. P. Romanæ Sibyllina carmina. Rutilius lib. II. *Nec tantum Scythicis graſſatus proditor armis, Ante Sibyllinæ fata cremavit opis Odimus Althæam conſumti funere torris, Niſæum crinem flere putantur aves. At Stilico æterni fatalia pignora Regni Et plenas voluit præcipitare colus.* Palladium illud eſſe Sacrum Romanæ Reipublicæ à Diomede Ae-

dans ſolus amicam
Temperiem ſuperis, diſpeſcens, atq; coercens
Sidera ſacra Deum

Non enim ea humanis ingenijs tangi diſcive poterunt. Male ergo qui Valerij locum aliter capiunt: quibus nollem aſſentiri doctiſſimum Germanici Vindicem. Argo prima navium etiam Silio Italico, lib. XI. Punicor.

Quin etiam Pagaſæa ratis, cum cærula nondum
Cognita terrigenis, pontoque intrare negaret.
Adductum cantu venit mare.

Et Manilio. Aſtronom. I.

nobilis Argo
In cœlum ſublata mari, quod prima cucurrit.

At Ovidius Metamorph. prima diluvio Deucalionis jam dum rates agnoſcit, & Dionyſius Alexandrinus inventionem earum Erythræis adſcribit.

τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς, οἱ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν,
οἳ πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο.

Velificia primam Iſidem, navem biproram Danao inſtituiſſe Minervam, auctor qui Higinum decerpſit. *Conciliatoris* vicem venire velit Scholiaſtes Apollonij Rhodij in cujus primo Commentario legimus primam longarum navium Argo comparuiſſe.

1. CLAUSTRA FRETI.] Ipſum eouſque clauſum. Sæpè ſic Valerius.

1. COEUNTIBUS ÆQUOR.] Fabulis Poetarum decantatæ Symplegades, ſive rupes Cyaneæ. quia

κατωρημέναι ἀνέμων ἀργῆσιν ἀέλλαις
Ξυμπλῆτες, πίλνανθ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰοῦσαι.

Canit Orpheus Argonauticus, ſcriptor probus, & turgidis buccinatoribus ipſa ſimplicitate melior. Ad averſum corpus has cautes retulerunt non tam ingenioſe quam turpiter, Martialis, eoq; etiam fœdior nonnullibi, Auſonius.

2. IRRUMPERET ARGO.] Feſtino enim curſu concita pervolabat Argo ne à collidentibus petris tacta elideretur. Eleganter *rumpere* eo poſuit noſter, ſecutus Valerium Flaccum, lib. I.

Auſa ſequi, medioſque inter juga concita curſus
Rumpere; flammifero tandem conſedit Olympo.

Legas forte medioque inter j. c. c. Rumpere *Iuga concita* interrumpere. Tmeſi eleganti. Pariter Seneca Medea.

qui freta primùm
Rate tam fragili perfida rupit.

Papinius etiam cum noſtro, licet alia re, verſibus modo adſcriptis. *Argos* nonnulli Codices, ineptè. Navi ab artifice nomen adſignat Apollonius, Ab Argo filio Phryx, Pherecydes Syrus; in qualibus anquirendis laboremus ſi Græci ſimus.

3. ÆETAM.] Rectè ita ex libris & ſcriptoribus Scaliger, Claverius, Delrius. Aeetæ res notæ. *Licet legas & ÆEAM* quæ Colchus ipſa. Valerius, lib. V.

Debitus Aeeis dux Theſſalus appulit oris.

Apollonius lib. II. ἐξ αἴης μὲν δ' αἶαν ἅλις πομπῆες ἔσονται Scholiaſtes: ἐκ δὲ τῆς Αἴας φησὶν, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῶν Κόλχων θεοὶ ὑμῖν κατηγήσονται, καὶ εἰς τὴν αἶαν πλεῦσαι, πολλοὶ ἔσονται καθόλου πομποί? Aea, propriùm Colchorum civitas, unde Aetæ nomen nonnullis ductum. Stephani Epitoma: Αἶα πόλις Κόλχων, κτίσμα Αἰήτου, θαλάσσης ἀπέχουσα στάδια τριακόσια. ἣν περιρρέουσι δύο ποταμοὶ, ἵππος καὶ κυάνεος, ποιοῦντες αὐτὴν χερρόνησον. Ἔοικε δὲ τὸ αἴτιον ἐξ αὐ-

τῆς

τῆς ὁ Ἀπήτης εἶναι, ὡς Ἀσία, Ἀσιάτης, &c. Qui Apollonium enarrat ejuſdem nominis & Theſſaliæ oppidum aſſignans.

3. PROPIORE PERICLO.] Symplegadibus jam in colliſionem ſublimibus. Periculis autem virtuti imminentibus tota illa navigatio concinnata deſcribendis.

4. POST NUMINA.] Junonem & Minervam, Tutelas Argus. Apollonius. II. Valerius. IV.

4. TYPHIS.]

ὃς περὶ μὲν βύκταισι, καὶ ἀργήεσιν ἀέλλαις
Νῆα λαλήθυνεν δίκαιν πολυμήτιδι τέχνῃ.

Orpheus.

4. OMNIBUS ATTONITIS.] Metum eleganter deſcribit Valerius: *Omnibus Extemplo ſæva ſub imagine rupes Cyaneæ, propierque labor; quando affore quaque Parte putent: ſtant ora motu, nec feſſa recedunt Lumina diverſas circumſervantibus urbes: Cum procul auditur ſonitus, inſanaque ſaxa, Saxa neque illa viru, ſed præcipitata profundo Siderei pars viſa poli, dumque ocyus inſtant Ferre fugam, maria ante ratem maria ipſa repente Diffugere, adverſoſque vident deſcendere montes. Omnibus & gelida rapti formidine remi.*

5. TENUI DAMNO.] Extrema puppe ruina montium conquaſſata. Valerius Idem lib. IV.

Saxa ſed extremis tamen increpuere corymbis
Parſque nefas, deprenſa jugis.

Vide Appollonium lib. II. Lucanus lib. II.

Rapta puppe minor ſubducta eſt montibus Argo
Vanaque percuſſit pontum Symplegas inanem.

8. STUPUERE SUPERBÆ.] Valerius lib. IV. *Tum freta qua longis fuerant impervia ſeclis Ad ſubitam ſtupuere ratem.* Ovidius pariter de undis ſtupentibus

Prima malas docuit mirantibus æquoris undis
Peliaco pinus vertice cæſa, vias.

Sic *ſtuporem in amne* agnoſcit Ammianus, lib. XVI. *Spumans denique cruore Barbarico decolor amnis inſueta ſtupebat argumenta.* Claudiani rupes verè ſtupuere fixæ exinde.

9. PASSÆ JURA SOLI.] Inviti qui quid fuerunt, pati dicuntur. Exempla ad locum Senecæ ex Thyeſte Adverſarijs notamus.

10. JURA SOLI.] Naturam. Ante enim erant mobiles illæ rupes, fato conſtituto, ut quamprimum aliqua navis tranſiret, figerentur ſolo. Valerius, lib. IV.

talia fundit
Imperio fixos Iovis, æternumque revinctos
Neſcius & fati: certa nam lege manebunt
Si qua per hos undis umquam ratis iſſet apertis,
Tum freta, quæ longis, fuerant imperia ſeclis,
ſubitam ſtupuere ratem, &c.

Iura freti hoc modo dixit Papinius Achill. I.

10. FACILES CUNCTIS IAM PUPPIBUS HÆRENT.] Orpheus Argonaut.

καὶ ἔμπεδον αἰὲν ἔμιμνον,
Οὕτω γὰρ μοῖραι τὰ δ' ἐπεκλώσαντο βαρεῖαι.

Vide Apollonium lib. II. *Dicere* ad magnum opus, inſignemque difficultatem pertinet. Neque ſemel ira noſtet.

12. NAVIS AB INNOCUÆ.] Illæſæ: Raro uſu. Paullinus de Iona & Ceto. Hauſit & innocuum vaſta ructavit ab alvo. Vide ad IV. Conſ. & II. de Raptu.

13. TANTI REGNI.] Quantum Sol aureus ambit. Sæpè ſic de Stilicone.

15. IN MAIUS CELEBRATA FERANT.] Alibi *ſi qua fides augentibus omnia Muſis.* Et hoc eſt artificium eloquentium virorum in majus efferre minus celebrari di-

gna; quod & ipſum in Veritate rei admirandæ excluditur. Gregorius Nyſſenus in Vita Thaumaturgi:

Σιγάτω περὶ ταῦτα πᾶσα τεχνικὴ τῶν λογογράφων δεινότης καὶ ἐπαυξήσεις τῶν πραγμάτων διά τινος ἱστορίας ἢ ῥητορείας ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξαίρουσα. Οὐ γὰρ τοιοῦτόν ἐστιν ἐν τοῖς εἰρημένοις τὸ θαῦμα, ὡς τῇ δυνάμει τοῦ λέγοντος ἔλαττον ἢ μεῖζον ἑαυτοῦ γενέσθαι.

Locutio noſtri, par iſti Græcæ ex Salluſtio hauſta. *Præterea*, inquit is, *ſeditioſi magiſtratus vulgus exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arceſſere, Marij virtutes in majus celebrare.* Livius non abſimiliter, lib. XXIX. *Ne, quot naves vidiſſent, nec quanta manus agros popularetur, ſatis gnari, in majus omnia, metu augente, accipiebant.* Ambroſius lib. I. Officior.

16. SUDASSE MINERVAM.] Minerva texendæ Argo navi præfecta. Apollonius, lib. I.

Νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοὶ Ἄργον Ἀθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνῃσι. Libro II. Τὴν γὰρ Ἀθηναίη τεχνήσατο, καὶ κάμε χαλκῷ Δούρατα πηλιάδος κορυφῆς, πέρι. σὺν δ' οἱ Ἄργος τεῦξεν

Orpheus Crotoniata, ut nos arbitramur, Argonauticis.

Καὶ ῥα καλεσσαμένη ἐπιτέλλετο Τριτογενείη,
Καὶ οἱ φηγινέην πρῶτον τεχνήσατο νῆα.

Scholiaſtæ Arati relatum Argo factam à Minerva quidem ſed non in uſum Iaſonis, verum Danai, fratrem Aegyptum eâ ope fugientem, quo pertinet quod fine cap. CCLXXVII. ſcribit Higinus. Minervæ omnia egregia opera adſcribebantur. Papinius Coloſſo Domit.

An te Palladiæ talem, Germanice, nobis Effinxere manus?

Hinc artifices præcipui dicuntur ab ea docti. Cicero Arato: *Vt nemo cui ſancta, magni doctiſſima, Pallas Sollertem ipſa dedit fabricæ rationibus artem Tam tornare cate contortos poſſit orbes.* Noſter lib. II. ſupra v. CCCXXXIII. Alanus, lib. V. *plus veſte decens, habituq; decenti Gratior, & puro cœli fulgentior aſtro, Quam divina manus & ſollers dextra Minerva Texuit, & veſtis nobis exponit honeſtas.*

18. TOMARI JOVIS AUGURE LUCO.] Princeps Ianus Parrhaſius eruditione homo ingenioque præſtans, hunc locum ita reſtituit. Scripti Codices plerique alludunt, in quibus eſt *TENERI IOVIS* alij *Tenari Iovis*. *Tomarus* autem mons eſt Dodonæ, Tmarus alijs nuncupatus, auctore Correptore Stephani. In Dodona vero quercus fatidicæ, unda reſponſa dabat Iuppiter. Duas finxere columbas alij Aegypto profugas, in oracula veniſſe, quarum altera in quercum Dodonæam, altera Ammonis Afri conſederit delubrum. Vide Herodotum Euterpa, Silium lib. III. &c. De Tomaro Plinius lib. IV Strabo lib. VII. Solinus, cap. XIII. &c. Inde famulam Chaonij Iovis Argo navem vocat Valerius Flaccus lib. I. Nimis meticuloſus, qui vulgatam lectionem non adſpernatur. Camers inſulsè edidit *toto Iovis* Librorum alij *ſummi Iovis* Alij cum noſtro *teneri* Sunt qui lacunam ferunt. Vt videas inuſitatius aliquid librariorum animos faſcinaſſe. *Quercum* in urbe Dodona ſuo ævo ſuperſtitis memoriæ memorat Conſtantinus Porphyrogenetes lib II. Themate VIII.

Μητρόπολις δὲ τοῦ θέματος πόλις, ἐφ' ἧς ἡ δρῦς, ἡ φθεγγομένη, τὰ τῶν δαιμόνων μυστήρια, ἧσπερ μνημονεύει καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος λέγων οὕτως. ἢ * Δωδωναίας δρυὸς λῆρος μακρὸς ἢ Κασταλίας μαντικῶν ποτόν πόμα.

Alij non Iovis ſed Apollinis Oraculum i[illegible] agnoſcunt Scholiaſt. Aeſchy[illegible] Pr[illegible]m[illegible]th[illegible] τὴν γλῶτταν τῆς Δωδώνης ει[illegible] τοῦ Απ[illegible] μαντεῖον

μαντεῖον ἔπεμπε πολλάς. Scholiaſtes Euripidis in Andromacham ἱερὸν Διὸς inibidem agnoſcit v.DCCCLXXXV.

18. AUGURE.] Fatidico. Servius Aeneide Septima.

19. ARBORE PRÆSAGA.] Fatidicam ratem vocat Valerius Flaccus. λάληθρον κίσσαν Lycophron Caſſandra. λάλον τρόπιν Orpheus Argonaut. Locutam in ea ferunt arborem, quam è Dodona cæſam, malum ſtatuerit Minerva. Apollonius.I.

ἡ δὲ καὶ αὐτὴ πηλιὰς ἴαχεν Ἀργώ, ἐπισπέρχουσα νέεσθαι. Ἐν δὲ γὰρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ' ἀνὰ μέσσην Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοζε φηγοῦ. Idem l.IV. αὐτίκα δ' ἄφνω δάχεν αὐδομένη ἐνοπῇ μεσσηγὺ θεόντων, αὐδῇ ἐν γλαφυρῇ νηὸς δόρυ. Eadem Aeſchylus, & Antipater Epigrammatis. Vide & Higinum Aſtronomico Poetico. *Præſagus*, ominationem quandam futurorum notat, vox elegans. Feſtus: *Præſagire eſt prædivinare, præſipere. Præſagitio dicta quod præſagire eſt acute ſentire, unde ſaga anus dictæ, quæ multa ſciunt.* Quæ ſunt transſcripta de Ciceronis I. Divinat. Claudian.Bell.Gildon.

Per ſomnum mihi, care pater, jam ſæpe futura
Panduntur, multaque canunt præſagia noctes.

Præſagi, Augures. Val. Flaccus, lib.*I.*

curaque ducem metus acrior omni
Menſque mali præſaga, quatit

Silius lib. Nono.

Hæc olim vates, & te præſaga tuoſq;
Vulgavit terris, proavorū ætate, fureres.

Paulinus Panegyrico Celſi Pueri. *Gaudebant trepidi, præſago corde, parentes.* Mart. Capella, lib.I. *Augurales vero alites ante currum Delio conſtiterunt, uti quis vellet vectus aſcenderet. Namq; futura plerumq; conformans his, præſagire conſueverat.* Lege *uti quem vellet vectum aſcenderet.* Plana correctione. Uſi eadem voce Terentius, Plautus, Tertullianus, Arnobius, Appuleius, &c.

19. ANIMASSE.] Quæ enim loquebatur, erat anima quodammodo navigij. Animare, vivificare, vitam donare. Sedulius. *ſemina vitæ Divinis animantur aquis Ignem animare* caminum Sidonius lib.II. Epiſt.II. *Effigiem animare*, Capella lib.I. *Aera animare* Arator libro II. Hiſtor. Apoſtol. dixerunt.

21. VINCTURI CARMINE MENTES.] Poëtas dicit. Callimachus, bona pars eorum.

ψηδεύμην ἀιόντος ἄκεν πεπίθειεν ἀχνιώ.

23. INSOPITISQUE REFUSUM TRACTIBUS.] Valerius Flaccus. Orpheus, Apollonius, Ovidius, Metamorphos. VII.

25. VIRIDES GALEIS SULCOS.] Vide Valerium & Ovidium Lib. VII.

25. POETASQUE NOVALES MARTIS.] Uſum Græciſmi notamus ad Rufinum.

28. UNAQUE EXCLUDERE MENSA.] Phinei. Apollonius II. Val. IV. Petronius.

Tales Herculea Stymphalidas arte coactas
In cœlum fugiſſe reor, ſanieq; fluentes
Harpyas, Cum Phineo maduere veneno
Fallaces epulæ.

29. NOBILIOR TITULUS.] Laus, honor, commendatio. A *titulis* quibus laudatur quod per eos ſpectandum proponitur. Cremutius Cordus apud Senecam. Suaſor. VI. de Cicerone: *Brevi ante princeps Senatus, Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris ſui. Sic Titulus verni temporis Ciconia* Publio apud Arbitrum. Eſt ubi argumentum ſonat *titulus*. Petrus Chryſologus, Serm. LI. *Afferte illum ad me: quaſi longè poſitum curare non poſſit. Sed afferte vos incredulitatis veſtræ cauſſam, infidelitatis titulum, perfidiæ documentum. Titularios*, vocabant veteres indiculos, *Schedia*, rerum argumenta docentia. Suidas. πιτλάριον, δέλτος, σχεδάριον, πτυχίδιον. *Titulos*, quos nunc uſurpamus, *Notamina* dicebant quondam. Adrevaldus vetus ſcriptor, & probus, cap. V. Translationis Benedicti:

Locum adiens loculum ibidem invenit, exterius quidem vilem, interius autem retinentem margaritas magni pretij. Pro foribus petra præfixa erant notamina, quorum interius buſta jacebant.

30. FAUCES.] Præſentia pericula,à feris. Cicero in Catilinam III. *Rempublicam ex flãma atque ferro ac penè ex faucibus fati ereptam ac reſtitutam videtis.* Arnobius, fine libri II. *Committamus nos Deo.nec pl. apud nos valeat incredulitas noſtra, quam il. a nominis & potentia magnitudo,ne, dum ipſi nobis argumenta conquirimus, quibus eſſe videatur falſum eſſe id,quod eſſe nolimus atque abnuimur,* (ſic emaculandum)*verum;obrepat dies extremus & inimica mortis reperiamur in faucibus.* Egregia Paræneſi. Sic ſæpè Rex Pſalmographus.

30. GETICAS.]Veteri vocabulo Gothorum mavult uti, priſcæ rei amore. Oroſius. *Geta, qui nunc Gothi, quos & Alexander vitandos pronuntiavit:*lib.I.cap.XVI.

31. TERRIGENAS.] Satos ex tellure. Eleganter Valerius Flaccus libro VII. Scriptor melior quam vulgò habetur, uti etiam non paullò mendoſior.

34. TROPÆIS]Victorijs.Nonius:*Fuga hoſtium vocatur τροπή. Hinc ſpolia capta in ſtipitibus fixa,vocantur Tropæa.* Varro de LL. *Malè ergo qui aliter ſcribunt.* Tropæa poſt omnem felicem pugnam ſtatuebant Græci. Ut in Herodoro,Thucydide, Xenophonte, Arriano, Diodoro, Polybio, Plutarcho, clarum.

34. ALVIT BELLONA.] Proſperos omnes ſucceſſus bellicos, hoc numine ſæpè indicat.

35. MAVORTIA CANVIT ÆTAS.] Virilem armisque habilem ętatem omnem in bello, uſque ad canitiem ipſam, inſumſerunt. Martia ætas,apta pugnæ, ab anno XXX. uſq; XLV.ſtipẽdiorumq; eouſq; capax Vide Cenſorinum cap XIV. Eſt autem locutio ſimilis illi quam in Epithalamio Honorij illuſtramus. *Largos hac nectarus Imbres irrigat* Cum enim canere incipit,non jam eſt Martia. Totam Mavortiam ætatem dicit, quæ à puero omnis ad res bellicas adulta.

36. EXUTA TENEBRIS.] Obductā indutaq; ijs ante. Quarto Cons.Hon. Nubibus exuitur Thrace *Sic peplo cœlum induere* Auroram Capellæ dictum.

> *Et jam tunc roſeo ſubtexere ſidera peplo*
> *Cœperat, Ambroſium promens, Aurora, pudorem.*

Pallam trahere per cœlum noctem, Aquilius Juvencus,concinno ſermone,lib.II.

> *Iamque dies prono decedens lumine, Pontum*
> *Inciderat, furvamque ſuper nox humida pallam*
> *Sidereis pictam flammis, per inane trahebat.*

Orpheus Hymno Aſtrorum. νυκτὸς ζ:φοειδία πέπλον.

38. EXSANGVES LEGES.] Velut ſpirantes loquitur. Vide doctos ad Symmachum.

39. POTESTATES.] Magiſtratus. Petronius *ſparſiſq; opibus converſa poteſtas.* Optatus Afer,lib. III. *Poteſtatibus & Regibus injuriam facere.* Salvianus lib. VII.

40. JUSTITIÆ.] *Iuris dicundi,* adminiſtrandæ per partes & officia Juſtitiæ. Dicit Metum tumultumq; Bellicum omnia Togata officia conturbaſſe.

41. NVBE TIMOR.] *Nubis,* quicquid confuſionem,turbationem, inducit. *Timoris* id ingenium eſt ut mentes adeo confundat, uti futura etiam mala ſentiant. Pythias Rhetor,apud Rutilium Lupum,lib.I. *Nec circumſpicientes quo confugeremus, reperiebamus: Sed uno tempore nos & præſens & futurum malum perturbabat. Nam præſens tempus acerbitatis erat plenum, reliquum timoris.* Unde *nubi Mentis* comparatur. Tryphiodorus μὴτ' ἄλλο φρὶβ:υνὶφ. Ut alij tumultus. νεφέλη ἀθεότητ apud Julianum Cæſ.Miſopogone: τῷ πατρίῳ θεῷ νυν πρὶν τὴν ἐπηγμένης τε-

τῆς

τῆς ἐνιαυσίου, ἐπειδὰν διεσκέδασαν οἱ θεοὶ τῆς ἀθεότητος τὴν νεφέλην ὀργὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἐν προσάγειν *Nubes Oblivionis* Pindarus Olympionic. VII. ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ λάθας ἀτέκμαρτα νέφος.

Veterni. Auſonius Epiſt. *Pelle ſoporiferi ſenium nubemque veterni. Nubes meri*, Ebrietas. Valer. Flaccus libro III. *Seperis*, Idem lib. VII. *Inſcitiæ*, Boethius lib. V. cap. II. *Spei*, Papinius, Thebaid. II. *Nubilum ſtultitiæ*, Fulgentius. Mythol. I. *Vetuſtatis*, Claudian. Pan. Probiui. *Doloris*, Homerus Iliad. P. *Nebula fallaciæ* in Joanne Maxentio reſponſione ad Epiſtolam Hormiſdæ. *Erroris*, Rogerium, ſi is eſt, cap. IX. de Contemtu Mundi. *Peccati Nubes*, Martialis Lemoviceni Auctor.

43. DAMNATI FATO POPVLI, VIRTVTE RENATI.] Philoſophicum, qui, ut virtutem Stoici fato opponant, omnem ſapientiam inſumunt. Sic Catonem Dijs opponit, ſuo tamen exemplo partium deſertor, Lucanus.

Victrix cauſſa dijs placuit ſed victa Catoni.

44. FORMIDINE CLAVSI.] Formido eſt terriculamentum, retibus in agendis feris olim uſitatum, verſicoloribus terrificisque avium pennis textum: Notavit magna vis doctorum hominum in Adverſariis, Miſcellaneis, Antexegematis, Ad Lycophronem, Apulejum, Oppianum.

44. PECORVM MOREM] *Palanteis Troas agebat.* Sæpiſſimè alij omne genus.

45. METIMVR FLVMINA] VOTIS.] Qui hoſtem fluvio diremtum metuit, metitur, voverque inſuperabilem amnem ipſum. Eleganter dictum.

46. VNDOSAM FIDEM.] Cum fluvio creſcentem & decreſcentem: cum aqua ſitincertiſſimæ. I. Ruf. *prodigium flavis incertius undis.* Res eadem apud Claudium Mamertinum Panegyr. Maximiliani: *Rhenum videbatur ipſa natura ſic duxiſſe, ut eo limite Romana provincia ab immanitate Barbariæ vindicaretur. Et quis umquam ante vos principes non gratulatus eſt illo amne Gallias muniri? Quando non cum ſummo metu noſtro Rheni alveum minuit diu ſerena tempeſtas? Quando non cum ſecuritate noſtra illius diluvia creverunt? Tu autem, Imperator invicte, feras illas gentes vaſtatione, prælijs, cædibus, ferro igniq; domuiſti. Exinde igitur ſoluto animo ac libero ſumus. Licet Rhenus areſcat, tenuiq; lapſu vix leves calculos perſpicuo vado pellat; nullus inde metus eſt.*

49. CONJVRATVM SERENVM.] Favens hoſtibus. Exprimit illa Mamertini, vel alium ambo auctorem haberẽ Pariter. III Cõſ.

conjurati veniunt ad claſſica venti.

51. LEVAT ARCES.] Papinius XVII. Conſ. Domit.

Et Septemgemino jactantior æthera pulſat Roma jugo

53. SECVNDIS DEIS.] Fortunæ faventi. Papinius Theb. II.

jam pone metum, nimiumq; ſecundis Parce Dijs

Horatius ad Navim. *non tibi ſunt integra lintea Non Dij.*

53. METUM DEPONE SENECTÆ.] Lucius Florus, lib. I *Si quis populum Romanum tamquam hominem conſideret, totamq; ejus ætatem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quemdam juventutis florem pervenerit, ut poſtea quaſi conſenuerit. Quæ Floro non ideo auctori* abjudicanda, aut alius bono civi quærendus titulus, quod ſub Senecæ nomine Lactantio citentur, cum Romani ſapientis multa præclara volumina interierint, quibus paria ſcribere potuit. Ipſam Romam in ore Deam habent multi ſcriptores; at non deſunt qui auguriantur alio omnia, velut Salluſtius ad C. Cæſarem, Lucanus, Alij, nec Panegyriſtis demtis.

ÆQUÆVA POLO.] Ex illo: His ego nec metas rerum nec tempora pono. Quod tamen mendacij arceſſit jam ſub Domitiano Sulpitia Poetria. Hinc æterna Auſonius.

Ignota æternæ ne ſint tibi tempora Romæ.

Aethicus Itinerar. Antoniniano: *Nunc nemina aquarum quæ uſibus æternæ urbis formarum*

rum conſtructionibus advecta ſunt, enumeremus.

54. FERREA LACHESIS.] Inexorabilis. Papinius lib. III.

56. NOVIS.] Inuſitatis, horrendis. Alibi his Libris. Notæ tales inductiones Poetis.

61. HUC USQUE.] Romæ diſcrimina Deorum iniorum infortuniis excuſat. Quæ catenus graſſata affirmat ut Stiliconis hæc victoria finita ſint, cum ipſo metu.

62. SIDERA.] Numina. Supra. Aethnæ. *nec humanas fas eſt dimittere in artes Sidera* ſic *Aether*. Claudian. VI. Cons. Hon. *providus æther Noluit humano titulos auferre labori. Cœlum Petronio.* & Noſtro I. Rufin.

64. SI FAS EST.] Impietatem dicto deprecatur. Vide ad Ceirin Maronis.

64. TIMVISSE FERVNT.] Ovidius Metam. V.

> *De ſede Typhoea terra.*
> *Cœlitibus feciſſe metum, cunctosque dediſſe*
> *Terga fugæ.*

Manilius, Lib. I.

> *vaſtos cum terra Gigantas*
> *In cœlum furibunda tulit, tum*
> *Dij quoq; magnos*
> *Quæſivere Deos.* Vide Nonnum primis

Libris.

63. LAMBERET.] *Tangeret.* Horatius. *qua loca fabuloſus Lambit Hydaſpes* ſic alibi eſt palpantis. Gregorius Magnus, Hom. XXXVI. *Et quid per lambentem populum niſi mentes ſecularium deſignantur? Quæ terrena cuncta ambiendo quaſi lambunt, dum ſolis temporalibus delectantur.*

67. LABOR.] Inconſtantia, afflictio. Alibi his Libris.

68. GEMINI FRATRES.] Othrys & Ephialtes. Poetici cœlorum oppugnatores. Notiſſimæ Fabulæ. Vide Auctorem de Mundo. Quintum Smyrnæum lib. I. &c.

70. STETERITQVE.] Omiſſo ſuo curſu. Dicere vult penè cœleſtem machinam cōſtitiſſe cum tres montes contuliſſent Gigantes.

70. NEGATAS VIAS.] Auctor de Mundo. ἐπειδὴ οὐκ οἷον τε ἦν τῷ σώματι εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφικέσθαι. At vero *Cœlum ipſum petitur Stultitia.*

72. CARET EVENTU NIMIUS FUROR.] Euripides Helena. Μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν. Prudētius *frangit Deus omne ſuperbum.* Philo libr. de Immutabili Deo. τὸ βίαιον ὀλιγοχρόνιον. Seneca lib. VII. Natur. Quæſt. *Nulla tempeſtas magna perdurat: procellæ, quātò plus virium, tantò minus temporis habent venti. cum ad ſummum venerint, remittunt.* Xenophon apud Stobæum Serm. XLI. ſancit omne violentum obnoxium eſſe periculo, &c.

75. PERVENERE JUVENTÆ ROBUR.] Mutant nonnulli libri *Provenere & robora* Ego cum Cujacianis, Noſtro, Scaligero, Camerte, Aldo, & Belgicorum Codicum majori parte nihil ab hac ſcriptura muto. Subaudi voculam *ad*-*ad robur* non pervenere ut alibi ſæpè ſcriptores. Virgilius *Italiam, fato profugus, Lavinaque venit Littora* Valerius Flaccus, lib. VIII. *Protenus hinc alios flectunt urbesque locosque.* Appulejus libro IV. *Tanto terrore cæsum illum turbaverat, ut uſque diluculum, immo & in multum diem nemo fuerit auſus quamvis jacentem beſtiam vel digito cōtingere.* Idem, Lib. VI. *nec cunctata diutius pergit turrim quampiam præaltam, indidem ſe datura præcipitem.* Lib. VII. *Poſtquam vos, fortiſſimi viri, cunctis ablatis, caſtra noſtra remeaſtis.* Eodem: *Nec paucos humili ſervilique vita renuntiantem ſectam ſuam conferre malle.* Hoc eſt ſeſe ad ſectam Latronum. Idem lib. VIII. *per mediam civitatem curſu furioſo proripit ſe, procul dubio neſcio quod ſcelus geſtiens, monumentum mariti contendit.* Lib. IX. *denique die quadam timida, illius anicula ſermo meas deferetur aures.* Eodem: *Venditoribus tradita mercede, dorſum inſidens meum, ſic hortum reāit.* *Pervenere* verò & inuſitatiori modo repetitur, caſu nimirum Tertio datum. Victor Uticenſis

cenſis lib. III. Perſecut. Vandal. *nullis liceret aliis aut convictus agere, aut exercere conventus, ſed præſumta fiſci viribus jungerentur, ſed etiam & eorum patrimonia Eccleſiis ſuæ Fidei ſociata ſuis antiſtitibus pervéniſſent.* Sic legitur ibi in primis editionibus, perperam mutante Franciſco Balduino, qui, Codices, profeſſus, multa deprehenditur ingenio ſuo in eum ſcriptorem permiſiſſe. *Pervenere* ſit etiam pertranſiere. Sic progredi uſurpat lib. V. de vita Martini Paullinus Petrocorius.

quoties propria progreſſus limina cellæ
Eminus amotam greſſus moviſſet ad urbem:

Et noſter I. Eutrop. Vbi plura.

75. ALOIDÆ.] Stultæ & effrænis audaciæ violentiæque exempla, ad terrendos animos inconſultorum. Julianus Imp. Oration. I. ad Conſtantium:

ὁ δὲ ταῖς παρασκευαῖς ἐκείνου καταδεέστερος, ἔμπληκτος δὲ μᾶλλον, καὶ τῇ μανίᾳ τοὺς Ἀλωάδας ὑπερβαλλόμενος, μονονουχὶ τὸ πλησίον ὄρος ἐγνωκὼς ἀμφικαλύψαι τῇ πόλει ἐπαφιεὶς δὲ ποταμῶν ῥεύματα, καὶ τὰ χείλη διαλύσας, οὐ δὲ ἀτειχίστου τῆς πόλεως περιγενόμενος ἔσχεν ἐφ' ὅτῳ σεμνύνηται.

Themiſtius. Orat. XIV. *Philoſophum Regem non in convivijs ex vinolentia & ſaturitate eligunt homines, convivialem utique principem, non multo poſt à crapula mœrore conficiendum, velut in Saturnalibus evenit. Sed is ſponte naſcitur & educatur, tamquam in apum examine per ſe ab ortus initio excitatus, quem ſponte ac lætitia geſtiens agmen omne circumſtrepit, non ideo quod corporis excellat mole, ac communem hominum naturam tranſeat, novem cubitos aut ulnas erectus, quales Aloidas fuiſſe comminiſcuntur Poetæ, quos quidem prodigioſa corporum amplitudo in abſurdas quaſque & omni rationi contrarias cogitationes, montium ſcilicet exſtructiones ac velut gradus quoſdam & ſcanſiones in cœlum impulit,* &c. Syneſius de Inſomnijs;

οἱ μὲν οὖν Ἀλωάδαι κολάζονται τὰ Θετταλῶν ὄρη τοῖς θεοῖς ἐπιτειχίζοντες.

In Manuſcriptis excerptis Sententiam reperio hanc: *Temeraria virium experientia Giganteo debet exemplo refrænari: Quorum audacia in favillis ſepulta corruit, quia Deos inexpugnabiles vincere tentavit.* Vide Heraclidem Ponticum in Allegorijs Homericis. Aloidarum mentio etiam apud Pauſaniam lib. ult. Lucianum Charonte, Philonem de Confuſione Ling. Apollodorum libro I. Higinum cap. XXVIII. Qui Claudianum enarrat. Novem annos natos cœlum adſcendere milites dicens. Servius ad Aen. VI. Per ſingulos menſes novem digitos creviſſe ſcribit.

75. PELION.] Montem Theſſaliæ. Syneſius. Quintus Smyrnæus.

εἰδόμενοι παίδεσσιν Ἀλωῆος μεγάλοιο
οἵ ποτ' ἐπ' εὐρὺν Ὄλυμπον ἔφαν θέμεν οὔρεα
μακρὰ Ὄσσαν αἰπεινὴν καὶ Πήλιον ὑψικάρηνον.

77. Aſpice Roma tuum.] Geminata acclamatio ejusdem vocis auget ſententiam, vinique vociferantis, quam malè turbant duo Belgici Codices. *Vertice celſior*, ad animum à victoria augeſcentem, vimque refloreſcentem pertinet.

78. RARVM.] Velut decerptis plurimiſ ariſtis de manipulo frugum. Alibi.

Iamque frequens rarum decerpere transfuga robur.
Cœperat.

80. ITALIA DETRUSUS.] Quam ſpe jam devoraverat, ejus potiundæ gratia ex Epiro contendens per Illyricum. Stilicone jam exſtincto Romam Alaricus occupavit. Muſis noſtri cum Principe ſuo conticentibus, Varanæ nimirum ſolo Conſule poſt Octavum Honorij Conſulatum: quare incogitanter vir doctus ad carmina Sidonij, captæ Vrbis hiſtoriam ex Sexto apud noſtrum Conſulatu ejusdem petitum mittit.

audacia, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido. Lubenter cupit commori qui ſine dubio ſcit ſe moriturum. Ideoq; Scipionis laudata ſententia eſt qui dixit viam hoſtibus, qua fugiunt, muniendam. Clauſi enim, licet exigui numero, & infirmi viribus, hoc ipſo tamen ſunt hoſtibus pares quia deſperantes ſciunt aliud ibi licere non poſſe. Nam *una ſalus victis nullam ſperare ſalutem.* Ammianus lib. XVI *Solet abrupta ſæpè diſcrimina ſalutis ultima deſperatio propulſare.* Silius, Lib. I. *clauſos acuunt extrema pericli. Et fractis rebus violentior ultima virtus.* Curtius lib. IX. *pugnabat pro Rege primum fama, dein deſperatio magnum ad honeſtè moriendum incitamentum.* Mille rem probant veritatis Hiſtoriæ.

99. NUNTIA MORTIS.] Noſter Codex *conſcia* quod Claudiani puto.

99. NOMEN STIRPEMQ. ABOLERE.] I. Rufin. CCXXXII. *Tropæum* victoris eſſe Regem exercitui cæſo ſuperſtitem dicit Sexto Conſul CCXXIIX.

100. PROCUL ARCEAT ALTUS JUPPITER.] Non arcuit diu poſt hoc ſcriptum abominatio ſolita, ubi de hoſtium ſucceſſibus ſermo eſt. Sedem Quirini vocat Romam, cujus caſu diu apud Capitolium oſtentata. Adverſar. lib. XXI. cap. IV.

103. ARCANUM TANTI REGNI.] Sacra, Penetralia, Sedem Imperii: quibus viſis admiratio tanti Regni imminuatur; non viſis, Majeſtas exterior numen quoddam intus habitans fingit. Spargebantur veteri more Arcana quædam Deorum depoſita penetralibus magnarum urbium ſervari, quibus ſalus imperii ſalvis conſtaret. Tale *Palladium* Trojæ erat, veſtæ ignis Romæ, Crinis Niſi Megaræ, vitis affingebatur Hieroſolymis. Arcana Præſidia. Inſcriptio Vetus Romana. Pag. LXXXIII. ANNUANT DII ROMANÆ REIPUBLICÆ ARCANAQ. URBIS PRÆSIDIA. ANNUANT, QUORVM NVTU IMPERIO ROMANO REGNA CESSERE. Sic Arcanum Romanæ Rei libros Sibyllinos facit Rutilius Numatianus: cum prodidiſſe Arcanum Imperij eorum exuſtione dicit Stiliconem. Imperium Tantalidarum tale ſecretum habebat Arietem. Seneca, Thyeſte.

> *Eſt Pelopis altis nobile in ſtabulis pecus,*
> *Arcanus aries ductor opulenti gregis,*
> *Hujus per omne corpus infuſo coma*
> *Dependet auro; cujus è tergo novi*
> *Aurata Reges ſceptra Tantalidæ gerunt*
> *Poſſeſſor hujus regnat: hunc tantæ domus*
> *Fortuna ſequitur.*

Romæ habebatur ædes, *Sedis Imperii* vocabulo, cui poteſt ut in cultum fuerit quippiam Eidoli; eā memorat Publ. Victor. Region. X. Sic *ſignū Veſtæ* pignus Romanæ Rei vocat Livius lib. V. *Quid de æternis Veſtæ ignibus, ſignoque, quod, Imperij pignus, ejus templi cuſtodia detinetur, loquar? Cuſtodem Imperij flammam* Florus lib. I. cap. II. ubi & alia pignora ejusdem memorat. de Numa: *Ille ancilia atq; Palladiū, ſecreta quædam Imperij pignora, Ianumq; geminum, Fidem Pacis ac belli. in primis focum Veſtæ Virginibus colendum dedit, ut ad ſimilitudinem cœleſtium ſiderum cuſtos Imperij vigilaret flamma.* Additque: *hæc omnia quaſi monitu Egeriæ, quo magis Barbari acciperent.* Idem *Arcanum Iudæorum Rei,* ſuo ſenſu memorat, lib. III. cap. V. *Hieroſolyma defendere tentaverunt Iudæi, verum hæc quoque intravit Pompejus, & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens, ſub aureo vitem cœlo.* Sacrum Regni Trojani, Seneca Troadibus:

> *Superique teſtes ſceleris, & quondam ſacrum*
> *Regni jacentis: ille, tot Regum parens,*
> *Caret ſepulcro, Priamus.*

Pignus fatale R. P. Romanæ Sibyllina carmina. Rutilius lib. II. *Nec tantum Scythicis graſſatus proditor armis, Ante Sibyllinæ fata cremavit opis Odimus Althæam conſumti funere torris, Niſæum crinem flere putantur aves. At Stilico æterni fatalia pignora Regni Et plenas voluit præcipitare colus.* Palladium illud eſſe Sacrum Romanæ Reipublicæ à Diomede Ae-

ſ̃cæ, Minervæ juſſu, donatum ſcribit Silius lib. XIII.

Quippè Dijs viſum ne cui perrumpere detur

Effigies ea quam umquam poſſederit, arces.

Athenienſibus tale quid fuiſſe videtur Veſtæ cultus. Nam in Eutyphrone PLatonis accuſator Socratis Melitus urbem dicitur à Veſta corrumpendam ea inſimulatione ſumſiſſe. Ait Socrates:

καὶ δὴ καὶ Μέλιτος ἴσως πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἐκκαθαίρει, τοὺς τῶν νέων τὰς βλάστας διαφθείροντας, ὥς φησιν, ἔπειτα μὲν τοῦτο δηλονότι τῶν πρεσβυτέρων ἐπιμεληθεὶς, πλείστων καὶ μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος τῇ πόλει γενήσεται, ὥστε τὸ εἰκὸς συμβῆναι ἐκ τοιαύτης ἀρχῆς ἀρξαμένῳ. Reſpondet Eutyphro: βουλοίμην ἄν, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὀῤῥωδῶ, μὴ τοὐναντίον γένηται, ἀτεχνῶς γὰρ μοὶ δοκεῖ ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν, ἐπιχειρῶν ἀδικεῖν σε.

Arcana perhibentur loca etiam ipſa ubi tegebãtur talia, quæ profanis oculis ſe movit Religio; Tacitus, lib. V. Hiſtor. de Judæis: *Romanorum primus Cn. Pompejus domuit, Templumq; jure victoriæ ingreſſus eſt. Inde vulgatum nullas intus Deum effigies, vacuam ſedem, & inania arcana. Arcana* etiam, Regum ſecreta conditoria Plinius lib. XXV. cap. II. De Mithridate: *Scrinium commentationum harum, & exemplaria, effectusq; in arcanis ſuis reliquit.* Sic *Proceres* quoq; Romani in Domibus. Vide Ciceronem apud nos lib. XXXVIII. cap. VII. Adverſ.

103. DEPRENDERE.] Non enim enarrabatur alioquin, nec oculis exponebatur. Sic Palladium Commodi tempore de incendio tranſlatum, tum primum conſpectum eſſe à Trojana evectione ſcribit Herodianus, lib. I.

106. PROPRIO MILITE.] Alibi laudat Stiliconem quod priſcum morem reduxerit *Vt Ducibus mandarent prælia Patres.*

108. TRANS ÆQVORA VIRES EXERCERE DABANT.] Vera ſcriptura omnibus libris aſſentientibus. Quare *VIRTVS* Scaligeri merito abſit. Virium enim exercitium dicit.

109. CURRUS REGUMQUE CATENÆ.] Capti triumfatiq; Reges.

110. ABUNDANTIS FATI.] Quo carere poterant citra detrimentum. Abundanter, pro ſuperfluis ſumtibus, pariter in Sidonio lib. II. Epiſt. IX.

111. CIRCUMSTETIT.] Ut magna pericula videri ſolent. Virgilius Aen. II.

At me tum primũ ſævus circumſtetit horror. Lib. VIII.

non te Rationis egentem Lernaus turba capitum circumſtetit anguis. Caput, Roma ipſa, *Arx* ipſa Reip.

113. RATIO VENTOSA FAVORIS.] Vento, auræ, æquatur favor popularis. Pacatus Panegyr. *Auras omnes plauſuum publicorum ventoſa popularitate captantem. Ventilantur,* qui ea nobilitate moventur. Fulgentius Epiſt. II. cap. XIX. *In omnibus operibus bonis cave ne laudis humana deſiderio ventileris. Laudari quippè in bonis Operibus debes, ſed in Deo quod operaris hominum laudes exſpectare non debes.* Ita legenda ea præclari ſcriptoris ſententia.

118. NEC PRO SUCCESSU TUMIDUS.] Cujaciani, Noſter, Belgæ libri: nimius. Illud malimus. Efferri rerum ſucceſſu, contra conſiliũ Sapientiæ eſt. Horatius li. II Carm. X. *Rebus anguſtis animoſus atq; Fortis appare: ſapienter idem Contrahes vento nimium ſecundo Turgida vela.* Nilus Paræneſi. ἀλλὰ μὴ ἐπαίρου. μήποτε τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι γένηται. Demoſthenes contra Legionem: δεῖ μετριάζειν ἐν ταῖς εὐπραξίαις, καὶ προορωμένους τὸ μέλλον φαίνεσθαι. Sic enim proſperæ res difficiliores adverſis. Xenophon Pædia. VIII. δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά. Rationem cur in proſperis animi ſ[illegible]lus compeſcendus, adſignat idem Xenophon Ana-

Anabas.III. Quod ſcilicet ut jacentem erigere, ſic facilè ſit etiam Deo erectum deprimere. Cui concinit initio primi ἔργων Heſiodus.

122. PARCENDOQVE SECAT.] Utrumq; ſimul agens, parcere & ſecare. Pacatus Panegyrico: *faciam quod facere præſtantes arte medicos vidi; aliorum vulnerũ cicatrices, poſtquam cutem traxerunt, manu pendente tractabo.* Sententiam exprimere voluit Wipo, barbarus verbis, non animo, ad Henricũ III. Imp.

Poſt juſtam legem comitetur gratia Regem,
Et poſt judiciũ venia mulcedo ſequatur.
Qui miſero parcit parcẽdo crimina punit.

Hiſtoriæ quę ſequentibus tanguntur notæ omnibus: nec hic cumulandum aut diſceptandum quid conſonum aut diſſonum Claudiano de Curio, Mario, Pyrrho, Paullo, Jugurtha, Decijs, Fabritio ſcribant alij; quod exigere malint nonnulli moroſophi, cum omnium labor ſit.

127. NIVEIS QVADRIGIS.] Camillo hoc inviſum Livius lib. V. *Adventus Dictatoris celebratior quam ullius anteà fuit: maximè conſpectus ipſe eſt curru albis equis juncto urbem invectus, parumq; id non civile modo ſed humanum etiam viſum. Iovis Solisq; equis æquiparatum Dictatorem in religionem trahebant, triũfusq; ob eam unam maximè rem clarior quam gratior fuit.* Idem Plutarchus *Vertit* poſtea in uſum: Vide quæ de Triumfo nuper congeſſit.

130. NULLI PERVIA CULPÆ.] Contemto auro Regio. In quo animoſitas.

131. VEL ARMIS.] Et armis. Adverſaria noſtra exempla habent.

136. FATIDICAM JACTANTIA QVERCVM.] Dionyſius Halicarnaſſ. lib. I.

ἐν ταύτῃ δὲ λέγεται χρηστήριον Ἄρεως γενέσθαι πάνυ ἀρχαῖον, ὁ δὲ τρόπος αὐτοῦ παραπλήσιος ἦν, ὥς φασι, τῷ παρὰ Δωδωναίοις μυθολογουμένῳ ποτὲ γενέσθαι, πλὴν ὅσον ἐκεῖ μὲν ἐπὶ δρυὸς ἱερᾶς καθεζομένη πελειὰς θεσπιῳδεῖν ἐλέγετο. παρὰ δὲ τοῖς Ἀβοριγῖσι, θεόπεμπτος ὄρνις.

Nam ex quo Columba, Aegypto profuga, in ea conſederat, quercus fatidica habebatur. Vide Herodotum lib. II. Homerum Odyſſ. ξ. ejuſque Scholiaſtas, Lucianum ἐρωσι, qui fagum quercui ſubdit, &c.

138. LENTO LUCTAMINE.] Quaſi lucta congreſſus. Encomium Fabij huc pertinens adponam ex lib. XXX. Livij. *Eodem anno Q. Fabius Moritur, ætatis exactæ; ſiquidem verum eſt augurem II. & XL. Annos fuiſſe, quod quidam auctores ſunt, Vir fuit certè dignus tanto cognomine, vel ſi ab eo inciperet. Superavit paternos honores, avitos æquavit, pluribus victorijs & majoribus prælijs avus inſignis Rullus: ſed omnia æquare unus hoſtis Annibal poteſt. Cautior tamen quam promtior hic habitus fuit, & ſic ut dubites utrum ingenio cunctator fuerit, an quia bello ita propriè, quod tum gerebatur, aptum erat. Sic nihil certius eſt quam unum hominem nobis cunctando rem reſtituiſſe.* Scutum hinc Reipublicæ dicebatur, ut Marcellus gladius. Plutarcho, Floro, ſcriptoribus.

139. AUSUS.] Abſolutè. *congredi* enim addendum erat. Vide ad Gildon. Fulmineum noſter Annibalem vocat à præcipiti curſu audaciæ. *Fulmineus* ita aper Maroni. Alexander Lucano, *Dextera viri fortis* Silio lib. III. Appiano Civil. v. &c.

140. VIRTUS SCIPIADÆ.] Græciſmus. Horatius: *Virtus Scipiadæ & mitis Sapientia Læli.* Empedocles, apud Laertium: ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός. Heſiodus apud Pauſaniam: γέντα χείρωνος κρατερὸν μένος ἱπποδάμοιο. Apollonius, lib. I. Argonaut. Οὐδὲ μὲν οὐδὲ βίην κρατερόφρονος Ἡρακλῆος Ἴζανεν. Idem μέγα δ' ἀνέρος Ἡρακλῆος Ἴζανον. Idem lib. III. φθέγγουσα βίην κλειτοῖο πελειάς. Orpheus Argonauticis. πρῶτα μὲν εἶδα βίην Ἡρακλῆος θείοιο. Moſchus Eclogis: Εἴσκετο γάρ μοι ἔχων μακέλην διέργεα χερσὶ παῖς ἐμὸς ἀμφοτέρῃσι βίην Ἡρακλείην.

Quintus Smyrnæus, lib. I. Par. Δεσπότης μιν ἠδ' θερσούφρονας Αιακίδαο. Oppianus. Cyneg II. ἢ χρυσείων ἀγχίλων ὀλοὸν θράσος. Sic Πολυνείκους βία pro ipſo apud Euripidem. Latini etiam crebrò Varro Atacinus. *Quin mage pernices aquilas vis pigra Elefanti Præcurret* Pallladius lib. XIV *Si velocis equi pigro miſcetur aſello Ardor*. Hincq; deſcendit, quod in abuſum rapuit ſequior ætas, dignitatem virtutemve hominis pro ipſomet dicere; Vti ſæpè Plinius lib. X Epiſt. cujus generis multa in Hiſtoria Auguſta, Symmacho, Sidonio, Ennodio, Ambroſio, &c.

143. TRES POTUIT.] *τὸ potuit* arduum opus deſignat. Vide G. Canteri Novas Lectiones.

144. FREGITQUE.] Vel invitis libris & Emendatoribus ſervato temporis ordine Claudianum ſcripſiſſe arbitror. *frangitq; fur. C. vincitque m. victumque relegat.* Quæ ſcriptura inſuper hoc etiam egregiũ; habet quod indicat raptim unoque velut impetu facta iſta omnia: Quo ſpectat quod ſubdit *Atque hæc tanta brevi.*

145. Atque hæc.] Diſtingue.

Atque hæc tanta brevi: Miſcentem incendia Pyrrhum, &c.

Quod mirum non attendiſſe vel Scaligeri perſpicaciam. *Relegatus* vi ſonat expulſum Claudiano. Supra lib. I.

quos interior nimio plaga Sole relegat,

Panegyrico Mallij.

Numina conſtituunt alij, cauſaſque relegant.

146. MOERENS OENOTRIA.] In noſtro libro *moriens* Sanè excellenter Nihil mutamus, licet hoc non fuerit inelegans De tempore Florus lib. III. cap. V. *Cum quatuor Pyrrho Decem & ſeptem anni Annibali ſuffecerint Mithridates per XL. reſtitit.*

147. PROPE TER SENAS] Mira diſſenſio ſcriptorum. XVII. Annis Italiam vexaſſe Annibalem Florus teſtatur, & Eutropius. XV. agnoſcit ſolos Silius libro XVII. cum Livio lib. XXX. quibus aſſenſum præbet & Appianus. Faſti litem compoſuerint,

147. TER SENAS HERBAS.] Toties renatas. Annos ab herbis intellexit, ut infra à nivibus & gelu. v. CLXVI. *Graminis herba.* Poeticum. Maro. *nec amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.* Ovidius lib. X. *Area, quam viridem faciebant graminis herba. Æſtates* ergò hic voluit intelligi, & per eos annos, ut infra tempeſtatum brumalium deſcriptione.

147. MASSYLUS.] Numida, Pœnus. Maro. *Maſſylique ruunt Equites.*

148. ANNIBALEMQUE SENEM.] Vincendo ſenem. Livius. lib. XXX. *Non cum Aſdrubale fugaciſſimo Duce, rem futuram. Sed cum Annibale prope nato in tentorio Patris, fortiſſimi Ducis, alito atque educato inter arma, puero quondam milite, vix dum Iuvene Imperatore: qui ſenex vincendo factus, Hiſpanias, Gallias, Italiam, ab Alpibus ad fretum monumentis ingentiũ victoriarum compleſſet.* Claudianus aſpexit iſta Silij, lib. XVII. Punic. Annibale ipſo loquente ex Livo:

Vincendoque ſenex, patriam poſt trina labantem
Luſtra, & non viſet tam longa ætate parentes,
Ac natum, & fida jampridem conjugis ora
Confiſus vobis repete.

150. BRUMA NE LONGIOR UNA.] In Italia quidem. Nam alioquin integro tricennio partes Græciæ vaſtatas ab Gothis iiſdem mox dicet, repeteretque VI. Conſ Hon.

152. HYEMS.[*Tempeſtas Belli* quam v. CXII. dixit. Diſtinctio ita concilianda eſt.

Hic celer effecit bruma ne longior una
Eſſet hiems rerum: Primis ſed menſibus æſtas.
Temperiem cœlo pariter belloq; referret.

Menſibus rectiſſimè agnoſcit noſter Codex, cui conſentiunt quinq; Belgici; primo enim abſceſſu hiemis ait amoviſſe Italia hanc tempeſtatem ſuum Heroem.

154. VILIS

154. VILIS CUM SPARTHACUS.] Ob gladiatoriam artem, quod genus, vitæ auctoratæ, contemtiſſimum Romanis moribus. Formula addictionis apud Horatium lib.II. Sat.VII Senecam, Epiſt LVIII. Petronium Satirico. *Alioquin tantum vilitatis nota abfuerit hic Spartacus,* ut merito ſuo fortiſſimis Ducibus omnis ævi conferendum dixerim. Geſta ſunt in Plutarcho, Appiano, Eutropio, Floro, Velleio, &c.

156. CONSULIBUS.] Sidonius. *Vel quos, Sparthace, Conſulum ſolebas Victrici gladios fugare ſica.* Caſtra ipſa occupaſſe fortiſſimum ducem; vera res eſt. Florus: *Cum obſiderentur à Clodio Glabro per fauces cavi montis elapſi vinculis, ad imas Veſuvij deſcendere radices; & exitu invio tale nihil opinantis Ducis ſubito impetu caſtra rapuere. Inde alia caſtra, Inde jam Conſulares quoque aggreſſus, in Appennino Lentuli exercitum percecidit, apud Mutinam C Caſſij delevit.* Exſuere caſtris eſt pulſum hoſtem ita perſequi ut caſtris etiam victor ejiciat. Exſuere enim penitus re evertere. Frontinus Strategem lib I. cap.VI. *fudit, exſuitque præda.* Velleius lib.II. *At Rex fuſus fugatuſque, exſutusque omnibus copiis.* Exſutis, omnibus ſpoliati. Tacitus, Annal. I. *Bruto & Caſſio caſis exſutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus niſi Cæſar dux reliquus.* *Exſuere,* amittere, miro modo, apud Papinium Theb.III.

nunc Regis in qui
Ob noxam immeritos, Patria tot culmina cives
Exſuimus, nec adhuc calcati fœderis Argos
Fama ſubit.

158. STRAGE PUDENDA.] Multa id genus declamator Florus.

159. SERVILIBUS ARMIS.] Servos enim ad pileum vocabat Sparthacus.

163. CONIURANTIS ARENÆ.] Triginta primum gladiatores fuerunt exercitus Sparthaci, carcere fracto in cladem Italiæ prodeuntes. Sidonius Anthem.

Belli magis acta revolvo,
Quod bellum non parva manus, neque carcere fracto
Ad gladiaturam tu Sparthace vincte, paraſti.

Qui contemtu viri noſtrum imitatur.

164. DEIECERIT.] Magno ſcilicet opere. Virgilius

Deycit Herminium

Martialis de Leone eximio.

Non niſi dejecta paſcitur ille fera.

168. AMICTUM.] *Veſtiri* terram gramine Poeticum. Alibi ex Tertulliano.

170. VESTIGIA FUNESTA.] Peſtilentiæ loco ingentiſque luis divinitus immiſſa ralia diſcrimina gentium. Nicephorus Gregoras, lib.II. *Vt terrores de cœlo ſæpè hominibus à Deo incutiuntur, ut fulmina, incendia, & nimij imbres, ſæpè è terra, ut telluris hiatus & quaſſationes, ſæpè ex aere ut Typhones, ita hi à Deo aſſervantur Septemtrionales & Hyperborei terrores, ut pro alia pœna quando, & quibus Providentia viſum fuerit, immittantur.* Patia noſter ſequentibus.

173. QVOSCVMQVE VAGOS.] Scribe *quocumque* Apertum hoc miror nec Scaligerum conſpexiſſe. Vnus ex omnibus MS. non inſavit Noſter Codex cum Aldo veritatem amplexus.

174. GRANDINIS AVT MORBI RITV.] Torrentis, locuſtarum, fulminis, Idem Gregoras. XIII XV. & XII. *Vel incendij more,* Idem VI. Multa talia in Prophetis Veritatis ad quorum Eloquentiam omnes ſcriptores nugæ ſunt. Ita turbo Hunnorum in Jornande, cap. XXIV. Getic. *Mox ut ingentem illam paludem tranſiere, gentes, quæ ripa iſtius Scythia inſidebant quaſi quidam turbo rapuerunt.* Morbus incumbentem peſtilentiam notat, qualis raptum Thucydides, Lucretius Ovidius Metam. VII Papinius fine I.Theb. &c.

173. ERYNNIS.] Omnis fatalis clades Poetis.

177. AEMVS.] Cujaciani & noſter *Hebrus*

brus Quod verum arbitror, ut ſit par fluminum & montium recenſio. *Hebrique* hac hiſtoria aliquoties meminit noſter.

179. ALYAGMONA.] Plinius, lib. IV, cap.X. Ptolomæus.

179. BESSI.] Duriſſimi Thraciæ populi. Paullinus.

Nam ſimul terriſque animiſque duri
Et ſua, Beſſi, nive duriores,
Nunc oves facti duce te greguntur
Pacis in Aulam,

Lege Thucydidem.

180. NVBIBVS INTACTVM.] Apuleius *Deo Socratis auctor eſt* ad perpendiculum demenſum hunc montem, qui altiſſimum tamen jugum ſit omnium non exſcendere ultra decem ſtadia. De cætero noſter alibi, aliique ſcriptores.

181. GERIT IRRITA.] Omnino cum Cujacianis omnibuſq; Bertini & Belgis Codicibus Aldoque reducendum *gemit irrita.* Quod fugiſſe Scaligerum magnoperè miror. Noſter *genuit* indicio veritatis. *Tempe* altiſſimis montibus oſſa & Olympo muniuntur. Aelianus Variat. lib. III. cap. I.

Ἔστι δὴ χῶρος μεταξὺ κείμενος τοῦ τε Ὀλύμπου καὶ τῆς Ὄσσης, ὄρη δὲ ταῦτ' ἐστὶν ὑπερύψηλα. καὶ οἷον ὑπό τινος θείας φροντίδος διεσχισμένα, καὶ μέσον δέχεται χωρίον, οὗ τὸ μῆκος ἐπὶ τεσσαράκοντα διήκει σταδίους. τό γε μὴν πλάτος τῇ μέν ἐστι πλέθρου, τῇ δὲ καὶ πλεῖον ὀλίγου. διαρρεῖ δὲ μέσου αὐτοῦ ὁ Πηνειός. &c.

183. VIRGINIBUS DILECTUS ENIPEUS.] Ob ſpacia choreis ducendis apta in campis Theſſaliæ, cujus flumen Enipeus.

185. PINDI DRYOPES.] Plinius, Præfat. lib. IV. De Actio Dio Caſſius lib. L.

188. THERMOPYLÆ.] Vide Herodotum lib. VII. Diodorum. lib. XI.

189. SCIRONIA RUPES.] Illi olim nobili latroni infeſſa. Iſthmi Corinthiaci promontorium. Virgilius Ciri.

Præterit abruptas Scironis protenus arcis.

Vide Pauſaniam, lib. II. Murum vocat quod ſitus Iſthmi Corinthiaci munitionem habeat velut manu factam. Pauſanias memorat fuiſſe olim qui Peloponneſum in Inſulam transfigurare vellet; hic ubi Iſtmos ſit, deſtitiſſe, morte conſummationi operis præreptum, ejuſque rei ſua ætate ſuperfuiſſe veſtigia. Quantum eidem rei Principes Romani aliqui laborarint notum. Inter opera Luciani libellus ipſius non eſt, ſed auctoris Neroni coævi. Murus eſt quicquid firmat. Ovidio,

Grajorum murus Achilles.

Horatius.

hic murus aheneus eſto
Nil conſcire tibi

Proverbium *Stare inſtar muri.* Vegetius, lib. II. cap. XVII. *Excipiebat prælium gravis armatura, quæ tamquam murus, ut ita dicam, ferreus, ſtabat.* Venantius Fortunatus. lib. VII. Carm. Carm. XII. *Ajax in clypeo, murus Achæus, obit.*

190. CLAUSTRA LYCÆI.] Scaliger verè *Lechæi* licet abſentientibus libris. Nam continuus eſt ſermo de Achaia, cujus promontorium Lechæum. Pauſanias lib. II.

193. TAYGETI.] Mons Laconiæ. Amyclæ, Sparta.

196. ERIDANUS.] Ad Pollentiam cecidit Alaricum Stilico.

197. ALTE FATORUM SECRETA TEGI.] Adeo quidem, ut ipſis etiam Dijs ignota faciat Quintus Smyrnæus Homero proximus Poeta lib. VII.

198. LATII FORE CREDIDIT UMBRAM.] Vel tenuem figuram. Perſius doctè *tramam figuræ* dixit. Livius lib. V. *me non jam eumdem, ſed umbram nomenque P. Licinij relictum.* Propertius.

Non ego, ſed tenuis vapulat umbra mea.

201. ALAS] A Celeritate rumoris loca pervagantis alas Famæ tribuunt Poetæ. Virgilius Aen. IV. Silius, lib. VI.

Intereà rapidas perfuſa cruoribus alas

Vera

Vera ac ficta ſimul ſpargebat fama.

Nigras noſtro habet ob triſtem nuntium, proſpero enim candidas dabant. Martialis.

Procul à libellis nigra ſit meis fama
Quos Rumor alba gemmeus vehit penna.

203. CUNCTA TRAHENS.] In ſententiam ſuam, hoc eſt timorem, horrorem & concuſſionem, cæteroſque belli tumultus, de quibus Papinius. lib. VII.

204. BELLI MURMURE.] Terrore hoſtico. Sidonius: *Aethyopaſque vagos belli terrore relegans.* Valerius Flaccus lib. II. *Veneris* ſermone ad famam.

verte domos, præcurrere qualis
Bella ſoles, cum mille tubas, armataque campis
Agmina, & innumerum flatus confingis Equorum.

205. NOTI FLABRIS.] *Ventis dare* oblivisci, memoria & æſtimatione penitus deponere, atque abjicere. Sæpius ſic Horatius & Ovidius. Ille lib. I. Od. XXVI. *Triſtitiam & metus Dabo protervis in mare Creticum portare ventis* Eadem re cum noſtro. Naſo I. de Arte. *Iuppiter ex alto perjuria ridet amantum Et jubet Aeolios irrita ferre Notos.* Epiſt. Didus. *Atque iidem venti vela fidemque ferent.* Anacreon. Oda. XLI.

Τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν Ἁπαλοὶ φέρουσι παῖδες Τὸ δ᾽ ἄχος πέφευγε μιχθὲν Ανεμοτρόπῳ θυέλλῃ.

Alius Lyricen vetus.

Τῷ δεσπέτᾳ τῷ χρυσῷ Ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις φέρειν ἔδωκα λύπας.

Sic alia in ventos dimitti dicuntur, quæ irrita fiunt. Silicus Italicus lib XII.

Riſit nube ſedens vani conamina cœpti
Et te'um procul in ventos dimiſit Apollo.

Origo dicti videtur à voce orta, quæ ſereno placidoque cœlo auditur, diſpergitur verò ventis bacchantibus. Plutarchus Sympoſ. VIII. ex Simonide:

Νηνεμία γὰρ ἠχῶδες, καὶ γαλήνη, καὶ τοὐναντίον, ὡς Σιμωνίδης φησίν. Οὐδὲ γὰρ ἐνοσίφυλλος ἀήτα τό τε ὦρτο ἀνέμων, ἅτις κατεκώλυε σκιδναμένα μελιαδέα γᾶρυν ἀραρεῖν ἀκοαῖσι βροτῶν PLuribus alibi.

206. FESTÆ DOLEANT NE TRISTIBUS AURES.] Lætis enim feſtiſque diebus ſubarridente fortuna vulnerari aures credebant triſtibus rebus memorandis. Horatius, redeunte Romam Victore Auguſto. lib. III. Od. XIV. *vos ô pueri & puellæ*

Iam virum expertæ, male ominatis Parcite verbis

Vopiſcus Aureliano: *Hilaribus, quibus omnia feſta & fieri ſcimus debere & dici:* Sic apud Græcos dum ſacra fiebant lætæ exſpectationis βλασφημῆσαι abominabile habebatur ut patet ex Charactere Theophraſti περὶ δυσχερείας. Adde quæ ad Papinium lib. I. Th. v. DCLXXVI.

207. MEMINISSE JUVAT.] Animo recreando. Maro olim meminiſſe juvabit.

208. GAUDIA PRÆMISSI CUMULANT INOPINA DOLORES.] Repetitur ſententia infra. v. CCXCIV. Columbanus non ineptè in genere.

Præmeditata quidem levius perferre valebunt
Quæ ſubito adveniunt multo graviora videntur.

210. COMMENDAT PLACIDUM MARIS INCLEMENTIA PORTUM.] Pulcro ſermone rem prope ſpectandam proponit Lucretius initio. Lib. II.

210. OCCIDUA PLEIADE.] Ubi tempeſtuoſa cœlum & mare. Nota omnis res.

213. ADAMANTE RIGENTES.] Quo ſumma durities indicatur. Apollonius Argonaut. II.

Οὐδ᾽ εἴ οἱ ἀδάμαντος ἐληλαμένον κέαρ εἴη. Alexis Phædro, apud Athenæum l. XIII.

ὁ γὰρ λόγος φρονοῦντος, ἡ γὰρ σφοδρότης θηρός, ὁ γὰρ πόνος ἀδαμάντινον πείθομεν.

Parcarum domus, ob fatorum conſtantiam immutabilem apud Ovidium, lib.XV. Currus Jovis adamante factus in Quinto Smyrnæo: ἄρματος αἰὲν ἐόντος ὅ οἱ κάμεν ἄμβροτος αἰὲν χερσὶν ὑπ' ἀκαμάτοισιν, ἀτείρεος ἐξ ἀδάμαντος. Pulcrè de tali mente Juſti hominis Rogerius de Contẽtu Mundi cap.II ex Vetuſtiori ſcriptore: *Mens viri juſti non debet eſſe ſimilis ceræ, vel alterius cujuſpiam mollioris materiæ, &c. Quin potius debet eſſe quoddam adamantinum ſignatorium ut inviolabilem mens ejus figuram ſui ſemper ſervans characteris, univerſa quæ incurrerint ſibi ad qualitatem ſtatus ſui ſignet, ipſa vero inſigniri nullius incurſibus poſſit.*

214. FRAGILES PROCUMBERE MURI.] Egregiè exprimit ingenium rumoris ante bella manifeſta miracula de hoſtium viribus canentis.

216. SARDOOS HABITARE SINVS.] Timore cupiunt profugere in inſulas. Ut illi apud Juvenalem. *Ultra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem Oceanum quoties aliquid de moribus audent Qui Curios ſimulant & Bacchanalia vivunt.* Tam miſere videlicet metuebant malos mores.

218. INHOSPITA CYRNI.] Saxoſa loca Corſicæ. Ineptiſſimè alij de Cypro, conſenſu quidem inſanientibus etiam ſcriptis libris Solus Scaliger veram hanc ſcripturam vidit, cui aſſentitur unus liber noſter *cyani* indicio veritatis ſervato. *Corſicam* cæcis ſaxis infeſtam memorat fine Belli Gildonici. Montes ejus procul mari conſpicuos Rutilius primo de Reditu. Aethicus: *Inſula Corſica multis promontorijs anguloſa eſt* Inhoſpitã et iam agri ergo dixerit. Higinus Fab.CCLXXVI. *Corſica, ager peſſimus, circuitu ſtadia MCXX.* Strabo, lib.V.

ἡ δὲ Κύρνος ὑπὸ τῶν ῥωμαίων καλεῖται Κόρσικα, οἰκεῖται δὲ φαύλως τραχεῖά τε οὖσα καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως, ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη, καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας, ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων. Seneca, ut volunt, Epigrammatis.

Barbara præruptis incluſa eſt Corſica ſaxis,
Horrida, deſertis undique vaſta locis.
Non poma Autumnus, ſegetes non educat æſtas,
Canaque Palladio munere bruma caret.
Umbrarum nullo ver eſt lætabile vultu,
Nullaq; in infauſto naſcitur herba ſolo.
Non panis, non hauſtus aqua, non ultimus (ſic lege) ignis,
Hic ſola hæc duo ſunt, exſul & exſulium.

Cyrna, antiquum nomen, ut Cyrnææ oræ in Rutilio. Avienus Perieg *Inſula qua Cyrnus fluctu madet alludente.*

220. DIFFISSA BREVI.] Male ſibi metuens ob vicinitatem. Rectè & hic Scaliger cum Belgicis & Cujacianis libris. Siciliam ob exiguum intervallum putabant olim Italiæ adhæſiſſe, evulſam vi ponti. Juſtinus lib. IV. Silius lib.XIV. Val. Flaccus libr.I.

223. FULTA AURO.] Inauratis trabibus. Papinius. I. Thebaid. *craſſo laquearia fulta metallo.* De Laquearijs Iſidorus.lib.XIX. cap.XII.

224. ÆOLIIS CAVERNIS.] Montium ſpeluncis unde venti erumpunt. Paria multis locis Scripturæ Sacræ, & in Apocalypſi, cap.VI.

225. TAMDEMQUE LIBIDO.] Senſus. Tum demum conſtitit Avaritia & gravioribus curis de vita nempe, cõceſſit. Libido Avaritiæ, ipſa, ut Libido regnandi Ambitio, Priori in Eutropium.

Regnandique palam flagravit aperta libido.

Quomodo libidinoſus Gloriæ Tertullianus, cap. XIII. de Veland. Virg Pro crudelitate Arnobius.

227. INGENIOQUE LOQUAX.] Natura ſua. Vide ad Raptum Prof. Contrà Timorem vinculum Orationis Hyperides dixit. Ennius in IV. Tuſculan. *Pavorem ſibi omnem de corde Sapientiam expectorato*, Plautus Ca-

tus Caſina *Timorem verba ſibi præpedire*. Multa ad noſtrum Stobæus Sermone, VI.

228 PLVRIMA FINGI PERMITTENS CREDIQVE.] Papinius ſæpè eadem.

229. MONSTRA DEVM.] Portenta, oſtenta. Alibi.

Vtque ſemel patuit monſtris iter, omnia Tempus,
Nocte ſuum properant.

229. MONITVS.] Deorum ſic nominantur portenta, admonentibus Dijs. Monitus, Oracula Symmacho lib. IV Epiſt. XXXIV. *Martiorum vatum divinatio caducis corticibus inculcata eſt, Monitus Cumanos lintea texta ſumſerunt.*

231. FVLMINEO ORE.] Per fulmina enim ſuam mentem indicabat Iuppiter, Vnde procurari moris ea. Vide Arnobium, lib.V. *Loqui ad omnem ſonum* pertinet, non prorſus inconditum. Citat a *loquitur* Appuleio, lib. V. *Pinus* Maroni Eclogis. Speciatim cum Dij conſuluntur. Lucanus lib.IX.

datur ecce loquendi
Cum Iove libertas, inquire in fata nefandi Cæſaris

Vide Animadverſiones ad Phæbadium, turpiter quidem corruptas, & majorem difficiliorémque partem in Editione omiſſas.

232. CARBASVS.] Carbaſus linteum tenuiſſimum, opulentiæ nomine non neceſſitatis, ut ſeriem, amictui uſurpatum, auctore Nonio. Talium uſus in ſcribendo, & inarata huic generi Sibyllina carmina. Symmachus verbis modo poſitis. Vbi vide Commentaria Doctorum, ut & ad Vopiſcum & Sidonium. De Sibyllinis Lactantius, Gellius, & jam profeſſa volumina Collectaneorum ſcripta ſunt.

233. LVNÆ LABOR.] Creditus veteribus in Eclipſibus. Juvenalis de muliere loquaciſſima.

Vna laboranti poterat ſuccurrere Lunæ

Ambroſius Hom.l.LXXXII. *Ipſa die circa veſperam tanta vociferatio populi extitit, ut irreligioſitas ejus penetraret ad cœlum. Quod cum requirerem quid ſibi clamor hic vellet? Dixerunt mihi quod laboranti Lunæ veſtra vociferatio ſubveniret. Phœben à Luna doctè ſejungit*, quod ipſorum Deorum quidam eſſe crederentur genij, Numina dicti, Adverſ. libro XXIV. cap.X.

234. HORRISONAS.] Omnes libri Belgæ, noſter, Cujaciani, Aldini *ariſonas* a vaſis nimirum æreis quibus pulſatis credebant Lunæ ſuccurrere. Veriſſimè. Illuſtrarunt morem docti, Adverſarijs ad Tacitum, Maniliū, Theocritum, Papiniū, Petronium.

236. SVBEVNTE GLOBO.] Intercedente, vide Plinium lib.II. cap. Carmen quod Varroni Atacino adſcribunt, in libris autem Fulgentij Aſtronomicon perhiberi ajunt, nobis hic valdè abſentientibus, cum priſcam potius Romanam Venerem, quam ullam Africanam ſapiat. Cleomedem lib.II. Manilium lib.IV. &c.

237. CASTRA SECVTAS BARBARA.] Theſſaliam maximè ſpoliaverant barbari, lege Zoſimum. Mentio & in Claudiano non uno alibi loco. Penes eam gentem Incantationum Magiæque notus fuiſſe principatus. Lege Appuleium, Lucanum, &c.

239. VENENIS.] Noxijs herbis. Horat.

carminibus quæ verſant atque venenis
Humanos animos,

Inceſtare, contaminare. Ad Panegyricum Manlianum.

240. ADDIT CVRA NOVIS.] Etiam quæ non erant, cura condebat omina. Aut effoſſum ipſa oblivione dicit, Ingenio Timoris vana veris affingente, modo fieri poſſint aut facta fuerint umquam. Ovidius.

nos anxius omnia cogit
Quæ poſſunt fieri facta putare timor.

Multa Papinius lib.VII. v.CX. ſimilia in Tacito Annal.I. Ineptiſſimè alij *Iovis*.

240. LAPIDOSOS GRANDINIS ICTVS.] Hæc quoque inter prodigia. I in Eutrop.

attonite pecudes paſtore locutas
Et lapidum duras hiemes

Lapides enim, grando grandior, unde dilapidare eam pulcrè Columella lib.X.

*Sæpe ferus duros jaculatur Iuppiter imbres
Grandine dilapidans hominumq; boumq;
Labores.* Petron. Spec Belli Civilis.

241. MOLITASQUE EXAMEN APES.] Prodigiorum infeſtorũ celebre unum. Dio Caſſius, lib. XLI. τά τε σημεῖα αὐτοῦ τὰ ϛρατιωτικὰ μέλιτται περιέσχον. Qui eodem libro par aranearum oſtentum memorat. Alia apud Appianum legas. Εμφ. IV. Silium, lib. VIII. Lucanum. III. Tacitum. Annal. XII. Felix contra D. Pio omen apud Caqitolinum, Druſo P Linium, nec ſcio an alibi multis locis.

242. INCENDIA.] Ignem cœlo miſſum prodigijs belli Civilis acceuſet Petronius.

243. NVMQVAM COELO SPECTATVM IMPVNE COMETEN] Quamlibet non unum aliquod oſtentum faciant, ait, nemo tamẽ dixerit penitus indemnem mundum vidiſſe Cometen. Summam complexus Ptolemæus, Fine Centiloquii.

οἱ κομῆται, ὧν ἡ ἀπόςασις ἀπὸ τοῦ ἡλίου ια ζῴδια ἐςὶν. ἢν φανῶσιν ἐν κέντρῳ βασιλέως τινός, τελευτήσει ὁ βασιλεύς. ἢ μέγας τις ἐν αὐλῇ, εἰδ᾽ ἐν ἐπαναφορᾷ εὖ ἔξει τὰ τῶν κειμηλίων αὐτοῦ, ἀλλάξει τὸν διοικητὴν αὐτοῦ, εἰ δ᾽ ἐν ἀποκλίμασι γίνονται, ἀῤῥωςίαι, καὶ αἰφνίδιαι θανατοὶ, εἰ δὲ κινεῖται, ἀπὸ δυσμῶν ἐπ᾽ ἀνατολὰς, ἐπελεύσεται ἐχθρὸς ἀλλότριος ταῖς χώραις, εἰ δ᾽ οὐ κινεῖται ἐγχώριος ἔςαι ὁ ἐχθρός. Sibylla. ἀςὴρ λάμψει, ὃν ἔρχοι κομήτην Ρομφαίας, λιμοῦ, θανάτου ὁ δὲ σῆμα βροτοῖσι. Auctor Rerum Ludevici Primi Imp. valde prudens & cordatus eo ævo: *Mediante feſtivitate Paſchali dirum ſemper ac triſte portentum ibidem Cometa ſidus in ſigno virginis apparuit.* Et ibi ipſe Princeps: *Mutationem regni mortemq; Principis hoc portento monſtrari dicunt.* Valerius Flaccus lib. VI. *injuſtis regnis ultorem dant*

Ab Iove fatales ad regna injuſta Cometæ

Silius Italicus lib I.

Crine ut flagrifero terret fera regna cometes

Omnibus mutatorem quæ ſpectet, Luc. l. I.

mutantem regna Cometen

Belli ſignum, Tibullus lib. II.

Hæc fore dixerunt belli mala ſigna Cometen.

Vetus Verſus: οὐδεὶς κομήτης ὅςις οὐ φύσει κακός, Eum celebrat & Georgius Pachymerius l. III. Hiſtoriarum. *Principibus infeſtum*, Henricus Mediolanenſis verſificator temporum barbarorum non indoctus.

*Triſtia Principibus ſolet hic efflare Cometes,
Humida ni lacrymis Cynthia placet eum.*

Loquitur de ſidere Matris. Non tamen ſtrictè verum *Cometas ſemper* malarum rerum indices; quod probavit propririm de ijs ſcripto Commentario Chæremon Stoicus. Origenes lib I. Contrà Celſum:

ἀνέγνωμεν δὲ ἐν τῷ περὶ κομητῶν Χαιρήμονος τοῦ ςωϊκοῦ συγγράμματι, τίνα τρόπον ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ἐπὶ χρηςοῖς ἐσομένοις κομῆται ἀνέτειλαν, καὶ ἐκτίθεται τὴν περὶ τούτων ἱςορίαν. Sic ipſe Origenes Cometen aut illi ſimile aſtrum fuiſſe quod nativitatem Regis Regum Magis indicarit, concludit. εἴπερ οὖν ἐπὶ βασιλείαις καιναῖς, ἢ ἄλλοις συμπτώμασιν ἐπὶ γῆς ἀνατέλλει ὁ καλούμενος κομήτης, ἤ τις τῶν παραπλησίων ἀςήρ. τί θαυμαςὸν ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ καινοτομεῖν μέλλοντος ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ διδασκαλίαν ἐπεισάγειν οὐ μόνον Ιουδαίοις, ἀλλὰ καὶ ἕλλησι, πολλοῖς δὲ καὶ τοῖς βαρβάροις ἔθνεσιν ἀςέρα ἀνατεταλκέναι, &c. De *Cometis* non ine te præter Capitales ſcriptores Lupus, Abbas Ferrarienſis, Epiſt. XX. Gulielmus Hirſaug lib. II Inſtit. Aſtrol.

247. GETICI.] Omen aptat Getis. Et veram rem puto. Raro enim omnino fingit. *Moriens* paullatim evaneſcens, quod de igne pulcrè dicitur. Papinius de Leandri

moritur prope conſcius ignis.

Viva Lucerna ſic apud Horatium ζῇ καὶ πῦρ Proverbium eſt eorum quæ ſplendent ut pulcra, at nullo negotio exſpirant in Adagiis Vaticanis

ticanis Centut.II. *Sic moriuntur* alia ſenſim exſpirantia. Virgilius Ceiri.

Virginis in curſu moritur querimonia longo.

Theodorus Priſcianus, lib.II. cap. XII. *Articulos eorum oleo cucumeraceo defricabo, quò calorē ingenitum emorientem reparare valeamus.*

250. HORRIFICANT.] Adigunt in horrorem Aeneid.IV.

Multaq; præterea vatum prædicta piorū
Terribili monitu horrificant. Terrificare, Appulejo.

Quem premit ipſe Iovis, quo numina terrificantur
Princeps, Honorius.

253. NOTAM.] Obſervationem, documentum. IV. Cons. Hon *Quæ nota nimborum.* De Lupis alia pottenta in Scriptoribus, quorum non immemorabile quod vigili aliquando in Gallia Lupus enſem vagina extractum abſtulit. Livius fine XXI.

255. PERFOSSIS.] Noſter Liber disertè PROFOSSIS.

259. ORE SVB AVGVSTI.] Ipſo adſpectu. modo *ſub principis ora* Ineptè alii mutant.

260. VIRIDES.] Vivo plenæ ſanguine. *Viridia* enim omnia quæ in flore Catullus.

Cui cum ſit viridiſſimo Nupta, Flore puella.

Papinius lib.VI.

Si pariter virides nati libare dediſſet.
Ad tua templa genas Boethius.
Gloria felicis olim viridisq; juventæ
Solatur.

Gregorius Magnus Homil.I. *Sicut in Iuventute viget corpus, forte & incolume manet pectus, toroſa cervix, plena ſunt brachia. Ita mundus in annis prioribus velut in juventute. viguit, ad propagandam humani generis ſobolem robuſtus fuit, ſalute corporum viridis, opulentia rerum pinguis.* Silius Italicus, lib.XIII.

felixq; juventam
Mille indefeſſā virides duxiſſe per annos.

Catullus Atyde. Val. Flaccus lib.I. Palladius, lib.VI.c.XVII. Apicius, lib.I.cap.I.

261. ROMVLA VIRTVS.] Romana. Horatius. *Romulæ genti date remque prolemque.*

262. MALUS INTERPRES RERUM METUS.] Papinius lib III. *Peſſimus in dubiȷs augur Timor* Quippè Rationem turbans, prudentiam & ſapientiam expectorans, ut ex Ennio ſuprà relatum. Confuſionem inducere, cum exemplo habes apud Gulielmum Tyrium libro XII.cap XXIII. Auctor Expeditionis Friderici I. in Palæſtinam: *O res mirabilis, ô terribile vicinæ cladis præſagium. Vnde cunctorum audientium & intelligentium corda metu ſubito percelluntur, quod, juxta illud Poeticum. Peſſimus in dubiis augur Timor* Metus pronior ad credenda mala. Curtius, lib. IV. *Quamquam auctor levis erat, tamen ad deteriora credenda proni metu, aurea catena devinxere ſimulacrum.* Eadem res hic in Claudiano. Onoſander Strateg. cap. XLII.

ὁ γὰρ φόβος ψευδὴς μάντις ἃ δέδοικε, ταῦτα οἴεται, καὶ γίνεσθαι. Papinius lib.VII.

Ah miſeri, vidiſſe putant.

Idem Eod.

turbasq; metu conſternit inani,

Nil falſum trepidis. Sic animo metuenti montes eſſe hoſtes ait Georgius Pachymerius lib.III Hiſtor. Sidonius, lib. VIII. Epiſt. VI. *promtius de actionibus longinquis ambigendisq;, ſiniſtra quæque metus augurat.*

265. TUNC REPUTANT ANNOS.] Ad illos uſque ab urbe condita, quos præſcripſerant Augures, nimirum. M. CC. Cenſorinus. cap. XVII. *Quid apud Varronem legerim non tacebo. Qui lib.XVIII. Antiquitatum ait, Vettium fuiſſe Romæ Augurio non ignobilem, ingenio magno, cuivis docto in diſceptando parem, eum ſe audiſſe dicentem: ſi ita eſſet ut traderent Hiſtorici de Romuli urbis condendæ Auguriis, ac duodecim vulturibus, quoniam CXX. annum incolumis præteriſſet Populus Romanus, ad Mille ducentos perventurum. Ad hunc numerum reputaſſe annos dicit* Claudianus populum Romanum ingruentibus Gothorum Regibus, Nec ſanè multum aberat ille fatalis limes, nam Stilicone & Aureliano Coſſ. hæc geſta ſunt, ANNO Vrbis M.C.LII. Secundum

Faſtorum Græcorum Latinorumque calculum. Varronis locum innuit etiam Sidonius Panegyrico Aviti. Jam prope *fata tui biſſenas vulturis alas.*

Complebant; ſcis ipſa tuos, ſcis, Roma, labores.
Aetium PLacidus mactavit ſemivir amens,
Vixque tuo impoſitum capiti diadema, Petroni,
Illico Barbaries nec non ſibi capta videri
Roma Getis, telluſq; tuo ceſſura furori.

Sanè ita putaverunt viri præclari, cum illo Aetio cecidiſſe Occidentis Imperium, ut clarè hic Sidonius. Marcellinus Comes: *Aetius Patritius, magna Occidentalis Imperij ſalus, & Regis Attila terror, à Valentiniano Imperatore cum Boethio amico in Palatio trucidatur, atque cum ipſo Heſperium cecidit Regnum nec hactenus valuit revelari.* Accidit id An. MCCVI. Ut Vaticinium Vettij hac ratione fuerit verum.

266. INTERCEPTOQVE VOLATV VVLTVRIS.] Hoc eſt ob metus vehementiam, demſerunt illi vultu um Augurio aliquot annos, ne MCC illi implerentur, & clades, metu augure, anticiparet limitē. XLVI.I. ipſi anni ſic decerpebantur. Poetica, acuta, elegans, locutio; cum exprobratione ſtultitiæ, erat enim res ipſa factu impoſſibilis

266. VULTURIS.] Bonum Felixq; Augurium, credo quod de alieno vivat ἐμψυχος ille τάφ@, ut hoc genus avis appellavit Gorgias apud Dionyſ. Longinum. Papinius libro III.

flavaq; ſonans avis unca Minerva,
Non venit augurij melior quam vultur, & altis
Deſuper accipitres exſultavere rapinis.

Lutatius *Id eſt vultur qui ſolet bona omina augurantibus ferre, cujus avis auſpicio Roma dicitur fundata, quod Lucanus non præterit, dicens:*

Vulturis ut primum lævo fundata volatu:

267. SOLVS ERAT STILICO.] Eximia laus divino carmine celebrata, ut hic liber egregium Epos eſt hauſtaq; iſta ex Papinio 3. Theb. 668. Sanè victis Gothis coronatum rediiſſe Stiliconem (ita enim capienda ejus verba) ſcribit Zoſimus cum toto exercitu. Sic Ennodius de ſuo Theoderico: *Dic quaſo, Clementiſſime Domine, præter te, quid ſpei erat reſiduum in populo aut ſideribus comparando? Inſtantibus Gepidis amne, peſtilentia, iter quod declinaſſet fugiens, contrà vagina nudatos gladios tranſvolaſti, &c.* Quæ magno ingenio, ſed turbido, ſeq; & rem augente eloquio ſcriptor ſibi extorquet. De Theodoſio Magno, Quarto Conſulatu Honorij.

Omnibus afflictis, & vel labentibus illa
Vel prope caſuris, unus tot funera contra
Reſtitit, exſtinxitq; faces, agroſq; colonis
Reddidit, & lethi rapuit de faucibus urbes.
Nulla relicta foret Romani nominis umbra?
Ni pater ille tuus jamjam ruitura ſubiſſet
Pondera. turbatamq; ratem, certaque levaſſet
Naufragium commune manu.

267 MELIORA MANV.] Sibi ſuisque felix augurium manu feciſſe Stiliconem virtute perrumpentem metum & pericula, dicit. Sic ſup. à lib. I.

taleſ utrimq; procellæ,
Cum fremerent. Latiumq; alternis illibus anceps
Imperium pulſaret hiems, nil feſſa remiſit
Officii virtus, contraq; minantia fata
Pervigil EVENTVSQVE ſibi LATVRA ſecundos,

Maior in adverſis micuit Princeps nimirum, qui aggrediatur rem, geratq; manu bella, non mandet: quali rebus afflictis opus ſciſcit etiam Sidonius Paneg. Aviti.

modo

modo Principe nobis
Eſt opus armato, veterum qui more parentum
Non mandet ſed Bella gerat.

269 DUX IDEM VATESQUE.] Et ſpondens meliora, non perculſi animi exemplo, & adverſa profligans manu atque animo. Sic ferè de Juliano Libanius Proſphonetico: *Acriter enim videt, & quovis Themiſtocle acrius, Rex noſter, conſiliis ſuis, ac ſibi perſuadens in numinibus aliquid Prudentius eſſe orbem terrarum ſententiis inde profectis moderatur. Non exſpectans oracula ſurſum, nec pravè tempus in Legatorum ſacrorum ſeu Oraculorum ignavia conterens.*

οὐκ ἀναμένων χρησμοὺς ἄνωθεν. οὐδὲ παραναλίσκων, ἐν τῇ τῶν ῥαθυμίᾳ τοὺς χρόνους. ἀλλ' αὐτὶ τῆς πυθίας αὐτὸς αὐτῷ κα-θεστάμενος. οὐκ ἀναχόμενος βλέπεις εἰς ἔφεσιν μαντείων, οὐδὲ γνώμης ἑτέρων πρᾶγμα τοσοῦτο ἐξάψει. ἀλλ' εἰδὼς ὅτι ἦ τὸ ἓν τι τῶν περὶ τῷ χείρωνι μαθημάτων, καὶ τὴν περικλῆα μάντιν οὐχ ἧττον ἢ πρότερον ἐπιστάμενος παῖδα τὸν Μελάμπυν ἀπίφυνας.

Etſi alia illic res, & tamen auguria neſcio an non illo ſibi fine fuerit aſtutiſſimus princeps, ut excecutus poſt, divinitaris ſibi opinionem adſciſceret.

270. DURATE PARUMPER.] Secuto pectore ipſe præcepta dat animoſitatis cæteris. Conſolatio in talibus forti viro ſit læta triſtibus ſtipari, tribusque rurſum læta ſuccedere; nec proinde cauſſam ulli eſſe deſperandi, quæ generoſa vox Berrolphi, Sueviæ olim ducis notata Orhoni Friſing. lib. I. cap. VIII. Barbaroſſæ geſtorum.

270. EXCUSSIS QUERELIS.] Sophocliseſt οὐ δεῖ ἐπῳδεῖν πρὸς τομῶντι πήματι. Alia uberrimè alibi.

271. MULIEBRIBUS QUERELIS.] Ad mulieres remiſſis, quæ nihil norunt aliud.

272. FATORUM TOLEREMUS ONUS.] Stoicè. Vide ad lib. I. de Civit. Dei.

274. TOTO PECTORE.] Omni vi. Ovidius

nondum me tota mente recepi.

Alludere videtur remorum actus, tonſaſq; ad pectora redeuntes. *Conſurgere tonſis* Maro X.

276. EXHAURIRE FRETUM.] *Aquam* marinam navi egerere. *Fretum* pro ejus aqua, ut ſilvam alibi pro arbore dixit, *Lucos* pro feris Paneg. Probini, & III. Laudum harum. Flumen pariter Maro.

Aut Ararim Partus bibet.

278. NON SI.] Vera Lectio Scaligero & Cluverio aſſerta, quam & noſter Codex cum maxima parte Belgicorum habent, itidemque Aldus & Camers. Maro;

non ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

278. PENETRABILE TEMPUS.] Tempus penetrabile, aptum penetrare Gothis, laxatis nimirum excubiis Romanis. Contra pro penetrante eodem verbo uſi alii ſcriptores Lucretius, Maro, Appulejus. *Lux penetrabilis* cum noſtro, quæ oculis penetrari poſſit, apud Palladium lib X. cap. XVIII. *Vivas, quas ſervare volumus, legamus illæſas, neque acerbitate rigidas, neque maturitate defluentes, ſed quibus eſt & granum luce penetrabili ſplendidum, & tactus cum molli jucunditate calloſus.*

282. CALLE REPERTO.] Invio hactenus quod fecit Annibal. Loquitur de Maximo & Eugenio, quorum exemplo, poſt inruptam Italiam pariter ceſorum, conſolatur populum.

285. FAMOSUM.] Celebre cum nota. Vox inter pretium & convitium hic media, doctis ſcriptoribus uſurpatur pariter, ut dubites multis locis laudet ac vituperet, famam an infamiam denotet. Tacitus Hiſtor. lib. V. de Hieroſolymis: *quia famoſæ urbis ultimum diem tradituri ſumus.* Erat enim urbs celebris, gens impietatis infamis Romano more, ut in

ut in rebus Pompeij apud Florum. Capitur tamen & in meliorem partem. Suetonius, lib. IV. cap. XIX. *Poſtridiè Quadrigario habitu curriculoque biiugi famoſorum equorum præ ſe ferens Darium puerum ex Parthorum obſidibus, commeavit.* Prudentius de Juditha viragine, Judæorum ſoſpitatrice. *Famoſum mulier referens ex hoſte tropæum* Appulejus, lib. II. *Hac ipſa potiſſimum famoſa caſtitate & inſignis tutela nimietate inſtrictus atque inflammatus.* Aethicus, fine Coſmographiæ: *Hæ ſunt Inſulæ ab Helleſponto uſque ad Oceanum pelagus de famoſis, quæ & cultu & magnitudine celebres habentur.* Quo tamen loca gloſſema legi dicas.

286. PRÆSTRUCTUM.] Præinſtructum bellis civilibus itinere tyrannorum, qua iter capeſſendum eſſet ad Italiam penetrandam.

287. SEQUENDOS.] παθητικῶς, non ſine uſu priſco. Ulpianus lib. IX. de Juriſd. *Quærebatur an prioris judicis ſententia poſſit exſequi.* Idem, cap. II de Re Judic. *perrarò intrà ſtatutum tempus ſententiæ exſequentur.* Emporius, Rhetor elegans. *Valeat ergo interdum mos ingeneratus, dumtamen, qui ſupervenit, propenſius exſequatur.* Vincentius Lirinenſis, nullo Patrum de Latio minor. *Namquis facilè arbitraretur errare, quem tanto Imperii iudicio electum, tanto Sacerdotum ſtudio proſecutum videret.* Optatus Afer, lib. II. *Quem à nobis perſecutum eſſe aut dicis aut probas?* Veterem uſum SEQVO habuiſſe, notat Priſcianus, libro VIII.

288. BARBARICO ROMANA DEDIT.] Summum Politicum monitum eſt quod hic tangit. Sic Imperium Romanum cum ſummum culmen adſcendiſſet converſum in ſe magnatum diſcordia deplorant Cicero Officiis, Lucanus & Petronius. Hiſtoriæ ſequentes hìc notæ, ſcriptoresq; in manibus omnium.

291. SENONUM Sanguine.] Vindice Camillo. Ubi tamen omnis Majeſtas una arce clauſa fuit.

293. COLLA CATHENATI V. S. CIMBRI.] *Cimbrorum Regem eo prælio à Mario captum*, Teutobochum nomine, auctor Eutropius, lib. VII. *Quem Teutonis Regem facit* Florus lib. III. cap. III. Vide PLutarchum Mario. Collo autem ligati trahebantur in Triumphum. Ovidius IV. Triſt. El. II.

Vinclaq; captiva Reges cervice ferentes,
Ante coronatos ire videbit equos.

294. VILE DECVS.] Vide ad Auguſtinum, lib. I. cap. I. *Horror*, timor, metus; periculum ipſum. Papinius, lib. VI.

illi etiam quis belli incognitus horror

Proba Falconia, præfatione Centonum.

Non mihi ſaxa loqui vanus perſuadeat
horror.

297. POST TERGA.] Retrò. Vide notas viri docti ad Symmachum.

301. STIMVLANT SI PIGNORA.] Neceſſitudines: alijs in diſcrimine ipſo ablegatæ prorſus, ut Tyrijs, urbe ab Alexandro obſeſſa, Carthaginem. Curtius, lib. IV.

302. REMORDET.] Sæpius tangit. Morſus enim ſtimulus affectuum. Papinius Protreptico Criſpini V. Silvar.

Rura meus Tyrrena petit ſaltusque Tagetis
Criſpinus.
Et mea ſecreto velluntur pectora morſu.

Particula crebritatem notat. Maro *Faber enim quando hac te cura remordet.*

304. SANCTVM SOCERI.] Adulatio occulta; omnibus affectibus præponentis Imperatoris generis curam. Paullo poſt.

Hic Conjux, hic progenies; hic caritas omni
Luce gener.

305. QVANTVS PROLIS AMOR.] Quo nulla umquam ſtrictiore caritate homines natura devinxit. Macrobius Saturnal. lib. I Lege Stobæi gemmarium.

303. FERRO CORDA RIGENT.] Proverbialis locutio, rigidiſſimum hominem indicans. Homerus Iliad. X.

τῷ

ἡ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἔνδοθι θυμός. Odyſſea. Σοὶ δὲ μοι αὐτῇ Θυμὸς ἐνὶ σήθεσι σιδήρεος. Aeſchylus Prometh. σιδηρόφρων τε κ' ἐκ πέτρας εἰργασμένος Ὅσις, προμηθεῖ, σοῖσιν οὐκ ξυνασχαλᾷ Μόχθοισι. Idem Septem Thebanis: Σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων Ἔπνει Themiſtius Euchariſterio: τινα οὐκ ἂν σιδηρεῶ καὶ ἀδάμαντος στερεώτερον μαλάξαιε.

Pignora liberos ſuprà notant, & ita explicat Agrætius. Rectè autem emendarunt docti CAPITIQVE SVPERSTES TRVNCVS ERIT. Capite enim demto cadaveri extero id nomen dant. Curtius lib. VII. *capite deciſſo truncum humari juſſit*. *Superſtes* pulcrè dictum, qui enim, ſuorum præcipuè, aliquem vivendo ſuperat, ſuperſtes illi perhibetur, unde acutè ad ipſum hominem ducitur. IV. Côs. *lugetque ſibi iam rara ſuperſtes.* Cor. Tacitus Agricola: *pauci, &, ut dicam ita, non modo aliorum, ſed etiam noſtri, ſuperſtites ſumus*. Ruſticus Elpidius, de Chriſto Deo.

tu victor & heres
Corporis occidui, idem & poſt membra ſuperſtes,
Poſt inferna Deus, & poſt mortalia vivus.

B. Ambroſius in Funere Satiri. *Quid agam mei ſucceſſor heredis? Quid agam mea vita ſuperſtes?* Similis apud Martialem locutio *ſibi ſuppoſititius*. *Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi*. In Claudiano Soceri nomen, more ſcriptorum notat ipſum Socerum. Petronius, nobilis ſententia. *Nomen amicitiæ ſi, quatenus expedit, hæret: Calculus in tabula mobile ducit opus*. Hoc eſt ſi amicitia eatenus hæret, quatenus utilitas, merum fortunæ ludibrium eſt. Auguſtinus lib. I. cap. XV. Civ. D. *multo minus nomen criminandum eſt Chriſtianum*. Arnobius lib. I. *poſtquam eſſe nomen in terris Chriſtianæ religionis occœpit*. Petronius idem alibi: *Reliquit veteris amicitiæ nomen, & unius noctis tactu omnia vendidit*. Hoc eſt veterem amicitiam ipſam. Quare ſuperior locus ejuſdem non aliter capiendus. Sic Papinius, lib. VI.

quorumq; ingentia tellus
Aonia & Tyriæ ſuſpirant nomina matres.

Idem Achill I.

meq; inter priſca parentum
Nomina, cumq; ſuo memorant Amphione Thebæ.

Lib. II. *Illic ingentia certant Nomina.*

306. OBSCOENAM.] Turpem, pudendam. Alibi enarramus. Latebra numero Unitatis inuſitatior. Gloſſarium Vetus: χιὰ, ἡ τοῦ ὄφεως κατάδυσις. Latebra. Pontius, Vita Cypriani: *eum qui intra ſecretam conſcientiæ latebram religionis & vitæ toto honore florebat*. Seneca, Epiſt. XIX.

306. PIETAS IGNAVA.] Talis facta ob metum & adverſas res, vel amore nimio ſuorum To-NUMQUAm bis poſitum cape, exemplis ſuprà memoratis.

308. NEC VOBIS FORTES.] Uti ſolet verti magnanimitas, ſibi cauta, alijs Libera, contemtrixque periculorum. Præfero ſcripturam Editionis Clavérianæ, *Neu vobis* ſim ſcilicet. Oratio abruptior utporè ardentis animi, & verbis incitatæ in proximum periculum virtutis, ut ſæpè in Papinio, ad quem Vide.

308. HIC CONJUX HIC PROGENIES.] Pignora, inquit, fidelitatis meæ in Rempublicam. Pertinet huc quod Conſultior Reipublicæ Princeps cum liberis quam improlis. Onoſandet, cap. I. Strateg.

πατέρα δὲ προύκρινα μᾶλλον, οὐδὲ τὸν ἄπαιδα ἀποδοκιμάζομενος, ἂν ἀγαθὸς ᾖ, ἄντε γὰρ ὄντες τύχωσι νήπιοι ψυχῆς εἰσιν ἰσχυρὰ φίλτρα περὶ τὴν εὔνοιαν ἰξομηρεύσασθαι δυνάμενα στρατηγοῦ πρὸς πατρίδα, δεινοὶ καὶ ὡς εἷς μύωπες πατρὸς, οἷοιτε ἀναστῆσαι θυμὸν ἐπὶ πολεμίους, ἂν δὲ τέλειοι, σύμβουλοι, καὶ στρατηγοὶ, καὶ πιστοὶ τῶν ἀπορρήτων, ὑπάρχειν γιγνόμενοι, συγκατορθοῦσι τὰ κοινὰ πράγματα.

Tt 309. CA-

309. CARIOR OMNI LUCE.] Summę formula Dilectionis: occurrit ſæpè in ſcriptionibus priſcis. Multa nos Indice Amatoriatum.

310. PROCELLÆ.] Tempeſtati Adverſæ Fortunæ. Ovidius.

Cum Deus intonuit, non ſe ſubducere nimbo
Hæc demum Pietas, hic ſocialis Amor.

Prudentius: Martyrum ſemper numerus ſub omni Grandine crevit. Fulgentius 1. Mythol.

311. NOSTRÆ MENTIS PIGNORA.] Bentiniani libri, Belgæ, Noſter, Cameriis VINCVLA Veritate clara, cum vox altera jam præceſſerit. Vincula, animi amicitiæ propior nexus. Propertius.

Illa feros animis alligat una viros.

Licentius, Carmine ad Auguſtinum.

Hoc tamen, hoc animi vinclum, nexusq; fideles,
Non qui montoſis firmatas rupibus Alpes.
Fregit, & Italicas preſſit cum mœnibus urbes Rumperet

Ruritius, lib. II. Epiſt. I. *Charitatis integræ ſinceræ transfuſio, cuius ego vinculis colligatum à vobis me gaudeo, & talibus catenis vinctus exſulto, obſtringiq; me earum nexibus magis cupio quam reſolvi.* Vide alibi ad Eucherium dicta.

312. MVRIS IMPENDE TUENDIS.] Ea irruptione Gothorum Vrbem novis muris munitam Honorij juſſu alibi his libris notamus, & indicat hic vir doctus. Sed an non ſimpliciter potius urbis tuitionem loquatur, dum ipſe aberit, Stilico, hoc loci, neſcio, nec eſt tanti. Hiſtoricorum tanta in horum temporum recenſione diſſenſio, tantaque pugna eſt traditionum, ut ſint qui Honoriū ipſum, ob neſcio quas cauſſarum quisquilias Romanis ſe infeſtum ſentientem, Gothos ad devaſtandam urbem incitaſſe, dicere non vereantur, ut vides apud Zonaram, qui ridicula multa de eodem Principe memorat; ut cum capiam Romam audiens intelligit Gallinam ejus nominis, percellitur que animo: ſedato mox mœtore ubi Gothis occupatam Vrbem reſciſcit. Mira vecordia ſcriptorum talia memorantium: rem ipſam ortam ex ſcriptis Eunapii canis, alijsq; talium, Chriſtianis Principibus imminentium ad quemvis rumorem, puto. Sed & clauſtrales nugæ hoc ævo incipiunt.

313 LECTVM ROBVR.] Militem ex omnibus ſtipēdiariis auxiliisq; electum XXX. numeros militum habuiſſe, quibus Rhadagaiſti copias confecerit, Stiliconem, ſcribit Zoſimus, eumq; exercitum illum totum fuiſſe quem in Liguria habuerit Reſpublica. Jam ſi cohortes, ut traditum Sozomeno, Numeri dicebantur, eo tempore; cohors autem numquam ultra MCC. militum fuit, clarum quantillo exercitu infinita millia Barbarorum vir fortiſſimus conciderit. CC. memorant alij, Zoſimus autē τεσσαράκοντα μυριάδας ponit. Olympiodorus Duodecim Millia Procerum ijs copiis infuiſſe auctor eſt; qui in eo turpiter lapſus, quod debellatis Optimatibus Rhadagaiſtum ſibi aſſociaſſe Stiliconem ſcribit.

315. MIGRANTISQVE.] Principe jam cum omni Aula Italia deceſſuro. Ravennæ autem tum fuiſſe Honorium conſtat ex auctoribus & Sexto Conſul. Hon. noſtro.

315. STETIT OBSIDE FATI.] Egregium exemplum Civilis apud Tacitum, Hiſtor. IV. *à tergo matrem ſororem, pignora cætera pugnaturis collocans.*

316. TENEBRIS PVLSIS.] Periculorum nocte, Rebus adverſis. Sic ſæpiſſimè ſacræ litteræ. Rectè verò ſummus Cuja ius indignatur ſcriptorum tantam confidentiam eſſe potuiſſe, vt veriti non ſint aſſeverare Stiliconem Pollentino conflictu acie à Gothis victum, itaq; omnem hanc Claudiani cantilenam mendacium eſſe Sanè impudentia inaudita fuiſſet victum pro victore cōmendare illa autem eſt longè etiam turpior odio hominis palam veritatem negare. Ego vel [illegible] Prudentio contra omnes [illegible] fateiones cre[illegible]ro, Claudiano adeò accedenti, ut & v[illegible]ctoriam Stiliconis Pietati veræ & Chriſt[illegible]

menti

menti, contra paganos adſcribere certet. Ratio ipſa rerum contra infrunitos illos conceptores militat. Si enim Stiliconem profligavit Gothus; cur Urbem non petijt tum, Italiam non conceptit Alaricus; quod non potuit, niſi ab exceſſu Herois, licet diu ante decreviſſet? Inepti lepores, qui Leoni abſenti inſultant eo tandem invidia delati ſunt, ut annos ipſos geſtorum publicorum perderent; ut Jornandes, homo Alanus qui Originibus Gericis vivo Stilicone ſpoliatam Romam autumat, De Succeſſione contrà Regnorum Libello, jam exſtincto aſſerit. Rutilius Numatianus pariter quin eodem ſuperſtite idem accidiſſe traditum voluerit, parum cautè diſſimulat, fine lib. II. ut nunc ſunt.

320. MENTITUR NEREA.] Speciem marinæ aquæ præferre ait Latium, cum dulci tamen conſtet. Viſe ad Topographos Chorographos. Lacum peculiari volumine deſcripſit memoria avorum Paullus Jovius.

321. PRÆTERVOLAT.] Hoc eſt *pervolat*. Sic ſæpè optimi auctores, & docemus alibi.

322. BRUMALI SIDERE.] Frigore. Vide ad IV. Conſulatum. Alibi pari rede eodem Stilicone. *nivalem Scandebat criſtatus Athon.*

323. NIL HIEMIS CÆLIVE MEMOR.] Oblitus magnanimitate eorum quæ natura ipſa opponebat, & attendere cogebat, tantus ardor erat virtutis, & Amor eripiendæ cladibus Italiæ. De Annibale paria tradit Silius lib. I. de Cæſare Petronius. Quiſq; aliorum Panegyriſtarum Poëtarumq; de ſuo Heroe.

324. ILLE.] Excellens aliquis, aliorũ præcipuus. Vide Gal. Canteri Novas Lectiones.

330. HERCYNIÆ.] Tanta jam ſcripſerunt collegeruntq; docti, ut ægrè intacta invenias. Vide Præfationem Aimoyni in Hiſtoriam Francicam. Meminit Hercynij ſcopuli Apollonius Rhod lib. IV.

ἀλλ᾽ ἤδη σκοπέλοιο καθ᾽ ἑρκυνίου ἰάχησεν Οὐρανόθεν προθέουσα. Ubi dubitat Scholiaſtes mons ſit an ſilva Gallorum. Ut loci inculti maximè barbatiq; meminit Julian' Miſopogone: ἐμοὶ δὲ Κελτοὶ καὶ Γερμανοὶ καὶ δρυμὸς ἑρκύνιος τὸ ἔμπαλιν ἄρτι πρῶτον εἰς ἄνδρας τελοῦντι, καὶ διέτριψα πολὺν ἤδη χρόνον ὥσπερ τις κυνηγέτης ἀγρίοις πολεμίων συμπλεκόμενός τε θηρίοις.

De Fontibus Danubij & Rheni diſputandi hic locus non eſt Jactantiam in Rheni parente memorat ob nobilitatem amnis, cujus ſe filios gloriabantur ſummi Reges: Propertius:

Claudius at Rheno trajectos arcuit hoſtes
Belgica cum vaſti parma relata ducis
Virdomari; genus hic Rheno iactabat ab ipſo,
Nobilis erectis fundere geſa geſis.

332. UTRAQUE ROMULEO.] Vide Origines Francicas doctiſſimi ISacij.

333. ALTO MOX GURGITE.] Ineptè alijs editum *alio* cum horum amnium vel præcipua laus ſit nomen ſuum ſemper tenere, vel certè in Invidiam uſq; aliorum, longè. In noſtro libro eſt.

Primo fonte breves, alto inquit flumine regnant
Veritatem putem alto dehinc Quod illuſerit oculos librariorum.

335. IN NOMEN TRANSIRE SVVM.] Pulcrè Auſonius Moſella. *celerant in teconſumere nomen.* Ipſa autem Sexaginta capere Danubium priuſquam ponto evolvatur ſcribit Jornandes Geticat. Orig. cap. XII.

336. BIFIDO MEATU.] Vide Strabonem lib. IV. Noſter ſuprà, lib. I. *totidemque diebus Edomuit Rhenum Ad bifidos tractus.* De quinque vadis Danubij noſter Quarto Conſulatu. DCXXXIII.

338. GLACIALIA SECTI TERGA ROTIS.] Mirum hoc in barbaris & Septentrionalibus fluvijs Romanis hominibus. At in Cappadocia etiam Aſiana, ejuſq; ad urbem celebertimam Cæſaream gelu paris violentiæ agnoſcit Gaudentius Tractatu in Dedicat. Baſilicæ Concilij Sanctorum: *Perſpiciens.* inquit,

quit, *regionis naturam nimiis rigentem frigoribus, tempus etiam, quo maxima hyemis aſperitas Aquilone flante violentius incumbebat; mōtes nivibus, pruinis arva tegebantur: liquores agnoſcere ſuam Naturam ſolis ignibus cogebantur: ſtupebant ingenti glacie torrentium fluminum curſus. Stagnum quoq; urbi, in qua iſta gerebantur, ſubiacens iter ſolidum plauſtris gementibus commodabat. Terebrabantur penetralia viſcerum gelu, ita ut medullas oſſium graviſſimis cruciatibus internus quidam glacialis tortor urgeret.*

339. BOREÆ MARTIQVE SODALES.] Ab interrupto cultu. Sic Horatio hyemis ſodalis Hebrus lib. I. od. XXV. Caſilis Reſponſis. Τινα; τις; κυμάτων ἑταῖρ☉.

340. HESPERIÆ QVA GRÆGIA JVNGITVR.] Τὰ ὑπὲρ τῶν Ἀλπειων ἴων πρὸς Ἑσπέραν, Γαλάται νέμονται, καὶ ῥῆτοι. τὰ δ᾽ ὑπὲρ τὴν ἄρκτον βάρβαροι. Julianus Oratione Tertia ad Conſtantium.

342. CEU GORGONE VISA.] Saxifico vultu Meduſæ. Nota omnia.

343. HAUSERE PROFUNDÆ NIVES.] Pulcrè Petronius, Specimine Belli Civilis. Silius lib. III.

hauris hiatu.

Nix reſoluta viros, altoq; à culmine præceps
Vrventes operit turmas delapſa ruina.

Qui ea deſcriptione ingenium, tardus alioquin, excitat.

345. BARATHRO.] Omnis vorago irremeabilis hac voce cenſetur. Alioquin notum fuiſſe pœnale antrum apud Atticam.

347. TEPIDIS FUNDAMINA SUBRUIT AUSTRIS.] Ita Edidit Scaliger. Belgæ plerique libri. TREPIDIS Cum noſtro, Cujacianis, cæterisque omnibus, Claverij hic ſcriptionem probamus, cum τὸ AVSTRIS nulli Codicum agnoſcant.

trepidis fundamina ſubruit Aſtris
Pendenti maleſida ſolo Poetica enim licentia eò aſcendit ut nivium jugis ipſa aſtra, machinamq; cœleſtem incumbere pronuntiare audeat. Petronius de bello Civili.

Eſt locus Herculeis aris ſacer, hunc nive dura.
Claudit hiems, canoq; ad ſidera vertice tollit.
Cœlum illinc cecidiſſe putes; hyemisque pruinis
Totum ferre poteſt humeris minitantibus orbem.

Præcedunt in Petronio duo verſus, quorum priore legendum *ubi Graje numine pulſa* Herculem enim dicit, Græcia oriundum numen. Aſpexit Arbitri iſta noſter.

348. MALE FIDA.] Non ſervantia quod polliceri videbantur. Alibi contra.

Fida per innocuas errant incendia turris.

Et de Ætna.

Scit nivibus ſervare fidem.

350. NULLA LYÆI POCULA, NULLA CERES.] Expreſſit virtutis hanc violentiam in Anthemio, de milite ipſius Sidonius.

Cui deeſſet cum ſæpè Ceres, ſemperq; Lyæus,
Diſciplina tamen non defuit.

Multa Panegyriſtæ, Ennodius, Libanius, Plutarchus, Syneſius.

351. ONERATUS AMICTU.] Plurimum enim aquæ pluviæ nivalisq; imbiberat. Omnem ſpem præveniſſe in occupandis cæde hoſtibus Stiliconem tradit Zoſimus.

352. NEC MOLLIA FESSO STRATA DEDERE THORUM.] Heroica cubilia corpus mollibus tormentis fovere indignantia. Sua ſic laudat Marcus Imperator libro I. Somnum ſub dio indurare auctor Hippocrates lib. II. de Diætis. καὶ ὕπαιθρ☉ εὐνὴ πρὸς τὸ ἔθ☉ σκληρύνει τὸ σῶμα.

354. METUENDA.] Alijs. Sic in fortitudinis laudibus recenſet Manilius occiſam ab Atalanta feram, cujus nec aſpectum aliæ tuliſſent. Lib. V.

Et Calcydonea bellantem rupe puellam;
Vincentemq; viros; & quā potuiſſe videre
Virgine maius erat, ſternentem vulnere primo.

Sic is legendus.

355. PA-

355. PASTORALI CVLMINE.] Tugurio. Culmen enim id ſonat. Manilius lib. IV.

An niſi fata darent leges vitaque neciſque,
Fugiſſent ignes Aenean? Troia ſub uno
Non everſa Viro fatis viciſſet in ipſis?
Aut Lupa proiectos nutriſſet Martia fratres?
Roma caſis enata foret? pecudumque magiſtri
In Capitolinos auxiſſent Culmina montes.

Ita legendus capienduſque integer is locus, nemini hactenus perceptus. Præcipuus illud *culmina* Bovincontrium & Junium ludos fecit, cum nihil eo tamen ſit ſimplicius. Sic noſter hic. Prudentius Enchiridio

ilex ubi frondea Mambre
Armentale ſenis protexit culmen

Maro

congeſtum ceſpite culmen.

Paullinus Natali. VI. Felicis.

Ingrediens tuguri penetralia, rurſus ab ipſo
Culminis introitu taciti, ut præſepia vidit
Nuda boum.

356. FVLTVS CERVICEM CLYPEO.] Idem dicit alibi.

357. STAT PALLIDUS HOSPITE MAGNO PASTOR.] Admirans ignoti Herois ſpeciem, inconſuetum tugurij hoſpitium. Sic de Trajano PLinius: *veniet tempus quo poſteri viſere, viſendumque tradere minoribus ſuis geſtient, quis ſudores tuos hauſerit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ ſomnum ſaxa protexerint, quod denique tectum magnus hoſpes impleveris.* Sic de hoſpitis miraculo lib. 2. s. v. LV. *plebs faretrata videndi Flagravit ſtudio, defixaque hoſpite pulcro Perſides, arcanum ſuſpiravere calorem.* Hoſpites enim virginibus Regijs Amore capiundis aptiores ipſa novitate ſpeciei & cultus. Sic apud Catullum Ariadna perit Theſeum, Jaſonem Medea apud Argonautas: vide & Parthenium ἐρωτ. cap. I. cap. II. cap. XIIX. Pariter hoſpes domicilio ſuo major, ſive diverſorium fuit, Martinus apud Paullinum Benedictum lib. II.

Succedit humili tecto celſiſſimus hoſpes,
Vt collectorum ſic docta modeſtia fratrum,
Diſceret exiguo pompam contemnere ſumtu.

Eodem exemplo quo Virtutem camdem ſuis ducibus militibuſque prævivit Stilico. Sic animum magnum Corpori hoſpitem agnoſcit Alanus lib. V. AntiClaud.

Vt jam corporeum non dedignetur habere
Spiritus hoſpitium, nec tantus defleat hoſpes
Hoſpitij labem, ſed carnis regnet in aula.

Sic *tantum hoſpitem* Aſturis, hoc eſt majorem quam qui deberet ab eo excipi, juxta quidem ſpeciem, Severinum ſuum, vocat Eugippius, cap. I. Sic & Sidonius.

357. IGNOTO NOMINE.] Homine ſimplice & ruſtico magnum imaginante, non tamen rogare auſo.

358. SORDENTI.] In caſæ talis vita. *Sordes tales* vitam innocuam commendant Martiali, Lib I. Epig. LVI.

Vota tui breviter ſi vis cognoſcere Marci,
Clarum militia, Fronto, togaque decus.
Hoc petit: eſſe ſui, nec magni, ruris arator,
Sordidaq; in parvis ocia rebus amat.

Quem locum alibi Commentationum ſollicitare non debebam.

361. HANC REQUIEM TERRIS.] Illi labores dederunt Reipublicæ quietem. Pariter Salvianus de Fabritio, ejus paupertate creviſſe opes Romanas. lib. I. *Niſi, inquit, antiquis illis priſcæ virtutis viris, Fabiis, Fabritiis, Cincinnatis, grave fuiſſe exiſtimamus quod pauperes erant, cum omnia ſcilicet ſtudia omnes conatus ſuos ad communia emolumenta conferrent, & creſcentes Reipublicæ vires privata paupertatis*

pertate ditarent. Itaque tunc illi pauperes Magiſtratus opulentam Rempublicam habebant, unde autem dives poteſtas pauperem facit eſſe Rempublicam. Et *Labor, ærumnaque ducis, ſecuritatem dant populo.* Anthiſtenes Rhetor in Vlyſſe poſcente Achillis arma:

ἀλλ' ἡνίκα σὺ ῥέγχεις σὺ τηνικαῦτα ἐγὼ σώζω σε, καὶ τοὺς πολεμίους ἀεὶ κακόν τι ποιῶ, ἔχων τὰ δουλοπρεπῆ ταῦτα ὅπλα, καὶ τὰ ῥάκη· καὶ τὰς μάστιγας, δι' ἃς σὺ ἀσφαλῶς καθεύδεις. καὶ οὔτε νὺξ πώποτέ με ἀφείλετο, ὥσπερ σὲ πολλάκις μαχόμενον ἄσμενον πέπαυκεν.

363. CASÆ. [Minuta ædificiola ruſtica. Iſidorus lib. XV. cap. XII. *Caſa eſt agreſte habitaculum palis atque virgultis, arundinibuſq́; contextum, quibus poſſint homines ſe tueri* (ſic ex MS. legendum.) *à vi frigoris & caloris injuria.* Civilitate ſua imminuentium, in Hiſpaniſmo & Italianiſmo hodierno quævis domus hanc ſumſere appellationem, ad quarum differentiam caſellæ dicebantur illæ ruſticæ. Gulielmus Brito Lib. VII.

Qui fabricare ſibi, caſtrenſi more, caſellas
Arboreis ramis & ſicco ſtramine norunt.
Se quibus à pluvia tutos & frigore bruma
Efficiant

364. GENTES.] Quas pacaret anteà, quibuſque formulam fœderis ſcripſerat Stilico, ut alibi noſter non ſemel memorat Gentes, omnes populi extra Romanum. Fine hujus Libri.

365. NORICA RURA] Codicum nonnulli *caſtra* alij Rura tantumdem eſt, aptius tamen iſtud ob incurſiones.

366. VELUTI FAMULI] Simile quid in Evangelio, Lucæ, cap. XII. Matthæi XXIV.

368. VINA CHOROSQUE.] Juvencus. Hiſtoria modo indicata.

iſte infelix obſcænè Luxuriatus,
Tardantem contemnit herum, ſervoſque fatigat
Verberibus ſegnique indulgens ebrietati
Luxurioſorum convivia concelebrabat.

369. REDUCEM DOMINUM.] Exempla in Plauti Moſtellaria & Trinummo.

372. SERVILIS HONOR.] Adſuetus flagris & tormentis. II. in Eutropium pariter de ſervis qui dominorum abſentium ſtatum ſumſerant

Notus ab inceptis ignobile reppulit horror
Vulgus, & adductus ſub verbere torpuit enſis.

374. LATIUM.] Gravitas Latina. Auctor Priapæorum. *Conveniens Latio pene ſupercilium.* Quod non debebant mutare docti. Nihil enim obſcæni verſus ad vetus Latium.

375. TOTA REFULSIT IN UNO ROMA VIRO.] Summa laus Heroisalicujus, cum pro omnibus unus fuiſſe dicitur. Aemilius Probus de Epaminonda: *Quamdiu ille præfuerit Reipublicæ caput fuiſſe totius Græciæ, ex quo intelligi poteſt unum hominem pluris quam civitatem fuiſſe.* Auſonius Panegyrico: *Senatus, Curia, unus mihi omnia Gratianus.* Vide ad Petronium Recenſitas Notas.

375. LÆTA PARUM NON TRISTIOR ÆQUO.] Lætam ſenectatem alibi dicit. Quam & Sidonius celebrat v. CCCC XL. Narbonis.

377. MISTA SED NOBILIS IRA.] Eſt in *ira* enim *Nobilitas* animi, quam pro hæc plurimis locis uſurpat Papinius. Et *Nobilitas* iram habet. Vetus Epigramma de Leone.

Iratus rege te, ſic nobilis ira Leonis
In ſibi proſtratos ſe negat eſſe feram.

Gunterus, lib. I. Ligurini.

Tunc verò ut juſtam ſeſe collegit in iram,
Regia Nobilitas Salluſtius Catilina: *Ut nonnulli Equites Romani, ſeu periculi magnitudine, ſeu animi nobilitate impulſi, egredienti ex Senatu Cæſari gladio minitarentur.* Nobilitas enim animi generoſa eſt iracundia. Gulielmus Brito, lib. V.

Haud ſerus abſtupuit Rex nobilis, hoſte propinquo,

Dum

Dum nec eos audiet invadere, nec tamen illum
Nobilitas animi permittit abire retrorſum.

Tegeno, Decanus Patavienſis, in Expeditione Aſiarica Friderici Barbaroſſæ: *Hae dicens, licet multo eſſet defatigatus labore, animi tamen nobilitate maior Macabæo, ipſe primus in gyrum verſo equo irruit in hoſtem ut Leo.* Vide Lib.CLXIX. Adv. cap.V. ubi plura.

379. MOESTO JOVE.] Aere rurbato. Petronius: *ſanguineoque recens deſcendit Iuppiter imbre.*

379. COGITVR AER.] Qualis facit nubilum. Virgilius, lib.V. *Conſurgunt venti atque in nubem cogitur aer.* Auctor Græcus & interpres Appuleius de Mundo.

379. ATRAM NVBEM] Denſam, Obſcuram. Valerius Flaccus, lib.II.

Inſequitur niger & magnis cum fratribus Eurus
Intonat

Horatius: *Niger rudentes Eurus inverſo mari Fractoſque remos differat.* Sic alba *ſidera* pro claris, ſerenis, conſpicuis. *Albus æther* apud Catullum Galliambo. *Alba Stella*, Horario lib.I.Carm.XII Sol albus apud Ennium, in I. Divinat. Ciceronianæ. *Interea Sol albus receſſit in infera noctu.* Cn. Matrius. *Iam jam albicaſſit Phœbus, & recentatur.* Hinc *Albi dies*, pro ſerenis. Silius Italicus lib.XV.

Sed current albuſque dies, horaque ſerena.

Luculenta enim & pura quæque priſcis alba. Scholiaſtes Aeſchyli Perſis:

ἀγνλὴν τὴν βοῦν καλεῖ, ἢ διὰ τὸ τοῖς θεοῖς ἀεὶ τὰς βοῦς θύεσθαι, ἢ διὰ ταύτην εἶναι λευκήν. τὰ γὰρ λευκὰ καὶ καθαρὰ, καὶ φωτεινὰ, καὶ δρύπωτα.

Sic *albeſcere*, inclareſcere. Auguſtin. Confeſſ. lib.XI. cap XXVII. *Inſiſte anime meus & attende fortiter. Deus adjutor noſter, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Attende* ubi *albeſcit Veritas.* Sic *Albam Auroram* hodie ſimpliciter dicunt, Hiſpani, Itali, Galli, Latinitatis uſum ſervãtes.

382. NON ITA ROMANVM.] Plena Heroicæ Romanæ Fortitudinis Oratio. Similia. Simile quid Arſace apud Heliodorum, lib.VII.

Μὴ γὰρ οὕτω τὰ μεγάλα βασιλέως ἀθετήσειεν, τίς, εἰ καὶ τὸν Σατράπην ἀπεῖναι συμβαίνει, μὴ διὰ τῶν λειψάνων γοῦν τῆς ἐνταῦθα στρατιᾶς ἅπαντας ὑμᾶς συγκοφθῆναι.

383. TVMVLTVS.] Non dixit bella aut rebellionem, Florus lib.III. cap.XIX. *Primum ſervire bellum inter initia urbis, Herdonio Sabino Duce; ſed hic tumultus magis fuit, quàm bellum.* Idem cap.XXI. *Tribus, ut ſic dixerim, ſideribus agitatum eſt primo & levi & modico, tumultu magis quam bello.* Idem lib.IV. cap.XII. *Hac ad Septemtrionem. Sub meridiano tumultuatum magis quam bellatum eſt.* *Tumultus* incerti nominis emorio ante rebellionem. Livius lib.XXXIV. *Boiorum gentem ad rebellionem ſpectare, ob eas res tumultum eſſe.*

386. PERFRINGERET ANNIBAL ARCES.] Paribus verbis violentiam atrociſſimi hoſtis Licentius, Carmine ad Auguſtinum.

qui montoſis firmatas rupibus Alpes
Fregit, & Italicas preſſit cum manibus urbes.

Summis Ducibus præpoſitus ubique hic Pœnus; adeo Germanus etiam Veſpaſiani ævo Imperaror Civilis illum coluerit. Tacitus Hiſtor.IV.

388. SPES VANA PHILIPPUM.] Adeo contemtim de hoc Rege loquuntur Romani ut eum bello Vmbraſſe urbes dicat Silius Italicus.

390. DE CVLMINE RERVM.] Summo orbis terrarum Imperio. Silius. *Quaſi tumque diu tamdem poneret arce Terrarum Fortuna, caput.* Sic ante extremum congreſſum Annibalis cum Scipione Livius, libro XXX. *Arma expedirent milites, animoſque ad ſupremum certamen, non in unum diem, ſed in perp-*

Faſtorum Græcorum Latinorumque calculum. Varronis locum innuit etiam Sidonius Panegyrico Aviti. Jam prope *fata tui biſſenas vulturis alas.*

Complebant; ſcis ipſa tuos, ſcis, Roma, labores.
Aetium PLacidus mactavit ſemivir amens,
Vixque tuo impoſitum capiti diadema, Petroni,
Illico Barbaries nec non ſibi capta videri
Roma Getis, telluſq; tuo ceſſura furori.

Sanè ita putaverunt viri præclari, cum illo Aetio cecidiſſe Occidentis Imperium, ut clarè hic Sidonius. Marcellinus Comes: *Aetius Patritius, magna Occidentalis Imperij ſalus, & Regis Attila terror, à Valentiniano Imperatore cum Boethio amico in Palatio trucidatur, atque cum ipſo Heſperium cecidit Regnum nec hactenus valuit revelari.* Accidit id An. MCCVI. Ut Vaticinium Vettij hac ratione fuerit verum.

266. INTERCEPTOQVE VOLATV VVLTVRIS.] Hoc eſt ob metus vehementiam, demſerunt illi vultu um Augurio aliquot annos, ne MCC illi implerentur, & clades, metu augure, anticiparet limitē. XLVIII. ipſi anni ſic decerpebantur. Poetica, acuta, elegans, locutio; cum exprobratione ſtultitiæ, erat enim res ipſa factu impoſſibilis

266. VULTURIS.] Bonum Felixq; Augurium, credo quod de alieno vivat ἐμψυχος ille τάφος, ut hoc genus avis appellavit Gorgias apud Dionyſ. Longinum. Papinius libro III.

flavaq; ſonans avis unca Minervæ,
Non venit augurij melior quam vultur, & altis
Deſuper accipitres exſultavere rapinis.

Lutatius *Id eſt vultur qui ſolet bona omina augurantibus ferre, cujus avis auſpicio Roma dicitur fundata, quod Lucanus non præteriit, dicens:*

Vulturis ut primum lævo fundata volatu:

267. SOLVS ERAT STILICO.] Eximia laus divino carmine celebrata, ut hic liber egregium Epos eſt hauſtaq; iſta ex Papinio 3. Theb. 668. Sanè victis Gothis coronatum rediiſſe Stiliconem (ita enim capienda ejus verba) ſcribit Zoſimus cum toto exercitu. Sic Ennodius de ſuo Theoderico: *Dic quæſo, Clementiſſime Domine, præter te, quid ſpei erat reſiduum in populo aut ſideribus comparando? Inſtantibus Gepidis amne, peſtilentia, iter quod declinaſſet fugiens, contrà vagina nudatis gladiis tranſvolaſti, &c.* Quæ magno ingenio, ſed turbido, ſeq; & rem augente eloquio ſcriptor ſibi extorquet. De Theodoſio Magno, Quarto Conſulatu Honorij.

Omnibus afflictis, & vel labentibus iſtis
Vel prope caſuris, unus tot funera contra
Reſtitit, extinxitq; faces, agroſq; colonis
Reddidit, & lethi rapuit de faucibus urbes.
Nulla relicta foret Romani nominis umbra?
Ni pater ille tuus jamjam ruitura ſubiſſet
Pondera, turbatamq; ratem, certaque levaſſet
Naufragium commune manu.

267. MELIORA MANV.] Sibi ſuisque felix augurium manu feciſſe Stiliconem virtute perrumpentem metum & pericula, dicit. Sic ſup à lib. I.

tales utrimq; procellæ,
Cum fremerent, Latiumq; alternis ictibus anceps
Imperium pulſaret hiems, nil feſſa remiſit
Officii virtus, contraq; minantia fata
Pervigil EVENTVSQVE ſibi LATVRA ſecundos.

Maior in adverſis micuit Princeps nimirum, qui aggrediatur rem, geratq; manu bella, non mandet: quaſi rebus afflictis opus ſciſcit etiam Sidonius Paneg. Aviti.

modo

modo Principe nobis
Eſt opus armato, veterum qui more parentum
Non mandet ſed Bella gerat.

269 DUX IDEM VATESQUE.] Et ſpondens meliota, non perculſi animi exemplo, & adverſa profligans manu atque animo. Sic ferè de Juliano Libanius Proſphonetico: *Acriter enim videt, & quovis Themiſtocle acrius, Rex noſter, conſiliis ſuis, ac ſibi perſuadens in numinibus aliquid Prudentius eſſe orbem terrarum ſententiis inde profectis moderatur. Non exſpectans oracula ſurſum, nec pravè tempus in Legatorum ſacrorum ſeu Oraculorum ignavia conterens.*

οὐκ ἀναμένων χρησμοὺς ἄνωθεν. οὐδὲ περιαλίσκων, ἐν θεωρῶν ῥαθυμίᾳ τοὺς χρόνους. ἀλλ' αὐτὶ τῆς πυθίας αὐτὸς αὑτῷ καθιστάμενος. οὐκ ἀναχόμενος βλέπειν εἰς ὀφρὺν μαντέων, οὐδὲ γνώμης ἑτέρων πρᾶγμα τοσοῦτον ἐξάψει. ἀλλ' εἰδὼς ὅτι καὶ τὸ ἕν τι τῶν περὶ τὰ χείρω μαθημάτων, καὶ τὴν περικλυτὴν μάντιν οὐχ ἧττον ἢ πρότερον καθιστάμενος παῖδα τὸν Μελάμπουν ἀπίφυρας.

Etſi alia illic res, & tamen auguria neſcio an non illo ſibi fine fuerit aſtutiſſimus princeps, ut executus poſt. divinitatis ſibi opinionem adſciſceret.

270. DURATE PARUMPER.] Securo pectore ipſe præcepta dat animoſitatis cæteris. Conſolatio in talibus forti viro ſit læta triſtibus ſtipati, tribusque rurſum læta ſuccedere, nec proinde cauſſam ulli eſſe deſperandi, quæ generoſa vox Bertolphi, Sueviæ olim ducis notata Othoni Friſing. lib. I. cap. VIII. Barbaroſſæ geſtorum.

270. EXCUSSIS QUERELIS.] Sophoclis eſt οὐ δεῖ ἵπωδεῖν πρὸς τὰ ἡμαρτημένα. Alia uberrimalibi.

271. MULIEBRIBUS QUERELIS.] Ad mulieres remiſſis, quæ nihil norunt aliud.

272. FATORUM TOLEREMUS ONUS.] Stoicè. Vide ad lib. I. de Civit. Dei.

274. TOTO PECTORE.] Omni vi. Ovidius

nondum me tota mente recepi.

Alludere videtur remotum actus, tonſaſq; ad pectora redeuntes. *Cenſurgere tonſis* Maro X.

276. EXHAURIRE FRETUM.] *Aquam* marinam navi egerere. *Fretum* pro ejus aqua, ut ſilvam alibi pro arbore dixit, *Lucos* pro fetis Paneg. Probini, & III. Laudum harum. Flumen pariter Maro.

Aut Ararim Parthus bibet.

278. NON SI.] Vera Lectio Scaligero & Cluverio aſſerta, quam & noſter Codex cum maxima parte Belgicorum habent; itidemque Aldus & Camers. Maro;

non ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

278. PENETRABILE TEMPUS.] Tempus penetrabile, aptum penetrare Gothis, laxatis nimirum excubiis Romanis. Contra pro penetrante eodem verbo uſi alij ſcriptores Lucretius, Maro, Appulejus. *Lux penetrabilis* cum noſtro, quæ oculis penetrari poſſit, apud Pal adium lib X. cap. XVIII. *Uvas, quas ſervare volumus, legamus illaſas, neque acerbitate rigidas, neque maturitate defluentes, ſed quibus eſt & granum luce penetrabile ſplendidum, & tactus cum molli jucunditate calloſus.*

282. CALLE REPERTO.] Invio hactenus quod fecit Annibal. Loquitur de Maximo & Eugenio, quorum exemplo, poſt inruptam Italiam pariter cæſorum, conſolatur populum.

285. FAMOSVM.] Celebre cum nota. Vox interpretium & convitium hic media, doctis ſcriptoribus uſurpatur pariter, ut dubites multis locis laudet ac vituperet, famam an infamiam denotet. Tacitus Hiſtor. lib. V. de Hieroſolymis: *quia famoſa urbis ultimum diem tradituri ſumus.* Erat enim urbs celebris, gens impietatis infamis Romano more, ut in

ur in rebus Pompeij apud Florum. Capitur tamen & in meliorem partem. Suetonius, lib. IV. cap. XIX. *Poſtridiè Quadrigario habitu curriculoque biiugi famoſorum equorum præ ſe ferens Darium puerum ex Parthorum obſidibus, commeavit.* Prudentius de Juditha viragine, Judæorum ſoſpitatrice. *Famoſum mulier referens ex hoſte tropæum* Appulejus, lib. II. *Hac ipſa potiſſimum famoſa caſtitate & inſignis tutela nimietate inſtrictus atque inflammatus.* Aethicus, ſine Coſmographiæ: *Hæ ſunt Inſulæ ab Helleſponto uſque ad Oceanum pelagus de famoſis, quæ & cultu & magnitudine celebres habentur.* Quo tamen loca gloſſema legi dicas.

286. PRÆSTRUCTUM.] Præinſtructum bellis civilibus itinere tyrannorum, qua iter capeſſendum eſſet ad Italiam penetrandam.

287. SEQUENDOS.] πειθητικῶς, non ſine uſu priſco. Ulpianus lib. IX. de Juriſd. *Quærebatur an prioris judicis ſententia poſſit exſequi.* Idem, cap. II de Re Judic. *perrarò intrà ſtatutum tempus ſententiæ exſequentur.* Emporius, Rhetor elegans. *Valeat ergo interdum mos ingeneratus, dumtamen, qui ſupervenit, propenſius exſequatur.* Vincentius Lirinenſis, nullo Patrum de Latio minor. *Nam quis facilè arbitraretur errare, quem tanto Imperii iudicio electum, tanto Sacerdotum ſtudio proſecutum videret.* Optatus Afer, lib. II. *Quem à nobis perſecutum eſſe aut dicis aut probas?* Veterem uſum SE QVO habuiſſe, notat Priſcianus, libro VIII.

288. BARBARICO ROMANA DEDIT.] Summum Politicum monitum eſt quod hic tangit. Sic Imperium Romanum cum ſummum culmen adſcendiſſet converſum in ſe magnatum diſcordia deplorant Cicero Officiis, Lucanus & Petronius. Hiſtoriæ ſequentes hìc notæ, ſcripto esq; in manibus omnium.

291. SENONUM Sanguine.] Vindice Camillo. Ubi tamen omnis Majeſtas una arce clauſa fuit.

293. COLLA CATHENATI V. S. CIMBRI.] *Cimbrorum Regem eo prælio* à Mario captum, Teutobochum nomine, auctor Eutropius, lib. VII. *Quem Teutonis Regem facit* Florus lib. III. cap. III. Vide Plutarchum Mario. Collo autem ligati trahebantur in Triumphum. Ovidius IV. Triſt. El. II.

Vinclaq; captiva Reges cervice ferentes.
Ante coronatos ire videbit equos.

294. VILE DECVS.] Vide ad Auguſtinum, lib. I. cap. I. *Horror*, timor, metus; periculum ipſum. Papinius, lib. VI.

illi etiam quis belli incognitus horror

Proba Falconia, præfatione Centonum.

Non mihi ſaxa loqui vanus perſuadeat
horror.

297. POST TERGA.] Retrò. Vide notas viri docti ad Symmachum.

301. STIMVLANT SI PIGNORA.] Neceſſitudines: alijs in diſcrimine ipſo ablegatæ prorſus, ut Tyrijs, urbe ab Alexandro obſeſſa, Carthaginem. Curtius, lib. IV.

302. REMORDET.] Sæpius tangit. Morſus enim ſtimulus affectuum. Papinius Protreptico Criſpini V. Silvar.

Rura meus Tyrrena petit ſaltusque Tagetis
Criſpinus.
Et mea ſecreto velluntur pectora morſu.

Particula crebritatem notat. Maro *Faber enim quando hac te cura remordes.*

304. SANCTVM SOCERI.] Adulatio occulta; omnibus affectibus præponentis Imperatoris generis curam. Paullo poſt.

Hic Conjux, hic progenies; hic carior omni
Luce gener.

305. QVANTVS PROLIS AMOR.] Quo nulla umquam ſtrictiore caritate homines natura devinxit. Macrobius Saturnal. lib. I Lege Stobæi gemmarium.

303. FERRO CORDA RIGENT.] Proverbialis locutio, rigidiſſimum hominem indicans. Homerus Iliad. X.

ἰδ

ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἔνδοθι θυμός. Odyſſea. Σ. οὐδέ μοι αὐτῇ Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεος. Aeſchylus Prometh. σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος Ὅστις, Προμηθεῦ, σοῖσιν οὐκ ξυνασχαλᾷ Μόχθοισι. Idem Septem Thebanis: Σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων Ἔπνει Themiſtius Euchariſterio: τίνα οὐκ ἂν σιδηρῶν καὶ ἀδάμαντος στερεώτερον μαλάξαις.

Pignora liberos ſuprà notant, & ita explicat Agrætius. Rectè autem emendarunt docti CAPITIQVE SVPERSTES TRVNCVS ERIT. Capite enim demto cadaveri cætero id nomen dant. Curtius lib. VII. *capite deſciſſo truncum humari juſſit*. *Superſtes* pulcrè dictum, qui enim, ſuorum præcipuè, aliquem vivendo ſuperat, ſuperſtes illi perhibetur, unde acutè ad ipſum hominem ducitur. IV. Cõs. *lugetque ſibi iam rara ſuperſtes*. Cor. Tacitus Agricola: *pauci, &, ut dicam ita, non modo aliorum, ſed etiam noſtri, ſuperſtites ſumus*. Ruſticus Elpidius, de Chriſto Deo.

tu victor & hæres
Corporis occidui, idem & poſt membra ſuperſtes,
Poſt inferna Deus, & poſt mortalia vivus.

B. Ambroſius in Funere Satiri. *Quid agam mei ſucceſſor hæredis? Quid agam meæ vitæ ſuperſtes?* Similis apud Martialem locutio *ſibi ſuppoſititius*. *Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi*. In Claudiano Soceri nomen, more ſcriptorum notat ipſum Socerum. Petronius, nobili ſententia. *Nomen amicitiæ ſi, quatenus expedit, hæret: Calculus in tabula mobile ducit opus.* Hoc eſt ſi amicitia eatenus hæret, quatenus utilitas, merum fortunæ ludibrium eſt. Auguſtinus lib. I. cap. XV. Civ. D. *multo minus nomen criminandum eſt Chriſtianum*. Arnobius lib. I. *poſtquam eſſe nomen in terris Chriſtianæ religionis occœpit*. Petronius idem alibi: *Reliquit veteris amicitiæ nomen, & unius noctis tactu omnia vendidit*. Hoc eſt veterem amicitiam ipſam. Quare ſuperior locus ejuſdem non aliter capiendus. Sic Papinius, lib. VI.

quorumq; ingentia tellus
Aonia & Tyria ſuſpirant nomina matres.

Idem Achill. I.

meq; inter priſca parentum
Nomina, cumq; ſuo memorant Amphione Thebæ. Lib. II. *Illic ingentia certant Nomina.*

306. OBSCOENAM.] Turpem, pudendam. Alibi enarramus. Latebra numero Unitatis inuſitatior. Gloſſarium Vetus: χιὰ, ἡ τοῦ ὄφεως κατάδυσις. Latebra. Pontius, Vita Cypriani: *eum qui intra ſecretam conſcientiæ latebram religionis & vita toto honere florebat*. Seneca, Epiſt. XIX.

306. PIETAS IGNAVA.] Talis facta ob metum & adverſas res, vel amore nimio ſuorum To-NUMQUAm bis poſitum cape, exemplis ſuprà memoratis.

308. NEC VOBIS FORTES.] Uti ſolet verri magnanimitas, ſibi cauta, alijs Libera, contemtrixque periculorum. Præfero ſcripturam Editionis Claverianæ: *Neu vobis* ſim ſcilicet. Oratio abruptior utpotè ardentis animi, & verbis incitatæ in proximum periculum virtutis, ut ſæpè in Papinio, ad quem Vide.

308. HIC CONJUX HIC PROGENIES.] Pignora, inquit, fidelitatis meæ in Rempublicam. Pertinet huc quod Conſultior Reipublicæ Princeps cum liberis quam improlis. Onoſander, cap. I. Strateg.

πατέρας δὲ προκρίνοιμ' ἂν μᾶλλον, οὐδὲ τὸν ἄπαιδα παραιτούμενος, ἂν ἀγαθὸς ᾖ, ἄντε γὰρ ὄντες τύχωσι νήπιοι ψυχῆς εἰσὶν ἰσχυρὰ φίλτρα περὶ τὴν εὔνοιαν ἐξομηρεύσασθαι δυνάμενα στρατηγοῦ πρὸς πατρίδα, δεινοὶ καὶ ὠξεῖς μύωπος πατρὸς, οἷοίτε ἀναστῆσαι θυμὸν ἐπὶ πολεμίους, ἂν δὲ τέλειοι, σύμβουλοι, καὶ στρατηγοὶ, καὶ πιστοὶ τῶν ἀπορρήτων, ὑπηρέται γιγνόμενοι, συγκατορθοῦσι τὰ κοινὰ πράγματα.

309. CARIOR OMNI LUCE.] Summę formula Dilectionis: occurrit ſæpè in ſcriptionibus priſcis. Multa nos Indice Amatoriarum.

310. PROCELLÆ.] Tempeſtati Adverſæ Fortunæ. Ovidius.

Cum Deus intonuit, non ſe ſubducere nimbo
Hæc demum Pietas, hic ſocialis Amor.

Prudentius: Martyrum ſemper numerus ſub omni Grandine crevit. Fulgentius 1. Mythol.

311. NOSTRÆ MENTIS PIGNORA.] Bentiniani libri, Belgæ, Noſter, Camettis VINCVLA Vetutate clara, cum vox altera jam præceſſerit. Vincula, animi amicitiæ propior nexus. Propertius.

Illa feros animis alligat una viros.

Licentius, Carmine ad Auguſtinum.

Hoc tamen, hoc animi vinclum, nexusq; fideles,
Non qui montoſis firmatas rupibus Alpes.
Fregit, & Italicas preſſit cum mœnibus urbes Rumperet

Ruritius, lib. II. Epiſt. I. *Charitatis integra ſincera transfuſio, cuius ego vinculis colligatum à vobis me gaudeo, & talibus catenis vinctus exſulto, obſtringiq; me earum nexibus magis cupio quam reſolvi.* Vide alibi ad Euchetium dicta.

312. MVRIS IMPENDE TUENDIS.] Ea irruptione Gothorum Vrbem novis muris munitam Honorij juſſu alibi his libris notamus, & indicat hîc vir doctus. Sed an non ſimpliciter potius urbis tuitionem loquatur, dum ipſe aberit, Stilico, hoc loci, neſcio, nec eſt tanti. Hiſtoricorum tanta in horum temporum recenſione diſſenſio, tantaque pugna eſt traditionum, ut ſint qui Honoriū ipſum, ob neſcio quas cauſſarum quisquilias Romanis ſe infeſtum ſentientem, Gothos ad devaſtandam urbem incitaſſe, dicere non vereantur, ut vides apud Zonaram, qui ridicula multa de eodem Principe memorat; ut cum captam Romam audiens intelligit Gallinam ejus nominis, percellitùrque animo: ſedato mox mœrore ubi Gothis occupatam Vrbem reſciſcit. Mira vecordia ſcriptorum talia memorantium: rem ipſam ortam ex ſcriptis Eunapii canis, alijsq; talium, Chriſtianis Principibus imminentium ad quemvis rumorem, puto. Sed & clauſtrales nugæ hoc ævo incipiunt.

313 LECTVM ROBVR.] Militem ex omnibus ſtipēdiariis auxiliisq; electum XXX. numeros militum habuiſſe, quibus Rhadagaiſti copias confecerit, Stiliconem, ſcribit Zoſimus, eumq; exercitum illum totum fuiſſe quem in Liguria habuerit Reſpublica Jam ſi cohortes, ut traditum Sozomeno, Numeri dicebantur, eo tempore; cohors autem numquam ultra MCC. militum fuit, clarum quantillo exercitu infinita millia Barbarorum vir fortiſſimus conciderit. C C. memorant alij, Zoſimus autē τεσσαράκοντα μυριάδας ponit. Olympiodorus Duodecim Millia Procerum ijs copiis infuiſſe auctor eſt; qui in eo turpiter lapſus, quod debellatis Optimatibus Rhadagaiſtum ſibi aſſociaſſe Stiliconem ſcribit.

315. MIGRANTISQVE.] Principe jam cum omni Aula Italia deceſſuro. Ravennæ autem tum fuiſſe Honorium conſtat ex auctoribus & Sexto Conſul. Hon. noſtro.

315. STETIT OBSIDE FATI.] Egregium exemplum Civilis apud Tacitum, Hiſtor. IV. *à tergo matrem ſororem, pignora cætera pugnaturis collocans.*

316. TENEBRIS PVLSIS.] Periculorum nocte, Rebus adverſis. Sic ſæpiſſimè ſacræ litteræ. Rectè verò ſummus Cujacius indignatur ſcriptorum tantam confidentiam eſſe potuiſſe, ut veriti non ſint aſſeverare Stiliconem Pollentino conflictu acie à Gothis victum, itaq; omnem hanc Claudiani cantilenam mendacium eſſe Sanè impudentia inaudita fuiſſet victum pro victore cōmendare; illa autem eſt longè etiam turpior o[illegible] hominis palam veritatem negare. Ego v[illegible] Prudentio contra omnes blaterones credo, Claudiano adeò accedenti, ut & [illegible] doctam Stiliconis Pietati veræ & Chriſtianæ ment.

menti, contra paganos adſcribere certet. Ratio ipſa rerum contra infrunitos illos concerptores militat. Si enim Stiliconem profligavit Gothus; cur Urbem non petijt tum, Italiam non concerpſit Alaricus; quod non potuit, niſi ab exceſſu Herois, licet diu ante decreviſſet? Inepti lepores, qui Leoni abſenti inſultant eo tandem invidia delati ſunt, ut annos ipſos geſtorum publicorum perderent; ut Jornandes, homo Alanus qui Originibus Geticis vivo Stilicone ſpoliatam Romam autumat, De Succeſſione contrà Regnorum Libello, jam exſtincto aſſerit. Rutilius Numatianus pariter quin eodem ſuperſtite idem accidiſſe traditum voluerit, parum cautè diſſimulat, fine lib. II. ut nunc ſunt.

320. MENTITUR NERBA.] Speciem marinæ aquæ præferre ait Latium, cum dulci tamen conſtet. Viſe ad Topographos Chorographos. Lacum peculiari volumine deſcripſit memoria avorum Paullus Jovius.

321. PRÆTERVOLAT.] Hoc eſt *pervolat*. Sic ſæpè optimi auctores, & docemus alibi.

322. BRUMALI SIDERE.] Frigore. Vide ad IV. Conſulatum. Alibi pari rede eodem Stilicone. *nivalem Scandebat criſtatus Athen.*

323. NIL HIEMIS CÆLIVE MEMOR.] Oblitus magnanimitate eorum quæ natura ipſa opponebat, & attendere cogebat, tantus ardor erat virtutis, & Amor eripiendæ cladibus Italiæ De Annibale paria tradit Silius lib. I. de Cæſare Petronius. Quisq; aliorum Panegyriſtarum Poëtarumq; de ſuo Heroe.

324. ILLE.] Excellens aliquis, aliorũ præcipuus. Vide Gal. Canteri Novas Lectiones.

330. HERCYNIÆ.] Tanta jam ſcripſerunt collegeruntq; docti, ut ægrè intacta invenias. Vide Præfationem Aimoyni in Hiſtoriam Francicam. Meminit Hercynij ſcopuli Apollonius Rhod. lib. IV.

ἀλλ' ἄρη σκοπέλοιο καθ' Ἑρκυνίου ἰάχησεν Ουρανόθεν προθοροῦσα. Ubi dubitat Scholiaſtes mons ſit an ſilva Gallorum. Ut loci inculti maximè barbariq; meminit Julian' Miſopogone: *ἐμοὶ δὲ Κελτοὶ καὶ Γερμανοὶ καὶ δρυμὸς Ἑρκύνιος ἔμελε ἄρτι πρῶτον εἰς ἄνδρας τελοῦντι, καὶ διέτριψα πολὺν ἤδη χρόνον ὥσπερ τις κυνηγέτης ἀγρίοις πολεμίων συμπλεκόμενός τε θηρίοις.*

De Fontibus Danubij & Rheni diſputandĩ hic locus non eſt Jactantiam in Rheni patente memorat ob nobilitatem amnis, cujus ſe filios gloriabantur ſummi Reges: Propertius:

Claudius at Rheno trajectos arcuit hoſtes
Belgica cum vaſti parma relata ducis
Virdomari; genus hic Rheno iactabat ab ipſo,
Nobilis erectis fundere geſa geſis.

332. UTRAQUE ROMULEO.] Vide Origines Francicas doctiſſimi I Sacij.

333. ALTO MOX GURGITE.] Ineptè alijs editum *alio* cum horum amnium vel præcipua laus ſit nomen ſuum ſemper tenere, vel certè in Invidiam uſq; aliorum, longè. In noſtro libro eſt.

Primo fonte breves, alto inquit flumine regnant

Veritatem putem alto dehinc Quod illuſerit oculos librariorum.

335. IN NOMEN TRANSIRE SVVM.] Pulcrè Auſonius Moſella. *celerant in te conſumere nemen.* Ipſa autem Sexaginta capere Danubium priuſquam ponto evolvatur ſcribit Jornandes Geticar. Orig. cap. XII.

336. BIFIDO MEATU.] Vide Strabonem lib. IV. Noſter ſuprà, lib. I. *totidemque diebus Edomuit Rhenum Ad bifidos tractus.* De quinque vadis Danubij noſter Quarto Conſulatu. DCXXXIII.

338. GLACIALIA SECTI TERGA ROTIS.] Mirum hoc in barbaris & Septentrionalibus fluvijs Romanis hominibus. At in Cappadocia etiam Aſiana, ejuſq; ad urbem celeberrimam Cæſaream gelu paris violentiæ agnoſcit Gaudentius Tractatu in Dedicat. Baſilicæ Concilij Sanctorum: *Perſpiciens,* inquit,

quit, *regionis naturam nimiis rigentem frigoribus, tempus etiam, quo maxima hyemis aſperitas Aquilone flante violentius incumbebat; môtes nivibus, pruinis arva tegebantur: liquores agnoſcere ſuam Naturam ſolis ignibus cogebantur: ſtupebant ingenti glacie torrentium fluminum curſus. Stagnum quoq; urbi, in qua iſta gerebantur, ſubiacens iter ſolidum plauſtris gementibus commodabat. Terebrabantur penetralia viſcerum gelu, ita ut medullas oſſium graviſſimis cruciatibus internus quidam glacialis tortor urgeret.*

339. BOREÆ MARTIQVE SODALES.] Ab interrupto cultu. Sic Horatio hyemis ſodalis Hebrus lib. I. od. XXV. Caſſilis Reſponſis. Τινα; τις; κυμάτων ἑταῖρος.

340. HESPERIÆ QVA GRÆGIA JVNGITVR.] Τὰ ὑπὲρ τῶν Ἀλπειων τῶν πρὸς Ἑσπέραν, Γαλάται νέμονται, καὶ Ἴβηρες. τὰ δ' ὑπὲρ τὴν ἄρκτον βάρβαροι. Julianus Oratione Tertia ad Conſtantium.

342. CEU GORGONE VISA.] Saxifico vultu Meduſæ. Nota omnia.

343. HAUSERE PROFUNDÆ NIVES.] Pulcrè Petronius, Specimine Belli Civilis. Silius lib. III.

haurit hiatu.

Nix reſoluta viros, altoq; à culmine præceps
Viventes operit turmas delapſa ruina.

Qui ea deſcriptione ingenium, tardus alioquin, excitat.

345. BARATHRO.] Omnis vorago irremeabilis hac voce cenſetur. Alioquin notum fuiſſe pœnale antrum apud Atticam.

347. TEPIDIS FUNDAMINA SUBRUIT AUSTRIS.] Ita Edidit Scaliger. Belgæ plerique libri. TREPIDIS Cum noſtro, Cujacianis, cæteriſque omnibus, Claverij hic ſcriptionem probamus, cum τὸ AVSTRIS nulli Codicum agnoſcant.

trepidis fundamina ſubruit Aſtris
Pendenti maleſida ſolo Poetica enim licentia eò adſcendit ut nivium jugis ipſa aſtra, machinamq; cœleſtem incumbere pronuntiare audeat. Petronius de bello Civili.

Eſt locus Herculeis aris ſacer, hunc nive dura
Claudit hiems, canoq; ad ſidera vertice tollit.
Cœlum illinc cecidiſſe putes; hyemiſque pruinis
Totum ferre poteſt humeris minitantibus orbem.

Præcedunt in Petronio duo verſus, quorum priore legendum *ubi Grajo numine pulſæ* Herculem enim dicit, Græcia oriundum numen. Aſpexit Arbitrii iſta noſter.

348. MALE FIDA.] Non ſervantia quod polliceri videbantur. Alibi contra.

Fida per innocuas errant incendia turres.

Et de Ætna.

Scit nivibus ſervare fidem.

350. NULLA LYÆI POCULA, NULLA CERES.] Expreſſit virtutis hanc violentiam in Anthemio, de milite ipſius Sidonius.

Cui deeſſet cum ſæpè Ceres, ſemperq; Lyæus,
Diſciplina tamen non defuit.

Multa Panegyriſtæ, Ennodius, Libanius, Plutarchus, Syneſius.

351. ONERATUS AMICTU.] Plurimum enim aquæ pluviæ nivaliſq; imbiberat. Omnem ſpem præveniſſe in occupandis cæde hoſtibus Stiliconem tradit Zoſimus.

352. NEC MOLLIA FESSO STRATA DEDERE THORUM.] Heroica cubilia corpus mollibus tormentis fovere indignantia. Sua ſic laudat Marcus Imperator libro I. Somnum ſub dio indurare auctor Hippocrates lib. II. de Diætis. καὶ ὕπαιθρος εὐνὴ πρὸς τὸ ἔθος σκληρύνει τὸ σῶμα.

354. METUENDA.] Alijs. Sic in fortitudinis laudibus recenſet Manilius occiſam ab Atalanta feram, cujus nec aſpectum aliæ tuliſſent. Lib. V.

Et Calcydonea bellantem rupe puellam;
Vincentemq; viros; & quã potuiſſe videre
Virgine maius erat, ſternentem vulnere primo.

Sic is legendus.

355. PA-

355. PASTORALI CVLMINE.] Tugurio. Culmen enim id ſonat. Manilius lib. IV.

An niſi fata darent leges vitaque neciſque,
Fugiſſent ignes Aenean? Troia ſub uno
Non everſa viro fatis viciſſet in ipſis?
Aut Lupa proiectos nutriſſet Martia fratres?
Roma caſis enata foret? pecudumque magiſtri
In Capitolinos auxiſſent Culmina montes.

Ita legendus capiendusque integer is locus, nemini hactenus perceptus. Præcipuus illud *culmina* Bovincontrium & Junium Indos fecit, cum nihil eo tamen ſit ſimplicius. Sic noſter hic. Prudentius Enchiridio

ilex ubi frondea Mambræ
Armenta'e ſenis protexit culmen

Maro

congeſtum ceſpite culmen.

Paullinus Natali. VI. Felicis.

Ingrediens tuguri penetralia, rurſus ab ipſo
Culminis introitu taciti, ut præſepia vidit
Nuda boum.

356. FVLTVS CERVICEM CLYPEO.] Idem dicit alibi.

357. STAT PALLIDUS HOSPITE MAGNO PASTOR.] Admirans ignoti Herois ſpeciem, inconſuetum tugurij hoſpitium. Sic de Trajano PLinius: *veniet tempus quo poſteri viſere, viſendumque tradere minoribus ſuis geſtient, quis ſudores tuos hauſerit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ ſomnum ſaxa protexerint, quod denique tectum magnus hoſpes impleveris.* Sic de hoſpitis miraculo lib. 2. s. v. LV. *plebs ſaretrata videndi Flagravit ſtudio, defixaque hoſpite pulcro Perſides, arcanum ſuſpiravere calorem.* Hoſpites enim virginibus Regijs Amore capiundis aptiores ipſa novitate ſpeciei & cultus. Sic apud Catullum Ariadna petit Theſeum, Jaſonem Medea apud Argonautas: vide & Parthenium ἐρωτ. cap. I. cap. II. cap. XIIX. Pariter hoſpes domicilio ſuo major, ſive diverſorium fuit, Martinus apud Paullinum Benedictum lib. II.

Succedit humili tecto celſiſſimus hoſpes,
Vt collectorum ſic docta modeſtia fratrum,
Diſceret exiguo pompam contemnere ſumtu.

Eodem exemplo quo Virtutem eamdem ſuis ducibus militibuſque præivit Stilico. Sic animum magnum Corpori hoſpitem agnoſcit Alanus lib. V. AntiClaud.

Vt jam corpereum non dedignetur habere
Spiritus hoſpitium, nec tantus defleat hoſpes
Hoſpitij labem, ſed carnis regnet in aula.

Sic *tantum hoſpitem* Aſturis, hoc eſt majorem quam qui deberet ab eo excipi, juxta quidem ſpeciem, Severinum ſuum, vocat Eugippius, cap. I. Sic & Sidonius.

357. IGNOTO NOMINE.] Homine ſimplice & ruſtico magnum imaginante, non tamen rogare au'o.

358. SORDENTI.] In caſæ talis vita. *Sordes tales* vitam innocuam commendant Martiali, Lib I. Epig. LVI.

Vota tui breviter ſi vis cognoſcere Marci,
Clarum militia, Fronto, togæque decus.
Hoc petit: eſſe ſui, nec magni, ruris arator,
Sordidaq; in parvis ocia rebus amat.

Quem locum alibi Commentationum ſollicitare non debebam.

361. HANC REQUIEM TERRIS.] Illi labores dederunt Reipublicæ quietem. Pariter Salvianus de Fabritio, ejus paupertate creviſſe opes Romanas. lib. I. *Niſi*, inquit, *antiquis illis priſcæ virtutis viris, Fabiis, Fabritiis, Cincinnatis, grave fuiſſe exiſtimamus quod pauperes erant, cum omnia ſcilicet ſtudia omnes conatus ſuos ad communia emolumenta conferrent, & creſcentes Reipublicæ vires privata paupertа-*

Dum nec eos audiet invadere, nec tamen illum
Nobilitas animi permittit abire retrorſum.

Tegeno, Decanus Pataviensis, in Expeditione Aſiatica Friderici Barbaroſſæ: *Hac dicens, licet multo eſſet defatigatus labore, animi tamen nobilitate maior Macabæo, ipſe primus in gyrum verſo equo irruit in hoſtem ut Leo.* Vide Lib.CLXIX. Adv. cap.V. ubi plura.

379. MOESTO JOVE.] Aere turbato. Petronius: *ſanguineoque recens deſcendit Iuppiter imbre.*

379. COGITVR AER.] Qualis facit nubilum. Virgilius, lib.V. *Conſurgunt venti atque in nubem cogitur aer.* Auctor Græcus & interpres Appuleius de Mundo.

379. ATRAM NVBEM] Denſam, Obſcuram. Valerius Flaccus, lib.II.

Inſequitur niger & magnis cum fratribus Eurus
Intonat

Horatius: *Niger rudentes Eurus inverſo mari Fractoſque remos diff.rat.* Sic alba *ſidera* pro claris, ſerenis, conſpicuis. *Albus æther* apud Catullum Galliambo. *Alba Stella*, Horatio lib.I.Carm.XII Sol albus apud Ennium, in I. Divinat. Ciceronianæ. *Interea Sol albus receſſit in infera noctis.* Cn. Mattius. *Iam jam albicaſſit Phœbus, & recentatur.* Hinc *Albi dies*, pro ſetenis. Silius Italicus lib.XV.

Sed current albuſque dies, horaque ſerena.

Luculenta enim & pura quæque priſcis alba. Scholiaſtes Aeſchyli Perſis:

ἀγνὴν τὴν βοῦν καλεῖ, ἢ διὰ τὸ τοῖς θεοῖς ἀεὶ τὰς βοῦς θύεσθαι, ἢ διὰ ταύτην εἶναι λευκήν. τὰ γὰρ λευκὰ καὶ καθαρὰ, καὶ φωτικὰ, καὶ ἀρρύπωτα.

Sic *albeſcere*, inclareſcere. Auguſtin. Confeſſ. lib.XI. cap XXVII. *Inſiſte anime meus & attende fortiter. Deus adjutor noſter, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Attende* ubi *albeſcit Veritas.* Sic *Albam Auroram* hodie ſimpliciter dicunt, Hiſpani, Itali, Galli, Latinitatis uſum ſervātes.

382. NON ITA ROMANVM.] Plena Heroicæ Romanæ Fortitudinis Oratio. Similia. Simile quid Arſace apud Heliodorum, lib.VII.

Μὴ γὰρ οὕτω τὰ μεγάλου βασιλέως ἀθετήσειεν, τις, εἰ καὶ τὸν Σατράπην ἀπεῖναι συμβαίνει, μὴ διὰ τῶν λειψάνων γοῦν τῆς ἐνταῦθα στρατιᾶς ἅπαντας ὑμᾶς σαγηνευθῆναι.

383. TVMVLTVS.] Non dixit bella aut rebellionem, Florus lib.III, cap.XIX. *Primum ſervire bellum inter initia urbis, Herdonio Sabino Duce; ſed hic tumultus magis fuit, quàm bellum.* Idem cap.XXI. *Tribus, ut ſic dixerim, ſideribus agitatum eſt primo & levi & modico, tumultu magis quam bello.* Idem lib.IV. cap.XII. *Hæc ad Septemtrionem. Sub meridiano tumultuatum magis quam bellatum eſt. Tumultus* incerti nominis emotio ante rebellionem. Livius lib.XXXIV. *Boiorum gentem ad rebellionem ſpectare, ob eas res tumultum eſſe.*

386. PERFRINGERET ANNIBAL ARCES.] Paribus verbis violentiam atrociſſimi hoſtis Licentius, Carmine ad Auguſtinum.

qui montoſis firmatas rupibus Alpes
Fregit, & Italicas preſſit cum manibus urbes.

Summis Ducibus præpoſitus ubique hic Pœnus; adeo Germanus etiam Veſpaſiani ævo Imperator Civilis illum coluerit. Tacitus Hiſtor.IV.

388. SPES VANA PHILIPPVM.] Adeo contemtim de hoc Rege loquuntur Romani, ut eum bello Vmbraſſe urbes dicat Silius Italicus.

390. DE CVLMINE RERVM.] Summo orbis terrarum Imperio. Silius. *Quaſi ſumque diu tamdem poneret arce Terrarum Fortuna, caput.* Sic ante extremum congreſſum Annibalis eum Scipione Livius, libro XXX. *Arma expedirent milites, animoſque ad ſupremum certamen, non in unum diem, ſed in perp*

perpetuum ſi felicitas adeſſet, Victores. Roma anCarthago jura gentibus daret ante craſtinam noctem ſcituros. Nec enim Africam aut Italiam, ſed orbem terrarum Victoria præmium fore.

394. BELLA ET PRÆLIA.] Hæc quoque differre facit; prælia contemto Regi, æſtimatis bella Carthaginienſibus aſſignans. *Poeta* tamen alijque bellum cum volunt prælium dicunt. Petronius Bello Trojano. *huc decenni prælio Irata virtus abditur* Septiminus lib. I. de Eodem: *Si legati imperfecto negotio revertiſſent, fore uti adverſum ſe grande prælium concitaretur.* Eodem: *Tum communi conſilio ſuper conditione prælij juſiurandum interponi hoc modo placuit.* Ita eo loco membranæ noſtræ, jam ante auctoris reſtitutionem profeſſi.

396. PHILIPPUS.] Fuit tamen virtutis non contemnendæ princeps, manu etiam ſtrennus, ut in obſidione Athenarum illuſtre documentum narrat Livius, lib. XXXI.

398. PRÆTEREUNTE MANU.] Velut aliud agente. Similis huic locutio apud Iuſtinianum Inſtitutionibus, ſummis digitis tangere; & Ciceronis, digitis extremis, quas princeps recte, ſpretis priorum inanijs, exponere potuit And. Alciatus lib IV. de Verbor. Signif. Alibi eadem ſententia noſter tranſcurrentem Stiliconem egiſſe, quod magno labore vix exegiſſent alij canit, Achillem Senecæ imitatus. Regis Philippi res tam exiguæ aut contemtibiles non fuere, quin gravibus accenſeri mereantur.

401. PRECANTES.] Deprecantes noxiam, veniæ loco, & probandæ fidelitatis precantes admitti in ſtipendia. Hoc vult dictum.

402. MENSUS NUMERUM.] Fuit is exercitus Stiliconis ad XXXV. aut præter propter millia militum, ut ad v. CCCXXXIII. notata exputate dant.

408. LACRYMOSAQUE GAUDIA.] Viſo incolumi Principe militiæ, ut in gaudijs maximis lacrymæ ſolent oboriri. Petronius. *Mentijque pavida gaudium lacrymas habet.* Diodorus Siculus in rebus Alexandri. Noſter Bello Gildon.

> *Quem ſimul ut vidit natus*
> *mixto tremuerunt gaudia fletu.*

Sophocles Electra:

> χαρᾷ ᾗ πίμπλημι δι' ὀξὺς ὄμμα δακρύων.

Paullus Oroſius, lib. II. cap. XVII. *poſt inexplicabiles magnorum lacrymas gaudiorum hæc prima fundamina recuperatæ Libertatis Athenienſes inſtaurant.* Rutilius Itinerario, Lib. I.

> *Laudibus amiſſi cogor lacrymare parentis,*
> *Fluxerunt madidis gaudia mæſta genis.*

Ennodius Carm. IX.

> *Hæc ait & lacrymas, quas promunt gaudia, fundit.*

Gunterus lib. VII.

> *Quis referat fletus lacrymoſaque gaudia tanta*
> *Plebis, & interna tactos Pietate dolores.*

Petrus Chryſologus Serm. XLVI. *Hic Propheta ſecum fletus ſuorum nos deſiderat fundere gaudiorum, quia ſemper lacrymæ, ſicut dolori magno ita producuntur & gaudio.* Paullinus Natali, VI.

> *multo merſi mea Lumina fletu*
> *Non ſolum damno, ſed & inter gaudia plorant.*

Alexander Aphrodiſæus, Problem. XXXII. Cur qui dolent quique gaudent, ridentes lacrymant? Heliodorus, lib. X. Aethiopic.

> οὐκ ἔτι κατεῖχεν ἡ περσίννα, ἀλλ' ἀθρόον τε ἀνήλατο τοῦ θρόνου, καὶ προσδραμοῦσα περιεβάλλετε, καὶ περιφῦσα ἐδάκρυέ τε, καὶ πρὸς τὸ ἀκατάσχετον τῆς χαρᾶς, μυκηθμῷ τινὶ προσβακχικῷ ἀνωρύετο. ὑπερβολὴ γὰρ ἡδονῆς καὶ θρῆνον ποιεῖν ἀποτίκτειν φιλεῖ.

Appuleius lib. I. *Vt lacrymæ ſæpiculè de gaudio prodeunt, ita & in illo nimio pavore riſum nequi continere.* Oppius lib. de Bello Alexandrino: *ille ut ex carceribus in liberum cur ſum emiſſus, adeo contrà Cæſarem acriter bellum gerere*

vere capit, ut lacrymas, quas in colloquio proiecerat, videretur gaudio profudiſſe. B. Ambroſius de Obitu Satyri: *Non ſolus dolor lacrymas haber, habet & lætitia lacrymas ſuas, & pietas fletum excitat, & oratio ſtratum rigat.*

409. SIBILA NOTA.] Tauros docebant ingenia veterum paſtorum ad ſibila cognoſcenda, & corũ nutum mira bovinis ingeniis patranda. Exempla non infeſtiva in Longi ſuaviſſimo libello: ubi à prædonibus capti ad notum ſonum proſiliunt navibus.

411. INQUE VICEM.] Mutuò, Lucanus lib. I.

Inque vicem gens omnis amet

415. EXTREMIS BRITANNIS.] Vltra illos enim nihil Romæ ſerviebat, Catullus *ultimosque* Britannos. Virgil.

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

416. PRÆTENTA.] Priore in Rufinum, CXXIV.

417. SCOTO DAT FRÆNA TRVCI.] De Barbarie tum Scotorum alibi Claudianus. Et B. Hieronymus immanibus gentibus accenſet. De Legionibus Populi Romani vide Appianum Præfatione, & Commentariolum de Militia elegantiſſimum H. Savilis.

418. PICTO MORIENTE.] Hujuſdem moris ſuprà facta mentio. Viſe notas præſtantis ingenio, doctrina, judicio, Sirmondi ad Sidonium. Cætera alijs dudum enarrata.

420. CATTOS.] Prodigiosè noſter Codex *Scilos* Aldus *Citos*. Belgę libri aliquot *Citas*, *Scytus*, nõnulli alij *Scythos*. Bentiniani *Scinthos*, ut & Camerſ. Monſtrũ ex Cattis & Scythis confuſis confecerint Librarij. Sed quia utraque hæc gens notior, putem illitere ignotiorem aliam, ut *Chaucos* quam nobiliſſimam & amplitudine Germanarum nulla inferiorem cum Cattis & Cheruſcis memorat Tacitus.

422. RHENUM SOLO TERRORE.] Alibi inter ſumma facinora Quis domitum meminit ſola formidine Rheuum? Sic de Xerxe Emanuel Palæologus Imperator, Oratione I.

ἀλλ' ἡ τῆς ἀκαίρου φιλοτιμίας ὑπερβολὴ, οὐδὲν ἐκείνῳ ἡμῶν ἀνέπεισε πλὴν ὅτι τοὐναντίον σαφῶς, αὐτῷ τὴν προσδοκίαν ἀντέστρεψεν. ὁ γὰρ τῇ βροντῇ τῆς φήμης τὰ τῶν πολλῶν κινήσας φρονήματα, καὶ τούτους δείξας καλινδουμένους περὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, φθάνοντας τὰ τοῦδε προστάγματα, ἀνηνύτῳ ὅτι καὶ τὴν ἑλλάδα προσκτήσασθαι φαντάζεται.

424. GERMANIA QUONDAM ILLA FEROX POPULIS.] Germanos à Germinando dictos quidam autumarunt propter copiam ſe ſemper ſubjicientem. Gulielmus Malmesburienſis lib. I. Regum Angl. cap. I. *Omnis ferè terra quæ trans Oceanum* Britannicum *ſub ſeptemtrionali axe iacet, quia tantum hominum germinat, non iniuria vocatur Germania, licet multis provinciarum limitibus diſtincta.* Eadem Papias Gloſſario. Ego *Romanam vocem inditam* à ſinceritate inconfuſa exiſtimo, quod ſcilicet eadem ſua omnes ſtirpe deſcendentes, genus non adulterarint. Tacitus: *Ipſe eorum opinionibus accedo qui Germaniæ populos nullis alijs aliarum nationum connubiis infectos, propriam & ſinceram & tantum ſui ſimilem gentem exſtitiſſe arbitrantur.* Illud *ſui ſimilem* indicat numinis cauſſam. Ferox autem populus ab inſtituto vitæ Venatui & incurſionibus deditæ, tum & ob proceritatem corporum quibus excellentes faciunt, Manilius, Vegetius, alij: quam ob rem cæteris quandoque nationibus prælatos indicio ſit quod L. Columella lib. III. cap. VIII. *pro miraculo atteſtatur*, vidiſſe in pompa Circenſi *hominem Iudæum celſiſſimo Germano* altiorem: *Natura*, inquit, *Germaniam decoravit altiſſimorum hominum exercitibus: ſed & alias gentes in totum fraudavit præcipua ſtatua viris. Nam & M. Tullius Cicero teſtis eſt Romanum fuiſſe civem Navium Pollionem, pede longiorem quam quemquam longiſſimum: Et nuper ipſi videre potuimus in apparatu pompæ Circenſium Ludorum Iudeæ gentis hominem*

procerioꝛem celſiſſimo Germano. Germania autem Romanis his temporibus duæ erant provinciæ, *Secundam* & *primam* expreſſim nominat B.Hilarius initio Libri deSynodis contra Arrianos, Epiſcopos earum appellans: ambarumque civitates memorat Auctor Notitiæ Provinciarum. Fuere iſtæ: Germaniæ primæ Metropolis Civitas Magontiacenſis. Civitas Argentoratenſium. Civitas Nemetum. Civitas Vangionenſis. Secundæ Metropolis Civitas Agrippinenſium, Civitas Tungrorum. Laudem Germaniæ inter recentes Græcos habes apud Laonicum Chalcocondylem, Libro II. Qui ſcriptor alioquin inſulſæ impetitiæ eſt, ut cum de nobiliſſ. Anglorum natione mentitur apud eam jus hoſpitij componi concubitu conjugum, & peregrinantibus uxores eſſe communes. Quæ tam temeraria inſcitia riſu tamē potius quam bile digna eſt, cum Indiæ aut Calecuti gentes, de quibus paria ſcribit Ludovicus Vattomanus animo forte fuerint Græculo futilitatis tam ſupinæ.

426. IAM SESE PLACIDAM.] Scribe *Tamſeſe* Licet in vitis Libris.

427. NUDATO LIMITE.] Notæ excubiæ Romani militis; caſtra limitanea oppoſita Barbararum gentium ſemper metuendis incurſionibus. Habebant ei rei & muniones, aggeres, caſtella, quas Prætenturas non ſemel vocat Ammianus.

430 CELSIOR O CUNCTIS.] Poteſtatem habuit Stilico qualem vix quiſquam antea. Sozomenus, lib. VIII. cap. XXV.

Στελίχων δὲ ὁ Ὁνωρίου στρατηγὸς, ἀνὴρ εἴπερ τις πώποτε ἐν πολλῇ δυνάμει γεγενημένος ῥωμαίων τε καὶ βαρβάρων τοὺς ἰοὺς πειθομένους εἰς ἔχθραν καταστὰς τοῖς Ἀρκαδίου ἄρχουσιν ἐπεβούλευε πρὸς ἑαυτὰ συγκροῦσαι τὰ βασίλεια.

Celſus Claudiano virtute potentem, Sapientipotentem eximiumque hominem denotat, Paneg. Manlij, v. CCVI.

430. UNIQUE ÆQUANDE CAMILLO.] Quem aſſertorem urbis cenſet præ cæteris Romana Antiquitas. Notavi ſupra. Martialis.

> *Qui loquitur Curios aſſerto reſque Camillos*
> *Nolito fronti credere, nupſit Heri.*

Sine eo non fuiſſet Romanum ultra Imperium, ut noſter Stiliconem ei comparat, Silius lib. VII.

> *tibi corpora caſa, Camille*
> *Damnata quod ſunt dextra? pacata fuiſſent*
> *Ni conſulta viro, menſque impenetrabilis ira,*
> *Mutaſſent q; ſolum ſceptris Aeneia regna*
> *Nullaque nunc ſtares terrarum vertice Roma.*

Nam & alter Romulus appellatus. Caſſiodorus Chronico: *His Conſulibus poſt Vrbem captam Gallos Camillus extinxit, de quibus triũfans in urbe, quaſi & ipſe patriæ conditor, Romulus meruit appellari.*

433. DIVINAM.] ἀντὶ μηχανῆς, inſperatam.

434. TU SOSPITIS ULTOR.] Acuit Vltus es eam antequam periret. Invenit unde Camillo hominem præponat.

436. PARITER.] Cum regreſſu tuo, opem Conſiliumque ferentis.

437. VIVUS COLOR.] Genuinus. Reſtitutus eſt hic locus optimè à Cujaciano Editore: contemſiſſe Scaligerum miror. Habet diſertè τὸ COLOR & noſter Codices; poſt Cujacianos haud dubio optimus umquam collatorum. Ægro potius deeſt color vivus quam calor, cum citra hunc nec æger eſſe poſſit: Sed nullum dubium eſt de Reſtitutione.

439. FÆMINA.] Alceſtis. Noti Mythologi, Zenobius Adagiis.

ἡ κόρη ἀνέπεμψεν Ἄλκηστιν. ὡς δὲ λέγουσιν ἔνιοι, Ἡρακλῆς περὶ αὐτῆς ἀντι μαχησάμενος Ἅδῃ.

440. JUVENEM. Hippolytum Virbium; Nota omnia.

442. VER

442. VERE NARRATUR FABULA.] Fabulam omnem ſermonem, verum quoque, dici Vide nos Adverſarijs & ad Appulejum.

443. MINOUM RUPTO.] Minoi filius erat Glaucus. Glaucus caſu in grande vas oppletum melle decidens, obierat fatum. Pater Minos eam ob rem graviter ſuccēſens Medico filij Polyido, hominem cum puero extincto vivum ſepeliri voluit. Polyidus erat ſagaciſſimus medicinæ: ita obſervaverat quondam Draconem mortuo pari herbam in os ingeſſiſſe, ea herba vitam redijſſe cadaveri. Ipſe quoque idcirco præfatus Deos herba inventa eadem cum eorumdem opitulatione, os opplet Glauco, res eventum habuit: ex mortuo filium furibundo Regi reſtituit vivum: Pœna negligente ſeſe, morte herilem, Regem mœrore exuit. Pallæphatus ἀπις. cap.XXVII. Higinum cap.CCLI. Aliter Apollodori (non enim ille tot librorum ſcriptor ad nos ipſe pervenit) Epitoma lib.III. Aeneas Gazæus Theophraſto:

ἡμεῖς δ' εἰ τὸν γλαῦκον τὸν Μίνωος ἀποπνιγέντα τῷ μέλιτι, πολύϊδος ὁ μάντις ἐξ ἄργους εἰς Κρήτην ἀφικόμενος, ἀναστῆσαι λέγοιτο παρὰ τοῦ δράκοντος τὴν πόαν μαθὼν ἀβασανίστως δέχεσθαι, &c.

444. AVIUM CLANGORE.] Bubonis, qui indicium fecit. Higinus CXXXVI.

448. SUB MORTE.] Deſperata ſalute. De Faucibus lethi ſuprà.

450. IPSO ROMA DIE.] Ne quid priſcarum rerum deeſſet etiam portenta de more Antiquitatis accerſit. Sic cum Perſe debellatum eodem die nuntiatum eſt Romæ. FLorus lib.II. cap.XII. Multa hoc genus in Livio, & Valerio Maximo.

451. LAETIS VOCIBUS.] Acclamationibus. De Uſu & Formulis docti & nos alibi.

452. AVSPICIVM PLAVSERE.] Felix omen. Auſpiciorum enim vox late patet. Res deſignans auſpicatas, & ipſa exordia rerum. Juſtinus lib.I. de Rege hinnitu Equi facto: *Tanta moderatio cæteris fuit, ut audito auſpicio, confeſtim equis deſilierint & Darium Regem ſalutarint.* Dixi de Rebus. Ita Idem Juſtinus lib.XIV. de Argyraſpidum exercitu captivo: *Sequitur exercitus prodito Imperatore ſuo & ipſe captivus, triumfumque de ſeipſo ad victoris ſui caſtra ducit. Omnia auſpicia Regis Alexandri, & tot bellorum palmas laureaſque una ſecum victori tradentes.*

454. MVNITI STILICONE SVO.] Inſtar muri & clypei, ut alibi dixi. Sic in uno Imperatore eſſe bona omnium civium auctor eſt Cleocharis Vetus Rhetor, apud Rutilium Lupum. lib.I.

454. QUIS GAUDIA VERO.] Otioſior vox quam ut Claudiano eam velim adſcitam. Scripti duo Libri Belgæ *veros.* Noſter *veris.* Illam Lectionem veram puto, ut ſic diſtinguamus.

quis gaudia? veros
Principis amplexus? Alacris quis diſſerat aulæ?

Omninò pulcrè. Non fucatum Amorem principis, non fucatos amplexus Procerum Aulicorumque intelligit. Et ſic alibi lib.II. Suprà.

Hinc amor; hinc VERIS & non fallentibus omnes.
Pro te ſolliciti votis

Vera oſcula, virginea, alijs.

455. DISSERAT.] Ediſſerat. Sæpè ſic Latini. Appuleius de Platone. *Tris ejus Siciliam adventus mali quidam carpunt, diverſis opinionibus diſſerentes.* Auſonius Moſella.

Tu mihi flumineis, habitatrix Nais, in oris
Squamigeri gregis ede choros, liquidoque ſub alveo
Diſſere cæruleo fluitantes amne catervas.

Tacitus Hiſt.II. *non fuerit longum initia religionis, Templi ſitum, Formam Deæ, paucis diſſerere.* Valerianus, Sermon.I. *Sanè ne quid in hoc opere ſubtraxiſſe videamur elaborabimus ut ea quæ religioſis actibus competunt, ſequenti*

tempore differamus, Lactantius lib. I. cap. I. *Veritas licet poſſit ſine eloquentia defendi; tamen claritate ac nitore ſermonis illuſtranda, & quodammodo diſſerenda eſt, ut potentius in animos influat, & vi ſua inſtructa, & Luce orationis ornata.* Vincentius Lirinenſis: *Hæc ſunt ferè quæ duobus diſſerta Commonitorijs aliquanto nunc brevius conſtricta ſunt recapitulandi lege.* Claudianus Mamertus lib. I. cap. XIII. de Statu Animæ.

455. PULVERIS AMBIGUAM NUBEM.] Supra initio lib. III.

457. GLOBUS.] Agmen pulvere de longinquo involutum viſum. Papinius, lib. IX.

adverte oculos ubi plurimus ille
Pulvis, ubi ille globus

457. LIBRANT.] Ambigentem etiam, vid. ſuprà ad Lib. I.

458. SIDERIS INSTAR.] Exorti ſubito ſuum Heroem dicit, ut cœleſte quid ei affingat. Papinius XVII. Conſulatu Domitiani.

inſignemq; aperit Germanicus annũ.
Atque Oritur cum Sole novo, cum grandibus aſtris
Clarius ipſe nitens, & primo major Eoo.

Corippus. lib. II. v. CCXCIX. de Prodeunte Juſtino. *Egreditur cum LVCE ſua* Mamertinus, Panegyrico Maximiani: *Trabea veſtra & faſces Conſulares & ſella curules, & hæc obſequiorum ſtipatio, & fulgor, & illa dux divinum verticem claro orbe complectens, veſtrorum ſunt ornamenta meritorum.* Qui alludit Radiorum Orbem ſtatuis Principum alijſque imaginibus apponi ſolitum. Sic de divino Stiliconis fulgore noſter hic, & de Henrici IV. Imperatoris fortiſſimi Germaniæ Auctor incertus lib. III. Belli Saxonici.

Rex cunctas acies excellens vertice celſo,
Alto fertur equo, medijs in millibus exſtans,
Arma nitent aurata, nitentibus addita membris,
Emicat è cunctis rutilans ut Lucifer aſtris.

At noſter & ſubitum exortum dicit. Arnobius lib. I. *Eluxit atque apparuit Chriſtus rei maxima nuntiator, auſpicium fauſtum portans, & præconium ſalutare credentibus.*

460. CANITIES.] Eam commendatia Stilicone & Epithalam. Hon.

pudor emicat una
Formoſuſque rigor: vultuſque auſtura verendos
Canities feſtina

461. REPENS.] Repentinus, inſperabilis. Valerius Flaccus lib. II. *vox inde repens ut perculit Vrbem.* Tacitus de Othone, II. Hiſtor: *Atq; illum jam ſupremas curas agentem repens tumultus avertit.* Claudianus, II. Raptus Proſ.

Ecce repens mugire fragor.

462. IPSE VENIT.] Velut in nullo alio ſpes auxilij. Martial. lib. X. Epigramm VI.

Quando mora dulces, longuſque à Cæſare pulvis.
Totaq; Flaminia Roma videnda via.
Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri,
Ibitis & populi vox erit una: venit!

462. SALUTATIS SIGNIS.] More & honore militibus debito: ut viciſſim ſalutabant populum miles & princeps. Secundo in Rufinum.

Auguſtus vexilla prior veneranda ſalutat
Rufinus ſequitur

463. DILECTUS MISERI.] Priorum aliorumque ducum tarditatem notat in Laudem Stiliconis, qui paratum habet, eumque exercitatum, militem ne miſeros dilectus agere in habilibus bello agricolis ſub ſigna redactis clade propinqua cogatur.

465. VERA JUVENTUS.] Dignam milita ætatem habens: Juventutem notare militem ab hac militari ætate ad Gulielmum Britonem notamus.

467. VIVIDA MARTIS IMAGO.] Qualis erat veterum, qualis ſpeciem Romanam habet, exercitu priſcis æquando. Conſpectu dicas victores futuros. Similia Sexto Conſulatu initio, & nos ibi ad ſta

467. VIVIDA.] Ingenua non adſcititia Supra CCCCXXXVII. vivuſque rediit color urbibus

urbibus ægris. Eadem cum iſto ſententia.

470. VERTICE PROXIMUS ASIRIS.] Proverbialis locutio de animo ſupra modum elato, & quo ſuperbior fieri vix poſſit. Dicit igitur Geram ſeſe eatenus ſupra modum magnificum fecisse, non ſecus atque Plautinus ille Longurio. Horatius de ſummo ſuo voto.

Quod ſi me Lyricis vatibus inſeris
Sublimi feriam ſidera vertice

Quod tam aſtutè enuntiatum non eſt, quin acutius intuens deprehendas in eo jactantiam ultra omnem Græcam Lyram ſeſe extollentis. Auſonius Idyll. VIII.

Tunc ero bis Conſul, tunc tangam vertice cœlum.

Seneca Thyeſte, *Impuri hominis jactantia. Aequalis aſtris gradior, & cunctos ſuper Altum ſuperbo vertice attingens polum.* Tale in libro II. cap. IX. Macabæorum:

καὶ τὸν μικρῷ πρότερον τῶν οὐρανίων ἄστρων ἅπτεσθαι δοκοῦντα παρακομίζειν οὐδεὶς ἠδύνατο, διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος.

Sic capiendum eſt quod de uxore Trimalcionis (minimè Neronis, niſi quatenus ille ſe ſe nem finxit) ille apud Petronium air: *Non ſumſiſſet panem de manu ejus, nunc, nec quid nec quare, in cœlum abijt, & Trimalcioni τὰ πάντα eſt.* Sic æquari cœlo dicuntur etiam ij qui per virtutem fiunt divini. Himerius Sophiſta, Propemptico.

ὁ δὲ Διὸς παῖς Ἀλέξανδρος, (συνάπτει γὰρ αὐτὸν οὐρανῷ καὶ Διῒ τὸ πολὺ κλέος καθ' Ἕλληνας) ὅτε πληρώσας τῆς ἑαυτοῦ δόξης τὴν Εὐρώπην ἅπασαν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐστέλλετο.

Proverbium perſpicue agnoſcit Ariſtænetus lib. I. Epiſt XI.

ἤδη ταῖς μαρτυρίαις, καὶ ὑφ' ἡδονῆς παντοδαπὰ χρώματα παρ' ἕκαστον λόγον ὑφίει, καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐδόκει τῇ κεφαλῇ ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ.

472. PULSIS.] Ipſius ſtulta imaginatione. Loci hujus lectio numquam nobis ſatisfecit, quamquam conſpirent Libri ſcripti. Quorſum enim τὸ *PVLSIS?* Gloſſa nata non ſunt rara Claudiano. Agnoſcam inſcitiam tale quid hic, ſcribamque exemta geminatione fluminum.

quantum noſtra ſpes addita menti,
Tantum exemta Geta: qui vertice proximus aſtris.
Poſt Alpes jam cuncta ſibi promittit apertas.
Nil ſupereſſe ratus: poſtquam tota mœnia cernit.
Tot ſubito pedites, Equitum tot conſpicit alas,
Seque velut clauſum laqueo, &c.

Omnia ſic plana.

477. SPERATA TENERI.] Velut manu jam comprehendenda. Deinde verò longè viſam air abeſſe, cum ſpes omnes in contrarium fuerint verſæ.

479. OCCULTAT ORE METUM.] Spem vultu ſimulans ſimilia Panegyriſta non unus: Primi, ſunt Proceres. Senatus; concilium ſenum. Maro lib. XI.

Ergo concilium magnum, primosque ſuorum
Concilio accitos.

481. CRINIGERI SEDERE PATRES.] Capillati patres conſcripti Geratum: Omnes Barbari hoc genus in comæ prolixitate majeſtatem ponere conſueti. Vide notas viros doctos & induſtrios ad Jornandem Paullum Warnefridum. Gothorum capillati illuſtrantur ijsdem ad Sidonij lib. I. Epiſt. II. Ruſticos Barbarioresque mores indicatos etiam dixeris: ut intonſum Catonem Horatius *fertur & intonſi Catonis ſæpè mero caluiſſe virtus.* De Regulo Bellatore, Silius, lib. VI.

horrida cano
Vertice deſcendens, ingentia colla premebat
Cæſaries, fronti, coma ſqualente, ſedebat.
Terribilis decor.

 482. PEL-

482. PELLITA CURIA.] De conſutis pellibus Barbarorum habitus, ob inclementiam cœli in Patria: unde pelliti, nota barbariæ, audiunt Romanis. Rutilius Lib. II.

Ipſa Satellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiva prius, quam caperetur, erat.

Proſper, ſi is eſt, ſanè doctus auctor, Libri de Providentia.

Quod ſi forte lupos, lyncesque, urſosque, creatos
Diſplicet; ad Scythiæ proceres, Regesque Getarum
Reſpice, queis oſtro contemto, & vellere Serum
Eximius decor eſt tergis horrere ferarum.

Eugippius, Vita Severini, cap. VII. *Odovacer, qui poſtea regnavit Italiæ, ad eum divertit: cui valedicenti; inquit, vade, ad Italiam; viliſſimis nunc pellibus coopertus, ſed multis citò plurima largiturus.* Quarto Conſulatu CCCCLXVII.

Caſtra cruore natant, metitur pellita juventus.

Multis fidem docti viri ad Sidonium.

482. CVRIA.] Senatus. Sæpè Symmachus.

482. DECORAT NVMEROSA CICATRIX.] Cicatricum copia virtutis indicium Barbaris, à prima ætate bellatoribus. Sic de Alanis. inf.

Vulneribus pars nulla vacat, inciſaque punctis
Gloria fœdati ſplendet jactantior oris.

483. TREMULOS.] Ultimæ ſenectutis Proceres omnia expertos ait conveniſſe. Penes Senes enim Conſilium. Leo Imperator. Epilogo Tacticorum. cap. XXXIII.

Συμβουλεύεσθαι σε χρὴ μετὰ γερόντων ἅμα ἐμπείρων φρονίμων, τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων, καὶ ἀξιώμασι διαπρεπόντων, καὶ μετ' εὐνοίας ἐν τοῖς πράγμασι περὶ ὧν ἡ βουλὴ διακειμένων. Alia multis alibi.

484. CONTIS.] Haſtis quibus innitari. Gloſſarium Vetus. Κόντος, *pertica, ſudis, Camax.* Barbara vox ultima. Scribe: *Hantax. Securis cui manus innitaris.*

484. NON EXARMATA.] Ne planè exarmata incedat: pro baculo nixa conto. Erant hoc genus Barbaris gladij ſive tela thecis condita, quibus pro baculis ſimul & gladijs uterentur: buxos vocabant, quæ vox nunc quoq; Germanis thecam notat. Chronologus Excerptor ex Idacio, lib III. cap. X. *Cum loqueretur Paternus cum Alarico Rege, nuncians Salutem Clodovæi, & diligenter inquiris, quo ordine ſe deberent conjungere. Gothi fraudulenter buxos pro baculis in manu ferentes: Apprehenſum unum ex his Paternus extrahit, dicens: Mendacia tua placita ſunt; Rex, ut fraude conegis cum tuis Gothis Dominum meum & Francos decipere.* Ennodius, Epigrammate CXXXI. De Spata in fuſte:

Utimur incluſo per fraudes enſe bacillo
Mors ligni tunicis quam benè tecta latet.
Subſidium portas, quod cunctis terror haberis,
Pacificum eſt nobis, quod negat obſequium.

Quod Epigramma non emendavit docti, qui auctoris reſtitutionem profeſſi ſunt uno anno duo. Scribendum. *Subſidium portas, quo cinctus terror haberis, Pacificum eſt nobis, quod necat, obſequium.* Quo cinctus terrori es omnibus, enſis nimirum, nunc tibi eundi eſt ſubſidium. *Quod necat, & pacificum obſequium.* Talem contum poteſt ut intelligat Claudianus; cum aliquin longior ſit haſta.

486. DEFIXUS LUMINA TERRÆ.] Cogitabundus, miſto pudore, ad Muſæum.

487. CAPULO EBURNO.] Vides gladiorum in thecarem eſſe: quomodo enim contus ſit capulo eburno?

490. ELUDIMUS.] Vim Romanam. Non auſi palam viribus experiri. De Getarum populationibus multis Zoſimus Comes.

494. GESTATUM.] Auctoritatem ſibi hinc adſciſcit. Terentianus Syrus Adelphis.

Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtavi meis.

495. HUMERIS.] In Corytho ſuſpendebatur humero arcus. Virgilius X.

Queis tela ſagitta

Corithiq; leves humeris, & lethifer arcus.

497. ICTI FOEDERIS.] Gothi Imperio Romano fœderati Φοιδέρατοι Malcho excerptus Legationum: vide notata viro docto ad Jornandem.

498. EMATHIA.] Theſſalia. Rem vide apud Zoſimum.

499. FLAMMA JUVENTÆ.] Inconſulto imperu. Florus, lib. I. *prima juventa face patruum Amulium ab arce deturbat, avum reponit.* De Alarico armis Romanis clauſo ſæpius, dimiſſo ſemper. Oroſius lib. VII. cap. XXXVII.

500. AGMINA LONGE.] Ultricia Stiliconis.

503. SCELERVM.] Rapinarum, Populationum. Notandum ſcelus in fera.

504. UBER.] Proventus, fertilitas. Prudentius, Secundo in Symmachum.

quamque

Vbere fœcundo largè fluat orbis opimus.

Virgilius, Georg. II.

rarum, pecoriq; & vitibus almis

Aptius uber erit.

Lib. VII.

Divitiis uber agri Trojaque opulentia deerit.

505. PROPRIO CVM TYBRIDE.] Fluvius peculiaris alicujus Numinis perſonam ſuſtinet. Priore in Eutropium.

Per te, perque tuos obteſtor, Roma, triumfos,

Neſciat hoc Tibris, numquam poſcentibus olim.

Qui dare Dentatis annos Fabiiq; ſolebat.

Et cultus pro tali, jam inde à primis Romæ exordijs. Etiam ſic Dionyſius Periegetes.

507. HANC URBEM.] Nazarius Panegyrico: *Conſtituta enim & in perpetuum Roma eſt; omnibus qui ſtatum ejus labefactare poterant, cum ſtirpe deletis.*

508. LÆTATUS VIOLASSE.] Certè verum. Nec improbavit poſt direptam Romam exemplo ſuo iſte idem Alaricus, ut alijs ipſe fuerit pro novo; non ſuſtinentibus vaſtare, quamvis non difficulter poſſent, urbem. Jornandes de Attila. cap. XLII. Get. *Cumque ad Romam fuiſſet animus ejus accedere attentus, ſui eum, ut Priſcus refert Hiſtoricus, removere: non urbi, cui inimici erant, conſulentes; ſed Alarici quondam VVeſegothorum Regis objicientes exemplum, veriti Regis ſui Fortunam, quia ille poſt fractam Romam diu non ſupervixerat, ſed pretinus rebus exceſſerat humanis.* Eadem Paullus Diaconus, libro XV. Hiſt. Miſcellæ. Editione quidem amici quondam noſtri, Jani Gruteri, vulgò enim hiſtoria hæc Attilæ dubitantis prorſus abeſt.

507. NVMINA SEDEM.] A Templorum copia Auſonius.

Divum domus aurea Roma.

Conſecrata inibi omnium fere gentium Idola noramus ſequentibus Libris.

509. DIVINIQUE VOLANT PRO MÆNIBUS IGNES.] Ut Pœno ingruente. Silius lib. XII.

511. SEU ROMA.] Jam pro Dea ubique per Imperium ſuum culta.

512. OLYMPUM.] Deos omnes. Petronius: *nemo cœlum putat.* Seneca Agamemnone: *juvat viciſſe cœlum, Palladem, fulmen, mare.* Infrà, V. DXLIX.

512. SEMPER INIQUOS.]

Non dabitis murum ſceleri; qui vindicat, ibit.

Omnia ſubſident meliori pervia cauſſæ.

Quarto Conſul. Honorij, de Theodoſio.

515. FORTVNA FAMVLANTE.] Quam in ſuo habet arbitrio. Supra, lib. I. V. CCCLXII.

514. SCIS IPSE PERESIS ARCADIÆ QVAM DENSA JUGIS CUMULAVERIT OSSA.] Ita Scaliger, conſenſu cæterorum Librorum. At ex Cujacianis Claverius,

ſcis ipſe peroſus

Arcadia quam denſa jugis cumulaverit oſſa.

Nos Scaligerum ſequemur. Non eſt enim Librariorum ROGOS fingere, ubi non ſint, faciliori voce ejecta. Tamen ut *peroſis* Claudianum ſcripſiſſe arbitrer: Quid enim ſunt rogi pereſi? ubi prœſertim nullos fuiſſe indicat ſententia. Sanè τὸ PEROSVS etiam noſtro Codici & omnibus ineſt Belgis, ut & Bentini, Camertis, Aldi, libris. Scribemus itaq;

ſcis ipſe peroſis

Arcadia quam denſa rogis cumulaverit oſſa.

Hoc eſt tantam aggeſſerit vim oſſium de peremtis hoſtibus, ut etiam rogis ea fuerit ob copiam dare peroſus. Avertit hoc dicto crudelitatis & Impietatis ſuſpicionem, quam ponebant veteres utramq; in prohibitione Sepulturæ. Similia de immanibus cumulis cadaverum habes in Quarto Conſulatu Honorij, V.CCCCLXX. non luſtra Lycæi,

Non Erymanthea jã copia ſufficit umbra,
Innumeris exuſta rogis, nudataq; ferro.

Sic inhumata cadavera poſt hanc ipſam Alarici cladem, quam ariolatur hic Senecio, miraturam Poſteritatem ſcribit Prudentius, lib. II. in Symmachum.

Corpora famoſis olim dictata rapinis
In CVMVLOS CONGESTA Iacent; mirabere ſeris
Poſteritas ſeclis inhumata cadavera latè.
Quæ Pollentinos texerunt oſſibus agros,

Et Ovidius, licet de ſtrage non manu facta, lib. VII.

Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.

Auctor non ineptus, niſi titulo, qui parvam Iliadem Latinam dedit.

vulgus ruit undiq; Graium
Vixq; rogis advenit tellus, vix ignib. æther.
Deërat ager tumulis.

Inſignis cadaverum multitudo memoratur Theophylacto Simocatæ lib. VII. cap. VIII. Quæ toties quatridui iter texerit, &c.

515. CALEFECERIT AMNES SANGUINE.] Silius ipſa flumina nataſſe ſanguine in ingenti clade tradit, lib. XII.

cum Tyrrhena natarent
Stagna cruore virûm.

Quod perperam vel mendi vel Barbariæ accuſes. Sic enim Maro, Aen. VI. Lethæumq; domos placidasq. prænatat, amnem. Græcanica locutione alibi πῦρ δ᾽ αὐτῷ Manilius libro I.

Tertia Sors undas ſtravit, fluctusque natantes.

Idem lib III.

Aeraq; & terram, flammasq; undamque natantem.

515. SUB NOMINE LEGUM.] Reſcriptum dolo Rufini de Hoſte dimittendo exprocatum innuit, cujus & alibi mentionem habet. Vid. Inf. ad V. DLXV.

517. FLAMMATA FRONTE.] Ut ſolet ita commotis rei alicujus indignitate frons æſtuare. Ideo etiam percuſſa veterum ium moribus. Vide nos Characteriſmis.

519. OBLIQUIS OCULIS.] Obliquum ex ira contuens.

520. SUPERBIA.] Barbarus faſtus in Juvene Rege, ſucceſſibus & ſpe efferato.

521. FRAUDAQUE SENSIBUS ÆTAS.] Vera ſcriptura: *delirat enim ſenibus Linguaque mensq;* ſecundum Lucretium. Senſus extremos, hoc eſt propè jam evaneſcentes, in ea ætate conſtituto ſeſe agnoſcit Laberius, cum ait:

Neceſſitas
Quo me detruſit, penè extremis ſenſibus?

Adi Stobæi Eclogas de ſenectute.

523. DANUBIUS.] Numen patrium, quod lædi contumelia hac, quam putabat, videtur. Sic ei fluvio pro Numine ſacra facit Alexander Magnus, ut eſt Auctor Arrianus Anabaſi. I.

Sic

Sic juratum Rhadagaiſo notatum ſupra de Prudentio.

525. TOT AUGUSTOS.] In Thracia dicit ante Theodoſium. Non videas tamen quomodo Alarico tempore conveniant, qui juvenili ætate poſt captam Romam obijſſe traditur: Vrbem autem trigeſimo poſt Elevationem Theodoſij anno cepit. Mendacium ergo hoc Barbarum. Theodoſius primo Imperij anno Gothos profligavit. Idatius: Auſonio & Olybrio Coſſ. levatus eſt Theodoſius Auguſtus. Ipſo anno multa bella Romani cum Gothis commiſerunt. Deinde victoriæ nuntiatæ ſunt adverſus Gothos, Alanos, atq; Hunos, die XV. KL. DEC.

Veriſimilitèr autem & iſta conſultius finxiſſet Claudianus.

526. CESSERIT OMNIS OBSEQUIIS NATURA MEIS.] Jactantia Barbarica. Non incongruum huic illud Gregoræ de Scythis lib. II. *Quocunq; veniant ij, omnia cedere, ut ſpicas in area.* Hunc ipſum Alaricum cum Romam contenderet monitum, quantum opus aggrederetur non inſulsè reſpondiſſe accepimus, denſum gramen melius ſequi falcem. Zoſimus Lib. V.

οἱ δὲ πρέσβεις ὡς αὐτὸν ἀφικόμενοι κατεδύοντο μὲν ἐπὶ τῇ χρόνον τοσοῦτον κατασχούσῃ τοὺς ῥωμαίους ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ τῆς χουσίας ἀπήγγελλον, ὧν Ἀλάριχος ἀκούσας, καὶ ὅτι μεταχειριζόμενος ὁ λῆμος ὅπλα παρασκευάσασθαι πολεμεῖν, δασύτερος ὢν ὁ χόρτος, ἔφη, τέμνεσθαι ῥᾴων ἀραιότερος.

528. DII GETICI.] Deos Italos Maronis alludit. Alarici Magniloquentiæ aliud exemplum idem ſcriptor ibidem commemorat, irridentis Legatos Romanos, & omnia ſumma ſibi, obſeſſa jam urbe, Stilicone biennio ante ſubmoto, polliciti,

ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης ἐληλύθασι λόγους. ἐχρῆτο ῥήμασιν ἐπέκεινα πάσης ἀλαζονείας βαρβαρικῆς. ἔλεγε γὰρ οὐκ ἄλλως ἀποστήσεσθαι τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ τὸν χρυσὸν ἅπαντα, ὅσον ἡ πόλις ἔχοι, καὶ τὸν ἄργυρον λάβοι. καὶ πρὸς τούτοις ὅσα ἐν ἐπίπλοις εὕροι κατὰ τὴν πόλιν. καὶ ἔτι τοὺς βαρβάρους οἰκέτας. εἰπόντος δὲ τῶν πρέσβεων ἑνός. εἰ ταῦτα λάβοις, τί λοιπὸν ἔτι τοῖς ἐν τῇ πόλει καταλιμπάνεις, τὰς ψυχὰς ἀπεκρίνατο.

Simile autem huic quod de Scythis Nicephorus Gregoras lib. II. tradit: *ſubditis gentibus omnes eorum voces velut oracula ex tripode aliquo prolata obſervandas faciſſendasq; fuiſſe.*

528. MANESQVE PARENTVM.] More magnatum majores ſuos conteſtandi. Virgilius:

Turnus ego, magnorum haud umquam
indignus avorum.

Sic apud Aelianum Epiſtola III. *Mulieris pretio deſtinata furtum ſi non vindicet, ſeſe indignum majoribus ſuis* ait, per jocum elegantiſſimi ſcriptoris, ruſticulus *quidam non pauper*. Manes Parentum in omnibus dijs ſuis colebat Antiqua ſuperſtitio, ne dum Barbara. Idolorum enim origo ab imaginibus & veneratione præceſſorum.

530. CONVERSO.] Id factum Stiliconis conſilio gloriatur Claudianus Sexto Conſulatu Honorij.

tot amiſſis ſocijs atq; omnibus una
Direptis opibus, Latio diſcedere juſſus
Hoſtis, & immenſi revolutus culmine
fati
Turpe retexit iter.

531. VEL REGNO VICTOR VEL MORTE TENEBO VICTUS HUMUM.] Generoſiſſima vox in Rege Belligero, & in Regem educato. Getæ utique de Scythis, ut ſæpè teſtatur Ovidius, & Origines veræ demonſtrant. Scytharum autem vetus religio mortem contemnere, quam ſive virtutem ſive perſuaſionem ſequuntur illa quæ de Scythis memorant fide digni ſcriptores. Nicephorus

phorus Gregoras, lib. II. narratione huc pertinente. *Scythæ, quibus arma inferunt, eos plerumq; vincunt, & hoſtilibus regionibus dominantur. Eorum verò patriam Scythiam nemo umquam poſt hominum memoriam domuit. In cauſſa quod delicatam & luxu diffluam vitã ratione ab initio peroſi, nec panem eſui, nec vinum potui curant. Quamobrem neque agros colunt, nec fruges alias ferunt, unde interioris orbis incolæ victitant. Quæ cum Scythis, aſſuetis quippè minimè difficilia, contrà potius jucunda ſint, hoſtibus eorum acerbiſſima eſſent, impedimenta plura armis adducentibus, &, ubi caſtra metati ſunt, mercatum omnis generis quærentibus, ne quid vel ipſis vel jumentis deſit. At illi, expediti ac tenui vita aſſueti, facilè quovis tẽpore bella ſuſcipiunt, ac trium dierum iter ſæpè una, volucrum inſtar, conficiunt, & alias atque alias, ante famam adventus ſui, terras occupãt: nihil quidem ſecum adducentes, ſed iis rebus omnibus inſtructi, quibus victoria facilè paretur: ea ſunt; multitudo ipſorum penè innumerabilis; agilitas corporum, celerrima progreſſiones, &, qui hæc ſuperat, Contemtus Mortis, rectoque impetu, ferarum inſtar, in hominem impetus.* Horum morum ſive hæreditas ſive imitatio Turcos hodie tot provincijs imponit.

532. GALEISQUE PADUM VICTRICIBUS HAUSI] More militari, inter frugalitatis mores relatos, ut militariter prorſus loquitur hic Princeps. Papinius, lib. III.

prima ad claſſica; cum jam
Hoſtilem Iſmenon galeis Dircenque bibemus.
Ne mihi tunc (moneo) lituos atque arma volenti,
Obvius ire pares.

Lutatius: *Poculum militis galea eſt.* Ut Lucanus.

concitus ira
Excuſſit galeam ſuffecitq; omnibus unda.

Sic Cæſari potum in galea miles fert. Seneca de Benef. lib. V. cap. XXIV

533. ILLYRICI.] Inſederat eam provinciam, atq; partibus Orientalis ad Occidentale Imperium traduxerat Alaricus Stiliconis conſilijs; quibus in hoc Rege, Rei Romanæ addictiſſimo, ſi paruiſſet Honorius, nec inerti imbellique potius nebuloni, Olympio, nec Roma capta, nec Africa Barbaris inſeſſa aut exſpoliata umquam fuiſſet; nec quicquid deinde cladium Occidentem inundavit, tam facilè Rempublicam everriſſet. Quæ quidem nobis indubia veritas Hiſtoriæ eſt, licet immenſum agmen Compilatorum contradicat.

537. TOT GALEAS.] Milites. Vide notata Adverſariorum Volumine altero ad Cõſtitutionem Caroli Feudalem, Marquardo Frehero editam, quæ hinc declaratur. Sed & de armis loqui dicas hîc Alaricum, cum ſubjiciat occupatas à ſe ferrifodinas Illyricanas, vel Noricas potius. *Noricum enim* tenuiſſe Alaricum ex Zoſimo clarum, quod & poſtea poſtulavit, æquiſſimis conditionibus Roma obſeſſa abſtiturus; cujus ferrifodinarum mentio apud Plinium lib XXXIV. cap. XIV. Unde & *Noricus enſis bis* memoratus Horatio, lib. I. Od. XVI. *Triſtes ut iræ, quas neq; Noricus Deterret enſis* Epodo ultima. *Voles modo altis deſilire Turribus Modo enſe pectus Norico recludere.*

535. ILLYRICI MIHI TRADITA JURA.] A Romanis. Qui & Ducem ſuum agnoverunt, fidelitatem experti, dum Stiliconis Conſilijs uterentur. Idem cum poſtea per Jovium eidem in Italia jam degenti negaſſent, omne Occidentis Imperium perdiderũt. Armis ſubegiſſe Illyricum & ſibi tenuiſſe Alaricum, ſcribit Socrates, lib. VIII. cap. X

540. QUOS OMNIBUS ANNIS] A prima, dicere vult, ætate. Suſpectior tamen Lectio.

544. HORTANTES.] Per omnia ſuperſtitionum genera. Excipit tamen ſola reſponſa. Hortandi verbo alibi pari utitur *nil certius umquam Hortati ſuperi.*

545. ALPIBUS RUPTIS.] Faciliè obſidendis à defenſoribus & diſtinendo hoſte, ſi quis cuſtos adfuiſſet. Lege Zoſimum.

545 AD

545. AD URBEM.] Fluvium hoc nomine, ut indicant ſequentia; notarunt docti, ſed teſtimonio nullo adjecto. Itaq; nos Pollentiam hic indicari ſumus arbitrati, quæ urbs & ipſa, idem nomine Latio valet quod Roma Græciæ. Sed res clara eſt de fluvio ex verſu DLV. Multaque alia id genus, quæ de uno tantum auctore nota habemus facilè fidem perſpicuæ tanti ſcriptoris traditioni faciunt. Hiſtoriarum, ubi Oracula, ambiguis cladium locis nominatis conſulentibus illuſerint, aliquot exempla ponit Pauſanias in Arcadicis, in Epaminondæ, Annibalis, Athenienſium, cladibus.

551. VANOS FASTUS.] Illudentia ſtolidæ arrogantiæ. De Divinationum incertitudine peculiari Libro Cicero: quatenus apud exercitum tolerandæ Leo Imp. Tactica ultima.

552. SEMPER TACITA SORTES AMBAGE MALIGNÆ.] Pulcrè Apollonius Rhodius ideo incerta à Dijs dari reſponſa ut opem eorum etiam porrò mortales apprecentur. De Jove, lib. II. Argonaut.

ὧδε καὶ αὐτὸς
Βούλεται ἀνθρώποις ἐπιδευέα θέσ-
φατα φαίνειν,
Μαντοσυνῆς ἵνα, καί τι θεῶν χατέω-
σι νόοιο.

Ea enim vera eorum verborum ſententia eſt. Pauſanias aliquot exempla recenſet, lib. VIII. Verum de re ipſa extulit Rigordus, barbari ævi ſed politæ doctrinæ ſcriptor, in Rebus Philippi Auguſti, Francorum Principis: poſt pugnam illam celebrem Bovinenſem: *Sicut*, inquit, *fama loquacitate cognovimus, ipſa vetula comitiſſa Flandriæ. Hiſpana genere, matertera ipſius Ferrandi, filia Regis Portugallenſis, unde & Regina Comitiſſa appellabatur, præſtigiis & ſortilegiis eventus belli ſcire deſiderans, ab Angelis, qui hujuſmodi artibus præſunt, ſecundum morem Hiſpanorum tale meruerunt reſponſum. Pugnabitur, & in ipſa pugna Rex proſternetur, in terram; & equorum pedibus conculcabitur, & carebit ſepultura. Ferrandus poſt victoriam cum maxima pompa à Pariſianis recipietur. Hæc omnia rectè intelligentes interpretari poſſunt in verum. Conſuetudo enim Dæmonis eſt ſemper talibus, qui eum colunt, Amphibologicè loqui, eodem deſideria palliata veritate involvens, ut ſuos ſemper cultores decipiat, & ut ipſi de ſe bona ſemper credant dici, quæ Deus ad eorum confuſionem & aliorum honorem fieri diſponit.*

553 EVENTUQUE PATENS.] Stolidorum magiſtro, ut in Eutropium ait. Exemplorum myrias cogi poſſit. *Ambagem* dicit incertitudinem oraculi, in utramque bonam malamq; partem torſilis, exemplo ſcriptorum. Tacitus, Hiſtoria. V. *pluribus perſuaſio erat antiquis Sacerdotum litteris contineri, eo ipſo tempore fore ut valeſceret Oriens, profectiq; Judæa, Rerum potirentur, quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant.* Valerius Flaccus, lib. I. Argonaut.

Iamdudum longa Minyas ambage Iovemque.
Terrificant.

555. NOXIBUS VATIBUS IPSIS.] Quæ ſola malorum Spirituum Juſtitia eſt.

556. VERI SACRA FIDES.] *Verum*, argumentum Oraculorum, ipſa reſponſa. Tacitus eodem Libro: *Vulgus, more humanæ cupiditatis, ſibi tantum fatorum magnitudinem interpretari, ne adverſis quidem ad Vera mutabantur.* Hoc eſt eam Oraculi fidem, quam credebat Tacitus talem, erat autem falſiſſima. Ovidius lib. X.

Talia dũ vero memorantur Apollinis ore.

Papinius I Achilleid. 549.

Aut verum penitus latet, & ſine numine Calchas.

Hoc eſt Vaticinante, fatidico. Sic *Vaticinari*, eidem auctori valet verum perhibere. *Lib.* XV. Pythagoræ verbis.

Ergo ne Pietas ſit victa cupidine ventris

Parcite: Vaticinor, cognatas cade nefanda
Exturbare animas, ne ſanguine ſanguis alatur.

Verum, Vaticinium; vel invito Servio, in illo, Aeneide X. Junonis ſermone.

Nunc manet inſontem gravis exitus: aut ego veri
Vana feror; quod ut ô potius formidine falſa.
Ludar.

Augurium, conjecturam, notat in Naſone. Metamorph. I.

vulgusq; precari
Cœperat: irridet primo pia vota Lycaon,
Mox, ait, experiar Deus hic, diſcrimine aperto
An ſit mortalis; nec erit dubitabile verũ.

554. SACRA FIDES.] Arcana, divina, non temerè inquirenda. Sic ſacra Deorum ſidera apud Martianum Capellam, Idem libro II. *Sacra fulmina cur rutileſcant.* Omnia magna & veneranda *Sacra* antiquitus perhibita ſcribit Aretæus Cappadox Medicus lib. III. c. IV. *Mente habuit hunc locum* Joſephus Devonius lib. I. Belli Troj.

Veri ſacra fides longum ſilveſcit in avum.

Hoc eſt obrueris, inquinaris, adſutis barbaris opinionibus. Sic *ſilveſcentia Rhetorices* præcepta, Heterogeneis miſtis, apud Julium Severianum in Syntomatis artis, olim perperam nomine Cornelij Celſi publicatis. Male aliqui libri *SERA fides.* Fides. Veritas. Vide ad Papinium lib. VI. v. DCCCC.XXXII.

555. PERVENIT AD FLUVIUM.] Urbem nomine. Omninò hæc eſt genuina interpretatio de claris Claudiani verbis. Urbs nomen fluvij, inquirendum, non mutandum.

558. PLENO CASTRA GRADV.] Sermonis majeſtas rem exprimit. Non diſperſim, non properè, non incautè, non timidè. Ingreſſum ad pugnam gravi ſermone indicat, ut ſuccurſum mox propera: utrumq; divinè, ut eſt totus hic liber.

Ni celer inſtructa Stilico legione ſecutus
Subſidiis peditum pugnam inſtauraſſet equeſtrem.

Ubi motus, ſonitus, ardor, omnem rem præpingunt.

559. DICTIS INSTIGAT.] Brevibus quidem, ut poſcere videtur uſus militaris, quem optimi Hiſtoriarum ſcriptores parum attendunt. Et Sapienter Trogus Pompejus qui omnem directam Orationem vituperavit, ut auctor Junianus Juſtinus, li. XXXIIX. Brevitatem in militaribus reb. ſermonis præcipit Aelianus Tactic. cap. LI.

τελευταῖον δὲ παράγγελμα τῆς ἐξοπλισίας, ἀποδοῖτ᾽ ἂν ὀλίγον, προειπόντες πρῶτον μὲν ὅτι δεῖ ταῦτα σύντομα εἶναι, εἶτα μὴ ἔχοντα ἀμφιβολίαν.

560. SOCII.] Commilitones. Apta voce Imperatoribus militi blandientibus In Bello pleni Libri. Extra id in judicio etiam ſic Cæſar apud Senecam lib. V. de Benef. cap. XXIV. *Cum dixiſſet, quid ni meminerim? Cæſar? & quidem ſiti confectus, quia impeditus ire ad proximum fontem non poteram, repere manibus volebam, niſi commilito, homo fortis ac ſtrenuus, aquam mihi in galea ſua attuliſſet.*

560. TEMERATÆ.] Barbaro citra Sacrilegium non tangendæ.

560. OBSESSI.] Gothi tale quid fecerant, per ignaviam Romani militis uſque ad ipſius Principis injuriam provecti. Eſt omninò illa obſeſſio quam Honorius ipſe ſolutam Stiliconis auſpicijs innuit in Sexto ſuo Conſulatu.

populator Ethruſca
Priſtoniaque plaga, crebris ſucceſſibus amens,
Iam Ligurum trepidis admoverat agmina muris,
Meque minabatur calcato obſidere vallo,
Spem vano terrore fovens, ſi forte remotis
Præſidiis, urgente metu, qua vellet, obirem.

Me-

Mediolani contigiſſe id eadem hæc verba indicant: Nec in oculis omnium geſta corrupterit aut mendacijs extulerit Claudianus. Nubes temporum obſcura facit omnia.

563. ALPINUM PUDOREM.] Nullo negotio Alpes hoſti penetratas. Jornandes memorat Alaricum in Italiam veniſſe ut Hiſpanias à Vandalorum inſeſſione ſibi vindicãdas permiſſu Honorij aſſereret; nihil ita hoſtile tentantem à Stilicone invaſum; ſed viciſſe invaſorem: quę omnia mera ſunt mendacia Gothica aut Alanica. Et quis hoſtibus ſummi ducis credat poſt cædem ipſi crimina affingentibus, quem vivum totus mundus laudavit. Veriſimilius Zoſimus, qui propter non integrè ſoluta ſtipendia Romæ ſpolijs inhiaſſe tradit Alaricum.

565. ODIISQVE ANCEPS CIVILIBVS ORBIS.] Dum fovetur à Rufino ex parte Arcadij Imperatoris. Mentio fuit ſuprà. V. DXV. Zoſimus, lib. V. *His à Rufino per ſummam nequitiam deſignatis, poſteaquam ſeditioſum eſſe, legibusq; ſe eximere vidit Alaricum qui permoleſtè ferret militum ſe copiis haud præfici, ſed eos dumtaxat habere barbaros quos ei tradiderat Theodoſius, quo tempore cum eo tyrannidem Eugenianã everterat; ſecreto ei ſignificat, ut, quos ſecũ haberet, barbaros alioſve collectitios diverſarum nationum milites ulterius duceret, omnibus abſque labore potiturus. His fretus Alaricus è Thracia diſcedit, & in Macedoniã Theſſaliamque progreditur, interjectis omnibus excíſis, &c.*

568. DIRA BRITANNIA.] Majorem partem incognita Romanis. Vide ſupra ad Panegyricum Manlij, & alibi ad Rutilium Numatianum.

570. TOT PRÆLIA BELLO.] Sup. V. CCCXCV. Livius, lib. XXX. *Annibal, cum Adrumetum profugiſſet, accitusque inde Carthaginem, ſexto ac Trigeſimo anno poſtquam puer inde profectus eſſet, rediſſet, faſſus in Curia eſt non prælio modo eſſe ſed bello victum.* Bellum, pugna major. Witechindus lib. III. Orig. Sax. *Jejunio in caſtris indicto, juſſũ eſt omnes in craſtinũ paratos eſſe ad bellum.* Sic alij id genus. Monachus Engoliſmenſis Vita Caroli Magni: *ſuprà nominati audientes quod Saxones rebellati fuiſſent, irruerunt eos, & commiſerunt bellum.* Witichindus idem Lib. I. *Commiſſo certamine pugnatum eſt ancipiti bello.* Eodem: *Quumq; grave bellum oriretur, hinc plures, plures inde ſternuntur, &c.*

570. PRÆLIA VINCITE.] Durius dictum videatur; nec tamen eſt: vincere prælia. Auguſtus apud Suetonium, vitæ cap. LXXI. *Si exegiſſem aut retinuiſſem quod cuiq; donavi, viciſſem vel Quinquaginta millia.* Vetus Epigramma in Pharſaliam Lucani.

domeſtica bella

Qui vincit, Laudis Deterioris erit

Pugna inferior bello, & Bellum Maxima pũgna etiam Juvenco Calano in rebus Attilæ. *Signis collatis dimicatũ eſt in campis Catalaunicis, in qua pugna, vel, quod veriùs, in quo bello, Centũ Sexaginta millia utrimq; cæſa ſunt.*

572. CAMPUS.] Concurſus, pugna, congreſſus. Ad Gildonicum Pæanem.

573. SANCIT.] Confirmat, conſecrat velut. Nobile uſu veterum verbum, evaluit poſtea Gildon.

Qui Iovis arcanos monitus, mandataque
ferrent
Fratribus, & geminis ſancirent fœdera
regnis.

Ut poſtea eſſent ſacra & Sancta. Silius libro I.

fidemque Deoſque
In dextra nunc eſſe ſua: dicta ocyus acer,
Intorto ſancit jaculo

Idem lib. X.

hicerit ille
Qui polluta dolis jam fœdera ſanciet enſis.

Lib. XV.

dicta horrida ferro
Sancit, & objectus ſenium, fera prælia
miſcet.

Sic *ſanciuntur* Nuptiæ, quas poſtea ſcindi nefas & piaculum. Martianus Capella, libro I. *Quippe convenire Cyllenio ut pro Officiorum præmijs potiſſimum favor cœlitum ejus vincla ſanciret.* Arator lib. I. Hiſtor. Apoſtol.

Omnibus exemplum ſanxit vindicta duorum.

 574. HAE-

574. HAEMI.] Ita ſcribendum montis hujus Thracij nomen nullibi conſtanter exaratum, ab Hæmo ſcilicet tyranno, quem ibi interemit Byzas Heros, primus Conditor Byzantinæ civitatis. Heſychius Illuſtrius Origin. Conſtantinop.

ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἰς τὴν αὐτοῦ διωκίζετο πόλιν, ἐχρῆν δὲ λοιπὸν τοὺς ἐπιόντας ἀπωθεῖσθαι βαρβάρους, μάλιστα τὸν Αἷμον, ὃς τῆς Θρᾴκης τύραννος ἦν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἧκεν τὴν τοῦ Βύζαντος πόλιν, αὐτὸν δὲ τὸν ἥρωα προσκαλούμενος εἰς μάχην, καὶ διαπορθεῖν ἅπαντα προθυμούμενος, οὐχ ὑπομείνας τὴν ἔφοδον τῶν βαρβάρων, μόνος πρὸς μόνον διαγωνίζεται, καὶ καταβάλλει τὸν Αἷμον ἐπὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ λόφον.

Montes, fluvij, oppida: qui ſequuntur, notiores notiſſimis.

577. IPSOQUE IN CORDE.] Romam cor vocat Imperij Romani. Sic *Senatum* ejuſdem *Pectus* Flavius Creſconius Corippus lib.II. v.CCII.

581. IBAT PATIENS DITIONIS ALANUS.] Militabat Romanis contrà barbaros alios. Oroſius, lib. VII. cap.XXXVII. *Taceo de ipſorum inter ſe barbarorum crebris dilacerationibus, cum ſe in vicem Gothorum cunei duo, deinde Alani atq; Hunni varijs cædibus populabantur.* στρατιὰν συμμαχικὴν ἐξ Ἀλανῶν καὶ Οὔννων in Stiliconis expeditione contrà Rhadagaiſtum, quam confundi Alaricianæ hic ſuprà monui, agnoſcit Zoſim. l.V. Jam inde autem à Theodoſij ævo nationes hoc genus militabant rei Romanæ. Pacatus Panegyrico ad eum: *Populis Barbarorum ultroneam tibi opem ferre volentibus, commilitonum munus indulges, ut & limiti manus ſuſpecta decederet & militi auxiliator accederet! Qua tua benignitate pellecta omnes Scythicæ nationes tantis examinibus confluebant, ut, quem remiſeras tuis, Barbaris viderentur per aſſe deſectum. O res digna memoratu: ibat ſubductibus vexilliſque Romanis hoſtis aliquando Romanus, & ſigna contrà quæ ſteterat, ſequebatur. Gothus ille & Hunnus & Alanus reſpondebat ad nomen, & alternabat excubias, & notari infrequens verebatur. Res ea in ſpeciem* conſilij multum habere videbatur, nam ea ratione Barbari à Barbaris, hoſtes utrimque Romani, cædebantur. Vide Oroſium lib VII cap.VII. Corippus præfatione.

Langobardorum populos, Gepidumque feroces
Mutua per latos inter ſe vulnera campos
Miſcentes, feritate ſua; cum militie tuto,
Alternas gentes domini Fortuna necaret.

Menander Protector, Excerptis Legationum:

Βαλεντῖνον ἕνα τῶν βασιλικῶν μαχαιροφόρων πεντρέπετο τὸ φῦλον ὁμαιχμίαν ἐπάγειν Ῥωμαίοις, καὶ κατὰ τῶν ἀντιπάλων ὁπλίζεσθαι, ἐμφρονέστατον εἶναι, Sic legendum, προμηθούμενος ὁ βασιλεύς, ὡς ἢ νικῶντες οἱ Ἄβαροι, ἢ καὶ ἡσσώμενοι, ἐξ ἀμφοῖν παρέξουσι Ῥωμαίοις τὸ συνοῖσον.

Noſter Sexto Conſulatu v.CCXX. Hiſtoriæ tamen docent his auxilijs tandem Romanos everſos.

581. DITIONIS.] Imperij. Cicero: *Ditione Deorum res geruntur.*

583. GENTI PRÆLATUS ALANÆ.] Sic correctum Scaligero, ex mente quidem ipſius. Codices Cujaciani, vel princeps certè eorum *gentis praclarus Alana Quam* ſcripturam univerſi etiam omnes Belgici libri ſervant, Noſtro inſuper, Delrianis, Bentinianis, Camertianis, Aldiniſque conſentientibus. Hoc propter neque nos eam repudiamus, quin integram aſſerere liceat; modo *gentis* accuſandi caſum ex antiqua ſcriptura capiamus: Gentes docuit pro Latio mortem oppetendam præclarus Alanæ. Rex ſcilicet, dux, vir, miles, homo. Repetitio tamen vocis & gentis tam de propinquo mihi non ſpirat tam caſtigatum vatem, & ſuſpicor cum de natione dictum ſit, ſequaturque *Cui natura breves* Nomen viri excidiſſe. Vt Poeta reliquit

quit *Mortemq́; petendam Pro Latio docuit gentes præclara* *** Cui natura breves *Præclara nimirum* Mors Alani illius. Vltima horum verborum prorſus arguunt nomen viri poſitum præcedentibus.

584. GVI NATVRA BREVES] Citra Alanorum alioquin Conditionem, qui ſtatura procera gens erat. Ammianus, lib. XXXI. *Proceri autem Alani ſunt penè omnes & pulcri: crinibus mediocriter flavis, oculorum temperata torvitate terribiles, & armorum levitate veloces.*

584. BREVES ANIMIS INGENTIBUS.] Quod ſæpius fieri certum eſt, docentque exempla Papinius de Tydeo, Thebaide I.

ſed non, ut viribus, infrà
Tydea fert animus; totoſque infuſa per artus
Major in exiguo regnabat corpore Virtus.

585. OCULOS INFECERAT IRA.] Torvi aſpectu Alani. Ammianus verbis modo poſitis, animi vero truculentia in oculorum torvitate. Panegyr. Mallij *nec Lumina fervor Aſperat* Barbari *furore ex oculis lucente.* Ammianus lib. XXXI. Sidonius de Huonis.

Gens animis membriſq́; minax: ita vultibus ipſis
Infantum ſuus horror ineſt: conſurgit in arctum
Maſſa rotunda caput: geminis ſub fronte cavernis
Viſus adeſt, oculis abſentibus: acta cerebri
In Cameram vix ad refugos lux pervenit orbes.

586. VULNERIBUS PARS NULLA VACAT.] Poteſt abeſſe totus hic verſus. Et ſanè aſſutitius mihi videtur, ut alij in hoc auctore multi, nulla ratione ingenuitatem probaturus, ſi quis ſtatum pervicacior im ugnaverit. Libri Belgæ, Bentiniani, Cujaciani, Aldini, Camertis, Delr'j, *vi cunctu* conſenſu agnoſcunt, in quo tamen omnis err r eſt, ſi verſui ſua conſtat ingenuitas. Noſtrûm exemplar ſolum poteſt ut nos ducat in cubilia Veritatis, in eo enim varians antiqua Lectio adnotatur *reciſſaq́; cunctis* vel *cotis*. Quæ vox videtur indicare auctorem hujus verſus ſcriptum reliquiſſe *inviſaque comtis* alij enim libri *inciſaque* expreſſe habent, quod fuerit illo vetere corruptum *inviſaque* Sic clara res ſit, quam ego tamen diutius verſare nolim, cui conſtat Claudiani carmen hoc non eſſe. Alluſit forte auctor illud Lucani, lib. IX. *totum eſt pro vulnere corpus.* Alius exaudiat quædam de *PVNCTIM* & *Caſim* ſimul notato corpore. Hiſtoria eadem memoratur VI. Conſ. Honor v. CCXXI.

587. GLORIA FOEDATI SPLENDET JACTANTIOR ORIS.] Virtutis teſtibus, cicatricibus aut vulneribus cenſetur militaris Formoſitas. Seneca, cur Bonis Mala eveniant. cap. IV. *Gaudent viri magni rebus adverſis; non aliter quam bellis milites fortes. Ego Mirmillonem ſub C. Cæſare de raritate munerum audivi querentem: Quam bella, inquit, ætas perit. Avida eſt periculi virtus & quo tendat, non quid paſſura ſit, cogitat. Quoniam & quod paſſura ſit gloria pars eſt* MILITARES VIRI GLORIANTVR VVLNERIBVS; *læti fluentem meliori caſu ſanguinem oſtentant: Idem licet fecerint qui revertuntur ex acie; magis ſpectatur qui ſaucius redit.* Noſter ſupra hanc Gothis gloriam peculiarem adſcribit.

Crinigeri ſedere patres: pellita Getarum
Curia, quos plagis decorat numeroſa cicatrix.

Sidonius Narbone, v. LXXVII.

Sed n n hinc videare forte turpis,
Quod te machina crebra perforavit.
Namque in corpore fortium virorum
Laus eſt amplior amplior cicatrix.

Guido de Bellis Palæſtinis, cap. XXII. in ſolatium inflicti vulneris æternum inſigne retinet, nam quoties labra ſe cedunt victoriæ gloriam os nudum teſtatur.

588. ILLE TAMEN.] Suſpectum hic latet aliquid. Docuit exemplo ſuo vir t ttiſſimus mortem pro Latio ſubeundam. Tamen acceleratur equis citatis Stiliconis mandato.

Vides

Vides incongruentiam. Libri nihil juvant, niſi quod *madate* in noſtro claris litteris exaratum offendimus. τὸ *TAMEN* monſtrum redolet.

579. ACCELERATUR.] Omnes ſcripti Belgæ & noſter *acceleravit* Quod reducendum. Affirmat enim hæc lectio ipſius ſtudium, junctum obſequio Stiliconis.

589. ITALAMQVE MOMORDIT ARENAM.] In Italia eſt occiſus. Virgilius X.

Et terram hoſtilem moriens petit ore cruento.

Seneca. Herc. Fur.

Ultrice dextra fuſus adverſo Lycus,
Terram petivit ore.

Horat. lib. II. Od. VII. *minaces Turpe ſolum tetigere mento.* Paria ex Homero aliiſq; ibi Læv. Torrentius & Dionyſius Lambinus. Noſque alibi ex Papinio & cæteris.

590. CARMINE DIGNUS.] Memoria Muſarum æterna, Maro lib. IX de Euryalo & Niſo.

Tum ſuper exanimem ſeſe projecit amicum
Confoſſus, placidaque ibi demum morte quievit.
Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies umquam memori vos eximet ævo.

Paria in Ecloga prima Nemeſiani.

593. IMMERITVM.] Famam dicit ſparſiſſe Alanum clam colluſiſſe Alarico, eum rumorem morte ſua vir fortiſſimus delevit.

594. MORTE VIRI TURBATVS EQVES.] Equitem aitauxiliarium Duce cæſo tota acie fluctuaſſe. Hæc nimirum tota eſt illa fuga Stiliconis, quam poſt abominabilem ejus cædem tantoperè odio flagrantes ſcriptores auxerunt.

595. MVTASSENT.] Noſter Codex *nutaſſent* Quæ eſt vera Lectio,

596. CELER.] Opportunè ſanè. Omnique occaſione laudat Celeritatem Stiliconis, ut ne Cæſaribus aut Alexandris faciat reliquatque deteriorem.

598. RECEPTO.] Toto intrà pectus. Sic primo Raptus,

totum ſpirant præcordia Phœbum.

601. TOTO DESCENDIMUS ENSE.] à gladiatoribus, qui miſſione à populo negata occidebantur, victoribus ferrum imis visceribus immergentibus. Prudentius de Veſtalibus.

Et quoties ferrum Victor jugulo inſerit, illa
Delicias ait eſſe ſuas, pectuſque jacentis
Virgo modeſta jubet, converſo pollice, rumpi.

Elegia vetus de Spe, à Petro Pithæo, libro I. Epigramm. Veterum Edita.

Et cui cedenti jugulo tincta arma notavit,
Spem, quamvis lecto jam referatur, habet.

Cætera huc pertinentia illuſtrarunt docti, qui de gladiatoribus, Theatro, Muneribus, & talia copioſè congeſſerunt. Dicas alluſiſſe facinus Romanæ fortitudinis in primo cum Germanis conflictu Florus lib. III. cap. X. *Qui calor in præliando militum fuerit nullo magis exprimi poteſt quam quod elatis ſupra capita ſcutis quum ſe veluti teſtudine tegeret barbarus ſuper ipſa Romani ſcuta ſaluerunt, & inde in jugules gladiis deſcendebant.* Noſter exprimit de more Papinium Lib. X. v. 809. Vide parem ſenſum in Lucano, emaculato ex MS. libro CLXX. Adverſ. cap. 17.

603. TANAIM, ISTRI.] Danubium & Tanaim, quæ diverſiſſima duo flumina imperitè nonnulli confundunt. Vibius Sequeſter: *Tanais Scythiæ fluvius Aſiam ab Europa dividit.* Idem: *Danubius, qui & Iſter, Germaniæ decurrit in Pontum per ſeptem oſtia. Flumina* pro populis uſurpare, Claudiano uſitatiſſimum.

606. CÆDIS AVARUS.] Sic Libidinem ſanguinis Arnobius dixit. Eſt enim & in cæde inimicorum avaritia, cupide graſſans etiam ultrà vindictam, aut iram.

609.

609. IRA FURENS.] Notiſſimum veteris Sapientiæ ſcitum. Iram eſſe furorem. Multis Seneca peculiaribus Libris & Epiſtolis. Ex eodem veteres Gnomologi citant: Nihil intereſt inter iratum & inſanum, niſi unus dies. Philemon Comicus: μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζώμεθα. Cicero, Tuſculana, IV. *An eſt quicquam ſimilius inſaniæ, quam ira, quam benè Ennius initium dixit inſaniæ.* Seneca lib. I. De ea. *Quidam in Sapientibus viris iram dixerunt brevem inſaniam.* Cato apud Stobæum, Sermone, XX.

ὁ ὀργιζόμενος τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρει. Perſius Sat. III.

Nunc face ſuppoſita ferviſcit ſanguis, & ira
Scintillant oculi; diciſque, faciſque, quod ipſe
Non ſani eſſe hominis non ſanus juret Oreſtes.

Auguſtinus Epiſtolis: *Furor eſt ira brevis, quæ non tam malitiæ propoſito, quam eventu ſubito contingit.* Hieronymus in Ioelem: *Ira eſt quæ juſtitiam Dei non operatur, & furori proxima, mentiſuæ vim eripit.* Idem ad Demetriadem: *Quid iracundo furor ſuus confert, quam ſæviſſimis exagitatum ſtimulis conſcientia ira omni conſilio & mente deturbat.* Gregorius Magnus, lib. III. Moral. *Per iram juſtitia relinquitur, quia dum perturbata mens judicium ſine ratione exaſperat, omne quod furor ſuggerit rectum putat. ira quietem ſubtrahit; ſuam Spiritui Sancto claudit habitationem, cujus receſſu animus vacuus ad apertam morum inſaniam ducitur, & uſque ad ſuperficiem ab intimo cogitationum fundamento diſſipatur.* Idem ſuper Ezechielem: *Menti furore ebria omne quod rectum dicitur perverſum videtur.* Iſidorus, Soliloq. I. *Si non potes iram vitare, cohibe; ſi non potes furorem cavere, tempera.* *Hæc huc conſcribere placuit, ut* quantillis verbis quantum dicat Claudianus, omnibus conſpicuum ſit.

610. ASSUMTAS IGNE,] Igne erepta, cum Valentem exurerent Gothi. Ineptè Libri nonnulli de Ignibus gemmatum, quibus docti inconſultè aſſentiuntur. De exuſtione Valentis Ammianus lib. XXXI. telatu juvenis, qui adfuiſſe dixit. Zoſimus, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Eunapius in Maximo, Zonaras, Cedrenus, Suida in Valentiniano Juniore, Victorinus Epitoma, Jornandes Getic. cap. XXVI. Idatius excerptis Chronologicis, ab Henrico Caniſio Editis, Hermannus Contractus, Iſidorus Chronico Gothorum, Diaconus, alij.

611. MISERIS AB ARGIS.] Spoliatis in clade illa totius Græciæ, Athenis & Thebis tantum excerptis. Rem præter omnes exponit Zoſimus libro V.

612. SPIRANTIA SIGNA.] Corinthium æs notiſſimum, notiſſima etiam vaſa Corinthia. Spirantia, viva penè; vivis ſimillima. Auſonius Epigramm.

ne quæſo, bubulce, Myronis
Aes, veluti ſpirans, cum bubus exagites.

Virgilius lib. VI.

Excudent alia ſpirantia mollius æra.

Tiberius Donatus. *Alij hæc ex marmore facient tanta ſubtilitate ut materia lapidis formatum animal, non jam viventis ſimilitudinem, ſed vivum oſtendere videatur* Appuleius lib. XI. *diſponunt ritè ſimulacra ſpirantia.* Pacatus Panegyrico Theodoſij: *Hæc ebore redduntur, hæc marmore, hæc in coloribus vivant, in ære moveantur.* Juvenalis, Sat. VIII. *Phidiacum vivebat ebur* Papinius, Achilleide I. *artificis victura pollice cera* Idem Thebaide III. *perfectaque vivit in auro Nox Danai* Arator lib. II. Hiſt. Apoſt. *fuſis animentur vultibus æra.* Claudianus IV. Conſ. Hon. *picturatumque metallis Vivit opus* Lib. II. ſupra.

gremioque rigentia profert
Dona, graves auro trabeas: inſigne Minervæ
Spirat opus.

Idem alibi *Et varijs vivat Nereia bacca figuris.* Plinius lib. III. Epiſt. VI. de ſigno Corinthio, abs ſe emto: *effingit ſenem ſtantem:*

 oſſa,

oſſa, muſculi, nervi, vena, ruga etiam ut ſpirantia apparent. Sic viva pictura, Liutprandus lib. II. Hiſtor cap. IX. *Hunc vere triumphum tam laude quam memoria dignum, ad Meresburgum REX in ſuperiori cœnaculo domus per Zographiam, id eſt, picturam, notari præcepit, adeo ut rem veram potius quam veriſimilem videas.* Sic Vitruvius, alijmulti.

612. CORINTHO.] Nobiliſſimum æs Corinthium, nobiliſſima etiam opera Corinthi facta. Vnde Corinthia per excellentiam Seneca de Brevit. Vitæ, cap. XII. *Illum tu otioſum vocas, qui Corinthia, paucorum furore pretioſa, anxia ſubtilitate concinnat. Et majorem diei partem in æruginoſis lamellis conſumit. Exempla vulgata.* Mummio Corinthum populante primum apud Romanos ſtudium tam carè emendorum vaſorum, ſignorumque incubuit, de quo cenſores morum poſteà ſæpiſſimè, ſed inani Effectu conqueſti leguntur. Vide Plinium. Ipſius Mummij ea victoria rudis ſimplicitas notatur Velleio Paterculo, ut qui capta, direpta, funditusque everſa Corintho vaſis illis de omni genere eum honorem habuerit, ut indicaret nautis tranſvecturis, *ſi perdidiſſent in mari, nova de ſuo reparaturos ſcirent.*

613. CALLIDUS ANTE PEDES.] Vt intentus ſpolijs miles à perſecutione fugientium deſiſteret. Exempla ſunt in Libris Sacris Regum IV. cap. VII. Saxone Danorum nobili Hiſtorico; alijſque, nobis in Commentarijs notata.

615. Juſtos præbent ſtimulos MONUMENTA DOLORIS.] Ad pœnam de ſcelerato ſanguine hauriendum. Vide ultimos verſus Aeneidis Maronianæ, divinos prorſus. Quos qui vel ſolos legerit, imperfectumque illud opus poterit credere, nullo ſit judicio.

616. CAPTIVUM VULGUS.] Mulieres puerique. Zoſimus lib. V.

ὁ μὲν γερόντιος ἀπεχώρει μετὰ τῶν φυλάκων, ἐνδιδοὺς ἐλευθέραν καὶ ἀκώλυτον τὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάροδον τοῖς βαρβάροις, οἱ δὲ ἐπὶ λείαν ἕτοιμον τῶν ἀγρῶν, καὶ παντελῆ τῶν πόλεων ἀπώλειαν ἐχώρουν, τοὺς μὲν ἄνδρας ἡβηδὸν ἀποσφάττοντες, παιδάρια δὲ καὶ γυναῖκας ἀγεληδὸν ἅμα τῷ πλούτῳ παντὶ ληιζόμενοι. &c.

619. OSCULA DEXTRIS.] Vide ad Libros in Rufinum. Loquitur tamen hic de Italis potius captivis Claudianus quam alijs, ſcilicet quos ad Timavum ceperat, ubi vulnus accepiſſe Rempublicam ſuprà memoravit.

> *deploratumque Timavo*
> *Vulnus, & Alpinum gladijs abolere pudorem.*

621. DOMUS.] Familia omnis hoc nomine cenſetur. Ovidius de Philemone & Baucide.

> *Tota domus duo ſunt, iidem parentque jubentque*

Catullus, Epicedio fratris: *Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus.*

622. COGNATIS REFERVNT MIRACVLA BELLI.] Sic Scaliger. Noſter *cladeſque renarrat Ordine cognati referunt miracula belli.* Cujaciani veram ſcriptionem habere videntur cladeſque renarrant Ordine, cognati referunt miracula belli. Cognatos in Gratiam Stiliconis narraſſe poſtliminio reſtitutis ait, domi ſuæ cuique, quanto miraculo virtutis bellum hoc confecerit Stilico. Narrationis igitur & hujus argumentum Stiliconis gloriæ datur. Aliter qui capiunt extrà rem præſentem eunt. Libri Belgæ bonam partem *cum grati* habent. Sententia non inepta, non tamen τοῦ ποιητοῦ.

623. CVM MARTE PERIRENT.] Auget dolorem homini militari, inque armis educato, torque victorijs glorioſo, aperto Marte perdere, quæ nullis non artibus acquiſiverat. Vtpote non de Fortuna ejus ſolum, ſed & de virtute & gloria hoſte triumfante.

626. INVICTO DVDVM QVÆ FRETA MARITO.] Muſica feſtivitate muliebrem

liebrem morem & naturam indicat, quæ in mariti proſperitate ſemper ſe indigna committere videtur, niſi omnes arrogantia, ſuperbiaque excedat, rata parum ſua virum fortuna uti poſſe. Monilibus ineſt ſuperbia potiundis, qualem magnas ſæpè clades dediſſe notum.

617. ROMANASQAE ALTA.] Conjugum mulierumque vexatio & Raptus in rebus adverſis bellicisque triſtiſſimorum eventuum vel primus: unde ſæpe ingeritur à ſcriptoribus talium: ut à veteri auctore Portij Latronis vocabulo in Catilinam. Libanius Baſilico:

εἰ γὰρ τις ἔροιτο ὁντινοῦν, τί μάλιστα βαρύτατον ἀνθρώποις τῶν εἰωθότων λυπεῖν ἐν αἰχμαλώτῳ τύχῃ, εὐθὺς ἂν, οὐδὲν περισκεψάμενος, εἴποι, τὴν τῶν γυναικῶν αἰσχύνην.

628. ARGOLICAS.] Zoſimus, verbis ſuprà adſcriptis. Noſter. II. in Rufinum.

Non mare fumaſſet geminum fumante Corintho,
Nec fera Cecropias traxiſſent vincula matres.

630. PVLCRAS LACÆNAS.] Spartanarum mulierum celebris formoſitas. Muſæus, Amoribus Leandri.

Καὶ Σπάρτης ἐπέβην, Λακεδαίμονος ἔδρακον ἄστυ,
Ἧχι μόθον καὶ ἄεθλον ἀκούομεν ἀγλαϊάων.

Oraculum, quod in proverbium poſtea ijt. ἵπποι Θεσσαλικοὶ, Λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες. Theognis, Gnomologia.

Χέρνιβα δ' αἶψα θύραζε φέροι, στεφανώματα τ' εἴσω,
Εὐειδὴς ῥαδιναῖς χερσὶ, Λάκαινα κόρη.

Vbi vides ſervitijs locupletum fuiſſe expetitas. Nonnus, lib. XLIII.

οὐκ ἔτι μέλψω
Νάξον ἀειδομένην, οὐ πάρθενος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Εἰς πόνον, εἰς ὠδῖνας, ἐνίκηθη Λακεδαίμων.

Quod de certaminibus earum Muſæus ait referendum ad Legem Lycurgi, & ſtatuta Vrbis, Sapientumque præcepta, quibus virginibus Spartanis, neceſſe erat nudis Luctari, & palæſtræ morem ſervare cum juvenibus, ut ita amatores non magis formoſitate quam virtute quærerent. De illis nota omnia. Ex his Ocellus Lucanus generatim puellis præcipit.

δεῖ τοὺς παῖδας, καὶ τὰς παρθένους ἐν τοῖς γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι τὴν ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι, καὶ καρτερικῷ βίῳ.

Itaque & alia ornamenta Laconicis puellis erant prærepta; quibus ſcilicet ſatis nuda & exercitata corpora eſſent ad Amorem conciliandum. Heraclides Ponticus.

τῶν ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν κόσμος ἀφῄρηται, οὐδὲ κομᾶν ἔξεστιν, οὐδὲ χρυσοφορεῖν.

631. DEA QVÆ NIMIIS OBSTAT RHAMNVSIA VOTIS.] Nemeſis Juſtitiæ Vindicis nomine culta contra elatos animo & verbis. Moſchopulus: Νέμεσις, Δίκη, Ἀδράστεια. Auſonius, Epiſt. XXIV.

Grande aliquod verbum nimirum diximus, ut ſe
Inferret nimijs vindex Rhamnuſia votis.

Herodes Orator Inſcriptione ad viam Appiam eruta.

ἥτ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁρόεις, ῥαμνουσιὰς οὖπι.

Vide ibi doctiſſimos Scholiaſtas. Rhamnu-

ſia, à loco ubi culta, Pago Attico. Lucanus Lib. V.

Et tumidis infeſta colit quæ numina Rhamnus.

632. INGEMVIT.] Invidia ſcilicet.

633. DOMAT ASPERA VICTOS.] *Væ victis.* Eum titulum Satirarum Menippæarum uni dedit Varro, qua egiſſe puto de Victoribus, non inſultandum ſcilicet victis, aut miſeris: Sive adeo de rebus adverſis prudentia præveniundis.

634. ACIES.] Veriſſima & clariſſima ſcriptura. Martem enim illum, ob quem oculos dolere Alarico modo dixit uno conflictu proſpero Romanis rependiſſe ait multorum annorum ſequiores ſucceſſus. Itaque omnes libri; demta Editione Cujaciana, quæ nulla ratione turbas dare vult. Pariter Prudentius.

At noſter Stilico, congreſſum cominus, ipſa
Ex acie ferrata virum dare terga coegit.

634. TER DENIS] Perpulcrè Exemplar noſtrum.

636. APTA TRIVMPHIS.] Adepta Lucretius lib. II. *pergam connectere rem, quæ Ex hoc apta fidem ducit.* Scaligeri hic diſtinctionem ſequimur, non Claverij. Pollentia Vrbs pulcri nominis, alijs id genus aſſita, ut Induſtriæ, Carreæ, alias Potentiæ. PLinius lib. III. cap. V. De Victoria hac Stiliconis diverſa ſcribunt hiſtorici & horum & ſequentium Temporum, ſed noſtro conſentit Prudentius, lib. II. in Symm. Cuis juncto præcipue noſtro, crediderim potius. Ego, quam toti cæterorum alicui cohorti.

639. QVIRINO.] Rei Romanæ. Ita Prudentius.

640. OCEANI STAGNIS EXCITA SVPREMIS.] Florus lib. III. cap. III. *Cimbri, Teutones, atque Tigurini, ab extremis Galliæ profugi, cum terras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant.*

641. TEMPESTAS.] Excitus, inſtar Tempeſtatis ingruens, ob ingentem vim Barbarorum. Vide de Cimbris Plutarchum Mario. Sic Prudentius, II. in Symmachum.

Depulit hos nimbos equitum non pervigil anſer.

Campi Tempeſtas in noſtro III. Conſ. Honor. v. LXXXV. Procella Belli Silio Italico lib. XI.

Sedes ecce vacat belli viduata procella.

Hiemem vocat noſter Hoc Libro v. CCCC LIX. Sic omnis alia turbulenta perſecutio, ubi vi quid agitur, Tempeſtas perhibetur. Sulpitius Severus, Dialogo III. *Interea Martinus multis gravibuſque Laborantium cauſſis ad Comitatum ire compulſus, procellam ipſam totius tempeſtatis incurrit.*

642. HISDEM PROCVBVIT CAMPIS.] Stephanus Claverius neſcio cur Editis eatenus dicat omnibus hunc verſum abfuiſſe, ab ſeſe demum & Delrio reſtitutum: Cum totidem apicibus exſtet apud Aldum & Camertem. Quorum utrumq; tractaſſe ipſemet prodit. Alias Alpes Tridentina juga dicit per quæ Cimbros Italiam irrupiſſe tradit ibidem Florus.

642. JAM PROTENVS.] Statim ex hinc. Vſus vocis *protenus* non ſatis eſt agnitus vulgo. Vide Servium. Momentum pugnandi eſſe in loco nemo it inficias: velut ſi in eo parte ab eadem parte ſit ante victoria. Leo Tacticon XX. cap. CXCIX. *Videnum quo die anni aut menſis victoriam aliquā reportaſti, & eodem die iterum, ſi ita uſus ferat, bellum ſuſcipias, ut alacriores milites ſint, & meliore cum ſpe prælium ineant, & putent, Deo propitio hoſtes eodem die iterum in fugam vertendos. Et de loco in quo quis vicit ſimiliter ſtatuendum eſt.* ὁμοίως ϧ ϗ ἐπὶ τόπυ ἐν ῷ νενίκηκέ ποτέ.

645. STILICONE PEREMTOS ET MARIO.] Stiliconem æquat Mario inſtar ſummi Ducis huic adſcribens. Sic Peſcennius Niger, fortiſſimus Imperator. Spartianus: *Idem in concione juravit ſe, cum diu in Expeditionibus fuiſſet, eſſetque adhuc futurus, non aliter eſſe acturum quam militem. Marium ante oculos habentem & Duces tales: nec alias fabulas umquam habuit, niſi de Annibale, cæteriſque talibus. Denique cum Imperatori*

tori facto quidam Panegyricum recitare vellet, dixit: Scribe Laudes Marij vel Annibalis, vel alicujus ducis optimi, vita functi, & dic quid ille fecerit ut eum nos imitemur. Amavit de Principibus Auguſtum, Veſpaſianum, Titum, Trajanum, Pium, Marcum, reliquos Fœmineos, vel venenarios vocans. Maximè tamen in Hiſtoriis Marium & Camillum, & Q. Martium Coriolanum dilexit. Stilichonem virtutis Martiæ nomine nemo nō commendavit, etiam qui clám palamq; odio habuerunt: Eaque laus ſervata etiam Barbari ævi ſcriptoribus, ut vides in Hermanno Contracto & ejuſce cenſus alijs.

646. DISCITE VESANÆ.] Sumtum ex formula caſtigationis publicæ, ubi plagis & verberibus addebatur. *NOLI HOC FACERE. DISCE HOC AGERE.* Exempla in Paſſione Tharaci & Andronici Martyrum, alijsq; id genus Narrationibus. Alia ex Theophane Victore Uticenſi, Dione Caſſio, Joannis Damaſceni Hiſtoria, Ambroſio, notamus alibi ad Lampridij Alexandrum. Clauſula par Elegiæ noſtri in Eutropium:

Quiſquis adhuc ſimiles Eunuchus tendit ad actus

Reſpiciens Cyprum deſinat eſſe ferox,

Nec abſentit inſcriptio vetus Cubiralibus litteris in Hiſpania reperta Catonis nomine: PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SENATVS ET POPVLI ROMANI IMPERIVM ET DEORVM NVMINE ET MILITVM FORTITVDINE. ET REGI ET TVERI.

647. ROMAM NON TEMNERE.] Inſignis Nobiliſſimi Pæanis concluſio. Elidens ingenio præſtantium, ſed judicio parum cautorum hominum nugas, qui defici Spiritu ad extrema operum Claudianum, nec pervehi ad portum capta favoris Muſici aura ganniūt, in quos adoleſcens hic non injucundè invehebar. Commodior lectio quam ex Cujacianis Libris vir doctus notat.

Diſcite veſanæ Romā nen tendere gentis.

Quo ſpectant multa loca præclariſſimi hujus Poematis. Ut

Hanc urbem inſano nullus qui Marte petivit

Lætatus violaſſe redijt V. CCXC. *numquam impunè laceſſitam* gentibus memoravit *Numquam impunè petitam exteræ genti Romam* V. DVII. Sexto Conſulatu Honorij.

Crede mihi ſimili bacchatur crimine, quiſquis

Aſpirat Romæ ſpolijs, vel Solis habenis.

Quibus permotus τὸ *tendere* non de nihilo optimos Codices inſidere arbitror. Aliqua tamen vulgatam ſcripturam tuetur ſimilitudo illius Maroniani.

Diſcite Iuſtitiam moniti, & non temnere divos.

Quantum autem ceciderit de culmine illo Romanæ Vrbis majeſtas, non attinet dicere. Sanè invictam tot millibus barbararum gentium, tot Regibus, tot conjuratis regnis fruſtra olim peritam eo redactam legere memini, ut pauci homines ſpoliaverint caput illud mundi: Tacebo alibi propoſitam nobis hiſtoriam ſuperiori ſeculo occupatæ, direptæ: Memoria imprimis dignum quod in vita Jōānis XXIII. Pontificis ſcribit Theodoricus à Niem, maximam tantæ urbis partem à quingentis Ladiſlai Regis Militibus pro arbitrio fuiſſe ſpoliatam.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI,
BELLVM GILDONICVM,

Animadverſiones.

PERTINERE aliò videbatur potius hic Liber, ad Res nimirum Honorij, cum ejus Perſona rei geſtæ interſit: cum toties tamen Stiliconis Virtus in hoc Bello alibi à Claudiano commendetur, isq; reapſe Rebellionem confecerit, Laudibus ejuſdem Herois & hunc Pæanem adnectere conſultum duximus, ut uno protelo procederent omnes, & ſub ſuis proprijs titulis Honoriana Encomia ſequerentur. Librum hunc Fruſtra mancum opinati ſunt Docti, cum ex ipſo fine certa res ſit Primum eſſe Duorum de hoc Bello ſcriptorum; omnia enim Conſilia & Auſpicia omnisque apparatus Belli inſumitur hoc priore ad juſtam, nec auctori temerè migrandam Voluminis amplitudinem: Secundo utique porrò res ipſæ ſunt tractatæ; Nam totam Hiſtoriam edomiti Perduellis, confectique Belli ſeſe litteris conſignaſſe, aperte ipſe Auctor teſtatur, ſibiq; teſtimonium addicit Sexto Conſulatu Honorij, cum ait.

Sed mihi jam pridem captum Parnaſſia
Maurum
Pierÿs egit fidibus chelys.

Quarum ſanè rerum nihil in hoc priore Panegyrico ſupereſt. Accedit rei ipſi teſtimonium optimi Codicum Cujaciani, qui finito iſto diſertè requiſivit Secundum Belli Gildonici Volumen, male damnatus judicii à Stephano Claverio. Bellum ipſum hoc incidit Quartum Honorij Conſulatum. Idatius: *Honorio Auguſto Quartum & Eutychiano Cōſulibus Gildo occiſus eſt.* Marcellinus Comes: *Honorio Imperatore Quartum & Eutychiano Conſulib. Gildo Comes, idemque paganus, qui mortuo Theodoſio principe Africa praerat, dum Arcadio & Honorio adhuc pueris, regnantibus invidet, Africamque nititur obtinere: frater ejus Maſcezel, cognita ejus veſania, relictisque duobus apud Africam filÿs, Italiam remeat. Gildo utrumq; fratris filium dolo trucidat. Maſcezel, fratris cognito ſcelere, cum quinque millibus ſuorum contra Gildonem cum L X X. millibus armatorum ſibimet obviantem infeſtus accedit, Gildo fugiens propria ſe manu ſtrangulavit.* Quæ eſt ex Oroſiana decerpta narratio, lib. VII. cap. XXXVI. Repetitur Paullo lib. XIII. Hiſtor. Miſcellæ. De Gildone cætera nota diligentia Chronographorum, quibus adjicias quæ Nicephoro Calliſti adjecit interpres libro XIII. cap. XXXVIII. Ejus mentio princeps in Ammiano Marcellino, Theodoſio nondum Regnante; qui & fratres ejus non paucos commemorat, Sororemq; Cyriam nomine. Parens ei fuit Nubel, regulus inter Mauritaniæ potentiſſimos, ſiquidem ipſe frater fuit Firmi, quod

quod conteſtatur idem Ammianus, li. XXIX. Filiam habuit Salvinam, Nebridio nuptam, nato ex ſorore Auguſtæ, Theodoſij conjugis condiſcipulo Arcadij & Honorij, viro ſplendidiſſimo, ditiſſimo: de quibus ambobus Senis conſulenda Hieronymi dulciſſima Epiſtola quæ ad Salvinam ſuper ſervanda Virginitate inſcribitur: Ut affinitate Imperatoria nobilis fuerit Gildonis ſucceſſio, neq; non & diuturna ſatis, ſiquidem Nebridio ex Salvina relictum Filium idem Antiſtes eadem Adhortatione commemorat. Ipſe Gildo, ut ex Cod. Theodoſiani li. IX. Tit. VII. apparet, Comes & Magiſter utriuſq; per Africam Militiæ fuit, Opulentiſſimus; tantaq; Gratia apud patriam, ut poſt confectum hoc bellum decennio ſatellites ejus in ea provincia ſuperfuerint, ut notarunt pridem docti viri ad Symmachum. *Gildoma*, ſive *Gildonia*; cujus mentio in Capitulis Caroli apud Anſegiſum, quam Franciſcus Pythæus hinc deſcendere arbitretur, Germanicæ omninò Originis vox eſt, neque pertinet quicquam ad hujus vel viri vel rei Hiſtoriam.

Ad Præfationem.

PANDITE DEFENSUM.] Unus Codex Manuſcriptorum de Belgio ad Secundum in Rufinum collocat hoc Epigramma. Cui cum cæteri omnes abſentiant, nec nos voluimus accedere. Res eadem eſt. Nam & hic & illic omnia feliciter pro Honorio à Stilicone geſta memorantur. Locus aliud ſuadet, Theſſaliam nimirum Stiliconi defenſam; ut omninò ad perditorum aliquem Claudiani librum referendum Epigramma cenſeas. Utut fuerit, vel alio pertinens hic illuſtrabimus, ne ordo conturbetur.

PANDITE.] Velut clanſum anteà. Videatur à mari deducta ſimilitudo, quod pandi & claudi certo tempore perhibetur. Vegetius, lib. IV. cap. XXXIX. Rei Militar. *Ex die tertio Iduum Novembris uſque in diem ſextum Iduum Martiarum maria clauduntur. Panditur*, cum favente tempeſtate ductu velut numinum intratur. Rutilius Num.

Pande precor gemino placatum Caſtore Pontum,
Temperet æquoream Dux Cytherea viam.

Quem locum contrà mentem auctoris corrigere voluit Mariangelus Accurſius, Non enim portum placari Caſtoribus vovet, ſed iter maritimum, Poëta prudens.

1. HELICONA.] Helicon reparatus Otium litterarium & Muſicum notat, pulſa tyrannide cultui animorum reſtitutum. Martialis pariter lib. XII. Epigr. VI. de Nerva poſt Domitianum.

Contigit Auſonia Procerum mitiſſimus Aula
Nerva: licet toto nunc Helicone frui.

PERMISTIS.] Proba ſcriptio Codicum Belgicorum, accedentibus Noſtro, Delriano, Scaligero, Aldoq; inſuper faventibus. *permiſſis nunc licet ire choris.* In choris ducendis divinam quamdam & Deorum ipſorum voluptatem ponebant Veteres Poëtæ, quos permiſſos loco ſummæ felicitatis Muſicæ dicit doctiſſimus vates. Sic Anacreonti ſumma eſt Felicitatis talis Muſicæ.

παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς,
μετὰ κούρης βαθυκόλπου,
Ροδίνοισι στεφανίσκοις
πεπυκασμένον χορεύειν.

Et poſt, Deſcriptione talis:

Στεφάνους μὲν κροτάφοισι
Ροδίνους συναρμόσαντες,
Μεθύωμεν, ἁβρὰ γελῶντες,
ὑπὸ βαρβίτῳ δὲ κούρη
κατὰ κίσσοισι βρέμοντας
πλοκάμοις φέρουσα θύρσους
χλιδανόσφυρος χορεύει.

Numinum ipſorum felicitas in choreis ſæpè apud Nonnum, Nympharum ubiq; alias.

NULLA PER AONIOS.] Manifeſtè Theſſaliam aſſertam loquitur hæc exſultatio.

cum

cum ſequentibus omnibus, quæ res ad Getas à Stilicone illinc ſubmoros pertinet, quorum gentis etiam mentio in varia Lectione ſequẽtium verſuum, & Codice uno è Belgis, qui carminis hujus inſcriptionem commodam de Gothorum ſtrage habuit, Zoſimus Hiſtoriam doceat. Poſſit tamen ad Gericum quoque Bellum pertinere, quos Theſſaliæ corruptæ in Italia pœnas dediſſe ibi memoratur: Vt duplici Epigrammate inſigniti ſunt quidam Sidoniani Panegyrici, noſtri perpetui æmulatoris. Tamen Sequentia aliam rem geſtam laudaramq; indicant.

4. MUGITU DETERIORE.] Triſtem & malè ominatum ſonum dicit. Mugitus enim quicquid abſonum inconditumq; ſonat. Lucanus, lib. VI.

Iam fama ferebat
Sæpè cavas, motu terræ, mugire cavernas.

Arnobius, lib. V. *Hinc petra concepit, & mugitibus auditus multis prius, menſe naſcitur decimo, materno ab nomine cognominatus Agdeſtis.* De tubis noſter, ex Marone:

Tyrrhenusque tuba mugire per æthera clangor.

5. DELPHIS.] Theſſaliam fœdi populatus cum Gothis ſuis erat Alaricus, ad quem tanta nube temporum referre tamen poſſis hoc carmen. Vide Zoſimum, & Bellum.

6. FLORIBUS.] Corona. Ineptè Liber noſter. *Delia cinge tuum.* Gericum Noſtri.

7. PRÆSCIA FATI FLUMINA] Quibus potatis ariolati dicebantur Poëtæ & Antiſtites, qui conſulebantur iis locis. Notæ nugæ Poëtarum. Sequentia qui ad dictam Getarum Hiſtoriam pertinere non videt, nihil videt. Quid verò ad Africam aut Gildonem.

9. SICULUMQUE PER ÆQUOR.] Hæc eſt nota illa, qua probare nituntur Poëtæ, Alpheum fluvium impermiſtum maris undis eas tranſire, inque amaras Arethuſæ aquas pervenire talem uſq; Siciliam qualis Piſis exierit. Antigonus Mirabilium cap. CLV. ex Callimacho tradit, victimarum inteſtina, in Alpheo purgata ſordibus trans mare inficere Arethuſam. Elegans Moſchi Epigramma, refert Stobæus.

Ἀλφειὸς μετὰ Πῖσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδείῃ,
ἔρχεται εἰς Ἀρέθουσαν, ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ.
ἕδνα φέρων, καλὰ φύλλα, καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱεράν.
Καὶ βάτυς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι, τὴν δὲ θάλασσαν,
Νέρθεν ὑποτροχάει, οὐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ.
Ἁ δ' οὐκ οἶδε θάλασσα διερχομένου ποταμοῖο.
Κῶρος δεινοθέτας, κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων.
Καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον ἔρως ἐδίδαξε κολυμβᾶν.

Oceanus ingreſſus Piſæ Alpheus ab ora
Sacra ferens, oleas, floresque, & pulvere canus
Donaque ſacra virûm, frondes, procedit amata
Ad fontes Arethuſæ, & ſubter ab æquore manat,
Non undis undas miſcens: tranſire fluentem
Ignerat pelagus, nec ſcit commercia flumen.
Vſque adeo puer acer, Amor; puer ardua patrans,
Ardua quæque malo doces exantlare labore.
Diſcere & ipſum amnem cogit ſub Amore natare.

Nec minus eleganter Nonnus, libro XIII. Dionyſ.

Καὶ

Καὶ Σικελῶν ἀρέθουσαν, ὅπῃ μιγα-
νάσι@ ἕρπει,
Στέμματι πσαίω κομόων Ἀλφειὸς
ἀλήτης.
Πορθμέων βατὸν οἶδμα, καὶ ἀκρο-
τάτου διὰ πόντου.
ἕλκεο δοῦλον ἔρωτος, ὑπέρτερον,
ἄβροχον, ὕδωρ.
Θερμὸν ἔχων ψυχροῖο δι' ὕδατος ἀ-
πλώμενον πῦρ.

Et libro XXXVII.

Οἶστρον ἔχων πισαῖον ἐλαιοκόμου πο-
ταμοῖο,
Ἀλφειοῦ δυσέρωτος, ὃς εἰς Ἀρέθου-
σαν ἱκάνει,
Ἄβροχον ἕδνον ἔρωτος ἄγων στε-
φανοφόρον ὕδωρ.

Hinc ἐρατεινότατον ποταμῶν vocat Dionyſius Periegetes. Ἔνθ' ἐρατεινότατος ποταμῶν Ἀλφειὸς ὁδεύει. ἀγαθὸν δὲ ἐστι τὸ τοιοῦτον ὕδωρ, inquit Euſtathius, καὶ εἰς λευκὰς, καὶ λειχῆνας. ἐρατεινὸν δὲ ὁ Διονύσιος τὸν Ἀλφειὸν καλεῖ διὰ τὸ μυθευόμενον τῆς Σικελικῆς Ἀρεθούσης ἔρωτα, ἧς φασὶν ἐρῶν, ἕως εἰς ἐκείνην ἐκ Πελοποννήσου ἀναδίδωσι γλυκὺς ἐραστὴς, ἀμιγὲς ἅμη θαλάσσης φυλάσσων τὸ ῥεῖθρον. Epigramma vetus in hanc ſententiam alibi publicabimus.

10. BELLI NOTAS.] Quicquid belli furor fert, nota ejus abſentis. Papinius de Domitiano Martium ſpirante in ipſo Pacifico habitu.

juvat ora tueri
Miſta n tis belli, placidamque gerentia
Pacem.

12. ET GETICAM SENSIT.] Clara omninò ſcripturæ ratio hujus, ex ijs quæ de Alarici cladibus hoc Epigrammate hactenus ſcripta ſunt. Habent hanc ſcripturam libri meliores, agnoſcunt Scaliger, Noſter Codex, Editio Camertis. Illuſtriſſimus vir qui hinc concludit Gildonem apud Siciliam perijſſe, non attendit judicia cladis ex Peloponneſo in eam inſulam delata memorari. Nec unum hominem, ſed notas Belli loquitur Claudianus. Ad Tabracam perijſſe Gildonem bis terque alibi Noſter.

13. SUCCEDANT.] Mali Noſter Cod. *ſuccedent* Hortatur enim Stiliconem ad perpetuam illam armorum curam tandem remittendam.

14. REMITTE.] Ab intentione Lyræ aut Fidium, quarum remiſſionem flagitat uſus. Vide ſuper hoc verbo ad Quartum Conſulatum Honorij.

16. CONSTITUISSE.] Ex depenſo videlicet. Uti ſummatum virorum res non patiuntur diuturnius otium. Horatius, ad Auguſtum.

in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.

Malè quidam Libri *Inſtituiſſe.*

18. FUNDERE.] Extendere. In Libro Noſter.

qua fuſus Honorius oſtro
Carpebat teneros Maria cum conjuge ſomnos.

Valerius Flaccus, lib. I.

molli juvenes funduntur in alga.

19. OBLITUSQUE SUI.] Perpetuo enim Belligerare & furere in armis Poetarum filijs dicitur Mars, ut hæc ipſa ejus quodammodo ſit Natura. Vide Papinium, lib. VII.

20. PACIFICARE.] Mollire: & ſonis traditas à curis avocantibus bellicis, inſtituere & delectare pacis artibus. Muſicæ in humanos animos vim magnam eſſe, omnis ætas exemplis teſtatur, & confirmant quæ pulcrè notat Hieronymus Magius Miſcellan. lib. IV. cap. XIII. Pluribus diſceptatum illud eſt an vi Muſices ægritudines corporis atque animi compeſci fugariq; poſſint, leniri ve adeo. Sanè dubium non eſt experientiam tale quid docere.

docere. Rationes inquiri difficiles, ſolos eos non fugiſſe arbitror qui penitius conſonantiam divinorum inter ſeſe corporum, cumq; illis mentium humanarum, hisq; porrò corporum ipſorum, ad modulationes, numeros, accentusque & concentus Harmoniæ omnia moderantis nutu ſupremi illius omnium Tēperatoris, intueri & intelligere, animis è terrenarum rerum involucris, & ſordibus opinionum elevatis, potuerunt. Certè Corporis animus Imperator, multum in ejus affecti moleſtias jurisdictionis habet, eumq;, excitatus ipſe, conſpirantium modulorum concentibus, ſeſe ad eos agnoſcere & redire quodammodo in origines ſuas orditur, ultrà iſtam nubem regnorum Fortunæ elevare ſecum membra domicilij ſui tentat, inq; ea transfundere gaudium quod ſentit in ſe produci ſuavi diſparium commodulatione: ſic obliviſcitur ipſe mœrorum dolorumq; ſuorum, ſicq; corpus proinde affectiones molis ſuæ ad tempus non ſentit, dum melodijs occupatur animus, ſanguinemq; intrinſeca & nervos hilaritate perfundit, cœleſtium harmoniarum æmula, ad quarum numeros conditum ipſum, & cōtemperata membra conſenſus eſt Sapientum, & arguit Delectatio omnia commoderantis Suavitatis, quæ cogitando hauriri, & ipſum corpus in exſultationem ſuam rapere poteſt: Ad hanc efferendam cum nulla ſint vocabula ſatis; effectus quoq; ejus par eſt credere non ſubjici rationi, niſi ubi tamdem ſoluta erit Mens vinculis artuum, ut ſuis gaudijs fruendis agnoſcendisq; ſola vacare poſſit, nec per inſtrumenta capere ea cogetur amplius. Hanc pacificationem aurium doctiſſimum vatem hic ſentire dicas, ut Victor nimirum hoſtium Heros relaxet generoſum animum ſibi, Muſicisque cantionibus leniendum præſtet poſt tot exantlatos labores in tuenda Re Romana. Harmoniam benè Sapientes veteres cenſuerunt humanorum affectuum eſſe moderatricem, & componere poſſe Spiritus, contraque etiam turbare, cui rei exempla magis ſunt frequentia Eleganter Dionyſius Longinus cap. XXXIV.

περὶ ὕψους, τοσοῦτον ἐξ ἀνάγκης προσθείημεν ἂν εἰς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν, ὡς οὐ μόνον ἐπὶ πειθοῖς, καὶ ἡδονῆς ἡ ἁρμονία φυσικὸν ἀνθρώποις ἐνέργημα, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐλευθερίας καὶ πάθους θαυμαστὸν, τι ὄργανον, οὐ γὰρ αὐλὸς μόνον ἐντίθησι τινὰ πάθη τοῖς ἀκροωμένοις, καὶ οἷον ἔκφρονας, καὶ κορυβαντιασμοῦ πλήρεις ἀποτελεῖ, καὶ βάσιν ἐνδοὺς τινα ῥυθμοῦ πρὸς ταύτην ἀναγκάζει βαίνειν ῥυθμῷ, καὶ συνεξομοιοῦσθαι τῷ μέλει τὴν ἀκροατὴν, κἂν ἄμουσος ὅλως πανταπάσι, καὶ νὴ Δία, φθόγγοι κιθάρας οὐδὲν ἁπλῶς σημαίνοντες, ταῖς τῶν ἤχων μεταβολαῖς, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους κρούσει καὶ μίξει τῆς συμφωνίας, θαυμαστὸν ἐπάγουσι πολλάκις, ὡς ἐπίστασιν, θέλγητρον, &c.

Hinc tam corporis quam animi mœſtitijs & laboribus Sapientes priſci pro medicina Muſicos concentus adhibebant. Porphyrius, vita Pythagoræ:

κατεκήλει δὲ ῥυθμοῖς καὶ μέλεσι, καὶ ἐπῳδαῖς τὰ ψυχικὰ πάθη, καὶ τὰ σωματικά. Et ſummo mane porrò talia ſibi ſemper inſtrumenta adhibuiſſe Pythagoram memorat. τὰς γοῦν διατριβὰς, καὶ αὐτὸς ἕωθεν μὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐποιεῖτο, ἁρμοζόμενος πρὸς λύραν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ᾄδων παιᾶνας ἀρχαίους τέ τινας τῶν Θάλητος, καὶ ἐπῇδε τῶν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ὅσα καθημερῶν τὴν ψυχὴν ἐδοκίμαζε.

Talis eſt Pythagorica iſta Claudiani pacificatio. Theophraſtus ille melliloquij divini Librum ſcriptum reliquit de divinis furoribus, quo retulit Muſicos concentus plurimis animi corporisque ægritudinibus mederi, eamque doctrinam exemplis confirmavit, unde nonnulla recenſet Apollonius Mirabilium cap. XLXIIX. Additq; Thebis tum quoq; affecta corpora fiſtulæ concentibus curari conſueviſſe. De furore Sauli Regis fidibus ſedato ab Da-

ab Davide exemplum notum de Sacro Codice. Contrà furore cithatæ ſono inaudito perceptum Ericum Regem Daniæ, auctor eſt, Grammaticus ejus gentis Hiſtoriarum, Saxo, lib. XIII. Quam tamen rem Magicis accenſibus adſcripſeris, ut omnis illarum gentiū Hiſtoria id genus antiquis Dœmoniorum præſtigijs ſcatere nota eſt. Dabo verba, ut jucundius procedat, fabula immiſta, commentatio: *Reverſus, inquit, Ericus, cum more Regio domi in propatulo cœnitaret, inter alios quemdam Muſicæ rationis profeſſorem adeſſe contigit. Qui cum multa ſuper artis ſuæ laudibus diſputaſſet, inter cætera quoq; ſonorum modis homines in amentiam furoremq; pertrahi poſſe firmabat. Quin etiam tantas vires fidibus ineſſe dicebat, ut perceptis earum modulationibus, mente conſtituros aſtantes negaret. Cumq;, an ejuſmodi uſu calleret, interrogatus, peritiam fateretur, tum precibus Regis tum etiam minis effectum præſentare compellitur. Qui cum nec vecordia metu nec periculi prædictione Imperantem avertere potuiſſet; ne furori nocendi materia ſuppeteret, primum ade armis vacuefacta, complures extra auditum citharæ in ambitu collocandos curavit, oriente veſania ſtrepitu fores irrumpere, ereptamq; manibus ſuis citharam capiti illidere juſſos, ne ulterior ejus modulatio ſupervenientes quoq; mente captos efficeret. Monuit quoq; præſto adeſſe qui furentium veſaniæ violenter occurrerent, ne limſantes, dementia in rixam verſa, mutuis ſe ipſos viribus interficerent. Obtemperatum conſilio eſt. Igitur armis domo egeſtis, clauſtrorumque cuſtodia obſeratis, fidibus operam dare exorſus, inuſitatæ ſeveritatis Muſam edidit; cujus prima ſpecie præſentes velut mœſtitia ac ſtupore complevit: qui poſt modum ad petulantiorem mentis ſtatum vegetioribus Lyræ ſonis adducti, jocabundis corporum motibus geſtiendo, dolorem plauſu permutare cœperunt: Poſtremò ad rabiem & temeritatem uſq; modis acrioribus incitati, captum amentia ſpiritum clamoribus prodiderunt. Ita animorum habitus modorum varietas inflectebat. Igitur qui in atrio, melodia expertes, conſtiterant, Regem cum admiſſis dementire cognoſcunt, irruptaque æde, furentem complexi, comprehenſum continere nequibant, quippè nimio raptu furoris inſtinctus eorum ſeſe validè complexibus eruebat, Natura ſiquidem ejus vires etiam rabies cumulabat. Victo itaq; colluctantium robore, procurſum nactus, convulſis Regiæ foribus, arreptoq; enſe, quatuor militum, continendi ejus gratia propius accedentium, necem peregit. Ad ultimum pulvinarium mole, quæ undique à ſatellitibus congerebantur, ebrutus, magno cum omnium periculo comprehenditur: ubi verò mente conſtitit, ſaſa primum militia juſta perſolvit, ut autem acrioribus expiationis modis pœnitentiam ederet, redimendæ noxæ gratia religioſæ peregrinationis propoſitum amplexatus eſt.* Habes fabulam admirando verborum ſplendore eo ævo propoſitam quo nec eruditiſſimus quisq; quid vera eruditio aut eloquentia eſſet, noverat. Aliam hiſtoriā Muſicis concentibus curari furoris, vi venenatarum beſtiarum, illati, ipſis tum vulgò notam ante hoc ſeſquiſeclum commentarus eſt Leo Baptiſta Albertus, qui de re Ædificatoria laudatum Angelo Politiano, eruditorum tum principi, opus reliquit, Lib. I. cap. IV. verbis mancis & deturpatis, non ſpernendo labore poſt exceſſum auctoris prodito: *Quid, inquit, hac ætate, apud Apuliam, Dij boni, in Italia, quænam incredibilis veneni vis increbuit. Ex terreſtribus nonnullis araneolis, quorum morſu homines ad varia inſaniæ deliramenta concitantur, atq; in furorem acti reperiuntur? Mirum dictu. Nullus gravis tumor, nullus livor exſtat, qui corpore uſpiam appareat, factus veneficæ beſtiæ ſive morſu, ſive aculeo. Sed principio obrecta * mente languente attonitè, &, in opis afferatur, confeſtim pereunt. Hos Theophraſti medicamentis curant. Qui quidem viperarum morſus tibicine adhibito mederi aſſeverabat. Ergo variis modorum ſonis Muſici ita conſternatos mulcent: cum verò ad ſuum ventum eſt canendi modum, illicò quaſi exciti adjurgunt, & per alacritatem ex Libidine animi rem omni nervorum & virium contentione exſequuntur: & ſic videbis demorſos illos ſaltitando, alios canēdo,*

alios alia exercendo & conando, qua Libido eorum & inſania fert, ad ultimam uſque laſſitudinem, nequicquam intermiſſa opera dies pluſculos deſudare, & nulla alia re convaleſcere, niſi ſatietate concepta inſania. Alia *huc facientia* collegerunt doctiſſimi tum alij ſuperioris ſeculi viri, tum Joannes Bodinus libro IV. de Republica, M. A. Muretus, Variarum libro XIV. cap. VI. Joan. Brodæus Miſcellorum lib. IV. cap. XXXI. &c.

Ad Panegyricum.

V. 1. AUSTER.] Africa. Alibi ſupra *hac nulla forent ſi Panus adhuc incumberet Auſtro.* Gildo contemta Principum ætate, Africam ſibi vindicabat, eximere occaſione ea Imperio Romano volens. Oroſius: *Gildo Africam excerptam è ſocietate Reipublica ſibi uſurpare auſus eſt.* Jornaudes de ſucceſſionibus: *Gildo Africa Comes à Theodoſio dudum ordinatus, ac ſi juvenile regnum, utrumq; deſpiciens, ſibi velle cœpit Africam tenere.* Aliter Zoſimus, ab Eutropio conſceleratiſſimo Eunucho, ne Stilico pœnas exacturus in Orientem veniret, ſubornatum Africæ commovendæ, & Honorio detrahendæ provinciæ Gildonem, ſcribit.

V. 2. SUBJECTAQUE RURSUS ALTERIUS CONVEXA POLI.] Velut jam exemta. At improviſo domitum Gildonem memorat Zoſimum, cui res ipſa majorem fidem promittit. Convexum eſt rotunditas, ſeu camerationis illa cavitas, aut inclinatio, qua deſcendere ad nos Orbis videtur. Sæpè de cœlo uſurpata vox ſcriptoribus, quod quaſi ingruere & imminere nobis inde videtur. Calpurnius Flaccus Declam. II. *Ex altera parte qua convexus & deficiens mundus vicinum mittit Orientem.* Verbis corruptis. Quid enim mittere orientem? Scribe diſertè *vicinum metuit orientem.* Terræ enim orbis videtur pro nobis ibi cœlo vicinior, & metuere propinquum Solem. Maro

> *Arctos Oceani metuentes æquore tingi.*

Quæ viciniſſimæ, & metuunt ideo ſemper. De Convexo PLinius libro II. cap. II. *Mundus oculorum quoque probatione rotundus; quod convexus mediusque, quacunque cernatur, quod accidere in alia non poteſt figura.* Cœlum Poëtis. Juvencus lib. III.

> *Convexum quoties claudit vox humida cœlum.*

Cœlum vergens eidem eam habet ſignificationem de fulmine lib. IV.

> *cerni facilè eſt cunctis Orientis ab oris*
> *Vſque ſub occiduum cœli, vergentis in orbem.*

Hoc eſt undique convexi. Eleganter thalamum vocat Germanicus Cęſar initio Prognoſticorum:

> *Aethereum venit thalamum ſuper, imbribus atrum*
> *Et tonitru, crebraq; abſcondit grandine terras.*

Quos verſus corruptos dicas, & ſcripſiſſe Germanicum.

> *Aethere cum venit thalamum ſuper; imbribus atrum*
> *It tonitru, crebraque abſcendit grandine terras.*

Ut Jovem, ſive ętherem, terram ſupervenientem dicat in concubitum, imitatus nobiliſſimum illud Maronis.

> *At Pater omnipotens fœcundis imbribus æther*
> *Conjugis in læta gremium deſcendit, & omnes*
> *Magnus alit, magno commiſtus corpore fœtus.*

V. 2. RECTORE SUB UNO.] Communem dicit Patrem & Tutorem utriuſque Imperij, Flaviũ Stiliconem, cujus auſpicijs debellatus Gildo, & Honorio Africa Reſtituta. Inſcriptio vetus. FLAVIO STILICHONI. ILLUSTRISSIMO VIRO. SOCERO. HONORII. AUGUSTI. AFRICA. CONSILIIS EJUS ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. SC.

Æmu-

Æmulatus hæc eſt Sidonius, &, more ſuo, acutum dictum adcudit

Reſpublica veſtra
Nunc erit una magis quæ ſic eſt facta duorum

Concordia nimirum profunda ſub unum omnia Rectorem redigente, quamlibet duo ſint Principes. Stilico autem jactabant, & res ipſa teſtatur verum perhibuiſſe, Vtrumque à moriente Theodoſio Orbem commiſſum, Zoſimus, lib. V.

ἐπιτετράφθαι γὰρ παρὰ τοῦ Θεοδοσίου τελευτᾷν μέλλοντος, τὰ καὶ ἄμφω τοὺς βασιλέας ἔχειν ἐν πάσῃ φροντίδι.

3. GEMINI ORBES.] Oriens & Occidens. Sidonius de iiſdem, Eodem Anthemii Panegyrico: *geminas junxit Concordia partes.* Orbes duo, duo Imperia unius Orbis: velut Iovis loco utroque pro ſe principe. Sidonius ad Conſtantinopolim.

Salve ſceptrorum columen, Regina Orientis, Orbis Roma tui

Sic Geminus Mundus apud Corippum, Lib. I.

Gratior ille fuit dominis locus; unde ſolebant
Vndivagum ſpectare fretum, curvaſque carinas,
Omnia vectantes gemini commertia mundi.

4. EUROPAM LIBYÆ.] Reſtituit Africam Honorii partibus hoc Bello Stilico. Et poſtinde adeo res ejus egit, ut plurimum ipſi Orientis vindicare voluerit. Zoſimus Lib. V.

V. 5. CONCORDIA FRATRUM.] Alluſiſſe dicas Picturam Concordiæ, quæ media duorum fratrum pingebatur. Severianus Epiſcopus, Homilia de Nativitate Domini, quæ eſt CXLIX. inter Petri Chryſologi: *Et ſicut frequenter fieri videmus, ubi Regum vel fratrum Tabulæ depinguntur, ut inter utroſque unanimitatis declarentur inſignia, artifex Pictor fœmineo habitu poſt tergum utriuſque Concordiam ſtatuit, quæ brachiis ſuis utrumq; complectens indicet, quod hi qui videntur corporibus ſeparati, ſententiis & voluntate conveniant; ita nunc Pax Domini media aſſiſtens, & utrumque noſtrum gremio palpante connectens, diſcreta corpora in unum convenire animum, almis jungentibus, docet.*

6. PLENA REDIT.] Abſoluta, perfecta. A maturitate rem conſummante. Sic illud dictum & plenis nubilis annis. Petronius: *Ephebus plenæ maturitatis.* Ad plenum, perfecte. Virgilius Georg II. *dulceſque à fontibus uvæ Ad plenum calcentur* AQuila Romanus Rhetor. *Rhetoricos petis longioris moræ ac diligentiæ, quam pro anguſtiis Temporis, quo me profectio urget. Ideoque poſteà plenum hoc tibi munus reddemus, in præſenti autem, &c. Id eſt conſummatum, perfectum.* Julianus Pomerius: Præf. Contrà Judæos: *Vnde nequaquam expedit unum ex iis egere, & alterum præterire, ne plenam ſoliditatem doctrinæ, non hauriat, quem trium lectio librorum anguſtat.* Alanus AntiClaud. lib. V.

Ebrietas naſcens ex tali nectare, plena
Sobrietate viget.

Idem lib. Eodem.

Gaudia plena vigent nullo reverſa dolore.

Claudianus III. Stilicon.

majeſtas augeſcit plena Quirini.

Phæbadius de Deo. *Nihil in ſemetipſam recipiet æterna Beatitudo ejus, niſi proprium, non autem proprium Dei, niſi plenum atque perfectum* Eligius, Homil. II. *Dominus Ieſus, plenus & perfectus Deus, plenum & perfectum hominem ex matre ſine patre ſuſcipiens.* Fauſtus prologo de Libero Arbitrio: *Vt hic teneat plene jure dominatum, ille tota reddat ſubjectione ſervitium.* Fulgentius Serm. de verbis Michææ: *quibus utique verbis Apoſtolus, plenam nobis benevolentiam commendavit.* Walfridus Strabus Mammete, cap. XIII. *cœlo vox miſſa cucurrit Confortare, prope eſt Victoria, plena corona.*

5. PATRIIS QUOD SOLUM DEFUIT ARMIS TERTIUS OCCUBUIT.]

Plenæ Securitati Theodoſiani ſeculi abfuit nondum domuiſſe Gildonem. Facit omnia ut diſcrimen in Laudem Victoris amplificet. Sic I. Laudum Gildonem ſummis hoſtibus æquat. Quomodo omnes Chriſtiani ſcriptores, ſolo rem elevante Zoſimo. Promtum ſtrenuumque virum fuiſſe diſcas ex Ammiano. Diſcrimen ſanè ſummum famis Romæ intulit, ut ſæpius noſter. Symmachus lib. II. Epiſt. II. lib. IV. Epiſt. IV. Et alibi.

6. NATI VIRTUTE.] Non ſolis auſpicijs, dicere vult. De Eodem ineunte Quarto Conſulatum, quo geſta hæc ſunt.

patriis olim fueras ſucceſſibus auctor
Nunc eris ipſe tuis.

V. 7. HORRET ADHUC ANIMUS. Poeticum πάθ☉. ut in incredibili eoque ſubito gaudio animus humanus percelli ſolet. Sic videmus uſuque experimur tam inſperatis gaudijs, quam ſub tis mœrorum cauſſis attonari homines, interdum penitus etiam interire. Latinus Pacatus, Panegyrico: *Animos noſtros, ſubitis affectibus impares perinde lætitias ac dolor, ſi deprehendat, externat. An non illa Romana, Pietatis notiſſima mater, nuntio mali Cannenſis exterrita, filio reduce; quam deflebat, diriguit in mortem.* Vnum ex ita mortuis Chilonem memorat Diogenes Laertius. Illuſtre exemplum narrant Italorum Hiſtoriæ in Ludovici Diedi filio Victore, qui è carcere Turcico redux inter amplexus XVI. fratrum & ſeptem Sororum excipientium ex inſperato reverſum exſpiraſſe memoratur. Anno Chriſtiano M. CDLXXX Cauſſam comminiſci ſatagit Alexander Aphrodiſæus Problem. XXI. Pacati locum legendum arbitramur ut adſcripſimus.

8. MANIFESTAQUE GAUDIA DIFFERT DUM STUPET,] Licet ſit clara res, tamen laborat animus in fide, gaudiumq; differt, dum ſtupor ejus locum ſubit, fieri videlicet vix potuiſſe, quæ facta ſunt. Chryſologus, Sermone LXXXI. *Votiva gaudia, & cum data fuerint, vi creduntur: Optata, cum perveniant, dant ſtuporem. Hinc eſt quod Apoſtoli Reſurrectionē Chriſti celeriorem, quam ſperaverant, admirantur, Diſcipulos, ad iſta tardos, ſtupidos ad tanta; non perfidia timor, ſed cauſſa præſtitit magnitudo, viſa non videre, neſcire ſcita, credita non credere; non incredulitas facit, ſed miraculum ſingulare.* Quibus ipſis etiam verbis obſcura depravatio ineſt. Scribendum enim: *Optata cum præveniant.* Hoc eſt, cum prius ſpe veniant. Hoc enim eſt quod ait celeriorem ipſo voto eveniſſe Reſurrectionem Chriſti diſcipulis. In vulgato nec vola nec veſtigium boni ſenſus comparet. Noſter Scriptus, *manifeſtaque gaudia defunt Dum ſtupet* Non ineptè Nec tamen mutamus quicquam. Is Codex multa ſingularia habet hoc Panegyrico, quæ notabimus, ut curioſis ſatisfiat.

9. CINYPHIAS.] Africanas. Servius Georgico III. Lucanus de noxioſiſſimo Africæ univerſæ ſerpente. Lib IX. *Cinyfias inter peſtes tibi palma nocendi eſt.*

10. NULLIS VICTORIA NODIS HÆSIT.] Virgilium imitatur.

Hectoris Aeneæque manu Victoria Grajum
Hæſit, & in decimum veſtigia retulit Annum.

Non abludit illud Abronii Silonis apud Senecam Patrem, Suaſoria III. *belli mora concidit Hector.* Egeſippus lib. II. cap. XIIX. de Simone: *Plurimos ex populo adventitio Iudæorum incurſu peremit, ac, ſi fortè conſpirati adeſſent, ſolus ſuſtentare aciem, & conglobatos ſolitus avertere, totius erat nodus ac belli mora, & plerumque, deſperatis rebus, converſio.* Otbertus Vita Henrici Quarti: *Cum autem intraſſet Alſatiam ibi fortuna ejus aliquantulum haſit, ibi pugnam, tam infelici eventu, quam imprudenti geſſit inceptu.*

11. NON SPATIO TERRÆ.] Poterat enim in immenſa ſpatia Africæ retrocedere Gildo, & bellum in multum tempus ducere, qua in re cavenda Stiliconis Prudentiam commendat noſter lib. I. Laudum, à verſu CCCXXX. Paucis etiam ex inopinato oppreſſum

preſſum Tyrannum ibidem memorat, confirmante Zoſimo:

ἀδελφὸν γὰρ, inquit, ἔχων ὁ Γιάδων, ᾧ Μασκέλδηλος ἦν ὄνομα, καὶ τούτῳ διὰ βαρβαρικὴν μανίαν ἐπιβουλεύσας, ἠνάγκασεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ὡς Στελίχωνα πλεῦσαι, καὶ ὅσα παρὰ ἀδελφοῦ πέπονθεν, ἐξειπεῖν, ὁ δὲ δυνάμεις ἀδρὰς αὐτῷ παραδοὺς, καὶ πλοῖα χορηγήσας ἀρκοῦντα, πολεμήσοντα τῷ Γιάδωνι παραπέμπει. οὗτος ἀναστὰς ἔνθα διατρίβοντα τὸν ἀδελφὸν ἠκηκόει, καὶ ἀπαρασκεύῳ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐπιπεσὼν μάχης καρτερᾶς γενομένης, τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε Γιάδωνα τὸν βίον ἀπολιπεῖν ἀπαγξάμενον, τοῦτο γὰρ εἵλετο μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι.

11. OBJICE PONTI.] Obſtaculo objecto. *Obices ſunt* peſſuli, quibus januæ & clauſtra firmantur. Germanicus Arato.

Qualis ferratos obicis clavicula dentes
Succutit, & foribus preducit vincula clauſtri.

Hoc eſt non aliter atque una eademque clavicula oſtia valvaſque & claudit & recludit. Vulgo non intelliguntur ſatis hi verſus. Sic obicis vocem capiunt infiniti ſcriptores, cui cum littera adjicitur, fit id verſus gratia; nil vero demitur cum uno i ſcribitur, ut autumare video etiam doctiſſimos homines. Virgilius: *Intus ſe vaſti Proteus tegit objice ſaxi.* Papinius, Thebaid. III. *Cum vagus in campos fruſtrà prohibentibus exit Obyicibus.* Valerius Flaccus, lib. I *fremit obiјce ponti clauſa cohors.* Lucanus, Lib. X. *adverſique Obiice ponti Aeſtuat in campos.* Prudentius Cathem. *Obiice retrorſum pulſo Porta reddit mortuos.* Petrus Chryſologus, Serm. LXV *dura mortis ianua durior duriſſimo Lapide claudebatur; ſed plorans quid proficit ad ſepulcrum, quando ſic duros & congeſtos obices non penetrat vox plorantis?* Julianus Pomerius Prologo contrà Judæos: *quia igitur Iudæorum infeſta malitia de annorum diverſitate objicit quæſtionem, nos è contrario de generationum evolutione obicem præparamus.* Juvencus lib. IV. *Ales uti molli ſolita eſt ſub corpore pullos Obiice pennarum circumcomplexa, fovere.* Etiam Barbarioie ævo, Maximianus, *Non ſecus inſtantem cupiens arcere ruinam Diverſis contrà nititur Obiicibus.* Hericus Altiſſiodorenſis Allocutione Librorum: *Tanti nominis obiicem proterva Vix auſint ſpreviſſe falanges.*

12. CONGRESSUM, PROFUGUM, CAPTVM, VOX NVNCIAT VNA.] Elegantiſſima rei celeriter geſtæ narratio repræſentatioq; verborum curſu & feſtinatione. Originem debet dicto Cæſaris de debellato Pharnace Romam ſcribentis. VENI. VIDI. VICI. Appianus Εμφυλ. II. Dio Caſſius. XLII. Similis verſus Ioſephi Devonii, libro V. *paucis in bella ſecutis Acceſſit, vicit, redijt.* Pariter Optatus Afer libro I. *Intrà momenti ſpatium ad transglutiendum predictos terra patuit, rapuit: clauſa eſt.* Otbertus, Vita Henrici IV. Dignus melioribus ſcriptor adſcribi. *Qua utraque iniuria graviſſima rex commotus exercitum contra gentem Saxonum duxit, conflixit, vicit.* Perpulcrè Polyænus de Athenienſibus ſuaſu Themiſtoclis ex Oraculo naves ingreſſis.

Θεμιστοκλῆς δὲ εἰς τὰς τριήρεις ἐμβαίνειν, ὡς ταύτας οὔσας τὸ ξυλινόν τεῖχος τῶν ἀθηναίων. Ἐπείσθησαν, ἐπέβησαν, ἐναυμάχησαν, ἐνίκησαν.

Quod perperam ignavo verborum ambitu interpres diduxit. Ita Iulianus Apoſtata Chriſtianis Epiſcopis ei librum contrà gentilitatem ſcriptum mittentibus reſpondit, ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων. Cui ipſi reſcripſerunt, ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως, Auctore Sozomeno. Alluſit Cæſaris dictum pariter Silius Italicus, Libro XIV. Spiritu Poetic o tamen non ſecuto.

Hæc laus ſola datur, ſi viſo vincitur hoſte.

Sidonius, Panegyrico Anthemij

Hanc tu directus per Dacica rura vagantem,

Contra

Contra is, aggrederis, ſuperas, includis.

Polybius, lib. IV. τοῖς δὲ περιοπτευομένοις πᾶσι παράδοξον ἐφάνη τὸ γεγονός. Florus, lib. IV. *More fluminis, quod uno eodemq; momento venit, percuſſit, abſceſſit.* Par aliquid & penes Rutilium Numatianum.

13. RUMOREMQUE SUI PRÆVENIT LAUREA BELLI.] Victoria penè antè bellum nuntiata eſt. Non opus de litteris laureatis argutari cum Delrio. Laurea ſimpliciter victoriam, felicem Belli exitum, notat. Ait ergo prius victoriæ quam Belli nuntium ſparſum. Similia apud Cæſarem Commentatijs, Herodianum, lib. V. Scriptores Rerum Geſtarum Alexandri Magni, Arrianum, Diodorum, Curtium. Juſtinum, Lucanum, Ammianum, lib. XXIX. de Theodoſio Majore: *Proinde ab Arelato, ſecundis egreſſus auſpiciis, emeatoque mari, cum claſſe, quam ductabat, nullo de ſe rumore prægreſſo, defertur ad Sitifenſis Mauritianæ littus.* Unde apparet maximum hoc in conficiendis periculoſis bellis momentum fuiſſe habitum, & teipſa maximas res confeciſſe. Sic de Theodoſio noſter, Quarto Conſulatu Honor.

Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit
Prævento rumore, vias: inopinus utrumque
Perculit, & clauſos montes, ut plana, reliquit.

Exemplū Pulcrum apud Aemilium Probum ex Cor. Nep. initio Daramis. De Scythis Niceforus Gregoras libro Secundo. De Litteris Laureatis alia res eſt. Litteræ autem illæ Imperatoriæ ita ſtationibus nuntiorum collocatis ferebantur, ut omnem famam pariter antecipetent, qua ex re aligeræ vocantur ab Ariſtide, in Encomio Romæ: de Imperatore Romano.

ὥστε οὐδὲν δεῖ φθείρεσθαι περιιόντα τὴν ἀρχὴν ἅπασαν, οὐδὲ ἄλλοτε ἐν ἄλλοις γιγνόμενον τὸ καθ᾽ ἕκαστον βεβαιοῦσθαι, ὁπότε σφισι τὴν γῆν πατοῖεν, ἀλλ᾽ εὐμάρεια πολλὴ καθημένῳ πᾶσαν ἄγειν τὴν οἰκουμένην δι᾽ ἐπιστολῶν. αἱ δὲ μικροῦ φθάνουσι γραφεῖσαι, καὶ πάρεισιν ὥσπερ ὑπὸ πτηνῶν φερόμεναι.

Eas in victorijs nuntiandis laureatas fuiſſe, clarum ex Scholiaſte Juvenalis; ignobilibus pinnis deturpatas, ſi triſtia nuntiarent. Ait Poeta. Sat. IV. *tamquam è diverſis partibus orbis Anxia præcipiti veniſſet Epiſtola pinna.* Commentator. *Antea ſi quid nuntiabant Conſules in urbem* (ita lege) *per Epiſtolas nuntiabant: Si Victoria nuntiabantur*, Laurus in Epiſtolis figebatur, ſin autem aliquid adverſi pinna figebatur. Ammianus fine lib. XVI de Conſtantio: *Magniloquentia elatus adulatorum, ſi, verbi gratia, eo agente tum in Italia, dux quidam egiſſet fortiter contrà Perſas, nulla ejus mentione per textum longiſſimum facta, laureatas ad provinciarum ſigna mittebat, ſe inter primores verſatum, cum odioſa ſui iactatione, ſignificans.* Appianus, Mithradatico:

τὰ γράμματα δάφνῃ περιβαλὼν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπὶ νίκαις.

Laureata autem & alia Imperatorum, ut faſces, *Tabula*, apud Lampridium Alexandro. Quæ & ipſæ tales intelligi litteræ poſſunt. Quę de triumpho non merito hoc bello Claverius profert, melius latuiſſent, puto: adulatoria enim omnia, nec meriti ratio ad antiquos mores hoc genere honorum; & nec exigui momenti fuerit ad ſtabiliendum Honorio Imperium hæc victoria, ut pote totis XII. Annis vexata provincia capitali per eam recuperata, ut noſter perſpicue docet hoc libro, robuſtam veteremque dementiam ideo vocans. Capitalem provinciam merito dixi, cum ex ea pependerit Salus Romæ, ut ſequentia ab Genſerico occupatæ tempora perſpicuè indicant.

14. QUO DEO.] Ut ἀπὸ μηχανῆς, quaſi impatrabilia humanis opibus. Ingreditur Poeticam de Theodoſio & Honorio fictionem, cui divinitus indultam, per patrem jam cœlitem, victoriam narraturus eſt. Dij alioquin fortunam denotant. Horatius

ratius ad Navim: *non tibi ſunt integra Lintea Non dii, quos iterum preſſa voces malo.* Noſter II. Rufin. Liber inſcitè *Quo precor hac effecta loco.*

15. DEMENTIA.] Stultitia. Velut contra Deum pugnaturi. Nam de Dijs non dignas opiniones ſtultitiam & inſaniam vocabant. Horatius ad meliora ab Epicuri doctrina redux *Parcus Deorum Cultor, & infrequens Inſanientis dum Sapientiæ Conſultus erro: nunc retrorſum Vela dare cogor.* Sic Idololatriæ contrarium Iudaiſmum, unde Orta Chriſti Veritas, radicem ſtultitiæ dicit, canis Satanæ, Rutilius Numatianus. Sic de Salmonee Virgilius: lib. VI.

> *Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen,*
> *Aere, & cornipedum curſu ſimularat equorum.*

Sic *Demens* Claudiano *Gildo* qui Honorium oppugnare auſus ſit. Sic in os coram Theodoſium Deum dicit Latinus Pacatus Panegyrico: *Fidem conſtare neſcimus auditu Deum dedit Hiſpania, quem videmus.* Qua ſanè ſententia magis impia non poterat Rhetor ille proferre. Auſonius ad Gratianum.

> *Scribere me Auguſtus iubet & mea carmina poſcit.*
> *Certus iuſſa capeſſe Dei.*

16. INDUXIT HIEMS.] Scriptus noſter *induxit* Quam lectionem habent etiam exemplaria quatuor Belgica. Acutior lectio eſt vulgata. Nec tamen mutem.

16. PERCULIT.] Velut fulmine quopiam ſuperno. Non intellexerunt qui *perdidit* ſubſtitutum voluerunt, inter quos fuit Michaelis Bentini Codex.

17. EXITIUM JAM ROMA TIMENS.] Noſtræ membranæ elegantius Exitij jam Vide Notas ad priorem in Rufinum, v. CCCLXXVII. Romam pro numine tum cultam dicato intra urbem alibique favo, notius quam quod doceri debeat.

18. NEGATIS FRUGIBUS.] Quas adeo intercluſerat Gildo, inq; Africa frumentarias Populi Romani naves retinuerat, ut ipſo jam devicto moram omnem tolle dam ſcribat Symmachus, ne plebs, inopia efferata in ſeditionem erumpat. lib. IV. Epiſt. IV. Mentio & querela apud noſtrum infinitis ferè locis.

18. EXITIVM ROMA TIMENS.] Sunt enim, non ſecus atque animantibus, etiam urbibus ſua fata, ut Georgius Pachymerius ait lib. II. Hiſtoriar. At noſtro quomodo exitium metuit ea Vrbs, quàm æternum numinis loco toties celebrat? Notavi ſupra non defuiſſe inter Sapientes Romanos qui imperium, etiam tam alte evectum ſenſerint, prædixerintque occaſurum. Sic Salluſtius, cordatus cumprimis ſcriptor, qui florentiſſima Republica, imperioque C. Cæſaris armis ex magno maximo effecto, ad eum ita ſcribit: *Ego ſic exiſtimo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempeſtate Vrbi Romanæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conſerturos.* Eas Epiſtolas cum utrum Salluſtio tribuere debeat Ludov. Carrio dubitat, facit ut nobis non concludere potuiſſe videarur, cujus tamdem auctoris eſſent Catilina ille & Iugurtha, Salluſtiano titulo vulgati. Minor non fuit Prudentia Feliciſſimi Heroum Romanorum Scipionis Africani, qui flagrante Carthagine patriæ in hoſtili urbe deflevit excidium, tanto antè tempore prævisum. Auctoribus Polybio & Appiano Quanta vero miſeria ſit Civitatis facie oppreſſæ, & liberarionem in dies ſperantis, deſcriptum eſt Declamatione XII. Earum quæ Quintiliano accudi ſolent; propter cius celebrantur Ennodio, ut alibi dictum.

18. RAPIDI OLYMPI.] Quia ſemper in rapido motu. Eſt Olympus de cætero apud Cœlum peculiaris quædam Aula ſive Deorum habitatio, cui Poetæ, ut ornatiori cætero cœlo, id ſigillatim nomen adſcripſerunt. Notamus alibi ex Iuliani Cæſaribus. Θύων ὁ Ῥωμύλος τὰ Κρόνια, πάντας ἐκάλει τοὺς θεούς; καὶ δὴ καὶ αὐτοὺς τοὺς Καίσαρας, κλῖναι δὲ ἐτύγχανον παρεσκευασμέ-

ναι, τοῖς μὲν θεοῖς ἄνω, καὶ αὐτὸ φασὶν, οὐρανοῦ τὸ μετέωρον. Οὔλυμπον θ' ὅτι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ λέγεται γὰρ μεθ' ἡρακλέα παρελθεῖν ἐκεῖσε καὶ ὁ Κυρῖνος. τοῖς μὲν οὖν θεοῖς ἐκεῖσε παρασκεύασθαι τὸ συμπόσιον.

19. MON SOLITO VULTU.] Tres Belgæ Libri *non ſolito viſu* Noſter.

Non ſolito vultu, non qualis iura Britannis,

Quæ lectio pluſculum habet majeſtatis.

19. BRITANNIS.] Inſtar hos dicit bellicoſiſſimi, remotiſſimi, ferociſſimi populi. Sic Rutilius in Laudibus ejuſdem Romæ, lib.I.

Conſcius Oceanus virtutum, conſcia Thule,
Et quæcunque ferox regna Britannus habet.

Vide nos eo loco ex non paucis Scriptoribus.

20. INDOS.] Horum debellationem ſummam Romanæ virtutis faciunt. Virgilius Georg.II.

& te, maxime Cæſar,
Qui nunc extremis Aſiæ iam victor in oris
Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.

Horatius, lib.IV. Od.III. Te *Cantaber, non ante domabilis, Moduſque, & Indus, te profugus Scythes Miratur* Idem lib.I. Od.XII *Ille ſeu Parthos, Latio imminentes, Egerit iuſto domitos triumpho ſive ſubiectos Orientis oris Seras & Indos.* Propertius, lib.III. Eleg.III. Ad Amplitudinem Imperij Reſpicit Claudianus, ut fine III. Conſul. Hon. & alibi.

21. VOX TENVIS.[Deſcriptio hominis fame confecti, in Dea illa, Claudiano ipſique non admodum honorifica. Cui componas famem ex Octava Metamorphoſi.

Quæſitamque Famem lapidoſo vidit in agro,
Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, cava lumina pallor in ore,
Labra incana ſitu, ſcabri rubigine dentes.
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent,
Oſſa ſub incurvis exſtabant arida lumbis,
Ventris erat pro ventre locus; pendere putares
Pectus, & à ſpina tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, geniumq; tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

Morbida autem hoc genus numina, non inſolentes faciunt ſcriptores. Vt Africam in ægritudine fuiſſe, à Theodoſio Seniore, medico experientiſſimo, curatam, ſcribit Symmachus Libro Decimo, Epiſtola Prima.

24. LAXATA CASSIDE.] De creſcentibus enim membris laxiores fiunt habitus. Bene Libri cæteri qui tuentur hanc lectionem, malè tres Belgici qui *laſſata* malunt.

25. CANICIEM.] Talis jam eo tempore fingebatur, ſenio ipſo portendente ruinam. Sic in Relatione Symmachi eadem Roma annos ſuos venerabiles, & longævitatem producit, movendis ad tuitionem Idolorum Imperatoribus, & Chriſtiana recepta religione de eadem ſcribit Prudentius, ejuſdem etiam ipſius verbis.

O clari ſalvete Duces, generoſa propago,
Principis invicti, ſub quo ſenium omne renaſcens
Depoſui, vidiq; meam flaveſcere rurſum
Canitiem: nam cum mortalia cuncta vetuſtas
Imminuat; mihi longa dies aliud parit ævum.

26. TRAHIT.] Velut onus moleſtum, non tutricem. Sidonius de eadem Roma, malè pariter affecta, Panegyrico Aviti.

procul erecta cœli de parte trahebas
Pigros Roma, gradus: curvato cornua collo
Ora ferens: pendēt crines de vertice, tecti
Pulvere,

Pulvere, non galea. Clypeuſque impingitur agris
Greſſibus, & pondus non terror, fertur in haſta.

27. TALES ORDITUR.] Omnes: Bentiani, Delriani, Belgæ, Cameriiſq; Libri TALESQVE hoc loco reducunt. Contra Cujaciani, Noſter, Aldini. Mihi illa ſcriptio magis Poetica videtur, licet non viſum Scaligero eam amplecti.

28. MANSVRIS.] Alludit Promiſſionem Romanis datam à Iove apud Maronem, Venerem alloquente. Aeneide I.

Romulus excipiet gentem, & Mavortia ponet
Mœnia; Romanoſq; ſuo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi.

Qua in re errorem erravit non excuſabilem Sulpitia Poetria, quæ Satira ſuper expulſis Domitiano Philoſophis, uxori hæc pollicentem Iovem introduxit, & ipſa in iiſdem verbis æternitatem ponens Romani Imperij.

Romana manus, contendere poſtquam
Deſtitit, & pacē longū frænavit habenis.
Ipſa domi Leges & Graia, inventa retractans
Omnia bellorum, terra quæſita marique
Præmia, conſilio & molli ratione regebat.
Stabat in his; nec enim poterat conſtare ſine illis:
Aut fruſtra uxori mendaxque Dieſpiter olim
Imperium ſine fine dedi, dixiſſe probatur.

Niſi vetus eſt illitere mendum, & ſcripſiſſe Poetriam *Aut fruſtrà Veneri* Cythereā enim bellam illam ſuam gnatam alloquitur illic Iuppiter. Sunt & alia tamen ea Satira muliebrem incurioſitatem præferentia; non viſa interpretibus.

NASCI.] Non aliter quam ipſos homines urbes & Imperia autumabat Antiquitas. Vtque illis animæ accedunt naſcentibus, ſic Vrbibus Imperiiſque Genios adſcribebant Symmachus Relatione: *Varios cuſtodes Vrbibus cunctis mens divina diſtribuit. Vt animæ naſcentibus, ita populis fatales Genij dividuntur.* Quæ adeo doctè eleganterque irrider Prudentius, ut contendere auſim nihil eruditius illud ſeculum tuliſſe. Et eſt ille ſcriptor longè luculentior quam quiſquam interpretum viderit, qui penitam illam doctrinam mira concinnitate Veritatis Rebus miſtam non attigerunt.

29. AVGVRIIS.] Romulo data & firmata & firmata tot Idololatriæ oſtentis innuit. Ennij verſus alluditur à Varrone libro III. de Re Ruſtica, Suetonio in Auguſto, prolatus.

Auguſto Augurio poſtquam incluta condita Roma eſt.

De horum pretio pulcrè in altero Divinationis Cicero, & Minutius Felix Octavio.

29. STANT.] Firmam auctoritatem habent. Horatius. cadat an recto ſtet fabula talo.

29. IMMOTA SIBYLLÆ CARMINA.] Vide Lactantium, Ciceronem. II. Divinat. Poeticè Romanèque loquitur Claudianus, non ex uſu temporum: cum patronus ipſi ſummus Stilico Sibyllina carmina combuſſerit, grandi convitio traductus Rutilio Numatiano. In Sibyllarum autem ſeitis firmenta habebantur Rei Romanæ, ratis ea infallibilia ſuperſtitioſis ſenibus. Claudianus de Roma lib. III. de Laud. Stil.

Hac auguriis firmata Sibylla
Hac ſacris animata Numa

Quæ nunquam fruſtrata Romulam gentem canit Tibullus lib. II, ad Apollinem.

Te Duce Romanos numquam fruſtrata Sibylla eſt,
Abdita quæ ſenis fata canit pedibus.

Vnde fata ipſa eum ijs cremaſſe Stiliconem nugatur Rutilius.

Antè Sibyllinæ fata cremavit opis.

Prædictum ab his jam indeà Priami Temporibus Romanum Imperium auctor eſt Propertius lib IV. Eleg. I.

Si modo Avernalis tremulæ cortina Sibyllæ

Dixit Aventino rura pianda Remo,
Aut ſi Pergamea ſerò rata carmina Vatis
Longævum ad Priami vera fuere caput.

Quod ſanè fieri optimè potuit per temporum Rationem. Sibylla enim ipſo Orpheo, prior fuit, Orpheus autem Priamo vetuſtior, ſiquidem cum Hercule vixit, ut probat Tatianus contra Græcos. Clemens Alexandrinus ipſam Phœbi ſororem fuiſſe ex ipſiusmet verbis, tradito adjectis, probat. lib. I. Stromat.

καὶ θεῶν ἀρχῆς τῶν πλείστων παρ' Ἕλλησιν ὁ Μωυσῆς ἡμῖν πρεσβύτερος ἀποδέδεικται, καὶ οὔτι γε μόνος οὗτος, ἀλλὰ καὶ ἡ Σίβυλλα Ὀρφέως παλαιοτέρα, λέγεται γὰρ καὶ περὶ τῆς ἐπωνυμίας αὐτῆς, καὶ περὶ τῶν χρησμῶν τῶν κατὰ πεφημισμένων, ἐκείνης εἶναι λόγων πλείους, Φρυγίαν οὖσαν κεκλῆσθαι Ἄρτεμιν, καὶ ταύτην παραγενομένην εἰς Δελφοὺς ᾆσαι. ὦ Δελφοὶ θεράποντες ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Ἦλθον ἐγὼ χρήσουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Αὐτοκασιγνήτῳ κεχολωμένη Ἀπόλλωνι.

Vbi aliam recenſet Romæ habitaſſe in Carmentali ante Conditam urbem; Evandri matrem. Sibyllæ illius vetuſtiſſimæ vaticinia toto orbe ſuo tempore exſtitiſſe; & præcipuè hoc argumentum tractaſſe, ut vanitas Idolorũ ex ejus poſſet litteris apprehendi, docet Iuſtinus Martyr fine Parænetici contrà Græcos.

εἰ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μὴ προτιμοτέραν ἡγεῖσθε, τῶν ὑμῶν αὐτῶν σωτηρίας τὴν ἐπὶ τῶν μὴ ὄντων θεῶν ψευδῆ φαντασίαν, πείσθητε, ὥσπερ ἔφην, τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ σφόδρα παλαιᾷ Σιβύλλῃ, ἧς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει, περὶ μὲν τῶν λεγομένων θεῶν, ὡς μὴ ὄντων, ἀπό τινος δυνατοῦς ἐπιπνοίας διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσῃ, περὶ δὲ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μελλούσης ἔσεσθαι παρουσίας καὶ περὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι μελλόντων, σαφῶς καὶ φανερῶς προαναφωνούσῃ.

Vnde conſtat & verarum Sibyllarum eoſdem fuiſſe, nec tamen eos qui Romæ magna cura adſervabantur, & non niſi per X. viros ſanctos delectos inſpiciebantur, quo animadverſo magni errores etiam doctorum hominum, ex hac confuſione oriundi, tolluntur. Quis enim Fidem abnegabit Iuſtino Clementi, Origeni, & centum alijs, Sibyllarum cantus toto orbe tum ſparſos, genuinos agnoſcentibus? Quis autem inficiabitur & illos ſumma diligentia cuſtoditos, nec in vulgus de ſpecu Romano prolatos, cum Reipublicæ quædam ſalus in eorum ſecreta aſſervatione, verſaretur. Antiquitus quidem interdictum fuiſſe, & tantum non capital, hoc libros inſpicere, qui ſuo tempore jam omnibus legantur aſtutiæ Dæmonum adſcribit idem Iuſtinus, ne fallaciæ eorum manifeſtarentur ſcilicet. Apologia II. Pro Chriſtianis:

καὶ ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων, θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν, ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι. Parum enim omninò à Propheticis ſcriptis diſtabant Sybillina, præcipuè filiæ Beroſi, Hiſtorici Chaldæorum, quam, in Italiam poſt venientem, Cumanam perhibuerunt. Idem Iuſtinus, Parænetico ad Græcos.

ἔστι δὲ ὑμῖν ῥᾳδίως τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν ἐκ μέρους παρὰ τῆς παλαιᾶς Σιβύλλης

ἐκ τ

ἐκ τίνος δυνατῆς ἐπιπνοίας διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης μανθάνειν ταῦθ᾽ ἅπερ ἐγγύς εἶναι δοκεῖ τῆς τῶν προφητῶν διδασκαλίας, ταύτην δὲ ἐκ Βαβυλῶνος ὁρμᾶσθαί φασι. Βηρώσσου τοῦ τὴν χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα οὖσαν, εἰς δὲ τὰ μέρη τῆς Καμπανίας, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, διαβᾶσαν, &c.

Vbi addit ſe mirificum ejus apud Bajas templum uno ſaxo factum, & ſolia vidiſſe, quibus laverit. Erant in veteri Eccleſia ab æſtimatione forte nimia horum ſcitorum, qui hæreſin facerent Sibylliſtarum, velut æquo preſſius adhærentium, his traditis. Origenes Celſum Epicuræum in hos convitijs invectum, totius Eccleſiæ vituperio notat, libro V. Contra eum.

Τί τοῦτο φέρει ἔγκλημα τοῖς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας οὓς ἀπὸ τοῦ πλήθους ὠνόμασεν ὁ Αέλσος, εἰπεῖν δέ τινας εἶναι καὶ Σιβυλλιστὰς, τάχα παρακούσας τινῶν ἐγκαλούντων τοῖς οἰομένοις προφῆτιν γεγονέναι τὴν Σίβυλλαν, καὶ Σιβυλλιστὰς τοὺς τοιούτους καλεσάντων.

Qui Libri Romæ ſervabantur adeo ſtrictè cuſtoditos legimus, ut cum, vetuſtate exoleti, deſcribendi eſſent, ſua manu id facere ſint coacti Pontifices, ne quis extra eos inſpiceeeret. Dio Caſſius, libro LIV. in Auguſto.

καὶ τὰ ἔπη τὰ Σιβύλλινα ἐξίτηλα ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγονότα, τοὺς ἱερέας αὐτοχειρίᾳ ἐκγράψασθαι ἐκέλευσεν, ἵνα μηδεὶς ἕτερος αὐτὰ ἀναλέξηται.

Diſtinctionem eorum fecit Tiberius, cum non placens reſponſum indidem accepiſſet. Idem Dio, lib. LVIII.

ὁ οὖν Τιβέριος ταῦτά τε τὰ ἔπη, ὡς καὶ ψευδῆ ὄντα διέβαλε, καὶ τὰ βιβλία πάντα, τὰ μαντείαν τινὰ ἔχοντα, ἐπεσκέψατο, καὶ τὰ μὲν, ὡς οὐδενὸς ἄξια, ἀπέκρινε, τὰ δὲ ἐνέκρινε.

Sed eum de vulgò circumlatis eo loci loqui exiſtimo, non arcanis illis, qualium copia ſemper circumvoſitavit, hiante vulgò ad vaticinia vel minimam etiam ſpeciem veri præferentia. Cæterum primam omnium mulierum fatidicarum fuiſſe Sibyllam, Jovis & Lamiæ filiam, eo nomine à Libybus primum appellatam, Herophilen verò vocabulo, auctor eſt Pauſanias, lib. X. ea ipſa longè antiquiorem etiam, quæ ſe Dianam ſuis Oraculis appellaverit, ſororem etiam, filiam, & conjugem Apollinis. Idem diligentiſſimus ſcriptor eodem Commentario Sabbam etiam Hebræis nomine Sibyllam fuiſſe, eandem quæ filia Beroſi fuerit, ut nec Dei populum fatidicis talibus mulieribus caruiſſe ſciatur.

ἐπιγράφη δὲ καὶ ὕστερον τῆς Δημοῦς παρὰ Βεροίοις, τοῖς ὑπὲρ τῆς παλαιστίνης, γονὴ χρησμολόγος, ὄνομα δὲ αὐτῇ, Σάββη. Βηρώσσου δὲ εἶναι πατρὸς, καὶ Ἐρυμάνθης μητρὸς φησὶ Σαββῆν, οἱ δὲ αὐτὴν Βαβυλωνίαν, ἕτεροι δὲ Σίβυλλαν καλοῦσιν Αἰγυπτίαν.

Mirifica verò fingebant Idololatræ ad auctoritatem Sibyllis ſuis conficiendam, inter quæ hoc etiam, in Lunæ ſpeculo eam circumagi, pronuntiantem vaticinia mortalibus. PLutarchus Libro de Sera Numinis vindicta.

ἔλεγε δὲ ὁ Δαίμων τὴν φωνὴν εἶναι Σιβύλλης, ᾄδειν γὰρ αὐτὴν περὶ τῶν μελλόντων, ἐν τῷ προσώπῳ τῆς Σελήνης περιφερομένην. Βουλόμενος οὖν ἀκροᾶσθαι πλείονα τῇ ῥύμῃ τῆς Σελήνης εἰς τοὐναντίον, ὥσπερ ἐν ταῖς δίναις ἐξεώσθη, καὶ βραχέα κατήκουσεν.

Habebantque pro Dei filia: quod colligas ex verbis Celſi Epicurei contrà Chriſtianos, apud Originem lib. VII. Vbi digniorem ipſo Domino ait Blaſphemus Epicuri canis quæ Deo prognata dicatur, Quæ Sibyllinis libris Romæ inſpectis comperta fuiſſent, nefas erat enuntiari, aut impertiri cuipiam alij, auctore Plutarcho in Fabio Maximo, qua re divina quædam auctoritas ijs conciliabatur, vitato ſagaciter contemtu, qui, rebus ſecus quam ſcriptum fuerat, ſuccedentibus, ſecutus fuiſſet. Chriſtiani ſcriptores Sibyllarum famigeratiſſimarum unam eam Reginam Sabæorum fuiſſe ajunt, quam ad Salomonem Regem fuiſſe profectam conſtat ex Libris Regum: quam agnoſcimus & Sabbam illam, Pauſaniæ modo verbis prolatam. Georgius Cedrenus:

Καὶ βασίλισσα σαβᾶ ἥτις ἐλέγετο Σίβυλλα παρ' ἕλλησιν, ἀκούσασα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἦλθεν εἰς ἱερουσαλὴμ. πειράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι, ἣν καὶ αὐτὴ ἡ Σίβυλλα πάνυ ἐπ' ἀγχινοίᾳ τε καὶ σοφίᾳ, καὶ πολυπειρίᾳ διαβόητος.

Græci Imperij rebus Carmina Sibyllarum conſulta, fidemque ijs adſcriptam exemplo docēt Procopij non unus locus, & Liutprandus Ticinenſis Legatione ſua ad Nicephorum Phocam. Ultimum Conſtantinopolitanum Principem ijsdem prædictum memorat Laonicus Chalcocondyles libro VIII. Rerum Turcicarum.

30. TARPEIAS ARCES.] *Superis habitabile Saxum.* Silius Italicus, Lib. I. Unde Jovem tonare Poëtarum alluſio ſcriptioque frequens.

31. NON UT PROCULCET OAXEM.] Hæc plerorumq; ſcriptorum Codicum conſentiens lectio eſt, nec abſurdi quicquam habens. Nam quod Oaxem Cretæ fluvium cum Vibio Sequeſtro & Angeli Politiano ſtatuamus, neceſſitas nulla cogit. Potius quisquis fuit, Ignobilis ille Vibius doctiſſimi Grammaticorum auctoritati cedat Servius. Scribit enim Servius duobus locis Oaxem Scythiæ amnem eſſe, cui obnititur cum Vibio ſuo Politianus. Perperàm certè, cum fluvium eum Cretæ non eſſe ſit idoneis rebus probabile, fecitq; id ante nos Franciſcus Floridus: Qui ſi Scythiæ eſt utiq; Claudiani Roma non ineptè loquitur. Et undè tam ignoti parumque celebrati fluminis mentio incidiſſet librarijs, alia omnia, quam doctis? Sic verò ſcribunt Codex Noſter, Omnes omninò Belgæ, Bentiniani, quibusq; ſuas Editiones excuderunt Camers & Aldus. Si qui contra cum Delrio, Scaligero, Claverio, ex Cujacianis malunt *Araxem* reducere, ijs ego non pugnavero, cum Parthorum tum aut Perſarum notiſſima regna indicentur, cum quibus & tum & ſemper conflictata eſt res Romana. In Maronis verſu *rapidum Cretæ veniemus Oaxem* Non omninò aſpernabilis mihi opinio Pomponij ſive Sabini ſibi Læti videtur, qui Cretam non inſulam illam celeberrimam, ſed minutius oppidum & ignobilius intelligendum è Valerio Flacco probare ſatagit. Poteſt etiam Vibij Sequeſtri locus in mendo eſſe; & ubi hodie editur *Oaxes Cretæ, à quo civitas Oaxia* antiquitus fuiſſe *Oaxis Scythiæ, cui lectioni* depravandæ ſimiles utriuſq; vocis litteræ dederint facilem viam. Vir doctus qui de Gallorum priſcis rebus commentans perſuadere ſibi potuit de urbe Cretæ Claudiano hic ſermonem eſſe, nulli ſententiam probabit.

34. SUSA.] Regia Perſarum, ſagittarum uſu doctis in olis celeberrima. Propertius, lib. II. Eleg. XIII.

Non tot Achæmenijs armantur Suſa ſagittis,
Spicula quot noſtro pectore fixit Amor.

Lucanus, lib. II.

Achæmenius decurrant Medica Suſis Agmina

Antiquitus ibi theſauri Perſarum Regum Arrianus, lib. III.

τὸ πολέμου τὸ ἆθλον ἡ βαβυλὼν καὶ τὰ σοῦσα ἐφαίνετο.

Eam

Eam ob cauſſam ſcilicet, & ſic Claudianus.

33. RUBRIS ARENIS.] Maris Erythræi, quod tamen in poteſtate ferè Romanorum erat. Deſcriptionem habes peculiari Periplo Aetiani.

33. AQUILAS FIGAMUS.] Ponamus caſtra. Notæ figuræ ſignorum Romanorum.

35. ROMA PRECOR.] Magna energia. Illa enim Domina rerum pro victu rogat.

35. TUÆ GENIIS] Nepos enim ex Marte Jovi Romulus: qui Stator & conſervator Romanæ rei colebatur. Vellejus, libro II. *Iuppiter Capitoline, Auctor & ſtator Rom. nominis.*

36. DEFENDE FAMEM.] Arce, prohibe. Horatius *toga quæ defendere frigus Quamvis craſſa, queat* Aliquoties alibi his Animadverſionibus.

37. LUGENDA GETIS ET FLENDA SUEVIS.] Extremam miſeriam hoſtilis commiſeratio notat. Sophocles, Ajace:

ὦ δύσμορ' Αἴας, οἷος ὢν οἵως ἔχεις. ὡς καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν. Ovidius in Ibin.

> *Tot tibi va miſero veniant, taleſque ruina.*

Vt cogi in lacrymas me quoq; poſſe putem. Idem Metamorph VI. de Nioba.

> *Et medium tulerat greſſus reſupina per urbem,*
> *Invidioſa ſuis: at nūc miſeranda vel hoſti*
> *Corporibus gelidis incumbit.*

Virgilius de Græcis, verſo Ilio. *Vel Priamo miſeranda manus.* Eadem ad Aeſchinis Epiſtolam II.

37. GETIS ET SUEVIS.] Atrociſſimis hoſtibus Rei Romanæ has nationes æquat, quarum tamen ſoboles nōn diu poſt Imperio præfuit. Sic Suevus patre, matre Getes, Ricimer, Anthemij Auguſti filiam duxit uxorem, ipſumq; poſt Socerum civili Bello interfecit, Patricius dignitate, ut ex Ennodio alijſque conſtat. De Stirpe ejus Sidonius

> *tum licet quod Ricimerem.*
> *In Regem duo Regna vocant, nam patre Suevus.*
> *A genitrice Getes.*

Vides Fortunam. Vixerunt utiq; qui & Claudianum & Ricimerem viderunt.

38. HAUSIMUS.] Exantlavimus, tulimus. Virgilius lib. IV.

> *Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt,*
> *Supplicia hauſurum ſcopulis.*

40. CORRUPTO SIDERE.] Aere, cœlo. Vide ad Quartum Conſ. Honorij.

41. FLUVIUM PER TECTA VAGUM.] Tiberis inundatio & magnum Romæ malum, & majorum damnorum portentum. Deſcriptio apud Dionem, Plinium, lib. VIII. Epiſt. XVII. Obſequentem Prodigijs. *Vagum fluvium* cape fugitivum velut, pro pecude aut mancipio. Horatius lib. I. Carm. II. de Eodem *vagus & ſiniſtra Labitur ripa, Iove non probante Vxorius amnis.* Papinius Theb. III. de Torrente:

> *Cum vagus in campos fruſtrà prohibentibus exit*
> *Objicibus, reſonant permiſſo turbine tecta.*

Seneca Medea *Iſter & junctos vetat eſſe pontes Et vagus errat* Petronius:

> *& vaga paſſim*
> *Flumina per notas ibant morientia ripas*

De quo alibi.

42. SUMMISQUE MINANTEM COLLIBUS.] Quibus inædificata Templa & Palatia. Procerum Romanorum. Inundationes non magni amnis tam fuere ſæpè ingentis, ut perna vigabilis fuerit Urbs, quod tet minimum legas apud Dionem. Duodecies unis Conſulibus Campum Martium inundatum memorat Livius, libro XXXVIII. Sub Conſtantio tribus diebus ac noctibus Urbem nataſſe memorat H. Contractus ex Antiquioribus.

43. PYR-

43. PYRRHÆ SECULA.] Diluvium. Horatius, lib. I. Od. II. *Terruit gentes grave ne rediret Seculum Pyrrhæ, nova monſtra queſtæ Omne cum Protheus pecus egit altos viſere montes. Piſcium ſumma genus hæſit ulmo.* Quæ reſpexit noſter. Pyrrhæ autem ſeculum videntur dixiſſe, quod ab ea novi homines introducti ſunt mundo, cujus ſeculi illa auſpex fuit. Aevo barbaro Metello Quirinalibus:

> *Hic luto fictos homines reludit,*
> *Hic aquis ſub Deucalione merſos,*
> *Saxeos hic agricolas reformat. Auſpice Pyrrhæ.*

Hoc autem ævo Pyrrhæ illud diluvium eſſe, quod in ſacris litteris deſcribitur, credibile eſt. Fuit tamen ſecta, quæ iſtud longe poſterius collocaret, quam in hæreſin CXIIX. rerum Philaſtrius, *eſt*, inquit, *& Hæreſis quæ dicit ſub Deucalione & Pyrrha diluvium fuiſſe Antiquius quam quod ſub Noa factum eſt.*

45. DECIDIT.] Scriptus noſter RECIDIT Quod magis priſcum eſt.

45. UMBRAM.] Miſeram inanemque effigiem. Vide ad Epigrammata. Umbræ Scholaſticæ deſcriptio de prima Editione locupletata poſita eſt lib. C. cap. V. Adverſariorum.

46. POPULIS.] Civibus. Populi enim inter alia & tribus, ſive familias civium denotant. *Vulgus plebs eſt, populus Cives*, ait Papias. Vide alibi ad Gellium. Armatos hos populos Juventutem ex urbe militarem dicit Livius, lib. IX. *Iuvenes in armis excubantes Florus Verbis quæ mox ponemus.* Julius exſuperantius: *Populus Romanus per claſſes diviſus erat, & pro patrimonij facultate cenſebatur; ex his omnes, quibus res erat, ad militiam ducebantur. Illi autem, quibus nullæ opes erant, caput ſuum, quod ſolum poſſidebant, cenſebantur, & belli tempore in mœnibus cenſebantur.*

46. PATRUM CONSILIIS.] Senatus, cui nomen & honos Patrum non alia de cauſſa datus, quam quod Conſilio & auctoritate, ... etiam patria, præeſſent Reipublicæ. Florus Lib. I. de Romulo: *Auctis brevi viribus hunc Rex ſapientiſſimus ſtatum Reipublicæ impoſuit, Iuventus diviſa per tribus, in equis & in armis ad ſubita belli excubaret; Conſilium Reipublicæ penes ſenes eſſet; qui ex auctoritate Patres, ob ætatem Senatus vocabantur.* Clavum conſilij iisdem adtribuit Prudentius, libro II. in Symmachum.

> *Regius exortam jam tunc habuit ſtatus urbem.*
> *Non ſine grandævis, curarum in parte locatis.*
> *Mox proceres de ſtirpe ſenum tractaſſe videmus*
> *Clavum conſilij, plebejas inde catervas*
> *Collatas patribus miſtim, ditionibus æquis.*

47. DOMUI TERRAS.] Ex Ambitione Romana, ſæpius notata, qui terrarum Dominos ubiq; ſcriptorum jactant. Sic Polybius initio ſuæ Hiſtoriæ σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην Romanos intra Quinquageſimum Tertium annū domuiſſe dicit. Cujus generis infinita mentiuntur alij. Polybij ſanè ævo nulla comparatio fuit orbis cæteri cum Romano Imperio. Quid enim hoc ad Aegyptum, Aſiam, Parthiam, Perſiam, Scythiam, Indiam, Gallias, Germanias, Inſulasq; etiam mediterranei maris, quas non ignotas cur tantillo ſpatio compoſuerit vir præclarus, non exputamus.

47. HOMINESQUE REVINXI LEGIBUS.] Quaſi dicat humanum genus in unam urbem coegi, & unis legibus adſtrinxi. Rutilius, ad eandem Romam.

> *Dumque offers victis proprij conſortia Iuris,*
> *Urbem feciſti quod prius orbis erat.*
> *Feciſti patriam diverſis gentibus unam,*
> *Profuit injuſtis te dominante capi.*

Prudentius Pariter precibus Laurentij Martyris, ad verum DEUM: *Qui ſceptra Romæ in vertice Rerum locaſti, ſanciens Mundum Quirinali togæ Servire, & armis cedere. Ut diſcrepan-*

tantum gentium Mores, & obſervantiam Linguasq;, & ingenia, & ſacra unis domares Legib. Idem libro Secundo in Symmachum.

Deus undiq; gentes.
Inclinare caput docuit ſub legibus iisdem.
Romanosq; omnes fieri, quos Rhenus & Iſter,
Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Iberus.
Ius fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla coegit.
Vivitur omnigenis in partibus haud ſecus ac ſi
Congenitos cives concludat legibus unis
Vrbs patria, atq; omnes lare conciliemur avito.
Texitur alternis ex gentibus una propage.

Vide Claudianum Tertio Stilicon. Ariſtidem Encomio Romæ. Duo ſcripti Codices Delrij & unus Belga *urbesq; revinxi* Nobis invitis qui humanum genus totum illis ſuis legibus vinxiſſe memorantem agnoſcimus, ut ſolet, Claudianum. Sic III Stilicon.

Hæc eſt in gremium victos quæ ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine vinxit.

Alludi dicas Conſtitutionem Divi Pij, qua civitate Romana donati omnes, qui in orbe Romano vixerunt. Ulpianus, cap. XVII. de Statu Hominum: *In orbe Romano qui ſunt ex Conſtitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti ſunt.* Quod tamen ad Ingenuos ſolos reſtringendum exiſtimet, qui meminerit Juſtinianum primum libertinis civitatis dediſſe communionem, ut ij ſe teſtatur Novella LXXIIX. *Romana poëtia* illuſtrior eſſet ſi Appiani extaret Commentarius, quem de Legionibus, Provincijs, Finibus & omnibus ijs ſubſidijs ſcriptum ſibi commemorat quibus tantum imperium continebatur.

48. AD SOLEM VICTRIX UTRUMQUE CUCURRI.] Vincendo Orientem & Occidentem ſum emenſa. Petronius Arbiter de iiſdem Romanis.

Quà mare, quà tellus, quà ſidus currit utrumq;,
Orbem jam totum victor Romanus habebat.

Lucanus, lib. VII. ad Romam:

Haud multum terra ſpatium reſtabat Eoa,
Vt tibi Nox, tibi tota dies, tibi curreret æther,
Omniaque errantes ſtellæ Romana viderent.

Salluſtius, Catilina: *Ea tempeſtate mihi Imperium Populi Romani multo maximè miſerabile viſum eſt, cui cum ad occaſum ab ortu Solis omnia domita armis parerent, domo otium adflueret.* Pari ambitione Poëta alius incertus lib. II. Epigramm.

Sol citrà noſtrum flectitur Imperium.

Rutilius lib. I. Itiner. *ipſe videtur Quem ſibi Roma facit, purior eſſe dies.* Paria apud Pacatum Panegyrico aliosq; Rhetores. Sic *Romana dies* velut omnia quæ Sol illuſtraret, forent Romana, apud Papinium primo Silvarum. Martialis lib. IX. Epigr. II. *Manebit altum Flaviæ decus gentis Cum Sole & aſtris, cumque Luce Romana.* Quæ & ſupra notata.

SOLEM UTRUMQUE] Cum unus ſolus ſit duo viſi diverſo tempore fiunt. Rutilius libro II. *Quæ fert atque refert Phœbus uterq; faces.* Nec abſimiliter Maro in Culice,

Quà jacit Oceanum flammas in utrumq; rapaces.

Cum idem tamen & Sol ſit & Oceanus. Petronius

Qua Sidus currit utrumq;

Id eſt Sol. Græca imitatione, Quibus idem, velut κατ' ἐξοχὴν ἀστὴρ dicitur. Scholiaſtes Pindari, Olympionic. I.

τὰ γὰρ ἐκ πολλῶν συγκείμενα ἄστρων ζώδια,

δια, ἄστρα λέγονται, ὁ δε ἥλιος ἀστήρ. Impropriè tamen hoc. Sidus enim compoſitum ex diverſis ſignum, ut docet clarè ex adytis ipſis Philoſophorum Macrobius lib. I. in Somnium Scip. cap. XIV. Sol autem unum ſolidum corpus, nec ex pluribus compactum. Mirifica infinita de Sole commenti ſunt veteres, Philoſophi, Poëtæ, Aſtrologi. Sic Sirium Solem appellat Nicander Theriacis.

> ἀλλ' ὅταν ὕδωρ Σείριος ἀζήνησι.

τρύγη δ' ἐνὶ πυθμένι λίμνης Μίμνη Scholiaſtes: Σείριος, ὁ ἥλιος.

Alij occidentem exſtingui, orientem accendi finxerunt, quam rem multis exagitat Cleomedes. Vide Plutarchum Placitis. Stobæum Phyſicis. Sic aliorum aſtrorum perſonas (ut ita dicamus) variè traduxerunt Poëtæ; ut ubi Papinius Luciferum & Heſperum vocat Caſtorem & Pollucem, &c.

49. FEROX CÆSAR.] Armis acerrimus. Omnia ponens in conflictibus, quibus centeſimum numerum longè evectus eſt. Higinus, libro de Conſtit. Limitibus: *ferunt quidam indictum poſteà modum belli, & expleta centeſima hoſtium congreſſione ad colendarum traductos terrarum agros milites. Divus Iulius, vir acerrimus multarumque gentium domitor tam frequentibus bellis militem exercuit, ut dum victorias numerat, oblivisceretur congreſſionum multitudines. Nam milites ultra ſtipendia debita detinuit.* Ferocia ejus multas Lucano paginas fecit.

50. DESUETAQUE PRISCIS ARTIBUS.] Pacis inertia prima corrumpendis Romanis moribus fuit, ut generatim verum eſt, quod ſapienter Dionyſ. Longinus ſcripſit. εἰρήνη διαφθείρει τὰς μεγάλας φύσεις. Et Catullus. *Otium Reges prius & beatas Perdidit urbes.* Nam dum pares Pœni omnibus factis ſuſpicionem Belli facerent, & perfidia notiſſima imminerent, neceſſe fuit Populo Romano rebus ſuis advigilare, & in armis ſpem ponere libertatis tuendæ. Sublata Imperij æmula, rebus otio & divitijs affluentibus Severitatem domeſticam & diſciplinam bellicam Fortuna corrupit. Scite Vellejus lib. II. *Potentia Romana prior Scipio viam aperuerat, Luxuria poſterior aperuit. Quippè remoto Carthaginis metu, ſublataq; Imperii æmula non gradu, ſed præcipiti curſu à virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum. Vetus diſciplina deſerta, nova inducta, in ſomnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negotiis in otium conversa civitas.* Eadem mente Juvenalis, Sat. VI.

> *Nunc patimur longæ pacis mala; ſævior armis*
> *Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur orbem.*

Ita Gratius Frugalitatem Romam impoſuiſſe mundo caput Serranorum & Camillorum reſtatur, bellicis virtutibus junctam, mox pace otioque affluentibus parem Perſicis & Græcorum cladibus exitum pop. Romano ſpondens. Ejusdem generis querelas nectit Sulpitia Heroina in Satira; & nos pluribus alijs locis.

GREMIUM PACIS.] Pacem ipſam profundam & tutam. Secundo in Eutropium.

> *Iamq; iter in Gremio pacis ſollemne parabant.*
> *Ad muros, Ancyra, tuos.*

Hoc eſt cum altiſſima pax omnia contineret, ſecuris de bello univerſis. PLinius Panegyrico: *Geſtus non in hoc urbis otio, & in intimo Sinu Pacis conſulatus, ſed juxta Barbaras gentes, ut illi ſolebant, quibus moris erat paludamento mutare prætextam ignotaſque terras victoria ſequi.*

51. IN GREMIUM PACIS SERVILE RECESSI.] *Gremium* infimo genere dixit, vulgatiore altero. Sic agnoſcit Agrætius Orthographia. Inuſitatior tamen res non improbare nos etiamnum jubet Conjecturam noſtram veterem *SERVIRE* Hoc ſit *ſervitum.* Græco uſu loquendi, Latinis tamen, noſtroq ipſi, uſitato. Bello Getico: *ipſi quos omnibus annis vaſtabam, ſervire dati* Hoc eſt ſervitum, in ſervitutem. Gigantomachia: Undiq; concurrunt arcem defendere cives.

Lib.

Lib.III de Laudibus Stiliconis de Leonibus. *Quos decus eſſe Dea primi ſub limine cœli Roſcida fœcundis concepit Luna cavernis.* Maro ille ſuo moriens dat habere Nepoti. Idem in Ceiri. *Sæpè redit patrios adſcendere perdita muros.* Figuram apud Larinos per Eclogam verborum agnoſcit Julius Rufinianus, exemplis Maronianis.Papinius Achilleide I. *Exierunt dare veris opes, divaque ſeveras Fronde ligare comas* Libro II.*egreſſa thalamis Scyriades ibant Oſtentare choros* Appulejus.lib.IV *Accedo de corpore.* Idem Libro VIII.*Canes immittuntur beſtias invadere.* Noſter Bello Getico, *numen juraverat Iſtri Non niſi calcatis loricam ponere roſtris* Libro II.de Raptu Pros. *Levibus projecerat Eurus Indociles errare comas* Papinius. Achill.I.*Sub inania natum Tartara,& ad Stygios iterum fero mergere fontes.* Horatius lib.I. Carm. *Omne cum Protheus pecus egit altos Viſere montes* Martialis,Lib.IV.Epig.LXXIIX. *Tunc ego, non oculos ſed ventrem paſcere veni* Valerius Flaccus. lib.IV. *Ditem volat a uore Memphim Præcipere* Manilius, lib.I *Et rapit æthereos per carmina pandere cenſus.* Tertullianus ad Scapulam:*ſcrupulo percuſſus perquirere accenditur.* Lucretius *ſedare ſitim fontes fluviique vocabant.* Græci ubique δωκεν ἔχειν Theognis. πτς ἰξατιῃ πολλὴν εἰς κατάθη-τα πονεῖν. Themiſtius Eucharisterio: ἐπειδὴ αὐτῷ νέμεσθαι διεπράξατο χωρίον ἤ. B. Matthęus,cap.IV. ἐξῆλθε μισθώσασθαι ἐργάτας. Apollonius, Argonaut.IV. Δῶκε δ' αὐτὸ ζῶν τοι Ἰ ἴσσα πρᾶγμα γενέσθαι.

52.LIBIAM NILUMQUE DEDERE.] Cum populus Romanus in eam amplitudinem eſſet auctus, ut Italis Siculisq; proventibus annona non ſufficeret, ſunt claſſes rei annonariæ conſtitutæ, quæ de Africa & Aegypto Oſtiam frumentum veherent, unde adverſo Tiberi urbi importarentur, cum ante incerta fortuna eſſet,& fames ſæpè improviſa ingrueret. Has pro tot geſtis bellis ſibi in præmium datas, vice plebis ſuæ loquens, Roma memorat. Majeſtate,dignitate. Imperio. in Principem collatis. Præmium utiq; ſervile quod tamen negatum prorſus Romam conficeret,Gildonis hujus exemplo. Africanam Aegyptia poſteriorem inſtitutam docere videtur Lampridius Commodo: *Inſtituit Africanam claſſem, quæ ſubſidio foret, ſi Alexandrina frumenta ceſſaſſent* De Eadem Prudentius Secundo in Symmachum.

> *Reſpice num Libyci deſiſtat ruris arator*
> *Frumētis onerare rates,& ad oſtia Tybris*
> *Mittere triticeos, in paſtū plebis acervos.*

Clauſa tamen Africa dum Vitellij ævo partibus indicit Veſpaſianus apud Tacitum, Lib. III Hiſtor. *Animam Reipublicæ hac Romæ mente facit* Salvianus lib. VI de Gubernatione Dei: *Poſtremò,ne qua pars mundi exitialibus malis eſſet immunis, navigare per fluctus bella cœperunt, quæ vaſtatis urbibus, mari clauſis, & everſis Sardinia & Sicilia, id eſt fiſcalibus horreis,atque abſciſſis velut vitalibus venis, Africam ipſam, id eſt quaſi animam captivare Reipublicæ: Fertilitas Libyæ* multis celebrata. Valerius Flaccus lib. I Lucanus lib.III Prudentius II in Symmach. Columella libro III. cap. VIII. Seneca Thyeſte Horatius libro I. Carm.I Sidonius Saneg.A viri. Penradius lib.I. Epigr &c. De Aegypti. Sacræ Litteræ multis locis. Bacchylides apud Athenæum, libro II.

> πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήεντα Νῆες ἄ-
> γουσι ἀπ' Αἰγύπτου μέγιστον πλοῦτον.

Suetonius Auguſto cap XIIX. S. Victor in Eodem.Philo lib. I. de Vita Moyſis. Strabo, Plinius,Ariſtoteles.

53. DOMINAM PLEBEM.]Reipublicæ amans ſcriptor notat occulte tempora Principum. Si ſervitum conceſſit urbs, ſi ferox ille Cæſar communia jura in ſe tranſtulit, quomodo Domina PLebs,Bellator Senatus? Hunc intelligit mandantem prælia. Ut alibi: *Neglectum Stilico tot jam per ſecula morem Retulit,ut Ducibus mandarent prælia Patres.*

55. HORREA.] Publica Urbis Quarum CCCVI intra mœnia fuiſſe numeramus apud

Publium Victorem, ſcriptorem Chriſtianum, & poſt tempora Conſtantini Magni. Hæc autem non frumento tantum conſtituta publico; ſed ut proventus ſuos in ijs depoſitos quandoq; tutos haberent, quibus deerant privatæ cuſtodiæ. Lampridius Alexandro. Horrea *in omnibus Regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona ij qui privatas cuſtodias non habebant.*

56. STABAT CERTA SALUS.] Firma erat Supra. *Siſtant immota Sibyllæ Carmina.* Symmachus lib. X. Epiſt. LIV. *Conſtantia factum diu non ſtetit.* Horatius: *Securus cadat an recto ſtet fabula talo.* Alcimus Avitus *ſtant ſemper collibus Herba Arboribusque coma* Plautus Pſeudolo : *cum apud te parum ſtet fides.* Quem parum cautè caſtigare voluit Juſtus Lipſius.

57. PENSABAM PHARIUM.] Ineptè Librorum non nemo Penſabam putilem De Africanis & Aegyptiis claſſibus loqui, clara res. Fuere tamen & aliæ regiones annonæ Urbanæ deſtinatæ. De Sicilia & Sardinia Salvianus verbis modo adſcriptis. Illam ταμεῖον τῆς ῥώμης appellat Strabo, libro VI. De Hac Varro libro II. de Re Ruſt. *frumentum locamus qui nobis advehat, qua ſaturi fiamus ex Africa & Sardinia, & navibus vindemiam condimus ex inſula Coa & Chia.* Etiam Gallia, Noſter lib II. Stilicon *Invecta Rhodani Tiberina per oſtia claſſes Gniphiuq; ferax Araris ſucceſſit ariſtis.* De Macedonia Symmachus, lib. III. Epiſt. LXXXII.

58. ANNUM.] Ubertatem, Proventum. Lucanus lib. III.

> *Effuſis magnum Libye dedit imbribus annum.*

Vide ad Papin. lib. IX V. CCCCVI.

60. PAR ROMA MIHI.] Conſtantinopolis. Novæ Romæ in Libris Juris Orientalibus & Scriptoribus ab ævo Conſtantini nomine notiſſima. Par ab ipſa intentione condentis veteri. Heſychius Illuſtrius:

δύο καὶ ἑξήκοντα τριακοσίων ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος Μοναρχίας διεληλυθότων ἐνιαυτῶν τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, καὶ τῶν πραγμάτων, αὐτῆς πρὸς πέρας ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος ὁ Κωνσταντίου παῖς ἐπιλαβόμενος τῶν σκήπτρων τὴν νέαν ἀνίστησι ῥώμην, ἴσην αὐτὴν τῇ πρώτῃ χρηματίζειν προστάξας.

Habebatque omnia Jura veteris civitatis. Idem fine Originum.

Κωνσταντίνου δὲ τὸ ῥωμαϊκὸν κῦρος παρειληφότος, καὶ αὐτὸ Κωνσταντινούπολις ἐκλήθη, προθύμως ἀναγομένη τὴν προσηγορίαν ἀνταλλάξαι, τῇ ὑπερβαλλούσῃ τοῦ αὐτοκράτορος φιλοτιμίᾳ, θαυμαστὴν μὲν αὐτὴν ἀπεργασαμένου τῷ κάλλει, πόῤῥω δὲ μεταγαγόντος τὰ τείχη, κατὰ τοὺς λεγομένους προαδικοὺς ἐμβόλους, πρότερον αὐτῶν οὐκ ἔξω τῆς ἐπωνύμου ἀγορᾶς τοῦ βασιλέως κειμένων, λουτροῖς τε καὶ ἱεροῖς οἴκοις ἐπιδείξαντος φαιδροτέραν. Δίκαιά τε πάντα πρὸς ζῆλον τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης δωρησαμένου.

De ambitu Urbis vide eo loco notata doctiſſimo amico noſtro. Qui tamen quæ ex auctore Deſcriptionis profert, ea palam mendoſa ſunt. Statuitur enim MMMMCCC LXXXVIII. domuum tanta Civitas fuiſſe, qui numerus ad Veteris Romæ amplitudinem nullo genere accedit. Ea enim, ſecundum Publij Victoris accuratam notationem habitationes peculiares habuit millia XLVI. & CCCCLX. exceptis ijs ædibus quas receuſuimus Adverſarior. lib. II. cap. XXII. Ut igitur neceſſaria hic etiam quædam paritas concilietur, inſigniter numerus Conſtantinopolitanus augendus erit. Fuit hæc urbs tam ampla, ut μεγαλόπολις perhiberetur. Anna Comnena libro VI. Alexiad. ἐν ὑστέροις δὲ καὶ ὁ καλούμενος κατὰ τῆς Ἀ[illegible] εἰς

τὴν

τὴν μεγαλόπολιν παρῆλθεν. Lib. VII. λαμπρὰν τόνον κατὰ τῶν Σκυθῶν νίκην οἱ τοῦ βασιλέως ἀγάμενοι, εἰσῆλθον εἰς τὴν μεγαλόπολιν, μεθ' ὃ τηνικαῦτα προχειρισθέντος μεγάλου δομεστίκου τῆς δύσεως.

61. AURORA.] Orientale Imperium. Sic alibi. Et Sidonius; qui Proceres populumque Byzantinum *Eoos Quirites* dixit. Togati cives etiam Eidem. Corippus, lib. IV. *Intereà populus totas compleverat ædes Ornatas nexis diverſa ex fronde coronis. Inceſſit latus præclara in veſte Senatus Pars trabeis, pars comta togis* Claudianus verò invidioſè de rebus Orientis ſemper loquitur, præſagiens divisionem illam Veteri Romæ fatalem. Nova Roma Conſtantinopolis etiam apud Latinos ultimi ævi, ut Liutprandum Legatione. Poſtremos quoque Græcos, ut in Nili lib. II. de Primatu Papæ. Illam πρεσβυτέραν ῥώμην dictam exempla ubique proſtant.

DIVISAQUE SUMSIT.] Bona Lectio. *Diviſa* abſciſſa. Maro de Britannia, toto diviſos orbe Britannos. Noſter Codex *diverſaq; ſumſit* Quem non audimus.

64. SOLO DUCTA NOTO.] Auſtro ſecundo aderat cataplus navium frumentariarum ex Africa. Symmachus lib. III. Epiſt. LXXXII. *Publius metus vertit in gaudia, poſtquam venerabilis pater patriæ Macedonicis commeatibus Africæ damna penſavit, quem nunc omnes ut altorem generis humani Deum diligunt, nihil enim paſſus eſt Auſtris contumacibus adverſus Romam licere. Ceſſante ſcilicet ex Africa commeatu.* Hinc *Auſtralis* annus, commeatus Libyci. In Eutropium.

Auſtralem Arctois penſavit frugibus annum.

66. GILDO RAPUIT.] Noſter Codex *tenuit* Contra omnes alios. Non benè.

67. METIMUR CÆRULA.] Proſpectamus oculis, ut ſolent aliquem exſpectantes. Catullus.

At pater ut ſumma proſpectum ex arce petebat

Statius Propemtico.

69. VEL PRÆDA RELIQUIT.] Melius ſolus noſter Codex *præda* Gildonem interiora Africæ petiiſſe depopulatum utilem ſuperventuris hoſtibus commeatum notant Hiſtorici populi.

71. DIURNOS UT FAMULÆ PRÆBERE CIBOS.] Servis Romani quot menſibus aut diebus demenſum invictũ frumentum dabant, de cætero ſuper ijs non ſolliciti. Quod ſibi ſcelere Gildonis contigiſſe Roma hic queritur, Iuvenalis.

Servorum ventres modio caſtigat iniquo
Ipſe quoque eſuriens

Donatus in Phormionem: *Servi quaternos modios accipiebant frumenti in menſem: Idq; demenſum dicebatur.* Fuere igitur ſinguli in ſeptimanam modij. Alij dabant in diem Horatius lib. I. Epiſt. XIII.

Cum ſervis urbana diaria rodere mavis.

Seneca Epiſt. LXXIX. *Ille qui ſuperbus atque impotens, & fiducia virium tumidus ait Quod niſi quieris, Menelae, hac dextra occides: diurnum accipit, & in centunculo dormit.* Hinc prodigo dandum diurnum demenſum pro ampla hæreditate ait Martialis l. III Epigr. X.

Luxuriam premeret cum craſtina ſemper egeſtas,
Et vitijs eſſent danda diurna tuis.
Idem te moriens heredem ex aſſe reliquit,
Exheredavit te, Philomuſe, pater.

Alludit Hericus Monachus l. I. de Germano. *ſignate magiſtrum*

Fruge ſalutiferi certo qui tempore verbi,
Sufficiat veſtris propenſa diaria menſis.

Sic diurnum cultum ultimis Reipublicæ Romanæ membris præſtandum cenſet Corippus, ut à nobis emaculatus eſt; catenus nemini intellectu lib. XI. Adv. cap. XIV. Datos chænices duos obſervo ex Epiſtola LXXVII. Theophylacti Simocattæ, ſi qui tamen voluerint benè paſcere ſuos famulos.

ὁ σὸς ἔγγονος ὑπερμαζᾷ, Μυρωνίδη,

ἐρυθρῷ γὰρ ῥάκει τὰ βουκόλια διετάραξε, καὶ τὴν δαμάλην τὴν παρθενικὴν κατεκρήμνισεν, οἱ δὲ ἡλικιῶται τὴν συμφορὰν ἐπιστεῖλαι τὸ παίγνιον, μὴ παρέχειν δυοῖν χοινίκοιν τῷ παιδὶ περαιτέρω, οἱ γὰρ νέοι καὶ σφριγῶντες ἀκόλαστοι, καὶ τρυφῶντες εἰσὶν ἀκορεστότεροι.

Alebant ita ſervi ne fierent ſaturi hoc ſuo diurno. Salvianus, lib. IV. de Gubern. *Ac primum ſervi, ſi fures ſunt, ad furandum forſitan egeſtate coguntur. Quia etiamſi eis ſtipendia u ſitata præſtentur, conſuetudini hoc magis quam ſufficientia ſatisfaciunt: & ita complent canonem, quod non explent ſatietatem. At per hoc culpam ipſam inopia minus culpabilem facit, quia excuſabilis furti reus eſt, qui ad furtum agi videtur invitus.* Capti vos autem hoc genere ſtricti cibi torquebant etiam veteres, ut de ſeptem millibus Athenienſium à Syracuſanis in Lautumias datis memorat extremo Libro VII. Thucydides, ſing ilas ſingulis cotylas aquæ, binaſq; cibi per octo menſes datas. Ab hac parcitate demenſi, *ad demenſum dare* παραμιμεῖσθαι elocutio eſt, parcè videlicet præbere aliquid, & intra modum. Symmachus, penu eruditionis tam litterariæ quam publicæ; lib. I Epiſt. I. *Parentibus non ad Lancem nec ad demenſum verba tribuenda ſunt.* Gaudere hoc noſtri barbaram truculentiam Latronis Africani infert, qui Voluptatem in miſeria Dominæ olim ſuæ habuerit.

73. LIBRAT BARBARICO FASTU.] Iam copiam faciens ciborum, jam ſpem ulteriorem incidens. Gildonem barbara potius licentia quam ſcelerato animo moviſſe turbas auctor eſt Paullus Oroſius. Sua autem jactantem facit Claudianus, quoniam majores ejus Africæ uſurparunt dominium, ut ex Ammiano diſcimus.

74. SUSPENDIT.] Extrahit, ut rem ſui arbitrij. Alibi.

76. TUMIDA CARTHAGINE.] Faſtus, Perfidia, Ambitio, Punicæ gentis, notæ virtutes.

77. CONTEMTA LVCE.] Vita. Benè ſic emendatunt docti, habentque & noſtræ membranæ, & vulgus omne Belgicorum. Noti Regulus & ſequentes Hiſtoriæ.

79. DAMNIS CANNENSIBUS EMI.] Noſter inconditè. *Hoc damnis genitor Cannenſibus emit* In quo tamen reliquiæ Veritatis. Populus Belgicorum *damnis* g (egit ut & Camertis & Deltrianorum unus. Mihi vulgata lectio non mutetur. Emtio enim difficilem comparationem denotat, quod illa non niſi appenſo pretio fiat, & raro non alter aliqui decipiatur Maro *Magneque optaverit emtum Intactum Pallanta* Cannenſe prælium depictum non abſurde habes in docti viri Notis ad Aeliani Tactica.

80. ARSIT.] Navalibus conflictibus immanior eſt tralatio, & tamen Poetis non infrequens aut incommoda. Virgilius, libro VII.

quibus It ıla jam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arſerit armis.

82. RUPTA ALPE.] Lege Polybium, tantum non ſpectabis.

83. ATTONITÆ IAM PROXIMUS ANNIBAL VRBI.] Inter ſumma diſcrimina Reip. Romanæ, Annibalem propè Vrbem conſpectum, Proverbium inde in uſum venit. Annibal ad Portas. Cicero, Philippica I. *Annibal, credo, erat ad portas, aut de Pace, Pyrrhi agebatur: Sic inter ſumma geſta Idololatrarum* recenſet Symmachus Relatione, loquētē Roma: *Hic cultus in Leges meas orbem redegit, hæc ſacra Annibalem à mœnibus, à Capitolio Senonas repulerunt.* Lucanus lib. I. *Non ſecus ingenti bellorū Roma tumultu Concutitur, quam ſi Pœnus tranſcenderet Alpes Annibal.* Aevo collapſo Orbertus Vita Henrici Quarti: *In cuius adventu Roma perſuaſa, quæ debuerat honores, arma, tamquam Pœnus Annibal Alpes tranſcendiſſet, parabat, & Regi ſuo, velut hoſti, portas præcludebat.* Via autem, Annibalis

lis per Alpeis manſit nobilis ad infima etiam tempora. Liutprandus lib.I. cap.IX. *Hiſtoriarum. Quod Arnulphus cernens, quoniam per Veronam non potuit, per Annibalis viam, quam Bardina dicunt & montem Iovis repedare conſtituit.*

85. MVRO SVSTINVI MARTEM.] Illi enim adequitavit Annibal. Silius, lib.XII.

violentior inſtat,

Iamque propinquabat muro.

88. IMPENSAQVE SECVLA BELLIS.] Sic omnes Libri. Editio Cujaciana *impreſſaque ſecula bellis* inepte, meritoque Scaligero neglectum. Loquitur de Tribus Bellis Punicis quibus aliquot ſecula Carthago Romam fatigavit. Similis locus Ciceronis de Philipp. Secunda, *indignum nimirum eſſe ut homo iners tot Heroum victoriis pedem imponeret*, notavi lib. XXXIIX. Adverſar. capite XIII. *Collina porta* adequitaſſe Annibalem, notant ex Plinio Alij. Prudentius lib.II. in Symm. *Affirmentque Libyn Collina à cardine Porta Annibalem Iovis Imperio Martuque repulſum.* Poſſunt autem & bella alibi atque in Italia à Pop. Romano geſta intelligi, quibus vix quinque ſeculis ſe expedierunt, vide Appianum prologo, Polybium & Zoſimum principijs hiſtoriarum.

91. SYPHACEM.] Exaggerat Regis virtutem per adjectum hoſtile epitheton. Sed & alioquin non fuit ejus omnino expers. Silius Italicus.

Maſſylis Regnator erat ditiſſimus oris,
Nec nudus virtute, Syphax: quo jura petebant
Innumera gentes, extremaque littore Thetys.
Multa viro terra, ac ſonipes, & bellua, terror
Bellorum, nec non Marti delecta juventus.

Ego vere nomen hujus regis hoc loci ſuſpectum habeo. Non enim compulit ad venenum Populus R. Syphacem. Livius, extremo lib.XXX. de Scipione: *Argenti tulit in ærarium pondo centum millia XXXIII. militibus ex præda quadragenos æris diviſit. Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum quam triumphantis gloriæ, Syphax eſt; Tibure paullò ante mortuus; quò ab Alba traductus fuerat. Conſpecta mors tamen ejus fuit, quia publico funere eſt elatus. Hunc Regem in triumpho ductum Polybius, haudquaquam ſpernendus auctor, tradit.* Polybius lib.XVI.

καὶ γὰρ ὁ Σίφαξ ὁ τῶν Μασαισυλίων βασιλεὺς ἤχθη τότε διὰ τῆς πόλεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τῶν αἰχμαλώτων, ὃς καὶ μετά τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε.

Paullus Diaconus lib. III. ex Oroſio. *Syphacem ad Scipionem catenis vinctum deducit, quem Scipio, cum ingentibus ſpoliis pluribuſque captivis perducendum Romam Lælio tradit, qui cum in cuſtodia Tiburi defeciſſet, ſumtu publico juſſit Senatus honorificè ſepeliri.* Aut igitur conniventia Poetæ, aut vetuſtiſſimi librarij eſt error, nemo enim Librorum ullum apicem mutat. Errorem auctoris dicas confudiſſe Maritum Syphacem uxoris Sophoniſbæ fato, quam veneno Maſſa. iſſa ſuſtulit, ne in triumphum duceretur, etiam invito Scipione. Annibal verò ad venenum compulſus Romanorum gloria eſt, quare, niſi jam ſuperius hujus facta fuiſſet mentio, ſcribendum exiſt marem *Haurire venena Compulimus dirum Annibalem.* Forte & ipſa, non inconcinna tamen, hæc re. etitio anſam dedit librario priſco correctionis: ſanè Annibali *diri* compellatio aptior quam imbelli Maſſylo iſti: Licet ita & Cor. Severus apud Senecam Patrem

Hac nec in Aemonio mitis victoria Perſe
Nec te, dire Syphax, nec fecit in hoſte Philippo.

Accedit quod alij Poetæ Syphacis nomen media ſyllaba protendunt. Iuvenalis Satira VI.

Tolle tuum precor Annibalem, victumq; Syphacem.

93. GILDONIS ERUNT.] Similia priore in Eutrop. v. CCXIII.

94. IN

94. IN BOCCHI REGNVM] Vt Bocchus aliquis aut illi ſimilis Regulus barbarus Afiica potiretur.

94. PRO DOLOR.] Noſter Codex *Pro Labor.* Malè.

98. PLACIDUM SENSERE.] Iuxta illud divini vatis *Tu repere Imperio populos Romane memento Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.* Rutilius ad Roman. lib. I. *Mitigat armatus victrix Clementia vires convenit in mores Numen utrumque ſuos. Hinc tibi certandi bona parcendique voluptas, Quos timuit ſuperat, quos ſuperavit, amat.* Alanus lib. IV. Comm. in Merlinum. *Potentes quoſque & in ſublimi poſitos vel interficiendo temporalis vita jucunditate privabit, vel eorum ſubſtantias abradendo, proprijs poſſeſſionibus detruncabit. At vero pauperibus humilibuſque parcendo, ſuo eos tutamine manutenebit. Tale aliquid ad laudem Romanorum ait quidam. Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.* Hanc legem ſtatuunt exemplis præceptiſque principibus omne genus incluſi ſuaſores, ISocrates, Ariſtides, Libanius, Iulianus, Themiſtius, Onoſander, Agapetus, Emanuel Palæologus, Leo Philoſophus, Philo Iudæus, Baſilius ad Filium Imperator, Panegyriſtæ Latini, noſter Claudianus, ejuſque diſcipulorum chorus. Chronologus Poeta de Carolo Magno, Lib. IV.

Reddere jus civile bonis, terrere malignos,
Divinas, mundique pias ex ordine Leges
Tunc exerceri mandaverat, ac renovari.

Gunterus lib. IV.

Oppreſſos relevet, pœna graviore ſuperbos
Percutit, afflictis bonus, ac miſerandus iniquis.

Rigordus Comm. Rerum Philippi Auguſti: *Licet omnes de regno ſuo, qui in mortem ejus conſpiraverant, & pro poſſe ſuo ipſum occidere procuraverant, ſecundum Leges & terra illius conſuetudinem, tamquam rei læſa maieſtatis, capitibus eſſent plectendi, ipſe tamen, tamquam mitis & miſericors, vitam omnibus condonavit. Quanta enim fervebat in eo contrà rebelles rigoris ſeveritas, tanta, immò duplo major, vigebat in eodem Clementia in ſubjectos, cuius ſumma intentio ſemper erat*

Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

Roſvvita Poetria Panegyrico Ottonum.

Filius Oddonis, magni ducis ac venerandi,
Scilicet Henricus ſuſcepit Regia primus
Iuſto pro populi moderamine ſcep tragerenda,
Hic pollens quanta fuerit bonitatis honore
Et quanta populos rexit Pietate ſubactos.
Nam fuit immitis reprobis, blandusque quejuſtis.
Summo conſervans ſtudio regalia jura,
Aequa ſatis meritis reddens quoque præmia cunctis.

Sententiam ipſam PARCE VICTIS, SUPERBOS PREME, Romæ in Capitolio ſcriptam fuiſſe tradunt nonnulli, auctore nunc nobis non ſuccurrente.

ILLE DIU MILES POPVLVS.] Delectus enim primi fiebant ex urbana juventute. Et inter cives juventutem in armis eſſe, tuendæ Reip. conſtituit Romulus. Vide Florum.

99. MISERABILE PACIS SVPPLICIVM.] Media pace, pace indulta, ſpoliatus vitæ ſubſidijs, inhonorus, egens, fame penè animam agit. Verba ferè eadem in Iuvenali *Nunc patimur longæ pacis mala.* Ceſſantibus autem publicis ſubſidijs annonæ, collationibus privatis cives ſeſe mutuo ſublevabant. Symmachus lib. VI. Epiſt. XIV. reperi: *Solatur inter hæc populum ſpes frumenti à patribus oblati, & religioſa optimatum voluntas tenet concordiam civitatis. Nunc vatis opus eſt ut divina opitulatio invehat commeatus, dum ſalus civium privata collatione producitur. Miſerabile* verè, cum nullum ſit fame dirius. Homero jam olim ſentiente. Radevicus libro I. cap. XL. Hiſt. Frid. *Fames ſuper omnes clades habetur.*

habetur. Rodulphus Glaber lib. IV. Hiſtor. cap. IV. *Gladio acutiſſimo comparatur* à Baldo JCto ad L. Pactum, III. Cod. de Collation. In ſacris litteris componitur ipſi *Satana*, auctore Philippo Presbytero, in cap. VIII. Hiobi Vide ad Auguſtinum.

101. LETHUM.] Illi æternæ? Non neſcivit imminentia, etiam diſſimulans.

104. TVRBAMQVE DEDISTI.] Admiranda ſane fuit. Nec attigerunt accuratè, qui deſcripſerunt, itaq; noſtram operam ſupputationis non fruſtra locavimus.

107. BREVIOR.] Anguſtior. Boethius lib. II. Conſol. *Brevis habitaculi ſeptum plures incolunt nationes.* Appuleius, lib. II. *Brevitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto.* Sic Suetonius, alij: Cadenti ævo pauperem n tat. Avianus Fab. XI. Et quia nulla *brevi cum meliore fides.* Fulgentius in Virgi'iana Continentia. *De noſtro torrentis ingenij impetu breviorem urnulam prælibabo.*

109. MÆNIA PAVPERIS ANCI.] Collatione quidem Imperatorum, alioquin etiam locupletis. Horatius lib. IV. Od. VII.

Quo pius Aeneas, quo Tullus, dives & Ancus.

Et auxit ſanè non mediocriter hic Rex Rem Romanam. Sequentia notiſſima.

111. NVNC QVID AGAM.] Noſter Codex *Nam quid agam?* Non ineptè.

112. ALTERA NILVM.] Aurora, quam modò nominavit, aut altera, ſive adeò Roma nova, quam Aegypti proventum occupaſſe dixit ſuprà.

114. QVÆ TERRAS HVMERIS PONTVMQVE SVBEGI.] Id eſt omnibus viribus, conatu, ut qui humeris adnititur gravi operi tollendo aut movendo. Scripſeram olim *juvenis* apta voce rei præſenti, præ qua *numeri* aliorū innumeri ſunt. Nunc nihil muto cum vulgatam ſcripturam omnes Libri habeant. Alluſiſſe autem vates doctiſſimus inſcriptiones vetuſtiſſimas columnarum ſeu Coloſſorum Seſooſtris videtur, præpotentis quondam Ægyptiorum Principis, quibus inſcriptum fuit HUMERIS eum Regem SVBEGISSE regiones quas devicerat, ut ſummam opem & fortitudinem Principis indicaret. Herodotus Euterpe.

εἰσὶ δὲ καὶ περὶ Ἰωνίην δύο τύποι ἐν πέτρῃσι ἐγκεκολαμμένοι τούτου τοῦ ἀνδρὸς, τῇ τε ἐκ τῆς Ἐφεσίης ἐς Φώκαιαν κατέρχονται, καὶ τῇ ἐκ Σαρδίων ἐς Σμύρνην, ἑκατέρωθεν δὲ ἀνὴρ ἐγγέγλυπται, μέγεθος πέμπτης σπιθαμῆς, τῇ μὲν δεξιῇ χειρὶ ἔχων αἰχμὴν, τῇ δὲ ἀριστερῇ τόξον, καὶ τὴν ἄλλην σκευὴν ὡσαύτως. Καὶ γὰρ Αἰγυπτίην καὶ Αἰθιοπίδα ἔχει, ἐκ δὲ τοῦ ὤμου ἐς τὸν ἕτερον ὦμον διὰ τῶν στηθέων γράμματα ἱερὰ Αἰγύπτια διήκει ἐγκεκολαμμένα, λέγοντα τάδε. ΕΓΩ τὴν δὲ τὴν ΧΩΡΗ´Ν Ω῎ΜΟΙΣΙ ΤΟ῀ΙΣΙ Ε᾿ΜΟΙ῀ΣΙ Ε᾿ΚΤΗΣΑ´ΜΗΝ.

Quæ verba tuentur tot librorum fidem. Conſonat locutio Scripturæ de Meſſia tum venturo PRINCIpatum ejus futurum ſuper huMEROS ipſius. Eſaiæ Nono, quem uberius enarrat Fauſtus Rheienſis Epiſtola contrà errorem Neſtorij ad Gregorium Diaconum, quam cum Vincentio & Phæbadio edidit Petrus Pithæus: Vir doctus ad Corippum mira imagine Humeros Senatores capere iſthic potuit. Adoleſcentis noſtra correctio *juvenis* ut veriſimilis ſit viſe in priore Editione. Subjicit ſanè relatione clara Claudianus *emerita jam præmia nulla ſenecta.*

115. SENECTÆ.] Quæ ipſa mihi, inquit, inſtar affectionis eſt. Hoc enim eſt Senectutis Elogium apud Antiquitatem. Vide Ciceronem libro Singulari, & Stobæum. Hegeſias apud Rutilium Lupum Libro I. *Miſeremini mei, Iudices, quem conjurata tanta vis inimicorum oppugnat. Miſeremini ſolitudinis, cui ne in ſummo quidem tempore periculi Liberos adhibere ad communem calamitatem decernendam licitum eſt. Miſeremini Senectutis, quæ me etiam ſine cæteris malis graviter defatigat.*

116. QVIBVS IRATIS CREVI.] Dixit ſupra laborate ſe mole, & breviorem fuiſſe feliciorem. Jam ait iram in ſe Deorum explelam ipſa proſperitate, quæ inducta ſit in fatalem iſtam perniciem. Iratis Dijs nati dicuntur, ad omnia infortunati. Horatius:

Culpantur fruſtrà calami, immeritusq; laborat
Iratis natus paries Diis atque Poetis.

Sic conati magna, ſine effectu, Dijs adverſis agere. Ovidius Epiſt. Didus.

Nec quia te noſtra ſperem prece poſſe moveri
Alloquor, adverſo movimus iſta Deo.

117. PATREM.] Iovem. Omnium Deorum hominumque patrem: vel jam inde ab Homerica obſtetricatione, quæ mundum omnem ex alvo Poeſeos Dijs complevit. Archilochus apud Stobæum.

Ἐπειδὴ Ζεὺς πατὴρ Ὀλυμπίων ἐκ μεσημ
Θείας ἔθηκε νύκτ' ἀποκρύψας φάος.

Nam illius eſt officium omnium patrum patrem eſſe. Arrianus Epict. lib. III. cap. XI.

Οὔ μοι θέμις ἐστ' οὐδὲ εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι, πάτερ, ἀτιμῆσαι, πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες τοῦ πατρῴου, &c.

Hincq; γενέτωρ, velut Generalis omnium pater, Orpheus Hymnis.

Ζεὺς κρόνιε, σκηπτοῦχε, καταιβάτα, ὀβριμόθυμε,
Παντογένεθλ', ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή.

Eleganter & copioſius Leontius Sphæra Aratæa.

ζητεῖται πότερον ὁ Ζεὺς σῶμα ἢ πρᾶγμά ἐστι, καὶ πότερον ψυχὴ ἢ νοῦς, ἢ κρείττων τις δύναμις, καὶ ἐπουράνιος, καὶ ἀκίνητος καθ' ἑαυτόν; ὁ γοῦν ποι Ἄρατος κατὰ τὴν κοινὴν δόξαν εἴρηκε Διὸς τοὔνομα, ὡς ἂν τὴν τῶν ὄντων βάσιν, δυοῖν δὲ θάτερον, ἢ ὅτι δι' ὅλου τοῦ κόσμου ἡ πρόνοια χωρεῖ τοῦ θείου, καὶ αὐτὸς διὰ παντὸς ἔρχεται τοῦ κόσμου, συνέχων αὐτόν· ἢ κατὰ μὲν τὰς ἐπωνυμίας ἀντίθεται αὐτοῦ, ἃς ἐφ' ἑκάστῃ πράξει εἰς θεὸν ἀναφέροντες οἱ ἀρχαῖοι, τὰ καλῶς γενόμενα ὥς εἰσι, φασὶ, γενέτωρ, φράτριος, ὁμόγνιος, ἑταιρεῖος, φίλιος, ἱκέσιος, ξένιος, ἀγοραῖος, βουλαῖος, βρονταῖος, καὶ τὰ ὅμοια. Luculenter Avienus principio ſuæ Arati traductionis, quos verſus magnam Theologiæ veteris partem complexos, largo Commentario alibi enarramus. Pertinent eodem duo hymni Capellæ, in Solem lib. II. in Minervam, lib. VI.

118. TVQVE ô.] Exclamatio energetica, animi excitationem indicans. Val. Flaccus Lib. I. *Tuque ô pelagi cui maior aperti Fama.* Claudianus III. Conſ. Honor. *Tuque ô quia patrium Curis æqualibus Orbem Eoo cum fratre regis* Papinius ad Domitianum Theb. I. *Tumque ô Latiæ decus addite famæ* Maro Georgic. I. *Tuque ô cui prima frementem Fudit equum tellus* Lib. VI. *Tuque ô ſanctiſſima vatis Præſcia venturi* Nemo notavit hactenus.

118. SPONTE PERALTVM VECTA.] Matrem Phrygiam, Deorum alloquitur. Romam inde advectam ductu Claudiæ Veſtalis, quæ adverſo Tiberi navem traxit injecta manu, teſtimonio pudicitiæ ſervatæ. Vide Herodianum lib. I. Livium lib. XXIX. Auctorem Virorum Illuſtrium, cap. XLVI. Silium Italicum, lib. XVII. &c.

119. SPONTE.] Ovidius Faſtor. IV. Oraculum ipſam edidiſſe memorat.

Mittuntur Proceres: Phrygia tum ſceptra tenebat
Attalus. Auſonijs rem, negat ille viris.
Mira canam: longo tremuit cum murmure tellus,

Et ſic

Et ſic eſt adytis diva locuta ſuis
Ipſa peti volui; nec ſit mora, mitte volentem,
Dignus Roma locus quo Deus omnis eat.

119. ALMONE.] Cum veniſſet ad Almonem, adverſo Tiberi, ſimulacrum è Phrygia accerſitum, ibi lotum eſt à Sacrificulis, unde mos annuus manſit ſacer, eo die exportare Deam ad fluvium, & illic enitidare ſaxeam. Dies erat pridie Id. April. iter porta Capena. Mentio hujus lavacri, quo & Dea rancorem animi ponere, & memoriam offenſarum putabatur ponere. Mentio crebra Scriptoribus. Vibius Sequeſter libro de Fluminibus. Ammianus, lib. XXIII Lucanus. Pharſal. I. Ovidius IV. Faſtorum. Valerius Flaccus, libro VIII. Papinius, lib. V. Silius Italicus, lib. VIII. Martialis lib. III. Epigr. XLVII. Prudentius Hymno X. περὶ στεφ. Ambroſius in Symmachum. Auguſtinus de Civit. Dei lib. II. cap. IV Quibus omnibus ſcriptoribus Lucem hic fecimus. Inter exeundum digladiari ſolebant Sacerdotes, ritu priſco Phrygiæ matris. Cæteri quidem ſcriptores ipſum ſimulacrum lavari ſolitum autumant. Ammianus ſolum carpentum videtur innuere, cum ait: *Ubi ad diem Sextum Kalendarum, quo Romæ matri Deum pompæ celebrantur annales, & carpentum, quo vehitur ſimulacrum, Almonis undis ablui perhibetur, ſacrarum ſollennitate, priſco more, celebrata. ſomno per otium capto, exſultans pernoctavit & lætus.* Quod unde illi in mentem venerit non exputo, cum conſtet omnia ſacra cum ipſo lapide fuiſſe abluta. Ovidius:

Eſt locus, in Tiberim quà lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos
Almonis dominam ſacraque lavit aquis.

Prudentius, Romano: *Lapis nigellus, evehendus eſſedo Muliebris oris, clauſus argento, ſedet: Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis Almonis uſq; pervenitis rivulum.* Mendum ergo ſit in Ammiano, Et Legum. *annales, carpentum,* & quod *vehitur, ſimulacrum.* Cum hujus abluendi ergo omnis ſcena parata ſit. Abluebant inibidem & cultros, quibus, vecordia animalia, ſe lacerabant. Martialis.

Capena grandi porta qua pluit gutta.
Phrygiumque matris Almo qua lavat ferrum.

Lapis ipſe in aqua attinebatur, velut ſolent tepida ea foveri membra humana. Silius Italicus, libro VIII.

Quique immite nemus Triviæ, quiq; oſtia Thuſci
Amnis amant, tepidoque fovent Almone Cybelen.

Ipſa Deo adeo credebatur hac ablutione mitigari, ut omnia velut de integro felicia portenderet Reipublicæ, unde revocari, velut abſentem, dicit Lucanus lib. I.

Tum qui fata Deum, ſecretaq; carmina ſervant,
Et lotam parvo revocant Almone Cybelen.

Redux in urbem publica lætitia ſimulacrum excipiebatur, ablutis omnibus malis ominibus Metuque poſito. Valerius Flaccus. lib. VIII.

Sic ubi Mygdarios fletus ſacer abluit Almo,
Lætaque jam Cybele, feſtaque per oppida tœda
Quis modo tam ſævos adytis fluxiſſe cruores.
Cogitet, aut ipſi qui jam meminere miniſtri?

Et ipſa Dea ſuum ſibi adſcitum mœrorem ponere dicebatur. Papinius:

qua primum naſcitur ingens
Appia, quaq; Italo gemitus Almone Cybelle

Ponit, & Idæos jam non reminiſcitur
amnes.

Lotiones autem hoc genus alijs etiam Dijs imputabantur, Corpora enim illa cœleſtia putabantur amœnitate loturaque fluviorum delectari, ad quam rem ſimulacra eorum lavabantur. In Lutra Palladis exſtat elegantiſſimus Hymnus Callimachi, Alia alibi colligimus.

LEONES.] Vbique Comites magnæ Deorum matri. Mythologiam enarrat Lucretius lib.II. de Tellure:

> *Quare magna Deum mater, materque ferarum,*
> *Et noſtri genitrix hæc dicta eſt corporis una.*
> *Hanc veteres Grajum docti cecinere Poeta*
> *Sublimem in curru bijuges agitare Leones,*
> *Aeris in ſpatio magnam pendere docentes*
> *Tellurem, neque poſſe in terra ſiſtere terram.*
> *Adjunxere feras, quia quamvis effera proles*
> *Officiis debet molliri victa parentum.*

Varro, lib.XVI. Rerum Divinarum: *Leonem adjungunt, ſolutum ac manſuetum, ut oſtendant, eſſe nullum genus terra tam remotum ac vehementer ferum, quod non ſubigi colique queat.* Ovidius, Quarto Faſtorum.

> *cur huic, genus acre, Leones,*
> *Præbent inſolitas ad juga curva jubas?*
> *Deſieram: cœpit. Feritas mollita per illam*
> *Creditur, id curru teſtificata ſuo eſt.*

121. SIN PARCÆ PROHIBENT.] Harum enim Imperium in ipſum eſt Iovem. Quintus Smyrnæus:

ὕνεκα μοίρας εικει καὶ μεγάλοιο Διὸς μένος.

Herodotus, lib I.

τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατόν ἐστι ἀποφύγειν καὶ τῷ θεῷ.

Vide & Simonidem in Protagora Platonis, Senecam II. Natural. cap.XXXV.

122. FALSIS AUGURIIS.] Vulturum. Explicavimus ſuprà.

124. FERALES ALLIA CÆDES.] Libri nonnulli: *Gallia.* Male, quia Gallorum vox ſequitur.

125. SÆVI PYRRHI.] Inter ſummos potentiſſimoſque hoſtes rei Romanæ numeratur Rex iſte. Cicero, Philipp.I. *Annibal, credo, erat ad portas, aut de pace Pyrrhi agebatur.* Sidonius.

> *qui Chaonas atque Moloſſos,*
> *Qui Thracum Macetumque manus per littora noſtra*
> *Sparſerat, & cujus vires Oenotria pallens,*
> *Ipſaque, quæ petiit, trepidaverat uncta Tarentos.*

127. CUNCTA FAME LEVIORA.] Iam inde Homerico abuſque ſcito, quod illuſtravi nonnihil & lib.I. cap IX. ad B. Auguſtinum. *Fames, crudeliſſima mortium.* Interpres Apollonij Tyrij: *duram famem, & ſævam ſterilitatem patimur, annona, & crudeliſſima mors eſt ante oculos noſtros.* Vltimum malum Senecæ, De Brevitate Vitæ, capite XVIII.

129. SANCTÆQUE MEMOR TRITHONIA VESTÆ.] Palladium enim erat, quid apud Virgines Veſtales cuſtodiebatur, Palladis ſimulacrum. Herodianus, l.I. καὶ τὰ φλέξαν ἢ τὸ πῦρ τόντε νεών, καὶ πάντα τὸν περίβολον, ἐπενεμήθη καὶ τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως, καὶ κάλλιστα ἔργα, ὅτε καὶ τῆς ἑστίας τοῦ νεὼ καταφλεχθέντος ὑπὸ τοῦ πυρός, γυμνωθὲν ὤφθη τὸ τῆς Παλλάδος ἄγαλμα, ὃ σέβουσί τε καὶ κρύπτουσι Ῥωμαῖοι, κομισθὲν ἀπὸ Τροίας, ὡς λόγος, ὅτε πρῶτον καὶ μόνη τὴν ἀπ᾽ Ἰλίου εἰς Ἰταλίαν ἄφιξιν, εἶδον οἱ καθ᾽ ἡμᾶς ἄνθρωποι.

Cujus

Cujus Minervæ id ſignum fuerit docet Julius Firmicus lib. de Erroribus Profan. Religionum. *De Veſta ubertim alij.* Flere Deos, contrà Sanctionem eſt aliorum, nam eos illacrymes tradit Euripides Hippolyto Coronifero, Dianæ ſermo. Ορῶ, σὶ ὄσιον δ' ἐμοὶ θέμις βαλεῖν δάκρυ. Ovidius.

Tum verò gemitus, nec enim cœleſtia tingi
Ora licet lacrymis, alto de corde petitos
Edidit. Idem IV. Faſt.

130. INDIGETES.] Indigetes dicuntur qui ex mortalibus in Deorum numerum relati. Macrobius ex Heſiodo in Somnium Scipionis lib. I. cap. IX. *Indigetes divi ſummi fato Iovis hi ſunt Quondam homines, modo cum ſuperis humana tuentes.* Stultè Fulgentius lib. III. Mytholog. *quaſi nihil indigentes* dictos autumat. Modo id ſit Fulgentianum commentum, nam ij libri ſpurcis gloſſematis ſunt inquinati.

130. SI QUOS ROMA RECEPIT.] Quæ quidem omnes recepit, inſtar cœli, quò recipi dicuntur qui mortalitatem migrant. Tertullianus de Spectac. cap. XXX. *At enim ſuperſunt alia ſpectacula, ille ultimus & perpetuus judicii dies, ille Nationibus inſperatus, ille deriſus; cum tanta ſeculi vetuſtas, & tot ejus nativitates uno igne haurientur: quæ tunc ſpectaculi latitudo? Quid admirer? Quid rideam? Vbi gaudeam? Vbi exſultem? ſpectans tot ac tantos reges, qui in cœlum recepti, nuntiabantur cum ipſo Iove, & ipſis ſuis teſtibus in imis tenebris congemiſcentes?* Aequat ergo cœli Romani hic quoq; Claudianus, quam ab hac omnium receptione domum Deorum dixerunt. Auſonius: *Prima urbes inter Divûm domus, aurea Roma.* Omnium dixi, nullum enim numen gentium non receptum Romanis. Quotquot enim provincias, populos, urbes, ſuperabant, eorum omnium Deos partim publicè conſecrabant, partim per familias ſpargebant. Arnobius lib. III. *Cincius numina peregrina, ipſa ex novitate dicta prenunciat. Nam ſolere Romanos Deos omnes Vrbium ſuperatarum, partim privatim per familias ſpargere, partim publicè conſecrare. Ac ne aliquid Deorum multitudine aut ignorantia præteriretur, brevitatis & compendij cauſſa una pariter cunctos nomine Novenſiles invocare.* Hinc factum ut omnium ſuperſtitionum colluvies Romam conflueret, ibiq; commemoratur. Unde ἐπιτομὴν τῆς δεισιδαιμονίας Romam vocavit Theophilus. Eamdem rem diſperſim pluribus tractat Arnobius idem. Solum Hebræorum Deum poſt edomitam Sacram Urbem non conſecrarunt Romani, quia ſcilicet ſe ſolum coli is mandaverat, ut erat ſolus verus Deus, ut eo recepto fas fuiſſet omnes cæteros contemnere, nam Deum quemquam aliter coli quam is mandaſſet, piaculum habebatur. Qua de re videndus Auguſtinus libro I. De Conſenſu Evangeliorum, cap. XVII. & XIIX. Sic adſciverunt Junonem Carthagine, Sicilia Venerem, Naxo Bacchum, Peſſinunte Rheā, ut tot ad extremum fuerint ferè templa Romæ, quot in orbe terrarum inſigniora ſepulcra, id quod luculenter narrat Prudentius, libro I. in Symmachum.

Hæc Italos induxit avos vel fama vel error,
Martia Romuleo celebrarent ut ſacra campo.
Vtq; Palatinis Capitolia condita ſaxis
Signarent titulo proavi Iovis, atque Pelaſgæ
Palladis, & Libyca Iunonem ex arce vocarent.
*Cognatos * de Marte Deos. Veneris quoq; nudum*
Accirent proceres Eryeino è vertice ſignum.
Vtq; Deum mater Phrygia veheretur ab Ida,
Bacchica de viridi peterentur ut orgia Naxo.
Facta eſt terrigenæ domus unica Majeſtatis,

Ccc 3 Et

Et tot templa Deûm Romæ, quot in orbe ſepulcra
Heroum numerare licet, quos fabula inanis
Nobilitat, noſter populus veneratus adorat.

Quarto verſui turpe mendum tam diu jam inſidet. Qui enim *Cognati de Marte Dij?* Omninò ſcribe. *Cognates dat Sparta Deos* Caſtoras nimirum, Spartanis cultiſſimos. Porrò cum vincerent populos, Deos eorum captivos ducebant velut triumfo. Idem libro II.

Innumeros poſt deinde Deos virtute ſubactis
Vrbibus, ex claris peperit ſibi Roma, triumfis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris ſimulacra hoſtilia cepit,
Et captiva domum, venerans ceu numina, vexit.
Roma triumfantis quoties ducis incluta currum
Plauſibus excepit, toties altaria divûm
Addidit, & ſpoliis ſibimet nova numina fecit.

Romana porrò ſuperſtitio ideo omnia numina, etiam ambiebat, quod arbitraretur cum ijs accedere & populorum dominium. Cæcilius apud Minutium Felicem: *Romani per Gallorum acies, mirantium ſuperſtitionis audaciam pergunt; telis inermes, ſed cultu religionis armati, dum capti in hoſtilibus mœnibus, adhuc ferociente victoria, numina victa venerantur, dum undiq; hoſpites Deos quærunt, & ſuos faciunt, dum aras exſtruunt etiam ignotis numinibus & manibus. Sic dum univerſarum gentium ſacra ſuſcipiunt, etiam regna meruerunt.* Cum Urbem autem quampiam illuſtrem, caput nimirum alicujus Regni, obſiderent, ſolebant nominatim Deos evocare, ampliore in Urbe loco habitationi promiſſo, ut ex Verrio Flacco ſcribit Plinius lib. XXVIII. cap. II Formulam Evocationis refert Macrobius Saturnal. lib. III. cap. IX. ex Furio & Sammonico Sereno.

132. AUT DEDIT IPSA DEOS.] Cæſares & Reges intelligit, ſollemnibus rebus in Deos relatos. Sic primus Regum juramento Senatoris in cœlum iit, ubi ferventia rapa vorarer. Ritus Conſecrationis multis deſcribitur ab Herodiano. Cæſar item primus iter ſequentibus oſtendit. Papinius:

hinc obvia Limina pandit
Qui feſſus bellu, aſſerta munere prolis,
Primus iter noſtris oſtendit in æthera divis.

Qui ſanè Quirini tum non meminerat. Extremæ ambitionis hinc gloriatio *dare Deos* Noſter hic. Valerius Maximus lib. I. *Deos reliquos accepimus, Cæſares dedimus.*

132. CORDE REMITTI.] Sententia flecti. Sententiam aliam, aliud cor Dijs dare Poëtarum mos eſt. Juno apud Maronem ad ſuum Jovem.

Quid ſi quod voce negaſti
Mente dares, atque hæc Turno rata vita maneret.

135. SACRUM DEXTRA SEDARE TUMULTUM.] Vide ad I. Rufin. V. CXVII. Dicturorum mos manu protenta populo ſilentium imponere. Lucanus, lib I.

Convocat armatos extemplo ad ſigna maniples,
Vtque ſatis trepidum, turba coeunte, tumultum
Compoſuit vultu, dextraque ſilentia juſſit.
Bellorum ô ſocij, qui mille pericula Martis
Mecum, ait, experti

Ovidius de Jove concionabundo, lib. I. Metam.

qui poſtquam voce manuq;
Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.

Beatus Lucas Actuum XII. κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾶν, διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς ὁ κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς.

Cap.

Cap.XIII. *ἀναστὰς δὲ ὁ Παῦλος καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ εἶπεν· ἄνδρες*, &c. cap.XXI. *ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ, πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης προσεφώνει τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ.* Verecundiæ ſignum nec hoc etiam facere, ſed manu intra veſtem condita ſermonem detexere. Aeſchynes contra Timarchum de Statua Solonis in Foro Salaminiorum.

τοῦτ' ἐστὶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὑπόμνημα καὶ μίμημα τοῦ Σόλωνος σχήματος, ὃν τρόπον ἔχων αὐτὸς διελέγετο, τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, σκέψασθε δὴ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσον διαφέρει ὁ Σόλων Τιμάρχου, καὶ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἐμνήσθην, ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ᾐσχύνοντο ἔξω τὴν χεῖρα ἔχοντες λέγειν, οὑτοσὶ δὲ οὐ πάλαι, ἀλλὰ πρώην ποτὲ ῥίψας θοἰμάτιον γυμνὸς ἐπαγκρατίαζεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Plura ad Rufinum.

136. AFRICA.] Simulacra talia non tam fictiones Poëtarum, quam Dœmonum præluſiones. Africam Curtio Rufo muliebri ita ſe ſpecie obtuliſſe, nuntiam futurorum, teſtis Plinius Cæcilius lib.VII. Epiſt.XXVII. *Perquam*, inquit, *velim ſcire, eſſe aliquid phantaſmata, & habere propriam figuram, numenque aliquod, putes: an inania & vana ex noſtro metu imaginem accipere. Ego ut eſſe credam inprimis eo ducor quod audio accidiſſe Curtio Rufo. Tenuis adhuc & obſcurus obtinenti Africam Comes hæſerat: inclinato die, ſpatiebatur in porticu: offertur ei mulieris figura humana grandior, pulcriorque, perterrito, Africam ſe, futurorum prænuntiam, dixit. Iturum enim Romam, honoresq; geſturum, atq; etiam cum ſummo Imperio in eamdem provinciam reverſurum, ibique moriturum. Facta ſunt omnia. Præterea accedenti Karthaginem, egredientique navem, eadem figura in littore occurriſſe narratur. Hujus quidem provinciæ tale Numen adeo venerabile incolis habebatur*, ut nemo deſtinaret aliquid niſi, velut præſente, eo invocato. Plinius, lib. XXVIII. cap.II. *Attalus affirmat, ſcorpione viſo, ſi quis dicat, duo, cohiberi, nec vibrare ictus. Et quoniam Scorpius admonuit, in Africa nemo deſtinat aliquid, niſi præfatus Africam.* Noſtri Imaginem non inſcitè æmulatur Sidonius. Panegyr. Majoriani. *ſubitò flens Africa nigras Procubuit lacerata genas, & cernua frontem. Iam malè fœcundas in vertice fregit ariſtas, & ſic orſa loqui eſt: Venio, pars tertia Mundi, Infelix felice uno: famula ſatus olim Hic prædo & dominis exſtinctis, barbara dudum Sceptra tenet tellure mea.* Quæ ſingula invenies in noſtro. *Inſani ululatus*, maximi, enormes. Vide Feſtum, & doctiſſ. Caſaubonum ad Athenæum lib. XIII. cap. V. Ratio ex eo quod omnia ſumma proxima furori Seneca.

Quicquid exceſſit modum Pendet inſtabili loco.

136. SPICEA PASSIM.] Noſter, quatuor Belgici, Camertis Libri legunt clarè. *Sparſim.* Nihil mutamus. Lectionem tamen hanc amolitos dixeris qui offenſi ſtridore fuerint litteræ ſonantis, cujus adhæſio quædam præcedentem ſyllabam videatur protendere. Sanè *ST. SP. SC.* ſolent hoc facere, multis locis Virgilij, Statij, Prudentij, Senecæ, Martialis, aliorum. Præcepto accedente diſerti doctiq; ſcriptoris Terentiani Mauri. Sunt tamen in contrarium multa exempla etiam, vel invitis viris doctis, qui preſſius alteri ſententiæ inhæſerunt. Quorum partem proponere placet, promiſcuè poſitis auctoribus, ut cujuſque verba ſuccurrerent, ne & nos ita aliquando ſcribentes, erroris ſuſpiciamur. Cyprianus, Ligno Vitæ: *Vel cum disjunctis juga ſtant ad aratra juvencis.* Marius Victor præfatione in Geneſin: *Incluta Legiferi jam pandito ſcrinia Moyſi* Alcimus Avitus libro II. *Nec minus hos pulſat temeraria cura ſciendi.* Libro IV. *Mox diræ clades in cœlum pulvere ſparſo ſurgunt.* Libro V. *miranda aliquos portenta ſtupentes.* Libro de Laude Caſtitatis. *namque alijs non hæc tibi ſcribimus uni.* Idem.

Illins

Illinc noſſe thorôs, hinc Chriſtum quærere ſponſum. Paullinus, Epiſtolis. *Multaq; ſpretam largior pecuniam Reſtituet uſura Deus* Idem Epiſt. III. ad Auſonium; *ſed in ardua verſi Sidera, ſpectanteisque Deum* Calpurnius, Ecloga II. *At mihi Flora comas parienti gramine ſpargit.* Petronius: *floridaa tellus Cum volo ſpiſſatu areſcit languida ſuccis.* Virgilius, libro XI. *Spem, ſiquam accitis Aetolûm habuiſtis in armis, Ponite: Spes ſibi quuque.* Idem, Ceiri: *Nec fuerat, niſi Scylla, novo percuſſa furore.* Idem in Catalectis: *Magnipetentes docta dicta Scironis.* Ennius, Annal. XI. *Alte elata ſpecus.* Propertius, lib. III. *M nos venumdata Scylla figura.* Idem, Lib. IV. *Cerſulnitq; ſtriges noſtro de ſanguine* Septimius Serenus, Moretto: *calcanea ſciſſa rigebant.* Claudianus I. in Rufin. *Ire vagas quercus & flumina ſtare coegi* Auſonius. Profeſſ. IX. *Anno Sperchas, pariterque nati.* Idem XXIII. *quæ fœdera ſtemma quod olim.* Silius Italicus lib. XIV. *perflataq; Strongylos Auſtris.* Horatius lib. I. Serm X. *Sæpè ſtilum vertas.* Lucilius, lib X. *trinis deducere Scalis.* Idem lib. IX *atq; adducere; cribas.* Lib. VII. *ſegetem immutare ſtatumq;.* Libro VIII. *modo ſtet rectus ſubteminepannus.* Ennius, Annal. I. *ſtabilitaq; ſcamna, ſolumque.* Silius lib. XIII. *Pectora noſtra calent quæ te via ſcire ſuperbum Ad decus, & ſummas Laudum perduxerit arces.* Seneca Troadibus: *Tuosq; manes; quodque ſtetit ante, Ilium.* Ovidius *animum quoq; ſpes bona firmat.* Propertius, lib. III. *Nunc ubi Scipiada claſſes.* Prudentius: *Pingere ſculptilibus.* Idem Romano: *diſciplina & exitum Triſtem ſua magiſtra ſpectet impia.* Propertius lib. III Eleg. IX. *Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris.* Ovidius. Secundo de Ponto: *olentia ſtagna Palici.* Idem lib. V. Triſtium. Eleg. III. *Carmina ſcripta mihi ſunt nulla* Avienus Phænomenis. *rutilans ubi ſtella relucet.* Catullus, Epithalam. Pelei. *Teſtu erit magnis virtutibus unda Scamandri.* Ovidius, lib. II. de Ponto, Eleg. IV. *Nunc mea ſcripta legis, qui ſum ſubmotus ad Iſtrum.* Lucretius, lib. VI. *Guttis manantibus ſtillant.* Quod quidem etiam durius. Eodem Libro pariter. *Speluncasq; videt. ſaxis ingentibus ſtructas.* Eodem. *Tenvia ſputa minuta.* Eodem. *Endo ſtatu prior hæc* Ovidius, Metam. IV. *modo vir modo fœmina Scython.* Ovidius, lib. III. de Arte Am. *Oraq; fontana fervida ſpargit aqua.* Propertius, lib. IV. *Iam benè ſpondebant tunc omina* Horatius, lib. I. Serm. III. *non faſtidire Strabonem.* Ovidius: *Vincere ſpe vidi qui moriturus erat.* Lib. II. de Ponto II. *Sæpè creat molles aſpera ſpina roſas.* Manilius, lib. II. *ſequi vadimonia ſponſi.* Papinius Achilleid. I *ſparſosq; ſtudet componere crines.* Lucretius lib. IV. *Unde ſciat quid ſit ſcire & neſcire* Horatius. *quæcunque in fornice ſtantem* Sidonius, Narbone: *Duratum pede ſtipitem flagellat.* Sedulius, lib. IV. *Chriſtus adeſt panis, ſanctus quoq; Spiritus ignis.* Victorinus: *Sol etiam rapidus, Luna quoque ſplendidus a. is.* Hericus Monachus lib. VI. German. *Lucem jam lumina ſpirant.* Idem Ibid. *Seque ſtupet ſupereſſe ſibi.* Sic & alij ſequiorum ſeculorum. Gulielmus Briton, lib II. *protenta cuſpide ſcuto.* Idem Argum. lib. III. *ſibi ſponſa à Patre negata.* Libro X. *moribundo corpore ſtravit* Sic Guntherus, Juſtinus, Petrus de Riga, Matthæus Vindocinenſis, Gotfridus Viterbienſis, Alij infiniti. Multi veterum caverunt penitus, ut Tibullus, Valerius, Flaccus Martialis, quos ſequi conſultius, præſertim accedente judicio Terentiani Mauri.

136. PASSIM.] Trita adjicialis vocula, ſed elegantiſſima. Quo genere copis Latina. Diſertitudo, ultrà omnes alias Linguas: *Confeſtim*, Continenti feſtinatione, exponit de Siſenna Chariſius, Nævio datum, quod Statibus Maximus Ordine & ſine intermiſſione interpretatus, *Effictim* Nævius uſurpavit, quod Probo explicatum, donec exfligatur, aut fictu conficiatur. *Examuſſim*, PLautus, quod Siſenna dixit examinatò. *Mauricatim* Laberius à Mauris puto, alinquin non ſatis concinnum. Verba Laberij. *Non intellexi te Mauricatim ſcire.* An ſcribas apud Chariſium *manicatim, manicis velut injectis* ſibi quis vindicet rei ſcientiam: Vel *matricatim* à matrice, ut allo-

alloquatur ibi fæmellam aliquis. *Oſtiatim.Vicatim* Cicero; *Continuatim.* Statilius Maximus. *Perplexim,* Plautus. *Pedetentim* Cato, Lucilius, Cicero. *Perditim* Afranius, *Semitatim*.Titinnius. *Summatim* Afranius: *Statim,* hoc eſt ſtaturè ordinatè, Attius, interprete Cariſio. *Tuatim,* PLautus. *Noſtratim,* verus ejus enarrator Siſenna. *Tractim,* lentè. idem PLautus, jugiter Maro, expoſitore eodem Siſenna. *Teſtatim* à teſtis, Juventius *teſtatim confringere caput. Vnciatim,* Terentius Phormione. *Viciſſim* Cato. *Viritim* Cicero. Quæ quidem ſingula & omnia apud Chariſium lib. II. invenies. *Alternatim*, finxit Claudius Quadrigarius. *Coſſim*, pro Coxim, à Coxa, Pomponius. Canatim, *Bovatim*, *Suatim*, ab animantibus Nigidius. *Pedepreſſim* incertus auctor apud Nonium Marcellum. *Senſim*, Lucilius, lib. XXVII. *Centuriatim*, Pomponius. *Adamuſſim* Varro περὶ παιδοποιΐας. *Tolutim*, pro *volutim*, ut ait Nonius, ſed parū γραμματικῶς, Plautus, Novius, Lucilius, Varro, Pomponius. *Aſſulatim* pro minutatim Ennius. *Fruſtatim*, fruſtillatim, *Minutatim*. Varro. *Guttatim*, PLautus. *Incurſim*, celeriter, Cæcilius. *Indiſcriminatim* Varro, *Iuxtim*. Siſenna, Livius Andronicus, & alter. *Inciſim* Cicero, *Morſicatim* Varro. *Oſſiculatim*, à minutis oſſibus, Cæcilius. *Populatim* à populo, Pomponius. *Properatim*, Cæcilius. Quadrigarius, Pacuvius, Accius. *Præfeſtinatim*, Siſenna. *Ruſticatim*, *Vrbanatim*, Pomponius idem. *Saltuatim*, *Vellicatim*, Siſenna, *ſingulatim*, *Sigillatim*, Cæcilius, Cœlius, Lucilius. *Taxim* pro *Senſim* Pomponius. *Tractim*, Plautus. *Viciſſatim* Nævius. *Viſceratim*, Ennius *Vicatim* Siſenna, *Zonatim*, per girum, Lucilius. *Diſertim*, Titinnius, PLautus, Plautus, Livius. *Propritim*, Lucretius. *Cautim* Accius, *Strictim* Cicero, Salluſtius. *Exquiſitim*, Varro, *Feſtinatim*, Pomponius. *Perplexim*, Plautus, Caſſius Hemina. *Minutim* Lucilius *Contemtim* Nævius. *Reſtrictim* Afranius. Hæc ferè Auctores priſci apud Nonium. Alia venuſtè alibi ficta. *Fuſtim* Valerio Maximo reſtituit ejus Soſpitator Stephanus Pighius, quo uſus & Livius. *Punctim*, *caſim*, uſurpata & notata iiſdem. *Filatim*, *anſeratim*, *mucronatim*, *paſſeratim*, *ceſſim*, obſervant docti ad Martianum Capellam. *Artuatim* Saxo Grammaticus, ſcriptor veterum Lectione ſubactus, Libro VII. *Fictim*, idem lib. V. Sparſim, Gellius. *Arctim*, Cicero lib. XII. ad Atticum, Epiſt. XLIV. ut benè emendatum acuto emendatori Sim. Boſio. *Oſtiatim*, *fartim*, *fruſtatim*, *ſenſim*, *ceſſim*, *preſſim*, *paullatim*, *confeſtim*, *ſingultim*, *certatim*, *examuſſim*, *ubertim*, *angulatim*, *guttatim*, *raptim*, *efflictim*, *furtim*, *fiſtulatim*, *agminatim*, *aggeratim*, *acervatim*, *minutatim*, *caſim*, *diſcretim*, *granatim*, *ſeparatim*, *membratim*, *nominatim*, *ſigillatim*, *ſtrictim*, *laciniatim*, *cuneatim*, *affatim*, *fruſtratim*, *angulatim*, *univerſim*, *Bacchatim*, *gradatim*, *capreolatim*, *congeſtim*, *coſſim*, *cunctatim*, *cunctim*, *directim*, *particulatim*, *reflexim*, *rotatim*, exſtāt in Appulejo. *Gradatim*, *regulatim*, *minutatim*, *rotatim*, *affatim*, *unciatim*, *glomeratim*, *acervatim*, *catervatim*, *copulatim*. *carptim*, *caſim*, *raptim*, *curſim ſeparatim*, *afflictim*, *ſtrictim*, *ubertim*, *tractim*, *ſenſim*, *furtim*, *deditim*, *viciſſim*, *ſtatim*, *partim*, *pedetentim*, *ſummatim*, *geminatim*, *angulatim*, *memoratim*, recenſet Diomedes lib. I. *Oſtiatim*, *ſaltim*, *ſaltuatim*, *curſim*, *ſtrictim*, *ſingillatim*, *privatim*, *ſingultim*, *tractim*, *carptim*, *ductim*, Priſcianus, lib. XV, *Gradatim*, Cyprianus de Vanit. Idolor *Vbertim*. Optatus Afer. lib. VII. *Particulatim*, Varro Agemodo. *Membratim*, Prudentius Vincentio. *Sequeſtratim* Caſſiodorus lib. XI. Epiſt. I. *Turmatim*, Livius, lib. XLV. *Pagatim*, Idem lib. XXXI. *Gradatim* Cicero ad Quirites. *Vicatim*, Minutius Felix. *Contemtim*, Curtius lib. IX. *Filatim*, Lucretius lib. II. *Secretim*, Vincentius Livinenſis. *Generatim*, Lucretius, Varro, Virgilius, Cicero II. de Orator. *Viritim* Curtius lib. VII. *Græcatim*, *Templatim*, Tertullianus. *Fortunatim*, Ennius. *Tumultuatim* Sidonius lib. VII. *Columbatim*. Mæcenas. *Temporatim* Tertullianus de Pallio. *Blanditim*, Lu-

cretius lib. II. *Cancellatim* Sidonius, lib. V. Epiſt.XVII. *Calim*, clam. Feſtus. *Cæſuratim*, Sidonius lib.IV.Epiſt. III. *Summatim*. Seneca, Epiſt. C. *Celatim*, Gellius lib. XII. cap XV. *Coactim*, Sidonius libro IX. Epiſtiſt. XVI. *Cuſpidatim* Plinius, *Cumulatim*, Prudentius Apotheoſi. *Tenuatim*, Apitius, lib.II.cap.VI. *Teſſellatim*, Idem lib. VII. cap. IX. *Coactim*, *Cochleatim*, *Cunctim*, Sidonius. *Congregatim*, Prudentius. *Cogitatim*, Feſtus. *Conflatim*, Iſidorus Gloſſis. *Camellatim* Vitruvius, *Pectinatim*, idem lib. I cap. V. *Emicatim*, Sidonius lib.II.Epiſt.XIII. *Lunatim*, B. Eulogius. *Fruſtatim*, per fruſtra, Victor Uticenſis, libro I. *Strictim*, Tertullian. de Pallio, &c.

137. CRINALES.] Qui de Poëtis Judicandi auctoritatem venuſto genere ſibi ſumſerunt ingenio viri doctrinaque ſingulares, vocis hujus uſum Claudiano imputant, ut aliquid priſcis indignum ſonantem: Sinè cauſſa & conſilio. Sic enim Maro, libro VII. *Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.* Libro XI. *Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ Tigridis exuviæ per dorſum à vertice pendent.* Papinins libro XI. *Crinalem attollit, longo ſtridore, ceraſten.* Libro II. Achill. *Sæpius & fronti crinale repoſceret aurum.* Cui eidem & crinire uſurpatum. Libro IV. Silv. V. *Nunc cuncta veris frondibus Annus Crinitur Arbos* Thebaid. IV. *frondenti crinitur caſſis oliva.* Rutilius Itin. I. ad Roman. *Erige crinales Lauros, ſeniumque ſacrati verticis in virides, Roma, recinge comas.* *Crinalis*, perpetuo velut crini inhærens. Intelligit autem noſter pectinem eburneum, Africæ geſtarum ob ebur peculiare ei provinciæ. Et alioquin pectinis uſus familiarior Afris fuerit ob criſpitiem, & duriorem comam. Serenus Moreto:

erat unica cuſt. s
Afra genus, tota patriam teſtante figura
Torta comam, labroque tumens, & fuſca colore.

Lucanus, lib. X. de Ægyptijs.

populuſque miniſter:
Diſcolor hos ſanguis, alios diſtinxerat ætas,
Hac Libycos, pars tam flavos gerit altera crines
Vt nullas Cæſar Rheni ſe dicat in arvis
Tam flavas vidiſſe comas.

Poſſis & acus Comatorias capere; quas diſcernicula vocavit Lucilius. *Crinalem ſpicam* Marsianus Capella libro IX. *Crinalem ſpicam faretra deprome cupido Lubens capillum ſolvere* Malè eo loco interpres in Prudentij verſu, qui de Sepe ſerpente loquitur.

140. AVULSO NEXU.] Catena Elementorum, & vinculo, quo attinetur rerum omnium ordo. *Fœdera Mundi* vocat priore in Rufinum. Intelligit autem irrefutabile Sapientiæ divinæ argumentum, maris fluctus littora ſua ſervare, de quo ibidem.

143. PACHYNO.] A Sicilia uſque Tempeſtas veniat Africam ſuperfuſura. Scriptus Noſter Codex. *prærepta Pachyno* Inani bonæ mentis ſono.

146. PARS LIBYES.] Diſcrimen enim inter provincias eas, Africam nimirum & Libyam. Libya diſtincta in Siccam & Pentapolin Ægypti Sex Provincijs accenſetur in Notitia Provinciarum, cum Africa totidem alijs nullam Libyam contineat. De uſtis vel calore incultis ejus Libyæ locis, de qua hic ſermo, Lege Lucanum libro IX. Strabonem. Curtium, Macrobium, Hirtium de Bello Africano.

148. MEDIUS FLAGRANTIS OLYMPI LIMES.] Zonam torridam dicit, nimio æſtu inhabitabilem, quæ media cæterarum. Ovidius: *Utque duæ dextra cœlum totidemque ſiniſtra Parte tenent Zonæ: Quinta eſt ardentior illis. Sic onus incluſum numero diſtinxit eadem Cura DEI, totidemque plagæ tellure premuntur. Quarum quæ media eſt non eſt habitabilis æſtu. Nix tegit alta duas, totidem inter utramque locavit. Temperiemque dedit*

dedit miſta cum frigore flamma. Virgilianos Interpretes vide, Macrobium libro II. in Somnium Scip. cap. VII. Capellam, lib. VI. Tibullum, Lib. IV. Nicephorum Blemmydem Phyſicor. cap. XXIIX. Alios id genus.

15. DIPSADES.] Serpentum genus, deſcriptum Nicandro, & Lucano. Dictum à ſiti, quia dipſadi percuſſi proni ſe in fluvios abjiciunt, donec rumpentur, humorem in ſe rapientes, ut idem Nicander commemorat.

11. DIPSADAS ET CERASTAS.] Junguntur pro ſummè maleficis etiam Lucano, pro Cæſare pugnant Dipſades, & peragunt civilia Bella Ceraſtæ. De *Dipſade* vide & Ælianum libro VI. Hiſt. Animal. cap. LI. qui quam fabulam narrat ex auctoribus non exſtantibus, ea ſupereſt etiam apud Nicandrum Theriacis. *Ceraſten* deſcribunt Dioſcoridis, Ætius, idem Nicander, & Lucanus; ſæpiuſque meminit ijsdem libellis Aelianus.

154. BISSENAS.] Africam enim etiam ſub Theodoſio Magno habuit ante Gildo. Provinciatum quoque invitam eum toleraſſe dicit. Gravat rem in laudem Victoris omni opera.

156. CONSENUIT.] Ita de Annibale. Bello Getico, v. CLVI. Gildonem ei & alibi componit.

157. UTINAM REGNUM.] In quo ſanè tamen majeſtas aliqua foret. Et Africæ non inuſitatum parere Regibus. Nunc inhonoro Latroni & vitijs ſine omni ſceptro parendum dolet.

157. PRIVATO JURE.] Uſurpabat enim Gildo provinciam, more potius licentiaq; gentili, quam imperio Legitimo, ut ſcribit Oroſius.

158. FUNDI.] Ut vilem etiam noſtri poſſeſſionem habeat Dominus vecors & ineptus. Non abludit ab eo, quod tertia pars Orbis terrarum fundus hic dicitur, Tertullianus; qui terrarum Orbem Rus populi Romani appellat de Pallio: *Quantum Orbis reformavit ſeculum iſtud? Quantum urbium aut produxit aut auxit, aut reddidit, præſentis Imperij Virtus? Deo tot Auguſtis in unum faventes? Quot Cenſus transſcripti? Quot populi propaginati? Quot ordines illuſtrati? Quot barbari excluſi? Revera orbis cultiſſimum Imperij hujus Rus eſt eradicato omni aconito hoſtilitatis.*

159. BARCE.] Oppidum Pentapolitanæ Provinciæ, Ptolemais, antiquo vocabulo Barce. Plinius, lib. V. cap. V. Stephani Epitoma: Βάρκη, πόλις Λιβύας, ἥτις καὶ Πτολεμαΐς.

160. PARAETONIO.] Ægyptiaco. Vide Oroſium lib. I. cap. II. Stephanus urbem vicinam Alexandriæ locat Paratonium.

παραιτόνιον πόλις πλησίον Ἀλεξανδρείας, τὴν Ἀμμωνίαν καλοῦσι.

161. PARS TERTIA MUNDI,] Ambiguum hoc multis. Nam Africam veteres Geographi adjiciebant Europæ. Dionyſius tres nominat eaſdem

> μίαν δὲ ἐκαίπερ ἐοῦσαν
> Ἄνθρωποι τριχθῆσιν ἐπ' ἠπείροισι δάσαντο,
> πρώτην μὲν Λιβύην, μετὰ δ' Εὐρώπην, Ἀσίην τε.

Quos verſus primæva ætate ſic traduximus.

> *Una quidem indiviſa ſuo cum corpore conſtat,*
> *Partibus aſt homines trinis voluere vocari.*
> *Prima harum Libya eſt, poſt Europa, inde Aſia ora.*

Vide Euſtathium. Dubitavit de Sectione hac cum cæteris Salluſtius. Paullinus Epitoma Regum.

> *Europamq; Aſiamque, duo vel maxima terra*
> *Membra, quibus Libyam dubiè Salluſtius addit,*
> *Europa adjunctam, poſſit cum tertia dici.*

Quod verò Gades & Aegyptum intereſt, to-

tam Africam dicit Claudianus noſter. Sic Avienus Periegeſi Orbis Dionyſiana.

Aequore ab Heſperio quà ſe ſalis inſinuat vis,
Terrarumq́; cavis illabitur arduus Atlas,
Qua juga celſa tument, Libya ſeſe explicat ova;
Finis huic Gades, ſeptenaque, gurgite vaſto,
Ora procul Nili.

163. DISTANTIBUS IDEM INTER SE VITIIS CINCTUS.] Avaritia & prodigalitate. Quæ in improbis hominibus conjungit etiam O. M. Salvator in Evangelio, exhortans ad cavendum ſuos: Lucæ XXI.

προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ἡμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη.

165. MORIENTIBUS HÆRES.] Modus exquirendarum divitiarum & ſumtuum prodigalitati Regiæ. Suetonius de Caligula, cap. XXXVIII. *artes illas declarat. Teſtamenta primipilarium, qui ab initio principatus Tiberij, neq; illum, neque ſe, haredem reliquiſſent, ut ingrata, reſcidit. Item cæterorum, ut irrita & vana, quoſcunque quis diceret harede Caſare mori deſtinaſſe. Quo metu injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur, deriſores vocabat, quod poſt nuncupationem vivere perſeverarent, & multis venenatas matteas miſit. Cognoſcebat autem de talibus cauſſis, taxato prius modo ſumma, ad quam conficiendam conſideret, confecta demum, excitabatur, ac ne paullulum quidem mora patiens, ſuprà Quadraginta reos quondam ex diverſis criminibus una ſententia condemnavit. Gloriatusque expergefacta ſomno Caſonia, quantum egiſſet, dum ea meridiaret.* Idem Domitian. capite XII. *Bona vivorum & mortuorum uſquequaque, quolibet & accuſatore & crimine corripiebantur. Satis erat objici qualecunque factum dictumve adverſus majeſtatem Principis. Confiſcabantur alieniſſima hæreditates, vel uno exiſtente qui diceret audiſſe ſe ex defuncto cum viveret, hæredem ſibi Caſarem eſſe.* Alia apud eumdem, Tacitum, Ammianum, Dionem, PLinium, Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ.

165. VIRGINIBUS RAPTOR.] *Tyranni* eſt omnem neceſſitudinem naturæ nihili facere. Et delere. Demochares Rhetor, apud Rutilium Lupum, Lib. I. *Nihil valebat aſſidua pro fratre ac miſericors deprecatio: cum judicaret tyrannus, cujus crudelitas omnem natura neceſſitudinem exſtinguebat.* In ſecuritate conjugiorum felicitas temporum. Sic Laudat Conſtantium & Conſtantem, re eis ſeculis inuſitata, Libanius Baſilico:

εἰ γὰρ τις ἔροιτο ὁντινοῦν, τί μάλιστα βαρύτατον ἀνθρώποις, τῶν εἰωθότων λυπεῖν. ἐν αἰχμαλώτῳ τύχῃ, δόξειεν ἂν οὐδὲν παρεσκεψάμενος εἰπεῖν, τὴν τῶν γυναικῶν αἰσχύνην, τοῦτο τοίνυν ἐν μὲν ταῖς ἀνωτέρω βασιλείαις οὐκ ἀπετέτραπτο, ἀλλ' ὥσπερ τοὺς φόρους ἐκλέγειν, ἐπὶ τοῖς νενομισμένοις ἐπιτέτακτο, οὕτω, καὶ τὰ τῆς ἁρπαγῆς τῶν γυναικῶν εἰς ἔθος ἀφῖκτο, καὶ οἱ τοὺς πολεμίους ἀνείργοντες, τῷ τῆς ἐλευθερίας σχήματι, τὰς τῶν ἀνδραποδισμῶν συμφορὰς ἀνεμίγνυσαν, οὐδὲν ἀπεσχηκότες κακῶν. γυναικῶν μὲν πρὸς τοὺς λύκους, ὠμῶν δὲ πρὸς τὰ ποίμνια, ἀλλὰ νῦν ἅπας μὲν φόβος τῶν γάμων ἀπελήλαται, ἀσφάλεια δὲ τὰς τῶν γενῶν διαδοχὰς πρὸς εὐθυμίας παραπέμπει, σωφροσύνη δὲ τρόπων οὐκ ἔλαττον τῆς τυραννικῆς ἀνάγκης, γυναικὸς δὲ ὡραίας ἐντυχεῖν, ἀκίνδυνον, εὐνὴ δὲ πᾶσι, καθ' ἅπασαν γῆν καὶ θάλατταν τὸ τούτων μέτρον ἀνύβριστος.]

De tyrannorum Sceleratis Libidinibus plena omnis Hiſtoria: Et opponit eas felicitati publicæ Ariſtides, Encomio Romæ.

αὐτοὶ

αὐτοὶ μὲν δὴ ταῦτα ἀπέλαυον, ὥσπερ ἐκ χαλάζης μᾶλλον ἄρχοντες, ἢ καὶ δίκην, οἱ δὲ ἀρχόμενοι πάντα ἃ τοὺς ὑπὸ τοιούτων ἀρχομένους ἀνάγκη, σχεδὸν δέ τι καὶ περιέρεται. φοβερὸν μὲν γὰρ ἦν γονεῦσι παιδὸς εὐμορφία. φοβερὸν δὲ γυναικὸς ἀνδρί, ἔδει δὲ ἀπολωλέναι, οὐ τὸν πλεῖστον ἀδικήσαντα, ἀλλὰ τὸν πλεῖστα κεκτημένον.

Quæ ſequuntur inſunt ordine & priori in Rufinum.

167. NULLA QUIES.] Vt malefactoribus uſu venire ſolet. Salluſtius de Catilina: Animus impurus, dijs hominibusq; infeſtus, neque vigilijs neque quietibus ſedari poterat. Egeſippus lib. I. cap. VII. *tanti ſceleris immanitas mentem exulcerabat. Non ſomnus oculis, non quies animo dabatur.* Horatius Epodo V. de Canidia. *Diris agam vos, dira deteſtatio Nulla expiatur victima. Quin ubi, perire juſſus, exſpiravero, Nocturnus occurram furor. Et inquietis aſſidens præcordijs Pavore ſomnos auferam.* Cenſebatur hoc furiarum officium, ut Suetonius Nero, cap. XXXIV. *Obſcœnum autem* adulterum inamabilem dicit, nec illi gratum, quam corrumpit; ſed omnibus pariter adverſum. Hoc enim deſignat obſcœnus, ab ominando, qua ſuperſtitione turpem deſignat. Varro lib. VII. de Ling. Lat. Quare, quod dixi, *ſcœnum bonum* eſt, obſcenum vero turpe. Sic Obſcœna fames Maroni libro III. omnium ſcilicet monſtrorum implacabiliſſimum.

168. DIES.] Ob Proſcriptiones, eque bonis ejectiones. Sic Maximum Tyrannum ſtilo & gladio metuendum fuiſſe tradit Pacatus Panegyrico: *Cum immitis tyranni & ſtilus timeretur, & gladius, tranſierat in vota paupertas, & ut poſſemus effugere carnificem, optabamus ſubire ſectorem.*

170. PULSATUR.] Evertitur, conficitur. Sæpè ſic plagæ corporis ad fortunarum animiq; læſiones ab ſcriptoribus transferuntur. Symmachus lib. III. Epiſt. LXIX. *Cum tua quoque fama pulſata ſit.* Papinius, lib. V. Silvarum. *Invidia ſuperos injuſtaque tartara pulſem.* Eugippius, Vitæ Severini, cap. XLIII. *Nonis Ianuariis cæpit tenuiter lateris dolore pulſari.* Gregorius Magnus præfat. Dialog. *Infelix animus meus, occupationis ſuæ pulſatus vulnere, meminit qualis aliquando in monaſterio fuerit.* Phæbadius, contrà Arianos: *Quod piaculum, quod facinus, in hoc verbo? Qua ex parte Catholicam fidem pulſat?* Walafridus Strabus Mammete, cap. IV. *Invidia pulſante malo conſpectibus adſunt.* Qui eruditus indocti ſeculi auctor, amat ita hoc verbo uti. Cap. VI. Inibidem: *Proditione ajunt pulſari præſulis aures.* Cap. X. *& verbis productum pulſat amaris.* Cap. XII. *tormentis acribus amens Pulſat iſta ſententia.* Papinius *injuſtos rabidis pulſare querelis Cœlicolas* Adrevaldus, Tranſlatione Benedicti. cap. VIII. *Cum continuis per totum noctis ſpatium divinitatem precibus pulſaviſſe.* Alcimus Avitus, lib. II. *Imprudens obitus pariter pulſavit utrumque* Eodem *formidine nulla Mortis adhuc animum immemorem pulſaverat* Arator lib II. *Compellor Ratione loci pro munere tanto Hiſtoria pulſare fidem* Sic *percuti* livore dixit Bacchiarius, de Lapſis. *Feriri invectione*, Petrus Chryſologus, Serm. LI. *Vltione ferire*, Galterus Tarvanius] Caroli Flandri cap I. Dinamius Patritius præfat. Vitæ B. Maximi: *Vniverſa de Virtutibus Sancti Maximi, quæ fidelis narratio geſtorum manifeſtat, ſollicita indagatione perquiris, imperitiam meam pulſare non deſinis* Idem cap XI. *Is, tametſi in cunctis miraculis timebat ſibi, ne animi elatione pulſaretur, non malè ſaucium hominem clementer excepit.* Jonas Scotus, Vita Columbani, cap. XI. *Per id tempus quidam frater Anthigernus, pulſare eum precibus cæpit, ut in Hiberniam ſibi liceret peregrinandi cauſſa proficiſci.* Noſter, Secundo in Eutropium, de Stilicone: *pulſata Latii maieſtas.*

171. MORS NULLA REFUGIT ARTIFICEM.] Hoc eſt, nemo tàm callidus tamque cautus eſt qui artificem cædis fugerit, excogitatis omnibus vijs & ſpeciebus

mortis. Poteſt intelligi animi barbari delectatio in cædibus miſerorum: quo ſpectavit fortè vox Neronis jam ſe interemturi QUALIS artifex pereo. Dio lib. LXIII. Suetonius, lib. VI. Egeſippus, Oroſius, alij. Velut vero crudelitas Mortis hoc loco dicitur Artifex, ſic Sapientia Vitæ, apud Senecam, Epiſtola XC. *Vis ſcire Sapientia quid eruerit? quidve effecerit? Non indecoros corporis motus, nec varios per tubam ac tibiam cantus: quibus exceptis Spiritus aut in exitu aut in tranſitu formatur in vocem. Non arma, non bella: Utilia molitur, paci favet, & genus humanum ad Concordiam vocat. Non eſt, inquam, inſtrumentorum ad uſus neceſſarios opifex, quid illi tam parvula aſſignas? Artificem vides vitæ?*

172. SPUMASQUE REQUIRIT SERPENTUM VIRIDES.] Solus omnium Codd. cum noſter *Spumaſque requirit, Serpentes virides, &c.* Inſcitè. Spumæ enim ſerpentum Poetis notæ. Ovidius, Metamorph. III. *ferrum tamen oſſibus hæſit: Tum verò poſtquam ſolitas acceſſit ad iras Cauſſa recens plenis tumuerunt guttura venis, Spumaq; peſtiferos circumfluit albida rictus.* Alij.

173. IGNOTA NOVERCIS GRAMINA.] *Omnia* iniquitate, inſidijſque nocentia, novercis æquiparantur. Sic iniqua infeſtaque loca agrorum. Higinus Agrimenſor: *Iniqua loca quæ à prioribus novercæ appellantur, omni modo vitari debent.* In aquæductibus: Julius Frontinus, lib. de Colonijs: *Ager Adrianus, Nurſinus, & Falerienenſis, & Pinnenſis. Limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus Decumanos, & Cardines, aſſignantur. Nam eorum delimitatio eſt per rationem arcarum, riparum, vel canalibus, & noverca, quæ tegulis conſtruitur.* Mago, item Agrimenſor. *Aquarum ductus per medias poſſeſſiones diriguntur, quæ à poſſeſſoribus ipſis, vice temporum repurgantur, propter quod & levia tributa perſolvunt; quarum putei aliquoties curſorio in à terminis demonſtrantur, quæ ſi in extremis finibus occurrerint, ex convenientia centuriarum in trifinio, vel quadrifinio obſervari debebunt; item variatio fluminum, riverum curſus, canabula, vel noverca, quod tegulis conſtruitur.* Inſidiæ, & lethalia Novercarum gramina ſingularis malitiæ proverbium fecerunt. Horatius.

Quid ut noverca me intueris? aut uti Petita ferro bellua.

Virgilius. *Pocula ſi quando ſævæ infecere novercæ.* Ovidius. *Horrida terribiles miſcent aconita novercæ.* Vide Quintilianum Avum Declam. CCCXXVII. & CCCLXXXII. Alterumque, ſive Marcus Florus ſit. Appuleius, Metamorph. X. *Dira illa femina, & Malitiæ Novercalis exemplar unicum; non acerba morte filij, non conſcientia parricidij, non infortunio domus, non Luctu mariti, non ærumna funeris commota clade familiæ vindictæ compendium traxit.* Novercalia odia, novercis ingenita: Tacitus. Annali I. *Tiberium ac Liviam, illum metu, hunc novercalibus odiis ſuſpecti & inviſi juvenis cædem feſtinaviſſe.* Sic miraculum eſt apud Tibullum privigni quippiam amare potuiſſe novercam. Lib. II. Eleg. III de Phœbo paſtore: *Sæpè horrere ſacros doluit Latona capillos, Quos admirata eſt ipſa noverca prius.*

174. GRAMINA.] Venenatas herbas. Ovidius,, lib XIV.

Carmine cum tantum, tantum quoque gramine peſſim.

174. VULTU PRESENTIA DAMNET.] Pulcrè de tyranno id genus Pacatus: *Vidimus redactas in numerum dignitates, & exutos trabeis conſulares. & ſenis fortunarum ſuperſtites, & infantium ſub ipſo ſectore ludentium, flendam ſecuritatem: Cum interim miſeri vetabantur agere miſeros, immò omnes cogebamur mentiri Beatos. & cum demi atque ſecreto ſolis conjugibus ac liberis crediſſemus furtivum dolorem, procedebamus in publicum non noſtræ fortunæ vultu. Audires enim dicere delatorem: quid ita iſte triſtis incedit? An quia pauper ex divite eſt? Non enim ſe vivere gratulatur? Quid ita publicum atratus inceſtat? Luget, credo, fratrem. Sed habet filium. Ita fieri*

non

non licebat amiſſa, metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus, & ad illorum vicem qui deguſtato Sardonum ſucco feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes. Multa talia apud Tacitum, Suetonium, Dionem, Auguſtæ Hiſtoriæ Conditores. Sic Siciliæ veteris tyranni tanta barbarie in cives ſæviebant, ut nec loqui auderent; quam rem Rhetoricæ Arti Originem dediſſe ajunt. Hermogenes: *Syracuſis ajunt, Siciliæ urbe, primum captam exerceri Rhetoricam, cum videlicet oppreſſa Gelonis & Hieronis tyrannide crudeliſſime vexarentur, ita ut etiam loqui prohiberentur lingua, & per ſigna manuum & pedum, ac nutus oculorum conceptus animorum mutuos promere cogerentur.* Vide & Aelianum Variarum lib. XIV. cap. XXII.

175. LIBERIUSQUE GEMAT.] Sicà tyrannis ob lacrymas extinctos homines legimus, idq; matrem, ob defletum filium. Tacitus, Annal. VI. *Ne fœmina quidem exſortes periculi, quia occupandæ Reipublicæ argui non poterant, ob lacrymas incuſabantur. Necataq; eſt anus Vitia, Fuſij Gemini mater, quòd filii necem fleviſſet.* Sic ob Arioviſti crudelitatem Sequani nec in occulto queri audebant, Cæſare apud Gallias exercitum habente. Lib. I. de Bello Gallico: *Divitiacus Aeduus reſpondit hoc eſſe miſeriorem gravioremq; Fortunam Sequanorum quam reliquorum, quod ſoli nec in occulto quidem queri, nec auxilium implorare auderent, abſentiſque Arioviſti crudelitatem, velut ſi coràm adeſſet, horrerent.* οὐδ' ἐν ἀπορρήτῳ ἐθέλειν τολμῶσι. Interp. Græcus.

175. DAPIBUS CRUDELIS IN IPSIS.] Exemplo Caligulæ. Suetonius cap. XXXII. *Sæpè in conſpectu prandentis vel comiſſantis ſeriæ quæſtiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex, quibuſcunque è cuſtodia amputabat capita. Puteolis, dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo ſignificavimus, cum multos è littore invitaſſet, ad ſe, repentè omnes præcipitavit. Romæ, publico epulo, ſervum Carnifici tradidit ut manibus abſciſſis, atque à collo pendentibus, præcedente titulo, qui cauſſam indicaret, per cœtus epulantium circumduceretur.* Nota pat veſenia Draculæ & aliorum.

176. FIXVS QVISQVE THORO.] Attonito & devotato velut Animo. Hoc enim genus cogitationum animum clavis velut defigit. Theodorus Studita Sermone LXXVI. *Quid amplectendam porrò hanc temerariam vitam ducimus? Quid in ejus ſtudio velut quibuſdam clavis defigimur? Quid irrevulſi ad exitum Luctamur? Sic clave cupidinis amore animum affigi,* ſermo eſt PLautinus. Sic defiguntur animo attoniti, incantati, Valerius Flaccus lib. VI. inque *dei latuit terrore Lycei: Hac tunc attonitos facie defixerat hoſtes.* Arnobius lib. II. *partes inter utraſque debere haſitare, defigi, nec reperire quid faciant.* Idem Valerius lib. VII. *mæſta ſtabat defixus in ira. Figere carmina,* incantare, Idem *Carmina nunc totos ſolvit figitque per artus Aeſonida* Maro Ceiri: *pergit Regis Iolchiacis animum defigere dictis. Defixi inde,* magnopere intenti. Lucanus, lib. VI. *Vt pavidos juvenis comites, ipſumq; trementem, Conſpicit, exanimi defixum lumina vultu, Ponite, ait, trepida conceptos mente timores.* Ita noſter hoc loco. Sic ſomno *defigi,* apud Papinium, Libro X. *Sidonios te, Iuno, duces mitiſſime Divum, Somne jubet populumque trucem defigere Cadmi.*

178. CARNIFICES EPULAS.] Mortis non ſecuras. Modo dixit cædis fuiſſe genus, acciri ad epulas tyranni. Carnifices, tortrices. Siſenna. *Vitam cum dolore & inſigni cruciatu carnificatus amiſit. Carnificina,* locus ubi noxii aliive torti. Suetonius, Tiberij cap. LXIII. *Carnificina ejus oſtenditur locus Capreis, unde damnatos poſt longa tormenta præcipitari coram ſe in mare jubebat.* Vnde vox eadem pro tormentis ipſis. Appuleius, lib. IV. *An ego inquit, miſera, infelicis prædæ & rapinæ mancipium effecta, ſub incerta ſalutis & carnificinæ lanienа vivere potero?* Idem Lib. VII. Pulcrè Ammianus, lib. XXX. in nefaria cæde Paræ Regis inter Epulas.

178. INCERTAQVE POCVLA.] Metu veneni: quod ubique promptum tyrannis

Medica-

nius I. Silvarum. Juvenalis Sat.IV. Seneca Thyeſte. Martialis lib.V. Silius, lib.XI. Sidonius ad Valerianum. *Nardus.* Seneca Herc. Furente. Sidonius lib II. Epiſt XIII. Prudentius Pſychomach.V. Tibullus, lib.II. *Coſtum* Petronius Epigrammatis. Horatius lib.III. Od.I.&c. *Malabathrum.* Sidonius, lib. VIII. Epiſt.III. Panegyr. Anthemiano, & ad Valerianum. Horatius lib.III. Od.VII. His alijſq; centum ſimilibus, non irrigabant ſeſe, ſed prorſus ſuffundebant Romulidæ ſaturi, corpus univerſum proluentes. Vide Suetonium lib. IV. cap.XXXVII. Oroſium lib.VII. cap. VII. &c. Græcorum eumdem morem docet Anacreon Fragmentis, Athenæus libro XII. Dipnoſoph. PLinius lib.XIII cap.I. Curtius lib.VIII. Ad qualem perfuſionem alij excogitabant fiſtulas, quibus impluentia supernè unguenta accumbentes irrigarēt deſuper. Vide Plutarchum, ſi is eſt, Othone. Suetonium, cap.XXXI. Et ipſum imitatione Græca. Idem Anacreon de egregio quodam Comiſſatore: *συνείγων στήθεα χρισάμενος μύρῳ.* Bibebant vero & permiſta vino unguenta. Juvenalis, Sat.VI, de Mulieribus Libidinoſis.

> *Grandia quæ mediis iam noctibus oſtrea mordet,*
> *Cum perfuſa mero ſpumant unguenta falerno.*

De Græcis idem Aelianus l.XII. cap. XXXI. ἦν δὲ οὐκ ἐκεῖνα τοῖς Ἕλλησι τρυφῆς ἀπόδειξις; μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες, οὕτως ἔπινον, καὶ ὑπερηγάπαζον τὴν τοιαύτην κρᾶσιν, καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος μυρρινίτης, μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φιλιππίδης. Apud Romanorum famulitia Vnctores erant peculiares, quorum mentio apud Plautum Trinummo, Publici Vnguentarij, qui Myropolia exercebant. Plinius lib.II. Epiſt.XI. His aliquando interdictum diſtractione mercis, viſæ obeſſe moribus Romanis. Vide Solinum, cap.XLVII. Ab unctione terſui habebant molliſſima pallia, tenerrimo flore lanæ confecta, quibus ſcilicet cum exterſione pruritui ſimul, ut Capella loquitur, ſubſcalperetur. Petroni⁹ de Trimalcione.

184. CRINITOS INTER FAMULOS.] Comta miniſteria. Vbique veterum mentio. Pubes canora, omne genus Cantorum ad Epulas. Manilius de homine ad Muſicam nato, lib.IV.

> *Ille dabit cantus inter convivia dulces.*

Sic Trimalcionis convivio omnia fiebant ad tripudium & Cantionem. Nota lex hoc ipſo ævo Theodoſij, quæ pſalterias & laſciva myſteria menſis ſubmovit, auctore Victore. Non temerè invenies pictu ām convivij veterem, ſine Cantoribus. Viſe Triclinium Ciacconij & Urſini.

185. ORBATAS JUBET IRE NVRVS.] Nurus Poetis omnes fœminas ſignant. Tyrannus adigebat ad Tripudia parētes, peremtis neceſſitudinibus. Exempla apud Suetonium & Dionem in Caligula & Nerone, alioſque tyrannorum hiſtoricos. Ad Ebrietatem igitur & Choreas adegit miſeras. Qui enim ſaltat, potum fatetur. Valerianus Homil.I. *Quis te non ebrium iudicet, ſi inter affluentes vino calyces ſaltantium gyros imiteris*: Vide & Pacati Panegyricum. De Phalaride nota omnia, & viſe ad Eutropium noſtri.

187. SICVLI MVGITVS FERRE JUVENCI.] Nota res. Illud non indignum Obſervatione, poſteriorum ſeculorum tyrannos idem ſupplicium uſurpaſſe. Victor Tunnunenſis Chronico: *Anaſtaſio Auguſto Conſule, Gothi intrà Hiſpanias ſedes acceperunt, & Burdimelus à ſuis traditus; & Toloſam directus in tauro aheneo impoſitus igne crematus eſt.*

188. QUAM TALES.] Omiſſa eſt vocula *potius Libro* II. in Eutropium. *conceſſoq; cupit vixiſſe colonus. Quam Dominus rapto.* Vide ibi notata.

188. Choros] Saltationes cantuſq; quos modo dixit Pietatis ſcriptores in Vniverſum hoc genus nocturnarum inſaniarum exſecrabile habent. Theodorus Studita Serm.XLIX. *Neque hu diverſa ſunt, quæ per hos dies factitantur: Comiſſationes, Ebrietas, Clamores, Dia-*

bolica Tripudia, quæ non interdiu ſolum obeantur, ſed magnam quoque partem exigant noctis. Tantum intemperantia malum eſt per quam in orbem mors invaſit. Quo reſpectu Choreæ omnes interdictæ ſunt priſcis Conſilijs, Miniſtris rerum Divinarum, qui ubi ad convivia vocari acceſſerint, jubentur antequam Muſica tripudia introvenerint. Concilium Laodicenſe Can. LIV. Can. CLVIII. Codicis Juſtiniano approbati.

ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, τινὰς θεωρίας θεωρεῖν ἐν γάμοις, ἢ δείπνοις, ἀλλὰ πρὸ τοῦ εἰσέρχεσθαι θυμελικοὺς ἐγείρεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἀναχωρεῖν.

190. MEDIA KARTHAGINE DUCTÆ.] Extractæ. *Principes verò ſemper Africa Carthaginenſes*, auctore Tertulliano. Ergo nobiliſſimas fœminas lixis Mauris ſubſtratas ait.

191. CONUBIA.] Concubitus. Vel & Conjugia indigna.

193. INGERIT.] Invitis, & contra omnia facientibus. Sidonius de Fabritio *ingeſtas animo cum divite fugit Pauper opes.* Auctor vitæ B. Frodoberti. *Intellectum eſt ab omnibus ſacra virtute corporis eum fuiſſe repulſum, quod piè quærentibus ultrò ſe videbatur ingerere.* Benedictus Paullinus, lib. I. de B. Martino.

Cumq; patrem durata uſu ſuadente teneret,
Perditio, ingeſta renuentem verba ſalutis.

Pacianus Parænetico ad Pœnitentiam: Eucherius Parænetico ad Valerianum: *numquid nos, quorum iſta uſibus fabricata ſunt, quorum luminibus ingeſta ſunt præceptum Dei tranſibimus?*

194. DISCOLOR.] Nigrior parentibus. Malè mutant Bertiniani alijque Libri.

195. PEDITUM PRÆCURRUNT AGMINA LONGE.] Ut Romanum Principem curſores. Exempla Magnarum in Hiſtoria Auguſta, Seneca, Petronio, Martiali.

197. PERTURBAT AVITA QUEMQUE DOMO.] Rectè Scaliger proturbat. Similia I in Ruf. v. CXC.

201. IRET ADHUC IN VERBA DOLOR.] Erumperet. Locutio ſupra illuſtrata. Rei ſimilia habes in luculentiſſimis Epicedijs Papinij.

202. VOCES ADAMANTE NOTABAT ATROPOS.] Parcas Jovi amanuenſes & dictorum ejus exſcriptrices facit Antiquitas, ut ſcilicet in fatorum illico numerum venirent, quæ elocutus eſſet ſummus Deorum. Nam verba Jovis fata irrevocabilia Papinius lib. I.

Grave & immutabile ſanctis Pondus adeſt verbis, & vocem verba ſequuntur.

Parcæ amanuenſes Iovis; Martianus Capella lib. I. *Quicquid ille expromta ſententia dictaverit, Parcarum pugillo aſſervante.* Idem lib. II. *Clotho vero, Lacheſiſque, & Atropos, quoniam ſententiam Iovis Orthographa ſtudio veritatis excipiunt; utpote Librariæ ſuperum, archivique cuſtodes.* Latinus Pacatus, Panegyrico: *Ut Iovi, tua Majeſtatis participi Deo feruntur adſiſtere fata cum tabulis: ſic tibi aliqua vis divina ſubſervit, quæ, quæ dixeris ſcribat & ſuggerat.*

204. NEC TE ROMA DIU.] Verba ſummam Majeſtatem ſpirantia.

205. HONORIUS] Non ego, ait, ſed mihi majeſtate proximus Romanus princeps.

206. SECURÆ.] Æternitatem Romano Imperio ſpondet; quod contrà rectius brevi poſt ſua Tempora corruiturum concludit Lactantius lib. VII cap XV.

207. VESTRUM TENOREM.] Iugis Conſtantia TENOR *Fortunæ tenor* Petronio perpetuæ ejus Inconſtantia: Senſuum, eidem. Motum Tenor, Sidonio lib. III. Epiſt. VII. *curſus nautici*, Lucano, lib. V. *Calor ignis, rigor aquæ*, Tenor, penes Dracontium.

208. AFFLAVIT ROMAM MELIORE JUVENTA.] Deorum ſpirabili afflatu vegetari, refloreſcere omnia, traditio vetus. Virgilius de Venere *lætos oculis afflarat honores.* Martianus Capella lib. II. *Præterea tres puellæ vultu decoreque parili ac Venuſtate luculentæ; ſertis religatæ invicem manus, roſarumq; ſpeculis redimitæ, ad Virginem convenere. Quarum una, deoſculata frontem Philologiæ, illic*

ubi

ubi pubem ciliorum diſcriminat glabella medietas, alia os ejus, tertia pectus apprehendit. Videlicet prima ut latos oculis afflaret honores: Secunda Gratiam ejus Lingua inſpirabat, animo Tertia Comitatem. Quippe illæ Charites dicebantur, & quicquid apprehenderent, venuſtabant. Sic & Mala Dæmonia afflant homines, unde morbi animorum & corporum. Cyprianus De Vanitate Idolorum: *Mali Spiritus ſub ſtatuis atque imaginibus conſecratis delitiſcunt, hi vatum pectora afflatu ſuo inſpirant, extorum fibras animant, avium volatus gubernant ſortes regunt, oracula efficiunt, falſa veris ſemper involvunt, nam & falluntur & fallunt.* De Morbis inde exempla ubertim ſuppetunt.

209. MELIORE JUVENTA.] Ætates urbibus, inſtar hominum, adſcribi, notatum jam alijs. Sic Agobardus in Hendecaſyllabis.

Qua Karthago, gravi jacens ruina,
Deflet præterita decus juventa.

211. EREXIT GALEAM.] Ipſa armatura, ipſe homo, criſtis creſcere videtur. Alibi.

213. HUMENTES NOCTIS EQUOS.] Ab rore Nocturno. Virgilius. *& jam nox humida cœlo Præcipitat* Silius Italicus, libro III. Punic. *per humentem noctis Cyllenius Umbram.* Auctor de Laudibus Domini. *Dat feſſis hominum requiem nox humida curis.* Noctis auriga autem Somnus. Vide ad Papinium libro II. Theb. v. 59. Lethæa fræna ſomno tribuit ab oblivione omnium rerum. Alludit non inane Rationis Poetarum figmentum: Somnum & Mortem fratres eſſe. Pariter ſomnum Læthen omnium rerum ſuaviſſimam dicit Euripides Oreſte: ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν. Lethes inde frater Somnos. Orpheus ſeu Onomacritus.

Αὐτοκασιγνήτης γὰρ ἔφυς λήθης θανάτοιο.

Morti nihil ſimilius ſomno; Xenophon. Pæd. VIII. ἐννοήσατε δὲ, ἔφη, ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ οὐδέν ἐστιν ὕπνου. Et Dominus JESUS CHRISTUS in Evangelio mortuos dormire dicit, videlicet quia in conſpectu ejus mortui non ſunt; qui ſit Deus viventium, Matthæi IX. Marci V. Lucæ VIII. Hinc frater morti ſomnus. Coluthus

ὑπνὸς ἐπεὶ θανάτοιο συνέμπορός ἐστι, εἰ γὰρ ἐτύχθη.
Ἀμφω ἀναγκαίη ξυνήια πάντα λαχόντε.
Ἔργα παλαιοπέροιο κασιγνήτοιο διώκειν.

Athenagoras, de Reſtauratione Mortuorum: παρ' ἣν αἰτίαν, οἶμαι, τινὲς ἀδελφὸν τοῦ θανάτου τὸν ὕπνον ὀνομάζουσιν, οὐχ ὡς ἐκ τῶν αὐτῶν προγόνων ἢ πατέρων, φύντας, γενεαλογοῦντες, ἀλλ' ὡς τῶν ὁμοίων παθῶν τοῖς τε θανοῦσι, καὶ τοῖς ὑπνοῦσιν ἐγγινομένων, ἕνεκά γε τῆς ἠρεμίας, καὶ τοῦ μηδενὸς ἐπαισθάνεσθαι τῶν παρόντων ἢ γινομένων, μᾶλλον δὲ μηδὲ τοῦ εἶναι καὶ τῆς ἰδίας ζωῆς. Hinc non minus ſuaviter quàm eleganter ſomnus pro morte, hæcque pro illo viciſſim uſurpatur. Moſchus Bionis Epitaphio.

Ὅπποτε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ.
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν, ἀτέρμονα, νήγρετον, ὕπνον.

Valerius Flaccus, lib. III. *En frigidus orbes Purpureos jam ſomnus obit, jam candor & anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne relicta.* Theocritus Dioſcuris.

ὃ δ' εἰς χθόνα κεῖτο νενωχὼς λύγκευς, κὰδ δ' ἄρα οἱ βλεφάρων βαρὺς ἔδραμεν ὕπνος.

Paullinus in Obitum Celſi.

Noctes atque dies ortus obituſque viciſſim
Alternant, morior nocte, reſurgo die.
Dormio corporea ſopitus imagine noctis,
Excitor à ſomno ſicut ab interitu.

Sic de Lazaro in Evangelio Dei filius, Nonno paraphraſte: ὕπνον ἀναγκαῖον καὶ ἀμεμφέα

λάζαρος ἀδει. Gorgiam Leontinum, notum Rhetorem, moriturum dixiſſe:

ἤδη μὲ ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ ex veterioribus tradit Stobæus. Apud eundem Anaxagoras:

δυὸ διδασκαλίας εἶναι οἶμαι τοῦ θανάτου, τό τε πρὸ τοῦ γενέσθαι χρόνον, καὶ τὸν ὕπνον.

215. DIVORUM PROCERES.] Ambitio hominis! Nec communes Deos facit ſuos Principes.

215. MAJORQUE MINORQUE.] Pater & Avus Honorij. Notamus alibi quæ majorem Theodoſium non patrem, ſed parruum dicant Theodoſij Imperatoris. Patrem Clariſſimum Ducem laudat Pacatus Panegyrico *Patrem, Imperator, tuum de te æſtimem. Nec difficilis coniectatio eſt. Nam cum duo ſint quæ claros Duces faciant, ſumma virtus, ſummaque felicitas, ſcire obvium eſt qua fuerit felicitate præditus, qui te genuit. O digna Imperatore Nobilitas, ejus eſſe filium Principem, qui eſſe Princeps debuerit, qui hunc Romani faſtigij apicem non ſolum fortitudine atque Sapientia, ſed decor etiam corporis potuerit æquare. Quem ſanè miror* non plenius laudaſſe fortiſſimum ducem, *Ammiano* prædicatum, ſi is fuit principis Pater. Mihi patruus fuiſſe æſtimatur, obſequio ſcriptorum patre mutatus: nempe quia Imperator ipſe ſummo eum honore habebat, ut ſcribit Victor Epitoma Cæſarum, quo nemo plura melioraque de Theodoſio. IS initio Hiſtoriolæ clarè Honorium Theodoſio Patrem facit. *Theodoſius*, inquit, *Patre Honorio, matre Thermantia, genere Hiſpanus, originem à Trajano Princip. trahens.* IS eſt Honorius haud dubio ad quem ſcribit libro IX. Epiſt. CXXII. Symmachus, cui ſubditur poſt prima Libri X. ad Theodoſium Seniorem. *Qui Victorem illum ſive Victorinum* erroris damnat, Stephanus Claverius, docere habebant, ubi nominaret Theodoſij patrem Pacatus: quem contra ego amplius commendaturum, fuiſſe exiſtimo, ſi Theodoſium illum clariſſimum ducem fuiſſe ſciviſſet. Nobilitas ſanè tamen domus Magna fuit, licet de Trajani ſtirpe fabulam putes. Paullus Diaconus lib. XII. Hiſtor. Miſcellæ: *Ea tempeſtate Theodoſius, tam propter parentum nobilitatem quam pro fortitudine propria nominatiſſimus habebatur.* Sozomenus, libro VII. cap. II.

κοινωνὸν ἐποιήσατο τῆς ἀρχῆς ἐν τῷ Σιρμίῳ Θεοδόσιον, γένους τῶν ἀμφὶ τὸ Πυρηναῖον ὄρος Ἰβήρων, εὐπατρίδην τε, καὶ ἄριστα πολλάκις ἐν πολέμοις διαγενόμενον, ὡς καὶ πρὸ τῆς βασιλείας ἐν ταῖς τῶν ὑπηκόων γνώμαις ἐπιτήδειον αὐτὸν δόξαι πρὸς ἡγεμονίαν.

Eadem Socrates libro V. cap. II. Fuit & alius Theodoſio Principi frater, Eucharius vocabulo. Zoſimus lib. V. de Luciano & Arcadio.

ὥστε ἀμέλει καὶ τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον, Εὐχέριον, αἰτοῦντά τι παρὰ τὸ προσῆκον ἀποσεισάμενος εἰς τοιοῦτον ἐκίνησεν, ὥστε πρὸς τὸν βασιλέα διαβαλεῖν.

219. SIC CUM PRÆCIPITES.] Navi comparatur Reſpublica. Notatum multis alibi. Niceforus Gregoras Initio lib. I.

τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων ἁλούσης, συνέβη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, καθάπερ ὁλκάδα μεγάλην, ἀνέμοις, ἀγρίοις καὶ κύμασι θαλαττίοις συνειλημμένην, κατὰ τεμάχια καὶ μικρὰ πλεῖστα διαιρεθῆναι καὶ ἄλλον ἄλλο τι κατὰ μοῖραν, καὶ ὡς ἕκαστοι τύχοιεν, ταύτην διαδεχόντας κληρώσασθαι.

Sic Imperator navis magiſtro comparatur apud Georg. Pachymerium, lib. II. Hiſtor.

ARTEM.] Moderandæ navis ſcientiam. Ovidius. *Vincitur ars vento Ratio* Senecæ Agamemnone. Hunc autem Claudiani locum primus reſtituit Marianus. Accurſius ad Ovidij Metamorphoſin, nominatim producens ex libro primo Belli Gildonici, quaſi rem notam ponens & Secundum noſtro ſcriptum.

220. NUTAT. DESCENSURA RATIS.] Malè libri turbantes hanc Lectionem: Noſter eam claris Litteris tuetur, ſocius Cujacianis, conſpirante Judicio Jos. Scaligeri. Sic Minutius Felix Octavio: *Errantem, vagam, lubricam, nutaſſe ſententiam.* Arnobius, lib. I. *Conjecturarum æſtimationibus nutans.* Auguſtinus lib. I. Civ. Dei. *divina juſſio* nullo nutat incerto. Martianus Capella. *Anxia cum trepidis nutat ſententia rebus.*

221. CÆCA SUB NOCTE.] Caligine, aut vera nocte.

222. LEDÆI SUSTENTANT VELA LEONES.] Caſtor & Pollux Spartæ ex Jove & Leda prognati. Seneca:

geminum Tyndaridæ genus
Succurrunt timidis ſidera navibus.

Pauſanias Corinthiacis: ἐξ ποσειδῶνος δὲ εἰσὶν ἐπειργασμένοι τῷ βάθρῳ, καὶ οἱ Τυνδάρεω παῖδες, ὅτι δὴ σωτῆρες ϰαὶ οὗτοι νεῶν, καὶ ἀνθρώπων εἰσὶ ναυτιλλομένων.

Ledæi Lacones, à Matre & Patria. Noſter Laudibus Serenæ: Mutua Ledæos devinxit cura Laconas. Quarto Conſ. Honorij. *Lacones, Progenies Ledæa, ſedent.* Martialis libro I. Epigr. XXXVI. *Qualia Ledæi fata Lacones habent.*

223. CIRCULUS UT PATEAT LUNÆ.] Ultimus ætheriorum, ſub quo demum omnia morti obnoxia. Vide Ciceronem & Macrobium in Somnium Scipionis.

225. BOSPHORUS.] Deſcriptio Byzantij viſenda apud Xiphilinum Severo; Sidonium Panegyr. Anthemij. Gulielmum Tyrium, alios.

225. URBI EOÆ.] Romæ Orientali.

226. PERMIXTO TREMUERUNT GAUDIA FLETU.] Ut ſolet inſperata gaudia ſequi fons Lacrymarum. Petronius: *Mentisq; pavida gaudium lacrymas habet.*
Alibi pluribus his Animadverſionibus.

229. O MIHI POST ALPES NUNC PRIMUM REDDITE, dixit.] Poſt eas ſummo labore emenſas. Capitolinus Maximinis. *incenſus contrà eum exercitus ſuus quod fame in Italia laboraret, in qua poſt Alpes recreari ſe poſſe credebat.*

231. UNDE TUIS OPTATUS ADES.] Ex Maroniano Aenea II. Aeneide.

O Lux Dardaniæ, ſpes ô fidiſſima Teucrûm,
Quæ tantæ tenuere moræ, quibus Hector, ab oris
Exſpectate venis? Ut te poſt multa tuorum.
Funera, poſt varios hominumq; Urbiuque labores. Defeſſi aſpicimus!

231. TANGERE DEXTRAM.] Multis alibi.

232. FERÆ.] Plurimas barbaras gentes & ante Principatũ, & ejus initijs domuit Theodoſius. Lege Marcellinum, Zoſimum, Idatium, Marcell. Comitem. Proſperum, alios.

233. PRÆSIDIUM.] *Tutela*, Confugium. Qui enim tuetur quem, ei præſidium eſt. Horatius ad Mœcenatem: *O & præſidium & dulce decus tuum.* Suetonius. Tiber. capite XXI. *Epiſtolis ut peritiſſimum Rei militaris & unicum P. R. præſidium proſequitur.* Hinc *arces*, in quas tuti regreſſus, Præſidia. Lucretius de primis hominibus:

Condere cœperunt urbes, arcesque locare,
Præſidium Reges ipſis ſibi perfugiumque.

Vel & à præſidendo. Qui enim rem dirigit, ei præſidere dicitur. Arnobius libro III. *Niſi fortè hoc dicitis, Deos artifices non eſſe; ſed eos his artibus præſidere.* Eodem: *Cornificius balare*

convincitur qui Novitati Præſidibus divis, aliena vim dat Potentia.

234. LUGENTQUE PIUM.] Clementem: quali principe mortuo luget mundus. Suetonius Tito: Ut palam factum eſt exceſſiſſe, non ſecus atq; in domeſtico Luctu mœrentibus publice cunctis, Senatus, prius quam edicto convocaretur, ad Curiam cucurrit.

234. FORTEMQUE REQUIRUNT.] Ob tumultus ſecuros. Quos compeſcuit tamen egregiè Stilico.

235. RUPIT SUSPIRIA.] Ex imo pectore. Maro. Aen. I.

quærenti talibus ille
Suſpirans, imoque trahens è pectore vocem.

236. HOC ERAT.] Ironica indignatio abrupto ſermone. Virgilius, lib. II.

Hoc erat, alma parens, quod me per tela
per enſes Eripis!

Pacianus Parænetico: *Quod tale eſt ac ſi dicat aliquis, ecce ego æger, ecce ego vulneratus ſum: ſed nolo curari ſtomachum.* Hoc erat! Sed vide quid ſtultius. Otbertus vita Henrici Quarti, quo ſcriptore ob prudentiam eloquentiamq; lubens utor: *Nempè hoc erat, quod ſcelera prohibebat, quod pacem & Iuſtitiam revocabat.* Noſtri verba ſic diſtinguenda.

Hoc erat! in fratres medio diſcordia Mauro
Naſcitur? Et mundus, germanaq; diſſidet Aula.

Non enim ex mente auctoris J. Scaliger & Ph. Rubenius lectionem hic ille interpunctionem mutare voluerunt. Codices pleique commaculati. Decepit librarios melior uſus voculæ IN, cum dicendum, ſecundum quidem eorum uſum, fuerit *in fratribus* Promiſcuum veteribus uſum particulæ notarunt pridem docti. Vide Julium Rufinianum Rhetorem, & Commentaria noſtra ad Appulejum.

236. MEDIO.] Interveniente, Conciliante. Vide ad Panegyr. Mallij.

237. GERMANAQUE DISSIDET AULA.] Una, totius mundi rectrix, à conſenſu fratrum. Sic Sidonius: Reſpublica veſtra Nunc erit una magis, quæ ſic eſt facta duorum.

238. TANTI SIT PALMA FURORIS.] Diſcordiæ tantę, tantorum odiorum, concuſſionumq; Mundi pretium ſit Salus Gildonis, impetente Honorio, defendente Arcadio.

239. EGREGIUS MORUM.] Mores, omne genus virtutis. Dionyſius Cato. Maxima enim morum ſemper Patientia virtus. Claudianus, libro I. Stilicon. *Mores* ἀρετὰς in Catone tranſtulit PLanudes. P. Chryſologus, Sermon. LIII. Pax fratrum voluntas eſt Dei, jocunditas Chriſti, perfectio eſt ſanctitatis, juſtitiæ regula, doctrina magiſtra, morum cuſtodia, atque in rebus omnibus laudabilis diſciplina.

239. MAGNO.] Magno pretio. Maro: *magnoq; optaverit emtum Intactum Pallanta.*

240. RECEDAT.] In vicem ejus objecto odio, terrarumq; orbe civilibus diſſidiis diſcuſſo. Sanè felicitas fuit ſeculi compoſitum hoc bellum.

240. PIETAS INFRACTA.] Libri nonnulli *à fratre* Nihil mutamus. Infracta, contuſa, confracta, particula enim auget vim verbi, omnibus auctorum locis; ſi fides Grammaticis. Agrætius tamen aliter, qui τὸ *IN*, indicare volens ſignare aliquid aliquando non factum, exempla ponit *INFRACTUS* & IMPOTENS. Et ſic Hieronymus Vita B. Paulli Eremita: *inter ſaxoſam convallem haud grandem homunculum videt aduncis naribus, fronte cornibus aſperata, cujus extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat: Infractusq; & hoc Antonius ſpectaculo, ſcutum Fidei arripuit. Sanè ita capias in illo notiſſimo* Maronis, lib. XII. *Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos Defeciſſe videt* Licet abnuant Grammatici. Ita Papinius lib. X. v. 193. Ubi Notata vide.

240. IN PRIMO GENITORE.] Conſidera, inquit, merita, ſive virtutes, Gildonis: in me

in me primum, parente tuo. Loquitur bellum civile cum Maximo & Victore, inſigni virtute Theodoſij confectum.

241. DISSIDIUM.] Scripti omnes, & Noſter. *Diſcidium* Vide Indicem Lucretianum docti viri, ſed valdè confidentis aſſertoris, Rejectoris & emendatoris. Quod cum non poſſint ſingulis paginis invectæ novitates, incautaque judicia, mirum non ſit nos non potuiſſe perſuadere aliquando homini acuto.

242. SUB ICTU.] Sortis nimirum. Locutio proverbialis: Sub uno ictu eſſe omnia. Ictus enim ſubita & improviſa percuſſio. Petronius: *Vterq; noſtrûm tam ſubito exſternatus ictu amiſerat ſanguinem.* Livius, libro I. *Velut orbitatu metu icta mœſtum aliquandiu ſilentium obtinuit.* Cornelius Severus, de cæde Ciceronis.

> *Abſtulit una dies ævi decus: ictaque luctu*
> *Conticuit Latia triſtis facundia Lingua.*

Interpres Joſephi, lib. XVII. cap. VII. *Ille tam inopinato malo velut ictus, abyt attonitus.* Tacitus, Annal. VI. *Iudem Litteris Cæſar Seſtium Paconianum perculit, maleficū, omnium ſecreta rimantem.* Proclus de Fide ad Armenios: πλήττειν γὰρ ἀφοςήτως, ἡ τῶν ἀπ::κτων ειωθεν ἀκοὴ τὼ μίαω ϖρογυμναϛεισαν ἐν τῇ τοιαύτη μιλετῇ ψυχίω.

245. FAVERE GETÆ.] Cujaciana Editio fovere Contrà alios Libros omnes. Id ut Romano principe indignum nec nos cum Scaligero admittimus. Marcellino Comiti notatum ante devictum Maximum tyrannum Gothos Antonio & Syagrio Coſs. Athanarico Rege defuncto ſeſe dedidiſſe Romano Imperio. Diſtinctio ſic concinnanda.

> *vel quis Mæotide ripa*
> *Rex ignotus agit, qui me non juvit euntem*
> *Auxilio? favere Getæ; venere Geloni.*

247. FLUITANTE FIDE] Ambigua, Inſtabili. Tacitus, II Hiſtor. Tum primum creditur Cæcinæ fides fluitaſſe. Alibi his Commentationibus.

248 OBVIA.] Contraria. Vide IV. Conſulatu, V. CCCCLXXXIV.

249. IN SPECULIS FATI.] Speculabundus Fortunam, & ad ejus momenta fidem collibrans. Bello Getico. V. DLXXV.

> *Credite nunc omnes quas dira Britannia gentes*
> *Quas Rhenus, quas Iſter alit, pendere paratas*
> *In ſpeculis.*

Vellejus lib. II. De prudentia Mæcenatis in opprimendo Lepido: *Hic ſpeculatus eſt per ſummam quietem præcipitis conſilia juvenis, & mira celeritate, nullaq; cum perturbatione oppreſſit Lepidum.* Idem, Libro I. *Quin Rhodij quoq; fideliſſimi antea Romanis, tum dubia fide, ſpeculati fortunam, proniores Regis partibus fuiſſe ſunt viſi.* In Speculis eſſe, rem de longinquo ex tuto contemplari. Atticus ad Cicer. lib. IX. Epiſt. X. *Ego verò in præſentia ſubitum & diſceſſum, & præcipitem profectionem tuam periculoſam puto. Et ſatius eſſe exiſtimo vos diſpertitos & in ſpeculis eſſe.* Xenocrates in Axiocho: ϲὺ μὲν γὰρ ὅτω λαλῆς, ὡς ἐξ ϲκοπῆς ἡώμενος. Juſtinus, lib. VIII. *Philippus Rex Macedoniæ, quaſi in quadam ſpecula libertati omnium inſidiatus.* Natum à ſpeculatoribus qui locis tutis & altis diſpoſiti nunciabant advenientem hoſtem. Livius, lib. XLI. de Philippo Rege: *Raptim tranſgreſſus ponte Euripum per Bœotiam Athenas ducit, pari incepto haud diſparem eventum ratus reſponſurum: Et reſpondiſſet, niſi ſpeculator contemplatus regium agmen è ſpecula quadam prægreſſus media nocte Athenas perveniſſet.* Hieronymus ad Heliodorum: *Si talem poſſemus adſcendere ſpeculam, de qua univerſam terram cerneremus, jam tibi oſtenderem totius mundi ruinas, regna regnis colliſa.* Auctor Ignotus Vitæ B. Gregorij Magni: *Anno ab Incarnatione Domini DXCII. Gregorius in ſpecula Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtitutus, rectam fidem muni vit* Specula-

culatores, Epiſcopi ipſi ſive Antiſtites Eccleſiarum. Proſper lib. I. Vir. Contempl. cap. XX. Exq; eo Halirgarius Præſul Cameiacenſis libro V. Ethicor. cap VIII. *Mentior niſi hec Dominus per Ezechielem Prophetam ſub cujusdam denuntiatione terroris loquitur, dicens ad eum. Et tu, fili hominis, ſpeculatorem te dedi domui Iſrael. Sacerdotem appellat Speculatorem; ut, ſicuti ſpeculatoris eſt de loco Editiere proſpicere, & plus omnibus contemplari, ita Sacerdos debet eſſe prapoſitus cunctis. Specula, Honorum arces*, in quibus magiſtratus curat commoda ſubditorum. Symmachus, lib. I. Epiſtola XX. *Sed non imitabor exemplum, ut qui noverim viro in ſpecula honorum locato, non tam ſtudium litterarum deeſſe, quam copiam. Hoſtis* Claudiano hoſtilis animus. Ut vulpis, animus vulpinus apud Perſium *Aſtutam rapido ſervans ſub pectore vulpem.* Juvenalis *plenumq; Nerone propinquo* Animo Neroniano.

252. FORTUNA SIMUL CUM MARTE PEPENDIT.] Ita habent omnes Libri Belgici, Noſter, rectéq; ediderunt, me judice, Scaliger & Claverius. Martem enim Fortunę, hoc eſt Conſilia ſua Eventui apta habuit Gildo, ut ſermocinatur Theodoſius. Noſter Codex etiam erectiorem ſententiam præfert, in hæc verba:

> *Victori; cum Marte ſimul Fortuna pependit.*

Qua verborum collocatione etiam lucidior ſententia. Fortunam ſuam Marti dubio applicavit; hoc eſt fidei, quam mihi debebat, rationem prorſus nullam habuit. Vir doctus Philippus Rubenius, qui non aſſequebatur hanc ſententiam, volens *mente* reponere neglexit, puro, introſpicere ſententiam. Alius liber *Victorum* agnoſcit.

251. LIBRAVIT GEMINAS EVENTU JUDICE VIRES.] Quo fortuna partium, eodem ejus inclinabat favor. Ita Curtius lib. IV. de alio tali: *Utriq; Regi hoſtis & ſemper ex ancipiti mutatione temporum pendens.* Livius, lib XLI. de Prætore Aetolorum: *dimiſſis ita, ſuſpenſare, legatis; egregiè conſultum genti ajebat. Nam utrius partis melior Fortuna belli eſſet, ad eius Societatem inclinaturos.*

251. AD RERUM MOMENTA.] Libra velut præſente. *Momenta*, nutus & renutus. Ennodius Dictionibus. *Momentis plerumque incerti favoris aura popularis impellitur. Iure librum tenuit, qui petitionis ſua aut ſocium ſe praſtitit aut auctorem.* Higinus Agrimenſor: *Explicari enim deſiderium noſtrum ad verum, niſi per umbrarum momenta, non poteſt.* Symmachus, lib. I. Epiſt. LXXIIX. *Ideò Ubeniorem capio Voluptatem, quod & tui Officii & mei meriti ſentio vigere momentum.* Lib. III. Epiſt. IV. *An ideò vel mei animi fides in clara, vel tui meriti anguſta momenta, ut huic de me opinioni locus eſſe debeat.*

253. CUPIDIS ASTRIS.] Sic blandiuntur Principibus ſuis Poëtæ: Horatius ad Auguſtum: *Neve te noſtris vitiis iniquum Ocyor aura Tollat, hic magnos potius triumfos, Hic ames dici pater atq; Princeps* Virgilius ad Eumdem. Georg. I. *Ipſe tibi jam brachia contrahit ardens Scorpius, & cæli iuſta plus parte relinquit.* Papinius, Theb. I. ad Domitianum:

> *Licet arctior omnes*
> *Limes agat ſtellas, & te plaga Lucida cæli*
> *Sollicitet.*

254. EXEMPLUM SEQUERER TULLI.] Res geſta nota. Vide Livium, Dionyſium Florum, Gellium lib. XX. cap. I. Servium, Aeneid. VIII &c. *Dumis laniatim* ait Claudianus quod raptus equis per loca ſenta, flagris ante cæſus. Supplicium tale deſcribit pulcrè Prudentius Paſſione Hippolyti. Fufetium ſcribendum, non Sufetium, docuerunt pridem docti viri, Jo. Pierius, Jan. Parrhaſius, Carolus Sigonius.

256. CALCAT.] Reſponſa ut Principis, vel & Dei. Sic oracula ſæpius in Utroq; Codice reſcripta Principum perhibentur,

257. CALCAT.] Cum contumelia negligit & proculcat. Auguſtinus, Confeſſ. lib. VI. cap. X. *Voluit ſibi licere neſcio quid ex more potentia ſua, quod eſſet per Leges illicitum. Reſtitit Alipius, promiſſum eſt pramium, triſtis animo.*

animo. Pretenta mina, calcavit. Theodericus Rex Gothorum, in Edicto: *Querela ad nos plurima pervenerunt, intrà provincias nonnullos legum præcepta calcare.* Petronius: *verſum timuerunt calcare.* Hoc eſt contemnere. Prudentius. Apotheoſi, *modo ſupplicium recipit, modo libera calcat.* Papinius, Achill. I. *Iura, fidem, ſocios, una calcata ruina.* Ammianus, lib. XXVII. *Sapor calcata fide ſub Ioviniano pactorum.* Claudianus II. Stilicon. *famæ qui vulnera nuper Calcatam flevere togam.* Hieronymus, vita Hilarionis. *Ego nihil ita ſtupeo, quam gloriam illum & honorem calcare potuiſſe.* Appulejus, libro V. *Illas ſceleſtas fœminas tibi poſt internecinum odium & calcata ſanguinis fœdera, ſorores appellare non licet.* Salvianus, lib. V. *Legem Legimus, & Legitima calcamus.* Appulejus, lib. X. *ipſe non poſſum calcata numinum religione fidem meam fallere.*

258. POST PATREM FRATREMQUE.] Deceptos & deluſos, quia crediderũt. Perfidia Gildonis toto hoc opere traducitur, cum infamia gentis. Sequentia clarè docent. Arcadio addere voluiſſe Gildonem, detractam Honorio partem.

259. IN QUE TUAM SORTEM.] Partem Imperij Paterni. Sæpiſſimè ſic Scriptura. Ab Eutropio Eunucho totum hoc fuiſſe, & ejus inſtinctu Honorium voluiſſe Aphrica intervertere Gildonem, ſcriptor Zoſimus, libro V. Verba apponam, quia univerſa continent quæ de Gildonis rebus Zoſimus ſcribere voluit, & fortaſſe ſola ſunt vera.

Εὐτρόπιος τοίνυν, ἐν μὲν τῇ Κωνσταντινουπόλει παντάπασιν ἔχων οὐδένα τὸν ἀντιβλέπειν τολμῶντα, μόνον δὲ Σπελίχωνα τὸν κατὰ τὴν ἑσπερίαν κυριεύοντα πραγμάτων κατὰ νοῦν ἔχων, ἀνελεῖν αὐτοῦ διανοεῖται τὴν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἄφιξιν, ἀναπείθει δὴ τὸν βασιλέα πέως συναγαγόντα τὴν γερουσίαν, κοινῷ δόγματι τῆς βασιλείας πολέμιον αὐτὸν προσειπεῖν. οὗ δὴ γενομένου γιάδωνα παραχρῆμα πάσης ἔχοντα τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα λιβύης τὴν ἡγεμονίαν, οἰκειωσάμενος, ἀφίστησι διὰ τούτου τὴν χώραν τῆς ὀνορείου βασιλείας, καὶ τῇ Ἀρκαδίου προστίθησιν, ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνοντι, καὶ λίαν ἀπορουμένῳ Σπελίχωνι συνήρετο τὸ ἀπὸ τῆς τύχης αὐτόματον, ἀδελφὸν γὰρ ἔχων ὁ γιάδων, ᾧ Μασκέλδηλος ἦν ὄνομα, καὶ τούτῳ διὰ βαρβαρικὴν μανίαν ἐπιβουλεύσας, ἠνάγκασεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ὡς Σπελίχωνα πλεῦσαι, καὶ ὅσα παρὰ τ' ἀδελφοῦ πέπονθεν, ἐξειπεῖν, ὁ δὲ δυνάμεις ἀδρὰς αὐτῷ παραδοὺς, καὶ πλοῖα χορηγήσας ἀρκοῦντα, πολεμήσοντα τῷ Γιάδωνι παραπέμπει, οὗτος ἀναστὰς ἔνθα διατρίβοντα τὸν ἀδελφὸν ἠκηκόει, καὶ ἀπαρασκεύῳ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐπιπεσὼν, μάχης καρτερᾶς γενομένης, τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε Γιάδωνα τὸν βίον ἀπολιπεῖν ἀπαγξάμενον, οὕτω γὰρ εἵλετο μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι. Καὶ ὁ μὲν Γιάδωνος ἀδελφὸς, ἀποδοὺς τῇ Ὀνορείου βασιλείᾳ Λιβύην, εἰς Ἰταλίαν ἐπανῄει νενικηκώς.

Conſentiunt his multa noſtri loca. Diplomatis, doliſq; Africam avelli cœptam docentis. Et Quia Zoſimus Comes, & Exadvocatus fiſci, Claudianus, Aulicus & Miles Stiliconis, vtrumq; cum dignitate certiora de his ſcierint mille Oroſijs alijſque id genus, dubitare nolim.

261. LÆSI FRATRIS.] Honorij. Quem ob crimen fugiſſe dicit Gildonem. Intellige fratris liberos cæſos.

261. TRANSFUGA.] Ob id minimè carus habendus, ut Salluſt. Bell. Jugurthin. cap. C. amiciſſ. noſtro olim Grutero reſtitutus.

262. LEVIS INGENIO.] Ut probatum Scelere in ipſum Theodoſium, jam commemorato.

262. DISCRIMINE SUMMO.] Licet adeo, inquit, res noſtræ fuerint acciſæ, ut du-

b ijs nobis de vita periculis eximenda, jamque ſub ictu lethi conſtitutis, immineant extrema omnia, tamen, antiquis motibus ſalus non placeat quam attulerit proditor.

263. SUSPENSA MORTE.] Tamdiu dilata. Licet, inquit, aliquando neceſſariò utamur proditore, tamen, pulſis malis, luce recepta, illum odimus, & pœnæ etiam ſubdimus. Verus iſti non pauci mirè ſerpunt, & neſcio an non monachus aliquis locum communem de rebus proditorum ex ſuo penu voluerit diductum, explanatumque longis gloſſematis.

264. LUCE REPERTA.] Reparata. Unus Codex recepta. Quod amplexus Scaliger. Nihil mutamus, cæteris vulgò aſſentientibus.

264. NUMQUAM GRATUS ERIT.] Proditor ipſe numquam poterit amari. Philippi Macedonis notum dictum: Interrogatus, quos amaret præcipuè, quos odiſſet maximè. Reſpondit, Proditores quidem inprimis amo, eos verò qui jam prodiderunt, maximè Odi. Refert Stobæus fine Sermonis de Imperatoribus & Bellicis Conſilijs. Vide Aureliani Imp. verba ponenda inf. ad v. 386. Et eſt illuſtre exemplum Valentis apud Sozomenum lib. VI. cap. VIII. Qui proditorum ope tyranno devicto ipſos diſſecuit ſervus.

αὐτὸν καὶ τοὺς προδότας ἐλεεινῶς ἀνεῖλε, τοὺς μὲν γὰρ λέγεται, καίπερ δὺνοεῖν αὐτοῖς ἐμὺζας πλεῖστα ἀρχῇ διελεῖν, &c.

Philippus quidem dictum ſuum re probavit miſerè trucidatis, quibus proditoribus Olynthum ceperat, ut memorat Demoſthenes Orat. de Cherſoneſo, quæ hodie contrà veterum citationes Octava eſt. Vide & Adverſar. lib. CXLIX. cap. XIIX.

265. NEC NOS PATIMUR.] Melius Edi in Cujaciana. *nec vos patimur committere tali Hoc genus emtori* Hoc eſt, noſtro lubitu, noſtroq; aſſenſu numquam Imperatorio generi veſtro eam maculam inureris, ut proditione alter alterius velit partem diviſi Imperii concerpere, ad ſeque transferre. Indignum nimirum facinus genere & indole Regia, ſuaque ſobole ait Theodoſius. Poteſt & Eutropium turbarum tedemrorem intelligere.

266. COMMITTERE EMTORI.] Poſſunt referri hæc ad Eutropium, ut diri, in modo poſitis Zoſimi verbis: Committere emtori, ſi argutari velis, ſit emere. Ut Juvenalis *jamq. Tondendum Eunucho Bromium committere noli.* Hoc eſt Eunuchare verbo Marci Varronis. Sed illa planior ſententia vera eſt magis.

267. CIVES CUM MÆNIBVS OFFERT.] Adde notam interrogãdi. OFFERT? Hic VENDIT PATRIAM. Multi libri ſcripti *affert* Noſter diſertè *Hoc vendit patriam* Hoc, inquit, ipſo. Quæ lectio veritas ipſa videtur.

267. VENDIT PATRIAM.] Summo à parricidio ſcelere. Patriæ enim à parentibus Honor debetur ſummus. Ciceronis crebræ ſententiæ. Satius pro patria mori, quam eam dehoneſtare quoquo modo ſcitum eſt vetus Charandæ Catanæi.

267. PLERIQVE IN TEMPVS ABVSI.] Conteſtata res gentium hiſtorijs, proditores poſt operam ſuis moribus interemtos. Exemplum illuſtre refert in rebus Joannis XXIII PP. Theodericus à Niem; Vbi Ladislaus Rex proditorem auro argentoq; onuſtum in Siciliam recipit, donat inſuper Comitatutulo, & parte quadam regionis, modò ut ſecurum faciat: Hoc effecto, theſauris hominem & vita ſimul exuit.

268. TENVIT SIC GRAIA PHILIPPVS OPPIDA.] Hiſtoria nota: amplificatur data opera à Principe Humanæ Eloquentiæ multis paginis.

269. PELLÆO LIBERTAS CONCIDIT AVRO.] Notæ artes Regis aſtutiſſimi, dictis etiam celebrata; ut cum nullum locum inexpugnabilem autumavit, quo adigi poſſet aſellus auro onuſtus. Res eius compendio narrat Coeptor Trogi, M. Junianus Juſtinus, lib. IX. *Fuit*, inquit, *Philippus, armorum quam*

quam conviviorum apparatus ſtudioſior. Cui maximè opes erant inſtrumenta Bellorum. Divitiarum quaſtu quam cuſtodia ſollertior. Itaq; inter quotidianas rapinas ſemper inops erat. Miſericordia in eo & perfidia pari jure delecta, nulla turpu ratio vincendi. Blandus per iram, (ſic legendum ex optimo MS. noſtro, vulgò *pariter* ineptè,) *& in gratia offenſam ſimulare. Inſidioſus alloquio, qui plura promitteret quam praſtaret, in ſerio & iocos artifex. Amicitiarum utilitate, non fide, colebat. Gratiam fingere in odio, inſtruere inter concordantes odia, apud utrumq; gratiam quarere, ſollemnis illi conſuetudo. Inter hac Eloquentia & inſignis oratio, acuminis & ſollertia plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventionum deeſſet ornatus.* Et quæ comparatione Alexandri ſequuntur. De Recentioribus componas huic Ludovicum Undecimum, inclytum Galliarum Regem.

269. PELLÆO.] Per contemtum non raro nominatur Urbs ante Philippum & Alexandrum contemtum oppidum. Poſt ἐπιφανεστάτη πόλις, ut Marciano Heracleotæ.

269. ARVO.] Notum Oraculum.

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις.

Quod ſecutus eſt per omnia Philippus. Avaritiæ ejus infinita exempla in vita.

270. ROMANI SCELERUM SEMPER SPREVERE MINISTROS.] Ferro enim & Virtute, non auro & negotiationibus bella gerebant. Aelianus, variar. lib. XII. cap. XXXIII. eadem hac Hiſtoria.

Κινέας ὁ πύῤῥου ἰατρὸς, φασὶ, πρὸς τὴν βουλὴν τῶν ῥωμαίων ἔγραψε, δι' ἀποῤῥήτων, καὶ ᾔτει χρήματα, καὶ ὑπισχνεῖτο ἀποκτείνειν φαρμάκοις τὸν πύῤῥον, οἱ δὲ ἐν προσποιήκαντο τὴν ὑπόσχεσιν, δι' ἀρετῆς γὰρ ἴσασιν ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι, οὐ μὴν διὰ τέχνης, καὶ ἐπιβουλῆς καταγωνίσασθαι τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ πύῤῥῳ τὴν γνώμην τοῦ Κινέου ἐξέφηναν. Hiſtoriæ notæ, nec hic excutiendæ.

272. FABRITIUS.] Epiſtolam C. Fabritij & Q. Aemilij Coſſ. ad Regem Pyrrhum juvat adſcribere: *Coſſ. Romani ſalutem dicunt Pyrrho Regi. Nos pro tuis injuriis continuo animo ſtrenui commoti, inimiciter tecũ bellare ſtudemus. Sed communis exempli & Fidei viſum eſt, uti te ſalvum velimus, ut eſſet quem vincere poſſimus. Ad nos venit Nicias, familiaris tuus, qui ſibi pretium à nobis peteret, ſi te clàm interfeciſſet. Id nos negavimus velle. Neve ob eam rẽ quicquam commodi exſpectaret: & ſimul viſum eſt, ut te certiorem faceremus, ne quid eiusmodi, ſi accidiſſet, noſtro Conſilio civitates putarent factum. Et quod nobis non placet pretio aut pramio, aut dolis, pugnare, tu, niſi caves, iacebis.* Scriptore Claudio Quadrigario. *Errant* igitur qui in Fabritio deſignando errare Claudianum ajũt, quod Curius id fecerit facinus: in quibus nolim eſſe virum doctum probumq; qui Propertium noviſſimus recenſuit. Verum quidem diſſentire ſcriptores in Heroibus iſtis; non tamen ut Epiſtolam damnare velis. Error ortus ab paritate inclutorum hominum. Manilius lib. I. *Fabritius, Curiusq;, pares.*

272. PETIT.] Perijt. *Patrare*, conficere, *Perficere*. Gratias de Hercule: Hinc decus & famæ primus patravit honorem *Impetrare* inde, quod non inſcitè explicat in Plauto & Ammiano Jac. Caſellius Durantius in varijs. *Patrandi* verbo amarunt uti ſequiorum ſeculorum ſcriptores. Salvianus lib. I. *Caterum patrata Deus univerſitate rerum, removit à ſe cunctam rerum terreſtrium curam.* Aldhelmus Aenigm. XIII de Moloſſo. *Rictibus arma gerens bellorum pramia Patro* Gotfridus Viterb. lib. I. *Deus à patrando dicitur pater, quia omnia creat, omnia patrat.* Adrevaldus, de Translat. Benedicti, cap. II. *Hac itaq; patrata everſione idem locus ad eremum redactus.* Cap. III. *Quod ille ſpiritalibus oculis, iſte patratum carneis conſpiciebat.* Cap. V. &c.

274. DUCTOSQUE CAMILLUS] Hiſtoria apud Livium, li. V. Plutarch. in Camillo.

Deſcripſit olim Jambis Alphius Avitus lib.II. Excellentium, cujus ſuperſunt verſiculi, in Priſciani lib. VIII. à G. Stevvechio in Quæſtionibus Appulejanis perperam ad Varum relati.

276. TRANS MURUM.] Alphius Avitus. *Tum Litterator creditos Ludo Phaliſcûm liberos cauſſatus in campi patens. Extraque muros ducere ſpaciando paullatim trahit Hoſtilis ad valli latus.* Hos quis non fateatur movere deſiderium cæterorum id genus verſuum; cum extra unum Horatium præcipuè univerſi Romani Lyrici interierint. Eam rem ut confecerit judicio nobis ſuo Quintilianus, alibi pluribus demonſtramus. Alphij ad hanc hiſtoriam pertinent utique duo verſiculi alij, citati Priſciano, eidem Lib. XI. *Seu tute malis hoſpites, Seu tute captivos, habes.* Quæ fuere ad Camillum verba Proditoris. Viſe ſermones pares apud Livium. Avitus quidem iſte vetus admodum ſcriptor fuit, ut ex his Terentiani liquet.

Ut pridem Avitus Alphius
Libros Poëta pluſculos
Conſcripſit Excellentium,

Ut eo vehementius ejus Suadam deſideremus.

277. MOVEAT.] Concutiat, convellat.

278. QVOD RESPVIT ALTER IN HOSTEM.] Scelus videlicet proditionis. Ineptè mutant alij.

279. GILDO CONDONAT HABENAS.] Unus Codex contradit Quod ſit Lucretianum; ſed verius nihil mutandum.

280. TANTA PROVINCIA.] In alias Sex diviſa. Karthaginem, Numidiam, Tripolim, Byzacium, Mauritaniam Sitifenſem, Mauritaniam Cæſarienſem: ut indicat Notitia Provinciarum. Quem libellum ante Juſtiniani Tempora ſcriptum hinc paret. Is enim Septem recuperatæ Africæ Provincias memorat, accedente Sardinia. L. I. De Officio Præf. Prætorio Africæ: Ab excellentia tua, auxiliante Deo, Septem Africæ Provinciæ, cum ſuis judicibus diſponantur. Quarum Tingi, & quæ Proconſularis anteà vocabatur, Carthago, & Byzacium, ac Tripolis, Rectores habeant Conſulares. Reliquæ verò, id eſt Numidia, & Mauritania, & Sardinia, à præſidibus gubernentur.

281. MUTAVERIT.] Vera Lectio Codd. Cujacianorum nutaverit licet alij omnes contrà cum Scaligero ſentiant. Claret ex eo quod præcedens verſus *mutandi* verbum habet.

282. REFLUUM.] Inſtar reciprocantium fluctuum. Alibi *flavis incertius undis.*

283. MAVRI FVIT.] Nos olim *fluit* Non opus correctione. Portento enim ſimile aliquando fuiſſe Africam Latronis unius Mauritani donum. Munus ejus qui donat. Ut injuria Agamemnonis, qui eam infert Achilli, apud Auſonium. Perioch. Præfatione.

285. MASSYLAS FRAUDES, BILINGUES INSIDIAS.] Afri omnes populi Malignitatis & doloſorum animorum traducuntur. Noſter reſpexit hæc Siliana, libro XVI.

Pulcrior eſt gens noſtra fide, dimitte bilingues Inſidias.

Salvianus, libro VII. *Omnes gentes habent ſicut peculiaria mala, ita etiam quædam bona. In Afris penè omnibus neſcio quid non malum. Si accuſanda eſt inhumanitas, inhumani ſunt; ſi Ebrietas, ebrioſi ſunt; ſi falſitas, fallaciſſimi. Si dolus, fraudulentiſſimi; ſi cupiditas, cupidiſſimi. Si perfidia, perfidiſſimi.* Cicero Attico, libro XI. Epiſtola VII. *Ex omnibus nihil tamen deſideratur, quam quod in Africam non ierim. Iudicio hoc ſum uſus, non eſſe auxilijs fallaciſſimæ gentis Rempublicam defendendam.* Livius libro XXXIX. *Plebem imbellem in urbe, imbellem in agris eſſe, mercede parari Auxilia ex Afris, gente ad omnem auram ſpei mobili atque infida.* Capitolinus,

Maxi-

Maximinis : *Gordianus contra Capelianum cum filium Iuvenem miſiſſes, acerrima pugna interfecto filio, ipſe laqueo finivit vitam, ſciens & in Maximino multum eſſe roboris, & Afris nihil virium, multum quin imò perfidiæ.* Maximinus Imperator : *Dum nos in Germania Romanam defendimus maieſtatem, dum nos Illyricum à Barbaris vindicamus, Afri fidem Punicam præſtiterunt. Nam duos nobis Impp. Gordianos fecerunt.*

285. BILINGUES.] Ambiguas. Aliud ſenſu aliud lingua tenentes. Alcimus Avitus. *Lingua duplex* Solon apud Diogen. Laertium γλώσσας διχόμυθον dixit. Petrus Chryſologus. Serm. LIII. *Procul contentiones, procul lites, procul maledicta mittantur. Et quia laqueus eſt Mortis lingua ſuſurronis & bilinguis; parcat unuſquiſque animæ ſuæ ne in ſupplicium ſuum ſibi vincula morſu innectat.*

286. VERBA DOLI SPIRANTIA VIRUS] Sic Scaliger cum Belgicis alijſque Libris. At Vera Lectio Cujacianorum *verba ſoli ſpirantia virus* Quibus perſpicuè aſſentitur noſter. Totus Principis ſermo in eo eſt, ut Afram omnem gentem, Naturæ cœli, ſolique conditionibus perfidiæ infamet, filioque cavendam propingat. Cui rei apprimè facit hæc lectio, etiam Aldinis jam olim Editionibus recepta. Pariter Ovidius: Lib. I de Ponto Elegia V. *& trahar arte ſoli* Et Cicero in Rulliana de ipſis Carthaginienſibus diſertè teſtatur, *loci natura fraudulenses eſſe*. Lucanus lib. IV. *fruſtraque rogatus Ut Libycas metuas fraudes infectaque ſemper Punica bella dolis.*

286. NE CONSANGUINEIS CERTETUR COMINUS ARMIS.] Hoc enim agebat ſive Gildo ſive per eum Eutropius ut Honorium Arcadio committeret, ipſe ijs bellantibus ſecurior foret, aut excuſſo jugo provincia abuteretur pro ſua, de Eutropio Zoſimus verbis paullò antè adſcriptis; de Gildone noſter primo Stiliconiarũ *moverat omnes Maurorum Gildo populos nec ſolum fervidus Auſtrum; Sed partes etiam Mavors agitabat Eoas Quamvis obſtreperet Pietas; his ille regenda Transtulerat nomen Libyæ, ſcelerique profano Fallax Legitimam regni prætenderat Umbram, &c.* Sanè magna Honorij felicitas, nec ſine cauſſa tantoperè alibi celebrata Oroſio, qui interventu fortuito Maſcelelis tantis diſcriminibus tam repentè emerſit. Zoſimus imparatum oppreſſum Gildonem ſcribit; longè nimirum remotis auxilijs ſecurum, non quod parvi motus per Africam fuerint, cum potentia tyranni celeberrima.

287. TRVCIBVS THEBIS.] Hiſtoriæ notæ vel de Tragœdiis.

286. IN MAVROS HOC CRIMEN EAT.] Oppoſitis fratribus. Id factum ſanè, cum pacatis Romanis, Mauros fratres fratricidium colliſerit.

290. AN QVISQVAM NOBIS DEVINCTIOR.] Notæ inſcriptiones, nota Claudiani teſtimonia, qui non aliud univerſis ſuis Panegyricis inculcat magis. Inſcriptio una omnia ferè ſequentia agnoſcit, quam poſuimus ad primum Laudem, ipſo initio.

292. CUM DIVUS ABIREM.] Nota Conſecratio. Quibus ad ſuum uſque Principibus contigerit diligenter notat Eutropius. Donum Principum ſequentium, tyrannis numquam datum. Idem lib. X. de Ioviniano : *Deceſſit Imperii menſe Septimo, ac benignitate Principum, qui ei ſucceſſerunt, inter Divos relatus eſt.*

293. ABIREM.] Statione cederem Multa huc facientia Marcus Imperator, Abire, mori Feſtus exponit; noſque multis illuſtramus alibi.

294. RES INCOMPOSITAS. Sanè ordinaturus adhuc Imperium, vix ſuperato Eugenio Tyranno. Aliquoties hæc noſter laudando Stiliconi commemorat. Lib. II Laudum, v. XCVI. Negant alij, qui rebus egregie

egregiè tranquillatis deceſſiſſe ſcribũt Theodoſium. Victorinus: Sic in Pace rebus humanis, annum agens. L. apud Mediolanum exceſſit. Vtramque Rempublicam utrique Arcadio & Honorio quietam relinquens. Syneſius de Regno ad Arcadium:

ἀλλ' ἐπὶ δύο τυράννους ἐλθὼν, καὶ ἄμφω βαλὼν, ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τροπαίῳ καταλύει τὸν βίον, ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ τῇ δὲ φύσει παραχωρήσας πρὸς ἣν οὔτε ὅπλον ἰσχυρὸν, οὔτε νοῦς εὐμήχανος. Ἐντάφιόν τε ἔσχε τὴν ἀρετὴν ἀδήριτον ὑμῖν τὴν βασιλείαν καταλιπὼν, ἣν σώζει μὲν ὑμῖν ἀρετὴ, σώζει δὲ διὰ τῆς ἀρετῆς ὁ θεός.

Quod verum eſt de apertis bellis. Tumores noſtro indicati quo eruperint Rufini, Gildonis, Gainis, Eutropij, Alarici, res docuerunt; quibus omnibus frænum fuit Vnus Stilico; quo interfecto perijt Occidentale, degeneravit Orientis Imperium.

295. TVMIDAS.] à mari male quieſcente, quod tumere tum dicitur. Vide ad Rufinum. Seneca Herc. Furente: *Vt ingenti vexata noto ſervat longos Vnda tumultus & jam vento Ceſſante tumet.* Lucanus libro V.

Cur tumidus Boreæ poſt flamina pontus
Rauca gemit ſic multa levant ſuſpiria vatem.

Vel dicit res parituras nova bella, tumuiſſe velut utero. Theognis.

Κύρνι, κύει πόλις ἥδε, δέδοικα δὲ μὴ τίκῃ ἄνδρα.
Εὐθυντῆρα κακῆς ὕβριος ἡμετέρης.

294. ETIAMNUM] Veritos pace, tamen remanentibus odijs. Similimè alibi: Inſcire librorum veterum alij *iam nunc.* A correptione ſcripturæ.

297. QUIESSET.] Sic ſcribendum, non *quieſcet*; quod puer damnet.

297. QUOD LIBERA TANTI.] Ita omnes Belgici Libri. Benè Cujaciani Ne libera tanti Militis auderet virtus. Sicque Camers etiam atque Bentinus. *Audire* Fortiter quid aggredi, abſolute dicitur. Papinius, Thebaid. VI.

Ceu primum auſura tranſalta ignota biremis Explorant remos.

Pentadius Epigramm. de Matre Meleagri. *Stipite fatifero juſtè quæ fratribus auſa Mater ſæva fuit ſtipite fatifero.* Tacitus. Hiſtoriar. I. *Ignaviſſimus quiſq; & in periculo non auſurus, nimii verbis, lingua feroces.* Tertullianus de Pallio: *Cum iam ultimarent tempora patria, & aries, iam Romanus in muros, quondam ſuos, auderet. Tam malum eſt audere ſemper quam malum eſt Pavere ſemper.* Gratius Cynegetico de Equis *non omne meas gaudet in artes.* Emporius Præceptis Rhetoricis. Marius Victor. *Ne tantum damnes quod nunc rius audeo carmen.* Ignorato hoc uſu corruperant Claudianum.

300. METV.] Principis, qui compeſcere eos auctoritate poterat. Fuiſſe Bellicorum & armorum petitum etiam hoſtili in eum alioquin animo, teſtatur Zoſimus.

304. DISSENSVS ACERBVS SED GRAVIOR CONSENSVS.] Diſſenſus enim bellum inter fratres civile confecturus erat: Conſenſus novum omnino Principem illaturus, ſpreta ſtirpe Theodoſij ad felicitatem horum temporũ pertinentia multa Paullus Oroſius; teſtatus non inveniri facile exemplum uti pupillus imperio relictus vi felix evaſerit.

302. TENERVMQVE RVDEMQVE.] Non tamen uſque adeo talem. Conſtat enim Arcadium natum eſſe triennio ante Imperium Theodoſio collatum. Iam Imperavit hic annos XVII. Sex cum auctore ſuo Gratiano, Vndecim ſolus, & cum filiis: ut vigeſimum ætatis annum egerit moriente patre; Infra quam multa alij præclara bella geſſerunt. Alij variant. Ex noſtro tamen & Syneſij libro de Regno conſtat Arcadium privato patri natum. De Ingenio Ejuſdem occultè non

ſemel

ſemel Claudianus conſentit Zoſimo, qui cum alijs non nimis argutum hominem fuiſſe produnt.

303. VEROS PRINCIPIIS.] Qui non egerent Moderatoris.

304. QVEM TV TREMVISSE FATERIS.] Vide Zoſimum. Sanè magno malo fuiſſet ei citrà Stiliconem Rufinus.

307. CEV PRÆSENS NVMENQVE.] Numina ubique præſentia etiam pagani fingebant omnia contueri. Oppianus, Cyneget. IV. Orpheus, Sibylla, alij. Amicta nubibus circumire, & inſpicere omnia auctor Heſiodus. Noſter Codex verba non ineptè tranſmutat Ceu Numen præſensque vocor.

309. SI TANTA RECUSAS.] Si te non movent à ſententia tot taliaque monita, meritaque Stiliconis: reverentia tamen ejus moveare, à fovendo hoſte publico, qui ſocer eſt fratri tuo, & ſic tibi penè Pater. Reſpexit illud Horatianum.

non hac ego tanta recuſem Dixit, Amore tui.

310. MEAE SERENÆ.] Fratris filiæ Honorij, nuptæ Stiliconi. Zoſimus IV. & V. Pignus, Maria. Victoria Gildonis ſecuta illicò Nuptias Honorij. Claudianus I. Stil. cecini fuſo Gildone triumphos Et calidis thalami ſucceſſit laurea ſerris.

314. PERMITTE.] Non obnitere. Dic pellat, aut ne obſta: Res erit confecta.

315. ILLE LICET SESE.] Similia prorſus, IV. Conſul. Honor. v. CIII.

318. CONSILIUM.] Prudentiam. Non abs re ubique in Stilicone à noſtro commendatam. Laudat hic & alibi Heroem ad illud Salluſtianum: Antequam incipias conſulto, ubi conſulueris, maturè facto opus eſt. Nicephorus Gregoras lib. II. de Ioanne Duca: κάλλιστα τὴν ἀρχὴν διέθυνε, καὶ ἐκόσμει, καὶ τοῖς τε ῥωμαίων πράγμασι καὶ στρατεύμασι πλείστην ἐν βραχεῖ τὴν ἐπίδοσιν ἐδεδώκει, κατὰ τὸ ἑκατέροις ἀνάλογον, μήτε πρὸ βουλῆς ἐργαζόμενος οὐδέν, μήτε μετὰ τὴν βουλὴν ἀμελῶν οὐδενός, ἀλλὰ πάντα μέτρῳ καὶ κανόνι διδοὺς, καὶ καιρῷ τῷ προσήκοντι.

319. IN OMNES ÆQVALEM CASVS ANIMVM.] Nullibi ad motus aut Fortunæ aut effectuum mutantem, aut ſecus agentem, quam res poſtulet: Qualem virum fortem & conſtantem quærunt Philoſophi. Guntcrus, de ſuo Heroe, lib. I.

caſuſque ſiniſtros

Exceptos habitu, quo proſpera mentis eodem.

Et ſpendet hoc ſibi de Pietate divina B. Proſper in ſententijs, nondum integris editis.

Qua ſtetero adverſis, hac nitor mente ſecundis.

Nec mala me vincent, nec mala me capient.

Malè vulgatur *hac utar mente* Conſtantiæ enim ſe ſuæ inviſurum dicit. Claudianus tamen potius de Prudentia & Fide in Domum Imperatoriam loquitur Stiliconis.

320. INVENIET VIRTUTE VIAM.] Secundum tritum illud Naſonis: Invia virtuti nulla eſt via Pulcrè Curtius lib VII *Vobiſcum, o Iuvenes & mei æquales, urbium invictarum ante munimenta ſuperavi, montium iuga, perenni nive obruta, emenſus ſum. Et mei documenta vobis dedi & veſtra habeo. Nihil tam altè natura conſtituit quo virtus non poſſit eniti.*

325. LONGO SERMONE.] A tanto ſcilicet tempore.

326. TUTIOR.] Porro non mutabilis. Negat poſtea fratris poſſeſſionem turbaturum.

327. OSTRO.] Veſte purpurea ſtragula. Cubitaſſe alioquin tum, ut nunc moris eſt, etiam pluma effultis linteis auctor eſt affirmandi Prudentius, Hamartigenia.

Quid calidum gelidumque Deus cognoſcere noſmet.

Ad

Ad tactum voluit palpandi interprete ſenſu.

At nos delitias plumarum, & linea texta

Sternimus, atq; cutem fulcro attenuante polimus

Purpura autem ſtratura Regia. Virgilius. *Vt gemma bibat & Sarrano dormiat oſtro,* Varius de Morte:

Incubet. & Tyriis atque ex ſolido bibat auro.

328. CARPERAT SOMNOS.] Verba inferunt ſonum quodammodo ſuaviter dormientis. Velut ſi quis ordine quid decerpat. Æneide Quarta.

Aeneas celſa in puppi, jam certus eundi,

Carpebat ſomnos rebus jam ritè paratis.

328. MARIA.] Syllaba notanda. In Nuptijs *Maria ſed luce minores Eligit ornatus* Prudentius Pſychomachia. *Nec mea poſt Mariam potis es perfringere iura* Alcimus Avitus ad Fuſcinam Sororem: *Tu Mariam ſequeris* Sedulius libro II. *Quis fuit ille nitor Mariæ.* Paullinus, VC. de Sancto I anne. *Ad Mariam molitur iter* Idem Inſtigar *Mariam Sanctam.* Prudenrius Dipticho. *ſanctus te Spiritus, inquit, Implebit, Maria.*

330. DEVICTOS MAUROS.] à Theodoſij prædeceſſoribus. Vide Ammianum.

331. CONJURAT IN ARMA.] Ne videatur Bellum legitimum agnoſcere, conjuraſſe dicit. Tria genera, Sacramentum, Conjuratio, Evocatio, notantur Servio Aen. VII. & VIII.

332. PROGENIES VESANA JUBÆ. Numidas dicit. Populi enim Regum ſuorum ſoboles perhibentur. Ennius de Romulo.

o Romule, Romule dic o

Qualem te patria cuſtodem dii genuerunt,

Tu produxiſti nos intra Luminis oras.

Cum ſine liberis mortuus fuerit is Rex. Sic *Romuli nepotum*, Romanorum videlicet omnium, diſertiſſimum Ciceronem dicit Catullus. *Romulam gentem eoſdem* Horatius: Remi *Nepotes* Romanam plebem idem Catullus.

333. FIRMVMNE JACENTEM.] Firmi rebellionem habes apud Ammianum Marcellinum lib. XXIX. Zoſimum, lib IV. Oroſium, lib. VII. Paullum Diacon. lib. XII. Victorem Valentiniano. Freculphum, Tom. II. lib. IV. cap. XIX. Alios.

335. RVRSVS HABENT.] Corruptam puto Lectionem, etſi talis ſit omnibus Libris Non enim tam habebant Africam, quam renere cupiebant. Scribe itaque *Rurſus avent Conantur*, cupiuntque tangere, nobiſq; ereptam ſibi vindicare. Sanè ſic ſcripſit Claudianus. Eodem modo in pluribus ſcriptorum locis peccatum notant alij.

336. GERMANI NEC FATA TIMET.] Fuit enim Gildo frater illius Firmi, qui non futili bello, in Africa Romanos appetivit, Ammianus, lib. XXIX. *Theodoſius Romanam leniter allocutus miſit ad vigilias ordinandas & prætenturas: parum ſuper his, quæ verebatur, increpitum. Quo ad Cæſarienſem digreſſo Gildonem, Firmi fratrem, & Maximum, miſit, correcturos Vincentium.* Nec dubium hunc Gildonem intelligi, cum Malcizelem ei fratrem idem ſcriptor adſcribat, qui eumdem poſtea peſſumdedit, pag. CCCXXIIX. Vt alios porro. Eadem Pag. Salmacem. Mazucam Pag. CCCCXXXIV. Sororem Cyriam. CCCC XXXI. Pater nomen habuit Nubelis. Idem Ammianus. CCCCXXXIV.

337. NOTOSQUE SENEX.] Accuratiſſimus ſcriptor alludit militarem vultus torvitatem in ſeniore Theodoſio. De ea idem Ammianus: *Præmiſſis muneribus Firmus ipſe fidentius ad Romanum perrexerat Ducem: equo inſidens, apto ad ancipites caſus: cumque prope veniſſet, fulgore ſignorum & terribili vultu Theodoſii præſtrictus, jumēto deſiliit, curvataq; cervice, humi prope affixus, temeritatem ſuam flebiliter incuſabat.* Poſtea. *Cui Rex, Igmazer nomine, ſpectatus per eos tractus opibusque inſignis, progreſſus obviam, confidenter: cujus loci es tu?*

es tu? Inquit. Vel quid acturus huc veniſti? Reſponde. Quem Theodoſius fundata mente intuens torvum, Comes, ait Valentiniani jum, orbis Terrarum Domini ad opprimendum latronem funereum miſſus.

338. MEAM UMBRAM.] Etiam tenuem ſpeciem. Propertius. Non ego,ſed tenuis vapulat umbra mea. Lucanus lib. VIII. *Quis nominis umbram Horreat?*

340. HOC GENERI FATALE TUO.] Generoſi homines, ſic locuti. Aemulatur ut irrideat PLautus, in Perſona Servi *genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.*

344. CURRUS.] Currus triumphantium laureis cincti. Vide ad III. Conſul. Honor.

345. DII BENE.] Benè, ait,tibi conſuluerunt, patem meæ gloriam conferentes, dum, ætatis tanto ſpatio interlabente, alterum ex fratribus mihi dederunt triumfandum, alterum ſervarunt tibi. Triginta circiter anni has victorias ſunt interlapſi.

347. ADFLATUS VICINO SOLE.] Nox dæmonum, ſive Deorum gentilium tempus ubi verſarentur in terris. Papinius Equo Maximo.

> *huc & ſub nocte ſilenti.*
> *Cum ſuper terrena placent, tua turba relicto*
> *Labetur cælo.*

Idem de Hercule Surrentino. *Cum grave nocturna cœlum ſubtexitur umbra Ipſe fodit* Or to autem Sole dicebantur cedere. *Lucifuga* nimirum meri. Anchiſes apud Maronem.

> *Iamque vale, torquet medios nox humida curſus,*
> *Et me ſævus equis oriens afflavit anhelis.*

Papinius lib.II.

> *Dixit,& abſcedit, etenim jam pallida turbant,*
> *Sidera Solis equi.*

Sic Umbræ, noctu exſpatiari creditæ. Propertius lib.IV.

> *Nocte vaga ferimur, nox clauſas liberat umbras,*
> *Errat & abjecta Cerberus ipſe ſera.*
> *Luce jubent Leges Lethæa ad Stagna reverti.*

Exempla alia apud Poetas, & in Heliodoro.

349. IMMANIBUS.] Prægrandibus. Macrobius, Nonius, Feſtus. Ardorem talem ad res bellicas & alibi in Honorio agnoſcit Claudianus: *Quæ tibi tunc Martis rabies, Quantuſque ſequendi Ardor erat?* Vocula *Tunc* peculiarem energiam habet, Ita Tertio Conſulatu *Tunc ſic latus ait, Rex ô ſtellantis Olympi* De Dextra conſerta alibi dedita operâ latius.

353. SANCTE PATER.] Venerande. Noſter Codex *Chare* Nihil muta.

359. INFESTA MAPALIA TABO.] Caſæ paſtorum Libycorum. Feſtus: Mapalia caſæ Pœnicæ appellantur, in quibus nihil eſt ſecreti. Leonem regem Animantum, ſecundum Euſthatium Amatorem, Gildoni componit, ut Victoris augeat gloriam. Sic quem prædonem vocat alibi, componit ſummis Heroibus, Memnoni, Poro I. Stilic. Mapalia mobilia fuiſſe & populum in ijs ſecutum Regem ſcribit Livius, lib.XXIX.

364. DEFLUXERE JUBÆ.] Quas irati Leones erigunt. Virgilius, libro XII.

> *movet arma Leo, gaudetque comantes*
> *Excutiens cervice toros.*

Lucanus, lib.I.

> *viſo Leo comminus hoſte,*
> *Subſedit dubius, totam dum colligit iram*
> *Mox ubi ſe ſævæ ſtimulavit verbere caudæ,*
> *Erexitque jubam, & vaſto grave murmur hiatu*
> *Infremuit*

395. INIECTA VINCLA UNGUIBUS.]

BVS.] Venatorum veterum mos, captum Leonem quadrupedem conſtringere, ut arietem, nec renitentem, quam naturam ferre eſſe ajunt, blandientis etiam, cum ſe captam videt. Oppianus, Cynegei. IV.

> ὡς ὅγ' ἀνηνίζοιτο ἀπειμάμενος
> καμάτοισιν,
> Ο͂ψε βελέεσσιν ἔδωκε βεβρῖθα πάν-
> τα μόθοιο, &c.
> αὖψα δ' ὑπερθεν
> Πάντες ἐρυσσάμενοι κεφαλήσιν δίχα
> ἀπὸ δεσμοῖς,
> Οὐδὲν ἀλδαινόμενον, μάλα δ' ἤρε-
> μον ἀτρεμέοντα,
> ὡς μέγα πλημμύροντες, ὅσον χάδον, ὅσ-
> σον ἔρξαν,
> Αὐτὸν κεῖνο πέλωρον, ἅτε κτίλον ἀεί-
> ρουσιν.

367. HORTATOR.] Auctor, Impulſor. Maro, lib. VI. *comes additur unà Hortator ſcelerum Aeolides.* *Hortamen*, Inpulſio, Lucanus, lib. VII *non magno hortamine miles In prædam ducendus erat.*

370. TRANSMITTERE PRIMVS.] Paria Quarto Conſulatu. Alia tamen omnia Zonaras aliique de indole ingenioque hujus Principis.

375. Rhenum.] Germanos Galloſq; Romanis militantes.

375. SEDENS.] Otioſus velut, Et non habens quod agam. Illuſtramus alibi.

377. ALTERIUS.] Valentiniani: Cujus ut proprij filij, interfecto Gratiano, Regnum tutatus eſt Theodoſius, ſorore etiam in conjugium adſcita, quæ cum fratre & matre ad eum profugerat. Vide Zoſimum.

380. TUBAM.] Conflictum Bellicum, tuba commiſſum. Iuvenalis.

> *tecum prius ergo voluta*
> *Hæc animo ante tubam, galeatum ſerò duelli*
> *Pœnitet.*

381. AVFERET.] Velut dolo. Rectè ex Cujacianis libris hæc lectio reſtituta eſt, & Scaligero recepta, conſenſu Delrianorum & Bertinianorum.

382. DECERNET HONORIVS INDE HINC GILDO.] Sic omnes Libri. At Editiones priſcę *decurret Honorius inde* Quod non ineptum, ſed omnem ſpectat Laborem Militarem. Gloria autem homini obſcuro à nobili manu interire. Virgilius X. *Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem Aeneæ magni dextra cadis* Ovidius lib. XII.

> *ſolamen habeto*
> *Mortis, ab Aemonio quod ſis jugulatus Achille*

Valerius Flaccus, libro III. perſona Herculis

> *oc umbens i nunc ait Herculis armis,*
> *Donum ingens, ſemperque tuis memorabile fatis.*

Itaque rectè apud Maronem alibi alius: Aut ſpolijs ego jam raptis laudabor opimis Aut letho inſigni, ſorti pater æquus utrique eſt. Quod & Attij his eſt, Notante Macrobio in Armorum judicio.

> *Nam tropæum ferre me à forti viro pulcrum eſt,*
> *Si autem vincar, vinci à tali nullum eſt probrum.*

Pertinet huc ſcitum Imperatori datum; ipſi non eſſe conſerendam cum hoſte manum, Leo, Epilogo Tacticorum cap. XXXIV.

δεῖ δὲ σε ἐν τοῖς κινδύνοις τῆς μάχης μὴ ἐκ χειρὸς μάχεσθαι, ἀλλὰ φυλακὴν ἔχειν περὶ σεαυτὸν, καὶ ἐρημίαν γίνεσθαι τοῦ στρατοῦ κατὰ τὴν ὥραν τῆς μάχης πρὸς τὴν καθηγουμένην χρείαν.

Vide Onoſandrum cap. XXXIII. *Decernere, confligere*: Finem rei conflictu ponere. Proprie enim *finire* notat Rutilius Lupus lib. I. ex verbis Hegeſiæ; *Miſeremini ſolitudinis, cui ne in ſummo quidem tempore periculi liberos adhibere ad communem calamitatem decernendam, licitum eſt.*

384. PLVS

384. PLVS NOMINIS HORROR.] Alibi idem non ſemel. *Fama bella conſtare* notum Alexandri dictum, apud Curtium, lib. VIII. Idem, Lib.V *Sed nomen Alexandri & Fama, maximum in bello utique momentum pavidos in fugam convertit.*

385 MINVIT PRÆSENTIA FAMAM.] Hinc abſconderunt gentes nonnullæ ſuos Rectores. Iuſtinus Lib.I. *Apud Perſas perſona Regis ſub ſpecie majeſtatis occulitur.* Tacitus, Hiſtor.IV. de Velleda Virgine Germana: *Legati ad Civilem & Velledam miſſi cum donis. Sed coram adire alloquique Velledam negatum. Arcebantur aſpectu quo venerationis plus ineſſet. Ipſa edita in Turre Dilectus è propinquis conſulta reſponſaque, ut internuntius Numinis, portabat*: Corporis præſentia minor abſentis ſuaſionibus apud Paullum Apoſtolum II. ad Corinth.X.

ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶ, βαρεῖαι, καὶ ἰσχυραὶ, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος.

Rem ipſam indicavit fabula olim Aeſopus. PLanudes ejus Vita:

ἦλθε καὶ εἰς Δελφοὺς, οἱ δὲ Δελφοὶ διαλεγομένου μὲν ἠκροῶντο ἡδέως, τιμῆς δὲ θεραπείας εἰς αὐτὸν ἔδραζαν οὐδ' ὁτιοῦν, ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ὑπολαβὼν ἔφη. Ἄνδρες Δελφοὶ ἐπεισίμοι ξύλῳ ὑμᾶς εἰκάζειν, τῷ ἐν θαλάττῃ φερομένῳ, κἀκεῖνο γὰρ ὁρῶντες ἐκ πολλοῦ διαστήματος ὑπὸ κυμάτων φερόμενον, πολλοῦ λόγου ἄξιον εἶναι οἰόμεθα. ἐπειδὰν δ' ἐγγυτάτω προσέλθῃ, εὐτελέστατον φαίνεται. Κἀγὼ οὖν πόῤῥωθεν τῆς ὑμῶν πόλεως ὤν, ὡς λίαν τῶν ἀξίων λόγου ὑμᾶς ἐθαύμαζον, νυνὶ δ' ἐλθὼν ἐς ὑμᾶς πάντων, ὡς εἰπεῖν, ἀνθρώπων εὗρον ἀχρειοτέρους.

Exempla tamen nec deſunt ubi famam vicerit Præſentia. Vt apud Hericum Altiſſiodorenſem lib.IV.

Impulit attonitam trepida formidine mentem
Digna viro facies, & plenum numine pectus,
Sermonis gravitas, illuſtris Gratia vultus,
Fama minor meritis magni præſentia cordis.

Sic legendum in eo minimè aſpernabilis ingenij doctrinæque vate ex membranis optimis, Nobilem Claudiani verſum parodia detorſit Gaufredus, ſeculi barbari Poeta, relatus ab Alano lib.I. Floridorum ex Poetis, cap.XVIII.

Vincat opus verbum, minuit jactantia famam.

386. QVI STETIT ÆQVATUR.] Itaque Sapientes monentur Proceres cum dignitate inferioribus non confligendum. Euripides apud Stobæum, Paræneſi de Regno. à nobis Latinus.

Prohibe ad honores jure qui exſcendit malo,
Pravi potentes morbus eſt Reipublicæ.
Preinde Regem, quive ſit alius potens,
Virtute vera, non velim contendere
Cum futili improbove: nempe quod malo
Hinc gloria exit, turpitudo nobili.

Et ita pulcrè Hunnorum Rex à Dani legato provocandus, apud Saxonem Grammaticum, libro V. *Contra Rex, non decere ait amplitudinē Regiam, quem honore praecederet aquare cōflictu, nec oportere dignitate impares, pugna paritate conferri.* Stare in prælium venire. Papinius Theb.II. *Armatum immenſus Briareus ſtetit æthera contra.*

386. CAMPO.] Bello, prælio, Marte. Vſu in Linguas hodiernas tranſlato. Valerius Flaccus, lib.III. Dux *campi Martiſque potens* Lucanus libro VII. *Quiſobolem & thalamos,*

lamos, deſertaque pignora quærit Enſe petat, medio poſuit Deus omnia campo. Petrus Chryſologus, Sermon XIII. *Ecce tempus, quo procedit miles ad campum.* Alexander Severus apud Lampridium: *Centinete vocem truculentam, campo ac bellis neceſſariam me, vos omnes hodie una voce atque uno ore Quirites dimittam.* Aurelianus Imp. Epiſt. de Heraclammone: *Ego verò proditorem amare non potui, & libenter tuli quod eum milites occiderunt; neque enim fidem ſervare potuiſſet, qui patriæ non pepercit. Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur, campus accepit.* Hoc eſt furor bellicus. Hauſit, quomodo *aciem abſtuliſſe* dicit Vellejus, lib II. Corippus, libro III. *meus Cagan contraria ſignis ſigna parat? Litueſque mihi, campumque minatur. Gens Avarum?* Ennodius Panegyr. Theoderici: *Campus fortem poſtulat pax profunda redimitum eodem. Hæc eſt natio cujus antè te fuit omne quod voluit, in qua titulos obtinuit qui emit adverſariorum ſanguine dignitatem, apud quam campus eſt vulgator natalium:* Hinc *Campiones*, perpetui certatores, Iſidorus Gloſſis: *Campiones, Gladiatores, Pugnatores.* Quod retinent eruptiunis nunc Gallorum dictiæ. Hinc Germanicum Kampff/Kempffer.

389. MAJESTATEM.] Principis Romani ſuprà omnes reliquos mortales.

390. EST ILLI PATRIBUS.] Eſt illi, inquit, Germanus frater, utroque par parente quo ad genus, ſed minimè iiſdem moribus, Maſceleris, aut quocunque tamdem nomine iſte Regulus conſitus fuit. Mirum tot doctos homines tam facilem hanc lectionem non vidiſſe, nec ipſum adeo Scaligerum Heroem. Benè qui ex Cujacianis libris reſtituit Claverius. Habet clarè eamdem ſcripturam Liber Noſter; Proximè veritatem alius *Eſt illi patrius* Reguli nomine variantiſſimè utuntur, ut nunc ſunt, ſcriptores priſci: Ammianus, Zoſimus, Oroſius, Marcellinus Comes, Paullus, Iornandes, alij. Recentiores ab iis Aldus Maſtezetem, Macezetem Camers, Maſtelcerium Blondus, Maſcicelem Onuphrius, Iacobus Cæſollius MS. de Ludo Scacorum Maleotam nominat. Statui nihil poteſt.

391. NON ET MORIBVS IISDEM.] Vt non rarò diverſa ſunt ſtudia adoleſcentium iiſdem parentibus ortorum. Hegeſias exemplum dat apud Rutilium Lupum, lib. II. *Diverſa ſtudia apud adoleſcentum animum adverteramus, tametſi erant fratres uno atque eodem ſanguine orti. Alter in ſtudio laudis verſabatur, & induſtria virtutis vitam glorioſam, ſed laborioſam, ſequebatur, alter in augenda pecunia occupatus, & habendi cupiditate depravatus, ſummam virtutem exiſtimabat.* Vide Commentaria doctorum hominum ad Perſium.

390. PIACVLA FRATRIS.] Diſtingue.

Maſcizel; fugiens qui dira piacula fratris,
Speſque ſuas vitamque tuo commiſit aſilo.

392. PATRIAS IN PIGNORA CONTVLIT IRAS.] Quas in patrem gerebat Gildo. Sic *Perjuria Iunonis* apud Maronem Ceiri, per eam commiſſa. Optatus Afer, lib. IV. *Nullus veſtrum eſt qui non convitia noſtra ſuis tractatibus miſceat in nos jacta.* Claudianus Epithal. Palladij. *Mala legit, domum Veneris* Veneri dono data a Paride. *Benignitatem ſuam*, in ſe collatam, dicit Symmachus, lib. X. Epiſtola XXX.

394. QVOSQVE MANV PVEROS GESTAVERAT] Terentius Adelphis: *non puduiſſe verberare hominem ſenem Quem ego modo puerum tantillum manibus geſtavi meis.*

396. DIS-

396. DISPULIT.] Ipſa dilacerata cadavera disjecit, quod ſummę immanitatis. Tertullianus Apologet. cap. XXXVII. *Ipſis Bacchanalium Furiis nec mortuis parcunt Chriſtianis: quin illos de requie Sepulturæ, de aſilo quodam mortis, jam alios, jam nec totos, avellant, diſſecent, diſtrahant.* Nota omnia.

396. TUMULO ARCUIT UMBRAS.] Crudelitas ſumma, jam inde à Chreonte Thebano, theatris decantato. Hic verò res augetur cognatis cadaveribus in quæ ſævitur, unde ait *Naturamque ſimul fratremque, hominemque, cruentus Exuit.* Quamquam & illa Thebana fuerunt talia.

398. TENUEM INVIDIT ARENAM.] Sepultura etiam erat arena injecta cadaveri, adeo ſancta & neceſſaria res cenſebatur. Horatius de Archytæ cadavere.

Quamquam feſtinas, non eſt mora longa, licebit
Injecto ter pulvere curras.

Sepulcra majorum æquâra hac religione delubris Deorum. Chariſius Rhetor apud Lutilium Lupum Libro II. *Exiſtimate Rempublicam hic adeſſe; obſecrare pro ſacris ac delubris Deorum Immortalium, pro parentum monumĕtis, pro vobis ipſis & ſalute veſtra.* Libenter eo ſcriptore utor, ponit enim aliud agens lectas veterum ſententias. Utinam integer legendus; quæ enim habemus excerpta ſunt mera.

399. REFUGO SOLE.] Prodigio ſummis ſceleribus deteſtandis notato. Sic bello civili Pompejano, in viſcera Romana furentibus ducibus. *ore cruento Deformis Titan vultus caligine texit;* ſecundum Petronium. Aurelius Victor in Nece Cæſaris: *Dictator in perpetuum factus à Senatu; in Curia, Caſſio & Bruto cadu auctoribus, tribus & XX. vulneribus occiſus eſt. Corpore pro roſtris poſito Sol orbem ſuum cælaſſe dicitur.* De Mycenæo ſcelere, & Solis inde refugio, Seneca Thyeſte. Lucanus, libro VII. Ovidius de Ponto. Manilius, lib. III. Paulus Oroſius libro I. cap. II. Græci Mythologi & Poëtæ.

400. REDDIDIT.] Non prior intulit, ſed ſcelus ſcelere ultus eſt. Redditur, quod repercutitur. Manilius. *Atque pilam celeri fugientem reddere palma.* Virgilius: *Alij taurinis follibus auras Accipiunt redduntq;* Aut à vocibus & reſponſis. Petronius. *Reddidi illi voces ſuas.* Horatius: *Redderet Laudes tibi Vaticani Montis imago.*

402. PERDITA JURA.] Omne fas. Merito ergo fratrem deſeruit & expugnavit Maſcezel. *Nulla enim amicitia eſſe ſupra leges debet.* Myton apud Rut. Lupum lib. I.

403. NUDI PULVERE MANES.] Velut indumento neceſſario deſpoliati. Papinius lib. XII *queritur miſerabile Grajûm Nuda cohors vetitumque gemens circumvolat ignem.* Hinc χερσὸν cadaver vocat, agens ralı contectione, Zanus, Poëta Vetus lib. III. Anthologiæ.

ψυχρὸν σου κεφαλᾶς ἐπαμήσομαι αἰγιαλῖτιν,
Θῖνα, κτ̀ χερσοῦ χεύάμενος νέκυος.
Οὐ γὰρ σου μήτηρ ἐπιθύμβια κωκύουσα
Οἶδεν Ἀλεξαΐτη σου μόρον εἰνάλιον &c.

Seneca Pater, lib. VIII. Controv. IV. *Infeliciſſime adoleſcens, cum te & ſepultura prohiberi video, deſino mirari quod peryſti. Quid eſt miſerius in vita quam velle mori? Quid in Morte, quam ſepeliri non poſſe?* Hinc pœna ſummorum ſcelerum, ut Proditorum, de quo Div. Chryſoſtomus Orat Rhodiaca, ſive XXXI.

404. SI FLENTIBUS ARAM.] Clementiæ & Miſericordiæ ara, Athenis Nobilis. Erat in ipſo Foro Urbis. Pauſanias.

Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστιν, οὐκ εἰς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ Ἐλέου βωμός, ᾧ μάλιστα θεῶν ἐς ἀνθρώπινον βίον καὶ μεταβολὰς πραγμάτων ὄντι ὠφελίμῳ, μόνοι τιμὰς Ἑλλήνων νέμουσιν Ἀθηναῖοι.

Eumenius Orat. Pro Reſtaurandis Scholis: *Cui igitur dubium quin divina illa Mens Cæſaris. quæ tantæ ſtudio præceptorem huic conventui juventutis elegit, etiam locum exercitiis ejus dicatum inſtaurari atque exornari velit, cum omnes omnium rerum ſectatores atq; fautores parum ſe ſatisfacere voto & Conſcientiæ ſuæ credāt: Si non ipſarum, quas appetunt, Gloriarum Templa conſtituant. Inde eſt quod Athenienſis humanitas aram Miſericordiæ inſtituerit, & Romani Ducis animi Magnitudo Templum virtutis & Honoris.* Luculentis verſibus Aram eum cultu, inſtitutione, religione. deſcribit Papinius, ſummis auctoribus ab omni ævo accenſendus lib. XII. Cujus Scholiaſtes Ciceronem & Terentium ejusdem meminiſſe notat. De eadem, & Miſericordia Athenienſiū Libanius

πρεσβεύοντῳ τῶν γὰρ, inquit, οἶμαι, τὸν ἔλεον ἡγουμένων θεὸν καὶ τὸν βωμὸν ἱδρυκας ἀθηναίων, ὦ βασιλεῦ, μέμνησθαι σου τοῖς καλοῦσι καὶ δεομένοις ἡμαρτηκότων, οὐκ ἐῶ, ἀλλ' ἢ τὸν βωμὸν ἀνατρέπειν ἐχρῆν ἢ διαλλάχθαι.

Theophilus JCtus, lib. I Inſtitut. capite II. Erat autem Ara hæc non Athenienſibus ſolis, ſed omnibus opus habentibus conſtituta: ut exemplo probant mulieres Argivæ apud noſtrum ſequentibus; aliorum in Zenobio. Centuria I Adag. XXX. Et Cent. II. LXI. Quem videas. Nominabatur per Excellentiam.

τῆς θεᾶς. Heraclides Ponticus: τοὺς μὲν Κύλωνος, διὰ τὴν τυραννίδα ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς θεᾶς πεφευγότας, οἱ περὶ Μεγακλέα ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς δράσαντας, ὡς ἐναγεῖς ἤλαυνον.

Fuit verò & Romæ Ara Clementiæ, eodem, puto, inſtituto, licet non frequenti pariter uſu. Tacitus extremo Annali IV. De Senatu, clade in Germania accepta. *Ita, quamquam diverſis ſuper rebus, conſulerentur, Aram Clementiæ, Aram Amicitiæ, effigiesque circum Cæſaris & Sejani cenſuere, crebrisque precibus efflagitabant, viſendi ſui copiam facerent.*

[406. PANDIONIAS PHALANGES.] Nota hiſtoria vel ex ultima Thebaide Papinij. Lege eam, & in Zenobio libro I. Adag. XXXI. Apollodoro lib. III. &c.

409. ALHERBAL.] Vide Salluſtium Jugurtha.

410. MOESTA SQVALORE COMA.] Sic Cujaciani. Noſter *mæſto ſqualore coma* Mirum quo viderit Scaliger, qui vulgatam Lectionem probare potuit. Ego vel illos vel noſtrum librum ſequi velim Loquitur de ſupplice habitu quo Adherbal Romanos movit in Jugurtham. Ipſe paulò ante Regem, nunc deformatum ærumnis, inopemq; in Senatum venire teſtatur apud Salluſtium, & ibidem omnia ſe premere infortunia, fugam, exſilium, egeſtatem, ſpectaculum factum rerum humanarum. Omnia eſſent illuſtriora, ſi exſtaret liber Sexageſimus ſecundus Livij.

410. MERSIT.] Stirpem ejus, atque adeò ipſum in liberis. Ex illo Maronis libro VI. De infantibus. *dulcis vitæ exſortes & ab ubere raptos Abſtulit atra dies & funere merſit acerbo.* Patrem dicit occiſum in filijs quorum poſteritas & memoria perit in ſobole.

411. CLADE.] Exciſione domus. Vaſtitatem hæc vox indicat.

412. AGNOSCITQVE SVVM.] Orans & obſecrans, ſed nihil proficiens. In morte Gildonis, ut pleriſque cæteris hujus ſeculi rebus, diſſentiunt ſcriptores. Zoſimus verbis ſuprà, poſitis ſua manu ſtrangulatum ſcribit. Oroſius mavult ab alijs, lib. VII cap. XXXVI. *Gildo & ipſe fugam molitus, arrepta navi. At in altum provectus, ac deinde revocatus in Africam, poſt aliquot dies ſtrangulatus interiit.* Quem, ipſis verbis retentis, ſequitur chorus ingens ſequentium Chronographorum. Noſter ſub legitimo judice, ordinario jure interfectum indicat, Li .I. Laudum Stil.

Prædonem lembo profugum, ventisque repulſum,
Suſcepit meritò fatalis Tabraca portu.
Expertum, quod nulla tuis elementa paterent

Hoſti-

Hoſtibus, & laſa paſſurum jurgia plebus,
Fracturumque reos humili ſub judice vultus.

Pœnas meritas ad Tabracam ſolviſſe priore in Eutropium, V. CCCCX. Captum, præfatione poſterioris. *Incluta captivo memeratur Tabraca Mauro.* Quem captum etiam hoc opere ſe dececíniſſe ait Sexto Honorij Conſulatu. *Sed mihi jampridem captum Parnaſſia Maurum Pieriis egit fidibus chelys* Propria ſe manu interemiſſe ſcribit Jornandes de Regn. ſucceſſ. cap. XCIV. &c.

416. PORTU ETHRUSCO.] Piſis, Urbe Hetruriç. Inſ. v. CCCCCLXXXIII. Legionum ultrà numerum Heroica agnomina notata illuſtrataque pridem alijs. Inſignia prætuliſſe Deorum Signa hinc paret. *Ioviam* etiam *Fulminatricem* perhibitum docent Inſcriptiones. Jovis effigies & alijs nationibus in militiam præferebatur. Valerius Flaccus lib. VI.

Cuncta phalanx inſigne Iovis, calataq; geſtat
Tegmina: diſperſos trifidis ardoribus ignes,
Nec primis radies, miles Romane, coruſci
Fulminis, & rutilas ſcutis diffuderis alas.

419. PREMITUR NEC SIGNIFER ULLO PONDERE.] Rebus pulcrè ſuccedentibus. Non laborat quisquam, d vino omnia auxilio proſperantur. Signa alioquin Romana prægravia erant, nec niſi robuſtiſſimis militibus geſtanda. Herodianus, lib. IV.

τὰ τῶν στρατοπέδων σύμβολα, ἐπιμήκη ὄντα, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασι πολλοῖς κεκοσμημένα, μόλις ὑπὸ τῶν γενναιοτάτων στρατιωτῶν φερόμενα, ἐπιθεὶς τοῖς ὤμοις, φέρειν.

Vide Doctorum de Militia Romana Commentaria.

420. DICTIS ANTE TAMEN.] Adhortatio militaribus animis utilis, ob eamq; Eloquentia Imperatori neceſſaria. Leo Tacticor. II. *Imperator ad dicendum & perorandũ ſit habilis, puto enim hoc maximè exercitum adjuvare. Nam inſtructum pugna militem Imperator cohortatione ſua ad periculorũ mortisque contentionem, & ad rerum honeſtarum ſuaviumq; ſtudium adducet. Tuba enim in auribus hominum perſonans, non tantum animos ad motus bellicos excitat; quantum oratio ſapientia quadam adjuncta, ad virtutem vocat, paratosque ad dimicandum audientes facit, adque pericula ſuſcipienda animos impellit.* Idem XX. cap. CCXVII. *Imperator, qui Eloquentiam Prudentia coniunxerit, quid in exercitu præſtare non poteſt? Maiera enim ſæpè diſerta cohortatione efficiet, quam viribus ſuis: & plus verbis quam robore milites ad ſtrenuitatem incitabit, idque maximè ſi perſuadeat cum hoſtibus rem eſſe, qui omnia humana pati poſſint.* Epilogi. cap. XXII. *Præcepta tua potiſſimum ſunto, ſimultio prædictionum, cultus divinus, diſerta cohortationes tua oportunè per tempus adhibeantur, ut mentes omnium, oratione permota conſiſtant* &c.

420. AGGERE CONSPICUUS.] Tribunali caſtrenſi, quod ceſpite congerebatur. Id illuſtrarunt pridem docti ad Hiſtoricos Auguſtos, & de Militia Romana. Hebræos ligneum tribunal erigere ſolitos indicat liber Nehemiæ, cap. VIII. Qua materia ſuggeſtum coronando Imperatori conſtrui ſolitum tradit Georgius Codinus.

425. CIRCUMFUSA JUVENTUS.] Locus enim caſtrorum medius erat, quem ſcandebant exercitum allocuturi. Herodianus, lib. I.

προελθὼν δὲ ὁ Κόμμοδος, τάς τε βασιλείους θυσίας ἐπιτέλει, καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἀρθέντος ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ, ἀνελθὼν ἐπ᾽ αὐτὸ, καὶ περιστάμενος τοὺς πατρῴους φίλους ἔλεξε τοιάδε.

Pro-

Prudentius Pſychomachia :

Exſtruitur media caſtrorum ſede Tribunal
Editiore loco : tumulus quem vertice acuto
Excitat in ſpeculam, ſubiecta unde omnia latè
Liber inoffenſo circumſpicit aere viſus.
Hunc ſincera fides ſimul & Concordia ſacre,
Fœdere iurata, Chriſti ſub Amore, ſorores,
Conſcendunt apicem :
Erumpit prima in vocem Concordia, tali Alloquio.

Manum protendiſſe, notamus alibi, his libris. Ea in certum modum configurabatur, ridiculum quandoq;. Fulgentius Continentia Virgiliana : *Ergo Vacuas fac ſedes aurium tuarum, quò mea commigrare poſſint eloquia. Itaq; compoſitus in dicendi modum; erectis in iota duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita eſt exorſus.*

426. NIXA HASTIS.] More concionis Militaris. Silius. lib. XIII.

Stabant innixi pilis exercitus omnes
Spectabantq; viros.

Iuventus, miles omnis. Vide ad Gulielmum Britonem.

427. PRONASQVE FEROX.] Pulcra emphaſis his verbis: In ipſo enim ſilentio non ceſſat militaris ferocia. Ælianus Tactic. LII. Inter militaria præcepta habet.

δεῖ περὶ πάντων παραγγέλλειν, σιωπὴν προσέχειν, τῷ παραγγελλομένῳ, ὅπερ καὶ Ὅμηρος ἐν τοῖς μάλιστα ἐσημειώσατο.

427. GILDONEM DOMITVRA MANVS.] Omen victoriæ anticipat. Pariter Gigantomachia.

O pubes domitura deos, quodcunque videtis
Pugnando dabitur.

429. TEMPVS AGIT.] Ita ferè omnes ſcripti Libri, & Scaliger. Ac ſi dicat: Tempus ipſum jam præcipit exſequi res promiſſas, occaſionem ingerens, initium operis faciens. Simplicius *Tempus agi*. Vt Maro libro V. *hic quærite Troiam. Hic domus eſt, inquit, vobis. Nunc tempus agi res.* Non ſemel Papinius, & notamus alibi. Tempus *agere rem*, opportunitatem ſummam notat : ut noctem ipſam moliri aliquid VVitechindus non ineruditus Monachus olim dixit lib. I. Orig. Saxon. *His auditis Hiringus veſtigiis Regis proſternitur, laudavitq; ſententiam Clementiæ Imperialis, & miſſo ad dominum optato nuntio, lætum eum, omnemq; Vrbem, ſecuriorem, reddidit. Manſitq; in caſtris, ipſe ne quid adverſi nox ipſa moliretur.* De Tempore certum eſt ſubitum ſubitas ſæpè inferre diſſenſiones. Leo Imp. Conſtit. XX. cap. CCXI.

διὸ πανταχοῦ μὲν τοὺς ἄρχοντας ἀκριβεῖς εἶναι, καὶ δικαίως ἄρχειν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς, ὀξεῖς δὲ οἱ καιροὶ, καὶ ὀξεῖαι αἱ πράξεις ὀφείλουσι ἐπὶ παντὸς πολέμου.

Sapienter vereq; idem cap. CLXXXVII. Ejusdem Tmematis. *Boni Imperatoris & Admiratione digni eſt poſſe potius celeriter, aliqua neceſſitate premente, quid maximè facto opus ſit, definire quam antè neceſſitatem contingentem de ea deliberare. Sunt enim talia quæ momenta bellorum inferunt, ut deliberationem non rarò omnem excludant.* Ineptè hæc interpretata circumferuntur, & mendoſa ſunt etiam in Græco Codice.

430. JVSTO.] Pleno, omnibus modis abſoluto. Notatum alibi.

431. CIVILES ABOLETE NOTAS.] Victi enim ſub Maximo, Eugenioque multi erant in hoc exercitu, Orientali enim milite tyrannos Theodoſius ſubdiderat; militem ſuis ſignis reliquum adſcribens. Zoſimus, libro IV.

τῶν δὲ ὑπὸ Μαξίμῳ στρατευσαμένων, ὅσον ἦν ἐπίλεκτον, μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλαβὼν ἀφῆκε Οὐαλεντινιανὸν περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Κελτοὺς, καὶ ὅσα τῆς ἐπικρα-

τειας

τείας ἦν τῆς αὐτῆς, διαδήσοντος. Eugenius verò ab Arbogaſte ad Viennam Galliæ factus eſt Imperator, Valentiniano interfecto. Gallorum in hac expeditione meminit Claudianus I. Stilicon CCCXXX.

432. CAUSSA.] Legitimus enim Princeps, à Principe adſcitus, Theodoſius. Sic alibi de ejusdem Victoriis.

Omnia ſubſident meliori pervia cauſæ.

432. BARBARIEM OMNEM] Gildoni contractam. Oroſius lib. VII. capite XXXVI. Noſter Primo Stilicon. *moverat omnes Maurorum, Gildo, populos, quibus imminet Atlas.*

433. AN MAURI FREMITUS] Diſtinctio corrupta, ſcribe: *An Mauri, fremitus, raucosq; repulſus Umbonum, & noſtros paſſuri cominus enſes? Fremitum,* Romani militis intellige. Quos jam à prima Republica Enſibus quatere clypeos ſolitos ex Livio diſcas. Ammianus lib. XXVII. *incauti barbari dexteris coiere collatis. Quos latius ſeſe pandens exercitus infuſis utrinque cornibus afflictabat, per fremitus territos & equorum hinnitus & tubas.* Idem ante eodem Libro: *Signo per buccinas dato, tum pede collatores agi cœpiſſet, inſueta voce verum ſplendentium facie territi ſtetere Germani.* Vocem Martiam fuiſſe Romanis, quem barritum vocarunt, teſtatur idem lib. XXXI. *Et Romani quidem voce undiq; Martia concinentes ad majorem ſolita à minore protolli, quam gentilitate appellant barritum vires validas erigebant.* De colliſione armorum Polybius lib. XV. ultimo Scipionis & Annibalis congreſſu.

ἐπειδὴ δ' ἐγγὺς ἦσαν ἀλλήλων, οἱ μὲν ῥωμαῖοι κατὰ τὰ πάτρια συναλαλάξαντες καὶ συμψοφήσαντες τοῖς ξίφεσι τοὺς θυρεοὺς προσέβαλον τοῖς ὑπεναντίοις.

Fine primi in Eutropium, *agnoſco fremitum, quo palluit Eurus, Quo Mauri Gildoque ruit.* Sic præcipit Onoſander Strateg. XXIX.

ἐπαγέτω δὲ τὸ στράτευμα σὺν συναλαγμῷ, ποτὲ καὶ σὺν δρόμῳ, ὁ μὲν γὰρ καὶ ὄψις καὶ βοὴ, καὶ * πάταγοι ὅπλων ἐξίστησι τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας.

Hos clamores à primis annis diſcendos iisq; adſueſcendum alii Leo Tact. XX. cap. CCXIV. *Liberos tuos, & nobilium virorum militumq; filios, tecum in Expeditione habeas. Hoc enim eos longè prudentiores reddet ſi cognitionem ſimul & experientiam rei militaris & Imperatoria habeant. Schola enim neceſſaria neceſſariarum diſciplinarum bellum eſt. Itaque florentes jam ætate amicorum familiarumque tuorum Liberos, quaſi generoſos catulos, tecum in expeditione habeas, ut diſcant tolerare laborem, audaciores eſſe, cadavera cæſorum tangere, plagas inſpicere, clamores bellicos ferre, & initiis præliorū tumultibus intereſſe, ut ad negotia Bellica ab ineunte ætate aſſuefacti ſtrenuitatem diſcant.* Vide ejusdem præceptum, par Onoſandrino ibid. cap. CLXXXIIX.

ὅταν δὲ εἰς χεῖρας ἤδη συμπλέκεσθαι μέλλει, μετὰ φωνῆς, καὶ δρόμου, παλαίοντας τὰ ὅπλα οὕτω τῆς προσβολῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπάρχεσθαι.

Et requirunt in probis militibus tale quid ipſa militaria velut ſubſidia. Dinarchus Rhetor apud Rutilium Lupum accuſat quosdam: *Partim ſilebant noſtri, partim ingentem clamorem excitabant. At hi, ſocii, præclara noſtra auxilia, neutrum poterant. Neq; enim conſtanti ſilentio, neque forti clamore ſtrenuè quid agere conabantur. Huc accedebat ignavus tubæ ſtrepitus, qui nihil eorum mentes ad virtutem excitabat.*

Ἐνυάλιον ἠχῆσαι vocat Anna Comnena lib. 2. Alexiados: τῶν δὲ λογάδων τοῦ ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος πρὸς τοῦτο ἐπιτρεχόντων, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς μᾶλλον πρὸς τοῦτο κατάρροπος ἦν, τριχῇ διελὼν τὸ στράτευμα, καὶ τὸ ἐνυάλιον ἠχῆσαι κελεύσας, ξυμμίγνυνται τοῖς βαρβάροις.

Vocem magnam robur naturæ indicare, ad quod lecti plerumque milites, tradit Ada-

rantius φωνὴ ἀπηνεστέρα, ἰσχυρὰ, μεγάλη, πνεῦμα εὐσταθὲς, τοιοῦτος μὲν ὁ ψόφος καὶ ἰσχυρός.

435. GALEISQVE MICANTES.] Cum ad conflictum ventum concutiendæ galeæ, armaq; cætera, enitidata antehac, ut terrori ſint hoſtibus, ut Plautinus Miles: *Curate ut ſplendor meo ſit clypeo clarior Quam Solis radij eſſe olim cum ſudum eſt, ſolent: Ut, ubi uſus veniat, contra conſerta manu* Oculorum præſtinguat aciem in acie hoſtibus. Onoſander:

πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ὑπὲρ τὰς κεφαλὰς θαμὰ περικλίνοντα, ἐσμηγμέναι γὰρ αἰχμαὶ, καὶ λαμπρὰ ξίφη, καὶ πρὸς ἄλληλα παραμαρμαίροντα πρὸς ἀνταυγείαν ἡλίου, δεινὴν ἀστραπὴν πολέμου ἀποπέμπει. Leo, Conſtitut. XX. capite CLXXXIIX. ὅταν ἐν παρατάξει, ἡλίου μάλιστα ἀνταυγάζοντος προσβάλλῃς πρὸ τοῦ συμπλακῆναι τὴν μάχην, κέλευσον τοῖς στρατιώτας ἄνω ἔχειν τὰ ὅπλα, καὶ ἀκάλυπτα, ξίφη τε καὶ τὰ σιδηρᾶ σκουτάρια στίλβοντα, καὶ τῶν κοντα-ρίων τὰς λόγχας, οὕτως γὰρ λαμπρὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις φαινόμενα καὶ ἔκπληξιν ποιήσει.

Vide & Annam Comnenam fine libri VI.

436. LONGE TELIS.] De longinquo telibus. *Longe-tela*: Ut mille alia ficta ſcriptoribus. *Semper-querula rana* apud Columellam *Retro-principes* apud Juſtinianum Inſtitut. de Donat. *Male-?eus*, apud Senecam Thyeſte. Malè matet Ovid. lib. VII.

437. EXARMATVS ERIT CVM MISSILE TORSERIT HOSTIS.] Ut hodiè Arabes nudi penè, ſolis jaculis armati. Livius lib. XXXV. de iiſdem Afris: *Numidis Equitibus nihil primo conſpectu contemtius: Equi homineſq; paululi & graciles, diſcinctus & inermis eques, præterquam quod jacula ſecum portat, Equi ſine frænis.* Fingit tamen de hoſtibus iſta bonus Imperator hic, ad milites audacia inſpirandos; quo genere mentiri conſultum Duci Leo, Epilog. Cap XL. *Diſertus præterea & eloquens ſis, & certiſſimis rationibus in re vera utens; niſi ubi interdum ad excitandos militum animos, adque mentes eorum præſenti rerum opportunitati aptandas, mentiri interdum, & fingere orationem oporteat.* Vide Onoſandrum, cap. XXIII.

439. PRÆTENTAT PALLIA LÆVA.] More gentilitio pugnandi, non paucis de Barbaris uſitato. Sic cappatos ſe Lutetiam petituros, armis ſpretis, dicebant Vaſtatores Galliarum, apud Lupum Ferrariæ Abbatem, Epiſt. CXXV. Loco nobis reſtituto. Tumultuariam pugnam commiſſam, *pallio læva involuto*, exempla ſunt apud Cornificium lib. IV. Rhetor. Livium, lib. XXV. Petronium Satirico, Appianum Mithrad.

439. SONIPES IGNARVS HABENÆ, VIRGA REGIT.] Livius verbis modo poſitis. Nemeſianus de Ejusdem gentis Equo.

> *Nam flecti facilis, laſcivaque colla ſecutus,*
> *Paret in obſequium lenta moderamine virga:*
> *Verbera ſunt præcepta fugæ, ſunt verbera fræni.*

Virgam capiti imponebant inter geminas aures. Silius Italicus, lib. I.

> *Hic paſſim exſultant Numidæ, gens inſcia fræni,*
> *Queis inter geminas, per ludum mobilis, aures*
> *Quadrupedem flectit, non cedens, virga, lupatis.*

441. ARMA ONERI, FUGA PRÆSIDIO.] Arma graviora quam quæ fugaces non impedire videantur. Livius, libro XXXVII. *Utroque cornu Victores Romani, per acervos corporum, quos in media maximè acie cumulaverant, ubi & robur fortiſſimorum virorum, & arma gravitate fugam impedierant, pergunt ad diripienda caſtra.* Auctor Epiſt. ad Præſidium inter Hieronymianas: *mollis præliator ad primam ſtatim aciem concidat, & poſt umbram Solem*

Solem ferre non queat. Poſt ſudarium galeam oneri potius reputet quam tutamini. Claudiani locum expreſſit Gallis Poëta ipſorum, meo ſenſu, princeps. Salluſtius Bartaſius Hebdom. II.

> *L'eſt Philiſtin l'eſpand: & les Pyaens gendarmis*
> *Ont les arme pour charge, & la fuite pour armes.*

Oneri eſſe dicitur, quod moleſtia afficit. Noſter alibi *Atque oneri creduntur opes* Auguſtinus libro VI Confeſſ. capite III. De ſtudijs B. Ambroſij. *Vidimus eum legentem tacitè aliter numquam: Sedentesque in diuturno ſilentio, quis enim tam intento oneri eſſe auderet? diſcedebamus* Ruritius, lib II. Epiſt. VII. *Inpeccatore amittit dignitatem dignitas: Cui honor indebitus oneri eſt potius quam honori.*

441. CONVBIA MILLE.] Vide Collectanea Andr. Tiraquelli Legum Connubial. capite VII.

442. NVMERO LANGVET PIETAS.] Immani copia evaneſcente patrio affectu.

444. VMBRATUS DUX ROSIS.] *Corona* grandiori caput tectus. Lucretius:

> *Hæc etiam faciunt, ubi diſcubuere, tenentque*
> *Pocula ſæpè homines, & inumbrant ora coronis.*

Malè qui ora hominis hic oris poculorum, ad aliam ſententiam extrahendam, mutata voluit, Carolus Paſchalius libro I. de Coronis cap. IV. *Roſa delitias, corona comiſſationes Gildonis notant.*

444. MARCIDUS.] Enervatus crapula, luxuq;. Prudentius de Luxuriâ.

> *Venerat occiduis mundi de finibus hoſtis*
> *Luxuria, exſtincta jamdudum prodiga famæ.*
> *Delibuta comas, oculis vaga, languida voce.*
> *Perdita delicijs; vitæ cui cauſſa voluptas*
> *Elumbem mollire animum, petulanter amœnas*
> *Haurire illecebras, & fractos ſolvere ſenſus.*
> *Et nunc pervigilem ructabat marcida cœnam.*

Marcidi enim qui torpent heſternis epulis. *Cibis marcidus* apud Sidonium libro II. Epiſt. IV. Humbertus Epiſcopus contra Nicetam: *Novi mariti, recenti carnis voluptate toti ſoluti & marcidi, inter ſancta ſacrificia cogitant quomodo placeant uxoribus.* Vide ebrioſi deſcriptionem apud Cornificium ad Herennium. *Crudus cibo*, ingurgitator pluris quam concoquat.

446. MORBIS.] Senium Gildonis nullo negotio colligas ex Ammiano. Morbos dicas, quos cibus potusque nimij cum annis invehunt plures: de quibus Seneca multis, Epiſt. XC. Poſſis & læſam virilitatem intelligere, quem morbum dicunt Poëtæ. Noſter Epigrammatis, Catullus, Martialis, Cœlius Aurelianus, alij.

447. EXCITAT INCESTOS TVRMALIS BVCCINA SOMNOS.] Similimè de Antonio Cicero Philippicis; & Prudentius Luxuriæ Ideâ.

> *quia fortè jacens ad pocula raucos*
> *Audierat lituos, atque inde tepentia linquens*
> *Pocula, lapſanti per vina & balſama greſſu*
> *Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.*

448. CHOREAS.] Ultima Luxus & Ebrietatis delitia. Cicero pro Murenâ: *Nemo enim ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè inſanit; neque in ſolitudine, neq; in convivio moderato atque honeſto. Intempeſtivi convivij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt ſaltatio.* Vide elegantiſſimum Librum Luciani.

450. QVAS VIGILAT VENERI NOCTES.] Viro forti & cordato ingens opprobrium noctes vino & Venere perduxiſſe. Egregiè itidem Antiochenos Julianus:

BVS.] Venatorum veterum mos, captum Leonem quadrupedem conſtringere, ut arietem, nec renitentem, quam naturam ferre eſſe ajunt, blandientis etiam, cum ſe captam videt. Oppianus, Cyneget. IV.

> ὡς ὅγ' ἀνηνύστοισιν ἀπειμάμενος καμάτοισιν,
> Ὀψὲ βελέεσσιν ἔδωκε βεβρίθοτα πάντα μόθοιο, &c.
> αὖψα δ' ὕπερθεν
> Πάντες ἐρυσσάμενοι κρατερῶς δίχα ἀπὸ δεσμοῖς,
> Οὐδὲν ἀλυσκάμενον, μάλα δ' ἤρεμον ἀτρεμέοντα,
> ὡς μέγα τολμήεντες, ὅσον χάδον, ὅσσον ἔρξαν,
> Αὐτὴν κεῖνο πέλωρον, ἅτε κτίλον ἀείρουσιν.

367. HORTATOR.] Auctor, Impulſor. Maro, lib. VI. *comes additur unà Hortator ſcelerum Aeolides. Hortamen*, Impulſio, Lucanus, lib. VII *non magno hortamine miles In prædam ducendus erat.*

370. TRANSMITTERE PRIMVS.] Paria Quarto Conſulatu Alia tamen omnia Zonaras alijque de indole ingenioque hujus Principis.

375 Rhenum.] Germanos Galloſq; Romanis militantes.

375. SEDENS] Otioſus velut, Et non habens quod agam. Illuſtramus alibi.

377. ALTERIUS] Valentiniani: Cujus ut proprij filij, interfecto Gratiano, Regnum tutatus eſt Theodoſius, ſorore etiam in conjugium adſcita, quæ cum fratre & matre ad eum profugerat. Vide Zoſimum.

380. TUBAM] Conflictum Bellicum, tuba commiſſum. Iuvenalis.

> *tecum prius ergo voluta*
> *Hæc animo ante tubam. galeatum ſerò duelli*
> *Pœnitet.*

381. AVFERET.] Velut dolo. Rectè ex Cujacianis libris hæc lectio reſtituta eſt, & Scaligero recepta, conſenſu Delrianorum & Bentinianorum.

382. DECERNET HONORIVS INDE HINC GILDO.] Sic omnes Libri. At Editiones priſcę *decurret Honorius inde* Quod non ineptum, ſed omnem ſpectat Laborem Militarem. Gloria autem homini obſcuro à nobili manu interire. Virgilius X. *Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem Aeneæ magni dextra cadis* Ovidius lib. XII.

> *ſolamen habeto*
> *Mortis, ab Aemonio quod ſis jugulatus Achille*

Valerius Flaccus, libro III. perſona Herculis

> *et umbens i nunc ait Herculis armis,*
> *Donum ingens, ſemperque tuu memorabile fatis.*

Itaque rectè apud Maronem alibi alius: Aut ſpolijs ego jam raptis laudabor opimis Aut letho inſigni, ſorti pater æquus utrique eſt. Quod & Attij his eſt, Notante Macrobio ſ Armorum judicio.

> *Nam tropæum ferre me à forti viro pulcrum eſt,*
> *Si autem vincar, vinci à tali nullum eſt probrum.*

Pertinet huc ſcitum Imperatori datum; ipſi non eſſe conſerendam cum hoſte manum, Leo, Epilogo Tacticorum cap. XXXIV.

> δεῖ δὲ σε ἐν τοῖς κινδύνοις τῆς μάχης μὴ ἐκ χειρὸς μάχεσθαι, ἀλλὰ φυλακὴν ἔχειν περὶ σεαυτὸν, καὶ ἐρημίαν γίνεσθαι τοῦ στρατοῦ κατὰ τὴν ὥραν τῆς μάχης πρὸς τὴν καλέπειγουσαν χρείαν.

Vide Onoſandrum cap. XXXIII. *Decernere, confligere*: Finem rei conflictu ponere. Proprie enim *finire* notat Rutilius Lupus lib. I. ex verbis Hegeſiæ, *Miſeremini ſolitudinis, cui ne in ſummo quidem tempore periculi liberos adhibere ad communem calamitatem decernendam, licitum eſt.*

384. PLVS

384. PLVS NOMINIS HORROR.] Alibi idem non ſemel. *Fama bella conſtare* notum Alexandri dictum, apud Curtium, lib. VIII. Idem, Lib.V. *Sed nomen Alexandri & Fama, maximum in bello utiq; momentum pavidos in fugam convertit.*

385 MINVIT PRÆSENTIA FAMAM.] Hinc abſconderunt gentes nonnullæ ſuos Rectores. Iuſtinus Lib.I. *Apud Perſas perſona Regis ſub ſpecie majeſtatis occulitur.* Tacitus, Hiſtor.IV. de Velleda Virgine Germana: *Legati ad Civilem & Velledam miſſi cum donis. Sed coram adire alloquique Velledam negatum. Arcebantur aſpectu quo venerationis plus ineſſet. Ipſa edita in Turre Dilectus è propinquis conſulta reſponſaque, ut internuntius Numinis, portabat*: Corporis præſentia minor abſentis ſuaſionibus apud Paullum Apoſtolum II. ad Corinth.X.

ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶ, βαρεῖαι, καὶ ἰσχυραὶ, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος.

Rem ipſam indicavit fabula olim Aeſopus. PLanudes ejus Vita:

ἦλθε καὶ εἰς Δελφοὺς, οἱ δὲ Δελφοὶ διαλεγομένου μὲν ἠκροῶντο ἡδέως, τιμῆς δὲ θεραπείας εἰς αὐτὸν ἔδρασαν οὐδ' ὁτιοῦν, ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ὑπολαβὼν ἔφη. Ἄνδρες Δελφοὶ ἐπεισί μοι ξύλῳ ἡμᾶς εἰκάζειν, τῷ ἐν θαλάττῃ φερομένῳ, κἀκεῖνο γὰρ ὁρῶντες ἐκ πολλοῦ διαστήματος ὑπὸ κυμάτων φερόμενον, πολλοῦ τινος ἄξιον εἶναι οἰόμεθα. ἐπειδὰν δ' ἐγγυτάτω προσέλθῃ, εὐτελέστατον φαίνεται. Κἀγὼ γοῦν πόρρωθεν τῆς ὑμῶν πόλεως ὤν, ὡς τινας τῶν ἀξίων λόγου ἡμᾶς ἐθαύμαζον, νυνὶ δ' ἐλθὼν ἐς ὑμᾶς πάντων, ὡς εἰπεῖν, ἀνθρώπων εὗρον ἀχρειοτέρους.

Exempla tamen nec deſunt ubi famam vicerit Præſentia. Vt apud Hericum Altiſſiodorenſem lib.IV.

Impulit attonitam trepida formidine mentem
Digna viro facies, & plenum numine pectus,
Sermonis gravitas, illuſtris Gratia vultus,
Fama minor meritis magni præſentia cordis.

Sic legendum in eo minimè aſpernabilis ingenij doctrinæque vate ex membranis optimis, Nobilem Claudiani verſum parodia detorſit Gaufredus, ſeculi barbari Poeta, relatus ab Alano lib.I. Floridorum ex Poetis, cap.XVIII.

Vincat opus verbum, minuit jactantia famam.

386. QUI STETIT ÆQUATUR.] Itaque Sapienter monentur Proceres cum dignitate inferioribus non confligendum. Euripides apud Stobæum, Paræneſi de Regno. à nobis Latinus.

Prohibe ad honores jure qui exſcendit malo,
Pravi potentes morbus eſt Reipublicæ.
Proinde Regem, quive ſit alius potens,
Virtute vera, non velim contendere
Cum futili improbove: nempe quod malo
Hinc gloria exit, turpitudo nobili.

Et ita pulcrè Hunnorum Rex à Dani legato provocandus, apud Saxonem Grammaticum, libro V. *Contra Rex, non decere ait amplitudinē Regiam, quem honore præcederet æquare cōflictu, nec oportere dignitate impares, pugnæ paritate conferri.* *Stare* in prælium venire: Papinius Theb.II. *Armatum immenſus Briareus ſtetit æthera contra.*

386. CAMPO.] Bello, prælio, Marte. Vſu in Linguas hodiernas translato. Valerius Flaccus, lib.III. Dux *campi Martiſq; potens* Lucanus libro.VII. *Qui ſobolem & thalamos,*

lamos, deſertaque pignora quæris Enſe petat, medio poſuit Deus omnia campo. Petrus Chryſologus, Sermon XIII. *Ecce tempus, quo procedit miles ad campum.* Alexander Severus apud Lampridium: *Continete vocem truculentam, campo ac bellis neceſſariam me, vos omnes hodie una voce atque uno ore Quirites dimittam.* Aurelianus Imp. Epiſt. de Heraclammone: *Ego verò proditorem amare non potui, & libenter tuli quod eum milites occiderunt; neque enim fidem ſervare potuiſſet, qui patriæ non pepercit. Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur, campus accepit.* Hoc eſt furor bellicus. Hauſit, quomodo *aciem abſtuliſſe* dicit Velleius, lib II. Corippus, libro III. *meus Cagan contraria ſignis ſigna parat? Litueſque mihi, campumque minatur. Gens Avarum?* Ennodius Panegyr. Theoderici: *Campus fortem poſtulat pax profunda redimitum eodem. Hæc eſt natio cujus antè te fuit omne quod voluit, in qua titulos obtinuit qui emit adverſariorum ſanguine dignitatem, apud quam campus eſt vulgator natalium:* Hinc *Campiones*, perpetui certatores, Iſidorus Gloſſis: *Campiones, Gladiatores, Pugnatores.* Quod tetinent cumptiunis nunc Gallorum de itix. Hinc Germanicum **Kampff/Kempffer.**

389. MAJESTATEM.] Principis Romani ſuprà omnes reliquos mortales.

390. EST ILLI PATRIBUS.] Eſt illi, inquit, Germanus frater, utroque par parente quo ad genus, ſed minimè iiſdem moribus, Maſceleris, aut quocunque tamdem nomine iſte Regulus conſitus fuit. Mirum tot doctos homines tam facilem hanc lectionem non vidiſſe, nec ipſum adeo Scaligerum Heroem. Benè qui ex Cujacianis libris teſtituit Claverius. Habet clarè eamdem ſcripturam Liber Noſter; Proximè veritatem alius *Eſt illi patrius* Reguli nomine variantiſſimè utuntur, ut nunc ſunt, ſcriptores priſci: Ammianus, Zoſimus, Oroſius, Marcellinus Comes, Paullus, Iornandes, alij. Recentiores ab iis Aldus Maſtezerem, Macezerem Camers, Maſtelcerium Blondus, Maſcicelem Onuphrius, Iacobus Cæſollius MS. de Ludo Scacorum Malcotam nominat. Statui nihil poteſt.

391. NON ET MORIBUS IISDEM.] Ut non tarò diverſa ſunt ſtudia adoleſcentium iiſdem parentibus ortorum. Hegeſias exemplum dat apud Rutilium Lupum, lib. II. *Diverſa ſtudia apud adoleſcentum animum adverteramus, tametſi erant fratres uno atque eodem ſanguine orti. Alter in ſtudio laudis verſabatur, & induſtria virtutis vitam glorioſam, ſed laborioſam, ſequebatur, alter in augenda pecunia occupatus, & habendi cupiditate depravatus, ſummam virtutem exiſtimabat.* Vide Commentaria doctorum hominum ad Perſium.

390. PIACULA FRATRIS.] Diſtingue.

Maſcizel; fugiens qui dira piacula fratris,
Speſque ſuas vitamque tuo commiſit aſilo.

392. PATRIAS IN PIGNORA CONTULIT IRAS.] Quas in patrem gerebat Gildo. Sic *Perjuria Iunonis* apud Maronem Ceiri, per eam commiſſa. Optatus Afer, lib. IV. *Nullus veſtrum eſt qui non convitia noſtra ſuis tractatibus miſceat in nos jacta.* Claudianus Epithal. Palladij. *Mala legit, domum Veneris* Veneri dono data a Paride. *Benignitatem ſuam* in ſe collatam, dicit Symmachus, lib. X. Epiſtola XXX.

394. QUOSQUE MANU PUEROS GESTAVERAT.] Terentius Adelphis: *non puduiſſe verberare hominem ſenem Quem ego modo puerum tantillum manibus geſtavi meis.*

396. DIS-

396. DISPULIT.] Ipſa dilacerata cadavera disjecit, quod ſummę immanitatis. Tertullianus Apologet. cap. XXXVII. *Ipſis Bacchanalium Furiis nec mortuis parcunt Chriſtianis: quin illos de requie Sepulturæ, de aſilo quodam mortis, jam alios, jam nec totos, avellant, diſſecent, diſtrahant.* Nota omnia.

396. TUMULO ARCUIT UMBRAS.] Crudelitas ſumma, jam inde à Chreonte Thebano, theatris decantata. Hic verò res augetur cognatis cadaveribus in quæ ſævitur, unde ait *Naturamque ſimul fratremque, hominemque, cruentus Exuit.* Quamquam & illa Thebana fuerunt talia.

398. TENUEM INVIDIT ARENAM.] Sepultura etiam erat arena injecta cadaveri, adeo ſancta & neceſſaria res cenſebatur. Horatius de Archytæ cadavere.

> *Quamquam feſtinas, non eſt mora longa, licebit*
> *Injecto ter pulvere curras.*

Sepulcra majorum æquata hac religione delubris Deorum. Chariſius Rhetor apud Rutilium Lupum Libro II. *Exiſtimate Rempublicam hic adeſſe; obſecrare pro ſacris ac delubris Deorum Immortalium, pro parentum monumētis, pro vobis ipſis & ſalute veſtra.* Libenter eo ſcripto rete utor, ponit enim aliud agens lectas veterum ſententias. Utinam integer legendus; quæ enim habemus excerpta ſunt mera.

399. REFUGO SOLE.] Prodigio ſummis ſceleribus deteſtandis notato. Sic bello civili Pompejano, in viſcera Romana furentibus ducibus. *ore cruento Deformis Titan vultus caligine texit*; ſecundum Petronium. Aurelius Victor in Nece Cæſaris: *Dictator in perpetuum factus à Senatu; in Curia, Caſſio & Bruto cadu auctoribus, tribus & XX. vulneribus occiſus eſt. Corpore pro roſtris poſito Sol orbem ſuum cælaſſe dicitur.* De Mycenæo ſcelere, & Solis inde refugio, Seneca Thyeſte. Lucanus, libro VII. Ovidius de Ponto. Manilius, lib. III. Paulus Oroſius libro I. cap. II. Græci Mythologi & Poëtæ.

400. REDDIDIT.] Non prior intulit, ſed ſcelus ſcelere ultus eſt. Redditur, quod repercutitur. Manilius, *Atque pilam celeri fugientem reddere palma.* Virgilius: *Alij taurinis follibus auras Accipiunt redduntq;*. Aut à vocibus & reſponſis. Petronius. *Reddidi illi voces ſuas.* Horatius: *Redderet Laudes tibi Vaticani Montis imago.*

402. PERDITA JURA.] Omne fas. Merito ergo fratrem deſeruit & expugnavit Maſcezel. *Nulla enim amicitia eſſe ſupra leges debet.* Myron apud Rut. Lupum lib. I.

403. NUDI PULVERE MANES.] Velut indumento neceſſario deſpoliati. Papinius lib. XII *queritur miſerabile Grajûm Nuda cohors vetitumque gemens circumvolat ignem.* Hinc κρυερὸν cadaver vocat, agens tali contectione, Zanus, Poëta Vetus lib. III. Anthologiæ.

> ψυχρὰν σου κεφαλᾶς ἐπαμήσομαι αἰγιαλῖτιν,
> Θῖνα, καὶ κρυερῷ χευάμενος νέκυος.
> Οὐ γάρ σου μήτηρ ἐπιτύμβια κωκύουσα
> Οἶδεν Ἀλεξάνδρῃ σὸν μόρον εἰνάλιον &c.

Seneca Pater, lib. VIII. Controv. IV. *Infeliciſſime adoleſcens, cum te & ſepultura prohiberi video, deſino mirari quod perijſti. Quid eſt miſerius in vita quam velle mori? Quid in Morte, quam ſepeliri non poſſe?* Hinc pœna ſummorum ſcelerum, ut Proditorum, de quo Div. Chryſoſtomus Orat Rhodiaca, ſive XXXI.

404. SI FLENTIBUS ARAM.] Clementiæ & Miſericordiæ ara, Athenis Nobilis. Erat in ipſo Foro Vrbis. Pauſanias.

Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν, οὐκ εἰς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ Ἐλέου βωμός, ᾧ μάλιστα θεῶν ἐς ἀνθρώπινον βίον καὶ μεταβολὰς πραγμάτων ὅτι ὠφέλιμος, μόνοι τιμὰς Ἑλλήνων νέμουσιν Ἀθηναῖοι.

Eumenius Orat. Pro Reſtaurandis Scholis: *Cui igitur dubium quin divina illa Mens Cæſaris, quæ tanto ſtudio præceptorem huic conventui juventutis elegit, etiam locum exercitiis ejus dicatum inſtaurari atque exornari velit, cum omnes omnium rerum ſectatores atq; fautores parum ſe ſatisfacere voto & Conſcientiæ ſuæ credāt: Si non ipſarum, quas appetunt, Gloriarum Templa conſtituant. Inde eſt quod Athenienſis humanitas aram Miſericordiæ inſtituerit, & Romani Ducis animi Magnitudo Templum virtutis & Honoris.* Luculentis verſibus Aram cum cultu, inſtitutione, religione, deſcribit Papinius, ſummis auctoribus ab omni ævo accenſendus lib. XII. Cujus Scholiaſtes Ciceronem & Terentium ejusdem meminiſſe notat. De eadem, & Miſericordia Athenienſiũ Libanius

πρεσβεύοντι τῶν γὰρ, inquit, οἴκοι, τὸν ἔλεον ἡγουμένων θεὸν καὶ τὸν βωμὸν ἐσχηκότας Ἀθήνησιν, ὦ βασιλεῦ, μέμνησθαί που τοῖς καλοῦσι καὶ δεομένοις ἡμαρτηκότων, οὐκ ἔνι, ἀλλ' ἢ τὸν βωμὸν ἀνατρέπειν ἐχρῆν ἢ διαλλάχθαι.

Theophilus JCtus, lib. I Inſtitut. capite II. Erat autem Ara hæc non Athenienſibus ſolis, ſed omnibus opus habentibus conſtituta: ut exemplo probant mulieres Argivæ apud noſtrum ſequentibus; aliorum in Zenobio. Centuria I Adag. XXX. Et Cent. II. LXI. Quem videas. Nominabatur per Excellentiam.

τῆς θεᾶς. Heraclides Ponticus: τοὺς μὲν Κύλωνος, διὰ τὴν τυραννίδα ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς θεᾶς πεφευγότας, οἱ περὶ Μεγακλέα ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς δράσαντας, ὡς ἐναγεῖς ἤλαυνον.

Fuit verò & Romæ Ara Clementiæ, eodem, puto, inſtituto, licet non frequenti pariter uſu. Tacitus extremo Annali IV. De Senatu, clade in Germania accepta. *Ita, quamquam diverſis ſuper rebus, conſulerentur, Aram Clementiæ, Aram Amicitiæ, effigiesque circum Cæſaris & Sejani cenſuere, crebrisque precibus efflagitabant, viſendi ſui copiam facerent.*

406. PANDIONIAS PHALANGES.] Nota hiſtoria vel ex ultima Thebaide Papinij. Lege eam, & in Zenobio libro I. Adag. XXXI. Apollodoro lib. III. &c.

409. ALHERBAL.] Vide Salluſtium Jugurtha.

410. MOESTA SQVALORE COMA.] Sic Cujaciani. Noſter *mœſto ſqualore coma* Mirum quo viderit Scaliger, qui vulgatam Lectionem probare potuit. Ego vel illos vel noſtrum librum ſequi velim. Loquitur de ſupplice habitu quo Adherbal Romanos movit in Jugurtham. Ipſe paulò ante Regem, nunc deformatum ærumnis, inopemq; in Senatum venire teſtatur apud Salluſtium, & ibidem omnia ſe premere infortunia, fugam, exſilium, egeſtatem, ſpectaculum factum rerum humanarum. Omnia eſſent illuſtriora, ſi exſtaret liber Sexageſimus ſecundus Livij.

410. MERSIT.] Stirpem ejus, atque adeò ipſum in liberis. Ex illo Maronis libro VI. De infantibus. *dulcis vitæ exſortes & ab ubere raptos Abſtulit atra dies & funere merſit acerbo.* Patrem dicit occiſum in filijs quorum poſteritas & memoria perit in ſobole.

411. CLADE.] Exciſione domus. Vaſtitatem hæc vox indicat.

412. AGNOSCITQVE SVVM.] Orans & obſecrans, ſed nihil proficiens. In morte Gildonis, ut pleriſque cæteris hujus ſeculi rebus, diſſentiunt ſcriptores. Zoſimus verbis ſuprà poſitis ſua manu ſtrangulatum ſcribit. Oroſius mavult ab alijs, lib. VII cap. XXXVI. *Gildo & ipſe fugam molitus, arrepta navi. At in altum provectus, ac deinde revocatus in Africam, poſt aliquot dies ſtrangulatus interiit.* Quem, ipſis verbis retentis, ſequitur chorus ingens ſequentium Chronographorum. Noſter ſub legitimo judice, ordinario jure interfectum indicat, Li .I. Laudum Stil.

Prædonem lembo profugum, ventisque repulſum,
Suſcepit merito fatalis Tabraca portu.
Expertum, quod nulla tuis elementa paterent

Hoſti-

306

Hoſtibus, & læta paſſurum jurgia plebis,
Fracturumque reos humili ſub judice vultus.

Pœnas meritas ad Tabracam ſolviſſe priore in Eutropium, V.CCCCX. Captum, præfatione poſterioris. *Incluta captivo memeratur Tabraca Mauro.* Quem captum etiam hoc opere ſe dececiniſſe ait Sexto Honorij Conſulatu. *Sed mihi jampridem captum Parnaſſia Maurum Pieriis egit fidibus chelys* Propria ſe manu interemiſſe ſcribit Jornandes de Regn. ſucceſſ. cap. XCIV. &c.

416. PORTU ETHRUSCO.] Piſis, Vrbe Hetruriç. Inf. v. CCCCCLXXXIII. Legionum ultrà numerum Heroica agnomina notata illuſtrataque pridem alijs. Inſignia prætuliſſe Deorum Signa hinc paret. *Ieviam* etiam *Fulminatricem* perhibitum docent Inſcriptiones. Jovis effigies & alijs nationibus in militiam præferebatur. Valerius Flaccus lib. VI.

Cuncta phalanx inſigne Iovis, cælataq; geſtat
Tegmina: diſperſos trifidis ardoribus ignes,
Nec primus radios, miles Romane, coruſci
Fulminis, & rutilas ſcutis diffuderis alas.

419. PREMITVR NEC SIGNIFER ULLO PONDERE.] Rebus pulcrè ſuccedentibus. Non laborat quiſquam, d vino omnia auxilio proſperantur. Signa alioquin Romana prægravia erant, nec niſi robuſtiſſimis militibus geſtanda. Herodianus, lib. IV.

τὰ τῶν ϛρατοπέδων σύμβολα, ἐπιμήκη ὄντα, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασι πολλοῖς κεκοσμημένα, μόλις ὑπὸ τῶν γενναιοτάτων ϛρατιωτῶν φερόμενα, ἐπιθεὶς τοῖς ὤμοις, φέρει.

Vide Doctorum de Militia Romana Commentaria.

420. DICTIS ANTE TAMEN.] Adhortatio militaribus animis utilis, ob eamq; Eloquentia Imperatori neceſſaria. Leo Tacticor. II. *Imperator ad dicendum & perorandū ſit habilis, puto enim hoc maximè exercitum adjuvare. Nam inſtructum pugna militem Imperator cohortatione ſua ad periculorū mortiumque contentionem, & ad rerum honeſtarum ſuaviumq; ſtudium adducet. Tuba enim in auribus hominum perſonans, non tantum animos ad motus bellicos excitat; quantum oratio ſapientia quadam adjuncta, ad virtutem vocat, paratosque ad dimicandum audientes facit adque pericula ſuſcipienda animos impellit.* Idem XX. cap. CCXVII. *Imperator, qui Eloquentiam Prudentia coniunxerit, quid in exercitu præſtare non poteſt? Maiora enim ſæpè diſerta cohortatione efficiet, quam viribus ſuis: & plus verbis quam robore milites ad ſtrenuitatem incitabit, idque maximè ſi perſuadeat cum hoſtibus rem eſſe, qui omnia humana pati poſſint.* Epilogi. cap. XXII. *Præcepta tua potiſſimum ſunto, ſimultio prædictionum, cultus divinus, diſerta cohortationes tua oportunè per tempus adhibeantur, ut mentes omnium, oratione permota conſiſtant* &c.

420. AGGERE CONSPICVVS.] Tribunali caſtrenſi, quod ceſpite congerebatur. Id illuſtrarunt pridem docti ad Hiſtoricos Auguſtos, & de Militia Romana. Hebræos ligneum tribunal erigere ſolitos indicat liber Nehemiæ, cap. VIII. Qua materia ſuggeſtum coronando Imperatori conſtrui ſolitum tradit Georgius Codinus.

425. CIRCVMFVSA JVVENTVS.] Locus enim caſtrorum medius erat, quem ſcandebant exercitum allocuturi. Herodianus, lib. I.

περιελθὼν δὲ ὁ Κόμμοδος, τάς τε βασιλείους θυσίας ἐπιτελεῖ, καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἀρθέντος ἐν μέσῳ τοῦ ϛρατοπέδου, ἀνελθὼν ἐπ' αὐτὸ, καὶ περιϛάμενος τοὺς πατρώους φίλους ἔλεξε τοιάδε.

Pro-

Prudentius Pſychomachia:

Exſtruitur media caſtrorum ſede Tribunal
Editiore loco: tumulus quem vertice acuto
Excitat in ſpeculam, ſubtecta unde omnia latè
Liber inoffenſo circumſpicit aere viſus.
Hunc ſincera fides ſimul & Concordia ſacro,
Fœdere iuratæ, Chriſti ſub Amore, ſorores,
Conſcendunt apicem:
Erumpit prima in vocem Concordia, tali
Alloquio.

Manum protendiſſe, notamus alibi, his libris. Ea in certum modum configurabatur, ridiculum quandoq;. Fulgentius Continentia Virgiliana: *Ergo Vacuas fac ſedes aurium tuarum, quo mea commigrare poſſint eloquia. Itaq; compoſitus in dicendi modum; erectis in iota duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita eſt exorſus.*

426. NIXA HASTIS.] More concionis Militaris, Silius, lib. XIII.

Stabant innixi pilis exercitus omnes
Spectabantq; viros,

Iuventus, miles omnis. Vide ad Gulielmum Britonem.

427. PRONASQVE FEROX.] Pulcra emphaſis his verbis: In ipſo enim ſilentio non ceſſat militaris ferocia. Ælianus Tactic. LII. Inter militaria præcepta habet.

δεῖ πρὸ πάντων παραγγέλλειν, σιωπὴν προσέχειν, τῷ παραγγελλομένῳ, ὅπερ καὶ Ὅμηρος ἐν τοῖς μάλιστα ἐσημειώσατο.

427. GILDONEM DOMITVRA MANVS.] Omen victoriæ anticipat. Pariter Gigantomachia.

O pubes domitura deos, quodcunque videtis
Pugnando dabitur.

429. TEMPVS AGIT.] Ita ferè omnes ſcripti Libri, & Scaliger. Ac ſi dicat: Tempus ipſum jam præcipit exſequi res promiſſas, occaſionem ingerens, initium operis faciens. Simplicius *Tempus agi*. Vt Maro libro V. *hic quærite Troiam. Hic domus eſt, inquit, vobis. Nunc tempus agi res.* Non ſemel Papinius, & notamus alibi. Tempus *agere rem*, opportunitatem ſummam notat: ut noctem ipſam moliri aliquid VVitechindus non ineruditus Monachus olim dixit lib. I. Orig. Saxon. *His auditis Hiringus veſtigiis Regis proſternitur, laudavitq; ſententiam Clementiæ Imperialis, & miſſo ad dominum optato nuntio, latum eum, omnemq; Vrbem, ſecuriorem, reddidit. Manſitq; in caſtris, ipſe ne quid adverſi nox ipſa moliretur.* De Tempore certum eſt ſubitum ſubitas ſæpè inferre diſſenſiones. Leo Imp. Conſtit. XX. cap. CCXI.

διὸ πανταχοῦ μὲν τοὺς ἄρχοντας ἀκριβῶς εἶναι, καὶ δικαίως ἄρχειν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς, ὀξεῖς δὲ οἱ καιροὶ, καὶ ὀξεῖαι αἱ πράξεις ὀφείλουσι ἐπὶ παντὸς πολέμου.

Sapienter vereq; idem cap. CLXXXVII. Ejuſdem Tmematis. *Boni Imperatoris & Admiratione digni eſt poſſe potius celeriter, aliqua neceſſitate premente, quid maximè factoopus ſit, definire quam antè neceſſitatem contingentem de ea deliberare. Sunt enim talia quæ momenta bellorum inferunt, ut deliberationem non raro omnem excludant.* Ineptè hæc interpretata circumferuntur, & mendoſa ſunt etiam in Græco Codice.

430. JVSTO.] Pleno, omnibus modis abſoluto. Notatum alibi.

431. CIVILES ABOLETE NOTAS.] Victi enim ſub Maximo, Eugenioque multi erant in hoc exercitu, Orientali enim milite tyrannos Theodoſius ſubdiderat; militem ſuis ſignis reliquum adſcribens. Zoſimus, libro IV.

τῶν δὲ ὑπὸ Μαξίμῳ στρατευσαμένων, ὅσον ἦν ἐπίλεκτον, μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλαβὼν ἀφῆκε Οὐαλεντινιανὸν τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Κελτοὺς, καὶ ὅσα τῆς ἐπικρα-

τειας

τείας ἦν τῆς αὐτοῦ, διαφθείροντος. Eugenius verò ab Arbogaſte ad Viennam Galliæ factus eſt Imperator, Valentiniano interfecto. Gallorum in hac expeditione meminit Claudianus I. Stilicon CCCXXX.

431. CAUSSA.] Legitimus enim Princeps, à Principe adſcitus, Theodoſius. Sic alibi de ejusdem Victorijs.

Omnia ſubſident meliori pervia cauſæ.

432. BARBARIEM OMNEM]Gildoni contractam. Oroſius lib. VII. capite XXXVI Noſter Primo Stilicon. *moverat omnes Maurorum, Gildo, populos, quibus imminet Atlas.*

433. AN MAURI FREMITUS] Diſtinctio corrupta, ſcribe: *An Mauri, fremitus, raucosq; repulſus Umbonum, & noſtros paſſuri cominus enſes?* *Fremitum*, Romani militis intellige. Quos jam à prima Republica Enſibus quatere clypeos ſolitos ex Livio diſcas. Ammianus lib. XXVII. *incauti barbari dexteris cotere collatis. Quos latius ſeſe pandens exercitus infuſis utrinque cornibus afflictabat, per fremitus territos & equorum hinnitus & tubas.* Idem ante eodem Libro: *Signo per buccinas dato, tum pede collatores agi cœpiſſet, inſueta voce rerum ſplendentium facie territi ſtetere Germani.* Vocem Martiam fuiſſe Romanis, quem barritum vocarunt, teſtatur idem lib. XXXI. *Et Romani quidem voce undiq; Martia concinentes ad majorem ſolita à minore protolli, quam gentilitate appellant barritum vires validas erigebant.* De colliſione armorum Polybius lib. XV. ultimo Scipionis & Annibalis congreſſu.

ἐπειδὴ δ' ἐγγὺς ἦσαν ἀλλήλων, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι κατὰ τὰ πάτρια συναλαλάξαντες καὶ συμψοφήσαντες τοῖς ξίφεσι τοὺς θυρεοὺς προσέβαλλον τοῖς ὑπεναντίοις.

Fine primi in Eutropium, *agnoſco fremitum, quo palluit Eurus, Quo Mauri Gildoque ruit.* Sic præcipit Onoſander Strateg. XXIX.

ἐπαγέτω δὲ τὸ στράτευμα σὺν συναλαγμῷ, ποτὲ καὶ σὺν δρόμῳ, ἡ μὲν γὰρ καὶ ὄψις καὶ βοή, καὶ * πάταγος ὅπλων ἐξίστησι τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας.

Hos clamores à primis annis diſcendos iisq; adſueſcendum alij Leo Tact. XX. cap. CCXIV. *Liberos tuos, & nobilium virorum militumq; filios, tecum in Expeditione habeas. Hoc enim eos longè prudentiores reddet ſi cognitionem ſimul & experientiam rei militaris & Imperatoria habeant. Schola enim neceſſaria neceſſariarum diſciplinarum bellum eſt. Itaque florentes jam ætate amicorum familiarumque tuorum Liberos, quaſi generoſos catulos, tecum in expeditione habeas, ut diſcant tolerare laborem, audaciores eſſe, cadavera cæſorum tangere, plagas inſpicere, clamores bellicos ferre, & inſtiu præliorũ tumultibus intereſſe, ut ad negotia Bellica ab ineunte ætate aſſuefacti ſtrenuitatem diſcant.* Vide ejusdem præceptum, par Onoſandrino ibid. cap. CLXXXIIX.

ὅταν δὲ εἰς χεῖρας ἤδη συμπλέκεσθαι μέλλει, μετὰ φωνῆς, καὶ δρόμου, παταγοῦντας τὰ ὅπλα οὕτω τῆς προσβολῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπάρχεσθαι.

Exrequirunt in probis militibus tale quid ipſa militaria velut ſubſidia. Dinarchus Rhetor apud Rutilium Lupum accuſat quosdam: *Partim ſilebant noſtri, partim ingentem clamorem excitabant. At hi, ſocy. præclara noſtra auxilia, neutrum peterant. Neq; enim conſtanti ſilentio, neque forti clamore ſtrenuè quid agere conabantur. Huc accedebat ignavus tubæ ſtrepitus, qui nihil eorum mentes ad virtutem excitabat.*

Ἐνυάλιον ἠχῆσαι vocat Anna Comnena lib. 2. Alexiados: τῶν δὲ λογάδων τοῦ ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος πρὸς τοῦτο ἐποτρυνόντων, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς μᾶλλον πρὸς τοῦτο κατάρροπος ἦν, τριχῆ διελὼν τὸ στράτευμα, καὶ τὸ ἐνυάλιον ἠχῆσαι κελεύσας, ξυμμίγνυται τοῖς βαρβάροις.

Vocem magnam robur naturæ indicare, ad quod lecti plerumque milites, tradit Ada-

Solem ferre non queat. Poſt ſudarium galeam oneri potius reputet quam tutamini. Claudiani locum expreſſit Gallis Poëta ipſorum, meo ſenſu, princeps, Salluſtius Bartaſius Hebdom. II.

L'eſt Philiſtin l'eſpand: & les Pyaens gendarmes
Ont lecarme pour charge, & la fuite pour armes.

Oneri eſſe dicitur, quod moleſtia afficit. Noſter alibi *Atque oneri creduntur opes* Auguſtinus libro VI Confeſſ. capite III. De ſtudijs B. Ambroſij. *Vidimus eum legentem tacitè aliter numquam: Sedentesque in diuturno ſilentio, quis enim tam intento oneri eſſe auderet? diſcedebamus* Ruritius, lib II. Epiſt. VII. *In peccatore amittit dignitatem dignitas: Cui honor indebitus oneri eſt potius quam honori.*

441. CONVBIA MILLE.] Vide Collectanea Andr. Tiraquelli Legum Connubial. capite VII.

442. NVMERO LANGVET PIETAS.] Immani copia evaneſcente patrio affectu.

444. VMBRATUS DUX ROSIS.] *Corona* grandiori caput tectus. Lucretius:

Hæc etiam faciunt, ubi diſcubuere, tenentque
Pocula ſæpè homines, & inumbrant ora coronis.

Malè qui ora hominis hic oris poculorum, ad aliam ſententiam extrahendam, mutata voluit, Carolus Paſchalius libro I. de Coronis, cap. IV. *Roſa delitias, corona comiſſationes Gildonis notant.*

444. MARCIDUS.] Enervatus crapula, luxuq;. Prudentius de Luxuriâ.

Venerat occiduis mundi de finibus hoſtis
Luxuria, exſtincta jamdudum prodiga fama.
Delibuta comas, oculis vaga, languida voce.
Perdita delicijs; vita cui cauſſa voluptas
Elumbem mollire animum, petulanter amœnas
Haurire illecebras, & fractos ſolvere ſenſus.
Et nunc pervigilem ructabat marcida cœnam.

Marcidi enim qui torpent heſternis epulis. *Cibis marcidus* apud Sidonium libro II. Epiſt. IV. Humbertus Epiſcopus contra Niceram: *Novi mariti, recenti carnis voluptate toti ſoluti & marcidi, inter ſancta ſacrificia cogitant quomodo placeant uxoribus.* Vide ebrioſi deſcriptionem apud Cornificium ad Herennium. *Crudus cibo*, ingurgitator pluris quam concoquat.

446. MORBIS.] Senium Gildonis nullo negotio colligas ex Ammiano. Morbos dicas, quos cibus potusque nimij cum annis invehunt plures: de quibus Seneca multis, Epiſt. XC. Poſſis & læſam virilitatem intelligere, quem morbum dicunt Poëtæ. Noſter Epigrammatis, Catullus, Martialis, Cœlius Aurelianus, alij.

447. EXCITAT INCESTOS TVRMALIS BVCCINA SOMNOS.] Similimè de Antonio Cicero Philippicis; & Prudentius Luxuriæ Ideâ.

quia fortè jacens ad pocula raucos
Audierat lituos, atque inde repentia linquens
Pocula, lapſanti per vina & balſama greſſu
Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.

448. CHOREAS.] Vltima Luxus & Ebrietatis deliria. Cicero pro Murenâ: *Nemo enim ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè inſanit; neque in ſolitudine, neq; in convivio moderato atque honeſto. Intempeſtivi convivij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt ſaltatio.* Vide elegantiſſimum Librum Luciani.

450. QVAS VIGILAT VENERI NOCTES.] Viro forti & cordato ingens opprobrium noctes vino & Venere perduxiſſe. Egregiè irridens Antiochenos Julianos:

 ἀλλά.

ἀλλά, inquit, ἡ Κελτῶν μὲν ταῦτα ῥᾷον ἔφερεν ἀγροικία, πόλις δὲ εὐδαίμων καὶ μακαρία, καὶ πολυάνθρωπος εἰκότως ἄχθεται, ἐν ᾗ πολλοὶ μὲν ὀρχησταί, πολλοὶ δὲ αὐληταί, μῖμοι δὲ πλείους τῶν πολιτῶν, αἰδὼς δὲ οὐκ ἔστιν ἀρχόντων, ἐρυθριᾶν γὰρ πρέπει τοῖς ἀνάνδροις, οὐ τοῖς γε ἀνδρείοις, ὥσπερ ὑμεῖς, ἕωθεν κωμάζειν, νύκτωρ ἡδυπαθεῖν, ὅτι τῶν νόμων ὑπερορᾶτε, μὴ λόγῳ διδάσκειν, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυσθαι.

Quæ Ironia eſt totum illum librum conficiens.

451. MORI SATIVS VITÆ QVAM FERRE PVDOREM.] Nemo tam miſer ut turpia honeſtis proponat.

οὐ γὰρ οὕτως ἄθλιος, ὥστε τὸ αἰσχρὸν τοῦ καλοῦ προτιθέναι, ait Phrynichus præfatione in Dictiones Atticas. Aeſchylus, Prometheo Vincto:

κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας παθεῖν κακῶς. Cebes Tabula: πότερον ἂν βούλοιο, ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθανεῖν καλῶς, καὶ ἀνδρίως; ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς, οὐκ οἶμαι οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κακὸν ἐστι.

Zeno Veronenſis, ſi is eſt, Collectanea enim is liber Sermonum habet de varijs Auctoribus, Homil. III. Apud ſapientes & honeſtos gravius eſt aliqua nota confundi, quam mori. Plura Stobæus.

452. NAM QUÆ] Abrupta oratio, indignationis repentino obortæ. Virgilius lib. XII. Nam quid ego? aut quęnam ſpondet Fortuna ſalutem.

453. ILLYRICIS DAMNIS.] Ab Alarico. Duo hi tyranni potiſſimum ab obitu Theodoſij rem Romanam afflixerant, Gildo & Alaricus. Noſter Sexto Conſ. Hon. *Duo namque fuere Europa Libyaque hoſtes: Maurusius Atlas Gildonis Furias; Alaricum barbara Peuce Nutrierat: qui ſæpe tuum ſprevere profana Mente patrem.*

455. JUS.] Imperium. Sæpè ſic noſter. Silius, lib. IX. *compeſceret arma, Ni ſors alterni Iuris, quo caſtra reguntur, Arbitrium pugnæ, properanti in fata, negaſſet.* Alternis enim caſtra regebant Conſules.

458. PRÆDO.] Gildo. Lib. I. Stilicon. v. CCCLVIII.

459. NOTVM.] Africam Auſtralem. Initio hujus Libri. *Redditus Imperijs Auſter.*

459. INSUPERABILE.] Incautam contradictionem videas his verbis. Si enim inſuperabile, quomodo ruet? Si ruet, quomodo inſuperabile? Similia in Ovidio non pauca, Marone ipſo unum & alterum, Papinio plura alibi notamus.

459. CAPVT RERVM.] Caput principalis cujuſcunque rei portio, à Parte Corporis Humani Gubernatrice, qua demta, truncus eſt, reliquum. Ptolemæus.

ἀρχὴ πάντων τῶν ἐν ἡμῖν μορίων, ἡ κεφαλή.

Gratius, de Virtutibus: *Impoſuere Orbi Romam caput* Tacitus, Annal. I. *Fixum Tiberio non omittere caput rerum, neque ſe, Remque Publicam in caſum dare.* Sic in Pſalmo XIIX. καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν. Oroſius libro II. capite XII. de eadem Roma: *caput gentium tanto morborum igne flagravit.* Caſſiodorus, libro IX Epiſt. XVII. *Caput Regni,* Frontinus Strategem libro I. cap. VIII. *Caput Aſſyriæ Babylon perhibetur à Solino,* Capella, Oroſio. *Deus, Rerum caput,* Arnobio lib. I. *Chriſtus, caput Eccleſiæ.* Auguſtinus Epiſt. *Caput Belli Asdrubal,* Appianus, Punicis, *Caput, aliquando totus caput Homo Sanctus,* apud Joannem Abbatem Rhaichu. Cleomedes Epicurum invehens.

ὦ θερσιτάτη, καὶ ἀναισχυντάτη κεφαλή. Themiſtius Orat. ad Valentem:

προω-

σπουδὴ δὲ ἦν ἀρχῆ, καὶ προθυμία, τῆς μιαρᾶς καὶ κακοδαίμονας κεφαλῆς.

Sic Scripturæ *Caput Mens hominis*. Radulphus Ardens Homil. XXXIII. in Evangel. *Per caput vero mens ſignificatur, quæ in toto homine principatur. Præcipit ergo Dominus jeiunantem oleo caput ungere, id eſt gratia miſericordiæ mentem impinguare. Caput*, rerum principium. Phæbadius, contrà Arianos. *Incipientes ab ipſo capite perfidiæ probabimus multa per fraudem eſſe congeſta.* Sic *Fons, caput fluvij.* Horatius. *Stratus nunc ad aquæ lene caput ſacræ. Caput limitis.* Vitalis Agrimenſor. *Ad caput Limitis terminum invenies.* κορυφὰ κτεάνων apud Pindarum, Olympion. VII. κορυφὰν τὸ κεφάλαιον, καὶ ἄκρον ἀκουστέον. inquit Scholiaſtes. De mente, quod dixi, eam per caput indicari, Ieſſe Ambianenſis Epiſt. ad Sacerdotes: *Sæpe nomine capitis mens ſolet intelligi: Vnde & in Apocalypſi circumamicti veſtibus albis in capitibus ſuis coronas aureas habentes dicuntur; id eſt, bonis operibus induti, perenni memoria bona mentis ſuperna quærant.* Gregorius Magnus, Homil. I. *Levare capita eſt mentes noſtras ad gaudia patriæ cæleſtis erigere.* Eucherius Homil. II. *Adventus: Levate capita veſtra, eſt à terrenis ad cæleſtia mentes veſtras. Caput Exercitus Imperator.* Leo Tacticon XX. cap. CXCIII. *Caput Imperii Politici Princeps*, Corippus lib. I. &c.

460. AVT RVET IN VESTRIS.] Solus noſter Codex *in noſtris* Id ideo non improbandum, quod concluſum antea ne Honorius in ſe recipiat Expeditionem in Gildonem.

461. TOT JVRA.] Omnes Bentini & Belgæ libri tot RVRA.

464. DESPECTAS LEGES.] Romanæ generatim: quæ gentibus ſubactis Sacræ. Gildonem his ſpretis profanum dicit VI Conſ. Hon. v CIII.

465. TERTIA IAM CERVIX.] Maximus & Eugenius à Victore Theodoſio Carnifici tradit: Zoſimus de Priore: ἐκ τοῦ βασιλείου κατήγετο θρόνου, χρήματα διανέμειν τοῖς ὑπ' αὐτὸν στρατιώταις ἀρξάμενος, γυμνωθεὶς δὲ τοῦ βασιλικοῦ σχήματος, Θεοδοσίῳ προσήγετο, ὁ δὲ βραχέα τῶν κατὰ τῆς πολιτείας αὐτῷ πεπλημμελημένων, ἐν ὀνείδους μέρει διεξελθὼν τῷ δημίῳ παρέδωκε τὴν ὀφειλομένην ἐκτίσοντα δίκην. De Eugenio: ἐν οἷς καὶ αὐτὸς Εὐγένιος ἦν, ὃν συναρπάσαντες, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενοι, Milites, qui iſto officio præerant, κόντῳ διαπείραντες μακροτάτῳ πᾶν περιέφερον τὸ στρατόπεδον. Alij aliter.

463. ROTETVR.] Ad Celeritatem Abſciſſionis. Secundo Eutrop. *matrique rotatum Conſpexere caput* De Pentheo à Mœnadibus peremto.

466. FVNEREIS.] Qui mero ſanguine imperare ſueti Theodoſius Senior Dux, apud Ammianum, lib. XXIX. *Comes Valentiniani ſum ad opprimendum Latronem funereum miſſus.*

467. FVLVVSQVE TONANTIS.] Similem felicitatem in Augurio Aquilæ habes apud Ciceronem, qui ſuos ipſe ex Mario verſus producit. I. de Divinat. *Sanè dulces venuſtoſque gratia illa* Antiquitatis non affectantis tumorem: Curam tamen quam ingenium magis ſpirantes, verba ſæpe ſecutis ſenſibus,

Hic Iovis altiſoni ſubitò pinnata ſatelles
Arboris è trunco ſerpentis ſaucia morſu
Ipſa feris ſubigit transfigens unguibus anguem
Semianimem, & varia graviter cervice micantem,
Quem ſe intorquentem lanians, roſtroque cruentans
Iam ſatiata animos, jam duros ulta Labores
Abjicit efflantem, & laceratum affligit in undas

 Seque

Seque obitu à Solis nitidos convertit ad ortus.
Hunc ubi prepetibus pennis lapſuque volantem
Conſpexit Marius, divini Numinis Augur,
Fauſtaque ſigna ſua laudis, reditusque notavit
Partibus intonuit cœli pater ipſe ſerenis
Sic Aquila clarum firmavit Iuppiter omen.

468. AD LIQVIDAM.] Noſter Codex *aliquida, cunctis ſpectantibus, athra* Vt Aquilam ſereno cœlo deſcendiſſe dicat. Nihil tamen ex facili mutem. Aquilæ augurium etiam alijs rebus felix. Itineri inſtituto hic, & in Xenophonte, Pæd.II.

τοιαῦτα μὲν δὴ ἀφίκοντο διαλογιζόμενοι μέχρι τῶν ὁρίων τῆς Περσίδος, ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀετὸς δεξιὸς φανεὶς προηγεῖτο, προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσι τοῖς Περσίδα κατέχουσιν, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς πέμπειν σφᾶς, οὕτω διέβαινον θὰ ὅρια. Idem lib. IV. Anabas. καὶ ἤδη τέλος ἐχόντων τῶν ἱερῶν ὁρᾷ αἰετὸν αἴσιον ὁ Μάντις, καὶ ἡγεῖσθαι κελεύει τὸν Ξενοφῶντα.

Sidonius, Panegyrico Anthemij.

Multos cinxerunt Aquilæ, ſubitumque per orbem
Luſit venturas famulatrix penna coronas.

Rapto agno felix in eadem auſpicium apud Valerium Flaccum, lib.I. Argon.

Talia conanti lævum Iovis armiger æthra
Advenit, & validis fixam gerit unguibus agnam,
Accipit Augurium Aeſonides.

Scilicet pari modo rapturus ipſe vellus expetitum. Talia enim conficiunt ab oſtentis portenta futurorum. Aquilæ verò adeo fortunatæ, ut earum etiam ſoni fuerint benè ominati. Theocritus.

ὡς ἄρα νᾶσος ἔειπεν, ὁ δ' ὑψόθεν ἔκλαγε φωνᾷ
Ἐς τρὶς ὑπαὶ νεφέων Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις.

Notaque res a primo augurio Iovis, unde ſuperſtitionem hauſit ſervavitque Poſteritas, Lactantius, lib.I. cap.XI. *Caſar in Arato refert Aglaoſthenem dicere, Iovem, cum ex Inſula Naxo adverſus Titanas proficiſceretur, Aquilam ei in auſpicium advolaſſe, quam victor bono omine acceptam tutelæ ſuæ ſubjugarit. Sacra vero hiſtoria etiam ante conſediſſe illi aquilam in capite, atque ei regnum portendiſſe, teſtatur.* Ea verba nunc quoq; in Scholiaſte Germanici ſuperſunt, unde conſtat Antiquitas ſcriptori. Fuiſſe verò dubius hic Commentator etiam Lactantij ævo videtur: Quem enim hic ſimpliciter Cæſarem citat, eum Germanicum Cæſarem apertè vocat cap. XXI. Ejuſd. in Libri, ut & claris verbis lib.V. cap.V. Scholia Grammaticum ſapiunt: Sed & Grammaticam curabant tum primi Proceres. Omnino autem indigna quæ omittantur, quod Editores noviſſimi facinus fecerunt.

470. MORSU OBUNCO.] Codex Noſter *adunco.*

471. HÆSIT IN UNGUE CAPUT.] Signum Gildonis decollandi. Idem mortis genus in Laudibus Stiliconis.

475. PENDULA BELLA.] De Bello cum Pygmæis gruum Ariſtoteles Animal.lib. VIII. cap.XII. Qui minime fabulam eſſe videri vult. Licet per jocum cum licentiam Poeticam forte finxerit Homerus Iliad. III. Parte hoſtica in aere pendente. Sic volucrem Marte, dicit Sympoſius Ænigm. XIX. *Littera ſum cœli per pennas ſcripta volantes.*

Bella cruenta gerens, volucris diſcrimine Martis;
Nec vereor pugnas dum non ſit longior hoſtis.

Pariter Pendentia Bella, navales conflictus, Manilio lib. IV.

> *Navales etiam pugnas, pendentia bella*
> *Attribuunt, pelagique infectos ſanguine fluctus.*

Pygmæos ita deſcribit Cteſias: *Media, inquit, India, nigros habet viros qui Pygmai appellantur, eadem cum Indis lingua utentes. Sunt ſtatura admodum quam humili: adeo ut bona pars dimidij * cubiti proceritatem, qui autem eorum maximus, duorum cubitum celſitatem non ſuperet. Capillum uſque ad genua infrà, etiam illa dimiſſum, barbam quoq; quibuſvis aliis hominibus promiſſiorem geſtant. Atque adeo poſtquam illis barba eo modo increvit, nullo deinceps veſtitu utuntur: ſed capillos quidem à tergo multo infrà genua demittunt, barbam autem ante ad imos uſque pedes producunt: Dein, cum ea forma totum pilis corpus obduxerint, cingulo ambiunt capillos, ſicque illis velut veſtitu progrediuntur. Veretrum his eſt enormiter craſſum, adeoque ingens, ut ad malleolos uſque pedum propendeat. Facie ſunt ſima & deformes admodum. Oves eorum agnis noſtris pari ſunt corpore. Boves & aſini ad arietes noſtros magni, Equi mulique cætera, quæ veterina animantia arietes item non excellunt. Horum Pygmæorum Indiæ Rex ad tria millia in comitatu habere conſuevit, ſagittis enim peritiſſimè utuntur. Moribus ſunt juſtiſſimis, Legibuſque reliquorum Indorum vivunt. Lepores, & vulpes, non canibus, ſed corvis, milvis, cornicibus, & aquilis venantur.* Hæc Logodædalus iſte, Interpolatore Photio: Verbis etiam mendoſis, dimidius enim cubitus nihil ad rem ſonat. Et ſeſquicubito omnino opus reſtituto. Cætera nos in Pygmæide. Claudianus autem in Ægyptum Pygmæos collocat. Scholiaſtes Homeri Initio Iliad. I.

ἐστὶ δὲ ἔθνος γεωργικὸν ἀνθρώπων μικρῶν καλουμένων εἰς ἀνωτάτω μέρη τῆς αἰγυπτιακῆς γῆς, &c.

475. INGENTI CLANGORE.] Gruum clangor abſonus, ob aſperas arterias Alexander Aphrodiſæus Problem. CXXV. *A Poetis ideo* exemplo ponuntur ſonorum inconditorum, audituique velut injuriorum. Lucretius, lib. IV. &c.

476. AESTIVA RELINQUUNT THRACIA.] Vbi æſtivabantur, pulſæ nunc hyeme Lucanus, lib. V:

> *Strymona ſic gelidum, bruma pellente, relinquunt*
> *Potura te, Nile, grues.*

Lib. VII. *Vos quæ Nile mutare ſoletis Threicias hyemes, ad mollem ſerius Auſtrum Iſtis aves.* Aegyptum autem fugiunt adulta æſtate rurſum, ob nimios calores, inq; Thraciam æſtivatum redeunt. Papinius, lib. V. Th.

> *Qualia trans pontum Pharijs defenſa ſerenis*
> *Rauca Paratonio decedunt agmina Nilo,*
> *Cum fera ponit hiems: illa clangore fugaci*
> *Vmbra fretis, arviſque volant: jam nare ſolutis*
> *Amnibus, & nudo juvat æſtivare ſub Aemo.*

Aelianus Animal lib. II. cap. I.

ὅταν τὰ ἤθη τὰ τῶν Θρᾳκῶν, καὶ τοὺς κρυμοὺς ἀπολείπωσι τοὺς Θρᾳκίους αἱ γέρανοι, ἀθροίζονται μὲν ἐς τὸν Ἕβρον, λίθον δὲ ἑκάστη καταπιοῦσα, ὡς ἔχειν καὶ δεῖπνον, καὶ πρὸς τὰς ἐμβολὰς ἀνέμων ἔρμα πειρῶνται τοῦ μετοικισμοῦ, καὶ τῆς ἐπὶ τὸν Νεῖλον ὁρμῆς. ἀλέας δὲ καὶ τῆς χειμερίου συντροφίας πόθῳ τοῦ ἐκεῖθι, μελλουσῶν δὲ αὐτῶν αἴρεσθαι, καὶ τοῦ πρόσω ἔχεσθαι, ὁ παλαιότατος γέρων περιελθὼν τὴν πᾶσαν ἀγέλην, καὶ ἐς τρεῖς εἶτα μὲν τοι πεσὼν, ἀφίησι τὴν ψυχὴν, ἐνταῦθεν οὖν οἱ λοιποὶ θάπτουσι μὲν τὸν νεκρὸν, φεύγονται δὲ αὐθὶ τῆς Αἰγύπτου, τὰ μέγιστα πελάγη περινηξάμεναι τῷ ταρσῷ τῶν πτερῶν, καὶ οὔτε ὁρμίζονταί που, οὔτε ἀναπαύονται, πυρείαρχας δὲ τοὺς Αἰγυπτίους καταλαμβά-

τυλαμβάνυσι, ἢ τράπεζαν; ὡς ἂν εἴποις, ἄφθονον τὴν ἐν ταῖς ἀγοραῖς εὑρόντες, εἶτα ἄκλητοι ξενίων μεταλαγχάνυσιν.

Quæ iter noſtro indicatum deſcribunt plenius, Vide eum & lib.III. cap.XIII Æſtiva, ſtabula vel nidamenta æſtivalia. Vide ad Papin.I. Theb.v.363.

476. STRYMONA.] Fluvius celebris, dividens à Macedonia Thraciam. Scylax Caryandenus:

Μετὰ δὲ Μακεδονίαν Στρυμὼν ποταμὸς, ὅτος ὁρίζει Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην, διήκει δὲ ἡ Θρᾴκη ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ τοῦ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ.

477. TEXITUR ALIS LITTERA.] Græcanicum nimirum. A. Hieronymus ad Ruſticum Monachum: *Nulla ars abſque magiſtro diſcitur. Etiam muta animalia & ferarum greges, ductores ſequuntur ſuos. In apibus principes ſunt. Grues unam ſequuntur ordine litterato. Imperator unus, Iudex unus provinciæ.* Lucanus lib. V. *de gravibus tempeſtate ſparſis Et turbata perit diſperſis littera pennis.* Petrus Damianus Epiſt. ad Hildebrandum: *Cumque hinc indigentia ſtringeret, illinc caritas animum dilaxaret, in arcto poſitus quid ageret prorſus ignorabat. Cum ecce repente grues ut litteram invicem congruentes efficiunt, parilique ſerie quaſi diverſa utrinque ſub uno duce caſtra componunt, ſuprà verticem paullatim volare cæperunt.*

479. VT FLVCTVS TETIGERE MARIS.] Egregium eſt Strategema quod Leo Imper. Philoſophus Imperatori bellico claſſem in aliquem locum debellandum miſſuro præcipit: *Navarcho,* inquit, *litteras da obſignatas, quas ille non aperiat prius, quàm altum mare teneat. Itaque ex continentis habitatoribus periculum non erit ut quiſquam prodat conſilium, hoſti enuntiet, petendo ut ille occurrat paratior.* Cap XX. verſu CCXX. *IS enim præclarus* ſcriptor more veterum verſibus diſtinctas publicavit Tractationes, paucis ita ſuperſtitibus. Cum tamen pariter ſua Opera diſtinxerint Iure conſulti, Demoſthenes, Ariſtoteles, Cicero, Ioſephus, alij: ut notatum alibi.

480. ARRIPIUNT NAVES.] Gubernaculis ſibi adſumtis. Non potuit melius deſcribere incenſam Oratione Principis militiam.

483. ALPHÆÆ PISÆ.] Vrbem dicit Etruriæ, in cujus ſinu collecta hæc claſſis. Italica Vrbs oriunda dicitur ab Arcadia, ad Alpheum ſita; portu adeo egregio ut inde nomen accepiſſe alij perhibeant, Lydorum quidem lingua, vide Servium ad illud Æneide X.

Alpheæ ab origine Piſæ Vrbs Etruſca ſolo.

485. AVLIS.] Vbi congregabantur naves claſſis ad Trojam ituræ. Stephani Epitomator: Αὐλὶς πόλις Βοιωτίας, ἡ δὲ χαλκίδα, εἰς ἣν ἠθροίσθησαν οἱ Ἕλληνες.

492. CAUTA QUI MENTE.] Scripti nonnulli *temida.* Alij *capta.* Vtrumq; eſt potius ex impatientia accenſæ virtutis militaris quam illud vulgarum. Miles enim ſive injuria vix tale quid efferat. Similia de exercitu Stiliconis poſteriore in Rufinum.

493. REVOLANT MERGI.] Inauſpicata avis navigaturis quod mergantur ſcilicet ſemper: Auſpicati cygni quod numquam toti. Aemilius Macer:

Cygnus in auſpicijs ſemper lætiſſimus ales,
Hunc optant nautæ, quia ſe non mergit in undas.

Prognoſtica cætera apud Theophraſtum, aliquod ſive libellis ſive capitibus: Forte enim & ad Characteres pertinuerunt breves illæ tractatiunculæ, Aratum; Virgilium Georg.I. Scholiaſtas amborum. Lucanum lib.V. Vegetium lib.IV. cap.XL. & XLI. Vt quidem hunc in Quatuor ſolos Libellos optimæ veteresque membranæ diſtinguunt. Vnde doctiſſimum Arati paraphraſten, Avienum, & Senecam Agamemnone.

493. CORNIX.] Cicero Arato. Virgil. Lucan. lib. V. De Sole Occiduo viſe Aratum.

494. OCCIDUUS SOL.] In Solis, Lucis, Noctis, Monoſyllabis verſibus claudundis affectant aliquam emphaſin ſcriptores. Ennius pulcrè, Annali. I.

> *Exin candida ſe radys dedit iſta foras*
> *Lux.*
> *Leva volavit avis, ſimul aureus exoritur Sol.*

Virgilius perquam artificioſè in Culice.

> *Iam quatit & bijuges Oriens Erebo cit equos Nox.*

Ovidius ſimili elegantia junxit Noctem & Solem. Ibrio Lib. XV.

> *Candidus Oceano nitidum caput extulerat Sol*
> *Et caput extulerat denſiſſima ſidereum Nox.*

495. LUNAQUE CONCEPTIS] Vide ad IV. Conſul. Hon. v. CCCCXXVII.

496. CRINES.] Radios ſiderum & Ignes qui ex ijs deſcendere, aut ruere quandoque videntur ad terram, non alio frequentius nomine cenſent Poetæ. De Cæteris iſtic conſule Tabulam Inerranrium Claudij Ptolemæi.

499. MAJOR HONORIUS AUCTOR.] Nomen ſanctum gentibus divinumque celebrat alibi, Auctor, qui rem aggredi ſuo imperio ſuadet. Maro.

> *Magnanime Aenea, non ſi mihi Iuppiter Auctor*
> *Suadeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo.*

Noſter Reſpexit verba Cæſaris apud Lucanum lib. V.

> *Fiſus cuncta ſibi ceſſura pericula Caſar,*
> *Sperne minas, inquit: pelagi, ventoque furenti*
> *Trade ſinum: Italiam ſi cœlo auctore recuſas,*
> *Me pete medias perrumpe procellas,*
> *Tutela ſecure mea; cœli iſte fretique*
> *Non puppis noſtra labor eſt.*

501. PLAUSTRIS.] Contemtim, & militariter. Ruſtica & caſtrenſis violentia pro ineptiis habet illa commenta, ut putat, cœleſtium formarum. Cætera videntur hiſtoriam C. Cæſaris alluſam velle.

504. AUGUSTI FORTUNA.] Felicitas illa velut fatalis, cujus Genius celebratur, jurabatur, in Fortuna Cæſarum. Mamertinus Panegyrico Maximiani: *Veſtra Fortuna eſt, Imperator, quod jam milites veſtri ad Oceanum victoria pervenere.* Dio Caſſius lib. LVII. de Auguſto: ὅτι ὀμνύναι τοῖς ἀνθρώποις τὴν αὐτοῦ τύχην συνεχώρει. Walcfridus Strabus Mammete.

> *Hinc aliam tentare viam dementia capit*
> *Iudicis: invicti Iura per Caſaris, inquit,*
> *Fortunam, Numenque Deum, nihil eſſe nefanda Artis apud Mammen*

Sic alia Numina Principibus addicebant; ut Minervam Domitiano. Ut Mortem, cujus AVGVSTI Titulus horſum pertinet in Inſcriptionibus Priſcis.

505. CÆCIS SAXIS.] Scopulis pelago latentibus. Sic cæca naufragia Fauſto Reienſi lib. I. de Libero Arbitrio: *Duos anguſtum inſidere fretum ſcopulos putes: quorum unus ſubdeprimitur in profundum, alter minatur in cœlum. Unus infeſtius navigantibus cernitur, alter cæca naufragia improviſus operatur.* De *Corſica* talibus infeſta notum, eam multis *promontoriis anguloſam* dicit Aethicus Coſmographia.

507. HUMANÆ SPECIEM PLANTÆ.] Omiſſio voculæ IN. conſenſu omnium exemplarium cæterorum, quam inſerit ſolus Claverius. Huic aſſentimur. Aſſimilatio autem locorum familiaris veteribus. Euſthatius in Dionyſium:

ἱστέον ὅτι, ὥσπερ ὁ Εὔξεινος πρὸς τόξον ἀπεικάζεται, οὕτω καὶ ἄλλοι τόποι πολλοὶ διαφόρως εἰκάζονται πρὸς τινὰς ὁμοιότητας, οὕτω γὰρ τὴν αἴγυπτον δελτωτὸν τρίγωνον ἡ ἱστορία φασὶν, οὕτω τὴν Ἀλεξανδρείαν εἰκάζουσι

χλαμύδι ςρατιωτικῇ, τὴν Ἰταλίαν κισσῷ, τὴν Βρεττίαν, βύρσῃ βοὸς, τὴν Νάξον ἀμπέλου φύλλῳ, τὴν δὲ Πελοπόννησον, πλατάνου πετάλῳ, τὴν Σαρδὼ ἴχνει ἀνθρώπου, τὴν Κύπρον δορᾷ προβάτου, τὴν Λιβύην τραπεζίῳ σχήματι.

De Sardinia, Manilius lib.IV. *Sardinia in Libyco ſignat veſtigia planta.* Capella lib. VI. *Sardinia à Sardo, Herculis filio, appellata, habet formam humanæ plantæ.* Salluſtius II. Hiſtor. Silius, lib. XII.

MAGNA.] Maximam inſularum hanc habuit aliquando Antiquitas. Scylax Caryandenus: Μ γίςη νήσων. Μεγίςη Σαρδὼ δευτέρα Σικελία, τρίτη Κρήτη &c. Alij ſecundæ eam magnitudinis cenſuerunt. Alexis Comicus apud Conſtantinum Porphyrogenetam, lib. II. Them. cap. X.

> τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς δέδειχεν ἡ φύσις
> Θνητοῖς μεγίςας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
> Ἐςὶ μεγάλη, καὶ δευτέρα Σαρδὼ, τρίτη
> Κύρνος, τετάρτη δ' ἡ Διὸς Κρήτη τροφός.

Sardinia autem à Sarde, filio Herculis. Vide Silium, l. XII. Iſidorum, lib. XIV. &c. Quanta æſtimatione ultimis temporibus fuerit docet Mathæus Pariſius, qui in Anno MCCXXXIX. Inſtitorum refugium Naufragorum ſolatium, profugorum Aſylum, quatuor Iudicibus rectam Inſulam appellat.

508. DIVES AGER FRUGUM.] Sardinia, terra bona, infelix cœlo. ut loquitur ferè Pomponius Mela. De fertilitate Strabo, Pauſanias. Val. Maximus Symmachus, Horatius, Florus, Prudentius, Diodorus Siculus

511. QUÆ RESPICIT ARCTON IMMITIS.] Silius, lib. XII.

> *Qua videt Italiam ſaxoſo torrida dorſo,*
> *Exercet ſcopulis latè freta: pallidaque intus*
> *Arva coquit, nimium Cancro fumantibus Auſtris*
> *Cætera propenſo Cereris nutrita favore.*

512. PROCAX.] Procurrens in mare. Sic procul à ſe acutè dixit Avienus Periegetes:

> *In Cretam trahitur ponti tumor: hicque procul ſe*
> *Inclinat rupes, ſeſe obvia fluctibus altis.*

Quod Dionyſius dixerat εἰς ἅλα πουλὺ νένευκε Secedit enim pars illa prominens quodammodo à corpore reliquo ſuo. Claudius potuit & fluctibus procacem intelligere, ut ſunt *Auſtri procaces* in prima Aeneide. Cui proprius accedit quod ſequenti verſu *ſubitiſque Sonora Flatibus* Sex Manuſcripti Codices agnoſcunt.

513. INSANOS.] Convitio nautico, quod ita hæſit ut montes illi vulgo inſani vocarentur. Florum notarunt alij. Sic *Fons inſanus* Plinio, lib. XXXI. cap. II.

513. INFAMAT.] Traducit vulgo. Pariter Horatius: *Infames ſcopulos Acroceraunia.* Infamis mari fides, apud Tertullianum de Pallio, &c Papin. I Theb 333:

515. PESTIFER AER.] Quo infamis Sardinia. Vide Doctorum ad Symmachum, Melam, Tacitum, Animadverſiones,

516. LUCTATIS:] Magno diſcrimine eluctatis. Horatius. *Luctantem Icariis fluctibus Africum.* Valer. Flaccus *denſis luctatus in exſtis Ignis, Luctamina ſaxorum, Auſonio Moſella:*

518. SULCOS.] Vrbs Sulci Sardiniæ, condita Carthaginenſibus, Stephanus: Σοῦλχοι, πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα. In Notitia Epiſcopatuum Africæ inter Sardoos recenſetur Vitalis Sulcitanus. Mentio in Ptolemæo, Strabone, Pauſania, Plinio, Capella. Mendoſi ſunt plerique ſcripti Codices & veritatem vindicavit primus Mariangelus Noſter Diatriba ad Solinum.

519. OLBIA.] Sardiniæ civitas non ignobilis

bilis, Corſicam contrà. Aethicus: *Inſula Sardinia habet à meridie contrà Numidiam Caralitanos: qua Sardinia parvo freto ſpatio millium XX. à Corſica dividitur: Corſicam verſus à ſeptemtrione habet Olbienſes* Stephanus novem cognomines civitates recenſet, propter auſpicium ſcilicet vocabuli. Meminerunt hujus Ptolemæus, Pauſanias, Antonius Itiner, &c.

520. LIBYAM CONTRA.] Eì è regione. Germanicus: *Thuribulum vicinum Auſtri ſacro Igne videbis Arcturum contra* Virgilius de Karthagine. *Italiam contrà*. Martialis. *Contrà Caſaris eſt forum taberna*. Siculus Flaccus: *Adriaticum vero littus Illyricum contra ſe habet* Sic *contrarij agri* inter ſe oppoſiti, alijs Agrimenſoribus. *Contraria pectora* Lucano lib. VI. *Vt arma armis* Maro. Sic ἀντιτάλαντον, quod rectà oppoſitum, ut in Antiquiſſimo carmine Sibyllino, perperam proœmij loco ſubdititijs præfixo.

> Ἀλλ' ἐδ', ἀκτίνων κα ... ἠελίοιο
> Ἄνθρωποι φῦναι δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες.

521. CALARIS.] Sive Caralis, Vt jam olim hic legendum ad Livium monuit Henricus Glareanus, variantibus Libris, princeps urbium Sardiniæ, nobili portu celebris, quo convenisse in Africam transmiſſuram Honorij claſſem indicat noſter. Florus, lib. III. cap. VI. *Sardiniam Gracchus arripuit, Sævitum in Vrbes, urbemque Vrbium Caralim*, Mentio in Ptolemæo, Pauſania, Stephano, Capella, Prisciano fine libri II. Qui Caralibus agnoſcit, & inde Caralitorum Potentiam Inſulæ, ſive Regum, non ex alio quam Livio in Bello Punico Secundo, clarius diſcat. Nam & amplius XXV. millia Sardorum in armis campoque fuiſſe, & Vrbes tamen ſimul tutoribus ſatis munitas tradit. Ipſe Sardinia princeps Inſularum magnitudine Scylaci Caryandeno, & Sicilia amplior. Μέγεθος ν... Μ... Σάρδω, δ. ὑπὲρ Σικελία, τρίτη Κρήτη, &c. De mirifica Sardiniæ herba, quæ velut ridentes enecat, Procopius legendus lib. IV. Gothicarum, Oppio, PLinio, Diodoro, Strabone, Livio, Mela. Habet Cathedram hodie Epiſcopalem, Lucifero olim contumaci & ſermone & Vita Antiſtite nobilitata, poſt Brumachio, quem memorat Auctor Vitæ, coævus Fulgentio.

523. MANSUESCUNT STAGNA,] Dicas huc pertinere Epigrammarion in Portum Saronenſem noſtri.

525. PRORISQUE REDVCTIS.] In pontum: puppibus terræ fixis, Virgilius, lib. VI.

> *Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci*
> *Ancora fundabat naves.*

526. SUSPENSA.] Funibus videlicet. Maro Idem. *feſſas non vincula naves Vlla tenent Exſpirat vero finis hujus libri*, claſſe in Sardiniam provecta. Secundo orſuro bellum ipſum in ſua regione. Scripſiſſe enim & Libri Cujaciani, & antiquiſſimorum aliorum inſpectator Mariangelus, & auctor ſemet ipſe teſtatur.

* * * *
* * * * *
* * * *

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI, DE LAVDIBVS SERENÆ, LIBRVM.

Animadverſiones.

EXpeditis Heroum, ad Honorianas uſque, Laudibus; priuſquam Operum & Virorum principes Panegyricos aggrediamur, ſtatuimus minorum gentium libellos hos conſiderare, eo lubentiores illos illuſtraturi, quo minus reſtiterit tenuiorum. Invectiones & Fabuloſum genus ſuppoſuimus ultra Encomia, Ordine ipſo materiæ. In Omnibus Libris (pauciores tamen agnoſcunt) Carmen hoc præfatione mancum lectum eſt hactenus. Solus Noſter Epiſtolam ei præponit Orphea cum primum ſociarent Cui conſentit hac in parte Aldus. Nos peculiare opuſculum potius tamen eam Elegiam agnoſcimus, ut pote ad vota peculiaria Claudiani, non Reginæ laudes ſpectantem. Fuit autem Serena hæc Theodoſio ex fratre neptis, auctore Zoſimo, qui multa ſolus ejus rerum memorat, illic legenda. Eadem Agnatio clarè noſtro judicatur v.LXXXIX. Nupt. Honor. & alibi. Mortem ejuſdem miſerabilem, ſtrangulatæ ob vanam ſuſpicionem proditæ Alarico Romæ idem recenſet. Libello huic Giraldi nomen adſcriptum in membranis alijs offenderunt docti homines; is forte fuit poſſeſſor non ſcriptor Codiculi, in Anglia Silveſter Giraldus, ſcriptorum Veterum ante hæc quatuor & quod excurrit Secula, mirè prudens auctor, eum & Bongarſius olim nobis retulerit ultrà ad ſe eum Codicem deveniſſe.

V.I. DIC MIHI CALLIOPE.]Elegantior Lectio Noſtri Libri *Dic mea Calliope* Quam non dubitemus velle recipere.

V.2 PIERIO SERTO.] Muſicis hymnis, quomodo ſæpè loquitur Pindarus. Vide notata ad Panegyricum Mallianum. Sic Venantius Fortunatus lib. I. de B. Martino.

> *Scilicet inter tot Sanctorum culmina vatum,*
> *Fulmina doctorum, & gemmantia prata loquentum*
> *Nullo flore virens ego tendam texere ſertum?*

Vide Lib.CLXXVI. Adverſar. cap.I.

3. CONSURGERE GEMMIS.] Adulatur Reginam. Diademata autem aliaque regia capitum ornamenta præalta erant. De Tiara IV. Conſul. Hon.

Barca-

Barbarus Arſacio conſurgeret ore Tiaras.

Sidonius de Romano Principe *quamvis diadémate crinem Faſtigatus eas* Formam exhibent nummi picturæq; veteres.

4. RUBRO MARI.] Spolijs ejus, ut alibi loquitur. Duriuſculus tamen hic ſermo.

4. FLORIBUS ORNES.] Carmina ſua, conſcius ſuavitatis, comparat vernorum florum perpetuis Gratijs. Sic apud Plutarchum Præceptis Nuptialibus, Sappho immortalitatem carminum floribus pariter adſcribit.

κατθανοῖσα δὲ κείσεαι; οὐδὲ τις μναμοσύνα σέθεν ἔσσεται, οὐ γὰρ μετέχεις ῥοδῶν τῶν ἐκ Πιερίας.

Non enim digna es, inquit, quę floribus de Pieria coroneris, ut perpetuo memoria tua vigeat. Euſebius de ſuis ſcriptis initio lib. de Vita Conſtantini:

ἤδη δὲ καὶ τριακονταετηρικοὺς αὐτῷ λόγων πλέξαντες στεφάνους ἐν αὐτοῖς πρῴην βασιλείοις τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἀνεστέφομεν.

5. REGINÆ REGINA.] Serena Princeps tum Fœmina. Calliope Dux & Imperatrix Muſici chori. Sulpitia Satira. Horatius:

Deſcende cælo & dic, age, tibia.
Regina longum, Calliope, melos.

Hinc ſola ea quandoq; invocatur, cum chorus tamen Muſarum totus poſcatur, ut ad Silij quendam locum lib. VI. Advers. capite X V. notabam. Reginæ, omnes Auguſtæ: Vt Placidia, ſoror Honorij noſtri, etiam ultimo ævo apud Hericum Altiſſiod. lib. VI.

5. SED FLORIBUS ILLIS.] Sic Editi veteres, & Claverio. Melius tamen Scaliger aſſenſu noſtri Libri, Belgarum non neminis, & Aldi. *Si floribus illis* Cum præcipuè mox ſequatur vocula *S E D*. Errant cum vulgò Camertis & Bentini Codd.

6. URIT.] Tam frigus urit, quam calor. Vide Ariſtotelem IV. Meteor. Interpretes Maronis Georg.

8. PERMESSIUS.] Scripti & Aldus *Permeſſidos*. Noſter *Permenſius*.

9. APES.] Poëtas dicit, qui Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant Aurea perpetua ſemper digniſſima vita. Elegans comparatio, non ſine Gratijs illuſtrata pridem Mureto, Variar. lib. VIII. cap. I. Sic ſpeciatim cognominantur apes, ſcriptores dulcioris eloquij. Heſychius Illuſtrius:

Σοφοκλῆς, ὁ τραγικὸς μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ.

Et Apis Attica, Xenophon. notiſſimo Elogio.

9. PRATA LEGENTES.] Flores in ijs. Sic equum penta affectare in paſtum, dixit Appulejus, lib. I. Propertius: *Celſaq; Romanis decerpta Palatia Tauris.*

13. THESSALA.] Alceſtis. Euripides inſigni fabula. Meminit Bello Getico. Theſſalorum regis Pelei filia. Vide Higinum, Fab. LI. Fœminas illuſtriores junctim memorat Sidonius Epithalamio Ruritij, Inter quas & ita eſt.

14. SVOS ANNOS] Ex voto voventium felicitatem longæ vitæ Romanorum, de ſuis nimirum annis addi ad illius Propertius, libro IV.

Quod mihi detractum eſt, veſtros accreſcat ad annos,
Prole mea Paullum ſic juvet eſſe ſenem.

Verſus celebris, Acclamationibus non ignotus. De noſtris annos tibi Juppiter augeat annis. Higinus, Fab. X. *Quos annos Chloris & fratrum Apollo eripuerat, Neſtori ceſſit.* Vovebant hoc modo infinitos annos, & ultrà menſuram humani ævi. Apud Vopiſcum:

Mille, Mille, Mille, Mille, Mille, Mille, decollavimus.
Vnus homo Mille, Mille, Mille, Mille, decollavimus.
Mille, Mille, Mille, vivat, Qui Mille, Mille, occidit.

Occiderat ſanè Aurelianus ſua manu, experi-

ditione una homines DCCCCL. Ita autem Conſtituendi illi Tiochæi, tertio etiam verſu miſerè vulgò corrupti.

16. TANAQUIL.] Uxor quondam Tarquinij Priſci, Fatidica. Livius &c. Exemplum fœminæ caſtiſſimæ. Sidonius.

Conjux Papianilla quem pudice
Curas participans, juvat Labore.
Qualis nec Tanaquil fuit. nec illa
Quam tu, Tricipitine, procreaſti.

Alijs fœmina viro imperitans, ut notat in Auſonianis Jos. Scaliger.

18. CLAVLIA.] Veſtalis Claudiæ Hiſtoria notiſſima ex Romanis Annalibus. Viſe Valerium Maximum, Silium lib. XVII. Lactãtium, lib. II. cap. VII. Tertullianum Apologet. cap XXII. Herodianum, lib. I. Sidonium Propemticoad Librum &c.

19. CUNCTANTEM.] Noſter Codex *Cunſtantem.*

19. CARMINIS ACTV.] Velut fabula. Sic de omnibus Poëticis litteris, Auctor Aetnæ *par ſcena verum eſt fallacia.* Ego actum hic orbem, κυκλον exponere malim, toto illo abſoluto Orbe ſui Poëmatis ſcilicet. Ita Maro.

redit Agricolis Labor actus in orbem.

20. MENS ALTA.] Varum tales, ut inacceſſi populo afflatus, ipſis quidem teſtibus. Papinius: *Et doctis furor arduus Lucreti.* Idem de ſe ſuisq; Poëmatis ſępius. ἆθμα θεόσυτον in Homero agnoſcit Nonnus, lib. XXV.

πνεῦσον ἐμοὶ πόν ἆθμα θεόσσυτον, ὑμετέρης γὰρ
Δεύομαι εὐεπίης, ὅπι τηλίκον Αρέα μέλπων
Ινδοφόνους ἱδρῶτας ἀμαλδύνω Διονύσου.

Sic Legendum inibi, non ἡμετέρης, quod mire decepit interpretem Homeri Odyſſeam hic retexi nihil attinet. Penelopen non alio nomine Laude digniorem, quam quod moribus ſuis tam ardenti Amore devincire potuerit Ulyſſem ſibi, ut tot locupletes, formoſas, Regias fœminas præ ipſa ſperneret, æſtimat Julianus Imper. Orat. II. ad Conſtantium.

25. PENELOPES DECVS ÆQVÆVVM. &c.] Sic correctum Scaligero. Quo facinore quid ſibi voluerit tantus vir, equidem non video. Noſter ſcriptus. *Penelope decus eſt, atq; uni tanta paratur.* Sed ſequentem verſum ſtolidè omitrit Belgicorum Optimus: *Penelope decus, atq; uni cui tanta paratur* Qui modo & Aldus, Camers Edidit. *Penelopeque ſuum decus eſt, cui tanta paratur* Veritas adhuc Latet. Nam quæ nos olim, minimè ſatisfaciunt ſei. Sanè viderur Maroniani Culicis verſum Claudianus alluſiſſe, ubi *ſemper-decus* velut una omnibus ſemper fœminis prælata Penelope dicitur, præcipuè cum adjiciat illam tantam ſcenam Pudicitiæ huic parari. Verba ſunt Maronis:

Alceſtis ab omni
Inviolata vacat cura, quod ſæva mariti
Ipſa ſuis fatis Admeti fata morata eſt.
Ecce Ithaci conjux, ſemper decus, ICariotis,
Fœmineum incorrupta decus manet: & procul illam
Turba procul juvenum, telis confixa, procerum.

Quorum verborum reſpectu dicam Claudianum ſcripſiſſe.

Penelopæa decus, uni cui tanta paratur
Scena Pudicitia.

Penelopæa, Calliepæa, Caſſiepæa, nota ſunt. Suſpicor voculæ ſyllabam in inciſione neglectam faſcinaſſe librarios, cum noſter tamen ſic etiam alibi. In Cujacianis Libris fuit *decus auſa ſuum & decus atque ſuum* Quorum ex priore dicas ſcripſiſſe Claudianum *Penelope decus Aeolidum* ex Aeolia enim illa proſapia. Quæ ſcriptura ad Poeticas aures optima. Pnreſt verſus non incommodè abeſſe turbator plurimarum rerum, quiq; *ſcenam* voluerit enarrare.

26. SCI-

26. SCENA PUDICITIÆ.] Actus velut mimicus, Poëticum Spectaculum. Scena ſic Fraudium apud Appuleium, Lib. IX. *Vine mero mutuis vicibus velitata ſcenas fraudulentas in exitium mariti ſubdolis ambagibus conſtruebat.* Idem de Malæ Mulieris Adulterio, Ibidem. *Sublate alveo, conſpectui profane redditus, Scenam propudioſa mulieris patefecit.* Libro X. *Libidinis noſtra totam detegit ſcenam.* Alibiq; ſæpius.

27. ET SÆVI TOTIDEM.] Scribendum puto. *Vt ſævi totidem bello quot fluctibus anni. Conjugii docuere fidem Cum, quando.* Manilius de Bello Piratico.

Vt quod erat bellum pelagus fuit.

30. PUPPISQUE MORAS.] Una eademque opera. Vide Silium.

31. TRAHAT.] Vanis Spebus ductiret. *Vt ducere* Plautinum.

32. FALLATQUE FURENTES STAMINE.] Probo Scripturam Scaligeri *Stamina* Epitheton horum mutat noſter Codex in *LAERTIA. Stamina nocturna relegens Laertia tela* Quaſi avita dicat, aut Vlyſſi debita In vulgato nihil mutem. Videtur aliquà reſpexiſſe Propertium lib. II Èleg. IX.

Penelope poterat bis denos ſalva per annos
Vivere; tam multis fœmina digna procis.
Conjugium falſa poterat differre Minerva,
Nocturno ſolvens texta diurna dolo.
Viſura & quamquam numquam ſperaret Vlyſſem,
Illum exſpectando facta remanſit anus.

34. NOBILITAS CUNCTIS EXORDIA PANDIT LAUDIBUS.] Vide Joannis Stobæi Sermonem LXXXIV. Et Collectanea Andreæ Tiraquelli, cap. XXI.

35. REDEUNT IN SEMINA CAUSSÆ.] Virtutum & Laudum ſcilicet Horatius:

Fortes creantur fortibus & bonis,
Eſt in juvencis, eſt in equis patrũ Virtus.

37. REGALIS.] Imperatoria. Eum enim Regem dicit, quo nemo Regalior. Romanum nempè.

38. TANTUM NOMEN.] Fœmina tantarum virtutum. Nomen pro perſona. Dictum ſup.

40. ILLUSTRAT AVUS.] Quem Communem parentem cum Theodoſio habebat, cujus erat fratris, Honorij nimirum Senioris, filia. De Patre Theodoſij multis Ammianus, aut patris certè fratre, ubi videbis, quæ Getula arma repulerit, Africam Firmo liberans.

41. DOTATA TROPÆIS.] In dotem enim puellæ per ſuperbiam computabant, id eſt mariti pro pretio velut imputabant, paternos triumfos. Juvenalis, Sat. VI. poteſt ut Claudiano hic expreſſus.

Malo Venuſinam quam te, Cornelia, mater
Gracchorum; ſi cum magnis virtutibus affers
Grande ſupercilium, & numeras in dote triumfos:
Tolle tuum, precor, Annibalem, victumq; Syphacem,
In caſtris, & cum tota Carthagine migra.

46. EXCUBIIS.] Pro Romano Imperio.

48. ADDERET ASTRORUM RADIIS.] Sideribus mundi. Hoc eſt principalis familiæ perſonis. In noſtro *Ederet* quod fortaſſe melius. Tamen conſenſum ſiderum per adulationem tamdiu dicit diſtuliſſe Imperium illi familiæ dare, quouſque naſceretur Serena. Exquiſita adulatio, non omnibus tamen ex facili perſpicienda.

49. DIDICIT REGNARE POST GENITAM.] Parem Laudem Arcadio adſcribit in Libro de Regno Syneſius, ſcilicet eo feliciorem eſſe, quod editus foret ante patrem Imperantem. Ab Theodoſij claritate meritò commendat fortunam Serenæ, cum ex Victoris Epitoma fratris cum Liberos cum ſuis dilexiſſe.

50. HISPANIA.] Iiſdem rebus laudatam Hiſpaniam habes in Panegytico Pacari. Vide & Juſtinum, Libro XLIV. & doctiſſimum libellum Ludovici Nonnij. Ab Equis commendat noſter infrà v.LIV. eam lauder haber hodieque, & medio tempore penes Petrum Mauritium lib.II. Epiſt. XXIII. Vide & docti vrii Commentaria ad Symmachum.

54. PRETIOSA METALLIS.] Singularis laus Hiſpaniæ. Pacatus: *Tibi mater eſt Hiſpania, terris omnibus terra felicior, cui excolenda, atq; adeò ditandæ impenſius quam cæteris gentibus ſupremus ille rerum fabricator indulſit. Adde tot egregias civitates, adde culta incultaque omnia vel fructibus plena vel gregibus, adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum.* Honorius & Theodoſius Imperatores Conſtitutione, edita à Jureto ad Symmachum, lib.IX. Epiſt. XIX. *Quicquid dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Aegyptius, quod Africa fertilis, quod ſpecioſa Hiſpania, quod fortis Gallia poteſt habere præclarum, ita illic affatim exuberat, quaſi ibi naſcantur omnia, quæ ubique conſtat eſſe Magnifica.* Emacula *quod precioſa Hiſpan.*

55. PRINCIPIBUS FÆCUNDA] Pulcrè infrà:

> *novum vectigal Iberia rebus Contulit, Auguſtos.*

57. HINC SENIOR PATER.] Majores Theodoſij occulrè ſtirpi Aeliæ admovere videtur. A Trajano enim originem repetebat Theodoſius. Victorinus Epitoma Cæſarum: *Theodoſius genitus patre Honorio, matre Thermātia, genere Hiſpanus, originē à Trajano principe trahens, à Gratiano Imperator effectus eſt.*

60. PHARIÆ SEGETES ET TVNICA MESSIS.] Horrea Populi Romani Africa & Ægyptus: Vide ſuprà ad Bellum Gildonicum.

61. GALLIA ROBVR MILITIS.] Fortitudine enim Galli cenſentur. Honorius Imperator verbis modo adſcriptis. *Animoſum pectus*, II. Stilicon. CCXLII.

62. ILLYRICIS EQUITATIBVS.] Nunc quoque equeſtris gloria penes eas nationes.

69. FLACCILLAM MARIAMQVE DARET, PVLCRAMQVE SERENAM.] Flaccilla Mater Honorij, conjux Theodoſii. Nupr. Hon XLIII. Licet tamen hinc ſcire cognatas Auguſti his nominibus fuiſſe. Mſto noſtro abeſt totus hic verſus, & poteſt abeſſe: præſertim cum ſorores geminas infra modò memores CXV. Serenam & Thermantiam. VICERET eædem membranæ teferunt, unde pateat alia Lectio. *nec laude virorum*

> *Cenſeri contenta fuit, niſi matribus aquè*
> *Vinceret, à gemino certatim ſplendida ſexu.*

71. VNDASSE TAGVM.] Felicis ſeculi Poetica deſcriptio.

71. GALLÆCIA RISIT FLORIBVS.] Patria Theodoſij. Idatius, Chronico. *Theodoſius natione Hiſpanus, de provincia Gallæcia, civitate Cauca, à Gratiano Auguſtus.*

72. DURIA.] Turia aliis. VIBius Sequeſter: *Turia Hiſpaniæ flumen, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit, &c.* Eſt & Thuſciæ flumen *Turia*, in Silio, Lib. XIII. Barbarum item Numidiæ, vel & hoc Hiſpaniæ, murato genere, apud Salluſtium. Phocas Grammaticus: *Barbara neutri generis duo lecta ſunt apud Salluſtium nomina fluviorum, hoc Molucha, hoc Turia.*

73. VELLERE PVRPVREO.] Maronis. *Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.* In noſtro Codice viſitur: *Vellera purpureo paſſim mutavit ovilē.*

75. NEC PALLIDVS ASTVR OBERRAT.] Melius eædem membranæ aberrat. Quin offendat ſcilicet quod quærit. Tamen nulla prorſus inquiſitione opus fuiſſe, capias. De Aſturum aurifoſſorum pallore, Silius libro I.

> *Aſtur avarus*
> *Viſceribus laceræ telluris mergitur imis,*
> *Et redit infelix effoſſo concolor auro.*

Scitè

Scitè commentus Papinius, pallorem hunc inde venire, quod in ſuo regno per avaritiam viderint PLutonem foſſores. Lib. IV. Silvarum ad Maximum Junium.

Quando te dulci Latio remittent
Dalmatæ montes, ubi Dite viſo
Pallidus foſſor redit, erutoq; Concolor auro.

Simile quid in Paullino lectum, niſi decipit memoria.

76. SACRIS NATALIBUS.] Doni natalitij nomine. Natalibus enim diebus mittebantur munera Martialis:

Vt poſceris, Clyte, munus, exigasq;,
Vno naſceris octies in anno.

77. PIRENÆIQUE.] Scriptus Liber *Pireneuq; ſub antris Ignea fluminea legere Ceraunia Nymfæ.* Quibus mox addit æquoreas. Et affectatur argutia ignem materiem legi è flumine. Ineptè fulmina antra, quia in ijs talis Lapis. Alias enim ſatis notum. Et nomine ipſo indicatur genus gemmæ unde ſit. Fulmine naſci è ſcopulis argutatur Sidonius, Panegyrico Majorani:

Sardinia argentum, naves Hiſpania defert,
Fulminis & Lapidem: ſcopulos jaculabile fulgur
Fucat, & accenſam ſilicem fœcunda maritat
Ira Deûm; quoties cœlum ſe commovet illic
PLus tibi terra valet.

Etiam verſificator ultimi ævi Matbodæus naſci aut labi per fulmen Ceraunia arbitratus eſt.

Ventorum rabie cum turbidus æſtuat aer,
Cum tonat horrendum, cum fulgurat igneus æther,
Nubibus eliſus cœlo cadit iſte Lapillus.
Cujus apud Græcos exſtat de fulmine nomen.
Illis quippè locis, quos conſtat fulmine tactos,
Iſte Lapis tantum reperiri poſſe putatur,
Vnde Ceraunius eſt Græco ſermone vocatus.

Crebrò autem fulmine feriri Pirenæos montes teſtatur ex alijs Iſidorus lib. XIV. c. VIII. De colore Cerauniorum notat H. Alexander in Mythologia Solis.

79. REBELLANTES.] Noſter Codex, aliqui Belgæ, Scaliger. *relabentes.* Verè.

81. DOMINAM.]. Quæ tum naſceretur.

81. AUSPICIUM THALAMIS] Adeo hoc fatale fuiſſe conjugium dicit, ut jam primum natæ Serenæ cecinerint Carmen Nuptiale Nymfę patriæ. Alludit veterem morem ad fores thalami côcinentium novos nuptos puellarum indigenarum. Viſe Theocritum initio Epithalamij Helenæ.

83. VOTIQUE.] Nuptiarum fatalium votivarumq;. Notamus ſuprà.

84. PENITUSQUE REMOTO.] Certè, ſi genere Vandalus Stilico, ut ſcribunt Oroſius aliiq; temporum Hiſtorici. *Longè*, de *Longinquo.* Alibi.

85. CONCORDIA.] Conjugium, quod totum illa conſtat. Concordia novis nuptis in auſpicio cornicis dabatur, vovebaturq;, ut notarunt pridem docti. Alludit eodem & PLautus Caſina, ubi verba invertit ludens ſenis fictitiam ſponſam Ancilla.

87. HORÆ.] Quarum miniſterio hoc genus plurima adſcribunt Poetæ Græci. In NoſtroLibro AURÆ. Illud ſervamus. Innuit autem Horas, Decas florum. Alibi.

variis ſcribent in floribus Horæ.

90. AFFLAVIT.] Afflatu omnia conferre credebantur ſua dona Gratiæ. Martianus Capella, Lib. II. *Præterea tres puellæ vultu decoreq; parili ac venuſtate luculentæ, ſertis religata invicem manus, roſarumq; ſpicielu redimitæ, ad virginem convenere. Quarum una deoſculata Philologiæ frontem, illic ubi pubem ciliorum diſcriminat glabella medietas, alia os ejus, tertia pectus, apprehendit Videlicet prima uti lætos oculis afflaret honores. Secunda Gra-*

tiani ejus Lingua inſpirabat, animo Comitatem Tertia; quippè illa Charites dicebantur, & quicquid apprehenderant, venuſtabant.

91. QUACUNQUE REPTARES FLUXERE ROSÆ.] *Roſa* omnibus jucunditatibus adhibitæ vetuſtati, unde puratum voluptatum, feliciumq; deliciarum indices. Ibycus apud Athæenæum:

Ευρίαλε, γλυκέων χαρίτων θάλος, καλλικόμων μελέδημασέ μεν κυπρις ἅτ' ἀγανοβλέφαρος πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν αἴθεσι θρέψαν.

Vivere in Roſæ jucundæ felicitatis circumſcriptio. Martialis.

Liber in æterna vivere digne roſa.

Pariter noſtro Perſius *Quicquid calcaverit hic Roſa fiet.* De triclinus roſa ſtratis, & omni luxu in his Romano, Hiſtorici Auguſti, & ex iis docti.

92. PURPURA VIOLÆ.] Codex noſter *Purpura ſurgebat viola* verè. De Purpura augurio & teſtimonio principatus, omnia nota. Veſte ſtragula purpurea uſos Principes Proceresq; ali' i his Libris notamus. *Violaceus* autem color pretioſus in oſtro, qui obſcurior, denſiorq; *ferrugineus* perhibetur. De quo multis alibi.

100. QUIS ME DE PROPRIOS AUFERRE PENATIBUS INQUIT] Solus noſter Codex reſtituit veritatem huic loco. Refert enim diſertè.

Qui me de propriis auferre penatibus, inquit,
Imperat? hic ſemper præſagia luſerat error.

Sermonem infantis Serenæ recenſet, qui balbutiens omina dederit futuri in manu Patrui Theodoſii Imperij. Imperat, Imperiale verbum: Imperat ille, qui me jubet transferre de propriis penatibus. Infantia linguæ, & error in hoc ſermone ſunt, alioquin nullibi. Vulgati cæteriq; ſcriptis libris cum omnibus emendatoribus doctoribusq; nihil hic viderunt hacte-nus. Proprij penates, privata domus. Unde adoptione Serenam in Auguſtam ſuam poſt tranſtulit Theodoſius. *Imperare.* Auguſtum eſſe. Suetonius Galba: *Tiberius cum comperiſſet eum Imperaturum.* &c.

106. PROPIUS.] Fidelius. Vide ad Gratium. De Amore Theodoſii in ſobolem fraternam Victor Epitoma.

108. LEDÆOS LACONAS.] Caſtoras. Alibi.

Naufraga Ledæi ſuſtentant vela Lacones.

109. GERMANA VOCABULA.] Germani ſui, Honorii. De quo ſupra.

111. ELECTUS.] A Gratiano, non viaut dolis ſe intrudens.

114. LITTUS AD EOUM.] Conſtantinopolim dicit, quam in Littore ſitam gemino mundo commercia facere alii dicit, & pariter Corippus.

115. ZEPHYRI SEDIBUS.] Occidente. Ovidius:

Veſper, & occiduo qua littora Sole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro.

116. FAMULAS.] Adoptatæ nimirum ab Auguſto. ſup. CIV.

120. JUGA.] Conjugii. Horatius: *Sic viſum Veneri, cui placet impares*
Formas ſub juga ahenea Sævo mittere cum joco.

121. TIMIDUM MICAT] Timore & pudore modeſtiſſimæ, vixq pudentis contra tueri aliquem, tamen micantes ſpecie ſiderea quadam. Pulcra depictio.

122. EXCITAT ORE FACES.] Pudoris colore genuino. Papinius, Achill. I.

Illius è roſeo flammatur purpura vultu.

123. SOLO JOVE] Ex cerebro nimirum illius, Vulcania ſecuri. Lucianus Dialogis.

124. SORTEM.] Partem ſortito datam. Irridet Callimachus, εἰς Δία.

126. GRESSUS VENERATA.] Humani amoris more, cui etiam greſſus Amaſiorum arri-

arrident. Muſæus de Hero ſua illa venuſtiſſima.

> Ἡ δ' ἄρα καλλιθέμεθλον ἐπὶ λάϊνα
> ναὸν ἀλᾶτο
> ἰσσομένων νόον εἷχ', καὶ ὄμματα καὶ
> φρένας ἀνδρῶν.

Apollonius. Argonaut. III.

> νέος δέ τις ἠίθεος
> ἐμπύζων πεπότητο μετ' ἴχνια νισσο-
> μένοιο.

127. IMPROBUS.] Laſcivus.

127. TANGERE CYMOTHOEN.] Hujus venatio amatoria tangitur & libro de Nuptiis Honorij. Tangere, ineſcare, decipere. Nonius: *tangere, circumvenire.* Turpilius.

> *Ac etiam ineptus mihi meus eſt iratus pater, quia*
> *Se talento argenti tetigi, veteri exemplo amantium.*

Ita puto legendos eos octonarios. Idem Turpilius:

> *hoc quero, ignoſcere*
> *Iſtic ſolent ne rei minoru nexias,*
> *Herum ſi forte, quaſi alias res velim, tago.*

Ita & eos maculatiſſimos verſus legi poſſe autumno. Lucilius pariter tagacem manum pro fallaci poſuit: *Et Muſconis manu perſcribere poſſe tagati.* Pomponius Aleatoribus. *Aſt ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.* *Tangere* alioquin & inter Veneris verba, Petronio, Martiali, &c. Velut *ſcalpere*, ſubſcalpere, Capellæ, Sidonio, &c.

128 PUDOR.] Reverentia majoris perſonæ. Petronius: *Maledic illam verſibus ut habeat pudorem.* Id eſt revereatur auctoritatem tuam.

128 IPSAQUE PROTEUS MONSTRA.] Proteus Paſtor Marinorum Mõſtrorum ſui nimirum armenti. Horatius. *Omne cum Proteus pecus egit altos Viſere montes.*

130. PARENTIS.] Cui erant adoptatæ. Supra CIV.

133. IBAT.] Sua ſponte inclinata.

134. ET QUOTIES.] Diſtingue cum Scaligero *Et quoties*, rerum moles ut publica cogit.

137. BLANDO SERMONE.] Hoc genere valuiſſe Serenam indicat Hiſtoria Zoſimi.

139. STARE.] Acquieſcere. Sanè, ſi hæc vera ſunt, potuit dici de Serena, quod ille de puero dixit, eum per matrem, matrem per Patrem regere Rempubl. Vndique tamen conquiruntur hæ Laudes; & propius faviſſe Claudiano Serenam, docet Epiſtola *Orphea*, &c.

140. PRISCA.] Digna ſenili ætate Antiquum & veterem pro ſene & annis affecto à probatis ſcriptoribus etiam dici, notatum eſt alibi. Cui accedat *priſci* hinc uſurpatio. Codex Noſter. *Priſca puellares Reverentia tranſtulit annos.* Quod non eſt contemnendum. Taciturnitas Serenæ pulcrè commendatur, quæ acceptiſſima virtus ſummis principibus. Victoris Epitoma de Auguſto: *Erga cives clementiſſime verſatus eſt: in amicos fidus exſtitit, quorum præcipui erant, ob taciturnitatem Mæcenas, ob patientiam Laboris, Modeſtiamque, Agrippa.* De Mæcenate tamen alii aliter: Res ideo notanda, quia rara ſunt exempla; nam, ut Petronius ait,

> *citius flammas mortales ore tenebunt*
> *Quam ſecreta tegant.*

142. ALCINOO GENITAM.] Nauſicaam. Vide à Sexta Odyſſæa.

143. PER LITTORA.] *In acta maris.* Auſonius Periocha.

143. NAUFRAGA SOMNI OTIA.] Ulyſſis ipſius, naufrago ad Phæacum terram delati. Auſonius: *Duodevigeſima die, tempeſtate commota, ex iracundia infeſtante Neptuno, trabium compago diſſolvitur, quo caſu proditur ultima ſpei, & irritis conatibus nando ab Ino, Dea miſericorde, ſervatur. Quæ calanticam, capiti ſuo demtam, natanti accommodat, quivis ille ſuſtentatus ad uſque Phæacum, littus*

evadit; poſtquam eò enaverat, fatigationem diluit ſomno.

147. LUDUS ERANT.] His legendis inſumebas tempus, quod ludo aliæ puellę impendebant. Inſtitutas Litteris Romanas puellas docemus Adverſariis.

147. QUOS SMYRNA DEDIT QUOS MANTUA.] Componit par Incomparabile. Papinius Libro IV. Silvar. *non ſi mihi vertice lato*

Nectat adoratas & Smyrna & Mantua Laurus, Digna loquar

Sic in Sexta Juvenalis ſtatera appenduntur iidem. Smyrnam Patriam Homero conſenſu dant duo hi ſummi vates; de aliarum Vrbium certamine Alibi.

148. NEC PARCIS ELISÆ.] Alludit illa Juvenalis.

Illa tamen gravior; quæ cum diſcumbere cœpit,
Laudat Virgiliū, periture ignoſcit Eliſæ.
Committit vates, & comparat: inde Maronem
Atq; alia parte in trutina, ſuſpendit Homerum.
Cedunt Grammatici, vincuntur Rhetores.

Noſter ob Pudicitiam non *ignoſcere Eliſæ* Serenam ait, quam excuſabat contrario affectu altera.

149. NOBILIORA TENENT.] Quæ ſeligis, inquit, ut ſequaris. Sic velut in ſpeculum *introſpicere facta fortunasque aliorum*, ad ſuam vitam inſtruendam, monetur adoleſcēs in Adelphis Terentii. Similia Noſter Quarto Conſulatu Honorii.

150. REMEANTEM RURSUS.] τὸ RURSUS abundat. De quo alibi. Redierat autem precibus. Laodamiæ in vitam, ad Levandum ejus dolorem. Higinus, Fab. CIII. & CCLI.

150. LAODAMIA.] Fabula apud Higinum CIV. A quo & cum Capanei conjuge inter caſtiſſimas refertur, CCLVI. Cur autem Phylaciden vocat Proteſilaum? cui genitor Iphclus? Sanè Evadne filia fuit Phylacis, quæ cum Capanei funere obiit. Sit vel error, ſcriptoris, vel ſcripturæ fortè vitium. Sed omnia hæc ex libitu vatum cadunt.

151. PRONA RUENS.] Higiu' CCXLIII. *Evadne Phylacis filia propter conjugem Capaneum, qui apud Thebas perierat, in eamdem pyram ſe conjecit.*

155. LUCRETIA.] Nota omnia. Vide perpulcram diſquiſitionem, an Romana mulier & Lucii Tricipitini filia, cujus virilis animus etiam in corpore muliebri erat quæque omnes fœminas & caſtitate, & omni morum ſanctitate ſuperaverit, vim ſibi à filio Regis illatam ferre debeat, apud Emporium Rhetorem CCLXXXIIX.

158. VOTIS.] Procerum, Aulæ præſentium.

161. MUSARUM PAGINA.] Libri Poetarum. Martialis, lib. I. Epigr. V.

Laſciva eſt nobis pagina, vita proba eſt.

165. JUBERENT.] Juſſiſſent. Enallage Temporis.

166. CVRRV PISÆA MARINO.] Piſis dominabatur Oenomaus. Ejus fabula notiſſima, decepti à Myrtilo, qui cereos obices axibus præfixerat. Sidonius.

reparatis Piſa quadrigis
Suſtinet Oenomaum; nata quem fraude cadentem
Cerea deſtituit, reſolutis axibus, obitx.

Lege Pauſaniam. Currus marinus, navis, qua cum Hippodamia & Myrtilo aufugit Pelops, ne à decepto Oenomao occideretur, & ita interpretatur Palæphatus: ἐξ ἀπίστων ἱστοριῶν. cap. XXXI. *Sicque multi ſcriptores alij.* Catullus de Argonautis.

Diva quibus retinens in ſummis urbibus arces,
Ipſa levi fecit volitantem flumine currum.

Oppia-

Oppianus, Halieut. I. Ἀμφιπερισχαίροντες ὁμόζυγον ἅρμα θαλάσσης. Nonnus lib. XLV. Δυσοπαγὲς γόμφοισιν, ὁδόντερον ἅρμα θαλάσσης. Idem, lib. XL.

Δίφρον ἄλλον σχεδίην πρωτόπλοον

169. CURSU FERROQUE.] Eleganter, eruditeque. Ab ea enim curſu vinci erat vita ſpoliari, ipſa conditione certaminis.

171. FLUVIO.] Acheloo, ob Dejaneiram. Luctam eleganter deſcribit Naſo lib. IX.

174. ACHELOIUS.] Achelous idem amnis, qui eadem lucta perpetuo ſuo cum Luctu cornu alterum amiſerat. Scitè Acheloium dicit, nec mutanda Claverio lectio erat, quam omnes noſtri libri tuentur. Sic *Parnaſſia* ſupra Muſam notavit. Sic humanum pro homine dixit uterque Varro. Atacinus *& humano major Cato*. Alter. *Natura humanis omnia ſunt paria*. Sic *Regalem pro Rege* legimus in Germanici *Aratæis*. *Herilem pro Hera*, Appuleium, &c.

178. IUDICE DIGNUS AUGUSTO.] Primo Stilicon. v. LXXVII.

dubius toto quærebat ab axe
Dignum conjugio generum, thalamiſque Serena.
Iudicium virtutis erat.

Generum ſæpè vocat Stiliconem ob adoptatam à Theodoſio Serenam, ut clarè jactat noſter Libri hujus verſu. CIV.

180. REGNI DOTES.] Regiæ familiæ, in qua conſortium Regni. Sic ſub Imperatore regnaſſe Stiliconem ſcribit Paullus Oroſius, Lib. VII. cap. XXXVIII. *De Coronis* omnia notata doctis, minimè hic repetenda.

184. SOLUS.] Nec ſolus tamen. Infinita enim exempla produci poſſint quibus Affinitates Regiæ ſtrenuis ducibus pro Laborum Bellicorum præmijs ſunt indultæ.

186. THERMANTIA.] Soror Serenæ, de qua ſupra. Maritum huic fuiſſe dicam, Bathanarium, Libyæ propoſitum, Magiſtrum Militum, ex Manco Zoſimi loco lib. V.

ἀνελὼν ὁ Βαθανάριον, τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ Λιβύῃ στρατιωτῶν :::::: Στελίχωνος ἀδελφῆς ἄνδρα γενόμενον, Ἡρακλειανῷ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν αὐτόχειρι Στελίχωνος ὄντι, καὶ ταύτην ἔπαθλον τὴν τιμὴν δεξαμένῳ.

Puto ſic lacunam explendam in Serenæ, conjugis Stiliconiæ, ſororis, Thermantiæ nimirum, maritus fuerit iſte Bathanarius. Sanè nec ulla ullibi Stiliconis ſoror memoratur.

188. ALIO TIBI NUMINE.] Majore Fortuna. Nactæ nimirum illum maritum qui Romanæ Salutis ſit verus clypeus, verus Pater publicus, &c.

189. MAGNISQUE CORONIS.] Maximis Proceribus, quas Coronas vocat ob ornatum ijs eorumque virtutibus Imperium, Rectè ſic Scholiaſtes. Vide ad I. de Raptu Proſerpinæ. Senſus tamen & is eſſe horum verborum poteſt qui nobis olim viſus. Conjugium Serenæ Stiliconem ap ſummos honores evexiſſe. Et ita adulatur illam.

190. DELECTUS EQUORUM.] Curam ſtabuli Auguſtalis primum honorem Stiliconis fuiſſe ait. Eum tantum fuiſſe, ut Valentinianus Imp. fratri eum Valenti contulerit, notat bellè ex Ammiano idem Claverius.

191. PHRYGIÆ MATRES.] Phrygiarum Equarum uſum tantum expetitum fuiſſe veteribus indicio eſt, quod Equorum mentionem non fecerint Cynegetici ſcriptores. Nam nec Gratius, nec Nemeſianus, nec Oppianus, inter præcipuos eos adnumerat, quālibet iſte XV. gentes patriaſque recenſeat. Sic *orti* de Phrygiæ gregibus Equi commendantur Valentiniano & Valenti, L. XIX. Cod. Theod. de Prat. & Quæſt. Phrygiam equis copioſam laudat noſter II. Eutro. CCLXXI.

191. ARGÆAque GRAMINA.] Cappadoces equos equaſque laudat: ij commendatiſſimi modo nominatis Venaticis ſcriptoribus. Sacra præſepia, Imperatoria. Quibus inducti illi equi. Et notavit vir doctus ad Auctorem

ctorem, qui ruſtico Sermone Geographica ſub Conſtantio ſcripſit.

143. GEMINO MOX IDÆ GERMINE DUXIT.] Sic ex Editionibus Antiquis Ioſephus Scaliger. Cujacianorum alter *gemino mox idem germine duxit Agmina* Alter *culmine duxit*. Cum Scaligero, Belgæ, Bentiniani, Camertis, Codices. Hic tamen *Ide* promulgavit Aldus *Inde* Noſter *Inde è gramine duxit Agmina* Quam dixerim ſcripturam genuinam eſſe. Sententia ſit. Inde ex cura ſtabuli ad Magiſteriũ Equitum Stiliconem fuiſſe evectum, id quod Poeticè circumvolutus eſt: Vtriuſque generis equos è gramine duxit in Bellum. Sed ſi *culmine* ex altero Cujaciano receperis, nulla erit difficultas ſuper; dicaturque inde à ſtabuli cura ad Vtriuſque Militiæ Magiſterium veniſſe Stiliconem. Fuiſſe Vtriuſq; Militiæ magiſtrum teſtantur Hiſtorici, & Inſcriptio Vetus:

FL. STILICONI. ILLVSTISSIMO. VIRO. MAGISTRO. EQVITVM. PEDITVMQVE. COMITI DOMESTICORVM. TTIBVNO. PRÆTORIANO, &c.

Verum cum penitius intueor illud, *gemino germine* Militem Barbarum Romanumque, quem duxerit Stilico, indicari autumo, & eam utique veram genuinamq; eſſe Claudiani ſcripturam Stilico ſub Timaſio primum copijs præfectus eſt à Theodoſio, Zoſimus lib. IV.

τῶν μὲν ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων ἐξῆξεν ἡγεῖσθαι Τιμάσιον καὶ ἐπὶ τούτῳ Στελίχωνα. Mox abſolutè totius Occidentis. Idem: Θεοδόσιος ἐπιδημήσας τῇ ῥώμῃ τὸν υἱὸν Ὀνώριον, ἀναδείκνυσι βασιλέα. Στελίχωνα, στρατηγὸν ἀποφήνας ἀπὸ τῶν αὐτόθι ταγμάτων, καὶ ἐπίτροπον κατέλιπεν τῷ παιδί. Porro Omnis Militiæ Romanæ. Idem. Lib. V Στελίχων ἅπαν ὑφ᾽ ἑαυτὸν τὸ ῥωμαίων στρατόπεδον ὑπήκοον ἔχει. Et Mox. τελευτήσαντος γὰρ ἐν Ἰταλίᾳ Θεοδοσίου, στρατηγὸς ὢν τοῦ παντὸς στρατεύματος ὁ Στελίχων, ἐπὶ δυνατὸν αὐτοῦ, καὶ πολεμικώτατον ἦν, τοῦτο κατέχει. τὸ δὲ ἀπόσκληρον καὶ ἀπόβλητον χωρεῖν ἐπὶ τὴν ἑώαν ἠφίει.

Eamque dignitatem per XXIII. annos tenuit, eodem auctore DCCCX. Vt nihil ſcripſerit veritati abſonum Claudianus. Loquitur autem ſic paullo indicio, ut de re notiſſima, nemine inſcio auxiliares Barbarorum alas merere Imp. Romano.

194. LABOR.] Induſtria. De Equitum magiſterio loqui claré docent ſequentia.

195. BELLICA NUBES.] Incurſus Barbarorum. Ad tædium ſæpe ſic loquitur Conſtantinus Manaſſes, & alij Græcorum Recentiorum.

200. GRADVS.] Dignitas ipſorum militatis major. Innuit militiam ſub Timaſio modo indicatam verbis Zoſimi, quem egregium Ducem interemtum inſigni virtute ultus eſt Stilico, ut docet noſter alibi. De *Gradibus* alibi his Libris.

201. FLVMINE MOLLI.] Pacato, ſtrato, Maro, lib. IX.

præceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluvium dedit, ille ſuo cum gurgite flavo
Accepit venientem, & mollibus extulit undis.

Molle vinum, ſuave, delicatum, penes Cælium Aurelianum.

206. STVDIIS.] Favoribus, quibus in partes ante diſceſſerant. Cæſar lib. I. de Bello Civili: *Cæſarem debere & iracundiam & ſtudium ſuum Reipublicæ dimittere.* Optatus Afer: *Studiis impeditur Veritas.* Sexto Conſ. Hon. Noſter.

flagrat ſtudiis concordia vulgi.

207. TEMPESTAS.] Suprà dixit nubem. Sic periculum Reipublicæ ſalubri decreto amolitum Tempeſtati nubive tranſeunti æquat Demoſthenes, ſententia nobili, celebrataque Caſſio Dionyſio cap. XXXIV.

περὶ ὕψους, ὑψηλόνγε τῷ δοκεῖν τόλμημα, καὶ ἔστι τῷ ὄντι θαυμάσιον, ὃ τῷ ψηφίσματι ὁ Δημοσθένης ἐπιφέρει: τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε τῇ πόλει περιστάντα κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν, ὥσπερ νέφος.

Ammianus, lib. XIV. *Fortunæ ſævientis procella Tempeſtates alias rebus infudere communibus.* Fulgentius multis Prolog. Mythologiar. Appuleius lib. X. *fuga celeri procellam fortunæ ſævientis evaſere.* Prudentius

Martyrum ſemper numerus ſub omni
Grandine crevit.

207. THRACIA TEMPESTAS.] Sæpius noſtro memorata. Thracas initio Imperij, Stilicone adjuvante rem ſtrenuè, domuit Theodoſius III. Conſ. ipſe Imperator loquitur:

Bellipotens Stilico, cujus mihi robur in armis.
Pace probata fides: quid enim per prælia geſſi
Te ſine? quem merui, te non ſudante, triumfum?
Othryſium pariter Cetice fœdavimus Hebrum
Sanguine, Sarmaticas pariter proſtravimus alas.

Sane Gothos, poſt confectum Valentem, toto anno Thracias devaſtaviſſe, & uſque ad mœnia Conſtantinopolitana prædando progreſſos, docet Idatius, primis verò Regni auſpiciis contuſos Theodoſio, adq; pacē petendam adactos Vide Zoſimum, Oroſium, Marcellinum Comitem; alios Hiſtoricos & Chronologos.

209. SVFFRAGIA QVIPPE PEREGIT] Loco verorum ſuffragiorum fuit timor certi periculi, qui ex reipſa, veraque virtutis æſtimatione dedit Stiliconi ſummam Poteſtatem.

212. QVIS TIBI TVNC TREMOR.] Pro conjugiali videlicet Amore. Is verò tantus ut, quo natura majorem non inſervit hominibus, tamen & parentum in Liberos vincat. Radulphus Ardens, *primum diligi Patrem, exin matrem, mox conjugem, porro Liberos fratres, à fratribus Nepotes, colligit* Homilia in Dominicam Octavamdecimam à Feſto Trinitatis.

214. MACIDO RESPECTANS LIMINA VULTU.] Suſpicio eſt abhinc excidiſſe aliquid; non enim erat Serenæ, quam alloquitur, utique manentis; ſed peregrè ad Bellum, vocantibus jam claſſicis, euntis Stiliconis, limina reſpectare. Noſter Codex.

cum ſæva vocantibus arma,
Iam lituus, madido reſpectas lumina vultu.

An ſcribas *reſpectans Lumina* Obſervans ſcilicet oculos. Tamen & dum oſculum galeæ inſerit, vultu lacrymis pleno admonere potuit maturandæ maritum reverſionis.

215. OPTARES REDVCEM.] Memoria voti hoc genus Serenæ noſtræ exſtat in Epigrammate veteri. Ornaverat Baſilicam Apoſtolorum, quo loco conditæ fuerant Martyris Nazarij reliquiæ, Libyco marmore Serena, ex voto de Stiliconis ſui Reditu, cui operi iſti verſus dedicati ſunt.

Qua ſinuata cavo conſurgunt tecta regreſſu,
Sacrataque crucis, flectitur orbe caput.
Nazarius, vita immaculabilis, integer artus,
Conditur, exſultans hunc tumuli eſſe locum.
Quem pius Ambroſius ſignavit imagine Chriſti;
Marmoribus Libycis, fida Serena, polit.
Conjugis ut reditu Stiliconis læta fruatur,
Germaniſque ſuis pigneribus propriis.

Sic poſitum doctis hoc Epigramma, at ultimo verſu ſcribendum, exiſtimo Germanis patrui pignoribus

p[illegible]oribus proprijs. Parruus Serenæ erat Theodoſius; cujus filij por adoprionem ejuſdem fiatres erant eidem. Sic, ur fas erar, uſuſque poſcebat, Principes Germanos, marirum, liberoſque ſuos uno voto complexa eſt non inepra conſiliorum fœmina.

218. IN ULNAS.] Egregie amplexum redeuntis in ſua conjuge deſcribit Papinius lib. II. Silvarum.

> *ter me vidiſti Albana ferentem*
> *Dona Comes, ſacroque indutum Cæſaris auro,*
> *Viſceribus complexa tuis.*

221. NON ILLO NITIDOS.] Sordidatam dicit omni Tempore, velur in Luctu aut reatu, abſente marito, vixiſſe; nulli alteri ſe ſcilicet exornantem.

222. NON SOLITOS.] Nihil hic mutandum.

224. SVPPLICE CRINE VERRIS HVMVM.] Sollemni more voventium reditum, & alioquin Deos contentius invocantium, profuſo capillo limina templorum tertere. Notarunt pridem viri docti, de Formulis, ad Silium Iralicum, Arnobium, Sidonium, Libris Singularium, &c. Eodem pertinet quod ultimo ævo ſcribit Abbo Martyr lib. II. de Obſeſſa Lutetia.

> *Fœmineuſq; jubas ſexus lugens laniando,*
> *Verrebat terras proprio de crine ſoluto.*

225. CVM PROPRIO REDITURA VIRO.] Pariſſimè cum Adonide extinctoVeneris formam interfectam ſcribit Bion, ejus Epitaphio:

> ὤλεσε τὸν καλὸν ἄνδρα, συνώλεσεν ἱερὸν εἶδος,
> Κύπριδι μὲν καλὸν εἶδος, ὅτι ζώεσκεν Ἄδωνις.
> Κάτθανε δ' ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι Κύπριδος, αἴ, αἴ.

225. TERITUR.] Vera Lectio, noſtro etiam Codici firmata. Er ſic alibi loquitur.

228. VIGILI SENSU.] Ingenio minimè ſomnolento, ſed perſpicaci. Sic Vigilantiam ſibi nomine & re Conjugem datam gratulatur oratione ad populum Conſtantinopolitanum Iuſtinus Minor, apud Corippum, lib. II. *Senſus*, acumen ingenij denotabanr. Papinius:

> *Ipſe pater ſenſus, ipſi ſtupuere magiſtri.*

229. OBVIA.] Contraria Sæpè alibi.

231. FURTO SVBSBDERIT.] Clàm. Sed & ſubſidere tale quid, ut ſubſeſſor.

235. PILA.] Romanas acies. Sæpius meminit hujus Sceleris. Vtcunque autem caverit rales artes, cum ſua Serena, incomparabilis iſte Heros, tamdem tamen ijs occubuit: immeritus utique, ut Zoſimum, alijs rebus hoſtem Stiliconis, legenti expendentique clarebit.

CASP.

CASP. BARTHII.

AD CL. CLAVDIANI EPITHALAMION PALLADII ET CELERINÆ.

Animadverſiones.

AD PRÆFATIONEM.

EPigramma hoc alio loco collocarunt veteres Editiones, inter cætera videlicet ſingulas ſuas res abſolventia: Sed in Epithalamium ſcriptum docet negotium ipſum, & huc collocant Manuſcripta Exemplaria, cum Camertis Editione. Sagato autem ſive in Procinctu ſcriptum Claudiano profitetur ipſummet. Habuit laudem armorum communem cum æquali Poeta Græco, Cyro, quem eodem tempore ingentes honores geſſiſſe auctor eſt Evagrius lib. I. cap. XIX. Hiſt. Eccleſ. Quod vero in Inſcriptione aut ſubſcriptione ſtatuæ Tribunus & Notarius appellatur Claudianus, ſciendum togato uſu acceſſiſſe Notarijs Tribunorum vocabula, nec eam fuiſſe militiæ dignitatem, uti nos olim arbitrati ſumus. Zoſimus, lib. V.

αἱρεθέντος δὲ πρεσβευτοῦ Βασιλείου, τὸ μὲν γένος Ἕλληνος ἐξ Ἰβήρων, ἐπάρχου δὲ ἀξίᾳ τε τιμημένου, συνεξῄει τούτῳ καὶ Ἰωάννης, τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγενημένος, οἷα γνώριμος Ἀλαρίχῳ, καὶ πρόξενος.

V. 1. CARMINA PER THALAMUM.] Periphraſis Epithalamij. Et ſic ſæpius loquitur Manilius.

V. 2. NEC POTUI SOCERO.] Quod Stiliconem hic intelligi nonnemo volunt, nos ſententiæ ſuſceptores non habent. Summus enim Militiæ Romanæ Dux, alios ſub ſe minores utique habuit, quorum alicui ſcriptum eſt hoc Epithalamion. Nam ſi Stiliconis vel adoptiva cognatio ſubeſſet, utique ejus Laudum meminiſſet perpetuus præco Herois etiam hoc Carmine.

4. EMICAT.] Barbariſmum ſunt qui Claudiano ex hoc loco impingant. Prudentiæ ſuæ homines inconſulti, quos fugere potuit læſa diſtinctio, quam & antiquæ Editiones etiam à vulgata præferunt, & verò ſcribendum.

noſtrique per Aulam
Ordinis hic conſors: emicat ille prior.

Vidit Veritatem etiam Camers. Philippus autem Rubenius alijque penitius rem introſpicere poterant, priuſquam tantum ſcriptorem tali nævo traducerent. Prior alicujus, non abnuant uſurpare Chriſtiani ſcriptores. Alcimus Avitus, lib. I.

LII *ſoliſ-*

ſoliſque prior dominare per orbem.

Paullinus lib. I. de Vit. Matt. *Ipſos ſubdiderat dilectio vera priores.*

AD LIBRVM.

PALLADII.] Palladiorum nomen hoc ævo nobile conſtat ex pluribus ſcriptoribus. Vide Commentationes Doctorum ad Symmachum. *Celerina* rectè reſtituerunt Soſpitatores hujus Poetæ. Ita enim jungit nominatim hanc ſponſo hoc Libro v. XXIII.

> *Celerina per omnes*
> *Italiæ canitur montes, omnisq; maritum*
> *Palladium reſonabat ager.*

Vt rectè ex ſcriptis exemplaribus Lectio adſerta eſt. Noſter Codex *Celeruna* ibi habet manifeſto veritatis veſtigio. Hujus autem ab utroque ſexu nominis celebris mentio in Antiquitate. Celerini Confeſſoris ad Lucianum Epiſtola, & Luciani ad Celerinum altera, exſtant inter Beati Cypriani numero. XXI. XXII. *Celerina, Illuſtris Chriſtiana fœmina* nomine appellatam Baſilicam Carthagine, meminit Victor Vticenſis fine lib. III. *Humata ſunt,* inquit, *cum hymnis ſolennibus reliquia Beata Sanctorum in monaſterio contiguo Baſilica, qua dicitur Celerina.* Cuſpidius Celerinus. Senator Romanus, apud Capitolinum Maximinis, Celerini Præfecti Romani in Hiſtoria Mauri Martyris mentionem habet Tarrarius:

> *Audivit ſævum, quod erat geſtum, Celerinus,*
> *Illicò funeſtam truculentus concipit iram, &c.*

V. 1. BLANDO QVÆSITVM FRIGORE.] Aura blanda aſpirante & horridula unde ad rivi ſtrepentis ſpiritus aerem tali temperie moderantes Poetici ſopores & finguntur & optantur. Exempla in Amatorijs Deliciosiſque ſcriptoribus obvia.

2. VITIBVS INTEXTI.] Contexti vitibus. Nam umbracula talia de vitibus expetebantur. Virgilius, ſi fides Priſciano, Copa.

> *Eja age pampinea feſſus requieſce ſub umbra,*
> *Et gravidum roſeo cinge caput ſtrophio.*
> *Candida formoſæ decerpes ora puellæ*
> *Ah pereat cui ſunt priſca ſupercilia.*

Sic in viteo cubili Nicæam comprimit Bacchus, in XVI. Dionyſiac.

> Ἔκλυε Ναϊάδων γαμίης ἐπιλείψανα μολπῆς.
> Καὶ λεχέων κήρυκα πεπόλητοιο Αὐραίης.
> Ἡμερίδων πετάλοισι κατάσκιον εἶδε χαμεύνην,
> Νεβρίσι Νυμφιδίῃσι πυκαζομένην Διονύσου,
> Κρυπταδίων λεχέων αὐτάγγελον.

2. SVSCEPERAT.] Sic Scaliger, Cujacianos Codices inſecutus nec incommodè: plana enim ſic narratio, neq; ullæ remanent ſalebræ. Sed verò in conſentiente librorum cæterorum Lectione ullæ ſunt, legentium.

> *Forte Venus blando quæſitum frigore ſomnum*
> *Vitibus intexti gremio ſucceſſerat antri.*

Succeſſerat quæſitum. Nos tamen cum Scaligero ſentimus.

3. SIDERIOS ARTVS.] Summæ pulcritudinis. Vide ad Nuptias Honorianas. Sic Laudibus Serenæ:

> *cum poſt victricia tandem*
> *Claſſica, ſidereo ferratum pectus in ulnas Suſciperes.*

Alibi. Sidereuſque gener. Et ſideris inſtar Emicuit Stiliconis apex.

4. ACCLINIS FLORVM CVMVLO.] Rectè ſic docti viri. Et disertè noſtrum exemplar; niſi quod in eo *tumulo* ſcriptum comparet. Ineptè vulgo *acclivis* voce intruſa multis illius locis. Acclinis, rei ſe cuipiam acclinans. Martianus Capella, lib. VIII. *Evanponè victus atque acclivis aſtabat.* Idem, lib. I. *Rami terra acclines, qui ab arbore ſua in eam decid.*

declinantur. *Reclines*, retro inclinatus, ſupinus in Vopiſci Firmo. *Adclivu,in altum* clivumque modicè tendens. Ennodius de Apono.

Tollitur ad clivi tellus ſubnixa tumore,
Leniter elato fulta ſupercilio.

5. SUDANTEM.] Pondere uvarum. Habent hanc ſcripturam Codices Cujaciani omneſque noſtri, uno demto illorum, quem prætulilſe Claverius ai:.

mites nudatim ventilat uvas.

Quæ ſcriptura erudita quidem eſt, non tamen tanti, ut contra illam recipiatur. Sudat vitis uvis,cum rumpuntur hæ,tempore & calore. Lucretius lib.I.

Vites autumno fundi ſudante videmus.

Hoc eſt, quod elegantiſſime Auctor Ætnæ ait cum *Ipſe ſuo flueret Bacchus pede* Veriſimilia hæc. Vera tamen potius ſcripturæ alterius Codicis vitem ſudantem ventilat Aura.

6. ORA DECET NEGLECTA SOPOR.] Exempla in Scriptoribus Eroticis.

7. EXVTO TRANSLVCENT PECTORE FRONDES.] Albiſſimo virides.

8. VICISSIM NEXA.] Ita ut unum orbem,unam catenam jaciat chorus trium.Pulcta figmenti Mythologia in Seneca, lib,I. de Beneficijs, cap.III. *Quare tres Gratiæ, & quare ſorores ſint, quare manibus implexæ, quare ridentes, quare juvenes, & quare virgines, ſoluta ac pellucida veſte? Alij quidem videri volunt, unam quæ det Beneficium, alteram, quæ accipiat, tertiam,quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera; promerentium, reddentium ſimul & accipientium reddentiumque. Sed utrumlibet ex iſtis judica.verum,quid iſta nos juvat ſcientia? Quid ille conſertis manibus in ſe redeuntium chorus? Ob hoc, quia ordo Beneficij, per manum tranſeuntis, nihilominus ad dantem revertitur, & totius ſpeciem perdit, ſi uſpiam interruptus eſt, pulcerrimus, ſi cohæſit, & vires ſervavit.*

9. GRATIA.] Quare Comes Veneris enarrat ibidem Seneca. Noſter etiam dormientes nexas facit,ne Gratitudo ſcilicet ullo tempore memoria exeat.

10. PENNATI PVERI.] Horum ingens exercitus juxta Venerem,illius Filio Rege: Vide Panegyricum Honorio Nuptialem.

11. RAMISQUE PROPINQUANT.] Melior Lectio Cujacianorum ramiſque propinquis Vt non longe ab Prætorio Imperatricis armamentarium Amores finxerint.

13. PENDENTES.] Ita Recte ex iiſdem Scaliger, quomodo & ante Aldus. Cæteri & ſcripti & Editi noſtri PRUDENTES Omnino inepte.

13. SUSPIRANT IGNE.] Sagittæ enim igne armatæ: Ignis ſcintillans ſuſpirare quodammodo videtur, quia numquam Amatores ſine gemitibus. Pariter locutus eſt Tertio de Raptu Proſerpinæ de pellibus Gigantum.

immaniaque oſſa
Serpentum paſſim, tumulis ex ſanguibus, albent,
Et rigida multo ſuſpirant fulmine pelles.

15. DONUM VENERIS.] Veneri donandum. Martialis lib.III. Epigr.II.

Cujus vis fieri, libelle, munus?

Hoc eſt, cui tandem dono dabere. Adverſar. lib.XI.cap.XIII. Secundo in Rufin. v.CCCC IV. *Benignitas tua*,in te collata. Symmachus lib. X. Epiſt. XXX. Quod non benè mutatum alibi I.Lectio.& Fr. Iureto.

15. FLEXUSQUE SEQUUNTUR PALMITIS.] Repunt ad palmitum curvamina, Levitatem indicat ſimul & petulantiam Amorum.

16. ULMOS.] Quibus vites affixæ.Vide Feſtum, emaculatum Adverſar. Lib. XLI. cap.VIII. Auctorem Libri de Arboribus. Gergilium nobis Martialem Interpretes Martonianos ad illud *ulmiſq. adjungere vites* Niti-

 diſſima

diſſima hæc noſtri carmina, neque ullo poſt ævo pari elegantia alia ſcripta.

17. LVCVM.] Nemora denſis arboribus obſita. Talibus coli volebat Auctor malitiæ ſub pleriſque Numinum perſonis. *Idalium nobile Inſula Cypri*, Clarius Lucus Colofone, Dodone Epiro, Molorchus in Nemea, Marica ad amnem Lirim Campaniæ; Syla nemus celebre Bruttiorum, Thymbra apud Phrygiam; infinitique alij id genus Luci culti, quos ſacratiſſimos dicit Arnobius, lib.VII.

20. LASCIVIS FAVNIS.] Qui finguntur obſcœnis modis in Venerem ſemper parati. Scholiaſtes Theocriti, Idyll.IV.

ἢ Σατυρίσκοις.] τοὺς Σατύρους οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνούς, καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ. Οἱ Σάτυροι καὶ οἱ Πᾶνες εὐεπίφοροι πρὸς τὰς συνουσίας, ὅτι καὶ οἱ Σάτυροι τοιοῦτοι δῆλον ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, ἀπὸ γὰρ τῆς σάθης πεποίηται ὁ Σάτυρος, σάθη δὲ ἡ εἰς τὴν ἐπιθυμίαν ἐκπύρωσις, ἀκρατεῖς οἱ Σάτυροι ἐρώτων, λέγεται δὲ παρὰ τὸ σάθη, σάθη δὲ τὸ μόριον τοῦ ἀνδρός, ὅπερ καὶ πέος λέγεται.

Iidem autem Fauni, Satyri, Panes; &c.

22. FAVSTI PLAVSVS.] Hymenæum iterantium. Nam ante oſtia domorum quibus nuptiæ incelebrandæ, canebatur tibicinibus Hymen, acclamante populo, ut clarum vel ex Comœdijs. Quo illuſtriores ſponſi, eò amplior plauſus populi. Sic in Nuptiis Honorij Principis:

> *Hæc vox per populos, per mare, tranſeat:*
> *Formoſus Mariam ducit Honorius.*

Ante oſtia autem Nuptialium tam ſponſi quam ſponſæ (ſi tales) ædium, omnis magiſtratus, omnis Procerum copia, & vulgi turba adetat, manè Primo; Papinius:

> *Vix dum emiſſa dies, & jam ſocialia præſto*
> *Omina: jam feſta fervet domus utraque pompa,*
> *Fronde virent poſtes, & fervent compita flammis,*
> *Et pars immenſa gaudet celeberrima Roma.*
> *Omnis honos; cuncti veniunt ad Limina faſces,*
> *Omnis plebeio teritur prætexta tumultu.*
> *Hic Eques, Hic juvenum quæſtu ſtola mixta laborat.*

Vnde pro Nuptiis ipſis feſtas frequentias dixit Arnobius, lib.IV.

23. CELERINA PER OMNES.] Ad honorem ſponſæ pertinet longè lateque cani Hymenæum; id quod adeo neceſſarium putabant, ut deficientibus humanis cantibus inanimas ipſas res ad concubitum nuptiales odas accinere dictitarent. Sic in Theocrito Oaryobi Clanculariis adoleſcentis & puellæ complexibus compreſſi Hymenæum adſibilant; ſic apud Nonnum dormientem comprimit Nicæam Bacchus, tibia per ſe nata ſiltat hinc inde atque accinit ingenuum Epithalamium, nullo inflante, lib.XVI.

> πολλὴ δ' ὑψιπόρῳ σκιρτήματι θυιάδος ὕλης,
> Ἄσπαστος, αὐτοβόητος, ἀείπλεκεν ὕμνον ἐρώτων,
> Καὶ μέλος ἦν ὁμίφοιτον ὀρεσσαύλων ὑμεναίων.
> Αἰδομένοις στομάτεσσιν ἀμείβετο παρθένος ἠχώ.
> παννυχίας, ὑστερόφωνος, ὑπὲρ δαπέδου δὲ χορείων,

Αὐλὸς

Αὐλὸς ἐπεσμαράγησεν, ὑμὴν, ὑμέναια, λιγαίνων.

Ἱμερόεις γάμος οὗτος ὀρεστιὰς ἴαχε πέδκη.

Quæ verba capite ipſo mendoſa ſunt. Vox enim princeps vocabulum omninò rei alicujus eſſe debet, ſive Nymfæ, ſive Dei Ruſtici, ſive Montis, Arboris, Rupis, &c.

27. DETERSIT POLLICE SOMNVM.] Ut ſolent manibus oculos tergere ſomno excitati. Nihil poterat elegantius dici.

28. INTERJECTA COMAS.] Coma, capillus denſus aut involutus: Interjecta, quia alius cincinnus alteri erat interjectus; & orbes non ſuffixi orbibus per acus, ut ſolent negligentes. In noſtro exemplari eſt. *Vtq; fuit intecta comas.*

29. REVOCATQUE SUORUM AGMEN, ET IN NUMERIS HYMENÆUM QUÆRIT AMORIS.] Ita publicavit in ſua, Editionum caſtigatiſſima, Scaliger. Cujaciani Libri: *Interq; ſuarum Agmen, & innumeros Hymenæum quærit Amores.* Bentiniani. *ſociumq; requirit Agmen, & innumeros Hymenæum quærit Amores.* Scriptorum Belgicorum Coryphæus. *revocatque ſuorum Agmen, & innumeros Hymenæum quærit Amores.* Aldus conſentit Bentino, aſſentiente & Camerte. Ex noſtro Exemplari videas deſperabilem jam olim veritatem ſcriptionis hoc loco fuiſſe: Illius enim, omiſſis ultimis prioris horum verſuum verbis, rem exſcriptor propoſuit *Mollibus aſſurgit ſtratis.* *******

Agmen, & innumeros Hymenæum quærit Amores.

Mihi Claveriana ex optimis libris diſtinctio lectioque maximè placet; nulla minus quam Scaligeri. Vox tamen SUORUM Proprium aliquod nomen ſinu cælare videtur.

31. MUSA GENITUM.] Hymenæum ferè totum cum ſuis ſibi natalibus cultu, officioq; Epigrammate iſto declaravit Martianus Capella: in eam rem hic legendo.

Tu, quem pſallentem thalamis, quem matre Camœna
Progenitum perhibent, copula ſacra Deum.
Semina qui arcanis ſtringens pugnantia vinclis,
Complexuq; ſacro, diſſona nexa foves:
Namq; elementa ligas vicibus, mundumque maritas,
Atque auram mentis corporibus ſocias.
Fœdere complacito ſub quo natura jugatur;
Sexus concilias tu, ſub Amore Fidem:
O Hymenæe decens, Veneris, qui maxima cura es,
Hinc tibi nam flagrans ore cupido micat.
Seu tibi quod Bacchus pater eſt, placuiſſe choreas,
Cantare ad thalamos ſeu genetricis habes.
Comere verniferis florentia Limina ſertis
Seu conſanguineo Gratia Trina dedit.
Connubium divûm componens Calliepæa
Carminis auſpicio te probat annuere.

31. DUCEM PRÆFECIT THALAMIS.] Hymenæi nomen ortum ex acclamationibus fauſtis, quibus in conjugium convenientes omnis Antiquitas proſecuta eſt. Notabilia ſunt, quæ de eo conſignavit Proclus in Chreſtomathia Sua & Photij.

ὑμέναιον ἐν γάμοις ᾄδεσθαί φασι, κατὰ πόθον καὶ ζήτησιν ὑμεναίου τοῦ Τερψιχόρας, ὅν φασι γήμαντα ἀφανῆ γενέσθαι, οἱ δὲ κατὰ λιμὸν τοῦ Ἀττικοῦ ὑμεναίου. τούτων γὰρ φασι διώξαντα ἀφελέσθαι κόρας ἀττικὰς λῃστῶν,

εἰμαὶ δὲ ἐγὼ βίου τινὰ δυστυχοῦς παρανα-φαίνησιν ὑπάρχειν, καὶ συνδέεσθαι τοῖς συ-νιοῦσι πρὸς γάμου κοινωνίαν, μετὰ φιλοστοργίας Αἰολικῇ παραπλήσιον τὴν ὄχλῳ διαλέκτῳ, οἷον ὑμεναιοῖν, καὶ ὁμονοεῖν τούτους ἀεὶ ὁμοῦ ναίοντας.

Vide Scholia eo loco doctiſſimi Numeſij.

32. VINXISSE.] Prorſus legendum *junxiſſe* Etſi enim eadem res ſit, jugi tamen & jungendi verba propriè tum nuptijs dicata Noſter craſsè *punxiſſe* alluſa tamen, ut infinitis locis ſolet, veritate. Sunt tamen qui *vinxiſſe* defendant, ut Bernardus Martinius Variar. lib. III. cap. XVI. quibus non pugnavero.

33. ATTOLLERE TÆDAS.] Producendis in conjugium novis nuptis. Allevatis enim facibus producebantur, ut de duabus domibus convenirent in unam, de familijs, conſtituendam unam novam. Noſter alibi, verbis Theodoſij Principis ad Stiliconem, cũ tutorem eum liberis ſuis, cœlum petiturus ipſe, conſtitueret.

> *Per tædas, quas ipſa tuo Regina levavit*
> *Conjugio, ſociaque virum produxit ab aula.*

34. PLATANO.] Omnium arborum umbriferarum nobiliſſima Noſter Feſcenninis, ad Honorium:

> *Cum poſt labores ſub platani cubes*
> *Virentis umbra, vel gelido ſpecu,*
> *Torrentiorem fallere Sirium.* Vide Noſtra eo loco.

35. INÆQUALES.] Succedentibus ſemper longioribus. Figuram ſpectandam præſtat Syrinx Theocriti, ſive cujuſcunque tamdem auctoris.

35. TENEBAT.] Jungebat, ut texere naves.

35. AVENAS.] Cavos omnes frutices aut herbas, quæ inflari poſſunt, ut cicutarum etiam vox ſumitur. Avenam veteribus aliud ab hodierno uſu valuiſſe indicio eſt quod Servius in Georgic. I. *tradit, eam in nonnullis provincijs ſeri.*

36. MÆNALIOSQUE MODOS.] Arcadios, ob Panem Arcada, qui Princeps tutorq; fiſtularum, & fiſtulicinum. Theocritus Idyll. A. ejuſq; Scholiorum Collector Zacharias Calliergus, typographus ante hoc ſeſquiſeculum Græcus.

37. ORISQUE RECURSU.] Licet notare veterum ſimplicitatem in uſu fiſtularum, quas non unas diverſis foraminibus inflabãt, ſed ore ſecundum ſonum tollendum aut premendum, legebant ipſas cicutas, ſive tubulos, qui non alia ratione modos variabant, quam quod altero alter eſſet brevior.

41. DULCE MICANT OCULI.] Laudibus Serenæ Reginæ.

> *Vtraq; Luminibus timidum micat, utraque dulces*
> *Excitat ore faces.*

Sæpè Græci Poëtæ, Nonnus, Muſæus &c.

41. SOLQUE] Calor diei, quem fugerat Venus.

42. VMBRAM.] Inumbrantem potius genas quam tegentem. Paneg. Probini.

> *Ante genas dulces quam flos juvenilis inumbret.*

43. SILENTEM.] Reverentia Domini Numinis.

46 NIMIVMQ. PARENTIS ÆMVLE.] Indignatio quædam occulta in Muſas, quarum cantatrix & Philoſopha caſtitas inviſa Veneri. Cur Muſas non incendat Amore Cupido, cauſſas non invenuſtè narrant Luciani Dialogi.

47. TECVM.] Solo, nemine conſcio. Virgilius Georg. de Cornice.

> *Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena,*

Idem Ceiri.

48. CITHARÆ.] Vrbanus omnis cantus, quem Lyræ etiam vocabulo indicavit ſupra. v. XXIII. Sæpè ſic Papinius.

48. LYCÆI.] Mons Arcadiæ quem perpetuò habitare cantui paſtorali indulgens fingitur Pan; unde hoc dicit.

49. PE-

49. PECVS.] Quod tali cantu mulceri ſolet. Delicata autem ad delicatum, aut Muliebris hæc oratio, artificio ducitur, ut multa ganniat.

50. HUC ADES.] Seriuſcula increpatiuncula. Verum tu, inquit, ades huc nobis, & illud ediſſere, quod potius eſt, atq; tui muneris. *Quin tu* tali blanda invectione non ſine Gratijs uſurpare ſolet *Appulejus*. Apud quem ira commotioris Veneris non unus alibi etiam ſermo eſt.

55. NEC TE CONVBIA FALLVNT VLLA.] Catullus de Eodem:

Dicite; ô Hymenae, Hymen,
Hymen ô Hymenae.
Vt lubentius audiens
Se citarier ad ſuum
Munus, huc aditum ferat
Dux Bonæ Veneris, boni
Conjugator Amoris.
Tu fero iuveni in manus
Floridam ipſe puellulam
Matris è gremio ſuæ. Dedis
Nil poteſt ſine te Venus,
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere, at poteſt
Te volente: quis huic Deo
Compararier auſit?
Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe jungier; at poteſt
Te volente: quis huic Deo
Compararier auſit?

57. QVOD ADHUC.] Melior omninò ſcriptura. *quid adhuc* Quid maneres, quid tantum tibi obvenire aut objici potuerit, ut non adeſſes ſpontè tua tali conjugio. Manere aliquid Comica puraque locutio.

58. TIBI MANDATVR.] Tuis ſacris initiatur, tuo Imperio ſubmittitur. Originem vocat ſucceſſionem votivam ſobolis, cujus ſine legitimo conjugio nulla eſt æſtimatio. quo nomine Hymenæum Diis omnibus cæteris præfert Catullus:

Nil poteſt ſine te Venus,
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere, at poteſt
Te volente: quis huic Deo
Compararier auſit?
Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe jungier; at poteſt
Te volente: quis huic Deo
Compararier auſit?
Quæ tuis careat ſacris,
Non queat dare præſides
Terræ finibus; at queat
Te volente, quis huic Deo
Compararier auſit?

Ita enim capiendi ii tota Hellade Latioq; dulciſſimi verſiculi. Nec ſcribendum *Terra finibus* ut edidit Joſephus Scaliger, cum de domo ſermo continuetur, in Laudem conjugii ſcriptus; ſine quo, inquit, nemo poſſit magiſtratu Romano fungi, aut provincijs Imperij dari præſes. Quæ eſt adulatio Majorum Manlij & Juliæ.

59. LEGVM CVLMINE.] Magiſtratibus geſtis. Leges, Majeſtas, Vis, Honos Imperii, Magiſtratus, Poteſtas, ſæpè huic aliisq; optimis auctoribus.

61. RVBRIS QVÆ FLVCTIBVS INSVLA LATRAT.] Belle ſic Scaliger, cui clarè, aſſentitur Scriptus noſter, multis aliorum Codicibus potior. Cæteri flatibus ineptè. Sonum videtur alludere fluctuum littus ferientium. Vt Catullus

Longè ubi littus reſonans Eoa Tunditur unda.

Sed melius omnibus Actius, hoc divino, ut nunc eſt, Scholio.

Atq; ubi curvo littore latrans
Vnda ſub undis labunda ſonat.
Simul & c. rcum magniſonantibus
Excita ſaxis, ſæva ſonando,
Crepitu clangente cachinnat.

Quib. verſib in colligendis, collidēdis, repellēdis, affligēdisq; undis nihil fingi poterat accōmodatius. Incipiunt verba à litteris gravibus

bus; in medio velut revocantes undæ furorem numeri, ut altior fiat, & ſpatium impleat grandius, acutis poſtremo eumdem Litteris velut de profundo cum inſperato impetu reddentes, impellunt auditui. Atq; vel hoc ſolo fragmento immane augetur deſiderium amiſſorum tot nobiliſſimorum dramatum, quibus floruit olim Scena Latina: quorum nec unum quidem ſcriptum, præter duos Comicos, ad nos venit, cum totum ferè ſeculum Tragicis floruerit. Quod ſi & his amiſſis Varronianæ ſaltim Menippææ remanſiſſent, conſolari damnum poteramus, cum quibus priſca Romana Vrbanitas tota peſſum ivit. Nihil enim ad has quicquid ſequentia tempora extuderunt.

63. RVMORE SECVNDO.] Fama favente. *Seceſſit* autem ſcribendum cum libris, quos hoc loco non conſuluiſſe Scaligerum, miror.

64. BENIGNA TEMPERIES.] Quam Regenti Populos aut Vrbes alibi præ cæteris omnibus virtutibus commendat Claudianus. Vide Carmen illuſtre Manlianum.

65. DOCTIQVE SALES.] Scripſiſſe aliquid Muſicum hunc Palladium, patrem ejus cui Epithalamion hoc canitur, ex hoc loco arbitreris.

65. GRATA SENECTVS.] Quæ ſuavitate morum maximè commendatur. Juvenalis, Sat. IV. talem nobilem illum Criſpum Paſſienum commendat.

venit & Criſpi iucunda ſenectus.
Cuius erant mores qualis facundia.

Lucanus, lib. VIII.

quos inter Achoreus
Iam placidus ſenio, fractisque modeſtior annis,
Conſilij vox prima, fuit.

Quem locum indicavit Scholiaſtes priſcus Juvenalis. PLinius, lib. III. Epiſt. I. *Iuvenes adhuc confuſa quadam & quaſi turbata, non indecent, Senibus placida omnia & ordinata conveniunt, quibus induſtria ſera, turpis ambitio eſt.* Vide eam Epiſtolam ſingulari gratoque, quod rarum, acumine Spurinnam ſic laudantem.

64. PER CVNCTOS GRADVS.] Alibi his Commentariis.

68. EOVM STABILI.] Præfectum Prætorio Orientis fuiſſe indicat. Poteſt & *Vrbi* præfectus, novæ videlicet Romæ, indicari. Conſulatum excludit τὸ *ſtabili*.

70. VETERESQVE TOMI.] Vide J. Cujacij Commentar. ad Novellam CXX.

71. SPOLIIS.] Victoriis de Getis. Victorem enim Getarum Celerem, Romanorum Procerum aliquem, in Tomitanis oris conſediſſe innuit. Non verò ideò de Getarum proſapia, ut voluit vir doctus, cui amoliendæ hanc ſpoliorum mentionem injeciſſe Claudianum exiſtimo.

CELERINI ROBORE.] De Materna nobilitate, qui de omni commentati ubertim ſunt. Gunterus, lib. I. Ligurini.

Vos quoq; Cæſarei iuuenes, quos inde paterna
Nobilitas, veterum deducta ab origine Regum,
Hinc matris commendat honos.

Celerini nomen exemplis aliquot ſupra illuſtratum eſt. Benè ſummus Scaliger qui id hoc loco ſervavit, cum mutavit ad ſuum Codicem Cluverius. Diſertè idem comparet in membranis noſtris, aliquot libris de Belgio, agnoſcitq; Aldus. Scelerinum fruſtra locupletato nominè ſcripſerunt Bentinus & Camers. Celerini populi penes PLinium & Ptolemæum, nihil horſum faciunt.

74. SIBI.] IPſi. Non enim ſibi dederat miles, aut dare volebat, ſed Celerino, de quo ſermo eſt. Multa hujus abuſus exempla notata Adverſarijs.

74. CVM SIBI POST DOMITAS.] Noſter Codex Perſpicuè.

Cum ſibi poſt domitos & Parthica fulmina Caros
Sceptra daret miles,

Cui Lectioni affinem reperit in alio Codice Claverius, etiam à Cujacio, uti ait, notatam.

Duo

Duo Belgæ, qui ſoli hoc Carmen habuerunt, alter Cartas, alter Charas, prætulerunt. Aldus *Charyn*. Camers *Claros* cum Bentino, ediderunt. Mihi quæ de Caro & Carino Imperatoribus afferri poſſunt, non diſplicent. Non video tamen optimi Cujaciani Codicis ſcripturam debeamus repudiare. Ea ſic habet:

Cum ſibi poſt domitas, ad Parthica flumina, Carras,
Sceptra daret miles.

Domitas ad Parthica flumina Carras Poeticè dicit fuſum fugatumq; exercitum Parthorum ad flumina ipſis Patria. Carrhæ enim Parthorum totum nomen & Imperium notant, ut Rhenus noſtro omnes Germaniæ populos, Danubius & Tanais Scytharum. Lucanus

miſerando funere Craſſus
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carrhas.

Sententia igitur ſit; Celerinum iſtum poſt cladem inſignem Parthis illatam à militibus oblatum imperium abnuiſſe.

77. INCESTUM] Miraculo omni mirius, quod apertam facilemq; Veritatem hujus loci, nemo Codex, nemo Editor, aut Cenſor, viderit, ad uſq; doctum, perſpicacemque virum Janum Gruterum, qui in Notis ad Medeam Senecæ planam illam primus indicavit

Reſpuit ingeſtum, quod vi, quod poſcere ferro
Poſthabita Pietate ſolent.

Omninò Veriſſimè. *Ingerere* rem dicitur qui invito obnitentiq; obtrudit, quo pacto obtruſum Imperium ſingulari magnanimitate & æquanimitate refutaſſe ait Celerinum ſuum. Sic Ipſemet Bello Gildonico, v CXCIII.

Aethiopem nobis generum, Nabamona maritum Ingerit.

Symmachus lib. IV. Epiſt. XXIX. *Tradendas tibi à fratre noſtro Minervio duas oratiunculas meas, vel mittendas in patriam, fidelitati ejus ingeſſi.* PLinius Panegyrico: *O rem Memoria Litteriſq; mandandam. Præfectum Prætorij non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus Legere, eumdemq; otio, quem pertinaciter amet, reddere.* Petrus Chryſologus, Sermone LI. *Cum filium ſuum quidam ſurdi & muti ſpiritus furore poſſeſſum ingereret domino curandum* Fauſtus Rheſenſis Lib. I. de Libero Arbitrio: *Et quia ei immortalitatem dejectus invidit, ideo cauſſam mortis ingeſſit, dicendo.* De Re vide ad IV. Cons. Hon. & Commentatio in Laudes Stiliconias.

78. PVRPVRA PRIMVM.] Dignitas minor virtute. Vicit, ait, Fortunam & Ambitionem, contemnendo utramque. Similia in Laudibus Stiliconis.

81. MAJOREM CONTEMTA PROBAT.] Paullinus Benedictus lib. I. Martin.

majorq; probatur
Dum cupit eſſe minor; nam Laudem temnere Laus eſt.

Pontius Diaconus in Vita Cypriani: *Magis dignus efficitur, qui, quod meretur, excuſat.* Caſſius Longinus, περὶ ὕψους, cap. V. θαυμάζουσι τῶν ἐχόντων ταῖς ἡμᾶς, δόξας, περιφρονίδες, μᾶλλον τοὺς δυναμένους ἔχειν, καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερορῶντας. Libanius, Proſphonetico Juliani. ὡς καλὸν μὲν τοῦ τὸ ἀποδοῦναι τὴν δόσιν, κάλλιον δὲ ἐκείνων τὸ καταπείγειν τὴν λῆψιν.

Sic Tiberium, velut pariter affectum adulatur. Ovidius lib. IV. de Ponto.

Nam Patris Auguſti docui mortale fuiſſe
Corpus, in æthereas numen abiſſe domos.
Eſſe parem virtute Patri, qui frena rogatus
Sæpè recuſati cœperit Imperii.

De Marco Antonino pariter, ſed verè, Ariſtides. Oratione in Regem:

ἓν μὲν οὖν τοῦτο πρῶτον, καὶ μέγιστον ὑπάρχει λέγειν περὶ αὐτοῦ, ὅτι καὶ πρότερον ἢ καταστῆναι εἰς τὴν ἀρχὴν ἄξιος τῆς βασιλείας ἦν, οἱ μὲν γὰρ δι' ἑτέρων κτώμενοι

τὴν ἀρχὴν, ἢ περὶ τῶν περὶ αὐτῶν παραλαβόντες, οἱ μὲν ἰσχὺν ἀντὶ τοῦ δικαίου προθέμενοι, εἶθ', ὥσπερ τινὸς κλήρου ἀκολουθίαν καὶ διαδοχὴν σώζοντες, οὕτω καὶ βασιλείαν ἐκτήσαντο, ὅστις δὲ αὐτὸς μὲν οὔτε παραγγείλας, οὔτε δεηθεὶς δεηθέντων δὲ ἁπάντων αὐτοῦ κρίνεσθαι, ἔδωκε τοῖς δεηθεῖσιν ἑαυτὸν, καὶ παρακαλέσασιν, πάλαι τούτῳ, καὶ δι' ἀρετὴν τοῦτο τὸ γῆρας ὀφείλετο.

Honoratus, in Vita Hilarij Arelatenſis: *Dignum duco nequaquam more Rhetorico, patriam parenteſque memorare: quia ipſe etiam Laudibus venerādi propinqui, precelſum ſtemma maluit nobilitare dum reſpuit, commendare dum præterit, dilatare dum ſpernit. Ita ſe verè, ex animo oblatum Imperium recuſaſſe* memorat gloriaturque, vaferrimus Princeps, Julianus, Miſopogone: *Neque enim ille me ad vos venturum putavit, neq;, ut venirem, tamen regnaturum ſperavit, in tanto præſertim Imperio, quantum Dii largiti ſunt, multum ſanè invito ac repugnante tum illo qui dedit, quam me, qui accepi. Videbatur enim neuter noſtrum velle, nec is qui hunc honorem vel gratiam, vel quocunque alio nomine vultu appellare, libenter dabat, & qui accipit, Dii ſunt teſtes, verè & ex animo recuſabat.* Par ſententia apud Pedonem, ut volunt, Elegia de Obitu Mæcenatis,

> *Majus erat potuiſſe tamen, nec velle, triumf s.*
> *Maior res magnis abſtinuiſſe fuit.*

PLutarchus Coriolano. *Totum hunc Claudiani* locum exprimunt, ab eodem, puro, expreſſa, quæ Leguntur apud Curtium, Lib. IV. *Erant Heſphaſtioni hoſpites, clari inter ſuos juvenes, qui facta ipſi: poteſtate regnandi, negaverunt quemquam patrio more in id faſtigium recipi, niſi Regia ſtirpe ortum. Admiratus Hephaſtion magnitudinem animi, ſpernentis, quod alii per ignes ferrumq; peterent: Vos quidem, inquit, macte virtute eſtote, qui primi intellexiſtis quãto majus eſſet faſtidire regnum quã accipere,* &c.

83. PLENA DUCUM.] Magiſtrum Militiæ ſupremum fuiſſe indicat. PLena dicit ſumſiſſe, quia nullum prius gradum inierit. Sequentia ſanè ſunt ea quæ indicat Scholiaſtes Cujacianus.

84. PRINCEPS MILITIÆ.] Togatam dicit, cujus prius fuerit Princeps. Sed verius eſt de duobus hic ſermonem eſſe Claudiano, Patre nimirum Celerinæ, cum de propagine materna antiquiſſima jam locutus ſit, avoque materno: quorum ille jam ſit dictus militiæ princeps, hic verò jam dicatur Primicerius Notariorum, vel alia talis poteſtas, conſtituta ad Rationes militiæ Romanæ.

85. ALTER CUNCTORUM.] Diſtinguenda hæc iſto modo cenſemus:

> *cognomina ſumſit*
> *Plena ducum genitor, paullatim vectus ad altum.*
> *Princeps militiæ, qua non illuſtrior extſtat:*
> *Alter cunctorum tabulas aſſignat honorum.*

Interpretatio autem verior modo propoſita, quamque potius affirmemus, hæc ſit Celerinus fuit ille præſtantiſſimus ſtirpis auctor Celerinæ, à matre. Hujus cognomen aſſumſit Pater Celerinæ, utpotè multis præclaris ducibus eodem vocabulo eamdem ſucceſſionem ornantibus. Sic genitor Celerinus dicitur Celerinæ non à ſua ſtirpe, ſed conjugis materna, quæ plena fuit ſcilicet magnorum virorum. Vel & *ſumſit* illud ad Patrem Celerinæ ita pertinet, ut nepoti ex filia maternus avus indiderit, ad memoriam præclarorum majorum ejus nominis. Clarum ex hiſtorijs, ipſiſque titulis à materno genere ſumſiſſe illuſtrium avorum nomina Proceres Romanos. Sic Avidius Caſſius Avidij nomen ab Avidio Severo, avo materno, ſumſit. Vide elegantem diſſertationem nuperrimi Sidoniani Recenſitoris. Poſtremò horum verſuum Stephanum Claverium non ſequar, qui edidit:

Altera

Altera cunctorum tabulas aſſignat hono-rum.

Certiſſimum enim eſt de alio homine loqui Claudianum. Quod cœcutiat quinon videat. Nihil verò veriſimilius quam, ut dixi, de Celerinæ utraque Stirpe ſermocinari, ejus cum matrem ob res geſtas laudare non poſſet, nec id ab eo exſpectaretur, laudat recenſetq; munus & dignitatem avi ejus materni. Sic clara omnia. Libri ſcripti & antiquitus editi noſtri omnes ſervant τὸ ALTER, & fefellit Librarios quod commodè id præcedenti verſui adhærere poſſit.

86. NUMEROS.] Militares cohortes. Quas olim cohortes, eo ævo Numeros dici cœptos ſcribit Sozomenus in Hiſtoria Eccleſiaſtica.

88. DEPOSITUM.] Tabulas ita videtur appellare modo dictas, quas apud ærarium, aut Scribam Publicum depoſuerit, vel & alio loco Imperatoriorum theſaurorum. De Scribis ſcriptum aliquid Adverſar. libro L.

93. ELEGIT STILICO.] Evexit ad eas dignitates. Vel certè ut nuptiarum conciliator fuerit Stilico, non ſecus ac Claudiano ſponſam contulit Serena. Docente ipſomet in Elegia ad eam. Quæ doctiſſimus Claverius de adoptione, minus credibilia autumo: Non enim tam paucis illam tangeret Claudianus; & quid opus adoptione, patenti trium Liberorum, quorum marem voluit, ut traditur, etiam Imperio admovere, adeo ejus diligens, pater, fuit. In Heracliano, qui fuerit maritus uxoris ejusdem Stiliconis, manifeſtè conniveri puto, cum non Heraclianum, qui manu ſua Virum Incomparabilem interfecit, ſed Bathanarium ei fœminæ virum faciat Zoſimus, verbis à nobis ad Laudes Serenæ v. CLXXXVI. propoſitis, cujus & dignitatem, præmium parricidij nactus fuerit Heraclianus. Nec verò Nummus ille quo Heraclianus Imperator dicitur neceſſario ad iſtum parricidam pertinet, cum ſub Gallieno eo vocabulo dux alius Imperium affectarit, ut auctor eſt Trebellius Pollio.

96. MARCENTES CUPIO QUASSARE CORONAS.] Hoc enim Hymenæi officium. Martianus Capella, lib IX.

Iam facibus laſſos ſpectans marcentibus ignes,
Inſtaurare jubet tunc Hymenæa Venus.

Sic marcentes faces excutere Hymenæum, jubet Chorus apud Senecam, Medea.

Candida thyrſigeri proles generoſa Lyæi;
Multifidam jam tempus erat ſuccendere pinum.
Excute ſollemnem digitis marcentibus ignem,
Feſta dicax fundat convicia Feſcenninus.

Soboles enim Bacchi Hymenæus. Capella, verſibus ad XXXI. ſuprà poſitis.

99. RESPONSURA CHORIS.] Vario modulamine, quali Conſtant chori.

101. PRÆLISQUE SOLUTÆ.] Haud dubiè vera Lectio. Nobis olim *peplis* viſum, male: licet ita expreſsè habeant membranæ noſtræ. Aldus *populuque* quomodo & Camers. Sed Belgici & Cujaciani Libri Veritatem reſtituerunt. Præla erant in uſu veſtiaria, quibus veſtes ſubditæ coercebantur, ut nitorem formamque ſervarent. Martialis lib. II. Epigramm. XLVI.

Sic tua ſuppoſitis perlucent præla Lucernis,
Sic micat innumeris arcula Synthe-ſibus.

Ammianus, libro XXVIII. *Deinde cum à Silvani lavacro & Mammææ aquis ventitant ſoſpitalibus, ut quiſquam eorum egreſſus, tenuiſſimis ſe terſerit Linteis, ſolutu preſſoriis veſtes luce nitentes arbitra diligenter explorat.* De nitore Seneca capite I. de Tranquillit. Animi: *Placet non in ambitionem cubile compoſitum, non ex arcula prolata veſtis, non ponderibus aut tormentis ſplendere cogentibus,*

preſſa; ſed domeſtica & vilis. Martialis, lib. XI, Epigr. IX.

Laſſa quod heſterni ſpirant opobalſama Drauci,
Arbore quod verna luxurioſus ager.
De Pallatinis Domina quod ſerica prælis,
Succina virginea quod regelata manu.

Quibus teſtimonijs jam ante nos uſi ſunt doctiſſimi homines, ad locum hunc noſtri, Senecam, quique de Luxu Romanorum Commentati ſunt. Adde nos Advers. lib. XXXII. C. VII.

102. DIONÆÆ] Maternæ: quam mater Diona ipſi neverat. Hoc enim Opificium indicat per maternam telam, exquiſitum, rarum, ſepoſitum, ornatum talibus Nuptijs protuliſſe atq; impendiſſe Venerem ſignificans.

103. JUGA FLORIBUS HALANT.] Omnia Veneris armamenta floribus roſisque ornata dicit, inter ea & currum. Sic Steſichorus de vectura neſcio cujus Regis:

πολλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα ποτεῤῥίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρσινα φύλλα, καὶ ῥοδίνους στεφάνους, ἴωντε κορωνίδας οὔλας.

Halare Roſas dicit, ob denſiorem odoris ſpiritum. Sidonius Paneg. Anthemij.

Halant rura roſis, indeſcriptosque per agros
Flagrat odor.

Ennodius, Panegyrico Epiphanij. *interpellata nec ullis Frigoribus marceſcet humus*
Halant rura roſas.

104. COLUMBAS.] Vectura Veneris, Columbæ. Scholiaſtes Apollonij Rhodij, Lib. III. Argonaut.

Ἀπολλόδωρος φησὶν ἐν τῷ περὶ θεῶν, ὅτι ἡ περιστερὰ ἱερὰ Ἀφροδίτης.

Ovidius lib. XV. Metamorph.

Perq; leves auras junctis invecta columbis
Littus adit Laureus.

110. TRUCES.] Satagentes, feſtini, ſeriò operi intenti. *Puerilis* impetus innuitur.

112. CONFLIGUNT.] Ludicris pugnis, dum quisque Deæ proximus venire vult.

113. CONSEQUITUR.] Et ipſe pennipotens nempè.

115. IMPUNE CADUNT.] Dum impelluntur, incitatur vis volandi, & ſic impunè cadunt, cum alis excipiantur, & inde melius volent.

120. IPSE PEPERCIT SEIRIUS.] Talia de campis Ennæis in Raptu Proſerpinæ.

122. BALSAMA.] Nuptijs adſueta, more Romano, Appulejus, libro VI. *Nec mora, cum cœna Nuptialis affluens exhibetur: Tunc poculum nectaris Liber miniſtrabat, Vulcanus cœnam coquebat, Horæ Roſis & cæteris Floribus purpurabant omnia, Gratiæ ſpargebant Balſama, Muſæ voce canora perſonabant.* Martianus Capella lib. IX.

123. NILIACVS CORTEX.] Hic nobiliſſimi liquoris proventus. Judæis attribuunt alij, quo ex Aethiopia perveniſſe ſcribit Joſephus, cum Regina nimirum illa nobilis ad Salomonem veniſſet, Archaiol. libro VIII. capite III. Vide eum libro XIV. capite VII. Egeſippum libro I. capite XV. ad Cæſaream, urbem Judææ aut Idumes floruiſſe ſcribit Dracontius, ei rei nobis reſtitutus, lib. IX. cap. VII. In Paradiſo arbuſculas collocat Alcimus Avitus, lib. I. ſed perpetim fluentes.

Illic deſudans fragrantia Balſama ramus,
Perpetuum promit pingui de ſtirpe fluorem.

Ita enim elegantis Poëtæ locus legendus cum vulgò nullius ſit ſententiæ pingui de ſtipite florem: Celebrat enim nativum fluorem, ſine vulnere ſtirpis, cum alioqui cortex teſta incideretur, vide Joſephum, & Tacitum V. Hiſtoriarum. Noſter ungue etiam elici ſuetum indicat.

124. V

124. VIRVM.] Ineptè. Scribe *murum* cum Cujacianis Libris. Cupidinem enim & Venerē ſimul extraxiſſe matris gremio puellam indicat. De juvene, quæ ſit Ruſticitas aut ſtoliditas?

124. FLENTEM.] Metu primi vulneris, & amore virginitatis. PLeni libri. Capella lib. IX.

Heſperus intactam ſervet licet uſq; puellam
Nuptam videbis, Phoſphere
Nec matris lacryma, preſſi nec viribus ungues,
Nexus valebunt rumpere.
Ne thalamos metuas, eru hoc quod Iuno Tonanti,
Qua nunc ſerere dulcior.

Quibus iucundis verſiculis mendoſa eſt vox *matris*. Puellæ enim ipſius perſona ſcribitur, eamque alloquitur Muſa. Lege *Nec jam ar. ctos lacryma* Poemata omnia ejus auctoris, qui medio ævo Scholis tritus, perditè corrupta ſunt.

127. FLAVIS CRINIBUS ISTRUM] Flava comas, ut Biſſula Auſoniana, indidem & ipſa perita. Notabamus ubertim alibi.

128. DEXTRAM VIRI DEXTRAM-QVE PVELLÆ.] Pronubarum Officio, Feſcennina III. Stiliconi Pronubo ſive parario idem datur:

Tractus ab aula rurſus ad aulam
Redeat ſanguis patris Officiis,
Iunge potentis pignora dextra.

Sic Trebellius Pollio ſcribit Gallienum tenentem manus ſponſi & ſponſæ inter centum Poetas illud nobiliſſimum Epithalamium recitaſſe. In eo fuere hi verſus.

Ite agite, ô pueri, pariter ſudate medullis
Omnibus intra vos, non murmura veſtra Columba,
Brachia non edera vincant, non oſcula concha.

129. TRADIT.] Mutuo iunctis alternas manus. Tradere, abſolutè, cedere cum omni re & jure. Martialis.

Solus Iulæus cum jam retineret habenas
Tradidit, inque ſuo proximus orbe fuit.

130. VIVITE CONCORDES.] Votum novis Nupris primo loco debitum. Vnde Concordia Nuptiarum Matrimoniorumque præſes. Sic imperat illi Venus Nuptijs Honorij.

Tu feſtas, Hymenae, faces; tu, Gratia, flores,
Elige; tu geminas, Concordia necte Coronas.

Papinius Epithalamio Stellæ & Violantillæ.

dat Iuno verenda
Vincula, & inſigni geminat Concordia tæda.

130. NOSTRVM MVNVS.] Concubitum. Ἔργα κυθηρείης. Simonides, ὁμῶς τε πρὸς ἔργον Ἀφροδίσιον ἔλθονθ' ἑταῖρον ἐνλινῶν ἐδέξατο. Sic Nonnus Dionyſ. XXXIV. Solon Elegiis. Theocritus Epigrammatis. Muſonius apud Stobæum. Serm. LXV. Proclus Hymnis. Orpheus Argonaut. Sic ἔργα γυναικῶν, συνουσίαν vocant Stato & Lucillius lib II. Antholog. Epigr. Longus, Paſtoral IV. Lucianus Dea Syr. Opus muliebre Petronius Satirico.

132. VIRTVTE PATERNA.] Maro. *Inſtat vi Patria Pyrrhus* Elegans vero admonitio? nam nimia reluctatio iracundum hominem hic etiam ſu eret, ut eſt ille in Dialogo Petri Aretini, à nobis Latio transſcripto; ſed tanta vecordia typothetarum correctorumque edito, ut nihil nllibi viderim vitioſius.

135. SCYTHICAS IRAS.] Velut & barbarias dicar à Danubio. De immanitate Scytharum multis Tertullianus, & alij ſcriptorum.

136. ROGAMAS.] Vt eſt venuſta dulciſque rogatio apud PLautum Caſina, Auſonium

Centone Nuptiali, Catullum, & Martianum Capellam, lib.IX.

137. SIC MATER ERIS.] Ratio optima perſuadendi aſſenſum in virginitatis ſpolium. Theocritus Oariſti, quo nec ille ipſe artifex ſuavius Eidyllion umquam ſcripſit.

ἢν ἢ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι υἱάς.

Ungues perpetua arma in juvenes puellarum, etiam profecti aliquando in pugnam. Horat.

prælia virginum
Sectis in juvenes unguibus acrium.

140. AETHON.] Nomina à Solis Equis apud Ovidium mutuata.

142. PVRO MELLE.] Non admixtis venenis, quæ cum melle armare tela Cupidinum memorat Nuptijs Honorianis. v. LXXXII. Et Anacreon fel miſceri diſertim ſcribit, Oda.XLV.

ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς Κυθήρης,
παρὰ λεμνίαις καμίνοις,
τὰ βέλη, τὰ τῶν ἐρώτων,
ἐποίει, λαβὼν σίδηρον.
Ακίδας δ' ἔβαπτε κύπρις,
Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα.
Ο' δ' ἔρως χολὴν ἔμιζγε.

Porro clauſula hujus elegantiſſimi carminis in memoriam reducit Scidam veterē, in Mediomatricum quondam nobis Metropoli, inter oblatas temerè membranas redemtam, quæ Epithalamij cujuſdam initium habet, Auſpicio quondam & Aellæ, Romanæ Iuventutis primatibus decantati, cujus titulus Patricium aut Patritum quemdam auctorem præfert, ſcriptorem utique veterem nec improbum; modo ne dignitatis id fuerit vocabulum, vero ſcriptoris abroſo, ut arbitrari quivis poterit, initium ipſum membranę deficere contuitus. Id fragmentum ad calcem hujus Poematis poſteritati condonare placet, quod benè vortat.

Vere novo florebat humus; ſatus æthere ſudo,
Imbre maritatum vegetabat Spiritus Orbem.
Ipſa quoque, æthereis deducta propagine, flamma,
Viſceribus ſuffuſa cavis, nova germina largo
Vrgebat gremio, reparans Elementa calore.
Latona geminum Numen, Cythereius ignis,
Iuppiter ipſe parens, & Maja mobile pignus,
Temporis unanimi, ſecluſo frigere triſti,
Saturni veteris, mundi per aperta nitebant.
Cum Venus Idaliæ comitata ſororibus exit
Theſſalices viſura lares, ubi florida Tempe
Perpetuis faciles conſervant cultibus hortos.
It Natura comes lactenti fœta papilla,
Vnde venit vitale decus; prope Gratia blando
Intuitu invergit florem naſcentibus herbis.
Ante Deam tenui decurrit veſte Voluptas,
Oſtentans, revocansq; nitentia membra tegendo.
Purpureas croceo ſuras evincta cothurno,
Speq; ſua major, nullaq; imitāda figura.
Blanda manu implexam tenet hanc, ducitque canendo
Aethereas Seiren, iterabile carmen ad auras.
Ad juga blanda ſedet, niveas moderata Columbas,
Non Satianda bonis, Diva ſoror alma, Cupido,
Aliger obſequiis ſtipat puer; agmen, Amorum
Claudit agens choreas pictis exercitus armis.
Arrident latè toto revelantia mundo Sidera,

Sidera blandito dominam venerata ſereno,
Ipſa levi reſidens curru, mitiſſima Divum,
Ventilat afflatu cœlum Zephyriſque remiſſis
Mulcet agros, lenique aſtris adremigat aura.
Protinus ut liquidum Phœbi jubar ore recuſſit,
Progreſſamque Deam docuere Elementa favendo.
Lydia qui cedente reliquerat arva ſorore
Obvia pampineis Liber rapit agmina thyrſis.
Ditia Pactolè ſuperat Peneius amnis
Munera, clarus aquis nitidum ſtagnantibus aurum.
Exſultant Dryadum faciles deliria Fauni;
Et Satyri, ſub utroque Deo premtiſſima pubes.
Corniger hos ſtimulis implet puer, athera clangor
Verberat, & crotalis reſponſant tympana pulſu.
Ecce pater, pando recubãs, Silenus, aſello
Cui lacer a ſummo pendebat cantarus armo,
Vina per os, hirtaque fluunt compendia barba.
E numero comitum Veneris veſtigat, & olim
Capeus Amore petit feſtina, Chlorida, vato.
Nymfa retrocedens dum ſpes alit, inque furentem
Blanda micans oculis, refugit pede, Libera luſu
Turba favet, totoque fremit Petulantia cœtu.
Hic ſubito volitans ſparſas rumore per umbras.
Fama movet mentes, incertaque murmura portat,
Orta dehinc largo narratur fabula motu.
Non videt auctorem, ſed ſentit quiſque refertque
Atque audiſſe putat, nec primus in agmine toto eſt.
Mane ſub Eoo, dum diva caſtra moventur.
Elapſum pennis, & in obſervata ferentem
Per liquidas Hymenaum auras, veſtigia Rema
Advertiſſe pedem, ſubitoque redire tumultu.
Ipſe aderat, pompamque trahens, victoſq; jugali
Quos in conſulta conjunxerat arte, Diona,
Auſpicium juvenem, atque aquæva pectus Aella.
Illos prima patrum, generoſa ſtirpis alumno,
Nobilitas tota pridem celebraverat urbe,
Et ſpecies, morumque Opulentia comta nitore,
Nec ſemel Arcitenens tentarat ſpicula caſtis
Indere pectoribus, matris molimine magno.
Olli florebant ſtudiis Helicone potito,
Nec chorus Aonidum, nec ſancta Palladis ardor,
Nec Pater ipſe jugi cuiquam majore favebat
Ingenio; par cura animo; Labor otia neſcie
Improbus, atque alijs urit pracordia flammis
Gloria, ab excelſa Laus intemerabilis Arce,
Monſtrat iter, quo celſa petunt faſtigia rerum
Semidea mentes, puro ſtirpis proſata cœlo.
At teneros avi, nec adhus puerile ſonantes,

A

εἰ μαὶ δὲ ἐγὼ βίου τινὰ εὐτυχοῦς παρανα-φαινῆσιν ὑπάρχειν, καὶ συνδέεσθαι τοῖς συ-νοῦσι πρὸς γάμου κοινωνίαν, μετὰ φιλοστοργίας Αἰολικῇ παραπλήσιον τὴν ὄχλῳ διαλέκτῳ, οἷον ὑμεναίειν, καὶ ὁμονοεῖν τούτους ἀεὶ ὅμοσε ναίοντας.

Vide Scholia eo loco doctiſſimi Numeſij.

32. VINXISSE.] Prorſus legendum *junxiſſe* Etſi enim eadem res ſit, jugi tamen & jungendi verba propritim nuptijs dicata. Noſter eraſè *punxiſſe* alluſa tamen, ut infinitis locis ſolet, veritate. Sunt tamen qui *vinxiſſe* defendant, ut Bernardus Martinius Variar. lib. III. cap. XVI. quibus non pugnaveto.

33. ATTOLLERE TÆDAS.] Producendis in conjugium novis nuptis. Allevatis enim facibus producebantur, ut de duabus domibus convenirent in unam, de familijs, conſtituendam unam novam. Noſter alibi, verbis Theodoſij Principis ad Stiliconem, cũ tutorem eum liberis ſuis, cœlum petiturus ipſe, conſtitueret.

> *Per tædas, quas ipſa tuo Regina levavit*
> *Conjugio, ſociaque virum produxit ab aula.*

34. PLATANO.] Omnium arborum umbriferarum nobiliſſima. Noſter Feſcenninis, ad Honorium:

> *Cum poſt labores ſub platani cubes*
> *Virentis umbra, vel gelido ſpecu,*
> *Torrentiorem fallere Sirium.* Vide Noſtra eo loco.

35. INÆQUALES.] Succedentibus ſemper longioribus. Figuram ſpectandam præſtat Syrinx Theocriti, ſive cujuſcunque tamdem auctoris.

35. TENEBAT.] Jungebat, ut texere naves.

35. AVENAS.] Cavos omnes frutices aut herbas, quæ inflari poſſunt, ut cicutarum etiam vox ſumitur. Avenam veteribus aliud ab hodierno uſu valuiſſe indicio eſt quod Servius in Georgic. I. *tradit, eam in nonnullis provincijs ſeri.*

36. MÆNALIOSQUE MODOS.] Arcadios, ob Panem Arcada, qui Princeps tutorq; fiſtularum, & fiſtulicinum. Theocritus Idyll. A. ejuſq; Scholiorum Collector Zacharias Calliergus, typographus ante hoc ſeſquiſeclum Græcus.

37. ORISQUE RECURSU.] Licet notare veterum ſimplicitatem in uſu fiſtularum, quas non unas diverſis foraminibus inflabãt, ſed ore ſecundum ſonum tollendum aut premendum, legebant ipſas cicutas, ſive tubulos, qui non alia ratione modos variabant, quam quod altero alter eſſet brevior.

41. DULCE MICANT OCULI.] Laudibus Serenæ Reginæ.

> *Vtraq; Luminibus timidum micat, utraque dulces*
> *Excitat ore faces.*

Sæpè Græci Poëtæ, Nonnus, Muſæus &c.

41. SOLQVE] Calor diei, quem fugerat Venus.

42. VMBRAM.] Inumbrantem potius genas quam tegentem. Paneg. Probini.

> *Ante genas dulces quam flos juvenilis inumbret.*

43. SILENTEM.] Reverentia Domini Numinis.

46 NIMIVMQ. PARENTIS ÆMVLE.] Indignatio quædam occulta in Muſas, quarum cantatrix & Philoſopha caſtitas inviſa Veneri. Cur Muſas non incendat Amore Cupido, cauſſas non invenuſtè narrant Luciani Dialogi.

47. TECVM.] Solo, nemine conſcio. Virgilius Georg. de Cornice.

> *Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.*

Idem Ceiri.

48. CITHARÆ.] Vrbanus omnis cantus, quem Lyræ etiam vocabulo indicavit ſupra. v. XXIII. Sæpè ſic Papinius.

48. LYCÆI.] Mons Arcadiæ quem perpetuò habitare cantui paſtorali indulgens fingitur Pan; unde hoc dicit.

49. PECVS.] Quod tali cantu mulceri ſolet. Delicata autem ad delicatum, aut Muliebris hæc oratio, artificio ducitur, ut multa ganniat.

50. HUC ADES.]Seriuſcula increpatiuncula. Verum tu,inquit,ades huc nobis,& illud ediſſere, quod potius eſt, atq; tui muneris. *Quin tu* tali blanda invectione non ſine Gratijs uſurpare ſolet *Appulejus*. Apud quem ira commotioris Veneris non unus alibi etiam ſermo eſt.

55. NEC TE CONVBIA FALLVNT VLLA.]Catullus de Eodem:

Dicite; ô Hymenæe, Hymen,
Hymen ô Hymenæe.
Vt lubentius audiens
Se citarier ad ſuum
Munus, huc aditum ferat
Dux Bonæ Veneris, boni
Conjugator Amoris.
Tu fere iuveni in manus
Floridam ipſe puellulam
Matris è gremio ſuæ. Dedis.
Nil poteſt ſine te Venus,
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere, at poteſt
Te volente: quis huic Deo
Compararier auſit?
Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe jungier; at poteſt
Te volente: quis huic Deo
Compararier auſit?

57. QVOD ADHUC.] Melior omninò ſcriptura. *quid adhuc* Quid maneres, quid tantum tibi obvenire aut objici potuerit, ut non adeſſes ſponte tua tali conjugio. Manere aliquid Comica puraque locutio.

58. TIBI MANDATVR.] Tuis ſacris initiatur, tuo Imperio ſubmittitur. Originem vocat ſucceſſionem votivam ſobolis, cujus ſine legitimo conjugio nulla eſt æſtimatio, quo nomine Hymenæum Diis omnibus cæteris præfert Catullus:

Nil poteſt ſine te Venus,
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere, at poteſt
Te volente: quis huic Deo
Compararier auſit?
Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe iungier; at poteſt
Te volente: quis huic Deo
Compararier auſit?
Quæ tuis careat ſacris,
Non queat dare præſides
Terra finibus; at queat
Te volente, quis huic Deo
Compararier auſit?

Ita enim capiendi ii tota Hellade Latioq; dulciſſimi verſiculi. Nec ſcribendum *Terra finibus* ut edidit Joſephus Scaliger, cum de domo ſermo continuetur, in Laudem conjugii ſcriptus; ſine quo, inquit, nemo poſſit magiſtratu Romano fungi, aut provinciis Imperitari præſes. Quæ eſt adulatio Majorum Manlij & Juliæ.

59. LEGVM CVLMINE.]Magiſtratibus geſtis. Leges, Majeſtas, Vis, Honos Imperii, Magiſtratus, Poteſtas, ſæpè huic aliisq; optimis auctoribus.

61. RVBRIS QVÆ FLVCTIBVS INSVLA LATRAT.]Belle ſic Scaliger, cui clarè, aſſentitur Scriptus noſter, multis aliorum Codicibus potior. Cæteri flaribus ineptè. Sonum videtur alludere fluctuum littus ferientium. Vt Catullus

Longè ubi littus reſonans Eoa Tunditur unda.

Sed melius omnibus Actius, hoc divino, ut nunc eſt, Scholio.

Atq; ubi curvo littore latrans
Vnda ſub undis labunda ſonat.
Simul & circum magniſonantibus
Excita ſaxis, ſæva ſonando,
Crepitu clangente cachinnat.

Quib. verſib in colligendis, collidēdis, repellēdis, affligēdisq; undis nihil fingi poterat accōmodatius. Incipiunt verba à litteris gravibus

bus; in medio velut revocantes undæ furorem numeri, ut altior fiat, & ſpatium implicet grandius, acutis poſtremo eumdem Litteris velut de profundo cum inſperato impetu reddentes, impellunt auditui. Atq; vel hoc ſolo fragmento immane augetur deſiderium amiſſorum tot nobiliſſimorum dramatum, quibus floruit olim Scena Latina: quorum nec unum quidem ſcriptum, præter duos Comicos, ad nos venit, cum totum ferè ſeculum Tragicis floruerit. Quod ſi & his amiſſis Varronianæ ſaltim Menippææ remanſiſſent, conſolari damnum poteramus, cum quibus priſca Romana Vrbanitas tota perſumivit. Nihil enim ad has quicquid ſequentia tempora extuderunt.

63. RVMORE SECVNDO.] Fama favente. *Seceſſit* autem ſcribendum cum libris, quos hoc loco non conſuluiſſe Scaligerum, miror.

64. BENIGNA TEMPERIES.] Quam Regenti Populos aut Vrbes alibi præ cæteris omnibus virtutibus commendat Claudianus. Vide Carmen illuſtre Maulianum.

65. DOCTIQVE SALES.] Scripſiſſe aliquid Muſicum hunc Palladium, patrem ejus cui Epithalamion hoc canitur, ex hoc loco arbitreris.

65. GRATA SENECTVS.] Quæ ſuavitate morum maximè commendatur. Juvenalis, Sat. IV. talem nobilem illum Criſpum Paſſienum commendat.

> *venit & Criſpi iucunda ſenectus.*
> *Cuius erant mores qualis facundia.*

Lucanus, lib. VIII.

> *quos inter Achoreus*
> *Iam placidus ſenio, fractisque modeſtior annis,*
> *Conſilij vox prima, fuit.*

Quem locum indicavit Scholiaſtes priſcus Juvenalis. PLinius, lib. III. Epiſt. I. *Iuvenes adhuc confuſa quædam & quaſi turbata, non indecent, Senibus placida omnia & ordinata conveniunt, quibus induſtria ſera, turpis ambitio eſt.* Vide eam Epiſtolam ſingulari gratoque, quod rarum, acumine Spurinnam ſic laudantem.

64. PER CVNCTOS GRADVS.] Alibi his Commentariis.

68. EOVM STABILI.] Præfectum Prætorio Orientis fuiſſe indicat. Poteſt & *Vrbi* præfectus, novæ videlicet Romæ, indicari, Conſulatum excludit *rè ſtabili.*

70. VETERESQVE TOMI.] Vide J. Cujacij Commentar. ad Novellam CXX.

71. SPOLIIS.] Victoriis de Getis. Victorem enim Getarum Celerem, Romanorum Procerum aliquem, in Tomitanis oris conſediſſe innuit. Non verò ideò de Getarum proſapia, ut voluit vir doctus, cui amoliendæ hanc ſpoliorum mentionem injeciſſe Claudianum exiſtimo.

CELERINI ROBORE] De Materna nobilitate, qui de omni commentati ubertim ſunt. Gunterus, lib. I. Ligurini.

> *Vos quoq; Cæſarei iuuenes, quos inde paterna*
> *Nobilitas, veterum deducta ab origine Regum,*
> *Hinc matris commendat honos.*

Celerini nomen exemplis aliquot ſupra illuſtratum eſt. Benè ſummus Scaliger qui id hoc loco ſervavit, cum mutavit ad ſuum Codicem Cluverius. Diſertè idem comparet in membranis noſtris, aliquot libris de Belgio, agnoſcitq; Aldus. Scelerinum fruſtra locupletato nomine ſcripſerunt Bentinus & Camers. Celerini populi penes PLinium & Ptolemæum, nihil horſum faciunt.

74. SIBI.] IPſi. Non enim ſibi dederat miles, aut dare volebat, ſed Celerino, de quo ſermo eſt. Multa hujus abuſus exempla notata Adverſarijs.

74. CVM SIBI POST DOMITAS.] Noſter Codex perſpicuè.

> *Cum ſibi poſt domitos & Parthica fulmina Caros*
> *Sceptra daret miles,*

Cui Lectioni affinem reperit in alio Codice Cluverius, etiam à Cujacio, uti ait, notatam. Duo

Duo Belgæ, qui ſoli hoc Carmen habuerunt, alter Carras, alter Charas, prætulerunt. Aldus *Charyn*. Camers *Claros* cum Bentino, ediderunt. Mihi quæ de Caro & Carino Imperatoribus afferri poſſunt, non diſplicent. Non video tamen optimi Cujaciani Codicis ſcripturam debeamus repudiare. Ea ſic habet:

Cum ſibi poſt domitas, ad Parthica flumina, Carras,
Sceptra daret miles.

Domitas ad Parthica flumina Carras Poeticè dicit fuſum fugarumq; exercitum Parthorum ad flumina ipſis Patria. Carrhæ enim Parthorum totum nomen & Imperium notant, ut Rhenus noſtro omnes Germaniæ populos, Danubius & Tanais Scythatum. Lucanus

miſerando funere Craſſus
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carrhas.

Sententia igitur ſit; Cilerinum iſtum poſt cladem inſignem Parthis illatam à militibus oblatum imperium abnuiſſe.

77. INCESTUM.] Miraculo omni mirius, quod apertam facilemq; Veritatem hujus loci, nemo Codex, nemo Editor, aut Cenſor, viderit, ad uſq; doctum, perſpicacemque virum Janum Gruterum, qui in Notis ad Medeam Senecæ planam illam primus indicavit

Reſpuit ingeſtum, quod vè, quod poſcere ferro
Poſthabita Pietate ſolent.

Omninò Veriſſimè. *Ingerere* rem dicitur qui invito obnitentiq; obtrudit, quo pacto obruſum Imperium ſingulari magnanimitate & æquanimitate refutaſſe ait Celerinum ſuum. Sic Ipſemet Bello Gildonico. v CXCIII.

Aethiopem nobis generum, Nabamona maritum Ingerit.

Symmachus lib. IV. Epiſt. XXIX. *Tradendas tibi à fratre noſtro Minervio duas oratiunculas meas, vel mittendas in patriam, fidelitati ejus ingeſſi.* PLinius Panegyrico: *O rem Memoria Litteriſq; mandandam. Præfectum Prætorij non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus Legere, eumdemq; otio, quem pertinaciter amet, reddere.* Petrus Chryſologus, Sermone LI. *Cum filium ſuum quidam ſurdi & muti ſpiritus furore poſſeſſum ingereret domino curandum* Fauſtus Rheſenſis Lib. I. de Libero Arbitrio: *Et quia ei immortalitatem dejectus invidit, ideo cauſſam mortis ingeſſit, dicendo.* De Re vide ad IV. Conſ. Hon. & Commentatio in Laudes Stiliconias.

78. PVRPVRA PRIMVM.] Dignitas minor virtute. Vicit, ait, Fortunam & Ambitionem, contemnendo utramque. Similia in Laudibus Stiliconis.

81. MAJOREM CONTEMTA PROBAT.] Paullinus Benedictus lib. I. Martin.

majorq; probatur
Dum cupit eſſe minor; nam Laudem temnere Laus eſt.

Pontius Diaconus in Vita Cypriani: *Magis dignus efficitur, qui, quod meretur, excuſat.* Caſſius Longinus, περὶ ὕψους, cap. V. θαυμάζωσι τῶν ἐχόντων τὰς ἡμᾶς, δόξας, τυραννίδες, μᾶλλον τοὺς δυναμένους ἔχειν, καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερορῶντας. Libanius, Proſphonetico Juliani. ὡς καλὸν μὲν τῷ τὸ διαδεῖσθαι τὴν δόσιν, κάλλιον δὲ ἐκείνων τὸ καταπείγειν τὴν λῆψιν.

Sic Tiberium, velut pariter affectum adulatur. Ovidius lib. IV. de Ponto.

Nam Patris Auguſti docui mortale fuiſſe
Corpus, in æthereas numen abiſſe domos.
Eſſe parem virtute Patri, qui frena rogatus
Sæpè recuſati cœperit Imperii.

De Marco Antonino pariter, ſed verè, Ariſtides. Oratione in Regem:

ἓν μὲν οὖν τοῦτο πρῶτον, καὶ μέγιστον ὑπάρχει λέγειν περὶ αὐτοῦ, ὅτι καὶ πρότερον ἢ καταστῆναι εἰς τὴν ἀρχὴν ἄξιος τῆς βασιλείας ἦν, οἱ μὲν γὰρ δι᾽ ἑτέρων κτώμενοι

Mmm τὴν

τὴν ἀρχήν, ἢ περὶ τῶν περὶ αὐτῶν παραλαβόντες, οἱ μὲν ἰσχὺν ἀντὶ τοῦ δικαίου προθέμενοι, εἶθ᾽, ὥσπερ τινὸς γένους ἀκολουθίαν καὶ διαδοχὴν σώζοντες, οὕτω καὶ βασιλείαν ἐκτήσαντο, ὅστις δὲ αὐτὸς μὲν οὔτε παραγγείλας, οὔτε δεηθεὶς δεηθέντων δὲ ἁπάντων αὐτοῦ γενέσθαι, ἔδωκε τοῖς δεηθεῖσιν ἑαυτόν, καὶ παρακαλέσασιν, πάλαι τούτῳ, καὶ δι᾽ ἀρετὴν τοῦτο τὸ γέρας ὠφείλετο.

Honorarus, in Vira Hilarij Arelatenſis: *Dignum duco nequaquam more Rhetorico, patriam parentesque memorare: quia ipſe etiam Laudibus venerãdi propinqui, precelſum ſtemma maluit nobilitare dum reſpuit, commendare dum præterit, dilatare dum ſpernit. Ita ſe verè, exq; animo oblatum Imperium recuſaſſe* memorat gloriaturque, vaferrimus Princeps, Julianus, Miſopogone: *Neque enim ille me ad vos venturum putavit, neq; ut venirem, tamen regnaturum ſperavit, in tanto præſertim Imperio, quantum Dii largiti ſunt. multum ſanè invito ac repugnante tum illo qui dedit, quam me, qui accepi. Videbatur enim neuter noſtrum velle, nec is qui hunc honorem vel gratiam, vel quocunque alio nomine vultu appellare, libenter dabat, & qui accepit, Dii ſunt teſtes, verè & ex animo recuſabat.* Par ſententia apud Pedonem, ut volunt, Elegia de Obitu Mœcenatis,

Majus erat potuiſſe tamen, nec velle, triumfs.
Maior res magnis abſtinuiſſe fuit.

PLutarchus Coriolano. *Totum hunc Claudiani* locum exprimunt, ab eodem, puto, expreſſa, quæ Leguntur apud Curtium, Lib. IV. *Erant Heſphaſtioni hoſpites, clari inter ſuos juvenes, qui facta ipſis poteſtate regnandi, negave runt quemquam patrio more in id faſtigium recipi, niſi Regia ſtirpe ortum. Admiratus Hephaſtion magnitudinem animi, ſpernentis, quod alii per ignes ferrumq; peterent: Vos quidem, inquit, macte virtute eſtote, qui primi intellexiſtis quãto majus eſſet faſtidire regnum quã accipere,* &c.

83. PLENA DUCUM.] Magiſtrum Militiæ ſupremum fuiſſe indicat. PLena dicit ſumſiſſe, quia nullum prius gradum iniverit. Sequentia ſanè ſunt ea quæ indicat Scholiaſtes Cujacianus.

84. PRINCEPS MILITIÆ.] Togatam dicit, cujus prius fuerit Princeps. Sed verius eſt de duobus hic ſermonem eſſe Claudiano, Patre nimirum Celerinæ, cum de propagine materna antiquiſſima jam locutus ſit, avoque materno; quorum ille jam ſit dictus militiæ princeps, hic verò jam dicatur Primicerius Notariorum, vel alia talis poteſtas, conſtituta ad Rationes militiæ Romanæ.

85. ALTER CUNCTORUM.] Diſtinguenda hæc iſto modo cenſemus:

cognomina ſumſit
Plena ducum genitor, paullatim vectus ad altum,
Princeps militiæ, qua non illuſtrior extat:
Alter cunctorum tabulas aſſignat honorum.

Interpretatio autem verior modo propoſita, quamque porius affirmemus, hæc ſit Celetinus fuit ille præſtantiſſimus ſtirpis auctor Celerinæ, à matre. Hujus cognomen aſſumſit Pater Celerinæ, utpotè multis præclaris ducibus eodem vocabulo eamdem ſucceſſionem ornantibus. Sic genitor Celerinus dicitur Celerinæ non à ſua ſtirpe, ſed conjugis materna, quæ plena fuit ſcilicet magnorum virorum. Vel & *ſumſit* illud ad Patrem Celerinæ ita pertinet, ut nepoti ex filia maternus avus indiderit, ad memoriam præclarorum majorum ejus nominis. Clarum ex hiſtorijs, ipſiſque titulis à materno genere ſumſiſſe illuſtrium avorum nomina Proceres Romanos. Sic Avidius Caſſius Avidij nomen ab Avidio Severo, avo materno, ſumſit. Vide elegantem diſſertationem nuperrimi Sidoniani Recenſitoris. Poſtremò horum verſuum Stephanum Claverium non ſequar, qui edidit:

Altera

S

Altera cunctorum tabulas aſſignat honorum.

Certiſſimum enim eſt de alio homine loqui Claudianum. Quod cœcntiat qui non videat. Nihil verò veriſimilius quam, ut dixi, de Celerinæ utraque Stirpe ſermocinari, cujus cum matrem ob res geſtas laudare non poſſet, nec id ab eo exſpectaretur, laudat recenſetq; munus & dignitatem avi ejus materni. Sic clara omnia. Libri ſcripti & antiquitus editi noſtri omnes ſervant τὸ *ALTER*, & fefellit Librarios quod commodè id præcedenti verſui adhærere poſſit.

86. NUMEROS.] Militares cohortes. Quas olim cohortes, eo ævo Numeros dici cœptos ſcribit Sozomenus in Hiſtoria Eccleſiaſtica.

88. DEPOSITUM.] Tabulas ita videtur appellare modo dictas, quas apud ærarium, aut Scribam Publicum depoſuerit, vel & alio loco Imperatoriorum theſaurorum. De Scribis ſcriptum aliquid Adverſar. libro L.

93. ELEGIT STILICO.] Evexit ad eas dignitates. Vel certè ut nuptiarum conciliator fuerit Stilico, non ſecus ac Claudiano ſponſam contulit Serena. Docente ipſomet in Elegia ad eam. Quæ doctiſſimus Claverius de adoptione, minus credibilia autumo: Non enim tam paucis illam tangeret Claudianus; & quid opus adoptione, parenti trium Liberorum, quorum marem voluit, ut traditur, etiam Imperio admovere, adeo ejus diligens, pater, fuit. In Heracliano, qui fuerit maritus uxoris ejusdem Stiliconis, manifeſtè conniveri puto, cum non Heraclianum, qui manu ſua Virum Incomparabilem interfecit, ſed Bathanarium ei fœminæ virum faciat Zoſimus, verbis à nobis ad Laudes Serenæ v. CLXXXVI. propoſitis, cujus & dignitatem, præmium parricidij nactus fuerit Heraclianus. Nec verò Nummus ille quo Heraclianus Imperator dicitur neceſſario ad iſtum parricidam pertinet, cum ſub Gallieno eo vocabulo dux alius Imperium affectaris, ut auctor eſt Trebellius Pollio.

96. MARCENTES CUPIO QUASSARE CORONAS.] Hoc enim Hymenæi officium. Martianus Capella, lib IX.

Iam facibus laſſos ſpectans marcentibus ignes,
Inſtaurare jubet tunc Hymenæa Venus.

Sic marcentes faces excutere Hymenæum, jubet Chorus apud Senecam, Medea.

Candida thyrſigeri proles generoſa Lyæi;
Multifidam jam tempus erat ſuccendere pinum.
Excute ſollemnem digitis marcentibus ignem,
Feſta dicax fundat convicia Feſcenninus.

Soboles enim Bacchi Hymenæus. Capella, verſibus ad XXXI. ſuprà poſitis.

99. RESPONSURA CHORIS.] Vario modulamine, quali Conſtant chori.

101. PRÆLISQUE SOLUTÆ.] Haud dubiè vera Lectio. Nobis olim *peplis* viſum, male: licet ita expreſſè habeant membranæ noſtræ. Aldus *populuque* quomodo & Camers. Sed Belgici & Cujaciani Libri Veritatem reſtituerunt. Præla erant in uſu veſtiaria, quibus veſtes ſubditæ coercebantur, ut nitorem formamque ſervarent. Martialis lib. II. Epigramm. XLVI.

Sic tua ſuppoſitis perlucent præla Lucernis,
Sic micat innumeris arcula Syntheſibus.

Ammianus, libro XXVIII. *Deinde cum à Silvani lavacro & Mammææ aquis ventitant ſoſpitalibus, ut quiſquam eorum egreſſus, tenuiſſimis ſe terſerit Linteis, ſolutis preſſoriis veſtes luce nitentes arbitra diligenter explorat.* De nitore Seneca capite I. de Tranquillit. Animi: *Placet non in ambitionem cubile compoſitum, non ex arcula prolata veſtis, non ponderibus aut tormentis ſplendere cogentibus,*

preſſa; ſed domeſtica & vilis. Martialis, lib. XI. Epigr. IX.

Laſſa quod heſterni ſpirant opobalſama Drauci,
Arbore quod verna luxurioſus ager.
De Pallatinis Domina quod ſerica prælis,
Succina virginea quod regelata manu.

Quibus teſtimonijs jam ante nos uſi ſunt doctiſſimi homines, ad locum hunc noſtri, Senecam, quique de Luxu Romanorum Commentati ſunt. Adde nos Advers. lib. XXXII. C. VII.

102. DIONÆÆ] Maternæ: quam mater Diona ipſi neverat. Hoc enim Opificium indicat per maternam telam, exquiſitum, rarum, ſepoſitum, ornatum talibus Nuptijs protuliſſe atq; impendiſſe Venerem ſignificans.

103. JUGA FLORIBUS HALANT.] Omnia Veneris armamenta floribus roſisque ornata dicit, inter ea & currum. Sic Steſichorus de vectura neſcio cujus Regis:

πολλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρρινα φῦλλα, καὶ ῥοδίνους στεφάνους, ἴωντε κορωνίδας οὔλας.

Halare Roſas dicit, ob denſiorem odoris ſpiritum. Sidonius Paneg. Anthemij.

Halant rura roſis, indeſcriptosque per agros
Flagrat odor.

Ennodius, Panegyrico Epiphanij. *interpellata nec ullis Frigoribus marceſcit humus*
Halant rura roſas.

104. COLUMBAS.] Vectura Veneris, Columbæ. Scholiaſtes Apollonij Rhodij, Lib. III. Argonaut.

Ἀπολλόδωρος φησὶν ἐν τῷ περὶ θεῶν, ὅτι ἡ περιστερὰ ἱερὰ Ἀφροδίτης.

Ovidius lib. XV. Metamorph.

Perq; leves auras junctis invecta columbis
Littus adit Laureus.

110. TRUCES.] Satagentes, feſtini, ſerio operi intenti. *Puerilis* impetus innuitur.

112. CONFLIGUNT.] Ludicris pugnis, dum quisque Deæ proximus venire vult.

113. CONSEQUITUR.] Et ipſe pennipotens nempè.

115. IMPUNE CADUNT.] Dum impelluntur, incitatur vis volandi, & ſic impunè cadunt, cum alis excipiantur, & inde melius volent.

120. IPSE PEPERCIT SEIRIUS.] Talia de campis Ennæis in Raptu Proſerpinæ.

122. BALSAMA.] Nuptijs adſueta, more Romano. Appulejus, libro VI. *Nec mora, cum cœna Nuptialis affluens exhibetur: Tunc poculum nectaris Liber miniſtrabat, Vulcanus cœnam coquebat, Hora Roſis & cæteris Floribus purpurabant omnia,* Gratiæ *ſpargebant Balſama, Muſa voce canora perſonabant.* Martianus Capella lib. IX.

123. NILIACVS CORTEX.] Hic nobiliſſimi liquoris proventus. Judæis attribuunt alij, quo ex Aethiopia perveniſſe ſcribit Joſephus, cum Regina nimirum illa nobilis ad Salomonem veniſſet, Archaiol. libro VIII. capite III. Vide eum libro XIV. capite VII. Egeſippum libro I. capite XV. ad Cæſaream, urbem Judææ aut Idumes floruiſſe ſcribit Dracontius, ei rei nobis reſtitutus, lib. IX. cap. VII. In Paradiſo arbuſculas collocat Alcimus Avitus, lib. I. ſed perpetim fluentes.

Illic deſudans fragrantia Balſama ramus,
Perpetuum promit pingui de ſtirpe fluorem.

Ita enim elegantis Poëtæ locus legendus cum vulgò nullius ſit ſententiæ pingui de ſtipite florem: Celebrat enim nativum fluorem, ſine vulnere ſtirpis, cum alioqui cortex teſta incideretur, vide Joſephum, & Tacitum V. Hiſtoriarum. Noſter ungue etiam elici ſuetum indicat.

124. VIRVM.] Ineptè. Scribe *murum* cum Cujacianis Libris. Cupidinem enim & Venerē ſimul extraxiſſe matris gremio puellam indicat. De juvene, quæ ſit Ruſticitas aut ſtoliditas?

124. FLENTEM.] Metu primi vulneris, & amore virginitatis. PLeni libri. Capella lib.IX.

Heſperus intactam ſervet licet uſq; puellam
Nuptam videbis, Phoſphore
Nec matris lacryma, preſſi nec viribus ungues,
Nexus valebunt rumpere.
Ne thalamos metuas, eris hoc quod Iuno Tonanti,
Qua nunc ſorore dulcior.

Quibus iucundis verſiculis mendoſa eſt vox *matris*. Puellæ enim ipſius perſona ſcribitur, eamque alloquitur Muſa. Lege *Nec jam ar-ctos lacryma* Poemata omnia ejus auctoris, qui medio ævo Seholis tritus, perditè corrupta ſunt.

127. FLAVIS CRINIBUS ISTRUM] Flava comas, ut Biſſala Auſoniana, indidem & ipſa petita. Notabamus ubertim alibi.

128. DEXTRAM VIRI DEXTRAMQVE PVELLÆ.] Pronubarum Officio. Feſcennina III. Stilieoni Pronubo ſive patarario idem datur:

Tractus ab aula rurſus ad aulam
Redeat ſanguis patru Officiis,
Iunge potens pignora dextra.

Sic Trebellius Pollio ſeribit Gallienum tenentem manus ſponſi & ſponſæ inter centum Poetas illud nobiliſſimum Epithalamium recitaſſe. In eo fuere hi verſus.

Ite agite, ô pueri, pariter ſudate medullis
Omnibus intra vos, non murmura veſtra Columbæ,
Brachia non edera vincant, non oſcula concha.

129. TRADIT.] Mutuo iunctis alternas manus. Tradere, abſolutè, cedere cum omni re & jure. Martialis.

Solus Iuleas cum jam retineret habenas
Tradidit, inque ſuo proximus orbe fuit.

130. VIVITE CONCORDES.] Votum novis Nuptis primo loco debitum. Vnde Concordia Nuptiarum Matrimoniorumque præſes. Sic imperat illi Venus Nuptijs Honorij.

Tu feſtas, Hymenae, faces; tu, Gratia, flores,
Elige; tu geminas, Concordia necte Coronas.

Papinius Epithalamio Stellæ & Violantillæ.

dat Iuno verenda
Vincula, & inſigni geminat Concordia tæda.

130. NOSTRVM MVNVS.] Concubitum. Ἔργα κυθηρείης. Simonides. ὁμῶς περὶ ἔργον Ἀφροδίσιον ἔλθονθ' ἑταῖρον ἐν-λινῶν ἐδέξατο. Sic Nonnus Dionyſ.XXXIV. Solon Elegiis. Theocritus Epigrammatis. Muſonius apud Stobæum. Serm.LXV. Proclus Hymnis. Orpheus Argonaut. Sic ἔργα γυναικῶν, συνουσίαν vocant Stato & Lucillius lib II. Antholog. Epigr. Longus, Paſtoral IV. Lucianus Dea Syr. Opus muliebre Petronius Satirico.

132. VIRTVTE PATERNA.] Maro. *Inſtat vi Patria Pyrrhus* Elegans vero admonitio? nam nimia reluctatio iracundum hominem hic etiam ſu: eret, ut eſt ille in Dialogo Petri Aretini, à nobis Latio transſcripto; ſed tanta vecordia typothetarum correctorumque edito, ut nihil uſpiam viderim vitioſius.

135. SCYTHICAS IRAS.] Velut & has partias dicat à Danubio. De immanitate Scytharum multis Tertullianus, & alij ſcriptorum.

136. ROGAMAS.] Vt eſt venuſta dulciſque rogatio apud PLautum Caſina, Auſonium Centone

Sidera blandite dominam venerata ſereno,
Ipſa levi reſidens curru, mitiſſima Divum,
Ventilat afflatu cœlum Zephyriſque remiſſis
Mulcet agros, lenique aſtris adremigat aura.
Protinus ut liquidum Phœbi jubar ore recuſſit,
Progreſſamque Deam docuere Elementa favendo.
Lydia qui cedente reliquerat arva ſerore
Obvia pampineis Liber rapit agmina thyrſis.
Ditia Pactoli ſuperat Peneius amnis
Munera, clarus aquis nitidum ſtagnantibus aurum.
Exſultant Dryadum faciles deliria Fauni;
Et Satyri, ſub utroque Deo premtiſſima pubes.
Corniger hos ſtimulis implet puer, ethera clanger
Verberat, & crotalis reſponſant tympana pulſu.
Ecçe pater, pando recubãs, Silenus, aſello
Cui lacer a ſummo pendebat cantarus armo,
Vina per os, hirtaque fluunt compendia barba.
E numero comitum Veneris veſtigat, & olim
Captus Amore petit feſtina, Chlorida, vato.
Nymfa retrocedens dum ſpes alit, inque furentem
Blanda micans oculis, refugit pede, Libera luſu
Turba favet, totoque fremit Petulantia cœtu.
Hic ſubito volitans ſparſas rumore per umbras.
Fama movet mentes, incertaque murmura portat,
Orta dehinc large narratur fabula motu.
Nec videt auctorem, ſed ſentit quiſque refertque
Atque audiſſe putat, nec primus in agmine tote eſt.
Mane ſub Eco, dum diva caſtra moventur.
Elapſum pennis, & in obſervata ferentem
Per liquidas Hymenæum auras, veſtigia Roma
Advertiſſe pedem, ſubitoque redire tumultu.
Ipſe aderat, pompamque trahens, victoſq; jugali
Quos in conſulta conjunxerat arte, Diona,
Auſpiciam juvenem, atque æquæva pectus Aella.
Illos prima patrum, generoſa ſtirpis alumno,
Nobilstas tota pridem celebraverat urbe,
Et ſpecies, morumque Opulentia comta nitore,
Nec ſemel Arcitenens tentarat ſpicula caſtis
Indere pectoribus, matris molimine magno.
Olli florebant ſtudiis Helicone potito,
Nec chorus Aonidum, nec ſancta Palladis ardor,
Nec Pater ipſe jugi cuiquam majere ſavebat
Ingenio; par cura animo; Labor otia neſcit
Improbus, atque alijs urit præcordia flammis
Gloria, ab excelſa Laus intemerabilis Arce,
Monſtrat iter, quo celſa petunt faſtigia rerum
Semideæ mentes, puro ſtirpis proſata cœlo.
At teneros ævi, nec adhuc puersle ſonantes,

A

A primis fauſto ſociarant omine cunis
Sellicitì longa de poſteritate, parentes.
Hinc puer eluſa juga Calliopeius illu
Nexuerat Domina, lætamque ferebat ad Aulam
Luctantes rapiens iuvenes, immane tropæum.
Indignata tamen riſit Dea, nec tibi tantum
Sæpè licere velit, nimium ſtudioſe pudoris,
Maternos nimium, puer, amplexate rigores.
Protinus inſtaurant pompa genialis honorem
Deflectuntque viam, pelagoq; advertere certant
Ales at è medio revolans, Concordia, cœtu
Iungere nunc dextras, nunc oſcula pangere mandat,
Primaque perpetuis myſteria tradere curis.
Ipſa pharetratos urget Dea Pronuba fratres
Sancta Fides, flectant choreas ad mœnia Romæ
Et Patrios læto repetant rumore penates,
Vnde ante ora ſuorum: & avita in ſedibus aulæ
Teſtentur fixum fœdus, thalamumque coronent. **

Hactenus ſchedæ veteres, quibus, pagina una interioris, inſunt alia deinceps, minimè ad hunc Apollinem facientia; potius ad Marcelli illum, experientia ſola, uluq; uno magiſtro medicamenta membrorum docentis.

CASP.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAUDIANI, IN TERTIUM CONSULATUM HONORII AUGUSTI, PANEGYRICUM,

Animadverſiones.

VUlgarium Poetarum, & quorum ſpiritus non acceſſerunt afflatus illi de puriotibus ætheris flammis, mos eſt captare Nominum alluſiones, & exinde, vel omina vel Encomia Heroibus nectere, aut à pariter cadentibus ſyllabis elegantiam ſcribendi affectare. At Claudianum noſtrum utroque eo nomine majorem & Vanitate vulgari; & Græca etiam levitate, aut licentia, graviorem pono, quod in univerſum talia legitimæ Poeſeos detrimenta ſpreverit, cum alio omni faſtu & ineptia; nec in univerſum Honòrij nomen umquam alluſerit, quod cum ſummam dignitatem, Auguſtum faſtigium ipſo vocabulo gerat, numquam tamen ullam ſui alluſionem generoſo viro expreſſit. Pari modo neque ullo umquā loco conſonis ſyllabis cadentium ſententiarum aut verborum temeravit generoſam orationem, qua peſte mox inſecuta tempora Eloquentiam Romanam miſere deturparunt. Sidonium vide, preſſis veſtigijs noſtrum inſectantem, qui tantopere hoc delirio captus eſt tamque ineptæ ſtultitiæ ingenium capitale ſubmiſit, ut nullam ferè paginam facete norit ſine argutis illis vocum affectatorum colluſionibus: Cujus exemplar inſecuta ſequentia ingenia omnem eloquentię curſum in fanaticos rythmos confregerūt, multa paucis includentes, & conſonis commariorum clauſulis harmonicum di. endi genus conſectantes. Quod ſcribendi genus ſolitarios poſtea homines indeptum, qui querqueram argutiam de vita in ſtilum contulerunt, tantas radices egit, ut me proſa oratio multis ulla ſeculis ſine rythmo ſcriberetur, & verſus ipſi novas acciperent leges, metra ipſa coſonantiunculis illis inequirantibus, novamque laudem in difficultate correſpondentium voculatum quærentibus, male feriatis nugonibus. Sic neque carmen ſine rythmo duplici, neque ſoluta Eloquentia ſine metro jam placebat, barbarie omnia vaſtante moribus & legibus ſuarum Linguarum. In quas videlicet Proſodia nulla cadebat. Vix tamdem optimè & animati & eruditi viri Franciſci Pettarchæ, aut paullò ſuperiori, ætate veram viam recolere inſtiterunt, quorum judicio conatuque pædor ille, argutiæq; clauſtrales tamdem faceſſere juſſæ, genuinæ Eloquentiæ viam recluſerunt, Linguæque Romanæ & æſtimatio & imitatio vera reflo-reſcere cœpit. Tam altè tamen Cacoethes illud inſedit, ut poſt intervalla aliquot ſeculorum pędorem animis non potuerint exc urere

hominès etiam docti, quin vitioſam corruptamque orationem recolerent, & magnum aliquid ſibi parare viſi, rumperēt denuò ſimplicitatem antiquam, novam de veteri jam ſtultitia ſectam facientes, qua ſeria, elegans, cordataque alioquin, dictio, puerilibus alluſionibus, & ſyllabarum æquo ſono cadentium affectatiunculis, conſtupraretur. Sed hæc alterius ſunt loci. De Veterum decorum decrementis quod dixi, exemplum dabit collata Claudij noſtri Sidoniana Poeſis, cujus ſi unicam modo pagellam excuſſeris, videbis quam futili judicio ingenium ſuum capitale ſubmiſerit. Et quanto ſaltu quantillo tempore nativa vis Eloquentiæ veteræ ſit peſſum acta. Ecce initio Panegyrici Anthemiani. *Cōſul vetus ac ſine Faſtis Scribere bis Faſtis* Quam ineptè, & ratione repugnante *Faſtus* hic *Faſtis* præponitur; Quid enim majori, ſummæque dignitati magis incongruum adverſumque, quam exminoris aſcitu ſuperbiam, aut, qui, ſtolidior eſt, faſtum ſumere? Sic in ipſa fronte Poematum captatori rythmorum contingit, dum ſyllabas aucupatur, deliquium rationis pati. Non ſtetit autem hoc faſtu, ſed, ut tamdem omnem aleam vinceret, *Faſtigati* ſtatim geniatam ſcilicet vocem aſcivit, ſequique juſſit *quamquam diademate crinem Faſtigatus eas* Procul dubio illo judicij deliquio occæcatus nec Solæciſmum hic vidit optimus vatum. *Faſtigiatum* enim Latinitas dicat, vix umquam à faſtigio faſtigatum Duraq; omnino ex ſe ſcriptio eſt *crinem faſtigiatus diademate:* Velut *Imperiatus*, aut *Regificatus* dicas, id enim volunt *faſtigii* voce, pleriq; hoc genus ſcriptores. Non excutiemus attentius cætera. Verſu LIV. ineptit iterum ſolidè *In tua lucra feris exarmat guttur alumnus Vt pandum dependat ebur* Nullum non epitheton aptius ebori dediſſet, quam quod *pandum* dixit, ſed faſcinum conſonantis ſyllabæ excutere non poterat. Nihil ineptius verſu CXLVII. *frendens cum bellua ferrum Ferret, & intratos exirent arma per armos.* Quam hæc infrà omnem ſeriam lectoris exſpectationem ſunt! Amplius enim quam ferebat ferrum belluæ, quod ſine vulnere melius feciſſet. Arma non exibant per armos, ſed tela, alioquin & clypei & galeæ idem potuiſſent. Ineptiſſima res judicium ingeniumque ſubmittere talibus delitijs, modo corruptis auribus rythmi blandiantur. Numquam cordatus homo ſine indignatione leget quod v. CCXVIII Egregiū Politicum locum conſpurcavit, dum alluſionem litterularum præponit capitali rei explicandæ. *Non generum legit Reſpublica, ſed generoſum* Quid enim ſi ſocer fuiſſet, non generi? An non generoſum ita tum potius legiſſet, nō enim Reſpublica tum habuiſſet, quam ſequeretur, colluſionem litterarum, ad dignitatem hominis perſpiciundam? Nihil ſtultius dici poterat. Et generoſus inſuper genero contraponitur: Alia ſeptem octo, loca ejuſdem generoſitatis eidem Carmini inſunt; hæc nobis propoſita ut quam à Claudiani ævo mox omnia degenerarint, Lector coram contueri facilius poſſet. Hinc enati ſunt qui Hexametros duobus primum mox pluribus rythmis adeo inceſtarunt, ut nullus finis fuerit ſcabioſæ Barbariæ, verſificatorum Lerna aliis ſeculis alia ſuperare vecordia contendente, donec tota Heroa Poeſis peſſum concidit. Fuerunt in his tamen nec indigni aliqua laude, quos eruditio ingeniumque rythmis doctrinam Lectionemq; veterem aſpergere voluit, ut eſt *Bernardus Morlanenſis.* Satyricus ſcriptor, quo pari opere nemo melioris ævi diſertius ſcripſiſſet, ſi phraſin barbaries & ſcabies iſta non teneret: Nec primus tamen iſte ita evolavit, ſed *Petrus quidam Monachus* ante ambivit eamdem palmam, ut videre eſt apud Gulielmum Malmesburienſem lib. II. de Geſtis Pontificum Angliæ, & nos prolixè alibi exigimus. Sunt nonnulla, & quidem plura forte quam vulgo ſciatur, Nicolai Clemangij, ejuſdē generis. Nunc ſatis ſit aliorum vitia demonſtrando Claudiani virtutes feciſſe illuſtriores. Vitia dico, veræ Eloquentiæ ratione, inter hæc enim & Quintiliano recenſetur quicquid ab appellatione hominis æſtimationi

mationi

mationi ejus tribuitur, quo de genere ineptiendi hanc diatriben ſumus exorſi, cum enim de Polynice loquitur Etheocles apud Euripidem. Phœniſſis, huncin modum.

> ἔξελθ' ἐκ χώρας, ἀληθῶς δ' ὄνομα
> Πολυνείκης πατὴρ
> Ἔθετό σοι, θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον.

Marcus Fabius frigidum hoc ſchema eſſe aſſerit ad mores à vocabulo dehoneſtandos venire, quem male exempl s Aeſchyli, Sophoclis ejuſdemque Euripidis, confutare nititur P. Victorius, Variar. lib. XXXVI. cap XXIV. Nam peccantium multitudo non excuſat errorem, ſed de morbo potius contagionem facit. Parem nævum notamus in Libanio, qui de Conſtantio ſcribit in Baſilico: καὶ τὸ τῆς στρατηγείας οἰκεῖον ἐπὶ τὴν τῶν πράξεων ὁμοιότητα διεβίβασε. Vt Infinitos alios nunc taceam. Magis magnanimiter Poetæ Latini, ut noſtrum denuò non nominem, Maro, Ovidius, Horatius, Papinius, Valerius Flaccus, Martialis, Silius Italicus, Manilius, qui cum à nominum etiam æſtimatione commendare poſſent Auguſtum, Catonem, Pompejum, Scipionem, Domitianum, Nervam, plebeio tamen hoc ſchemate conſulto conſenſu abſtinuerunt. Etiam Auſonius, cui, ſatis alioquin ſæpè Grammatico, nihil excidit quod Valentinianum, Gratianum, Theodoſium, hinc laudare ambiret. Sequens ætas abjecit animum, ut Sidonius, Ennodius, Corippus, Fortunatus, & ingens vis aliorum commonſtrat, quos ſequiarum gentium ſecuti alij, etiam etyma in ſeria Poeſi vocabulorum ſcrutati ſunt, ut in Guntero, Gulielmo Britone, Joſepho Devonio, alijs. videmus. Honorij autem nomen vetus in familia Theodoſij, utpote Patris ejus, ut ſuprà doctum. Sed & ante in Valentiniani cognatione. Suida. Ὀνωρία, ἀδελφὴ Οὐαλεντινιανοῦ, ἥτις καὶ αὐτὴ τῶν βασιλικῶν εἴχετο σκήπτρων. Quod vero ſigillatim tam Honorij quam aliorum Heroum ævi ſui conſulatus celebrat Claudianus, cum ſine collegis tum non fuerint, aut rariſſimi, ea cauſſa fuiſſe videtur, quod, à gravitate Romana cedentibus, moribus Orientis fuerit iniquior quam defendere & exornare in ſuis ſtuduit maximopere, quantum ad eos pertinebat. Nam paria iſta diſtributa erant, ut alter Conſulum Orientalis Imperij munia, alter ſuſtineret Occidentalis. Tiro Proſper in Chronico: *Varane, Viro Cl. Conſule, Roma à Gothis, Alarico duce capta, & ob hoc ſolus fuit Orientalium partium Conſul, quod & ſequenti anno obſervatum eſt.* Sic Conſules fuerunt in Oriente Eutropius Eunuchus, in Occidente Manlius Theodorus, quo tempore noſter hujus laudes, illius vituperia dececinit. Arcadiũ ergo conſulto conſilio non laudavit cum Honorio ſuo Claudianus iſthic, quem Conſulem tertio hujus fuiſſe in Oriente conſentiunt Marcellinus Comes Caſſiodorus, Idatius, cujus Aula Imperiique ordo longè erat infrà Occidentis mores, Stilicone priſca virtute hanc Partem moderante. Auguſtorum verò Encomia Conſulatibus eorum ſcribere nota res ex antiquo more ſcriptorum, uti Plinius Panegyrico, alijque uberrimi conteſtantur. Ipſi Conſules antiquitus, Honoris ingreſſu, Principum laudes decantabant. Auctor Panegyrici in Piſonem.

> *Quis dignè referat, qualis tibi Luce ſub illa*
> *Gloria contigerit; qua tu, reticente Senatu,*
> *Cum tua biſſenos numeraret purpura faſces,*
> *Cæſareum grato cecinisti pectore Numen?*

Conſulatum ingredientibus porro Rhetores ſolebant laudum Panegyricos decantare, ut colligimus ex Auguſtino lib. III. Contrà Petilianum, cap. XXV. Idque eo ævo Mediolani potiſſimum in Occidente, qua civitate & noſtra ſuos recitavit. Verba Auguſtini: *Cum ego Mediolanum ante Bautonem Conſulem venerim, eique Kalendis Ianuarijs Laudem, in conventu conſpectuque hominum, pro mea tunc*

Rhetorica profeſſione recitaverim,&c. Præfationes ante opera recitatas olim etiam, docent nos PLinii Epiſtolæ, lib.I. Epiſtola XIII. Iis tractata ζητήματα quædam colligas ex Quintiliano, lib.VIII.cap.III. Locos communes, eodem Plinio, lib.IV. Epiſt. XI. Vbi ſe Licinianum exſulem præfationibus de Fortuna vindicare dicit. Noſter nullam ſine ſuavi quadam inductione auditorum cecinit.

Ad Præfationem.

V.1. PARVOS NON AQUILIS.] Concinniorem futurum verſum jam olim rati ſumus, ſi legeretur *Non fas eſt Aquilis parvos educere fœtus* Quod ut verum eſt, ita contrà omnes tamen libros nihil mutamus. Peccarunt ſanè, cur enim diffiteamur? hoc modò multi optimi Poetæ, (ut docemus Analectis Poeticæ Veteris) quos nemo mutaverit pariter. Ipſum hoc Epigramma, ut alia, imitatus eſt, expreſſitque Ennodius, Carmine. CL. Cujus de more contorta ſenſu & verbis carmina ſic ſonant:

Vt valeant Aquilæ formatos prodere fœtus
Vitalis tenerum frangit tepor inſitus ovum,
Tunc pius arctatam lacerat pater impiger ædem.
Vt pariat rurſus ſtudio, quos ediditalvo.
Mox generis teſtem Phœbum ciet, arbiter idem
Invenit internam, rimatque lumine, Lucem.
Non aliter celſo pueros de ſtemmate cretos
Doctrina radiis opponit cura parentis.
Quam benè flammarum conſtanter, reſpice, bella
Excipiunt teneri, vincentes fulgura viſu.

Res ab Aquilis ad alia transfertur. Sic acutiores ingenij, ut ea avis, contento viſu inſpicit Solem, abdita rerum, alijs in conſpicua, penetrant, ut auctor Joannes Patriarcha Conſtantinopolitanus Vita Joannis Damaſceni, &c.

FAS EST EDUCERE FOETUS.] De ſolemni hoc Aquilarum ſive fabula ſive facinore perhibent teſtimonium non uni ſcriptores. Iulianus Imperator, Epiſt. XVI.

ὁ μὲν μῦθος ποιεῖ τὸν αἐτὸν, ἐπειδὰν τὰ γνήσια τῶν κυημάτων βασανίζῃ, φέρειν ἀπτῆλα πρὸς τὸν αἰθέρα, καὶ ταῖς ἡλίου προσάγειν ἀκτῖσιν, ὥσπερ ὑπὸ μάρτυρι τῷ θεῷ, πατέρα τε ἀληθῶς νεοττοῦ γινόμενον, καὶ νόθου γονῆς ἀλλοτριούμενον. Silius Italicus, lib X.

Armiger haud aliter magni Iovis, anxia nido,
Quum dignos nutrit geſtanda ad fulmina fœtus,
Obverſam ſpectans ora ad Phaetontia prolem.
Explorat dubios Phœbea lampade natos.

Antigonus cap.LII. Admirand.

ὁ Ἀριστοτέλης φησὶν τὸν αἐτὸν ἐπαναγκάζειν τὰ τέκνα, ἔτι ψιλὰ ὄντα, πρὸς τὸν ἥλιον βλέπειν, τὸ δὲ δακρῦον αὐτῶν καὶ μὴ θέλον αὐτοφθαλμεῖν, ἀποκτείνειν.

Scholiaſtes Homeri in Iliadem P.

Ἀριστοτέλης φησὶ ὡς ἴσασιν τοὺς νεοσσοὺς πρὸς τὸν ἥλιον ἀναγκάζειν βλέπειν. καὶ ὁ δυνηθεὶς ἱερὸς τοῦ ἀετοῦ ἐστὶν υἱὸς, ὁ δὲ μὴ ἐκβέβληται. καὶ γίγνεται ἁλιαιετός. Ecphantes Pythagoricus apud Stobæum. Serm. XLVI. Lucianus Icaromenippo: ὥστε μόνον αὐτὸν δέδορκε τῷ ἡλίῳ, καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ βασιλεὺς, καὶ γνήσιος αἰετὸς, ἢν ἀσκαρδαμυκτὶ πρὸς τὰς ἀκτῖνας βλέπῃ. Idem Piſcatore. ὁ δὲ ἔλεγχος τοῖος δὲ ἔσω, οἷος ὁ τῶν ἀετῶν πρὸς τὸν ἥλιον εἶναι λέγεται.

Ariſtotelis locus, Antigono Scholiaſtæ indicatus, eſt Hiſtor. Animal. lib.IX. cap.XXXIV. Vbi marinam tamen Aquilam ſolam hoc facere memorat.

ὁ δὲ ἀετὸς ὀξυωπέστατός μὲν ἐστι καὶ τὰ τέκνα ἀναγκάζει ἔτι φιλὰ ὄντα πρὸς τὸν ἥλιον βλέπειν, καὶ τὸν μὴ βουλόμενον κόπτει, καὶ στρέφει, καὶ ὁπότερου ἂν ἔμπροσθεν οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύσωσιν, τοῦτον ἀποκτείνει, τὸν δὲ ἕτερον ἐκτρέφει.

Quibus verbis ineſt tota hæc Claudiani hiſtoria, quam ex Silianis modo productis, & his Lucani, de lib. IX. extudiſſe videtur:

> *Vegetoris volucer calidæ cum protulit ovo*
> *Impluves natos Solis convertit ad ortus,*
> *Qui potuere pati radios, & lumine recto*
> *Suſtinuere diem, cœli ſervantur in uſus,*
> *Qui Phœbo ceſſere, jacent.*

Auguſtinus, de Geſtis Pelagij, cap. VI. *Non enim ſi quiſquam, verbi gratia, dixerit aquilarum pullos, paterno ungue ſuſpenſos, & radijs Solis oblatos, ſi oculis palpitaverint, tamquam adulterinos in terram, luce quodammodo convincente, dimitti, ſi fortè hoc falſum eſt, hæreticus judicandus eſt.* Suavibus verbis Ælianus lib. II. Animal. cap. XXVI.

Βάσανος δὲ οἱ τῶν νεοττῶν τῶν γνησίων ἐκείνη ἐστίν, ἀντίους τῇ αὐγῇ τοῦ ἡλίου ἵστησιν αὐτοὺς, ἀργοὺς ἔτι καὶ ἀπτῆνας, καὶ ἐὰν μὲν σκαρδαμύξῃ τις τὴν ἀκμὴν τῆς ἀκτῖνος δυσωπούμενος, ἐξεώσθη τῆς καλιᾶς, καὶ ἀπεκρίθη τῆς δε τῆς ἑστίας, ἐὰν δὲ ἀντιβλέψῃ καὶ μάλα ἀτρέπτως, ἀμείνων ἐστὶν ὑπονοίας, καὶ τοῖς γνησίοις ἐγγέγραπται, ἐπεὶ αὐτῷ πῦρ τὸ οὐράνιον ἡ τοῦ γένους ἀδέκαστός τε καὶ ἀγέραστος ἀληθῶς ἐγγραφή ἐστι.

Elephantus Pythagoricus apud Stobæum, Serm. XLVI. Sive Admonitionibus de Regno. Ambroſius lib. V. Hexaem. cap. XIIX. *Aſſeritur quod aquila pullos ſuos radijs Solis objiciat, atq; in aeris medio pio parvulos ungue ſuſpendat, ne ſi quis repercuſſus Solis lumine intrepidam oculorum aciem inoffenſo intuendi vigore ſervaverit, is probatur quod veritatem naturæ ſinceri obtutus conſtantia demonſtraverit, ſin vero lumina ſua, præſtrictus radio Solis inflexerit, quaſi degener, & tanto indignus parente, rejicitur; nec æſtimatur dignus educatione, qui fuit indignus ſuſceptione.* Philes de Animantibus:

> Ὁ στοὺς νεοττοὺς ὄντας ἀπτῆνας πέως
> Ἐπὶ ξένην βάσανον ὡς νόθους ἄγων,
> ποιεῖν δικαστὴν πρακτικὸν τὸν φωσφόρον.
> ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπων,
> τῶν φιλτάτων τίς ἐστι, καὶ τῶν ἐγκείτων,
> Ὀφθεὶς γε καθαρὸς δυσγενοῦς ὑποψίας.
> Ὁ δ' αὖ πρὸς αὐτὸν σκαρδαμύξας εὐθέως
> Ἀλλοτρίου τόκος τ' εὑρέθη σπέρματος,
> Καὶ τῆς καλιᾶς δυστυχῶς ἀπεκρίθη.

Rudolphus Ardentius Homil. LXXXIV. in Evang. *Aquila pullos ſuos opponit radiis Solis. Et pullum qui radium Solis more patris, immoto lumine cernit, tamquam proprium diligit, Illum vero qui hoc non facit, tanquam degenerem abjicit.* Plinius deniq; lib. XIII. cap. XXII. & alibi.

Perſpicaciam Aquilæ ſingularem celebrant, Appulejus Floridis, Higinus Poëtico Aſtronomico, alij infiniti. Mirum, ſi verum, quod tradit Arator. Poëta Chriſtianorum non poſtremus, lib. II. Hiſtor. Apoſtol. Cujus ſunt hæc verba:

> *nam debilis ævo*
> *Et declinatis ſenior jam viſibus ales,*
> *Flammivome ſub Sole jacet; pennaſque gravatas*

Ejus in igne fovet, nocturnaque lumina pandit,
Atq; oculos radiis ardentibus ingerit ægros:
Ad veterem reditura diem ſic dona caloris
Languida ſumit avis, cujus de fomite vires
Accipit, & priſci reparat diſpendia ſecli.
Cui, ne ſola forent quæ fervidus ingerit æſtus,
Per laticum purganda vadum ter mergitur undis
Et ſenium deponit aquis, juvenemque vigoris
Effigiem de fonte levat.

Verſus non contemnendi, hiſtoria, non temerè obvia, licet inverſo ordine, repetitur ab Aldhelmo, ſive Adelhelmo potius, in Aenigmatis:

Corpora dum ſenio corrumpit feſſa ſenectus
Fontibus in liquidis mergentis membra madeſcunt,
Poſt hæc reſtauror præclaro lumine Phœbi.

Uterq; hauſit ex Hieronymo (is enim eſt) Epiſt. ad Præſidium, quam illi vulgò abjudicát: *Aquila*, inquit, *quando ſenuerit, gravantur ipſius pennæ & oculi* (L. ipſi os p. & oculi) *quæritque fontem, & erigit pennas, & colligit ſe in calorem, & ſic ejus oculi ſanantur, & in fontem ſe ter mergit, & ita ad juventutem redit.* Eſt is ſcriptor Hieronymus; ſed mirificè interpolatus.

Magis mira exſtat in Paullini his dulciſſimis verſibus.

Ut pullus Aquilæ dicitur repaſcere
Cura parentes mutua,
Quos vis ſenectæ rurſus implumes facit,
Nidoq; paſcendos refert.
Donec replumi veſtiantur corpore
Pennisq; floreſcant novis.
Verſi viciſſim, more Naturæ novo,
Sunt filiis, pulli ſenes.
At cum veterno defecata fecerit
Novos, juventa, præpetes,
Deſueta longo remigia pennarum ſenio
Natis magiſtris incoant.
Miſtiq; pullis convolant altoribus
Leni per auras impetu.
Liquidum ſereno tractibus lentis iter
Secare ſublimi juvat.
Placideq; ſudum ventilantes aerem
Ala pares immobili
Dum ſe ſequuntur & viciſſim præeunt,
Serto coronant circulo.

V. 1. NON AQUILIS.] Noſter liber *Nunc Aquilis* Corruptiſſimè. Niſi ſi numquam inſuiſſe dicas antiquiſſimo alicui Archetypo.

V. 1. EDUCERE.] Educare. Sic non ſemel Cicero. Terentius Adelphis:

Eduxi à parvulo, habui, amavi pro meo.

2. FIDEM.] In re inanima, Sæpius alibi. In Raptu, *Scit nivibus ſervare fidem.*

3. EXCUSSO SALIIT.] Non enim uſu aut tempore opus habet ut ſalire diſcat.

CUM GERMINE.] Statim ut prodeunt, ovo rupto. Lucanus, lib IX,

Iovis Volucer, calido cum protulit ovo
Implumes natos, Phœbi convertit ad ortus.

4. HIULCA TEPOR.] De eadem re iisdem verbis Dracontius Hexaemero.

molli dureſcunt ova tepore,
Pennantur tunc membra, globis animataq; anhelant,
Rumpuntur confracta ſonant, nutrita volatus
Tentant, & rudibus librantur in aera pennis.

4. HIULCA.] Semiaperta, ſciſſa. *Hiulcare*, ſcindere, Catullo:

Dulce viatori laſſo in ſudore levamen,
Cũ gravis exuſtos æſtus hiulcat agros.

5. IM-

7. IMPLUMES NIDOS.] Omnes ſcripti Codices, cum Scaligero, Camerte. Aldo ſervant hanc Lectionem, quam & nos tuemur contrà Claverium *natos* ſubſtituentem. *Nidi*, ſunt avium pulli, Poëtarum uſu. Julius Montanus apud Senecam. Epiſt. CXXIII.

Iam triſtis hirundo
Argutis reditura cibos immittere nidis
Incipit, & molli partites ore miniſtrat.

Non enim nidi loquaces, ſed in ijs pulli. Propertius lib. IV. El. V. de Lena Venefica.

Illa velit, poterit Magnes non ducere ferrum,
Et volucris nidis eſſe noverca ſuis.

Virgilius, Georg. IV. de Apibus & Hirundinibus:

Omnia nam latè vaſtant, ipſasque volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus eſcam.

8. NATVRAM VIRES.] Cum eadem ferè res ſit, Præcipuè Poetis, Ingenium cum Natura, & ſæpius noſtro iſti, probabilior mihi ſcriptorum exemplarium lectio *Naturum, Vires. Ingeniumque* Sic Quinque libri Belgæ, Noſter, Scaliger. Contra Claverius. Aldus, Camers, nec tamen pugna res indiget.

9. DEGENER ET REFUGO.] Duo libri Belgæ *Degeneres* Tres indidem *Degenerem* Nos priori lectioni cum Noſtro Codice, Scaligero, Aldinis, & Camerte, accedimus *Degeneres viſus* genero tati & facilitati Claudiani apprimè conveniunt, alterum vulgi & concisius & indiſertum eſt.

10. IRA PATERNA] Occidi à Patre, ſcribit Ariſtoteles, à quo omnis Poſteritas non obſcurè transduxit hiſtoriam hanc.

11. EXPLORATORES IGNES.] Ab ignis natura exigente omnia. Sic Exploratores foci Martialis lib. VIII. Epiſt. L. Et notavit ibi D. Heraldus.

12. SUSTINUITQUE ACIE.] Res nota ex ſuperius adſcriptis auctorum verbis. Philoſophorum autem prudentiores hoc exemplo non quælibet ingenia, aut quoslibet homines inſtitutioni aut diſciplinæ ſuæ admittebant, ſed quorum animos velut per corporum habitudines exploraverant, ſecus quam noſtris moribus multis in locis fit, ubi quilibet puer, cuilibet ſtudio ingeritur, apto ineptove ingenio, De Pythagora, omnium, Veritate luce non illuſtratorum, principe: Porphyrius in Vita:

τον δ' Ἀσραῖον τῷ πυθαγόρᾳ χαρίζεται Μνήσαρχος, ὁ δὲ λαβὼν, φυσιογνωμονήσας, καὶ τὰς κινήσεις, καὶ τὰς ἠρεμίας τοῦ σώματος ἐπισημηνάμενος, ἐπαίδευε. Ταύτην γὰρ ἠκρίβου πρῶτος τὴν περὶ ἀνθρώπων ἐπιστήμην, ὁποῖός τις τὴν φύσιν ἕκαστος, ἐκμανθάνων, καὶ οὔτ' ἂν φίλον, οὔτε γνώριμον ἐποιήσατο οὐδένα, πρὶν πρότερον φυσιογνωμονῆσαι τὸν ἄνδρα, ὁποῖός τίς ἐστιν.

Et valdè fallet aut primi repertores fabellam hanc hoc fine in vulgus exſperſerunt. Pro vera enim re numquam ſerio habitam vel Auguſtini modo poſita verba convincant.

ACIE NOBILIORE.] Contemtrice periculorum. Nobilitas animi & corporis in Contemtu & ſuperatione diſcriminum. Quo ſpectat illud vulgatum nobilitas ſola eſt atque unica virtus. Seneca Hercule Furente:

nobiles non ſunt mihi,
Avi, non altis inclutum titulis genus.
Sed clara virtus.

Quæ videlicet omnium illorum pretium ſuſtinet. Aſtydamantis egregia eſt ſententia, genus viro egregium tribuere ſi ſit optimis moribus, hunc nobilitatis honorem mereri Diogenes Cynicus interrogatus, qui inter mortales Nobiles eſſent habendi, Contemtores dixit Fortunæ, Opum, Voluptatum, Gloriæ, & vitæ. Sed nos parum congruo loco philoſophemur, plura hoc genus colligentes.

13. VOLUCRUMQUE POTENS.] Imperator aut Princeps. Maro lib. III.

Dij maris & terræ tempeſtatumque potentes.

Lucanus, lib. IX.

Exemploque carens, & nulli cognitus ævo

Luctus erat, mortem populos deflere POTENTIS.

Hoc eſt Principis, Regis, aut qui ejus loco fuerit. *Potentia*, Imperium. Victor Philippis: Annos potentiæ quinq; egere. Idem Gallieno: *Huic novem annorum potentia fuit.*

13. GESTURUS SUMMO.] Fulmen Jovi ſceptrum dant Poëtæ, Sceptro geſtatricem Aquilam, ut vis ſuperna & inevitabilis caveretur bonis moribus & factis, gnaris mortalibus atq; edoctis, pœnam atque ultionem ijs adminiſtrati ducibus, qui eſſent omnium acerrimi, ſi qui malis ſe vitijs ſubmiſiſſent. Revera autem conſtat Jovem illum πολύμυθον longè poſt fulmina nota cum omni pompa fictitiæ ſuæ aulę fuiſſe, ut demonſtrat præ cæteris Arnobius, morticinæ Paganorum Dœmonologiæ expugnator verè fulmineus. Jovem pro igne habitum Magis Perſarum, alijsque priſcis Sapientibus, docere te poſſunt Julius Firmicus contra Idololatriam, & Fulgentius Mythologus.

14. PIERIIS TENTATUM SÆPIUS ANTRIS.] In umbra Studiorum Muſicorum, inq; ſpeculationibus Muſicis, carmine clauſis, ingenijque exercendi ergo recitatis: Nunc verò in Lucem ſe Regiam audere prodire dicit, & ipſius Imperatoris auribus probare Muſas ſuas. Integrum jam annum Latinum Apollinem coluerat hæc ſcribēs Claudianus. Probino enim & Olybrio Conſulibus Græcas Camænas Latinis commutaſſe alibi ipſe confitetur, qui fratres Conſulatum geſſerunt anno Tertium Honorij præcedente. Scaliger in priore Editione Manilij *tentata* retenta incluſa, cepit: Sed illo novo intellectu opus non eſt.

15. MAGNA ROMA.] Rerum maxima. Sanè cujus comparatione aliæ omnes civitates fuerint minuta oppida. Maro *Magnæ ſpes altera Romæ.* Papinius. Silv. III. *magnæ tractus imitantia Romæ.* Horatius.

Egreſſum magna me excepit Aricia Roma.

15. SUO DEO.] Roma Cœlum; Cœli Deus, Imperator. Vetuſtiſſimi Regum & Principum qui primum jure Barbaros palantesque, inſtar agreſtium animantium, mortales, moribusq; devinxerunt, ſubque jugum velut Rationis coegerunt, exſules hujus catenus, atque exleges contemtoresque omnis diſciplinæ, uti dicta atq; ſcita ſua penes agreſtes, duroq; velut robore natos, aliquid haberent auctoritatis, nec ſanctiones, cultu uſuque profuturæ, bellvino impetu conculcarentur, neceſſarium habuerunt divinitatis de ſe opinionem induere ferocibus animis, ut ſuperioris & divinæ cujuſpiam Naturæ inſtinctu ordines iſtos regi crederent, paterentur primùm obnuptam in ipſis atque humi depreſſam Rationis vim, erigi, & eventilari, unde poſtmodum ipſi, utilitatis ſuæ conſcij, conſulriq; efficerentur. Nam cum, Xenophonte reſte, ad parendum nullum ſit homine animal ineptius, neceſſe autem fuerit, unius primum aut paucorum conſiliis excitati ja: entes torpentesq; animæ ignes, nequiverunt alio genere promtius efficere Reges illi primi, cœleſtibus excelſisq; mentibus prędiri, & ſpeculationibus dediti, quam uti divinioris Naturæ quamdam in ſe ſubditis fidem facerent. Hinc procul dubio orienda tot numinum millia rudem mundum, & victui ſoli anquirendo deditos mortales tam varijs ſuperſtitionibus opplcverunt. Nepotibus in avita veſtigia ſuccedentibus ſemper, donec extincta tamdem nebula, inter Reges fortes, & Deos immortales homines diſtinguere cœperunt. At poſterior exinde ætas, priorum eorum adorata, vi quadam intrudere ſeſe in divorum ordines inſtitit, ambitione locum Benivolentiæ occupante, tanta temeritate ut vix quisquam fuerit, vel paulū modo feliciorum Regum, qui vel ridentibus populis

pulis noluerit divinitatem ſuam perſuadere, renuentibus vi aſtnq; impingere. Ea ſtoliditas & ſuperbia, priſcæq; Sapientiæ infelix abuſio, ab Aſſyriis ad Perſas, ab Perſis ad Græcos devoluta, per manus tamdem & Imperatorum Romanorum capita ſubivit; quorum ut quisque vecordiſſimus, dum Deus eſſe voluit, humanitatis exiſtimationem palam projicere non dubitavit; etſi non negem inteſfuiſſe qui & bona priſcaq; mente ſic inſanierint, velut prudenter de maximo Principe Diocletiano memorat Aurelius Victor. Primus ſanè Cæſarum vivus vidensq;, & mox periturus, Templum ſuo Numini & Divę Divarum Clementiæ commune exſtrui paſſus eſt, & tantum non palam juſſit, Dione Caſſio teſtificante. Alter & coram in ipſa urbe & in provinciis ſub conſpectu ſuo ſuos ſibi Flamines, ſua Tēpla condi Divinitati ſuæ non eſt indignatus. Caligulam belluarum Belluam, quam Imperatorem humani generis, hominem, tutius appellaſſes, ita Deum ſe planè agebat, etiam voce atq; aſpectu oculorum peſſumdare poſſe contranitentes videri volens, ut ſanè mirabili exemplo Agrippæ Regis Judæorum penè oculis monſtri & verbis interemto teſtatur Philo Legatione ad ipſum, etiam objurgans aliquando Poteſtates cœleſtes auctore Suetonio. De Auguſto palàm ſcribit Propertius: Arma Deus Cæſar dites meditatur ad Indos. De Cæſare, Ordinis Inſtitutore, Strabo, lib. IV.

Βέλγας ἔλεγεν τοὺς λοιποὺς τε τῶν παρωκεανιτῶν, μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ ῥήνου, καὶ ἔνιας τῶν παροικούντων τὸν ῥῆνον καὶ τὰς Ἄλπεις, ὧν δὲ καὶ ὁ θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν διήγηκεν.

Notæ cæterorum Fabulæ Domitiano ſcribit Martialis. *Edictum Domini Deiq; noſtri.* Quod ipſum Propudium primum tales honores ſibi adſciviſſe perperam ſcribunt Eutropius lib. VII. & Jornandes in Originibus Gothorum. Nec pepercerunt ſibi & Poſteritati hac in re etiam Chriſtiani Principes, quorum vel cum primis Magnus Theodoſius Deus in os apertè nuncupatur à Latino Pacato Panegyriſta. Horum ut paganis viciniores omittam, quis ferat Juſtinianum, qui Fidei Chriſtianæ pomeria ſcripſit, nullis non paginis Conſtitutionum ſuarum de Numine ſuo paratragœdiantem? Sed fruſtra hæc vitupe-res quæ omnes ſecuti ſunt, arrogantiæ veteris veſtigia. Fuit mos à tam alta conſuetudine Romanos principes claris verbis Deos dicere, ut clamant omnes Libri, quod excipientes Poëtæ etiam Joves eos appellarunt Oppianus, Cynegetico primo.

Σοί, μάκαρ, ἀείδω, γαίης ἐρικυδὲς ἔρεισμα,
φέγγος ἐνναλίων πλινέεσσιν αἰνεαδάων,
Αὐσονίου ζηνὸς γλυκερὸν θάλος, Ἀντωνῖνε,
Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο δόμνα Σεβήρῳ.

Quomodo Nonnus Dionyſiacis, & multo ante non uno loco Martialis: Quomodo inſanierunt & aliarum gentium adulatores. Georgias Leontinus Perſarum Jovem appellabat Xerxen.

Dionyſius Longinus περὶ ὕψους, cap. II. ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται, γράφοντος Ξέρξης ὁ τῶν περσῶν ζεύς, καὶ Γύπες ἔμψυχοι τάφοι, &c.

Dii promiſcuè aliarum item gentium Principes. Polyænus lib. VII. Strategem.

Ἀντίοχος ὁ προσαγορευθεὶς θεός.

Theophylactus Simocatta Hiſtor. Mautic. lib. VII. cap. IX.

ὁ δὲ τῆς ταυγὰς κλιματάρχης Ταϊσὰν ὀνομάζεται, ὅπερ ὑιὸς θεοῦ ταῖς ἑλληνικαῖς φωναῖς ἐνσημαίνεται.

Sic in Barbararum nationum injuriam accipiebatur ab ipſis Romanos Principes Deorum aliquando vocabulis nuncupatos, ipſo-

rum Reges hominum. Priſcus Rhetor in Legationibus de Attila illo truculento: *Cum autem Bigilas admiraretur qui fieret ut Attillas qui ſibi jampridem, cum Legatus ad illum veniret, comis & perhumanus viſus eſſet, tunc ſe acerbis contumeliis affeciſſet; dixi veriſſime ut aliquis ex Barbaris, qui Serdica nobiſcum epulati erant, Attillam abalienaſſent, & Bigilam, Romanorum Imperatorem, DEUM; Attillam autem hominem appellaſſe, retuliſſent. Attilla autem Deorum Maximus haberi volebat.* Idem Priſcus: *Deinde Caridachum ad ſe vocat, tamquam illi Victoriam, & qua ex Victoria conſecutus fuerat, communicaturus. Sed ille, dolum & inſidias ſuſpicatus, difficile & grave eſſe homini reſpondit in DEI conſpectum venire. Si enim immotis oculis Orbem Solis nemo intueri poſſet, quomodo quis ſine ſenſu doloris cum Deorum maximo congrediatur.* Et Deos ipſos ſeſe timere clamat ad milites ſuos, apud Juvencum Calanum is tyrannorum maximus: *Me Duce pugnate, nihil eſt quod me duce pugnantes vos terreat, Dij vos & me pavent.* Imperatores quidem Romani ſplendorem tantum ſuis rebus addebant, ut cum aliqua procederent Deos ſeſe videre populus, non homines arbitraretur, uti vides in ſermone Militis ad Leonem Principem penes Luitprandum libro I. Hiſtoriar. capite III. Porrò ut Notam iſtam aliqua gemma obſignemus; Pietas, Manſuetudo, Clementia, hæ ſunt virtutes quibus faſtigiis cœleſtibus Reges Principeſque accedunt; hæ ſunt colendæ, exercendæ, fovendæ, iis, qui adſpirant ſuprà humanas res elevari: Quod nimis quam egregiè docet ſuum Principem Orator divinus, Philoſophus ſummus, Themiſtius, Oratione V. *Olim quidem vobis*, inquit, *Imperator, divinitatis appellationem Reipublica conſenſus attribuit; non quod immenſa auri copia veſtra in poteſtate ſit, non quod abundè corona vobis, ac purpurea veſtes ſuppetant; Non quod divitem ex paupere ſubito faciendi magna ſit vobis facultas,* (hæc enim longè cœlo cœlique imagine ſunt inferiora.) *Sed quod unius in Dei principiſque poteſtate ſit, vitam alteri concedere: Siquidem nemo, cum Deum invocat, Victorem aut Triumphatorem, aut Germanicum atque Schyticum, ſed amantem hominum, Pium, atque Servatorem, appellat. Proinde ea tibi amplectenda virtus eſt, ita numquam tete à ſe manus DEI, in qua ſunt Corda Regum, excutiet, quemadmodum Neronem olim & Domitianum, & Severi filium, excuſſit. Hoc ego Tropæum multo Scythico illo celebrius arbitror.* Quo pertinet quod Seneca in Apocolocyntoſi breviſſimè ait omnia complexus: *Principes Pietate & Iuſtitia Dii fiunt.* Principes divina conſtitutione venerabiles eſſe, &, demto divino ſolo, omnem illis honorem cultumque optimo jure deberi, cum vivæ Imagines DEI ſint in terris elegantiſſimis rythmis monet Gulielmus Salluſtius Bartaſſius, Gallicorum Poëtarum primus, Septimana Secunda, Die Tertia, Parte Prima.

Les Princes & les Roys ſont les vives images
Du grand Dieu æternel, qui luit en leurs viſages,
Il les faut reverer, & benir en touts lieux,
Le Diadme ils ont & le ſceptre des cieux,
Le Diademe ſainct, qui leur front environne,
Et le ſceptre d'orè, qui en leur main ſleuronne:
L'on void deſſus leurs chefs les courronnes pleuvoir
Et le pays natal oblige à ce devoir.
Les ſubjects amoreux d'un debonnaire Prince
Qui maintient en repos ſon peuple & ſa province.

Nequè ineptè Corrippus, fine Libri Secundi.

Deus

Deus eſt cui verbo competit uno
Iuſtificare malos, mediaque è morte levare,
Credite ſimpliciter: vox hac temeraria non eſt,
Qui facit hoc Deus eſt, Deus eſt in corde regentum,
Principibus princeps quicquid Deus imperat hoc eſt.
Terrarum Dominus Chriſtus dedit omnia poſſe,
Ille eſt Omnipotens, hic Omnipotentis imago

Et hæc obiter incidentia prolixius, ut ſimul Divos Romanos illuſtrarent.

V.17. JAM DOMINAS AURES.] Hæc eſt cæterorum omnium, quotquot hactenus collatos novimus, Codicum Lectio; à qua unus ſolus Bentinianus Codex abit ſcribendo *dominas arces* ut colluſio nimirum fuerit tectorum atque arcium Auguſtarum. Ego verò ad Aulam intelligendam ſatis exiſtimo virium habere τὸ *Tecta*, & quæ major eſt, præſentiam Imperatoris de cætero jactare Claudianum, ſive judicium adeò ipſum, quod poſt ambos Cæſares de eo honorificum tuliſſe notum ex inſcriptione ſtatuę pervulgata. *Aures* autem *Dominas* præſentiam & approbationem ſimul Honorij Principis autumat, cum ea parte Judicium præſens Poëticum ſæpè ſcriptores deſignent. Martialis de ſuo Xeniorum Libello.

hæc novimus eſſe nihil,
Nec tamen hoc nimium nihil eſt, ſi candidus aure,
Nec matutina ſi mihi fronte venis.

Perſius de actis judicij Magiſtro: *Stoicus hic autem mordaci lotus aceto Acuta aures*, acre judicium, Calpurnio, Ecloga I.

ſilveſtre licet videatur acutis
Auribus, & noſtro tantum memorabile pago.

Favonius Eulogius, Commentario in Somnium Scipionis: *Quæ ſi doctis auribus tuis placere pervidero, ad alia ſtilum operamq; convertam.* *Sulpitius Severus. Dialog. III. Religioſas potius quam doctas attuliſtis aures.* Alia ſupta, & hæc fortè.

18. AUGUSTO JUDICE] Judicium Honorij, Arcadiano geminarum, extſtar in notiſſima inſcriptione aut ſubſcriptione ſtatuæ. Nec tamen temerè aut præceps datus hic honos Poëtæ, ſed poſtquam integro ſexennio placuiſſent ejus Muſæ. Paulò enim antè Bellum Geticum ſcriptum Statuam eam conſtitutam ex præfatione ejus Pæanis liquere poteſt: Jam inter illud Bellum, quod annum Chriſtianum CCCCII. incidit, & Probini atque Olybrij Conſulatum, quo tempore Larinas Camænas noſtet primum, ſuoptè in Epiſtolis teſtimonio, tetigit, intercedit modo dictum ſpacium, Fratribus iis Conſulatu functis anno CCCXCV. Ut tantus honos non ſit nullo labore celeberrimo vati quæſitus.

Ad Panegyricum.

CONSULATUM ingredientes moris erat laudari & admoneri Officij, quod honori deberent à primo ſummo, commendatione morum veterum & emendatione novorum, in pejus ſemper, nec ſenſim quidem, ſemper ruentium; dum liberior erat ſeculi ordo, nec planè adſtricti negotiis & obſequiis Regiis viri cætera ad Antiquam Romam etiamnum cordati. Ita extſtat ſcripta non una Oratio Principibus Conſulatum ingredientibus dicta jam inde à Plinij Cæcilij temporibus, ita Claudiani noſtri non unus Panegyricus, etiam privatis Heroibus tributis. Verum cadentibus & collapſis jam relliquiis Romanæ Libertatis, hæ etiam Lau-

des, & mos hic Virtuti commendandæ pro- ritandæq; dedicatus, ſublatus eſt, & Candidatis Conſularibus laudes hæ abſtractæ, in ordinarias Principum commigrare juſſæ ſunt, præcipuè ubi Barbari Reges jam ſummam Italicarum Rerum tenere orſi: Ut quoties Rex Conſulem conſtituiſſet, toties Laudum ſuarum præconem extuliſſe ſentiretur. Sic vir ætate non tantum ſua maximus, Severinus Boethius, ſe commemorat ad filiorum ſuorum Conſulatum Theoderici Gothorum atque Italiæ Regis Laudibus Orationem dixiſſe. Libro II. de Conſol capite III Quo tamen tempore Conſulatui honos priſcus non ideo perierat, fatente eodem ipſo Rege cæteros magiſtratus etiam non rogantibus offerri ſolitos, Conſularem dignitatem non niſi de longinquo pridemque ſperantibus, apud Caſſiodorum Variarum libr. VI. Epiſtola I. Auguſti quidem nec ultimis temporibus eam abhorruerunt, ut ſeries Faſtorum docet. Cum primis tanta ambitione inſederint, ut vix quiſquam magnatum per Cæſares, undique imminentes, eò eniti valeret. PLinius Panegyrico exinde inter ſingulares Trajani laudes commemorat: *Contigiſſe privatis aperire annum, faſtosque reſerare*, & hoc quoque reddiræ Libertatis fuiſſe indicium, quòd *Conſul alius fuerit quam* Cæſar.

HONORII AUGUSTI.] Ingens de Ingenio, Animo, Moribus, hujus principis diverſitas eſt ſcriptorum ipſi coævorum nedum aliorum. Et tanta quidem ut aliis collaudantibus, aliis vituperantibus, difficile penitus ſit calculum ponere, laudabile magis Imperium ejus fuerit, quo ad ipſum quidem, an culpabile. Me ſi quis judicium poſcat, dicam; indolem ipſi earenus patriam fuiſſe, ut miti funeſtis & diris temporibus animo, prudentia tamen hactenus non caruerit, ut componeret multa virtute domeſtica, quæ cæteris ſceleribus alii conſciverant, præcipuè quatenus veris amicis ſolidam fidem ſervavit. Quod verò ad arma ſegnior, Quietis fuerit amantior, tum naturale forte, & educationis tenerioris habuit, tum ſecius animatorum Rectorum nonnullorum vafricies cauſſata eſt, qui præmaturo obitu Patris, ipſi Tutores cum Imperio Veteris Romæ dati, cum arderent infeſti mutuis odiis, & dominandi pro ſe quisque libidini plerique omnia poſtponerent, abuſi ſint non improbo Principis ingenio ad explendam fucandamque ambitionem ſuam, ipſum torpori tradentes & in otio Regio cohibentes, ætate adoleſcente irretita dulcedine quietis voluptuariæ, non tamen impuræ, quo diutius ſecuriusque ipſi rerum habenas torquerent. Quod genus aſtutiarum cum tardò non male expetiiſſe Magnatibus obſervari in Hiſtoria priſca poſſit, tum verò hi ipſi, Honorio relicti à Patre, ſummo & ferè ultimo vereque Romano bono Principe, egregio Poſteritati documento eſſe poſſunt. Nemo enim non eorum alterius dolis vi & machinis ſubtutus eſt, Innocentiam autem Imperatoris Providentia divina incruentam ſuo fini traduxit, ſingulari exemplo Juſtitiæ & Clementiæ. Panegyrici, quale genus Orationum fuerint, quæque olim præcepta habuerint legas penes Dionyſium Halicarnaſſæum, qui peculiari ea Commentario proſecutus eſt. Appellatio nata à conventibus Græciæ civitatum publicis, quibus celebrata egregiorum virorum præconia inſtigabant cæterorum animos ad parem virtutis cultum. In populo Hebræo pares conventus celeberrimis Feſtis fuiſſe, alibi docemus ex ipſius litteris, eſtque eò intelligendus locus Dorothei, Doctrina. XXII. ubi ait:

ἐπειδὴ ᾗ τὸ παλαιὸν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἑορταῖς, εἴτουν πανηγύρεσι, περιέφερον δῶρα τῷ κυ-

τῷ κυρίῳ κατὰ νόμον, οἷον θυσίας, ὁλοκαυτώματα, ἀπαρχὰς, καὶ ὅσα τοιαῦτα, παραινεῖ ἡμῖν ὁ ἅγιος γρηγόριος ἑορτάσαι ὥσπερ ἐκεῖνοι τῷ κυρίῳ.

Inter δῶρα illa Laudes tam divinas quam Regum Heroumque fuiſſe, docemus, ut dictum, alio loco. Claudianus quo nomine ſua Opera inſigniverit, equidem adhuc dubitamus, Libri enim, quos non vidimus, aut collatos habemus, nihil ſtatuunt, vel omninò omiſſis titulis, vel de CONSULATU de BELLO, &c. præferentes, honorarijs Appellationibus neglectis. Panegyricos tamen volunt veteres Editiones, cum Camerte, Bentino, Claverio. Licet Aldus libros maluerit de ſuis Codicibus, quorum conſenſui nec nos refragamur, potius quidem quam ut cum Scaligero & Pulmano Panegyres admittamus, titulo neſcio an ulli alteri umquam auctori uſurpato, aut libro præfixo.

V. 1. ROMULEI.] Romani, in loco ubi dominatus Romulus. Majeſtatem ſuam ſummo quondam civili magiſtratui reddidiſſe Honorium jactat, quod eum in Arce ipſa, Vrbe ſcilicet rerum principe, ſumſerit. Vide multa initio Sexti Conſulatus, Romuleus, prorſus Romanus. Alibi.

Eſt in Romuleo procumbens inſula Tybri.

Romani faſces, victores gentium, dominatores, ambitione loquendi Romana. Sic dies Romana ab imperio mundum complexo. Papinius Silv. I.

ſtabit dum terra poluſque
Dum Romana dies.

Martialis lib. IX. Epigramm. II.

Manebit altum Flaviæ decus gentis
Cum Sole & aſtris, cumque luce Romana.

Romanus Oceanus, in Epigrammate benè priſco:

Vltima ceſſerunt adoperto clauſtra profundo,
Et jam Romano cingimur Oceano.

Romanus orbis, apud Vlpianum cap. XVII. de Statu Hominum. Velut extra id Imperium nullus foret mundus. Sed Romulei faſces perhibentur Regij, quodam ſingulari Fortunæ facinore, cum contra Regium Imperium Conſulatus fuerit conſtitutus, inciſus nimirum honos perpetuo oppoſitus. Sic Conſulari honori honoris eximij ſummiq; ergo accedere ait Regium, ut alibi ſæpius purpuram faſcibus addi, cum & nullam gratiorem libertatem prædicare ſoleat quam ſub Rege pio. Hoc autem pacto ſtudebant Cæſarum veteres ut imperij auſpicijs copularent dignitatem ſummam priſcæ Reipublicæ. Plinius Panegyrico: *Hæc Laus acti Conſulatus, illa dilati: quod adhuc initio principatus, ut jam exſatiatus* Honoribus & expletus. Conſularum recuſaſti, quem novi Imperatores, deſtinatum alijs, in ſe transferebant. Fuit etiam qui in principatus ſui fine Conſulatum, quem dederat ipſe, magna ex parte jam geſtum, extorqueret & raperet. Hoc ergo honore, quem & incipientes principes & deſinentes adeò concupiſcunt, ut auferant, tu otioſo ac vacante, privatis ceſſiſti. Mos ille, ſummos rerum Principes, Conſulare munus ſimul gerere voluiſſe ducem habuit. L. Sullam, qui Dictator ſecundum Conſul eſſe voluit, ut nota Appianus Civil. I. *Inſequenti*, inquit, *ann Sulla, Dictator quamvis, tamen ad repræſen tandum aliquam Reipublicæ formam, ſuſtinui Conſul iterum geri, collega Metello Pio, & hin fortè mos natus eſt, ut nunc quoque Romani Ca ſares, penes quos eſt creatio Conſulum, ipſime eum honorem adſumant, rem pulcram ducente ſummum Imperium Conſulatui jungere.*

1. SUMANT EXORDIA.] Annum ineuent, quod ſcitè Plinius dixit annum ape rire: contigit ergo privatis aperire annum faſtoſque reſerare. *Pandere* Sidonius *Annum pande novum* & multis verborum argutijs al acuti nervoſique horum ſeculorum ſcripto res: Cum mirifica majeſtate, velut ſpectacu lum ipſum rei ponat ob oculos, Papinius i

 XVIII

XVII. Conſul. Domitiani, ut eſt ſpiritu tali genetoſiot pleriſque cæteris is vates.

Læta bis octonis accedit purpura faſtis
Cæſaris; INſignemque APERIT Germanicus ANNUM
Atque ORITUR CUM SOLE novo, cum grandibus aſtris
Clarius ipſe nitens, & primo major Eoo.

Id totum Epigramma divinum eſt.

2. TERQUE SUAS DUCAT BELLATRIX POMPA CURULES.] Sic ex Cujacianis Libris Claverius, à quo Scaliger hactenus abſentit, ut *tuas* ſuæ Editioni commendare maluerit. Alij libri, Noſter, Bentiniani, Camertis, aliæque Editiones non ignobili nomine *Terque tuas ducat bellatrix Roma curules* Quibus denuo diſſonant Exemplaria Delriana atque Aldina. Sanè *bellatrix Pompa* Claudiani ſcriptura videtur, Militarem enim pompam dicit Imperatoris Conſularibus auſpicijs præſentem, & Principem Togato Magiſtratu conſpicuum comitantem, quod privato nemini licuerit, in Cæſare autem ſpectaculum præbeat luculentiſſimum. Alludit eodem alijs libris, ubi Martem & Quirinum ducere fasces Auguſtos, eiſque ornandis adeſſe autumat. Sanè & Romuli vox Romam ipſo ſono excluſerit, ſi accuratius contempleris. & ex more Claudiani, ubique aſpernantis iterationem talium, quam vitio ſuo affectent alij. Optimè ergò ex optimis Codicibus Claverius, quibus ſanè diſſimulandum non eſt longè cedere cæteros omnes. *Ter* tertium ſonat, priſca locutione de rebus Conſulum. Vocem *Pompa* optimè agnoſcunt etiam omnes Belgæ Libri.

2. DUCAT.] Comitetur ex Palatio ſive Aula in Curiam. De domicilijs enim ſuis producebantur in Senatus congregari Concilium novi Conſules, ſtipante clientium amicorũq; agmine, quibus iungit bellatricem pompam Imperator Conſul Palatium autem domus principium. VI. Conſ. v. XL. & LIII. Quo Carmine pariter Conſulatus inſignia ſive pompa paludatæ aulæ iunguntur v. DXCVI.

agnoſcunt Proceres, habituque Gabino,
Principis, & Ducibus circumſtipata togatis,
Iure paludatæ jam Curia militat aulæ.

De Productione Conſulum aliquid dictum ad Panegyricum Probinianum.

3. CURULES.] Solium Conſulare, uſu nemini ignoto. Erat ſcanſile aliquot gradibus, quorum Mythologiam quampiam excogitarunt tempora ſequentia. Caſſiodorus libro VI. Epiſt. I. Vbi Rex alloquitur Conſulem: *Pinge vaſtos humeros vario colore palmata: validam manum victoriali ſtipite nobilita. Lares proprios etiam calceis auratis egredere: ſellam Curulem pro ſui magnitudine multis gradibus eniſus adſcende.* Cætera facilia, *vaſti humeri* fortem virum indicant. Vt lati Saliorum apud Lucanum: Et *Salius læto portans ancilia collo* Ita enim eo loco antiquiſſimæ fideliſſimæque membranæ. Maro lib. II.

Hæc fatus latos humeros ſubjectaque colla
Veſte ſuper, fulvique inſternor pelle Leonis.

Idem, Lib. XI.

Cui pellis Latos humeros erepta iuvenco
Pugnatori operit

Homerus Odyſſ. XXIII. de Ulyſſe. Μηδ' ἔτι ῥάκεσιν πεπυκασμένος εὐρέας ὤμους. Gradus ad inſeſſum Curulis Quæſturam & Præturam indicare videntur, per hos enim magiſtratus ad Conſulatum adſcendebatur.

2. BELLATRIX POMPA.] Explicata ſuprà bellatrix pompa; militum ſive exercitus ſtipatio. Sic humeris in Quarto Conſulatu Honorium à commilitonibus tralatum ſcribit v. DLXIII.

Nunc quoque quos habitus, quanta miracula pompæ
Vidimus. Auſonio cum jam ſuccinctus amictu

Per

Per Ligurum populos, ſolito conſpectior, ires,
Atque inter niveas alte veherere cohortes.
Obnixique ſimul pubes electa Lacertis
Sidereum geſtaret onus.

3. FESTIOR.] Iucundior, Sanctior. Omnia tempora tam generoſi Conſulis auſpicium felicitate ſecutura dicit. Sic Ianus bifrons loquitur apud Papinium Decimum Septimum Conſulatum ineunte Domitiano.

Aſpicis ut templis alius terror; altior aris
Ignis, & ipſa mea tepeant jam ſidera bruma.
Moribus atque tuis gaudent turmæque tribuſque
Purpureique Patres: Lucemque à Conſule ducit
Omnis honos.

3. ANNUS.] Conſulatus, cujus annua Poteſtas: itaque pro eo Annus. Plinius Panegyrico: *Sic Regibus exactis cæpit Liber annus. Sic olim ſervitus pulſa privata faſtis nomina induxit.* Idem: *Non ambitio magis quam Liber & Malignitas videri poteſt omnes annos poſſidere.*

3. CINCTUS.] Veſtitum omnem vox iſta notat. Cum enim is veteribus longior prolixiorque foret, quam ut commode, eò fluente incederetur; ſuccingere eum uſus juſſit. Unde habitum omnem notat Cinctus. Noſter IV. Conſ. v. DCIII.

Hoc ſi Mæonias cinctu graderere per Vrbes,
In te pampineos transferret Lydia thyrſos. Et ſæpius alibi.

3. CINCTUS GABINOS.] Pacificos. Urbanos, quos Gabijs urbi illatos populus Romanus feſtos pacificoſque ſervavit. Conſul autem Romanus feſtos pacificoſq; ſervavit. Conſul autem Romanus hoc habitu utebatur, cum magni aliquid facinoris conficiebat. Virgilius VII.

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Inſignes, reſerat ſtridentia Limina Conſul:

Vide eo loco Collectanea Servij nomine inſcripta. Iſidorum Origin. lib. XIX. cap. XXIV. Adrianum Turnebum lib. XXII. Adverſar. cap. XIX. Cinctum autem hunc Conſularem fuiſſe, indicat etiam ſuo ævo Ennodius, Carm. XXCVII.

Qui vincis trabeas, ſolium, cinctumque Gabinum,
Conſulibus præſtans ecce Senator adeſt.

Cinctum eo modo compoſitum fuiſſe, ut toga ſic rejiceretur in tergum, uti una ejuſdem lacinia virum revocata ambiret, notarunt docti, qualis ſcilicet arantium olim Gabinorum fuit, quo alludit Manilius, lib. IV. Aſtron.

ritusque Gabino
Mœnia ſuccinctus curvo deſcribat aratro.

Gabini enim arantes quondàm, cum ab hoſtibus forent ex improviſo deprehenſi, Togis eo habitu ſuccinctis victoriam tenuerunt; itaque urbanis ſacris feſtiſque, eo cinctu, ut felici, poſtmodum ſunt uſi.

4. PURPURA.] Gentium conſenſu Regiæ poteſtatis inſigne. Sic uſurpatum etiam Conſulibus Romanis. Martianus Capella. lib. V. de Cicerone: *Alter vero quem Conſularis purpura & exſtinctæ conjurationis Laurea redimibat.* Romanis quidem Principibus adeò affectata, ut & in calceis colorem eum amaverint, velut notarum alibi his libris, & ſcriptione nominum ſint uſi, ſumma æmulatorum pœna. Leo Imperator Hilariano. L. VI. de Diverſis Reſcriptis: *Sacri afflatus quoſcunque noſtræ manſuetudinis in quacunque parte paginarum ſcripſerit auctoritas, non alio vultu penitus aut colore, niſi purpurea tantummodo inſcriptione luſtrentur. Scilicet ut cocti muricis & triti conchylii ardore ſignentur. Hanc autem ſacri encauſti confectionem nulli ſit licitum aut conceſſum habere aut quærere, aut à quocunque ſperare: eo videlicet, qui hoc aggreſſus fuerit, tyrannico ſpiritu, poſt proſcriptionem bonorum capi-*

capitali non immerito pœna plectendo. Quin minutum purpuræ fruſtillum domo alicui appenſum indicabat rem fiſci eſſe, nec Imperatoriæ poteſtati eximendam. Agathias lib. V. de Anatolio fragmento marmoris in ſuo ſibi cubiculo ex terræ motu interemto:

ἄδικος ἐς τὰ μάλιστα γεγονώς, καὶ πολλοῖς ὅσοις τῶν οἰκείων ἀφῃρημένος γέρα π τὰς σανίδας, καὶ ῥάκη ἀποπόρφυρα τοῖς τῶν δεδαιμένων οἴκοις θαμὰ ἐπέβαλε τὴν εἰς βασιλέα εὔνοιαν προϊσχόμενος, καὶ ταύτῃ ἅπαντα ἐσφετερίζετο βιαζόμενος μὲν ἀναίδην, καὶ ἀναρρηγνὺς τὰ βουλήματα τῶν ἀποιχομένων.

Privatis ita interdicto, vel temerario uſu, ut mantile in menſa purpureo clavo ornatum fuerit perniciei locupletibus hominibus, exemplo apud Ammianum exſtante.

5. DIVES HYDASPÆIS AUGESCAT PURPURA GEMMIS.] Purpura Conſularis, alioquin pretioſiſſima, pretioſioribus gēmis, Imperatorio nimirum habitu ijs exornato, augetur pretio. Hydaſpes Indiæ fluvius, Arriano deſcriptus, dives à gemmis, nobiliſſimo Indiæ proventu. Seneca Hercule Oethæo:

nec tota ſitim
Lydia vincit, nec quæ Zephyro
Subdita tellus ſtupet arato
Flumine clarum radiare Tagum.
Nec ſi totus ſerviat Hebrus
Ruraque dives cingat Hydaſpes.

Gemmarum ejus mentio apud noſtrum IV. Conſul. Hon.

tribuere colorem
Phœnices, Seres ſubtemina pondus Hydaſpes.

Gemmæ Indicæ nobiliſſimæ. Idem Seneca Dramate Eodem.

Non diſpoſite clara monili
Geſtat pelagi dona rubentis.
Nec gemmiferas detrahit aures
Lapis Eoa lectus in unda.

Priſcus Rhetor in Legationibus: *A cœna ut ſurreximus Maximinus Edeconem & Oreſtem donu demereri ſtudens ſericis veſtibus & gemmis Indicis donavit. Augeſcere* divitem, augeri divitijs dixit, ut Propertius de Templis Primæ Romæ:

Fictilibus crevere Deis hæc aurea templa.

Hoc eſt in aurea aucta ſunt ex fictilibus. Severus, ſi is eſt, in Aetna.

Vatibus ingenium eſt, hinc auget nobile carmen.

Id eſt Nobilitate augetur. Sic enim eo loco veteres Editiones, libris manuſcriptis æquiperandæ. *Augeſcere* alioquin etiam abſolutè nobiliorem, celebriorem, fieri: PLinius Panegyrico: *Quid te non eadem Reſpublica, non Senatus, non Conſulatus, ipſe ciebat, qui ſibi tuis humeris attolli & augeſcere videtur?* Quo exemplo defendenda Claudiani hic eſt Lectio, eſt enim ex Libris Belgicis non nemo qui *lucescat* emendatum venire gaudeat. Lapides Indici, ſummi theſauri & divitiarum loco apud Simocatam quoque lib. VII. cap. VI. Hiſtor. Maurit.

Μηδὲν γὰρ τῷ ἱερεῖ ἕτερόν φασι τὸν βασιλέα δωρεῖν, ἢ σκίμποδα ξύλινον, καὶ σισύραν ἐξ ἐρίου ἐς τὰ μάλιστα εὐτελεῖ, φαιλόνην τε ἀκαλλῆ. Συσείμων γὰρ οὖν ὁ ἀνὴρ λιτότητι βίου καταλαμπόμενος, ταῦτα δήπου ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων, καὶ λίθων Ἰνδικῶν ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τιμησάμενος εἰς τὰ βασίλεια μετηγάγετο.

3. SUCCEDANT ARMIS TRABEÆ.] Senatus conjunctionem cum Principe & militem utrique ſervientem facit, rarò exemplo temporum: cum plerique principes nihil non militibus & debuerint & tribuerint. Ut rara res & principibus ferè periculoſa fuerit Senatum dignitatis ſuæ laudare vel auctorem vel fautorem; ut ij contrà laudati ſupra omnes qui Senatui priſtinam auctoritatem, quantum in ipſis fuit, reſtituerunt.

8. SUCCEDANT.] Poſt Rempublicam

cam armis defenſam Senatoria & Conſulati auctoritate regendam dicit, ut priſcis æquet ſuum *Honorium*.

3. TENTORIA LICTOR AMBIAT.] Ut Conſules priſci, Expeditionem ſubeuntes, Conſularibus utebantur inſignibus etiam apud exercitum. Livius in pugna ultima Marcelli cum Annibale, lib. XXXII. *Interfectus eſt Aulus Manlius, tribunus Militum, & ex duobus præfectis ſociûm M. Aulius occiſus, L. Arennius captus, & Lictores Coſſ. quinque vivi in hoſtium poteſtatem pervenerunt.* Sæpè etiam mentio apud Silium Italicum.

4. LATIÆ SECURES.] Conſularis poteſtas. Velut decreto Patrum Conſuli datus ſit exercitus. Alludit ſtudio magno priſcæ Reipublicæ mores.

5. TUQUE O QUI PATRIUM.] Exclamatio aut inclamatio Poetica, uſitata cum ad inſignem perſonam res & oratio deflectitur. Valerius Flaccus lib. I.

> *Tuque ô pelagi cui major aperti*
> *Fama, Caledonius poſtquam tua carbaſa vexit*
> *Oceanus; Phrygios prius indignatus Iulos.*

Papinius Thebaide I.

> *Tuque ô Latiæ decus addite famæ*
> *Quem nova maturi ſubeuntem exorſa parentis,*
> *Aeternum ſibi Roma cupit.*

Virgilius, Georgico. I.

> *tuque ô cui prima frementem*
> *Fudit equum, magno tellus percuſſa tridente.*

Malè ergo nonnulli Codices Claudiani noſtri ſcripturam turbaût.

6. PATRIUM ORBEM.] Imperium Romanum, quod Ambitione Loquendi, Orbem terratum Univerſum denotat. Malè libri nonnulli *Latium* Nam geminos fratres Orbem hæreditarium creviſſe autumat Claudianus. Ita πατρικὸν κλῆρον translatione paterni in filium Imperij agnoſcit Nicephorus Gregoras, Initio lib. III.

> ἐπεὶ δὲ κατὰ κλῆρον πατρικὸν τῆς βασιλείας διάδοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔμελλεν εἶναι ὁ Λασκάρις.

7. EOO CUM FQATRE.] Alludit ſimul ambos Conſules. Tertium enim Honorio in Occidente, Quartum Conſulatum in Oriente ſuo geſſit Arcadius. Idatius Faſtis. Caſſiodorus Chronico. Chronicon Alexandrinum. Faſti Siculi & Capitolini, &c.

9. PROCEDE SECUNDIS ALITIBUS.] Noſter *ſecundis Auſpiciis* Alterum cum reliquis Libris magis probamus.

10. SPES VOTUMQUE POLI.] Formula velut Acclamationis. Maro de Aſcanio ex Ciceronis, ut volunt, verbis. *Magna ſpes altera Romæ.* Votum, deſiderium. Sic Sollicitare cœlum Domitianum, ut illorum aſcendat Papinius ſcribit, prima Thebaide.

> *licet arctior omnes*
> *Limes agat ſtellas, & te plaga lu ida cœli*
> *Sollicitet, maneas hominum contentus habenis.*

11. PRIMO A LIMINE VITÆ.] In contemtum præ Honorio Arcadij jactat illius nativitatem, patre jam Imperatore. Contra Arcadium commendat Syneſius Libro de Regno. Pariter Commodus inter ſuas ſibi laudes apud Herodianum in primo:

> ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἡ τύχη, οὐκ ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ πρὸ ἐμοῦ, οὐδὲ προσκτητῷ σεμνυνόμενον ἀρχῇ, ἀλλὰ μόνος τε ὑμῖν ἐγὼ ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεκυήθην, καὶ μὴ πειραθέντα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῆς γαστρὸς προελθεῖν ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφύρα, ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. Εἰκότως ἂν οὖν ταῦτα λογιζόμενοι στέργοιτε οὐ δοθέντα ὑμῖν, ἀλλὰ γεννηθέντα αὐτοκράτορα.

12. STRICTIS QUEM FULGIDA TELIS.] Eadem Commodus ibidem. Eadem de ſe alibi jactat Caligula.

13. PRIVATOS NESCIT FORTUNA PENATES.] Laus Felicitatis Honorianæ ei locis à noſtro occentata. Contra autem Sapientiores mihi ſtatuere videntur melioribus Rationibus. Audi Libanium Panegyrico ad Iulianum.

τουτὸ δὴ καὶ τὸ νῦν γενναῖοι γενναιότερον ἔτεκον, καὶ τὴν ἰδίαν ἧτταν ἡττήθησαν, καὶ νίκην ταύτην ἁπάντων ἐποίησαν, ὅσον γὰρ οἱ τῶν ἄλλων ἀμείνους δεύτεροι εἶναι γινώσκοντες, μειζόνως τούτους ἀπέφηναν ἐκείνου δευτέρους ὧν ἦσαν αὐτοὶ καλλίους. πόρρωθεν γὰρ ἄρα καὶ περὶ τῆς βασιλείας ἤρξω κρατεῖν, οὐ γὰρ ὁμοῖα τὰ ἐν παισί, σοί τε καὶ ἄλλοις, οὐδὲ αἱ κρηπῖδες παραπλήσιαι, τῶν γε μὴν αὖθις ἐν ἀλουργίσι τραφέντων, ὁ τὰ πρῶτα μετασχὼν ἰδιώτου τάξεως ἐμπειρότερος εἰς ἀρχὴν ἐξ ἀγορᾶς ἔχων τὴν μάθησιν, ὧν διοικήσειν ἔμελλεν, οὑτωσὶ μὲν δὴ οὐ πρὶν ἢ λυσιτελεῖν βασιλευσάντων, κρατεῖς, ὅτε ἄμεινον ἐπὶ τοῦθ᾽ ἧκαν, τοὺς δ᾽ αὖ μετὰ σοῦ τοῦτ᾽ ἐγνωκότας, νικᾷς ἑτέρωθεν, μᾶλλον δὲ καὶ τούτους κἀκείνους ἀπὸ τῶν νικᾷς ἐκ παιδείας καὶ λόγων.

Pulcrè Geogrius Pachymerius lib. II. Hiſtoriar. *Optimum eſſe Regnum non hæreditariæ ſucceſſionis, non ſortis temeritate ſæpè etiam indignis objici ſolitum ac peſſimis hominibus, quos bonus Princeps vel ſervorum loco habere dedignetur. Eum verò principatum rectiſſimè commendari ad quem ſpectata & probata virtute evehariſ : quod is demum populo proſit, qui id exſequendum ſibi putet, cujus gratia ſit conſtitutus. Medicum accerſi non fortuito, non propter cognationem, cum valetudo agitur Quod ſi gubernator navi propter neceſſitudinem præponatur, non eum gubernatorem ſed everſorem navis fore. Hinc fieri poſſe ut quèm rectiſſimè inſtitutum eſſe oportebat, is omnium ſit depravatiſſimus ; quippe qui , ſimul ac in lucem editus ſuſceptusque fuerit, Regio Luxu ac deliciis corrumpatur, adulatione perpetuò urgente, Veritate verò fugiente, cum turpiſſima quæque pulcerrimis nominibus ornentur ; adeò ut, vetere proverbio, etiam certus tuſſiendi modus adulatorum materia fuerit apud eos principes qui ſimul & imperãt & ſerviunt: ubi qui minimum monuerit ut malevolus & ſceleratus exagitetur ab ijs qui admonitionem edictum cenſent. Præterea eos etiam, quos ille rerum ſtatui non delectet, nihilominus & ipſos, principem ſuprà modum efferendo, aſſentari, ac faſtum ejus augere: Alios quaſi in ſcena varias perſonas inducere, Genus ad benè imperandum ſatis eſſe putare, quaſi in primo ſemine Regia quædam vires ad optimè gubernandum ineſſent.*

14. ET REGNUM CUM LUCE DEDIT.] Eadem de eodem canit Quarto Conſulatu.

Naſceris æquæva cum majeſtate creatus,
Nullaque privatæ paſſus contagia ſortis.
Omnibus acceptis ultrò te Regia ſolum
Protulit , & patrio felix adoleſcis in oſtro,
Membraque, veſtitu numquam temerata profano,
In ſacros cecidere ſinus.

Quo eodem Libro Honorium eumdem Apum Regi comparat qui non eligitur neque ſorte venit ad regnum, alienisve meritis ei introducitur, ſed naſcitur in ſceptra, v. CC CLXXX. Vbi eum Pater Theodoſius alloquitur.

fas ſit promittere patri
Tantus eris ; noſtro nec debes Regna favori
Quæ tibi jam Natura dedit.

Talis Imperator Θεοστεφὴς à Deo Coronatus, nulla hominis intetveniente opera appellatur, ſummi tituli loco. Conſtantinus Imperator Epigraphe Libri de Adminiſtrando Imperio ad Romanum filium :

σὲκ

πρὸς τὸν ἴδιον υἱὸν ῥωμανὸν, τὸν Θεοστεφῆ, καὶ πορφυρογέννητον βασιλέα.

Meliores libri ita ut propoſuimus hoc loco ſcribunt. Camers & alij edidere *Et regimen cum luce* Minus benè. Regnum enim Honorio potius cum Nativitate datum quam regimen, cum hoc actum requirat, illud; Secundum Scholaſticos, potentia ſit contentum. Accurius ergo Claudianus, quam pari potuerint librariorum ſtupores. Porro in *ſceptris natus Princeps ſingulare hoc Dei donum habet*, ut *Aniſius Iulianus* vetus de membrana auctor nobis loquitur, *quod Deo ſimilimus regnare poſſit ſine dolo nimirum & metu, munitus inſuper optima conſcientia petitiregiminis. Qualem Tranquillitatem Principis ſequitur Pax ſubditorum, & compoſitio ſtatuum. Quem enim à prima pueritia noverunt & amarunt, eum ignoto mutare & poſtponere nemo velit, nec ille velut in alienos, modo ſua ſit humanitatis, quicquam in eos conſulet temerè durius, quos nativa quædam dilectione proſequitur. Regimen*, non indigna vox bono ſcriptore. Appuleius lib. II. *Navis ipſa varijs procellarum turbinibus quaſſata, utroque regimine amiſſo, præcipitio demerſa eſt. Regimenta*, Ammianus dicit, libro XXVIII. *Parentem Maximini, auguralis artis callentem, prædixiſſe aduſq; ſublimia regimenta venturum, ſed periturum.*

15. EXCEPIT TYRIO VENERABILE PIGNUS IN OSTRO.] Regius mos purpura Principali excipere infantes recens natos. Sic de eodem Quarto Conſ.

> *Membraque, veſtitu numquam temerata profano,*
> *In ſacros cecidere ſinus.*

H.e. ut primum utero materno prodijt Honorius, purpura Imperatoria eſt exceptus: & verè quidem, nec Poeticè hoc dixit. Idarius Epiſcopus in Faſtis: *Ricomere & Clearcho Conſulibus Natus eſt Honorius nobilis, die V. Id. Septemb.* Et ab hoc potiſſimum Principe, licet Veteris, Principes poſteri Novæ Romæ gloriari cœperūt hoc titulo, maximoperè ſtudentibus Imperatricibus uti in purpuram, regale nimirùm indumentum, partus Regij exciperentur, unde & inſigne quoppiam Principalis Palatij conclave Purpuram poſtea appellarunt, in quod parturientes Dominæ delatæ, neceſſe habebant honorem Porphyrogenitarum liberis tradere, ſiquidem eos pleno ad Imperatoriam Majeſtatem gradu iam inde ab utero materno venire idoneos vellent. De honore Tituli hujus nota res & mille ſunt exempla. Byzantina omnis Hiſtoria conſulatur. Sic Romanus Porphyrogenitus, cui librum de Imperio ſcribit Pater Conſtantinus: Leo Porphyrogenitus apud Liutprandum lib. I. Hiſtor. Europ. cap. II. Anna Comnena Porphyrogenita Inſcriptionibus Alexiados ſuæ, cui ſimile nullum extat Græcæ mulieris opus. Manuel Porphyrogenitus apud Theorianum Diſputatione cum Armeniis Catholici: Conſtantinus in purpura natus apud Cantacuzenum Epiſtola ad Nilum. Conſtantinus Porphyrogeneta auctor Operis de Thematibus. Et clara hæc res. De Conclavi multi pariter meminerunt, notaruntque pridem qui de Imperatore atque alia Collectanea eo pertinentia ediderunt. Manifeſto autem falſum quod eum locum à Conſtantino Magno purpurei titulo donatum, nativitatique liberorum ſuorū conſtitutum ſcribit Luitprandus, loco nominato, quæ ejus temporum vana gloriatio eſt. Nam vel ex his Claudiani Idarijque locis clarum non de loco, ſed de veſte Regia Honorium purpuræ innatum dici, qui tanto jam tempore Conſtantinum ſecutus eſt. In quod genus traditorum ſanè interérat doctorum inquirere, nec ſtatuere tam facili Vanitatis obſequio, Contrà verò qui de hac ſive domo, ſive patre ejus Conſtantino Manaſſi aſſentiri prorſus non vult, errat etiam Bonav. Vulcanius Notis ad Thematum auctorem, cum dubitare non ſinant alij ſcriptores. Porphyrogeniti autem ſoli, prima vocis origine, qui utroque Parente Imperante in lucem prodierunt. Zonaras

Tom.III. de Conſtantino Duca: τὸν δὲ Κωνσταντῖνον Εὐδοκία ἔτεκε βασιλεύοντι, καὶ αὐτὴ αὔγουστα ἀναρρηθεῖσα, ὅθεν οὗτος μόνος πορφυρογεννήτης ἦν, ὃν αὐτίκα, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων, τοῖς βασιλικοῖς προσρήμασιν ἐκόσμησεν.

Hæcque vera ejus tituli origo eſt, quo ne inferiores eſſent aliter geniti, excogitatæ poſtea ſunt purpurearum veſtium ſubjectiones & appellationes Conclavium parturientibus aſſignatorum. Neque noratione hic indignum porro Romanorum etiam pueros, qui delicatius educarentur, in purpura enutritos, quod arguendo, patentum luxui notat Quintilianus lib.I.c.II. *Utinam*, inquit, *Liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim deliciis ſolvimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis, frangit. Quid non adultus concupiſcet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, & jam coccum intelligit, jam conchylium poſcit. Ante palatum eorum quam os inſtituimus.* *Hoc eſt genuina* eorum optimi ſcriptoris verborum Lectio, referentibus pervetuſtis membranis. Vir doctus nobiſque amicus, qui *mores oris* ſubſtituit in poſtremis verbis, non attendit acumen auctoris: Neque hoc, cum de purpura, in qua Reginas peperiſſe diximus, conſtet, Obſervatione prorſus indignum, quod argenteis lectis impoſiti Magnatum fuerint infantes. Fulgentius, Sermone in Epiphaniam: *Mortuo iſto Herode Archelaus in Iudæa regnavit, & Galilææ principatum Iunior Herodes obtinuit. Archelaus natus eſt in Palatio, Chriſtus in diverſorio. Archelaus natus eſt in lecto argenteo poſitus, Chriſtus autem natus in præſepio eſt breviſſimo collocatus. Ille forſitan pretioſis involutus eſt Sericis, iſte viliſſimis involutus eſt pannis.* Sed aliorſum pertinet horum dilatatio.

16. LUSTRAVITQUE TUOS.] Suprà dixit in caſtris natum eſſe Honorium. *Luſtratio* autem hæc, circumductionem notat. Nam recens nato infanti ludos militares exhibitos, in orbem decurrentibus legionibus circa locum nativitatis, autumat. Mos autem vetuſtiſſimus recens natos Heroum infantes armata militia circumdecurrente luſtrare. Sic Honorium eumdem hunc ſuum Iovis incunabulis, ab armatis Corybantibus luſtrati, præfert noſter IV. Ejuſdem Conſulatu:

> *Nec ſic progenitum Cybeleius ære ſonoro*
> *Luſtravit Corybas; Exercitus undique fulgens*
> *Aſtitit; ambitur ſignis Auguſtior infans.*
> *Senſit adorantes galeas, redditque feroce n*
> *Vagitum lituis.*

De Iovis cunabulis, Corybantibus eodem modo luſtratis, nota omnia ex Callimacho, Arato, horum Interpretibus & Mythologis. Velut autem Honorio noſtro hoc loci gloriæ datur felicitatique in caſtris Imperatoriis nativitatem habuiſſe, ſic intra Domum Cæſaream, aut in Caſtrenſi Prætorio natum eſſe, ſummè felix fortitudinis auſpicium, & ad res gerendas fatalis ducebatur deſtinatio. De Priore Velleius exemplum dat, lib.II. *Reverſum inde Neronem Cæſar, haud mediocris Belli molem experiri ſtatuit adjutore operis dato fratre ipſius, Druſo Claudio, quem intrà Cæſaris penates enixa erat Livia.* Poſterioris ſit Hanibal, ad tantas res gerendas natus in ipſo penè Prætorio Patris, fortiſſimi Imperatoris. Livius lib.XXX. *Nec Scipioni aut cum Syphace, incondita, Barbariæ Rege, qui ſtatarios ſemilixas ducere exercitus ſolitus ſit, aut cum ſocere ejus Aſdrubale, fugaciſſimo duce; rem futuram, aut tumultuariis exercitibus ex agreſtium ſemiermi turba ſubito collectis; ſed cum Annibale propè nato in Prætorio Patris Fortiſſimi Ducis, alito atque educato inter arma, puero quondam milite, vix dum juvene Imperatore.*

17. IN

17. IN MEDIIS CVNABULA PRÆBUIT HASTIS.] Mirus ſtupor Librariorum Veterum: quorum pars ita corrupit hunc verſum:

> —— *in mediis venabula prabuit eſcis.*

Nihil ſtultius. Alij aliter delirarunt, quorum ineptias facilis veritas vulgatæ. Lectionis nullo negotio confutat. Iſta autem, quæ de Honorio hic prædicat Claudianus, mirifica omnia verborum ſuavitate Valentiniani Laudibus accinit Themiſtius, Oratione XI. quam expreſſiſſe noſter, Philoſophus ipſe, & celebris filius Philoſophi, videtur: Quare & verba pluſcula apponam, ut ex ijs quid in Heroica Indole laude digniſſimum ſit, velut inſpecto ſpeculo, diſcere vel properās Lector poſſit:

πρῶτος γὰρ δὴ τέως τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐσπαργανώθης ἐν ἁλουργίδι, καὶ νίκη μὲν γὰρ ὑπεδέξατο ἐκ τῶν ὠδίνων, νίκη γὰρ εὐθὺς τιθηνεῖται. Νίκης γὰρ ἐπώνυμος ἀνὴρ, μᾶλλον γὰρ νίκης πολλάκις αἴτιος γεγονὼς, συνάρχει σοι τὴν πρώτην ἀρχήν.

Sed præſtat omnium uſui Latina proponere: *Tu enim ex felici familia primus hactenus purpura ex incunabulis involutus es. Te ab ipſo ſtatim partu Victoria excepit, eadem fovit aluitque Victoria. Tum à Victoria cognominatus vir, ſeu Victoria potius auctor, ſæpius primi tecum magiſtratus collegium obtinet. Felix procul dubio omen eorum, inſignium ac Tropæorum quæ, temporu progreſſu, conſtituet. Iam vero in unis circumlatus adhuc in Expeditionem cum Patre proficiſceris, cum eo Exercitum ducis, neque te in thalamis, blandè ſomnum conciliant, educat, nec adipe ac medulla ovium, ſed adſtrū, atque in media Scytharum hyeme, nutrit iiſdem & veſcentem cibis & eodem potu cum parente & militibus utentem. Tu verò & Bellicos clamores, & Clypeorum ſtrepitus, & criſtarum fulgorem conſtanter ſuſtines. Tu, inquam, neq, terreri potes, Terribile à ſummo nutantem vertice cernens. Neq, tibi ferreus homo quiſpiam apparens pavorem incutiat, quam vel magnanimus quilibet, ut Homerus ait, aſpiciens, formidine percellatur: Quin te, generoſiſſime puer, arcum tenentem aliquando vidi, & cum ætate certantem. Tum nervum applicuit mammis. Nec ſi tuas manus vidiſſet Poeta, delicatas ac minus detritas eſſe diceret, cujuſmodi Ithacenſium juvenum, vel potius virorum, procorum manus aſſerit præ teneritudine fatigatas illico à certamine deſciviſſe. Quare mirum nihil eſt ſtnuper pro Tribunali quovis ſene firmius ſederis, adeoque ut, cum cæteri fatigarentur omnes, ſolus ad veſperam uſq, perſeveraturus videreris. Præclara iſta ſanè ac digna rege inſtitutio, catuli inſtar ferarum ſanguinem deguſtare atq, iram adverſus Barbaros meditari. Ego verò propediem optaverim te etiam his Rege magis digna documenta ſectari.* Hæc ordine quin reſpexerit Claudianus nobis dubium non eſt. Summa autem Periodi hactenus hujus hæc fuit. Honorium Principem ad Virtutem ſequendam Regiæ Nativitatis Felicitate eſſe compulſum, velut, & à Natura Deoque ipſo adactum. Idem Arcadio, fratri hujusdem, accentat Syneſius, libro divino de Regno:

ἀσκητέον, inquit, σοι τὴν ψυχὴν ἔχειν βασιλικῶς, καὶ ἀπολογητέον ὑπὲρ τῆς τύχης, ἵνα μὴ ἀλογίας διώκηται, ὡς οὐχ ὁμοίοις φερομένοις ζῆν καὶ τῷ πατρὶ περιῆλθεν ὁ βίος. Τῷ μὲν γὰρ ἡ στρατεία βασιλείαν προυξένησε. Σὲ δὲ στρατεύει τὸ βασιλεύειν, καὶ ὀφείλεις ἀρετὴν τῇ τύχῃ, ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὰ πόνοις ἐκτήσατο, σὺ δὲ αὐτὰ ἀπόνως ἐκληρονομήσας, δεῖ δὴ πόνων ἐπὶ τὴν φυλακήν.

Vide eo loco cætera.

16. TE NASCENTE.] Imperatoris, quem feliciſſimum contra eos vovet & celebrat, Nativitatem divinitus horruiſſe hoſti-

les genteſ autumat. Ut Heroum virtutem totas tremere ſolentes Poëtæ dicunt. Nazarius de Cæſaribus, Conſtantini filiis: *Quorum alter jam obterendis hoſtibus gravis, terrorem paternum, quo ſemper Barbaria omnis intremuit, derivare ad nomen ſuum cœpit, alter Conſulatum jam ſentiens &c.* Maximum Tyrannum ſolo nominis terrore tributa à gentibus exegiſſe ſcribunt Oroſius & Paullus Diaconus Petronius de Pompejo.

> *Magnus*
> *Ille tremor Ponti, ſævi quoque terror Hydaſpis,*
> *Et piratarum ſcopulus.*

Sidonius Panegyrico Anthemiano:

> *ſtupuit primus ſe Parthus in annis*
> *Conſilium non ferre ſenis: conterritus haſit*
> *Quisq; ſedet ſub Rege ſatraps. tremuerunt Medica rura,*
> *Quaq; Draconigena portas non clauſerat hoſti*
> *Tum demum, Babylon, nimis eſt ſibi viſa patere.*

Pariter verò Theoderico Gothorum Rege adhuc in cunis poſito tremuiſſe arma ejus patribus contraria dicit Ennodius ejusdem Panegyrico: *Ille annus habuit Conſulem, qui Rempublicam non tam ſollicitudine quam opinione tueretur: quæ in ſegmentis poſito, quæ ab hoſtibus ſumta fuerant, arma tremuerunt.* Segmenta enim Regias cunas, ſcitè elaboratas, indicant, affectatione Lectionis apud Juvenalem, Sat. VI.

> *quamquam in magnis opibus, plumaque paterna,*
> *Et ſegmentatis dormiſſet parvula cunis.*

Doctiſſimus tamen Editor aliorſum ducit Ennodii locum, cui non pugnavero.

17. FEROX GERMANIA.] Bellicoſa, jugi, Dominationisque impatiens, Martia. Dionyſius Periegeſi Orbis Terrarum:

> ὠκεανοῦ κέχυται ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα Βρεττανοὶ
> Λευκά τε φῦλα νέμονται ἀρειμανέων Γερμανῶν.
> Ἑρκυνίου δρυμοῖο παραθρώσκοντες ὀρόγκους.

Priſcianus Interpres: *Quà ſunt Germani Bellaces, atque Britanni.* Pomponius Mela, lib. III. cap. III. *Germaniam qui habitant immanes ſunt animis atq; corporibus. Et ad inſitam feritatem vaſtè utraq; exercent, Bellando animos, corpora ad conſuetudines laborum.* Quod Elogium quam verum ſit ab hoſte prolatum præ aliis demonſtrare poſſit Cor. Tacitus, cujus Encomia alia omnia canunt. Idem de Manilio judicium ſit, qui obſervante adhuc oculis clade Variana hoſtilem majoribus noſtris ſcripſit hunc verſum. *Teq; feris dignam tantum, Germania, matrem.* Et magis inimicitèr Galenus, lib. I. de Sanit. Tuenda. *Apud Germanos*, inquit, *planè nutriri quidem infantes contenderim: Verum nos neq; Germanis neq; aliis agreſtibus aut barbaris hominibus hæc prodimus, non magis equidem quam Urſis, Apris, Leonibus, aut aliis id genus, ſed Græcis, & iis, qui tametſi genere ſunt barbari, tamen Græcorum æmulantur ſtudia.* Cui optimo ſcriptori non ſolum mos ille infantes recens natos frigido amne mergendi, quem ſequentibus exagitat, odioſam hanc inſectationem extorſiſſe videtur, verum etiam bella Imperatoris Antonini cum Germanis Gentibus capitalia, & ab omni ævo maxima; cui Principi familiarem fuiſſe ipſemet tum alibi ſe tum ejusdem Operis libro VI. confitetur, balneorum & Palæſtræ ejus conſuetudinem recenſens. *Ad Ferocitatem Germanorum* etiam reſtringas, ſi auctori conſulere voles, quod immanes eos vocat Julius Solinus, cap. XXIII. Sique virtutis eorum cum Romano animo ſcribentis memor fueris. Utinam verò exſtarent Liber Centeſimus Quartus Livii, & P. Linii Opus, immortalitate digniſſimum, ſi Deo placuiſſet, quod

quod XX. Voluminibus, Nepote teſte, de Omnibus eatenus Germanicis Bellis conſcripſit, eſſet utique quo opponeremus Majorum noſtrorum Res geſtas cuivis ab omni memoria populo. *Feritas Germaniæ* penè proverbialis Vellejo, lib. II. *Fracti*, inquit, *Longobardi, gens etiam Germana feritate ferocior.* Auguſtum omnium gentium ferociam domare potuiſſe, præter Germanorum, memorat Aurelius Victor. Oculis pugnantium furorem quemdam eluxiſſe ſcribit Ammianus Marcellinus, qui præſens vidit, libro XVI. Furentes perpetuo quodam titulo idem appellat lib. XXV. *Cum primum* Romanis eſſent conflicturi, tantum eorum terrorem caſtra pervagatum, ut miles paſſim teſtamenta faceret, auctor Florus, lib. III. cap. X. Fuere de Germanis adeò feroces Nervij ut mercatorum eos accedere nemo auderet, ut ex majorum gentium auctoribus teſtatur Paulus Diaconus, libro VI. PLura vide penes Tacitum, Cæſarem lib. VI. Belli Gallici. Strabonem, lib. VII. Natura iracundos, robuſtos corporibus ὃ ἂν ὁρμήσωσι μεγάλα κατορθοῦντας Joſephus celebrat lib. XIX. cap I. Magnos corpore, Spiritu etiam majores, egregiosq; mortis contemtores, τοὺς δὲ θυμοὺς τῶν ἀγελωτάτων θηρίων σφοδροτέρους, lib. II. Halos. capite XVI. Ferociam & terrorem ipſum adſpectum prætuliſſe auctor Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. III. cap. III.

ἔχει δὲ φοβερόν τι τὸ ἄτειχον τοῦ βαρβάρου, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ, πόλεμον ἀπειλεῖ, σύγγε ἐς τι τὸ χρῆμα τῷ αἵματι.

Scytharum ferocia nemini ignota, quorum propaginem Germanos teſtatur & deſcribit Nicephorus Gregoras, lib. II. Hiſtoriar. Indomitis bellicoſiſſimisque gentibus, cum iis Evangelij Doctrinam amplexos, componit Theodoretus Sermon IX. Therapeut. Ut & Tertullianus adverſus Judæos, capite VII. Μαχιμωτάτους Γερμανοὺς commendat in rebus ab M. Antonino liberalitatem concernentibus, Pauſanias, Libro Octavo. Copiam aliorum quis congerat?

19. CAUCASUS.] Ferarum gentium, Romanisq; ignotarum, hoſpes mons. Cicero Somnio Scipionis, Boethius, lib. II. de Conſolat. cap. VII.

20. NUMEN CONFESSA.] In puero modo nato. Sic *Venus confeſſa Deam*, apud Maronem, *Mors ſe ipſam confeſſa* in Pacati Panegyrico. *Confeſſus Amor*, auctor Ceiris.

21. MEROE TRAXIT DE CRINE SAGITTAS.] Meroe Inſula ambiente facta. Aethicus Coſmographia: Nilus de littore incipientis maris rubri videtur emergere, in loco qui dicitur Moſſylon Emporium, deinde diu ad occaſum profluens, facit Inſulam, nomine Meroen, in medio ſui. Euſthatius in Dionyſium:

Φασὶ τὸν Νεῖλον ἐκ τῶν τῆς Σελήνης ἥκει ἐκ τῶν Σεληναίων ὀρῶν ἄρχεσθαι, καὶ ἀπὸ τῆς κινναμοφόρου γῆς ἐκ τῶν αἰθιοπικῶν τερμόνων, καὶ διεξιέναι πᾶσαν ἐπ' εὐθεῖαν τὴν Αἴγυπτον, κάμψαντα, καὶ ἀπὸ τοῦ μικροῦ καταῤῥάκτου ὑπὲρ Συήνης καὶ Ἐλεφαντίνης, πόλεως ἀρξάμενον τῆς καμπῆς, ἐμβάλλειν τε εἰς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἕω δύο ποταμοὺς περιλαμβανόντας νῆσον εὐμεγέθη καὶ ὀνομαστὴν, τὴν Μερόην.

Gentes verò ejus incolas accolasq; moris habuiſſe, ut ornamentis capillitij intexerent minutas ſagittas, mentio apud noſtrum Alibi Primo de Laudibus Stiliconis.

Venerat & parvis redimitus Nuba ſagittis,
Et velox Garamas.

Prudentius, Hamartigenia.

non decolor Indus
Tempora pennatis redimitus nigra ſagittis.

22. REPTASTI PER SCUTA PUER.] Sic omnes meliores Libri, & ſcutica digni qui per ſigna reptaſſe Honorium dictum maluerunt

runt quam auctori pudorem ſuum relinquere. Sidonius Panegyrico Anthemiano:

At poſtquam primos infans exegerat annos
Reptabat ſuper arma Patris; quamquam arcta tenebat
Lamina cervicem, gemina complexus ab ulna,
Livida laxatis intrabat ad oſcula criſtis.
Ludus erat puero raptas ex hoſte ſagittas
Feſtiva tractare manu, captosque per arcus
Flexa reluctantes in cornua trudere nervos.

Quæ omnia hiſce Claudiani expreſſa ſunt, quanto Genij, ad tantillum temporis intervallum, decremento, quanta Romanæ Eloquentiæ imminutione, nemo non cum gemitu videat. Sunt verò hæc pro divinis in pueris Heroici ſanguinis, de cæteris malim quod libro Secundo ait Dracontius:

non puer audeat
Attrectare tener Martia tela manu.

21. REGUMQUE FEROCES EXSUVIÆ.] Cum omnibus melioribus Libris ſcribendum *Regumq; recentes Exſuvias* Recentes adhuc ſanguine, taboque hoſtili adſperſæ & horrentes. Eam Lectionem agnoſcunt omnes libri Belgæ, Noſter, Meliores Bentiniani, Deltiani & veteres Editiones eidem collati, Camertis, & Scaligeri Editiones. Claverius ſolum atq; Aldus alterum tenent: Nobis prorſus invitis. Et ſic cruenta hoſtilia ſpolia, apud Maronem. Aen. X. à cæde adhuc recentia.

22. TIBI LUDUS ERANT.] Pro ridiculo, nulli rimori. Martialis.

Ludus erat ſacra connubia fallere tæda,
Ludus & immeritos exſecuiſſe mares.

Sidonius ex noſtro.

Ludus erat puero raptas ex hoſte ſagittas
Feſtiva tractare manu.

23. PRIMUSQUE SOLEBAS.] Ultro, tua ſponte, nec ab eo juſſus aut invitatus. Etiam hæc non ſine invidia Arcadij dicta ſunt. Regum exſuvias dicit ad ignotarum barbararum gentium ſubjugationem alludens. Ut alibi ſupplices veniſſe *crinigero flaventes vertice Reges*. Sanè ad initia principatus non paucas Barbaras gentes domuit debellavitque Theodoſius.

24. TORVUM POST PRÆLIA PATREM] Spirantem adhuc laborem bellicum notasque, ut alibi loquitur, accenſæ virtutis adhuc vultu præferentem. De iisdem Papinius Equo Maximo Domitiani:

juvat ora tueri
Mixta notis belli, placidamque gerentia Pacem.

Alioquin verò Theodoſium miti & generosè pulcro aſpectu fuiſſe auctor Victorinus, Epitoma Cæſarum: *Fuit*, inquit, *Theodoſius moribus & corpore Trajano ſimilis, quantum ſcripta veterum, & pictura docent. Sic eminens ſtatus, membra eadem par cæſaries; os, præterquam, quod illi aliquantum vellendo ſteriles genæ, neq; tam ingentes oculi erant, neſcio an & tanta gratia, tantusq; flos in facie, ſeu tanta dignitas in inceſſu, &c.* prolixè ibi memorata, quæ repetierunt pro ſuis poſtea non pauci ſcriptores, ut Paullus Diaconus, Hiſtor. Miſcellæ lib. XIII. Henricus Huntidonienſis, Anglorum ſcriptorum ferè cordatiſſimus, lib. I. Alij. Virum utilem & armis maturum ex aliis appellat Haimo Epitom. Hiſt. Eccleſ. lib. X. cap. VI.

25. TRIUMPHATO.] Notæ pugnæ & victoriæ pro Republica Theodoſij. Inter cæteras ejus virtutes notabilis ea, quod triúmfandi ſtudio, cum cætera Trajano omnium laudatiſſimo principi par eſſet, contemto hac parte ſummo fuerit ſuperior. Idem Victorinus: *Illa tamen, quibus Trajanus aſperſus eſt, vinolentiam, & cupidinem triumfandi, usque adeò eſt deteſtatus, ut bella non moverit, ſed invenerit. Triumfatus*, qui triumfo traductus, prorſus ſubjectus. Minutius Felix; triumfatos colere cœperunt. Tertullianus in Marcionem.

Jamq;

Iamq; triumfatis ferus armis paret iniquis. *Triumfus* unde dicatur, à Libero nimirum Patre, qui ob acclamationes Comeſſantium, quibus Orientem permenſus eſt, eo nomine ipſemet eſt appellatus, nomenq; ſuum dedit Epiniciis Victoriarum pompis, memorat Arrianus lib. VI. Anabas. Alexandri:

καὶ ταῦτα πρὸς μίμησιν τῆς Διονύσου βακχείας ἀπεικασθῆναι Ἀλεξάνδρου, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο, καταστρεψάμενον Ἰνδοὺς Διόνυσον οὕτω τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπελθεῖν, καὶ θρίαμβόν τε αὐτὸν ἐπικληθῆναι τὸν Διόνυσον, καὶ τὰς ἐπινικίους τὰς ἐκ πολέμου πομπὰς ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ θριάμβους.

Torvum verò quod Theodoſium à prælio licet dixit Claudianus, Paternum hoc habuit. Sivè Patrui ſanè, Theodoſij Senioris, (nam Honorium Principi patrem fuiſſe clarè notat Victorinus, & ſuperius diſceptatum eſt) quem ipſo vultu hoſtibus terrificum facit Ammianus, lib. XXIX. *Cui Rex, Igmazen nomine, ſpectatus per eos tractus, opibusq; inſignis, progreſſus obviam confidenter. Cujus loci es tu, inquit, vel quid acturus huc veniſti? Reſponde. Quem Theodoſius fundata mente, intuens torvum; Comes, ait, Valentiniani, Terrarum Domini ſum, ad opprimendum Latronem funereū miſſus, &c.* A qua *torvitate Firmus* Tyrannus eumdem Theodoſium truculentum & dirum appellaſſe mox eidem ſcriptori dicitur. Idem torvitate vultus Theodoſij perſtrictum Firmum dicit CCCCXXIX. Idem optimus auctor eodem libro *Theodoſij Iunioris expeditam virtutem* tam verbis quam rebus geſtis probat, eumdem mox Principem perſpectiſſimum fuiſſe aſſerens, Undè liquidò clarum evare eos qui, quæ modo verba adſcripſimus, ea cum ipſa domiti Firmi Hiſtoria ad Principem noſtrum referunt. Theodoſium noſtrum Myſiæ Salutari præſidio hoſtem irruentem ſæpius avertiſſe & concidiſſe, conſentiunt Ammianus & Zoſimus, quorum poſterior exinde Imperialem dignitatem meritum notat. Lib. IV.

Μυσία δὲ οὐδενὸς ἐπειράθη κακοῦ, Θεοδοσίου, τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ἀνδρείως ἀντιστάντος, καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀποδιώξαντος, ὅθεν ἐκ ταύτης τῆς νίκης δόξαν κτησάμενος, ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας.

Ammiani ſingularis laudis abundantia verba iſta ſunt fine dicti libri XXIX. *Inter hæc fortunæ diſpendia triſtior dux Mæſiæ Theodoſius junior, prima tum etiam lanugine juvenis, Princeps poſteà perſpectiſſimus, Sarmatas liberos ad diſcretionem ſervorum rebellium appellatos, conlimitia noſtra ex alio latere invadentes, aliquoties expulit & afflixit, congreſſibus denſis attritos, adeoq; obſiſtentes fortiſſimè turbas confluentes oppreſſit, ut cæſorum plurimum alites juſtè ſanguine ſatiaret & feras. Vnde reſidui, tumore jam deflagrante, metuentes ne idem dux virtutis, ut apparuit, expeditæ, in primo finium aditu incurſantes euntes ſterneret aut fugaret, vel inſidias per ſilvarum locaret occulta, poſt multos perrumpendi conatus ſubinde tentatos incaſſum, abjecta pugnandi fiducia, conceſſionem petivere præteritorum & veniam.*

24. AB ISTRO.] Scythia, Danubio. Quibus omnem immanium & invictarum Gentium molem ſcriptores circumloquuntur. In noſtro libro *ab Auſtro*. Perperam.

25. POSCERE PARTEM.] Nullum dubium de veritate hujus Lectionis. Scriptus Noſter *poſcere ferrum* perperam hic quoque loquitur. Honorium puerum etiamnum virtuti militari adſpiraſſe multis memorat & in Quarto Conſulatu Noſter. Victoriæ Theodoſij de Gothis, Alanis, Hunnis, ingentes incidunt in annum ipſum ejus ad Imperium adſciti, quo Conſules fuerunt Auſonius Poëta, & Olybrius. Duodecennis fuit Honorius cum Tertium Conſulatum geſſit. Primum bimus, decennis Secundum nomine ſuo adornavit. Vide Idatium.

27. FRÆNA SUEVI.] Hanc Nationem meritò bellicoſiſſimis accenſet, qui eò poſtea

 mili-

militaris gloriæ venerunt, ut in conflictibus ſociarum gentium ipſis primus cederetur congreſſus. Gotfridus Viterbienſis:

Iudicio cœli dominantur in orbe Suevi,
Nunc ubicunque geri Reſpublica prælia quærit,
Ordine primus erit, gladio vult primus haberi.
Moreque ſigniferi primus in hoſte ferit.

Abbas Hirsfeldenſis in rebus Henrici Quarti Imperatoris: *Datum eſt negotium Rodulpho, Suevorum Duci, ut ipſe cum ſuis, prima acie confligeret. peculiari Suevorum privilegio, quibus ab Antiquit jam diebus Legi datum eſt, ut in omni expeditione Regis Theutonici ipſi exercitum præcedere, & primi prælium committere debeant.* Albertus Argentinenſis Chronico: *Ioannes, Epiſcopus Conſtantienſis, Ducis Cancellarius, voluit quod vexillum ſuum & omnes Suevi ſub illo, juxta antiquum jus Suevorum, præire deberent. Quod cum Dux nollet, ſed ſuum præire vexillum, Epiſcopus cum ſuis receſſit, nolēs minuere jus Suevorum: de quo Dux nimium eſt commotus. Gens namq; Suevorum à tempore Caroli & aliorum Principum, quod in expeditionibus primum conflictum habere debeant viribus & virtutibus meruerant.* Lambertus Schafnaburgenſis in Anno MLXXV. *Datum eſt negotium Duci Rodulpho, ut ipſe cum ſuis prima acie confligeret, peculiari ſcilicet privilegio Suevorum quibus ab antiquis jam diebus Lege latum eſt, ut in omni expeditione Regis Teutonici ipſi exercitum præcedere, & primi committere debeant.* Quæ exſcripta illis. Claudianus Noſter Equeſtrem Suevorum virtutem commendat.

29. SUSTULIT ARRIDENS.] Summam generoſiſſimamq; indolem in contemtu ſanguinolentotum, & fulgentium Armorum, ponit. Pariter Ajax Sophoclæus de Filio ſuo, v. DCXV. Flagelliferi.

Αἶρ' αὐτὸν, αἶρε, δεῦρο, ταρβήσει γὰρ οὔ
Νεοσφαγῆ τοῦτόν γε προσλεύσσων φόνον,
Εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμὸς τὰ πατρόθεν,
Ἀλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
Δεῖ πωλοδαμνεῖν, κἀξομοιοῦσθαι φύσιν, &c.

30. GALEÆ NEC TRISTE TIMENTEM FULGUR.] Indole verè ingenti & patria Quod illaudabiliter ſanè in Aſtyanacte Hectoreo contra poſuit Homerus. Iliad. 7.

ὡς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἕκτωρ,
Ἂψ δ' ὁ πάις πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης
Ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθεὶς.
Ταρβήσας χαλκόν τε ἰδὲ λόφον ἱππιοχαίτην.
Δεινὸν ἀπ' ἀκροτάτης κόρυθος νεύοντα νοήσας.
Αὐτίκ' ἀπὸ κρατὸς κόρυθ' εἵλετο φαίδιμος Ἕκτωρ.

Merito itaq; hoc correxit, cum cætera exprimeret, Claudianus. *Triſte fulgur*, horrendum, Triſtificum Papinius, Thebaid. III. *armaq; in auro Triſtia.*

Galearum autem veterum ea cultura, ut timore hoſtes tangerent. Noſter de Minerva, Lib. III. Raptus. v. CXLVII.

haſtamq, reponit
Inſolitisq; docet galeam miteſcere ſertis.
Ferratus laſcivit apex, horrorque receſſit
Martius, & criſta, placato fulgure, vernant.

33. TUNC SIC LÆTUS AIT.] Imitatio Hectoris Homerici Iliade modo nominata.

Ζεῦ

Ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ ϗ τόν δε
γενέσθαι
παῖδ' ἐμὸν, ὡς ϗ ἐγώ περ, ἀριπρε-
πέα Τρώεσσιν,
ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν, ϗ Ἰλίου ἶφι ἀ-
νάσσειν,
Καὶ πότε τις εἴπησι, πατρὸς δ' ὅγε
πολλὸν ἀμείνων
ἐκ πολέμου ἀνιόντα· φέροι δ' ἔναρα
βροτόεντα,
Κτείνας δήϊον ἄνδρα.

Iuppiter ô, divique alij, exaudite precan-
tem,
Filius ut meus hic ſimilis mihi Troica,
belle
Mœnia, pacataq; demet non ſegnior ar-
tes.
Ut ſi quis videat melierem dicere Patre
Poſſit, ubi exſuvias hoſtili corpore tra-
ctas
Ultor avis, referet.

Patilis etiam formula precum, apud Virgiliū ſed prolixior quam quæ adſcribi velit. Siliaпam dabimus potius, de lib. III. Ubi Annibal periculo ſeponendum filium ita alloquitur.

Spes ô Carthaginis altæ
Nate, nec Aeneadum levior metus: am-
plior oro
Sit patrio decore, & factis tibi nomina
condas.
Queis ſuperos, bellator, avum: jamq; ægra
timoris
Roma tuos numeret, lacrymandos matri-
bus, annos.
Ni præſaga meos ludunt præcordia ſen-
ſus
Ingens hic terris creſcit Labor: ora Pa-
rentis
Agnoſco, torvaq; ocu'os ſub frōte minaces.
Vagitumque gravem, atque irarum Ele-
menta mearum.

Homeri verba Latio etiam induxit Poëta medij temporis. qui Thebani Pindari titulo inſcribitur, omnino ejus generis omniū princeps, quicunque nomine. & ſatis vetus, cum laudetur à Lutatio.

Colloquium petit intereà fidiſſima con-
jux
Hectoris Andromache: parvumq; ad pe-
ctora natum
Aſtyanacta tenet: cujus dum maximus
Heres
Oſcula parva petit, ſubitò perterritus in-
fans
Convertit timides materna ad pectora
vultus,
Terribilemq; fugit galeam, criſtamq; mi-
cantem.
Utq; caput ſu venit poſito detexerat ære,
Protinus infantem geminis amplectitur
ulnis,
Attollensq; manus: precor, ô pater, optime,
dixit,
Ut meus hic pro quo tua numina, natus,
adoro.
Virtutes primis patrias imitetur ab an-
nis.

34. STELLANTIS OLYMPI.] Æneide VII. *ſtellantis Regia cæli.* Omnem undiq; ſtellis micantibus ſplendentem intellige. *ſtellare,* vario fulgore velut commicare. Ut armis ſtellantibus coruſcare, apud Ammianum, libro XIIX.

35. HIRCANAS OPES.] *Parthorum & Perſarum* regna intelligit, confuſa tum nominibus, unique parentia, ſola infeſta fere ad timorem Romanis rebus ad Orientem. Lege Hiſtorias præcedentium Principum, præcipuè Ammianum. Hircaniæ ſitum docebit te idem iſte ſcriptor lib. XXIII. Perſarum tamen fides quandoque Romanis nobilis, ut cum Theodoſij Junioris, ab Arcadio excedente ſibi commendati, Imperium pupilli resque omnes cordati tutatus eſt Rex. de quo Paullus Diaconus Hiſtoria Miſcell. lib. XIII.

13. PRIVATOS NESCIT FORTUNA PENATES.] Laus Felicitaris Honorianæ ei locis à noſtro occentata. Contra autem Sapientiores mihi ſtatuere videntur melioribus Rationibus. Audi Libanium Panegyrico ad Iulianum.

πιστὸ δὲ καὶ τὸ νῦν γενναῖον γενναιότερον ἔτεκεν, καὶ τὴν ἰδίαν ἧτταν ἡττήθησαν, καὶ κοινὴν ταύτην ἁπάντων ἐποίησαν, ὅσον γὰρ οἱ τῶν ἄλλων ἀμείνους δεύτεροι τοῦ γενῶνται, μειζόνως τούτους ἀπέφηναν ἐκείνου δευτέρους ὧν ἦσαν αὐτοὶ κάλλιους. πόρρωθεν δὲ ἄρα καὶ περὶ τῆς βασιλείας ἤρξω κρατεῖν, οὐ γὰρ ὅμοια τὰ ἐν παισὶ, ὥσπερ καὶ ἄλλοις, οὐδὲ αἱ κρηπῖδες παραπλήσιαι, τῶν γε μὴν αὖθις ἐν ἀλουργίσι τραφέντων, ὁ τὰ πρῶτα μετὰ χρῶν ἰδιώτου τάξεως ἐμπειρότερος εἰς ἀρχὴν ἐξ ἀγορᾶς ἔχων τὴν μάθησιν, ὧν διοικήσειν ἔμελλεν, οὑτωσὶ μὲν τοῦ πρὶν ἢ λυσιτελεῖν βασιλευσάντων, κρατεῖς, ὅτε ἄμεινον ἐπὶ τοῦθ' ἧκεν, τοὺς δ' αὖ μετὰ σοῦ τοῦτ' ἐσχηκότας, νικᾷς ἑτέρωθεν, μᾶλλον δὲ καὶ τούτους κἀκείνου ἀπὸ τῶν νικᾷς ἐκ παιδείας καὶ λόγων.

Pulcrè Geogrius Pachymerius lib. II. Hiſtoriar. *Optimum eſſe Regnum non hæreditariæ ſucceſſionis, non ſortis temeritate ſæpè etiam indignis objici ſolitum ac peſſimis hominibus, quos bonus Princeps vel ſervorum loco habere dedignetur. Eum verò principatum rectiſſimè commendari ad quem ſpectata & probata virtute evehatur: quod is demum populo proſit, qui id exſequendum ſibi putet, cujus gratia ſit conſtitutus. Medicum acceſſi non fortuito, non propter cognationem, cum valetudo agitur Quod ſi gubernator navi propter neceſſitudinem præponatur, non eum gubernatorem ſed everſorem navis fore. Hinc fieri poſſe ut quèm rectiſſimè inſtitutum eſſe oportebat, is omnium ſit depravatiſſimus; quippe qui, ſimul ac in lucem editus ſuſceptusque fuerit, Regio Luxu ac deliciis corrumpatur, adulatione perpetuò urgente, Veritate verò fugiente, cum turpiſſima quæque pulcerrimis nominibus ornentur; adeò ut, vetere proverbio, etiam certus tuſſiendi modus adulatorum materia fuerit apud eos principes qui ſimul & imperãt & ſerviunt: ubi qui minimum monuerit ut malevolus & ſceleratus exagitetur ab ijs qui admonitionem edictum cenſent. Præterea eos etiam, quos ille rerum ſtatus non delectet, nihilominus & ipſos, principem ſuprà modum efferendo, aſſentari, ac faſtum ejus augere: Alios quaſi in ſcena varias perſonas inducere, Genus ad benè imperandum ſatis eſſe putare, quaſi in primo ſemine Regia quædam vires ad optimè gubernandum ineſſent.*

14. ET REGNUM CUM LUCE DEDIT.] Eadem de eodem canit Quarto Conſulatu.

Naſceris æquæva cum majeſtate creatus,
Nullaque privatæ paſſus contagia ſortis.
Omnibus acceptis ultrò te Regia ſolum
Protulit, & patrio felix adoleſcis in oſtro,
Membraque, veſtitu numquam temerata profano,
In ſacros cecidere ſinus.

Quo eodem Libro Honorium eumdem Apum Regi comparat qui non eligitur neque ſorte venit ad regnum, alienisve meritis ei introducitur, ſed naſcitur in ſceptra, v. CCCLXXX. Vbi eum Pater Theodoſius alloquitur.

fas ſit promittere patri
Tantus eris; noſtro nec debes Regna favori
Quæ tibi jam Natura dedit.

Talis Imperator θεοστεφὴς à Deo Coronatus, nulla hominis interveniente opera appellatur, ſummi tituli loco. Conſtantinus Imperator Epigraphe Libri de Adminiſtrando Imperio ad Romanum filium:

περὶ

ϖρὸς τὸν ἴδιον ὑιὸν ῥωμανὸν, τὸν Θεοςεφῆ, ϗ πορφυρογέννητον βασιλέα.

Meliores libri ita ut propoſuimus hoc loco ſcribunt. Camers & alij edidere *Et regimen cum luce* Minus benè. Regnum enim Honorio potius cum Nativitate datum quam regimen, cum hoc actum requirat, illud; Secundum Scholaſticos, potentia ſit contentum. Acutius ergo Claudianus, quam pati potuerint librariorum ſtupores. Porro in *ſceptris natus Princeps ſingulare hoc Dei donum habet*, ut *Aniſius Iulianus* vetus de membrana auctor nobis loquitur, *quod Deo ſimilimus regnare poſſit ſine dolo nimirum & metu, munitus inſuper optima conſcientia potiti regiminis. Qualem Tranquillitatem Principis ſequitur Pax ſubditorum, & compoſitio ſtatuum. Quem enim à prima pueritia noverunt & amarunt, eum ignoto mutare & poſtponere nemo velit, nec ille velut in alienos, modo ſua ſit humanitatis, quicquam in eos conſulet temerè durius, quos nativa quodam dilectione proſequitur. Regimen*, non indigna vox bono ſcriptore. Appuleius lib. II. *Navis ipſa varijs procellarum turbinibus quaſſata, utroque regimine amiſſo, præcipitio demerſa eſt. Regimenta*, Ammianus dicit, libro XXVIII. *Parentem Maximini, auguralis artis callentem, prædixiſſe adusq; ſublimia regimenta venturum, ſed periturum.*

15. EXCEPIT TYRIO VENERABILE PIGNUS IN OSTRO.] Regius mos purpura Principali excipere infantes recens natos. Sic de eodem Quarto Conſ.

Membraque, veſtitu numquam temerata profano,
In ſacros cecidere ſinus.

H.e. ut primum utero materno prodijt Honorius, purpura Imperatoria eſt exceptus: & verè quidem, nec Poeticè hoc dixit. Idatius Epiſcopus in Faſtis: *Ricomere & Clearcho Conſulibus Natus eſt Honorius nobilis, die V. Id. Septemb.* Et *ab hoc* potiſſimum Principe, licet Veteris, Principes poſteri Novæ Romæ gloriari cœperũt hoc titulo, maximoperè ſtudentibus Imperatricibus uti in purpuram, regale nimirùm indumentum, partus Regij exciperentur, unde & inſigne quoppiam Principalis Palatij conclave Purpuram poſtea appellarunt, in quod parturientes Dominæ delatæ, neceſſe habebant honorem Porphyrogenitarum liberis tradere, ſiquidem eos pleno ad Imperatoriam Majeſtatem gradu iam inde ab utero materno venire idoneos vellent. De honore Tituli hujus nota res & mille ſunt exempla. Byzantina omnis Hiſtoria conſulatur. Sic Romanus Porphyrogenitus, cui librum de Imperio ſcribit Pater Conſtantinus: Leo Porphyrogenitus apud Liutprandum lib. I. Hiſtor. Europ. cap. II. Anna Comnena Porphyrogenita Inſcriptionibus Alexiados ſuæ, cui ſimile nullum exſtat Græcæ mulieris opus. Manuel Porphyrogenitus apud Theorianum Diſputatione cum Armeniis Catholici: Conſtantinus in purpura natus apud Cantacuzenum Epiſtola ad Nilum. Conſtantinus Porphyrogeneta auctor Operis de Thematibus. Et clara hæc res. De Conclavi multi pariter meminerunt, notaruntque pridem qui de Imperatore atque alia Collectanea eo pertinentia ediderunt. Manifeſto autem falſum quod cum locum à Conſtantino Magno purpurei titulo donatum, nativitatique liberorum ſuorũ conſtitutum ſcribit Luitprandus, loco nominato, quæ ejus temporum vana gloriatio eſt. Nam vel ex his Claudiani Idatijque locis clarum non de loco, ſed de veſte Regia Honorium purpuræ innatum dici, qui tanto jam tempore Conſtantinum ſecurus eſt. In quod genus traditiorum ſanè intererat doctorum inquirere, nec ſtatuere tam facili Vanitatis obſequio, Contrà verò qui de hac ſive domo, ſive parte ejus Conſtantino Manaſſi aſſentiri prorſus non vult, errat etiam Bonav. Vulcanius Notis ad Thematum auctorem, cum dubitare non ſinant alij ſcriptores. Porphyrogeniti autem ſoli, prima vocis origine, qui utroque Parente Imperante in lucem prodierunt. Zonaras

Tom.III. de Conſtantino Duca: τὸν δὲ Κωνσταντῖνον Εὐδοκία ἔτεκε βασιλεύοντι, καὶ αὐτὴ αὔγουστα ἀναῤῥηθεῖσα, ὅθεν οὗτος μόνος πορφυρογέννητος ἦν, ἐν αὐλῇ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις ἐκόσμησεν.

Hæcque vera ejus tituli origo eſt, quo ne inferiores eſſent aliter geniti, excogitatæ poſtea ſunt purpurearum veſtium ſubjectiones & appellationes Conclavium parturientibus aſſignatorum. Neque notatione hic indignum porro Romanorum etiam pueros, qui delicatius educarentur, in purpura enutritos, quod arguendo parentum luxui notat Quintilianus lib.I.c.II. *Vtinam, inquit, Liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim deliciis ſolvimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis, frangit. Quid non adultus concupiſcet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, & jam coccum intelligit, jam conchylium poſcit. Ante palatum eorum quam os inſtituimus. Hæc eſt genuina* eorum optimi ſcriptoris verborum Lectio, referentibus pervetuſtis membranis. Vir doctus nobiſque amicus qui *mores eri* ſubſtituit in poſtremis verbis, non attendit acumen auctoris: Neque hoc, cum de purpura, in qua Reginas peperiſſe diximus, conſter, Obſervatione prorſus indignum, quod argenteis lectis impoſiti Magnatum fuerint infantes. Fulgentius, Sermone in Epiphaniam: *Mortuo iſto Herode Archelaus in Iudæa regnavit, & Galilæa principatum Iunior Herodes obtinuit. Archelaus natus eſt in Palatio, Chriſtus in diverſorio. Archelaus natus eſt in lecto argenteo poſitus, Chriſtus autem natus in præſepio eſt breviſſimo collocatus. Ille forſitan pretioſis involutus eſt Sericis, iſte viliſſimis involutus eſt pannis.* Sed alio rſum pertinet horum dilatatio.

16. LUSTRAVITQUE TUOS.] Suprà dixit in caſtris natum eſſe Honorium. *Luſtratio* autem hæc, circumductionem notat. Nam recens nato infanti ludos militares exhibitos, in orbem decurrentibus legionibus circa locum nativitatis, autumat. Mos autem vetuſtiſſimus recens natos Heroum infantes armata militia circumdecurrente luſtrare. Sic Honorium eumdem hunc ſuum Iovis incunabulis, ab armatis Corybantibus luſtrati, præfert noſter IV. Ejuſdem Conſulatu:

> *Nec te progenitum Cybeleius ære ſonoro*
> *Luſtravit Corybas; Exercitus undique fulgens*
> *Aſtitit; ambitur ſignis Auguſtior infans.*
> *Senſit adorantes galeas, redditque ferocem*
> *Vagitum lituis.*

De Iovis cunabulis, Corybantibus eodem modo luſtratis, nota omnia ex Callimacho, Arato, horum Interpretibus & Mythologis. Velut autem Honorio noſtro hoc loci gloriæ datur felicitatique in caſtris Imperatoriis nativitatem habuiſſe, ſic intra Domum Cæſaream, aut in Caſtrenſi Prætorio natum eſſe, ſummè felix fortitudinis auſpicium, & ad res gerendas fatalis ducebatur deſtinatio. De Priore Velleius exemplum dat, lib.II. *Reverſum inde Neronem Cæſar, haud mediocris Belli molem experiri ſtatuit adjutore operis dato fratre ipſius, Druſo Claudio, quem intrà Cæſaris penates enixa erat Livia.* Poſterioris ſit Hannibal, ad tantas res gerendas natus in ipſo penè Prætorio Patris, fortiſſimi Imperatoris. Livius lib. XXX. *Nec Scipioni aut cum Syphace, incondita, Barbariæ Rege, qui ſtatarios ſemilixas ducere exercitus ſolitus ſit, aut cum ſocero ejus Aſdrubale, fugaciſſimo duce; rem futuram, aut tumultuariis exercitibus ex agreſtium ſemiermi turba ſubito collectis; ſed cum Annibale propè nato in Prætorio Patris Fortiſſimi Ducis, alito atque educato inter arma, puero quondam milite, vix dum juvene Imperatore.*

17. IN

17. IN MEDIIS CVNABULA PRÆBUIT HASTIS.] Mirus ſtupor Librariorum Veterum: quorum pars ita corrupit hunc verſum:

> *—— in mediis venabula prabuit eſcis.*

Nihil ſtultius. Alij aliter delirarunt, quorum ineptias facilis veritas vulgatæ. Lectionis nullo negotio confutat. Iſta autem, quæ de Honorio hic prædicat Claudianus, mirifica omnia verborum ſuavitate Valentiniani Laudibus accinit Themiſtius, Oratione XI. quàm expreſſiſſe noſter, Philoſophus ipſe, & celebris filius Philoſophi, videtur: Quare & verba pluſcula apponam, ut ex ijs quid in Heroica Indole laude digniſſimum ſit, velut inſpecto ſpeculo, diſcere vel properãs Lector poſſit:

> πρῶτος γὰρ δὴ τέως τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐσπαργανώθης ἐν ἀλουργίδι, καὶ νίκη μὲν δὲ ὑπεδέξατο ἐκ τῶν ὠδίνων, νίκη δὲ εὐθὺς τιθηνεῖται. Νίκης δὲ ἐπώνυμος ἀνὴρ, μᾶλλον δὲ νίκης πολλάκις αἴτιος γεγονὼς, συνάρχει σοι τὴν πρώτην ἀρχήν.

Sed præſtat omnium uſui Latina proponere: *Tu enim ex felici familia primus hactenus purpura ex incunabulis involutus es. Te ab ipſo ſtatim partu Victoria excepit, eadem fovit aluitque Victoria. Tum à Victoria cognominatus vir, ſeu Victoria potius auctor, ſæpius primi tecum magiſtratus collegium obtinet. Felix procul dubio omen eorum, inſignium ac Tropæorum quæ, temporum progreſſu, conſtitues. Iam vero in unis circumlatus adhuc in Expeditionem cum Patre proficiſceris, cum eo Exercitum ducis, neque te in thalamis, blandè ſomnum concilians, educat, nec adipe ac medulla ovium, ſed ad Iſtrũ, atque in media Scytharum hyeme, nutrit iiſdem & veſcentem cibis & eodem potu cum parente & militibus utentem. Tu verò & Bellicos clamores, & Clypeorum ſtrepitus, & criſtarum fulgorem conſtanter ſuſtines. Tu, inquam, neq; terreri potes, Terribile à ſummo nutantem vertice cernens Neq; tibi ferreus homo quiſpiam apparens paverem incutiat, quam vel magnanimus quilibet, ut Homerus ait, aſpiciens, formidine percellatur: Quin te, generoſiſſime puer, arcum tenentem aliquando vidi, & cum ætate certantem Tum nervum applicuit mammis. Nec ſi tuas manus vidiſſet Poeta, delicatas ac minus detritas eſſe diceret, cujuſmodi Ithacenſium juvenum, vel potius virorum, procorum manus aſſerit præ teneritudine fatigatas illico à certamine deſciviſſe. Quare mirum nihil eſt ſi nuper pro Tribunali quovis ſene firmius ſederis, adeoque ut, cum cæteri fatigarentur omnes, ſolus ad veſperam uſq; perſeveraturus videreris. Præclara iſta ſanè ac digna rege inſtitutio, catuli inſtar ferarum ſanguinem deguſtare atq; iram adverſus Barbaros meditari. Ego verò propediem optaverim te etiam his Rege magis digna documenta ſectari.* Hæc ordine quin teſpexerit Claudianus nobis dubium non eſt. Summa autem Periodi hactenus hujus hæc fuit. Honorium Principem ad Virtutem ſequendam Regiæ Nativitatis Felicitate eſſe compulſum, velut, & à Natura Deoque ipſo adactum. Idem Arcadio, fratri hujuſdem, accentat Syneſius, libro divino de Regno:

> ἀσκητέον, inqt, οὖν τὴν ψυχὴν ἔχειν βασιλικῶς, καὶ ἀπολογητέον ὑπὲρ τῆς τύχης, ἵνα μὴ ἀλογίας διώκηται, ὡς οὐχ ὁμοίως φρονίμοις (εἶπε καὶ τῷ πατρὶ περιῆλθεν ὁ βίος. Τῷ μὲν γὰρ ἡ στρατεία βασιλείαν προξένησε. Σὲ δὲ στρατεύει τὸ βασιλεύειν, καὶ ὀφείλεις ἀρετὴν τῇ τύχῃ, ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὰ πόνοις ἐκτήσατο, σὺ δὲ αὐτὰ ἀπόνως ἐκληρονομήσας, δεῖ δὴ πόνων ἐπὶ τὴν φυλακήν.

Vide eo loco cætera.

16. TE NASCENTE.] Imperatoris, quem feliciſſimum contra eos vovet & celebrat, Nativitatem divinitus horruiſſe hoſtiles

les gentes autumat. Ut Herouum virtutem totas tremere ſolentes Poëtæ dicunt. Nazarius de Cæſaribus, Conſtantini filijs: *Quorum alter jam obterendis hoſtibus gravis, terrorem paternum, quo ſemper Barbaria omnis intremuit, derivare ad nomen ſuum cœpit, alter Conſulatum jam ſentiens &c.* Maximum Tyrannum ſolo nominis terrore tributa à gentibus exegiſſe ſcribunt Oroſius & Paullus Diaconus Petronius de Pompejo.

Magnus
Ille tremor Ponti, ſævi quoque terror Hydaſpis,
Et piratarum ſcopulus.

Sidonius Panegyrico Anthemiano:

ſtupuit primus ſe Parthus in annis
Conſilium non ferre ſenis: conterritus hæſit
Quisq; ſedet ſub Rege ſatraps.
tremuerunt Medica rura,
Quaq; Draconigena portas non clauſerat hoſti
Tum demum, Babylon, nimis eſt ſibi viſa patere.

Pariter verò Theoderico Gothorum Rege adhuc in cunis poſito tremuiſſe arma ejus partibus contraria dicit Ennodius ejusdem Panegyrico: *Ille annus habuit Conſulem, qui Rempublicam non tam ſollicitudine quam opinione tueretur: quo in ſegmentis poſito, quæ ab hoſtibus ſumta fuerant, arma tremuerunt.* Segmenta enim Regias cunas, ſcitè elaboratas, indicant, affectatione Lectionis apud Juvenalem, Sat. VI.

quamquam in magnis opibus, plumaque paterna,
Et ſegmentatis dormiſſet parvula cunis.

Doctiſſimus tamen Editor alıorſum ducit Ennodij locum, cui non pugnavero.

17. FEROX GERMANIA.] Bellicoſa, jugi, Dominationisque impatiens, Martia. Dionyſius Periegeſi Orbis Terrarum:

ὠκεανοῦ κέχυται ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα Βρεττανοὶ
Λευκά τε φῦλα νέμονται ἀρειμανέων Γερμανῶν.
Ἑρκυνίου δρυμοῖο παραθρώσκοντες ὁρόγκους.

Priſcianus Interpres: *Quæ ſunt Germani Bellaces, atque Britanni.* Pomponius Mela, lib. III. cap. III. *Germaniam qui habitant immanes ſunt animis atq; corporibus. Et ad inſitam feritatem vaſtè utraq; exercent, Bellando animos, corpora ad conſuetudines laborum.* Quod Elogium quam verum ſit ab hoſte prolatum præ aliis demonſtrare poſſit Cor. Tacitus, cujus Encomia alia omnia canunt. Idem de Manilio judicium ſit, qui obſervante adhuc oculis clade Variana hoſtilem majoribus noſtris ſcripſit hunc verſum. *Teq; feris dignam tantum, Germania, matrem.* Et magis inimicitèr Galenus, lib. I. de Sanit. Tuenda. *Apud Germanos*, inquit, *planè nutriri quidem infantes contenderim: Verum nos neq; Germanis neq; aliis agreſtibus aut barbaris hominibus hæc prodimus, non magis equidem quam Urſis, Apris, Leonibus, aut aliis id genus, ſed Græcis, & iis, qui tametſi genere ſunt barbari, tamen Græcorum æmulantur ſtudia.* Cui optimo ſcriptori non ſolum mos ille infantes recens natos frigido amne mergendi, quem ſequentibus exagitat, odioſam hanc inſectationem extorſiſſe videtur, verum etiam bella Imperatoris Antonini cum Germanis Gentibus capitalia, & ab omni ævo maxima; cui Principi familiarem fuiſſe ipſemet tum alibi ſe tum ejusdem Operis libro VI. confitetur, balneorum & Palæſtræ ejus conſuetudinem recenſens. *Ad Ferocitatem Germanorum* etiam reſtringas, ſi auctori conſulere voles, quod immanes eòs vocat Julius Solinus, cap. XXIII. Sique virtutum eorum cum Romano animo ſcribentis memor fueris. Utinam verò exſtarent Liber Centeſimus Quartus Livij, & PLinij Opus, immortalitate digniſſimum, ſi Deo placuiſſet,

quod

quod XX. Voluminibus, Nepote teſte, de Omnibus eatenus Germanicis Bellis conſcripſit, eſſet utique quo opponeremus Majorum noſtrorum Res geſtas cuivis ab omni memoria populo. *Feritas Germaniæ* penè proverbialis Vellejo, lib. II. *Fracti*, inquit, *Longobardi*, *gens etiam Germana feritate ferocior*. Auguſtum omnium gentium ferociam domare potuiſſe, præter Germanorum, memorat Aurelius Victor. Oculis pugnantium furorem quemdam eluxiſſe ſcribit Ammianus Marcellinus, qui præſens vidit, libro XVI. Furentes perpetuo quodam titulo idem appellat lib. XXV. *Cum primum* Romanis eſſent conflictuti, tantum eorum terrorem caſtra pervagarum, ut miles paſſim reſtamenta faceret, auctor Florus, lib. III. cap. X. Fuere de Germanis adeò feroces Nervij ut mercatorum eos accedere nemo auderet, ut ex majorum gentium auctoribus teſtatur Paulus Diaconus, libro VI. PLura vide penes Tacitum, Cæſarem lib. VI. Belli Gallici. Strabonem, lib. VII. Natura iracundos, robuſtos corporibus ȣ̓ ἂν ὁρμίσωσι μεγάλα κατορθȣ̃ντας Joſephus celebrat lib. XIX. cap I. Magnos corpore, Spiritu etiam majores, egregiosq; mortis contemtores, τȣ̀ς δὲ θυμȣ̀ς τῶν ἀγελωτάτων θηρείων σφοδροτέρους, lib. II. Halos. capite XVI. Ferociam & terrorem ipſum adſpectum prætuliſſe auctor Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. III. cap. III.

ἔχει δὲ φοβερὸν τὸ ὄμμα τȣ̃ βαρβάρȣ, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτȣ̃, πόλεμον ἀπειλεῖ, σύγγε. ές τι τὸ χρῆμα τῷ αἵματι.

Scythatum ferocia nemini ignota, quorum propaginem Germanos teſtatur & deſcribit Nicephorus Gregoras, lib. II. Hiſtoriar. Indomitis bellicoſiſſimisque gentibus, cum iis Evangelij Doctrinam amplexos, componit Theodoretus Sermon IX. Therapeut. Ut & Tertullianus adverſus Judæos, capite VII. Μαχιμωτάτȣς Γερμανȣ̀ς commendat in rebus ab M. Antonino liberalitatem concernentibus, Pauſanias, Libro Octavo. Copiam aliorum quis congerat?

19. CAUCASUS.] Ferarum gentium, Romanisq; ignotarum, hoſpes mons. Cicero Somnio Scipionis, Boethius, lib. II. de Conſolat. cap. VII.

20. NUMEN CONFESSA.] In puero modo nato. Sic *Venus confeſſa Deam*, apud Maronem, *Mors ſe ipſam confeſſa* in Pacati Panegyrico. *Confeſſus Amor*, auctor Ceiris.

21. MEROE TRAXIT DE CRINE SAGITTAS.] Meroe Inſula ambiente facta. Aethicus Coſmographia: Nilus de littore incipientis maris rubri videtur emergere, in loco qui dicitur Moſſylon Emporium, deinde diu ad occaſum profluens, facit Inſulam, nomine Meroen, in medio ſui. Euſthatius in Dionyſium:

φασὶ τὸν Νεῖλον ἐκ τῶν τῆς Σελήνης ἤτοι ἐκ τῶν Σεληναίων ὀρῶν ἄρχεσθαι, καὶ ἀπὸ τῆς κινναμοφόρȣ γῆς ἐκ τῶν αἰθιοπικῶν τερμόνων, καὶ διεξιέναι πᾶσαν ἐπ᾽, εὐθεῖαν τὴν Αἴγυπτον, κάμψαντα, καὶ ἀπὸ τȣ̃ μικρȣ̃ καταῤῥάκτȣ ὑπὲρ Συήνης καὶ Ελεφαντίνης, πόλεως ἀρξάμενον τῆς καμπῆς, ἐμβάλλειν τε εἰς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἕω δύο ποταμȣ̀ς περιλαμβανόντας νῆσον ἐν μεγέθει καὶ ὀνομαστὴν, τὴν Μερόην.

Gentes verò ejus incolas accolasq; moris habuiſſe, ut ornamentis capillitij interſererent minutas ſagittas, mentio apud noſtrum Alibi Primo de Laudibus Stiliconis.

Venerat & parvis redimitus Nuba ſagittis,
Et velox Garamas.

Prudentius, Hamartigenia.

non decolor Indus
Tempora pennatis redimitus nigra ſagittis.

22. REPTASTI PER SCUTA PUER.] Sic omnes meliores Libri, & ſcutica digni qui per ſigna reptaſſe Honorium dictum maluerunt

runt quam auctori pudorem ſuum relinquere. Sidonius Panegyrico Anthemiano:

At poſtquam primos infans exegerat annos
Reptabat ſuper arma Patris; quamquam arcta tenebat
Lamina cervicem, gemina complexus ab ulna,
Livida laxatis intrabat ad oſcula criſtis.
Ludus erat puero raptas ex hoſte ſagittas
Feſtiva tractare manu, capteſque per arcus
Flexa reluctantes in cornua trudere nervos.

Quæ omnia hiſce Claudiani expreſſa ſunt, quanto Genij, ad tantillum temporis intervallum, decremento, quanta Romanæ Eloquentiæ imminutione, nemo non cum gemitu videat. Sunt verò hæc pro divinis in pueris Heroici ſanguinis, de cæteris malim quod libro Secundo ait Dracontius:

non puer audeat
Attrectare tener Martia tela manu.

21. REGUMQUE FEROCES EXSUVIÆ.] Cum omnibus melioribus Libris ſcribendum *Regumq; recentes Exſuvia* Recentes adhuc ſanguine, taboque hoſtili adſperſæ & horrentes. Eam Lectionem agnoſcunt omnes libri Belgæ, Noſter, Meliores Bentiniani, Deltiani & veteres Editiones eidem collati, Cameriis, & Scaligeri Editiones. Claverius ſolum atq; Aldus alterum tenent: Nobis prorſus invitis. Et ſic cruenta hoſtilia ſpolia, apud Maronem. Aen. X. à cæde adhuc recentia.

72. TIBI LUDUS ERANT.] Pro ridiculo, nulli timori. Martialis.

Ludus erat ſacra conubia fallere tada,
Ludus & immeritos exſecuiſſe mares.

Sidonius ex noſtro.

Ludus erat puero raptas ex hoſte ſagittas
Feſtiva tractare manu.

23. PRIMUSQUE SOLEBAS.] Ultro, tua ſponte, nec ab eo juſſus aut invitatus. Etiam hæc non ſine invidia Arcadij dicta ſunt. Regum exſuvias dicit ad ignotarum barbararum gentium ſubjugationem alludens. Ut alibi ſupplices veniſſe *crinigero flaventes vertice Reges*. Sanè ad initia principatus non paucas Barbaras gentes domuit debellavitque Theodoſius.

24. TORVUM POST PRÆLIA PATREM] Spirantem adhuc laborem bellicum notasque, ut alibi loquitur, accenſæ virtutis adhuc vultu præferentem. De iisdem Papinius Equo Maximo Domitiani:

juvat ora tueri
Mixta notis belli, placidamque gerentia Pacem.

Alioquin verò Theodoſium miti & generosè pulcro aſpectu fuiſſe auctor Victorinus, Epitoma Cæſarum: *Fuit*, inquit, *Theodoſius moribus & corpore Trajano ſimilis, quantum ſcripta veterum, & pictura docent. Sic eminens ſtatus, membra eadem par cæſaries, os, præterquam, quod illi aliquantum vellendo ſteriles gena, neq; tam ingentes oculi erant, neſcio an & tanta gratia, tantusq; flos in facie, ſeu tanta dignitas in inceſſu, &c.* prolixè ibi memorata, quæ repeterunt pro ſuis poſtea non pauci ſcriptores, ut Paullus Diaconus, Hiſtor. Miſcellæ lib. XIII. Henricus Huntidonienſis, Anglorum ſcriptorum ferè cordatiſſimus, lib. I. Alij. Virum utilem & armis maturum ex aliis appellat Haimo Epitom. Hiſt. Eccleſ. lib. X. cap. VI.

25. TRIUMPHATO.] Notæ pugnæ & victoriæ pro Republica Theodoſij. Inter cæteras ejus virtutes notabilis ea, quod triũfandi ſtudio, cum cætera Trajano omnium laudatiſſimo principi par eſſet, contemto hac parte ſummo fuerit ſuperior. Idem Victorinus: *Illa tamen, quibus Trajanus aſperſus eſt, vinolentiam, & cupidinem triumfandi, uſque adeò eſt deteſtatus, ut bella non moverit, ſed invenerit. Triumfatus*, qui triumfo traductus, prorſus ſubjectus. Minutius Felix; triumfatos colere cœperunt Tertullianus in Marcionem.

Jamq;

Iamq; triumfatis ferus armis paret iniquis. *Triumfus* unde dicatur, à Libero nimirum Patre, qui ob acclamationes Comeſſantium, quibus Orientem permenſus eſt, eo nomine ipſemet eſt appellatus, nomenq; ſuum dedit Epiniciis Victoriarum pompis, memorat Arrianus lib. VI. Anabas. Alexandri:

καὶ ταῦτα πρὸς μίμησιν τῆς Διονύσου βακχείας ἀπείκασται Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο, καταστρεψάμενον Ἰνδοὺς Διόνυσον οὕτω τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπελθεῖν, καὶ θρίαμβόν τε αὐτὸν ἐπικληθῆναι τὸν Διόνυσον, καὶ τὰς ἐπινικίοις ταῖς ἐκ πολέμου πομπὰς ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ θριάμβους.

Torvum verò quod Theodoſium à prælio licet dixit Claudianus, Paternum hoc habuit. Sivè Patrui ſanè, Theodoſij Senioris, (nam Honorium Principi patrem fuiſſe clarè notat Victorinus, & ſuperius diſceptatum eſt) quem ipſo vultu hoſtibus terrificum facit Ammianus, lib. XXIX. *Cui Rex, Igmazen nomine, ſpectatus per eos tractus, opibusq; inſignis, progreſſus obviam confidenter. Cujus loci es tu, inquit, vel quid acturus huc veniſti? Reſpende. Quem Theodoſius fundata mente, intuens torvum; Comes, ait, Valentiniani, Terrarum Domini ſum, ad opprimendum Latronem funereũ miſſus, &c.* A qua *torvitate Firmus* Tyrannus eumdem Theodoſium truculentum & dirum appellaſſe mox eidem ſcriptori dicitur. Idem torvitate vultus Theodoſij perſtrictum Firmum dicit CCCCXXIX. Idem optimus auctor eodem libro *Theodoſij Iunioris expeditam virtutem* tam verbis quam rebus geſtis probat, eumdem mox Principem perſpectiſſimum fuiſſe aſſerens, Undè liquidò clarum erit are eos qui, quæ modo verba adſcripſimus, ea cum ipſa domiti Firmi Hiſtoria ad Principem noſtrum referunt, Theodoſium noſtrum Myſiæ Salutari præſidio hoſtem irruentem ſæpius avertiſſe & cecidiſſe, conſentiunt Ammianus & Zoſimus, quorum poſterior exinde Imperialem dignitatem meritum notat. Lib. IV.

Μυσία δὲ οὐδενὸς ἐπειράθη κακοῦ, Θεοδοσίου, τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ἀνδρείως ἀντιστάντος, καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀποδιώξαντος, ὅθεν ἐκ ταύτης τῆς νίκης δόξαν κτησάμενος, ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας.

Ammiani ſingularis laudis abundantia verba iſta ſunt fine dicti libri XXIX. *Inter hæc fortunæ diſpendia triſtier dux Meſiæ Theodoſius junior, prima tum etiam lanugine juvenis, Princeps poſteà perſpectiſſimus, Sarmatas liberos ad diſcretionem ſervorum rebellium appellatos, confinitia noſtra ex alio latere invadentes, aliquoties expulit & afflixit, congreſſibus denſis attritos, adeoq; obſiſtentes fortiſſimè turbas confluentes oppreſſit, ut cæſerum plurimum alites juſtè ſanguineas ſatiaret & feras. Vnde reſidui, tumore jam deflagrante, metuentes ne idem dux virtutis, ut apparuit, expeditæ, in primo finium aditu incurſantes euntes ſterneret aut fugaret, vel inſidias per ſilvarum locaret occulta, poſt multos perrumpendi conatus ſubinde tentatos incaſſum, abjecta pugnandi fiducia, conceſſionem petivere præteritorum & veniam.*

24. AB ISTRO.] Scythia, Danubio. Quibus omnem immanium & invictarum Gentium molem ſcriptores circumloquuntur. In noſtro libro *ab Auſtro*. Perperam.

25. POSCERE PARTEM.] Nullum dubium de veritate hujus Lectionis. Scriptus Noſter *poſcere ferrum* perperam hic quoque loquitur. Honorium puerum etiamnum virturi militati adſpiraſſe multis memorat & in Quarto Conſulatu Noſter. Victoriæ Theodoſij de Gothis, Alanis, Hunnis, ingentes incidunt in annum ipſum ejus ad Imperium adſciti, quo Conſules fuerunt Auſonius Poëta, & Olybrius. Duodecennis fuit Honorius cum Tertium Conſulatum geſſit. Primum bimus, decennis Secundum nomine ſuo adornavit. Vide Idatium.

27. FRÆNA SUEVI.] Hanc Nationem meritò bellicoſiſſimis acceſet, qui eò poſtea

 muli-

militaris gloriæ venerunt, ut in conflictibus ſociarum gentium ipſis primus cederetur congreſſus. Gotfridus Viterbienſis:

Iudicio cœli dominantur in orbe Suevi,
Nunc ubicunque geri Reſpublica prælia quærit,
Ordine primus erit, gladio vult primus haberi.
Moreque ſigniferi primus in hoſte ferit.

Abbas Hirsfeldenſis in rebus Henrici Quarti Imperatoris: *Datum eſt negotium Rodulpho, Suevorum Duci, ut ipſe cum ſuis, prima acie confligeret, peculiari Suevorum privilegio, quibus ab Antiquis jam diebus Lege datum eſt, ut in omni expeditione Regis Theutonici ipſi exercitum præcedere, & primi prælium committere debeant.* Albertus Argentinenſis Chronico: *Ioannes, Epiſcopus Conſtantienſis, Ducis Cancellarius, voluit quod vexillum ſuum & omnes Suevi ſub illo, juxta antiquum jus Suevorum, præire deberent. Quod cum Dux nollet, ſed ſuum præire vexillum, Epiſcopus cum ſuis receſſit, nolēs minuere jus Suevorum: de quo Dux nimium eſt commotus. Gens namq; Suevorum à tempore Caroli & aliorum Principum, quod in expeditionibus primum conflictum habere debeant viribus & virtutibus meruerant.* Lambertus Schafnaburgenſis in Anno MLXXV *Datum eſt negotium Duci Rodulpho, ut ipſe cum ſuis prima acie confligeret, peculiari ſcilicet privilegio Suevorum quibus ab antiquis jam diebus Lege latum eſt, ut in omni expeditione Regis Teutonici ipſi exercitum præcedere, & primi committere debeant.* Quæ exſcripta illis. Claudianus Noſter Equeſtrem Suevorum virtutem commendat.

29. SUSTULIT ARRIDENS.] Summam generoſiſſimamq; indolem in contemtu ſanguinolentorum, & fulgentium Armorum, ponit. Pariter Ajax Sophoclæus de Filio ſuo, v. DCXV. Flagelliferi.

Αἶρ' αὐτὸν, αἶρε, δεῦρο, ταρβήσει
γὰρ οὐ
Νεοσφαγῆ τοῦτόν γε προσλεύσσων φόνον,
Εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμὸς τὰ πατρόθεν,
Ἀλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
Δεῖ πωλοδαμνεῖν, κἀξομοιοῦσθαι φύσιν, &c.

30. GALEÆ NEC TRISTE TIMENTEM FULGUR.] Indole verè ingenti & patria Quod illaudabiliter ſanè in Aſtyanacte Hectoreo contrà poſuit Homerus. Iliad. 7.

ὣς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἕκτωρ,
Ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης
Ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς.
Ταρβήσας χαλκόν τε ἰδὲ λόφον ἱππιοχαίτην.
Δεινὸν ἀπ' ἀκροτάτης κόρυθος νεύοντα νοήσας.
Αὐτίκ' ἀπὸ κρατὸς κόρυθ' εἵλετο φαίδιμος Ἕκτωρ.

Merito itaq; hoc correxit, cum cætera exprimeret, Claudianus. *Triſte fulgur*, horrendum, Triſtificum Papinius, Thebaid. III. *armaq; in auro Triſtia.*

Galearum autem veterum ea cultura, ut timore hoſtes tangerent. Noſter de Minerva, Lib. III. Raptus. v. CXLVII.

haſtamq; reponit
Inſolitisq; docet galeam miteſcere ſertis.
Ferratus laſcivit apex, horrorque receſſit
Martius, & criſta, placato fulgure, vernant.

33. TUNC SIC LÆTUS AIT] Imitatio Hectoris Homerici Iliade modo nominata.

Ζεῦ

Ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγώ περ, ἀριπρεπέα Τρώεσσιν,
ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν, καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν,
Καί ποτε τις εἴπησι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων
ἐκ πολέμου ἀνιόντα· φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα,
Κτείνας δήϊον ἄνδρα.

Iuppiter ô, divique alij, exaudite precantem,
Filius ut meus hic ſimilis mihi Troica, belle
Mœnia, pacataq; demet non ſegnior artes.
Vt ſi quis videat meliorem dicere Patre
Poſſit, ubi exſuvias hoſtili corpore tractas
Vltor avis, referet.

Parilis etiam formula precum, apud Virgiliũ' ſed prolixior quam quæ adſcribi velit. Silianam dabimus potius, de lib.III. Ubi Annibal periculo ſeponendum filium ita alloquitur.

Spes ô Carthaginis alta
Nate, nec Aeneadum levior metus: amplior oro
Sis patrio decore, & factis tibi nomina condas.
Queis ſuperos, bellator, avum: jamq; ægra timoris
Roma tuos numeret, lacrymandos matribus, annos.
Ni præſaga meos ludunt præcordia ſenſus
Ingens hic terris creſcit Labor: ora Parentis
Agnoſco, torvaq; ecu'os ſub frõte minaces.
Vagitumque gravem, atque irarum Elementa mearum.

Homeri verba Latio etiam induxit Poëta medij temporis. qui Thebani Pindari titulo inſcribitur, omninò ejus generis omniũ princeps, quicunque nomine, & ſatis vetus, cum laudetur à Lutatio.

Colloquium petit intereà fidiſſima conjux
Hectoris Andromache: parvumq; ad pectora natum
Aſtyanacta tenet: cujus dum maximus Heres
Oſcula parva petit, ſubitò perterritus infans
Convertit timides materna ad pectora vultus,
Terribilemq; fugit galeam, criſtamq; micantem.
Vtq; caput juvenis poſito detexerat ære,
Protinus infantem geminis amplectitur ulnis,
Attollensq; manus: precor, ô pater, optime, dixit,
Vt meus hic pro quo tua numina, natus, adoro.
Virtutes primis patrias imitetur ab annis.

34. STELLANTIS OLYMPI.] Æneide VII. *ſtellantis Regia cœli.* Omnem undiq; ſtellis micantibus ſplendentem intellige. *Stellare*, vario fulgore velut commicare. Ut armis ſtellantibus coruſcare, apud Ammianum, libro XIIX.

35. HIRCANAS OPES.] *Parthorum & Perſarum* regna intelligit, confuſa tum nominibus, unique parentia, ſola infeſta fere ad timorem Romanis rebus ad Orientem. Lege Hiſtorias præcedentium Principum, præcipuè Ammianum. Hircaniæ ſitum docebit te idem iſte ſcriptor lib. XXIII. Perſarum tamen fides quandoque Romanis nobilis, ut cum Theodoſij Junioris, ab Arcadio excedente ſibi commendati, Imperium pupilli, resque omnes cordate tutatus eſt Rex. de quo Paullus Diaconus Hiſtoria Miſcell. lib. XIII.

36. FLAMINE CREBRO TURBIDUS.] Denſo anhelitu, crebro ſpiramine tam contrariorum ventorum quam ſuo ipſius anhelitu. Quis ignorare poteſt tali facie ex præliis redire principes? Sunt tamen docti homines qui de vexillo hæc capi poſſe autumant, prorſus incogitanter. Turbidus, iracundiæ militaris eſt. Maro:

> *At verò ingentem quatiens Mezentius haſtam*
> *Turbidus ingreditur campo; quam magnus Orion*
> *Cum pedes incedit medii per maxima Nerei Stagna.*

Crebro igitur anhelitu turbidum, & hoſtili iracundia nondum decoctâ ait.

37. GRATO RESPERSUS PULVERE BELLI.] Indice virtutis, reique ſtrenuè geſtæ, pulvis enim de campo militarem laborem docet. De hoc ubertim alibi *Grato* ait, ad Clementiam non tollendam etiam ſic turbido. Principi enim nullo pacto nec in vultu nec in habitu affectanda truculentia, notævæ ſævitiæ proferendæ, ſed quo major ejus animo virtus ineſt, eo magis ſtudeat Clementiam omnibus geſtibus operibusque elucere. Vide noſtri Panegyricum Manlianum. Libanius Orator Baſilico:

Οὐ τοίνυν ἐν μὲν τοῖς πολέμοις τοιοῦτος, ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς οὐδεμίαν παρέχων εἰς εὐφημίαν ἀφορμὴν, ἀλλ' οὕτως νῦν ἐν τοῖς ὅπλοις λαμπρὸς, πλέον ἀμείνων ἐστὶν ἐν τοῖς λοιποῖς ἢ τοῖς ὅπλοις, ὡς ἐξεῖναι λέγειν βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Οὐ γὰρ εἰ μᾶλλον ἑτέρων ἀγρυπνῶν ὀφθείη, τούτῳ βελτίων φαίνεσθαι τῶν ἄλλων ἡγεῖτο. Ἀλλ' εἰ πλέον τῶν ἄλλων πρᾳότητι χαίρων, μηδὲν ἧττον ἁπάντων κρατεῖν. Οὐδ' ἂν βασιλικὸν ὑπολαμβάνειν τὸ ταρακτικὸν τοῦ βλέμματος, ἀλλὰ μανίᾳ πρέπειν ἡγούμενος, τὸ δὲ πρόσωπον τῶν τρόπων ἄρχοντος μοίρᾳ προστεθεὶς, μέγα φρονῶν οὐκ ἐν φόβῳ συνέχειν τὴν βασιλείαν, ἀλλ' ἐν τῷ φίλτρῳ τῶν ἀρχομένων φρουρεῖτο, Δεινὸς εὐνοίᾳ μὲν ἀμοιβὴν, πταίσματι δὲ νεῖμαι συγγνώμην. φιλονεικίας κρείττων, ὀργῆς βελτίων, ἡδονῆς ἄρχων.

Noſter reſpexit Papinium lib. IX. v. DCCX. de Parthenopæo atq; ipſo ſudore & pulvere gratum.

38. ARMAQUE GAVISO.] Ad patrem retulit quod Homerus matri dederat· χαίρειν δὲ φρένα μήτηρ. Verum autem quod Scaliger Senior adnotavit, ſcitius *gaudenti* ſcriptum fuiſſe Claudianum, quod ille tamen non inſcitè propter rythmi nævum aſpernatus fuerit. Eſt temporis Poëtica mutatio, & τὸ *gaviſo* ſtabilem lætitiam non minus perfectamque notat, quam ſi quidvis aliud poſuiſſet Poeta. Pariter Catullus:

> *Nec tantum niveo gaviſa eſt ulla Columbo Compar.*

Cujus alitis mutuus amor eſt perpetuus· *Rythmi* verò illi medij atque extremi verſus neque prorſus ſunt contra Antiquitatis uſum, uti vel unus declarat Perſius. Satira prima, inclaratus exemplis à doctiſſimo amico noſtro JS. Caſaubono. Pluribus autem Propertius; qui tales rythmos etiam quæſiviſſe videtur, ut dictum alibi.

39. MOX UBI FIRMASTI.] Ab Infantia ad pueritiam nunc proſcendit, & quæ jam gradum figenti Principis filio diſcenda ſint, ſub exemplo proponit; quæ ſi deducere & explicare ſingula atque omnia, ut merentur, velis, nullum finem commentandi feceris. Et exercitationes Educationemque Imperatorum jam illuſtrarunt alij, quorum de eo genere Collectanea magnis conſtant Voluminibus.

40. NON MARCIDA LUXU OTIA.] Qualia primatum Optimatumque Romanorum

rum ſobolem corrumpere, omnibusque vitiis præparate, multis elegantiſſimisq; verbis queritur Quintilianus lib. I. cap II. Et Seneca alibi non paucioribus. Principi autem in univerſum congruunt, quæ Imperatori præcipit Leo Philoſophus, Tacticorum capite II.

κελεύομεν τοίνυν εἶναι τὸν στρατηγὸν σώφρονα, &c.

Mandamus igitur ut Imperator ſit corpore continens, victu temperans, ſobrius, vigilans, frugi, & in rebus neceſſariis minimè profuſus: in laborioſis negotiis aſſiduus, circumſpectus ac prudens, pecunia deſpiciens, fama commendatione honeſtus, non ad mercaturam faciendam, aut ad hujusmodi aliud lucrum, intentus. Non parvi animi, & minutas res expetens; deniq; generoſo tum animo tum corpore, & ad omnia magnanimus. Continentem eſſe eumdem oportet, nec voluptatibus diffluentem, rerum neceſſariarum curioſum & providum. Temperantem, Sobriū, Vigilantem. &c Quibus Principi à primis annis inſtillandis conſentit noſter.

41. NOVA MEMBRA.] Viridia, vegeta primæva ætate. Sic de arbore Horatius

Cujus in indomito conſtantior inguine
nervus,
Quam nova collibus arbor inhæret.

Ut contra viridem ab arboribus hominem dixerunt. Horatius, *Dumq; virent genua.* Theocritus. ποιεῖν τι δεῖ ἆς γόνυ χλωρόν.

41. INSTRUXIT MEMBRA LABORES.] Regia inſtructio talis eſſe debet, ut parentum ipſorum monitis & cohortationibus indoles egregia exempla & doctrinam morum conquirat, corporis autem exercitiis dedat ſeſe aliis, qui ad roboranda & firmanda membra idoneas artes addoceant. Libanius Baſilico non ineptè hæc proponit. *Multi*, inquit, *diſciplinam Regiam circumſcribunt in conſcendendo ſuper Equum, in arcum intendendo, & collimando, & jaculis metā contingendo. Deinde in enſe feriendo, & ad haſtilis ejaculationem idoneam & habilem manum trahendo; denique adverſus frigora perdurando, atque in caloris æſtu animum numquam deſpondendo. Atque hæc certè levia non ſunt ad doctrinam Regiam ſubſidia & firmamenta. His autem principibus non hic terminus doctrinæ præſcriptus fuit. Verum iſthæc quidem exercitamenta quaſi cyclica inſtitutionis fuerint Sed potior alia pars acceſſit, nec non his longè honorabilior & auguſtior. Enim vero cum his exercitiis ac præludiis functi eſſent; informabat & concinnabat parens animas eorum præceptis morum, juſtitia inſtruens; iniuſtitiæ nullum relinquens locum; Iræ & Clementiæ modum & tempus diſtinguens, quid dominatus eſſet, declarans, quid Regius principatus, oſtendens, & ut, qui quærit illum, hunc amittat, &c.* Quæ ibi legenda abſque exemplis ad uſum transferenda ſunt. Nobis enim Politicæ doctrinæ hoc maximè genus laudatur, quod inductis perſonis commendat rebus ipſis monita applicata, ut perſpicere quis poſſit, non quo pacto illa ſeſe ſolum præcepta habeant, ſed quomodo etiam ſunt dignis hominibus ab idoneis doctoribus inſtillata atque applicata. Sic noſter in ipſa hac, paucis abſoluta, Heroica inſtitutione, canit de Patre & Filio Principibus:

Hos ſibi virtutum ſtimulos, hæc ſemina
Laudum,
Hæc exempla dabat.

Sine quibus videlicet manca Heroici animi videatur inſtructio. Porrò ad corporis hanc inſtructionem Regiam vel maximè apta mihi videatur Venationis exercitatio, de qua non incommodè Iulius Pollux præfatione Libri Quinti ad Commodum:

Κυνηγεσίων σοι προσήκει μέλειν, ὅτι τὸ ἐπιτήδευμα ἡρωϊκὸν καὶ Βασιλικὸν, καὶ πρὸς εὐσωματίαν ἅμα καὶ εὐψυχίαν ἀσκεῖ, καὶ ἐστὶν εἰρηνικῆς τε καρτερείας ἅμα καὶ πολεμικῆς τόλμης μελέτημα, πρὸς ἀνδρείαν φέρον, ῥωμαλέοντε εἶναι γυμνάζει, καὶ ποδώκην, καὶ ἱππικὸν, καὶ ἀγχίνουν, ὅ φι ἔργον. εἰ μέλλει καθαιρήσειν καὶ τὰ αἰσθητήρια ἀλκῇ, καὶ τὰ

ὑπεκφεύγοντα τάχει, καὶ τὰ ἀποσπῶντα ἀφ' ἵππων, ὡς τὰ συνετὰ σοφίᾳ, καὶ τὰ λανθάνοντα ἀπονοίᾳ, καὶ τὰ κρυπτὰ μετὰ χειρῶν, καὶ νύκτωρ προσαγρευτικῶν, καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπιπονῶν. Scripſimus uberius alibi.

42. CRUDA] Viridi velut & Laborum patiente. Silius Italicus, lib.V.

Ille quidem cruda mente & viridiſſimus
ira,

Idem lib.I. & IV. *Duriſſima enim quæq; cruda ſunt, cum in ſubactione & maturitate ſint mollia & vicina noxa.* Sic de Charonte Maro *cruda Deo viridiſq; ſenectus.* *Virgo cruda* apud Horatium lib.III. Carm. XI. Cujus conſule Scholiaſten, ex Meliſſo, Acrone, Porphyrio, omiſſis ſæpe melioribus rebus, collectanea.

43. FRIGORA SÆVA PATI.] Silius lib.I. de Annibale patria, ſolertiſſimo utique Imperatore, & utriuſque Fortunæ Victoria nobiliſſimo. Vide ad IV. Conſ. Hon.

44. NON CEDERE NIMBIS.] Silius.

vertice nudo
Excipere inſanos imbres; cœlique rui
nas
Spectarunt Pœni, timuitque exterritus
Aſtur,
Torquentem cum tela Iovem, permixtaq;
nimbis
Fulmina, & excuſſos ventorum flatibus
ignes
Turbato tranſire equo.

45. TRANSNARE SONORAS.] De natandi peritia, Principi neceſſaria, alibi multis, Forte an & iſtis ipſis Animadverſionibus.

46 PLANITIEM CURSU.] Celeritas in Heroibus laudatiſſima. Sic Achillem omnibus præfert Homerus. Sic Papirium Curſorem, quem ad omnia Alexandro Magno præponit, commendat Livius lib. Nono: *Fuit,* inquit, *vir haud dubie dignus omni Bellica laude, non animi ſolū vigore; ſed etiam corporis viribus excellens. Præcipua pedū pernicitas inerat, qua cognomen etiam dedit, victoremque curſu omnium ætatis ſuæ fuiſſe ferunt, &, ſeu virium vi, ſeu exercitatione multa, cibi vinique eumdem capaciſſimum: nec cum ullo aſperiorem, quia ipſe invicti ad laborem corporis eſſet, fuiſſe militiam equiti pariter peditique.* De Alexandro, Cæſare, Pyrrho, nota omnia. In curſum autem exercebatur Romana juventus militaris, quorum Palæſtram alludit hic Claudianus. Vſum oſtendit Vegetius lib.I. cap.IX. *Ad curſum aſſuefaciendi ſunt milites, ut majori impetu in hoſtem procurrant, ut loca opportuna celeriter occupent, ut ad explorandum alacriter pergant, ut fugientium terga facilius comprehendant.*

47. SALTU.] Militaria ſunt præcepta. Vegetius ibidem: *Ad ſaltum etiam exercendus eſt miles, quo vel foſſæ tranſiliantur, vel impediens aliqua altitudo ſuperetur, ut, cum ejuſmodi difficultates venerint, poſſit ſine Labore tranſire.* Silius Italicus, lib.VIII.

Ipſe inter medios ventura ingentia Lau-
dis
Signa dabat, vibrare ſudem, tranſmitte-
re ſaltu
Murales foſſas.

47. IN CLYPEO.]Alibi Stiliconem laudat, clypeo fultum cervicem in ſilva dormiviſſe. Bello Getico:

aut ſpelæa ſubit metuenda ferarum,
Aut paſtorali jacuit ſub culmine fultus
Cervicem clypeo.

Et de fructu impigræ hujus fortitudinis:

Illis ſub nivibus ſomni, Curaque, Labor-
que.
Pervigil, hanc requiem terris, hæc otia
rebus
Inſperata dabant: illæ tibi, Roma, quie-
tem
Alpina peperere caſæ.

48. VIGILES NOCTES.] Vigilantia inter ſummas Ducis Principiſque Virtutes, ſtrenuum animum nec in ſomnum ſuprà neceſſarium remittens, ne occupata ingentibus cogitationibus mens, ſocordiam ullo tempore ad-

re admittat. Sic in ſomnis etiam vigilate Sapientiæ ſtudioſos, ut illi eſſe debent, ſcribit Perſius, Sat. III. de Stoicis, quorum ſcita maximè ad Principes faciunt.

> *Quaque docet ſapiens, braccatis illita Medis.*
> *Porticus, in ſomnis quibus indetorſa juventus*
> *Invigilat, ſiliquis, & grandi paſta polenta.*

Homerus verſu omnibus ſeculis cõmendato.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,

Quem interpretatur Silius Italicus lib. III.

> *Turpe duci totam ſomno conſumere noctem.*

Idem, Lib. I. de Annibale:

> *ſomnumque negabat*
> *Natura, noctemq; vigil ducebat in armis.*

PLinius, Panegyriço Trojani: *tibi parcus & brevis ſomnus.* Syneſius de Principe Regnum à patre relictum recte gubernaturo:

τοῦτον δεῖ πάντα μεν πόνον αἱρεῖσθαι, πᾶσαν δὲ ῥᾳστώνην ἀπολιπεῖν, ὕπνον μὲν ὀλίγον, φροντίδων δὲ πλεῖστον μεταλαγχάνοντα, εἰ μέλλει τὸ βασιλέως ὄνομα προσήκον αὐτῷ φυλάξεσθαι.

Rationem eleganter aſſignat Leo Tacticon. cap II v. IV.

Ν φάλειν δὲ καὶ ἐγρήγορον, ὅπως ἐπαγρυπνῇ ἐν ταῖς μεγίσταις πράξεσιν, ἐν νυκτὶ γὰρ ὅταν ἡ ψυχὴ ἠρεμῇ μάλιστα, πολλάκις ἡ τοῦ ςρατηγοῦ γνώμη καὶ ἀπευθύνεται, καὶ τελειοῦται.

Horſum alluſione Vigilantiam Iuſtini Iunioris Imperatoris matrem Imperio gubernando cumprimis adeſſe, eamque matrem Conſiliorum appellat Corippus, ultimus Poetarum prudentem illam el quentemque Romam ſpirantium.

> *Solum excellentem conſcendere juſſit in arcem*
> *Te Pater Omnipotens, ſummaque in ſede locavit.*
> *Mater Conſilii placidis; Vigilantia, veſtris*
> *Semper adeſt oculis, quamque omni pectore geſtas*
> *Alma Auguſta, tui conſors, Sapientia, Regni.*

Idem initio lib. I. Orbem ab hac protegi ſcribit.

> *Vos, Diva; date verba: & qua Vigilantia mater*
> *Et quæ, ſumma regens, ſapientia, protegis orbem.*

Hinc & cum laudantur principes', vigilacium, Auſonij verbo, titulis cohoneſtantur. Trebellius Poll o. Gallienis: *Is enim eſt Claudius, à quo Conſtantinus, vigilantiſſimus Cæſarum, Originem ducit.* Et hinc inſomnis concilia ſecum altercari legimus viros egregios, deſidiam omnem exoſos: Vt de Othone ſuo, nemine priſcorum Principum inferiore, Wirechindus, ſcriptor planè non ineptus, lib. II. *Ipſe denique Dominus rerum, fratrum natu maximus, Optimus in primis, Pietate erat clarus. Opere omnium mortalium conſtantiſſimus, præter Regia diſcip ina timorem ſemper jocundus; dandi largus, DORMIENDI PARCVS, & INTER DORMIENDVM SEMPER aliquid loquens, quo eum ſemper vigilare æſtimes: Amicis nihil negans, & ſuprà hominem fidelis.* Vide & Cornutum Pollucem, ut eum ſcriptorem perhibere dicunt membranas, capite XX. Speculationis Mythologicæ.

VIGILES PERDUCERE.] Sic Claveriani, alijque Libri. Noſter & Sex Belgici: PRODUCERE. Tantumdem ferè eſt: niſi quod iſta tamen lectio majorem talium noctium numerum arguit.

49. IN GALEA PORTARE NIVES.] Potum ſibi galea portare, ſtrenui pugnatoris argumentum, non deficientis videlicet etiam extremis rerum anguſtijs, & penuria ferè fatali. Tibullus lib. II. Eleg. VI. de Macro ad Amorem.

Vre,

Vre, puer, queſo, tua qui ferus otia linquit
Atque iterum erronem ſub tua ſigna voca.
Quod ſi militibus parces, erit hic quoque miles.
Ipſe levem galea qui ſibi portet aquam.

49. GLANDES BALEARI SPARGERE FUNDA.] Balearium Inſularum incolæ nobiles pugnare funda. Lycophron, Caſſandra:

τριπλαῖς δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένος,
ὧν αἱ τεκοῦσαι τὴν ἑκηβόλον τέχνην
Ἄδορπα παιδεύσουσι νηπίους γονάς.
Οὐ γάρ τις αὐτῶν ψίσεται πύρνον γνάθῳ
πρὶν ἂν κρατήσῃ νάστον εὐστόχῳ λίθῳ
ὑπὲρ τραφηκὸς σῆμα κείμενον σκοποῦ:

Fundis bipedibus membra defenſi tribus.
Vbi rudimen verberantis eminus
Artis, puellos mater impranſos docet.
Nam nemo panem dentibus frendet prius
Quam capſit illum pendulum certo lapis
Super tigillum deſtinati ictus notam.

Loquitur Lycophron de Gymneſijs, quæ cum Balearibus eædem Inſulæ. Iſacius Tzetzes:

Φιλτέας δὲ ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν, Βαλεαρίδας φησὶν αὐτὰς ὕστερον ὀνομασθῆναι, εἰσὶ δὲ οἱ ἐν αὐταῖς κατοικοῦντες ἄριστοι σφενδονῆται, αἱ γὰρ μητέρες αὐτῶν, ὡς ἔφην, τιθέασιν ἐπί τινος ξύλου ἄρτον, καὶ οὐ πρότερον διδόασιν αὐτοῖς φαγεῖν, πρὶν καταβαλεῖν τὸν ἄρτον.

Morem ſervare hodieque Turcos multis ſcriptum. De Balearibus funditoribus, tribus fundis pugnantibus etiam Florus lib. II. cap. VIII. Bonos jaculatores eoſdem celebrant Polybius, lib. III. Silius Italicus, Lib. V. Lucanus, alij non pauci. Nec tamen hoc artificio principes, quin ceſſerint alijs. Livius, lib. XXXIIX. *Vna ad coercendos Samæos inventa res eſt, haud magna memoratu. Centum funditores ab Aegio & Patris, & Dymis, acciti. A pueris ij, more quodam gentis, ſaxis globoſis, quibus fermè, arena inmiſtis, ſtrata littora ſunt, funda mare apertum inceſſantes, exercebantur. Itaque longius certiuſque, & validiore ictu, quam Balearis funditor, eo telo uſi ſunt. Et eſt non ſimplicis habena, ut Balearica, aliarumque gentium, funda; ſed triplex ſcutale, crebris ſuturis duratum ne fluxa habena volutetur in jactu glans, ſed librata, cum ſederit velut nervo miſſa, excutiatur, coronas modici circuli magno ex intervallo loci, ſueti trajicere; non capita ſolum hoſtium vulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris.* Cui loco ineſt fundæ velut Pictura.

50. NIMIVM.] In Honorio nimium amorem militaris virtutis, audaciamque annis majorem compeſcit etiam Theodoſio Pater, Quarto Conſul. CCCLXXII.

veſtigia magna
Indolis agnoſco
Sed feſtinus amor, veniet robuſtior ætas,
Ne propera; nec dum decimas emenſus ariſtas
Aggrederis metuenda viris.

Interque Stiliconis, Ejuſdem Educatoris, Laudes recenſet, non fregiſſe indolem Regiam, & ad ſumma tendentem Lib. II.

Quem tu ſic placida formas, ſic mente ſevera,
Vt neque deſidia tradas, dum pronus ad omne
Quodlibet, obſequeris: nec contrà nixus ovantem
Confringas animum, ſeu cernas conſona Regno,

Seu

Seu juvenem doceas moles quid publica poſcat:
Ceu ſanctum venerere ſenem.

Nimium, ſummum, excellentem intellige. Abuſu vocis frequentato omnis ævi ſcriptoribus, & notato Grammaticis. Beda de Orthographia: *Aliquando Lingua Latina hoc verbo ſic abutitur, ut nimis pro eo quod eſt valdè, ponatur. Nimiò poſt,* multò poſt, notat in Lucretio, lib.VI.

frons tenta minabat
Nec nimiò rigida poſt ſtrati morte jacebant

Plenum, juſtum, æquum, in Horatio libro I. Carm.XVIII.

quæ ſubſequitur cæcus Amor ſui
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem.

Hoc eſt ultrà quam decet & fas eſt. *Valde* interpretare in Epitaphio Antiquo Vibij Helenij Romani hominis.

Quæ tibi cunque mei potuerunt pignora Amoris
Nata, dari, populo ſunt lacrymante data
Sed volui majora nimis.

Martianus Capella lib.I. *At virgo placuit docta quidem nimis.* Conſule Nos ad Appuleium. In PLauto & Symmacho ad hunc notarunt pridem docti.

50. INFLAMMARET.] Veteres aliquot Libri *flammaret* Quod non aſpernamur ſolitum in ore eſſe etiam optimis ſcriptoribus, & noſter quoque non contemtum. Nuptiis Honorianis:

Scyria ſic tenerum virgo flammabat Achillem.

Silius Italicus, Libro IV. *Cuſpide flammat equum* Idem, Lib. X. *flammata Scipio mente.* Lib, XI. *pericula mentem Flammarent.* Sidonius.

Nunc flammant Satyræ, & Tyrannicarum
Declamatio Controverſiarum.

Marius Victor lib.I. *ingenti flammatur in iras.* Dracontius Hexaem.

anhelis Flammatur radiis

Valerius Flaccus lib.I.

ingenti flammantem nubila ſulco
Direxit per inane facem.

Idem lib.IV. *flammata pudore iuventus.* Tacitus, Hiſtor. IV. *His inter ſe vocibus inſiſtentes flammavere inſuper allatæ Veſpaſiano litteræ.* Virgilius lib.I.

Talia flammato ſecum Dea corde volutans.

Flammatus flammis conſumtus, apud Catullum.

Non ſine mutanti platano, lentaque ſorore
Flammati Phaetontis, & aeria cypariſſo.

51. FACTA TUI NUMERABAT AVI.] Honorum aperte nominat Victor Iunior, ſive Victorinus, Epitoma Cæſarum, ut ſupra notatum. Theodoſium Seniorem indigitant alij. Hujus geſtorum pro Republica ſparſa per Poemata noſtri Honorifica mentio Vel vero Avum Patremque domitorem Barbarum gentium celebrat multis Claudianus. Sic eumdem Titulum Honorio non invident, licet præſens & manu pectoreque ipſe parum egerit, Monumenta priſca, quale eſt iſtud, pridem doctis hominibus enotatum, ex nummis Joannis Sambuci.

DN. HONORIUS. P. F. AUG.
TRIUMPHATOR GENTIUM BARB.

52. HORRESCIT LIBYÆ.] Etſi non fuerit natura, de quo tamen dubitare poſſumus, adoptione tamen & affectu fuit avus Honorio Theodoſius, Patruus nimirum parente ſenior, ille, cujus fortiſſima facta apud Africam multis prædicat Ammianus, Claudianus quidem omnino eum pro patre Theodoſij habuit, ut & Pacatus. Cum Honorij illius de Victorini litteris inter Heroas in ea provincia præclare rebus geſtis celebres nulla ſit apud ſcriptores mentio. Quæ in Britannia idem Theodoſius geſſit, alludit ſequens

noſtri verſus, & explicat idem Ammianus lib. XXVII & XXVIII. Vbi Theodoſium officiis Martijs feliciſſimè cognitum. Et Ducem efficaciſſimum appellat. Sanè is fuit vere avus Honorij, niſi ignorantiæ damnes Claudianum, cujus de tam propinquis temporibus nullum in eo alioquin veſtigium Patrem, Theodoſij Triumfatorem per inſidias occiſum, ipſum in exilium actum ſcribit Ambroſius In funebri Theodoſij Principis Oratione, ſub finem.

53. IMPERVIA THULE.] Eouſque omnia pacaſſe laudat Theodoſium. De Attacoctis, Scotis, Pictis, nominatim Ammianus, qui reſtitutis Britannijs tam glorioſum rediiſſe ad Comitatum dicit Theodoſium, ut Furio Camillo & Papinio Curſore victoriarum laudibus non fuerit minus inſignis. Thulen pro ultimo orbe ponit Claudianus, ultrà eam enim nihil certi compertique relatum habebant. De miris ultrà Thulen pro te admirandiſſima librum ſcripſit Diogenes quidam Philoſophus, auctore Porphyrio in Vita Pythagoræ: De ipſa ea inſula mirifica Fama ferebatur. Vnde proverbij vicem fuit, fabuloſiora dici, quam ea ſiut quæ de rebus Thules narrentur. Euſebius lib. III. Contrà Hieroclem: *Primum quidem ſic ſtatuo, ſi qua de Thule inſula præter fidem narrantur, quæque multorum portentorum plena nobis Poetæ finxerunt his prodigiis comparentur, jam pro certiſſimis habeantur, harum magnitudine & ſplendore nugarum velut obducta penitus evaneſcent.* Claudianus, ut dictum, extremas Orbis partes Theodoſium compoſuiſſe laudibus Nepotis ingerenſet. Imperviam ratibus ex traditione Romanæ Geographiæ dicit, Vltrà enim Thulen, *navigatione unius diei mare concretum & innavigabile eſſe ſcribit* poſt alios Martianus Capella, lib. VI. *Vltrà pigrum & concretum* mare, auctor Solinus cap XXV. Diu autem ultimæ Orbis navigabilis inſulæ nomen hæc habuit, utpote quam eodem adhuc cenſeat Saxo Grammaticus, initio libri VIII.

52. ADUSTÆ LIBYÆ.] Ultimas, vixque pervias ſolitudines Africæ pacatas adſcribit Avo Honorij. Res geſtæ ſunt apud Ammianum. Libya autem interior perpetuo calore & fervore quaſi aduſta. Macrobius in Somnium Scipion. lib. II. cap. VII. *partes ejus perusto cingulo proximas agnoſcit*, vide Polybium fragmento lib. XII. Lucanum, lib. IX. Curtium IV. Alios.

53. LEVES MAUROS.] Fugax & inſtabile omne Maurorum, Numidarumque genus, apud Livium, Polybium, Salluſtium, Silium, &c. De Mauris Theodoſio Avo, ſubactis noſter in Bello Gildonico, Pacatus Panegyrico: *Erat juſta compenſationis occaſio, ut, qui de patria tua laudibus pauca dixiſſem, Patris ſaltem virtutibus prædicandis prolixius immorarer: Sed quid faciam? Novam quamdam patior ex copia difficultatem. Quid, inquam, faciam? Quæ Rhenus aut Vahalis vidit, aggrediar? Iam ſe mihi Sarmatica cæde ſanguineus Iſter objiciet. Attritam pedeſtribus præliis Bataviam referam? Saxo conſumtus Bellis navalibus offeretur. Redactum ad paludes ſuas Scotum loquar? Compulſus in ſolitudines avias omnis Alamannus & uterque Maurus occurrent.*

53. NEC FALSO NOMINE PICTOS.] Gens quippe hujus vocabuli ſolita corpus etiam fuco pingere. Noſter Bello Getico & alibi. Pingebant autem corpora Picti varijs animantium figuris, Solinus. capite XXV. *Regionem partim tenent Barbari, quibus per artifices plagarum figuras jam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur, inſcriptiſque viſceribus, hominis incremento, pigmenti notæ creſcunt, nec quicquam magis patientiæ loco nationes feræ ducunt, quam ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.* Vide doctorum Commentaria ad Pomponium Melam & Sidonium. De Varijs populis hæc ſcriptores. De Pictis noſter hic, de Britannis lib. III. Stilic. De Agarhyrſis Maro, de Gelonis Vibius Sequeſter, De Thracibus Vale-

rit

rius Flaccus lib.II. De Braſiliæ incolis Joannes Lerius, quique alij gentes eas deſcripſerunt. Quos illorum Notis accudas.

54. EDOMUIT.] Perdomuit. Vide ad II. in Rufinum.

54. SCOTUMQUE VAGO.] Vagum populatorem ubiq; perſecutum, donec edomaret, dicit Theodoſium, nihilque in Lectione mutandum De Re Ammianus lib XXVII. *Illud ſufficiat dici quod eo tempore Picti in duas gentes diviſi, Dicalidonas & Vecturiones, itidemque Attacotti, bellicoſa hominum natio, & Scotti, per diverſa vagantes, multa popu'abantur. Gallicanos verò tractus Franci, & Saxones, iiſdem confines, quo quiſque erumpere potuit terra vel mari, prædis acerbis incendiiſque & captivorum funeribus hominum violabant. Ad hæc prohibenda orbis extrema Theodoſius, dux efficaciſſimus petiit, &c.*

55. GEMINIS FVLGENS VTROQVE SVB AXE TROPÆIS.] Veriſſima laus Ducis meritò ab Ammiano ſummis Romanorum comparati. De alijs paria Panegyriſtæ. De Theoderico ſuo Ennodius, horum poſtremus: *Non tibi ignotus eſt algor Scythiæ; non Meroen, aut anhelum æſtivus Cancrum, ut alterius poſſeſſor orbis, ignoras didiciſti univerſa ſubjugando, quæ nobis vix auditu patuerunt. Hæc quidem maiora ſunt homine: ſed qui ad mundi paretur gubernacula, neceſſe eſt ut univerſis veniat cardinibus inſtitutus*

57. THETYOS ALTERNÆ.] Vtriuſque Oceani. Alludere dicas Oceani æſtum aut refluxum. Sed cum is non ubique omni accidat potius ποιητικῶς *Refluum Oceanum* vocat, quod in ſe redeat, orbem amplexus, nullo ipſe termino. Sic ἀψόῤῥοον Homerus.

ὡς εἰς ἑαυτὸν ὀρμόντα, ἤγουν ἐπαναστρέφοντα, καὶ οὕτως ἐναπομηλείοντα ἑαυτοῦ τὴν γλῶ utait Euſthatius.

Aliter tamen Refluum ad illum æſtum nimirum, mare, dixit Auſonius. Epiſt. VII. de Oſtreis.

> *Oſtrea Bajanis certantia, quæ Medulorum*
> *Dulcibus in ſtagnis reflui maris æſtus opimat.*

Refluentem Eridanum, à flexuoſo alveo, nuncupavit doctiſſimus vates Valerius Flaccus, recenſendus inſtructo omnis ævi Lectione homini, lib. VIII.

> *Ceu refluens Padus, aut ſeptem proiectus in amnes*
> *Nilus.*

Littus refluum, παθητικῶς, Appuleio. Vide nos in ejus Indice Commentario, non paullo quidem, humaniore, quam qui in invidiam quodammodo noſtri exijt.

58. SEMINA LAUDUM.] Quæ teneris annis inſtillantur, ſimilitudine frugum, inſeri quodammodo dicuntur. Silius de Amiſcare & Annibale lib. I.

> *Romanum ſevit puerili in pectore bellum.*

Sic ſemina virtutum in Germanici Aratæis.

> *Aerea, ſed poſtquam proles terris data, nec jam*
> *Semina virtutum vitiis demerſa refluunt.*

Noſter alludit de more Papinium, qui iu pare dixit, Achilleide I.

> *canit ille libens immania laudum*
> *Semina, qui tumida ſuperavit iuſſa noverca*
> *Amphytrioniades.*

59. NON OCYVS HAVSIT ACHILLES.] Summum Græciæ Heroem exemplum Honorij rebus aliquoties componit. Non pro Deo, ſed neque minore tamen multo cultu Græciæ cultum Pelei filium omnis Antiquitas loquitur. Infinita item ſunt exempla quibus Achillis educatio Principum virorum pueris præſtituitur. Sanè fabula mirificè dextram

tram Inſtitutionem præfect. Mater educat infantem, ut adfectus tenerrimi humanitati concilientur: Puerum ea dat Chironi, rigido homini doctoque, ut juſtitiæ & fortitudinis Leges condiſceret: Ibi indoles excitatur Venatu, Animus Lectione & doctrina erigitur & componitur. Secedit ab hominibus in Antrum, ut in Vmbra virtutum momenta perdiſcat, imperturbatus à vulgi vitijs & concurſu malignæ juventutis, cujus converſatio morum bonorum ſtrangulatio eſt. Sic uni Centauro converſatur, à quo exercitandi ſimul corporis Leges, & Palæſtræ morem haurit: Arma omnis generis inferas, exercet, virium & audaciæ experimenta faciens quotidiana. Imprimitur interim Medicina Hiſtoria. Deorum cultus, Muſica, & quicquid tantam indolem Philologia interior in remoto à turbis loco docere poterat, quæ dedoceret poſteà nullum tempus, ſed in ſuaviſſimæ vitæ ſpeculo ſemper memoria redhiberet. Paullo ætate provectiorem mater in Aulam rapit, habitu te ſtum, ut civilitatem & prudentiam principalem diſceret cautius: ſimul ut dolo dignæ conjugi applicaretur vel neſciens, ne adoleſcentię vigorem vaga libidine excerneret perderetque vulgivagis complexibus ſtirpi debitam generoſitatem primam Sanguinis. Hinc & rapitur & rapit ſeſe ipſe in Campum, Virtutemque militia excolit atque roborat. Vbi tamdem Heroum Heroa exeat celeberrimus, princeps nobiliſſimæ Expeditionis, ſine quo nec decennium ipſum fatale illud Trojæ expugnandæ fuiſſet. Sic omnia deduci poſſint longo Commentario, nos indicamus ſummatim pauca ut exemplum tot Principibus prępoſitum vel paullo videatur lucidius.

59. OCYVS HAVSIT.] Acumen & felicitatem ingenij mirificam commendat in Honorio. Inſtituebatur autem varijs Muſicis Gymnicisque artibus à Chirone Achilles. Sidonius de Eodem.

Quorum hic Peliaco putatur antro
Venatu, fidibus, palæſtra, & herbis,
Sub Saturnigena ſene inſtitutus.

Papinius Achilleide I.

pharetra inſontes & inania terga ferarum:
Hæc quoque (domus) tùm viridis: nam tunc labor unus inermi
Noſſe ſalutiferas dubijs animantibus herbas,
Aut monſtrare lyra, veteres Heroas alumno.

Mitem celebrant Chironis inſtitutionem, ne ſcilicet generoſiſſimum ingenium durior frangeretur, quomodo Honorium eumdem hunc Stiliconi curatum laudat noſter Secundo de Laud. Stil. v. LXVIII. Auſonius Idyllio IV.

Sic neq; Peliden Chiron terrebat Achillem
Theſſalico permixtus equo, nec pinnifer Atlas
Amphytrioniaden puerum: ſed blandus uterque
Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos.

61. SEMIFERI.] Centauri. Ferus enim Equum notat, ut in Petronio, Prudentio. Virgilio, Ovidio, Phædro, Nonio, alibi notatus. Sunt docti homines qui primum hujus vocis ſtatum SEMIFER Latij finibus pellunt, SEMIVIR ubique ſubſtituentes, quibus nequaquam pugnandum arbitramur.

62. CVSPIDIS ARTEM.] *Haſtæ vibrationem.* Haſtam pro armis omnibus dixit, quorum exercitiis Chiron imbuebat Achillem, quoniam ea vetuſtiſſimum telum, & antiquiſſimis Regibus pariter ſceptrum & Numen: Vide ex Juſtino & alij Notas ad Librum noſtri de Nuptiis Honorianis.

63. LY-

63. LYRÆ CANTUS.] His Poetæ circumloquuntur omnem Muſicam, omnesque aliquando artes Liberales. Unde Lyra ſive cythara perfeciſſe Achillem Ovidius dicit illum ipſius tam lepidum Magiſtrum. Lib. I. de Arte Am.

Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem
Atq; animos molli contudit arte feros.

Cæterum & Cythara & Pſalterio & cantu pollebat Achilles. Julianus Imp.

περὶ βασιλείας, τὸν Ἀχιλλέα φησὶν ἡ ποίησις, ὁπότε ἐμήνισε καὶ διηνέχθη πρὸς τὸν βασιλέα, μεθεῖναι μὲν τὴν χαιροῖν τὴν αἰχμὴν καὶ τὴν ἀσπίδα, ψαλτήριον δὲ ἁρμοσάμενον καὶ κιθάραν, ᾄδειν καὶ ὑμνεῖν τῶν ἡμιθέων τὰς πράξεις.

64. MEDICAS SEU DISCERET HERBAS.] Noſter Codex *medicas artes* adverſum cæteros omninò omnes, quam tamen ſcripturam præcedens verſus facilè confutat. Chiron autem Centaurus Medicinæ conſultiſſimus, alumnum Achillem magnum quoq; ejus magiſtrum fecit. Vide Papinium Achilleide. Vindicianus Carmine de Medicina.

Quod natum Phœbus docuit, Chiron quod Achillem,
Quod didicere olim Podalirius atque Machaon,
A genitore ſuo.

Ita eo loco emaculandum. Præcipuè autem jumentorum medicina tam celebris fuit Chiron, ut ſeculis poſt multis compoſitiones ejus non fuerint obliteratæ, uti vides apud Vegetium Lib. IV. Veterin. cap. VIII. & XI. Tam verò ſuo ævo nobilis ut medicinam diſcituri ejus domicilium confluerent, ut pro ſingulari re ſcribat Ariſtides Rhetor Oratione in Aſclepiadas, ipſos à Patre Aeſculapio inſtitutos non habuiſſe opus Scholam Chironis quærere:

γενομένους δ' αὐτοὺς τρέφει ὁ πατὴρ ἐν ὑγείας κήποις, καὶ ἐπειδὴ ἐδέχετο ἡ ἡλικία, οὐκ ἐδιδάξατο τὴν τέχνην ἰατρικὴν, ἀλλ' ἐδίδαξεν αὐτός. Ὁ γὰρ ἔτι ἐν χείρων ἔδει βαδίζειν ἔχοντας οἴκοι ἐπιστάτην, οὗ πολὺ δὴ καὶ ἐπωνυμίαν χείρων ἤδη ἦν δεύτερος.

Ne autem miretur quis tantum Heroem Medicinæ in domo & inſtitutione Medici operam dediſſe; ſciat ſenſiſſe de hac ſcientia veteres, eam prorſus cœleſtem eſſe, quæ ſola omnium etiam Deum dederit, ut ait Auſonius. Apollonius Tyanæus, ſi is eſt, Epiſtola XXIII. ex ſcitis Pythagoræ:

τὸ θειότατον πυθαγόρας ἰατρικὴν ἔφασκεν εἰ δὲ ἰατρικὴ τὸ θειότατον, καὶ ψυχῆς ἐπιμελητέον μετὰ σώματος, καὶ τὸ ζῶον οὐκ ἂν ὑγιαίνοι, τῷ κρείττονι νοσοῦν.

Jamblychus lib I. de Vita Pythag. c. XIIX.

τί σοφώτατον τῶν παρ' ἡμῖν; ἰατρική. τί κάλλιστον; ἁρμονία.

Sed talibus omnia abundant.

62. INTEREA TURBATA FIDES.] Mira ingenioſitate tumultum ſubitum, ſubitò alioſſum, & ad eum converſa raptaq; oratio exprimit. Datam autem eo tumultu Principi ait materiam exſerendæ virtuti. Sic Ennodius Panegyrico: Adhuc incano flore degebas adoleſcentiæ, quando ævi purpura, & floſculus ſupervenientis Imperii promittebat ſollicitis de gratiæ commutatione terrorem. Cum in Probationem Roboris & Clementiæ tuæ, ruptis vinculis, furor emicuit, Et eviſceratas diuturna quiete mentes occaſionis pabulo ſubjugavit.

63. BELLA TONANT.] Pro tempeſtate ingenti, cui æquantur, IV. Conſul.

ſi bella tonant, prius agmina duris
Exerce ſtudiis & ſævo praſtrue Marti.

Solinus Polyhiſt. cap. XIV. *Pharſalici campi, in quibus bellorum civilium detonuerunt procellæ.* Ennius Annali. I. *Turbines belli* dixit. & eos ſono verborum ſtudet velut expingere, Romam ſuam allocutus.

Naſcere, quæ populos terraque marique laceſſes,
Belli turbine prepopero concuſſa tremiſcent
Cuncta acres à te vires.

Virgilius, lib. X. *Æneas nubem belli, dum detonat, omnem Suſtinet.* Sic incendia Bellorum apud Juvencum libro IV.

Diſcurrent cunctis bellorum incendia terris.

65. CRIMEN SUPERUM.] Indignæ rei familiaris Paganis ſcriptoribus exſecratio, Deorum pudorem, crimen, opprobrium, eſſe. Martialis lib. X.

Hic feſtinata requieſcit Erotion umbra
Crimine quem Fati ſexta peremit hyems.

Papinius, Achilleid. II. *Indecores. Fatorum crimina, vultus.* Lucanus, lib. VIII. *numquam ſuperum caritura pudore Fabula* Claudianus. lib. II. in Rufinum: *Criminibusne tuis ſperas, Fortuna, mederi?* Idem. I. Eutr.

Heu cœli terraq; pudor! trabeata per Vrbem
Oſtentatur anus, titulumq; effœminat anni!

Phœdrus, Fab. XXXIX. *Donec Fortunam criminis pudeat ſui.* Seneca Thyeſte.

Hoc eſt Deos quod puduit, hoc egit diem Averſum in ortus.

Silius Italicus, lib. VII. *Crimen culpamque Tonantis Occidere* Papinius, Thebaide I

Erroresne fer. s Nemorum, & reticenda Deorum
Crimina.

Manilius, lib. IV. Aſtronomi. *viventia crimina Terra.* Papinius Theb I.

eunt tutis terrarum crimina velis.

64. LONGI PROH DEDECUS ÆVI.] Ævi dedecus, extremum Vituperium, ut & Seculi pudor, aliaque id genus non pauca. Claudianus Bello Gildonico. PLinius Panegyrico: *Magnum quidem illud ſeculo dedecus, magnum Reipublicæ vulnus impreſſum eſt.* Catullus. *Secli incommoda, peſſimi Poeta.* Sic Q. Smyrnæus Libro primo Paralipom. Dedecus & pudorem Græcorum vocat famoſum illum Therſiten. Sic naturæ dedecus Aſinus, apud Phædrum, Fab. XXI. Quodq; eſt omnium vitiorum extremum, Commodum ſui ipſius dedecus vocat Lampridius.

65. BARBARUS HESPERIAS EXSUL.] Arbogaſten dicit, qui Eugenium Magiſtrum, hominem de Schola, Rei Romanæ imp erare voluit, paullò ante Tertium hunc Honorij Conſulatum. Anno enim iſtum præcedente Theodoſius obiit, cujus ultimum facinus fuit debellatus uterq; hic tyrannus; Victoria etenim patrata cum Conſtantinopolin contenderet, in via Mediolani hydropi eſt exſtinctus. Arbogaſtes, Francus ſanguine, ſub Gratiano bona Principis gratia præfectus militiæ ſub Baudone duce fuit; Baudone exſtincto, magiſterium militum ſua auctoritate in ſe tranſtulit, & poſtmodum, ſpreto Valentiniano, ſingulari militum favore confiſus pro arbitrio in Occidente omnia adminiſtravit. Valentiniano indignante, &, ad Theodoſium in Orientem miſſis nuntijs, dignitate hominem per libellum exſuere volente, eo res redacta eſt, ut Arbogaſtes deponi à Principe, cujus auctoritate promotus non fuerat, dedignatus, ipſum Valentinianum interficeret, Eugenium Imperatorem diceret, armisque n teretur firmare. Hanc hominis confidentiam alludit noſter cum dicit *Heſperias eum urbes poſſediſſe* Lege Zoſimum, lib IV. De Potentia Arbogaſti Oroſius, lib. VII. cap XXXV. Marcellinus Comes Alij. Exſulem. vocat, quia odio Regum Francicorum ad Romanos defecit Arbogaſtes, magno patriæ incommodo, ut vides apud Aimoinum lib. I. cap. III. Eum contra gentiles ſuos Franciæ Reges felicia pro Romanis prælia iniiſſe, mentio eſt etiam in Paulino Clerico Mediolanenſi, in Vita Ambroſij.

65. BARBARUS.] Et gente & moribus. Marcellinus Comes ex Oroſio: *Arbogaſtes, vir barbarus, conſilio, manu, potentia,* audaciaque

que *nimius*. Barbarum latronem vocat B. Ambroſius Epiſt. LVIII.

66. DEJECTO.] Humili, nullius dignitatis homini Grammatico primum, poſt milici, licet à prudentia & doctrina eum ſummoperè commendet Zoſimus, fatetur tamen Eugenium hunc Scholam habuiſſe, & inde ad Imperium translatum, quod ſub ejus nomine Arbogaſtes erat adminiſtraturus, ut Oroſius alijque notant, donec & umbram iſtam commodè ſubmoviſſet ſcilicet. Socrates, lib. V. cap. XXIV.

Κατὰ τὰ ἑσπέρια μέρη γραμματικός τις, ὄνομα Εὐγένιος, ῥωμαϊκοὺς παιδεύων λόγους, ἀφεὶς τὰ παιδευτήρια, ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστρατεύετο, καὶ ἀντιγραφεὺς τοῦ βασιλέως καθίσταται, διὰ δὲ τὸ εἶναι ἐλλόγιμος, πλέον τῶν ἄλλων τιμώμενος, τὴν τύχην μετρίως οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλὰ συνεργὸν λαβὼν Ἀρβογάστην, ὃς ἐκ τῆς μικρᾶς Γαλατίας ὡρμώμενος, στρατιωτικοῦ μὲν τάγματος ἡγεμὼν ἐτύγχανεν ὢν τὸν δὲ τρόπον χαλεπὸς, καὶ μιαιφονώτατος, εἰς τυραννίδα ἐπέκλινε.

Vanis augurijs à Flaviano, divinationum ſtudioſo, deceptum ad tantas res aſpiraſſe magiſtrum, tradit Sozomenus lib. VII. capite XXII.

66. DEJECTO.] Humili, plebejo. Sic enim Dejectum, abjectum, jacentem, jacere, uſurpant ab animo & corpore humano ſcriptores. Papinius lib. III.

> *Tunc me ſanguineo latè defervere campo*
> *Res ſuper Argolicas, haud ſic dejecta, vidébis.*

Valerius Flaccus, libro IV. *Corripit abjecti remumq; locumq; Phaleri.* B. Ambroſius in Agnetis Paſſione, Epiſt. XXXIV. *Aut ſacrifica Deæ veſtæ ad laudem generis tui, aut ad ignominiam natalium tuorum eris publica abjectionis ſcortum.* Phœbadius, cap. III. Contrà Arianos: *Inviſibilis, Immortalis, Pater nuntiatur, ut ſcilicet in contrariis eorum filius jaceat.* Ovidius Epiſt. Didûs.

> *udis abjectus in herbis*
> *Ad vada Mæandri concinit albus olor.*

Boethius, lib. I. de Conſol. *jacere bonos noſtri terrore diſcriminis proſtratos:* Julius Cæſar apud Donatum, Vita Terentij, de eo Comico:

> *ut æquato virtus polleret honore*
> *Cum Græcis, nec in hac deſpectus parte jaceret.*

Latinus Pacatus Panegyrico: *Sibi humilitatem & tenebras ſuas imputet jacens virtus.* Propertius: *Me ſine, quem ſemper voluit Fortuna jacere.* Eumenius, Panegyrico: *Animus ex otio jacens.* Barbarum vocat Arbogaſtum, ut dictum, à gente & moribus; cujus vocis ridiculam Etymologiam excogitavit Sophiſtica Barbaries, à barba *nimirum & rure*, horridiore utroque quam delicatorum hominum ferre poſſint mores. Vide ſis Hugonem à Sancto Victore in Clauſtro Animæ lib. IV. capite VI. Opere neſcio an edito, apud nos manuſcripto.

66. CLIENTI.] Eadem verba de eadem re IV. Conſ. CCCLXIII.

67. PRINCEPS.] Theodoſius, ad quem miſerat ſuper Arbogaſtis temeritate Valentinianus, adoleſcens ad ſumma factus, niſi perfidia ſuorum occidiſſet, ut multis commendatur Sozomeno, lib. VII. cap. XXII. Annorum in eo immaturitatem, conſiliorum ſenectutem deplorat, in Oratione funebri Ambroſius.

Zoſimus, καὶ ὁ μὲν Οὐαλεντινιανὸς συνεχέσι πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράμμασιν ἐχρῆτο, τὴν κατὰ τῆς βασιλείας ἀλαζονείαν τἀνδρὸς ἐξαγγέλλων, καὶ βοηθεῖν παρακάλει δραμεῖσθαι πρὸς αὐτὸν εἰ μὴ τάχιστα τοῦτο ποιήσειεν, ἐπομνύμενος.

67. GENTESQUE REMOTAS Omnem exercitum omni cura collegiſſe, summo diſcrimine impendente, tradit idem Zoſimus. Barbaros Iſtrum accolentes ul…

ex

ejus copiis ſeſe adjunxiſſe memorat Socrates, lib.V.c.XXIV.

68. TUMIDUS EUPHRATES,] Ingens. Is enim amnis inter maximos terrarum Orbis, etiam ſacris litteris conteſtificantibus. Callimachus.

Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος.

Scholiaſtes. τὸν τῶν Περσῶν λέγει, τὸν καλούμενον Εὐφράτην.

Sic tumentem Rhenum pro inſigniter magno dixit Apollinaris Sidonius, Nilum Manilius. *Rhene tumens Niluſq; tumeſcens.* Exſcendit verò ad Meſopotamiam irrigandam inſtar Nili. Vide Solinum,cap.XL.

69. HALYS.] Viſe Herodotum & Scholiaſten Apollonij, lib.II.

69. DITAT ORONTES.] Amœniſſimarum Syriæ regionum cultor ac peragrator. Vide Gulielmum Tyrium Libro IV. à capite IX.

70. THVRIFEROS SALTUS ARABES.] Vera lectio, & noſtro Libro firmata. Arabum divitiæ in ſilvis. Manilius libro IV. Et molles Arabas, ſilvarum ditia regna.

71. ARMENII PHASIN.] Phaſis nobiliſſimus Colchorum fluvius, Armenia oriundus. Dionyſius Periegetes.

ἔνθάδε Φᾶσις
Κιρκαίου κατὰ νῶτον ἑλισσόμενος πεδίοιο
εὐξείνου ποτὶ χεῦμα θαλάσσης ἐπερεύγεται ἄχνην.
Ἀρξάμενος τὸ πρῶτον ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο.

Unde Armeniæ accenſetur à noſtro. Strabo. lib.XI.

ποταμοὶ δὲ πλείους εἰσὶν ἐν Ἀρμενίᾳ, γνωριμώτατοι δὲ, Φᾶσις μὲν καὶ Λύκος εἰς τὴν ποντικὴν ἐκπίπτοντες θάλατταν.

Montem unde fluat Taurum Euſthatius alii, Garamantem vocat Vibius Sequeſter.

71. NIPHATEN.] Patrhiæ ſive Armeniæ fluvium, monte Niphate oriundum. Vibius.

72. QUÆ TIBI TUNC MARTIS RABIES] Nonum ætatis annum egiſſe Honorium, Theodoſio in Eugenium movente, colligimus eſt Faſtis Idatii. Sunt qui Expeditioni tantæ ſocium adſciviſſe puerum tantillum Theodoſium ſcribant. Marcellinus Comes: Arcadio III Honorio II. Coſſ. Theodoſius Auguſtus, aſſumto Honorio Cæſare, eodemq; filio, contrà Arbogaſtem, qui Eugenium tyrannum Imperatorem facere auſus eſt, properavit. Zoſimus,lib.IV.

ταῦτα δὲ διαθεὶς ὁ Θεοδόσιος, καὶ τὸν νεώτερον τῶν παίδων Ὁνώριον ἅμα ἑαυτῷ συναπαγαγὼν, τὰ ἐν μέσῳ πάντα διέδραμεν ἔθνη.

Contrà Socrates lib.V. cap. XXIV. Sozomenus lib.VII. cap. XXIV. Epiphanius Tripartitæ lib.IX cap.XLV. Nicephorus, libro XII.cap.XXXIX Utrumq; Imperatorem Cōſtantinopoli relictum ſcribunt. Quibus palam aſſentitur noſter ſequentibus. Sed hæc dubia manebūt, ut multa horum temporum, nam & ipſam de Eugenio victoriam in alios Conſules, Olybrium nimirum & Probinum, referunt alij. Ut Caſſiodorus.

73. SEQUENDI ARDOR ERAT.] Flagraſſe cupiditate belligerandi cum patre air. Alibi *tunc acrior arſit Impetus* Pacatus Panegyr. *ardens miles.* Virgil. *accenſo gliſcit violentia Turno.* Oroſius *quoties Galli exarſerunt.*

73. FLAGRABANT PECTORA.] Ardentiſſimum deſiderium ipſa flamma circumloquitur. Ammianus, lib. XVII. *Amor poſt documenta flagrantior.* Arnobius lib.II. *Ardoribus avaritiæ flagrans.* Papinius, Thebaid.III.

Flagranteis immiſit equos.

Flagrantia ſtudia, in Panegyrico Nazariano.

74. CAMPI.] Belli, conflictus. Vide Secundo, vel & Tertio, nam & alterum jam eſt abſo-

abſolutum. Adverſariorum volumine ad Vopiſci Aurelianum. *Tempeſtas* dubium Martem notat. Paullus Oroſius lib. I. cap. XXI. *Athenienſes tanta Belli tempeſtate permoti*. Silius, lib. XV. *O Confuſe nimis Gradivi turbine Varro.*

75. TRUNCIS IMMERGERE PLANTAS.] Immanior locutio, quam tamen libri nulli mutãt, niſi quod ridiculè eſt in noſtro *plantiuque inmingere plantas* Quod etſi abſonum, indicat tamen jam olim dubiam fuiſſe ſcripturam. Similis locutio in Pſalm. LXVII.

εἶπε κύριος· ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐν βυθοῖς θαλάσσης, ὅπως ἂν βαφῇ ὁ πούς σου ἐν αἵματι, ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἐξ ἐχθρῶν παρ᾽ αὐτοῦ.

Neq; aliter Q. Serenus cap. XLIII. *Hoc quidam raptus morbo per tempora meſſis Vicino plãtas frumenti merſit acervo, evaſitq; gravem caſu mediante dolorem.*

76. UT LEO.] Comparatio ducta ex Papinio, Thebaide IX.

Vt Leo, cui parvo mater Getula cruentos
Suggerit ipſa cibos, cum primum creſcere ſenſit
Colla jubis, torvuſque novos reſpexit ad ungues,
Indignatur ali, tandemque effuſus apertos
Liber amat campos, & neſcit in antra reverti.

Quam æmulatur alibi & Gulielmus Brito, ſi ſatis recordor. Porrò in Claudiano noſtro mox non *terga jubis* ſed *colla jubis* ex Papinio legendum monemus ad ipſum Statium libro IX. v. DCCXL.

Similitudinem in Aquila non inelegantem ejuſdem generis habet Gunterus Libro I. Ligurini.

Regia ſic volucris, primas ut creſcere plumas,
Artubus, & teneros dureſcere ſenſerit ungues,
Natura ſectatur iter; jam jamque parentum
Officio contemnit ali; nidoq; relicto
Egreditur, parvoque pudet latuiſſe cubili.
Mox confiſa ſibi, ſecuro tuta volatu,
Aut leporem venatur agris, aut æthere cygnum,
Corripit, & propriis in acuta rupe penates
Aedificat.

80. GETULO.] Inde nobiles Leones. Horatius.

Non vides quanto moveas periclo
Pyrrhe, Getulæ catulos Leana.

Claudianus I. Rufin.

Qua ſic Getuli jaculo percuſſa Leana
Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus &c.

Getulum Afrum genere exponit Lutarius ad Papinium.

81. STABULISQUE MINARI ÆSTUAT.] Nõ minatur, ſed æſtuat. Notatio juvenilium affectuum, nihil certi aut ſolidi concludentium. Cogitationes enim primæ ætatis variæ ſunt, inſtarque æſtuum, ſibimet ipſis contrariæ. Ariſtænetus pulcrè, inducto Nuptiarum exemplo, lib. I. Epiſt. XXIII.

ὅτι, ἔφη, ἐλπιζόμενος ὁ γάμος ἡδύς, εὔχαρις, καὶ λίαν εὐκταῖος γέγονε, περιεφρονήθη καὶ τὸ πάλαι σπουδαζόμενον ἐξαίφνης ἀπέρριπται, καὶ περιπτυόμενον ἀμελεῖται, αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν νέων ταχεῖαι, καὶ αὗται πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίοι.

Et Sapienter PLato X. Legum adoleſcentiam adhortatur, ſuſtineat de magnis reb. judicare, quoniam quæ primæva ætate ipſi videbuntur laudanda, vel contrà, uſu experiri habeant in adverſam opinioni faciem fortunamque exitura.

82. TERGA ABSORBERE.] Durius eulè dictum. Sentias de aliquot talibus hujus Panegyrici locis recentem Latinæ ſcriptionis Poëtam, nihil enim tale in ſequentibus. Ortu

Vre, puer, quæſo, tua qui ferus otia liquit
Atque iterum erronem ſub tua ſigna voca,
Quod ſi militibus parces, erit hic quoque miles.
Ipſe levem galea qui ſibi portet aquam.

49. GLANDES BALEARI SPARGERE FUNDA.] Balearium Inſularum incolæ nobiles pugnare funda. Lycophron, Caſſandra:

τριπλαῖς δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένος,
ὧν αἱ τεκοῦσαι τὴν ἑκηβόλον τέχνην
Ἄδορπα παιδεύσουσι νηπίους γόνους.
Οὐ γὰρ τις αὐτῶν ψαίσεται πύρνον γνάθῳ
πρὶν ἂν κρατήσῃ ναστὸν εὐστόχῳ λίθῳ
ὑπὲρ τράφηκος σῆμα κείμενον σκοποῦ:

Fundis bipedibus membra defenſi tribus.
Vbi rudimen verberantis eminus
Artis puellos mater impranſos docet.
Nam nemo panem dentibus frendet prius
Quam capſit illum pendulum certo lapis
Super tigillum deſtinati ictus notam.

Loquitur Lycophron de Gymneſijs, quæ cum Balearibus eædem Inſulæ. Iſacius Tzetzes:

Φιλτέας δὲ ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν, Βαλεαρίδας φησὶν αὐτὰς ὕστερον ὀνομασθῆναι, εἰσὶ δὲ οἱ ἐν αὐταῖς κατοικοῦντες ἄριστοι σφενδονῆται, αἱ γὰρ μητέρες αὐτῶν, ὡς ἔφην, τιθέασιν ἐπὶ τινος ξύλου ἄρτον, καὶ οὐ πρότερον διδόασιν αὐτοῖς φαγεῖν, πρὶν καταβαλεῖν τὸν ἄρτον.

Morem ſervare hodieque Turcos multis ſcriptum. De Balearibus funditoribus, tribus fundis pugnantibus etiam Florus lib. II. cap. VIII. Bonos jaculatores eoſdem celebrant Polybius, lib. III. Silius Italicus, Lib. V. Lucanus, alij non pauci. Nec tamen hoc artificio principes, quin ceſſerint alijs. Livius, lib. XXXIIX. *Vna ad coercendos Samæos inventa res eſt, haud magna memoratu. Centum funditores ab Aegio & Patris, & Dymis, acciti. A pueris ij, more quodam gentis, ſaxis globoſis, quibus fermè, arena immiſtis, ſtrata littora ſunt, funda mare apertum inceſſantes, exercebantur. Itaque longius certiuſque, & validiore ictu, quam Balearis funditor, eo telo uſi ſunt. Et eſt non ſimplicis habenæ, ut Balearica, aliarumque gentium, funda; ſed triplex ſcutale, crebris ſuturis duratum ne fluxa habena volutetur in jactu glans, ſed librata, cum ſederit velut nervo miſſa, excutiatur, coronas modici circuli magno ex intervallo loci, ſueti trajicere; non capita ſolum hoſtium vulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris.* Cui loco ineſt fundæ velut Pictura.

50. NIMIVM.] In Honorio nimium amorem militaris virtutis, audaciamque annis majorem compeſcit etiam Theodoſio Pater, Quarto Conſul. CCCLXXII.

veſtigia magna
Indolis agnoſco
Sed feſtinus amor, veniet robuſtior ætas,
Ne propera; nec dum decimas emenſus ariſtas
Aggrederis metuenda viris.

Interque Stiliconis, Ejuſdem Educatoris, Laudes recenſet, non fregiſſe indolem Regiam, & ad ſumma tendentem Lib. II.

Quem tu ſic placida formas, ſic mente ſevera,
Vt neque deſidiæ tradas, dum pronus ad omne
Quodlibet, obſequeris: nec contrà nixus ovantem
Confringas animum, ſeu cernas conſona Regno,

Seu

Seu juvenem doceas moles quid publica poſcat:
Cen ſanctum venerere ſenem.

Nimium, ſummum, excellentem intellige. Abuſu vocis frequentato omnis ævi ſcriptoribus, & notato Grammaticis. Beda de Orthographia: *Aliquando Lingua Latina hoc verbo ſic abutitur, ut nimis pro eo quod eſt valdè, ponatur. Nimiò poſt*, multò poſt, notat in Lucretio, lib.VI.

fronstenta minabat
Nec nimiò rigida poſt ſtrati morte jacebant

Plenum, juſtum, æquum, in Horatio libro I. Carm.XVIII.

quæ ſubſequitur cæcus Amor ſui
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem.

Hoc eſt ultrà quam decet & faseſt. *Valde* interpretatæ in Epitaphio Antiquo Vibij Helenij Romani hominis.

Quæ tibi cunque mei potuerunt pignora Amoris
Nata, dari, populo ſunt lacrymante data
Sed volui majora nimis.

Martianus Capella lib.I. *At virgo placuit docta quidem nimis.* Conſule Nos ad Appuleium. In PLauto & Symmacho ad hunc notatunt pridem docti.

50. INFLAMMARET.] Veteres aliquot Libri *flammaret* Quod non aſpernamur ſolitum in ore eſſe etiam optimis ſcriptoribus, & noſter quoque non contemtum. Nuptiis Honorianis:

Scyria ſic tenerum virgo flammabat Achillem.

Silius Italicus, Libro IV. *Cuſpide flammat equum* Idem, Lib. X. *flammata Scipio mente.* Lib.XI. *pericula mentem Flammarent.* Sidonius.

Nunc flammant Satyræ, & Tyrannicarum
Declamatio Controverſiarum.

Marius Victor lib.I. *ingenti flammatur in iras.* Dracontius Hexaem.

anhelis Flammatur radiis

Valerius Flaccus lib.I.

ingenti flammantem nubila ſulco
Direxit per inane facem.

Idem lib.IV. *flammata pudore iuventus.* Tacitus, Hiſtor. IV. *Hi inter ſe vocibus inſiſtentes flammavere inſuper allata Veſpaſiano littera.* Virgilius lib.I.

Talia flammato ſecum Dea corde volutans.

Flammatus flammis conſumtus, apud Carullum.

Non ſine mutanti platano, lentaque ſorore
Flammati Phaetontis, & aeria cypariſſo.

51. FACTA TUI NUMERABAT AVI.] Honorum aperte nominat Victor Iunior, ſive Victorinus, Epitoma Cæſarum, ut ſupra notatum. Theodoſium Seniorem indigitant alij. Hujus geſtorum pro Republica ſparſa per Poemata noſtri Honorifica mentio Vel vero Avum Patremque domitorem Barbarum gentium celebrat multis Claudianus. Sic eumdem Titulum Honorio non invident, licet præſens & manu pectoreque ipſe parum egerit, Monumenta priſca, quale eſt iſtud, pridem doctis hominibus enotatum, ex nummis Joannis Sambuci.

DN. HONORIUS. P. F. AUG.
TRIUMPHATOR GENTIUM BARB.

52. HORRESCIT LIBYÆ.] Etſi non fuerit natura, de quo tamen dubitare poſſumus, adoptione tamen & affectu fuit avus Honorio Theodoſius, Patruus nimirum patente ſenior, ille, cujus fortiſſima facta apud Africam multis prædicat Ammianus. Claudianus quidem omnino eum pro patre Theodoſij habuit, ut & Pacatus. Cum Honorij illius de Victorini litteris inter Heroas in ea provincia præclare rebus geſtis celebres nulla ſit apud ſcriptores mentio. Quæ in Britannia idem Theodoſius geſſit, alludit ſequens

Rrr noſtri

noſtri verſus, & explicat idem Ammianus lib. XXVII & XXVIII. Vbi Theodoſium officiis Martijs feliciſſimè cognitum. Et Ducem efficaciſſimum appellat. Sanè is fuit vere avus Honorij, niſi ignorantiæ damnes Claudianum, cujus de tam propinquis temporibus nullum in eo alioquin veſtigium Patrem, Theodoſij Triumfatorem per inſidias occiſum, ipſum in exilium actum ſcribit Ambroſius In funebri Theodoſij Principis Oratione, ſub finem.

53. IMPERVIA THULE.] Eouſque omnia pacaſſe laudat Theodoſium. De Attacoctis, Scotis, Pictis, nominatim Ammianus, qui reſtitutis Britannijs tam glorioſum redijſſe ad Comitatum dicit Theodoſium, ut Furio Camillo & Papinio Curſore victoriarum laudibus non fuerit minus inſignis. Thulen pro ultimo orbe ponit Claudianus, ultrà eam enim nihil certi compertique relatum habebant. De miris ultrà Thulen pro re admirandiſſima librum ſcripſit Diogenes quidam Philoſophus, auctore Porphyrio in Vita Pythagoræ: De ipſa ea inſula mirifica Fama ferebatur. Vnde proverbij vicem fuit, fabuloſiora dici, quam ea ſint quæ de rebus Thules narrentur. Euſebius lib. III. Contrà Hieroclem: *Primum quidem ſic ſtatuo, ſi quæ de Thule inſula præter fidem narrantur, quæque multorum portentorum plena nobis Poetæ finxerunt his prodigiis comparentur, jam pro certiſſimis habeantur, harum magnitudine & ſplendore nugarum velut obducta penitus evaneſcent.* Claudianus, ut dictum, extremas Orbis partes Theodoſium compoſuiſſe laudibus Nepotis inacenſet. Imperviam ratibus ex traditione Romanæ Geographiæ dicit, Vltrà enim Thulen, *navigatione unius diei mare concretum & innavigabile eſſe ſcribit* poſt alios Martianus Capella, lib. VI *Vltrà, pigrum & concretum* mare, auctor Solinus cap XXV. Diu autem ultimæ Orbis navigabilis inſulæ nomen hæc habuit, utpote quam eodem adhuc cenſeat Saxo Grammaticus, initio libri VIII.

52. ADUSTÆ LIBYÆ.] Vltimas, virque pervias ſolitudines Africæ pacatas adſcribit Avo Honorij. Res geſtæ ſunt apud Ammianum. Libya autem interior perpetuo calore & fervore quaſi aduſta. Macrobius in Somnium Scipion. lib. II. cap. VII. *partes ejus peruſto cingulo proximas agnoſcit*, vide Polybium fragmento lib. XII. Lucanum, lib. IX. Curtium IV. Alios.

53. LEVES MAUROS.] Fugax & inſtabile omne Maurorum, Numidarumque genus, apud Livium, Polybium, Salluſtium, Silium, &c. De Mauris Theodoſio Avo, ſubactis noſter in Bello Gildonico, Pacatus Panegyrico: *Erat juſtæ compenſationis occaſio, ut, qui de patria tua laudibus pauca dixiſſem, Patris ſaltem virtutibus prædicandis prolixius immorarer: Sed quid faciam? Novam quamdam patior ex copia difficultatem. Quid, inquam, faciam? Quæ Rhenus aut Vahalis vidit, aggrediar? Iam ſe mihi Sarmatica cæde ſanguineus Iſter objiciet. Attritam pedeſtribus præliis Bataviam referam? Saxo conſumtus Bellis navalibus offeretur. Redactum ad paludes ſuas Scotum loquar? Compulſus in ſolitudines avias omnis Alamannus & uterque Maurus occurrent.*

53. NEC FALSO NOMINE PICTOS.] Gens quippe hujus vocabuli ſolita corpus etiam fuco pingere. Noſter Bello Getico & alibi. Pingebant autem corpora Picti variis animantium figuris, Solinus. capite XXV. *Regionem partim tenent Barbari, quibus per artifices plagarum figuras jam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur, inſcriptiſque viſceribus, hominis incremento, pigmenti notæ creſcunt, nec quicquam magis patientiæ loco nationes feræ ducunt, quam ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.* Vide doctorum Commentaria ad Pomponium Melam & Sidonium. De Variis populis hæc ſcriptores. De Pictis noſter hic, de Britannis lib. III. Stilic. De Agathyrſis Maro, de Gelonis Vibius Sequeſter, De Thracibus Valerius

rius Flaccus lib.II. De Braſiliæ incolis Joannes Lerius, quique alij gentes eas deſcripſerunt. Quos illorum Notis accudas.

54. EDOMUIT.] Perdomuit. Vide ad II. in Rufinum.

54. SCOTUMQUE VAGO.] Vagum populatorem ubiq; perſecutum, donec edomaret, dicit Theodoſium, nihilque in Lectione mutandum. De Re Ammianus lib XXVII. *Illud ſufficiat dici quod eo tempore Picti in duas gentes diviſi, Dicalidonas & Vecturiones, itidemque Attacotti, bellicoſa hominum natio, & Scotti, per diverſa vagantes, multa popu'abantur. Gallicanos verò tractus Franci, & Saxones, iiſdem confines, quo quiſque erumpere potuit terra vel mari, prædis acerbis incendiiſque & captivorum funeribus hominum violabant. Ad hæc prohibenda orbis extrema Theodoſius, dux efficaciſſimus petiit, &c.*

55. GEMINIS FVLGENS VTROQVE SVB AXE TROPÆIS.] Veriſſima laus Ducis meritò ab Ammiano ſummis Romanorum comparati. De alijs paria Panegyriſtæ. De Theoderico ſuo Ennodius, horum poſtremus: *Non tibi ignotus eſt algor Scythiæ; non Meroen, aut anhelum æſtivus Cancrum, ut alterius poſſeſſor orbis, ignoras didiciſti univerſa ſubjugando, quæ nobis vix auditu patuerunt. Hæc quidem maiora ſunt homine: ſed qui ad mundi paretur gubernacula, neceſſe eſt ut univerſis veniat cardinibus inſtitutus*

57. THETYOS ALTERNÆ.] Vtriuſque Oceani. Alludere dicas Oceani æſtum aut refluxum. Sed cum is non ubique omni accidat potius ποιητικῶς *Refluum Oceanum* vocat, quod in ſe redeat, orbem amplexus, nullo ipſe termino. Sic ἀψόῤῥοον Homerus.

ὡς εἰς ἑαυτὸν ὀῤῥέοντα, ἤγουν ἐπανιόντα, καὶ οὕτως ἐναπηλειοντα ἑαυτῷ τὴν γῆν ut ait Euſthatius.

Alitèr tamen Refluum ad illum æſtum nimirum, mare, dixit Auſonius, Epiſt. VII. de Oſtreis.

> *Oſtrea Bajanis certantia, quæ Medulorum*
> *Dulcibus in ſtagnis reflui maris æſtus opimat.*

Refluentem Eridanum, à flexuoſo alveo, nuncupavit doctiſſimus vates Valerius Flaccus, recenſendus inſtincto omnis ævi Lectione homini, lib. VIII.

> *Ceu refluens Padus, aut ſeptem proiectus in amnes*
> *Nilus.*

Littus refluum, παθητικῶς, Appuleio. Vide nos in ejus Indice Commentario, non paullo quidem, humaniore, quam qui in invidiam quodammodo noſtri exijt.

58. SEMINA LAUDUM.] Quæ teneris annis inſtillantur, ſimilitudine frugum, inſeri quodammodo dicuntur. Silius de Amiſcare & Annibale lib. I.

> *Romanum ſevit puerili in pectore bellum.*

Sic ſemina virtutum in Germanici Aratæis.

> *Aerea, ſed poſtquam proles terris data, nec jam*
> *Semina virtutum vitiis demerſa reſiſtunt.*

Noſter alludit de more Papinium, qui in parte dixit, Achilleide I.

> *canit ille libens immania laudum*
> *Semina, qui tumidæ ſuperavit iuſſa noverca*
> *Amphytrioniades.*

59. NON OCYVS HAVSIT ACHILLES.] Summum Græciæ Heroem exemplum Honorij rebus aliquoties componit. Non pro Deo, ſed neque minore tamen multo cultu Græciæ cultum Pelei filium omnis Antiquitas loquitur. Infinita item ſunt exempla quibus Achillis educatio Principum virorum pueris præſtituitur. Sanè fabula mirificè dex-

tram Inſtitutionem præfert. Mater educat infantem, ut adfectus tenerrimi humanitati concilientur: Puerum ea dat Chironi, rigido homini doctoque, ut juſtitiæ & fortitudinis Leges condiſceret: Ibi indoles excitatur Venatu, Animus Lectione & doctrina erigitur & componitur. Seceditab hominibus in Antrum, ut in Vmbra virtutum momenta perdiſcat, imperturbatus à vulgi vitijs & concurſu malignæ juventutis, cujus converſatio morum bonorum ſtrangulatio eſt. Sic uni Centauro converſatur, à quo exercitandi ſimul corporis Leges, & Palæſtræ morem hauſit: Arma omnis generis inferas, exercet, virium & audaciæ experimenta faciens quotidiana. Imprimitur interim Medicina Hiſtoria. Deorum cultus, Muſica, & quicquid tantam indolem Philologia interior in remoto à turbis loco docere poterat, quæ dedoceret poſteà nullum tempus, ſed in ſuaviſſimæ vitæ ſpeculo ſemper memoria redhiberet. Paullo ætate provectiorem mater in Aulam rapit, habitu teſtum, ut civilitatem & prudentiam principalem diſceret cautius: ſimul ut dolo dignæ conjugi applicaretur vel neſciens, ne adoleſcentię vigorem vaga libidine excerneret perderetque vulgivagis complexibus ſtirpi debitam generoſitatem primam Sanguinis. Hinc & rapitur & rapit ſeſe ipſe in Campum, Virtutemque militia excolit atque roborat. Vbi tamdem Heroum Heroa exear celeberrimus, princeps nobiliſſimæ Expeditionis, ſine quo nec decennium ipſum fatale illud Trojæ expugnandæ fuiſſet. Sic omnia deduci poſſint longo Commentario, nos indicamus ſummatim pauca ut exemplum tot Principibus præpoſitum vel paullo videatur lucidius.

59. OCYVS HAVSIT.] Acumen & felicitatem ingenij mirificam commendat in Honorio. Inſtituebatur autem varijs Muſicis Gymnicisque artibus à Chirone Achilles. Sidonius de Eodem.

Quorum hic Peliaco putatur antro
Venatu, fidibus, palæſtra, & herbis,
Sub Saturnigena ſene inſtitutus.

Papinius Achilleide I.

pharetra inſontes & inania terga ferarum:
Hac quoque (domus) tum viridis: nam tunc labor unus inermi
Noſſe ſalutiferas dubijs animantibus herbas,
Aut monſtrare lyra, veteres Heroas alumno.

Mitem celebrant Chironis inſtitutionem, ne ſcilicet generoſiſſimum ingenium duriore frangeretur, quomodo Honorium eumdem hunc Stiliconi curatum laudat noſter Secundo de Laud. Stil. v. LXVIII. Auſonius Idyllio IV.

Sic neq; Peliden Chiron terrebat Achillem
Theſſalico permixtus equo, nec pinnifer Atlas
Amphytrioniaden puerum: ſed blandus uterque
Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos,

61. SEMIFERI.] Centauri. Ferus enim Equum notat, ut in Petronio, Prudentio. Virgilio, Ovidio, Phædro, Nonio, alibi notatus. Sunt docti homines qui primum hujus vocis ſtatum SEMIFER Larij finibus pellunt, SEMIVIR ubique ſubſtituentes, quibus nequaquam pugnandum arbitramur.

62. CVSPIDIS ARTEM.] *Haſtæ vibrationem.* Haſtam pro armis omnibus dixit, quorum exercitijs Chiron imbuebat Achillem, quoniam ea vetuſtiſſimum telum, & antiquiſſimis Regibus pariter ſceptrum & Numen; Vide ex Juſtino & alij Notas ad Librum noſtri de Nuptiis Honorianis.

63. LYRÆ CANTUS.] His Poetæ circumloquuntur omnem Muſicam, omnesque aliquando artes Liberales. Unde Lyra ſive cythara perfeciſſe Achillem Ovidius dicit illum ipſius tam lepidum Magiſtrum. Lib. I. de Arte Am.

Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem

Atq; animos molli contudit arte feros.

Cæterum & Cythara & Pſalterio & cantu pollebat Achilles. Julianus Imp.

περὶ βασιλείας, τὸν Ἀχιλλέα φησὶν ἡ ποίησις, ὁπότε ἐμήνισε καὶ διηνεχθὴ πρὸς τὸν βασιλέα, μεθεῖναι μὲν ταῖν χεροῖν τὴν αἰχμὴν καὶ τὴν ἀσπίδα, ψαλτήριον δὲ ἁρμοσάμενον καὶ κιθαρίζειν, ᾄδειν καὶ ὑμνεῖν τῶν ἡμιθέων τὰς πράξεις.

64. MEDICAS SEU DISCERET HERBAS.] Noſter Codex *medicas artes* adverſum cæteros omninò omnes, quam tamen ſcripturam præcedens verſus facilè confutat. Chiron autem Centaurus Medicinæ conſultiſſimus, alumnum Achillem magnum quoq; ejus magiſtrum fecit. Vide Papinium Achilleide. Vindicianus Carmine de Medicina.

Quod natum Phœbus docuit, Chiron quod Achillem,

Quod didicere olim Podalirius atque Machaon,

A genitore ſuo.

Ita eo loco emaculandum. Præcipuè autem jumentorum medicina tam celebris fuit Chiron, ut ſeculis poſt multis compoſitiones ejus non fuerint obliteratæ, uti vides apud Vegetium Lib. IV. Veterin. cap. VII. & XI. Tam verò ſuo ævo nobilis ut medicinam diſcituri ejus domicilium confluerent, ut pro ſingulari re ſcribat Ariſtides Rhetor Oratione in Aſclepiadas, ipſos à Patre Aeſculapio inſtitutos non habuiſſe opus Scholam Chironis quærere:

γινομένους δ' αὐτοὺς τρέφει ὁ πατὴρ ἐν ὑγείας κήποις, καὶ ἐπειδὴ ἐδέχετο ἡ ἡλικία, οὐκ ἐδιδάξατο τὴν τέχνην ἰατρικήν, ἀλλ' ἐδίδαξεν αὐτός. Ὁ γὰρ ἔτι ἐν Χείρωνος ἔδει βαδίζειν ἔχοντας οἴκοι ἐπιστάτην, οὐ πολὺ δὴ καθ' ἐπωνυμίαν Χείρων ἤδη ἦν δεύτερος.

Ne autem miretur quis tantum Heroem Medicinæ in domo & inſtitutione Medici operam dediſſe; ſciat ſenſiſſe de hac ſcientia veteres, eam prorſus cœleſtem eſſe, quæ ſola omnium etiam Deum dederit, ut ait Auſonius. Apollonius Tyanæus, ſi is eſt, Epiſtola XXIII. ex ſcitis Pythagoræ:

τὸ θειότατον Πυθαγόρας ἰατρικὴν ἔφασκεν εἰ δὲ ἰατρικὴ τὸ θειότατον, καὶ ψυχῆς ἐπιμελητέον μετὰ σώματος, ἢ τὸ ζῶον οὐκ ἂν ὑγιαίνοι, τῷ κρείττονι νοσοῦν.

Jamblychus lib I. de Vita Pythag. c. XIIX.

τί σοφώτατον τῶν παρ' ἡμῖν; ἰατρική. τί κάλλιστον; ἁρμονία.

Sed talibus omnia abundant.

62. INTEREA TURBATA FIDES.] Mira ingenioſitate tumultum ſubitum, ſubitò alioꝛſum, & ad eum converſa raptaq; oratio exprimit. Datam autem eo tumultu Principi ait materiam exſerendæ virtuti. Sic Ennodius Panegyrico: Adhuc in cano flore degebas adoleſcentiæ, quando ævi purpura, & floſculus ſupervenientis Imperii pronitebat ſollicitis de gratiæ commutatione terrorem. Cum in Probationem Roboris & Clementiæ tuæ, ruptis vinculis, furor emicuit, Et eviſceratas diuturna quiete mentes occaſionis pabulo ſubjugavit.

63. BELLA TONANT.] Pro tempeſtate ingenti, cui æquantur, IV. Conſul.

ſi bella tonant, prius agmina duris

Exerce ſtudiis & ſævo præſtrue Marti.

Solinus Polyhiſt. cap. XIV. *Pharſalici campi, in quibus bellorum civilium detonuerunt procellæ.* Ennius Annali. I. *Turbines belli* dixit, & eos ſono verborum ſtuduit velut expingere, Romam ſuam allocutus.

Naſcere, qua populos terraque marique laceſſes,
Belli turbine prepopero concuſſa tremiſcent
Cuncta acres à te vires.

Virgilius, lib. X. *Aeneas nubem belli, dum detonat, omnem Suſtinet.* Sic incendia Bellorum apud Juvencum libro IV.

Diſcurrent cunctis bellorum incendia terris.

65. CRIMEN SUPERUM.] Indignæ rei familiaris Paganis ſcriptoribus exſecratio, Deorum pudorem, crimen, opprobrium, eſſe, Martialis lib. X,

Hic feſtinata requieſcit Erotion umbra
Crimine quem Fati ſexta peremit hyems.

Papinius, Achilleid. II. *Indecores. Fatorum crimina, vultus.* Lucanus, lib. VIII. *numquam ſuperum caritura pudore Fabula* Claudianus. lib. II. in Rufinum: *Criminibusne tuis ſperas, Fortuna, mederi?* Idem. I. Eutr.

Heu cœli terraq; pudor! trabeata per Vrbem
Oſtentatur anus, titulumq; effœminat anni!

Phœdrus, Fab. XXXIX. *Donec Fortunam criminis pudeat ſui.* Seneca Thyeſte.

Hoc eſt Deos quod puduit, hoc egit diem
Averſum in ortus.

Silius Italicus, lib. VII. *Crimen culpamque Tonantis Occidere* Papinius, Thebaide I

Erroresne fer. s Nemorum, & reticenda Deorum
Crimina.

Manilius, lib. IV. Aſtronomi. *viventia crimina Terra.* Papinius Theb I.

eunt tutis terrarum crimina velis.

64. LONGI PROH DEDECUS ÆVI.] Ævi dedecus, extremum Vituperium, ut & Seculi pudor, aliaque id genus non pauca. Claudianus Bello Gidonico. PLinius Panegyrico: *Magnum quidem illud ſeculo dedecus, magnum Reipublica vulnus impreſſum eſt.* Catullus. *Secli incommoda, peſſimi Poeta.* Sic Q. Smyrnæus Libro primo Paralipom. Dedecens & pudorem Græcorum vocat famoſum illum Therſiten. Sic naturæ dedecus Aſinus, apud Phædrum, Fab. XXI. Quodq; eſt omnium vitiorum extremum, Commodum ſui ipſius dedecus vocat Lampridius.

65. BARBARUS HESPERIAS EXSUL.] Arbogaſten dicit, qui Eugenium Magiſtrum, hominem de Schola, Rei Romanæ imp ... voluit, paullò ante Tertium hunc Honorij Conſulatum. Anno enim iſtum præcedente Theodoſius obiit, cujus ultimum facinus fuit debellatus uterq; hic tyrrannus; Victoria etenim patrata cum Conſtantinopolin contenderet, in via Mediolani hydrope eſt exſtinctus. Arbogaſtes, Francus ſanguine, ſub Gratiano bona Principis gratia præfectus militiæ ſub Baudone duce fuit; Baudone exſtincto, magiſterium militum ſua auctoritate in ſe tranſtulit, & poſtmodum, ſpreto Valentiniano, ſingulari militum favore confiſus pro arbitrio in Occidente omnia adminiſtravit. Valentiniano indignante, &c, ad Theodoſium in Orientem miſſis nuntijs, dignitate hominem per libellum exſuere volente, eores redacta eſt, ut Arbogaſtes deponi à Principe, cujus auctoritate promotus non fuerat, dedignatus, ipſum Valentinianum interficeret, Eugenium Imperatorem diceret, armisque tueretur firmare. Hanc hominis confidentiam alludit noſter cum dicit *Heſperias eum urbes poſſediſſe* Lege Zoſimum, lib IV. De Potentia Arbogaſti Oroſius, lib. VII. cap XXXV. Marcellinus Comes Alij. Exſulem. vocat, quia odio Regum Francicorum ad Romanos defecit Arbogaſtes, magno patriæ incommodo, ut vides apud Aimoinum lib. I. cap. III. Eum contra gentiles ſuos Franciæ Reges felicia pro Romanis prælia iniiſſe, mentio eſt etiam in Paulino Clerico Mediolanenſi, in Vita Ambroſij.

65. BARBARUS.] Et gente & moribus. Marcellinus Comes ex Oroſio: *Arbogaſtes, vir barbarus, conſilio, manu, potentia,* audaciaque

que *nimius*.Barbarum latronem vocat B.Ambroſius Epiſt.LVIII.

66. DEJECTO.] Humili,nullius dignitaris homini Grammatico primum, poſt militi,licet à prudentia& doctrina eum ſummoperè commendet Zoſimus,fatetur tamen Eugenium hunc Scholam habuiſſe, & inde ad Imperium translarum, quod ſub ejus nomine Arbogaſtes erat adminiſtraturus, ut Oroſius alijque notant,donec & umbram iſtam commodè ſubmoviſſet ſcilicet. Socrates, lib. V. cap.XXIV.

Κατὰ τὰ ἑσπέρια μέρη γραμματικός τις,ὀνόματι Εὐγένιος, ῥωμαϊκοὺς παιδεύων λόγους,ἀφεὶς τὰ παιδευτήρια, ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστρατεύετο,καὶ ἀντιγραφεὺς τοῦ βασιλέως καθίσταται, διὰ δὲ τὸ εἶναι ἐλλόγιμος, πλέον τῶν ἄλλων τιμώμενος, τὴν τύχην μετρίως οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλὰ συνεργὸν λαβὼν Ἀρβογάστην, ὃς ἐκ τῆς μικρᾶς Γαλατίας ὡρμώμενος, στρατιωτικοῦ μὲν τάγματος ἡγεμὼν ἐτύγχανεν ὠμὸς τὸν δὲ τρόπον χαλεπὸς,καὶ μιαιφονώτατος,εἰς τυραννίδα ἐπέκλινε.

Vanis augurijs à Flaviano, divinationum ſtudioſo, deceptum ad tantas res aſpiraſſe magiſtrum, tradit Sozomenus lib.VII. capite XXII.

66. DEJECTO.] Humili,plebejo. Sic enim Dejectum,abjectum, jacentem, jacere, uſurpant ab animo & corpore humano ſcriptores. Papinius lib.III.

> *Tunc me ſanguineo latè deſervere campo*
> *Reſpiper Argolicas,haud ſic dejecta, videbar.*

Valerius Flaccus,libro IV. *Corripit abjecti remumq; locumq; Phaleri.* B. Ambroſius in Agnitis Paſſione, Epiſt.XXXIV. *Aut ſacrifica Deæ veſta ad laudem generis tui, aut ad ignominiam natalium tuorum eris publica abjectionis ſcortum*.Phœbadius,cap.III.Contrà Arianos: *Inviſibilis, Immortalis, Pater nuntiatur, ut ſcilicet in contrariis eorum filius jaceat.* Ovidius Epiſt. Didûs.

> *udis abjectus in herbis*
> *Ad vada Mæandri concinit albus olor.*

Boethius, lib. I. de Conſol. *jacere bonos noſtri terrore diſcriminis proſtratos:* Julius Cæſar apud Donatum, Vita Terentij, de eo Comico:

> *ut æquate virtus polleret honore*
> *Cum Græcis, nec in hac deſpectus parte jaceret,*

Latinus Pacatus Panegyrico: *Sibi humilitatem & tenebras ſuas imputet jacens virtus.* Propertius: *Me ſine, quem ſemper voluit Fortuna jacere.* Eumenius, Panegyrico: *Animus ex otio jacens.* Barbarum vocat Arbogaſtum, ut dictum,à gente & moribus, cujus vocis ridiculam Etymologiam excogitavit Sophiſtica Barbaries, à barba *nimirum & rure*, horridiore utroque quam delicatorum hominum ferre poſſint mores. Vide ſis Hugonem à Sancto Victore in Clauſtro Animæ lib.IV. capite VI. Opere neſcio an edito, apud nos manuſcripto.

66. CLIENTI.] Eadem verba de eadem re IV.Conſ.CC CLXIII.

67. PRINCEPS.] Theodoſius,ad quem miſerat ſuper Arbogaſtis temeritate Valentinianus, adoleſcens ad ſumma factus, niſi perfidia ſuorum occidiſſet, ut multis commendatur Sozomeno,lib. VII.cap. XXII. Annorum in eo immaturitatem,conſiliorum ſenectutem deplorat, in Oratione funebri Ambroſius.

Zoſimus, καὶ ὁ μὲν Οὐαλεντινιανὸς συνεχέσι πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράμμασιν ἐχρῆτο, τὴν κατὰ τῆς βασιλείας ἀλαζονείαν τἀνδρὸς ἐξαγγέλλων, καὶ βοηθεῖν παρεκάλει δεόμενος πρὸς αὐτὸν εἰ μὴ τάχιστα τοῦτο ποιήσειεν, ἐπομνύμενος.

67. GENTESQUE REMOTAS. Omnem exercitum omni cura collegiſſe, in ſummo diſcrimine impendente, tradit ide Zoſimus. Barbaros Iſtrum accolentes ul

abſolutum. Adverſatiorum volumine ad Vopiſci Aurelianum, *Tempeſtas* dubium Martem notat. Paullus Oroſius lib. I. cap. XXI. *Athenienſes tanta Belli tempeſtate permoti.* Silius, lib. XV. *O Confuſe nimis Gradivi turbine Varro.*

75. TRUNCIS IMMERGERE PLANTAS.] Immanior locutio, quam tamen libri nulli mutāt, niſi quod ridiculè eſt in noſtro *plantiuque inmingere plantas* Quod etſi abſonum, indicat tamen jam olim dubiam fuiſſe ſcripturam. Similis locutio in Pſalm. LXVII.

εἶπε κύριος ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐν βυθοῖς θαλάσσης, ὅπως ἂν βαφῇ ὁ πούς σου ἐν αἵματι, ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἐξ ἐχθρῶν παρ' αὐτοῦ.

Neq; aliter Q. Serenus cap. XLIII. *Hoc quidam raptus morbo per tempora meſſis Vicino plātas frumenti merſit acervo, evaſitq; gravem caſu mediante dolorem.*

76. UT LEO.] Comparatio ducta ex Papinio, Thebaide IX.

Vt Leo, cui parvo mater Getula cruentos
Suggerit ipſa cibos, cum primum creſcere ſenſit
Colla jubis, torvusque novos reſpexit ad ungues,
Indignatur ali, tandemque effuſus apertos
Liber amat campos, & neſcit in antra reverti.

Quam æmulatur alibi & Gulielmus Brito, ſi ſatis recordor. Porrò in Claudiano noſtro mox non *terga jubis* ſed *colla jubis* ex Papinio legendum monemus ad ipſum Statium libro IX. v. DCCXL.

Similitudinem in Aquila non inelegantem ejusdem generis habet Gunterus Libro I. Ligurini.

Regia ſic volucris, primas ut creſcere plumas,
Artubus, & teneros dureſcere ſenſerit ungues,
Natura ſectatur iter; jam jamque parentum
Officio contemnit ali; nidoq; relicto
Egreditur, parvoque pudet latuiſſe cubili.
Mox confiſa ſibi, ſecuro tuta volatu,
Aut leporem venatur agris, aut æthere cygnum,
Corripit, & proprios in acuta rupe penates
Aedificat.

80. GETULO.] Inde nobiles Leones. Horatius.

Non vides quanto moveas pericla
Pyrrhe, Getulæ catulos Leanæ.

Claudianus I. Rufin.

Quæ ſic Getuli jaculo percuſſa Leana
Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus &c.

Getulum Afrum genere exponit Lutatius ad Papinium.

81. STABULISQUE MINARI ÆSTUAT.] Nō minatur, ſed æſtuat. Notatio juvenilium affectuum, nihil certi aut ſolidi concludentium. Cogitationes enim primæ ætatis variæ ſunt, inſtarque æſtuum, ſibimet ipſis contrariæ. Ariſtænetus pulcrè, inducto Nupriarum exemplo, lib. I. Epiſt. XXIII.

ὅτι, ἔφη, ἐλπιζόμενος ὁ γάμος ἡδύς, εὔχαρις, καὶ λίαν εὐκταῖος γέγονε, περιεφρονήθη καὶ τὸ πάλαι σπουδαζόμενον ἐξαίφνης ἀπέῤῥιπται, καὶ περιπλνόμενον ἀμελεῖται, αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν νέων ταχεῖαι, καὶ αὗται πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίοι.

Et Sapienter PLato X. Legum adoleſcentiam adhortatur, ſuſtineat de magnis reb. judicare, quoniam quæ primæva ætate ipſi videbuntur laudanda, vel contrà, uſu experiri habeant in adverſam opinioni faciem fortunamque exitura.

82. TERGA ABSORBERE.] Duriuſculè dictum. Sentias de aliquot talibus hujus Panegytici locis recentem Latinæ ſcriptionis Poëtam, nihil enim tale in ſequentibus. Orſus

verò Græcam Muſam mutare Romana anno iſtum præcedēte, Conſulatu nimirum Probini & Olybrij, ut jam non ſemel eſt notatum. Librorum hic nemo quicquam mutat.

83. ILLE VETAT] Comitem accedere expeditioni. Eſſe qui iviſſe cum Patre in Occidentem tradant, notatum ſupra: Zoſimus quidem vt rem indubitatam tradit. Et ex B. Ambroſij Oratione funebri omninò conſtat cum Mediolani moreretur Theodoſius in Occidente præſentem fuiſſe Honorium. Sed eum evocarat Conſtantinopoli. Ut vides apud Sozomenum lib. VII. cap. XXVIII.

84. RERUMQUE TIBI.] Cæſarem fecit ante diſceſſum Conſtantinopoli Honorium Theodoſius. Septimo ab urbe eadem miliari locus fuit huic inaugurationi deſtinatus, quo cum ſollemnia Honorio fierent, notatum eſt, tum tenebras factas. Marcellinus Comes: *ex Proſpero, Honorium Pater ſuus Theodoſius in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium, Cæſarem fecit, id eſt, Septimo ab urbe Regia miliario. Tunc quippè hora diei tertia tenebræ factæ ſunt.* Diem inaugurationis Id. Januar. Notat Socrates libro V. cap. XXIV. Errat auctor Alexandrini Chronici qui Romæ inauguratum Honorium ſcribit, ibique XIV. Annis poſt regnaſſe.

84. HABENAS.] Gubernacula. Silius Italicus lib. I.

rerum Aſdrubali traduntur habenæ

Symmachus lib IX. Epiſt. LXXXII. *depoſitu Reipublica habenu.* Val. Flaccus lib. V.

Caucaſiu atq; tuis quamvu miteſcat habenu.

Claudian Bell. Get. v. CXIX. & CCCCXXV. Rutilius Numat. lib. I.

Prætulit ille meas, cum vincere poſſet, habenas,

Prædeceſſoris major amore fuit.

Hoc eſt meum Honorem, Magiſtratum. Valerianus, Homil. I, *Divina ſententia: Illa ergo ſunt nobu ante omnia cogitanda ſupplicia, ubi homo vivit durante pœna, ubi nec tormenta corpori, nec deſunt membra tortori. Quæ tamen facilè vitare poſſumus ſi habenas diſciplinæ teneamus.*

83. DIADEMATE CRINES.] Quale Honorius Diadema geſſerit clarum ex ejus hoc numiſmate.



Alia forma aliis uſurpata claret ex eorum paribus monumentis. *Faſtigiatum* Anthemij celebrat Apollinaris Sidonius & exhibent pariter nummi. Juſtinianæi formam exhibuit vir doctus *ad Procopij Arcana.* Aliæ formæ comparent in picturis Imperatorum Græcanicis, Nicephori Gregoræ Hiſtoriæ præfixis. Ut m hi quidem conſtet pro lubitu mutaſſe, extuliſſe, imminuiſſe, Principes. In antiquioribus Principibus tenuis faſcia comparet, ut in nummis Trajani.

83. TANTAQUE SE PIETAS.] Pietatis nomine omnem virtutem circumloquitur exemplo Maronis, cui PIUS Aeneas omnem Heroem abſolvit. Sic Theodoſium in Epiſtola de Sepultura Valentiniani, nonæ LVII. Commendat B. Ambroſius: *Quid exoptem? Quid deſiderem? Omnia habes: &c, ut ſummam votorum capeſſam, Pius es, Imperator, Clementiamq; habes maximam.*

RUDIBUS OSTENTAT IN ANNIS.] Neglectio ſyllabæ in inciſione, exemplis declarata in Analectis Poëticis. Annos autem cura animoque ſenili prævenisſe Honorium, Laude ſummatum celebri dicit, quam ad Panegyricum Probinianam illuſtratam habes. Ovidius verè:

Inge-

Ingenium cœleſte ſuis velocius annis
Creſcit, & ignavæ fert malè damna moræ.

Vide Pacatum, Nazarium, Panegyricis. Noſtrum. IV. Conſul. Hon. v. DXXVII. Panegyrico Manlij, aliisque locis. Pindarum, Olympionic. I V. Solomonem, Sapientiæ. IV. Vitam cum primis B. Agnetis inter Epiſtolas B. Ambroſij : *& quam nos ex* vetuſtiſſimis membranis cum alijs multis divulgaturi aliquando ſumus. Codice ſane uno tam vetere ut ipſis Romanæ rei florentioris temporibus neque longè poſt inclytorum martyrum ævum ſcriptum cenſuerit, cui ego in talibus bono conſilio fidem optimam adſcribebam, amicus olim noſter, Janus Gruterus.

85. QUERERENTUR UT OMNES.] Exquiſita adulatio, cui pares apud Panegyriſtas Sidonium, Ennodium, ex parte etiam Corippum.

86. SERO DATUM.] Nil peccat. Papinius: *Sero memor thalami.* Juvenalis galeatum ſerò duelli Pœnitet.

87. GENITOR MANU.] Fortem manu Theodoſium fuiſſe indicant Hiſtoriæ. Beatus Ambroſius refert, cum aliquando hæreret agmen, & hoſtes protervius inequitarunt equo deſiliiſſe, & ante aciem provolaſſe, vociferantem. UBI EST THEODOSII DEUS. Hac fortitudine omnia reſtituiſſe. Oratione Funebri.

87. TU FATIS.] Exquiſitiſſima denuò adulatio. Cum enim per Naturam, & omnibus claram rerum fidem non liceret fingere, manu aut conſilio puerum principem hoſtibus debellandis adfuiſſe, victoriamq; patraſſe, excogitarunt aſſentatorum natio ſagaciſſima Fatum. Fortunam. Genium, ejus, quo duce, auſpice, moderatore, victoria conficeretur; ſcilicet famulantibus ipſi univerſis, ad cujus felix futurum mox Imperium omnia Providentia componeret. Sic aliorum Auguſtorum Fortunis, Fatis, Geniis, Seculis, Temporibus, acceptos ferebant ſucceſſus rerum. Noſter nec ſemel alibi. Horatius de Octavio lib. IV. Od. XIV.

Vt Barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu.
Primosq; & extremos metendo
Stravit humi, ſine clade Victor.
Te Copias, te Conſilium, & tuos
Prabente divos.

Sidonius: *certatum eſt Iure magiſtri Auguſti fato.* Pariter omine Criſpi Cæſaris filii, hoc eſt auſpiciis Fortunaque ejus felicem fuiſſe Conſtantinum, canit in dædalo ejus Panegyrico, Optatianus Porphyrius.

major tua gloria terris
En, Auguſte, tuus præſens, & tantus ubique
Imperiis fœcundè, paras nunc omine Criſpi
Oceani intactas oras.

Imitatione veterum Otbertus, ut volunt, in vita Henrici Quarti Imperatoris : *Incepta eſt pugna, quæ diu dura fuit & dubia; quia virtute pares & numero congreſſi, hi pro Laude, illi pro Laude, illi pro vita pugnabant. Regis tamen FORTVNA vicit, & hoſtis ferociſſimus peremtus turpiter jacuit.* Dracontius, niſi Eugenium Correptorem mavis, lib. II. Hexaem.

Quod pereunt hoſtes Regis Fortuna vocatur,
Quod pereunt populi Temporis Ordo gerit.

Sic in Præceſſoribus Imperatorum ſuorum imperia molitos Deos dicebant, ut Themiſtius, Oratione Quinta:

ὡς ἀπεσείσατο Νέρωνα, καὶ Δομετιανὸν, ὡς τὸν τοῦ Σεβήρου, ἀλλ' οὐ Τραϊανόν γε, οὐδὲ Μάρκον, οὐδὲ Ἀντωνῖνον, τοὺς σοὺς πολίτας καὶ ἀρχηγέτας, καὶ ἐξ ὧν πόρρωθεν ἡμῖν ὁ θεὸς τὴν σὴν βασιλείαν ἐφροιμάζετο.

Loquitur de manu Dei Themiſtius, verbis utiq; mendoſis quod ab Marco Antoninum ſejungant, quod nec inanimadverſum doctiſſimo interpreti, qui voculam ejiciendã cenſet.

Meo animo ſcripſit: οὐδὲ Μάρκον πότε Ἀντωνῖνον. Antonini cum plures fuerint Marci nomine ſanctum & probum hunc ſegregare aliis ſtuduit Themiſtius. Ex hoc autem capite, tãquam addicti Imperatoribus, divi, nomine Auguſtorum velut honorario appellati ſunt, ut in Numiſmatis & Inſcriptionibus priſcis mille locis videre eſt, viti autem docti rem non benè aliorſum ducere adnituntur.

88. TE PROPTER ET ALPES INVADIT FACILES.] Sanè pro m raculo fuit, tam cauto hoſti, tot victoriarum compoti Alpes præcepiſſe vel extorſiſſe, quod ſcribit Sozomenus lib. VII. c. XXIV: cum aliis, Theodoſium. Sanè primum ejus militem, decem millia Gothorum concidit Arbogaſtes. Oroſius: *Arbogaſtes ſua ſe manu perculit. Ita & hic duorum ſanguine bellum civile reſtinctum eſt, absq; illis decem millibus Gothorum, quos, præmiſſos à Theodoſio Arbogaſtes deleviſſe funditus fertur, quos perdidiſſe lucrum fuit. Majus ergo miraculum fuit, & ſic penetrare clauſtra illa potuiſſe Vltorem. Res mira celeritate peracta eſt*, ut curſum Theodoſii nulli montium vertices retardaverint. B. Ambroſius Epiſt. LVIII. *Vt ultimo ſunt diſtincta: Gratias Domino Deo noſtro quod tanta in prælijs divini auxilij fuit præſentia, ut nulli vertices montium adventus tui curſum retardarent, non hoſtilia arma impedimentum aliquod afferrent.* Præter omnem ſpem aditu Alpium petitum Theodoſium fatetur & Zoſimus lib. IV.

τὰ ἐν μέσῳ πάντα διέδραμεν ἔθνη, καὶ τῆς διὰ τῶν Ἄλπεων παρόδου κρατήσας παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, τοῖς πολεμίοις ἐπέστη.

Eugenianos verò Alpium anguſtias occupatas tenuiſſe, & in ſummis illis ſolis precibus viciſſe Theodoſium auctor Oroſius libro VII. cap. XXXV. Quem ſequuntur alii. Utiq; autem ſcriptum Claudiano ſecundum noſtri Codicis relationem.

te propter & Alpes Invadi faciles.

Quæ ſcriptura elegantior aptiorque vulgata. Alpes de cætero penetratæ aut raptim tranſmiſſæ pro ſummo facinore Bellico fuerunt ſemper. Plinius Panegyrico: *Germaniamq; cũ plurimæ gentes, ac propè infinita vaſtitas interjacentis ſoli tum Pirenæus, Alpesq;, immenſique alij montes, niſi his comparentur, muniunt, dirimuntque: Per hoc omne ſpatium cum Legiones duceres, ſeu potius (tanta velocitas erat) raperes, non vehiculum umquam, non equum reſpexiſti.* Poëtis Alpes quivis celebrioris altitudinis montes. Panegyr. Anthemiano:

non ſic tenuiſſe vel illum
Crediderim, cui ruptus Athos, cui, remige Medo,
Turgida ſilvoſam currebant vela per Alpem.

Pari felicitate Maximus ante Alpium clauſtra laxaverat Theodoſio, velut teſtatur Pacatus Panegyrico: *An ego*, inquit, *ſine divino numine factum putem, ut qui ſub nomine pacis ludere, & primi ſceleris pœnas lucrari quieſcendo potuiſſet, ſecundum tertiumq; vexillum Latrocinij civilis attolleret? Et ſuperatis Alpibus Cottijs, Iulia quoq; clauſtra laxaret; tibiq;, Imperator, imponeret ſervatæ adhuc veniæ fidem, vincendi neceſſitatem.* Quæ congruunt alteri iſti miraculo.

89. CAUTO HOSTI.] Arbogaſtem dicit laude bellica & prudentia clariſſimum. Zoſimus, lib. IV. de Gratiano: *Imperator harum rerum nuntio non parum perturbatus, ſatis magnas copias ablegat, Bautoni Duci traditas, cum quo & Arbogaſtem miſit. Erant hi ambo natione Franci, amiciſſimis in Romanos animis, ab avaritia donisq; captandis prorſus immunes, in Bellicis rebus prudentia pariter ac robore præſtantes.* Bautonem tanta auctoritatis fuiſſe, ut Valentiniano puero præfectus, regnum ipſum tenuerit, & Maximi Imperatoris ſive Tyranni verbis clarum, quæ ſunt apud Beatum Ambroſium, Epiſt. LVI.

90. MUNITIS HÆSISSE LOCIS.] Sequitur eos qui Arbogaſtẽ aditus Alpium obſediſſe tradere malunt. Vide Oroſium dicto capite XXXV. lib. VII, Sozomenum lib. VII. cap. XXII. & XXIV.

91. RE-

91. REVULSIS.] Tempeſtatis vim ait ſcopulos ipſos divulſiſſe, ut aditus pateret Theodoſio. Sic Quarto Conſulatu, divino ſenſu.

Exſtruite immanes ſcopulos, attollite turres,
Cingite vos fluviis, vaſtas opponite ſilvas,
Garganum Alpinis, Apenninumq; Nyphati
Permiſtis ſociate jugis, & rupibus Hæmum
Addite Caucaſeis, involvite Pelion Oſſæ:
Non dabit u murum ſceleri; qui vindicat ibit
Omnia ſubſident meliora pervia cauſſæ.

92. AQVILO DE MONTE PROCELLIS.] Miraculoſiſſimam rem nonnullorum ſcriptorum verbis proponam. Oroſius: *Vbi ad contigua immiſcendæ pugnæ ſpatia perventum eſt, continuò magnus & ineffabilis turbo Ventorum in ora hoſtium ruit. Ferebantur per aerem ſpicula miſſa noſtrorum, atque ultrà menſuram humani jactus manu in aere portata, nuſquam prepemodum cadere, prinſquam impingeret, ſinebantur. Porro autem turbo continuus ora pectoraque hoſtium nunc illiſis graviter ſcutis everberabat, nunc impreſſis pertinaciter obſtructa claudebat, nunc avulſis violenter deſtituta nudabat nunc oppoſitis iugiter in terga trudebat. Tale etiam, quæ ipſi vehementer intorſerant, excepta ventis, impetu ſupinata, ac retrorſum coacta, ipſos infeliciter configebant.* Auguſtinus lib. V. de Civ Dei. cap. XXVI. *Milites nobis, qui aderant, retulerunt extorta ſibi eſſe de manibus quæcunque iaculabantur, cum à Theodoſii partibus in adverſarios vehemens ventus iret, & non ſolum quæcunque in eos iaciebantur, concitatiſſimè raperet, verum etiam ipſorum tela in eorum corpora retorqueret.* Rufinus, lib. XI. Hiſtor. Eccleſ. cap XXIII. *Stetit aliquandiu anceps victoria, fundebantur (à Theodoſii partibus) auxilia Barbarorum, & terga iam dabant hoſtibus. Sed fiebat hoc, non ut Theodoſius vinceretur, ſed ne per barbaros vincere videretur. Tum ille, ut converſas ſuorum acies vidit. ſtans in edita rupe, unde & conſpicere & conſpici ab utroque poſſet exercitu, proiectis armis ad ſolita ſe vertit auxilia. Et proſtratus in conſpectu Dei. Tu, inquit, Omnipotens Deus, noſti quod in nomine Chriſti, filii tui, ultionis iuſta, ut puto, prælia iſta ſuſcepi. Si ſecus, in me vindica: ſi verò cum cauſſa probabili in te confiſus huc veni, porrige dexteram tuis, ne forte dicant gentes, ubi eſt Deus eorum? Quam ſupplicationem pii Principis certi à Deo eſſe ſuſceptam, hi, qui aderant, Duces, animantur ad cædem. Et præcipuè Bacurius Vir fide, Pietate, Virtute, corporis & animi inſignis, & qui Comes & ſocius Theodoſii mereretur, proximos quoſque conto, telis, gladio, paſſim ſternit, agmina hoſtium conferta & conſtipata perrumpit, Iter per millia ruentium ad ipſum tyrannum ruptis agminibus & acervatim fuſis ſtragibus agit. Vix fortaſſe ab impiis credantur quæ geſta ſunt. Etenim compertum eſt quod poſt illam Imperatoris precem, quam Deo fuderat, ventus ita vehemens exortus eſt, ut tela hoſtium in eos qui iecerant retorqueret. Cum magna vi perſiſtente vento omne jaculum miſſum ab hoſtibus fruſtraretur, fracto adverſariorum animo, ſeu potius divinitus repulſo, Arbogaſto duce necquicquam fortiter faciente, Eugenius ante Theodoſii pedes, vinctis poſt terga manibus, adducitur; ibique vita ejus & certaminis finis fuit.* Socrates lib. V. cap XXIV.

ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρῶν τοὺς βαρβάρους ἀπολλυμένους, ἐν μεγίστῳ δὲ ἀγῶνι γενόμενος, χαμαὶ ῥίψας ἑαυτὸν, βοηθὸν ἐκάλει θεὸν, καὶ τῆς αἰτήσεως οὐκ ἠστόχησεν. Βακχούριος γὰρ ὁ στρατηλάτης αὐτοῦ τοσοῦτον ἐπεῤῥώσθη, ὥστε τὴν τοῖς προηγωνισαμένοις εἰσδραμεῖν, καθ' ὃ μέρος οἱ βάρβαροι ἐδιώκοντο, καὶ διαῤῥήξειν μὲν τὰς φάλαγγας. τρέπει δὲ εἰς φυγὴν τοὺς πρὸ βραχέως διώκοντας, ἐπιγίνεται δὲ καὶ ἄλλο θαύματος ἄξιον. ἄνεμος γὰρ σφοδρὸς ἐπιπνεύσας τὰ πεμ-

πόμενα βέλη παρὰ τῶν Εὐγενίου καθ' αὐτῶν περιέτρεπεν, οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιπάλων μετὰ σφοδροτέρας τῆς ὁρμῆς, ἔφερε καθ' αὐτῶν, τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τοῦ βασιλέως εὐχή, τοῦτον δὴ τὸν τρόπον γινομένης τῆς τοῦ πολέμου τροπῆς, ὁ τύραννος προσδραμὼν τοῖς τοῦ βασιλέως ποσὶν, ἐδέετο σωτηρίας τυχεῖν, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ποσὶ τοῖς αὐτοῦ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Sozom. libro VII. cap. XXIV. μήπω δὲ θατέρου μέρους κλίναντος, εἰλ' ἔτι τῆς ἐν πεδίῳ μάχης ἑκατέρωθεν ἰσαζούσης, ἀντιπρόσωπος τοῖς ἐναντίοις ἐμβὰς ἄνεμος ἐξαίσιος, καὶ οἷον οὔπω πρότερον ἱστορήσαμεν, διέλυσε τὰς τῶν πολεμίων τάξεις. Βέλη δὲ καὶ ἀκόντια κατὰ Ῥωμαίων πεμπόμενα, ὡς ἀντιτύποις προσβάλλοντα, εἰς τὰ τῶν ἀκοντιζόντων περιέστρεφε σώματα, καὶ τὰς ἀσπίδας ἐξαρπάζων τῶν χειρῶν σὺν φορυτῷ καὶ κονιορτῷ καθ' αὐτῶν ἐκίνει. γυμνωθέντες δὲ τῶν ὅπλων οἱ μὲν πλείους αὐτίκα διεφθείρεσαν, οἱ δὲ πρὸς ὀλίγον φυγῇ διασωθέντες μετ' οὐ πολὺ ἥλωσαν. Theodoretus libro V. cap. XXIV. ἀρξαμένων δὲ καὶ τούτων κἀκείνων ἀφιέναι τὰ βέλη, ἔδειξαν ἀληθεῖς τὰς ὑποσχέσεις οἱ πρόμαχοι. πνεῦμα γὰρ βίαιον ἀντιπρόσωπον τῶν πολεμίων φερόμενον, τοὺς μὲν ἐκείνων οἰστοὺς ἀπέστρεφε, καὶ τὰ πελτὰ καὶ τὰ δόρατα, καὶ πᾶν βέλος αὐτοῖς ἄχρηστον ἦν, καὶ οὔτε ὁπλίτης οὔτε τοξότης, οὔτε πελτοστὴς πημαίνειν τὴν τοῦ βασιλέως ἐδύνατο στρατιάν, καὶ μέντοι καὶ κόνις δὲ μάλιστα πλείστη κατὰ τῶν προσώπων φερομένη, μύειν τὰ βλέφαρα, καὶ ταῖς κόραις ἐπαμύνειν πολεμουμέναις ἠνάγκαζεν, οἱ δὲ τοῦ βασιλέως στρατιῶται λώβην οὐδεμίαν ἐκ τοῖς καταιγίδος ἐκείνης δεξάμενοι, θαρραλέως τοὺς πολεμίους κατέκτεινον. Eadem ex his Epiphanius in Tripartita, Nicephorus Calliſtus, Sedulius Libri de Rege cap. XV. aliique Græci Latinique. Monacho cum pars ad ridicula commenta deflexit, velut Georgius Cedrenus, qui tanti momenti victoriam tenuiſſe Theodoſium memorar, quod Ioannis, viri ſancti, Baculum pro haſta, cucullam pro galea in prælium tulerit. Noſter vero egregia fide veritati teſtimonium dixit, etiam Relligioni contrarię addictus, contra quidem Zoſimum, pariter paganum, qui de Solis tantum defectu argurarur, cætera omnia ſe vettit ut diſſimulet: Sed & hujus, traductam tamen in Latium, narrationem addemus, tantillæ cartæ damno, ut noſtri ita generoſitas, alioquin quibus ſummis viris teſtatiſſima, exeat etiam ſplendidior. *Theodoſius, inquit, ratus præſtare ut Legiones Barbaras in adverſos hoſtes immitteret, iiſque primum præliaretur. Gainem cum nationibus ipſi ſubditis hoſtem aggredi juſſit, ſequentibus hunc aliis etiam Ducibus, quicunque Barbaricis ordinibus, Equitibus inquam & ſagittariis equeſtribus, & peditibus præerant. Adverſus hos cum ſuos quoque produxiſſet Eugenius, omnibusq; copiis congreſſi jam eſſent exercitus, ipſo prælii tempore talis defectus Solis contigit, ut majore temporis ſpatio nox eſſe potius quam dies exiſtimaretur. Cumq; nocturnam quodammodo pugnam exercitus pugnarent, tanta eſt edita hominum ſtrages, ut eo die major pars Theodoſii principis fœderatorum interficeretur, unà cum Bacurio duce, qui ante ſuos ſe fortiſſimè periculo objecit: cæteri, præter opinionem, fuga cum reſiduis evaderent. Igitur ubi, noctu interventu, ſe recollegiſſent exercitus, elatus ob victoriam Eugenius dona diſtribuebat in eos qui ſuprà cæteros ſtrenuè ſe geſſerant, & cœnandi poteſtatem faciebat, quaſi nullum amplius prælium poſt tantam cladem acceptam, futurum eſſet. His autem ad epulas converſis Theodoſius Imperator Auroram appetentem conſpicatus, univerſis cum copiis in hoſtes, adhuc humi jacentes, irruit, & nihil eorum quæ perpeterentur, ſentientes occidit. Quumq; pre-*

greſſus

greſſus eſſet ad Eugenii tentorium, quotquot propter hunc aderant, adortus, complures interemit, nonnullis, quos ipſe terror excitaverat, dum fugam molirentur, captis; inter quos & Eugenius erat. Huic arrepto caput abſciſſum, haſta longiſſima præfixum, toto caſtris circumlatum fuit, ut iis oſtenderetur qui adhuc à partibus illius ſtabant: par eſſe, quando Romani haberi vellent, ut animis ad Imperatorem ſuum, præſertim tyranno jam de medio ſublato, redirent. Quapropter omnes ferè poſt victoriam ſuperſtites ad Imperatorem ſunt relati. Hæc ille, contraria omnibus cæteris, nec auctori ſatis conſtantia. Illud nec indignum memoria Eugenij tantas fuiſſe copias, ut immenſis agminibus vel viſæ procul etiam Barbaris gentibus metum incutere ſuffecerint: Valentinianum dolo & vi ejuſdem cum Arbogaſte tyranni adeo omni ante exceſſum poteſtate exutum, ut nec ſatellitem dicto obedientem ullum haberet, quæ teſtatur fragmentum Sulpitij Alexandri, qui ſcriptor utinâ vel decem alijs contrà amiſſis ſuperſtes ad nos veniſſet, apud Gregorium Turonenſem, lib. II. Hiſt. Franc. cap IX.

92. REVOLUTAQUE TELA.] Conſtat indubia fide de miraculo iſto. Non abſimilia quædam aliundè placet ſubjicere. Ita Dominus iratus minatur Iſraelitis converſurum in ipſos, *& manibus pugnantium exterſurum vaſa belli* Hieremiæ cap. XXI. Sic milites Theodoſianos ad Maximum cædendum ſeſe non iviſſe, ſed lento quodam otioſa membra ferente, delatos, opinatos ſcribit Pacatus Panegyrico. Et in Romana Hiſtoria ſimilem caſum narrat Macrobius lib. I. cap. XVII. Sat. *Cum Ludi Romæ Apollini celebrarentur ex vaticinio Martii vatis & carmine Sibyllino: repentino hoſtis adventu plebs ad arma excitata occurrit hoſti. Eoque tempore nubes ſagittarum in adverſos viſa ferri & hoſtem fugavit, & Romanos adſpectula dei ſoſpitalis reduxit.* Paria acciderunt Nigri Legionibus jam prope victis Severianis. De qua miraculoſa etiam re lege Xiphilinum ex Dione, pag. CCCC. *Ut ignis admotus, mœnibus Bebbæ civitatis obſeſſæ, precibus obſeſſorum* fuerit in Capita hoſtium retortus, memorat Beda. Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. III. cap. XXI. *Penda duce Nordhumbrorum exercitus pervenit ad urbem Regiam, quæ ex Bebba quondam Regina vocabulo cognominatur, eamque cum neq; armis, neque obſidione capere poterat, flammis abſumere conatus eſt. Quo tempore antiſtes Aidanus in Inſula Farne, quæ duobus fermè millibus paſſuum ab urbe procul abeſt, morabatur. Qui cum ventis furentibus globos ignis ac fumum ſuprà muros urbis exhalare conſpiceret, fertur elevatis ad cœlum oculis manibuſque, cum lacrymis dixiſſe: Vide, Domine, quanta mala facit Penda. Quo dicto ſtatim mutati ab urbe venti, in eos qui accenderant flammam incendia retorſerunt, ita ut aliqui læſi, omnes territi, impugnare ultrà urbem ceſſarent, quam divinitùs juvari cognoverunt.* Cum iter facientem in Terra Sancta exercitum Chriſtianorum Noradinus, dux ſtrenuus & felix, igne atque fumo impediret, precibus piorum hominum vis flammarum in capita hoſtium eſt revoluta. Gulielmus Tyrius, lib. XVI. *Invocato de ſupernis auxilio ſtatim affuit virtus divina, & in momento, converſis in oppoſitum flatibus, incendia ſimul cum tetra fumi caligine in hoſtes, qui noſtrum præcedebant exercitum, ſe dirigunt: & quæ in noſtram paraverant læſionem, in ſuam vident retorta perniciem. Stupent hoſtes novitate miraculi, & ſingularem reputant Chriſtianorum fidem, quæ tam præſens poſſit à Domino Deo ſuo pro votis impetrare beneficium.* Sic Romanis aliquando Elementa ſerviſſe contra Alamannos, ſcribit Nicetas Choniates libro I. Rerum Manuelis Comneni.

ὁ δὲ Ῥὴξ κατώδυνος ἐπὶ τῷ συμβάντι τούτῳ γενόμενος, καὶ θαυμάσας εἰ καὶ τὰ στοιχεῖα Ῥωμαίοις ὑπείκουσι, καὶ θελήσασι μόνον ὑποδιδόασι, καὶ αἱ ὧραι παρὰ τούτοις ἀντιπαρέχουσιν, ἐκεῖθεν διεπορεύετο.

Dei vero flagella ſunt talia, grandines, Ven-

Venti, Tempeſtates, Pluviæ, & hoc genus ſactis litteris conteſtata. Vide Agobardi Lugdunenſis librum contra inſulſam vulgi opinionem de Tonitribus. Vnde talia auxilia adepti armis cœleſtibus pugnare perhibentur. Eugippius in Vita B. Severini, qui ſuis quoque ita ſolere Deum aſſiſtere ſcribit, cap.IV. Vt tela hoſtium ipſos non convulnerent, ſed tuendis contra arma ſubminiſtrent. Quomodo juſtis famulari elementa ſcribit Sidonius lib.I. Epiſt.VII. Gunterus lib.VIII.

pro Cæſare dimicat aer.

Qua mente cœlum omne ſuis Heroibus vacaſſe, ſcribit Lucanus lib.VIII.

O ſummos hominum, quorum Fortuna per orbem
Signa dedit, quorum fatis cœlum omne vocavit.

Contrà cœlis pugnantibus geſtam aut omiſſam, quæ geri debebat, ſcribit Gulielmus Tyrius lib.XIII. cap.XXVI. Pulcrè Alcimus Avitus, de Hebræis Ægypto exeuntibus, Libro V.

Quin etiam noſtra ſervant contraria genti
Victores, elementa, ſuos: conjurat in omnes
Et cœlum & tellus Pharios, conjurat & aer.

Vide plura Adverſar. libro CLXXVI. capite I.

93. AUCTORES.] Qui tela jecerant. Ennodius Libro contra impugnatores Synodi, ſententia inſigni: *Scuto munita fidei, ſpiculorum imbrem Patientia relligioſa non timet, & ad auctorem redeunt tela, quæ ſine bellandi arte diriguntur.* Auſonius in Martini Cæſaris Epigrammate:

Principis hic cuſtos ſumtum pro Cæſare ferrum
Vertit in auctorem cæde, Macrinus iners.

94. O NIMIUM DILECTE DEO.] Notum in teſtimonium miraculoſæ Hiſtoriæ produci hos verſus ab Auguſtino & Oroſio: quibus addas licet Paullum Diaconum Libro XII. ad Eutropii Hiſtoriam adjecto. Landulphum Sagacem, Lib.XIII. Hiſtoriæ miſcellæ. Othonem Friſingenſem lib.IV. cap. XVIII. Chron. Omnes niſos Claudiani fide ad probandam tantæ rei veritatem. Verba hæc ipſa uſurpat in Fano Tempeſtate proruto ad preces Martini, Paullinus Petrocotius, lib.V. Ejus Vitæ, v.574. Ridiculi ſunt hîc Vives & Iacobus Spigelius, ille ad Auguſtini de C. D. Lib. v. C XXVI. Hic ad Librum VIII. Gunteri Poetæ: qui hic aſſentationem pluſquam ſcurrilem Claudiano adſcribunt, qui felicitati Honorij, non Pietati Theodoſii hanc Victoriam adſcribat. Nempe inſcij Illam ex iſta oriundam. Et quomodo illi Auguſtino ſapientiores, cui adeo iſti verſus placuerunt, ut pro magna re eos, Optimo Maximo ſuo Operi inſereret, & vanior omni Vanitate ſic fuerit Oroſius, qui teſtimonium inde Homini & Deo datum producat.

94. CVI FVNDIT AB ANTRIS.] Nemo ſcriptorum noſtrorum Codicum non agnoſcit integros hos eximios verſus, & eum ſecuti auctores mancos duobus hemiſtichis citant. Sanè & Ludovicus Vives, præclarus ſuperioris ſeculi ſcriptor, eundem defectum in priſco Colonienſi Codice offendiſſe tradit ad Civitatem Divinam Auguſtini. Tollendumne ergo hic cenſeas aliquid? Nullo omninò pacto, cum veritati admodum congruū ſit quod doctorum alij notarunt fictitii Dei, ſive veri potius Cacodæmonis, Aeoli, mentionem offendiſſe ſanctos ſcriptores, imprimis Ducem eorum Auguſtinum, qui enim, ea relligione motus tranſierit quædam, ſecuti cæteri eundem morem citandi ſervaverunt, duos de tribus facientes verſiculos, hoc pacto:

O ni-

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

Sic enim rati ſunt magis piè ſanctéque loqui Claudianum, quam ſi veri & unius Dei poſito nomine adderet in ejus velut contumeliam, fictitij titulum. Sanè τῷ *Deo* modo, debitaque Veritatis confeſſione, conſcientia poſuit cogente, more etiam aliorum gentilium, quos ſubito impetu, & urgente magno aliquo pondere. Vnum Deum confiteri ſolitos pulcrè docet notatque Tertullianus, aureolo Commentariolo de Teſtimonio Animæ, ubi ipſam alloquitur: *Non placemus*, inquit, *Dominum prædicantes hoc nomine unico unicum, à quo omnia, & ſub quo univerſa. Dic teſtimonium, ſi ita ſcis. Nam te quoquepalàm & tota libertate, qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronuntiare: Quod Deus dederit, &, ſi Deus voluerit. Ea voce & aliquem eſſe ſignificas, & omnem illi confiteris poteſtatem, ad cujus ſpectas voluntatem, ſimul & cæteros NEGAS DEOS eſſe, cum ſuis vocabulis nuncupas Saturnum, Iovem, Martem, Minervam. Nam ſolum Deum confirmas quem tantum DEVM nominas, ut &, cum illos interdum Deos appellas, de alieno, & quaſi pro mutuo uſa videaris.* Hujus nimirum reſpectu non paſſi ſunt viri ſancti cum DEI appellatione jungi Dæmoniorum mala nomina. Non tamen nos tollimus Poetæ ſuum quod habere agnoſcimus. *Periodum* vero iſtam imitatus, ut hoc etiam addamus, eſt Gallorum Idiotiſmi luculentiſſimus vates, Gulielmus Salluſtius Bartaſſius libro Secundo de la Iudith.

O peuple fortuné, pour qui Dieu fuit armer
L'Air, la flamme, le vent, les nues, & la mer.
Qui au tant à ta ſolde, à qui tout fait ſervice.

Cum horum verſuum productione Claudianus paganus, & quidem pervicaciſſimus à ſanctis iiſdem ſcriptoribus vocitetur, poterant hic de ejus, ut loquimur nunc, religione, multa diſceptari, & latè opinio noſtra deduci, qua eum conditorem præclarorum de Chriſto & Fide vera verſuum prorſus agnoſcimus, ſed ea aliorſum placuit, & ad Dubios noſtros Scriptores ſeponere. Si qui vero ideo doctiſſimis & tantum non divinis ejus carminibus nos legendiſque abſtinere juſſerit, ei reſpondebimus ſententia, doctiſſimi, Sanctiſſimi, eloquentiſſimi, corpore animoque ſpecioſiſſimi ſuo ævo Principis, Petri Mauritij, Præſulis Cluniacenſium, his verſibus ad Petrum Pictavienſem amicum miſſa.

Si memorem Mundi ſapientes, ſive Poetas,
Qui plenos laudum compoſuere Libros,
Oppones forſan reprobam mihi religionem
Qua ſola docti deſipuere viri.
Aſt ego perfidiam reprobo, qua diſplicuere,
Nec minus idcirco, quod ſapuere, probo.
Namque perita manus ſic uvam carpere novit
Vt pariter ſpinam cauta cavere ſciat.

96. MILITAT ÆTHER.] Gunterus lib. VIII. *pro Cæſare dimicat aer.* Sic B. Ambroſium cœlum in poteſtate ſuarum precum habere dicunt Reges Francorum Arbogaſti Victori, apud Paullinum Clericum in Vita ejus Antiſtitis. Sic Joſuæ in Scriptura paret Sol. *Omnia enim ſunt Piorum hominum.* Victoria vero de cœlo omnis, Auctor prioris Macabæorum, cap. III. &c. Abutuntur his Claudiani verſibus qui τὸ *tibi* non inſpecto loco ad ipſum. Deum referunt ejuſque potentiam, quorum eſt qui Delitiarum loco nuper notas in Evangelia ſcripſit.

97. CONJURATI.] Pariter & ex iſto Sedulius, lib. I. v. CLII.

nec Luna cucurrit,
Ordine pigra ſuo, donec, populantibus armis,
Fervidus ingentem gladius conſumeret hoſtem,

Conjurante polo, jam tunc famulata videbant

Sidera venturũ, premiſſo nomine, Ieſum.

97. ARMATAS HYEMES.] Telis hoſtium Theodoſianorum, in ipſos eorum vibratores. Non abſimiliter ἀκοντίζοντες ἀνέμοι, licet alia in re penes Muſæum. Sic armant flamina flammas apud Venantium lib. I. de Vita Martini.

98. FRIGIDUS AMNIS.] Ne ignobile nomen nudum poneret, implicuit Epitheto. Nomen enim amnis FRIGIDVS, aut PHRYGDUS. Epiphanius, Tripartit. lib. X. cap. XLV. *Relictis Theodoſius Conſtantinopoli ambobus filiis proficiſcitur contra Eugenium bellaturus. Parvoque tempore cum manu maxima venit ad Gallias, illic enim parabat bellum, ubi jam multa millia habebat exercitus. Fuit ergo Congreſſio circa fluvium vocabulo Frigidum.* Nicephorus, lib. XII. cap. XXXIX. *Coitio prima ad fluvium qui Frigidus dicitur, eſt facta.* Socrates lib. V. cap. XXIV.

γίνεται οὖν συμβολὴ περὶ τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Φρίγιδον.

Mentio in Itinerario Antonini inter Aquileiam civitatem & Longaticum manſionem, ubi notat eadẽ loca doctiſſimus Scholiaſtes.

98. ALPINÆ NIVES.] De nivibus Alpinis ipſiſque Alpibus Polybius libro III. Herodianus lib. VIII. Silius Italicus. Petronius Specimine Belli Civilis.

99. TURBAQUE CADENTUM STARET.] Hyperbole Poetica Triplex, artificioſiſſimè uni verſui inpacta. Hic enim ſanguis curſum fluminis juvat, & quidem ſtantem cadaverum copia; qui alioquin nec poterat nullibi impeditum. Apud Minutium Felicem par aliquid: *Thraſimenus Romanorum ſanguine & maior eſſet & decolor.* Pacatus Panegyrico: *ſpumat decolor cruore fluvius. & conſtantes meatus vix eluctatus cadaveribus evolvit.* Arnobius lib. IV. *Apud Thraſimenum lacum ſanguinei cucurrere torrentes.* Silius Italicus lib. IV.

Cade, vides, flagna alta rubent, retroq; feruntur.

Apud Livium minus ferè incredibile *regis indita corpora flammam ſanguinis profluvio extinxiſſe,* lib. XXVIII. *Rivi ſanguinis* profluentes per campos, quibus Nili flumen inficeretur, apud Herodianum lib. IV.

τοσοῦτος δὲ ἐγένετο φόνος ὡς ῥεῖθρα τοῦ αἵματος διὰ τοῦ πεδίου τάς τε ἐκβολὰς τοῦ Νείλου μεγίστας οὔσας, τόν τε περὶ τὴν πόλιν αἰγιαλὸν πάντα φοινιχθῆναι. Xiphilinus Severo: τά τε ὅπλα ἔρριπτο, καὶ τὸ αἷμα πολὺ ἐῤῥύη, ὥστε καὶ ἐς τοὺς ποταμοὺς ἐσπεσεῖν.

100. AT FERVS INVENTOR SCELERVM.] Arbogaſtes, Comes Valentiniani commotus in Principem ſuum ob ſtivolas primum cauſſas, deinde quod libellum exauctorationis ei pro tribunali ſedens dederat, ut multis deuarrat Zoſimus. B. Ambroſius Valentinianum magno ſui deſiderio flagraſſe ſcribit, biduoque ante exceſſum ad arceſſendum miſiſſe: *Si vero, ſi ſciviſſet Imperatoris fortunam, præſentem facile dividias has fuiſſe ſopiturum. Oratione Optimi & ſingularis indolis adoleſcentis funebri: quam multis* planctibus inſtructam non ſine ſumma animi commotione & miſeratione leges. De feritate, ſcientia militaris rei, auctoritate, obitu, Arbogaſtis, Oroſius lib. VII. c. XXXV. Sozomenus lib. VII. c. XXVI. Socrates lib. V. cap. XXIV. Zoſimus lib. IV. Apud neminem vero præter noſtrum, lectum *non uno mucrone ſeſe* interemiſſe perduellem, qui utique vixiſſet niſi nobiliſſimum adoleſcentem interfeciſſet. Nam rumorẽ quod ipſemet ſe ſtrangularit, vanum fuiſſe, facilè indoles & prudentia Ambroſio deſcriptæ evincunt, ut & vocum ultimæ de Sororibus VÆ MISERIS SORORIBUS MEIS, quæ nequaquam ſunt ad arbitrium ſuum morientis, ſed vim præſentem contuentis.

102. DVPLEXQVE TEPEBAT.] Codex ſcriptus *petebat* Ineptè.

103. VL-

103. ULTRICES IRAS.] Scelerum ſuorum in ſemetipſum vindex, illa ſua iracundia Barbarica, quæ cauſſa fuit tot malorum. Impotentiam hominis etiam Zoſimus narrat, alioquin viſus ultrà veri meritum ejus rebus favere, ut ſolet ubi à Chriſtianorum traditionibus diſcere commode poteſt. Noſter vero Regula quædam veritatis ſit, ut Paganus. Chriſtianos Principes laudans.

104. TAMDEM JUSTA MANUS: Cum in auctorem rejecit vindictam interfecti Principis, & tanti Imperij bello involuti. Innuit non occultè manu Arbogaſtis cecidiſſe Valentianum, & ſic Zoſimus.

τῷ βασιλεῖ τοίνυν ἐν Βιέννῃ Κελτικῇ πόλει τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, καὶ περὶ τὸ ταύτης τεῖχος ἅμα τισὶ τῶν στρατιωτῶν παιδιαῖς ἐνασχολουμένῳ, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντι κατὰ νόον, ἐμπεσὼν, παίει καιρίαν, καὶ διαφθείρει.

Quæ utique vera narratio eſt, vani rumores cæteri, quos compendio velut complectitur Sozomenus, lib. VII. cap. XXII. Conſentit noſtro & idatius Chronico, qui ſcelere Arbogaſtis occiſum ſcribit Valentinianum. Hæc autem conſenſu veterum Sapientum ſumma conſtituitur Iuſtitiæ, mala conſilia & facinora capita auctorum petere. Noſter inſigni ſententia, I. in Eutropium:

Quam bene diſpoſitum terris, ut dignus iniqui
Fructus Conſilij primis auctoribus inſtet.

Otho, vetus Gnomologus, apud Alanum in Sententijs.

Auctorem ſua ſæpè ſuum fraus fraudat, & in ſe
Labe ſua colliſa ruit, ceu debita merces.
In laqueum non ſponte cadit quem ſponte tetendit.

Pertinent eodem infinita aliorum monita, & non injucundum dictum Gallici Idiotiſmi hodierni. *Qui autruy trompe, garde ſa trompe, qu'il ne ſoit trompé. Car qui autruy trompe ſouvent de ſa trompe ſe trouve trompe.*

105. QVAMVIS EMERITVM.] Sanè divino conſilio & clementia ſingulari eſſe actum, ut omnibus extraneis tumultibus ſopitis, omni civili debellato, de compoſito velut obiret Theodoſius, pacatum Orbem filijs juvenibus relinquens, nemo dubitaverit. Et non unus ſcriptor. Principes dari terris, & abinde in cœlum reduci, Paganorum etiam doctrina agnoſcit. Horatius ad Auguſtum.

Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis populo Quirini.

Sic ſtationem mortalem in Tiberio agnoſcit, dum terras regeret, Velleius, exquiſitus diri Principis palpator, fine libri II. Notabuntur plura poſt. Theodoſium ab ſuperato Eugenio conſcium fuiſſe exceſſus ſui notant alij. Rufinus Hiſtor. Eccleſiaſt. l. XI. cap. XXXIV. *Cumque poſt hæc, ut futurorum præſcius, Imperator, diſponendæ Reipublicæ cura ſtringeretur, ad Orientem protenus mittit. Majorem tum curam Reipublicæ quam ſui* habuiſſe auctor eſt Socrates, lib. V. cap. XXV. Majorem Eccleſiæ. Ambroſius in Oratione Funebri. Vt per omnia melius, felicius, conſideratius, excedere non potuerit tantus Princeps.

105. NATVRA.] Ordo ille omnium rerum ſeriem tenens & ordinans, quem in Libris de Officio ſuo ſemper in Ore habet Antoninus Imperator, Libris utiq; non de ipſius tantū, ſed de hominis officio, & quid quemque de ſe ſtatuere, opinari, quidq; ſecundum ſe facere & omittere deceat, ſcriptis. Hunc hoc nomine Dijs ſuis omnibus præponunt, arbitrumque conſtituunt ſcriptores. Sidonius:

Cum juvenem ſuper aſtra Iovem NATVRA locaret,
Suſciperetque novus Regna vetuſta DEVS.

Lucanus lib. I ad Neronem

Iuriſque tui NATVRA relinquet
Quis Deus eſſe veles.

Lucretius lib. V.

Præterea Solis curſus, Lunaque meatus,
Expediam qua vi flectat Natura gubernans.

Syneſius initio De Providentia:

ἔστι δὲ οὐ μία ψυχῶν καὶ σωμάτων συγγένεια. Οὐ γὰρ τὸ τεῖν αὐτοῖν ἐπὶ γῆς ἐκφῦναι γονέοιν τοῦτο προσήκει, ψυχαῖς, ἀλλὰ τὸ ἐκ μιᾶς ῥυῆναι πηγῆς, δύο δὲ ἡ τοῦ ΚΟΣΜΟΥ ΦΥΣΙΣ παρέχεται· τὴν μὲν φωτοειδῆ, τὴν δὲ ἀειδῆ.

Sic aliorum populus.

106. ASTRORUM PANDERET ARCES.] Adſcenſuro videlicet Theodoſio. Vulgata res. Illud nota non ineptum creditas benè ſapienterque vita functorum hominum animas in ipſamet ſidera recipi, atque commutari. Martianus Capella lib. II. Verbis Muſæ ad Philologiam, Encyclopædiam alio vocabulo.

Virgo petita pravia ſortis
Quæ potuiſti ſcandere cœlum.
Sacraque caſtis dogmata ferre
Noſcere ſemet quis valuere:
Quique videntes lumine claro
Numina Fati & Geniorum,
Cernere vultus; quaque PLatonis
Pythagoraque eſſe dediſti
Sidera mentes.

Quorum Anapæſtorum tot ſunt myſteria quod verba. Divinum illud γνῶθι σεαυτὸν ut divinitati applices, legas Commentarium Macrobij, partem quidem, juxta ad nos uſq; inobſervatam veterum librorum auctoritatem. Saturnaliorum, in Somnium Scipionis, lib. I. cap. IX. Poetas verò etiam, priſcos primoſque Theologos veteris humanitatis, cenſuiſſe, cœlo oriundas hominum animas, & ubi functæ fuerint corporeis vinculis, origini ſuæ reddendas, multis exemplis poſitis non inſuaviter probavimus Notis ad primam Eclogam Nemeſiani.

107. NUTARETQUE ONERI VENTURO CONSCIUS ATLAS.] Atlas deſtina cœli Poetica, eleganter, ſed luxuriante ſtilo, deſcribitur ab Joanne Gazæo in Tabula Mundi, quam non ita pridem docti homines promulgarunt.

Καὶ φλέγμα κηφίζων κυρτούμενος ἵσταται Ἄτλας.
Αὐξιβίους περιθῆρας ἀεργτάζων ἐπὶ κόρσῃ.
Κρᾶτα παρακλίνων, καὶ ἐς αἰθέρα χεῖρας ἀείρων
Αὐχένα δυχμώσας, πεπονημένα γυῖα πταίρων,
Φόρτον ἐλαφρίζων πεφυλαγμένος.

Ridicula autem fictio Poetarum numinum Ponderibus, acceſſione præcipuè novi alicujus ſuperveniente, mirificè gravari hunc mortem, quæ quidem res ad majeſtatem Principum in Deos Relatorum ſpectare debet. Lucanus ad Neronem:

Aetheris immenſi partem ſi preſſeris unam
Sentiet axis onus.

Id Prœmium, eamque Compellationem aut Invocationem adeò ejus Principis totam ambiguis verbis eſſe conceptam deſcriptamque alibi exigimus. Ovidius lib. IX. Met. de Hercule:

Quem pater Omnipotens, inter cava nubila raptum,
Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris.
Senſit Atlas pondus.

Petronius Specimine Belli civilis, ubi Dij deſcendunt in terram.

Senſit terra Deos, mutataque ſidera pondus
Quæſivere ſuum.

Calpurnius, Ecloga. IV. Ubi Pondus Olympi vocat Principem jam dijs adſcribendum.

Ab Iove principium, ſi quis canit æthera, ſumat.
Si quis Aſlātiaci molitur pondus Olympi

Qui

Qui verſus parum vulgò intellecti ſunt. Lucani & Ovidij modo productos non ſine Satirico ſale irriſit Juvenalis. Sat. XIII. in hæc verba:

contentaq; ſidera paucis
Numinibus, miſerum urgebant Atlanta
minori
Pondere.

Atlantem idem Græcis conſtat ſignare quod deſtinam Latinis, ad quam vim *incumba* Vitruvij pertinet. *Telamonem in figura virili appellant Romani.* Vitruvius idem lib. VI. cap. X. *Item ſi qua virili figura ſigna, mutulos aut coronas ſuſtinent, noſtrè Telamones appellant, cujus rationes, quid ita aut quare, ex Hiſtoriis non inveniuntur. Græci verò eos Atlantas vocant.* Si loco dicas excidiſſe voculam & ſenſiſſe Vitruvium non difficulter ex Hiſtoriis eas rationes inveniri. Quod autem tale quid eſſe non poſſit, cui nimirum cœleſtium aliquid innitatur, docet Naturæ, quidam *Conſiliarius* aut *Vicarius* Ariſtoteles, quem vide altero de Cœlo. Ex cujus de Motione Animalium Capite III. conſtat etiam internum rerum movens, τὸ κινοῦν ἐντὸς veteres *Atlantis* indigitamento intellectum voluiſſe.

108. SI REDDERE COELO.] Omninò vera eſt hæc ſcriptura, nec opus immutatione ulla, conſenſu, Noſtri, Bentinianorum, & de Belgicis libris nonnullorum. Cæteri cum iis quos compoſuit Andreas Schottus perperam *credere cœlo* Reges enim atq; Principes cœlitùs & ab Diis immortalibus regundis provinciis rebusq; humanis donari demittiq; putabantur, uti & eodem, ab obitu, reduci. Unde illud nobiliſſimum Homeri, Heſiodi, Callimachi, aliorumq; ἐκ Διὸς βασιλῆες Noſter ſuprà de ſuo eodem hoc Theodoſio:

Quamvis emeritum peteret Natura reverti
Numen, & auratas aſtrorum panderet arces.

Manilius lib. IV. de Divo Julio, recens tum amiſſo.

Ille etiam cœlo genitus, cœloque receptus.

Horatius, lib. I. Carm. III. ad Auguſtum.

Serus in cœlum redeas, diuq;
Lætus interſis populo Quirini.

Calpurnius, Ecloga IV.

Dij precor hunc juvenem, quem vos, niſi fallor ab ipſo
Aethere miſiſtis, poſt longa reducite ſecla.

Vellejus Paterculus, lib. II. de Auguſto: *cum omnem curam fata vincerent, in ſua reſolutus initia Pompejo Appulejoq; Conſulibus, Septuageſimoſexto anno Animam cœleſtem cœlo reddidit.* Claudianus, Sexto Conſulatu Honorij v. XCVI.

Latioque futurum
Rectorem, generumq; ſibi: ſeniere ſupernas
Iam repetente plagas, illo ſub cardine rerum
Reſtituit ſceptris Latij.

Capitolinus in Marco: *Quum igitur in Amore omnium Imperaſſet, atque ab aliis modò frater, modo Pater, modo filius, ut cujusq; ætas ſinebat, & diceretur & amaretur, Octavodecimo anno Imperii ſui, Sexageſimo & primo Vitæ, diem ultimum clauſit. Tantusq; illius Amor eo die Regij funeris claruit, ut nemo eum plangendum cenſuerit, certus omnibus, quod à Diis commodatus, ad Deos rediſſet.*

108. CUPIDO COELO.] Dijs Aſtrisq; ambientibus tantum accedere Numen ſuo choro & collegio. Sic Poëtæ de ſuis quisque Principibus. Maro ad Auguſtum.

ipſe tibi jam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli juſta plus parte relinquit.

Papinius.

licet ignipedum frænator equorum
Ipſe tuis latè radiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Iuppiter æqua
Parte poli, maneas hominum contentus habenis,
Vndarum terræq; potens, & ſidera dones.

 109.

109. TRADERET ORBEM.] Sollemni more ante exceſſum filiis Imperium tradidiſſe conſtat Theodoſium. Ambroſius in Oratione Funebri, Quadrageſimo ab exceſſu die, præſente ſacris altaribus Honorio, habita: *Nihil glorioſius exitus tanti Principis habuit, qui omnia jam filiis tradidiſſet, Regnum, Poteſtatem, Nomen Augusti, nihil inquam, ſpecioſius ei in mortem ſervatum eſt, quam quod immane quantu promiſſa annonarum exigendarum relaxatæ dum moratur, facta eſt ſucceſſio eius indulgentiarum hereditas, ut ille, qui voluit impedire, ſibi odium fecerit, &c.* Nec tamen fuere tam jadoleſcentuli, ut inepti omninò per ſe regendo regimini. Idem Ambroſius: *Quis dubitabit filios eius maximum præſidium fore apud Deum? Domino favente, Arcadius Imperator, iam validus iuventa, Honorius continuò pulſat adoleſcentiæ fores, provectior ætate quam Ioſias.* Arcadium Triginta & unum annos vixiſſe apertè ſcribit Socrates lib. VI. cap. XXI. mortuum Philippo & Baſſo Conſulibus, Quattodecimo poſt exceſſum Augusti Anno fuerit igitur, obeunte patre Annorum Septemdecim, aut octodecim ad ſummũ, cum alii XIII. tantum annos Parenti ſupervixiſſe tradant, ut eſt Marcellinus Comes. Honorius undecimum annum agebat, oppetente Theodoſio, abinde regno præfuit Triginta annis, celebratisq; Tricennalibus, ut Idatius in Chronico adnotat, Ravennæ exceſſit, cum vita Decem annorum fratrem ſuperaſſet.

109. PRÆSENTI.] Accivit enim in hoc Conſtantinopoli Honorium Theodoſius, quo præſente, viſus convaleſcere, obiit volens. Socrates, lib. V. cap. XXV.

ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, ἐκ τοῦ πολεμικοῦ μόχθου, κακῶς διετέθη τὸ σῶμα. προσδοκήσας δὲ ἐκ τῆς ἐπιγενομένης ἀρρωστίας τέλος ἔχειν αὐτῷ τὰ τῆς ζωῆς, μείζονα τῆς τελευτῆς περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων εἶχε φροντίδα, λογιζόμενος ὅσα καταλαμβάνει κατὰ τοὺς ἀνθρώπους βασιλέως τελευτήσαντος. μεταπέμπεται οὖν ἐν τάχει, τὸν υἱὸν Ὁνώριον ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως καταστῆσαι τὰ ἑσπέρια μέρη βουλόμενος, φθάσαντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ Μεδιολάνῳ ἀνερρώσθη τῆς νόσου, ἱπποδρομίας δὲ ἐπινικίους ἐπιτελεῖ, καὶ πρὸ ἀρίστου μὲν ἔρρωτο, τὰς ἱπποδρομίας θεάμενος, μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἐξαίφνης διετέθη κακῶς, καὶ εἰς μὲν τὴν θέαν προσελθεῖν οὐκ ἴσχυσεν, τὸν δὲ υἱὸν τὴν ἱπποδρομίαν ἐπιτελέσαι κελεύσας νυκτὸς ἐπιγενομένης ἐτελεύτησεν.

Sozomenus, lib. VII. cap. XXVIII. Zoſimus Honorio traditis Africa, Italia, Gallia, Hiſpania, dum Conſtantinopolim reverti properat, exceſſiſſe ſcribit fine ipſo libri Quarti.

110. BISTONIIS AB ORIS.] Conſtantinopoli evocatis, ad Imperium Occidentis ſuſcipiendum. Rufinus de Theodoſio, poſt ſuperatum Eugenium: *Ad Orientem protinus mittit, ubi venturus ad bellum, tuta liberos cuſtodia commendaverat: Ibique Arcadium Auguſtum regnum, dudum ſibi traditum, ſervare præcepit. Honorium verò, pari dignatione præditum, ad Occidentis Imperium venire ocyus iubet. Quo ſuſcepto & Paternis oſculis amplexibusq; conſtricto, traditis Occidentalis Regni gubernaculis, ipſe ad meliora migravit.*

111. ALACER CONSURGIS.] Inſtar ſideris. Alibi. *Sideris inſtar Emicuit. Stiliconis apex.* Papinius de Conſule XVII. Domitiano.

> *ingentemque aperit Germanicus annum,*
> *Atque oritur cum Sole novo, cum grandibus aſtris,*
> *Clarius ipſe nitens, & primo maior Eoo.*

Quos divinos verſus non ſatis umquam commendaveris, ſanè anxiis mille de Thebaidos lima magno intervallo feliciores & cultiores.

112. AUSUS TRANSIRE.] Barbaros Romanis non ſatis fidos dicit, quorum tamen bonam copiam in Occidẽtem duxerat Theodoſius,

doſius, pars etiam ſua ſponte fuerant transeuntem ſecuti, ut Socrates & Sozomenus ſcribunt. Tale iter autem & Stiliconis deſcribit Sexto Conſulatu Honorij, v. CCCCLXIX.

Longumſocias tardumq; putavit
Exſpectare manus, & noſtra pericula tendit
Poſthabitis pulſare ſuis, mediumque per hoſtem,
Barbara fulmineo ſecuit tentoria curſu.

113. RHODOPEIA SAXA ORPHEIS ANIMATA MODIS.] Notæ Fabulæ Orpheum Thraciam coluiſſe. Vide Apollonium, Argonaut. I. Quiq; ipſius nomine ſcripſit Argonautica, vetus elegansq; auctor, Genuinæ Græcæ Poeſeos, cum Homero, Heſiodo, Calabro, auctor, Crotoniata genere, ſi Suidæ credimus. Is Regem Ciconum, juxta Rhodopen, fuiſſe veterem illum Orpheum, ſua perſona tradit. Ita enim Jaſon ibi alloquitur veterem illum Calliopes puerum.

Ὀρφεῦ, Καλλιοπᾶστε καὶ Οἰάγρε
φίλε κοῦρε,
Βιστονίῃ Κικόνεσι πολυῤῥήνοισιν ἀ-
νάσσων,
Καὶ ῥ' ἐπὶ Αἱμονίους ὀχέας πεπλήκεσαν
ἱκάνω
Στρυμονίους τε ῥοὰς, ῥοδόπης δ' αἰ-
πεινὰ πρὸς ἄγκη.

115. PELION INTRAS.] Promontorium totum Theſſaliæ hoc nomine cenſetum. Nerei Chori nuptiæ Pelei & Thetidis, Poetarum cantilenis celebratiſſimæ. De quibus vide Epithalamion Catulli, Noſtrum Præfat. Nupt. Honor.

116. PULCER ENIPEUS] Vide Scholiaſten Apollonij. lib. III. Pulcer, ob amœnitatem regionis, qua omnem terræ orbem præcellere Theſſaliam Græca Antiquitas tradit, *Enipeum è monte Othri Theſſaliæ ori notat.* Vibius Sequeſter. Quid in ijs regionibus circa ea tempora Barbarorum copiæ egerint, legas apud Zoſimum.

116. RURSUSQUE LOCUTÆ.] Fatidicæ apud Dodonam quercus in ore omnium Mythologorum. Vide Strabonem libro VII. Pauſaniam Phocicis. Fuit verò in Fano Dodonæo vates reſponſa dans percontantibus, isque uſus, ob gravitatem puto, Metro Moloſſo, cujus pedes tribus conſtant longis ſyllabis, memorante Vetere Hephæſtionis Scholiaſte.

Δεύτερος ὁ Μολοττὸς, ὁ τούτῳ ἀντικείμενος. ἐκ τριῶν μακρῶν, ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μολοσσοῦ, τοῦ υἱοῦ πύῤῥου καὶ Ἀνδρομάχης, ᾠδὰς ἐν τοιούτῳ μέτρῳ εἰπόντος, ἐν τῷ ἱερῷ Δωδώνης.

Ipſa Dodona Nemus Epiri, vel Vibio teſte. Templum inibi fuit Jovis, à Theſſalo conſtructum, Higenus Fab. cap. CCXXV. Cujus quercus olim Oracula locutæ fingebantur. Symmachus lib. IV. Epiſt. XXXIII. *Non vides oracula olim locuta deſiiſſe, nec ullas in antro Cumano litteras legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de ſpiraculis Delphicis ullum carmen audiri?* Pomponius Mela lib. II. Solinus cap. XIII. Herodotus Euterpa. Papinius Theb. III. Errat vir doctus qui de Coronis congeſſit ex Raptu Proſerpinæ hæc noſtri producens.

116. LOCUTÆ.] Sanè Dodonæum Oraculum circa tempora iſta non prorſus obmutuerat, ut vides exemplo Juliani Parabatę, cui cum aliis felicem Orientalis Belli ſucceſſum ſpopondit. Theodoretus lib. III. cap. IX. Hiſtor. Eccleſ.

ἔδοξεν αὐτῷ συναγεῖραι τὴν στρατιὰν, τὸν ταύτης οὐκ ἔχοντι πρόμαχον, πέμψας δὲ εἰς Δελφοὺς καὶ Δῆλον, καὶ Δωδώνην, καὶ τὰ ἄλλα χρηστήρια, εἰ χρὴ στρατεύειν ἐπηρώτα τοὺς μάντεις, οἱ δὲ καὶ στρατεύειν ἐκέλευον, καὶ ἐπισχνοῦντο τὴν νίκην.

De Oraculo ipſo Memoria digna hęc Hermiæ veteris Philoſophi verba:

περὶ δὲ τοῦ Δωδωναίου μαντείου διάφορα
εἰσὶ

εἰσὶ τὰ ἱστορούμενα, ἔστι μὲν γὰρ παλαιότατον τῶν ἑλληνικῶν μαντείων, λέγουσι δὲ οἱ μὲν ὅτι δρῦς ἦν ἐκεῖ ἡ μαντεύουσα, οἱ δὲ ὅτι περιστεραί, τὸ δὲ ἀληθὲς ὅτι γυναῖκες ἦσαν ἱέρειαι αἱ μαντεύουσαι δρυῒ τῇ κεφαλῇ ἐστεφάμεναι, αἳ τινες ἐκαλοῦντο πελειάδες, ἴσως οὖν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τινὲς πλανηθέντες ὑπέλαβον εἶναι περιστερὰς τὰς μαντευούσας. Ἐπειδὰν δὲ καὶ δρυῒ τὴν κεφαλὴν κατεστρέφοντο ἴσως διὰ τοῦτο εἰρήκασι καὶ τὴν δρῦν μαντεύειν, ἔστι δὲ Διὸς τὸ μαντεῖον.

117. MOVERUNT.] Quodam velut Enthuſiaſmo. Movendi enim verbum, & motus eam prorſus vim habent. Notamus alibi, & fecerunt jam alii etiam.

118. LEGITUR.] Curſu prætervehitur, vel & ſenſim. Iſidorus lib. X Originum: Lector à Legendo dicitur, hoc eſt percurrendo. Unde & navis dicitur legere quicquid tranſit. Servius ad Georgicum II. Nauticum eſſe ſermonem notat primi Lege littoris oram] Lege, nauticus ſermo eſt, qui nunc & ad navigandum & ad lectionem poteſt referri. Valerius Flaccus. *littora blando*

Anfractu ſinuoſa legens.

Minutius Felix, cui optimo ſcriptori multa cum noſtro confeſſio: *Oram curvi molliter littoris, iter fabulis fallentibus, legebamus*. Rutilius Itinerario:

Alſia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt.

119. PHRYGII TIMAVI.] Ab Antenore illuc appulſo, & remanente. Timavus Fons Galliæ Aquileiæ, Vibio Sequeſtro, fluvius Venetiæ, Servio ad Georg. III. Nota omnia.

119. NUMERANTUR STAGNA.] Ob frequentiam inſularum Timavi. Vide Plinium lib. III. c. XXVI. Vel ſeptem fontes Timavi alludit, de quibus Strabo, lib. V.

120. SACRATA TUO.] Sacra omnia Imperatorum. Præcipuè hujus, in quem immenſus utique omnium ordinum amor fuit, utpote in purpura natum, ſummæque exſpectationis adoleſcentem, cujus divina omnia ubiq; facit Claudianus.

121. SUBMISSUS ADORAT.] Morem omnium Imperio Romano ſubditorum etiam fluviis, per eam ditionem tranſeuntibus adſcribit, licet Semidei fuerint habiti, & cultu immortalium culti. Adoratio nota privatorum, Nota univerſi populi, cum in conſpectum prodiret ejus princeps. De Militibus noſter alibi, & puero Principe:

Senſit adorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis.

Militibus adorationem tecto capite ſalutatione remunerabatur Imperator. Ammianus Marcellinus, lib. XXVII. Gratiano *apud ſigna Iovinianorum retrò detento. Valentinianus ut dux cunctator & tutus, centurias & manipulos capite intecto conſalutãs, ſpeculatum radices aggerum avolavit. Nota non indignum*, cum primum ad Auguſtæ dignitatis culmen Principes evehererentur, præconio promulgatum, eſſe adorandos. Libanius Baſilico; ad Conſtantium & Conſtantem, Conſtantini Filios:

καὶ βουληθεὶς τοὺς παῖδας οὐκ ἐν φαυλοτέροις τὰ μείζω λαμβάνειν ἀλλ' ἐν ἀμείνονι σχήματι τὰ σεμνότερα μανθάνειν, περιβάλλω μὲν αὐτοὺς ἐσθήματι βασιλείας συμβόλῳ, κηρύττει δὲ κήρυγμα, καὶ τοῖς μαχίμοις καὶ ταῖς πόλεσιν, ὅτι παρῆλθον εἰς τὴν ἀρχὴν ἐκείνου νεύματι, καὶ χρὴ καὶ τούσδε προσκυνεῖν.

Poſteriores Græcos Imperatores ter adorari ſolitos, priusquam propè ad eos veniretur, exemplo ſuo docet Liutprandus Hiſtoriar. lib. VI. cap. II. *Tertiò*, inquit, *Imperatorem pronus adorans caput ſuſtuli, & quem prius moderata menſura à terra elevatum ſedere vidi, mox aliis indutum veſtibus penes domus laquear ſedere preſpexi.* Seculo uno poſt Honorii tempora,

pora', quanta mutatio morum in Imperatoris veneratione facta fuerit, docebunt te Procopiana Anecdota in Juſtiniano:

τῶν, inqt, πρόσθε Ιυςινιανῦ καὶ Θεοδώρας νεοχμωθέντων, καὶ ταῦτα ἐςὶ, πάλαι μὲν ἡ σύγκλητος βυλὴ παρὰ βασιλεῖ ἰῦσα τρόπῳ τοιῷδε προσκυνεῖν ἠθέλοντο. Πατρίκιος μὲν τις ἀνὴρ παρὰ μαζὸν αὐτῦ προσεκύνει τὸν δεξιόν. βασιλεὺς δὲ αὐτῦ καταφιλήσας τὴν κεφαλὴν ἐξῄει, οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες γόνυ κλίναντες βασιλεῖ τὸ δεξιὸν ἀπηλλάσσοντο. Βασιλίδα μὲν τοι προσκυνεῖν ὐδαμῆ εἴθιςο, παρὰ δὲ Ιυςινιανόντε καὶ Θεοδώραν, τὰς εἰσόδυς ποιύμενοι, οἵτε ἄλλοι ἅπαντες, καὶ ὅσοι τὸ πατρικίων ἀξίωμα εἶχον, ἔπιπτον μέν εἰς τὸ ἔδαφος, ἐυθὺς ἐπὶ σόμα, χειρῶν καὶ ποδῶν ἐς ἄγαν τετανυσμένων, τῷ χείλει ποδὸς ἑκατέρυ ἀψάμενοι ἐξανίςαντο.

123. SORORES.]] Heliades, quarum fabulæ pueris notæ. Ad Padum fluvium memoria hujus Phaetontæi caſus atratos degere populos, aliaq; fabuloſa ſcripſerat Timæus, quæ in alium locum confutanda rejicit, & ita nobis ſubduxit legenda, Polybius, libro II. Omnia mendacii infamat Lucianus libello de Electro. Conſtans tamen ſerijs quoq; ſcriptoribus fides manſit virgulis Electra defluere. B. Ambroſius lib. II. in Hexaemer. *Quid autem tibi referam quod Electrum lacryma virgulti ſit, & in tantam materia ſoliditatem lacryma dureſcat? Nec levibus id aſſeritur teſtimoniis, quando folia & minutiſſima ſurculorum portiones, aut exigua quadam animalcula, in Electro ſæpè reperiantur, qua videtur cum adhuc gutta eſſet mollior, recepiſſe.* Sic & alij. *Revocare* ait noſter ne lacrymari etiam arbores ominoſum eſſet adventu feliciſſimi Principis. Sic easdem admodulatas ejuſdem Nuptijs, Novam nimirum Muſicam orſos, ait Feſcenninis:

& Padus Electrifer is
Admoduletur alnus.

125. QUANTI TUM JUVENES.] Eadem Sexto Conſulatu Plinius Panegyrico de adventu pariter Trajani: *Tu ſola corporis proceritate elatior aliis & excelſior, non de Patientia noſtra, ſed de arrogantia principũ quemdam triumfum egiſti. Ergo non ætas quemquam, non valetudo, non ſexus, retardavit, quominus oculos inſolito ſpectaculo impleret. Te parvuli noſcere, oſtentare juvenes, mirari ſenes, &c.*

127. CUM TU GENITORIS AMICO EXCEPTUS GREMIO.] Confundere dicas tempora. Poſt victoriam enim Eugeniam Conſtantinopoli Mediolanum accitus eſt ab ægro jam parente Honorius, ut conſtat ex modo notatis. At Romam cum Eodem Triumphans iniit Maximo ſuperato & Victore. Timaſio & Promoto Coſſ. integro quinquennio ante exceſſum Theodoſij. Idatius Faſtis: *Timaſio & Promoto Coſſ. introivit Theodoſius Auguſtus in Urbem Romam cum Honorio filio ſuo, die Iduum Iuniarum, & dedit Congiarium Romanis. In Urbe manſiſſe ad Calendas usque Septembres* teſtatur Marcellinus Comes. Sed aliter res habet, ſequitur enim eos noſter hîc qui poſt Eugenianã victoriam Romam ingreſſum Theodoſium, ibique tradunt Imperatorem feciſſe Honorium. Zoſimus, narrata cæde Tyranni & Arbogaſtis interitu lib. IV.

τῶν δὲ πραγμάτων ὧδε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προχωρησάντων, ἐπιδημήσας τῇ ῥώμῃ τὸν ὑὸν Ονώριον αναδείκνυσι Βασιλέα Στελίχωνα ςρατηγόντε ἀποφήνας ἅμα τῶν αὐτόθι ταγμάτων.

Et potuit ſanè verius hæc aliis noſſe Claudianus, ut qui in clientela fuerit Stiliconis, Zoſimus autem & acta ab eodem Romæ memorat, ut mirum ſit nihil monuiſſe Chriſtianos Chronologos & Hiſtoricos. Triumphaſſe autem, aut triumfabundum adfuiſſe cum Patre Honorium mira res non ſit, cum infantes Imperatorij liberi etiam Tribunalibus Pa-

trum imponi conſuevetint, ut teſtatur Themiſtius Oratione XI. Valentinianum puerum totam diem Tribunal inſediſſe. Triumphos Conſtantinopoli paratos fuiſſe, Honoriū verò : deo Curis Occidentis impeditum, ut nec corpus exanime comitari in Orientem potuerit, memorat B. Ambroſius fine Orationis Theodoſio Exſequialis. *Quanti* præcedente verſu *quot* ſonant: quam uſurpationem Latio proſcribi vetant Plautus, Manilius, ſic ea uſi. Ille Caſina, hic non uno loco. Terentianus de ſuis ſtudijs.

> *Maurus ego quantos potui cognoſcere Grajos?*

Trebellius Pollio Valeriano Seniore: *Cogita quantas gentes Romani ex hoſtibus ſuas fecerūt.* Sidonius. *ſuffragia tot ſunt Quanta legit mundus.*

128. VEHERERE PER URBEM.] Triumphans aut Triumfabundus. Feliciratem eamdem pro ſingulari Paulo Aemilio illi laudatiſſimo adſcribit Livius, licet diſſentientibus alijs. De Veſpaſiano & Tito primis alij, ut re inaudita. Oroſius lib. VII. cap. IX. *Veſpaſianus & Titus Imperatores, magnificum agentes de Iudæis triumfum. Vrbem ingreſſi ſunt. Pulcrum & ignotum anteà cunctis mortalibus inter Trecentos Viginti Triumphos, qui à Conditione urbis, usq; ad id tempus acti erant, hoc ſpectaculum fuit, patrem & filium uno Triumphali curru vectos, glorioſiſſimam ab his qui Patrem & Filium offenderant victoriam reportaſſe.* Vide J.C. Bulengerum, cap. XX. de Triumfo.

120. COMMUNIS LAUREA CURRUS.] Notum currus Triumfales Laureis redimitos fuiſſe. Claudianus, Bello Gildonico.

> *Externet geminos Mauruſia Laurea currus.*

Alludit Papinius in primis Athenarum geſtis, lib. XII Thebaid.

> *lauri gero ſubeuntem Theſea curru.*

Currus autem ipſi erant aurei. Philoſtratus in Dione.

Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ᾽ ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφόμενος πρὸς τὸν Δίωνα; τί μὲν λέγεις, οὐκ οἶδα, φιλῶ δέ σε ὡς ἐμαυτόν.

130. QUIS NON LUCIFERUM.] Frequens Formæ ſplendidioris comparatio cum aſtris. Virgilius de Aſcanio:

> *Qualis ubi Oceani perfuſus Lucifer unda*
> *Extulit os ſacrum cælo.*

Corippus, lib. III. *honora luce coruſcus Matutina micans ut cælo ſtella ſereno Auratis radiis argentea ſidera vincit.*

Claudianus, Feſcennin. I. *Princeps coruſco ſidere pulcrior.* Horatius lib. III. C. IX.

> *Quamvis ſidere pulcrior Ille eſt, tu levior, &c.*

Valerius Flaccus, lib. V.

> *Tyndaridas ipſe egregio ſuperemines ore.*
> *Non ſecus auctumno quam cum magis aſperat Ignes Scirius*

Apollonius, Argonaut. I.

> οἱ δὲ φαεινοὶ
> Ἀστέρες ὣς νεφέεσσι μετέπρεπον

Idem. Eodem Libro:

> Βῆ δ᾽ ἴμεναι προτὶ ἄστυ φαεινῷ ἀστέρι ἶσος. Libro II.
> ὁ δ᾽ οὐρανίῳ ἀτάλαντος
> Ἀστέρι Τυνδαρείδης, ὅπερ κάλλισται ἔασιν,
> Ἑσπερίην διὰ νύκτα φαεινόμεναι ἀμαρυγαί,
> Τοῖος ἔην Διὸς υἱός.

Nonnus Quarto Dionyſiac. de Cadmo:

> καὶ οὔποτε βόστρυχα σείων
> Αὐχένα γυμνὸν ἔθηκεν, ἐφαίνετο φωσφόρος ἀστήρ.

Vide Commentarium ſecundæ Recenſionis ad Muſæum.

131. JUN-

131. JUNCTUM BROMIO.] Bacchus inter formoſiſſimas formas Deorum, Seneca Oedipô. *Candida formoſi venerabimur ora Lyæi.* Oppianus Cyneget. I. Ovidius Metamorph. IV. Longus Poemenicis, Nonnus ubiq;. Coluthus.

> ἵϛατο θεσπεσίῃσιν ἀγαλλόμενος χαρίτεσσιν,
> Οὐ Διὶ τοῖον ἔηκτεν ἐπήρατον καὶ θυώνη.

131. RADIARE.] Quod de formis formoſiſſimis dicitur. Ammianus de Gratiano: *Conſurrectum eſt poſthac in laudes majoris principis & novelli: maximeque pueri, quem oculorum flagrantior lux commendabat, vultusq; & reliqui corporis jucundiſſimus nitor?* Vide Multis nos ad noſtri Feſcennina. De Radijs in Coronas additis, radiatisque vultibus dudum alij.

132. FERVET CRISATIS EXERCITUS UNDIQUE TURMIS.] Pulcerrima præfiguratio conorum criſtatumq; in capitibus galeatis fluctuantium, quam minimè patimur mutati unius alteriusve inepti exſcriptoris ſtultitia. Decor autem armati criſta, unde caſſis ſine hac ingloria. Papinius libro IX.

> *Lycus excelſa terrore comantem*
> *Perſtrinxit galeam: convulſa cuſpide longè*
> *Diffugere jubæ, patuitque ingloria caſſis.*

Metum hoſtibus facere jam dum Homeri litteris traditum.

134. QUISQUE SUA TE VOCE CANENS.] Diverſarum gentium milites ait uno ore conſpiraviſſe in Laudes Honorij. Paria in non uno loco Panegyriſtarum, & apud Martialem. Spectacul. III.

> *Venit ab Orpheo cultor Rhodopejus Hemo.*
> *Venit & epoto Sarmata paſtus equo.*
> *Feſtinavit Arabs, feſtinavere Sabæi,*
> *Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.*
> *Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,*
> *Atq; aliter tortis crinibus Aethiopes.*
> *Vox diverſa ſonat, populorum eſt vox tamen una*
> *Quæ verus patriæ diceris eſſe Pater.*

134. AENA LUX.] Fulgor Aeneorum Armorum. Virgilius.

> *& luce coruſcus aena.*

134. SEGES MAVORTIA FERRI.] Maro idem, lib. VII.

> *ferro ancipiti decernunt, atraq; longè*
> *Horreſcit ſtrictiſſeges enſibus, æraq; fulgent*
> *Sole laceſſita, & lucem ſub nubila jactant.*

135. INGEMINAT SPLENDORE DIEM.] Duplicata Luce. Pulcrè Corippus lib. IV. Joſephus lib. XIX. cap. VII. de Fatali Agrippæ veſte, ejus interitu adorata.

137. HORRIDA CONTIS.] A ſpecie tremenda. Maro. lib. XII. *ſtrictisq; ſeges mucronibus horret.* Pacatus Panegyr. *Et jam omnis campus horrebat exercitu.* Plura ad Sextum Honorij Conſulatum.

137. PICTA DRACONUM COLLA LEVANT.] Dracones veteribus ſignis componi apud Exercitum aut præponi ſoliti, quorum mentio in primis Imperatoribus nulla. Fuere autem ſimulacra Draconum perflatilia vento, textu laneo aut ſerico, purpura aliisq; coloribus tincto, confecta, atq; haſtarum ſummitatib. affixa. Ammianus, lib. XVI. *Alios purpureis ſubteminibus texti circumdedere Dracones, haſtarum aureis gemmatisq; ſublimitatibus illigati, hiatu vaſto perflatiles, & ideo, velut ira perciti, ſibilantes, caudarumq; volumina reliquantes in ventum.* Sic ſcribendum eo loco ex membranis Joannis Obſopæi, reliquantes enim dixit, more ſuo novans verbum, pro obliquantes. Sidonius:

> *jam textilis anguis*
> *Diſcurrit per utramq; aciem, cui guttur adactis*
> *Turgeſcit Zephyris: patulo mētitur hiatu*

Iratam, pictura, famem: pannoque furorem
Aura facit, quoties craſſatur vertile tergum
Flatibus, & nimium iam non capit alvus inane.

Singulis cohortibus Dracones fuiſſe auctor Vegetius lib. II. cap. XIII. Ubi centuriis etiam ſingulis ſua fuiſſe notat vexilla. quorum indicia in galeis portaverint Centuriones, ut à ſuis quisq; militibus poſſet ubique agnoſci. Suſtuliſſe hoc genus Conſtantinum, labaris ſubſtitutis, reſtitutum poſtmodum Juliano Parabatæ, memorat Gregorius Nazianzenus Steliteutico. I. ubi & deſcriptionem inſigniorem habes. *Picturæ* etiam ſuperſunt in antiquis Monumentis, ſed parum deſcriptionibus noſtrorum auctorum facientes.

138. VIVITQUE RECEPTIS.] Terrori ſimul & voluptati aptum Spectaculum. Nazianzenus:

Σωθήματα δρακόντων φοβεροῖς χάσμασιν ἐμπετόμενα ἐπ᾽ ἄκρων δοράτων αἰωρουμένοις, καὶ διὰ τῶν ὁλκῶν ῥιπιζόμενα φολίσιν ὑφανταῖς κατασίκτων, ἥδιστόν τι ὁμοῦ καὶ φρικτὸν θέαμα περιπίπτει ταῖς ὄψεσιν.

140. VENTUM AD SEDES.] Palatium Auguſtum Virgilius lib. X.

Conciliumq; vocat Divum Pater, atque hominum Rex,
Sideream in ſedem.

Conſulatus munera Mediolani dediſſe Honorium notat in Vita B. Ambroſij Paullinus Diaconus, ubi ferè ſedem habebat in Occidente degens Theodoſius, uti Ravennæ poſtmodum Honorius.

141. GENERUM.] Fratris Theodoſij filia nupſerat Stiliconi. Zoſimus lib. IV.

κεφαλαῖον δὲ τῆς παρασκευῆς, ὥσπερ οὖν ἐστίν, εἰρημένος τὴν τῶν στρατηγῶν αἵρεσιν, τῶν μὲν ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων ἔταξεν ἡγεῖσθαι Τιμάσιον, καὶ ἐπὶ τούτῳ Στιλίχωνα, συνῴκει δὲ οὗτος Σερήνῃ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ θυγατρί.

Gener igitur, quia Serenam adoptaverat Theodoſius, ut clarum ex Serenæ Laudibus. Stiliconi in omne Imperium Curam excedentem rebus humanis Imperatorem cum utroque filio reliquiſſe & commendaſſe infinitis ocis Claudianus adſerit.

144. TE NON SUADENTE.] Ad unum omnes libri cæteri, Noſter ſcilicet, Belgæ, Bentiniani, Deltiani, aliiq; *ſudante* referunt, quæ ſcriptura vera eſt, & optimo Judicio Scaligero recepta. Cujaciani cum Aldo & Camerte illud alterum ſequuntur. Sudorem pro omni bellica opera mille locis ponit Claudianus, ita & iſto loco, neque ſolum Conſilium Stiliconis laudetur, qui Opera ad incrementum Theodoſianæ domus tantum ſemper contulit: Accedunt veritati etiam Liber Jacobi quondam Bongarſij, & quos amicus noſter Andreas Schottus commemorat.

146. OTHRYSIUM PARITER.] De Victorijs Theodoſij in Thracia Theodoretus lib. V. cap. V. H. E. ſubdidit autem Gothos, qui Valente peremto totum annum per diœceſin Thraciarum & Scythiæ & Mæſiæ habitaverant, ut ſcribit in Faſtis Idatius. Pacatus Panegyrico: *Tua, Imperator, auſpicia, non hæ tantum gentes tremunt, quas ab orbe noſtro ſilvarum intervalla, vel flumina monteſve, diſtinguunt, ſed quas æternis ardoribus inacceſſas, aut continua hyeme ſeparatas, aut interfuſis æquoribus abiunctas, Natura diſterminat. Non Oceano Indus, non frigore Boſphoranus, non Arabs medio Sole ſecurus eſt. Et quo vix pervenerat nomen ante Romanum, accedit Imperiũ &c.* Tangit eadem noſter initio Panegyrici in Quartum Honorij Conſulatum. De Victoriis contra Mæſos Thracasq; Ammianus, Zoſimus, alii. De Scythicis gentibus triumphaſſe Gratiano V. & ſemetipſo Conſule tradit Marcellinus Comes, quas magnis multisque prælijs devicerit. Hunnos & Gothos, qui in

iiſdem regionibus Valentem inretemerant, deviciſſe, memorat etiam Victorinus: Eorum omnium præliorum ſocium fuiſſe adjutoremq; non ſemel noſter ſuum Sriliconem, XXIII. annis Militiæ Præfectum fuiſſe, cum interiret, ſcribit Zoſimus, ut annus ejus Poreſtatis incidat in Quintum aut Sextum Imperij Theodoſiani.

149 ROTA SULCAVIMUS ISTRUM.] De Danubio hoc idem ſæpius in Libris Triſtium Ovidius. Eugippius, Vita Severini, cap. IV. *Ad cujus immanitatem frigoris comprobandam teſtem conſtat eſſe Dannbium, ita ſæpe glaciali nimietate concretum, ut etiam plauſtris ſolidum tranſitum ſubminiſtret.* Res nota hodie, Romanis ingens miraculum fuit.

151. SOLUS.] Zoſimus idem tradit lib. V. Στελίχων τρόπον ἵνα αὐτὸς τὸν τράχηλον ὑπέσχετο τῷ ξίφει, πάντων, ὡς εἰπεῖν τῶν ἐν ἐκείνῳ δυναστευσάντων τῷ χρόνῳ γεγονὼς μετριώτερος. Θεοδοσίου γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου συνοικῶν ἀδελφιδῇ, καὶ ἀμφοῖν αὐτοῦ τοῖν παίδοιν τὰς βασιλείας ἐπιτραπείς, τρεῖς δὲ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἐστρατηγηκώς, οὐκ ἐφάνη ποτὲ στρατιώταις ἐπὶ χρήμασιν ἄρχοντας ἐπιστήσας, ἢ στρατιωτικὴν σίτησιν εἰς οἰκεῖον περιελόμενος κέρδος.

153. NOCTEMQUE BEATAM.] Longo voto peritam, qua Auguſtæ Familiæ acceſſit Stilico, ſanè exitio poſtremum ſuæ.

155. PER TÆDAS QVAS IPSA TVO REGINA LEVAVIT CONJVGIO.] Flaccillam dicit, quam matrem ſuam agnoſcit Honorius ipſe in ſuis Nuptijs. Hanc ait Imperatricem pronubam in manus dediſſe conjugem Regiæ familiæ Serenam Stiliconi, more priſco, qua filiarum Nuptijs ſolitæ tædas Geniales præferre Matres, qualis per adoptionem Serenæ erat Flaccilla. Apollonius lib. IV.

αὐτὴ δὲ σέλας χείρεσσιν ἀνέσχον
Νυμφίδιον, κείνης ἀγανόφρονος εἵ-
νεκα τιμῆς

Commentatius: ὅτι τὸ παλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γαμούντων ἐν τοῖς γάμοις δᾳδουχεῖν ἔθος ἦν, καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις φησίν, ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει ματρὶ μακαρίᾳ, ὅπερ οὖν φησὶ δᾳδουχῆσαι τῇ Θέτιδι διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν εὔνοιαν μητρὸς ἔργον ἐπιτελοῦσα.

Vbi vides, matribus non præſentibus, datum id officium benevolentiſſimis fœminarum ur hoc loco etiam dicere poſſis, quem non intellectum malè commutare voluerunt alij. Viſe Euripidem etiam Medea, & ſic noſter lib. III. de Raptu Proſerpinæ, filiam alloquente Matre Cerere,

Non tales geſtare tibi, Proſerpina, tædas
Sperabam: ſed nota mibi communia matrum
Et thalami, feſtaque faces, cæloque canendus
Ante oculos Hymenæus erat.

155. SOCIAQVE NVRVM PRODVXIT AB AVLA.] Aliquor loca in hoc ſcriprore offendimus, quibus citrà communem Rationem veritatem extorſere viri doctiſſimi. Horum de numero etiam hic eſt. *Nurus* enim vox omni ſenſui contraria eſt. Cujus enim filius Stilico? Vt ejus conjux nurus fuerit Auguſtorum? Quæſtione nulla eget majoris partis ſcriptorum Librorum lectio VIRVM PRODVXIT Hoc eſt, maritum, rum primum virum, commendatur enim pariter caſtitas ſervata Stiliconi. Sic de Honorio loquitur in Odis Feſcenninis.

Beata quæ te mox faciet virum,
Primiſque ſeſe junget Amoribus.

Et eumdem eidem Stiliconi huic pariter educatum ait lib. II. Laudum.

Hinc fuit ut primos in conjuge diſceret ignes,
Ordirique virum non Luxuriante iuventa.
Sed cum Lege thori, caſto cum fœdere, vellet.

Producere, Nuptiale verbum, eorum qui honoris gratia ſponſos ſponſaſq; ad Nuptialem domum thalamumve deducebant & comitabantur. Petronius de Pannychide virguncula: *Ita ita, inquit Quartilla, benè admonuiſti. Cur non e quia belliſſima occaſio eſt, devirginetur Pannychis noſtra? Continuo producta eſt puella ſatis bella, & quæ non plus quam Septem annos habere videbatur.* Producebatur plerumque per publicum nova Nupta. Plautus Caſina:

Age tibicen, dum illam educunt huc novam nuptam foras,
Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam Hymenæo.

Sic matris Pronubæ officio fungens Venus Violantillam apud Papinium:

Ipſa manu nuptam genitrix Aeneia ducit,
Lumine demiſſam, & dulci probitate rubentem.

Etiam ad illicitos concubitus uſurpatum verbum. Suetonius Veſpaſiano, cap. XXII. *Expugnatus à quadam, quaſi Amore ſui deperiret, cum producta pro concubitu Seſtertia Quadringenta donaſſet, admonente diſpenſatore, quemadmodum ſummam vellet rationibus inferri, Veſpaſiano, inquit adamate.* Apud Græcos etiam Nova Nupta producebatur, à pronubis præeuntibus. Lucianus Dialogo Zephyri & Noti de raptu Europæ:

τὸ δὲ τῶν τριτώνων γένος, εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τῆς θαλαττίας, ἅπαντα περιεχόρευε τὴν παῖδα. ὁ μὲν γὰρ ποσειδῶν ἐπιβεβηκὼς ἅρματος, παρεσχύμενός τε, καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθὼς προοδοιπορῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ.

In ipſum uſque thalamum. Idem Dialogo Panopes & Galenes: ἡ Θέτις καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεισαν εἰς τὸν θάλαμον ὑπὸ τῆς Ἀμφιτρίτης καὶ τοῦ ποσειδῶνος παραπεμφθέντες. Notarunt alia qui de Nuptijs Collectanea dederunt. Per viam non indignum notâ PROCEDERE habere in ſe quandam non notam nimis gravitatem. Donatus: *Procedere eſt ita ſuperbe incedere, ut appareat dignitas in proceſſu.* Noſter initio hujus Libri. *Procede ſecundis Alitibus, Phœbique novos ordire meatus Spes votum,que poli.* Vnde poſt PRODVCTIO ſplendorem deſignavit. Fulgentius Continentiæ Maronis: *Secunda doctrina quæ Naturam ornat cum proficit: ut eſt aurum. Eſt enim Natura in auro PRODVCTIONIS & decoris, ſed ad perfectionem malleo proficit excudentis. Productio autem Nuptialis non ſine pompa & frequentia fiebat populi.* Quintilianus, Declamat. CCCVI. *Vis ſcire quid ſint Nuptiæ? Aſpice illam virginem, quam pater tradidit, euntem die celebri, comitante populo. Eodem multa* ſcribit Papinius Epithalamio Stellæ: *Socia aula*, deinceps in Conſortium Imperatoriarum Curarum adſcito Stilicone. Pronubam illam Vniviram eligi conſueviſſe auctor eſt Tertulianus.

156. INDUE MENTE PATREM.] Paternum affectum, Curam Patriam. Nazarius Panegyrico, Iam patram ſentiens. Claudianus alibi.

multus in ore Frater erat

Fraterna ſpecies. Sæpe ita Papinius. Noſter & Bello Gildonico.

Naturamque ſimul fratremque hominemque cruentus
Exſuit.

Iuvenalis. Sat. VIII. *Inflatum tumidumque Nerone propinquo.* Neronis ſuperbia & vecordia. Sic *Maritum* Manilius pro maritali conjugio. *Sororem* Papinius pro ſororio affectu, *Novercam* Germanicus pro Novercali poſuerunt, alia alij notantibus doctis. Appuleji locus pari vi a Correctoribus conſervandus: *Annonam curamus & adilem gerimus. Hoc eſt Ædilitatis officium, male mutante amico noſtro. Induere, totum* adſciſcere, in ſe traducere, aſſumere. Interpres priſcus Appollonij Tyrij: *Qui dum Luctatur cum furore, pugnat cum pudore: vincitur ab Amore: excidit illi Pietas, & oblitus ſe eſſe patrem, induit conjugem.*

gem, Exuere rem contrà eſt eam penitus à ſe rejicere. Lupus Ferrariæ Abbas, Epiſt. VI. *Graviter in me litteræ tuæ invectæ ſunt, quod videlicet omni Germanitate atque natura eouſque mentem exſuerim, ut infelicitatem tuam ſaltim litteris faſtidierim lenire.*

159. TE CUSTODE.] Tutore, Præſtite. Horatius.

> *Imbertis juvenis, tamdem cuſtode remoto,*
> *Gaudet equis, canibuſque, &c.*

Idem ad Auguſtum: *Gentis humanæ pater atque cuſtos.* Manilius.

> *Principium rerum & cuſtos Natura*

Arnobius de omnium Domino, Chriſto Lib. I. *Animarum ſe cuſtodem miſſum ſolo indicavit ab Rege.*

160. UNDIS PROSILIAT.] Vniverſi Belgæ, Bentiniani. Noſterque Codex hanc lectionem agnoſcunt. Cujaciani vinclis quod & Scaligero probatum. Lectionem vulgatam afferunt & Fabulæ, quæ in Pelagus præcipitem datum Gigantem, impoſitis montibus urgeri autumarunt. Valerius Flaccus, Argonaut. II.

> *Sicula preſſus tellure Typhæus:*
> *Hunc profugum, & ſacras revomentem pectore flammas,*
> *Vt memorant, prenſum ipſe manu Neptunus in alto*
> *Abſtulit, implicuitque vadis, totieſque cruenta*
> *Mole reſurgentem, torquentemque ignibus undas,*
> *Sicanium dedit uſque fretum, cumque urbibus Aetnam*
> *Intulit, ora premens: Trux ille ejectat adeſi*
> *Fundamenta jugi: pariter tunc omnis anhelat*
> *Trinacria injectam feſſo cum pectore molem*
> *Commovet experiens, gemituq; reponit inani.*

Sic Vndis proſiliturum ex re ipſa dixit noſter. Vide & Pindarum Olympionic. Ovidium Metamorph. V. Poetæ ſuo more ubique nomina gigantum permutant, & in iſto. Enceladum enim mox ſub Aetnam collocat Claudianus.

162. OPPOSITO SILICONE.] Sanè cecidiſſent & Barbarorum in Italia conatus, in ipſis principijs, ſiquidem conſilijs hujus obtemperamentum fuiſſet. E medio autem ſublato, cum & vivere poſſet, numquam Romana res in Occidente convaluit, Regibus poſſeſſam ſemel urbem cum ditione optima vindicantibus, nullo contra aſſertore. Quā veram eſſe Hiſtoriam contrariam calumnijs niti, clariſſimum ex Zoſimo.

163. SICVT ERAT.] Nulla re mutatus, nullo modo alteratus, ut qui vivus videnſque Dei quædam ſpirans fuerit effigies. Hoc dicit. Exprimit ſimul elegans hæc locutio celeritatem mirificam, nullo momento intercepto. Eam pariter optimi ſcriptores extulerunt. Papinius. lib. IV.

> *conclamat ab aggere primo*
> *Sicut erat, levibus tollens vexilla manipliis Argus, aquæ.*

Lib. VII de Amphiarao: *Sicut erat rectos defert in Tartara currus.* Achill. II.

> *Sicut erat mediis Lycomedem affatur in armis.*

Sidonius Pan. Auth. *ſicut erat liquidam transvecta per auram.*

Appuleio familiare *Cum dicto* Idem valet. Iuvencus lib. IV. Hiſt Evang

> *Cum dicto Iudas numero comitante caterva Advenit*

Ariſtænetus dicit; ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον. Eleganter Appollonius Rhodius, lib. IV.

> Ἔνθ' ἔπος ἠδὲ καὶ ἔργον ὁμοῦ πέλεν
> ἐσσαμένοισιν.

A modo idem ſonat Paullino in Pſalmis. λόγου θᾶττον ultra etiam hoc apud Heliodorum, Lib. VII. Apud Zenobium in Parœmijs ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον ἐπὶ τῶν ταχέως ἀνυομένων. Feſtivè etiam Corippus, lib. I.

Sur-

Surrexere viri, verbiſque in ſede relictis,
Ad medios venere loces

Quo vix dixeris quippiam melius. Et Petronius: *Qui ne deliberavit quidem, ut videretur cunctatus, verum ſtatim ab extrema parte verbi conſurrexit, fratremque Aſcylton legit.* Alijs, *ut erat.* Hilarius Arelatenſis in Macabæis:

Dum puer iſta gerit ſolverunt gaudia matrem.
Iamque, ut erat, laſſata malis, jam voce negata,
Spirat ovans, interq; manus collapſa ſuorum
Concidit exanimis, reſolutaque membra quierunt.

Petrus Damianus, doctus auctor ad miraculum ævi, & eloquens. Epiſt.II. *Ecce pauper ad Ianuam hoc potiſſimum ſibi dari, quod Abbati appoſitum erat, poſtulabat. Mox, ut erat, integrum piſcem non haſitans vir Domini, mittit ad pauperem.* Hirtius de Bello Africano: *Deinde in conſpectu ſuo ſtatim captivum interfici jubet: litteraſque, nondum perlectas, ſicut erant, dat certo homini ad Scipionem perferēdas.*

164. LIQUIDO SIGNAVIT TRAMITE NVBES.] Subvolans per nubes in cœlum, clara relicta ſemita, quam fecerat divini ſplendoris corpore. Papinius de Mercurio Theb I.

Nec mora, ſublimes raptim per inane meatus.
Carpit, & ingenti diſſignat nubila gyro.

Hoc eſt diſtinguit, ſignat, ut noſter, medio tramite. Sic legendum eo loco ex optimis & perquampriſcis membranis, quarum ope totum eum Poetam brevi daturi ſumus. Pariter alibi noſter *divino ſemita greſſu Claruit.* Vid. & Pan. Probin.v.101.

165. INGREDITVRQVE GLOBVM LVNÆ.] PLatonica Philoſophia, corrupta tamen diſtinctione, errore nemini hactenus animadverſo. Scribe.

ſicut erat niveo ſignavit tramite nubes,
Ingrediturque globum: Luna, Lumenq; relinquit
Arcados, & Veneris clementes pervolat auras.

Non enim ingreditur Lunam ut ibi hæreat, ſed transvolat, ut cæteros Planetas. Globum dicit locum ſummum, ad quem ut ingrediatur, pervolat ſidera reliqua. Cicero in Somnio Scipionis; cuius mens per quietem Beatorum locis erat illata: *Nonne adſpicis, quæ in Templa veneris? Novem tibi orbibus vel potius globis connexa ſunt omnia. Quorum unus eſt cœleſtis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, ſummus ipſe Deus, arcens & continens cæteros, in quo infixi ſunt illi, qui volvuntur, ſtellarum curſus, &c. Si qui tamen vulgatum illud, cum libris* omnibus maluerit, hunc ſenſum capiet, ut tranſabierit, Lunam, primum globum, Theodoſius, etiam primo loco. Nos non pugnamus.

166. VENERIS CLEMENTES.] Nota hæc omnia vel tironibus Poeticæ Aſtrologicæque Lectionis. Lucanus lib. I. *Veneriſque ſalubre Sidus habet* Vide Fragmenta Veſtij Valentis, Somnium Ciceronis ejuſque Commentatores.

166. PLACIDUMQUE JOVEM.] In quo quippe ſumma poteſtas, quæ inimica omni tumultui, Iracundiæ, violentiæ. Sic Iovis nomen finxerunt Poetæ Papinius fine Libri X.

Iunonem tacitam furibunda ſilentia torquent
Non tamen hæc turbant Pacem Iovis.

Viſe ad Panegyricum Manlianum. Ita & ſidus inter Planetas. Lucanus.

mitis in alto Iuppiter occaſu premitur

Quos ſecuti nos initio ipſo Hipponactis noſtri ſic cecinimus.

Veneris ſalubre, bellicumque Gradivi,
Negocioſum Mercuri, Iovis clemens,
Varium Dianæ, Frigidumque Saturni,
Soliſque cunctis aptum, & omnibus majus,
Aſtrum revolve, ſiderumque doctrinam

Vſque

Vſque à Canopo. regulaque Chaldaa,
Magoq; fatuo, & Arabe perſequor ſtulto.

168. MACHINA LAXATVR CÆLI.] Vt ſpatium fiat novo ſideri. Papinius.

Licet arctior omnes
Limes agat ſtellas, & te plaga lucida cœli
Sollicitet Magni cedat tibi Iuppiter aqua
Parte poli

Virgilius, de Auguſto:

Locus Erigonen inter, chelaſq; ſequentes,
Panditur; ipſe tibi jam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli juſta plus parte relinquit.

Lucanus de Nerone:

tibi Numine ab omni
Cedetur, Iuriſque tui Natura relinquet
Quis Deus eſſe velis, ubi regnum ponere mundi.

Scitius omnibus Valerius Flaccus ab omni parte mundi fulguraturum ſuum illum Veſpaſianum, quo dicto omnes omnium hoc genere aſſentationes tranſiit.

169. FORES.] Summi illius globi, ubi converſatio cum Deo. Vide ſomnium Scipionis. Olympum ſpeciatim vocatum docet Iulianus Cæſaribus. *Palatia cœli* vocat Naſo lib. I.

170. SUCCINCTUS ORION.] Armatus ad pugnam expeditus. Hunc enim Orioni habitum adſcribunt Poetæ. Elegans deſcriptio apud Maronem. Origo fabulæ inde videtur quod Orion venatione occupatus nunquam non feris cædundis clavam expeditam habuerit, ut auctor eſt Aratus Phænomenis. Milites verò pugnaturi, quia habitu adeincto, ut neceſſe habent conflictuti propendentes lacinias colligere, inde ſuccinctus, ad prælium paratum notat, in procinctu, in ipſa pugna. Ovidius Metam. II. *ſuccincta cura Dianæ.* Id eſt ſemper expedita ad venationem. Minutius Felix: *ſuccincta venatrix. Eodem procinctu,* apud Feſtum, Polybium lib. VI. Hinque ortum poſtmodum videtur, cingulum ſonare ipſam militiam. Vt infinitis locis in Reſcriptis Principum, aliiſque decidentis Romæ ſcriptoribus.

171. PENDENTQUE VICISSIM.] Dubio ſunt animo, inter ſpem metumque medio. Petronius vatis fides Calchantis atro dubia pendebat metu. Sic Manilio pendentia bella, maritima omnium incertiſſima Sic locuti Claudianus Bello Getico V. DLXIX. Cicero I. de Legibus. Manilius lib. V. Auguſtinus Civ. D. lib. I. cap XVIII. Oroſius lib. I. cap. XXI. Lib. IV. ca. I. Papinius lib. X. fin.

pudet iſta timere
Calicolas & dubio pro fulmine pendent.

Id eſt animo anxio ſunt, ſatis equidem craſſe, nec tamen non ex more.

174. QVA REGIONE MORARI.] Sedem figere, conſiſtere tandem. Placet enim hæc lectio cum noſtro Libro & pluribus Belgicorum, Licet diſſenſu cæterorum.

176. NATALI GVRGITE.] Hiſpanus enim natione Theodoſius Pacatus, Oroſius, Victorinus. Zoſimus, Rufinus. Natales commendat, & in Hiſpania natum, educatumque ſcribit Theodoretus lib. V. cap. V. Hiſt. Eccl. ἐκ τῶν ὁ̓ πατρίδων τῆς Ισπανίας. Socrates lib. V. cap. II. Ex Iberis juxta Pyrenæos montes oriundum ὁ̓ πατρίδα τε καὶ ἄριστα πολλάκις ἐν πολέμοις διαγενόμενον. Sozomenus lib. VII. cap. II. Origine Hiſ, anum, genus à Trajano traxiſſe Victorinus Epitoma. Hiſpanū, Reipublicæ reſtituendæ neceſſarium Oroſius lib. VII, cap. XXXIV. Civitatem natalem Caucam, Provinciam Gallæciam Hiſpaniæ nominat Idatius Chronico: *Theodoſius, natione Hiſpanus, de Provincia Gallacia, Civitate Cauca à Gratiano Auguſtus appellatur. Italica, divi Trajani natalibus clara, civitate oriundum ſcribit* Marcellinus Comes. Exclamatio hæc noſtri & diſertiſſima & nervoſiſſima eſt.

177. FORTVNATE PARENS.] Alibi ad Stiliconem *fortunatiſſime Patrum.* Meliores autem his verſus ab ævo uſque immo & calamo Maronis pauci ſcripſerunt.

179. TE PROCLIVIOR VRGES.] Erudite dictum, ut ab Appuleio, Tertulliano, Manilio, alijs, ferre, portare, vehere ſe. Vide Scaligeri Notas ad iſtum.

181. QVOCVNQVE VAGOS.] Oriens Occidenſque videbis omnia filijs tuis ſubjecta. Reſpexiſſe dicas verba Lucani, lib. VII. *Omniaque errantes ſtella Romana viderent.* Sic incertus Auctor lib. II. Epigramm. *Sol citra noſtrum flectitur Imperium.* Viſe fragmentum Germanici apud Senecam Patrem. Egeſippum lib. II. cap IX. Alios, alibi nominatos.

181. MENTE SERENA.] Tranquillitate ſumma. Laudibus Stilicon. Quos tu ſic placida formas ſic mente ſerena, Vide ad Paneg. Manlianum. Sequentia omnia paria habes ſecundo eorumdem Librorum de Laudibus Stiliconis. Quæ ſi exigere velis, immania volumina compleas.

185. DEMENS AMBITVS AVRO.] Avaritia atque Ambitio Potentium non alio facilè tempore tanta aut majora mala confecerunt, quam iſto ipſo Claudiani quibus notandis ſanè ſingularis eſt ſcriptio Zoſimi, velut in theatro ſpectanda talia exhibens: abſq; qua eſſet, cum tenebricoſæ ſic ſint ſatis, nocturnæ eſſent prorſus hæ res.

186. CORRVMPENTIA SENSVS DONA.] Verba ſacrarum Litterarum, alibi exacta.

18 . EMITUR SOLA VIRTVTE POTESTAS.] Pulcre II. Laud Stilicon.

ſub teſte benigno
Vivitur, egregios invitant præmia mores,
Hinc priſca redeunt artes felicibus inde
Ingenijs aſperitur iter; deſpectaq; Muſa
Colla levans, Opibuſque fluens, & pauper, eodem
Nititur ad fructum, ſtudio cum cernat uterque
Quod nec inops jaceat probitas nec inertia ſurgat Divitijs

188. UNANIMI FRATRES.] Summa felicitas, ſacris etiam Litteris conteſtata. Par jubilatio Victoriæ Gildonicæ, Conſulatu Probini & Olybrij. Libanius Baſilico: ἀλλὰ νῦν ἅπας μὲν ὁ παλαιὸς χρόνος ἥττηται, ἅπας δὲ φθόνου χαλεπὸς ὀφθαλμὸς ὑπερεώρασται, φιλίας δὲ σύνδεσμος ἀρραγής, τὰς τῶν βασιλέων συνέχει ψυχάς. ἡ δὲ ἀρχὴ τοῖς μὲν τρόποις διῄρηται, ταῖς δὲ εὐνοίαις συνάπτεται. Καὶ τὸ τῆς οἰκειότητος ὄνομα πιστοῦται τοῖς ἔργοις, τοσοῦτο γὰρ ἀπέχουσι τοῦ τοῖς ἀλλήλων ἀγαθοῖς ἀλγεῖν, ὥστε ἑκάτερος θατέρῳ τῶν πρωτείων ἀφίσταται, &c.

Quæ pertinent ad felicitatem Imperij conſenſu Imperatorum oriundam.

188. FATIS] Fatali, Felicitati, in Nummis alijſque Principum Monumentis memoratæ.

191 SICULA CYCLOPS.] Ad divinitatem Heroicamq; Principum virtutem demonſtrandam æquareos Homericis & Virgilianis Semideis. Cyclops, aliquando humanum vocabulum fuit, ut in I. Anthologia Grammatici, hoc contortuplicato Epigrammate.

> Ἀβροχίτων δὲ φύλαξ, θηροζυγοκαμ-
> ψιμέτωπος,
> Ἀβρὸς δ' ἐν προχοαῖς Κύκλωψ
> φθογγάζετο μήρμηξ.

De Cyclopibus omnia etiam pueris nota.

194. LIPARE FUMOSA.] Officina Vulcani. Vide Callimachum in Dianam. Scholiaſten Apollonij, lib. III. Alia ignobilior in Hiera, ut Æthnæam aliaſque taceam, inſula, de qua Thucydides. Lib. III. Alia in Strongule, de qua Scholiaſtes idem Apollonij in Librum Quartum.

195. VOBIS IONIA.] Apparatum Conſularem Ludorum Mediolani confeciſſe auctor Paullinus, ſive Clericus ſive Diaconus, in Vita B. Ambroſij. Paria de Felicitate & ſplendore in Spectaculis, quibus maximè favor popularis conciliabatur, ſingulis fere extremis Panegyricis ſuis Conſulibus accinit. Alij Panegyriſtæ pariter. Quanta cura talia

lia quæſita docent Hiſtoriæ, & Symmachus.

195. NEPTVNVS.] Præſes Circi, & Equeſtrium decurſationum, ut notarunt jam olim alij. Idem quippe primus Equum domitor, teſte Marone. Georg. I. Legendus Pauſanias in Arcadicis, Lucanus lib. VI. Tertullianus Spectaeulis, alij: Equus hujus Numini gratiſſima victima habebatur, auctore Appiano Hiſtoria Mithradatica.

195. FRETI PER CÆRVLA POSSENT.] Homerus.

> Αἱ δ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπεὶ ζείδωρον ἄρουραν,
> Ἄκρον ἀπ' ἀνθερίκων καρπῶν θέον, οὐδὲ κατέκλων,
> Ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάττης,
> Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.

Expreſſerunt ea Maro lib. VII. Papinius lib. VI. Quintus Smyrnæus, lib. VIII. Apollonius Rhodius libro primo.

200. BABYLONA.] Perſarum & Parthorum regna. Lucanus, lib. I.

> *Cumque ſuperba foret Babylon ſpolianda tropæis*
> *Auſoniis, umbraque erraret Craſſus inulta,*
> *Bella geri placuit nullos habitura triumfos.*

Hoc eſt omnis Parthorum ditio, omne Imperium. Enthuſiaſmum noſter ſimulat Poeticum, ut futura certo videat velut per furorem divinum. Quem cum nonnulli Codices corrumpant, merito eos Minerva non reſpicit.

RAPI.] Vaſtari, ſpoliari. Tacitus, libro XIII. *Fine anni, turbidis rumoribus, prorupiſſe rurſum Parthos, rapi Armeniam.*

201. NON FICTA FUGA.] Quam ſimulabant alioquin ex more, vel ut avocarent hoſtem in loca ipſis commoda, ut in Craſſi & Antonij rebus male geſtis: Vel jactu ſagittarum ſequentibus imminentium. Juſtinus, Lib. XLI. Parthi plerumque in ipſo ardore certaminis prælia deſerũt, ac paullo poſt pugnam ex fuga repetunt, & cum maxime viciſſe te putes, tunc tibi diſcrimen ſubeundum eſt; Pleni ſcriptorum Libri. Vide Plutarchum Craſſo, Appianum Parthica, Boethium lib. V. de Conſol. Sidonium, lib. IX. Epiſt. XIII Silium. lib. X. & c. Peritiam ſagittandi ſummam commendat Dio Caſſius lib. XL. De Tartaris hodiernis eadẽ ſcribit Marinus Sanutus Torſellius lib. III. de Secretis Fid. Crucis. Parte. XIII. cap. IX. Turcarum conſuetudo ignota nemini.

202. GEMMATOS PERSIDA CVLTVS.] Luxum in veſtitu Perſarum docuerunt dudum Collectanea Doctorum. Alludit Manilius & laxo Perſis amictu Quæ nota omni Romano ſcriptori diffluentis animi. Inſigne luxuriæ apud Dionem Caſſium libro XLIII. Prudentium Hamartig, &c. Perſia ipſa nobilitata gemmis. Dracontius lib. I.

> *Protulit eximias illuſtrier India gẽmas,*
> *Producunt niveos & littora rubra lapillos.*
> *Flammantes virideſque tulit Babilonia cruſtas.*
> *Perſida nobilitant pretioſis littora gemmis*

203. ITE PER EXTREMVM TANAIM.] Vbi finis fluminis, in remotiſſima loca ſcilicet Barbariæ. Talis appręcatio Rutilij ad Romam, lib I v CXLIII Noſter auctorem, ut in multis, ſuum, Papinium nempe, ſequitur XVII. Conſul. Domit.

> *Reſtat Bactra novis, reſtat Babylona triumphis*
> *Frenari: nondum gremio Iovis Indica laurus,*
> *Nondum Arabes Sereſque rogant: nondum omnis honorem*
> *Annus habet; cupiuntque decem tua nomina menſes.*

205. ARCANOS N LI DEPRENDITE FONTES.] Opus inter maxima Romanorum Litteris. Auſonius Epig IV.

> *Auguſto dabitur ſed proxima palma Valenes,*

Inveniet fontes hic quoque, Nile, tuos.
De re ipſa multis Collectanea doctorum.

206. HERCVLEVM FINEM.] Vbi duæ columnæ Herculis. Dionyſius ςήλαι περὶ τέρμασιν Ἡρακλῆος ἑςᾶσιν. *Peragraſſe Orientem* Herculem, & perdomuiſſe ad Oceanum uſque, notæ fabulæ. Vide Curtium, Arrianum, Diodorum, &c.

206. BACCHI METAS.] Et ipſius notiſſimi peragratoris Mundi, Præter Hiſtoricos meminit & Valerius Flaccus, lib. I. Primus penetravit Indiam Bacchus, Capella lib. VI. Lactantius, lib I. cap. XVIII. Ejus itineris monumentum *erexit Columnas & ipſe*, teſte Sidonio Antipatro, in Anthologia, Aras dicit Solinus, cap. L. &c.

208. INDVS EBVR.] Sidonius *fert Indus ebur, Chaldæus amomum De gemmis &* Auro Indico, initio hujus Panegyrici, de illis mentio etiam apud Priſcum Rhetorem in Fragmentis Legationum. Daturas verò has provincias talia nomine vectigalium principibus ait Claudianus. Ita Theopompus deſcripſit Legationem omnium Aſiæ populorum ad Regem Perſarum, tum Monarcham Orientis, qui Fructus pro ſe ſuarum quiſque terrarum obtulit. Tapetia inſuper, Lectos pretioſos, &c. Verba ejus vide apud Dionyſium Longinum περὶ ὕψους cap. XXXIIX.

209. VELLERA SERES.] Omne Sericum inde, neque textum Velleribus Poetæ notant, quod inſtar Velleris ſericum arboribus depecti ſolitum apud Seras, ut mille eorum loci indicant. Quæ ad noſtrum faciant, cùm ambitioſè multa multi conſtiparint, legat apud Prudentium, Solinum, cap. LI. PLinium lib. VI Martianum Capellam, Lib. VI. Ammianum, lib XXIII. Silium Italicum, lib. VI. Maronem, ejuſque interpretes, Baſilium Magnum. Homil. VIII. in Hexaemer. Alia traduntur à Servio, Suida, Pauſania, cujus poſtremi verba, quoniam non memini tam accurate quid apud veteres ſuper his ſcriptum legiſſe, adſcribere placet, ex lib. II. Heliacorũ: Ἐςὶν ἐν τῇ γῇ ζωΰφιον σφίσιν, ὃν Σῆρα καλοῦσιν Ἕλληνες, ἀπὸ δὲ αὐτῶν Σηρῶν ἀλλοῖόν τι, καὶ οὐ Σὴρ, ὀνομάζεται, μέγεθος μὲν ἐςὶν αὐτοῦ διπλάσιον ἢ κανθάρων ὁ μέγιςος, τὰ δὲ ἄλλα εἴκαςαι τοῖς ἀράχναις, οἳ ὑπὸ τοῖς δένδρεσιν ὑφαίνουσι, καὶ δὴ καὶ πόδας ἀριθμὸν ὀκτὼ, καὶ ταῦτα ἔχει τοῖς ἀράχναις, ταῦτα τὰ ζῶα τρέφουσιν οἱ Σῆρες, οἴκους καταſκευασάμενοι, χειμῶνός τε καὶ θέρους ὥρᾳ ἐπιτηδείους, τὸ δὲ ἔργον τῶν ζώων κλῶσμα εὑρίσκεται λεπτὸν, τοῖς ποσὶν αὐτῶν περιειλιγμένον, τρέφουσι δὲ αὐτὰ ἐπὶ μὲν τέσσαρα ἔτη, παρέχοντες τροφὴν σφίσιν ἔλυμον, πέμπτῳ δὲ (οὐ γὰρ πρόσω βιωσόμενα ἴσασι) κάλαμον διδόασιν ἐσθίειν χλωρόν, ἡ δὲ ἐςὶν ἡδίςη τροφὴ πασῶν τῷ ζώῳ, καὶ ἐμφορηθὲν τοῦ καλάμου, ῥήγνυταί τε ὑπὸ πλησμονῆς, καὶ ἀποθανόντος οὕτω τὸ πολὺ τῆς ἀρχιδόνης εὑρίσκουσιν ἔνδον.

Alia lege apud Clementem Pædagog. lib. II. c. X. Heliodorum, Piſiden, Ambroſium in Hexaemeron, Baſilium ſub finem Homil. VIII. Pollucem, Alios. Folio ſycamini nutriri Vermes conſueviſſe tradit ex mage priſcis Theophylactus, Bulgariæ præſul, in caput XIIX. B. Lucæ. *Apud Indos ipſos duplex Sericum eſſe, in Taprobane quidem, ſive Sumatra, inſula, alterum quod mare Europæo conficiatur, alterum quod ſponte proveniat in ſilvis, & hoc quidem illo deterius*, ſcribit Ludovicus Vartomanus Romanus. Peregrin Lib. VI. cap. XIX. Quid conſpirat diſtinctioni veterum, tam de lana arborea, quam filis vermiculi memorantium. Ejus quod arboribus depectatur meminit etiam Strabo. Bombycem & Sericum diverſa ſtatuunt doctorum nonnulli, ut ad Tacitum Iuſtus Lipſius, eadem alij, ut Nicolaus Fullerius Miſcellan. lib. II. cap. XI. & ad Hiſtoriam Auguſtam Claudius Salmaſius: Nos iſtis aſſentimur, & Ludovici Vartomanni traditionem à figmento veterum traditionem redimere arbitramur.

CASP.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAUDIANI, IN QUARTUM CONSULATUM HONORII AUGUSTI, PANEGYRICUM,

Animadverſiones.

VENTUM, ferente Fortuna, ad eum Auctoris excellentiſſimi Librum, qui principem Locum merebatur, doctrina, inſtructione, eloquentia, ſimul incomparabilis. Nos quibus de cauſſis huc eum redegerimus, jàm ſuprà indicavimus. Illuſtrationem inſtituto modo ſtrictim exſequemur, ſi enim ex merito omnia velimus commentario adſcribere, quæ poteramus, monitorūq; præſtantia videbatur poſcere, facilè unius hujus libri Exegeſis cæterorum omnium molem ſuperaverit. Sed de induſtria vela contraximus, ut ad alia quoque Poſteritati elimanda veniamus.

V. 1. AUSPICIIS REGALIBUS.] Dignis Imperatore. Alludit & hic & alibi morem ſtantis Reipublicæ Romanæ, magiſtratus enim majores auſpicato, conſultis nimirum avibus creabantur: Vide Gellium libro XIII. cap. XIV. Majeſtate Regia Tempora aperiri, & ſumma cum feſtivitate novum annum incipere ait, cui pro feliciſſimis auſpiciis ſit Auguſti nominis titulus *Auſpicia annorum à Conſulibus ſumi ſolita*, auctor eſt Caſſiodorus lib. II. Epiſt. I. Sunt verò Indicia rerum, verborum, omnium. De Rebus Juſtinus libro XIV. De Argyraſpidum copiis, prodito Eumene: *Sequitur exercitus prodito Imperatore ſuo & ipſe captivus triumfumq; de ſe ipſo ad victoris ſui caſtra ducit. Omnia auſpicia Regis Alexandri, & tot bellorum palmas laureasque, una ſecum victori tradentes.* De Verbis Vopiſcus initio Aureliani, *& nemo non aliorum*, Ominum res generalis eſt, & Auſpicia, auguria, dicta, facta, occurſus, caſus, errores, portenta, omnia complectitur; quæ ſingula plenè ſuo loco explanavimus. Auſpicia autem hæc genere notant. Petronius Bello Civili.

Continuo clades hominum, venturaque damna
Auſpiciis patuere Deûm.

Auſpicari, captare hoc genus. Plautus Sticho:

Certum eſt muſtela poſthac numquam credere.
Nam incertiorem nullam novi beſtiam,
Ego eam auſpicavi in re capitali mea

Hieronymus Epiſt. VII. *Ne capillum irrufes & ei aliquid de gehenna ignibus auſpiceris*
Vide Adverſariorum lib. LIII. cap XIV. Initio

Honorum, qui eos adibant, auſpiciorum nomine magnificos ſe faciebant. Spartianus Adriano: *Militibus ob auſpicia Imperii duplicem Largitionem dedit.* Regalia Auſpicia, Fortunam, Felicitatem Principe Romano dignam notant. Tacitus, Annal. XIII. *Pleraq; in ſumma Fortuna auſpitiis & Conſiliis quam telis & manibus geri.* Auſpicia Imperatoria, ut hic Regalia, eidem, tanti nominis gloriam ſuſtinentia, apud eumdem, lib. XV. *Tum luſtratum ritè exercitum ad concionem vocat, orditurq; magnifica de auſpiciis Imperatoriis, rebusq; à ſe geſtis.* Rex, Imperator omni huic generi ſcriptorum, tardò aut numquam ſub primis principibus. Auſpiciis regalibus. Ductu, Majeſtate, tutela Regia. Vetus auctor apud Joaun. Sareſberienſem lib. VI. c. XXIV. Macedones prælio pulſi Rege ſuo in cunis prolato acrius certamen repetiere, tamquam ideò victi quod bellantibus defuerant, auſpicia Regis ſui. Initium hoc æmulatur in Panegyrico Anthemij ordiendo Sidonius.

SESE ANNUS INDUIT.] Aſſimilatio à Serpente exuvias veteres ponente, novam pellem induente. Induit ſe, qui adſciſcit formam aliam, Virgilius. *cum ſe nux plurima ſilvis Induit in florem.* Lucanus lib. VII *numquam tanto ſe vulture cælum Induit* Noſter III. Conſul. Honor. *Indue mente Patrem* Interpres Apollonij Tyrij: *Excidit illi Pietas, & oblitus ſe eſſe patrem, induit conjugem* Columella, lib. IV. cap. XXVII. *Eſt Sapientis Ruſtici reputare num majore fructu vitis ſe induerit, quam ut perferre eum poſſit.* Cap. XXIV. *Nam Ita ſe induunt uvis ut nequeant maturitatem capere ſi benignitas terræ, & trunci lætitia non adſit.* Papinius Silv. I. *Nec tantum induerint fatis nova ſecula crimen.* Idem Theb. VIII. *flammantur in hoſtem Cornipedes Corpora ceu mixti Dominis, iraſq; ſedentum Induerint.* Acutè ſanè dictum annum ſe induere, qui in ſe ex ſe revolvitur: Dicas Annum etiam ſe Regalibus Auſpicijs involventem, perhiberi.

2. NOTA AULA.] Imperatoris Nomine & Regimine. Licet enim Principum Poteſtas ſumma, Anni tamen Conſulum Nominibus in Faſtos referebantur; & ipſi Principes Reſcriptis Edictiſq; ſuis ea vocabula ſubſcribebant, non annos Regnorum. Ergo jactantior annus cum Principis Conſulis titulo inſcribitur. Nota Aula quia quartus Conſulatus Honorij, annum agentis XIV. Qui primum bimus ſignaverat.

2. JACTANTIOR.] Eſt Papinij, Decimo Septimo Domitiani
gaudere curules

Et ſeptemgemino jactantior æthera pulſet

Roma jugo

Pauca ſunt in brevi illo carmine quæ ſuis Panegyricis non repetierit Claudianus.

FRUITUR.] Innuit ingenti voto ante optaſſe.

3. NEC PASSI.] Indignati. Maleſcripti qui mutant. Paneg. Manlij. *Ille ferox unoque tegi non paſſus Olympo Immenſum per inane volat* Damaſus Elogio Chriſti: *noſtra domuiſti crimina vita Paſſus corporea mundum veſtire figura.* Claudianus III. Raptus: *mox ipſe ſerenus Ingreditur, facili paſſus manſueſcere riſu.* Nulla ergo mutatione opus. Limina memorat quia Moris faſces affigi poſtibus eorum qui Magiſtratum inirent, De Coſſ. noſter Panegyrico Probiniano.

Vnanimos fratres, cuncto ſtipante Senatu,

Ire forum, ſtrictaſque procul radiare ſecures.

Atq; uno bijuges tolli de Limine faſces.

Alludit Petronius in Trimalchione: *In poſtibus triclinii faſces erant cum ſecuribus fixi.* Cæſarum verò domibus Laurea triumphalis perpetuò accubabat. Ovidius, Metamorph. I. De Daphne. *Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos Ante fores ſtabit.* Ut ante Summorum Pontificum. Plinius, libro XV. cap. XXX. *Laurus triumphis pr. priè dicatur, vel gratiſſima domibus janitrix Cæſarum Pontificumque. Quæ ſola & domos exornat, & ante Limina excubat.* Seneca Conſolat. ad Polybium. capite

pite XXXV. *Hoc fuit in rebus humanis Fortuna. Hoc erit: Nihil inauſum ſibi reliquit, nihil intactum relinquet. Ibit violentior per omnia, ſicut ſolita eſt ſemper; eas quoq; domos auſa injuria cauſſa intrare, in quas per templa aditur, & atram laureatis foribus inducere veſtem* Quærunt hoc Senecæ loco docti quæ dicantur templa hæc, quæ domus, per hæc adiri conſuetæ? Clara eſt res in Procerum Romanorum magnificis ædibus peculiaria fuiſſe Sacraria, quotidianæ ſuperſtitioni perficiundæ, quæ familiaria quædam fana aut templa dixit Seneca. Cicero libro XIII. Famil. Epiſt. II. *Cajo Aviano Evandro, inquit, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum utor, & patrono e jus Marco Aemilio, familiariſſimè.* Vides tam fuiſſe ſpatioſa ut peculiarem familiam habitatricem cœperint. Ita Livius lib. XXIV. Interficiendam in ſacrarium domus confugiſſe ſcribit, eadem more conſtructæ: *Heraclea erat filia Hieronis, uxor Soſippi: ea cum ad ſe quoque veniri praſciſſet, in Sacrarium ad Penates confugit, cum duabus filiabus virginibus, reſolutis crinibus, miſerabiliq; alio habitu.* Auſonius Ephemeride ad ſervulum ſuum, ſummo manè excitatum.

> *Puer eja ſurge & calceos,*
> *Et linteam da ſindonem,*
> *Pateatq; fac ſacrarium*
> *Nullo paratu extrinſeco.*

Hoc autem genus Sacrariorum ſæpè Veſtibula ædium occupaſſe clarum ex Petroniano Satirico, cujus verba mox ponemus. Et magnifice certè ſtatuis ornamentisq; alijs exornata fuerunt, ut intrantes velut per inſtructa Templa in habitacula Dominorum procederent. Taceo à principibus ipſa Fana in veſtibula redacta, ut Caligulæ exemplum probat. Suetonius, cap. XXII. *Datoq; negotio, ut ſimulacra numinum, religione & arte præclara, inter quæ Olympici Iovis, apportarentur è Gracia, quibus capite demto, ſuum imponeret: Partem Palatij ad Forum uſq; promovit, atque æde Caſtoris & Pollucis in Veſtibulum transfigurata, conſiſtens ſæpè inter fratres Deos, medium ſe adorandum adeuntibus exhibebat.* Eadem Dio, lib. LIX. *Et poteſt ut eam* domum Caligulæ alioquin infeſtus, ſubnotaverit Seneca. Petronius Arbiter de domo Pompei Trimalcionis: *Retulimus ergo dextros pedes; Diſpenſatoremque in Precario aureos numerãtem deprecati ſumus, ſervo remitteret pœnam.* Quæ verba indicant pariter, precarium illud fuiſſe in veſtibulo ædium, quod quidem inconſideratiſſimè in *pratorium* mutant interpretum nonnulli, cui minimè iſthic locus: cũ cõtrà veriſimilimum ſit eumdem locum, diſtinctis tamen conclavibus, theſauros & Deos Trimalcionis illius cuſtodiiſſe. In veſtibulis porrò Foci erant & Sacella veterum, qualiacunq; etiam Deorum etiam rudium adhuc & ferè ligneorum, ut ait Tibullus, quæ Luxuriam poſt Romanam in Templa commutaſſe cenſorius Senecæ ſermo notat, ſanè inde & veſtibula ipſa nominari cœpta tradunt Grammatici. Nonius Marcellus: *Veſtibula quidam putant ſub ea proprietate diſtincta, quod in primis ingreſſibus, & in ſpatiis domorum Veſta, hoc eſt aræ, & foci, ſoleant haberi. Precaria* autem talia exornabant plurimis Deorum ſtatuis, ambitione inſigni. Auctor priſcus de Translatione B. Jacobi, in Monumentis Floriacenſibus. *Degebat eo loci, in extremis videlicet Gallaciæ finibus, gentilis matrona & Nobilis, quæ erat multæ familiæ, & ampliſſimi fundi poſſeſſor & Domina. Hæc in Idoli ſuo multa ſimulacra dæmoniorum recondita habebat, quæ ſæpiſſimè adorabat, quia Dominum verum ignorabat.* Sic è pretioſiſſima materia Doctorum ſuorum imagines in Larario habuiſſe M. Antonium ſcribit Capitolinus, & pluribus nos illuſtramus lib. LXXXI. Adverſariorum. Precarium in Petronio ſervant omnes Codices, & malè ei movetur controverſia.

4. REDUCES.] Velut exſulaverint hactenus. Omnia agit ut majeſtatem priſcam Conſulatui reſtituram indicet. Sanè verò multi Barbari nomina Faſtis hactenus intulerant, re Romana exigente, Tutores propugnatoresque Imperij contrà alios extraneos. Sic

Sic Dagalaifus cum Gratiano Auguſto ut & Merobaudes, Conſules fuerunt, minimè Romani tituli homines, neq; Græci: cum Clearcho ſub Theodoſio Ricomer, cum Arcadio eodem Principe, Bauto. Poſt ejusdem exceſſum ſub Honorio, cum Vincentio, Fravita, cum Theodoſio Rumoridus, ſolus, & cum Anthemio, Stilico, quorum vocabula TransRhenanas & TransDanubianas linguas ſpirant, nunc quoq; ex ijs interpretanda. Noſter Honorio Conſule ſummum Dignitati honorem plenè reſtitutum canit, ut cum ſumma poteſtate conſpicuus, tum nemini Barbaro jam tangendum, videri velit Romanum Conſulatum.

5. AUGUSTO CONSULE.] Summo Magiſtratui unius hominis Conſulatum junxiſſe primum L. Sullam ſupra ex Appiano docuimus. De Cæſare idem tradit Lucanus, nimium quidem confidenter, niſi quod ejus tamen Poteſtas Dictaturam Sullæ longè exceſſit. Libro V.

Ipſe petit trepidam, tutus ſine milite, Romam,
Iam doctam ſervire togæ; populoque precanti
Scilicet indulgens ſummum Dictator honorem,
Contigit, & lætos fecit, ſi Conſule, faſtos.
Namq; omnes voces, per quas jam tempore tanto
Mentimur Dominis, hac primum repperit ætas.
Qua, ſibi ne ferri jus ullum, Cæſar, abeſſet,
Auſonias voluit gladiis miſcere ſecures.
Addidit & faſces aquilis, & nomen inane
Imperij rapiens, ſignavit tempora dira
Mœſta nota.

Ex illo tempore, adjicit, Conſulatus fuiſſe nuda tantum nomina, ſolum diſtinguendis temporibus apta, cum pro lubitu principes omnia facerent; Quod ludibrium ei Magiſtratui demſiſſe videri vult Claudianus ab Honorio ſuo.

4. AUGUSTO.] Summo Principe. De voce Suetonius libro II. Suida:

αὔγουστα λέγονται τὰ τίμια, καὶ μεγάλα, καὶ ἐπίσημα.

Vox Græcis non aſſequenda.

5. ARMORVM PROCERES LEGUMQVE POTENTES.] Leges ubiq; opponit armis, per eas Politicum adminiſtrandæ Juſtitiæ ſecundum jus ſcriptum & Reſcripta Principum, Conſuetudinesq;, ſtatum, intelligens. Vides, ait, quanta ſit dignitas reddita Togato Civilique magiſtratui, cum omnes Duces, quorum in manibus cum milite poteſtas eſt, Conſulem novum ſtipent. Haud dubio hæc in tacitam Stiliconis gloriam dixit, cui ante omnes Heroas addictus fuit. Diſtinctio ſic eſt concinnanda, ut hæc ſententia exeat, nonnihil in vulgatis Libris læſa. Patricij habitus, Senatorios denotant. Stiliconis quanta fuerit potentia ſuperius notata ſatis docent, quodq; parentem Principis palam dicat Prudentius, minimè adulator. libro II. in Symm.

dux agminis imperiique
Christipotens nobis juvenis fuit, & Comes ejus
Atq; parens, Stilico.

Zoſimus lib. V. *ἄγραφον νόμον* fuiſſe quicquid Stiliconi placuiſſet tradit, quem revera *LEGVM POTENTEM* dixerit hic Claudianus. *στρατηγὸν παντὸς στρατεύματος* vocat ibidem idem, quæ eſt altera pars Poetæ dictorum. *Magiſtrum Armorum* celebrat Paullus Diaconus, *Tutorem Imperii*, Idem Libro XIII. *Toti Imperio præfectum* Georgius Cedrenus; *Omnis Honorianæ militiæ* Sozomenus.

6. MORE GABINO.] Vetuſtiſſimo, cum Conſuli pareret miles, Cinctum etiam Gabinum, toties alibi nominatum, dicas; quo expeditè pugnaturi, ſe exſerebant. Vt Feſtus, & de Decio jam devoto, Livius, lib. VIII. *ipſe incin-*

incinctus cinctu Gabino, armatus in Equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit.

7. DISCOLOR INCEDIT LEGIO.] Ducibus togatis, Patritio habitu ſumto, milite partim ſagato, partim togato. Militem niveo habitu indutum, vexiſſe Honorium ad Cõſulatum capeſſendum tradit infrà DLXX. *Incedere* gravitatem, majeſtatem, indicat. Virgilius de Junone *quæ divûm incedo Regina.*

8. BELLORUM SIGNIS.] Draconibus & Aquilis. His addebatur Honorij ævo effigies. Prudentius libro & loco modo nominatis.

> *Deus unus Chriſtus utrique:*
> *Hujus adoratis altaribus, & Cruce fronti*
> *Inſcripta, cecinere tuba: prima haſta Draconis*
> *Præcurrit, qui Chriſti apicem ſublimior effert.*

8. VEXILLA QUIRINI.] Togarum Senatoriumque agmen, quod inſtituit Romulus.

9. LICTORI CEDUNT AQUILÆ.] Conſuli Duces Militiæ. *Propiores*, inquit, *Cæſariani Conſuli ſunt Lictores quam Aquiliferi.* Eadem gloriabatur Cicero.

> *Cedunt Arma Togæ. Lictores in acie Coſſ. adfuiſſe docet Silius.*

10. RIDET QUE.] Poſitis minis, obtutuque caſtrenſi. Falſum ergo fecit hic miles Honorianus, quod generatim Menander olim dixit apud Stobæum, Serm. LII.

> Κομψὸς στρατιώτης οὐδ' ἂν, εἰ πλάττοι θεὸς, οὐδεὶς γένοιτ' ἄν.

Eadem Noſter repetit Panegyrico Nuptiarum Honorij.

TOGATUS.] Suo ſemper alioquin habitu civili cultu hominibus irriſus. Idem Comicus:

> Ἐνλοιδόρητοι, ὡς ἔοικε, φαίνεται
> τὸ δὲ στρατιώτου σχῆμα, καὶ τὸ δὲ ξένου.

Popularitas autem & civilitas principum in eo laudatur, quod militem ad Vrbem & in ſedibus Imperij togatum eſſe voluerunt. Capitolinus in Marco: *Reverſus ad Italiam navigio tempeſtatem graviſſimam paſſus eſt. Per Brunduſium veniens in Italiam, Togam & ipſe ſumſit, & milites togatos eſſe juſſit, nec umquam ſagati fuerunt ſub eo milites.* Quæ inepta extremis verbis ſcriptura eſt. Scribe: *nec umquam ſagati adfuerunt cum eo milites.* In Italiam nimirum venerunt. Alijs Principibus adeo ſagis ſuis addictus miles fuit, ut in ijs etiam aliquando diſcumberent. quod juſſiſſe Saturninum Tyrannum cap. XXII. tradit Trebellius Pollio. Sic verò ad majeſtatem quoq; priſtinam Rei Romanæ pertinet, quod juſſi quandoq; à Principibus Senatores Equitesq; non niſi *Togati prodire* in publicum. Spartianus Adriano: *Diſciplinam civilem non aliter tenuit quam militarem. Senatores & Equites Romanos ſemper in Publico togatos eſſe juſſit, niſi ſi à cœna reverterentur. Ipſe, cum in Italia eſſet, ſemper Togatus proceſſit.* Olim id Ambitionis erat, ut vides in Seneca de Tranquillitate, cap. XIII. *Scit ſapiens omnes hos qui Togati Purpuratiq; incedunt, valentes coloratosq;, malè ſanos eſſe, quos non aliter videt, quam ægros intemperantes.* Unde capiat Lucem, quod Tacito dictum Annal. XI. *Cogitare plebem qua toga eniteſceret.* De quo uberius alibi, ut & ſuper eo quod Livius indicat milites hyeme togatos & tunicatos fuiſſe.

10. MEDIIS EFFULGET CURIA CASTRIS.] Senatus. Senatui dignitatem ſervari, & Duces militiæ Senatorio habitu inter milites armatos ſtipare Cæſarem Conſulem dicit. Curia eſt Senatus ubicunq; conveniens. Lucanus V.

> *peregrina ac ſordida ſedes,*
> *Romanos cœpit Proceres, ſecretaque rerum*
> *Hoſpes in externis audivit Curia tectis.*

Idem Lib. III.

> *Omnia Cæſar erat: privatæ Curia vocis,*
> *Teſtis adeſt; ſedere patres, cenſere parati.*

Qui Principes ſenatui ſuam dignitatem ſervarint, læſerint, notant plerumque ſcriptores Auguſtæ Hiſtoriæ, non indiligenter Aurelius Victor multis locis.

11. PALATINO SENATU.] Imperatore, Totaq; aula Senatum cultu referentibus, inq; comitatu habentibus. Notari poteſt *SENATUS* dici etiam loca conventui Senatorio deſtinata aut apta. In deſcriptione priſca Conſtantinopolis: Habet Urbs Conſtantinopolitana Palatia quinque, Eccleſias quatuordecim, Domos divinas Auguſtarum, VI. Domos Nobiliſſimas. III. Thermas. VIII. Baſilicas II. Fora. IV. Senatus. II. Horrea. V. Theatra II. Luſoria. II. Portus. IV. Unde Senatulum, Matronarum Curiam quandam, dixit Antoninus Alagabalus, Lampridius: *Fecit & in colle Quirinali Senatulum, id eſt mulierum Senatum, in quo ante fuerat conventus matronalis.* Vopiſcus, fine Aureliani: *Senatum, ſive Senatulum, matronis reddi voluerat, ita ut primæ illic quæ ſacerdotia. Senatu auctore, meruiſſent.* *Pariter appellat* Publius Victor Deſcriptione Antiquæ Romæ: Nec aſſentimur Caſaubono aliiſq; doctis viris vocem mutantibus. *Senatum Matronarum* Romæ agnoſcit etiam Hieronymus ad Marcellam invitatoriâ Bethlemum: *Habeat ſibi Roma ſuos tumultus, arena ſæviat, Circus inſaniat, theatra luxurient, & quia de noſtris dicendum eſt, Matronarum quotidiè viſitetur Senatus.* Verum Senatum ne poſt occiſam Semiamiram, Alagabali matrem, *ulla* mulier introiret: cautum, diriſque devotionibus ſancitum ſcribit idem Lampridius.

12. TRABEAM BELLONA GERIT] In Gratiam Honorij. Quod multo verborum fictionumq; ſplendore noſter, ſimpliciter dicit Sidonius, vir alioquin magni ingenii, ſed qui affectando & ineptiendo ingens detrimentum Romanæ Eloquentiæ intulit, poſteritatem ex inſanitura exemplo ſuo inſaniorem facturus, Paneg. Majoriani.

> *Concipe præteritos, Reſpublica, mente triumfos:*
> *Imperium jam Conſul habet: Quem purpura non plus*
> *Quã lorica operit: Cujus diademate frontem*
> *Non Luxu ſed Lege tegunt: Meritiq; laborum*
> *Poſt palmam palmata venit. Decora omnia Regni*
> *Accumulant Faſces, & princeps Conſule creſcit.*

13. HUMERIS VECTURA CURULES.] Militem per Bellonam intelligit, qui humeris tulit Imperatorem Conſulem. Infra hoc eodem Libro.

> *Nunc quoq; quos habitus, quanta miracula pompæ*
> *Vidimus, Auſonio cum jam ſuccinctus amictu.*
> *Per Ligurum populos, ſolito conſpectior, ires.*
> *Atq; inter niveas altè veherere cohortes*
> *Obnixuq; ſimul pubes electa lacertis*
> *Sidereum geſtaret onus.*

Quod quidem ſummum obſequium, ſummumque officium. Sic Cicero jactavit *Humeris ſe Reipublica* ab Exſilio domum relatum. Notat in hoc morem Principibus ex arrogantia & adulatione populi factum, Plinius Panegyrico: *Qui dies ille, quo exſpectatus deſideratusq; urbem tuam, ingreſſus es? quam mirus latusq; ? Nam priores invehi & importari ſolebant, non dico quadrijuge curru, aut albentibus Equis, ſed humeris hominum, quod arrogantius erat: Tu ſola corporis Proceritate elatior aliis & excelſior, non de Patientia noſtra quemdam triumfum, ſed de ſuperbia Principum egiſti.* Conſules quidem, ob reverentiam Dignitatis, penè ab amicis geſtabantur. Id quod Conſuli ſibi Julianum Imperatorem penè feciſſe teſtatur Mamertinus Panegyrico: *Penè intrà ipſas Palatina domus valvas Lecticas Conſulares juſſit inferri, & cum honori eius venerationiq; cedentes, ſedile illud dignitatis ampliſſima excuſaremus, ſuis nos propè manibus impoſitos, mixtus agmini Togatorũ, præire*

cepit

cepit pedes gradum moderans penè ad Lictoris nutum & Viatoris imperium.

13. SACRAS CURULES.] Conſecratas inſidente Principe. Sic loca quæ tranſierit eumdem ſacraſſe ſuperiore Panegyrico dixit. Sed & alioquin ſacra ea ſedes. Lucanus, libro III. *non Conſule ſacra Fulſerunt ſedes* Conſulatus ea tum adhuc dignitas, ut ſummos poſtea etiam faſces dicere auſus ſit Rutilius, libro I. Itin.

> *Sedula promiſit ſummos imitatio faſces,*
> *Si fas eſt meritis fidere, Conſul erit.*

14. LAURIGERAS SECVRES.] Rebus lætis & Imperatorum omnibus, Faſces Laureis cinctos dudum notarunt Collectanea doctorum, *Luſtrationibus*, quibus & incendebatur Laurus, pariter cultos noto ex Obſequente, cap. LXVIII.

15. LATIA TOGA.] Inſigni Romanæ Civitatis & Rei. Gens togata, Maroni, Togatæ manus, Romanæ. Lucano, lib. VII.

> *Non illic Regum auxiliis collecta juventus,*
> *Bella gerit, ferrumq; manus movere Togata.*

17. FERREVS CVRRVS.] Deſcriptus Papinio, lib. VII. Ipſe Mars talis, Nonno libro XXXII. alijs infinitis. Vulgata enim omnia.

18. ERIDANI PER PRATA.] Non lōgè ſcilicet diſſita, maximè paſcua, digna pabulo divinorum Equorū. Adeo dilectus Poetis hic fluvius, ut etiam in campos Elyſios perfluere dicant, uti Maro lib. VI. Ut mirum ſit doctos viros dedita opera fabuloſa ejus confutaſſe, in quibus ſunt Polybius & Lucianus. Laus & comparatio cum Nilo & Danubio exſtat in Lucano, lib. II. Reliqnias in cœlo poſitas notares. Aratus θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται Λείψανον Ἠριδάνοιο.

19. VLPIA PROGENIES.] Patria & Origine ad Trajanum relatum Theodoſium notavi ad ſuperiorem Panegyricum, verſ. CLXXVI. Victorini verba ſunt: *Theodoſius genitus Patre Honorio, matre Thermantia, genere Hiſpanus, originem à Traiano principe trahens. Quam ſimilis corpore animoq;, moribus etiam maior, fuerit hoc ſummo Principe* Theodoſius, idem ſcriptor, & ex eo ſcribit Paullus Diaconus, cum ſequentibus alijs, nequaquam ſanè aſſutitijs verbis, ut opinari voluiſſe video, cum repetierint ea ex Victorino ætate propinqui & alii deinceps ſcriptores. Similitudinem Trajani tangit & Oroſius lib. VII. cap. XXXIV. *Theodoſium omnibus ei humanæ vitæ virtutibus comparans.*

19. DIADEMATA.] Principes Romanos, quos inſtar Vectigalis Hiſpaniam dediſſe alibi ait. *Sola novum Latiis vectigal Iberia rebus Contulit, Auguſtos.* De uſu Diadematum collegerunt Lipſius ad Tacitum, Bulengerus de Imperatore, alij.

20. IBERA DOMVS.] Theodoſius gente Hiſpanus. Noſter hoc Libro infrà *Hiſpania Patrem Auriferis eduxit aquis. Natas in Cauca*, Civitate Gallæciæ. Zoſimus, lib. IV.

αἱρεῖται τῆς βασιλείας κοινωνὸν Θεοδόσιον, ἐκ μὲν τῆς ἐν Ἰβηρείᾳ Καλλαιγίας, πόλεως Καύκας ὁρμώμενον, ὄντα δὲ οὐκ ἀπόλεμον, οὔτε ἀρχῆς στρατηγικῆς ἄπειρον.

Jejuna ſanè, invida, malignaq; laude pro tanto Principe. Idatius: *Theodoſius, natione Hiſpanus, de Provincia Gallacia, civitate Cauca, à Gratiano Auguſtus appellatur. Italicam, Trajani Patriam adſcribit* Marcellinus Comes, quorum inclinant & alij. Patriam inter laudes laudandi Principis recenſet. Pacatus. Cuncta igitur à capite, propoſito ordine, proſequamur. Jam profectò conſtabit eum principem declaratum, qui & ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus. Nam tibi primum mater eſt Hiſpania, terris omnibus terra felicior. Gregorius Nyſſenus Vita Thaumaturgi eum morem, Paganis uſurpandum, abjudicat præconibus Laudum Chriſtianis.

20. VILIOR UNDA.] Antiquiſſimæ nobilitatis ſuprema repetitio à fluminibus. Sic

multos ſuorum Heroum fluviis filios donant Argonautarum præcones, & Homerica Poëſis; ut vix ullum illuſtre genus non inde ſanguinem duxiſſe, aut miſcuiſſe conatur. His omnibus ut Theodoſium præferat noſter; non, ut illi, flumini alicui addicit natum, ſed ipſi Deorum genitori, Oceano. Sic in Epithalamio Honorij.

Tagus intumeſcat auro:
Generiſq; procreator
Sub vitreis Oceanus
Luxurietur undis.

21. CVNABVLA FOVIT OCEANVS.] Oceanum parentem Deorum dicit Ὁμηρικῶς, à quo omnium originem, etiam hominum, alij deducunt. Orpheus:

Ὠκεανὸν καλέω, πατέρ' ἄφθιτον, αἰὲν ἰόντα,
Ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων.

Homerus, Iliade XIV. Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Θητύν. Scholiaſtes. γένεσιν, πατέρα, ἐπεὶ πρῶτον στοιχεῖον τινες τῶν φυσικῶν εἶπον τὸ ὕδωρ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὰ λοιπὰ τρία, ὅθεν ὁ Πίνδαρος ἄριστον, εἶπε τὸ ὕδωρ. Scholiaſtes Pindari, eo loco:

ἡ δὲ τῶν γένεσις ἐξ ὠκεανοῦ γέγονε.

Originem hanc Deorum altè per monſtra fictionum repetit Athenagoras Legatione pro Chriſtianis: *Dii ait*, inquiunt, *non erant ab æterno: ſed ita eorum natus eſt quisque, ut & nos naſcimur, & in hoc omnes conſentiunt.* Sic enim canit Homerus:

Oceanumq;, Thetynq;, Deorum progenitores.

Orpheus verò qui & nomina eorum invenit primus, & generationes, & geſta ſingulorum Carmine proſecutus eſt, inq; divinis rebus explicandis fide dignior cæteris habetur, quem & Homerus cum aliis in multis tum circa Deos quoque maximè ſequitur, pariter primam eorum generationem ex aqua conſtituit.

Oceanusque, Dijs cunctis communis origo.

Fuit enim aqua, ſecundum ipſum, principium omnium. Ab aqua ſubſidente creata eſt Ilys, id eſt Lutum. His parentibus ortum eſt animal Draco, cui agnatum erat caput Leonis, corpus verò medium continebat faciem Dei, Herculis aut Chroni, dicti. Ab Hercule natum eſt ovum immenſæ magnitudinis, quod, dum completur, vim paſſum ex attritione à genitore ſuo in duas partes diſſiliit. Et ſuperior quidem in cœli formam perfecta eſt: *inferior verò delapſa terram conſtituit:* & quæ ibi ſequuntur, Tædet enim pudetq; ſacrilegorum delitiorum. Viſe & Cornutum, ſive Phurnutum, cap. VIII. Virgilius quoq;:

Oceanumq; patrem rerum.

Sciteq; Capella in Satirico, omnium Deorum nutricem appellat Thetidem. Inter Philoſophos hujus doctrinæ auctor fuit Thales, cujus Sapientia Poſteritati Proverbium fecit. Scholiaſtes idem Pindari:

ἀρχὴ γὰρ τῶν ὅλων κατὰ Θαλῆν τὸ ὕδωρ.

Vide Laertium Vita, Plutarchum, non illum Chæronenſem, Placitis. Auſonium Ludo Sapientum. Minutium Felicem Octavio. Ciceronem I. de Nat Deorum. Academic. Q. lib. II. & Alibi. Lactantium, lib. I. cap. V. Alios infinitos. Poëticis litteris notandum aliud Numen omninò à Neptuno eſſe Oceanum, etiam ejus Amphitrite. Illum Conjugem hujus, Oceanum perhiberi Thetidis. Columella.

nunc ſunt genitalia tempora mundi,
Nunc Amor in coitus properat, nunc Spiritus Orbis
Bacchatur Veneri, ſtimuliſque Cupidinis actus
Ipſe ſuas adamat partes, & fœtibus implet.
Nunc Pater æquoreus, nunc & Regnator aquarum,
Ille ſuam Thetyn, hic pellicit Amphitriten.

Et iam

Et jam cæruleo partus enixa marito,
Vtraque, nunc reſerat pontum, atque natantibus implet.

23. IMMENSO.] Commodum ſanè Epitheton Maris, quod non ſine miraculo inſpicies, cum infinitum eſſe, nec animo metam ejus te tangere poſſe conſiderabis. Epigramma Vetus in hanc ſententiam ſcriptum, hic commodè publicabimus:

Quod cernunt oculi Deus eſt; fons nempe Deorum eſt:
Majeſtas cœli vertitur orbe ſuo.
Terra gerit gremio ſeſe cœlique ſuoque.
Et finem ingentis monſtrat uterque globi.
At quæ ſe in pelago tradit, Natura, videndam,
Luminibus dicit; non ego finem habeo,
Omnia me circum, ſuper omnia, fundit aqua lex,
Sic nuſquam immenſi terminus Oceani eſt.
Hic oculos igitur rerum in primordia mittis:
Exſpirant omnes hic numeri atque nota.
Naſcitur hinc quicquid moritur, retroq; recedit;
Huc redit æterno quicquid in orbe perit.
Hæc perimit flammas elementum, alit, evocat, auget.
Omnis abeſt ſapiens æque Thalete procul.

24. HINC PROCESSIT AVUS.] Theodoſij Pater, Honorij avus: de cujus rebus geſtis præcedente Panegyrico. Theodoſium ſeniorem dicere licet, reſpectu Imperatoris, quem Iuniorem vocat nec dum Principem, Ammianus. *Laudes maximi hujus Ducis multa apud eundem Hiſtoricum*, ut facilè omnis ejus ætatis præſtantiſſimum fuiſſe liqueat. Theodoſij Pater fuit, vel adoptione, cum natura patruus, vel revera naturaque. Adoptionem ingerit Victorinus, qui matre certo nominata, certo etiam Honorium Patrem Principi adſcribit; quodque Ammianus & ejus & filij (quem alij ſtatuunt) mentionem habens, non meminit tamen agnationis tam neceſſariæ. Patrem tamen diſertè vocat, nec ulla alterius memoria, Pacatus Panegyrico, qui & genuiſſe ait: *Patrem, Imperator, tuum de te æſtimem: Nec difficilis conjectatio eſt. Nam cum duo ſint quæ claros Duces faciant, ſumma virtus, ſummaq; felicitas, ſcire obvium eſt quâ fuerit felicitate præditus qui te genuit? O digna Imperatore nobilitas, ejus eſſe filium Principem, qui Princeps eſſe debuerit.* Sic & cæteri Hiſtorici, & diſertè Ambroſius, in Oratione Funebri Principis. Vt ſemihabitæ ſuprà Victorino Fidei nos pene pœniteat. Nobilitatem hujus Ducis commendant Græci præcipue Eccleſiaſtici Hiſtorici, dum Proceribus Hiſpaniæ Imperatorem Theodoſium natum adnotant. Virtutem incomparabilem Ammianus, & Pacatus, ille diſciplinam & ſcientiam militarem, cum corporis militari etiam habitu, hic formam majeſtatemque inſuper mirificè commendant. Modeſtiam, verecundiam, Eloquentiam. Symmachus lib. X. Epiſt. I. Res geſtas eumptimis idem Ammianus recenſet, præſens utique, neque non laudat quicunque ævi & bellorum meminit. Interfecti annû CCCLXXIX. Chriſtianum notat Hieronymus Chronico, Cædem imperavit furens fato imminente Valens; ejus meminit Ambroſius, Triumfatorem interfectum, & filio pariter ſtructas inſidias dicens, Oratione modo nominata: *Portavit*, inquit, *jugum grave Theodoſius, à juventute: Quando inſidiabantur ejus ſaluti, qui Patrem ejus triumfatorem occiderant. Portavit jugum grave quando Pietatis ſubijt exilium* (*fortè auxilium*, ut Arrianorum latè dominantium ſub Juſtina alijſque indicet repreſſionem,) *quando infuſis Romano Imperio Barbaris ſuſcepit Imperium.* Jornandes de Succeſſionibus: *Valens Imperator, Lege lata ut monachi militarent, nolentes juſſit interfici: Quando & Theo-*

doſius Theodoſij, poſteà Imperatoris, Pater, multiq; nobilium occiſi ſunt Valentis inſania. Paullus Oroſius lib VII. cap.XXXIII. *Comes Theodoſius, Theodoſij, qui poſt imperio præfuit, Pater, a Valentiniano miſſus, effuſas Maurorum gentes multis prælis fregit, ipſum Firmum adflictum & oppreſſum coegit ad mortem. Poſt cum experientiſſima Providentia, totam cum Mauritania Africam meliorem priſtinis Legibus reddidiſſet, inſtimulante & obrepente invidia juſſus eſt interfici.* Qui addit Chriſtianum tanti viri exceſſum: *Juſſus interfici apud Karthaginem baptizari in remiſſionem peccatorum praeoptavit, ac poſtquam ſacramentum Chriſti, quod quæſierat, aſſecutus eſt; poſt glorioſam ſeculi vitam etiam de æternitate Vitæ ſecurus, percuſſure jugulum ultrò præbuit.* Ex quo eadem Paullus Diaconus lib.XII. Miſcellæ, Freculphus Tom.II. Lib.IV. cap.XIX. Alijque porro. His poſitis conſiderariſque penè dixi fidem me Victorino demere, qu tamen magis de Theodoſij rebus accuratè nemo ſcripſit; At in ejus ſententiam rurſum manu velut injecta me retrahit Proſper Chronico, diſertis verbis Theodoſio Principi. Seniorem Theodoſium *Patruum* non *Patrem* adſcribens: *Auſonio*, inquit, *& Olybrio Conſulibus Gratianus poſt mortem Patrui Theodoſii, Theodoſium filium in conſortium aſſumit imperij, & ei regnum tradidit orientis.* Sed verba hæc mendoſa ſunt, cur enim Patruum Imperatoris novi memoraverit, tam paucorum verborum Chronologus; Veteris, qui magis erat in ore, & Imperator ipſe, reticuerit? Scribe *poſt mortem Patrui, Theodoſium, Theodoſii filium, in conſortium aſſumit Imperii.* Sic Caſſiodorus Chronico, & Res clara: *Valens enim Patruus Gratiani*, ab cujus exceſſu adſcitus Theodoſius. Marcellinus Comes: *Theodoſius Hiſpanus à Gratiano A. apud Sirmium poſt Valentis interitum Imperator creatus eſt.* Oroſius lib.VII. cap.XXXIV. *Gratianus poſt mortem Valentis ſex annis Imperium tenuit, quamvis jamdudum antea cum Patruo Valente & cum fratre Valentiniano regnaret.* Erraverit igitur Victorinus, aut mendo à ſciolo fuerit inquinatus.

25. AFRICA.] Trans Rhenum primum Barbaros domuiſſe Seniorem Theodoſium dicit, deinde in Africa, poſtmodum Britannia. De omnibus Noſter Bello Gildonico, & Pacatus Panegyrico verbis poſtponendis. Africanas ejus victorias celebrat Ammianus, Britannicas eiſdem ſubiiciens, ut ſerie ſua ſe ſunt ſecutæ.

26. CALEDONIIS.] Britanniam felicibus expeditionibus eundem Theodoſium Comitem pacaſſe, & ex utroque bello, tam Africano quam Britannico, quorum hic noſter teſtis, ſtatuas meritum, inter priſcorum maximorumq; Ducum nomina auctor Symmachus lib.X. Epiſt.XXII. & LVII. Laudatur Princeps à varietate gentium bello aditatum, eam indidem commendat & Trajanum Plinius: *Cognoviſti*, inquit, *per ſtipendia decem, mores gentium, regionum ſitus, opportunitates locorum, & diverſam aquarum cælique temperiem, ut patrios fontes patriumque ſidus, ferre conſueviſti; quoties equos, quoties emerita arma mutaviſti?* Sic Theodoſius Princeps laudatur, quod ætate varijs militijs bonam partem inſumta, experientiſſimus bellorum Imperio fuerit adſcitus. Quo intelligendum quod armis maturum ad Rem.p. gubernandam veniſſe ex Rufino notat Haymo libro X. Eccleſ. Hiſt. cap.VI. πολλὰ κατὰ τοὺς πολέμους ἀγωνισάμενον dicit Socrates, lib.V.c.II. διὰ τὴν ἀνδρείαν ὀνομαστότατον Theodoretus lib.V. cap.V. ἄριστα πολλάκις ἐν πολέμοις διαγινόμενον Sozomenus, lib.VII. cap.II. Bellica fortitudine regnum paraſſe Theodoſium, ſcribit Syneſius ad Arcadium de Regno.

25. MEDIOS LIBYÆ.] Summum calorem cœli, ſummumque rigorem componit ut omnia exantlaſſe dicat Heroem ſuum. Optimè autem reſtituta hæc lectio ex Cujacianis libris, aſſentientibus, Noſtro, Belgis, Delrianis, Camertianis, quoſque Andreas Schottus contulit: Vulgata bruta eſt, connivente

nivente licet cum Bentinianis & Aldinis incomparabili Scaligero, cui Typographum non paruiſſe magis putem.

27. DEBELLATORQUE BRITANNI LITTORIS.] Cautè & verè. Non enim intimorum locorum ejus inſulæ. Ita rem geſſiſſe, ut quas turbatas confuſaſque provincias adiverat, relinqueret tripudiantes, exceptus inſtar Camilli aut Curſoris alicujus à ſuis redux, ſcribit Ammianus. Apud quem geſta hujus ſummi viri in Britannijs lege junctis paginis CCCLXX. CCCLXXI. CCCLXXII. cum CCCXCIV. CCCXCV. CCCXCVI. Editionis Friderici Lindebrogij.

29. BOREÆ VASTATOR ET AVSTRI.] Rebellium inibi Barbarorum.

30. RIGOR ÆTERNVS.] Frigus perpetuum, inclementia cœli nulla, inquit, virtutem hujus Ducis impediebat, quin ijs locis cæderet hoſtes quibus tuti aere ſuo videbantur. Paria Ennodius Panegyrico Theoderici: *Tunc in campo hyems, & jugi pruinarum candore velata Cæſaries, barbam ſtiriis implicuit crine poſſeſſo. Paſtum agminibus ſuis aut indevota nationes, aut educata luſtris fera ſuggeſſit. Inter hæc quæ tibi cum glacie aut ardore ceſſerunt: unã certaminis tui lineam ſummotenus libet attingere. Vlca fluvius eſt, tutela Gepidarum: Ad hunc te callis tui rigor traduxit, &c.* Ita alij ejus generis *Æternus rigor*, inſolubilis. Drepanius Florus, Chriſtianorum Poetarum nimis adnumerandus, nec ævo, cui adſcribitur.

> *gens nulla nivali*
> *Vſque adeò ſubjecta polo, quam frigore pigram*
> *Sidus, & æterna premit inclementia brumæ.*

Diſtinctio noſtri ſic concinnanda. *Quid rigor æternus cœli? quid ſidera proſunt Ignotumq́; fretum? Maduerunt ſaxone fuſo, &c.*

31. QUID FRIGORA.] Plerique ſcripti Codices hanc lectionem oſtentant. At verior utique noſtri, & nonnullorum Belgicorum cum Bentinianis *Cœli, quid ſidera* Eruditè enim *Sidera* frigorum etiam vim habent, ut in Drepanij Flori verbis modò adſcriptis *quam frigore pigram Sidus, & æterna premit inclementia brumæ.* Hic enim *Sidus* omnem cœli conſtitutionem qualitatemque ejus regionis deſignat. Ita apud Plinium Panegyrico: *Diverſam aquarum cœlique Temperiem, ut Patrios fontes, patriumque ſidus, ferre conſueviſti, alioquin latior* hujus vocis uſus quam vulgo ſcitur. Luna ſidus eſt in Frontino Strategem. lib. I. cap. XII. *Lucius Sulpitius Gallus defectum Lunæ imminentem, ne pro oſtento exciperent milites, prædixit futurum. Agathocles Syracuſanus adverſus Pœnos ſimili eiuſdem ſideris diminutione, qua ſub diem pugnæ, ut prodigio, milites ſui conſternati fuerant, ratione qua id accideret, expoſita, docuit, quicquid illud foret, ad rerum naturam, non ad ipſorum propoſitum pertinere.* Sol, apud Petronium:

> *Orbem jam totũ Victor Romanus habebat,*
> *Qua mare, qua tellus; qua ſidus currit utrumque*

Id eſt Sol Oriens & Occidens. Walafridus Strabus, nam aliquando tales priſcis addimus Hortulo:

> *pars illa perennibus umbris*
> *Defugiat Solem; pars hæc, quia celſior, ignei*
> *Sideris acceſſũ lateris negat obice durum.*

Æſtus notatur hac voce alibi, ut noſtro & Drepanio iſthic, frigora. Appuleius Floridis: *ſiti*, ait, *prope Oceani reflexus, & Solis exortus, primis Sideribus, ultimis terris.* Vbi de Indis loquitur. Vt aſtra Papinio lib. I. v. 305. Theb. *temperet aſtra galero Frigus ſignans*, & alio loco apud Plinij Panegyricum: *Cum fera gentes ſolis magis, quam ſuo cœlo, ſuo ſidere, armentur.* Quæ verba vel ſola veram hanc Lectionem noſtro contrà fatuos Librarios conſervant. Cœlum, Conſtitutionem omnem loci aeriſque notat. Tacitus Germania: Quis enim, *relicta Italia, Germaniam peteret, informem terris, aſperam cœlo?* Tota Periodus Claudiani colludit his Pacati verbis, quæ forte & reſpicit: *Tua Imperator, auſpicia non ſolum*

dum hæ gentes tremunt, quas ab orbe noſtro ſilvarum intervalla vel fluminum, monteſve diſtinguunt, ſed quas, æternis ardoribus inacceſſas aut continua hyeme ſeparatas aut interfuſis æquoribus abiunctas, natura diſterminat. Aliter tamen Claudiani hunc locum legit & interpretatur Ioan. Frid. Gronovius, amicus noſter, cujus libelli omni bona fruge pleni propediem publicabuntur. *Non Oceano Indus, non frigore Boſphorus, non Arabs medio Sole ſecurus eſt, &c.* Talem vero regionem Septemtrionalium populorum, qualem frigoribus inacceſſam hic Claudianus nominat, pleramque agnoſcunt Veteres ſcriptores. His opponit noſter Æthiopes. Quo exemplo Meſſaallah Arabs cap. II. de Ratione Circuli, de Sclavis ſcribit, eorum terram æterno frigore laborare, ut fervore Æthiopiam, Hyperbole porro inſignis, hic cædem Saxonum & Pictorum, in inſulis ſuis trucidatorum, ſenſiſſe alios populos, Ponto nimirum cæſorum ſanguine infecto. Nam qui Pictos in Thule, & Saxonas in Orcadibus ex his verbis quæſiverunt, Poetam ſeſe legere non meminerant, cumque talem qui minus ſit artifex ſcitè paucis plurima, parviſque ingentia ptoponendi.

31. SAXONE FUSO.] Fortitudo & virtus cætera hujus nobiliſſimæ gentis fecere ut ab ijs vel victis vel oppugnatis Imperatores vel in primis laudarentur. Pacatus Panegyrico ad Theodoſium Filium, de Patre hoc eodem, ſummo præconio hic etiam memoratarum virtutum: *Erat iuſta compenſationis occaſio, ut tui patris ſaltem prædicandis virtutibus prolixius inhærerem. Sed quid faciam? Novam quandam patior ex copia difficultatem. Quid, inquam, faciam? Quæ Rhenus aut Vahalis vidit, aggrediar? Iam mihi ſe Sarmatica cæde ſanguineus Iſter obiiciet. Attritam pedeſtribus præliis Bataviam referam? Saxo conſumtus Bellis Navalibus offeretur. Redactum ad paludes ſuas Scotum loquar? Compulſus in ſolitudines avias omnis Alemannus, & uterque Maurus occurrent? Cum igitur impediat turba delectum, ad hoc tanti viri geſta præſtet in ſummam referre, quam enumerando tenuare, dixiſſe ſufficiat, unum illum divinitus exſtitiſſe, in quo virtutes ſimul omnes vigerent, quæ ſingulæ in omnibus prædicantur. An ſi eius ſeculo mos ille vixiſſet, quo Romani Duces Macedonici, Cretici, Numantini, de vocabulis gentium ſubditarum adoptivum inſigne ſumebant; nonne hodie pauciora in Annalium ſcriniis, quam in veſtræ domus titulis cognomenta legerentur. Cum ipſe Saxonicus, ipſe Sarmaticus, ipſe Alamannicus diceretur, & quantum tota Reſpublica habet hoſtium, tantum una familia oſtenderet triumphorum.* Adſcripſi totam longam periodum, quia omnia eadem de eodem viro habet, ut inde Claudianum ſumſiſſe ſua veriſimile ſit, licet vera vel è fama haurire potuerit. Cui rei Tempora non abludunt, Nobilis enim iſta Pacati Oratio ſcripta eſt infante adhuc Honorio ſolius Arcadij mentio [Vide infra] pag. CCLIII. facile evincit. Quam rem tamen ſæpè miratus ſum, cum utique poſt natum jam Honorium dicta arguatur eo argumento quod cædē Maximi complectitur & Triumphalem (ſub finem) Theodoſij in Vrbem ingreſſum, quo tempore quadrimus aut quinquennis fuit is puer, is etiam præſens Parenti, ut notat Idatij Excerptor Caniſianus. Sed & ipſo fine Panegyrici mirū Rhetorem noſtrum conſpectum honorij diſſimulare, cum de Patriis glorietur in hæc verba: *Quibus paror gaudiis? Quæ reverſus urbibus Galliarum diſpenſabo miracula? Quantis ſtupentium populis, quam multo circumdabor auditore? cum dixero; Romam vidi, Theodoſium vidi, & utrumque ſimul vidi: Vidi illum Principis patrem, vidi illius Principis Vindicem, vidi illum Principis Reſtitutorem?* Nulla hic mentio Honorij; ut perperam cenſuit doctiſſimus Levinejus. Princeps primus, eſt Arcadius ultrà quinquennium jam Auguſtus, cum Maximus cæderetur, Secundus, cujus Vindex Theodoſius eſt Gratianus, cujus manes ſano egregie hoſtili ſanguine placavit. Tertius reſtitutus eſt Valentinianus. Occidentali Imperio relictus & de novo paullo ante præpoſitus. Sane mirum mihi quomodo hac oblivione neglecti, aut arrogantia contemtu pueri placiturum ſe

ſobolis

ſobolis amantiſſimo Patenti ſpetare potuerit Pacatus. * Notandum poſterius hoc mitatione ſanè non eſſe indignum. At priote loco Reſpublica loquitur Theodoſio, nondum Principi, quo tempore Honorius natus nondum erat, ut illius alia ſit ratio ponenda. Sed nos ad Saxonas noſtros redimus. Vides his & Pacati & Claudiani verbis primum locum inter fortiſſimas gentes dati. Audaciam pene nimiam notat, inimicior alioquin genti, Saxo Danus l. XIV. dum cuncta eos pronius quam prudentius adminiſtrare dicit. Eodem tamen libro virtutem Danis ſuis perſpectā celebrans. Antiquam æſtimationem ex Lucano & Ioſepho notat Witechindus antiquus ſatiſque diſertus eorum Hiſtoricus: *Validiſſimum hominum genus*, qui nunc Egeſippus inſcribitur è Ioſippo olim ſcriptor excerptus, alijſque effarctus, indeque in id nomen veniens. Feram gentem Salvianus Lib IV. de Gubetnatione Dei; *Crudelitate efferam, ſed caſtitate mirandam*. Idem lib. VII. *Belluarum more crudelem & ſanguinariam convitiatur* Ennodius vita Antonij Lerinenſis. Gentem virtute & agilitate terribilem, periculoſam Romanis finibus, laudat Oroſius lib. VII. cap. XXXII. Exque eo Paullus Diaconus lib. XII. & Freculphus Tom. II. lib. IV cap. XIII. Sed hæc alterius operæ ſunt, & jam alijs occupatæ.

32. ORCADES SAXONE FUSO.] Paluſtri nimirum aut maritimo prælio. Saxones enim eo genere bellandi nobiles. Claudianus, lib. II. Laudum Romæ verbis:

Illius effectum curis, ne bella timerem,
Scotica, ne Pictum tremerem, ne litore toto
Proſpicerē dubijs venturū Saxona ventis.

Pacatus Panegyrico: *Attritam pedeſtribus prælijs Bataviam referam? Saxo conſumtus bellis navalibus offeretur.* Sidonius, l. VIII Epiſt. VI. *Conſtanter aſſeveravit nuper nos claſſicum in claſſe ceciniſſe, atque inter Officia nunc nautæ modo militis, littoribus Oceani curvis inerrare, contrà Saxonum pandos myoparones, quorum quot remiges videris, totidem te cernere putes Archipiratas, ita ſimul omnes imperant, parent, docent, diſcunt, latrocinari.* Ad hoc verò geminis conflictus domeſticarum ſedium ſitus eos inſtruebat: habebantur enim Veterum Saxorum in paluſtribus locis domicilia: Oroſius, lib. VII. cap. XXXII. *Valentinianus Saxones, gentem in Oceani littoribus & paludibus inviis ſitam, virtute atque agilitate terribilem, periculoſam Romanis finibus oppreſſit.* Quo libuerit irrumpere ſolitos inexplorato, itaque non difficillimos opprimi, vides in Ammiano, lib. XXX *Ferociſſimos & infandi nominis, Diis hominibuſque inviſos*, clamat Gildas Britannus, excidium Patriæ deplorans, odio ex recenti tum clade. Habitum priſcæ gentis ſpectandum, ut & ex verbis ingenium, præpingit Witechindus lib. I. ubi loquuntur Legati eorum. *Populus*, inquiunt, *Saxonum tibi devotus & tuis parens imperiis, miſit nos ad te. Et ecce, adſumus parati ad omne quodcunque voluntas tibi ſuggeſſerit: Parati ut aut hoſtes tuos vincamus, aut, ſi fortuna aliud juſſerit, pro te moriamur. Aliam cauſſam nullam Saxonibus eſſe ſcias niſi vincere velle, aut certe vivere nolle: Neque enim gratiam majorem amicis exhibere poſſumus, quam ut pro iis mortem contemnamus. Et, ut hec experimento diſcas, omnino deſideramus. Illis hæc loquentibus mirati ſunt Franci præſtantes animo & corpore viros & novum habitum, arma quoque & defuſas ſcapulis cæſaries, & suprà omnia Animi ingentem Conſtantiam. Nam veſtiti erant ſagis & armati longis lanceis, ſubnixique ſtabant parvis ſcutis, habentes ad renes cultellos magnos.* De Orcadibus viſe Geographos.

IGNOTVMQ'E FRETVM.] Remotiſſima loca ſic appellant ſcriptores. etſi ignota prorſus nec nudus vocabulorum uſus conceſſerit. Dio Caſſius lib XXXVII. ἀγνώστων καὶ πολεμίων ἐθνῶν. Tacitus: *periculum horridi & ignoti maris.* Cæſar Arato. Ignotique maris curſus Manilius.

Et facit ignotis iter nos cōmercia terris. Idem.
Et juvat ignotū ſemper tranſire per orbem.

Columella Præfatione Operis: *Longinqui littoris peregrinus ignotum pererret orbem.*

32. PICTORVM SANGVINE.] Notiſ-

ſima quæ de his tradunt Poetæ, aliįq; veteres Scriptores. Laitni *Pictos* vocant hos populos à corporibus Coloribus variegatis, & quia ipſorum lingua appellatio non abluſit. Pehitos, enim appellatos apparet ex Witechindo, apud quem, fide veterũ exemplarium, non aliter nominantur. L. I. *Erant enim hæ gentes Bractis adverſa. Scoti, Pehiti, adverſos quos militabant Saxones.* Et paullo poſt. *Mittunt ad revocandum majorem exercitum, & pace cum Scotis & Pehitis firmata, in commune contra Bractos conſurgunt.* Nec difficilis originatio nominis in veteri Germanico Idiomate; penitus verò non adſentiendũ ijs, qui ſeriò Romana Lingua talia citra Rhenum natis aſſuunt.

33. SCOTORVM CVMVLOS.] Merito Scotorum ſtragem Hibernia deflevit, cum eadem gens fuerit utriuſque regionis habitatrix. Jonas Scotus Vita Columbani. *Hiberniam Scotorum gens incolit, quamquam cæterarum Legibus gentium carens, attamen Chriſtianæ religionis dogmatis florens* Vnde & noſter Scotos Hiberniam in arma moviſſe dixit, cum una eademque gens utramque illam faceret. Secundo Laudum, ubi Britannia loquitur:

Me quoq; vicinis pereũtem gentibus, inquit,
Munivit Stilico, totam cum Scotus Iernen
Movit, & infeſto ſpumavit remige Thetys.

33. GLACIALIS IERNE.] De Hibernia, quam nunc dicimus, & appellarunt Antiqui, ſermo eſt. Eã Iernen noſter vocat, ut & II. Stil.

totam cum Scotus Iernen Movit

Barbaram regionem vario vocabulo in Latinam appellationem veniſſe, docet quod Iuvernam indigitant alij. Iuvenalis, Satira II.

arma quod ultrà Littora Iuverna promovimus.

Græci, ſubtiliore ſono, maluerunt Iernam dicere, quos ſecutus eſt noſter. Stephanus, περὶ πόλεων Ἰέρνη, νῆσος ἐν τῷ πέρατι πρὸς δυσμαῖς, τὸ ἐθνικὸν Ἰερναῖος, ὡς Λερναῖος. Ita & Strabo, ut notatum ſummæ induſtriæ viro, Hermolao Barbaro, lib. IV. ad Plinium, cap. XVI. Periplum habes in Marciano, ut volunt, Heracleota, libro II. qui Ἰερνίαν vocat. Ariſtoteles de Mundo, ſive quis alius ſcriptor. ἐν τούτῳ γε μὴν νῆσοι μέγισται τε τυγχάνουσιν οὖσαι δύο, Βρεττανικαὶ λεγόμεναι, Ἀλβίων καὶ Ἰέρνη, τῶν προϊστορημένων μείζους ὑπὲρ τοὺς Κέλτους κείμεναι. Appuleius. *Sed in altera parte orbis jacent inſularum aggeres maximarum, Britannica dua, Albio & Ierne, quas ſupra diximus eſſe majores, verum hæ in Celtarum finibus ſitæ ſunt.* Vides his ſummorum auctorum ſcriptis Scotiam etiam cenſeri ſub Hibernia, ſeu Ierna. Hinc vero nonnullis ſuſpicio data Librum de Mundo non poſſe Ariſtotelem auctorem ferre, cum ejus ævo omnis Hibernia fuerit incognita. Ego ut litem eam meam facere non habeo neceſſe, ita his deprehendere mihi videor, quod alibi non ignobilibus argumentis adſerere volui, in Græco eo libro eſſe nonnulla à ſciolo aliquo ex Latino Appulei Codice intruſa, nec id adeò aſtutè ut ſagacibus oculis juncturæ ſive commiſſiones non appareant. De *Scotis* Hiberniæ incolis, firmat etiam Aethicus Coſmographia, & Beda in Hiſtoria Anglorum, apud quos inſulæ deſcriptionem pleniorem videbis; pleniſſimam autem non paucis poſt ſeculis penes Silveſtrum Giraldum, media Barbaria doctrina & eloquio clarum Chorographum earum partium, item Ionam Scotum qui Præceptoris ſui Columbani res non ineleganter, ut eo ævo, literis commiſit. Græcam igitur Barbaræ inſulæ appellationem ſecutus eſt Claudianus, conſenſu meliorum de ſcriptis Libris: Quamquam nec ineptè cæteri *Hyberne* præferant, non obſtante ſyllaba in voce minimè Latina, nec ab hiberno tempore derivanda, cum ea inſula tam horrida atque brumalis non ſit, utpote quæ, in refutabili Bedæ teſtimonio, etiam vinum, idq; non teterrimum, gignat; quam & ideo recentiores corripuerunt, ne Strabus Monachus in Vita Blaitmaci.

Scribere diſpoſui de vita & fine Beati
Blaitmaci, genuit quẽ dives Hybernia mũdo.

Memoria

Memoria autem hujus inſulæ cara debet eſſe omnibus qui ex tanta Barbarorum gentium colluvie, quanta Romanum Imperium confecit, ſuperſtitem doctrinam veterem amant. Hinc enim oriundi duo homines, ſingulari Providentiæ dono ſervatas inibi litteras, ex iiſdem in Occidentem velut poſtliminio reduxerunt, tempore Caroli Magni Imperatoris, Clemens videlicet Scotus, & Albinus, ſive Alcuinus, quamvis ſuſpicio non inanis ſit duos fuiſſe hoſce, Albinum videlicet alium, alium Alcuinum Flaccum, de qua re alibi viſum. Hiſtoriam dignam expetitione recenſet Monachus Sangallenſis, Notkerus utique Regij ſanguinis Solitarius: *Carolus*, inquit, *cum in occiduis mundi partibus ſolus regnare cæpiſſet, & ſtudia litterarum ubique propemodum eſſent in oblivione, contigit duos Scotos de Hibernia cum Mercatoribus Britannis ad littus Galliæ devenire: Viros & in ſecularibus & in ſacris ſcripturis incomparabiliter eruditos. Qui cum nihil oſtenderent venale, ad convenientes emendi gratia turbas, clamare ſolebant. Siquis Sapientiæ cupidus eſt, veniat ad nos, & eam accipiat; nam venalis eſt apud nos. Quam tamen venalem ſe habere profeſſi ſunt, quia populū non gratuita ſed venalia mercari viderunt, ut ſic vel Sapientiam, ſicut cæteris rebus coemundu, eos incitarent: vel, ſicut ſequentia comprobabunt, per tale præconium in admirationem verterent & ſtuperem. Denique tamdiu inclamata ſunt donec ab admirantibus, vel inſano illos putantibus, ad aures Caroli Regis, ſemper Amatoris & cupidiſſimi Sapientiæ, perlata fuiſſent. Qui ſub omni celeritate ad ſuam ejus præſentiam evocatos interrogavit, ſi vere, ut ipſe fama compererit, Sapientiam ſecum haberent. Qui dixerunt, & habemus eam, & in nomine Domini dignè quærentibus dare ſumus parati. Qui cum inquiſiviſſet ab illis, quid pro ſua gaza* (ſic legendum, cùm ineptè cdatur, *pro ſua ipſa*) *peterent, reſponderunt, loca tantum opportuna, & copiam ingeniorum* (ita & hic legendum, vulgo corruptum locum arbitramur) *& ſine quibus peregrinatio tranſigi non poteſt, alimenta, & quibus tegamur. Quibus ille perceptis, ingenti gaudio repletus, primùm quidem apud ſe utrumque parvo tempore tenuit, Poſteà vero, cum ad expeditiones bellicas urgeretur, unum eorum, nomine Clementem, in Gallia reſidere præcepit, cui & pueros nobiliſſimos, mediocres, & infimos ſatis multos commendavit, & eis prout neceſſarium habuerant, victualia miniſtrari præcepit, habitaculis opportunè dedicatis. Alterum vero, nomine Albinum in Italiam direxit, cui & Monaſterium Sancti Auguſtini, juxta Ticinenſem Urbem, delegavit, ut illuc ad eum qui voluiſſent, ad diſcendum congregari poſſent.* Hæc ille. Duorum autem horum hominum, qui Vitam, ſcripta, diſcipulos, conſiderabit, ab Hiberniæ adytis, velut ſeceſſu quodam, quo confugerant, repetiiſſe noſtrum orbem Litteras videbit: Horum enim auſpicijs in Monaſteriis Scholæ, in Academijs, quas vocant, Collegia, bonarum artium inſtitutioni & propagationi, imo ipſa Erudita Monaſteria, & Academiæ ipſæ ſunt inſtitutæ, Principe, promotore, nutritore, Carolo Magno, Doctrinæ autem capite Beda Angloſaxone, cujus ingenium ingens, & induſtria incomparabilis Sanctuarium quoddam undique pulſarum Artium fuerunt. Sed hæc Satirici noſtri res eſt, ægrè tamen hoc loco habitura tacentem.

34. QUIS CALOR OBSITAT FORTI.] Scitum Antiquis Sapientibus teſtatiſſimum, Virtuti nihil invicem, cui illuſtrando non opus eſt Anthologias Sententiarum hic fieri. Silius Italicus, Lib. XV. Punicorum.

virtus te ſæva iubebit
Per medias volitare acus, medioſque per ignes.

Curtius. lib. VIII. *Nihil tam altè Natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti.* Ovidius, Metamorphoſi XIV. *Invia Virtuti nulla eſt via.* Vide Senecam Epiſt. LXVI. Stobæum, alioſque Gnomologos, ſcriptores utiles, ſed Juventutem mirificè ab evolvendis optimis ſcriptoribus avertentes.

35. NOVIS MANIPLIS] Iis locis non viſis, Inviſitatis, ut loquitur Appuleius, inviſis, ut Livius. Vult ea loca eatenus Romano militi intacta fuiſſe. Sanè in ultimas ſolitudi-

nes redegiſſe Romani nominis hoſtes apud Africam Theodoſium, reſtis locuples Pacatus, verbis modo adſcriptis. Lege & Ammianum. At Zoſimus qui geſta hujus ſummi Ducis planè obliterare maluit, piaculare facinus fecit.

35. ATLANTA.] Quem montem infinita vis ignotarum ferè gentiū adhabita vit ſemper.] *Atlantam penetraſſe* ducibus Romanis veterem gloriam fuiſſe notat Plinius lib. V. cap. I. Mirifica de eo finxerunt veteres, de die Taciturnum, nocturnis Satyrorum Aegipanumque choreis frequentari, quod indicium ignotorum locorum eſt, licet atas in ſummo Heroibus poſitas agnoſcant. Vide Strabonem lib. XVII. Solinum, cap. XXVIII. Martianum Capellam lib. VI. Plinius ſcribit incolarum de die neminem videri conſuevisſe, noctu omnia perſonare. De ſitu & populis accolis lege Leonem Afrum, locupletiorem omni Antiquitate.

36. VIRGINEVM TRITONA BIBIT.] Ob natam ex eo ſtagno, ſecundum fabulatores, Minervam ſemper virginem Deam, præſidemque & vindicem Virginitatis. Vnde *palude prognatam* appellavit Ennius.

> *Corpore tartarino, prognata palude virago.*

Quo in verſu miros poſteritati ludos exhibuit Togatorum doctiſſimus Varro, qui Paludam, velut ἑλκεσίπεπλον Latinum Palladi vocabulum accudit: cui nollem aſſenſum dediſſe Scaligerum. Hiſtoriam Tritone genitæ Deæ vide in Herodoti lib. III. Scholiaſte Apollonij Rhodij, lib. IV. Alijs ſcriptum Tritonem omnem, ne videlicet alijs eſſet infœcundior filiam habuiſſe Palladem, in cujus contubernio educata fuerit Minerva, ut Apollodorus lib. III. Epitom. Bibliothecæ. Alijs Tritogenia dicta Pallas, quod tertium menſis diem natalem habuerit auctore Iſtro apud Harpocrationem Lexico.

Τριτομηνὶς, Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας, τὴν τρίτην τοῦ μηνὸς τριτομηνίδα ἐκάλουν, δοκεῖ γὰρ γενέσθαι τότε ἡ Ἀθηνᾶ. Ἴστρος δὲ καὶ τριτογένειαν αὐτὴν φησὶ διὰ τοῦτο λέγεσθαι, τὴν αὐτὴν τῇ Σελήνῃ νομιζομένην.

In Varronis verſu ſentit nobiſcum præclariſſimus Turnebus, cum Harpocrationis Scholiaſte eruditiſſimo & ſagaciſſimo.

37. GORGONEOS VIDIT THALAMOS.] Lutacius fabulam brevibus recenſet, extrema Metamorphoſi Quarta: *Meduſa Gorgon, cum propter pulcritudinem à pluribus peteretur, coniugium Neptuni effugere non potuit. Quæ quod in templo Minervæ cum eo concubuit, propter religionem loci, quam obtriverat, crines eius in ſerpentes ab eadem Dea ſunt mutati: ut quæ petita ab initio à pluribus procis eſſet, obiecta deformitate obvios in fugam verteret.* Sparſos venenis dicit à viru quod depectere ſolita Meduſa, Lucanus, libro IX.

> *angues*
> *Stridula fuderunt vibratis ſibila Linguis,*
> *Fœminea qui more coma per terga ſoluti*
> *Ipſa flagellabant gaudentis colla Meduſæ*
> *Surgunt adverſa ſubrecta fronte colubra*
> *Vipereumque fluit, depexo crine, venenum.*

Habitaſſe fingebatur hæc virgo in extremis mundi oris, ubi lavacra ſiderum, & Noctis thalamum poſuerunt Poetæ. Quintus Smyrnæus, lib. X. Paralip.

> Περσεὺς δ' ἀντίθεος βλοσυρὴν ἐδάιξε Μέδουσαν,
> Ἀστρων ἧχι λοετρὰ πέλει, καὶ πείρατα γαίης.
> Πηγαί τ' ὠκεάνοιο βαθυῤῥόου, ἔνθ' ἀκάμαντι

Ἠελίῳ

Ἠελίῳ δύνοντι συνέρχεται ἑσπερίη
νύξ.

38. DITAT FABULA.] Aureis malis, ab auro fructibus. Stolidè aliquot libri. Quos dictat fabula quorum cenſum auget tamen & noſter, ratò quidem fatuus. Fabulam vide apud Diodorum Siculum, Lib. III. Scholiaſten Apollonij lib. IV. Palæphatū περὶ ἀπίστων cap. XIX. Solinum, cap. XXVI. Ex his pomis fuiſſe id quo injecto Eris Deas de formæ præſtantia in certamen miſerit, cum doleret ad Nuptias Pelei & Thetidis non invitata, memorat Coluthus in Raptu Helenæ.

Ἤδη δ' ἑσπερίδων χρυσέων ἐμνήσατο
μήλων,
Ἔνθεν ἔρις πολέμοιο προάγγελον
ἔργον ἑλοῦσα,
Ἐς θαλίην ἔρριψε, χορὸν δ' ὤρινε
θεάων.

Claudianus ait mala reperta inſtar aliorum, irriſis fabulis qui aurum affinxerint. Plinius ſcribit ſuo ævo ex narratis auriferis nemoribus nihil extitiſſe præter paucos oleaſtros.

39. ARX INCENSA JUBÆ.] Regis, inquit Plinius, dominatione vtriusq; Mauritaniæ nobilis, nobilioris etiam propter ſtudia liberalia, lib. V. cap. I. extremo. Jubæ Regia, ante Jol, poſt Cæſarea, oppidum celeberrimum, à Claudio Imperatore jure coloniæ donatum. Idem cap. II. Strabo. lib. XVII.

ἦν ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πόλις Ἰὼλ ὄνομα, ἣν ἐπικτίσας Ἰούβας ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατὴρ μετωνόμασε Καισάρειαν.

Jubæ ergo Regiam certam urbem agnoſcit Claudianus. Eam Barbaros incendiſſe, & Theodoſium recuperatam præſidio, vt denuò perderetur muniviſſe, ſcribit Ammianus, lib. XXIX. Theodoſius Cæſaream ire tendebat, urbem opulentam quondam & nobilem: Eam ingreſſus cum omnem penè incendijs latè diſperſis vidiſſet exuſtam, horridasq; canitie ſilices, primam & ſecundam Legionem ad tempus ibi locari diſpoſuit, ut favillarum gerentes acervos, agitarent ibi præſidium ne reperiro Barbarorum impetu vaſtaretur. Urbem à Juba in Honorem Romani Principis Cæſaream nominatam reſtatur etiam Eutropius.

39. RABIES MAURUSIA.] Barbararum gentium feritas, quas immanes excivit funereus latro, uti Firmum appellat Ammianus. Maurorum gentes ad omnes diſſenſionum motus perflabiles, vocat idem libro XXX. Mauruſios extremam Africæ gentem verſus Gades colere ſcribit Livius, fine lib. XXIV. Rabiem dicit adulabundus ſuos Principes, Nam & purpuram ſumſerat Firmus, ſcriptore Zoſimo lib. IV.

40. BOCCHI.] Ab hoc Rege diu nomen habuit Regnum, non minima Africæ pars. Plinius, lib. V. cap. II. Mauritaniæ diu Regum nomina obtinuere, vt Bogudiana appellaretur extima, itemq; Bocchi, quæ nunc Cæſarienſis. Confundunrur autem nomina Mauruſiorum & Maurorum, ſicut Mauruſiorum Regem Bocchum vocat lib. VIII. & XVII. Strabo, qui Maurorum eſt alijs. Maurorum omnium Imperator Salluſtio in Bello Juguthino.

41. LAUDES GENITOR LONGE TRANSGRESSUS.] Summa omnia his dicere verbis paucis facilè videbit qui Encomia Theodoſij Senioris apud Ammianum (minimè talium munem aut prodigum) conſiderabit, quæ penè omnem laudem vincunt.

42. SUBDIDIT OCEANUM SCEPTRIS.] Pacem à Theodoſio jam Principe Perſas pro re magna periiſſe concordia eſt ſcriptorum. Pariter Pacatus Panegyrico: *Non OCEANO Indus, non frigore Boſphoranus, non Arabs medio Sole ſecurus eſt. Quo vix pervenerat nomen antè Romanum, nunc accedit Imperium. Vltrà terminos rerum Naturæ metasque regna Orientis extendis, ad illos prima lucis indigenas, & ipſum, ſi quod eſt, Solis cubile feſtinas.* Eoas Nationes Baurone & Arcadio Coſſ. per Legatos deviciſſe Theodoſium, poſt ictum

jam cum Perſis fœdus, ſcribit Marcellinus Comes in Chronico. Vide & Oroſium.

44. QUÆSITA TROPÆIS.] Virtute enim militari, & Victoriarum nomine Imperium adeptus eſt Theodoſius. Zoſimus libro IV.

Μυσία δὲ ὐδενὸς ἐπειρᾶτο κακῦ, Θεοδοσίυ, τῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος ἀνδρείως ἀντιστάντος, καὶ τὺς ἐπιόντας ἀποδιώξαντος, ὅθεν ἐκ ταύτης τῆς νίκης δόξαν κτησαμένος, ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας. Syneſius ad Arcadium: ἐὰν δὲ τί σοι τῦτο πιστώσασθαι παραδείγμασι, μὴ ὀθνεῖα θεν αὐτὰ μετίῃς, ἀναπίμπασαι δὲ τὸν πατέρα, καὶ ὄψει τὴν ἀρχὴν αὐτῷ μισθὸν ἀρετῆς δοθεῖσαν. Paulò poſt: ὁρᾷς ὅτι καὶ τῷ πατρὶ, καὶ τοι σαφῶς ἐπὶ κατορθώμασι γενομένης τῆς ἀναρρήσεως, ὐδὲ τὸ πρῶτον ἀκόνιτον ἀφῆκεν ὁ φθόνος.

Quo pertinet quod Reipublicæ neceſſarium Principem ad eam gubernandam evectum ſcribit P. Oroſius, Quo titulo Vopiſcus, Victor, alijq; ſummos Imperatores cohoneſtant. Fortitudinem laudat Ammianus lib. XXIX. *Expedita virtutis Ducem vocans.* Parum autẽ cautè in Theodoſio Patre hęc Claudianus commendat, quæ filij Honorij rebus officiunt, ſolis natalibus ad Imperium evecto, obq; eam rem ſæpius alibi laudato. Potiorem partis, ut & Arcadij, ſortem putabis ſi Syneſij librum de Regno ſequeris.

46. NON AMBITIONE.] Cui nihil ſcelerum ſcelestum, modo potiatur deſtinato animus faſtigio honoris. Incertus auctor. in Stobæi Sermone XXIII.

ἡ φιλοτιμία σκαιὸν κτῆμα. Mater Seditionum. PLato VII. de Republica, ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρχειν, ταύτῃ ἄριστα καὶ ἀστασιαστότατα ἀνάγκη οἰκεῖσθαι, τὴν δὲ ἐν αντίυς ἄρχοντας σχῦσαν, ἐναντίως. Alterum fundi omnium malorum ſcivit Timon Miſanthropos. Τίμων ὁ μισάνθρωπος στοιχεῖα ἔφη τῶν κακῶν εἶναι ἀπληστίαν καὶ κενοδοξίαν.

Hanc pernicioſiorem Reip. Avaritia cenſet Plutarchus in Præceptis Politicis, quippè audaciorem, cum acribus ingenijs inſita ſit,

ἡ δὲ φιλοτιμία, καὶ περ ὖσα σοβαρωτέρα τῆς φιλοκερδίας, οὐκ ἐλάττονας ἔχει κῆρας ἐν πολιτείᾳ, καὶ γὰρ τὸ τολμᾶν αὐτῇ πρόσεστι μᾶλλον, ἐμφύεται γὰρ οὐκ ἀργαῖς, ὔτε ταπειναῖς, ἀλλ' ἐρρωμέναις μάλιστα, καὶ νεανικαῖς προαιρέσεσι, καὶ τὸ παρὰ τῶν ὄχλων ῥόθιον πολλάκις συνεξαῖρον αὐτὴν καὶ συνεξωθοῦν ταῖς ἐπαίνοις ἀκατάσχετον ποιεῖ, καὶ δυσμεταχείριστον. Eam χαλεπὸν, καὶ φθονεργονιμώτατον πρᾶγμα vocat idem in Catone Majore. Apud eumdem in Sulla Euripides.

ἀπέδειξε τὸν Ευριπίδην σοφὸν ἄνδρα, καὶ πολιτικῶν ἐπιστήμονα νοσημάτων διακελευσάμενον φυλάττεσθαι τὴν φιλοτιμίαν ὡς ὀλεθριωτάτην, καὶ κακίστην δαίμονα τοῖς χρωμένοις.

Eamdem multa pręclara ejus Conſilia contemeraſſe ſcribit in Cicerone, & Antigonum ſummæ rerum excuſſiſſe in ipſius vita docet. Hanc Primam cum alumna Avaritia Sapienti principi extrudendam animo docet noſter in Laudibus Stiliconis, ejus exemplo:

> *Ac primum ſce'erum matrem*
> *Trudis Avaritiam, cujus fœdiſſima nutrix Ambitio.*

Exempla enim monent priorum, quantum mali dederit hæc peſtis Rebuſpublicis. Lacedæmoniorum & Athenienſium Ambitio. Græciam in ſervitutem Macedonicam redegit, tradente Zoſimo lib. I. Hiſtoriar. Eadem Maximum & Balbinum Impp. Romanos evertit, Nobilitate & Rerum uſu alterto alterum proculcare ſeq; evehere connitente, auctore Herodiano, fine lib. VIII. Quam in

Ner-

Nerva Imperium habenti omninò damnoſam, prudente ejus conſilio depoſiti Regni, notat Aurelius Victor. Infinita mala intuliſſe ob Ambitionem Reipublicæ Cæſaris & Pompeij diſſidia, ex re ipſa firmat Dio Caſſius, lib. XLI. Alexandrum hanc ab optimarum rerum conſideratione abripuiſſe auctor Arrianus, initio lib. VII. Anabas. Hanc ubi ſequare colofonem ſuſcepit operis minimè reſpôſurum exordio teſtatur Nicephorus Gregoras, libro X.

ἔνθα γὰρ φιλοτιμία, τρόφιμος ἀπειρίας, ἐλλω ἐνδυσαμένη τὴν τὴν ἀωρίαν τῶν ὅρων καταχορδεῖ τῆς δόξης, ἐκεῖ καὶ πέρας ἀκολουθεῖν τοῖς προοιμίοις ἐπιεικῶς ἀντιστρεφόμενον οὐδὲν ἀπεικός.

Ambitionem ubi inoleverit, ſtatum rerum in pejus mutare ſentit Polybius, lib. 6. Alia nôn addo, contentus his oſtendiſſe quali Magnorum Animorum monſtro non ſervierit Theodoſius.

47. DIGNA LEGI VIRTUS.] Ob ſolem virtutem adſumtum Summo Imperio tradit à Gratiano Theodoſium, accedente Eligentis neceſſitate. Oroſius: *Gratianus, cum collapſum & adflictum Reipublicæ ſtatum videret, eadem proviſione, qua qua quondam legerat Nerva Hiſpanum virum, Trajanum, per quem Reſpublica reparata eſt, legit & ipſe Theodoſium, æquè Hiſpanum, Virum, & Reſtituendæ Reipublicæ neceſſitate apud Sirmium purpura induit, Orientique & Thraciæ ſimul præfecit imperio. Sanè magnum urgebat periculum* Gratianum undiq. ut ſuum fratriſque Imperium, ferè citrà exemplum, imminueret iſto modo licet conſanguineo Valente adſcito exemplum penè præiverit Valentinianus Pater; Auguſtinus appetentiorem fidæ ſocietatis quam nimiæ potentiæ fuiſſe ſcribit, lib. V. de Civitat Dei, cap. XXV. Quo & ſequenti Vitam penè omnem Theodoſij complexus eſt. Prioris horum capitum ultima verba corrupta vulgò circumferuntur. *Gratianus à Theodoſio vindicatus eſt, quem regni participem fecerat, cum parvulum haberet & fratrem.* acribe *cum parvulum haberet fratrem.* Valentiniano enim obeunte Patre. Valentinianus Junior annum agebat Quartum Valente & Gratiano conregnavit annos tres, Fratre Gratiano ſolo & Theodoſio quatuor, ut Theodoſio Imperium capeſſente Septennis puerulus fuerit: Ratione temporum à Victorino Epitomatore diſertè adnotata, in qua Eccleſiaſtici Hiſtorici non tarò errant, ut in ætate ipſa Theodoſij, qui Imperium cepit Anno ætatis XXXIII. Septem & Decem Regnavit, & diſertis verbis tamen Sexagenarius obijſſe traditur Socrati, lib. V. cap. XXV. repetente Epiphanio, Tripertitæ Libro IX. cap. L. Qui ſcriptor. cap. II. ejuſdem Libri & hoc paradoxon habet, antequam à Gratiano legeretur, jam omnium ſuffragijs Imperio datum fuiſſe Theodoſium: Quod ſanè verum non eſt, cum ex receſſu petitus ſit. Paternæ cædis exemplum metuens. Licet & Cedrenus tradat Byzantino in Pannoniam ad Gratianum miſſos legatos, qui Imperatorem Orienti poſcerent. Cujus obſequio ille Theodoſium legerit. In Auguſtini verbis Libri veteres ſcripti Editiq; nihil mutant, Neq; opus eſt, cum augeatur res mentione fratris in tantilla ætate: nec duæ ſint perſonæ.

48. MERUIT REGNARE ROGATUS.] Veram rem faciunt iſta Pacati: *Illud præ cæteris mirum, cum omnia faceres ut imperare deberes, nihil faciebas ut imperares. Argumento eſt dies ille, communis Boni auctor, quo tu, cum ad ſuſcipiendam Rempublicam vocabaris, oblatum Imperium deprecatus es. Nec dans ſpem, tantumq; ut cogi videreris, ſed obnixè & diu, & velut Impetraturus, egiſti: quippè aberat cauſſa fingendi, non enim te princeps ſolus & domi, & tamquam tentaret, ambibat, ſed publicè, & in Comitio, & ut aliud jam facere non poteſt.* Addit deinde Proſopopœiam alloquentis & perſuadentis Reipublicæ, ſanè jucundam. Cui accedit virtutis ſummum Teſtimonium, & Tertium, & Alienum, & Invitum,

tum, Imperio additum; quorum concurſu neſcio an ullus ante Heros ſit nobilitatus. Quāquam in illo quod planè extraneus fuerit, diſſidium ſcriptorum inveniam. Auctor enim Chronici Alexandrini Gratiani ſororem, cum eveheretur, jam dum in matrimonio habuiſſe tradit Theodoſium, idq; duobus locis. Sed errare eum cæterorum conſenſus liquido docet; non inſolentem quidem confidentiæ in hoc genere, ut qui eadem pagina ſcribere auſus ſit Gratianum Conſtantinopoli, quod Catholicus eſſet, dolo novercæ Arianæ occiſum. Sequenti verò, Arcadium Romæ relicto Fratre, Inde Conſtantinopolim veniſſe ad Imperium. Cui contrà cæteros talia tradenti qui auctores fuerint, ſanè comminiſci non poſſum. Supina certè negligentia confidentiā fecit, ut cum ibidem Eugenium Diogenem vocat. Sed verius eſt Chronicon illud intruſis multis piaculis aliundè contaminatum. De uxoribus Theodoſij apertè Cedrenus:

ἔχων γυναῖκα, ὀνόματι πλακίλλαν, ἐξ ἧς ἔσχεν Ἀρκάδιον καὶ ὀνώριον, ἧς τελευτησάσης Γάλλαν, ἀδελφὴν Γρατιανοῦ ἔγημεν.

Qui cum altero poſteà errat Romæ inauguratum Imperio tradens Honorium:

ἐλθὼν δὲ εἰς ῥώμην ἔστεψεν Ὀνώριον, τὸν υἱὸν αὐτοῦ βασιλέα, καὶ ἀπῆλθεν ἐν Κωνσταντινούπολιν.

Idem errat & in eo quod Placillam ſive Flaccillam, primam Theodoſio conjugem anno Imperij ejus XV. aut XV. obiiſſe ſcribit, cum ſecunda uxor, Galla obierit ipſo in Eugenium verſus Occidentem movente, priore diu ante defuncta. Movit autem in Eugenium non integrum ante exceſſum biennio; poſt partam Victoriam, Sexdecim annis Imperii completis, Mediolani mortuus.

48. PURPURA SUPPLEX OBTULIT.] Hi demum merentur regnare, qui regnum non ambiverunt umquam, & contemnere potuerunt etiam oblatum. Lampridius de Alexandro Severo: *Alterum præfectum prætorio fecit, qui ne fieret, etiam fugerat, dicens; invitos non ambientes in Rempublicam collocandos.* Ita conſulit Theodoſio Symmachus, lib. X. Epiſt. XXX. *Meis humeris rerum omnium pondera ſuſtinentur, cedentibus reliquis. Habet temporum felicitas digniores. Bonorum virorum vena fœcunda eſt. Melius Vrbi noſtra in poſterum conſuletis, ſi legetis invitos.* Sic *Celerinum* noſter commendat Epithalamio Palladij.

Reſpuit ingeſtum quod vi quod poſcere
ferro
Poſthabita Pietate ſolent. Tunc purpura
primum
Inferior virtute fuit; metuitque repulſam
Obvia Majeſtas, doluit Fortuna minorem
Se confeſſa viro. Magnum delata Poteſtas,
Majorem contemta probat.

Idem de Tiberio fingit Vellejus Paterculus, princeps Adulatorum Romani nominis, nec Valerio Maximo poſterior. lib. II. *Vna tamen veluti Luctatio Civitatis fuit, pugnantis cum Cæſare Senatus populique Romani, ut ſtationi paternæ ſuccederet. Illius, ut potius æqualem civem, quam eminentem liceret agere Principem. Res enim longè erat,* & ſimulabat tamdiu Tiberius, donec tuta omnia videret, quod pulcrè notavit Aurel. Victor. *Tiberius,* inquit, *uti quæ metuebantur ſatis tuta animadvertit, Imperium complexus eſt, cujus nomen aſtu obtinebat.* Alia ad noſtri propoſitum locum. Sic verò in Eccleſiaſticis etiam dignitatibus major ęſtimatio ambitorum, quam ambientium. Vide Chryſoſtomi primos libros de Sacerdotio. Leo & Anthemius, Imperatores L. XXXI. de Epiſcop. & Clericis: Nec pretio ſed precibus ordinetur antiſtes. *Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat. Sola illi ſuffragetur Neceſſitas excuſandi; Profectò enim indignus eſt Sacerdotio, niſi fuerit ordinatus invitus.* Sen-

tentiam

tentiam poſt alios & nos ſumus exſecuti libr. V. Zodiaci Satirici.

49. ULTRO SE PURPURA SUPPLEX OBTULIT.] Magna hæc commendario. Pacatus de Eodem Theodoſio: *Oblatum ſponte Imperium deprecatus es.* Sic ſuo Heroi obruiſſe ſe curandam dicit Rempublicam Sidonius:

cui ſe, ceu victa procellis
Atq; carens rectore, ratis; Reſpublica fractam
Obtulit, ut digno melius flectenda magiſtro.

Hephæſtio apud Curtium lib. IV. *Admiratus Hephæſtio magnitudinem animi ſpernentis quod alij per ignem ferrumq; peterent. Vos quidem macti virtute, inquit, eſtote; qui primi intellexiſtis quanto majus eſſet Regnum faſtidire quam accipere. Purpuram cum ſupplicem dicit*, in memoriam revocat quod ex Antiquiorib. tradit Tom. IV. Annalium, Glycas: *cùm ad Imperium eveheretur Theodoſius, ſtatura ingentis adeo fuiſſe ut humeris emineret Proceres omnes, itaque purpuram aptam reperiri nullam potuiſſe, præter eam qua uſus fuiſſet Conſtantinus Magnus, Omine videlicet rerum gerendarum.* Cui contradicit tamen, alios auctores ſecutus Cedrenus, formam Theodoſij accuratius deſcribens cæteris, ſtaturam autem dans juſtam.

Θεοδόσιος, inquit, βασιλεὺς, τὸ γένος μὲν Ἴβηρ ἦν, τῶν ἑσπερίων, ἐγγενὴς δέ τις καὶ θαυμάσιος περὶ τοὺς πολέμους. οὗτος διὰ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ βαρβάρους κατὰ κράτος ἐνίκησεν, εὐσεβὴς ἦν καὶ ὀρθόδοξος. οὗτος ἦν τὴν μὲν ἀναφορὰν τοῦ σώματος σύμμετρος, ἀμώμητος ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, ὑπέρυθρος τῷ προσώπῳ, ξανθὴν ἔχων τὴν τρίχα, τὴν ῥῖνα λεπτὴν, καὶ ἐπίγρυπον, χαρίεις τὴν ὁμιλίαν, τὸν τρόπον δὲ χαριέστατος.

50. NAM CUM BARBARIES PENITUS COMMOTA,] Conſentiunt in hoc omnes Hiſtorici & Chronologi, ut Barbaros amoliri poſſet, adſcitum Gratiano Theodoſium. Victorinus: *Hic cum animadvertiſſet Thraciam Daciamque, tamquam genitales terras poſſidentibus Gothis, Taifalis, atque omni pernicie atrocioribus Hunnis & Alanis, extremum periculum inſtare nomini Romano, accito ab Hiſpania Theodoſio, cunctis faventibus, agenti annum XXXIII. Imperium committit.* Hoc Scriptore libenter utimur in geſtis optimi Principis, quo nemo melius interiora ejus deſcripſit, exſcriptus proptereà omnibus ferè ſequentibus, ut Jornande, Paullo Diacono, Freculpho, Monacho Altiſſiodorenſi, & alij, & alij, in rebus etiam Anglicanis Henricus Huntidonienſis. Nulli enim iſthic nobis Taciti, Suetonij, Herodiani, Diones, Marij Maximi &c. Sed nec Capitolini, Spartiani, Lampridij, qui doceant exactius accuratè omnia noſſe cupientem. Zoſimus ſolus tueatur Seculum, ſed Paganus Canis, & diſſimulans aut malignè laudans bona in Viro Chriſtiano, Mala vel re ipſa vel in ſpeciem, miris modis exaggerans. Cæteri, tamquam Leges Hiſtoriæ ſic complecteri, quia conſtabat pium fuiſſe omnia egiſſe ad Monachorum præſcriptum videri volunt, ut ſunt, Oroſius, Rufinus, Idarius, Marcellinus, Proſper, Caſſiodorus, quique hos ſequuntur; Item Græci Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Cedrenus, Zonaras, Glycas, Manaſſes, & magna vis aliorum. Sunt qui ſcribant ante Imperium acceptum profligaſſe Barbaros Theodoſium, inque præmium Victoriarum id accepiſſe à Gratiano, ut apertè Theodoretus libro. V. cap. V. Michael Glycas, & alij nonnulli.

50. RHODOPEN.] In Thracia cæſi Barbati primum facinus Hiſpania evocati Imperioque admoti Theodoſij. Vide Theodoretum dicto loco Oroſium lib. VII. capite XXXIV. Marcellinum Comitem in primo Honorij Conſulatu. Inprimis Zoſimum. libro IV. Qui latè omnia enarrat. Placet ponere verba Epiphanij ex Tripertitæ libro IX.

Aaaa cap,

cap. IV. *Gratianus Thraciam Barbaros vaſtare cognoſcens, Italia relicta in Paoniam venit. Ea Tempeſtate Theodoſius, tam propter parentum nobilitatem, quam fortitudinem, nominatiſſimus habebatur. Et ob hanc cauſſam Invidia parium Iudicum fatigatus, in Hiſpania morabatur, ubi & ortus fuerat, & nutritus. Cumque Imperator quid faceret hæſitaret, quippè cum Barbari elevati victoria inexpugnabiles eſſe viderentur, ducatu Theodoſij pugnam credidit finiri. Repentè igitur eum ab Hiſpaniis evocans, & magiſtrum militum denuntians, cum expeditione in Barbaros deſtinat. At ille, fide munitus, confidenter eſt ad Thracias profectus: Quò cum veniſſet, vidiſſetque Barbaros, exercitum ordinavit ad pugnam Congreſſione facta impetum Barbari non ferentes, ſuas acies reliquerunt, Immenſaque cades tunc facta eſt Barbarorum, &c.* Ubi *parium Iudicum* habet Epiphanius, in Theodoreto eſt ὑπὸ τοῦ φθόνου τῶν ὁμοτίμων καὶ ὁμοφίλων. Ut ſcripſerit forte *parium tribuliumque Epiphanius.* Sed Judicum vocabulo omnis magiſtratus notatur. Ut apud Severum, Dial. I. Præfecti, Comites, & diverſarum Judices Poteſtatum.

51. MIXTO TVRBINE.] Non enim tantum una fuit, ſed colluvies victarum & vincentium. Sic ſimul ſuperatos auſpiciis ipſis Imperij Alanos, Hunnos, Gothos, gentesq; Scythicas Theodoſio adſcribit Marcellinus Comes.

51. ARCTOS.] Plaga populusque omnis Septemtrionalis. Sidonius Panegyr. Aviti.

> *ſubito cum rupta tumultu*
> *Barbaries, totas in te transfunderet Arctos.*

52. VOMERENT] inſigni inconditaq; copia. Maro. *Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam.*

53. MYSIA.] Cujus Duxerat Limitis ante receſſum in Hiſpaniam. Theodoſius, ubique ſtrenuè rem geſſerat. Viſe Ammianum & Zoſimum, locis jam ſupra indicatis. Myſia autem magnam partem Phrygiæ & Thraciæ complexa, ingens merito dicitur.

54. FLAVA AGMINA.] Arctoæ Occiduæque gentes tales cæſarie celebrantur Romanis Græciſque ſcriptoribus. Gothos quidem omnes candidos corpore, flavos coma, Teſtatur Procopius. I. Vandal. Sic Sicambris talem adſcribit noſter alibi flavam ſparſere Sicambri Cæſariem Et ejus imitatione Sidonius. Britannis Lucanus, Batavis Silius, Germanis Herodianus, Martialis, Tertullianus, Vandalis Procopius, aliis gentibus alij.

54. OPERIRENT.] Veram meliorum Codicum lectionem nemo non agnoſcit. Alij reperirent quod nemo Cotæbus probaverit. Infuſum Barbaris Romanum Imperium ſuſcepiſſe, pro gravi jugo Theodoſium ait B. Ambroſius Orat. Funebri.

55. OMNIBUS AFFLICTIS.] Animum ex diutina clade demittentibus. Thracias toto jam anno, velut propriū ſuum ſolum, inſederant illæ colluvies. Idatius Faſtis: Ex qua die Valens Auguſtus nuſquam apparuit, toto anno per Diœceſin Thraciarum & Scythiæ & Mæſiæ Gothi habitaverunt ſimul & eas prædaverunt.

55. LABENTIBUS ICTU] Ceu fulmine. Cladem eam incomparabilem ab multis annis intelligit, qua Valens Imperator periit. Quam, Cannenſi demta, omnibus effert cæteris Romanis Ammianus. li. XXXI. Ctus, repentinam cladem inſperatamq; notat, qua animus attonetur aut percellatur. De ſeſe Ovidius:

> *veluti Iovis ignibus ictus*
> *Vivit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.*

Sic *Confodere*, exſternare, graviter affligere. Sidonius lib. II. Epiſt. VIII. Matrona Filematia per ſubita ſuprema, virum cœlibatu, patrem orbitate, confodit.

56. UNUS TOT FUNERA CONTRA.] Paria, defuncto Theodoſio, de Tutore ejus Liberorum Stilicone canit Bello Getico.

Unus

Tuus erat Stilico qui deſperantibus augur
Sponderet meliora manu Ibidem:
Inq; uno Princeps, Latiumq;, & tota refulſit
Roma viro.

Nec ſemel alijs libris de eodem Heroë.

57. EXSTINXITQUE FACES.] Incendio & vaſtationi paratas. Pariter Curtius libro X, quem non improbè multis argumentis alibi propiori ſeculo adſcribimus: Jure meritoque populus Romanus ſalutem ſe Principi ſuo debere fatetur. Cui noctis, quam penè ſupremam habuimus, novum ſidus illuxit. Hujus Hercle novi (ſic omninò ſcribendum) Solis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cum ſine ſuo capite diſcordia membra trepidarent. Quot ille tum exſtinxit faces! quot condidit gladios! quantam Tempeſtatem ſubita ſerenitate diſcuſſit!

57. AGROSQUE COLONIS REDDIDIT.] Vaſtatos, exuſtos, barbaris infeſſos In agris, ubi perijt Valens, vel ultus eum barbaros concidit Theodoſius, longo poſt tempore ingentes oſſium cumulos viſos legere memini, nec ſuccurrente tamen nunc auctore.

58. LETHI DE FAUCIBUS] Ipſa præſentiſſima morte, vaſtatione, pernitie. ἐκ χυλῶν Ἀχέροντος, Themiſtius Orat. de Humanitate Theodoſij. Fauces enim quod degluriunt, venter decoquit, modo appetiverint, aut internecinum id non ſit. Sic Fauces malorum hominum non ſemel ſunt in Pſalmographo Rege, Fauces inferorum inibidem, atq; in multis alijs Scripturæ Locis. Sic de dira Muliere Petrus Siculus:

ἡ δὲ τῆς ἀπωλείας ὁδηγὸς, ὡς τάφον ἀνεωγμένον ἔχουσα τὸ στόμα. ἤρξατο τῆς κατὰ τῶν ἁγίων βλασφημίας, λέγουσα.

Arnobius fine lib. II. Notabili Sententia: *Committamus nos Deo; Ne, dum ipſi nobis argumenta conquirimus, quibus videatur eſſe falſum id quod nolumus; obrepat dies extremus, & inimicæ mortis reperiamur in faucibus.* Nazarius Panegyrico: *In ipſis faucibus Fati Roma ſervata.* Noſter Bello Getico. Hericus de Vita Germani lib. V. v. LXXXII.

Deponit trepidum gens Armoricana timorem,
Emergens tandem trucium de fauce ferarum.

Hincmarus Rhemenſis.

Quique relabentis percurrens tempora ſecli.
Venit ad adventum Chriſti, qui ſanguine mundum
Faucibus eripuit tetri, miſeratus, Averni.

Fulbertus, Sermone de Nativitate Beatæ Mariæ: *Illa etiam te, ô Peccator, quondam Theophile, pœnitentem, & ſuppliciter invocantem, ab ipſis Diaboli faucibus potenter eripuit.* Qualia verò narrantur de Theodoſio iſthic, habet talia & Jornandes de Succeſſionibus ex verbis Victorini: *Fuit Reipublicæ defenſor eximius. Nam Hunnos & Gothos, qui eam ſub Valente fatigaſſent, diverſis prælijs vicit, atque à prava vaſtatione compeſcuit; cum Perſis quoq; petitus pacem fecit.* Vide eundem & Gothicarum rerum cap. XXVII.

60. ROMANI NOMINIS UMBRA.] Vel minima veſtigia priſcæ Gloriæ. Epigrammatis:

Nominis umbra manet veteris.

Vide Notata eo loco.

61. RUITURA SUBISSET PONDERA.] Imperium Romanum. Calpurnius Ecl. I.

Scilicet ipſe Deus Romana pondera molis
Fortibus excipiet, ſic inconcuſſa lacertis.
Vt neque tralati ſonitu fragor intonet orbis.

62. TURBATAMQUE RATEM.] Nihil in re Nautica ferè eſt, quod non ad Rempublicam ejusq; res ſcriptorum dicta detorqueant. Pariſſimè Sidonius:

cui ſe, ceu victa procellis
Atq; carens Rectore, ratis Reſpublica fractam
Obtulit, ut digno melius flectenda magiſtro.

Agapetus cap. II. Schedæ Regiæ: ἵνα τὸ σκάφος τῆς παγκοσμίου πολιτείας μὴ ὑποπίπτει κύμασιν ἀδικίας.

Noſter ſæpius. Nec inſcitè Guntերus libro I.

Sic ubi noctivago ſtellarum Lumine puppis
Decurrit pelago; ſi forte nocentibus illam
Quà regitur curſus, tenebris premit invida nubes,
Abrumpitq; vias: aliæ ſibi ſidere nauta
Quærit iter, clavíq; modum, veliq; tenorem
Innovat, & radijs accomodat arte carinam.
Sic poſtquam ſedere Duces, dubieque volutant
Pectore, cui tanti regni tribuantur honores.

Sic Pomponius Atticus gubernacula Rerum Civilium, Magiſtratuum functiones, aliaque omnia negotia civilia Marinis fluctibus comparabat, vir ſeculi Sapientia incliti longè Sapientiſſimus, cui civilis belli Enyo terrarum Orbe, omnibusq; præclaris viris concuſſis, nocere non potuit, qui mentem ſtatumque contrà utramque Fortunam mirifica dexteritate tenuit. Sic enim de Eo Cor. Nepos. *In Republica ita verſatus eſt, ut ſemper Optimarum partium & eſſet & exiſtimaretur, neque tamen ſe civilibus fluctibus committeret, quod non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe, qui ſe iis dediſſent, quam qui maritimis jactarentur.* Plura Commentario Libero ad Laudes Stiliconis. Non abſimiliter currui comparant Rempublicam alij. vel ut Plato & ejus Diſcipuli, hominem. Ut Libanius Proſphonetico Juliani, non ſine ſingulari Dei Providentia, arteque & Inſtitutione multiplici, ad eum Currum gubernandum adſcendi autumat, exemplo quidem Deo perfidi, at minime Rei Romanæ, ut Prudentius teſtimonium perhibet Principis illius. δεινὸν ἡγουμένων, inquit, τῶν θεῶν, εἰ τὸν μὲν ἐφ' ἅρμα ἀναβησόμενον, σὺν τέχνῃ τοῦτο δεῖ ποιεῖν, ἢ βεβλάφθαι μετὰ τῶν ἵππων, ὁ δὲ τῆς οἰκουμένης τὰς ἡνίας ληψόμενος σὺν ἀμαθίᾳ τοιαύτης ἡνιοχήσεως ἅπτοιτο.

Sic inſpectione perpetuorum Laborum & viciſſitudinum Veteres Græci Poetæ Vitam univerſam Navim appellabant, quibus *in navibus* in vita communi, humano hoc vivendi modo, tempore, notat. Ut Theognis, Homerus, alij, ex quo iis Cicero, aliique unus & alter Latinorum ſcriptorum, alibi nobis relati.

62. CERTAQUE LEVASSET.] Non aberrante. Infr. v. CXXX. *Nec certius unquam Hortati ſuperi Deus certus Sol*, Aurelianus Imper. apud Vopiſcum.

Vide Pacatum Panegyrico.

63. NAUFRAGIUM COMMUNE.] Infortunium ſummum. ultimum: quod Naufragio comparatur multis ſcriptorum locis. Cicero, initio. 1. Rhetor. *Non injuria, cum ad gubernacula Reipublicæ Temerarij atque audaces homines acceſſerant, maxima ac miſerrima naufragia fiebant.* Idem. lib XVI. Famil. Epiſt. XXVII. *Conſules niſi à gubernaclis receſſerint, maximum ab univerſo naufragio periculum eſt.* Idem nec ſemel alibi. Petronius Satirico: *Cibus avidum ſtrangulavit, abſtinentem frugalitas. Si rectè calculum ponas, ubique naufragium eſt.* Hoc eſt quod Martialis ait, ubi fata aderunt, in medio Tibure eſt Sardinia. Appulejius, lib. VI. *Iſte quoq; Fortuna naufragio Pſyche perterrita, nec indipiſci maritum quiens, ſic ipſa ſuas cogitationes conſuluit.* Fulgentius Prologo Mythologiarum: *evitans ærumnoſa calamitatum naufragia.* Sic naufragia Patrociniorûm apud Sidonium, Lib. I. Epiſt II.

63. MA-

63. MANU.] Opere ipſo, virture. Bello Gerico: *Solus erat Stilico qui deſperantibus augur Sponderet meliora manu.* Vide infra hoc Libro. v. LXXII.

63. ORDINE RUPTO.] Elementorum, omniumque rerum. Pacem Elementorum turbatam Phaetontis inſania ſcribit Sidonius Paneg. Aviti. Phaetontis nomine tyrannum ſævum adoleſcenti ætate, omnium bonarum rerum ruinæ imminentem notarunt, noſtra opinione, Veteres Theologi. Sic Tiberius Imperatorum ſagaciſſimus in portentoſi ingenij bellua, Caligula, ſe *Phaetontem* generi humano alere dicebat. Suetonius, lib. IV. cap. XI. *Ferum ejus ingenium ſagaciſſimus ſenex ita prorſus perſpexerat, ut aliquoties prædicaret; Exitio ſuo omniumque Caium vivere. Et ſe natricem Populo Romano, Phaetontem orbi terrarum educare*

64. TRAHERENT PHAETONTA.] Non ille eas moderabatur, ſed quadrigæ rapiebant egregium aurigam. Multis Ovidius, & Nonnus, extremo lib. XXXIIX.

64. SÆVIRETQVE DIES.] Sol, Solis calor. Arnobius, lib I. *Vt non ab occiduis partibus dies exurgeret.* Sic pro *Sole diem* dicunt. Lucretius, Seneca Thyeſte, Appuleius Floridorum. I. Germanicus Cæſar Arato, Auſonius. Scite rem diridit Pindarus, Diem Solis Filium dicens.

παῖδα ἢ τῦ ἡλίȣ τὴν ἡμέραν καλεῖ,
ἐπεὶ ὁ ἥλιος ἀνατέλλων τὴν ἡμέραν γεννᾷ.

inquit Demetrius Triclinius, ſive is Thomas Magiſter eſt, ut ex Veteri Codice perhibenti Gulielmo Cantero Novar. Lect. lib. III. cap. XVII. facile accredimus.

65. SOLITO CUM MURMURE TORVUS.] Scripti aliquot Codices torvis Digniore Claudiano Lectione, quam eo nomine rectè etiam recipit Joſephus Scaliger. Licet plane nullius rei necalterum ſit Nam Imperioſitate quadam ſingulari opus, vel ipſi Soli fuiſſe ad compeſcendos equos, vel Ovidius teſtis, qui verbera & ſtimulos ultra modum ex dolore ſævientes non obliteravit.

67. CONCENTUSQUE POLI.] Harmoniam mundi læſerat veſania Phaetontis. Eam reſtituit Iuppiter, pulſo pucto. Nonnus lib. XXXVIII.

Ζεὺς δὲ παῖδα Φαέθοντα κατεπρήνιξε κεραυνῷ
ὑψόθεν, αὐτοκύλιστον ὑπὲρ ῥόον Ἠριδανοῖο.
Δήσας δ' ἁρμονίην παλινάγρετον ἤλικι δεσμῷ
Ἵππους ἠελίοιο πάλιν ὥπασσεν

De Harmonia cœleſti nota commenta, veriſimilia quidem, Pythagoræorum & Platonicorum. Vide & Somnium Scipioniscum Exegeta Macrobio. Scribendum vero hic *concentusque potiùs* Solo Libro noſtro contra cæteros veri vindice.

68. CURRUSQUE RECEPIT IMPERIUM.] Ita omnino ſcribendum, & emendarunt rectè, Libris licet contradicentibus, docti. Liceat ſupinam fatuitatem tot antiquiſſimorum etiam Codicum mirari, nam & Cujaciani non mutarunt illud inficetum *rurſuſque* Soli duo, Noſter, & unus Bentinianorum Veritati patrocinantur. Vel altero ante verſiculo eminens eadem vox debebat admonere nævi inconſultos exſcriptores. Potuit & CURSUS reliquiſſe Claudianus. *Curſum* enim omnem conturbaverat effrænis nebulo. Et ſic Ovidius & Nonnus.

70. TRADITUR ILLI SERVATURQUE ORIENS] Vno velut tempore acceptus & vindicatus Saluti Quietique ILLI. ad Theodoſium ſpectat. Occidentē autem neque tradere potuit Gratianus Theodoſio, neq; iſte ex facili pacatum ſuſcipere tanta moles bellorum undique, duobus præcipue ducibus, ingruebat. Solum Orientem regendum Theodoſio Gratianum, dediſſe ſcribunt auctores non pauci. Id & ipſum huc facit.

71. AT NON PARS ALTERA RERUM TRADITA.] Occidens minimè tra-

ditus, ut qui in poteſtate non erat Gratiani; neque traditus tamen cum eſſet. Eum virtute incompatabili opus erat Theodoſium ſibi ſubjicere. *Tradere* hoc loco levem translationem denotat, nullo accipientis labore, te ſcilicet ſolo duorum hominum conſenſu peracta; Et ſic ſcriptores alibi eo verbo, utuntur. Terentius Phormione, Actu. II. Scen. I.

> *Verum, ſcientem, tacitum, cauſſam tradere adverſariis*
> *Etiamne id Lex coegit?*

Noſter, altero in Rufinum CCLXI. *tradiſne tuas, dux optime, dextras?* Etiam abſolute ſub nulla perſona, cum omni poſita cura ejus rei. Lucretius.

> *Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.*

Non addito. cui. Cæſar, Lib. I. de Bello Civili. *Multi ex duabus legionibus, quæ ſunt tradita à Cæſare accerſuntur.* Seneca Epiſt. LXXVII. *Non judicabam me, cum illos ſuperſtites relinquerem, mori. Putabam, inquam, me victurum non cum illis, ſed per illos: non effundere mihi Spiritum videbar, ſed tradere.* Martialis, libro IX, Epigram. CIV. De Domitiano, ante Principatum.

> *Solus Iuleas cum jam retineret habenas*
> *Tradidit, inque ſuo Tertius orbe fuit.*

Pariter uſus Cicero lib. VIII. ad Atticum, nec obſervatus hactenus iſte uſus. Sic *vindicare* abſolute uſurpatur mille locis à Jureconſultis. Claudianus hoc Libro:

> *ſic paſcua parvus*
> *Vindicat, & nec dum firmatis cornibus audax*
> *Iam regit armentum, vitulus.*

Sic *donare* alii. Quintilianus, ſi Ennodio fides, Declamatione I. *Ponite nunc ante oculos aſtum parricidii, deprehendetis difficultatem. Dono illud: dum à ſuo limine egreditur, dum illos, quos accepit à patre, ſervulos fallit.* Hoc eſt omitto, ut loquitur de re prorſus conſtanterq; abjecta Sulpicia Poetrica. Ita Papinius ad Domitianum.

> *maneas hominum contentus habenis,*
> *Vndarum, terraque potens, & ſidera dones.*

Vulgo non obſervata hæc, clariori auctorum luci, placuit non omittere.

71. BIS POSSESSA.] Duobus tyrannis everſis, èque manu eorum vindicata Republica. Synesius ad Arcadium de Regno.

ὁρᾷς ὅτι καὶ τῷ πατρὶ, καί τοι σαφῶς ἐπὶ κατορθώματι γινομένης τῆς ἀναῤῥήσεως, οὐδὲ τὸ γέρας, ἀνάγνωστον ἀφῆκεν ὁ φθόνος, οὐκοῦν οὐδὲ ὁ θεὸς ἀστεφάνωτον, ἀλλ' ἐπὶ δύο τυράννους ἐλθὼν, καὶ ἄμφω βαλὼν, ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τροπαίῳ καταλύει τὸν βίον, ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ, τῇ δὲ φύσει παραχωρήσας.

Quantæ tyrannorum horum vires fuerint, arguit quod dies Victoriæ de Maximo & Victore filio partæ, Romanis etiam diu poſt cultus ſolemni feſtivitate. Procopius Vandal. I. Græco textu dira lacuna deficiente: *Maximus erat quidem Senatorum ex Ordine, è ſtirpe illius Maximi, quem Theodoſius Senior ſuſtulerat, pro qua Victoria Romani quotannis feſtum diem agût, huic uxor formoſiſſima ſimul & prudentiſſima, &c.* Cauſſam Romæ incolis præcipuè dediſſe deteſtando homini ejus Edictum videtur, quo dirutas Judæorum Synagogas, prætextu Publicæ Pacis teſtaurati mãdavit. Vt vides apud B. Ambroſium, Epiſt. XVII. Vt ultimò ſunt diſtinctæ. De numeroſiſſimis Maximi copiis Sozomenus lib. VII. cap. XIII. Eugenii verò tantæ copiæ, ut oſtentatę etiam mendaces copioſoſq; populos contremefacerent. Sulpitius Alexander, lib. IV. Hiſtor. *Dehinc Eugenius tyrannus ſuſcepto expeditionali procinctu, Rheni limitem petit, ut cum Alemannorum ac Francorum Regibus vetuſtis fœderibus ex more initis, immenſum ea tempeſtate exercitum gentibus feris oſtentaret.*

MANU.] Vi armata, *Manus* enim, poteſtatem, effectumque rei denotat. Pindarus, Pythionic. IV.

ταχῦῖτι χεῖρες, καὶ τὸ ἄτροφ ἴζον. Scholiaſtes, Triclinius, aut Thomas Magiſter: αἱ χεῖρες πε καὶ τὸ ἤτερ αὐτὴ τῦ, αἱ πρᾶξεις, ἢ ἡ πρoθυμία. Manus, artificium, Opus, Apuleius non ſemel. Virgilius, lib. VI.

Fataque, Fortunaſque virum, moreſque,
manuſque.

Artemidorus. Onirocrit. lib. I. cap. XLIV. κοινῇ δ' ἀμφότεραι αἱ χεῖρες σημαίνουσι τέχνας, χειρόγραφα, λόγους, τέχνας μὲν, ἐπεὶ διὰ χειρῶν αἱ τέχναι.

Manus pro actibus bis Paciano, libello de Pœnitentia, *Addo*, inquit *etiam non ſolas manus in homicidio plecti, ſed & omne conſilium, quod alterius animam impegit in mortem.* Hoc eſt factum ipſum homicidium. Idem: *Peccator erubeſcet Perpetuam vitam præſenti pudore mercari? Et offerenti manus Domino vulnera malè tecta ſubduces? Id eſt* auxilium, opem. Hebræorum uſum ingerunt ſacræ literæ, notavitque amicus quondam noſter Ioan. Druſius vir doctiſſimus, ad cap. VI. B. Matthæi.

73. HUNC SÆVA BRITANNIA FUDIT.] Diverſa de hoc homine judicia. Inſigni adulatione Theodoſij deprimit mirificè Pacatus Panegyrico, deprimunt Auſonius, Zoſimus, qui tamen Theodoſii commilitonem in Britannia fuiſſe ait, & Noſter. Laudant non pauci Chriſtianorum ſcriptorum. Paullus Oroſius etiam invitum ad Imperium provectum ſcribit, contra Zoſimi largiorem, & utique veriorem relationem, lib. IV. capite XXXIV. Maximus, vir quidem ſtrenuus & probus, atque Auguſto dignus, niſi contra Sacramenti fidem per tyrannidem emerſiſſet, in Britannia invitus propemodum ab exercitu imperator creatus. Subdolum hominem, pacis involucro, Bellum tegentem, indicat B. Ambroſius, Epiſt. LVI. Ex cujus eadem & ſermone hominis ibi, ingenium ejus noſcere poſſis. Qui & Barbarum latronem alibi vocat, ut Rutupinum Auſonius. Pravum hominem dicit Paulinus init. lib. 6. de Matt. Pro Principe legitimo habitum apud Gallias docent exempla in Sulpitii Severi Hiſtoria Secunda. Qui idem Libro illo celeberrimo (non enim alius magis eo tempore, ut vides ex Dialogo I. Ejuſdem) de Vita Martini ferocis ingenij virum, elatumq; bellorum civilium ſucceſſu vocat: Vbi voces ipſius ſunt impoſitam ſibi à militibus divino nutu regni neceſſitatem armis defendiſſe, non ſumſiſſe ſponte imperium. Neque alienam ab ſe Dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili eventu victoria fuiſſet; neminemque à ſe ex adverſariis niſi acie occiſum: Quæ verba alluſit utique Paulus Oroſius. Idem tamen Dial. II. c. VII. Mirifice eum laudat, & Imperium invitum ſumſiſſe aſſeverat. Patrui & Fratris Maximi meminit Idem Severus eodem loco Fratris Marcellini, qui bellum inſtaurare conniſus, Pacatus. Hiſpanum natione fuiſſe diſerte notat Zoſimus, ut errent qui Britannum faciunt. Nominatim interpres Socratis lib. V. cap. XI.

Μάξιμος ἐκ τῶν περὶ τὰς Βρεττανίας μερῶν ἐπανέστη τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ.

Non dicunt hæc Britannia oriundum fuiſſe, quod ille ſomniavit, ſed inde Rem Romanam invaſiſſe. Cæſum alii ſcribunt à militibus exprobato ſcelere carnifici à Theodoſio traditum Pacatus, Zoſimus. Intra Aquileiam obſeſſum ad extremam amentiam ante obitum adactum Sulpitius Alexander apud Gregorium Turonenſem, lib II. cap. IX. Vt non ficta res ſit quod Pacatus Panegyrico memorat, fugientem ex amentia ſua veſtigia relegiſſe, & diris Gratiani Vmbris ad deſperationem actum, ne de morte quidem digna verb cogitare potuiſſe. Quæ quidem Oratio omnium hujus ævi ſcriptorum (Claudiani Poeſi non commiſſa) mihi numeroſiſſima, cultiſſima, eloquentiſſima, ingenioſiſſima, videtur. Quam nec ei demererent laudem, ſi maximò exſtarent Symmachi in Laudem Maximi Panegyricus, & mox pro Theodoſio Apologeticus; eum viri ejus facundia longè verè legitimèque Romanæ ſit

næ ſit diſſimilior, Pacati autem ſermo PLiniano nullibi inferior. Addam Zoſimi dolum, qui ſcribit palàm quidem Maximum conſortio Imperij à Theodoſio, poſt Gratiani cædem, admiſſum, clam autem parato bello appetitum, cum idem Pacatus (minimè in os tam benigno veroque Principi hoc mentiturus) diſertè tradat moriturum Maximum confeſſum Theodoſio, ad tantas ſe victorias perveniſſe, perſuaſo milite, ſub auctoramento Theodoſiani nominis, rem geri. *Ad primam*, inquit, *tuam vocem nefarie pectori excuſſa confeſſio eſt, nec cunctari ſaltem, aut muſſitare potuit, quin conſilium omne nudaret, ſe videlicet favoris tui obtendiſſe prætexum, quod aliter non potuiſſet allicere militum ſocietatem, niſi ſe auctoramenti tui finxiſſet actorem.* Hunc Maximo ſparſum rumorem, odio Theodoſii, pro veritate tradidit Zoſimus, ambiguus plerorumque magnarum laudibus, ſæpè ſibi contraveniens, ſæpè Calumniæ Eunapianæ affectam male diſſimulans.

73. SÆVA BRITANNIA] Immanior utique Romanis moribus. Notamus quædam ſupra ad Panegyricum Manlianum, inde Animadverſis Rutilianis inſerta. Fudiſſe dicit, ad copiam militum alludens ex variis nationibus copioſiſſimam. Sozomenus

ἐν τούτῳ δὲ Μάξιμος πλείστην ἀγείρας στρατιὰν Βρεττανῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν ὁμόρων Γαλατῶν, καὶ Κελτῶν, καὶ τῶν τῇδε ἐθνῶν, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ᾔει.

Quo pertinet quod Treveris in Conſiſtorio, aut Palatio certe, illi in os dixit B. Ambroſius Epiſt. LVI. Per ſe non ſtetiſſe quo minus cum Legionibus ſuis in Italiam influeret. Propterea, inquit, & ego veni quia prima legatione, dum mihi credis, per me deceptum te eſſe aſſerebas. Glorioſum mihi ſit & hoc pro ſalute pupilli Imperatoris. Tamen non exprobrabo beneficium meum Valentiniano. *Vt verum eloquatur, ubi ego tuis legionibus obſtiti, quominus inFLVERES in Italiam. Quibus rupibus? qua acie? &c.*

74. GERMANUS EXUL.] Arbogaſtes Francus, cujus notiſſimæ res, & ſuperius partim recenſitæ ſunt, Germanum vocat, quod toti mundo tunc conteſtatiſſimum Francos non niſi Germanos, Germanis oriundos, populos fuiſſe. Quod qui imperiteaut pervicaciter negant, quæſitisve ſubterfugiis eludere, dubiumque facere contendunt, quid agant, quos nobiliores avos quærant, qua fronte ſtirpem ſuam erigent, ipſi viderint. Nobis conteſtata res eſt: teſtimoniis ſcriptorum, & vel uno hoc noſtri. Germania, ultra Rhenû, Francia Hieronymo Vita Hilarionis: *Candidatus Conſtantii Imperatoris, rutilus coma & candore corporis provinciam indicãs inter Saxones quippe & Alemannos, gens ejus non tam lata, quam valida, apud Hiſtoricos Germania, nunc verò Francia. vocatur.* Sulpitius Alexander: *Arbogaſtes Sunnonem & Marcomerem. ſubregulos Francorum gentilibus odiis inſectans, Agrippinam rigente maximè hieme petiit. Ratus tuto omnes* FRANCIÆ RE*ceſſus penetrandos urendoſque cum ſilva inſidiantes occulere non poſſent.* Procopius Lib. I. de Bello Vandalico: *Vandali, circa Mæotidem conſidentes, ubi fame preſſi ſunt, in Germanos, qui nunc Franci dicuntur, irruunt.* Lib. I. de Bello Gothico: *Franci iſti, Germani quondam vocabantur.* Paullo poſt. *Vbi primitus Germani, gens barbara, habitabant, nec magni tunc momenti viri, qui Franci nunc nominantur.* Agathias lib. I. *Francos veteres eſſe Germanos dixere, quod utique ex eo ſatis liquet. Nam circa Rhenum ſi habitant, huic propinquas incolunt terras, Galliarumq; maximam partem poſſident, non propriam, ſed vi occupatam. Arbogaſten* natione Francum omnes fatentur Zoſimus lib. IV. *Gratianus Imp. Arbogaſtem & Bautonem miſit. Erant ambo natione Franci. Eodem: Arbogaſtes oriundus è gente Francorum, quem ſecundum à Bandone Duce locum obtinere Gratianus juſſerat.* Paulinus Diaconus: *Vita B. Ambroſii. Arbogaſtes Comes Bellum adverſus gentem ſuam, id eſt Francorum, paravit. Exſul, qui a pulſus patria, aut eam deſerens ad Romanos devenit.* Superiore Panegyrico Claudianus.

Proh

Proh crimen ſuperum, longi, proh dedecus ævi,
Barbarus Heſperias exſul poſſederat urbes,
Sceptraque dejecte dederat Romana clienti.

75. FAMULUM.] Clientem vocat verſibus modo poſitis. Vide Socratem lib. V. cap. XXIV. Sane vero Eugenium in clientelam Arbogaſti commendaverat Ricomer, ut multis tradit Zoſimus: hominem utique humilis proſapiæ, quare nec integro licet anno Occidenti imperans, in Faſtos Conſulares Conſul factus relatus eſſe videtur, cum, quem contrà eum Conſulem fecit Theodoſius in Oriẽte. Abundantius ubique legatur. Conſulatus ejus mentionem ex aliis monumentis fecere doctiſſimi viri ad Sidonium. Diſtinctionem mutavit hoc verſu Editio Scaligerum Correctorem nacta Nullare Germanus enim exſul ſpeciatim Arbogaſtes. Licet nec Maximus eo titulo carere habeat, de quoad Theodoſium Pacatus: *Non ſtatim ſubiſſet hominem tui ſuique præterita reputatio? Non ſibi ipſe objeciſſet te eſſe Triumfalis viri filium, ſe patris incertum. Te hæredem nobiliſſimæ familiæ, ſe clientem: Te omni retro tempore Romani exercitus Ducem, Libertatis Patronum; ſe orbis extorrem, patriaque fugitivum.* Nihil tamen mutamus, nec jubent quicquam Libri.

75. RESPERSUS UTERQUE.] Pari crimine juvenes Imperatores exſtinxere, Gratianum Maximus, Valentinianum Eugenius. Hic *Arbogaſtis* cliens, & ſub eo Imperatore ille domus Theodoſianæ verna, & pro magno adfinitatem jactens, uti de hoc Pacatus Panegyrico, de illo omnes Hiſtoriæ narrant. Maximi ſcelus palam geſtum eſt; nec ſine dolo tamen, fugientem enim Gratianum ad lecticam ſuam pellexit Andragathius, conjugem adventare mentitus, & ita ingenii, corporis ſpecioſiſſimi, Principem interemit, ut auctor Sozomenus eſt, lib. VII. cap. XIII.

ταῦτα σπουδαζούσης τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς, ἀγγέλλεται δόλῳ Ἀνδραγαθίου, ὃς στρατηγὸς ἦν Μαξίμου, χαλανὸν ἀνῃρῆσθαι· ἐφ' ἁρμαμάξης γὰρ βασιλικῆς ὀχούμενος ἀπεκρύβη, καὶ ὡς τοῦ βασιλέως εἴη γαμετὴ, τοῖς ἡγουμένοις ἀγγέλλειν ἐκέλευσεν, ἀπερισκέπτως δὲ Γρατιανὸς τὸν τῇ δε ποταμὸν διαβὰς, ὡς ἔναγχος γήμας, καὶ νέος ὤν, καὶ ἐρωτικῶς πρὸς τὴν γυναῖκα διατεθεὶς ὑπὸ προθυμίας τοῦ δεξιώσασθαι αὐτὴν μηδὲν προϊδόμενος εἰς τὰς Ἀνδραγαθίου ἐνέπεσε χεῖρας, καὶ συλληφθεὶς οὐκ εἰς μακρὰν ἀνῃρέθη, ἔτη μὲν τὰ ἀμφὶ εἰκοσιτέσσαρα γεγονὼς, δεκα δὲ καὶ πέντε βασιλεύσας.

Aliter tamen Ambroſ. qui dolo & in convivio interfectum Gratianum ſcribit in Pſalmum LXI. Lugduni interfectum, notant Caſſiodorus chronico Marcellinus, adjecto die VIII. Cal. Septembr. indicia cruentatorum manibus parietum adhuc ſupereſſe tum ſcribit B. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Gratianus, ab exercitu ſuo proditus, & ab obviis urbibus non receptus, ludibrio hoſti fuit, cruentataque manus veſtigia parietes tui, Lugdune, teſtantur.* Quæ traditio illi Sozomenianæ nihil derogat. Ipſe tamen maximus negabat ſuo juſſu interfectum Gratianum, ut vides apud Ambroſium, Epiſt. LVI. Sed eum vide in Pſal. LXI. Valentiniani tenerrima ætate jam ante regno pulſi teterrimum fatum in obſcuro eſt, adeo ut nec in Funebri Oratione referre voluerit Ambroſius, cum tamen ejus diei, quo periit, verba commemoret. Illud conſtat ab Arbogaſte omni auctoritate per diſſenſionem ſpoliatum, adeo uti nec obedientem haberet mandato ullum de plebe militem, de diſſenſione clarè Zoſimus. De altero Sulpitius Alexander: *Dum diverſa in Oriente per Thracias geruntur, in Gallia ſtatus publicus perturbatur. Clauſo apud Viennam Palatii ædibus Principe Valentiniano, & penè infrà privati modum redacto, Militaris rei cura Francis ſatellitibus tradita Civilia quoq; officia tranſgreſſa in conjurationem Arbogaſti, nullusque ex omnibus ſacramento militiæ obſtrictis reperiebatur qui familiari principis ſermoni aut juſſis obſequi auderet.*

Hinc ſecuta cædes, & cadaver ſuſpenſum, tamquam tædio ſemet ſtrangulaſſet, quod ridiculè ſimul improbeque de tali indole fictum facile encomia Ambroſiana arguunt. B Hieronymus eodem loco: *Adoleſcens Valentinianus, & penè puer, poſt fugam, poſt exilia, poſt recuperatum multo ſanguine imperium, haud procul ab urbe fraterna mortis conſcia, necatus eſt; & cadaver exanime ſuſpendio infamatum.* Ab Eunuchis ſtrangulatum Arbogaſtis & Eugenii juſſu, ſcribit Socrates lib. IV. cap. XXIV. Aulicis etiam aliis, Sozomenus, cum multa adoleſcentis laude, lib. VII. cap. XXII. Zoſimus ſolus ſcribit extra muros Viennæ belli ſimulacra cientem ab Arbogaſte interemtum: *ob animum forte,* (ſi tamen eouſq; fuit) habens Tertii Valentiniani cædem, quæ eo modo perpetrata eſt, ut ſcribunt Idatius in Chronico, & Alij. Inſigne autem paris ultionis à Deo exemplum uterque Tyrannus, Maximus & Eugenius, habuere; capti ab eodem cæſi utriuſque Principe vindice, vere à Deo ei officio dato, quod nomine præferebat, ſpoliati Regiis inſignibus, ſervorum more interemti ſunt. De Maximo pulere Pacatus, de Eugenio Socrates, modo indicato loco. *Eum juſſiſſe pro victo ad ſe compedibus vinctum deduci Theodoſium: mox ipſum captum, & à victore* quod de Maximo multis Pacatus ob ſcelera increpatum, capiteque damnatum narrat Theodoretus libro V. cap. XXIV. De utroque B. Hieronymus, juncto Procopio (de quo Ammianum videas lib. XXXVI.) *Quid loquar*, inquit, *de Procopio, Maximo, Eugenio? qui utique dum rerum potirentur terrori gentibus erant. Omnes capti ſteterunt ante ora victorum; &, quod potentiſſimu quondam, miſerrimum eſt, prius ignominia ſervitutis, quam mucrone hoſtili confoſſi ſunt.*

76. INSONTIS IUGULO.] Iugulo cædem intellige, ſanguinem. Sedulius lib. IV.

cum præſidis ante tribunal
Staret, ut ad jugulum ductus mitiſſimus agnus.

De Gratiani innocentia Auſonius Panegyrico, de Valentiniani Ambroſius Sermone ejus Funebri, multiſque alijs locis Epiſtolarum & Opuſculorum. Vt & Themiſtius Peuriali Oratione in ejus Conſulatum.

77. NOVITAS AUDERE PRIORI.] Maximum Fortunæ novitate, hoc eſt ſucceſſuum incredibili celeritate, Eugenium illius exemplum mitigaſſe dicit, ad quem tranſiſſent ſcilicet tot exercitus, tot civitates cum opulentis provinciis defeciſſent. De ſucceſſibus ſuis Maximus ipſe apud Sulpitium Severum de Vita Martini cap. XXIII. *Martinus à convivio Maximi, frequenter rogatus, abſtinuit: dicens ſe menſæ ejus participem eſſe non poſſe, qui duos Imperatores, unum regno, alterum vita expuliſſet. Poſtremò cum Maximus ſe non ſponte ſumſiſſe Imperium affirmaret, ſed impoſitum ſibi à militibus, divino nutu, Regni neceſſitatem, armis defendiſſe, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili eventu victoria fuiſſet, nullumq; ex adverſariis, niſi in acie occubuiſſe, tandem victus ad convivium venit.* Poſſis novitatem etiam generis vilitatem capere, cuius ergo Pacatus mirificè traducit Maximum; Et armigerum lixā fuiſſe teſtatur. Auſonius Gladiatorem vocat idem Pacatus, vili autem ſanguine homines videmus, dato paullum ſpatio, nihil non audere ut emergant. Vide Seqq.

78. TANTUMQUE DABANT EXEMPLA SEQUENTI.] Hoc eſt: tantum conſilii & Audaciæ dabat Eugenio Parricidæ Maximo exemplum, quantum rei novitas dederat ipſi Maximo. *Novitas Maxime* data, eſt inuſitatus terror, quo perculſæ Gratiani legiones ad eum transfugerunt, ex angulo quodam ad Europæ Imperium progreſſum. Oroſius lib. VII. cap. XXXV Maximus hoſtis maximus, & ab immaniſſimis quoq; Germanorum gentibus tributa ac ſtipendia ſolo terrore nominis exigens. Omnem ſcriptam Lectionem habere *ſequentem* teſtantur docti, & nos de noſtri iudicium addimus. Difficilior lectio utraque, quam pro Claudiano nullibi non, ubi ſanus eſt, ſummopere perſpicuo Er-

tor

tot ineſt, mea opinione, voculæ *TANTVM*. Tota periodo Eugenij laudat providentiam, Maximi audaciam & virtutem bellicam, quæ duo junctim in Tyrannis tātis devicisse Theodoſium, ſummam ejus laudum facit. Scripſit igitur hic etiam ſui ſimilis, Poeta:

Novitas audere priori,
Suadebat, cantumq; dabant exempla ſequentem.

Eorum nimirum qui Maximi exemplo primum felices, poſt perierant tamen. Omnino ita ſcripſiſſe, expediendamq; Claudiano difficultatem arbitramur. Litterarum permutatio in veteri ſcriptura perfacilis. Conſidera quæ ſequuntur. Dabant, reddebant. Elegantior uſus verbi dividiæ ſcriptori optimo fuit. Novitatem pro ignobilitate, humilitate, capiendam, docet altera ſignificatio ejuſdem vocis in ſequentibus *Hic nova moliri facilis.*

79. HIC QUÆRERE TUTA PROVIDUS.] Eugenii doctrinam commendat Zoſimus, quiq; Philoſophus fuerit. Ei reſpondet noſtri obſervatio. Vtique vero ſi tanto exercitu prodiiſſet in hoſtem, melius rebus ſuis proſpexiſſet Eugenius, quod veritus Theodoſius celeritate neceſſaria hominem umbraticum oppreſſit, Legatōs pro participando Imperio leniter habens, interim bello parando incumbens. Vide Zoſimum.

80. INTER CLAUSTRA REDUCTUS.] Quæ mera felicitate, mero favore divino pervaſit Theodoſius: Conſenſu Hiſtoriæ. *Ego verò ſuſpicor Arbogaſtem*, minus cognita Principis ſtrenuitate, ultro eum admittendum cenſuiſſe, ut videlicet ſuo commodo loca meliora inſidens, ejus exercitum peſſumdaret. Arguunt omnia quæ de circumvendo inſidiis narrat Oroſius, lib. VII. cap. XXXV. *Vbi ſolùm etiam in pugnam proſiliiſſe ſcribit*, confirmante in Oratione Funebri Ambroſio, qui proſiliiſſe ſuis commorantibus, hoſte inequitante, memorat clamantem UBI NVNC EST THEODOSII DEUS.

81. MORTE PARES.] Negant nonnulli Chriſtianorum de Eugenio, qui dum ſupplicat Theodoſio, à milite obtruncatum ſcribunt. Sozomenus lib. VII. cap. XXIV. Εὐγένιος δὲ παραδεχμὼν τοῖς περὶ τοῦ βασιλέως, ἐδεῖτο σώζεσθαι. Ἐν ᾧ δὲ ἱκέτευε πρὸς τοῦ τῶν στρατιωτῶν τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Socrates lib. V. cap. XXIV. Εὐγένιας πρὸς τοῖς ποσὶ τοῖς τοῦ βασιλέως ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. D. Maximo etiam non nemo aliter. Sed vera utiq; noſter hoc loco, qui regula ſit quædam palantibus cæteris. De Maximo etiam Auſonius Encomio Aquileiæ.

Sed magis illud
Eminet, extremo quod te ſub tempore legit,
Solveret exacto cui juſta piacula luſtro
Maximus, armigeri quondam ſub nomine lixa
Felix qui tanti ſpectatrix læta triumphi
Puniſti Auſonio Rutupinum Marte Latronem.

82. DEDECVS.] A ſummo Imperio in infimam ſervitutem, quod morte ipſa atrocius notār Hieronymi verba modo propoſita.

83. MIXTIS TELIS.] In acie, conflictu militari. Telo enim Carnificis ceciderunt: Forte ſcriptum Claudiano *miſſis* Vt ipſi occidendi prius occidiſſent alios.

84. AMISSA SPECIE, RAPTIS INSIGNIBVS.] Pacati verba rem tantum non ob oculos ipſos ponunt, in Maximi, (ſi miſerabilis ipſe fuiſſet) ſane miſeranda clade. *Adductum fortiſſimi Duces inſtruendo accinguntur triumpho. Capiti diadema decutitur humeris veſti, aufertur. Pedibus ornatus evellitur. Totus denique homo aptatur ad interitum, Publice publicus ſpoliator exſuitur; nectuntur manus rapaces, nudantur* [Scribe *nedantur*] *crura fugitiva, talis denique tuis offertur oculis, qualem offerri decebat victori captivum, Domine ſervum, Imperatori tyrannum, &c.*

85. RAPTIS INSIGNIBVS.] Purpura Auguſtali, quæ adeo ſancta erat, ut priorum principum geſtārent poſteriores. Sic Conſtantino quondam apta, indutum auſpicijs Imperij Theodoſium ex magis priſcis ſcribit Mi-

 chael

Michael Glycas. Sic de ea qua exutus idem iſte Maximus Pacatus: *Tu tuum, venerabilis Gratiane, carnificem, diris comitatus ultricibus obſidebas, & irata umbra eb os ejus oculoſque fumantes infernis ignibus tadas, & crepitantia torto angue flagella quatiebas, ne morti honeſta vacaret, ne Regalem illum, ſacroſanctumq; veſtitum impio cruore pollueret, ne cultus olim tuus, ac deinceps fratrum futurus, funeſtum ſanguinem, vel dum vindicatur, acciperet.* Et Antiquiores Palmatas hoc genus de Capitolio aut Palatio ſumebant; Capitolinus in Gordianis: *Palmatam tunicam, & Togam pictam primus Romanorum privatus ſuam propriam habuit, cum ante Imperatores etiam de Capitolio acciperent, aut de Palatio.*

83. INSIGNIBUS.]Imperii. Certis notis, quibus ab hominibus homines diſtinguātur, utendi morem ab Ægyptiis, ipſiſque adeo primis hominibus, per Dei immortalis manus in mundum veniſſe, ex Sacris Litteris, Diodoro Siculo, aliiſq;, ad ſatiem docemus in Commentario Characterum. Dignitatem monſtrantia indicia, hoc nomine cenſentur. FLorus lib.I. *Inſignibus, quibus regni dignitas eminet.* Silius Italicus *Regnique inſigne vetuſti.* De Clypeis, galeiſque, quorum ornamentis Nobilitas hodie cenſetur, inibidem multa docemus, ut ii à vetuſtiſſimis Regibus oriunda inſignia nunc ad Nobilitatem noſtram propagarint: Arma diſtinxerint ab armis facinora illuſtria; coacta ſit ab ipſis inſignibus proles majorum facta ſequi, amiſſo, ſecus ſi egiſſet cum infamia, titulo; denique & bona annecti cœpta Nobilitati, quæ Feuda non aliunde dicta ſint, quam quod ſumma perpetuaque fide poſteritatem poſſidentium, Virtuti allegaverint, & Principum neceſſitati conſtrinxerint. Sed hæc iſthic memorari aliena.

84. IN VULTUS REDIERE SUOS.] Alter in Grammatici & Antigraphi Aurelici, ut vides in Socrate, lib.V.cap.XXIV. Alter in vernæ, armigeri, lixæ, uti reſtantur indubii reſtes Auſonius & Pacatus. Vultus, habitum, ſtatum, perſonam omnem notat, ut luce aliquot auctorum nova, alibi doctum. Non indocte Nonius ex aliis Vultum, voluntatem, conſtitutionemq; hominis, inde apparentem, deſignare notat penes Lucilium, Salluſtium, Ciceronem.

84. MANIBVSQVE REVINCTIS.] More noxiorum hominum ad ſupplicium raptorum, hæc enim pœna addita pœnæ extremæ ab omni antiquitate. Sidonius de Bacchi triumpho Indico:

Conjectas in vincla manus poſt terga revinxit
Pampinus.

Nonnus, lib.XV.

Ἀλλου κεκλιμένοιο φιλεύιος ἴζμὸς ἀλήτης,
Χεῖρας ὀπισθοτόνους ἀλύτῳ σφηκώσατο δεσμῷ.

Virgilius, Aen.II.

Ecce manus juvenem interea poſt terga revinctum
Paſtorem, magno ad Regem clamore trahebant, &c.

85. GLADIIS.] Militari more, non enim adſtricti erant ad ſecurim, ſtantis Reipubl. ex conſuetudine, Principes. Suetonius, Calig.cap.XXXII. *Sape in conſpectu prandentis vel comiſſantis ſeria quaſtiones, per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuſcunq; è cuſtodia capita amputabat.* Gladius a. honeſtior erat ſecuri; vide quæ notat doctiſſimus Petrus Faber, Lib.I Semeſt.cap.IV. Honeſtius cæteris ſupplicium demti capitis nos docemus Adverſ.lib.XXXII cap.VIII. Claudiano frequens hujuſdem mentio.

85. SVBMITTVNT COLLA.] Non ignari nimirum meriti ultimi ſupplicii, itaque neceſſitati voluntatem ſubmittentes. Sic Beati martyres, alia tamen cauſſa ſubmittebant colla gladiis, optato e vita abſceſſu. Walafridus Strabus, in Vita & Fine Blaitmaici

His

His dictis compuncta cohors, quod poſſe videbat,
Hoc animo ſtatuit; quidam ſub pectore firmo
Sacrilegas ſpectare manus, gladioque furenti
Suppoſuiſſe caput gaudebant mente ſerena.
Firma fides vigilat, rebus ſuſpenſa futuris.

Dicas à vexillis militaribus ſimilitudinem ſumſiſſe, colla enim alioquin rigide faſtu & confidentia portaverant. Illa autem erigere, magnanimitatis, ardoris ad conflictum, humilitatis demittere. Ammianus, libro XIV. *Velut contumacia quaedam vexillum altius erigens, ſine reſpectu ſalutis alienæ & ſuæ.* De Submiſſione Papinius pari alluſione. IV. Silvarum. II. de Domitiano:

Tranquillum vultu, ſed majeſtate ſerena
Mulcentem radios, ſubmittentemq; modeſtè
Fortunæ vexilla ſuæ.

Lucanus, lib. VI.

Pacem gladio ſi quærit ab iſto
Magnus, adorato ſubmittat Cæſare ſigna.

Sic ſublata, & in alto poſita Bellum indicabant aut Imperium aliud: Virgilius.

Vt Belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu.

Auctor Chronici Alexandrini in Joviano. *Iunius, Perſarum Satrapa, Vrbem ex mandato Imperatoris ingreſſus, in turrium una ſignum Perſicum fixit. Imperatore cives omnes cum bonis excedere jubente.* Sæpè Scriptores Hiſtoriarum recuperatæ Palæſtinæ. *Extollere vexilla,* pugnæ ſignum erat. Ammianus lib. XXXVII. *cum undique ad arma conclamaretur Imperio Principis & ductorum ſtetit rigibilis miles, vexillum operiens extollendum, quod erat opportunè ſubeundæ indicium pugnæ. Pervertere,* Defectionem notabat. Idem Scriptor Lib. XXVI. *Agilo rem excurſu prodidit repentino: eumque ſecuti complures, jam pila quatientes & gladios, ad Imperatorem tranſeunt, cum vexillis ſcuta perverſa geſtantes, quod defectionis ſignum eſt apertiſſimum.* Sed hæc alibi.

86. VITAM VENIAMQUE ROGANT.] De Eugenio non unus Scriptorum. De Maximo neſcio; multum enim iſte illo virtute potior. Et ſunt qui iſtum à militibus cæſum, nec in poteſtatem Theodoſij veniſſe dicant, ut Sozomenus lib. VII. cap. XIV.

86. DAMNA PUDORIS.] Amiſſum omnem pudorem, rem ultrà omne exemplum pudendam dicit. Innuunt autem hæc verba culpantque fœmineum utriusque animum, quod non ceciderint ferro quacunque ratione porito. Exemplo Ducum, quorum Principi ſuo utrìq; eatenus feliciter militans, cum adverſam Fortunam ſentirent, maluerunt interire quam Victori eſſe ſupplices, Andragathius videlicet atq; Arbogaſtes. Pariter loquitur in Eutropium.

87. NUTU MOVERE COHORTES.] Vide Notas ad Rutilium lib I. v. CCLXXI.

88. DUBIUS SESE LIBRAVERAT ORBIS.] Dubia enim res erat, Theodoſius an alter horum vinceret, Imperiumque ſuſciperet. In eos dubius, ſeſe libraverat. Pendebat jam terrarum orbis, dubius in quos concederet. Singularem felicitatem Theodoſij tacitè commendat, quæ ſanè inſignis fuit, tantas copias, tam prorſus peritos ductores ſingulos ſingulis prœliis ſuperaſſe. Tranſcribunt omnia ſingulari Pietati Hiſtorici, utinam non prolapſi quandoq; ad fictiones. Vide Oroſium, Socratem, Theodoretum, Sozomenum: Etiam Pacatum, & Zoſimum. Major etiam fuit Honorij, qui tot motibus, tot tyrannis rebellantibus ſuperſtes & in tuto ſemper vixit. Deo comprimis carus, quod ambiguæ de Religione ſententiæ ſcriptor illi teſtimonium perhibet, libro I. Vandal. Procopius:

ταῦτα ὀνειρώ προσδοκῶντι, καὶ ἐν τρικυμίαις φερομένῳ. τῆς τύχης εὐτυχήματα θαυμάσια ἡλίκα ξυνηνέχθη γενέσθαι. φιλεῖ γὰρ ὁ θεὸς τοῖς, οὔτε ἀγχίνοις οὔτε τὸ οἴκοθεν μηχανᾶσθαι οἵοις τε οὖσιν, ἢν μὴ πονηροὶ εἶεν, ἀπορουμένοις τὰ ἔσχατα, ἐπικουρεῖν τε καὶ ξυλλαμβάνεσθαι ὁποῖον δή τι καὶ τῷ βασιλεῖ τούτῳ τετύχηκεν.

90. DAMNAT VOCE REOS.] Exprobratis ſceleribus. De Maximo Zoſimus.

Μάξιμος μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου κατήγετο θρόνου, χρήματα διανέμειν τοῖς ὑπ' αὐτὸν, στρατιώταις ἀρξάμενος. γυμνωθεὶς δὲ τοῦ βασιλικοῦ σχήματος Θεοδοσίῳ προσήγετο. ὁ δὲ βραχέα τῶν κατὰ τῆς πολιτείας αὐτῷ πεπλημμελημένων ἐν ὀνείδους μέρει διεξελθὼν τῷ δημίῳ παρέδωκε, τὴν ὀφειλομένην ἐκτίσοντα δίκην.

Pacatus ſcribit quod ſub nomine ſuo ſceleſtus Imperium invaſiſſet, nam Gratianum Theodoſij mandato ſubmotum mentibus erat, id maximè exprobraſſe Theodoſiũ. Confeſſo in eo fuiſſe ut ignoſceret (Ita B. Ambroſius ſcribit, ſi per iram aut iratis verbis quem compellaſſet Theodoſius, id ſignum fuiſſe ſequentis veniæ) jam cum Miſericordia colloqui ordiens; At Procerum juſſu abreptum ad ſupplicium Maximum. De Eugenio Theodoretus lib. V. cap XXIV.

Ταῦτα λέγοντες ἐξανέστησάν τε ἐκ τοῦ δίφρου τὸν Εὐγένιον, καὶ τὰ δεσμὰ ἐπιθέντες πεπεδημένον ἀπήγαγον, καὶ προσήγαγον δορυάλωτον τὸν πρὸ βραχέος μεγαλαυχούμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν τε εἰς Βαλεντινιανὸν πλημμεληθέντων ἀνέμνησε, καὶ τῆς παρανόμου τυραννίδος. καὶ τῶν κατὰ τῆς ἐννόμου βασιλείας πολέμων ἐκωμῴδησε, καὶ τὴν Ἡρακλέους εἰκόνα, καὶ τὸ μάταιον δι' ἐκείνην γενόμενον θάρσος. καὶ τότε δικαίαν καὶ ἔννομον ἐξήνεγκε τῆς κατ' αὐτοῦ τιμωρίας τὴν ψῆφον.

92 DECIDIT IN FLUCTUS.] Andragathius mari Ionio obnavigans, Maximi clade accepta. Gratiani interemti vindicem metuens, deſilit in mare. Zoſimus.

τούτων ἀπαγγελθέντων Ἀνδραγαθίῳ, τὰ περὶ τὸν Ἰόνιον διερευνωμένῳ πορθμὸν, ὅτι μυρίοις περιπεσεῖται κακοῖς ἐπιστάμενος, οὐκ ἀναμείνας τοὺς ἐπιθησομένους, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπέθηκεν, καθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν τὸ σῶμα, καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐκδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτὸν, ἢ τοῖς ἐχθίστοις ἑλόμενος.

Pacatus fluctibus merſum fataliter dicit ne cadaver uſpiam eſſet.

92. ILLUM SUUS ABSTULIT ENSIS.] Arbogaſtes biduo poſt Eugenii cladem ſeſe ipſum interemit. Socrates, lib. V. cap. XXIV.

Ἀρβογάστης δὲ ὁ τῶν τηλικαύτων κακῶν αἴτιος, μετὰ δύο τῆς συμβολῆς ἡμέρας φυγὼν, ὡς ἔγνω οὐκ εἶναι αὐτῷ βιώσιμα, τῷ οἰκείῳ ξίφει ἑαυτὸν διεχρήσατο.

Cum ſenſiſſet ſilvas, in quas refugerat, obſeſſas undique, ſeque ad necem quæri, ſeſe vita expulit. Zoſimus:

Ἀρβογάστης δὲ τυχεῖν ὑπὸ Θεοδοσίου φιλανθρωπίας οὐκ ἀξιώσας, ἀλλὰ τὰ τραχύτατα συνέφυγε τῶν ὀρῶν. αἰσθόμενος δὲ ὡς πάντα περινοστοῖεν τόπον οἱ τοῦτον ἐπιζητοῦντες, ἑαυτὸν ὑπέσχε τῷ ξίφει. τὸν ἑκούσιον θάνατον τῆς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν συλλήψεως προτιμήσας.

Non uno mucrone dixit noſter Panegyrico Superiore, rem eſſe tranſactam. In MS. noſtro eſt memorabilis nota, margini adſcripta hîc: Duobus ſe pugionibus interfecit.

92. ABSTVLIT.] Interfecit. Horatius de Medææ veneficiis, *novam*

Incendio nuptam abſtulit.

Mato

Maro lib. VI. de Infantibus: *ab ubere raptos Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.* Dicas à torrente, aliave vi aquarum ductum. Curtius, lib. VII. *Iuvenis erat, primo ætatis flore pubeſcens, quem inter equites, Philotæ tormentis conturbatos alienus terror abſtulerat.* Maro.

Vt vidi, ut perij, ut me malus abſtulit error.

93. SOLATIA.] Ultio morientium Solatium, & ſic etiam mortuorum. Vide nonnihil in Libro. XLVIII. Adverſar. cap. XIIX.

93. CÆSIS FRATRIBUS.] *Conſanguineis*, non Germanis, Ammianus, fine li. XXX. Valentiniani enim mater Juſtina, Magnentij quondam Principis, vidua, tot tantarumque turbarum contra Catholicos pro Arrianis auctrix. Gratianum ex alia ſuſtulerat ante Imperium Valentinianus Senior, ut vides apud Socratem, lib. II. cap. IX. Unde error Faſtis Conſularibus Idatij eximendus, qui Valentiniano Auguſto natum filium Gratianum memorat Conſulibus Euſebio & Hypario. Gratianus ipſe uxorem habuit Poſthumam Conſtantij, patri cognominem, ut tradit Ammianus, lib. XX. Quam Lætam tamen vocat, matremque ejus, Piſſamene. Zoſimus, libro V. Gratiani mater Severa fuit, quæ laudata magnoperè Juſtina, Valentiniani poſtea, conjugem Valentinianum commovit, ut ſuperinduceret eam, Qui lege lata omnibus ſubditis ſuis permiſit duas cuique habere uxores, ut prodit Socrates, lib. IV. cap. XXVI. Et ex eo Nicephorus, lib. XI. cap. XXXIII. Hiſtoriam, quoniam nec trita aliis Eccleſiaſticis ſcriptoribus, & memorabilis eſt ob Severæ animum, verbis Epiphanij, ex Tripartitæ lib. VIII, cap. XI. addendam juſſi: *Iuſtus, Iuſtinæ pater, cum eſſet Piceni judex, Conſtantij Temporibus, vidit in ſomnis, quod ex dextro femore Imperialem purpuram genuiſſet. Cumque viſio per multos recitaretur, ad Conſtantij uſq; aures pervenit. At ille conſiderans ſomnium, tamquam ei Imperator ex ea naſceretur mittens occidit Iuſtum. Huius filia Iuſtina cum orphana manſiſſet à Patre: virgo permanſit. Poſteriore verò tempore venit ad Severæ notitiam, conjugis prioris Valentiniani Auguſti, ad quam frequentius veniebat & amabatur, ita ut etiam cum ea balneis uteretur. Cumq; Severa ſecum lavantem Iuſtinam diutius inſpexiſſet pulcritudine virginis obligata eſt, & dixit Imperatori adeo eſſe ſpecioſam Virginem Iuſtinam, ut etiam ipſa, licet eſſet mulier, ejus tamen amore ſit capta. Itaq; Imperator ejus ſermone concepto, Iuſtinam ducere tractabat uxorem, non tamen Severam abjicere, ex qua Gratianus fuerat natus, quam paullo ante firmarat Imperatorem. Legem itaque protulit publicè per civitates propoſitam ſancientem ut liceret, ſi quis vellet, habere duas uxores. Cumq; Lex propoſita haberetur, Iuſtinæ ipſe conjunctus eſt, ex qua natus eſt Valentinianus Iunior, & filiæ tres. Iuſta, Grata, & Galla: quarum duæ quidem in virginitate manſerunt, Gallam verò poſteà major Theodoſius duxit uxorem.* Hæc Socrates & Epiphanius, repentè etiam Diacono. lib. XI. Dicas ergo hoc nævo caſtitatem Valentinianæ Aulæ contemeratam, quam procul ab omni alioquin inceſtu, ſanctè pudicèq; ſervatam commendat Ammianus lib. XXX. Fratrem, cum quadrimis ad Imperium à militibus & Valente eſſet provectus ipſo inſcio, ut dilexerit, & admiſerit ſummo honori Gratianus, legas apud eundem Ammianum ſue ejusdem libri. & Sozomenum, libro VI. cap. XXXVI.

94. ULTOR TRIBVIT.] Reapſe illis, non ſibi. Quod enim Gratiano volente rogante q; acceperat, eo contentus Theodoſius, morte ejus vindicata, reliquum Imperij reddidit Valentiniano, cum Maximum & Victorem deviciſſet. De miſerabili Gratiani captione, morte, & negata ſepultura cadaveri à parricida Maximo, multis, intertextis ſcripturæ verbis, B. Ambroſius Enarratione Pſalmi LXI. Vltoris & Vindicis titulo honeſtat Theodoſium omnis memoria. Cum Eugenio offerente pacem, facilè poterat quietus regnare idem: Sed ulciſci ſuo & liberorum præſentiſſimo etiam periculo, maluit Valentiniani indignam cædem, cujus mores & Pietatem mul-

multis idem B. Patet in Oratione Funebri commendat. Gratiani miſeriarum memoria exſtat, proditi nimirum, capti, cæſi, apud Auctorem Epiſtolæ ad Præſidium, anno poſt nondum integro ſcriptæ; quam qui Hieronymo ablatam incerti auctoris titulo adſcripſerunt, prorſus Genium tanti viri ignoraſſe videntur. *Necdum*, inquit, *annus completus eſt quo Principem Gratianum prodente exercitu ſuo, ante fœda captivitas, dehinc miſerabilior oppreſſit interitus.* De Eugenio quod dixi verum adeo eſt voluiſſe cum Theodoſio participare Imperium, ut nec Auguſti titulum uſurpaverit, docentibus monumentis priſcis, ita inſcriptis, COSS. THEODOSIUS A. III. ET EUG. P. N. Hoc eſt, Princeps noſter Neque Cæſar ſcilicet neq; Auguſtus ob Theodoſij reverentiam nominari volens Epiſtolam eam Hieronymo ut demerent viros doctos compulit utiq; pagina poſtrema, quæ miras variorum animalium hiſtorias connectit. Sed iſta aſtutitia eſt, nec quicquam ad præcedentia, quæ omnia Hieronymiana ſunt, lepore, acumine, uſu ſcripturæ, doctrina, nullius tum alterius auctoris.

93. NECIS AUCTOR. [MS. noſter Actor.

94. LABITUR.] Proruitur, evertitur. Sic lapſum pro violento caſu dixit priore in Rufinum *tolluntur in altum Ut Lapſu graviore ruant. Corruere* ita oppetere, perire, mori. Q. Serenus de Phthitiaſi.

Sulla qqoque infelix tali languore pereſus
Corruit.

Et à caſu cadavera dicta auctor Tertullianus. Cap. XVIII. de Reſurrect. Carnis. *Atque adeò caro eſt quæ morte ſubruitur, ut exinde à cadendo cadaver renuntietur.*

95. MITIGAT UMBRAS.] Ex ſuperſtitione gentili loquitur, manes amicorum placari cæſis ad tumulum aut memoriam hoſtibus, nota exempla Homeri & Maronis. Alibi de Stilicone I. Laudum,

Turmas equitum, peditumque catervas
Hoſtileſq; globos tumulo proſternis amici
Inferijs gens tota datur.

96. JUVENUMQUE DUORUM.] De Valentiniani adoleſcentiæ ætate dictum eſt ſuprà. Gratianus interfectus eſt Annum agens XXIV. ant. XXV. Ricomere & Clearcho Coſſ. Natus Conſulibus Euſebio & Hypatio.

ἔτη ἀμφὶ εἰκοσιπέντε γεγονώς.

Sozomneus, lib. VII. c. XIII. Cautius quam Socrates, eumq; ſecutus Epiphanius in Tripertitæ lib IX. cap. XXI. ζήσας ἔτη εἰκοσιτέσσαρα, Errat prolixè Victorinus, etiam conſenſu veterum codicum, addens annos aut quatuor, quinque aut ipſos quatuordecim, quindecimve aſſentante Paulli Dilatator. lib. XII. Extremo Hiſt. Miſc. Veritatem ſervavit Freculphus, quod mireris. Tom II Libro IV. cap. XXIV. Mortuus eſt Gratianus anno Imperij. XV. Vitæ XX & IV. Ex qua ſcriptura error Victorinum & Paulli Dilatatorem, unde invaſerit, videri poteſt. littera enim E à librariis poteſtatem denarij numeri accepit, T quinarij. Sic ergo ambo iſti emaculandi. Inſuper & vetus ipſe Paullus Diaconus, qui ſub finem li. XI. ſi novem & viginti Annos Gratiano adſignat, cujus priori numero quinquennium de corruptis notis eſt demendum. Dilatator ille conjugem Gratiano novam de ſuo luto Creuſam fingit, ſed ille vitioſo Codice Tripertitæ illuſus eſt, in qua vice ejus nominis re vera ſcriptum eſt.

97. PURPUREOS MANES.] Auguſtos. Sidonius.

Purpureos Fortuna viros cum murice ſemper
Proſequitur.

Claudianus, Sexto Conſul. Hon. *Purpureo fotum gremio.*

98. ILLI JUSTITIAM CONFIRMAVERE TRIUMFO.] Vitioſa lectio moram ſermonis perennitati nectit, contra morem noſtri Olim nobis conjectatum.

Illi Iuſtitia confirmatore triumpho
Præſentes docuere Deos.

Sed

Sed Codex noſter, aſſenſu Belgicorum &; niſi eidem ſunt, Schotto collotarum, cum Delrianis, Camertis, Aldi. rem minore mutatione planiorem reddit. *Illi Iuſtitiam confirmavere triumphi.* Licet obhæreant etiam ſic ſequentia, Periodis non connexis. Locutio illi eſt par de Bello Getico, Laudum Stiliconiarum Quarto Libro.

Illa ſub horrendis prædura cubilia ſilvis,
Illi ſub nivibus ſomni, Curaque, Laborque
Pervigil, hanc requiem terris; hæc otia rebus
Inſperata dabant: Illa tibi Roma ſalutem
Alpinæ peperere caſæ.

Expreſſam rem dicas ex memoria digniſſimis, licet non admodum Geniatis, verſibus Silij Italici, lib. XV. Punic.

juſtitia cultor quacunq; capeſſes
Teſtes factorum ſtare arbitrabere divos:

Nec abeunt Euripidis Troadibus, Hecuba gratias agente Juſtitiæ Promotori Jovi.

ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
Ὅστις ποτ' εἶ σὺ, δυστόπαστος εἰδέναι.
Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν
Προσηυξάμην σε, πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
Βαίνων κελεύθου, κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

γῆς ὄχημα vocat Jovem, ut Apollo ſeipſum ἁρμονίαν κόσμου, apud Lactantium, libro I. cap. VII. *Et Deum Philoſophi Animam mundi.* Vide Timæum, Ocellum, Ariſtotelem, Apulejum de Mundo. Leontium in Sphæra Arateæ. Platonem Timæo. &c. Juſtitiam Omnitnentem non inconcinna prudentia ex vetuſtioribus facit Valerius Flaccus, libro I. Quintus Smyrnæus Lib. XIII. Paralip. Non ſolum omnividam, ſed noctes diesque pravorum hominum ſtudia obſervantem, eosque, ſecundum ea, ad pœnam trahentē: Heſiodum ſecutus, apud quem paria ſunt primo ἔργων. Eadem ad Pietatem Juſtitiamq; exhortatione Poëtæ vetuſtiſſimi Theologi Gentilitatis, ubique Deos præſentes propoſuere, Nemeſin Vindictamq; commenti Idola, ut bona facta ſpes, mala metus ſequeretur promoveret illa, hæc averteret. Sic Apollonius lib. I.

Ζεὺς αὐτὸς ἕκαστ' ἐπιδέρκεται. οὐδὲ μὲν ἄνδρες
Λήθομεν ἔμπεδον, ὅτε θευδέες δίκαιοι.

Et Aratus omnia Jovis plena proclamat initio Operis, quam integra myſteriorum complexione inſignibus verſibus dilatat Avienus Paraphraſtes doctiſſimus Euripides verò adjicit juſtorum hominum in vita communi multis obnoxia ærumnis, eam certam eſſe debere conſolationem, quod virtute ſua non Lateāt Juſtiſſimi Numinis inſpectionem, tandem ad perennem juſtitiæ ſuæ Normam omnia exacturi. Sic contra Impios atteſtatur Pindarus, nolint porrò malis moribus ſuis obſequi, eâ ratione, quod latere Deum, vindicem injuſtorum facinorum ſeſe ſperare habeant, rem enim contra eſſe, nec tale quid perſuadendum. Olymp. I.

εἰ δὲ θεὸν
Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λαθέμ
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.

Quod genus dilatari ſententijs in magnum volumen poſſit, ſi id ſtudeas. Hoc verò loco opus non eſt. Addam eosdem modo Euripidis verſus ſcire Gallico Idiomati hodierno transſcriptos, non minore ſanè gratia, quam ſunt Græci, ab Honorio Viſæo, Libro II. Epiſtolarum Moralium. Epiſt. XI.

Qui, que tu ſois en fin, incognu Iupiter,
Soit la Neceſſité, qui & en la Nature,
Soit l'eſprit des mortels, qui gouverne ce tout,

Ie te ren grace, ô Dieu. Car ſage tu moderes
En ta juſte equité toutes choſes mortelles.
Par ſentier incognu les conduiſant au bout.

Leguntur longe aliter duo primi verſiculi apud Clementem Alexandrinum. Quos ipſe tantus vir ſtudio fortaſſe immutare commemorans voluit. Quam illi licentiam merito damus, omnium qui contra gentes, ex eorum doctrina & lectione inſtructi, pugnarunt, auctorum longo intervallo præclariſſimo.

99. PRÆSENTES DOCVERE DEOS.] Loquitur de more paganorum; cum res ad votum fluerent, agnoſcentium Deos, ſecus, dubitantium, aut prorſus negantium. Pertinent eo Dij Præſentes & Præſtantes in VV. Inſcriptionibus. Immo PRæſentia ipſa Numen, ut alibi obſervamus. Ovidius in Obitum Tibulli:

Cum rapiunt mala facta bonos, ignoſcite faſſa,
Sollicitor nullos eſſe putare Deos.

Apud eundem, Metamorph. VI. Philomela, vim paſſa.

Si ſilvis clauſa tenebor,
Implebo ſilvas, & conſcia ſaxa movebo.
Audiet hoc æther, & ſi DEVS ullus in illo eſt.

Papinius, amico ex morbo revaleſcente. I Silv. IV.

Eſtis, io, ſuperi; nec inexorabile Clotho
Volvit opus: videt alma pios Aſtræa.

M. Antonius, Epiſtol. ad Hircium & Cæſarem Octavianum: *Cognita morte C. Trebonij, non plus gaviſus ſum quam dolui. Dediſſe pœnas ſceleratum cineri atque oſſibus clariſſimi viri; & apparuiſſe Numen Deorum intra anni vertentis finem aut jam ſoluto ſupplicio parricidij, aut impendente, lætandum eſt.* Hinc *Præſentes Deos dicunt*, cum tam manifeſta eorum Operatio, ut negari non poſſit, ſed coràm oculis uſurpetur. Luſit urbanè, & eleganti irriſione, Petronius, homo contemptor opinionum vulgarium, cum dixit: *Utique noſtra Regio tam præſentibus plena eſt Numinibus, ut facilius ſit Deum quam hominem invenire.* Præſentia enim omnia fingebantur, quolibet ſuo, quod colebat, vim talem adſcribente, cum ad unum omnes ratione non uterentur, ſed deciperentur volentes, & deciperent cupidi. Præſentia, ut dixi, numina, clarum denotant auxilium. Scribonius Largus, Epiſt. ad Julium Calliſtum: *Animadvertimus ſæpè inter deliberationes contentioneſque medicorum, auctoritate præcellentium dum quæreretur, quidnam faciendum, aut qua ratione ſuccurrendum eſſet ægro, quoſdam, humiles quidem, & alioquin ignotos, uſu verè peritiores,* & (quod fateri pudet) *longè ſummotos à diſciplina medicina, ac ne affines quidem ejus profeſſionis, medicamento efficaci date, protinus, velut præſenti numine, omni dolore periculoque ægrum liberaſſe.* Serenus ad Aeſculapium ſuum.

Qui quondam, placidi tectus ſub pelle Draconis,
Tarpejas arces, atque inclyta templa petiſti,
Depellens tetros, præſenti Numine, morbos.

Pari vi manifeſtum numē dicit Ovidius, quod divinitatem ſuam re præſente comprobet. Libro I. de Ponto. Eleg. I. de Auguſto.

Vt mihi Dij faveant, quibus eſt manifeſtior ipſe.
Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.

Virgilius, lib XI.

Fatalem Aeneam manifeſto Numine ferri
Admonet ira Deûm, tumulique ante ora recentes.

99. HINC SECULA DISCANT.] Omnem dicit Poſteritatem, Aeternitatem. Virgilius, ſeu quis alius, quod magis puto, neque mala ſuſpicione Cor. Gallus.

inter

inter ſeſe triſtes Haliaetus iras
Et Ceiris, memori ſervant ad ſecula fato.

Hoc eſt per omne Tempus: Locutione Hebraica, ut notat Beatus Hieronymus ad initium Epiſtolæ ad Galatas. Fungitur verò primo ſpecialique Poëtæ officio illhic Claudianus, eos qui tum vixerunt, quiq; victuri poſtea, illuſtrurus exemplis ad virtutis Pietatisq; cultum: Quo qui pertinere atq; collimare univerſam hujus præclariſſimi ſcriptoris Poeſin non videt, ipſum nulla pagina ſolidè intellexit. Laudes Heroum ad cultum Juſtitiæ & Dei, Vituperia Nebulonum ſpectant ad perſuadendam fugam vitiorum. Scitè in eamdem rem ejusdem hujus Principis Laudibus Pacatus: *Pertinet*, inquit, *ad ſecuritatem omnium ſeculorum, quod eſt factum, videri: Vt ſi quis umquam nefaria vota conceperit, monumentis noſtrorum Temporum recenſitis, per oculos hauriat innocentiam.* Scripta eſt ea nobiliſſima Oratio, nec mendax, niſi ubi divinitatem Theodoſio affricare nititur, Pacato Romam vel evocato, vel ibi commorante, certè paullò pòſt Gallias ſuas repetituro, præſente Romæ Imperatore, poſt Victoriam de Maximo partam, Timaſio & Promoto Coſſ. quo anno, menſe Junio. In urbem venit, menſe Septembri inde regreſſus eſt, verſus Orientem, Theodoſius, notante Marcellino Comite, qui fuit Chriſtianus. CCCLXXXIX.

100. INDOMITVM NIHIL ESSE PIO.] Pietatis Theodoſianæ pleni ſunt omnes Libri eorum temporum, Vide cumprimis Parentationem B. Ambroſij, Quadrageſimo poſt exceſſum die, præſente Honorio Principe, factam. *Pietas*, hoc eſt Juſtitia, & ſecundum metum Deorum vita, etiam paganis ſcriptoribus commendatiſſima, inſtar ejus quæ nihil non ſuperet, vincat, domet. Seneca Thyeſte.

Nulla vis major pietate vera eſt.

Hinc maximam rerū vocat Petronius, fictam irridens, Veram commendaturus potius quam agniturus.

ô Maxima rerum.

Et merito Pietas, homini tutiſſima virtus.

Quam ſententiam tamen, homo Polypus, conſpurcavit adjecta altera.

Primus in orbe Deos fecit Timor.

Quæ portenti eſt non hominis, neque ſenſu communi utentis, qui eruditum illum Lurconem docere poterat, Amorem Deo à tantis beneficijs prius debitum, Pietatis præcipuè nomine, deinde metum ob regulam Juſtitiæ, in vita non ſine conſcientiæ ſtimulo lædendam. Pariter Prudentius, Cathemor. IV.

O Semper Pietas, fidesq; tuta!
Lambunt indomiti virum Leones.
Intactumq; Dei tremunt alumnum.

Sic nullo non loco iter juſto ſecurum dicit idem in Enchiridio.

Tutus agit vir juſtus iter vel per mare magnum,
Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt,
Cum peccatores rabidos eadem freta mergant.

Ad eandem Sententiam pertinet quod Bonum Imperium, nulla vi concuti, nullis Tumultibus lædi, aſſerit Senatus Romanus, in Acclamationibus honori Antonini Auguſti datis, apud Vulcatium Gallicanum, in Avidio Caſſio: *Antonine Clemens, Dii te ſervent. Tu noluiſti quod licebat. Nos fecimus quod decebat. Commodo Imperium Iuſtum rogamus. Progeniem tuam robora. Fac ſecuri ſint Liberi tui. BONVM IMPERIVM NVLLA VIS LÆDIT.* Noſtri tamen ſenſus latius patet; *virum pium nihil morari*, nihil illi obſtare, quin officium ſuum ubiq; exerceat, adſit, faveatq; bonis, eosque tueatur: Improbos perſequatur & puniat, Quod officium boni principis exſecutus hic narratur Theodoſius. Idem volunt hæc Ennodij, Itinerario Padi:

Quique polos vicit, ſoli mihi cedere juſſus,
Sic Pietas elementa domat, ſic cuncta coercet,
Cujus Grata Deo tenuit miſeratio men- (tem.

Hocque urgent & vindicant quæ apud Claudianum ſequuntur:

qui vindicat, ibi:

Omnia ſubſident meliori pervia cauſſa.

Pendet autem à Pietate Iuſtitia, & pro altera virtus altera capitur, Cicero Lib. Secundo de Natura Deorum: *Pietate ergà Deos ſublata Fides etiam ac Societas generis Humani, & una excellentiſſima virtus, Iuſtitia, tollatur neceſſe eſt.* Sicque apud Deum verum hæ virtutes junctæ apparent. Petrus Chryſologus Sermone. CLXV. *Hoc pro magis videtur convenire, quam juſto. Sed humano judicio, non divino. Penes Deum enim neque Pietas ſine Iuſtitia eſt, neq; ſine Pietate Iuſtitia: Cæleſti ſenſu ſine Bonitate æquitas, ſine æquitate Bonitas non habetur. Virtutes, ſi ſuperatæ fuerint, dilabuntur. Aequitas ſine Bonitate ſævitia eſt, Iuſtitia ſine Pietate eſt crudelitas.*

100. TUTUMVE NOCENTI.] Ex Antitheſi. Ut nihil non tutum eſt juſto, Pioque; ita injuſto Impioq; omnia intuta, omnia infeſta. PLato lib. II. de Republica, difficile eſſe ait malum diu latere quin Pœnis ultricibus eruatur & vindicetur in eo ſcelus, circumferente ſuam ſibi pœnam malitia. Indidem exclamat Petronius; *Dii Deæq; quam male eſt extra legem viventibus quod meruerunt ſemper exſpectant.* Quod idem ſcitè noſter protulit altero in Rufinum, nocentes pœnam ſemper luere pœnæ formidine. Quo & pertinet quod Georgius Pachymerius libro III. teſtatur; *magnorum delictorum cum pœnas quoq; immanes eſſe conveniat, malos ſontesq; homines irremiſſo formidinis tormento lancinari.* Et Ambroſius libro II. de Fide ad Gratianum clarere ait eos qui fidem violaverint, tutos omnino eſſe non poſſe, quæ ferè ipſa Claudiani verba ſunt, & repetuntur à Vincentio Lirinenſi Libro. I. Commonitorij. *Sic impiis profanisq; mortalibus Deum ultorem mala infinita conficere per vitalia omnia elementa,* admonet Dionyſius Periegetes.

τοῖς γὰρ ἀλιτροῖς
ἐν ἁλὶ καὶ γαίῃ κακὰ μύρια θῆκε κακῷ
δαίμων.

Malum hominem nullo non tempore malis conflictari auctor Archytas Tarentinus Lib. περὶ ἠθικῆς παιδείας. Ubi & Virtuti felicitatem adſignat:

Φημὶ, inqt, τὰν ἀρετὰν ἦμεν πολλὸ μὴ κακοδαιμονεῖν ἱκανάν; τὰν δὲ κακίαν βοττὸ μὴ εὐδαιμονεῖν, ἀλλὰ τὰς ἕξιας αὐτὰς κρίνομες, αἴτιμεν γὰρ κακοδαιμονεῖν ἀναγκα τὸν κακὸν, αἴτε ἔχῃ ὕλαν, κακῶς τι γὰρ αὐτᾷ χρέεται.&c.

Quæ divini ſanè ſpiritus ſunt. Etiam poſt mortem non neſcivit Rationalis Sapientia, Aelianus Variar. lib. IV. cap. VII.

οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύονται.

Quin & inter ſeſe ipſos varijs cruciatibus divexantur, ut Petronij paullo ante relata verba indicant. Lycurgus apud Rutilium Lupum, Libro I. *Nemo nocens ſine ſummo mœrore eſt. Sed eum multa ſimul perturbant: quod ndeſt ſollicitudinis plenum, quod futurum eſt, formidoloſum. Lex paratum ſupplicium oſtentans; vita ex vitiis c acta occaſionem arguendi maleficii quærens inimicus, quæ quotidiano vehementer eius animum excruciant.* Dionyſij ſententiam rotundo admodum verſu complexus eſt Priſcian. *Nam mala tam pelagus quam terra merentibus offert.*

Liberior, ubi verbis parci poterat multoties, totam omiſit Avienus. Veterem Danicam cátilenam ornatiſſimo (ut eo ævo) Epigrammate, quod diras indicit inconſultæ cædis conſcio, reddidit Saxo Grammaticus, lib. I. quod latius hæc deducit.

Seu pede rura teras, ſeu ponto carbaſa tendas,
Infeſtos patiere Deos, totumque per orbem
Propoſitis inimica tuis elementa videbis.
Rure rues, quatiere mari; dabiturq; vaganti

Per-

Perpetuus tibi, Turbo, comes: nec deſeret umquam
Vela rigor: nec Tecta tegent, quaſi peſtis, icta
Tempeſtate cadent, diro pecus occidet algu.
Omnia præſentis ſortem vitiata dolebunt.
Vt ſcabies fugiere nocens, nec tetrior ulla
Peſtis erit, tantum pœna vis cœlica penſat.
Carceris Aeolii laxos patiere furores:
Te Zephyrus, Boreaſque ruens, te proteret Auſter,
Et Conjuratos certabunt edere flatus,
Donec divinum voto meliore rigorem
Solverit.

103. NUNTIUS IPSE SUI.] Sanè non denuntiavit bellum vel Maximo vel Eugenio Theodoſius, ſed, legatis ambigua reſponſa dans, Maximo etiam in ſpeciem Imperio, prolatis apud Antiochiam Imaginibus, participato intulit: non tamen neſcius. Lege Zoſimum. Aliarum rerum ante Imperium hanc celeritatem reipſa exhibuit. Theodoretus lib. V. cap. V.

εὐθὺς ὁ ἄριστος στρατηγὸς, ἣν εἶχε, στρατιὰν ἐν ταῖς πελαζούσαις πόλεσι διελὼν, αὐτὸς πρὸς τὸν βασιλέα γραικαιὸν κατὰ τάχος ἐλαύνων ἀφίκετο, τῶν οἰκείων τροπαίων γενόμενος ἄγγελος.

Paria de Stilicone Superioribus Libris. Sic autem legendum hunc verſum nemo inficiabitur, nam τὸ *SVIS* perdit acumen rei. Et ſic noſter Codex.

102. NVNTIVS IPSE SVI.] Celeritatem ſummam ſummæve proximam virtutem eſſe in Imperatore, tam ſcita veterum Sapientium, quam exempla Ducum ſummorum arguunt. Viſe ad res Alexandri & Cæſaris. Ex illis Claudianus, uti ſolet, acutè breviterque rei ſummam tetigit. Sic in Bello Gildonico:

Rumoremque ſui prævovit Laurea Belli.

Ammianus lib. XXV. De Joviano. *Dum extimeſcit æmulum poteſtatis, dumque in animo Gallias & Illyricum verſat, quoſdam ſæpè ſublimiera captaſſe. famam adventus ſui pervenire feſtinans, indignum Imperio facinus amictu perjurij fugiendi, commiſit.* Nicephorus Gregoras lib. II. de Scythis:

οἱ δὲ τὸν ἄσχετον καὶ κοῦφον ἄσχοντες βίον ἀεὶ, ῥαδίως τὰς ἐκστρατείας ποιοῦνται, καὶ τριῶν διὰ μιᾶς ἡμέρας πολλάκις, δίκην πτηνῶν αἰθερίων, περιτρέχουσι γῆν, ἄλλην ἐξ ἄλλης, πρὶν ἀκουσθῆναι καταλαμβάνοντες, μηδὲν μὲν ἐπαγόμενοι, πάντα δὲ οὖν ἔχοντες ὅσα πρὸς τὸ νικᾶν ῥαδίως ἐφόδια κράτιστα.

103. CLAVSOS MONTES.] Singulari Felicitate ſanè Theodoſius clauſtra illa penetravit, ut ſpeciali Numinis ope ductus perhibeatur. Pulcrè B. Ambroſius verbis Dei, indignantis ob favorem in Iudæos Theodoſii. Epiſt. XVII. quæ ſummam Fortunæ complectentia adſcribam: *Ego te de Fratribus tuis minorem elegi, & de privato Imperatorem feci. Ego de fructu ſeminis tui in ſede Imperiali locavi. Ego tibi ſubjeci nationes Barbaras: Ego tibi pacem dedi; Ego tibi inimicum tuum in poteſtatem tuam captivum dedi. Frumentum non habebas ad exercitus alimoniam, Ipſorum hoſtium manu patefeci tibi portas, aperui horrea. Dederunt tibi hoſtes tui commeatus ſuos, quos ſibi præparaverant. Ego perturbavi hoſtis tui conſilia, ut ſe ipſe nudaret. Ego ipſum uſurpatorem Imperij ita vinxi, ac mentem ejus ligavi, ut cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus ſuis, tanquam metuens ne quis tibi periret, ipſe ſe clauderet. Ego Comitem ejus atque exercitum ex altera parte Natura, quos ante diſperſeram, ne ad Belli ſocietatem coirent, ad ſupplementum tibi Victoriæ congregavi. Ego exercitum tuum,*

multis indomitis convenam nationibus, quaſi unius gentis fidem & tranquillitatem, & concordiam ſervare precepi. Ego cum periculum ſumtuum eſſet ne Alpes invida Barbarorum penetrarent conſilia, intra ipſum Alpium vallum Victoriam tibi contuli, ut ſine damno vinceres. Ego te triumfare feci de inimico tuo, & tu de plebe mea das meis inimicis triumfum? Quæ omnia veriſſima ſunt, nec tamen attingunt Proſperitatem eiuſdem Principis in ſuperatis Arbogaſte & Eugenio, quam ex B. Auguſtino Lib. V. de Civ. Dei cap. XXVI. Oroſio, aliiſq; notis ſcriptoribus accudas. Speciatim de iſto etiam idem Ambroſius Epiſt. L VIII. *tantam divini auxilii fuiſſe præſentiam, ut nulli vertices montium adventus tui curſum retardarent, non hoſtilia arma impedimentum aliquod afferrent.*

103. RELIQVIT.] Nullo Labore tranſgreſſus. A curuli certamine nata locutio. Horatius Arte Poetica.

Occupet extremum ſcabies, mihi turpe relinqui eſt.

104. EXSTRVITE IMMANES SCOPVLOS.] Memorabilis invectio in tyrannos pares habens in Sacris litteris ſingulas ferè elocutiones. Paria facit Phavorini ſententia, apud Stobæum Sermone XLVII.

ὥσπερ τὰ θηρία τὴν στενὴν ἀποχωροῦντα εἰς ἐλάττω τόπον συνάγεται, οὕτω δὴ καὶ τοὺς τυράννους ἔστιν ἰδεῖν ἐπαναχωροῦντας, ἐκ μὲν τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν πόλιν, ἐκ δὲ τῆς πόλεως εἰς τὴν ἀκρόπολιν, εἶτ' εἰς τὴν οἰκίαν, εἶτ' εἰς τὸ δωμάτιον, εἶτα δ' ἴνα πῃ καταφυγεῖν ἄνθρωπος θεὸν φυγὼν; ὅπου γὰρ ἂν καταφύγῃ, ἤδη κἀκεῖ αὐτὸν εὑρήσει.

104. SCOPVLOS.] Munitiones vel Alpibus pares. Turres omnia præſidia notare, multis alibi notamus ad iſtum. Vide & ad Gulielmum Britonem.

105. CINGITE VOS FLVVIIS.] Foſſis, foſſatiſque immenſis. Sic enim ſcopulos modo pro ſaxeis muris dixit. Foſſis ingentibus veterum munitiones cinctas docet vel Hieroſolymorum exemplum, quam urbem Sexaginta pedum altitudine, CCL. latitudine foſſam cinxiſſe Pompeji Temporibus, ſcribit Strabo lib. XVI. Eamq; lapide exciſo ductam, qui fuerit ad Templi (quam Arcem ille facit) ædificationem translatus.

καὶ αὐτὰ ἐν πρώτοις τὰ Ἱεροσόλυμα βίᾳ καταλαβών, ἦν γὰρ πετρῶδες ὀχυρὸν ἔρυμα, ἐντὸς μὲν εὔυδρον, ἐκτὸς δὲ παντελῶς διψηρόν, τάφρον λατομητὴν ἔχον, βάθος μὲν ἑξήκοντα ποδῶν, πλάτος δὲ πεντήκοντα καὶ διακοσίων, ἐκ δὲ τοῦ λίθου τοῦ λατομηθέντος ἐπεπύργωτο τὸ τεῖχος τοῦ ἱεροῦ.

105. FLVVIIS.] Ingens tutela afflictorum, hoſtibus flumina poſſe objicere inſtar maximarum nempe morarum. Ennodius Panegyrico: *Nam cujus plus rubuerunt tela lu- ctamine? Ille putatus eſt ſine ambage ſublimior. Hos non MONTANÆ ſtrues, non FLVMINVM OBIECTIO, non negati egeſtas Elementi in arctum Neceſſitatis Lege continuit.* Idem: *Non te caſtra, longo munita Tempore, non Fluminis profunda tennerunt. Datum eſt hoſtibus tuis vallum conſtruere, non tueri.*

105. OPPONITE SILVAS.] Id quid obfuerit docent res Romanæ in Germania.

106. GARGANVM ALPINIS APPENNINVMQVE NINALEM PERMISTIS SOCIETATE IVGIS.] Jam olim monuimus mancam eſſe orationem iſtam; quam ſententiam nunc etiam tuemur: Cùm n. duo paria permiſcendorum aut coacervandorum montium diſerte faciat, deficit eius nomen, qui Apennino componendus omnino nominari debebat. *Alpes*, inquit, *Gargane cumulentur*: Cui verò, ô librariorum ſtupores, Apenninus porro? Et quid ad rem in alia omnino re iſtum ſocio ſuo tam inciviliter circumſcriptum, nivalem appellari? Videlicet ut nix augeat bonum Montem, ut planè non egeat altero illo jam ſuo? Nugæ meræ ſunt, & Epitheton nihil facit ad rem, in & ejus viriato ſono la-

nè latet Mons alius, dignus & ipſe Appennino adici, non minus quam Alpibus pariter Italicis, Orientalior ille alter, & trans mare augendæ rei acceſſitus, Garganus. Sic igitur mons monti addatur, reddaturque potius, non quidem ut Deos expugnes, ſed ut barbaricum inquinamentum procul faceſſat. Scripſit nimirum Claudianus:

Garganum Alpinis, Appenninoque Nifatem
Permiſtis ſocietate jugis.

Niphates Armeniæ prçaltus & celebris mons, ingenti facinore, motus hic ſede ſua, miſeriſq; nivibus cedere coactus, exſulabat invitus; miratus ſimul tanta ſua mole oculos futilium exſcriptorum fugere potuiſſe. Vibius Sequeſter: Niphates mons Armeniæ in Perſide. Eſt idem mons cum Tauro & Caucaſo, ut vides ex aliis apud Solinum Polyhiſt. cap. XLI. Itaque rei notæ nihil adjiciam. Pariter verò Alpium juga non potuiſſe morari Regis ſui victorias dicit Ennodius Panegyrico Theoderici: *Prima*, inquit, *dextris ominibus contra Naturam certamina excipiens, ne reſiſtendi ſpes relinqueretur inimicis, varias tibi, loco principe, cœli Leges, terrarum munimina, fluminum ſuperbias, ſubdidiſti. Mentior, ſi umquam diſpoſitis tuis impedimentum exhibuit ardor aut frigus Si tumore gurgitum, ſi bibendi neceſſitate conſtrictus es. Si Alpium juga, convexis poli ſociata, curſibus tuis attulere tarditatem.* Alia in alijs Panegyricis, Petronio, Silio.

107. PERMISTIS SOCIETATE JVGIS.] Vti non diſplicet emendatio modo firmata. Sic hoc loco conſenſus librorum ſcriptorum, aliam etiam minus novam, inferre poteſt, præcipuè cum durior ſit locutio, minuſque ex Genio noſtri PERMISCERE JVGA montium, ut increſcant: potius dixiſſet, concumulare, aut aliud quid tale. Duo Codices Andreæ Schotto collati *Pernicem* conſenſu intulerunt. Fuere alii ex eadem regione quatuor qui *Pernices* clare exhibuerunt. In Noſtro eſt Pernici Conſentiente veritatis proditione. Quartum ergo montem in hac voce delitere arbitror potius, quæ nequaquam de cerebro librariorum exſiliit, cum vulgatum illum longè ſit planius, & facilius ab iis captum. Quid verba fundam? Scripſiſſe arbitror Claudianum;

Appenninumque nivalem
Pirenes Societate jugis.

Atque hæc cauſſa eſt, quampropter epitheton illud nivalis adeo pertinaciter omnes Codices retinuerint, huc nimirum oculos habentes, modo ulli fuerint ſemper ex ſcriptoribus. Pirenæi montes, notiſſimi, Pirene Poetis. Silius lib. XVII. *mater*

Bellorum fera Pirene, nec mitis Iberus.

Qui latè & ex Fabulis deſcribit, lib III. Lucanus lib. I.

nunc deſuper Alpis
Nubifera colles, atque aeriam Pirenem
Abripimur.

Appennini montis tanta eſt amplitudo, ut totam ferè Italiam tranſeat, claudatque eam provinciam, quæ nunc dicitur Hungaria, prius Geographis Chronographisq; omnibus, hoc atteſtante Othone Friſingenſi lib. I. de Geſtis Frid. Barbaroſſæ, cap. XXXI.

108. NON DABITIS MVRVM SCELERI.] Tectum, præſidium, ſecuritatem. Omnia enim hæc murus. Ovidius lib. XIII. Metamorph.

quanto cogor meminiſſe dolere
Temporis illiſus, quo Grajum murus Achilles
Procubuit.

Pentadius in Hectorem, libro III. Epigrammat.

Defenſor patriæ, juvenum fortiſſimus Hector.
Qui murus miſeris civibus alter erat.

De Elefantis Arrianus, Anabaſi. V, Pugna cum Poro:

οὐδὲ τὴν ἐπιβολὴν ἐδέξαντο, τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἱππέων, οἱ Ἰνδοί, ἀλλὰ κατει-

ἐρχ-

ῥάχθησαν ὥσπερ εἰς τεῖχός τι φίλιον, ἐς τοὺς ἐλέφαντας. Polemon Sophiſta, Epitaphio Callimachi: Καλλίμαχος δὲ ἀκίνητός ἐστι, τῶν ὀρῶν στασιμώτερος, ὦ τεῖχος Ἀττικῆς ἀρετῆς, ὦ μέγιστον τῶν μαραθωνίων θαυμάτων, καὶ θειότατον.

.Pulcertima ſententia Paullinus Nolanus, Secundo Natali Felicis:

> *Sic, ubi Chriſtus adeſt nobis, & aranea muro eſt*
> *Aſt, ubi Chriſtus abeſt, & murus aranea fiet.*

Pariter Paullinus Benedictus, lib. I. de Vita B. Martini:

> *Cumque ipſum murum fidei, validamq; columnam,*
> *Hilarium, inſani truſiſſet factio mundi.*

Auctor incertus, Fulgentio familiaris, Vitæ ejus cap. XXX. *Cum tota pene provincia captivitatem ſuſtineret horribilem. Ruſpa fuit incolumis, propter ſacerdotem venerabilem, cujus Vita propriis civibus murus fuit.* Leo & Anthemius Impp. L. XXXI. de Epiſcop. & Clericis. *Quem murum integritatis, aut vallum Fidei providebimus, ſi auri ſacra fames in venerandu penetralia proſerpat?* Theodulphus Epiſcopus, Aurelianenſis Conſtantii Epitaphio.

> *Hic decus Italiæ, tegitur Conſtantius Heros,*
> *Qui patriæ tegmen, murus & arma, fuit.*

Gulielmus Tyrius lib. XIV. cap. XXII. *Erat civitas potentiſſima Principi Aegyptio ſubjecta qui eam quaſi pro muro inter ſe & noſtram haberet regionem.* Sententia autem eſt hic etiam ea, quam ſupra enarravimus, nihil fidum tutumve eſſe Innocenti. Pariter Symmachus Relatione: *Omnia quidem Deo plena ſunt, nec ullus perfidus tutus eſt locus, ſed plurimum valet ad metum delinquendi etiam præſentia religionis urgeri.* Alia ubivis in Promtu.

108. QUI VINDICAT.] Deus Vltor, Dea Vindex Nemeſis, Rhamnuſias Oupis, ſecundum Herodem Sophiſtam in Inſcriptione, per ſuos Miniſtros, Reges, Judices. Nota omnia. Vindicare, abſolute poſitum Fauſtus Reienſis, Admonitione: *Filius hominis venturus eſt in gloria ſua. Hic enim eſt miſericors & juſtus. Nam quod non ſtatim in peccatores vindicat, Patientia eſt, non Negligentia.*

108. IBIT.] Penetrabit, quo volet, quo Deus eum aget. Sic Rutilius lib. I. Itin.

> *Aras Pæoniam meruit Medicina per artem*
> *Fretus it Alcides Nobilitate Deus.*

Hoc ad ſuperos tranſit, penetrat, quo vota ferebant. Sic legendum apud Eum Scriptorem, non animadverſo ſenſu & ſcriptura viris doctis, qui ante nos eum auctorem recenſuerunt.

108. OMNIA SUBSIDENT MELIORI PERVIA CAUSÆ.] Divinus verſus, divina ſententia, Myrotheciа Chriſtiana oleis de penu ſacratum ſalutis Litterarum quarum non inconſultum noſtrum infinita loca arguunt. Videtur Claudianus alludere verba Theodoſii ipſius, vulgo tum forte jactata, de Imperatorum felicitate non in armis, non in copiis, non in præſentia animorum ſita, ſed Juſtitia cauſſæ, favore Dei, Pietate Principum. Dixiſſe ille fertur ad Valentinianum, quem mater Juſtina Arianiſmi obſequio, ad multa non ſuo judicio facienda compulerat:

τὴν βασιλικὴν παράταξιν ἑστάναι, οὐ δι' ὅπλων ἀλλ' ἐξ ἀγαθῶν περφάσεων, καὶ οἶδας φησὶν, Οὐαλεντινιανὲ, παρὰ τῶν δυσσεβεστάτων βασιλέων, ἡσυχάζοντος τοῦ στρατοπέδου τὴν νίκην κατορθωθεῖσαν, καὶ τοὺς πολεμίους ἀποσταλέντας ἀποπλεῖς γενέσθαι τοῦ περιλαβόντος κινδύνου, οὕτω καὶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἀνορθωθεὶς, Λικίνιον τὸν τύραννον ἐν ναυαγίῳ διέφθειρεν, οὕτω καὶ Οὐαλεντινιανὸς, ὁ σὸς πατὴρ, διὰ τὶ χέστερον τὴν βασι-

βασιλείαν, καὶ ἀβλαβῆ παρὰ τῶν πολεμίων ἐθνῶν διετέλεσε, τοῦ θεοῦ ἐκδικοῦντος αὐτόν. Verba refert ex auctore magis veteri Suidas in Valentiano. Eodem ſpectat notiſſimum dictum Lucani, Lib. VII.

Cauſſa jubet melior ſuperos ſperare ſecundos.

Valerius Flaccus, lib. II. Argonaut.

ſtabilem quando optima facta
Dant animum, majorque piis audacia captis.

Perpulcrè Leo Imperator Epilogo Tacticorum, cap. XVII.

καὶ ἡ πίστις τοῦ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀδικεῖσθαι, στρατηγὸν, καὶ ἡγεμόνα τὸ θεῖον ἕξει, καὶ ἀνάγκη πιστεύειν ἐν δικαίῳ πολέμῳ ἀπὸ θεοῦ ὀφείλεται τὸ τέλος ἀγαθὸν, ὥσπερ τῷ ἀδίκῳ τὸ ἐναντίον, ὥσπερ γὰρ τὸν ἀδικοῦντα ἀδύνατον μὴ παθεῖν ποτὲ τὴν τῆς ἀδικίας ποινὴν, παρά γε θεῷ κριτῇ, οὕτω καὶ ἀδύνατον τὸν τὴν ἀδικίαν ἀμυνόμενον, καὶ ἀντιπολεμοῦντα, μὴ τῆς παρὰ θεοῦ νίκης ἐπιτυχεῖν, ὁ γὰρ θεὸς κριτὴς δίκαιος, καὶ σὺν δίκῃ διεξάγει τὰ σύμπαντα.

Appianus, Ἐμφυλ. IV. *Meritò Diis Hominiquſque juſtior debet cauſſa noſtra videri. Nec eſt quicquam quod in* Bella *majorem ſpem quam jus & fas faciant.* Quo ſpectat quod noſter ait omnia virtuti veræ ſubſidere, & Gulielmus Brito, barbaro ævo verſificator multis locis doctrinæ & eloquij admirabilis lib. III. Philipp.

Sed quæ vis aut ars virtutem præpedit, ut non
Conſummare queat feliciter omne quod audet?
Non ferrum, non æs, non vis humana.

Idem lib. XI. Ejuſdem Operis.

Nil privare poteſt virtutem fine cupito,
Sola eſt quæ ſuperat finaliter omnia, virtus.
Cui vis nulla vel ars, roburve, in fine reſiſtit,
Omnia ſuppeditat, ſuperemine: omnibus una.

Contrà, fortem etiam alioquin virum, mala cauſſa, hoc eſt, ipſa etiam virtus, ſi quæ ibi eſt, malo niſa fundamine, meticuloſum facit. ut verè dixerit Propertius *Frangit & attollit vires in milite cauſſa.* Otbertus ut volunt, in Vita Henrici Quarti: *Nulli mirum ſit, virum in rebus Bellicis exercitatum & ſtrenuum, nunc fugiſſe. Quia ſæpe juſtior & victrix cauſſa fortes in metum mittit & in fugam.*

III. NEC TAMEN OBLITUS CIVEM.] Civilium bellorum Victoriam moderate geſſiſſe, nec iræ in victos indulſiſſe dicit Theodoſium. PLurima huc pertinentia multis locis Claudianus alibi ingerit. Pacatus: *Tu ipſius victoria victor ita omnem, cum armis iram exſuiſti, ut ceciderit nemo poſt bellum, certè nemo poſt tyrannum, Paucis Maurorum hoſtiū, quos ſecum, velut agmen infernum, moriturus incluſerat, & duobus aut tribus furioſi gladiatoris Laniſtis, in Belli piaculum cæſis, reliquos omnes venia complexa velut materno quodam ſinu clauſit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta eſt. Nemo nota affectus, nemo convicio, aut denique caſtigatione perſtrictus, culpam capitis aurium ſaltim moleſtia luit. Cuncti domibus ſuis, cuncti conjugibus ac liberis, cuncti denique, quod eſt dulcius, innocentiæ reſtituti ſunt, Vide, Imperator, quid hac clementia conſecutus ſis, Feciſti ut nemo ſibi victus te victore videatur.* Et de Admiranda ejuſdem Clementia B. Ambroſius Oratione funebri: *Quantum eſt deponere terrorem potentiæ, præferre ſuavitatem Gratiæ? Beneficium ſe putabat accepiſſe Auguſtæ memoriæ Theodoſius, cum rogaretur ignoſcere: E tunc propior erat veniæ, cum fuiſſet commotio major iracundiæ. Prærogativa ignoſcendi era iratum fuiſſe: & optabatur in eo quod in alii timebatur, ut iraſceretur. Hoc erat remedium reorum, quia cum haberet ſuper omnes poteſta*

 tem

tem, quaſi parens expoſtulare malebat quam quaſi judex punire. Sæpe trementes vidimus quos objurgabat & convictos ſceleris, cum deſperaſſent, ſolutos crimine. VINCERE ENIM VOLEBANT NON PLECTERE, æquitatis judex, non pœnæ arbiter; qui numquam veniam petenti negaret. Aut ſi quid eſſet quod occulta conſcientia involveret, Deo ſervabat. Hanc vocem eius homines magis quam pœnam timebant, quod tanta Imperatorem ageret verecundia, ut mallet ſibi homines religione quam timore adſtringere. Et Apicem Pietatis & Clementiæ tenuiſſe ait idem Epiſtola ad Pœnitentiam eum ob facinus Theſſalonicenſe exhortante.

CIVEM.] Etiam in ſummo faſtigio communis Patriæ memoriam non ponendam hortatur. Infra hoc libro. *Tu civem Patremq; geras.* Et II. Stilicon.

> *Quem videt Auguſti ſocerum, regnique parentem,*
> *Miratur conviva parem; cum tanta poteſtas*
> *Civem Lenis agat.*

Multa de Theodoſio huc facientia Victorinus in Epitoma Vitæ: Quo ſanè nemo melius de principe ſcripſit, ut tuiſſe familiarium unum facile appareat. Nam quod de aliunde intruſis verbis docti quidam ſuſpicantur, nimis curioſè ſapiunt. Vtinam B. Paullini Panegyricus extaret à victoria Maximi. Theodoſio ſcriptus. Vtique his Victorinianis etiam meliora & plura de ſummo Principe ſciremus.

III. CEDENTIBUS ATROX PARTIBUS INFREMUIT.] Victor non ſecundum iram motus civilium bellorum ultus eſt. Egregie Pacatus verbis modo poſitis. Infremere ad Iram regi impotem, ſive tyrannicam, pertinet. Conſulatu Manlii Theodori,

> *Quin etiam ſontes expulſa corrigis ira,*
> *Et placidus delicta domas. Nec dentibus umquam*
> *Inſtrepis horrendum fremitu nec verbera poſcis.*

Quæque ibi multis ſequuntur generoſam clementiam ira majorem depingentia. Pariter prima Stilicon. *Conſilio ſtetit ira minor.* Viſe ejuſdem Operis II. Infra: *Diis proximus ille eſt Quem Ratio non ira movet, qui facta rependens* Conſilio punire poteſt. Adeo nobilem doctrinam variis locis inculcat. Pulcre de Omnibus Dominantibus Xenophon, addito nec in hoſtes ſecundum iram procedendum L. V. Ἑλλην. οὐδ' οἰκέτας χρὴ κολάζειν ὀργῇ, πολλάκις γὰρ καὶ δεσπόται ὀργιζόμενοι μείζω κακὰ ἔπαθον ἢ ἐποίησαν.

Hoſtes autem non conſulto, ſed iracunde adoriri, quantum quantum eſt, inſigne delictum putari debet. Eſt enim ira quiddam temerarium, quum Ratio non minus conſideret, ne quid ſibi accidat adverſi, quam ut hoſtes damno afficiat. Alioquin de ira rectè Ariſtoteles, calcar eſſe virtutis, nec geri quicquam efficaciter, niſi ſpiritum ea inflet, & animos erigat, quod ita convellit ut conſtare tamen non nolit Seneca. Moderatum uſum virtuti eſſe utilem, & ſocium fortitudinis, tum in Bello, tum in adminiſtranda Republica, ſciſcunt Ariſto & Plutarchus apud Stobæum, Fine Sermonis XIIX. Vnde, ut eſt multarum rerum nimius, *Papinius* infinitis locis ira Virtutem bellicam notat, hancque ſecundum eam Lectori penè appendit, nullo priorum auctorum toties adſcituro.

III. PARTIBUS.] Civilibus præcipuè bellis *Partes* dicuntur adverſæ factiones adverſa agmina. Secundo Stilicon.

> *Mittitur & miles, quamvis certamine partes Iam tumeant.*

Tacitus Annal. XVI. *Seceſſionem iam id & partes, & ſi multi audeant, bellum eſſe.* Idem Lib. IV. Hiſtoriar. *Præfectus cohortis Alpinæ Montanus, fortunam Partium præſens fatebatur.* Sæpius idem ſcriptor, & Lucanus. Ductum à forenſibus diſceptationibus, ubi *Partes*

tes diſceptatores ipſi. Sic & *cauſſa*. Supra hic, *Omnia ſubſident meliori pervia cauſſa*. Velleius lib. II. *Coſſ. Senatuſque cauſſa non Pompeio ſummam Imperii detulerunt*. Negationis vis in Claudiano hic geminanda.

111. NON INSULTARE JACENTI MALEBAT.] De Eodem paria omnia & majora Ambroſius aliquot Epiſtolis, & Oratione funebri. Pacatus tantam Clementiam facit, ut tot ſcelerum reo, tantorum motuum Maximo Tyranno in conſpectum producto, jam cœperit eum Miſericordia conſuliare, ægreque eccidiſſet perduellem atrociſſimum, niſi a militibus amiciſque oculis fuiſſet ereptus. Plura noſter Sapientiæ præceptor Secunda Stilicon. Et divinè illud.

ignoſcere pulcrum
Iam miſero. pœnaque genus, vidiſſe precantem.

113. MITIS PRECIBUS.] Reſpicit verba Beati Ambroſii, quæ ob ſummam toto Romano Orbe Antiſtitis auctoritatem, omnibus in ore fuiſſe veroſimilimum. Preces autem juſtas intellige, nam Impia à piis petere inſipientia ſit, Plautino dicterio. Noſter Panegyrico Manliano.

idem praedurus iniquas
Accepiſſe preces; rurſus; qua digna petita,
Largitor facilis.

Generatim autem, quod ait mox *in melius gaudens convertere fata*.

113. PIETATIS ABUNDANS.] Clementiam dicit Miſericordiam, Deorum Cultui junctam, Sæpe ita alibi. De Pietate Theodoſii ea memorat Ambroſius, ut meliora majoraque ne excogitari quidem poſſint. Epiſtola LIX. de Cæde Theſſalonicenſi: *Dolori eſt mihi, at tu, qui PIETATIS INAUDITÆ exemplum eras, qui APICEM CLEMENTIAE tenebas, qui ſingulos nocentes non patiebaris periclitari, tot periiſſe non doleas innocentes: Etſi in prœlijs feliciſſime egeris, etſi in aliis quoque laudabilis, tamen APEX tuorum OPerum PIETAS ſemper fuit.* Vide ejuſdem Concionem Funebrem. Eodem ſpectat quod divinam ejus clementiam laudat, & ipſum ſalutare Numen agnoſcit, Symmachus lib IX Epiſt. XXVI. Cujus is Liber pene totus huc pertinet. *Pietas* autem notat hic Clementiam. Infrà.

Sit pius inprimis, non cum vincamur ab omni
Munere, ſola Deos æquat Clementia nobis.

Vnde & Deo adſcribitur. Dracontius Hexaemero.

Magna Dei Pietas, ſemper qui temperat iram.

Sic Divina Pietas Clementiam cœleſtem deſignat. Eufraſius Epiſtol ad Ruricium: *Quia eſt divina Pietas, quod & triſtitiam & infirmitatem veſtram, non compatientis ſed perferentis dolere participo.* Sic *Impietas* crudelitas. Hericus Altiſſ. lib. II.

Ex qua namque die diei concepit & eſſe
Fonte ſacer, tanta carnem impietate ſubegit
Os ut ab omnimodis exin ſecluſerit eſcis.

114. POENÆ PARCUS.] Paria lib. II. Stilicon. Vt exſecratus fuerit nomina tyrannorum poſt victorias civiles omnia vaſtantium, notat Victorinus, eum non crudeliorem ſed mitiorem aucta potentia factum aſſeverans. *Sagax*, inquit, *plane* (erat) *multumque diligens ad noſcenda majorum geſta: E quibus non deſinebat exſecrari quorum facta ſuperba, crudelia, libertati infeſta Legerat, Vt Cinnam, Marium, Sullam, atque univerſos Dominantium, præcipue tamen perfidos & ingratos. Iraſci ſane rebus indignis, ſed flecti cito: Vnde modica dilatione emolliebantur aliquanto ſeverè præcepta. Melior haud dubie, quod eſt rara virtutis, poſt auctam annu potentiam Regalem, multoque maximè poſt civilem victoriam. Nam & annonæ curam ſollicitius attendere, & auri argentique grande pondus ſublati atque expenſi à tyranno, multis è ſuo reſtituere? Cum benigni principum, & quidem vix, fundos ſolerent nudos*

ac deformata prædia concedere. Correxi exſcribens hæc verba aliquoties leviter; Illuſtre reſtat mendum, quod acuti graveſque caſtigatores perperam tranſivere. Scribendum enim *poſt auctam armis potentiam* Quæ vera & rariſſima Theodoſii laus firmatur paribus traditis Pacati, Ambroſii noſtri.

114. PACI NON INTULIT IRAM.] Eodem odiorum & armorum termino. Pacatus Fine Panegyrici, Romam alloquens: *Gravius ſemper tuam, quam alienam experta virtutem, cum nihil tibi magis quam te timeres: Vidiſti civile bellum hoſtium cæde, militum Pace, Italiæ recuperatione, tua Libertate finitum:* Idem paullo ante: *Clementia tua, Imperator, quo cælo, quo pigmento, quo ære, aurove ducetur. Qua tu, ipſius victoriæ Victor, ita omnem cum armis iram depoſuiſti, ut ceciderit nemo poſt bellum, certe nemo poſt Maximum.* Talem in ſuo-dat Principum commendatione Pacem laurũ Calpurnius, tyrannicas aliorum deteſtans.

Candida Pax aderit, nec ſolum Candida vultu,
Qualis ſæpe fuit, quæ, Libera Marte profeſſo,
Quam domito procul orbe, tamen graſſantibus armis,
Publica diffudit tacito diſcordia ferro.
Omne procul vitium ſimulatæ cedere Pacis
Juſſit, & inſanos, Clementia condidit enſes.

115. ODIIS IDEM QUI TERMINUS ARMIS.] Civem nimirum Patremq; gerente principe, quod infra, ſuo utiq; exemplo, ſuadet Filio. Melior poſt armis auctam potentiam, qualem verè modo Laudavit, gnarus intemorum ejus, Victorious. Sic de Stilicone Claudianus, Secundo Laudum, Libro hic jam ſæpe laudato.

ut ferrum Marte cruentum
Siccum Marte premas, ut non in ſenſus alendus
Materiem præſtes odiis, ut ſontibus ultrò
Ignoviſſe velis

Sic de eodem Lib. II. in Rufinum.

animique recentia ponunt
Vulnera, non odit victus, victorve ſuperſit.

Contra tyranni vecordia ſua eo uſque auferuntur, ut ignoſcere nec poſſint, ſi quorum odio ſemel abſurdæ crudelitatis animi inarſerunt. Sic ſcribit Phalaris, ſive verus, ſive à Mithradate, aut alio aliquo apte effictus, ſeſe nec mortuum ignoturum Pythoni, Epiſt. LI. τῆς μὲν τῶν ἄλλων ἐχθρᾶς, ὅσοι τι κακὸν με δεδράκασιν, ὡς παρακαλεῖς, κἂν ἐπιλαθοίμην. θνητοὺς γὰρ ὄντας ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν, ὥς φασί τινες, οὐ προσήκει, τῆς μέντοι Πύθωνος εἰς ἐμαυτὸν δυσμενείας οὐ μόνον ζῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποθανὼν, ὃ πᾶσι συμβαίνει, τοῖς τετελευτηκόσιν, ἐπιλαθοίμην.

Cui ſimilia ſcribunt in Ibin ſuum, Ovidius, & Horatius Epodo V. Sic immaniſſimi Latrones etiam ſepultura arcuère cæſos, ut Creon apud Tragicos, & Tragici ſpiritus vatem Papinium, quem Tyrannum Latinæ Poeſeos ſua illa ad ſcabritiem uſque arraſa Thebaide, dicas. Quin ipſis bis Claudiani temporibus Maximus, de plebe natus, ſi fides ſcriptoribus victi, homo Gratianũ Auguſtis patre, patruo, fratre, hac vecordia terræ incidit. Ambroſius Legationis ad eum Secundæ Expoſitione, quæ nunc eſt facta Epiſtola LVI. Ipſo Tyranni alloquio: *Niſi fallor, uſurpator bellum inferet Imperator jus ſuum tuetur. Ergo quem non debueras occidere, ejus reliquias negas? Habeat Valentinianus Imperator vel fratris exſuvias, pacis tuæ obſides. Et quomodo allegabis quod eum non mandaveris occidi, quem prohibes ſepeliri? Poteret ne igitur credi, quod ei non invideris vitam, cui etiam ſepulturam invides?* Idem in Pſalmum LXI. poſt capti in convivio, & ad Maximum mittendi Gratiam deſcriptionem: *Etſi ſcelere interiit, jus tamen collata ſibi poteſtatis etiam mortuus reſervabat,*

eorum ipſorum, à quibus negabatur, vel miniſterio vel aſſenſu. Addebatur huic tanto ſceleri pompa feralis, niſi is, qui impatienter iſta deflebat, cognitis quæ parabantur, juſto commotus dolore, increpaſſet Victorem ſuperbum; tyrannis illa non regibus inferri ſolere Sic horrorem flagitij, ſic citus depoſuit teterrimi ſceleris apparatum. Nec petitor igitur ſepulturæ defuit, etſi Ioſeph ille, qui juſtus dicebatur, defuit. Sed longè Maximus ſævior denegabat, quod ipſe Pilatus auferre non potuit. In quo parricida humanitas defuit, innocenti tamen non defuit gratia, & ad tempus aſſumta patientia, vindicta paululum compe-rendinata eſt. Mira ſunt, quæ verba iſta inſerunt, Interfectum enim Principem negatum ſepulturæ, ſimulq; pompæ feralis, & apparatus nemine tunc à Parricidâ. An ut ignominia etiam cadaveri inferretur? Quem enim teterrimi flagitij apparatum dixit Ambroſius? *Quid tyrannis inferri non Regibus?* Sanè hæc verba vel inteſta vocula augenda ſunt, vel ea velut coram adeſſet, ſubintelligenda. Scribe: *Niſi is, qui impatienter iſta deflebat, cognitis quæ parabantur, juſto commotus dolore, increpaſſet Victorem ſuperbum, à tyrannis illa non regibus inferri ſolere.* Ut palpo hoc honeſto perculſus Maximus, feralem illam pompam producere, apparatum expedire, ſuperſederit. Rem tamen his verbis non extrico, Ioſephiſte, non Juſtus, Ambroſius ipſe fuit, ut & is qui tam impatienter flebat; qui extruſus tandem palatio ſcribit dictam Secundæ Legationis Epiſtolam. Maximum quidem invitum tyrannum audiſſe, & in Italiam ideo contendiſſe, ut legitimi Principis titulum indipiſceretur, ſcribit Sozomenus lib. VII. cap. XIII. Et inde Nicephorus lib. XII. cap. XX. Quo firmatur ſententia Ambroſianæ emendationis. Cautè alij Maximum egiſſe aiunt militum reliquis corpore Gratiani ad ſepulturam negato, ne recrudeſceret videlicet dolor, & in ipſum revolveretur cædis vindicta, quam ſe auctore patratam negabat.

116. PROFUIT HOC VINCENTE CAPI.] Sanè verò. Neminem enim odio partium adflixit, ut ipſo victore nemo victus compareret, velut diſertè ait Pacatus. Etiam milites captos ſuis Numeris adſcripſit, ubi ſanè & vero Principi, & veræ cauſſæ militarunt. De tali Miſericordia Theodoſij. pulcrè Syneſius de Regno: Arcadium alloquens.

ὑπὲρ ὧ πατρὶ τῷ σῷ δίκας ἐπ' αὐτοὺς ὡπλισμένῳ διδόντες, αὖθις ἦσαν οἰκτροὶ, καὶ ἱκέται, συν γυναιξὶν ὀκλάζον. ὁ δὲ τῷ πολέμῳ νικῶν, ἐλέῳ παρὰ πλεῖστον ἡττᾶτο, καὶ ἀνίστη τῆς ἱκετείας, καὶ συμμάχους ἐποίει, καὶ πολιτείας ἠξίου, καὶ μετεδίδου γερῶν, καὶ γῆς ἐδάσατο τοῖς παλαμναίοις ῥωμαικῆς, ἀνὴρ τῷ μεγαλόφρονι, καὶ γενναίῳ τῆς φύσεως ἀλλὰ τὸ πρᾶον χρησάμενος.

Ecce veram perennemq; ſummi Principis laudem, qua pauciſſimis retrò & poſt principibus non ſuperior fuit. Adde Themiſtij Orationem Quintam, de humanitate Theodoſij concionantem.

117. VINCENTE CAPI.] Mutato in meliorem priore ſtatu. Paria omnes Theodoſiani Hiſtorici, Chronologi, Præcones. De Roma univerſim Rutilius, lib. I. ad Romam.

Feciſti patriam diverſis gentibus unam:
Profuit invictis te dominante capi.
Dumque offers victis proprii conſortia juris,
Vrbem feciſti quod prius Orbis erat.

Cui ſimilia egit Theodoſius.

117. COMMENDAVERE CATENÆ.] *Latura*, ſi ſine hoc vindice fuiſſet. Qui extremo ſupplicio deſtinabantur, eos fœdum in modum catenis onerari circa ea tempora ſolitos, exemplis pluribus docet Ammianus. Sententia etiam ſit, ex merito captos ſummo & cruciabili ſupplicio fuiſſe addicendos. Eos vindicaſſe Theodoſium, & profuiſſe ipſis tormenta vinculorum, miſerante proptereà Principe. Vetuſtiorem morem catenis invinciendi docent ſacræ Litteræ. In rebus Alexandri Magni Curtius lib. VI. *Philotam ſcribit, noctu occupatum, iniectis catenis, capite velato in Re-*

giam abductum. Inter Romanos Tarquinium Superbum primû excogitaſſe, Vincula, Taureas, Fuſtes, Lautumias, Compedes, catenas, exilia, metalla, Carceres, notat ex vetuſtioribus Paulus Diaconus, Miſcell. lib. I, C. XIII. Perſarum veterem morem, in honoratioribus argento vinctis docet Ammianus exemplo ultimi Arſacidarum. lib. XXVII. Vulgo morti damnatos vinciri catenis ſolitos ſcribit Oecumenius in II. Petri. cap. II.

Διὰ τῶν σειρῶν τοῦ ζόφου τῶν ἀφύκτων τῆς καταδικάσεως σημαίνει, τοιούτοις γὰρ δεσμοῖς τοὺς ἀκριβῶς ὑφ' ἡμῶν καταδικασθέντας κολάζομεν. Quod Claudianum enarrat.

118. MAGNARUM LARGITOR OPUM.] Ingenti. Regiaq; Liberalitate. Nam apprimè benè ſciviſſe Theodoſium, quid Regium eſſet, Quid Judicem deceret, docet Themiſtius Oratione ſuper ejus Humanitate, modo laudata. Liberalitas autem digna Principe virtus, & quidem talis, qualis Magnitudinem ejus & Animi & virtutis deceat. Salluſtius de Sulla: *Litteris Græcis atq; Latinis juxta atq; doctiſſimi, eruditus. Animo ingenti, Cupidus voluptatum, ſed gloriæ cupidior. Otio luxurioſo eſſe, facundus, callidus, & amicitia facilis. Sed ad ſimulanda negotia altitudo ingenij incredibilis. Multarum rerum, & maximè pecuniæ, Largitor.* Nemo Panegyriſtarum, Oratorum, Hiſtoricorum, Poëtarum, hanc virtutem in Principe aliquo ſuo, ſi quem tetigit, non commendavit, utpotè nemo non ea frui cupiens. Notum Diocletiani ſcitum, *Liberalitatem primam eſſe Principis virtutem debere*, congruentibus infinitorum aliorum ſcitis. Eam tamen conſideratam ſtatuunt alij, ſecundum tempora uſurpandam, ut velum navigij. Pindarus, Pythionic. I.

> εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ-
> σει, μέγα τοι φέρεται
> πὰρ σέθε. πολλῶν ταμίας
> Ἐσσὶ πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις
> πιστοί.
> εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων.
> εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἁδεῖαν ἀ-
> εὶ κλύειν μὴ κάμνε λίαν δαπάναις.
> ἐξίει δὲ, ὥστε κυβερνάτας ἀνὴρ
> ἱστίον ἀνεμόεν.

Noſtri iſta imitatus eſt Salomon mediorum Temporum Epiſcopus ad Dadonem Theodoſium Liberalitatem ſuam præcipuè in non deſiderantes expendiſſe auctor eſt Symmachus lib. III. Epiſt. LXXXI. Modum ordinemq. Donationibus non incongruum Sapientiæ veræ dicit Emanuel Palæologus. Capite ad Filium. XLI.

Σὸν ἂν εἴη κἀκεῖνο περιττεύειν, καὶ παντὸς ἐθέλοντος ἄρχειν, κιρνᾶν ταῖς δωρεαῖς ἀστειότητα, καὶ ταχύτητι συνάπτειν αὐταῖς τὸ πέρας, ὅσα δυνατόν. δεῖ δὲ μέτρον αὐταῖς μιγνύναι τῇ σῇ δυνάμει συμβαῖνον, καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ ποιότησι τῶν δεχομένων τὴν χάριν. ὡς εἰ μὴ τῷ γιγνομένῳ τοῖς ὅλοις χρῷτο, ἀλλ' ἤτοι ἀγροικότερόν τις δωροῖτο, ἢ τὸν καιρὸν ἐνὸν συντεμεῖν, ἐς τὸ ἐπιτήδειος ἀναβάλλοιτο, καὶ δοίη μὲν κυνὰ τῷ ναυτικῷ δοίη δὲ θηρευτὴν κώπην. καὶ στρατιώτῃ μὲν ἵππους δέκα, ἵππαριον δὲ πονηρὸν τῷ στρατιωτῶν ἡγέμονι, ἄχαρις ἡ χάρις ἥδε, καὶ βλάβην ὅσῃ μεγίστην. πολλῶν ἕνεκα.

118. LARRGITOR. HONORUM.] PLuribus Honores conferre voluiſſe Theodoſium quam paterentur eorum ſtationes affirmat in ejus Laudibus Pacatus. De Alio Heroe alibi noſter.

> *Munificus laudis, ſed non & prodigus auri.*

Honorem autem Militi, non Pecuniam præmium proponat ſollers Imperator. Leo Philoſophus, cap II. Tacticorum:

κελεύομεν τοίνυν τὸν στρατηγὸν εἶναι ἀφιλάργυρον, καὶ γὰρ ἡ φιλαργυρεία τοῦ στρατηγοῦ δοκι-

δοκιμάζεται, ὅταν ἀδωροδοκήτως, καὶ μεγαλοφρόνως προΐσταται τῶν πραγμάτων, καὶ δι᾽ ἀρετὴν μόνην δωρεὰν προβάλληται τὰς ἀρχὰς τοῦ ὑπ᾽ αὐτὸν θέματος. πολλοὶ γὰρ καὶ ἀνδρεῖοι εἰσὶ τῇ ψυχῇ, καὶ ῥωμαλέοι τῷ σώματι, κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀλλ᾽ ὅταν ἀποβλέψωσι πρὸς χρυσὸν. ἀμαυροῦνται, καὶ σκολίζονται.

Pulcrè de tota hac humani Imperatoris munificentia, Pacatus Panegyrico: *Imperatori propriam æſtimanti maieſtatem, non tam illud videri ſuum debet, quod abſtulit, quam quod dedit. Nam cum intra ipſum volvantur omnia, & ut ille, qui cuncta ambit Oceanus, quas ſuggerit aquas terris, recipit è terris; Ita quicquid in cives manat à Principe, redundat in Principem. Et rei & Famæ benè conſulit Imperator. Lucratur enim gloriam, cum det pecuniam reverſuram &c.* Honor autem præponitur nummorum largitioni, quod humiles animi capiantur & fiant divitijs plerumq; : Generoſus autem animus generoſior fit ad Honorem anhelando ſemper, cui nec ſic deeſſe poſſunt, pediſſequæ glorioſorum conatuum, copiæ.

119. IN MELIUS GAUDENS CONVERTERE FATA.] Verè magna virtus verè digna animo magno, gaudere beneficijs, & quod noſter alibi divinitus canit In hominum animis pompa meliore triumfare, ſcientem tot eſſe egregij pectoris homines debentes ſe & Fortunas ſuas Benegnitati Benefactoris: Hic revera digne exſultat in gaudijs aliorum, qui Regium illud facéſſere quotidie poteſt & perſtat. BENEFICIIS quamplurimos ſibi obligare. Pleni Panegyriſtæ, Philoſophi, Hiſtorici. Non ineptè Georgius Pachymerius, lib. III. Hiſtor. *Ne Sol quidem deſideratur, niſi radios ſues, & terræ, & hominibus, & omnibus animantibus impertiat. Neque Rex verè imperabit, niſi civibus ſuis bene fecerit. Qui verò Rex tenax eſt, & adſtrictus, cum largitionibus opus venit, ſimulacrum regni, nō ipſum tractat. Beneficentia cum Imperio natura eſt conjuncta.* Principis boni officium, ſubditos volenter facere felices. Jamblychus Epiſtola ad Dyſcolium:

προηγεῖται δὲ ὡς ἀληθῶς ἄρχων μειζόνως αὐτῶν, καὶ ἐπιβέλτιον ὡς τὴν μεγαλοπρεπῆ δόσιν τῶν ἀγαθῶν παρέχει, χορηγίαν τε ἄπλετον τοῦ βίου, καὶ σωτηρείαν παρέστην, καὶ ζωῆς ῥᾳστώνην ἐντίθησιν. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐστὶ τέλος ἄρχοντος σπουδαίου, τοὺς ἀρχομένους ποιεῖν εὐδαίμονας. καὶ τότε δὴ διαφερόντως εὐθενεῖ ὁ προεστηκὼς τῶν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ διοικουμένων, ὅταν οἱ ἐπιτρέψαντες αὐτῷ γε αὐτοὺς μακαρίους διάγωσι.

Et ejusdem eſt. *Inter omnia principis officia plurimi faciendam admirandamq; magnanimitatem, & magnificentiam, maximè cum benemerendo de hominibus, non utatur calculo quopiam aut aſtricta dinumeratione, ne ſit parcô in largitionibus animo, nec tamquam ad lancem ſtans, æqualia premiis merita dependerē velit; ſed Beneficia & Gratias ingenuo candore proferat, non velut ex vaſe quopiam eas depromat, quod videlicet mox conſignet, ut poëta autumāt, aliove inſtrumento penuve conditorio, ſed nudas, intectas, continuo ſeſe egerentes, ſine velamētis externis, ut illa ſibi connexa ſunt cohærentq;, gratioſè porrigentes & benevolè ſua dona. Quod genus Gratiarum* στέφανον ἂν, inquit, εἴποιμι τῆς ἀρχῆς. *Hoc eſt quod noſter laudat* GAUDENS *convertere.* Velut in id imperans, inſtar Solis, qui mundum illuſtraturus oritur ſemper ſua ſponte, non exſpectans preces humanas. Epictetus:

ὥσπερ ὁ ἥλιος οὐ περιμένει λιτὰς, καὶ γοητείας, ἵνα ἀνατείλῃ, ἀλλ᾽ εὐθὺς λάμπει, καὶ πρὸς ἁπάντων ἀσπάζεται, οὕτω μήτε σὺ περίμενε κρότους, καὶ ψόφους, καὶ ἐπαίνους, ἵν᾽ εὖ ποιήσῃς, ἀλλ᾽ ἑκουτὴς εὐεργέτει, καὶ ἴσα τῷ ἡλίῳ φιληθήσῃ.

Sic Beatum ſe facit Princeps, dū alios benefacere poteſt, dilectionem nimirum ſui inſtillans plurimis, ut ait Dinarchus, Orator apud

Ruti-

Rutilium Lupum. Dignis tamen conſilium ſit beneficia impendere: Beneficia enim quæ non fiunt ad rationem Juſtitiæ, nec beneficia quidem dicenda ſunt, Sopater:

χάριτας τὸ δίκαιον ὑπερβαινούσας, οὐδ' ὀνομαστὸν ἐμοὶ δοκεῖ χάριτας.

Juſtum enim minimè eſt injuſtorum hominum miſereri. Demoſthenes:

Δίκαιόν ἐστιν ἐλεεῖν οὐ τοὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τοὺς παρὰ λόγον δυστυχοῦντας.

Opes enim legitimum ſuum uſum tam in hoſtium perſecutione, quam amicorum promotione habent, quorum utroſq; ſecundum Juſtitiam & Bonitatem Princeps colat. Diogenes Pythagoricus:

Δεῖ γὰρ ἐς τοῦτο πεπᾶσθαι τὰ χρήματα, ὥστε φίλους εὐεργετεῖν, καὶ δεομένως ὑπολαμβάνειν, καὶ ἐχθρὼς δὲ μετὰ δίκας ἀμύνασθαι.

Dignis verò benefacere, officium hominis, quod Deo maximè complaceat. Auctor Epiſtolarum Apollonij Tyanæi. Epiſt. XXVI.

Θεοὶ θυσιῶν οὐ δέονται. τί οὖν ἄν τις πράττων χαρίζοιτο αὐτοῖς; Φρόνησιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κτώμενος. ἀνθρώπων τε τοὺς ἀξίους εἰς δύναμιν εὖ ποιῶν. ταῦτα φίλα θεοῖς. ἐκεῖνα δὲ ἀθέων.

Ita in Scholio veteri Librorum Juris Græci, qui Baſilica inſcribuntur, Regis officium non abſonè deſcribente, Regium omninò eſſe perhibetur τὸ εὐεργετεῖν. Finiſque actionum Principis. Σκόπος, inquit, τῷ βασιλεῖ τῶν τε μελλόντων, καὶ ὑπαρχόντων δυνάμεων ἀγαθότητι, ἡ φυλακὴ, καὶ ἀσφάλεια, καὶ τῶν ἀπολωλότων ἐπιμελείας ἡ ἀνάκλησις, καὶ τῶν ἀπόντων διὰ σοφίας δικαίων τρόπων, καὶ ἐπιτηδεύσεων, ἡ ἀνάκλησις. Τέλος τῷ βασιλεῖ, τὸ εὐεργετεῖν. διὸ καὶ εὐεργέτης λέγεται. καὶ ἡνίκα τῆς εὐεργεσίας ἐξατονήσῃ, δοκεῖ κιβδηλεύειν τοὺς παλαιοὺς τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα. Hinc laudat Nervam Martialis lib. XII. Epigr. V.

Macte animi, quem rarus habes, morumque tuorum,
Quos Numa, quos hilaris poſſit habere Cato.
Largiri, præſtare; breves extendere cenſus,
Et dare quæ faciles vix tribuere Dei.

CONVERTERE FATA.] Regum voces ſunt Leges. Eucherius Parænetico. *Regum voluntates Iura ſunt hominum. Eorum verba Leges appellantur.* Ut itaque Dei vox cœlitus fata mutat; ſic Regum Imperia in terris, qui ſunt Deorum vicarij, fata mutant mortalium. Pacatus, Panegyrico: *Quin ego, ſi fas piumq;, ſi fas æſtimare mortalibus cœleſtia, nullam maiorem eſſe crediderim felicitatem, quam feciſſe felicem, & interceſſiſſe inopiæ, & Fortunam viciſſe, & hominibus dediſſe novum fatum.* Seneca de Auguſto, Brevit. vitæ, cap. V. *Qui omnia videbat ex ſe uno pendentia, qui hominibus gentibuſq; Fortunam dabat*, Pacatus Panegyrico: *Quin ego, ſi fas piumq;, ſi fas æſtimare mortalibus cœleſtia, nullam maiorem eſſe crediderim felicitatem, quam feciſſe felicem, & interceſſiſſe inopiæ & Fortunam viciſſe, & dediſſe hominibus novum Fatum.* Similia etiam Plinius in Panegyrico. Pariter fata vinci poteſtate Principum refert ex ſcriptore quodam magis priſco Ammianus noſter, lib. VII. *Vt verum*, inquit, *illud æſtimaretur, quod opinatur quidam fatum vinci poteſtate Principis, non fieri.*

119. IN MELIUS.] *In meliorem*, ut vulgò loquimur, *ſtatum.* Maro contrà. In pejus ruere, & retrò ſublapſa referri Res Danaum. Adrevaldus, ſcriptor vetuſtus & probus. Tráslat. Benedict. cap. IX. *Igitur poſthabitis mordacibus curis, cum magno ſtudio in melius ornata Baſilica, terra humili, terram multi pretii reddere ſtatuit.*

120. VALIDUM DEVOTO MILITE ROBUR.] In benevolentia Militum ſolidum Imperatoris robur. Secunda Stiliconiatum.

Hinc

Hinc Amor, hinc veris, & non fallentibus omnes
Pro te ſolliciti votis, hinc nomen ubiq;
Plauſibus, auratis celebrant hinc ora figuris.

Vide notanda infra ad v. CCLXXXIII.

121. NATIS MANSURA FIDES.] Manſit ſane: licet non in vulgaribus periculis. Eam ingerit in Honorium ſubditis Ambroſius Oratione Funebri Theodoſianæ. Singulari Felicitate eumdem principem Deo carum fuiſſe autumat, licet rerum ſupernarum incertus æſtimator, Procopius, Hiſtoria Vandalica Prima. Hæreditariæ Militum in Imperatorum filios, exempla non pauca ſuppetunt, modo illis ſal genetoſus non defuerit, quod pleriſq; uſu venit tamen.

122. HOC NOBILIS ORTU NASCERIS.] Nobilitatem Honorij ubique commendat, quod Principe jam rerum patre ſit genitus, invidiam Arcadianarum partium. Cujus quandam defenſionem exhibet Syneſij de Regno Scriptū. Natus Honorius Die Quint. Id. Sept. Ricomere & Clearcho Conſulibus, quo anno Perſarum Legati Pacem ab Theodoſio petentes Conſtantinopolim venerunt.

121. ÆQUÆVA CUM MAIESTATE.] Honorius, ſimul natus, ſimul eſſe Imperatorio faſtigio adgnatus, innatusque; nec dilatus honos, biennis enim nondum & Conſul fuit & Cæſar, ut in Faſtis, Idatio, Marcellinoque, videre eſt. *Majeſtas*, ſumma dignitas, vox cum ſplendore ſuo nulli alij linguæ ſeſe ſubmittens. Itaq; & alias nunc alienigenas, & Germanicam ipſam inſidens. In Deo Majeſtas, Omnipotentia ipſa. Fortunatianus Rhetor. Lib. I. *Quamvis minus veriſimile ſit oculos recuperaſſe cæcum, tamen poſſumus credere, divina majeſtate aliquando alicui hoc eſſe conceſſum.* Hoc eſt Omnivalentia. Hinc ſummi Principes rerum auctoritatem, ſplendorem, potentiam, venerabilitatem ſuam, hoc nomine edixerunt, uſu perperam à Trebellio Pollione, mirificè naſuto, ſaneq; ultrà meritum, novitatis ſubdamnato. *Non ſatis tamen*, inquit in Gallienis, *conſtat, de dignitate, vel, ut cœperunt alij loqui, de Majeſtate.* Sic enim ante ejus ſeculum non paucis conſuetudo ſcriptorum jam habebat. Tacitus, Annali. V. *Cæſar queſtus apud Patres, quod fraude unius Senatoris, Imperatoria majeſtas publicè fuerit eluſa.* Apud quem infinita mentio contrà majeſtatem delinquentium. Et notæ Leges, earumq; exactiones à delatoribus, & toto ſæpè aulico cōtubernio, ut iners ille notator Temporum ruditatem ſuam tacere potuerit, niſi tamē (quod & potius putem) Librariorum ſcutica flagellatus.

123. CONTAGIA SORTIS.] Manifeſtum eſt, quod modo tactum, in Invidiam Arcadianarum partium hæc dici, quarum Ducibus cum infenſior eſſet Stilico, noſtri unicus Patronus, ſic etiam ei gratificari voluit. Vox *Contagia* ignobiliorem facit Arcadium, inquit nationi enim omnia comparantur, etiam ſu ſpicionem alentia. Curt. lib. VI. *Cum Philetas circumlatis oculis incideret in Calin quemdam haud procul ſtantem, propius eum juſſit accede re; illo perturbato & recuſante tra ſire ad eum Patieris, inquit, Demetrium mentiri, rurſusqu excruciari? Calin vox ſanguisq; defecerant, & Macedones Philotam inquinare innoxios vell ſuſpicabantur, quia à nemine alio nominatu eſſet adoleſcens.*

124. OMNIBUS ACCEPTIS.] Prius quam tutem & alloborare poſſes, Deus & na tura tibi contulerunt Regiam majeſtatem quæ eſt ſumma dictu generis Nobilitas. Na tum in purpuram dicit alibi, idque confirma Idatius: *Ricomere & Clearcho Conſulibus Le gati Perſarum introierunt Conſtantinopolim Ipſo anno natus eſt Honorius N. P. in Purpuri die V. ID. SEPT.* Hoc eſt Patre & Matre Au guſtis. Quæ hic notaram olim, è lituris mal deletis perperam edita ſunt, omiſſa enim c portuit.

124. TE SOLUM.] Excluſo Arcadio quem tamen hoc nomine commendat Syne ſius. Primogenituram ante Imperium, nati v tati hoc jam florente, præponunt, neque har

illi præjudicare volunt ex Legibus & Hiſtorijs hodierni Jureconſulti.

124. REGIA.] Aulam dicit alibi, Familiam, Imperatoriam.

125. PATRIO ADOLESCIS IN OSTRO.] Non adoptativo. Omnia codē ſunt.

126. TEMERATA.] Ut fuerit, cum non fueris Auguſtus: velut Arcadius. Primogenitum hunc illi præfert etiam Pacatus, obliterata noſtri memoria, quem præſentem Imperatori Romæ adeſſe ignorare non poterat, cum Panegyricum illum excellentem conficeret.

127. IN SACROS CECIDERE SINUS.] Sacra omnia Principum, Omnia ad nauſeam uſq; inculcata Conſtitutionibus poſteriorum Principum. Sinus ſacri, ſuſceptio Auguſtorum Parentum. Recens enim natus infans, tollebatur, & parentum ſinui ſive genibus imponebatur. Sic fine Nuptiarum Honorianarum:

Sic natus in oſtro
Parvus Honoriades genibus conſidat avitis.

Multis cum morem illuſtrarunt pridem viri docti, Adrianus Turnebus, Juſtus Lipſius, Dionyſius Lambinus. Terram autem prius tangere ſinebantur infantes. Suetonius Nerone, cap. VI. *Nero natus eſt Antij, poſt IX. menſes quam Tiberius exceſsit. XVIII. KL Ianuarias, tantum quod exoriente Sole, penè ut radiis prius quam terra contingeretur.* Hinc *terram tangere* naſci notat, Focas Grammaticus in vita Virgilij.

Conſule Pompejo vitalibus editus auris
Et Craſſo, tetigit terram.

In Suetonij loco *Tantum quod* commodùm denotare notavit Adrianus Turnebus, Adverſar. lib. XXVII. cap. XVIII. non additis tamen exemplis, ut in re ſcilicet nota. Ipſe Suetonius ſic loquitur Auguſt, cap. LXII. *Iuliam primum Marcello, Octavio ſororis ſuæ filio, tantum quod pueritiam egreſſo, deinde, ut is obiit, M. Agrippa nuptum dedit.* Nec mutant quicquam veteres Libri.

128. AURIFERIS EDUXIT AQUIS.] Ad flumina Heroum ſtirpes referri notatum nobis ſuprà. Papinius, Thebaid. I.

paſſa Deum Nemea ad fluminis undam,
Sidereum Latona feſta Nepotem Edidit.

Lactantius, ſive Lutatius, ut primarum Editionum Scripta exemplaria nominarunt: *Morem habent Poëtæ, ut ex Dijs genitos, ſuper fluminum ripas memorent conceptos, ut facilis nimirum poſſet eſſet ablutio.* Virgilius:

Tunc ille Æneas, quem Dardanis Anchiſæ
Alma Venus Phrygij peperit Simoentis ad undam.

129. BOSPHORUS] Conſtantinopoli natus Honorius, ut notum. Patria verò principibus recti judicij cara. Ammianus, libro XXII. de Juliano: Reliquit Conſtantinopolim incrementis maximis fultam, Natus enim illic diligebat eam, ad genitalem patriam, & colebat. Julianus ipſe idem Epiſt. ad Alexandrinos:

ἡ πόλις ἀπαιτεῖται παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα, πατρὶς οὖσα μοῦ, καὶ προσηκοῦσα πλέον ἤπερ Κωνσταντίῳ. ὁ μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀδελφὴν, ἐγὼ δὲ ὡς μητέρα φιλῶ. Καὶ γὰρ ἐγενόμην παρ' αὐτῇ, καὶ ἐτράφην ἐκεῖσε, καὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτὴν ἀγνωμονῆσαι.

Quid debeat Patriæ ſapiens multis ediſſerunt Philoſophi Oratores. Nota dicta Demoſthenis & Ciceronis. Cæterorum abundant reliquiæ paribus.

130. NUTRIX AURORA.] Oriens. Utrumq; axem allaboraſſe Honorio autumat, ut mundi dominum produceret: Dignitatem Principis indicans; velut de Phœnice ait omnem Naturam ei laboraſſe recreando de favillis ſuis.

131. GEMINUS AXIS.] Ultima loca intelligi vult, ex perſuaſione priſca, qui imperitiſſimi rerum, in Hiſpanico Oceano quotidie interire Solem autumabant. Auſonius, Epiſt. XIX.

Con-

Condiderat iam Solis equos Tarteſia Calpe,
Stridebatq; freto Titan inſignis Ibero.

Epicurum ea gratia irridet Cleomedes, Poëtarum fabulis fidem adhibentem, aut ijs ſimilia profitentem. Lib. II.

ἀλλὰ γὰρ μυθαρίῳ γραιώδει πιστεύσας, τοῖς τῶν Ἰβήρων ἱστορούντων, ἐμπίπτοντα τὸν ἥλιον τῷ ὠκεανῷ ψόφον ἐμποιεῖν σβεννύμενον, ὡς διάπυρον σίδηρον ἐν ὕδατι, ἐπὶ ταύτην ἦλθε τὴν δόξαν, ὁ μόνος καὶ πρῶτος ἀνθρώπων τὴν ἀλήθειαν ἐξευρών.

132. SUSTENTAT GLORIA THEBAS.] Illic natis ambobus, ſi placet Dijs, Numinibus, quos univerſus orbis pro talibus colebat, doctis tamen viris natos homines agnoſcentibus. Æneas Gazæus, Theophraſto:

τὸν τῆς Σεμέλης Διόνυσον, καὶ τὸν τῆς Ἀλκμήνης Ἡρακλέα, μέχρι τῶν Ἡρακλέους στηλῶν θεοὺς εἶναι πάντες ἐπιφημίζουσιν. οὓς ἐξελέγχει θνητοὺς γενομένους ὁ Πορφύριος, τοὺς γὰρ δαίμονας διαγράφων τῷ λόγῳ λέγει περὶ τοὺς φαυλοτάτους δαίμονας τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι λόχους καὶ ἐνέδρας καθίζειν, καὶ ἐξαίφνης ἐπιτίθεσθαι, καθάπερ ἡ Ἥρα τῷ Διονύσῳ καὶ Ἡρακλεῖ.

De Thebanis mulieribus Deos parientibus, Dicæarchus in vita Græciæ:

τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας συμβαίνει τοιούτους εἶναι. διατρέχουσι δέ τινες ἐν αὐτοῖς ἀξιόλογοι, μεγαλόψυχοι, πάσης ἄξιοι φιλίας. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν τοῖς μεγέθεσι πορείαις, ῥυθμοῖς, εὐσχημονέσταταί τε καὶ εὐπρεπέσταται τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι γυναικῶν. μαρτυρεῖ Σοφοκλῆς.

Θήβας λέγεις μοι τὰς πύλας ἑπταστόμους,
Οὐ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς.

Sane vera res non eſt. Nonne enim Caſtor & Pollux Spartæ nati? Et nulla non civitas Deos dedit, utiq; non de caudicibus, aut viris adeò, & per fabulam, natos. Quare doctiſſimi res Græcas viri H. Stephani Emendatio non inſuperhabenda.

Οὐ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ Θῆβαι θεάς.

Θεαὶ enim pulcerrimæ mulieres vulgò vocabantur, vide recenſitas ad Muſæum Notas, altero Adverſariorum Volumine.

133. HÆSIT APOLLINEO.] Delon Inſulam erratilem, nullis fixam radicibus, ante fluitaſſe, fixam tellure obhæſiſſe, ut alias omnes, natis inibi Apolline & Diana, fabula non incelebris Poëtarum cantilenis. Philo, ſeu quis alius auctor, De Mundo. Callimachus in Delum. Arnobius, Lib. I. Strabo, Lucianus, Seneca, Papinius, Ovidius, Eumenius Panegyriſtes, Sidonius. Alij.

133. DELOS LATONIA.] Latonæ partu conſecrata, eiq; poſtinde dedicata. Virgil.

Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos.

Accepit & nomen à partu illo, cum antè operta fluctibus vagaretur, ut loquitur Eumenius & Ortygia cenſeretur, ab ejus ſorore ſcilicet ut ſcribit Scholiaſtes Apollonij, lib I. Argon. Poſtinde vero dicata Apollini inſula. Suidas Δῆλος νῆσος Ἀπόλλωνος. Cujus & in ea oraculum ſive ſortes erant, ut multis alibi cum deſcriptione pariter nobiliſſimi Templi notatum. Durarunt eæ ad Julianum uſque Epiphanius in Tripertita lib. VI. cap. XLIV ex Theodoreto. Cum Perſæ mortuum agnoviſſent Conſtantium, ſumta fiducia venerunt ad terminos Romanorum, denuntiantes Bellum. Ob quam rem collecto exercitu Julianus, miſit Delphos, in Delum, atq; Dodonem ad percipienda reſponſa an expediret ipſi bellum ſuſcipere. Tunc univerſi vates & pugnandi fiduciam dabant, & victoriam promittebant. A Cecrope Erichthonij filio id fanum cum oraculo conditum auctor eſt ex veterib. Geo-

gius Cedrenus. Vulgò inde vitæ inſtitutæ conſilia accerſita docet exemplum Diogenis Cynici apud Laertium.

134. CRETAQUE SE JACET.] Exſcripſiſſe hæc videtur, & in numeros redegiſſe ex Pacati Panegyrico: *Cedat*, inquit de Theodoſij patria Hiſpania, *his terris terra Cretenſis, parvi Iovis gloriata cunabilis, & Geminis Delos reptata Numinibus, & alumno Hercule nobiles Thebæ. Fidem conſtare neſcimus auditis, Deum dedit Hiſpania quem videmus.* Jovem in Creta natum infiniti ſcriptores teſtantur. Callimachus εἰς Δία. Strabo, lib. X. &c. Immò & inibi ſepultum, Mela lib. II. c. VII. alijque itidem alibi laudati. Deſcriptionem inſulæ habes poſt majorum gentium Geographos apud Scylacem Caryandenum, qui Tertiam magnitudine facit. Poſtremis temporibus Phrauzen Protoveſtiarium, lib. I. cap. XXXI.

134. REPTATA.] Calcata dicere non poteſt, ob infantium teneritudinem. Unde altores fluvij eorum reptationibus nobilitari. Sic Papinius. Libro Nono:

> *Præcipuosque alui natorum: an vilis & illis*
> *Gratia? ad hunc certè repſit Tyrinthius amnem.*

Loquitur autem ibi Iſmenus amnis. Pacatus: *Geminis Delos reptata Numinibus.* Pariter Arnobius, lib. I. *Indigetes illi, qui flumen repunt, & in alveis Numici cum ranis & piſciculis degunt.*

135. SED MELIOR DELO.] Multis Pacatus, verbis partim adſcriptis.

136. QUÆ DEDIT HOC NUMEN.] Peperit, in Lucem edidit. Clara verba Pacati. Seneca Medea.

> *Meis Creuſa liberis fratres dabit?*

Virgilius.

> *Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.*

Claudianus Noſter Feſcenninis. & Laudibus Serenæ.

137. INHOSPITA CYNTHI.] Deſerta, non nimis populoſa. Alioquin planè incultam neque habitatam regionem vox iſta notat. Inhoſpitalis Caucaſus, Horatio & Boëthio libro II. Conſolat. cap. VII. Varro Prometheo: *Latè incolens barathro, inhoſpitalis campi vaſtitas.* πόντος ἄξενος, Martiano Heracleotæ, fine Iamborum. Callimachus ἔρρα πλαζομένας ἀξείνια. Theocritus: κόλχως, καὶ ἐς ἄξεινον ἵκετο Φᾶσιν. Euripides. Ἄξενον, ὑγρὰν, ποντίαν, ξυμπληγάδα. Orpheus Argonauticis: πρὸς ἄξενα φῦλ' ἀνθρώπων. Apollonius, Libro II. Θῆκεν ἐπ' ἀξείνοιο πόδας Θυνηΐδος ἀκτῆς. Cynthus, aſper & altus mons Delo urbi imminens. Strabo, lib. X.

> ἡ μὲν οὖν Δῆλος ἐν πεδίῳ κειμένην ἔχει τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τὸ Λητῷον. ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ὄρος ὑψηλὸν ὁ Κύνθος, καὶ τραχύ.

139. ACCLINIS.] Optimè hanc vocem hic reſtituerunt docti, multis ſcriptorum Locis corruptam, aſſentientibus Libris noſtro, & copia Belgicorum. Utuntur ea optimi quique ſcriptores. Cum primis Papinius, qui & acclinatum eadem vi poſuit. Valerius Flaccus, Lib. I.

> *acclinisque tapetis*
> *In medijs vacuo condit caput, Hippaſus, auro.*

Lib. II.

> *Acclinem ſcopulo inveniunt, miſerentque, foventque.*

Lib III

> *piceaque acclinis opaca Iuno, vocat.*

Martianus Capella, libro VIII *Evan pene conſecutus victus atque acclinis aſtabat.* Scribas melius apud noſtrum *Acclini genetrix auro* propter ſonum, cujus ſtridorem non admittit conſideratiſſima noſtri ſcriptio.

138. ACCLINIS AURO.] Irridet & vituperat Latonæ puerperæ pompam, ea enim palmam amplexa peperit illa famigeratiſſima Numina. Theognis, initio

Gno-

Onomologiæ, interpolatæ hodiè, vexatæ, & tranſpoſitæ.

> Φοῖβε ἄναξ, ὅτε μὲν σε θεὰ τέκε πότνια Λητὼ,
> Φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη.
> Ἀθανάτων κάλλιστον.

Contra Callimachus Latona pariente omnia autea facta canit nam & Deos hoc genus divitiis ubique ſubjicit. Hymno in Delum.

139. CIRCUMFLUA GEMMIS.] Abundans maximè: Vt inſula mari circumflua apud Interpretes Dionyſii Periegetæ, & Iornand. in rebus Geticis. *Sic circumfluens* abundantem notat Catullo.

> *Et ille nunc ſuperbus & circumfluens,*
> *Perambulabit omnium cubilia.*

Boethius de Conſolatione lib. II. cap. IV. In Catullo melius tamen alii: *ſuperfluens*

140. ULULATA VERENDIS.] Ad ſollemnem circum parturientes clamorem alluſum, quo putabant propitiari Lucinam, fiebatque operto capite, lotis manibus.: Papinius, Thebaid. III.

> *nulloque ululata dolore*
> *Reſpexit Lucina domum*

PLautus, Amphitruone:

> *Vbi oborti utero dolores, ut ſolent puerperæ,*
> *Invocant Deos Immortales, ut ſibi auxilium ferant*
> *Manibus puris, capite operto.*

Terentius Andria, clamore ipſius puerperæ.

> *Iuno Lucina, fer opem, ſerva me obſecro.*

Matres præſentes vota concipiebāt pro puerpera, quæ & ipſa pars fuit ululatuum. Ovidius Metamorph. IX.

> *matres Cadmeides adſunt,*
> *Votaque concipiunt, conſolanturque dolentem.*

Vlulare alioquin luctuoſum credunt & ominoſum. Auctor de Defectu Lunæ.

> *Non illam, ut perhibent populi, migrantibus antris*
> *Infernas ululans mulier prædira ſub umbras*
> *Detrahit altivago è ſpeculo.*

Sic ululaſſe Nymphæ dicuntur ad infelicem conjunctionem Æneæ & Didus apud Maronem lib. IV. & Ovidium, Epiſt. hujus ad illum.

141. VOCES AVIUM.] Captationes Auguriorum & Auſpiciorum, ſolemnes magnarum rerum exordiis. Quam belle autem conveniant iſta natalibus Principis ſerio Chriſtiani de Patre Chriſtianiſſimo, matre vero religioſa piaque, & viri etiam ad talia moderatrice, viderint alii. Nos noſtro ignoſcimus facilius, cum paria ſcribentes videamus Sidonium, Ennodiū, Venantium, Epiſcopos gregis Chriſto ſacrati, quibus hortori tum temporis talia eſſe debuerant, cum Paganiſmu[s] adhuc perſequeretur Fideles.

141. QUANTI VOLATUS] Nume[ro] rum indicat magnum, ad quam felicitatem fu[-] turorum temporum æſtimabant, victo mino[-] re. Florus lib. I. cap. II. de Romulo & Remo *Gemini erant: uter auſpicaretur, & regere[t] adhibuere piacula. Remus montem Aventinum Romulus Palatium occupate Prior ille ſex vul[-] tures hic poſteà, ſed duodecim, vidit. Sic Victo[r] augurio urbem excitat.*

142. DISCURSUS.] Incerti vagiq; cur[-] ſus, cum ſtati nihil itineris aut curſus ſit. T[i-] bullus:

> *Et vaga non certa diſcurrunt undiq[ue] pompa,*
> *Perque vias urbis munera, perque d[o-] mos.*

Lucanus lib. X.

> *Commeat huc penitus tacitis diſcurſib[us] unda.*

143. RUPERE SILENTIA.] Apertu[m] mendacium; & hæc curabat ſcilicet Theo[-] doſius, everſor fanorum & Idolorum deam[-] joti terrarum Orbis Parte; Tacebant aute[m]

tum omnino Delphi, & quidem à nato Chriſto. Prudentius Apoth.

Et quo mortalem praſtrinxit Spiritus alvum,
Spiritus ille Dei, & Deus & ſe corpore Matris
Induit, atque hominem de virginitate creavit.
Delfica damnatis tacuerunt ſortibus antra;
Perdidit inſanos mendax Dodona vapores.
Non reſponſa refert Libycis de Syrtibus Ammon.

Vide multis, & de Oraculis penè omnibus Theodoretum Serm.X. Therapeut.Q. eſt de Oraculis.

Collegerunt dudum de omni iſta re plurima docti. Cauſſam enarrare niſus eſt Plutarchus, quem in epitomen non inſcitè redegit Bernardus Martinius, Variarum Lectionum Commentariis, qui argumenta debere tamen maluit poſteritati, quibus tanto auctori ſeſe ſuccurriſſe memorat, quam nos iis exhilarare. Iulianum cum Delphos conſuluiſſe, oraculumque indidem abſtuliſſe ſcribunt Theodoretus lib.III. cap.IX. Hiſt. Eccleſiaſt & Epiphanius Tripertitæ lib. VI. cap. XLIV. vulgi rumorem ſecuti ſunt, quem ſparſit utique vaferrimus nebulonum ad Chriſtianorum doctrinam ſic etiam labefactandam. Potuit tamen & Magicis ſuis artibus tale quid fingere, Deos ſuos fideles probante. Claudianus ipſe ſilentium Oraculi fatetur dum *dudum tacitos* vocat Delphos, de ſuo quidem & ævo & Principe apertum mentiens, non ignarus videlicet & ipſi Juliano Oracula non de more priſcorum reddita, ſed per fraudem ficta. Sane Apoſtatam & alia id genus reſponſa venditaſſe Clarum ex eo quod per ſomnum ſibi datum de obitu Conſtantii extulit in vulgus, ut ſe Deorum Colloquij compotem jactaret, qui Magus erat & Sacrilegus, virtutumq; ſimulator non effector. Id verò in hæc verba evulgavit:

Ζεὺς ὅταν ἐς πλατὺ τέρμα μόλῃ
κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
Παρθενικῆς δὲ χρόνος μοίρῃ βαίνῃ
ἐπὶ πέμπτῃς,
Εἰς γῆν, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης
Τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Quod autem de iſto, pariter ſtatuimus de cæteris, oborta cœlitus vera luce obmuteſcentibus, ficta nimirum fraudibus humanis aſtutorum Agyrtarum Oracula, qualium non unius ſcenam aperit non unus ſermo Luciani, divini ingenij hominis, utinam Veritatem amplexi. Sed eum cum paucis aliis Deum Opt. Max. terris dediſſe arbitror ad ſuo ſibi gladio jugulanda figmenta Nationum, quod ſane per riſum æquè diſertè benèque præſtat, ac multi Stoicorum non ſine lacrymabilibus ærumnoſiſque animorum tormentis. Eo vel maximè infelix tamen quod Animarum immortalitatem ſibi perſuadere nôn potuit, quo fundamento Sapiendi convulſo, nullius religionis cultor fuit. Hujuſdem pretii ſunt Oracula alia ab Scriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ commemorata. Figmenta utique omnia, illudentia Principibus, quorum pauci talia advertebant.

144. TIBI CORNIGER HAMMON.] Notiſſimum Oraculum. De quo tamen ſecurius mentiri potuit, quam de altero, utpote remotiſſimo. Delphici ineptias, ſpreto ſimul & Ammonis iſto, vide apud Origenem, libro VII. Contrà Celſum. Quod melius fecerit nemo, quam collatione verorum, cum Origene iſto.

145. TE PERSÆ CECINERE MAGI] Perſarum Lingua Magus eſt qui Latinis Ariſtes, aut Sacerdos. Apulejus Apologia. Suida.

Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι, ὧν ἦρχε Ζωροάστρης, καὶ μετὰ τοῦτον

κα

τῇ διαδοχῇ ἀπιέναι, καὶ Ἀστρομψυχεῖ. Juvencus,lib.1.Hiſtor.Evangel.

Gens eſt Eoi, Phœbo orto proxima, regni,
Aſtrorum ſollers ortuſque obituſque notare,
Quorum primores nomen tenuere Magorum.

Vide Clitarchum & Sotionem,apud Laertim, Lib.I. Beatus Chryſoſtomus in Matthæum tradit Indorum Sapientes, quia tranquillam vitam coluerint, Magos appellatos.Perſarum philoſophos Clemens Alexandrinus,Stromat. I,& Tertullianus, Lib.I. in Marcionem vocant. Itaque non honeſtiſſimi ſolum nominis & exiſtimationis, ſed venerabiles etiam ſuis gentibus veri Magi. Cæteri quia quibuſcunq; ex rebus & præſtigiis futurorum ſcientiam jactabant,nomen maleficum, obnoxiumque vulgi contumeliis habuerunt ſemper. Illi ab Oriente Sacrificiis præfecti erant, ut ex noſtri Panegyricis Stilicomanis notum idem docet non ſemel Xenophon. Philoſophis priſcis penitioris litteraturæ Sapientiæque viri hoc nomine cenſebantur, quales non immerito habiti Pythagoræi, Orphici, à Perſis ipſi Dij, à Sapientibus, qui Divinitati quam proximè accederent. Auctor Epiſtolarum Apollonii Tyanæi, Epiſt.XVI.

Μάγους οἴει δεῖ ὀνομάζειν τοὺς ἀπὸ Πυθαγόρου φιλοσόφους, ὧδ' ἤ που καὶ τοὺς Ὀρφέως, ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Διὸς οἶμαι δεῖν ὀνομάζειν Μάγους, εἰ μέλλουσιν εἶναι θεῖοί τε καὶ δίκαιοι. Μάγους ὀνομάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι, Μάγος οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν, ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος.

Honoratiſſimum ergo nomen factum abuſu & inſcitia turpiſſimum.

145. ETRUSCUS AUGUR.] Hujus gentis Augures Aruſpiceſque, Vaticinatoreſq; alios, præ cæteris fide dignos habebant Romani, quippe qui ex Hetruria ſuperſtitionum Leges, Ceremonias, carmina, plurima tranſtulerint, quæ pleraque de Libris Hetruſcis petitæ, etiam fulgurum curæ, idque genus alia. Sidonius.

Fulgura ſi Thuſcus novit, ſi gramina Colchus.

Idem alio loco.

Quid,rogo, biſſeno mihi vulture Thuſcus aruſpex
Portendit?

De Extiſpiciis Tibullus,lib.II.

Vera monent divi ventura nuncia ſortis:
Vera monent Thuſcis exta probata viris.

Iungit ſacrificiis cœleſtes inſpectiones Arnobius, lib.II. *Antequam Tages Tuſcus oras contingeret Luminis, quiſquam hominum ſciebat, aut eſſe noſcendum condiſcendumque curabat, in fulminum caſibus, aut extorum quid ſignificaretur in venis.* Vulgoque Hetruſci talium periti olim. Livius, lib.I. *Tanaquil perita, ut vulgo Ethruſci, cœleſtium prodigiorum mulier.* Et inde rebus dubiis accerſebantur vates. Lucanus,Lib.I.Pharſal.

Hæc propter placuit Thuſcos de more vetuſto
Acciri vates.

Maximi natu horum præ cæteris colebantur, & ſententiam rogabantur primo loco. Idem Lucanus inibidem.

quorum qui maximus ævo,
Aruns, incoluit deſerta Mœnia Lunæ.

Appianus, lib.IV. Civilium: *His procurandis Senatus Aruſpices ac vates accerſivit ab Etruria: quorum natu maximus redituram ait regnum quale priſcis temporibus fuerat, cunctoſq; ſervituros, ſe uno excepto: Simulque Spiritum compreſſit donec exanimaretur.*

146. INSPECTIS BABYLONIUS HORRUIT ASTRIS.] Chaldæus ſive Genethliacus, cum thema nativitatis tuæ inſpiceret, totus intremuit, omnem illam Barbariem te auſpice Romano Imperio ſucceſſuram videns. Sic de Chriſto nato Prudentius:

Diriguit trepidans Chaldæo in vertice pernox

Aſtrologus.

Chaldæi nobiliſſimi prædictionibus ex obſervatis Nativitatum thematis, itemque auctores aſtriſpiciorum, jam inde ab Abrahamo, quem nonnulli hujus ſtudii faciunt principem, cui rei infinita ex ſcriptoribus coacumulari poſſint. Babylonius, Chaldæus. Non enim ſola urbs hoc nomine cenſetur, ſed tota terra Aſſyria & Meſopotamia. Solinus, cap. LX. *Chaldææ gentis caput Babylon eſt, tam nobilis, ut propter eam & Aſſyrii & Meſopotamii in Babylonis nomen tranſierint.* Martianus Capella lib. VI. *Sed Chaldææ gentis Babylonia caput eſt. Denique Aſſyria & Meſopotamia propter illius claritatem Babylonia vocatur.* Chaldæos Claudianus ſeparatim à Babyloniis nominavit, quod per illos ſpeciatim Genethliaci capiantur. Tacitus Annal. VI. *Non omiſerim præſagium Tiberii de Sergio Galba, quem accitum, & diverſis ſermonibus pertentatum, poſtremò Græcis verbis in hanc eſt ſententiam allocutus: Et tu, Galba, quandoque deguſtabis Imperium: Seram ac brevem potentiam ſignificans, ſcientia Chaldæorum artis, cuius adipiſcendæ otium apud Rhodum, magiſtrum Thraſillum habuit.* Sic nuſquam non Hiſtoria Auguſta.

147. CUMANAQUE.] Cumanæ Sibyllæ Oraculum. Prudentius.

Mortua jam muta lugent oracula Cumæ.

147. RUPES.] Præſente enim Apolline etiam rupes faticinabantur. Claudiano Sexto Conſulatu Honorij.

Tunc ſacer honor aquis, adytiſque effunditur Eccho
Clarior, & doctæ ſpirant præſagia rupes.

148. INTONUIT.] Et hoc ad divinum ſonum. Sidonius.

Intonuit ſoluta noſter Apollo lyra.

148. RABIDÆ SIBYLLÆ.] Furentes enim à Dæmoniis inſpiratæ edebant oracula ſua ex mulieres. Vide multis Lucanum, Lib. Maro de Sibylla:

Os rabidum, fera corda, domans

Unde Fanaticum id genus vatem pulcrè vocat Prudentius

ſpumet anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita Libris.

Ridiculè autem inflatas vates per inferiorem gutturem, quo genere & Pythiam oracula edidiſſe, teſtantur ſcriptores. Origenes, lib. VII. Contra Celſum;

ἱστόρηται τοίνυν περὶ τῆς πυθίας, ὅπερ δοκεῖ τῶν ἄλλων μαντείων λαμπρότερον τυγχάνειν, ὅτι περικαθεζομένη τὸ τῆς Κασταλίας στόμιον ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος προφῆτις, δέχεται πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων κόλπων, οὗ πληρωθεῖσα ἀποφθέγγεται νομιζόμενα εἶναι σεμνὰ καὶ θεῖα μαντεύματα, ὅρα δὲ διὰ τούτων εἰ μὴ τὸ τοῦ πνεύματος ἐκείνου ἀκάθαρτον, καὶ βέβηλον ἐμφαίνεται, μὴ διὰ μανῶν καὶ ἀφανῶν πόρων, καὶ πολὺ τῶν γυναικείων κόλπων καθαρωτέρων, ἐπεισιὸν τῇ ψυχῇ τῆς θεσπιζούσης, ἀλλὰ διὰ τούτων ἅ οὔτε θέμις ἦν τῷ σώφρονι καὶ ἀνθρώπῳ βλέπειν οὔπω λέγεται, ἢ καὶ ἅπτεσθαι, καὶ τοῦτο ποιεῖν οὐχ ἅπαξ που, οὐδὲ δίς, ἀλλὰ τοσαυτάκις, ὁσάκις προφητεύειν ἐκείνη ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος πεπίστευται.

Non diſſimilia de hodiernis Magorum Veneficarumque obſcœnitatibus ſcribunt Nicolaus Remigius & alii id genus.

149. DELUBRA.] Fana, ſpecus, aut antra. Vide Macrobium lib. III. cap. IV. *Veteres delibratum ſive decorticatum ſtipitem appellaſſe*, unde origo ſacro loco ſic dicendo, tali nimirum ſtipite in Statuam alicujus Idoli promoto, teſtis eſt Verrius Flaccus, cum Pompeio Feſto, hodie nimirum ſcriptorum, florentium quondam nemorum deglupti ſtipites.

150. NEC TE PROGENITUM CYBELEIUS AERE SONORO LUSTRAVIT CORYBAS.] Ut Jovem in Creta inſula ne à patre recens natus devoraretur, Aratus,

tus, Avienus, Germanicus, Phænomenis, Callimachus.

> Οὖλα δὲ Κουρῆτές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο,
> Τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν
> Ἀσπίδος εἰσαΐοι, καὶ μὴ σέο. Κουρίζοντος.

Luſtraſſe dicit Claudianus, quia ἐνόπλιον illum Chorum Corybantes circum pucrum Iovem ductitarunt, ex omni latere caventes ne quà ſonus aures nativori ſenis allaberetur. Qui enim luſtrabant quippiam, in circulum ambiebant. Silius Italicus, lib. II. *Et rapto cineres circum ter corpore luſtrat.* Columella, Lib. X de Pompa Luſtrica.

> *Ter circum areolas & ſepem ducitur Horti.*

Papinius, lib. VI. Thebaidos: *Luſtrantque ex more ſiniſtro Orbe regum* Appianus lib. V. Civilium, ubi de Luſtratione claſſis. Sic in Suovetaurilibus circum ægros agebant pompam Ruſticam. Cato, cap. CXLI. De Re Ruſtica: *Agrum Luſtrare ſic oportet: Impera Suevetaurilia circumagi cum Diis volentibus. Amburbiis ambiebatur urbs.* Lucanus, lib I.

> *Nox jubet & totam pavidu à civibus urbem*
> *Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro,*
> *Longa per extremos pomœria cingere fines.*

Sic hortum circumducebatur fœmina menſtruans primum, ubi is luſtrandus. Columella, Lib. X.

> *nudataque plantas*
> *Fœmina, quæ juſtis tum demum operata juventa*
> *Legibus, obſcœno manat pudibunda cruore,*
> *Ter circum areolas, & ſepem ducitur horti.*

Palladius, Lib. I. cap. XXXV. *Aliqui mulierem menſtruantem, nuſquam cinctam, ſolutis capillis, nudis pedibus, contra erucas & cætera, hortum faciunt circumire.* Hinc *Luſtrare* circumire exponit Servius, in Æneiden VI. Corybantes autem iſti non ſolum pulſabant arma, quod tradunt modo nominati auctores, ſed inflabant inſuper cornua. Sidonius:

> *Iam ſectus recalet Corybas, cui gutture rauco*
> *Ignem per biforesregerunt cava buxa cavernas.*

151. EXERCITVS VNDIQVE FVLGENS ASTITIT.] Commendatio Principis inter arma nati, qualem Caligula primus inter Romanos habuit. Talem ſe militibus inſinuat Commodus in primo Herodiani de Patre Marco loquens:

Φέρων τε με πολλάκις νήπιον ὄντα, ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείρισε πίστεσι. Διόπερ καὶ ῥᾷστα πάσης εὐνοίας μεθέξειν παρ᾽ ὑμῶν ἠλπικα, τῶν μὲν πρεσβυτέρων τροφεῖά μοι ταῦτα ὀφειλόντων, τοὺς δὲ ἡλικιώτας, εἰκότως ἂν καὶ συμφοιτητὰς τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων ἀποκαλοίην. Noſter Superiore Panegyr.

> *cognata poteſtas*
> *Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro.*
> *Luſtravitque tuos Aquilis victricibus ortus*
> *Miles, & in mediis cunabula præbuit haſtis.*

Talem Militibus offert Gratianum Pater Valentinianus, apud Ammianum. lib. XXVII.

152. AUGUSTIOR INFANS.] Humano major, in depreſſionem Arcadii, ut omnia, vel minima data occaſione.

153. SENSIT ADORANTES GALEAS. [Adoratio Romani Principis notat popoſci eum honorem, multi ſcriptorum loc indicant; quo redactus ſit poſtremis Rei Romanæ temporibus iſte mos, indicant Arcan Procopij: Sic ipſe Juſtinianus Novellis ſui ad crandi titulum inſcribere non veretur, Vi

ciſſim vero adorabat militem princeps, nam & hic de milite ſermo. Quod ex Ammiano & alijs ſupra notatum. Idem quod iſte, innuit noſter & in VI. Conſ.

Vna omnis ſubmiſſa phalanx, tantaque ſalutant
Te princeps, galea; partitu inde catervis,
In varios docto diſcurritur ordine giros.

Sic & urbanam multitudinem viciſſim adorabat Princeps. Eodem.

quantamque rependit
Majeſtas alterna vicem; cum Regia circi.
Convexum gradibus veneratur purpura vulgus.
Conſenſuque cava ſublatus in athera vallis.
Plebis adorata reboat fragor.

Sed & hæc aliis jam animadverſa. Græcus mos adorandi principem comparet & Caroli Magni ævo in ejus cognato Monacho Sangallenſi, apud eum Byzantini Legati illa Orientali pompa Carolum venerantur, De Fräcorum Regibus Cedrenus:

κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα παραθεζέσθαι ἐπὶ παντὸς τοῦ ἔθνους, καὶ προσκυνεῖν αὐτοῖς, καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, δωροφορεῖσθαί τε κατὰ συνήθειαν καὶ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς.

Imperatores occupavit hic honos à Regibus Aſiaticis, quos adoratos omnes Græci ſcriptores teſtantur. Sic Epiſtolas etiam Regias non aperiebant Satrapæ niſi adoratas. Polyænus in Datame:

Δατάμης πολιορκῶν Σινώπην, γράμματα παρὰ βασιλέως δεξάμενος, οὐκ ἐῶντος πολιορκεῖν, ἀναγνοὺς, προσεκύνησε τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἔθυσεν εὐαγγέλια, ὡς μεγάλη δὴ ἀγαθὰ παρὰ βασιλέως λαβών.

Extremo denique ævo, ut quiſque locuples, divitiſque potentior erat, hæc veneratione colebantur, licet ſordidis eſſet natalibus. Theodorus Prodromus:

ἢ πῶς ὁ πέκτων, ὁ κναφεὺς, ὁ λαπέμος,
ὁ βυρσοδέψης, ὁ σκηνεὺς, ὁ γηπόνος,
ὁ λοιπὸς ὄχλος τῆς βαναυσίδος τύχης,
Ἄγροικος ἀνὴρ, καὶ προσζῆκος βλαυτίῳ,
περιέρχεται δὲ τῆς λεωφόρου μέσον,
ὑπὸ προπεμποῖς ὀρχικῶς ἐσταλμένος,
Καὶ προσκυνεῖται, καὶ θεοῦ τιμὴν ἔχει.

Porro nec hoc nota indignum, inter curſus circulares veterum magnam fuiſſe differentiam, inter quos peculiaris erat orbis Corybantum, aut Curetum, quem modo Claudianus indicavit. Papinius, Achilleide II.

thyaſis Iſmenia buxus
Signa dedit: quater ara Rhea, quater Evia pulſant.
Terga manu, varioſque quater legere recurſus.
Tunc thyrſos pariterque levant, pariterq; reponunt,
Multiplicantq; gradum: modo quo Curetes in actu
Quoque pii Samothraces eunt: Nunc obvia verſa
Pectine, Amazonio, modo quo citat orbe Lacanas
Delia, plaudenteſque ſuis interquet Amyclis.

Vides varios variarum gentium recurſus, quos ſingulos ſuum morem habuiſſe conſtat, ut mirifica fuit illuſio Dæmonum.

154. REDDITQUE FEROCEM, VAGITUM LITUIS.] Dicat eſſe ex Clariſſimi Viri paullo ſuperiorum Temporum, Mamertini,

mentini, Panegyrico ad Maximianum: An *divinam*, inquit, *generis tui originem recenſebo, quam tu, non modo factis immortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione teſtaris? An quemadmodum educatus inſtitutuſque ſis, prædicabo, in Limite illo, in illa fortiſſimarum ſede Legionum, inter diſcurſus ſtrenuæ juventutis, & armorum ſonitus, tuis vagitibus obſtrepentes.* Finguntur hæc de Jove, ſed de te vera ſunt, Imperator.

155. INTER CUNABULA CONSUL EVEHERIS.] Conſul eveheris, in Conſulem: Sic alibi non ſemel loquitur. Honorius autem natus eſt Ricomere & Clearcho Conſulibus. Anno ſequente Coſſ. fuerunt Arcadius & Bauto. Tertio ætatis anno Honorius Faſtos tenuit, Evodio, viro ſtrenuo, collega. Modo is ſit Evodius, quem Conſulem & Maximi partes ſecutum, virum quo nihil unquam juſtius fuerit, item acrem & ſeverum laudat Sulpitius Severus Vita Martini, & fine libri II. Sacræ Hiſtoriæ, de quo nulla magnoperè dubitandi cauſſa.

156. POSITO MODO NOMINE.] Poetice. Nomina enim pueris nono, Octavo Romanis puellis imponebantur. Feſtus: *Luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum Nonus, quia his luſtrantur, atque iis nomina imponuntur.* Mutarunt tamen Imperatores nonnulli, ut notavit memoria avorum aut proavorum Ludovicus Cælius, vir induſtrius & doctiſſimus, de cujus ſilvis ſummi viri ſua nemora condiderunt, lib. XXII Antiq Lect. cap. XXII. vide de Græcis & notata doctiſſimo Mauſſaco ad Harpocrationem.

157. DONATURQUE TIBI.] Manifeſta Poetica temporum retortio. Ut jam modo notata indicant. Nec ſæpe tamen talia in hoc ſcriptore offendes. Annus donatur Conſuli, cum nomine eius figuratur. Appuleius ad talem: *Nullo niſi tuo anno ad coercenda peccata plus pudor quam timor valuit.* Alia ſupra.

158. QUIRINALI AMICTU.] Conſulari trabea, Togaque Romani ſummi olim magiſtratus pacati indice. Maro, Lib. VII.

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino,
Inſignis, reſerat ſtridentia Limina Conſul.

Iuvenalis, Sat. VIII.

Ancilla natus trabeam, & diadema Quirini.
Et faſces meruit.

159. CURULES.] Sellam curulem, quæ index Conſulatus omnibus ſcriptoribus in ore. Speciem, materiam, cultum, norunt ex notatis Antiquariorum jam pueri.

160. GREMIO.] Cura & Educatione matris Patriſque Auguſti. Partem materni corporis, in qua crebra infanti verſatio, pro educatione ipſa dixit. Moſchus:

καὶ τὸν ἔρωτα Ἔτρεφον ἐν κόλποισι.

Hoc eſt fotu omni & educatione. Sidonius lib. V. Epiſt. XVI. Eſt cum gremio penitior pars, atque ipſe uterus corporis fœminei cenſetur. Chalcidius in Timæum Platonis: *mox natis exque materno viſcere decidentibus, provenit ortus cum dolore aliquanto, propterea quod ex calida atque humida ſede ad frigus & ſiccitatem aeris circumfuſi migrent. Adverſum quem dolorem, fotuſque puerorum appoſita eſt medicina loco artificioſa obſtetricum proviſio: ut aqua calida confoveantur recens nati, adhibeanturque vices, & ſimilitudo Materni GREMII ex calefactione atq; fotu, quo laxatum corpus tenerum delectatur, & quieſcit.* Illa de Numinibus puero aut infanti alludentibus æmulatur Sidonius, debenturq; Græcis Poetis.

161. MOENALIOS ARCUS.] à crebris in Arcadia Deæ venationibus. Nota omnia.

164. BLANDOS ANGUES.] Non aliter tibi atque ipſi Deæ alludentes, ob amorem in te Numinis. De Capillis Gorgonis, Ægide, &c. omnia notiſſima.

165. INTERRITUS.] Paria tertio Conſulatu:

coruſcanti clypeo te ſæpe volentem
Suſtulit, intrepidumque ferri

167. FESTINAQUE VOTI.] Spei, in

quam natus erat Honorius, Imperij nimirum. Felicitas Liberorum Votum parentum. Locutio Græcanica. Priore in Rufinum

Ergo animi vivus, ſequimur quocunque
vocabat
Seu tu vir, ſeu Numen, ait

Hoc Libro CCCXCV.

Tunc ego, ſecurus fati, latuſq; Laborum,
Diſcedam, vobis utrumque regentibus
axem.

Negotioſus operum, apud Sidonium, l. VIII. Epiſt. VIII. Silius, lib. II. cæcus fati, divumq; abeunte favore. Livius Angronicus, apud Priſcianum lib. VI.

ægra ſanitatis Herois.

Papinius. Quinto Silvarum

Laudum feſtinus, & audax Ingenii.

Plurima hoc genus apud Appuleium madidatus nectaris, fatigatus cædis, trepidus regionis, præcipuus virtutis, certus erroris, tantus ingenii, ſecurus ſalutis, incertus ſalutis, gaudens voti, ſaucius animi, metuens virginitatis, conſeneſcens, tenellus, animi, incertus conſilii, infirmus mentis, recreatus animi, ſaucius fatigationis, furens animi, attritus machinæ, glorians adoreæ, completus aquæ, noxius religionis, approbatus ætatis, famoſus gravedinis, & alia id genus leguntur, de quibus copioſus illuſtrator temporum ſcriptorumque Aſtorum affectatiorumq; Iudex noſter. Alia ad Priorem in Rufinum.

168. PRÆSVMTVM DIADEMA.] Ante legitimam ætatẽ geſtari cœptum. Pueri enim etiam Principum Romanorum diademata geſtabant. Michael Glycas de ijſdem iſtis Arcadio & Honorio: *Cum vidiſſet aliquando Theodoſius ſuos quidem filios ſedentes, qui Diademata geſtarent, Arſenium verò ſtantem, eoſq; docentem: excandeſcens ait Egone ſic ſibi imperavi? Num tu eos Imperatores facis?* Immo & puellæ Anna Comnena, Alexand. lib. VI. de ſemetipſa.

μετρητῶν ἤ τινων παρελθουσῶν ἡμερῶν, στέφους κἀμὲ ἀξιοῦσι οἱ γονεῖς καὶ βασιλικοῦ διαδήματος.

Præſumere, antecapere, uſitatiſſimum ævi inclinantis auctoribus. *Præſumtio* & Anticipatio, ſynonyma Iulio Rufiniano Rhetori, initio Lib. II. Ex Iuſtino, Arnobio, Pacato, multiſque aliis ad Appuleium.

168. LEVIBUS ULNIS.] Teretibus, Formoſis, Catullus de Berenices coma.

quam multis illa Dearum
Levia protendens brachia pollicita eſt.

170. MVTATVS PRINCIPE CÆSAR.] Cæſar eo ævo filius principis cumprimum natus. Cum enim apud Caſſiodorum & Idatium primo Conſulatu Nobilis Puer dicatur Honorius, in Faſtis Græcis Ονώριος Καίσαρ titulus comparet. Alioquin notum Cæſares prius, deinde Auguſtos factos habitoſque. Tacitus de Tito. Lib. V. Hiſtoriar. *Patre adhuc vive: Hanc adverſus urbem gentemque Cæſar Titus, aggeribus vineiſque certare ſtatuit*, *Exempla occurrunt ubique* Nec rigide verum quod Cæſarum Auguſtorumq; diſcrimen Traiano Principe Aurelius Victor cœpiſſe ſcribit, Item quod Cæſaris ſolo honore cenſitos primus (licet eo nomine adoptatorum primus,) Aelius Verus. traditore Spartiano. Vide tamen Adverſar. lib I. XXV. cap. VIII. Senſus autem Claudiani eſt: Nec diu ſummus honos dilatus, quin mox ex Cæſare princeps fieres, hoc eſt à Patre Augúſtus, ut Arcadius jam erat, tu quoque appellareris. Verſus vocum ordo fefellit doctos, ut non aſſequerentur ſententiam, Delitium adeo etiam, ut verſum integrum deletum veniret. Uſque autem non eſt diu dilatus honos ſummus Honorio, ut intrà Nonum ætatis annum Auguſtus ſit declaratus, cum ſecundum Conſul jam eo titulo inſigniatur in Faſtorum Indicibus. Cæſar autem proximus ad Imperatorem Auguſtumve gradus, ut notum ex omni Hiſtoria Auguſta. Ioan. Diacon. in Vita Gregor. Magni, de Mauritio Principe. *Ecce per me ſervum ultimum ſuum, & veſtrum reſpondet Chriſtus, dicens: Ego te de Notario Comitem Excubitorum, de Comite Cæſarem, de Cæſare Imperatorem feci, & tu à meo ſervitio milites ſuos retrahis.* Ab Auguſto regno deſtinatus, ut Cæ-

ſarem

ſarem Conſtantii Iulianum vocat non ſemel Beatus Hilarius, Libro illi porrecto. *Princeps*, Imperator, jam inde ab Auguſti blandimento. Tacitus, Annal. I. *Lepidi atque Antonij arma in Auguſtum ceſſere: qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine Principis ſub Imperium accepit.* *Principium*, Poteſtas ipſa, quam Potentiam dicit Aurelius Victor. Sulpitius Severus, libro I. Sacræ Hiſtor. *Minorem majoris ſubdendum eſſe principio.* PLinius lib. IX. cap. XXXV. *Principium culmenque omnium rerum pretij margarita tenent.*

171. NEC CERTIUS UMQUAM.] Prodigia ſive Indicia cœleſtia felicitatem Honorio ſpondentia deſcribere orditur, more Nationum, nihil ſine horum obſervatione ordientium. Re & Conſuetudine notis. *Certius*, conſtantius, indubitabilius. Papinius, Thebaide. III.

nec Cyrrha Deum promiſerit antro
Certius.

Valerius Flaccus, Lib. I. Argonaut.

Cui genitor tribuit monitu praenoſcere divûm
Omina, ſeu flammas, ſeu lubrica cominus exta,
Seu plenum certis interroget aera pennis.

Certum, eſt rectum, nullo modo titubans. Iſidorus libro X. Origen. *Plagiator apud* ὁ πλαγίυ, *id eſt obliquo, quod non certa via gradiatur, ſed pelliciendo dolis.* Non enim aſſentimur Rerum Quotidianarum Scriptori, utinam pluribus libris id genus Obſervationum poſteritati gratificaturo, cum locum mutanti. Hortatos, dicit Deos, quod repetitis oſtentis rem promoverint, quæ ſumma eſt cauſſa rei aggrediundæ. Maro.

non ſi mihi Iuppiter auctor
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo.

172. PRÆSENTIOR ÆTHER.] Certior. Vide Suprà.

173. HYEMS.] Tempeſtas nubila. Notiſſima res Poeticis Litteris.

174. NOTUS COLLEGERAT IMBRES.] Horatius:

Albus ut obſcuro deterget nubila cœlo
Sæpè notus, neq; parturit imbres
Semper perpetuos.

Ita colligit idem nubila & diſpellit.

175. SOLITA MILES TE VOCE LEVASSET.] Cum te Auguſtum proclamatum ſalutaſſet. Non enim de alia levatione videtur loqui Claudianus, quam qua in Auguſtum elevatus eſt Honorius, nam ea uſurpatio ſollemnis iſtius verbi. Idatius Faſtis: *Antiochiano & Orfito Conſulibus Levatus eſt Aurelianus Imperator. Idem. Aureliano III. & Marcellino Coſſ. occiſus eſt Aurelianus Imperator, Canofrurio, & levatus eſt Tacitus Romæ.* Idem plurimis poſtea locis. Sic ſeipſum *levaviſſe*, id eſt imperio impoſuiſſe Eugeniũ. idem ſcribit pag. LXII. *Valentinianus Iunior apud Viennam eſt interfectus, & levavit ſe Eugenius tyrannus.* Poteſt tamen à conſuetudine quadam *levandi* in ſolium, clypeum, aut per manus locutio orta eſſe, eamque innuere; quam multis jam pridem notarunt eruditi, Petro Pithæo principe. Francorum Regum in ſolium levationem deſcribit Ademarus Epiſcopus ijs quæ Aymoino adjecit. *Solitam* vocem acclamationes dicit, quæ in militari vulgo, claſſicis & fragore armorum blandiore conficiebãr. Ammianus Marcell. Lib. XXVII. *Elevatione Gratiani: Nondum finita oratione, dictis cum aſſenſu læto auditis, pro ſuo quiſque loco animo læto milites, alius alium anteire feſtinans, tamquam utilitatis & gaudiorum Participes, Gratianum declararunt Auguſtum, Claſſicorum ampliſſimo ſono blandum fragorem miſcentes armorum. Conſurrectum eſt poſt hæc in Laudes majoru Principis & Novelli, maximèq; pueri, quem ſoli oculorum flagrantior lux commendabat.* Sic *Levationem* capio in Auctore Incerto Chronologo, de Anthemio Auguſto: *Herminerio & Baſiliſco Conſulibus defunctus eſt Imperator Severus Romæ. Puſæo & Iohanne Coſſ. Levatus eſt Imperator Dominus Anthemius Romæ.* De *Levatione* in Clypeum

 nota

notarunt, ut dictum, fuſè docti, & ſunt exempla, etiam in Hiſtoria Georgij Pachymerii. Alioquin per manus quoque *Levatio* honoris erat, immanior quandoque, ut ijs vix aliquot horis excedere potuiſſe Principem, ſint exempla. De Alexandro Severo Lampridius. *Poſt hoc cum ingenti gloria & comitante Senatu, Equeſtri Ordine, atque omni populo, circumfuſis undique mulieribus, & infantibus, maximè militum conjugibus, pedes Palatium conſcendit, quum retrò currus triumfalis à IV. Elefantis traheretur. Levabatur manibus omnium Alexander, vixque illi per horas quatuor ambulare permiſſum eſt, undique omnibus clamantibus, Salva Roma eſt, quia ſalvus Alexander.* Talem *Levationem* pueri principis in Auguſtum hic etiam capias.

176. NUBILA DISSOLVIT PHOEBUS.] A claritudine diei ſumit omen illuſtris, jucundiq; futuri principatus. Exempla in hoc genere ſcriptorum plurima ubiq; ſuccurrunt.

178. ADVERSAM PATITUR CHALCEDONA.] Tam claram derepente Lucem ortam dicit, cum Auguſtum honorem caperet Honorius, ut nullo negotio Conſtantinopoli trans Boſphorum cerni potuerit Bithyniæ oppidum Chalcedon. Non longè autem diſſita hæc Byzantio civitas. Gulielmus Tyrius, Libro II capite XII. Hiſtor. Palæſtin. *Calcedon civitas in Bithynia, locus Conſtantinopoli proximus, & ſola Boſphori interpoſitione diſtans, unde & urbem in vicino conſtitutam erat omnibus intueri, & qui negotijs urgentibus trahebantur, ter vel quater in die ad Vrbem ire Regiam. & ad Caſtra redire ſine difficultate poterant.* Sita in colle aut tumulo. Avienus Periegeſi: *Chalcedon tumulus fluctu circumdatus alto Eminus Europea, proceraque mœnia Byza Adſpicit.* Diſtinctio ſic eſt iſthic concinnanda.

> *Sed mox, cum ſolita miles te voce levaſſet,*
> *Nubila diſſolvit Phœbus: pariterque dabantur*
> *Sceptra tibi, mundoque dies. Caligine Liber*
> *Boſphorus, adverſam patitur Chalcedona cerni.*

Notum nebulas incombere ponto, & caliginem obeſſe, niſi cœlo quam ſudiſſimo, quo minus transvidere maris vel minimum ſpatium poſſit.

179. THRACE.] Thracia, Græcanico uſu. Manilius. *Thrace Martem ſortita colonum.* Montoſam regionem notam nebuloſam, certe ſummos montes per quam caliginoſos viſu, quare miraculi inſtar fuit totam nitidam conſpectam.

180. RENIDENT.] Rejiciunt quodammodo captum ſplendorem, ingeruntq; oculis repercuſſum. Paullinus ad Cytherium.

> *Cœlum ſerenis enitebat vultibus,*
> *Aſtris renidebat mare.*

Martianus Capella, Lib. I. *vernantis cœli temperie renidebat. Pangæum* mons Thraciæ. Vibius Sequeſter. In *per vulgatis* nullum pretium moræ.

182. NEC BOREAS NIMBOS.] Neque nimium Solem bibiſſe aquam pluvijs faciundis ait, neq; ventos turbaſſe liquidam diei ſerenitatem. Paria Tibullus.

> *fulgentem Tyrio ſubtemine Veſtem*
> *Indueras oriente die, duce vertilis anni:*
> *Splendidior liquidis cum Sol caput extulit undis,*
> *Et fera diſcordes tenuerunt flamina venti.*

Et apud Gunterum, quem multis Antiquitati componas. Libro IV.

> *Iamque ſoporiferæ decurſo limite Noctis,*
> *Aureus occulto ſublatam lampada cœlo*
> *Cœperas in noſtrum traducere, Phœbus, Olympum.*
> *Tempore non alio nitidos magis extulit ortus*
> *Purgavitque poles, & nubila tota removit.*
> *Exoritur felix, & cunctis penè diebus*

Can-

Candidior, primos tibi collaturus honores.

Corippus quoq;, lib. IV. de Laudibus Juſtini A. Minoris.

jubar axe ſereno.
Emicuit, votisq; pio ſeſe obtulit orbi.
Lætificans cunctas felici lumine terras.
Clara coruſcantem lux auxerat altera Lucem,
Cum terris gaudente polo.

Sic ſui Principis adventu ad Ajam Inſulam ſubitam Serenitatem factam memorat Petrus Pictavienſis, ſequioris Temporis non ſpernendus auctor.

Dum placet Ajenſes, Paſtor pie, viſere fratres,
Obſequium præſtant ipſa Elementa tibi.
Totus opertus erat pluviÿs Auſtralibus æther,
Vt tua vela videt territus imber abis.
Ne tumida fierent, ſævis Aquilonibus, undæ,
Mox, ubi eas intras, Ventus & Aura fugit.
Multa polum nubes caligine texerat atra,
Te ſcandente ratem cuncta ſerena patent.

Dux omnibus hoc genus Diſtichon Maronianum, ipſo non indignum:

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane,
Diviſum Imperium cum Iove Cæſar habet.

183. IMPERII LUX ILLA FUIT.] Peſſimè Belgicæ Editiones verſum hic ſuo loco moverunt, conturbata ſententia. Sed correxerunt aliæ. Pariter Sidonius:

Imperiÿ ver illud erat.

18[illegible]. PRÆSAGUS OBIBAT CUNCTA NITOR.] Reviviſcentibus velut ſideribus. Ita idem Sidonius

præſcia tellus
Aurea converſo promiſit ſecula fœtu.

184. RISITQUE TUO NATURA SERENO.] Vide Adverſariorum lib. VIII. capite I. Notandum figmentum Poëtæ, diſſimulandis tenebris, quę inciderunt in augurationem Honorianam, unde & mox ait Stellā toto die viſam. Marcellinus Comes Chronico: *Theodoſio III. & Abundantio Coſſ. Honorium Pater ſuus Theodoſius, in eodem loco, quo fratrem ejus Arcadium, Cæſarem fecit, id eſt, Septimo ab Vrbe Regia miliario. Tunc hora diei tertia tenebræ factæ ſunt* Diem, (IV. Id. Januar.) notat Socrates, lib. V, cap. XXIV.

185. STELLA DIE.] Notandum Stellam in die viſam pro bono Fortunatoque omine noſtro accipi, jactarique: Cum alioquin contra habeatur, turbato videlicet ordine, & majori Lumine contrà Naturam minori cedente. Inter prodigia cæſi Pertinacis recenſet Julius Capitolinus: *Cum apud Lares ſacrificaret carbones vivaciſſimi exſtincti ſunt, cum inflammari ſoleant; corque & caput in hoſtiis non eſt repertum. Stellæ etiam juxta Solem per diem viſæ ſunt clariſſimæ, ante dies quam obiret.* Paullus Diaconus, ſeu Landulphus Sagax potius. lib. XIX. Miſcell. cap XXXI. *Anno Nono Imperiÿ Iuſtiniani defectio Solis effecta eſt, hora diei tertia* (paria de noſtri iſto Marcellinus), *ita ut & quædam ſtellæ apparerent. Et exercitum movit Muhammet, contra Romanos, & multos duxit captivos.* Seneca, Natur. Quæſt. lib. VI. cap III. *Acta in transverſum faces, cœli magna pars ardens, crinita ſidera, plures Solis Orbes. Stellæ per diem viſæ. Nihil horum ſine timore miramur.* Xiphlinus ex Dionis Nerone:

ὁ μὲν τοι ἥλιος σύμπας ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις ἐπὶ τῇ Ἀγριππίνῃ κατὰ τὸ ψήφισμα γινομέναις, ἐξέλιπεν, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐκφανῆναι. Herodianus, libro I. ἐγένοντο δὲ τινες καὶ ἐκεῖνο καιροῦ καὶ διοσημίαι. ἀστέρες γὰρ ἡμέρας συνεχῶς ἐβλέποντο, ἕτεροι δὲ εἰς μῆκος κεχαλασμένοι, ὡς ἐν μέσῳ ἀέρι κρέμασθαι δοκεῖν.

Alia exempla apud Suetonium Julio, capite

tum omnino Delphi, & quidem à nato Chriſto. Prudentius Apoth.

Et quo mortalem præſtrinxit Spiritus alvum,
Spiritus ille Dei, & Deus & ſe corpore Matris
Induit, atque hominem de virginitate creavit.
Delfica damnatis tacuerunt ſortibus antra;
Perdidit inſanos mendax Dodona vapores.
Non reſponſa refert Libycis de Syrtibus Ammon.

Vide multis, & de Oraculis penè omnibus Theodoretum Serm.X. Therapeut.Q. eſt de Oraculis.

Collegerunt dudum de omni iſta re plurima docti. Cauſſam enarrare niſus eſt Plutarchus, quem in epitomen non inſcitè redegit Besnardus Martinius, Variarum Lectionum Commentariis, qui argumenta debere tamen maluit poſteritati, quibus tanto auctori ſeſe ſuccurriſſe memorat, quam nos iis exhilarare. Iulianum cum Delphos conſuluiſſe, oraculumque indidem abſtuliſſe ſcribunt Theodoretus lib III. cap.IX. Hiſt. Eccleſiaſt & Epiphanius Tripertitæ lib. VI. cap. XLIV. vulgi rumorem ſecuti ſunt, quem ſparſit utique vaferrimus nebulonum ad Chriſtianorum doctrinam ſic etiam labefactandam. Potuit tamen & Magicis ſuis artibus tale quid fingere, Deos ſuos fideles probante. Claudianus ipſe ſilentium Oraculi fatetur dum *dudum tacitos* vocat Delphos, de ſuo quidem & ævo & Principe apertum mentiens, non ignarus videlicet & ipſi Juliano Oracula non de more priſcorum reddita, ſed per fraudem ficta. Sane Apoſtatam & alia id genus reſponſa venditaſſe Clarum ex eo quod per ſomnum ſibi datum de obitu Conſtantii extulit in vulgus, ut ſe Deorum Colloquij comporem jactaret, qui Magus erat & Sacrilegus, virtutumq; ſimulator non effector. Id verò in hæc verba evulgavit:

Ζεὺς ὅταν ἐς πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
Παρθενικῆς δὲ χρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέμπτῃ,
Εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀΐδος αἴης
Τέρμα φίλου βιότου συγκρὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Quod autem de iſto, pariter ſtatuimus de cæteris, oborta cœlitus vera luce obmuteſcentibus, ficta nimirum fraudibus humanis aſtutorum Agyrtarum Oracula, qualium non unius ſcenam aperit non unus ſermo Luciani, divini ingenij hominis, utinam Veritatem amplexi. Sed eum cum paucis aliis Deum Opt. Max. terris dediſſe arbitror ad ſuo ſibi gladio jugulända figmenta Nationum, quod ſane per riſum æquè diſertè benèque præſtat, ac multi Stoicorum non ſine lacrymabilibus ærumnoſiſque animorum tormentis. Eo vel maximè infelix tamen quod Animarum immortalitatem ſibi perſuadere nòn potuit, quo fundamento Sapiendi convulſo, nullius religionis cultor fuit. Hujuſdem pretii ſunt Oracula alia ab Scriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ commemorata. Figmenta utique omnia, illudentia Principibus, quorum pauci talia advertebant.

144. TIBI CORNIGER HAMMON.] Notiſſimum Oraculum. De quo tamen ſecurius mentiri potuit, quam de altero, utpore remotiſſimo. Delphici ineptias, ſpreto ſimul & Ammonis iſto, vide apud Origenem, libro VII. Contrà Celſum. Quod melius fecerit nemo, quam collatione verorum, cum Origene iſto.

145. TE PERSÆ CECINERE MAGI.] Perſarum Lingua Magus eſt qui Latia Antiſtes, aut Sacerdos. Apulejus Apologia. Suida.

Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι, ὧν ἦρχε Ζωροάστρης, καὶ μετὰ τοῦτον

κτ

τὴν διαδοχὴν ὠστάνας, καὶ Ἀστράμψυχοι. Juvencus, lib. I. Hiſtor. Evangel.

Gens eſt Eoi, Phœbo orto proxima, regni,
Aſtrorum ſollers ortuſque obituſque notare,
Quorum primores nomen tenuere Magorum.

Vide Clitarchum & Sotionem, apud Laertium, Lib. I. Beatus Chryſoſtomus in Matthæum tradit Indorum Sapientes, quia tranquillam vitam coluerint, Magos appellatos. Perſarum philoſophos Clemens Alexandrinus, Stromat. I. Et Tertullianus, Lib. I. in Marcionem vocant. Itaque non honeſtiſſimi ſolum nominis & exiſtimationis, ſed venerabiles etiam ſuis gentibus veri Magi. Cæteri quia quibuſcunq; ex rebus & præſtigiis futurorum ſcientiam jactabant, nomen maleficum, obnoxiumque vulgi contumeliis habuerunt ſemper. Illi ab Oriente Sacrificiis præfecti erant, ut ex noſtri Panegyricis Stilicomanis notum idem docet non ſemel Xenophon. Philoſophis priſcis penitioris litteraturæ Sapientiæque viri hoc nomine cenſebantur, quales non immerito habiti Pythagoræi, Orphici, à Perſis ipſi Dij, à Sapientibus, qui Divinitati quam proximè accederent. Auctor Epiſtolarum Apollonii Tyanæi, Epiſt. XVI.

Μάγους οἴει δεῖ ὀνομάζειν τοὺς ἀπὸ Πυθαγόρου φιλοσόφους, οὕτω δή που καὶ τοὺς Ὀρφέως, ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Διὸς οἶμαι δεῖν ὀνομάζεσθαι Μάγους, εἰ μέλλουσιν εἶναι θεῖοί τε καὶ δίκαιοι. Μάγους ὀνομάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι, Μάγος οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν, ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος.

Honoratiſſimum ergo nomen factum abuſu & inſcitia turpiſſimum.

145. ETRUSCUS AUGUR.] Hujus gentis Augures Aruſpiceſque, Vaticinatoreſq; alios, præ cæteris fide dignos habebant Romani, quippe qui ex Hetruria ſuperſtitionum Leges, Ceremonias, carmina, plurima tranſtulerint, quæ pleræque de Libris Hetruſcis petitæ, etiam fulgurum curæ, idque genus alia. Sidonius.

Fulgura ſi Thuſcus novit, ſi gramina Colchus.

Idem alio loco.

Quid, rogo, biſſeno mihi vulture Thuſcus aruſpex
Portendit?

De Extiſpiciis Tibullus, lib. II.

Vera monent divi ventura nuncia ſortis,
Vera monent Thuſcis exta probata viris.

Iungit ſacrificiis cœleſtes inſpectiones Arnobius, lib. II. *Antequam Tages Tuſcus oras contingeret Luminis, quiſquam hominum ſciebat, aut eſſe noſcendum condiſcendumque curabat, in fulminum caſibus, aut extorum quid ſignificaretur in venis.* Vulgoque Hetruſci talium periti olim. Livius, lib. I. *Tanaquil perita, ut vulgo Ethruſci, cœleſtium prodigiorum mulier.* Et inde rebus dubiis accerſebantur vates. Lucanus, Lib. I. Pharſal.

Hæc propter placuit Thuſcos de more vetuſto
Acciri vates.

Maximi natu horum præ cæteris colebantur, & ſententiam rogabantur primo loco. Idem Lucanus inibidem.

quorum qui maximus ævo,
Aruns, incoluit deſertæ Mœnia Lunæ.

Appianus, lib. IV. Civilium: *His procurandis Senatus Aruſpices ac vates accerſivit ab Etruria: quorum natu maximus rediturum ait regnum quale priſcis temporibus fuerat, cunctoſq; ſervituros, ſe uno excepto: Simulque Spiritum compreſſit donec exanimaretur.*

146. INSPECTIS BABYLONIUS HORRUIT ASTRIS.] Chaldæus ſive Genethliacus, cum thema nativitatis tuæ inſpiceret, totus intremuit, omnem illam Barbariem te auſpice Romano Imperio ſucceſſuram videns. Sic de Chriſto nato Prudentius:

Diriguit trepidans Chaldæus in vertice pernox

Aſtrologus

Aſtrologus.

Chaldæi nobiliſſimi prædictionibus ex obſervatis Nativitatum thematis, itemque auctores aſtriſpiciorum .] jam inde ab Abrahamo, quem nonnulli hujus ſtudii faciunt principem, cui rei infinita ex ſcriptoribus concumulari poſſint. Babylonius, Chaldæus. Non enim ſola urbs hoc nomine cenſetur, ſed tota terra Aſſyria & Meſopotamia. Solinus, cap. LX. *Chaldaa gentis caput Babylon eſt, tam nobilis, ut propter eam & Aſſyrii & Meſopotamii in Babylonia nomen tranſierint.* Martianus Capella lib. VI. *Sed Chaldaa gentis Babylonia caput eſt. Denique Aſſyria & Meſopotamia propter illius claritatem Babylonia vocatur.* Chaldæos Claudianus ſeperatim à Babyloniis nominavit, quod per illos ſpeciatim Genethliaci capiantur. Tacitus Annal. VI. *Non omiſerim praſagium Tiberii de Sergio Galba, quem accitum, & diverſis ſermonibus pertentatum, poſtremò Gracis verbis in hanc eſt ſententiam allocutus: Et tu, Galba, quandoque deguſtabis Imperium: Seram ac brevem potentiam ſignificans, ſcientia Chaldaorum artis, cuius adipiſcenda otium apud Rhodum, magiſtrum Thraſillum habuit.* Sic nuſquam non Hiſtoria Auguſta.

147. CUMANAQUE.] Cumanæ Sibyllæ Oraculum. Prudentius.

Mortua jam muta lugent oracula Cuma.

147. RUPES.] Præſente enim Apolline etiam rupes faticinabantur. Claudiano Sexto Conſulatu Honorij.

Tunc ſacer honor aquis, adytiſque effunditur Eccho
Clarior, & docta ſpirant praſagia rupes.

148. INTONUIT.] Et hoc ad divinum ſonum. Sidonius.

Intonuit ſolita noſter Apollo lyra.

148. RABIDÆ SIBYLLÆ.] Furentes enim à Dæmoniis inſpiratæ edebant oracula ſua ex mulieres. Vide multis Lucanum, Lib. Maro de Sibylla:

Os rabidum, fera corda, domans

Vnde Fanaticum id genus vatem pulcrè vocat Prudentius

ſpumet anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita Libris.

Ridiculè autem inflatas vates per inferiorem gutturem, quo genere & Pythiam oracula edidiſſe, teſtantur ſcriptores. Origenes, lib. VII. Contra Celſum:

ἱστόρηται τοίνυν περὶ τῆς Πυθίας, ὅπερ δοκεῖ τῶν ἄλλων μαντείων λαμπρότερον τυγχάνειν, ὅτι περικαθεζομένη τὸ τῆς Κασταλίας στόμιον ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος προφῆτις, δέχεται πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων κόλπων, οὗ πληρωθεῖσα ἀποφθέγγεται νομιζόμενα εἶναι σεμνὰ καὶ θεῖα μαντεύματα, ὅρα δὴ διὰ τούτων εἰ μὴ τὸ τοῦ πνεύματος ἐκείνου ἀκάθαρτον, καὶ βέβηλον ἐμφαίνεται, μὴ διὰ μανῶν καὶ ἀφανῶν πόρων, καὶ πολὺ γυναικείων κόλπων καθαρωτέρων, ἐπεισιὸν τῇ ψυχῇ τῆς θεσπιζούσης, ἀλλὰ διὰ τούτων ἃ οὔτε θέμις ἦν τῷ σώφρονι καὶ ἀνθρώπῳ βλέπειν, οὔπω λέγεται, ἢ καὶ ἅπτεσθαι, καὶ τοῦτο ποιεῖν οὐχ ἅπαξ που, οὐδὲ δίς, ἀλλὰ τοσαυτάκις, ὁσάκις προφητεύειν ἐκείνη ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος πεπίστευται.

Non diſſimilia de hodiernis Magorum Veneficarumque obſcœnitatibus ſcribunt Nicolaus Remigius & alii id genus.

149. DELUBRA.] Fana, ſpecûs, aut antra. Vide Macrobium lib. III. cap. IV. *Veteres delibratum ſive decorticatum ſtipitem appellaſſe,* unde origo ſacro loco ſic dicendo, tali nimirum ſtipite in Statuam alicujus Idoli promoto, teſtis eſt Verrius Flaccus, cum Pompeio Feſto, hodie nimirum ſcriptorum, florentium quondam nemorum deglupti ſtipites.

150. NEC TE PROGENITUM CYBELEIUS AERE SONORO LUSTRAVIT CORYBAS.] Vt Jovem in Creta inſula ne à patre recens natus devoraretur, Aratus,

tus, Avienus, Germanicus, Phænomenis, Callimachus.

> Οὖλα δὲ Κουρῆτές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο,
> Τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὼ
> Ἀσπίδος εἰσαΐοι, καὶ μὴ σέο. Κουρίζοντος.

Luſtraſſe dicit Clandianus, quia ἐνόπλιον illum Chorum Corybantes circum puerum Iovem ductitarunt, ex omni latere caventes ne quà ſonus aures nativori ſenis allaberetur. Qui enim luſtrabant quippiam, in circulum ambiebant, Silius Italicus, lib. II. *Et rapto cineres circumter corpore luſtrat.* Columella, Lib. X de Pompa Luſtrica.

> *Ter circum areolas & ſepem ducitur*
> *Horti.*

Papinius, lib. VI. Thebaidos: *Luſtrantque ex more ſiniſtro Orbe regum* Appianus lib. V. Civilium, ubi de Luſtratione claſſis. Sic in Suovetaurilibus circum ægros agebant pompam Ruſticam. Cato, cap. CXLI. De Re Ruſtica: *Agrum Luſtrare ſic oportet: Impera Suovetaurilia circumagi cum Diis volentibus. Amburbiis. ambiebatur urbs.* Lucanus, lib I.

> *Nox jubet & totam pavidis à civibus urbem*
> *Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro,*
> *Longa per extremos pomœria cingere fines.*

Sic hortum circumducebatur fœmina menſtruans primum, ubi is luſtrandus. Columella, Lib. X.

> *nudataque plantas*
> *Fœmina, quæ juſtis tum demum operata juventa*
> *Legibus, obſcœno manat pudibunda cruore,*
> *Ter circum areolas, & ſepem ducitur horti.*

Palladius, Lib. I. cap. XXXV. *Aliqui mulierem menſtruantem, nuſquam cinctam, ſolutis capillis, nudis pedibus, contra erucas & catera, hortum faciunt circumire.* Hinc *Luſtrare* circumire exponit Servius, in Æneiden VI. Corybantes autem iſti non ſolum pulſabant arma, quod tradunt modo nominati auctores, ſed inſlabant inſuper cornua. Sidonius:

> *Iam ſectus recalet Corybas, cui gutture rauco*
> *Ignem per bifores regerunt cava buxa cavernas.*

151. EXERCITUS UNDIQUE FULGENS ASTITIT.] Commendatio Principis inter arma nati, qualem Caligula primus inter Romanos habuit. Talem ſe militibus inſinuat Commodus in primo Herodiani de Patre Marco loquens:

Φέρων τέ με πολλάκις νήπιον ὄντα, ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείρισε πίστεσι. Διόπερ καὶ ῥᾷστα πάσης εὐνοίας μεθέξειν παρ' ὑμῶν ἤλπικα, τῶν μὲν πρεσβυτέρων τροφεῖά μοι ταῦτα ὀφειλόντων, τοὺς δὲ ἡλικιώτας, εἰκότως ἂν καὶ συμφοιτητὰς τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων ἀποκαλοίην. Noſter Superiore Panegyr.

> *cognata poteſtas*
> *Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro.*
> *Luſtravitque tuos Aquilis victricibus ortus*
> *Miles, & in mediis cunabula præbuit haſtis.*

Talem Militibus offert Gratianum Pater Valentinianus, apud Ammianum. lib. XXVII.

152. AUGUSTIOR INFANS.] Humano major, in depreſſionem Arcadii, ut omnia, vel minima data occaſione.

153. SENSIT ADORANTES GALEAS. [Adoratio Romani Principis nota: popoſci eum honorem, multi ſcriptorum loc indicant; quo redactus ſit poſtremis Rei Romanæ temporibus iſte mos, indicant Arcan Procopij: Sie ipſe Juſtinianus Novellis ſui adc randi titulum inſcribere non veretur. Vi

Ffff ciſſi

ciſſim vero adorabat militem princeps, nam & hic de milite ſermo. Quod ex Ammiano & alijs ſupra notatum. Idem quod iſte, innuit noſter & in VI. Conſ.

Vna omnis ſubmiſſa phalanx, tantaque ſalutant
Te princeps, galea; partitu inde catervis,
In varios docto diſcurritur ordine giros.

Sic & urbanam multitudinem viciſſim adorabat Princeps. Eodem.

quantamque rependit
Majeſtas alterna vicem; cum Regia circi.
Convexum gradibus veneratur purpura vulgus.
Conſenſuque cava ſublatus in æthera vallis.
Plebis adorata reboat fragor.

Sed & hæc aliis jam animadverſa. Græcus mos adorandi principem comparet & Caroli Magni ævo in ejus cognato Monacho Sangallenſi, apud eum Byzantini Legati illa Orientali pompa Carolum venerantur. De Frãcorum Regibus Cedrenus:

κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα προκαθέζεσθαι ἐπὶ παντὸς τοῦ ἔθνους, καὶ προσκυνεῖν αὐτοὺς, καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, δωροφορεῖσθαί τε κατὰ συνήθειαν καὶ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς.

Imperatores occupavit hic honos à Regibus Aſiaticis, quos adoratos omnes Græci ſcriptores teſtantur. Sic Epiſtolas etiam Regias non aperiebant Satrapæ niſi adoratas. Polyænus in Datame:

Δατάμης πολιορκῶν Σινώπην, γράμματα παρὰ βασιλέως δεξάμενος, οὐκ ἐῶντος πολιορκεῖν, ἀναγνοὺς, προσεκύνησε τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἔθυσεν εὐαγγέλια, ὡς μεγάλη δὴ ἀγαθὰ παρὰ βασιλέως λαβών.

Extremo denique ævo, ut quiſque locuples, divitiiſque potentior erat, hæc veneratione colebantur, licet ſordidis eſſet natalibus. Theodorus Prodromus:

ἢ πῶς ὁ πένων, ὁ κναφεὺς, ὁ λαπά-
μος,
ὁ βυρσοδέψης, ὁ σκηπεὺς, ὁ γηπό-
νος,
ὁ λοιπὸς ὄχλος τῆς βαναυσίδος τύ-
χης,
Ἄγροικος ἀνὴρ, καὶ προσζήχος
βλαυτίᾳ,
προέρχεται δὲ τῆς λεωφόρου μέσον,
ὑπὸ προπομποῖς ἀρχικῶς ἐσταλμέ-
νος,
Καὶ προσκυνεῖται, καὶ θεοῦ τιμὴν
ἔχει.

Porro nec hoc nota indignum, inter curſus circulares veterum magnam fuiſſe differentiam, inter quos peculiaris erat orbis Corybantum, aut Curetum, quem modo Claudianus indicavit. Papinius, Achilleide II.

thyaſis Iſmenia buxus
Signa dedit: quater æra Rhea, quater Evia pulſans.
Terga manu, varioſque quater legere recurſus.
Tunc thyrſos pariterque levant, paritergꝫ reponunt,
Multiplicantq; gradum: modo quo Curetes in actu
Quoque pii Samothraces eunt: Nunc obvia verſa
Pectine, Amazonio, modo quo citat orbe Lacænas
Delia, plaudenteſque ſuis intorquet Amyclis.

Vides varios variarum gentium recurſus, quos ſingulos ſuum morem habuiſſe conſtat, ut mirifica fuit illuſio Dæmonum.

154\. REDDITQUE FEROCEM. VAGITUM LITUIS.] Dicat eſſe ex Clariſſimi Viri paullo ſuperiorum Temporum, Mamertini,

mertini, Panegyrico ad Maximianum: An *di vinam*, inquit, *generis tui originem recenſebo, quam tu, non modo factu immortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione teſtaris? An quemadmodum educatus inſtitutuſque ſis, prædicabo, in Limite illo, in illa fortiſſimarum ſede Legionum, inter diſcurſus ſtrenuæ juventutis, & armorum ſonitus, tuis vagitibus obſtrepentes.* Finguntur hæc de Jove, ſed de te vera ſunt, Imperator.

155. INTER CUNABULA CONSUL EVEHERIS.] Conſul eveheris, in Conſulem: Sic alibi non ſemel loquitur. Honorius autem natus eſt Ricomere & Clearcho Conſulibus. Anno ſequente Coſſ. fuerunt Arcadius & Bauto. Tertio ætatis anno Honorius Faſtos teuuit, Evodio, viro ſtrenuo, collega. Modo is ſit Evodius, quem Conſulem & Maximi partes ſecutum, virum quo nihil unquam juſtius fuerit, item acrem & ſeverum laudat Sulpitius Severus Vita Martini, & fine libri II. Sacræ Hiſtoriæ, de quo nulla magnoperè dubitandi cauſſa.

156. POSITO MODO NOMINE.] Poetice. Nomina enim pueris nono, Octavo Romanis puellis imponebantur. Feſtus: *Luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum Nonus, quia his luſtrantur, atque ijs nomina imponuntur.* Mutarunt tamen Imperatores nonnulli, ut notavit memoria avorum aut proavorum Ludovicus Cælius, vir induſtrius & doctiſſimus, de cujus filvis ſummi viri ſua nemora condiderunt, lib. XXII Antiq. Lect. cap. XXII. vide de Græcis & notata doctiſſimo Mauſſaco ad Harpocrationem.

157. DONATURQUE TIBI.] Manifeſta Poetica temporum retorſio. Vt jam modo notata indicant. Nec ſæpe tamen talia in hoc ſcriptore offendes. Annus donatur Conſuli, cum nomine eius figuratur. Appuleius ad talem: *Nullo niſi tuo anno ad coercenda peccata plus pudor quam timor valuit.* Alia ſupra.

158. QVIRINALI AMICTV.] Conſulari trabea, Togaque Romani ſummi olim magiſtratus pacati indice. Maro, Lib. VII.

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino,
Inſignis, reſerat ſtridentia Limina Conſul.

Iuvenalis, Sat. VIII.

Ancilla natus trabeam, & diadema Quirini.
Et faſces meruit.

159. CVRTLES.] Sellam curulem, quæ index Conſulatus omnibus ſcriptoribus in ore. Speciem, materiam, cultum, norunt ex notatis Antiquatiorum jam pueri.

160. GREMIO.] Cura & Educatione matris Patriſque Auguſti. Partem materni corporis, in qua crebra infanti verſatio, pro educatione ipſa dixit. Moſchus:

καὶ τὸν ἔρωτα Ἔτρεφεν ἐν κόλποισι.

Hoc eſt foru omni & educatione. Sidonius lib. V. Epiſt. XVI. Eſt cum gremio penitior pars, atque ipſe uterus corporis fœminei cenſetur. Chalcidius in Timæum PLatonis: *mox natis exque materno viſcere decidentibus, provenit ortus cum dolore aliquanto, propterea quod ex calida atque humida ſede ad frigus & ſiccitatem aeris circumfuſi migrent. Adverſum quem dolorem, fotuſque puerorum appoſita eſt medicina loco artificioſa obſtetricum proviſio: ut aqua calida confoveantur recens nati, adhibeanturque vices, & ſimilitudo Materni GREMII ex calefactione atq; fotu, quo laxatum corpus tenerum delectatur, & quieſcit.* Iſta de Numinibus puero aut infanti alludentibus æmulatur Sidonius, debenturq; Græcis Poetis.

162. MOENALIOS ARCUS.] à crebris in Arcadia Deæ venationibus. Nota omnia.

164. BLANDOS ANGUES.] Non aliter tibi atque ipſi Deæ alludentes, ob amorem in te Numinis. De Capillis Gorgonis Ægide, &c. omnia notiſſima.

165. INTERRITUS.] Patia tertio Conſulatu:

coruſcanti clypeo te ſæpe volentem
Suſtulit, intrepidum ferri

167. FESTINAQUE VOTI.] Spei, in quan

quam natus erat Honorius, Imperij nimirum. Felicitas Liberorum Votum parentum. Locutio Græcanica. Priore in Rufinum

Ergo animi victus, ſequimur quocunque vocabat
Seu tu vir, ſeu Numen, ait

Hoc Libro CCCXCV.

Tunc ego, ſecurus fati, lætuſq; Laborum,
Diſcedam, vobis utrumque regentibus axem.

Negotioſus operum, apud Sidonium, l. VIII. Epiſt. VIII. Silius, lib. II. cæcus fati, divumq; abeunte favore. Livius Andronicus, apud Priſcianum lib. VI.

ægra ſanitatis Herois.

Papinius. Quinto Silvarum

Laudum feſtinus, & audax Ingenii.

Plurima hoc genus apud Appuleium madidatus nectaris, fatigatus cædis, trepidus regionis, præcipuus virtutis, certus erroris, tantus ingenii, ſecurus ſalutis, incertus ſalutis, gaudens voti, ſaucius animi, metuens virginitatis, conſeneſcens, tenellus, animi, incertus conſilii, infirmus mentis, recreatus animi, ſaucius fatigationis, furens animi, attritus machinæ, glorians adoreæ, completus aquæ, noxius religionis, approbatus ætatis, famoſus gravedinis, & alia id genus leguntur, de quibus copioſus illuſtrator temporum ſcriptorumque Afrorum affectariorumq; Iudex noſter. Alia ad Priorem in Rufinum.

168. PRÆSVMTVM DIADEMA.] Ante legitimam ætatē geſtari cœptum. Pueri enim etiam Principum Romanorum diademata geſtabant. Michael Glycas de ijſdem iſtis Arcadio & Honorio: *Cum vidiſſet aliquando Theodoſius ſuos quidem filios ſedentes, qui Diademata geſtarent, Arſenium verò ſtantem, eoſq; docentem: excandeſcens ait Egone ſic tibi imperavi? Num tu eos Imperatores facis?* Immo & puellæ Anna Comnena, Alexand. lib. VI. de ſemetipſa.

μετρητῶν δὲ τινων παρελθουσῶν ἡμερῶν, στέφους καὶ μὲ ἀξιοῦσι οἱ γονεῖς καὶ βασιλικοῦ διαδήματος.

Præſumere, antecapere, uſitatiſſimum ævi inclinantis auctoribus. *Præſumtio* & Anticipatio, ſynonyma Iulio Rufiniano Rhetori, initio Lib. II. Ex Iuſtino, Arnobio, Pacato, multiſque aliis ad Appuleium.

168. LEVIBUS ULNIS.] Teretibus, Formoſis, Catullus de Berenices coma.

quam multis illa Dearum
Levia protendens brachia pollicita eſt.

170. MVTATVS PRINCIPE CÆSAR.] Cæſar eo ævo filius principis cumprimum natus. Cum enim apud Caſſiodorum & Idatium primo Conſulatu Nobilis Puer dicatur Honorius, in Faſtis Græcis Ὀρωρ... Καίσαρος titulus comparet. Alioquin notum Cæſares prius, deinde Auguſtos factos habitoſque. Tacitus de Tito. Lib. V. Hiſtoriar. Patre adhuc vivo: *Hanc adverſus urbem gentemque Cæſar Titus, aggeribus vineiſque certare ſtatuit*, *Exempla occurrunt ubique* Nec rigide verum quod Cæſarum Auguſtorumq; diſcrimen Trajano Principe Aurelius Victor cœpiſſe ſcribit, Item quod Cæſaris ſolo honore cenſitos primus (licet eo nomine adoptatorum primus,) Aelius Verus, traditore Spartiano. Vide tamen Adverſar. lib. LXXV. cap. VIII. Senſus autem Claudiani eſt: Nec diu ſummus honos dilatus, quin mox ex Cæſare princeps fieres, hoc eſt à Patre Auguſtus, ut Arcadius jam erat, tu quoque appellareris. Verſus vocum ordo fefellit doctos, ut non aſſequerentur ſententiam, Delirium adeo etiam, ut verſum integrum deletum veniret. Vſque autem non eſt diu dilatus honos ſummus Honorio, ut intrà Nonum ætatis annum Auguſtus ſit declaratus, cum ſecundum Conſul jam eo titulo inſigniatur in Faſtorum Indicibus. Cæſar autem proximus ad Imperatorem Auguſtumve gradus, ut notum ex omni Hiſtoria Auguſta. Ioan. Diacon. in Vita Gregor. Magni, de Mauritio Principe. *Ecce per me ſervum ultimum ſuum, & veſtrum reſpondet Chriſtus, dicens: Ego te de Notario Comitem Excubitorum, de Comite Cæſarem, de Cæſare Imperatorem feci, & tu à meo ſervitio milites tuos retrahis.* Ab Auguſto regno deſtinatus, ut Cæſarem

ſarem Conſtantii Iulianum vocat non ſemel Beatus Hilarius, Libro illi porrecto. *Princeps*, Imperator, jam inde ab Auguſti blandimento. Tacitus, Annal. I. *Lepidi atque Antonij arma in Auguſtum ceſſere: qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine Principis ſub Imperium accepit.* *Principium*, Poteſtas ipſa, quam Potentiam dicit Aurelius Victor. Sulpitius Severus, libro I. Sacræ Hiſtor. *Minorem majoris ſubdendum eſſe principio.* PLinius lib. IX. cap. XXXV. *Principium culmenque omnium rerum pretij margarita tenent.*

171. NEC CERTIUS UMQUAM.] Prodigia ſive Indicia cœleſtia felicitatem Honorio ſpondentia deſcribere orditur, more Nationum, nihil ſine botum obſervatione ordientium. Re & Conſuetudine notis. *Certius*, conſtantius, indubitabilius. Papinius, Thebaide. III.

nec Cyrrha Deum promiſerit antro
Certius.

Valerius Flaccus, Lib. I. Argonaut.

Cui genitor tribuit monitu prænoſcere divûm
Omina, ſeu flammas, ſeu lubrica cominus exta,
Seu plenum certis interroget aera pennis.

Certum, eſt rectum, nullo modo titubans. Iſidorus libro X. Origen. *Plagiator apud* ἐ πλαγὶε, *id eſt obliquo, quod non certa via gradiatur, ſed pelliciendo dolis.* Non enim aſſentimur Rerum Quotidianarum Scriptori, utinam pluribus libris id genus Obſervationum poſteritati gratificatuto, eum locum mutanti. Hortatos, dicit Deos, quod reperitis oſtentis rem promoverint, quæ ſumma eſt cauſſa rei aggrediundæ. Maro,

non ſi mihi Iuppiter auctor
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cælo.

172. PRÆSENTIOR ÆTHER.] Certior. Vide Suprà.

173. HYEMS.] Tempeſtas nubila. Notiſſima res Poeticis Litteris.

174. NOTUS COLLEGERAT IMBRES.] Horatius:

Albus ut obſcuro deterget nubila cælo
Sæpè notus, neq; parturit imbres
Semper perpetuos.

Ita colligit idem nubila & diſpellit.

175. SOLITA MILES TE VOCE LEVASSET.] Cum te Auguſtum proclamatum ſalutaſſet. Non enim de alia levatione videtur loqui Claudianus, quam qua in Auguſtum elevatus eſt Honorius, nam ea uſurpatio ſollemnis iſtius verbi. Idatius Faſtis: *Antiochiano & Orfito Conſulibus Levatus eſt Aurelianus Imperator. Idem. Aureliano III. & Marcellino Coſſ. occiſus eſt Aurelianus Imperator, Canofrurio, & levatus eſt Tacitus Romæ.* Idem plurimis poſtea locis. Sic ſeipſum *levaviſſe*, id eſt imperio impoſuiſſe Eugeniū. idem ſcribit pag. LXII. *Valentinianus Iunior apud Viennam eſt interfectus, & levavit ſe Eugenius tyrannus.* Poteſt tamen à conſuetudine quadam *levandi* in ſolium, clypeum, aut per manus locutio orta eſſe, eamque innuere; quam multis jam ptidem notarunt eruditi, Petro Pithæo principe. Francorum Regum in ſolium levationem deſcribit Ademarus Epiſcopus ijs quæ Aymoino adjecit. *Solitam* vocem acclamationes dicit, quæ in militari vulgo, claſſicis & fragore armorum blandiore conficiebāt. Ammianus Marcell. Lib. XXVII. *Elevatione Gratiani: Nondum finita oratione, dictis cum aſſenſu lato auditis, pro ſuo quiſque loco animo lato milites, alius alium antire feſtinans, tamquam utilitatis & gaudiorum Participes, Gratianum declararunt Auguſtum, Claſſicorum ampliſſimo ſono blandum fragorem miſcentes armorum. Conſurrectum eſt poſt hac in Laudes majorū Principis & Novelli, maximèq; pueri, quem ſoli oculorum flagrantior lux commendabat.* Sic *Levationem* capio in Auctore Incerto Chronologo, de Anthemio Auguſto: *Herminerio & Baſiliſco Conſulibus defunctus eſt Imperator Severus Romæ. Puſæo & Iohanne Coſſ. Levatus eſt Imperator Dominus Anthemius Romæ.* De *Levatione* in Clypeum

Candidior, primos tibi collaturus honores.

Corippus quoq; lib. IV. de Laudibus Juſtini A. Minoris.

jubar axe ſereno.
Emicuit, votiq; pio ſeſe obtulit orbi.
Lætificans cunctas felici lumine terras.
Clara coruſcantem lux auxerat altera Lucem,
Cum terris gaudente polo.

Sic ſui Principis adventu ad Ajam Inſulam ſubitam Serenitatem factam memorat Petrus Pictavienſis, ſequioris Temporis non ſpernendus auctor.

Dum placet Ajenſes, Paſtor pie, viſere fratres,
Obſequium præſtant ipſa Elementa tibi.
Totus opertus erat pluviis Auſtralibus æther,
Vt tua vela videt territus imber abit.
Ne tumida fierent, ſævis Aquilonibus, undæ,
Mox, ubi eas intras, Ventus & Aura fugit.
Multa polum nubes caligine texerat atra,
Te ſcandente ratem cuncta ſerena patent.

Dux omnibus hoc genus Diſtichon Maronianum, ipſo non indignum:

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane,
Diviſum Imperium cum Iove Cæſar habet.

183. IMPERII LUX ILLA FUIT.] Peſſimè Belgicæ Editiones verſum hic ſuo loco moverunt, conturbata ſententia. Sed correxerunt aliæ. Pariter Sidonius:

Imperii ver illud erat.

181. PRÆSAGUS OBIBAT CUNCTA NITOR.] Reviviſcentibus velut ſideribus. Ita idem Sidonius

præſcia tellus
Aurea converſo promiſit ſecula fœtu.

184. RISITQUE TUO NATURA SERENO.] Vide Adverſariorum lib. VIII. capite I. Notandum figmentum Poëtæ, diſſimulandis tenebris, quę inciderunt in augurationem Honorianam, unde & mox ait Stellā toto die viſam. Marcellinus Comes Chronico: *Theodoſio III. & Abundantio Coſſ. Honorium Pater ſuus Theodoſius, in eodem loco, quo fratrem ejus Arcadium, Cæſarem fecit, id eſt, Septimo ab Vrbe Regia miliario. Tunc hora diei tertia tenebræ factæ ſunt* Diem, (IV. Id. Januar.) notat Socrates, lib. V, cap. XXIV.

185. STELLA DIE.] Notandum Stellam in die viſam pro bono Fortunatoque omine noſtro accipi, jactarique: Cum alioquin contra habeatur, turbato videlicet ordine, & majori Lumine contrà Naturam minori cedente. Inter prodigia cæſi Pertinacis recenſet Julius Capitolinus: *Cum apud Lares ſacrificaret carbones vivaciſſimi exſtincti ſunt, cum inflammari ſoleant; corque & caput in hoſtiis non eſt repertum. Stellæ etiam juxta Solem per diem viſæ ſunt clariſſimæ, ante dies quam obiret.* Paullus Diaconus, ſeu Landulphus Sagax potius, lib. XIX. Miſcell. cap XXXI. *Anno Nono Imperii Juſtiniani defectio Solis effecta eſt, hora diei tertia* (paria de noſtri iſto Marcellinus), *ita ut & quædam ſtellæ apparerent. Et exercitum movit Muhammet, contra Romanos, & multos duxit captivos.* Seneca, Natur. Quæſt. lib. VI. cap III. *Acta in tranſverſum faces, cœli magna pars ardens, crinita ſidera, plures Solis Orbes, Stellæ per diem viſæ. Nihil horum ſine timore miramur.* Xiphlinus ex Dionis Nerone:

ὁ μὲν τοι ἥλιος σύμπας ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις ἐπὶ τῇ Ἀγριππίνῃ κατὰ τὸ ψήφισμα γινομέναις, ἐξέλιπεν, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐκφανῆναι. Herodianus, libro I. ἐγένοντο δὲ τινες κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ καὶ διοσημίαι. ἀστέρες γὰρ ἡμέρᾳ συνεχῶς ἐβλέποντο, ἕτεροι δὲ εἰς μῆκος κεχαλασμένοι, ὡς ἐν μέσῳ ἀέρι κρέμασθαι δοκεῖν.

Alia exempla apud Suetonium Julio, capire

pite LXXXVIII. Obſequentem, Prodigijs, cap. XIIX. Georgium Pachymetium, Lib. I. Bis ſe idem Prodigium vidiſſe, memoria proavorum, memorat Hieronymus Cardanus primùm Anno. M.D.XI. Quo Galli fuſi fugatique. Iterum. M.D.XXXV. quo fato ceſſit Franciſcus Sfortia, ejusq; dirio Carolo Imperatori. In Germania idem ſpectatum eſt, Vinatiæ, oppido Principali Thuringiæ, Anno M.D.LXVI. monſtroſo quodam ſidere ſe palàm oſtentante. Sunt exempla tamen & proſperarum rerum, ita certè accepta. Ut noſtro hic, in Alexandro apud Lampridium: *Omina Imperij has habuit, &c. Nutrix ei Olympias data eſt, quo nomine Alexandri mater appellata. Nutritor caſu provenit Philippus, unus ex Ruſticis, quod nomen pater Alexandri Magni habuit. Fertur die prima natalis ejus die tote apud Accam Caſaream ſtella prima magnitudinu viſa, & Sol circa domum Patris fulgido ambitu coronatus.* Quod exemplum fortè noſter in oculis habuit.

186. DUBITANDA NIHIL.] Certò conſpiciendam ſe oculis ingerens, non dubio, caliginoſo, tabido, aut evanido corpore. Sic alij ſcriptores. Rutilius Numatianus:

> *Sic dubitanda ſolet gracili vaneſcere cornu,*
> *Defeſſisq; oculis Luna reperta latet.*

Quibus verbis in hanc rem acutius nihil excogitaveris. Calpurnius, re quamvis diſpari. Ecloga. V.

> *Dum peragit vernum. Iovis inconſtantia, Tempus.*
> *Veris enim dubitanda fides; modo fronte ſerena*
> *Blandius arriſit, mode cum caligine nimbes Intulit.*

Dubitandum dicitur cui viſo ſidere tamen non poſſis. Juvenalis. Sat. V.

> *Tota ſalutatrix jam turba peregerat orbem,*
> *Sideribus dubijs, aut illo tempore, quo ſe*
> *Frigida circumagunt pigri ſarraca Boota.*

Hoc eſt, ut locum ſiderum aſpiciens dubites eane deprendetis oculis, an locum eorum vacuum oculos fallere contingat. Sic dubiæ ariſtæ in Auctore Carminis veteris atq; Probi de Laudibus Domini:

> *Vel cum placatus campis ſitientibus imbres*
> *Dividis, & dubias ſulcis producis ariſtas.*

186. CRINE RETUSO.] Crines, clari eminentesq; ſiderum radij. Marius Victor Libro I. Comm. in Geneſin.

> *fundataq; ſemina Lucis*
> *Purpureos roſeo ſparſerunt fomite crines.*

Ita crinita incendia eidem auctori, libro II. *Retuſam acuto* opponitur, à ferro malleis retuſo. Horatius.

> *diffingas retuſum in*
> *Maſſagetasve Arabasve ferrum.*

187. QUANTUS NUMERATUR NOCTE BOOTES.] Unam ſtellam Honorianam, Hanc enim videri vult, toti aſtro Bootæ comparat. Numeratur autem dixit ob multitudinem ſtellarum in eo Aſtro. Vide Higeni Poeticum Aſtronomicum. Aliàs numerare, ut ſuum ἀριθμεῖν Græcis, æſtimare, vel & venerari quandoque, optimis ſcriptoribus non incognitum, Ita numeroſus Hortus Columellæ, dignus diligente opera, & ſcriptione, Initio Libri. X. De Græco Euſthatius in Iliadem Primam, Callietgus Collectaneis in Theocritum. Eſt ubi & res ipſas numeri deſignant. Ambroſius contrà Symmachum: *Cum Curia jam ſit majore numero referta Chriſtianorum.* Hoc eſt pluribus Chriſtianis. Juvencus, lib. IV. Hiſtor. Evang.

> *Continue Iudas numero comitante caterva.*
> *Advenit.*

Hoc eſt numeroſa hominum cohorte. Columella, lib. VIII. cap. V. *Servas qui ſubjicit, ne ſingula ova in cubili manu componat, ſed totum overum numerum in alveolum ligneum conferat.* Hoc eſt omnia ea. Numerus quandoq; modus rei. Boethius lib. II. de Conſolat. c. III.

Nume-

Numerum modumque tua felicitatis oblitus es. Hoc eſt modum, pondus, pretium. Non numerari, non eſſe in numero contrà perhibetur: quod nullius pretij eſt. Georgius Thaumaturgus, Chariſterio Origenis:

οὐδὲ γὰρ τοὺς τοῖς ναοῖς προσιόντας εὐσεβείας εἶναι οἴονται ἐφάπτεσθαι λόγου ὅλου τῶν βιβλίων. τὰ τούτων πείνῃ οὐδ᾽ ὅλως, οὐδὲ ἀριθμεῖσθαι ἄξιον παρ᾽ αὐδ(?)ερύσιν εὐσεβεῖν ἐπαγγελομένοις.

Græcis ἀριθμὸν & Concordiam, Amicitiam, benivolentiam, conſignare, notat Callimachi teſtimonio in Lexico Hippocratico Erotianus. Adjice Adverſar. lib. I. cap. II.

190 SIVE PARENS AUGUSTA FUIT.] Haud dubie de Placilla ſive Flaccilla Honorij matre, loquitur, quæ obierat jam dum Theodoſio bellum contra Maximum parante, ut Zoſimus alijq; clarè teſtantur, quod poſt bellum confectum Imperator factus eſt demum Honorius, Galla in matrimonium Theodoſij venit Conſtantinopolim Honorio Cæſare, & Euodio Conſulibus. Honorius integro poſt ſexennio, niſi & ſeptennio, Imperator factus eſt. Ut minimum cum hæc fieri memorat Claudianus ſex annis jam fato fuerit Placilla. Sunt qui Theodoſium ſtatim poſt aditum Imperium ſcribant Gallam duxiſſe. Placilla jam amiſſa, quod ſi verum eſt, fabulæ ſunt, quæ de Theodoſio puellæ amore capto, poſtquam cum matre ea Italiam reliquiſſet, eamque præmium belli accepiſſe, ut juvenes quidem cupiditatibus ſolent ferri, ſcribere audet Zoſimus.

191. CLARIS PROPERANTIBUS ASTRIS.] Futurum in conſortio quondam ipſorum ſidus dicit ambiiſſe ſpectare aſtra, clarum ut quodq; fuerit Honorium. Pariter Papinius, Equo Maximo.

tua turba relicto
Labetur cœlo, miſcebitq; oſcula juxtà,
Ibit in amplexus natus fraterque paterque
Et ſoror; una locum cervix dabit omnibus aſtris.

Qui eum de cognatis loquatur, non poſſum ineptiarum damnare noſtri iſthic Codicis Lectionem. *charis dominam properantibus aſtris.* Quamquam nec illam alteram abjiciam.

193. PATIENS COELUM COMMUNE REMISIT.] Sua Luce paulliſper inhibita, & permiſſis lucere gentilitijs Honorio aſtris. τὸ *Commune* ad eumdem pertinet.

194. APPARET.] Collatione nimirum Heroum veterum.

194. VENTURA POTESTAS CLARUIT ASCANIO.] Nota fabula de Marone. Aeneid. II.

Ecce levis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex; tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.

Noſtrum æmulatur ſolens Sidonius,

cunctantis Iuli
Lambebant teneros incendia blanda capillos

Et reapſe hoc genus portenti claritudinē gloriamq; inferre creditum traditumq;. L. Florus, lib. I. cap. VI. *Servius Tullius deinde gubernacula Vrbis invadit. Nec obſcuritas inhibuit, quamvis matre ſerva creatum. Nam eximiam indolem uxor Tarquinij Tanaquil Liberaliter educaverat, & clarum fore viſa circum caput flamma promiſerat.* Livius libro I. Dionyſius Alicarnaſſæus, initio. lib. IV. Apud quorum priorem par prodigium Martio concionanti oblatum, eum cunctis fecit honorabilem. Libro XXV. De Salvidieno paſtore, eo evecto, ut Auguſtum Imperio dejicere voluerit, Dio. lib. XLVIII.

τὸν τε ῥοῦφον, τὸν Σαλβιδιηνὸν ὡς καὶ ἐπιβουλεύσαντα οἱ, ἀπέκτεινεν. οὗτος δ᾽ ἦν μὲν ἐξ ἀφανεστάτων, καὶ αὐτοῦ ἡ κεφαλὴ ποιμαίνοντι φλόγα ἀνέδωκεν.

Idem lib. LXI. Silius, lib. XVI. de Maſſaniſſa.

*Hinc feſſe, quos dura fuga, & nex ſuaſe-
rat atra,*
*Carpenti ſomnos ſubitus rutilante corn-
ſcum*
*Verticefulſit apex, criſpamque involvere
viſa eſt*
Mitu flamma comam.

Non abludit prodigium Alexandto datum. noctu viſa univerſa flammis florentibus caſtra flagrare, apud PLutarchum. De Vitellio, tamen omine parum fauſto, paria Suetonio. Seleuco, futuro olim præpotenti inter Reges, ſubita flamma patria focus ardere viſus, portendit imminentem gloriam, ſcriptote Appiano in Syriaca, quam rem paullò aliter recenſet Pauſanias Atticis. Ligna nimirum ſacrificanti, nullo ignem ſubdente exuſta. Diſpari etiam eventu ſomnum illud cadit, quod ſemetipſum vidiſſe ſcribit Onirocrites Artemidorus libro V. capite X X X I V. Quempiam facem accendentem igne cœlitus petito, qui mox fuerit, cruciatiorum morte, patibulo affixus. Solaribusque ibi radiis miſertimè torrefactus. Martino ſuo idem prodigium ad altaria ipſa ablarum memorat Paullinus Petrocorius. libro I V. v. 87. Porrò à claritudine hac, quam flamma capillis inerrans olim preferre judicata, deſcendiſſe morem pingendi eo modo illuſtriores homines, qui nunc in ſanctis obſervatur ubique, alibi docemus. Eodem reſpicere dicam Papinium, prima Thebaide, ubi de ambitioſiſſimo taſium tyranno, Domitiano

licet arctior omnes
*Limes agat ſtellas licet ignipedum frana-
tor Equorum*
*Ipſe tuis altè radiantem crinibus arcum
Imprimat.*

Hoc enim habitu cultuq; procedere in publicum ſolebant Principes Romani, divinitatem nimirum præſentem oſtentabundi. Mamertinus, Panegytico Diocletiani & Maximiniani *Trabea veſtra triumfales, faſces Conſulares, ſellaque Curules, & hoc obſequiorum ſtipatio fulgorque, illaque Lux, divinum verticem claro orbe complectens, veſtrorum ſunt ornamenta meritorum, pulcerrima quidem atque Auguſtiſſima; ſed longè illa majora ſunt, qua tu, impartito tibi Imperio, mera gratia retuliſti, admittere in animum tanta curam Reipublica, totius orbis fata ſuſcipere, oblitum quodammodo ſui, gentibus vivere.* Optimè eo loco ſagax, doctus, induſtrius, cenſor. Levineius, de radiata Corona, inſcitè qui de diademare, qui clarum illum orbem malè conſideraiunt.

195. INNOCUUS.] Illæſus. Raro uſu. Paullinus, ſi is eſt, contra Portas Paganos, de Jona Propheta à bellua marina devorato.

ſpatioſe bellua rictu
*Cœpit, & innocuum vaſta ructavit ab
alvo*

Carmen id clarè Claudiano Mamerto adſcribunt membranæ, quibus olim uſus Georgius Fabritius, quarumq; auctoritatem deſugere non eſt neceſſarium. Sanè Poëticas litteras auctorem eum, temporum doctiſſimum, tractaſſe, tradit Gennadius, ut eum ex MS. reſtituit Sidonij Scholiaſtes Poſtremus, homo ſummę doctrinę. Innocui voce ſic uſus & Maro, lib. X.

Spumanteſque rates arvis inferre Latinis,
Donec roſtra tenent ſiccum, & ſedere carina
Omnes innocua: ſed non puppis tua, Tarchon.

Servius: *Innocuus primò eſt cui non nocetur, innoxius, qui nocere neſcit. Sed hoc plerumq; confundunt Poeta. Innocuum quibus non ſit nocitum: alibi littus innocuum quod non noceat.* Quæ verba corrigenda ſunt; Quibus innocuum, cui non ſit nocitum. Obſervavit in Marone ante duo ferè ſecula Angelus Decembrius, unus eorum qui tenebris capita extollere auſi ſunt, ſæpè rari judicii ſcriptor.

196. PHRYGIOQUE VOLUTUS.] Mirum in alio, innominato jam Aſcanio. Suſpectum Epitheton, nec libri tamen ulli ſunt qui mutent.

197. FATALIS CANDOR.] Ob candorem Diadematis, quem æmulabatur eò luci dior, candidiorq; flamma, quo purior, & cœleſti ſimilior. Unde & candidi, tali lucentes. Eruditè Corippus, Lib. II.

Egreditur, tunicaque pios inducitur artus,
Aurata ſe veſte tegens, quà candidus omnis
Enituit, Lucemq; dedit.

De colore Diadematis notavit Lipſius ad Tacitum; Qui in Curtij tamen loco corrigendo, meo animo, nihil egit. Purpura enim celebris Romanis alijsq; gentibus ſaturo colore violacea, quem cæruleum non temerè dixeris. Cum Lipſio aberravit, ejus palpator ſimul eximius, Valens Acidalius.

197. IDAEIS ANTRIS.] Montem Cretæ dicit Idam. Scholiaſtes Callimachi: εἰς Δία. Eo abſconditum, inibique cælatum Jovem crebra fabula. Mœro Poetria:

Ζεὺς δ' ἄρ' ἐνὶ κρήτῃ τρέφετο μέγας. οὐδ' ἄρα τίς νιν
Ἠείδει μακάρων, ὁ δ' ἀέξετο πᾶσι μέλεσσι.
Τὸν μὲν ἄρα τρήρωνες ὑπὸ ζαθέῳ τρέφον ἄντρῳ.

Aratus Phænomenis, annum ipſum dicit.

Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο,
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν.

Apollonius, Argonaut. II.

ὁ δὲ Κρηταῖον ὑπ' ἄντρον
Ζεὺς ἔτι κουρήτεσσι μετετρέφετ' Ἰδαίοισιν.

Minutius Felix ijsdem Locis ſua etiam ætate Antrum illud Joviale oſtenſum memorat, ut & ſepulcrum ſummi illius Deumque hominumq; Moderatoris, quod quidem celebrem apud ſcriptores mentionem ſervat. Lege Clementem Protreptico. Origenem ex Callimacho de eo diſputantem, lib. II. contra Celſum, Arnobium, Lib. V. Papinium, Prima Thebaide. Callimachum εἰς Δία, ejusque Scholiaſten. Solinum, cap. XVI. Pomponium Melam, libro II. B. Chryſoſtomum Serm. III. in Eam ad Titum. Lucianum Philopatr. & de Sacrificijs. Lucanum, lib. VIII. Veterem Auctorem Epitaphij Catonis, lib. III. Vet. Epigr. Cyprianum de Vanitate Idolorum, &c. Eundem cum cæteris magnis dijs hominem merum fuiſſe docet Theophilus Lib. III. ad Autolycum, & nemo non nationes ſcriptor oppugnantium.

198. PRIMÆVUS JUPPITER.] Florenti ætate, prima adoleſcentia. Sidonius de ea, Jove primum ad Regnum promoto, imitatus noſtrum.

Cum Iuvenem ſuper aſtra Iovem Natura locaret,
Suſciperetq; novus regna vetuſta Deus.

De ejus bellis ea ætate facinoribus abundè ijdem & Mythologi ſcriptores. Super voce Primævi alibi hijsdem iſtis Commentationibus.

199. ARCE POLI.] Arx ſummus apex rei cujuſq;, Caput, Principium. Arx gentium omnium Roma Nazario, Panegyrico Conſtantini. Arx Sapientiæ, Philoſophia, Auctori Ceiris. Arx Muſicæ Priſciano, præfat. Arx montis, Juvenco lib. III. Capitis, Alcimo Avito, lib. I. &c.

220. NATURA TRADENTE.] Hujus enim auctoritas Numinibus imperat. Vide ad ſuperiorem Panegyricum. v. CV.

200. VERNABANT VULTUS.] Primo flore Juventæ, cujus excepti magnam religionem fuiſſe exempla Suetonij, Petronij, Martialis, Dionis, indicant abundanter. Prudentius pari ſenſu de Theodoſij Filijs.

dominos, vernantes flore Iuventa. Noſter. Paneg. Prob.

202. MOTURÆ CONVEXA COMÆ.] Quarum motarum auctoritati, Olympum, Cœlum, Maria, Terras, alligavit Homeri Prudentia. Ovidius de Eodem.

Terribilem capitis concuſſit terque quaterq;
Cæſariem, cum quâ, terram, mare, ſidera, movit.

Homerica ſunt. Iliad. A.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

De quibus, cum riſu devotionis Homericæ, quæ magna pars ſemper fuit Græcaonicę ſtultividentiæ, vide Valerium Maximum lib. III. cap. VII.

203. FULMENQUE RUDI TORQUERE LACERTO.] Diſcebant enim ſua Opera Dij in pueritia, antequam in ętate exercerent. Lege Arnobium, graviſſimum omnis generis nugarum irriſorem.

204. AUGURIO.] Stellę & ſubitò omnia inclarantis diei. Conſtantinopolim rediiſſe dicit cum utroque filiorum Theodoſium ab Junioris inauguratione. quam celebrat, eodem loco, quo ante annos aliquot Arcadium Auguſta dignitate extulerat, Septimo ab urbe milliari. Marcellinus Comes: *Honorium pater ſuus Theodoſius in eodem loco, quo fratrem ejus Arcadium, Cæſarem fecit, id eſt Septimo ab Urbe Regia milliario.* Qui locus ſimpliciter ſeptimum appellabatur, ut docuit pridem Cujacius libro XX capite III. Obſervat. Arcadius verò jam tum Quinquennalia ſua celebraverat; & dicitur fraterno honori affuiſſe a noſtro hoc loci. Formam Honorij multis modis laudat ubiq; Claudianus Facilè ea potuit excellere Arcadium, de quo Cedrenus.

ἦν Ἀρκάδιος τὴν ἕξιν τοῦ σώματος εἰδεχθέστατος, μέλας τὴν χροιάν, καὶ τὴν ἡλικίαν φαυλότατος. ἓν μόνον ἔχων πλεονέκτημα, τὸ καλῶς γράφειν.

At ſi pulcrior Honorius, non ideo ſtrenuior ant ſapientior, ſi fides Procopio, Zonarę, alijs.

205. JAM PARIBUS.] Utroque videlicet Auguſto.

206. FULTUS CONSORTE.] Liberi fulcra parentum. Multis Stobæus, & Græci Tragici. Vita vetus B Sebaſtiani. M.S. *O fili, mea baculum ſenectutis, geminum meorum viſcerum Lumen, cur ſic mortem diligitis?* Sunt ex vitæ apud nos vulgatis longè auctiores melioresq;, nec ita ſcriptæ, ut earum dictio offendere animum aut abſterrere à recenſione ſollertem poſſit.

206. PIO CURRU.] Suprà notatum de felicitate hac Theodoſij Principis. Claudianus ſæpius ingerit, inuſitatiorem omnino Romanis Imperatoribus.

207. GEMINI.] Caſtor & Pollux, gemina Numina. Pacatus Panegyr. ita vocat Apollinem & Dianam. Fratres Dij. Suetonio Caligula. Διὸς κοῦροι Græcis. Vitiosè tamen, ſi Phrynicho, veteri ſermonis Attici Ariſtarcho, credimus.

Διὸς κοῦροι; inq̄t, ὀρθότερον Διόσκοροι. Γελάσειεν ἄν τις τοὺς οὕτω λέγοντας.

In Naſuto illo cenſore multa veſtigia Libertatis in cenſendo veteris. Quos citat ſcriptores, ſtrictæ cenſuræ ſubjicit, ſummos pleroſque Antiquitatis Græcæ. Ut, Xenophontem, Heſiodum, Lyſiam, Phavorinum, Polemonem, Sullam, Lollianum, Theopompum, Chryſippum, Sophoclem, Plutarchum, Hippoclidem, Menandrum, Antiochum Sophiſtam, Hecatæum, Alexidem, Demoſthenem, Alcæum, Ariſtotelem, Alexandrum Sophiſtam, Secundum Grammaticum, Thucydidem, Hippiam, PLatonem, Antiphonem, Hyperidem, Eubulum, Euripidem, Philippidem, Theonem, Balbum, Gaianum, Phylarchum, Myrtilum, Stratidem: Quos omnes ſumma oris Libertate ad naſum ſuum caſtigat, exemplo libertatis, ut dixi, priſcæ, quam tamen ſtolida jactantia noſtri ævi longè ſuperavit.

207. PROGENIES LEDÆA SEDENT: IN UTROQUE.] Sic optime caſtigarunt hæc eruditiſſimi viri, in Antiquioribus Editionibus inſulſiſſimè corrupta. Progenies Ledæa, ut Ledæi Lacones alibi. Alanus lib. V. AntiClaud.

Hic proles Ledæa micat.

208. UTROQUE RELUCET FRATER.] Fraterna ſpecies. Infrà, D.XX.

Quantus in ore pater radiat.

209. SIMILIS CHLAMYS EFFLUIT AURO.] Habent & tuentur hanc Lectionem omnes Libri, noſtro ſolo excepto. Is diſerte refert ut adoleſcentulo mihi caſtigare viſum *ſimili chlamys effluit auro.* Quæ vera utique lectio. Legeram etiam *ſimilis chlamys effluit aura* ut ventum innuat tollentem amictus quod formoſis corporibus magnum decoris augmentum. Heliodorus de Theagene ornatorum apud Delphos Equitum Duce; Lib. III.

περιζέβαλλε δὲ τι χλαμύς τοῖς γιγνομένοις καὶ ἀνέμου λιγεῖα ῥιπὴ, μείλιχον γὰρ ἐπέπνει, τὴν μὲν κομίω ἠρέμα κατὰ τοῦ αὐχένος διαξαίνουσα, ἐκ τοῦ μετώπου τοὺς βοστρύχους παραστέλλουσα, τῆς δὲ χλαμύδος τὰς ἄκρας, τοῖς νώτοις τοῦ ἵππου καὶ μηροῖς ἐπιβάλλουσα.

Et pluribus alijs locis alij. Sed de ſimilitudine habitus hic & veſtimentorum, non de decore pompæ, ab aura aucto, ſermo manifeſtarius eſt. De ea infra: v. DLIII.

210. STELLATI PARITER CRINES.] Fabulam Poetarum alludit ſingulis Caſtorum Fratrum ſingulas ſtellas in capite vel fronte aſſignantes. Valerius Flaccus lib. I. de Iove eis eos donante.

Dixit, & ingenti flammantem nubila ſulco,
Direxit per inane facem quæ puppe propinqua,
In bifidum diſceſſit iter, fratreſque petiuit
Tyndareos placida, & mediis in frontibus haſit
Protenus amborum, lumenque innoxia fudit
Purpureum, miſeris olim implorabile nautis.

211. JUVAT IPSE TONANTEM ERROR.] Dum alterum pro altero cenſet: jucundi ſunt in hanc rem Menæchmi PLautini: Et nobis plura alibi notata.

212. EVROTAS.] θεὸς ἐπιχώριος. Flumen Laconiæ, ad quod educati gemini.

213. DOMVS.] Aula, nam ſummi ſplendoris capax etiam illa vox. Maro.

Panditur intereà domus Omnipotentis Olympi.

213. TALIA TECVM] Nulla doctrina, Nulla Sapientia, Nulla vis ingenii, Nulla cartarū ſpatia, pro dignitate has ſeq. paginas aut enarrarint aut exceperint. Nos ſtrictim ſententias nonnullas tangamus, non ut deducamus, ſed ut ſenſū expediamus ſimilib. aliquib. adjectis. Auctores quos diducendis adhibeas nominatim jam edixi ad Laudes Stiliconis.

214. FERTVR.] Tamquam ſermo celebritatem habeat, in populum Editus.

214. DITIONE.] Imperio, gubernatione, moderatione. Alibi hoc ipſo Librò.

215. PARTHORVM.] Parthicum, quod tum Perſicum, & Romanum Imperium, duo maxima rerum Humanarum. Ergo non habuit cujus comparatione diſciplinam ſu oſtenderet & illuſtraret Theodoſius, uti ſimul ſervaretur tamen majeſtas, præter hoc. E Et ſic B. Macarius Homil. XV.

Εἰ δὲ ἔθνος μέγιστον, πρὸς ἴσον ἦ, καὶ βασιλεὺς πρὸς βασιλέα, λέγω δὴ ὁ περσῶν, καὶ ὁ ῥωμαίων, ἀνάγκη πᾶσα τοὺς δυ βασιλεῖς κινηθῆναι μετὰ τῶν στρατοπέδων ὅλων.

Fines tum Perſarum, non ſit difficulter deſcribere. At illi cum Romanis belligeratu omnem Aſiam poſcebant, ut quadringent Legatis Artaxerxes Alexandrum Severum, e

patrimonio velut Perſico, decedere jubet apud Herodianum. Lib.VI. τῶν μετὰ Μάρκον. Cui ego tamen in rebus ejus Principis minus omnino quam Lampridio credo, qui ex Actis Senatus, publiciſque monumentis contraria omnia commentatur. Vſſit nimirum hominem Græcum Romanus Alexander Tranſmarino ſe præferens, quam vocem eius vulgatam indicat idem Lampridius. Et ſane, ſi ita vixit iſte Iuvenis, ut Lampridio deſcribitur, non ſolùm illud belli fulmen, ſed omnes retrò Principes longo intervallo exceſſit. Vtinam is Liber ſtilo Genioque ſuo ad nos perveniſſet; nunc enim cineres, diſſolutaque cæmenta habemus de pleriſque illis viris, eo ævo ſcriptis, ut meliores factas quam conſervatas omnia docere debeant.

215. SOLIVM.] Thronum, Regiam dignitatem. Notares de Solijs Regum Aſianorum, & meminerunt noſtra ad Eutropium Claudiani. Vide & Collectanea doctorum de Imperatoris Romani rebus. Conſtantinopolitanorum Regum deliramenta uno exemplo Regiæ Sellæ demonſtrat Liutprandus, lib. VI. Hiſtoriarum Europæarum, cap. II. Cujus & ſubjicienda verba arbitratus ſum: *Eſt Conſtantinopoli domus, Palatio contigua, miræ Magnitudinis ac pulcritudinis, quæ à Græcis Megaura, quaſi magna Aula, dicitur. Hanc itaque Conſtantinus, tam ob Hiſpanorum nuntios, qui tunc noviter eò venerant, tum ob me & Liutphredum hoc modo parari juſſit. Aerea, ſed deaurata, quædam arbor ante Imperatoris oculos ſtabat, cujus ramos itidem ærea, diverſi generis, deaurataque volucres replebant, quæ, ſecundum ſpecies ſuas, diverſarum avium voces emittebãt. Inprimis vero ſolium kujuſmodi erat arte compoſitum, ut in momento humile, excelſius modo, quam mox videretur ſublime. Sed ſedile, quoad erat immenſæ magnitudinis, incertum utrum ærei an lignei, verum aurotecti Leones quaſi cuſtodiebant. In hac igitur, duorum Eunuchorum humeris incumbens, ante Imperatoris præſentiam ſum deductus. Cumque in adventu meo rugitum Leones emitterent, aves ſecundum voces ſuas perſtreperent, nullo ſum terrore, nulla admiratione, permotus. Tertio itaque Imperatorem pronus adorans, caput ſuſtuli, & quem prius moderata menſura à terra elevatum vidi, mox aliis indutum veſtibus penes domus laquear ſedere perſpexi. Quod qualiter fieret cogitare non potui, niſi forte eo ſit ſubvectus ergalio, quo torcularium arbores ſubvehuntur.* Hæc Liutprandus, qui de mirifico illo ſolio addit, non potuiſſe ipſi loqui Imperatorem, tanta altitudine ſubvectum. De Theodoſii cura in inſtituendis ab homine Philotheo & Philoſopho, Liberis, Hiſtorici Eccleſiaſtici, & ex iis Michael Glycas, Tomo IV. Animalium.

215. FORTVNA DEDISSET.] Poetice loquitur, ut ubique noſter. Scripti aliquot Belgici Libri, ut &, quos Andreas Schottus contulit, *Natura dediſſet* referunt. Nihil mutamus, licet à Natura alibi Honorium commendet, adjici atque poſt hoc ipſo Sermone Imperator.

> *noſtro nec debes Regna favori*
> *Quæ tibi jam Natura dedit.*

215. PARTHORVM SOLIVM.] Thronus Regius, tanta nunc quoque apud Chriſtianos nonnullos Principes auctoritate, ut ſine veneratione non conſpiciatur. Eum morem Parthorum fuiſſe docet Epiſtola ſub nomine Phraatæ eorum Regis ad Iarcham Præceptorem, cum Apollonio Tyanæo in ſcriptis edita, ubi magnæ rei inſtar ſolium, quo coronatus regni auſpicia ſumſerit, monſtrandum mago illi dicitur:

Ἀπολλώνιος, ἀνὴρ σοφώτατος, σοφωτέρους ὑμᾶς ἑαυτοῦ ἡγεῖται, καὶ μαθησόμενος ἥκει τὰ ὑμέτερα· πέμπετε οὖν αὐτὸν εἰδότα, ὁπόσα ἴστε, ὡς ἀπολεῖται οὐδὲν τῶν μαθημάτων ὑμῖν, καὶ γὰρ λέγει ἄριστα ἀνθρώπων, καὶ μέμνηται, ἰδέτω καὶ τὸν θρόνον, ἐφ' οὗ καθίσαντί μοι τὴν βασιλείαν ἔδωκας, Ἰάρχα πάτερ.

216. CARE PVER.] Perpetuum liberorum

erum Epithcton, etiam cum opus eo non eſt. Sic Homerus infinitique alij. Phaennis Vates apud Pauſaniam, Lib. X.

ταύροιο διοτρεφέος φίλον ἦτορ

Vide Ioannem Stobæum SS. LXXII. & LXXVII. Homeri Enarratores hic quoque remotius aliquid invenerunt. Ex iis Moſchapulus.

περὶ χιτῶν, ὡς παρ' ὁμήρῳ, φίλος ἦτορ, διαφέρει δὲ τοῦ ἑταίρου, φίλος ὁ οἰκεῖος καὶ κατὰ γνώμην προσήκων.

Veterum Chriſtianorum eadem erat compellatio, Spiritus affectionem ſignificans. Itaque mutuum titulum habebant, charitas veſtra: & quicquid doni alteri alter gratificabatur, agapen, id eſt charitatem, dicebant. Agnellus ad Armenium: *Frater Martinus exegit litteras ad tuam charitatem mittendas, aſſerens ſollicitudinem tuam quærere ſolatium fidei Catholicæ.* Ioannes Moſchus, ſive Eviratus, Prati Spiritualis cap. XIII. *De hoc audientes viri fideles, venerunt, ut darent illi caritatem, & ait ad eos, non accipio, quia manus meæ nutriunt me, & eos qui propter Deum ad me veniunt.* Idque inde utique quod hæc virtus Chriſtiana perpetuo durat, ſecundum Apoſtolum, de quo vide Beati Hilarij fragmentum Hiſtoricum.

216. PROCUL VENERANDUS.] Ingentem Amplitudinem Perſici Regni intellige. Tacite etiam cultum hoc genus Regum, procul adorandorum. Cupidiſſimam Ambitionem Perſarum notat Conſtantius Imperator, Epiſtola ad Saporem Regem, apud Ammianum, Lib. XVII. Alia nota, & notarunt ſingularibus Libris docti homines.

217. ARSACIO.] Omnes Parthorum Reges Arſacii aut Arſacidæ, ut ab Alexandro Ægyptiorum Ptolomæi. Iuſtinus, lib. XLI. *Arſaces quæſito ſimul conſtitutoque regno, non minus memorabilis Parthis, quam Cyrus Perſis, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura ſenectute decedit. Cujus memoria hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde Reges ſuos Arſacis nomine nuncupent.* Suidas. Ἀρσακίδαι, οἱ Περσῶν βασιλεῖς. Dio lib. XL. τότε πρῶτον ἀπ' ἀρσάκου τινὸς ἀφίκοντο ἐς τὸ μέσον οἱ Πάρθοι, ὅθεν περ καὶ οἱ ἔπειτα βασιλεύσαντες αὐτῶν Ἀρσακίδαι ἐπονομάσθησαν.

De Ptolomæis, cognominibus tantùm diſcretis, Pauſanias, Lib. I. Ait autem Theodoſius, ſi Fortuna Parthorum tibi ſolio dato rectum tiaram capite ferendam dediſſet, ſufficeret natum te eſſe ad Imperium, nec opus ulla foret virtute, ad perſonam Principis ſuſtinendam, cœca ſervitute populis ultrò parentibus: quod Argumentum non paucis exſequitur Syneſius ad Arcadium de Regno ſcribens. Tiaras Perſicum ſive Parthicum geſtamen capitis, quem rectum geſtare niſi ſoli regi non licebat. Perſarum Parthorumq; appellationes quando ſint in unam reductæ alibi deductum.

217. CONSURGERET.] Alludit quodmodo indicavi, rectum tiaram nemini geſtari licitum præter Regem. Ea Antiquiſſima erat conſuetudo. Suidas.

τιάρα κόσμος ἐπικεφαλαῖος, ὃν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ πέρσαις, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. Xenophon Anabaſi II. Ἐγω οἶδα τὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν ὀρθὴν ἔχειν. Hinc Arrianus, lib. III. de Beſſo: τοῦτο δὲ ἀφικνοῦνται παρ' αὐτὸν περσῶν τινες οἳ ἤγγελον Βῆσσον τὴν δὲ τιάραν ὀρθὴν ἔχει, καὶ τὴν περσικὴν στολὴν φοροῦντα, Ἀρταξέρξην δὲ καλεῖσθαι, καὶ βασιλέα φάσκειν εἶναι τῆς Ἀσίας. Idem, fine Lib. VI. ἦλθεν ὁ Μηδίας Σατράπας ἄγων Βαρυάξην ἄνδρα μῆδον, συνειλημμένον ὅτι ὀρθὴν τὴν κίδαριν περιθέμενος βασιλέα προσεῖπεν αὐτὸν, περσῶν τε καὶ Μήδων.

Qui

Qui locus indicat idem fuiſſe Cidarim & Tiaram. Hinc rectum Tiaram geſtare ſummi beneficii locum habebat, cum ab Rege cuipiam concederetur.

Δημάρατος ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃς δὴ μετὰ Ξέρξου ἦλθεν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἐπὶ τινὸς εὐημερείας συγχωρήσαντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως, ὃ θέλει αἰτήσασθαι, ᾐτήσατο ἐν ὀρθῇ τῇ τιάρᾳ εἰς Σάρδεις εἰσελάσαι. Suida ex Herodoto aut alio ſcriptore. Joſephus, libro XX. cap.III. καὶ Ἀρταβάνος οὕτω δι' Ἰζάτου πάλιν εἰς τὴν ἀρχὴν καθίσταται, παρ' ἧς ἐκπεσὼν διὰ τοὺς Μεγιστᾶνας, οὐκ ἐγένετο μὲν ἀμνήμων τῶν εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν, ἀλλὰ δωρεῖται τὸν Ἰζάτην ταῖς μεγίσταις τιμαῖς παρ' αὐτοῖς, τήν τε γὰρ τιάραν ὀρθὴν ἐπέτρεψεν αὐτῷ φορεῖν, καὶ ἐπὶ χρυσῆς κλίνης καθεύδειν, ἅπερ μόνον ἐπὶ γέρας καὶ σημεῖον τῶν πάρθων βασιλέων.

Indicare voluerunt Magni Reges, ut arbitror, hoc pacto, excelſo ſe & ſummo ſuo Imperio uti, nec ulli eſſe ſubditos, nec ullius potentiam metuere. Nam quem venerabantur eæ nationes ei morem habebant flexo tiara verticem velut, ſeque totos, ſubmittere: Sidonius de ſuis Heroibus.

> *tibi ſupplice cultu,*
> *Flexit Achamenius lunatum, Perſa, tiaram.*

Idem Narbone:

> *Tu fluvius equitata Bactra Parthis*
> *Conſtans intrepidusque ſic adires,*
> *Ut faſtu poſito tumentis Aulæ.*
> *Qui ſuprà ſatrapas ſedet tyrannus*
> *Ructans ſemideûm propinquitates,*
> *Lunatum tibi flecteret tiaram.*

Claudianus, Sexto Conſul. Honorij.

> *Perſarum proceres cum Patre ſedentem*
> *Hac quondam videre domo, poſitoque tiaram*
> *Submiſere genu.*

Iidem cum ſalutantibus gratiam redderent, demere capitibus ſolebant Tiaras, quod Arſaces, Oroondatis uxoris, docet Heliodorus, libro VII Æthiopic. ex quo liquet muliebre quoque capitis geſtamen fuiſſe. Regium autem inſigne Diadema, circum tiaram immittebatur rectam, duplici majeſtatis documento. Dio lib. XXXVI. ubi de Tigrane. Xiphilinus.

Φυγόντος δὲ τοῦ Τιγράνου τὴν τιάραν, καὶ τὸ ἀνάδημα τὸ περὶ αὐτὴν εὑρίσκοντες οἱ στρατιῶται, τῷ Λουκούλλῳ ἔδωσαν.

Xenophon, Pædia. VIII. Curtius, lib. III. *Cytarim Perſa regium capitis vocabant inſigne, hoc carulea faſcia, albo diſtincta, circuibat.*

2:8. LUXUQUE FLUENTEM DESIDE.] More Regum Orientis, uſque ad infamiam à Romanis deliciis diffluentium, licet & iſti eorum mores facilè adſciverint, de quibus nullæ non recinunt Hiſtoriæ. Eleganter autem eum qui inſanit in rem aliquam fluere immoderato ejus uſu dicunt doctiſſimi ſcriptores. Ratio Phyſica, quod ἡ ἡδονὴ ὥσπερ διάλυσις καὶ ἄνεσις τοῦ σώματος habeatur, Caſſio Sophiſta auctore, Problemate IX. Paullinus.

> *Quot ſimili luxu non fluitare vides.*

Auguſtinus, Civ. lib. I. cap. XXXI. *Perditiſſimis moribus, remota omni moleſtiarum aſperitate, diffluere.* Capitolinus Marco: *Mores mulierum compoſuit, diffluentes.* Spartianus, Vero: *Non infames, ſed aliquatenus diffluentes.* Marcus Imp. in Epiſtola, apud Vulcatium Gallicanum: *Avidio Caſſio legiones Syriacas dedi diffluentes luxuria.* Etiam ita Græci. Phocylides, Nouthetico.

> Μήτ' ἐς ἔρωτα γυναικὸς ἅπας ῥεσῃς ἀνάδεκτοι.

Hoc autem Principis Romani præceptum, non Fortunæ aut Naturæ muneri incubandum, ſed natalium ſplendorem virtuti ſtudio exco-

excolendum, ingerit. Imitatione noſtri idem ſub exemplo ingerit Sidonius, Paneg. Anthem.

His nunc formatum ſtudiis, natalibus ortum,
Moribus imbutum, Princeps, cui mundus ab Euro
Ad Zephyrum tunc ſceptra dabat; cui nubilis, atque
Unica, purpureos debebat Nata nepotes,
Elegit generum: ſed non ut deſide Luxu
Fortunæ ſoceri contentus, & otia captans,
Nil ſibi deberet.

219. NOBILITAS POSSET TE SOLA TUERI.] Summa ſermonis eſt Romano homini Principique nobilitatem ſine virtute nulli gloriæ eſſe. Sic infrà virtute *decet, non ſanguine, niti.* Quod non inepte perlaudatus olim Cardinalis Beſſarion Pædagogo filiorum Thomæ Palæologi ſcribit.

Μηδὲν ἐν θυμῦνται ὅτι εἶναι εὐγενικοὶ: ἡ εὐγένεια χωρὶς ἀρετῆς ὐδὲν ἐςὶ.

Et de Imperatore pulcrè Leo Philoſophus, Tacticon. II. *Si Nobilibus clariſque fuerit majoribus, aliquam hoc commendationem habeat. Neque tamen propter hanc Nobilitatem ſolam dignus hoc munere habeatur. Quemadmodum enim animantia omnia ex moribus ſuis & actionibus experimus, utrum generoſa ſint, an inertia. Sic & hominum Nobilitatem, non ex majorum laude, ſed ex ſuis ipſorum Actionibus, & rebus geſtis aſtimare oportet.* De Aſianis Satrapis & Regibus nota res, ut non ſolum Romanis, ſed & Græcis comparati ductoribus, fuerint fœminei, ut locutum Peſcennium Nigrum memorat Spartianus.

219. ALTERA.] Alia prorſus Tibullus. *Alter dictet opus magni mirabile mundi;*

220. ALTERA ROMANÆ.] Cæteri enim Principes Regeſque Barbaris & velut belluis imperitant: Romani non ſolum homines, ſed & liberos homines, moderantur. Hoc eſt quod ſapientiſſime ingerit hic Imperator filio. Et rem Romanam conſiderans ita ſe nihil magis in tanto Imperio mirari ait Ariſtides, quam quod Principes eam moderentur ut Liberam, miſſis ad Tempus, revocatiſque rectoribus, quod incredibilem eorum ſollertiam indicet

Τοσαύτην μὲν γὰρ ἔχοντες τὴν ἀρχὴν, ὕτω δ' ἐγκρατῶς, καὶ κατὰ πολλὴν ἐξυσίαν ἄρχοντες, Ἐκεῖνο δὲ πολὺ μάλιςα νενικήκατε, ὃ παντελῶς ὑμῶν ἐςὶν ἴδιον, μόνοι γὰρ τῶν πώποτε ἐλευθέρων ἄρχετε.

Vide cum luculenter iſta dedocerem, pulcerrima Oratione quæ Encomium Romæ habet. Sic Libertatem ſub ſuis Heroibus etiam alibi agnoſcit noſter.

Fallitur egregio quiſquis ſub principe credit
Servitium, numquam libertas gratior extat
Quam ſub Rege pio.

Quo uno omnem Regii ſimul nominis invidiam, & gubernandi Imperii artem, hanc incluſit, illam ſemovit.

221. VIRTUTE DECET NON SANGUINE NITI.] Lege, inſtar omnium, totam Octavam Satiram Juvenalis, capitalem hujus argumenti, Stobæum Sermone LXXXIV. Alia pervulgata, quæ repetere non eſt uſus.

221. SANGUINE.] Genere, Stemmate. Theocritus Herculiſco.

Θάρσει ἀριςετόκεια γύναι, περσῆιον αἷμα.

Apollonius, lib. II. Argonaut.

ἐμβασίλευσε
Πρῶτα πέλοψ, ὃ καὶ πὲρ ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο.

Trebellius Pollio, Valeriano Sen. *Primus genere,*

nere, nobilis ſanguine, emendatus vita. Poetæ ubivis. Mato *ſanguis meus*. Veritas in eo jactatur quod in ſanguine anima, in Anima tam propriæ virtutes quam avitatum ſemina. Ajunt hoc etiam Sacræ litteræ, vix Hippocrates, ſi librum de Natura Hominis videas.

221. MAJOR ET UTILIOR FATO CONJUNCTA POTENTI.] Optime Scaliger, recepta hac Lectione contrà Libros Cujacianos. De illuſtri enim Nobilitate, præpotente hominum Fortuna cum virtute jungenda, Romanum hominem Principemque inſtituens, loquitur Claudianus. FACTO altero opus non eſt, niſi tautologias facere velis, cum poſt de exercitio genuinæ & ingenitæ virtutis omnia ſermocinentur. Sermo hic omnis eſt, qui mores, ſummum inter homines locum deceant. Ait igitur ſummo natum virtutem non attendere debere in ortu ſuo, non in nobilitate attinere, Eam exſerendam ipſo uſu, omnium bono publico & communi, cum toti generi humano prodeſſe poſſit ob potentiam & opes. Hæc veram Sapientiam exigere ſcitis mox exemplis explicat. Multa ſunt hujuſdem argumenti, Panegyrico Manliano : neque inepte præcipit ſuo ævo Gulielmus Britto, lib. II. Phil.

Præconcepta diu virtus conducat in
ACTVM,
Quæ, niſi ſe factis exerceat, arida marcet.
Nec ſe prodit, ubi præſentem non habet hoſtem
Si vero fuerit exercita, creſcit & auget
Fructus ipſa ſuos, quos donat amantibus ipſam.

Acutè tribus verbis Lucanus, lib. IV. *perit obruta virtus Tenebris nimirum* & paupertate: cum demum enim eſt virtus, cum accedente poteſtate, viget & uſui communi ſeſe impendit. Pari ſenſu inertiam damnat, & ubi animo concepta ſit bonarum rerum poſſeſſio, exigendam in uſum præclaraque facinora, autumat Philippus Rex Macedonum Olympiadi conjugi ſcribens:

ἄνευ γὰρ τούτου, inquit, καὶ συνέσεως οὐδ' αἱ πράξεις ὄνησιν φέρουσιν, οὐδ' αἱ δυνάμεις ὠφέλιμοι καθεστᾶσι· διὸ δεῖ πρότερον τὴν χρῆσιν ἢ τὴν κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν σκοπεῖν, καὶ τότε πράττειν τοῖς μεγίστοις, καὶ πλείστοις οὐκ ῥήμασι χρώμενος.

Et ſic Felicitas definitur Vſus Virtutis in vita perfecta, cum ſucceſſu. εὐδαιμονίαν εἶναι χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ. Stobæus Eclogis Ethicis ex ſententia Ariſtotelis aliorumque Peripateticorum. Hincq; Sapienter ſummam Proſperitatis in Principe ponit Syneſius in Abſoluta prudentia, quæ norit videlicet Fortunæ, Fati, & Virtutis cæteræ omnis Officia & munera conferre in uſum communem Mortalium, quam & ſecuturas, inſtar ſororum, cæteras Virtutes, ſpondet Arcadio, ad quem de Regno commentatur. Quo ſenſu Virtutem potentem in Uſu conſiſtere debere, juncta natura, accedente Doctrina, autumat auctor Appollonij Thyanæi, Epiſt. II. ἡ ἀρετὴ φύσει, μαθήσει, κτήσει, χρήσει. Eum & iſthic agnoſcimus.

222. VILE LATENS VIRTUS.] Deſtituta Fato, acciſis pennis humilis. Latentium magnarum rerum nulla gloria. Seneca Epiſt. LX. *Vivit is, qui ſe utitur, qui verò latitant & torpent, ſic in domo ſunt, quaſi in conditorio.* Salomonis Regis notum dictum: *Theſaurus inviſus, & Sapientia Abſcondita, quæ Vtilitas in iis?* Ennodius Epigrammatis, ſuo ſtilo:

Libertas ſemper ſtudiis referetur honeſtis,
In fabricata latet Nobilitas tenebris.
Scrutator fulvum conceſſit pallidus aurum,

Qui polit ingenium ſic facit eſſe ſuum.

Poterant hæc infinitis ſententijs dilatari, ſed nos iſtuc non agimus.

221. VILE.] Negotium ſcilicet Maro. *Dulce ſopor feſſis in gramine* Claudianus infra *Triſte rigor nimius.*

223. SUBMERSA TENEBRIS.] Ignobilitate, obſcuritate. Vide Collectanea Andreæ Tiraquelli de Nobilitate, multis bonis rebus referta.

224. PRODERIT.] Vix eſt ut ullus doctorum hactenus viderit uti hæc diſtinguenda ſint. Scribe.

Vile latens virtus: Quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit obſcuro? Veluti ſine remige puppis,
Vel Lyra quæ reticet, vel qui non tenditur arcus.

Nativa illa & ingenita Heroicis natalibus ſemina Virtutis exerenda uſu ait, cum alioquin nulla ſit, quæ nemini proſint. Ludunt qui alia hic comminiſcuntur. Quaſi puppi opus ſit obſcuro, nec alio remige. Jocati, nec ex ſententia ſua loqui dicas doctiſſimos viros. Virtutem nil vile decere, ait Prudentius in Symmachum, qui & ſtatuas omnes ea gratia, & quicquid periturum mortales colunt, longè illius dignitate inferius eſſe canit.

225. LYRA QUÆ RETICET.] Occultæ Muſicæ nullus honos. Nero apud Suetonium, capite XX, *Muſicæ abſconditæ, nullum pretium*, Gellius, lib. XIII. cap. XXIX.

225. QUI NON TENDITUR ARCUS.] Simile ab armis, quæ, niſi uſurpentur, nullius ſunt pretij vel effectus. Brutus, aut alius aliquis, ad Mileſios.

εἰ μὲν ἔστιν ὑμῖν ὅπλα, ἐν κοινῷ, μὴ χρώμενοι τούτοις ἁμαρτάνετε. Μία γὰρ ἰσχὺς ὅπλων τὸ χρῆσθαι.

Hieronymus, Præfat. in Regulam Pachon ij. *Quamvis acutus gladius & levigatus, ſi diu in vagina conditus fuerit, ſordeſcit rubigine, & ſplendorem priſtini decoris amittit.* Noſtra ex Ovidio eſſe, alibi dictum.

226. AGNOVERIT ANTE SEMET.] Animam, corpus, affectus, poteſtatem. In hoc omnem Sapientiam reconditam eſſe vetuſtiſſima docet eruditio: Vt homo pro ſe quiſque rerum externarum ludibriis vanitatibuſque deſpretis, incumbat ſibi, quidque ſibi, regendo debeat, quid ex ſe Deo, ſe cognoſcendo condiſcat: in eo enim eſſe ſummam vitæ rectè decurrendæ. Vrgent hoc priſci omnes Sapientes, inprimis affectuum domitores Stoici, opinione detracta officium ſuum agnituri, niſi in ulteriora delati forent, ut vel ex unius Sexti Empirici Commentariis intelligas. Ex Platonicorum ſcitis quæ ſit agnitio hæc pulcrè docet Macrobius, in Somnium Scipionis, lib. I. capite IX. Qui & γνῶθι σεαυτὸν illud poſiti Delfici delubri fuiſſe ad ſcriptum docet Saturnal. lib. I. cap. VI. Agapetus, Sched. Reg. cap. III.

θεῶν μάθημα, καὶ πρῶτον οἱ ἄνθρωποι τὸ γνῶναι τινὰ ἑαυτὸν διδασκόμεθα.

Minutius Felix. Beati ſatis, prudentes ſatis, ſi ſecundum illud Sapientis Oraculum noſmetipſos familiarius noverimus. Vid Marcum Imperatorem Libris de Se ipſo, qui omnes huc pertinent. Platonem Alcibiad Priore, & cumprimis Dionem Chryſoſtomum. Quarta de Regno. Epictetum Hieroclem in Aurea Carmina, alios infinitos. Quid Chriſtiano homini ſeipſum noſſe, paucis effert B. Chryſoſtomus:

οὗτος μάλιστ' ἔστιν ἑαυτὸν εἰδώς, ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων.

Hac enim Ratione ad veram Humilitatem Chriſtiani ſeſe inſtigant. Rad. Ard-

tius in IV. Advent. *Eſt Humilitas virtus qua homo, veriſſima incognitione ſui, ſibi ipſi vileſcit, Et omnis homo, etiam in proſperitate, ſi bene cognoſcat ſe, intelligit quod nihil niſi malum habet in ſe.* In cognitione ergo ſui ipſius vera Sapientia, Gregorius Thaumaturgus. Chariſterio Origenis; *Eos ſolos bene vivere, vitamque Rationis uſu pradutis congruentem agere dicebat, qui eam rectè inſtituere conentur, & ſeipſos primum noſſe, quinam ſint; deinde vera bona, quæ perſequi hominem decet, & vera mala, à quibus refugere oportete.* Et poſt de Eodem Origine: *Sic igitur iſte juſta facere vel coactos, ſi dici fas eſt, nos jubebat. Prudentiam verò nihilo ſecius ſecum eſſe, & ſeipſos noſſe velle, & conari. Hoc videlicet præclariſſimum Philoſophiæ munus & officium, quod præſtantiſſimo Dæmonum vate, ut ſapientiſſimum præceptum tribuitur, NOSCE TE IPSVM: hoc revera munus eſſe Prudentiæ, & hanc eſſe divinam Prudentiam rectè ab antiquis dictum eſt. Cum eadem Dei atque hominum revera ſit virtus, anima ipſa, tamquam in ſpeculo, videre ſe ſatagente, &c.* Qui liber ſummi viri non tantum prorſus divinam doctrinam & Sapientiam Origenis nobis declarat, ſed regula quædam docendi diſcendique egregia eſſe poteſt ea, ſine quorum cognitione omnis Philoſophia mera ſtultitia eſt. Vide & Boethium libro II. cap. V. Xenophontem, PLatonem, Porphyrium, apud Stobæum, Sermon. XXI. Iſidorum Peluſiotam lib. V. Epiſt. CCCLXXXVII. Omnis Philoſophiæ principium & finem. Omnis recte vivendi Rationis gubernaculum eſſe hoc ſcitum, ſcribit Simplicius in Enchiridion Epicteti: Summam in eo ſalutis poſitam, Plutarchus de Diſcrimine Adulatoris & Amici. Quem vide & in libro de EI apud Delphos. Vice maximæ Quæſtionis à Pythio propoſitum, Sextus Empiricus lib. VII. Contrà Mathemat.

226. INCERTOS.] Inconſtantes, ſemper dubios. Priore in Rufinum.

prodigium flavis incertius undis.

227. PLACAVERIT.] Oblatrantes velut, obnitenteſque. Lectionem hanc omnium Librorum nequaquam ſollicitandam dúcimus.

227. ANIMI.] Ab inquiſitione cognoſcendi ſui ad animum componendum homo vocatur; quem niſi, tot diverſis affectibus obnoxium, componat, nequaquam feliciter vivet: Qui autem poſſit, niſi totum ſemet ante agnoverit. Docet ergo abhinc filium humanitatis Rationem Imperator, Tranquillitatem pro ſumma ponens, ne Ratio pareat affectibus. Hæc eſt ſententia Inſtitutionis humanæ, à qua ad Principalem deinde venit. Pulcrè Prudentius lib. II. in Symmachum:

Sic incompoſitos humano in pectore ſenſus,
Disjunctaſque animi, turbato fœdere, partes.
Nec liquida inviſit Sapientia, nec Deus intrat.
At ſi mentis apex, regnandi jure poſitus,
Pugnacis ſtomachi pulſus, fibraſque rebelles
Frenet, & omne IECVR ratione coerceat una
Fit ſtabilis vita ſtatus, & ſententia certa
Haurit corde Deum, Domino & ſubjungitur uni.

Quod eſt, de induſtria velut factum, harum paginarum argumentum.

227. ANIMI ÆSTUS.] Affectuum perturbationes. Quatuor has, cum in univerſum ſeptem motus animi humani ſtatuerunt Sapientes, Metum ſcilic. Dolorem, CUpiditatem, Lætitiam, ſive Exſultationem. De his pulcrè Favonius Eulogius in Somnium Scipionis, ubi & Conſtantias his opponit: *Septem,* inquit, *animi motus Philoſophi Stoici poſuerunt, Quatuor perturbationes, tres Conſtātias. Id eſt, Metum, Dolorem, Cupiditatem, Lætitiā:*

Quibus

Quibus inſipientium Animi veluti tempeſtatibus agitantur. Sapientium verò motus non πάθη ſed Conſtantiæ ſunt. Vt pro metu cautio ſit, pro cupiditate voluntas, aut ſtudium, pro Lætitia gaudium, quod diſtinctionis gratia ſeparamus. Quartus ex malis præſentibus Sapienti nullus eſt motus, quia nec in motum incidere Sapiens poteſt. Horum monſtroſorum æſtuum placationem neceſſariam Principi Romano Theodoſius injungit, quod ille vt alia non pauca, animo tamen Claudiani noſtri, differit hic ex IV. Dionis Chryſoſtomi de Regno, ubi patria Alexandro præſignans inducitur Diogenes, ſimilem aeri, æſtuanti Sole, & ventis impulſo, Alexandri animum, doctum reddit regendorum, Affectuum, præceptis his pariſſimis, ſuaviſſimus Sapientum. Talium monſtrorum Portentorumq; Victorem cum ſe agnoſceret, Hoc eſt, Cupiditates, Metus, Iras, Spes, Adulationes, & id genus Animi æſtus tamdem debellaſſe jactat Bonis Auſpicijs ſeſe divinitatem adeptum eſſe, veramq; Sapientiā poſſe profiteri, *Heraclitus, cum primis Veterum Sapiens*, aureola Epiſtola, ſi tamen ficticia non eſt, ad Hermodorum, quam totam in hoc argumentum legas. Et hanc ſummam eſſe, ad quam omnis humana Philoſophia & divina ducere quempiam valeat, ut videlicet animum ab affectibus habeat Tranquillum, docet perſuadetque, porrò Gregorius Thaumaturgus, modo laudato Scripro: *Quod verò omnium eſt*, inquir, *multò maximum, genique tota cujus gratia Philoſophorum laborat, quaſi ex varia omnium reliquarum diſciplinarum conſitione, diuturnoque Philoſophiæ ſtudio, bonos fructus colligens, divinas morum virtutes, ex quibus tranquillus & conſtans animi motionum ſtatus exiſtit, & mœroris quidem expertes, atque ut nullis malis vehementius commoveremur, ſed moderati ac ſedati, Deiq; ſimiles, & verè Beati, ejus opera redderemur, adnitebatur, &c.* Quæ Origenis Laudi data, inſtructioni noſtræ ſcripta ſunt.

228. AMBAGIBUS ITUR.] Cognoſcenda enim Rerum Natura, Scrutanda Numina Deorum, Animæ ratio inquirenda, vt quid Univerſi Ordini, Dei voluntati, Humanitati communi; ſuæq; Menti, quisq; debeat, poſſit ſtatui. Inde Felicitatis agnitio Animum ſua tranquillitate componet intus, docebitq, extra prodeſſe rei communi *humana qua parte locatus ſit in re.* PLatonicorum, Stoicorum, Pythagoricorum Doctrina per has ambages ducit, ſuavibus modis, monitis, verbis.

227. ANIMI ÆSTUS.] Comparatio crebra optimis ſcriptoribus affectuum cum æſtibus, fluctibus, Tempeſtatibus. Cum ſint κινήσεις ψυχῆς παρὰ φύσιν, vt vocantur in Stobæi Ethicis Collectaneis, quo loco plenam explicationem eorum offendes. Homerus in Odyſſæa non ſemel. Alcæus: ὅσ σε τὸν οἶστρω κυμαίνοντα θεὸς τῇ δ' ἰνέδησε πάγῃ. Orpheus Argonauticis. τοῦ δ' ἄρα θυμὸς ὀρίνετο, ἶσος ἀέλλῃ. Muſæus. ἵστατο κυμαίνουσα πολυκλαύστοις μερίμναις. Piſides. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς ἀθυμίας νέφος χειμῶνα γεννᾷ, καὶ νοημάτων ζάλην. Heliodorus. libro VII. ἡδ' Ἀρσάκη πλέιον ἢ σύμπαντες συνεχύθη τὴν διάνοιαν, καὶ κλύδωνι φροντισμάτων περιεσοιχεῖτο. θυμῷ μὲν ἐπὶ τὸν πεπόσιελν πληρουμένη, καὶ πρὸς τὰ πάλαι συμβάντα τὴν διάνοιαν ἀναπεμπάζουσα. Chryſoſtomus, de Virginitate, cap. XXXIV. ὁ δεινὸς οὗτος πειρατὴς, τῇ παρθένῳ πλὴν ἐπάγει τὸν χειμῶνα, καὶ χαλεπὴν τὴν ζάλην, καὶ ἀφορήτους τὰς τρικυμίας, πάντα ἄνω καὶ κάτω κυκῶν. Gregorius Nyſſenus de Virgin. capite VI. De Joanne Baptiſta & Elia: ἐντεῦθεν εἰς πολλὴν εὐδίαν καὶ γαλήνην ἀπὸ τῶν ἔξωθεν θορύβων κατέστησαν.

Sic ſanguinem humanum æquari, tempeſtatibus obnoxio, comparabat Eraſiſtratus Medicus. PLutarchus, ἀρεσκ. lib. V. c. XXIX. Ἐρασίστρατος ὁρίζεται τὸν πυρετὸν. οὕτω.

arribus, evolve Plutarchũ περὶ ἀρεσκόντων. Eclogas Phyſicas Joannis Stobæi, Aeneam Gazæum, Zachariam Scholaſticũ, Alcinoum Epitoma PLatonicarum Sanctionum, Platonem, Chalcidium, Timæo, & in hunc Græcorum Commentaria. Alios.

230. ÆTHEREIS MISCENS TERRENA.] Cœleſtibus terreſtria, Elementaria æternis. Vide Commentarium ad Prudentij Hymnum Funebrem.

230. PROMETHEUS.] Platonica Philoſophia Prometheum Providentiam autumat, Mundi gubernatricem, unde vita & Spiritus mortalibus. Vide Plotinum, ejus Inſtauratorem præcipuum. Eumdem tradunt alij primum Elementa Philoſophiæ, ejusque litteris conſignandæ reperiſſe; & inde hominis ei conditionem adſcribi. Suida.

Προμηθεὺς ὃς εὗρε πρῶτος τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν· περὶ οὗ λέγουσιν ὅτι ἀνθρώπους ἔπλασε.

Vide multis de ejus Opificijs Aeſchylum Prometheo. Ineptum hunc humani generis Opificem Septima poſt Moſen generatione vixiſſe, auctor eſt Clemens Alexandrinus Primo Stromatum.

231. ÆTHEREIS.] Divinæ nempè Particulam Auræ. Animam humanam ex eodem cũ Dijs dœmonibusq; cratere hauſtam ſciſcebãt Philoſophi. Hierocles in Aurea Carmina.

τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς γίνεσθαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος, τοῖς τε ἐν κοσμίοις θεοῖς, καὶ τοῖς δαίμοσιν, καὶ τοῖς ἥρωσιν ἀγαθοῖς.

Plena omnis Pythagorica, Socratica, Platonica, aliaq; ſanior Philoſophia.

231. TERRENA.] Lutum. Heſiodus materiem hominis pulverem aqua mixtum agnoſcit. Vide Clementem Strom. V. Aliorum nota ſententiæ.

232 SINCERAM MENTEM.] Animam Rationalem, Cœleſtem divinitatis compotem, quam ætherei ignis vocabulo Poetę cenſent, cum ipſum Deum Intelligentem Ignem Theologia vetus faciat. Vide Caſſiodorum cap. X. de Anima, Notata nobis ad Galli Confeſſoris Sermonem. De Animæ ratione PLato ejuſq; Interpretes, Timæo, Ariſtoteles Opere notiſſimo. Sextus Empiricus, Plutarchus nõ uno libello, PLotinus, Tertullianus, Gregorius Thaumaturgus, Nemeſius, Auguſtinus, Aeneas Gazæus, Claudianus Mamertus, Caſſiodorus, Auctor Incertus Capitum, à Joanne Tarino editorum; Zacharias Scholaſticus, Philo de Somnijs, Hugo Eterianus, & magna vis aliorum. Nos deniq; tribus Libris.

232. FURATUS.] Priſci Sapientiæ conſulti, cum viderent tantam hominum eſſe malitiam, ut, cum omnia cætera ordine ſuo commemorarent, adq; Providentiæ velut Nutum referrent lubenter obſequia ſua homo contrà nihil non caperet ageretque origine ſua indignum, officiiq; alienum, non ſinè cauſſa in hãc venere opinionem, invitis quodammodo Dijs divinam illi animam acceſſiſſe, quapropter hanc fabulam commenti videntur, Opificem primi hominis animæ ſemen igneum cœlo ſurripuiſſe. Fabellam Poeticis coloribus fucatam ita narrat Fulgentius, Mytholog. lib. II. cap. IX. *Promotheum ajunt hominem ex luto finxiſſe, quem quidem inanimatum atq; inſenſibilem fecerat. Cujus opus Minerva mirata ſpopondit ei, ut ſi quid vellet de cœleſtibus donis, ad ſuum opus adjuvandum, inquireret. Ille nihil ſe ſcire ait quæ bona in cœleſtibus haberentur. ſed, ſi fieri poſſet, ſe uſque ad ſuperos elevaret, atque exinde, ſi quid ſuæ figulinæ congruum cerneret, melius inire oculatus arbiter præſumſiſſet. Illa inter oras ſeptemplicis clypei elatum cœlo opificem detulit. qui dum videret omnia cœleſtia flammatis agitata vigere vaporibus, clam ferulam Phœbiacis applicans rotis ignem furatus eſt. quem pectuſculo hominis applicans, animatum reddidit corpus* Sic legenda ea verba ope priſci Codicis arbitramur, quamvis paullò aliter Modiani & Commeliniani præferant. Mythologiam addit ſequentibus Fulgentibus non ineptam, modo auctorum quos nominat, verba appoſuiſſet Facinora ſua multis

multis ipſe Promotheus jactat apud Lucianum Dialogis, Æſchylum, cognomine in vinculis Fabula. Ubi ait:

Τἀν βροτοῖς δὲ πήματα.
Ακούσαθ᾽ ὡς σφᾶς νηπίους ὄντας τὸ πρὶν,
Εννους ἔθηκα, καὶ φρενῶν ἐπηβόλους,
Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
Κλύοντες οὐκ ἤκουον, ἀλλ᾽ ὀνειράτων
Αλίγκιοι μορφαῖσι, τὸν μακρὸν χρόνον
Εφυρον εἰκῆ πάντα.
Ην δ᾽ οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ,
Ουτ᾽ ἀνθεμώδους, ἦρος οὔτε καρπίμου
Θέρους βέβαιον, ἀλλ᾽ ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν Επρασσον.

Et concludit Longum ſermonem hoc diſticho, quo facilè liqueat cur furatus Dijs animam cœleſtem hominibus intuliſſe perhibeatur.

Βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην λέγω
πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.

Quod veriſſimum ſane ſi vocis ſignificationem arbitremur.

232. CLAUSTRIS INDIGNANTEM.] Carcere velut, vt nobilis ab ignobilibus mēbris in vita contineatur. Quę doctrina ſapientum eſt. Maro, lib. VI.

Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant
Terreniq; hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudētque, nec auras
Reſpiciunt, clauſa tenebris & carcere cæco.

Platonicorum ea doctrina nota celebriſque. Vide Nemeſium de Homine, Aneā Gazæum Theophraſto, & quæ nos nonnulla damus lib. XLII. cap. II. Et Libro. C. XXIII. cap. V. Adverſar. Eodem ſpectant iſta Prudentij, Cachemer. X.

Vt, cum generoſa caducis,
Ceu carcere, clauſa, ligantur
Pars illa potentior exſtet
Quæ germen ab æthere traxit.

Carcet animæ, membra, apud Eumdem, Hamartigenia. Lucanus, lib. VI.

Adſpicit adſtantem projecti corporis umbram,
Exanimes artus inviſaq; clauſtra timentem
Carceris antiqui: pavet ire in pectus apertum. &c.

Zeno Veronenſis, Sermone de Reſurrect. Mortuorum: *Præſertim cum eorundem ille ſapientiſſimus dicat, hanc eſſe mortem, cum corpore animus, tamquam carcere clauſus tenetur: Illam eſſe veram vitam, cum animus, cuſtodia carceris liberatus, ad eum locum, unde venerit, revertatur.*

234. ADJUNXIT GEMINAS.] Triplex Anima, ſecundum PLatonicos, quarum genus erat & ſcita ubiq; ſpirat hic ſcriptor. Commentaria auctoris Interpretum, diſcipulorum, vbiq; ſunt obvia. Philo de Confuſ. Ling.

τριμεροῦς ἡμῶν τῆς ψυχῆς ὑπαρχούσης, τὸ μὲν νοῦς καὶ λόγος, τὸ δὲ θυμός, τὸ δὲ ἐπιθυμία κεκληρῶσθαι λέγεται.

Joannes Damaſcenus, Libro de Hæreſibus: *Platonici Deum materiem ponebant & ſpeciem: ex quibus hæc conſtarent omnia. Ortum habuiſſe mundum, numquam autem interiturum Animum verò & ortu carere, & immortalem & divinum eſſe. Ejus partes tres. Vnam quæ Rationis eſſet particeps, alteram eam in qua irarum ardor exiſteret, Tertiam eam quæ voluptate aleretur.* Viſe cæteros. Diſparitatem hanc videntes alij Prometheum excuſatum venerunt. Virtutum & Gaudiorum ei conditionem apud Am-

Animam relinquentes, ſuperveniſſe deinde alium, qui errores noxias accuderit. Vide Pindarum Olympionicon. VIII. Alij alia nugarum Commentaria fecerunt.

235. LAPSÆ.] Obeuntes, in nihilum redactæ. Cadavera pariter à cadendo dicta ſupra jam, & alibi pluribus, notavimus.

235. BUSTOQUE SUPERSTES EVOLAT.] Hæc nugonum tradita doctrina, non cum moreretur homo, animam ſurſum evolare, ſed cum membra comburerentur, tum cœleſtia repetere, ſedesve alioquin ſuas. Lucanus, lib. IX. de Pompejo.

> *Proſiluit buſto, ſemeſaque membra relinquens.*
> *Degeneremque rogum, ſequitur convexa Tonantis.*

235. CAPITIS FUNDAVIT IN ARCE.] *Caput*, Principium humani Corporis. Auctor Libri non inepti, qui ſpeculum Medicorũ inſcribitur. In quo cerebrum, ſedẽ Animæ rationalis, poſuit opifex Deus Heſychius, lib. V. in Leviticum: In capite Sapientiæ eſt organum, quod & cerebrum dicitur, vnde & caput honorabilius omni eſt corpore. PLatonicorum ſententia. Alcinous, cap. XVII.

οἱ δὲ θεοὶ ἔπλασαν μὲν προηγουμένως τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς καὶ πυρός, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, μοίρας τινὰς δανειζόμενοι εἰς ἀπόδοσιν συνθέντες δὲ ἀοράτοις γομφοῖς ἓν τι σῶμα, ἐργασάμενοι, τῆς καταπεμφθείσης ψυχῆς τὸ κύριον ἐνέδησαν εἰς τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἀκρόπολιν ὑποθέντες τὸν ἐγκέφαλον, περὶ δὲ τὸ πρόσωπον ἔθεσαν τὰ τῶν αἰσθητηρίων ὄργανα, ὑπηρεσίαν ἐκπλέσαντα τὴν προσήκουσαν.

Vide quæ ibi compendio larius deducũtur. Tertullianum de Anima, & Caſſiodorum, cap. XV. Ciceronem. I. Tuſculan. Arcem hinc capitis noſter eleganter vocat, vt ἀκρόπολιν Iſidor. Peluſiota, lib. I. Epiſt. CCCCLXXIX. ubi Temulentiæ iracundiam comparat:

ἀμφοτέρων τοιγαροῦν ἀποσχώμεθα, οὔτε ποτῷ, οὔτε θυμῷ πολιορκοῦντες τὴν τοῦ νοὸς ἀκρόπολιν. Philo de Somnijs, ubi de Sede Animæ. οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἐν ἡμῖν ἀνιερώσαντες αὐτῷ τὴν κεφαλὴν, περὶ ἣν καὶ αἱ αἰσθήσεις λοχῶσιν, εἰκὸς εἶναι νομίσαντες ἐγγὺς οἷα μεγάλου βασιλέως ἐφεδρεύειν δορυφόρους.

Alcimus Avitus, lib I.

> *Dehinc arcem capitis ſublimi in vertice ſignat,*
> *Septiforem vultum Rationis ſenſibus aptans,*
> *Olfactu, auditu, viſu, guſtuque, potentem.*

Minutius Felix, Octavio: *Oculi in ſummo, velut in ſpecula, conſtituti, & omnes cæteri ſenſus quaſi in Arce diſpoſiti.* Quæ ſumta puto ex Ciceronis lib II. de Natura Deorum. Sammonicus Serenus, cap. XIV.

> *Summa boni eſt alacres homini contingere viſus,*
> *Quos, quaſi cuſtodes, defenſoresque pericli,*
> *Proſpiciens ſumma, Natura, locavit in arce.*

Iſidorus, Orig. lib. XXIII. *Ornatus ipſe proprie ſic eſt ut concumulatus in verticem ipſam capitis ſui arcem ambitu trinium tegat.* Sic Sapientiam hominis in capite habitare, alluſione nominis Imperatorij, dicit Corippus, lib. II.

> *Nos ſumus ergo caput ſolidati corporis hujus,*
> *Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors,*
> *Qua mihi commiſſum pariter regat inclutum mundum,*
> *Sede ſedens ſumma.*

Et eam inde exercens ſenſus, quod eleganter admodum carmine, modo prolato, extulit Alcimus Avitus. Fulgentius, Quæſtion. III ad Ferrandum Diaconum. *In capite, quod eſt Chriſtus, omnis plenitudo divinitatis. Nam &*

in noſtro Corpore ineſt ſenſus ſingulis membris, ſed non tantus, quantus in capite, ubi prorſus omnis eſt Quinquepartitus. Ibi enim eſt viſus & auditus, olfactus & guſtus, & tactus. &c. Scitè idem Alcimus Septiforem vultum nuncupavit ex Hippocrate, ut memorat Chalcidius in PLatonis Timæum. *Hippocrates,* ait, *cum ſæpe aliàs in plerisq; libris ſuis, tum in his evidenter, quos de Hebdomadibus inſtituit dinumerat quoque ſenſuum omnium, qui in capite ſunt, ſeptem meatus, oculorum, aurium, narium, atque oris.*

237. MANDATRICEM OPERUM.] Rationalem animam τὸ ἡγεμονικὸν Ducem, Aurigam, Imperatricem hominis PLatonici aliiq; Philoſophi ubiq; definiunt, faciunt, cõmendant. Aurigam aliquando velut currui cuipiam equisve imponentes. Juvat adſcribere Myſtagogi PLatonicæ doctrinæ, Alcinoi, ſenſum, ex cap. XXIII. pulcrè his congruentem. *Animam hominis immortalem à primo accipientes Deo, Dii, mortalium generum conditores, partes illi duas mortales adjecerunt. Verum ne vis animæ immortalis atque divina, deliciis inficeretur mortalibus, in ipſa corporis arce ſedẽ ejus, utpotè Principis omnium ſtatuerunt. Illi porrò, domicilii loco; caput adſignarunt, quod eamdem cum hoc univerſo figuram habet. Reliquum verò hominem huic ad miniſteriũ, quaſi vehiculum, ſubjecerunt. Quin & duabus partibus mortalium, propria ſingulis, ſedes dederũt; Iracundiæ quippè in corde; Cupidini verò Locum medium inter umbilicum atq; diaphragma: ibiq; vim eam, veluti furioſum quodam & agreſte animal, ligaverunt. Pulmonem machinati ſunt Gratia cordis, mollem atq; exſanguem, fiſtuloſum præterea, ſpongiæque ſimilem, ut cor, iræ ardore nonnunquam exæſtuans illa velut refrigeratione recrearetur. Iecur autem ad excitandam concupiſcentiam Animæ, rurſusque ad ſedandam eamdem dulcedinis ſimul & amaritudinis particeps eſt.* Penè ad verbum iſta ſecutus eſt Claudianus.

237. LABORI.] Quo vita Humana conſtat, quiq; ipſam vitam valet. Vita enim Labor perpetuus. Eucherius ad Valerianum: *Abrumpatur illa interminabilis ſecularium negotiorum catena, & ille de neceſſitatibus multis unus per totam vitam Labor.* Vide ad priorem in Eutropium.

239. DIGNA STATIONE.] Ut pareant ſcilicet, Loco ipſo admonente. Statio, ſedes Ordinaria, atq; aſſignata, cuique peculiariter. Manilius, de Aſtris, lib. IV.

Implerumque ſuos, certa ſtatione, Labores.

Petronius de Luxu Romano.

Expelluntur aquæ ſaxis, mare naſcitur arvis,
Terra mutata rerum ſtatione rebellant.

240. OPIFEX.] Prometheum ſive Providentiam dixit. Fulgentius verbis adſcriptis.

Ἀνθρωποποιὸς Tatiano. καὶ τὸν ἀνθρωποποιὸν Προμηθέα καταφαγὼν ἀετὸς πιπίμνηται.

Quoniam verò è luto feciſſe creditus, Lutum appellatur univerſum ejus Opificium. Callimachus.

Ἦν κεῖνος ἐνιαυτός, ᾧ πολὺ πλη-
νόν·
Καὶ τὴν θαλάσσῃ, καὶ τὸ πετράπουν
οὕτως
Ἐφθέγγ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμήθειος.

Lucianus opitulatam ſcribit architectanti Minervam:

καὶ τὸ μὲν ὅλον, Ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν, συνειργάζετο δέ τι ἡ Ἀθηνᾶ, ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα.

241. IRAM SANGUINEI REGIO SUB PECTORE CORDIS PROTEGIT.] Sanguineum cor, quia fons Sanguinis. Plinius, lib. XI. cap. XXXVII. *Cor prima intra ſe domicilia animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino.*

gemino. Ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga decurrunt, ſparſaq; ramorum ſerie per alias minores, omnibus membris vitalem ſanguinem rigant. Ariſtoteles, de Partibus, lib. III. cap. IV.

δῆλον ὅτι ἀρχὴ τῶν φλεβῶν ἐστὶ καὶ μέριον ἡ καρδία, καὶ τοῦτ' εὐλόγως. Μέσον γὰρ τὸ τῆς καρδίας ἐστὶ σῶμα πυκνὸν καὶ κοῖλον πεφυκός. ἔτι δὲ πλῆρες αἵματος, ὡς τῶν φλεβῶν ἐντεῦθεν ἠργμένων. πυκνὸν πρὸς τὸ φυλάσσειν τὴν ἀρχὴν τῆς θερμότητος. ἐν ταύτῃ γὰρ μόνῃ τῶν σπλάγχνων, καὶ τοῦ σώματος αἷμα ἄνευ φλεβῶν ἐστι. τῶν δὲ ἄλλων μορίων ἕκαστον ἐν ταῖς φλεψὶν ἔχει τὸ αἷμα, καὶ τοῦτο εὐλόγως, ἐκ τῆς καρδίας γὰρ ἐποχετεύεται εἰς τὰς φλέβας.

Vide & Theodoretum Serm. III. De Providentia. Duo receptacula in corde, Spiritus alterum, alterum Sanguinis, agnoſcit Theophilus Protoſpatarius lib. III.

SUB PECTORE.] Pectus, domicilium, habitatio, cordis. Vide eumdem Theophilum initio modo laudati Libri. Rufum Epheſium, lib. II. cap VIII. & IX, Galenum, ejusq; Librorum Exegetas. ἕζα πόντος.

IRAM.] Ejus ſedes in pectoris intimo, Corde. Petronius Arbiter: *in Pectoribus ira conſidit.* Accius Achille *Ne dum cum fervit pectus iracundia*, Papin. lib. 2. Th. v. 410. Ignea corda fremunt. Auctor celebrium Dogmatum de Anima.

ὥστε τῶν σωμάτων ἀχώριστοι. ἔτι μὴν καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία. κινεῖ γὰρ ὁ μὲν τὸ περικάρδιον αἷμα, ἡ δὲ τὸ ἧπαρ. τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε διατίθησιν. Idem non multo poſt. ὅτι γὰρ καὶ μέχρι τούτου τοῦ σώματος ἐλλάμψεις φοιτῶσι, τῆς ἀλόγου ζωῆς, δῆλον, ὁ μὲν γὰρ θυμὸς κινεῖ τὸ περικάρδιον αἷμα, καὶ ζέσιν τινὰ αὐτοῦ ποιεῖ. Baſilius: Θυμός ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, ἐξ ἀναθυμιάσεως τῶν χυμῶν συνιστάμενος. Ὀργὴ δὲ ἐστὶν ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. Philo de Migratione Abrahæ. περὶ μὲν γὰρ τὰ στέρνα ὁ θυμός, τὸ δὲ ἐπιθυμίας εἶδος ἐν κοιλίᾳ. Cor hominis τὸ θυμικὸν iraſci potentem facultatem, vocat Iſidorus Peluſiota lib. IX Ep. CXXV. Vide Baſilij Homiliam de Ira. Noti auctores talia profeſſi, nec exiguntur hic Phyſicorum doctrinæ. *Iracundia hinc inflammari cor perhibetur. Et mille talia*, Cum alioquin Sapientiam in ſanguine qui circa cor eſt, intellectumq; ipſum poſitum teſtentur veteres. Empedocles:

Αἵματος ἐν πελάγεσσι τετραμμένη ἀντιθρῶντος,
Τῇ τε νόημα μάλιστα κικλήσκεται ἀνθρώποισιν,
Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.

Seneca, lib. II. de Ira, cap. XIX. *Volunt quidam ex noſtris iram in pectore moveri, efferviſcente circa cor ſanguine.* Vide inibi additas rationes. Quod de Sapientia dixi, alijs ſcitum Animam item hominis corde verſari. Mercurius Triſmegiſtus in Libro Sacro:

ἐπειδὴ καὶ ἐν τῷ μέσῳ τῆς γῆς ἡ τῶν προγόνων ἡμῖν ἱερωτάτη χώρα, τὸ δὲ μέσον τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος μόνης τῆς καρδίας ἐστὶ σηκός. τῆς δὲ ψυχῆς, ὁρμητήριόν ἐστιν ἡ καρδία.

Eleganter B. Chryſoſtomus Excerptis Sermonis in Suſannam:

ἔστι γὰρ ἡ ψυχὴ καθάπερ παρθένος, ἐν θαλάμῳ τινὶ, ἐν μέσῃ τῇ καρδίᾳ ἡσυχάζουσα, καὶ ὑπὸ τῶν πέντε αἰσθήσεων, ὥσπερ ὑπό τινων θεραπαινίδων δορυφορουμένη, ποίων, ὁράσεως, γεύσεως, ὀσφρήσεως, ἀκοῆς, ἁφῆς, &c.

Cujus generis infinita notari poſſint.

243. AVIDAMQUE NOCENDI] Huc

Huc enim properat animus commotus. Cicero primo Offic. *Proprium eſt irati cupere, à quo læſus videatur, ei quam maximum dolorem inurere.* Vide Senecam, & Collectanea Stobæi. Præ cæteris Nazianzenum Jambo. XXI.

243. RABIE SUCCENSA TUMESCIT.] Pectoris illa regio inflammatur iracundia, effervificit quaſi, & ebullit, venis ipſis toto corpore incenſis. Ovidius. III. Artis.

Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,
Lumina Gorgoneo ſævius angue micant.

Perſius Sat. III. *Nunc face ſuppoſita ferveſcit ſanguis.*

B Baſilius: οὔτε γὰρ ξίφους ἀκμή, οὔτε πῦρ, οὔτε ἄλλο τι τῶν φοβερῶν ἱκανὸν τὴν ὑπὸ ὀργῆς ἐκμανεῖσαν ψυχὴν ἐπισχεῖν. οὐ μᾶλλόν γε ἢ τοὺς ὑπὸ δαιμόνων κατασχεθέντας. ὧν οὐδὲν οὔτε κατὰ τῆς ψυχῆς διάθεσιν οἱ ὀργιζόμενοι διαφέρουσι. ὀρεγόμενοι γὰρ τῆς ἀντιλυπήσεως περιζεῖ μὲν τὴν καρδίαν τὸ αἷμα ὥσπερ βίᾳ πυρὸς κυμαινόμενον καὶ παφλάζον.

244. CONTRAHITUR TEPEFACTA METU.] Uti effert in calores nimios & præcipites ira, ita metus contrahit animum, ut veluti frigore quopiam perculſus, non poſſit officio ſuo fungi: Junctis his, commoderatisq;, fit æquabilitas, nec tumido nec rigido exceſſu. Gregorius Thaumaturgus, Chariſterio Origenis: *Ex Contemplatione motionum animi, & cognitione eorumdem, componi mens noſtra ſolet, ut ad rectum moderatumque ſtatum ex confuſo transferatur: Ut tamquam in ſpeculo ipſam intuens, initia ipſa, fibrasq; malorum, quodque à Ratione ei alienum ineſt, unde abſurda in nobis affictiones ac perturbationes exſurgunt; & rurſum quæ Rationis compos pars ejus eſt optima, qua dominante illæſa & perturbationis expers ipſa permanet: Deinde hæc ipſe accuratè conſiderans, omnia quidem illa, quæ ex deteriore naſcuntur, & nos vel effundunt per intemperantiam, vel contrahunt & coarctant per animi Dejectionem, ut Voluptates, Cupiditates, aut mœrores & timores; quæq; ab his malorum generibus turba ſuboritur; hæc, inquam, rejiciat ac profliget.* Hæc contractio vigoris ingenitii, ne in Sapientum quem caderet, cavebatur; itaq; laudantur, illi hujus experies, quod ſentit & noſter Vates. Porphyrius. Compendio vitæ Pythagoræ:

ἦν τε ψυχῇ τὸ ὅμοιον, ἦθος ἀεὶ διὰ τῆς ὄψεως παρεδήλου. οὔτε γὰρ ὑφ' ἡδονῆς διεχεῖτο πλέον, οὔθ' ὑπ' ἀνίας συνεστέλλετο, οὐδ' ἐπίδηλος ἦν χαρᾷ ἢ λύπῃ κάτοχος· ἀλλ' οὐδὲ γελάσαντος ἢ κλαύσαντά τις ποτ' ἐκεῖνον ἐθεάσατο.

Contractio quidem animi omnis ejus dejectio. Evagrius Monachus, Libro de VIII. vitijs: Miſera anima quo magis in priores cogitationes diffuſa eſt, hoc etiam magis in ſecundis contrahitur ac dejicitur. Athanaſius, vita Antonij.

τῆς δὲ ψυχῆς πάλιν καθαρὸν τὸ ἦθος. οὔτε γὰρ ὡς ἀπὸ ἀνίας συνεσταλμένον ἦν, οὔθ' ὑφ' ἡδονῆς διακεχυμένον, οὔτε ὑπὸ γέλωτος, ἢ κατηφείας συνεχόμενον.

CONTRAHITUR.] Frigore velut. Arnobius lib. VII. Quod enim voluptate diſſolvitur contraria neceſſe eſt triſtitia contrahatur.

245. RABIE SUCCENSA.] Ira enim furor eſt; immo furore atrocior, ſi fides Breni ſententiæ apud Stobæum. Sermone. XX.:

πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψεν,
Κρυπτόμενον, μανίας πολὺ χείρότερον.

Quam plurimi inſaniæ component. Pulcrè Leucipp. ſive Achilles Tacitus:

ἡ ὀρ-

ἡ ὀργὴ περιυλακτοῦσα τὴν καρδίαν ἐπηλίζει τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀφρῷ. Oecumenius in capite I. Epiſtol. Jacobi: οἱ ὀργιζόμενοι εὐθέως καὶ τὴν ἀποβαλλομένην ἐκ τῆς ὀργῆς ἐπάγει μανίαν.

Philemon Comicus. Μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζόμεθα. Cato apud eundem Stobæum. τὸν ὀργιζόμενον νόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. Arnobius lib.I. *Quid aliud eſt iraſci, quam inſanire, quam furere?* Hinc rabies pro Ira, Nonnus, cap.XVI. Joannis.

> Καὶ τὰ μὲν οἰδηθέντες ἀμέρσινόῳ
> λυσσῇ λύσσης.
>
> Δυσσεβέες, πελέσουσιν ἐς ἡμέας

Oroſius lib. III. cap. XVII. Frontinus, Curtius lib. IV. *Ira deinde vertit in rabiem.* Sic enim legendum ex MS. Scheda. Non *iram*. Vertendi enim verbo ſic ſolentes utuntur Scriptores. Rutilius Lupus. lib II. *Quum ab ea ſententia, quam propoſuimus, vertimus ad aliam.* Priſcianus, Periegeſi.

> *Marmaridæ poſt hos Aegypti ad flumina vertunt.*

De Ira, inſaniæ parte, vide Ciceronem Quarta Tuſculan. Menandrum. Neophronem, Apollonium Philoſophum, Epictetum, Ariſtotelem, PLutarchum, apud Stobæum dicto Sermone. Antoninum Imp. Lib. VII. Porphyrium. Quæſtion. XVI. in Homerum. Sidonium Panegyr. Major. Nilum ſententiis. Apollonium Rhodium, Argon. III. Quintum Smyrnæum lib. V. Homerum Iliad IX Senecam, Lib. I. & alibi, de Ira. Hinc Chriſtianis omnino hac interdicitur, fortiore ejus victore nuncupato, quam qui Civitatem ſuperet. Radulphus Ardens, Homil. XLIV. in Evangel. *Apud Chriſtianos, non qui fortiter percutit fortis eſt, ſed qui fortiter cedit, fortis eſt. Fortior enim eſt, teſte Salomone, qui iram, quam qui vincit civitatem.* Vide & Maximi atque Antonii Collectanea Sententiarum. Notus Gregorij Nazianzeni Jambus:

> Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν, ἔξω πέσῃς.

Præcipitem, quod vocat Claudianus pulcrè deducit Dionyſius Alexandrinus, cum ait: Θυμῷ μάλιστα δεῖ κυβερνήτῃ χρῆσθαι, καταλειφθεὶς γὰρ ἀκυβέρνητος, ἄνω καὶ κάτω κυκώμενος ὑπὸ σάλου καὶ κλύδωνος, τὴν ψυχὴν ὅλην, καθάπερ ἀσχημάτιστον σκάφος, ἀνατρέψει, συναναστρέψει καὶ τὸ σῶμα. Hugo apud SemiLatinos pulcrè dixit: Iram eſſe ſubitam animi Tempeſtatem, quæ dum inordinatè ſe concutiat, cor hominis extra ipſum protrahat in inſaniam.

245. TUMESCIT.] Extra ſe effertur, quod pulcrè fermento ſuo præfiguravit Plautus. Minutius Felix: *Vt averteretur imminens ira, aut, ut, jam tumens atque ſæviens, placaretur.* Papinius *ſermonibus ira Intumuēre.*

245. CONTRAHITUR.] Areſcit quaſi, & corrugatur. Arnobius Lib VII. *Contrahitur triſtitia, quod ſolvitur voluptate.*

245. TEPEFACTA.] Ex fervore relangueſcens, eumque exſpirans. Metus enim frigore quodam velut ſtupefactos mortales contrahere ſolet; Vnde frigidus perhibetur. Varro, lib. IV. de L. L. *Metuo, mentem quodam modo motam amoveo, ſic, quod frigidus Timor eſt, tremuiſti, hoc eſt timuiſti. Frigens metus Cypriano*, Paulino gelidus, Poetis Chriſtianis. Tryphiodorus, Excidio Ilii:

> μή τ' ἄλλο φόβου νέφος οἷά τε νυκτός.
>
> Ανθρώπειαι φρένες εἶν ἐλαφροῦ δείματα θυμοῦ.

Cum animæ nimirum perculſæ contrahuntur & horrent. Xenophon. Pæd. III.

πάντων τῶν δεινῶν φόβος μάλιστα καταπλήττει τὰς ψυχάς. In noſtro Libro: ut & aliis nonnullis, eſt *Stupefacta* Nihil mutamus.

246. CUMQUE OMNIA SECUM DUCERET.] Effiæn is iracundia, fluctibus comparata modo ab Dionyſio Alexandrino. Evagrius id genus malo obnoxium hominem

navi à Dæmonio raptæ comparat. θυμὸν ἀλόγως κινῶν ἔοικε πυλοπορευσῃ νηὶ, ἢ ἐχούσῃ δαίμονα κυβερνήτην.

Et Cyrillus Beſtiâ omni pejorem tyrannum Iram facit.

ποῖον οὕτω θηρίον ὠμὸν ἢ ἀνήμερον, ὡς ὀργίλος ἀνὴρ ἀκράτῳ θυμῷ τυραννούμενος; Et Ariſtotelis ſententia eſt nobilis: ὁ θυμός ἐστι, πάθος θηριῶδες μὲν τῇ διαθέσει, συνεχὲς τῇ θλίψει, σκληρὸν τε καὶ βίαιον τῇ δυνάμει, φόνου αἴτιον, συμφορᾶς σύμμαχον, βλάβης συνεργὸν καὶ ἀτιμίας, καὶ χρημάτων ἀπώλεια, ἔτι δὲ καὶ φθορᾶς ἀρχηγόν.

Claudianus Tempeſtatem facit, torrentem ve, omnia rapientem ſecum, ſuoq; impetu peſſumdantem. Pariter Beatus Baſilius:

ὥσπερ αἱ χαράδραι πρὸς τὰ κοῖλα ῥέουσαι, τὸ περιτυχὸν συμπαρασύρουσιν, οὕτως αἱ τῶν ὀργιζομένων ὁρμαὶ, βίαιοι καὶ δυσκάθεκτοι, καὶ διὰ πάντων χωροῦσιν ὁμοίως. Et Cyrillus in Gnomologia Maximi & Antonii, quorum operam peſſimè Editiones nuperæ confuderunt. Remedia adverſus hoc monſtrum ſuppeditat Antiochi Abbatis Homilia. XXV. PLatonici Belluam excordem & inhumanam in ira hominis agnoverunt. Vide Alcinoum verbis ſupra laudatis. Quod SECVM dicit, declarat Philo lib. de Migratione Abrahami, hominem affectibus obnoxium animam non aliter cum corpore perdere dicens, quam male navigantes Gubernator nautæque cum vectoribus pereant.

247. INVENIT PVLMONIS OPEM.] Cordi refrigerando, calorique cohibendo. Theophilus Protoſpatharius lib. III. de Fabrica Hominis:

αἴρομαι ἀπὸ τῆς καρδίας, καθ' ὃ καὶ ῥίζα καὶ πηγὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας αὕτη καθέστηκε, διὰ τῶν ἀρτηριῶν τε ταύτην τὴν θερμασίαν καθ' ὅλον τὸ σῶμα ἐκπέμπουσα, ζωογονεῖ πάντα αὐτοῦ τὰ μόρια, διὰ τὴν καρδίαν γὰρ καὶ τὰ λοιπὰ ἀναπνευστικὰ ὄργανα γέγονεν, ὅπως τὸ ἐν αὐτῇ ἔμφυτον θερμὸν καταψύχηται, καὶ αὔξῃ, καὶ τρέφηται, διὰ τούτων οὖν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἡμῶν πρόνοια πνεύμονα κατασκευάζειν, ἵνα δι' αὐτοῦ ἑλκόμενος ὁ ἔξωθεν ἀὴρ, πέμπηται πρὸς τὴν καρδίαν, ψύχων τὸ ἐν αὐτῇ θερμὸν, καὶ τρέφων, καὶ αὔξων:

Vide & Rufum Epheſium, lib. II. cap. V. Ariſtotelem, lib. III. de Partibus, cap. VI. Adſcribam nunc PLatonis verba, quæ toto hoc commate, immò integra pagina, Claudianus expreſſit, de Timæo, quæ tranſiit eodem fere Tempore divinum librũ interpretans, Chalcidius Philoſophus Chriſtianus:

ἀλλὰ πάντα ταῦτα πρῶτον διεκόσμησεν, ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῶον ἓν, ζῶα ἔχον τὰ πάντα ἐν αὑτῷ θνητά τε ἀθάνατά τε, καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίνεται δημιουργὸς, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν, οἱ δὲ, μιμούμενοι, παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτῇ περιετόρνευσαν, ὄχημά τε ἅπαν τὸ σῶμα ἔδοσαν, ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ θνητὸν, δεινὰ, καὶ ἀναγκαῖα ἐν αὐτῷ παθήματα ἔχον, πρῶτον μὲν ἡδονὴν, μέγιστον κακῶν δέλεαρ. ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγάς, ἔτι δ' αὖ θάρρος, καὶ φόβον, ἄφρονε ξυμβούλω, θυμὸν δὲ δυσπαραμύθητον, ἐλπίδα δ' εὐπαράγωγον αἰσθήσει τε ἀλόγῳ, καὶ ἐπιχειρητῇ παντὸς ἔρωτι, ξυγκερασάμενοι ταῦτα, ἀναγκαίως τὸ θνητὸν γένος ξυνέθεσαν, καὶ διὰ ταῦτα δὴ σεβόμενοι μιαίνειν τὸ θεῖον, ὅτι μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη, χωρὶς ἐκείνου κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἴκησιν τὸ θνητὸν, ἰσθμὸν καὶ ὅ-

ρον

…ον διοικοδομήσαντες τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους, τὸν αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς. Ἐν δὴ τοῖς στήθεσι, καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι, τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν γένος ἐνέδουν, καὶ ἐπειδὰν τὸ μὲν, ἄμεινον, αὐτῆς, τὸ δὲ χεῖρον πέφυκε, διοικοδομοῦσι τοῦ θώρακος αὖ τὸ κύτος, διορίζοντες οἷον γυναικῶν τὴν δὲ ἀνδρῶν, χωρὶς οἴκησιν, τὰς φρένας διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες, τὸ μετέχον οὖν τῆς ψυχῆς ἀνδρείας, καὶ θυμοῦ, φιλόνεικον ὄν, κατῴκισαν ἐγγυτέρω τῆς κεφαλῆς, μεταξὺ τῶν φρενῶν τε καὶ αὐχένος, ἵνα τοῦ λόγου κατήκοον ὄν, κοινῇ μετ' ἐκείνου, βίᾳ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλοι. τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἅμα τῶν φλεβῶν, καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη, σφοδρῶς αἵματος, εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησαν, ἵνα ὅτε ζέσειε τὸ τοῦ θυμοῦ γένος, τοῦ λόγου παραγγείλαντος, εἴ τις ἄδικος περὶ αὐτὰ γίγνεται πρᾶξις ἔξωθεν, ἢ καί τις ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἐπιθυμιῶν, ὀξέως διὰ πάντων τῶν στενωπῶν, πᾶν, ὅσον αἰσθητὸν ἐν τῷ σώματι, τῶν τε παρακελεύσεων, καὶ ἀπειλῶν αἰσθανόμενον γίγνοιτο ἐπήκοον, καὶ ἕποιτο πάντῃ, καὶ τὸ βέλτιστον οὕτως ἐν αὐτοῖς πᾶσιν ἡγεμονεῖν ἐῴη, τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει, προγιγνώσκοντες ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυμουμένων, ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι, τὴν τοῦ πνεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν, πρῶτον μὲν μαλακὴν καὶ ἄναιμον, εἶτα σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν οἷον σπόγγου κατατετρημένας, ἵνα τό, τε πνεῦμα καὶ τὸ πόμα δεχομένη ψύχουσα, ἀναπνοὴν καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι, διὸ τὰς ἀρτηρίας, ὀχετοὺς ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἔτεμον, καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐτὸν περιέστησαν, οἷον ἅλμα μαλακόν, ἵνα ὁ θυμὸς, ἡνίκα ἐν αὐτῇ ἀκμάζῃ, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον, καὶ ἀναψυχομένη, πονοῦσα ἧττον, μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρετεῖν, τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ ὅσων ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἔχει φύσιν, τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι, καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα, ὡς θρέμμα ἄγριον, τρέφειν δὲ δὴ ξυνημμένον ἀναγκαῖον, εἴπερ τι μέλλοι ποτὲ θνητὸν ἔσεσθαι γένος, ἵν' οὖν ἀεὶ νεμόμενον πρὸς φάτνῃ, καὶ ὅτι ποῤῥωτάτω τοῦ βουλευομένου κατοικοῦν, θόρυβον καὶ βοὴν ὡς ἐλαχίστην παρέχον, τὸ κράτιστον καθ' ἡσυχίαν περὶ τοῦ πᾶσι κοινῇ ξυνδιαφέροντος ἐῷ βουλεύεσθαι, καὶ διὰ ταῦτ' ἐνταῦθα ἔδοσαν αὐτῷ τὴν τάξιν. Εἰδότες δὲ αὐτὸ ὡς λόγου μὲν οὔτε ξυνήσειν ἔμελλεν, εἴτε πῃ καὶ μεταλαμβάνοι τινὸς αὐτῶν αἰσθήσεων, οὐκ ἔμφυτον αὐτῷ τὸ μέλειν τινῶν ἔσοιτο λόγων, ὑπὸ δὲ εἰδώλων καὶ φαντασμάτων νυκτός τε καὶ μεθ' ἡμέραν μάλιστα ψυχαγωγήσοιτο, τούτῳ δὴ θεὸς ἐπιβουλεύσας αὐτῷ τὴν τοῦ ἥπατος ἰδέαν ξυνέστησε, καὶ ἔθηκεν εἰς τὴν ἐκείνου κατοίκησιν, πυκνὸν, καὶ λεῖον, καὶ λαμπρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρότητα ἔχον, μηχανησάμενος.

Hæc Socrates Platonicus, quæ, unde aptiſſimam hanc, ad domandos affectus, & ſecundum Rationem Regalem vitam inſtituendam, exhortationem, hauſerit Vates, oſtendunt ex ejus nimirum viri myſteriis, quo humana ope divinis nemo propior venit.

πυρετὸς ἐςὶ κίνημα αἵματος, παρεμπτωτικὸς εἰς τὰ τοῦ πνεύματος ἀγγεῖα. προαιρέτως γινόμενον. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ὅταν μηδὲν αὐτὴν κινῇ, ἠρεμεῖ· ἀνέμου δὲ ἐμπνέοντος βιαίου, παρὰ φύσιν, ἐξ ὅλης κυκλεῖται, οὕτω καὶ ἐν τῷ σώματι, ὅταν κινηθῇ τὸ αἷμα, τότε ἐμπίπλει μὲν εἰς τὰ ἀγγεῖα. &c. Ariſtænetus, libro I. Epiſt. XXVII. παρὰ μὲν προπαίδων, ἐπαγρυπνῶν, μόνου δὲ κυδωνιζόμενος ἐκ τοῦ πόθου.

Pulcrè Radulfus Ardens Homil. CIX. in Evangel. *Sicut motus maris vel aeris diſturbat tranquillitatem & ſerenitatem, & generat tempeſtatem. ſic ira turbat quietem mentis, & parit perturbationem & furorem.* Sic Nonnus lib. XLVIII. Licentius Carmine ad Auguſtinum. Sophocles, Ajace Flagellifero, Apollonius lib. III, Arg. Virgilius. IV. Lucretius VI. Boethius de Conſ lib I. Carm. VII. Euſthatius de Iſmene & Iſmenia. VI. &c.

228. DISCE ORBIS.] Mora hic vetus Lectoribus. Olim nobis viſum.

Diſce, Orbis, quid quisque ſibi.

Ut mundum humanum alloquatur Imperator. Sed Fruſtra, cum ſermo domeſticus ad Filium nihil tale admittat. Docti alij ORbem, μικρόκοσμον intelligunt. Id quidem non abſurdè, at connexio hic nulla; nec cum de Prometheo ſequatur, illa mentio huc congrua. Quomodo etiam ſibi magis, quā alteri quisq; Orbi? Partium enarratio ſequens nihil ad microcoſmum. Veriſimilior ingenioſi & docti hominis Conjectatio, Antonij Quærengi, refertur à Vincentio Contareno cap. XXX. Variarum Lectionum. *Diſce Orbi, quod quisq; ſibi.* Sed nec ea rem tangit; cum immanis ſit à prius traditis huc ſaltus, ut Honorius Mundi bono dicatur, diſcere debere, quod cæterorum homo quilibet ſibi. Et quid adhæc cætera Imperia quorum Parthicum jam ante nominavit? Veritatem tandem eruderatam dediſſe arbitror Franciſcum Sizzum, Hominem Sanctonem, conjectura de litteris benè meritum; qua veterem hunc nævum hinc expulit, legendo:

longis illuc ambagibus itur
Diſcordis quod quisq; ſibi.

Quam ſcripturam veram eſſe vociferantur omnia & præcedentia & ſequentia, Resq; ipſa, ad quam nihil commodius fieri poteſt. Ambages enim inde oriuntur iſte quod partibus diſſitis atq; diſparibus conſtet homo, Rationi obluctantibus affectibus, Animæ Mentique, corpore & ejus neceſſitatibus, ſenſibusque. Scripſiſſe tamen Claudianum exiſtimo, *Diſcordes quod quisq; ſibi* Conſtructione turbante librariorum animos, quæ difficilis tamen non eſt. Orbem mundum, genus humanum eſſe, notavi olim. Sic Noſter in Eutropium. *geminos Soles mirari deſinat Orbis.* Manilius lib. IV. *Aethiopes maculant orbem, tenebrisque figurant Perfuſas hominum gentes.* Orbem allocutione convenire, etſi iſthic non ſit aptum. Philoſophicum tamen eſt. Et Ita Marcus Imperator τῶν εἰς ἑαυτὸν. libro IV. Notabilibus verbis, πᾶν μοι συναρμόζει, ὅ σοι εὐάρμοςόν ἐςι, ὦ κόσμε. οὐδέν μοι πρόωρον, οὐδὲ ὄψιμον, τὸ σοὶ εὔκαιρον. πᾶν μοὶ καρπὸς ὃ φέρουσιν αἱ σαὶ ὧραι, ὦ φύσι. ἐκ σοῦ πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα. ἐκεῖνος μέν φησι, πόλι φίλη κέκροπος. σὺ δὲ οὐκ ἐρεῖς ὦ πόλι φίλη Διός.

230. DISCORDIS QUOD QUISQUE SIBI.]Varijs partibus, morti obnoxijs, & immortalibus, compoſitus. Enumerātur ab hinc partes, ποιητικῶς ſimul & πλατωνικῶς ut ſolent vel in proſa oratione hujus generis Sapientum filij. De Anima ipſa, urbi comparabili, Themiſtius Orat XIV.

ποικίλον γάρ τι καὶ πολυσχιδὲς χρῆμα ἡ ψυχή. ὥσπερ ἡ πόλις. καὶ ἔνι μὲν βασιλικὸν ἐν αὐτῇ, ἔνι δ' αὖ θυμοειδὲς, καὶ μαχητικὸν. ἔνι δὲ καὶ δῆμος πολὺς, ὁ μὲν χρηματιστής, ὁ δὲ ἀργὸς, καὶ φιλήδονος. &c.

De Vario contextu hominis, item animæ partu

artibus, evolve Plutarchũ περὶ ἀρεσκόντων. Eclogas Phyſicas Joannis Stobæi, Aeneam Gazæum, Zachariam Scholaſticũ, Alcinoum Epitoma PLatonicarum Sanctionum, Platonem, Chalcidium, Timæo, & in hunc Græcorum Commentaria. Alios.

230. ÆTHEREIS MISCENS TERRENA.] Cœleſtibus terreſtria, Elementaria æternis. Vide Commentarium ad Prudentij Hymnum Funebrem.

230. PROMETHEUS.] Platonica Philoſophia Prometheum Providentiam autumat, Mundi gubernatricem, unde vita & Spiritus mortalibus. Vide Plotinum, ejus Inſtauratorem præcipuum. Eumdem tradunt alij primum Elementa Philoſophiæ, ejusque litteris conſignandæ reperiſſe; & inde hominis ei conditionem adſcribi. Suida.

προμηθεὺς ὃς εὗρε πρῶτος τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν περὶ οὗ λέγουσιν ὅτι ἀνθρώπους ἔπλασε.

Vide multis de ejus Opificijs Aeſchylum Prometheo. Ineptum hunc humani generis Opificem Septima poſt Moſen generatione vixiſſe, auctor eſt Clemens Alexandrinus Primo Stromatum.

231. ÆTHEREIS.] Divinæ nempè Particulam Auræ. Animam humanam ex eodem cũ Dijs dæmonibusq; cratere hauſtam ſciſcebãt Philoſophi. Hierocles in Aurea Carmina.

τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς γίνεσθαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος, τοῖς τε ἐν κοσμίοις θεοῖς, καὶ τοῖς δαίμοσιν, καὶ τοῖς ἥρωσιν ἀγαθοῖς.

Plena omnis Pythagorica, Socratica, Platonica, aliaq; ſanior Philoſophia.

231. TERRENA.] Lutum. Heſiodus materiem hominis pulverem aqua mixtum agnoſcit. Vide Clementem Strom. V. Aliorum nota ſententiæ.

232 SINCERAM MENTEM.] Animam Rationalem, Cœleſtem divinitatis compotem, quam ætherei ignis vocabulo Poetæ cenſent, cum ipſum Deum Intelligentem Ignem Theologia vetus faciat. Vide Caſſiodorum cap. X. de Anima, Notata nobis ad Galli Confeſſoris Sermonem. De Animæ ratione PLato ejuſq; Interpretes, Timæo, Ariſtoteles Opere notiſſimo. Sextus Empiricus, Plutarchus nõ uno libello, PLotinus, Tertullianus, Gregorius Thaumaturgus, Nemeſius, Auguſtinus, Aeneas Gazæus, Claudianus Mamertus, Caſſiodorus, Auctor Incertus Capitum, à Joanne Tarino editorum; Zacharias Scholaſticus, Philo de Somnijs, Hugo Eterianus, & magna vis aliorum. Nos deniq; tribus Libris.

232. FURATUS.] Priſci Sapientiæ conſulti, cum viderent tantam hominum eſſe malitiam, ut, cum omnia cætera ordine ſuo commemorarent, adq; Providentiæ velut Numam referrent lubenter obſequia ſua homo contrà nihil non cuperet ageretque origine ſua indignum, officioq; alienum, non ſinè cauſſa in hãc venere opinionem, invitis quodammodo Dijs divinam illi animam acceſſiſſe, quapropter hanc fabulam commenti videntur, Opificem primi hominis animæ ſemen igneum cœlo ſurripuiſſe. Fabellam Poeticis coloribus fucatam ita narrat Fulgentius, Mytholog. lib. II. cap. IX. *Promotheum ajunt hominem ex luto finxiſſe, quem quidem inanimatum atq; inſenſibilem fecerat. Cujus opus Minerva mirata ſpopondit ei, uti ſi quid vellet de cœleſtibus donis, ad ſuum opus adjuvandum, inquireret. Ille nihil ſe ſcire ait qua bona in cœleſtibus haberentur. ſed, ſi fieri poſſet, ſe uſque ad ſuperos elevaret, atque exinde, ſi quid ſua figulinæ congruum cerneret, melius inire oculatus arbiter præſumſiſſet. Illa inter oras ſeptemplicis clypei elatum cœlo opificem detulit, qui dum videret omnia cœleſtia flammatis agitata vigere vaporibus, clam ferulam Phœbiacis applicans rotis ignem furatus eſt, quem pectuſculo hominis applicans, animatum reddidit corpus* Sic legenda ea verba ope priſci Codicis arbitramur, quamvis paullò aliter Modiani & Commeliniani præferant. Mythologiam addit ſequentibus Fulgentibus non ineptam, modo auctorum quos nominat, verba appoſuiſſet Facinora ſua

multis

multis ipſe Promotheus jactat apud Lucianum Dialogis, Æſchylum, cognomine in vinculis Fabula. Ubi ait:

> Τἀν βροτοῖς δὲ πήματα.
> Ἀκούσαθ᾽ ὥς σφας νηπίους ὄντας τὸ πρὶν,
> Ἔννους ἔθηκα, καὶ φρενῶν ἐπηβόλους,
> Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
> Κλύοντες οὐκ ἤκουον, ἀλλ᾽ ὀνειράτων
> Ἀλίγκιοι μορφαῖσι. τὸν μακρὸν χρόνον
> Ἔφυρον εἰκῆ πάντα.
> Ἦν δ᾽ οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ,
> Οὔτ᾽ ἀνθεμώδους, ἦρος οὔτε καρπίμου
> Θέρους βέβαιον, ἀλλ᾽ ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν Ἔπρασσον.

Et concludit Longum ſermonem hoc diſticho, quo facilè liqueat cur furatus Dijs animam cœleſtem hominibus intuliſſe perhibeatur.

> Βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην λέγω
> πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.

Quod veriſſimum ſane ſi vocis ſignificationem arbitremur.

232. CLAUSTRIS INDIGNANTEM.] Carcere velut, vt nobilis ab ignobilibus mẽbris in vita contineatur. Quę doctrina ſapientum eſt. Maro, lib. VI.

> *Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.*
> *Seminibus, quantum non noxia corpora tardant*
> *Terreniq; hebetant artus, moribundaque membra.*
> *Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudẽtque, nec auras*
> *Reſpiciunt, clauſa tenebris & carcere cæco.*

Platonicorum ea doctrina nota celebriſque. Vide Nemeſium de Homine, Aeneã Gazæum Theophraſto, & quæ nos nonnulla damus lib. XLII. cap. II. Et Libro. C.XXIII. cap. V. Adverſar. Eodem ſpectant iſta Prudentij, Cachemer. X.

> *Vt, cum generoſa caducis,*
> *Ceu carcere, clauſa, ligantur*
> *Pars illa potentior exſtet*
> *Quæ germen ab æthere traxit.*

Carcer animæ, membra, apud Eumdem, Hamartigenia. Lucanus, lib. VI.

> *Adſpicit adſtantem projecti corporis umbram,*
> *Exanimes artus inviſaq; clauſtra timentem*
> *Carceris antiqui: pavet ire in pectus apertum. &c.*

Zeno Veronenſis, Sermone de Reſurrect. Mortuorum: *Præſertim cum eorundem ille ſapientiſſimus dicat, hanc eſſe mortem, cum corpore animus, tamquam carcere clauſus tenetur: Illam eſſe veram vitam, cum animus, cuſtodia carceris liberatus, ad eum locum, unde venerit, revertatur.*

234. ADJUNXIT GEMINAS.] *Triplex* Anima, ſecundum PLatonicos, quarum genus erat & ſcita ubiq; ſpirat hic ſcriptor. Commentaria auctoris Interpretum, diſcipulorum, vbiq; ſunt obvia. Philo de Confuſ. Ling.

> τριμεροῦς ἡμῶν τῆς ψυχῆς ὑπαρχούσης, τὸ μὲν νοῦς καὶ λόγος, τὸ δὲ θυμός, τὸ δὲ ἐπιθυμία κεκληρῶσθαι λέγεται.

Joannes Damaſcenus, Libro de Hæreſibus: *Platonici Deum materiem ponebant & ſpeciem: ex quibus hæc conſtarent omnia. Ortum habuiſſe mundum, numquam autem interiturum Animum verò & ortu carere, & immortalem & divinum eſſe. Ejus partes tres. Vnam quæ Rationis eſſet particeps, alteram eam in qua irarum ardor exiſteret, Tertiam eam quæ voluptate aleretur.* Viſe cæteros. Diſparitatem hanc videntes alij Prometheum excuſatum venerunt. Virtutum & Gaudiorum ei conditionem apud Am-

Animam relinquentes, ſupervenìſſe deinde alium, qui errores noxias accuderit. Vide Pindarum Olympionicon. VIII. Alij alia nugarum Commentaria fecerunt.

235. LAPSÆ.] Obeuntes, in nihilum redactæ. Cadavera pariter à cadendo dicta ſupra jam, & alibi pluribus, notavimus.

235. BUSTOQUE SUPERSTES EVOLAT.] Hæc nugonum tradita doctrina, non cum moreretur homo, animam ſurſum evolare, ſed cum membra comburerentur, tum cœleſtia repetere, ſedesve alioquin ſuas. Lucanus, lib. IX. de Pompejo.

> *Proſiluit buſto, ſemeſaque membra relinquens.*
> *Degeneremque rogum, ſequitur convexa Tonantis.*

235. CAPITIS FUNDAVIT IN ARCE.] *Caput*, Principium humani Corporis. Auctor Libri non inepti, qui ſpeculum Medicorū inſcribitur. In quo cerebrum, ſedē Animæ rationalis, poſuit opifex Deus. Heſychius, lib. V. in Leviticum: In capite Sapientiæ eſt organum, quod & cerebrum dicitur, vnde & caput honorabilius omni eſt corpore. PLatonicorum ſententia. Alcinous, cap. XVII.

οἱ δὲ θεοὶ ἔπλασαν μὲν προηγουμένως τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς καὶ πυρός, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, μοίρας τινὰς δανειζόμενοι εἰς ἀπόδοσιν· συνθέντες δὲ ἀοράτοις γόμφοις ἕν τι σῶμα, ἐργασάμενοι, τῆς καταπεμφθείσης ψυχῆς τὸ κύριον ἐνέδησαν εἰς τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἄρουραν ὑποθέντες τὸν ἐγκέφαλον, περὶ δὲ τὸ πρόσωπον ἔθεσαν τὰ τῶν αἰσθητηρίων ὄργανα, ὑπηρεσίαν ἐκπληρώσαντα τὴν προσήκουσαν.

Vide quæ ibi compendio latius deducūtur. Tertullianum de Anima, & Caſſiodorum, cap. XV. Ciceronem. I. Tuſculan. Arcem hinc capitis noſter eleganter vocat. vt ἀκρόπολιν Iſidor. Peluſiota, lib. I. Epiſt. CCCCLXXXIX. ubi Temulentiæ iracundiam comparat:

ἀμφοτέρων τοιγαροῦν ἀπεχώμεθα, οὔτε ποτῷ, οὔτε θυμῷ πολιορκοῦντες τὴν τοῦ νοὸς ἀκρόπολιν. Philo de Somnijs. ubi de Sede Animæ. οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἐν ἡμῖν ἀνιέρωσαν αὐτῷ τὴν κεφαλὴν, περὶ ἣν καὶ αἱ αἰσθήσεις λοχῶσιν, εἰκὸς εἶναι νομίζοντες ἐγγὺς οἷα μεγάλου βασιλέως ἐφεδρεύειν δορυφόρους.

Alcimus Avitus, lib I.

> *Dehinc arcem capitiſ ſublimi in vertice ſignat,*
> *Septiforem vultum Rationis ſenſibus aptans,*
> *Olfactu, auditu, viſu, guſtuque, potentem.*

Minutius Felix, Octavio: *Oculi in ſummo, velut in ſpecula, conſtituti, & omnes cæteri ſenſus quaſi in Arce diſpoſiti.* Quæ ſumta putes ex Ciceronis lib II. de Natura Deorum. Sammonicus Serenus, cap. XIV.

> *Summa boni eſt alacres homini contingere viſus,*
> *Quos, quaſi cuſtodes, defenſoresque pericli,*
> *Proſpiciens ſumma, Natura, locavit in arce.*

Iſidorus, Orig. lib. XXIII. *Ornatus ipſe proprie ſic eſt ut concumulatus in verticem ipſam capitis ſui arcem ambitu crinium tegat.* Sic Sapientiam hominis in capite habitare, alluſione nominis Imperatorij, dicit Corippus, lib. II.

> *Nos ſumus ergo caput ſolidati corporis hujus.*
> *Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors,*
> *Qua mihi commiſſum pariter regat inclitamundum,*
> *Sede ſedens ſumma.*

Et eam inde exercens ſenſus, quod eleganti admodum carmine, modo prolato, extulit Alcimus Avitus. Fulgentius, Quæſtion. III. ad Ferrandum Diaconum. *In capite, quod eſt Chriſtus, omnis plenitudo divinitatis. Nam &*

in noſtro Corpore ineſt ſenſus ſingulis membris, ſed non tantus, quantus in capite, ubi prorſus omnis eſt Quinquepartitus. Ibi enim eſt viſus & auditus, olfactus & guſtus, & tactus. &c. Scitè idem Alcimus Septiforem vultum nuncupavit ex Hippocrate, ut memorat Chalcidius in PLatonis Timæum. *Hippocrates*, ait, *cum ſæpè aliàs in plerisq; libris ſuis, tum in his evidenter, quos de Hebdomadibus inſtituit dinumerat quoque ſenſuum omnium, qui in capite ſunt, ſeptem meatus, oculorum, aurium, narium, atque oris.*

237. MANDATRICEM OPERUM.] Rationalem animam τὸ ἡγεμονικὸν Ducem, Aurigam, Imperatricem hominis PLatonici aliiq; Philoſophi ubiq; definiunt, faciunt, cõmendant. Aurigam aliquando velut currui cuipiam equisve imponentes. Juvat adſcribere Myſtagogi PLatonicę doctrinæ, Alcinoi, ſenſum, ex cap. XXIII. pulcrè his congruentem. *Animam hominis immortalem à primo accipientes Deo, Dii, mortalium generum conditores, partes illi duas mortales adjecerunt. Verum ne vis animæ immortalis atque divinæ, deliciis inficeretur mortalibus, in ipſa corporis arce ſedē ejus, utpotè Principiis omnium ſtatuerunt. Illi porrò, domicilii loco; caput adſignarunt, quod eamdem cum hoc universo figuram habet. Reliquum verò hominem huic ad miniſteriũ, quaſi vehiculum, ſubjecerunt. Quin & duabus partibus mortalium, proprias ſingulis, ſedes dederũt; Iracundiæ quippè in corde; Cupidini verò Locum medium inter umbilicum atq; diaphragma: ibiq; vim eam, veluti furioſum quodam & agreſte animal, ligaverunt. Pulmonem machinati ſunt Gratia cordis, mollem atq; exſanguem, fiſtuloſum præterea, ſpongiæque ſimilem, ut cor, iræ ardore nonnunquam exæſtuans illa velut refrigeratione recrearetur. Iecur autem ad excitandam concupiſcentiam Animæ, rurſusque ad ſedandam eamdem dulcedinis ſimul & amaritudinis particeps eſt.* Penè ad verbum iſta ſecutus eſt Claudianus.

237. LABORI.] Quo vita Humana conſtat, quiq; ipſam vitam valet. Vita enim Labor perpetuus. Eucherius ad Valerianum: *Abrumpatur illa interminabilis ſecularium negotiorum catena, & ille de neceſſitatibus multis unus per totam vitam Labor.* Vide ad priorem in Eutropium.

239. DIGNA STATIONE.] Ut pateant ſcilicet, Loco ipſo admonente. Statio, ſedes Ordinaria, atq; aſſignata, cuique peculiariter. Manilius, de Aſtris, lib. IV.

Implerunique ſuos, certa ſtatione, Labores.

Petronius de Luxu Romano.

Expelluntur aquæ ſaxis, mare naſcitur arvis,
Terra mutata rerum ſtatione rebellant.

240. OPIFEX.] Prometheum ſive Providentiam dixit. Fulgentius verbis adſcriptis.

Ἀνθρωποποιὸς Tatiano. καὶ τὸν ἀνθρωποποιὸν προμηθέα καταφαγὼν ἀετὸς τετίμηται.

Quoniam verò è luto feciſſe creditus, Lutum appellatur universum ejus Opificium. Callimachus.

Ἦν κεῖνος οὐνιαυτός, ᾧ τό τε πτηνὸν
Καὶ τοὺν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν οὕτως
Ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ προμήθειος.

Lucianus opitulatam ſcribit architectanti Minervam:

καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν, συνειργάζετο δέ τι ἡ Ἀθηνᾶ, ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα.

241. IRAM SANGUINEI REGIO SUB PECTORE CORDIS PROTEGIT.] Sanguineum cor, quia fons Sanguinis. Plinius, lib. XI. cap. XXXVII. *Cor prima nitra ſe domicilia animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino.*

gemino. Ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga decurrunt, ſparſaq; ramorum ſerie per alias minores, omnibus membris vitalem ſanguinem rigant. Aiiſtoteles, de Partibus, lib. III. cap. IV.

δῆλον ὅτι ἀρχὴ τῶν φλεβῶν ἐστὶ καὶ μέσον ἡ καρδία, καὶ τοῦτ' εὐλόγως. Μέσον γὰρ τὸ τῆς καρδίας ἐστὶ σῶμα πυκνὸν καὶ κοῖλον πεφυκές. ἔτι δὲ πλῆρες αἵματος, ὡς τῶν φλεβῶν ἐντεῦθεν ἠργμένων. πυκνὸν πρὸς τὸ φυλάττειν τὴν ἀρχὴν τῆς θερμότητος. ἐν ταύτῃ γὰρ μόνῃ τῶν σπλάγχνων, καὶ τοῦ σώματος αἷμα ἄνευ φλεβῶν ἐστί. τῶν δὲ ἄλλων μορίων ἕκαστον ἐν τοῖς φλεψὶν ἔχει τὸ αἷμα, καὶ τοῦτο εὐλόγως, ἐκ τῆς καρδίας γὰρ ἐποχετεύεται εἰς τὰς φλέβας.

Vide & Theodoretum Serm. III. De Providentia. Duo receptacula in corde, Spiritus alterum, alterum Sanguinis, agnoſcit Theophilus Protoſpatarius lib. III.

SUB PECTORE.] Pectus, domicilium, habitatio, cordis. Vide eumdem Theophilum initio modo laudati Libri. Rufum Epheſium, lib. II. cap VIII. & IX, Galenum, cjusq; Librorum Exregetas. ἕζα πόντος.

IRAM.] Ejus ſedes in pectoris intimo, Corde. Petronius Arbiter : *in Pectoribus ira conſidit.* Accius Achille *Ne dum cum fervit pectus iracundia.* Papin. lib. 2. Th. v. 410. Ignea corda fremunt. Auctor celebrium Dogmatum de Anima.

ὥστε τῶν σωμάτων ἀχώριστοι. ἔτι μὴν καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία. κινεῖ γὰρ ὁ μὲν τὸ περικάρδιον αἷμα, ἡ δὲ τὸ ἧπαρ. ποιῶσδε ἢ τοιῶσδε διατίθησιν. Idem non multo poſt. ὅτι γὰρ καὶ μέχρι τούτου τοῦ σώματος ἐλλάμψεις φοιτῶσι, τῆς ἀλόγου ζωῆς, δῆλον, ὁ μὲν γὰρ θυμὸς κινεῖ τὸ περικάρδιον αἷμα, καὶ ζέσιν τινὰ αὐτοῦ ποιεῖ. Baſilius : Θυμὸς ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, ἐξ ἀναθυμάσεως τῶν χυμῶν συνιστάμενος. Ὀργὴ δὲ ἐστὶν ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. Philo de Migratione Abrahæ. περὶ μὲν γὰρ τὰ στέρνα ὁ θυμὸς τὸ δὲ ἐπιθυμίας εἶδος ἐν κοιλίᾳ. Cor hominis τὸ θυμικὸν iraſci potentem facultatem, vocat Iſidorus Peluſiota lib. IX Ep. CXXV. Vide Baſilij Homiliam de Ira. Noti auctores talia profeſſi, nec exigantur hic Phyſicorum doctrinæ. *Iracundia hinc inflammari cor perhibetur. Et mille talia,* Cum alioquin Sapientiam in ſanguine qui circa cor eſt, intellectumq; ipſum poſitum, teſtentur veteres. Empedocles:

Αἵματος ἐν πελάγεσσι τετραμμένου ἀντιθρῶντος,
Τῇ τε νόημα μάλιστα κικλήσκεται ἀνθρώποισιν,
Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιον ἐστὶ νόημα.

Seneca, lib. II. de Ira, cap. XIX, *Volunt quidam ex noſtris iram in pectore moveri, efferviſcente circa cor ſanguine.* Vide inibi additas rationes. Quod de Sapientia dixi, alijs ſcitum Aniinam item hominis corde verſari. Mercurius Triſmegiſtus in Libro Sacro:

ἐπειδὴ καὶ ἐν τῷ μέσῳ τῆς γῆς ἡ τῶν προγόνων ἡμῖν ἱερωτάτη χώρα, τὸ δὲ μέσον τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος μόνης τῆς καρδίας ἐστὶ σηκός. τῆς δὲ ψυχῆς, ὁρμητήριόν ἐστι ἡ καρδία.

Eleganter B. Chryſoſtomus Excerptis Sermonis in Suſannam:

ἔστι γὰρ ἡ ψυχὴ καθάπερ παρθένος, ἐν θαλάμῳ τινὶ, ἐν μέσῃ τῇ καρδίᾳ ἡσυχάζουσα, καὶ ὑπὸ τῶν πέντε αἰσθήσεων, ὥσπερ ὑπό τινων θεραπαινίδων δορυφορουμένη, ποίων, ὁράσεως, γεύσεως, ὀσφρήσεως, ἀκοῆς, ἁφῆς, &c.

Cujus generis infinita notari poſſint.

243. AVIDAMQUE NOCENDI.]

Huc enim propetat animus commotus. Cicero primo Offic. *Proprium eſt irati cupere, à quo læſus videatur, ei quam maximum dolorem inurere.* Vide Senecam, & Collectanea Stobæi. Præ cæteris Nazianzenum Jambo. XXI.

243. RABIE SUCCENSA TUMESCIT.] Pectoris illa regio inflammatur iracundia, efferviſcit quaſi, & ebullit, venis ipſis toto corpore incenſis. Ovidius. III. Artis.

> *Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,*
> *Lumina Gorgoneo ſævius angue micant.*

Perſius Sat. III. *Nunc face ſuppoſita ferveſcit ſanguis.*

B Baſilius: οὔτε γὰρ ξίφους ἀκμὴ, οὔτε πῦρ, οὔτε ἄλλο τι τῶν φοβερῶν ἱκανὸν τὴν ὑπὸ ὀργῆς ἐκμαινομένην ψυχὴν ἐπισχεῖν. οὐ μᾶλλον ἢ τοὺς ὑπὸ δαιμόνων κατασχεθέντας. ὧν οὐδὲν ἔτι κατὰ τῆς ψυχῆς διάθεσιν οἱ ὀργιζόμενοι διαφέρουσι. ὀργιζομένοις γὰρ τῆς ἀντιλυπήσεως ἐπιζέει μὲν τὴν καρδίαν τὸ αἷμα ὥσπερ βίᾳ πυρὸς κυμαινόμενον καὶ παφλάζον.

244. CONTRAHITUR TEPEFACTA METU.] Uti effert in calores nimios & præcipites ira, ita metus contrahit animum, ut veluti frigore quopiam perculſus, non poſſit officio ſuo fungi: Junctis his, commoderatisq;, fit æquabilitas, nec tumido nec rigido exceſſu. Gregorius Thaumaturgus, Chariſterio Origenis: *Ex Contemplatione motionum animi, & cognitione eorumdem, componi mens noſtra ſolet, ut ad rectum moderatumque ſtatum ex confuſo transferatur: Ut tamquam in ſpeculo ipſam intuens, initia ipſa, fibrasq; malorum, quodque à Ratione ei alienum ineſt, unde abſurdæ in nobis affectiones ac perturbationes exſurgunt; & rurſum quæ Rationis compos pars ejus eſt optima, quæ dominante illæſa & perturbationis expers ipſa permanet: Deinde hæc in ſe accuratè conſiderans, omnia quidem illa, quæ ex deteriore naſcuntur, & nos vel offendunt per intemperantiam, vel coherabunt & coarctant per animi Dejectionem, ut Voluptates, Cupiditates, aut mœrores & timores; quæq; ab his malorum generibus turba ſuboritur; hæc, inquam, rejiciat ac profliget.* Hæc contractio vigoris ingenii, ne in Sapientum quem caderet, cavebatur; itaq; laudantur, illi hujus expertes. quod ſenſit & noſter Vates. Porphyrius. Compendio vitæ Pythagoræ:

οὔτε ψυχὴ τὸ ὅμοιον, ἦθος ἀεὶ διὰ τῆς ὄψεως παρεδήλου. οὔτε γὰρ ὑφ' ἡδονῆς διεχεῖτο πλέον. οὔθ' ὑπ' ἀνίας συνεστέλλετο. οὐδ' ἐπίδηλος ἦν χαρᾷ ἢ λύπῃ κάτοχος· ἀλλ' οὐδὲ γελάσαντος. ἢ κλαύσαντά τις πώποτ' ἐκεῖνον ἐθεάσατο.

Contractio quidem animi omnis eius dejectio. Evagrius Monachus, Libro de. VIII. vitijs: Miſera anima quo magis in priores cogitationes diffuſa eſt, hoc etiam magis in ſecundis contrahitur ac dejicitur. Athanaſius, vita Antonij.

τῆς δὲ ψυχῆς πάλιν καθαρὸν τὸ ἦθος. οὔτε γὰρ ὡς ὑπὸ ἀνίας συνεσταλμένον ἦν. οὔθ' ὑφ' ἡδονῆς διακεχυμένον, οὔτε ὑπὸ γέλωτος, ἢ κατηφείας συνεχόμενον.

CONTRAHITUR.] Frigore velut. Arnobius lib. VII. Quod enim voluptate diſſolvitur contraria neceſſe eſt triſtitia contrahatur.

245. RABIE SUCCENSA.] Ira enim furor eſt; immo furore atrocior, ſi fides Breni ſententiæ apud Stobæum. Sermone. XX:

> πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψεν,
> Κρυπτόμενον, μανίας πολὺ χείρονα.

Quam plurimi inſaniæ componunt. Pulcrè Leucipp. ſive Achilles Tacitus:

ἡ ὀρ-

ἡ ὀργὴ περικακλῶσα τὴν καρδίαν ἐπισκοτίζει τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀφρῷ. Oecumenius in capite I. Epiſtol. Jacobi: οἱ ὀργιζόμενοι εὐθέως καὶ τὴν ἀποβαλλομένην ἐκ τῆς ὀργῆς ἐπάγει μανίαν.

Philemon Comicus. Μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζόμεθα. Cato apud eundem Stobæum. τον ὀργιζόμενον νόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. Arnobius lib. I. *Quid aliud eſt iraſci, quam inſanire, quam furere?* Hinc rabies pro Ira, Nonnus, cap. XVI. Joannis.

> Καὶ τὰ μὲν οἰδηθέντες ἀμέτροιο
> λυσσῃ λύσσης,
> – Δυσσεβέες, τελέσουσιν ἐς ἡμέας

Oroſius lib. III. cap. XVII. Frontinus, Curtius lib. IV. *Ira deinde vertit in rabiem.* Sic enim legendum ex MS. Scheda. Non *iram.* Vertendi enim verbo ſic ſolentes utuntur Scriptores. Rutilius Lupus lib II. *Quum ab ea ſententia, quam propoſuimus, vertimus ad aliam.* Priſcianus, Periegeſi.

> *Marmaridæ poſt hos Aegypti ad flumina vertunt.*

De Ira, inſaniæ parte, vide Ciceronem Quarta Tuſculan. Menandrum. Neophronem, Apollonium Philoſophum, Epictetum, Ariſtotelem, PLutarchum, apud Stobæum dicto Sermone. Antoninum Imp. Lib. VII. Porphyrium. Quæſtion. XVI. in Homerum. Sidonium Panegyr. Major. Nilum ſententiis. Apollonium Rhodium, Argon. III. Quintum Smyrnæum lib. V. Homerum Iliad IX Senecam, Lib. I. & alibi, de Ira. Hinc Chriſtianis omnino hac interdicitur, fortiore ejus victore nuncupato, quam qui Civitatem ſuperet. Radulphus Ardens, Homil. XLIV. in Evangel. *Apud Chriſtianos, non qui fortiter percutit fortis eſt, ſed qui fortiter cedit, fortis eſt. Fortior enim eſt, teſte Salomone, qui iram, quam qui vincit civitatem.* Vide & Maximi atque Antonii Collectanea Sententiarum. Notus Gregorij Nazianzeni Jambus:

> Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς.

Præcipitem, quod vocat Claudianus pulcrè deducit Dionyſius Alexandrinus, cum ait: Θυμῷ μάλιστα δεῖ κυβερνήτῃ χρῆσθαι, καταλειφθεὶς γὰρ ἀκυβέρνητος, ἄνω καὶ κάτω κινούμενος ὑπὸ σάλου καὶ κλύδωνος, τὴν ψυχὴν ὅλην, καθάπερ σκάφος ἀνεμοταραχθὲν, ἀνατρέψει, συναναστρέψει καὶ τὸ σῶμα. Hugo apud SemiLatinos pulcrè dixit: Iram eſſe ſubitam animi Tempeſtatem, quæ dum inordinatè ſe concutiat, cor hominis extra ipſum protrahat in inſaniam.

245. TUMESCIT.] Extra ſe effertur, quod pulcrè fermento ſuo præſignavit Plautus. Minutius Felix: *Vt averteretur imminens ira, aut, ut; jam tumens atque ſæviens, placaretur.* Papinius *ſermonibus ira Intumuere.*

245. CONTRAHITUR] Areſcit quaſi, & corrugatur. Arnobius Lib VII. *Contrahitur triſtitia, quod ſolvitur voluptate.*

245. TEPEFACTA.] Ex fervore relangueſcens, eumque exſpirans. Metus enim frigore quodam velut ſtupefactos mortales contrahere ſolet. Vnde frigidus perhibetur. Varro, lib. IV. de L L. *Metuo, mentem quodam modo motam amoveo, ſic, quod frigidus Timor eſt, tremuiſti, hoc eſt timuiſti. Frigens metus Cypriano*, Paulino gelidus, Poetis Chriſtianis Tryphiodorus, Excidio Ilii:

> μήτ' ἄλλο φόβου νέφος οἷάτε νυκτὸς
> Ἀνθρώποισι φέρουσιν ἐλαφροῦ δεῖμα τοῦ θυμοῦ.

Cum animæ nimirum perculſæ contrahuntur & horrent. Xenophon. Pæd. III.

πάντων τῶν δεινῶν φόβος μάλιστα καταπλήττει τὰς ψυχάς. In noſtro Libro: ut & aliis nonnullis, eſt *Stupefacta* Nihil mutamus.

246. CUMQUE OMNIA SECVNDVCERET.] Efferens iracundia, fluctibus comparata modo ab Dionyſio Alexandrino. Evagrius id genus malo obnoxium hominem

 nav

…ον διοικοδομοῦντες τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ στή-θους, καὶ αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χω-ρίς. Ἐν δὴ τοῖς στήθεσι, καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι, τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν γένος ἐνέ-δουν, καὶ ἐπειδὰν τὸ μὲν ἄμεινον αὐτῆς, τὸ δὲ χεῖρον πεφύκει, διοικοδομοῦσι τοῦ θώρα-κος αὖ τὸ κύτος, διορίζοντες οἷον γυναικῶν τὴν δὲ ἀνδρῶν, χωρὶς οἴκησιν, τὰς φρένας διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες, τὸ μετέχον οὖν τῆς ψυχῆς ἀνδρείας, καὶ θυ-μοῦ, φιλόνεικον ὄν, κατῴκισαν ἐγγυτέρω τῆς κεφαλῆς, μεταξὺ τῶν φρενῶν τε καὶ αὐ-χένος, ἵνα τοῦ λόγου κατήκοον ὂν, κοινῇ μετ' ἐκείνου, βίᾳ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλοι. τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἅμα τῶν φλεβῶν, καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος, εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κα-τέστησαν, ἵνα ὅτε ζέσειε τὸ τοῦ θυμοῦ μένος, τοῦ λόγου παραγγείλαντος, εἴ τις ἄδικος περὶ αὐτὰ γίγνεται πρᾶξις ἔξωθεν, ἢ καί τις ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἐπιθυμιῶν, ὀξέως διὰ πάντων τῶν στενωπῶν, πᾶν ὅσον αἰσθητὸν ἐν τῷ σώ-ματι, τῶν τε παρακελεύσεων, καὶ ἀπειλῶν αἰσθανόμενον γίγνοιτο ἐπήκοον, καὶ ἕποιτο πάντῃ, καὶ τὸ βέλτιστον οὕτως ἐν αὐτοῖς πᾶσιν ἡγεμονεῖν ἐῷ, τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει, προγιγνώσκοντες ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοι-αύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυ-μουμένων, ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι, τὴν τοῦ πνεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν, πρῶ-τον μὲν μαλακὴν καὶ ἄναιμον, εἶτα σύριγγας ἐντὸς ἔχουσαν οἷον σπόγγου κατατετρημένας, ἵνα τό τε πνεῦμα καὶ τὸ πόμα δεχόμενος ψύ-χων, ἀναπνοὴν καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι, διὸ τὰς ἀρτηρίας ὀχετοὺς ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἔτεμον, καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐ-τὸν περιέστησαν, οἷον ἅλμα μαλακὸν, ἵνα ὁ θυμὸς, ἡνίκα ἐν αὐτῇ ἀκμάζῃ, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον, καὶ ἀναψυχομένη, πονοῦσα ἧττον, μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρε-τεῖν, τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητι-κὸν τῆς ψυχῆς, καὶ ὅσων ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἴσχει φύσιν, τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κα-τῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι, καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα, ὡς θρέμμα ἄγριον, τρέφειν δὲ δὴ ξυνημμένον ἀναγκαῖον, εἴπερ τι μέλλει ποτὲ θνητὸν ἔσε-σθαι γένος, ἵν' οὖν ἀεὶ νεμόμενον πρὸς φάτ-νῃ, καὶ ὅτι πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου κατοι-κοῦν, θόρυβον καὶ βοὴν ὡς ἐλαχίστην παρέχον, τὸ κράτιστον καθ' ἡσυχίαν περὶ τοῦ πᾶσι κοινῇ ξυνδιαφέροντος ἐῷ βουλεύεσθαι, καὶ διὰ ταῦτ' ἐνταῦθα ἔδοσαν αὐτῷ τὴν τάξιν. Εἰδότες δὲ αὐτὸ ὡς λόγου μὲν οὔτε ξυνήσειν ἔμελλεν, εἴτε πῃ καὶ μεταλαμβάνοι τινὸς αὐ-τῶν αἰσθήσεων, οὐκ ἔμφυτον αὐτῷ τὸ με-λεῖν τινῶν ἔσοιτο λόγων, ὑπὸ δὲ εἰδώλων καὶ φαντασμάτων νυκτός τε καὶ μεθ' ἡμέραν μάλιστα ψυχαγωγήσοιτο, τούτῳ δὴ θεὸς ἐ-πιβουλεύσας αὐτῷ τὴν τοῦ ἥπατος ἰδέαν ξυ-νέστησε, καὶ ἔθηκεν εἰς τὴν ἐκείνου κατοίκησιν, πυκνὸν, καὶ λεῖον, καὶ λαμπρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρότητα ἔχον, μηχανησάμενος.

Hæc Socrates Platonicus, quæ, unde aptiſſimam hanc, ad domandos affectus, & ſecundum Rationem Regalem vitam inſtituendam, exhortationem, hauſerit Vates, oſtendunt; ex ejus nimirum viri myſteriis, quo humana ope divinis nemo propior venit.

146. MA-

246. MADIDUMQUE FLUENTI.] Ita etiam poſt alios omnes ex optimis Cujacianis Libris Claverius, (qui nimium multa iterandæ Editioni, ex vetuſtioribus etiam Codicibus, ut ait, adorandæ, emendanda in illa prima reliquit, quæ tamen hactenus & ſola fuit) promulgandum cenſuit. Sed dicas ſcribendum cum Scaligero, Belgicis, noſtroque Codice *madidumque furenti Præbuit* Res ipſa ſatis jam enarrata eſt. Tamen ſic Apul. Dogmate Platonis: Pulmones cordi plurimum conſulunt, cum exardeſcit ira, trepidanſque celerioribus motibus vertex ipſius madēs ſanguine pulmonis excipitur mollitie, ſiti, frigore. De Pulmone etiam pulcrè Cæſarius frater Nazianzeni, Quæſtione LXXIIX. Varro definit Animam; *Aer eſt conceptus ore defervefactus in pulmone, tepefactus in corde, diffuſus in corpus.*

248. PRÆBUIT.] Elegantiſſimus uſus hujus verbi. Exhibuit, miniſtravit. Obſcœno ſenſu ſic uſurpatur, pro ſpontanea oblatione.

248. SIBI CUNCTA PETENS, NIL COLLATURA, CUPIDO.] Omnem uno nomine Cupiditatem intelligit, Avaritiæ intentum oculum habens, quam alibi ſcelerum matrem vocat. Vide ad Secundum Stilicon & I. in Rufinum. Cupiditas κατ' ἐξοχὴν Avaritia etiam B. Paullo Apoſtolo. Cupidus, avarus, ut non ſemel Ciceroni. In Rullum: *Cum mittantur in orbem terrarum Decemviri, ſummo cum Imperio, ſumma cum Avaritia, infinitaque omnium rerum cupiditate.* Sæpius medio ævo ſic Liutprandus Legatione Byzantina. Contrà Libidinem (nam & ea iſthic intelligitur,) Avaritiam, Crudelitatem, &c. Notare voluerunt. Vide Adverſarior. lib. XXIX. cap. XIV.

248. IN JECUR.] PLatonica, modo adſcripta, etiam meliora fecit. Jecur ſedes cupidinum. Jul. Firmicus contra Paganos: In jecore, unde libido naſcitur & Voluptas, Anacreon, de Cupidinis telo, ipſum percutiente.

> τανύει τε, καὶ μι τύπτει,
> Μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶστρος.

Theocritus de eodem

> χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἀμύσ-
> σει

Idem in Cyclope.

> Αὐτῶ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκι-
> οέσσας,
> Ἐξ ἀοῦς, ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον
> ἕλκος.
> Κύπριδος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι
> πᾶξε βέλεμνον.

Bion de Venere, morientem Adonin oſculante:

> Ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν στόμα, κ'
> εἰς ἐμὸν ἧπαρ
> Πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ

Ariſtænetus lib. II. Epiſt. V.

ἢ τοῦτο μᾶλλον, ὅπερ φασὶν, ἔρως, ἔρωτος ὁ πυρσὸς, καὶ μέχρι τοῦ ἥπατος διελήλυθεν εἰσρυείς.

Heſychius Preſbyter Lib. I. Comment. In Leviticum: *In Iecore, id eſt in Epate delectatio, ſive concupiſcentia conſtituta eſt.* Alexander Aphrodiſæus. Problemat. CXLI.

249. TRACTUS IMOS.] Relegata in locum indigniorem. PLato verbis adſcriptis. Tractus, ab aere deſumti. Juvencus, lib. IV.

> *nec tum morbi corrumpere tractum*
> *Aeris, aut peſtes proſternere corpora poſcent.*

Notabilis vero ſollertia Conditoris, Cupiditatum corporearum ſedes non in frontem, ſed imis corporis partibus illocantis, quam celebrant inde Sapientes. Dionyſius Longinus cap. XXXVIII. Lactantius de Opificio Dei, Theophilus, Rufus, &c. *Cupiditates, Timores, Dolores, Animæ, corporiſve,* an mixtum utriuſque

que, ſive adeò an Tertii cujuſpiam ſint, lege in PLotini Libro περὶ τοῦ τί ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος.

250. COMPULSA.] Non enim ſponte. Norat Impudentiam Cupidinis humani.

251. BELLUA.]Duo in homine animantia ſtatuunt Philoſophi, in ſpeciem tamen, & rei, puto, liquidius docendæ. Vide doctiſſimum Commentarium IS. Caſauboni ad Perſii Satiram Quintam. *Vitia belluæ ſunt, vitioſi homines, belluis æquati*, vide ad Rufini finem. Pulcrè hinc Theodorus Studita, Serm. XXVI. Cum tanta eorum ſit poteſtas in vitam humanam, tantaque ſimul vecordia, malle ſe beſtiis tradi affeverat, quam vitiorum parere obſequiis.

252. PASCIQUE.] Ut deſiſtat à cupiditate plurium. Eleganter docteque paſci, non ſaturari, dixit, cum numquam paſcatur cupiditas, quippe voluptas in paſtu; quam illa neſcit, ſoli ingurgitationi & deglutitioni intenta. Nulla hic animi compoſitio quæ ſequitur paſſionem, ſed perpetua ſitis & fames. Omnia ſunt nota.

252. VERBERE.] Tormento, Flagellis. Omnia tormenta verbera ſunt priſcis, quod in tormentis maximè uterentur flagellatione; tam ſæva, ut venis & carne diverberatis, nudis tamdem oſſibus illiderentur verbera. Curtius de Philota: *Primo, quamquam hinc ignis, illinc verbera, non jam ad quæſtionē, ſed ad pœnam ingerebantur, non vocem modo, ſed etiam gemitus habuit in poteſtate. Sed poſtquam intumeſcens corpus ulceribus flagellorum ictus, nuda oſſibus incuſſos, ferre non poterat, ſi tormentis adhibituri modum eſſent dicturum ſe, quæ ſcire expeterent, pollicetur.* Infinitis locis Hiſtoriæ Chriſtianorum Martyrum.

253. STIMULIS AMORUM.] Molliores hos facit verberibus avaritiæ. Sic κέντρον ἔρωτος infinitis locis in Nonno, & apud Muſæum Leges, ad quem pluribus. Flagrare dicit, ob ignem innaturalem quodam modo, nimium, inconditum. Sic febrili æſtui ardorem à Libidinibus comparat idem Theodorus Serm XCIII. *Nam quæ ſuavitas, inquit, eſt adulterare, Nepotari, Opibus inhiare, peculari, cæteriſque vitiis teneri? Non ii mentem gerunt fœdis libidinibus flagrantem, quaſi qui febribus laborent.* Amoris autem res igni præcipuè comparantur, ut omnia ejus arma ignita eſſe ait Moſchus. Muſæus cor etiam flamma accenſum dicit Leandro.

> Καὶ κραδίην παφλάζεν ἀνίκητον πυ-
> ρὸς ὁρμῇ

Valerius Flaccus, lib. VII.

> *collapſaque flebat iniqua*
> *In Veneris, Medea, ſinus: peſtemque latentem*
> *Oſſibus, atque imi monſtrabat pectoris ignem.*

Vide ad Muſæum.

254. NUNC GAUDET.] Nimium gaudium, animi ingens turbatio. Exſultationem dicam cum Catullo.

> *Otium, Catulle, tibi moleſtum eſt,*
> *Otio exſultas, nimiumque gaudes.*

Pulcrè ſtultitiam hujus præpingit Cebes in Tabula.

254. MOESTA DOLET.] Non temerè innuxit dolori mœſtitiam, cum & Dolor ſit qui non ſit triſtis, iſque minime deterius afficiat, læ vitari mentis inhærens.

255. POLLENTIUS.] Vivacius, nervoſius, fortius Onomaſticon. Pollentia, δύναμις. Ingenium verbi propius tangere videntur Gloſſographi, qui Lucere, clarere interpretantur. Pollentiſſima ingenia, Solino cap. VIII. Pollens Herculis titulus. Inſcrip. Pag. L.I. Colebatur Dea hoc nomine. Livius, lib. XXXIX. *Malus in circo inſtabilis in ſignum Pollentiæ decidit, atque id dejecit. Ea religione moti patres, ſigna duo pro uno reponenda cenſuerunt, & novum auratum faciendum.* Eadem Valentia in Inſcriptionibus. Vide II. 12.

255. HYDRA.] Nota fabula, ad vitia autem non ſine improbo labore damnanda refertur. Inter Politicos hydram velle occidere

qui privata commoda publicis anteponant, non inſcitè arguratur Manuel Palæologus ad Filium Paræræs, cap. XLIII. Vide Lib. CXLV. Adverſ. cap. 31.

255. TUMULTUS.] Affectuum contrariantium. Ἄτην vocant Pythagorici; Vide Hieroclem, ad Verſum LX. Carminis Aurei. Boethius lib I. de Conſolat. cap. V. Sed *quoniam plurimus tibi affectuum tumultus incubuit, diverſumque te, dolor, ira, mæror, diſtrahunt, uti nunc mentis es, nondum te validiora remedia contingunt.* Vide ad priorem in Rufinum. His quomodo agendum Demonico pulcrè præcipit Iſocrates. *Dabis, inquit, operam, ut rebus omnibus imperes, quibus animum ſervire turpe eſt: Cujuſmodi ſunt: Lucrum, Ira, Dolor, Voluptas. Hac autem ita conſequeris ſi ea in Lucro deputes qua Gloriam, non qua Opes, augeant. In ira ſi talem te prabeas delinquentibus, quales in te delinquentem alios eſſe velles. In Oblectationibus ſi turpe ducas, ſervis imperare, Voluptatibus ſervire. In rebus moleſtis ſi calamitates aliorum inſpicias, & te hominem eſſe recorderis.* Eam ſibi Beatitudinem. Quam Claudianus loquitur, ſibi confectam habuiſſe Pythagoram, docet in ejus Vita Malchus Porphyrius; ita ut & aliis eamdem contulerit:

κάμνοντας δὲ τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς ψυχὰς δὲ νοσοῦντας παρεμυθεῖτο, καθάπερ ἔφαμεν, τοὺς μὲν ἐπῳδαῖς καὶ μαγείαις, τοὺς δὲ Μουσικῇ, ἦν γὰρ αὐτῷ μέλη καὶ πρὸς νόσους σωμάτων παιώνια, ἃ ἐπᾴδων ἀνίστη τοὺς κάμνοντας, ἦν ἃ καὶ λύπης λήθην εἰργάζετο, καὶ ὀργὰς ἐπράϋνε, ἐπιθυμίας ἀτόπους ἐξῄρει.

Carmina nimirum Sapientiæ dicit, qualia ſunt iſta Theodoſii omnium malorum medicinam. Horatius lib. I. Epiſt. I.

> *Fervet avaritia, miſeraque cupidine pectus?*
> *Et magnam morbi poſſis deponere partem.*
> *Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, qua te*
> *Ter purè lecto poterunt recreare Libello.*

Menander.

> Οὐκ ἔστιν ὀργῆς, ὡς ἔοικεν, φάρμακον,
> Ἀλλ᾽ ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου φίλου.

Euripides Hippolyto

> Νόσου ζα δ᾽, οὕ πως τὴν νόσον καταστρέφου
> Εἰσὶν δ᾽ ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι,
> Φανήσεταί τι τῆς δὲ φάρμακον νόσου.

Incantationum Philoſophicarum meminit Chion Tyrannicida ad Matridem.

257. INCONCUSSA DABIT.] Tranquillitatem intimæ mentis ſibi præbiturum dicit, qui tumultibus his eam aſſerere poterit. Putam mentem, nec exultationi nec mœrori obnoxiam, ſummam Beatitudinis humanæ faciunt omnes Philoſophi, nihilque ei ſuadendæ conficiundæq; dixerunt, ſcripſerunt, exegerunt. Pariter verò Imperatorem ſuum omni gaudio, omni dolentia majorem altioremque proponit Libanius Baſilico, qui jam videlicet nactus eſſet, ad quod Honorius inſtituitur:

μέγα δὲ οὐδὲν οὐδεπώποτε φθεγξάμενος τοῖς μὲν καιροῖς ὑπακούων ὀξέως, οὐ μὴν πῃ τὴν ὀξύτητα παραχῇ ποιούμενος. Ἐγχειρήσεως μὲν οὐδεμιᾶς ἀποκρουσθεὶς οὐδεπώποτε, ἀρξασα δὲ ἀνενεγκών, ἐν ᾗ σφαλεὶς ἐτύγχανεν. οὔτε λύπῃ καθηρεθεὶς, οὔτε τῷ περιχαρεῖ μικροπρεπὴς, ἀλλ᾽ ἑκάτερον τὸ κατάδηλον ἀφελὼν, ἐπὶ τοῦ μετρίου σχήματος τὸ πρόσωπον καταστήσας. Vide Dionis Chryſoſtomi libros de Regno.

257 INCONCUSSA.] Pelago velut ventiſque curſui faventibus. Auſonius.

> *Inconcuſſa tua percurrens tempora vita.*

Incon-

Inconcuſſa contentio Auguſtino I. Civ.D. cap. XVIII. Oroſius,lib.II. cap.II. Regnum Aſſyrium diu inconcuſſa potentia ſtetit.

157. SACRARIA.] Velut in Sacrario Diis acceptiſſimus vivas. Cum Deorum enim benivolentia vivere,& ad Dei voluntatem ſe agere,,Deo ſe credere. tam PLatonica quam Pythagorica Sapientia ſummam Felicitatem facit & præcipit. Harum miſtione pollens regnabat in Apicibus Paganorum Claudian æ-vo. Vide cum primis Hieroclis Commentaria in Epos aureum. Nos per iſta properamus.

258. LATE DOMINERE PER INDOS.] Qui moribus gravis eſt, nec ad veram virtutem animo compoſito, quamlibet opibus polleret, is animo magno eſſe,felixq; vitam ducere videatur; non eſt tamen illo infelicius quicquam, cum abſurdis intra ſe vitiis pareat. Pulcrè hæc exiguntur ſequentibus,& enarrat Emanuel Palæologus ad Filium cap LXXI. *Animo*,inquit,*cave concutiaris,ob res improborum ſecundas; nec improbè agentem amuleris.quamvis Alexandros,quamvis Cyros, quamvis Caſares, quamvis beatiſſimum quemque divitiis & gloria ſuperet. Nec, ſi quis ſacrilegiis, rapinis, graſſationibus, infamis, numiniſque divini contemtor, & violator Legum, Scythis imperaverit, ac totius Orbis habitati,totius inhabitabilis,fines in ditionem redegerit, ob Imperij tibi melem admirabilis videatur. Non enim ille beatus eſt,non princeps:non Rex,non reapſe Homo: Licet id omnis Lapis,omne animal, omnis hominum natura,quodvis animatum & inanime dicat: ſed poteſtatem quod attinet,magis eſt ijs quoque ridiculus qui Principum perſonas in ſcena ſuſtinent,quod vitam, miſerior infectis lepra. Nam horum ſane ſors deplorari ſolet, non reprehendi, at illum merito odiis perſequuti omnes explodunt.* Indorum Amplitudo notiſſima, Vide Arrianum.

259. TE MEDUS.] Latiſſima Imperia adjicit Romanæ potentiæ,ut declaret nullam omninò vim aut poteſtatem huic ſcito eſſe exemtam. *Medos* ſimul innuit regum ſuorum fuiſſe colentiſſimos; id teſtantur Hiſtoriæ Veritatem profeſſæ, & Philoſtratus lib.VII. de Vita Apollonij cap.VI.

259. MOLLIS ARABS.] Amplitudo Provinciarum Arabicarum neminem latet ex ſcriptoribus Regionum & Rerum geſtarum. *Mollis gens* tota,celebri convitio. Catullus, Sive in Hircanos Arabaſque molles. Tibullus. *Quos tenor è terra divite mittit Arabs* Manilius,lib.IV. *Et molles Arabas, Silvarum ditia regna.* Virgil.Georg.I. *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.* Periodo iſti ſimilem legi apud Arrianum, Anabas.IV.

ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο καὶ Ἀλέξανδρον μεγάλα πεπραγμένα ἐς τεκμήριον τίθεμαι, ὡς οὔτε τὸ σῶμα ὅτῳ εἴη καρτερὸν, οὔτε ὅστις γένει ἐπιφανὴς, οὔτε κατὰ πόλεμον εἰ δή τις διευτυχοίη. ἔτι μᾶλλον ἢ Ἀλέξανδρος: οὐδὲ εἰ τὴν Λιβύην τις πρὸς τῇ Ἀσίᾳ (καθάπερ οὖν ἐπενόει ἐκεῖνος) ἐκπεριπλεύσας κατάσχοι, οὐδὲ εἰ τὴν Εὐρώπην ἐπὶ τῇ Ἀσίᾳ τε καὶ Λιβύῃ τρίτην, τούτων οὐδέν τι ὄφελος ἐς εὐδαιμονίαν ἀνθρώπου, εἰ μὴ σωφρονεῖν ἐν ταὐτῷ ὑπάρχοι,&c.

258. SERES.] Serum res domitoribus, ut ajunt, mundi, Romanis admirandum in modum incognitæ fuerunt, circa ſuperiora tempora penitius demum cognito. Ex more gentis non admittendi aut immittendi terris ſuis peregrinos: ſuis mercibus procul poſitis recipere exteras ſueri, fugere commercium hominum permutatis rebus indigenis. De his Mela.lib.III. cap.VI. *Seres, genus plenum juſtitia,ex commercio quod,rebus in ſolitudine relictis,abſens peragit.* Plinius lib.VI. cap.XVIII. *Seres, mites quidem, ſed & ipſi feris perſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia expectent*, Solinus cap. LIII. *Seres ipſi quidem mites, & inter ſe quietiſſimi, alios verò reliquorum mortalium cœtus adeo refugiunt,ut caterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipſi*

 tranſeunt,

multis ipſe Promotheus jactat apud Lucianum Dialogis, Æſchylum, cognomine in vinculis Fabula. Ubi ait:

> Τἀν βροτοῖς δὲ πήματα.
> Ἀκούσαθ᾽ ὥς σφας νηπίους ὄντας τὸ πρὶν,
> Ἐννους ἔθηκα, καὶ φρενῶν ἐπηβόλους,
> Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
> Κλύοντες οὐκ ἤκουον, ἀλλ᾽ ὀνειράτων
> Ἀλίγκιοι μορφαῖσι. τὸν μακρὸν χρόνον
> Ἔφυρον εἰκῆ πάντα.
> Ἦν δ᾽ οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ,
> Οὔτ᾽ ἀντιμώδους, ἦρος οὔτε καρπίμου
> Θέρους βέβαιον, ἀλλ᾽ ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν Ἔπρασσον.

Et concludit Longum ſermonem hoc diſticho, quo facilè liqueat cur furatus Dijs animam cœleſtem hominibus intuliſſe perhibeatur.

> Βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην λέγω
> πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.

Quod veriſſimum ſane ſi vocis ſignificationem arbitremur.

231. CLAUSTRIS INDIGNANTEM.] Carcere velut, vt nobilis ab ignobilibus mēbris in vita contineatur. Quę doctrina ſapientum eſt. Maro, lib. VI.

> *Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.*
> *Seminibus, quantum non noxia corpora tardant*
> *Terreniq; hebetant artus, moribundaque membra.*
> *Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudētque, nec auras*
> *Reſpiciunt, clauſa tenebris & carcere cæco.*

Platonicorum ea doctrina nota celebriſque. Vide Nemeſium de Homine, Aeneā Gazæum Theophraſto, & quæ nos nonnulla damus lib. XLII. cap. II. Et Libro. C.XXIII. cap. V. Adverſar. Eodem ſpectant iſta Prudentij, Cachemer. X.

> *Vt, cum generoſa caducis,*
> *Ceu carcere, clauſa, ligantur*
> *Pars illa potentior exſtet*
> *Quæ germen ab æthere traxit.*

Carcer animæ, membra, apud Eumdem, Hamartigenia. Lucanus, lib. VI.

> *Adſpicit adſtantem projecti corporis umbram,*
> *Exanimes artus inviſaq; clauſtra timentem*
> *Carceris antiqui: pavet ire in pectus apertum. &c.*

Zeno Veronenſis, Sermone de Reſurrect. Mortuorum: *Præſertim cum eorundem ille ſapientiſſimus dicat, hanc eſſe mortem, cum corpore animus, tamquam carcere clauſus tenetur: Illam eſſe veram vitam, cum animus, cuſtodia carceris liberatus, ad eum locum, unde venerit, revertatur.*

234. ADJUNXIT GEMINAS.] *Triplex* Anima, ſecundum PLatonicos, quarum genus erat & ſcita ubiq; ſpirat hic ſcriptor. Commentaria auctoris Interpretum, diſcipulorum, vbiq; ſunt obvia. Philo de Confuſ. Ling.

> *τριμεροῦς ἡμῶν, τῆς ψυχῆς ὑπαρχούσης, τὸ μὲν νοῦς καὶ λόγος, τὸ δὲ θυμός, τὸ δὲ ἐπιθυμία κεκληρῶσθαι λέγεται.*

Joannes Damaſcenus, Libro de Hæreſibus: *Platonici Deum materiem ponebant & ſpeciem: ex quibus hæc conſtarent omnia. Ortum habuiſſe mundum, numquam autem interiturum Animum verò & ortu carere, & immortalem & divinum eſſe. Ejus partes tres. Vnam quæ Rationis eſſet particeps, alteram eam in qua irarum ardor exiſteret, Tertiam eam quæ voluptate aleretur.* Viſe cæteros. Diſparitatem hanc videntes alij Prometheum excuſatum venerunt. Virtutum & Gaudiorum ei conditionem apud Am-

Animam relinquentes, ſuperveniſſe deinde alium, qui errores noxias accuderit. Vide Pindarum Olympionicon. VIII. Alij alia nugarum Commentaria fecerunt.

235. LAPSÆ.] Obeuntes, in nihilum redactæ. Cadavera pariter à cadendo dicta ſupra jam, & alibi pluribus, notavimus.

235. BUSTOQUE SUPERSTES EVOLAT.] Hæc nugonum tradita doctrina, non cum moreretur homo, animam ſurſum evolare, ſed cum membra comburerentur, tum cœleſtia repetere, ſedesve alioquin ſuas. Lucanus, lib. IX. de Pompejo.

> *Proſiluit buſto, ſemeſaque membra relinquens.*
> *Degeneremque rogum, ſequitur convexa Tonantis.*

235. CAPITIS FUNDAVIT IN ARCE.] *Caput*, Principium humani Corporis. Auctor Libri non inepti, qui ſpeculum Medicorũ inſcribitur. In quo cerebrum, ſedē Animæ rationalis, poſuit opifex Deus. Heſychius, lib. V. in Leviticum: In capite Sapientiæ eſt organum, quod & cerebrum dicitur, vnde & caput honotabilius omni eſt corpore. PLatonicorum ſententia. Alcinous, cap. XVII.

οἱ δὲ θεοὶ ἔπλασαν μὲν προηγουμένως τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, μοίρας τινὰς δανειζόμενοι εἰς ἀπόδοσιν συνθέντες δὲ ἀοράτοις γόμφοις ἕν τι σῶμα, ἐργασάμενοι, τῆς καταπεμφθείσης ψυχῆς τὸ κύριον ἐνέδησαν εἰς τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἀκρόπολιν ὑποθέντες τὸν ἐγκέφαλον, περὶ δὲ τὸ πρόσωπον ἔθεσαν τὰ τῶν αἰσθητηρίων ὄργανα, ὑπηρεσίαν ἐκπληρώσοντα τὴν προσήκουσαν.

Vide quæ ibi compendio latius deducũtur. Tertullianum de Anima, & Caſſiodorum, cap. XV. Ciceronem. I. Tuſculan. Arcem hinc capitis noſter eleganter vocat, vt ἀκρόπολιν Iſidor. Peluſiota, lib. I. Epiſt. CCCCLXXIX. ubi Temulentiæ iracundiam comparat:

ἀμφοτέρων τοιγαροῦν ἀπεχώμεθα, οὔτε ποτῷ, οὔτε θυμῷ πολιορκηθέντες τὴν τοῦ νοὸς ἀκρόπολιν. Philo de Somniis, ubi de Sede Animæ. οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἐν ἡμῖν ἀνιέρωσαν αὐτῷ τὴν κεφαλὴν, περὶ ἣν καὶ αἱ αἰσθήσεις λοχῶσιν, εἰκὸς εἶναι νομίσαντες ἐγγὺς δια μεγάλου βασιλέως ἐφεδρεύειν δορυφόρους.

Alcimus Avitus, lib I.

> *Dehinc arcem capitiſ ſublimi in vertice ſignat,*
> *Septiforem vultum Rationis ſenſibus aptans.*
> *Olfactu, auditu, viſu, guſtuque, potentem.*

Minutius Felix, Octavio: *Oculi in ſummo, velut in ſpecula, conſtituti, & omnes ceteri ſenſus quaſi in Arce diſpoſiti.* Quæ ſumta putes ex Ciceronis lib II. de Natura Deorum. Sammonicus Serenus, cap. XIV.

> *Summa boni eſt alacres homini contingere viſus,*
> *Quos, quaſi cuſtodes, defenſoresque pericli,*
> *Proſpiciens ſumma, Natura, locavit in arce.*

Iſidorus, Orig. lib. XXIII. *Ornatus ipſe proprie ſic eſt ut concumulatus in verticem ipſam capitis ſui arcem ambitu triniumtegat.* Sic Sapientiam hominis in capite habitare, alluſione nominis Imperatorij, dicit Corippus, lib. II.

> *Nos ſumus ergo caput ſolidati corporis hujus.*
> *Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors,*
> *Quæ mihi commiſſum pariter regat inclutamundum,*
> *Sede ſedens ſumma.*

Et eam inde exercens ſenſus, quod eleganter admodum carmine, modo prolato, extulit Alcimus Avitus. Fulgentius, Quæſtion. III ad Ferrandum Diaconum. *In capite, quod eſt Chriſtus, omnis plenitudo divinitatis. Nam &*

 in no

in noſtro Corpore ineſt ſen ut ſingulis membris, ſed non tantus, quantus in capite, ubi prorſus omnis eſt Quinquepartitus. Ibi enim eſt viſus & auditus, olfactus & guſtus, & tactus. &c. Scitè idem Alcimus Septiforem vultum nuncupavit ex Hippocrate, ut memorat Chalcidius in PLatonis Timæum. *Hippocrates*, ait, *cum ſæpè aliàs in plerisq; libris ſuis, tum in his evidenter, quos de Hebdomadibus inſtituit dinumerat quoque ſenſuum omnium, qui in capite ſunt, ſeptem meatus, oculorum, aurium, narium, atque oris.*

237. MANDATRICEM OPERUM.] Rationalem animam τὸ ἡγεμονικὸν Ducem, Aurigam, Imperatricem hominis PLatonici aliiq; Philoſophi ubiq; definiunt, faciunt, cõmendant. Aurigam aliquando velut currui cuipiam equisve imponentes. Juvat adſcribere Myſtagogi PLatonicę doctrinæ, Alcinoi, ſenſum, ex cap. XXIII. pulcrè his congruentem. *Animam hominis immortalem à primo accipientes Deo, Dii, mortalium generum conditores, partes illi duas mortales adjecerunt. Verum ne vis animæ immortalis atque divina, deliciis inficeretur mortalibus, in ipſa corporis arce ſedẽ ejus, utpotè Principis omnium ſtatuerunt. Illi porrò, domicilii loco: caput adſignarunt, quod eamdem cum hoc univerſo figuram habet. Reliquum verò hominem huic ad miniſteriũ, quaſi vehiculum, ſubjecerunt. Quin & duabus partibus mortalium, proprias ſingulis, ſedes dederũt; Iracundiæ quippè in corde; Cupidini verò Locum medium inter umbilicum atq; diaphragma. ibiq; vim eam, veluti furioſum quodam & agreſte animal, ligaverunt. Pulmonem machinati ſunt Gratia cordis, mollem atq; exſanguem, fiſtuloſum præterea, ſpongiæque ſimilem, ut cor, iræ ardore nonnunquam exæſtuans illa velut refrigeratione recrearetur. Iecur autem ad excitandam concupiſcentiam Animæ, rurſusque ad ſedandam eamdem dulcedinis ſimul & amaritudinis particeps eſt.* Penè ad verbum iſta ſecutus eſt Claudianus.

237. LABORI.] Quo vita Humana conſtat, quiq; ipſam vitam valet. Vita enim Labor perpetuus. Eucherius ad Valerianum: *Abrumpatur illa interminabilis ſecularium negotiorum catena, & ille de neceſſitatibus multis unus per totam vitam Labor.* Vide ad priorem in Eutropium.

239. DIGNA STATIONE.] Ut pareant ſcilicet, Loco ipſo admonente. Statio, ſedes Ordinaria, atq; aſſignata, cuique peculiariter. Manilius, de Aſtris, lib. IV.

Impleruntque ſuos, certa ſtatione, Labores.

Petronius de Luxu Romano.

Expelluntur aquæ ſaxis, mare naſcitur arvis,

Terra mutata rerum ſtatione rebellant.

240. OPIFEX.] Prometheum ſive Providentiam dixit. Fulgentius verbis adſcriptis.

Ἀνθρωποποιὸς Tatiano. καὶ τὸν ἀνθρωποποιὸν προμηθέα καταφαγὼν ἀετὸς πιπ μρηται.

Quoniam verò è luto feciſſe creditus, Lutum appellatur univerſum ejus Opificium. Callimachus.

Ἦν κεῖνος οὐνιαυτὸς, ᾧ τό τε πτηνὸν

Καὶ τὸν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν οὕτως

Ἐφθέγγ᾽ ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμήθειος.

Lucianus opitulatam ſcribit architectanti Minervam:

καὶ τὸ μὲν ὅλον, Ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν, συνειργάζετο δέ τι ἡ Ἀθηνᾶ, ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα.

241. IRAM SANGUINEI REGIO SUB PECTORE CORDIS PROTEGIT] Sanguineum cor, quia fons Sanguinis. Plinius, lib. XI. cap XXXVII. *Cor prima intra ſe domicilia animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino.*

gemine. Ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga decurrunt, ſparſaq; ramorum ſerie per alias minores, omnibus membris vitalem ſanguinem rigant. Ariſtoteles, de Partibus, lib. III. cap. IV.

δῆλον ὅτι ἀρχὴ τῶν φλεβῶν ἐστὶ καὶ μέρειον ἡ καρδία, καὶ τοῦτ' εὐλόγως. Μέσον γὰρ τὸ τῆς καρδίας ἐστὶ σῶμα πυκνὸν καὶ κοῖλον πεφυκές. ἔτι δὲ πλῆρες αἵματος, ὡς τῶν φλεβῶν ἐντεῦθεν ἠργμένων. πυκνὸν πρὸς τὸ φυλάσσειν τὴν ἀρχὴν τῆς θερμότητος. ἐν ταύτῃ γὰρ μόνῃ τῶν σπλάγχνων, καὶ τοῦ σώματος αἷμα ἄνευ φλεβῶν ἐστι. τῶν δὲ ἄλλων μορίων ἕκαστον ἐν ταῖς φλεψὶν ἔχει τὸ αἷμα, καὶ τοῦτο εὐλόγως, ἐκ τῆς καρδίας γὰρ ἐποχετεύεται εἰς τὰς φλέβας.

Vide & Theodoretum Serm. III. De Providentia. Duo receptacula in corde, Spiritus alterum, alterum Sanguinis, agnoſcit Theophilus Protoſpatarius lib. III.

SUB PECTORE.] Pectus, domicilium, habitatio, cordis. Vide eumdem Theophilum initio modo laudati Libri. Rufum Epheſium, lib. II. cap VIII. & IX, Galenum, ejusq; Librorum Exegetas. ἔζα πάντος.

IRAM.] Ejus ſedes in pectoris intimo, Corde. Petronius Arbiter : *in Pectoribus ira conſidit.* Accius Achille *Ne dum cum fervit pectus iracundia*, Papin. lib. 2. Th. v. 410. Ignea corda fremunt. Auctor celebrium Dogmatum de Anima.

ὥστε τῶν σωμάτων ἀχώριστοι. ἔτι μὴν καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία. κινεῖ γὰρ ὁ μὲν τὸ περικάρδιον αἷμα, ἡ δὲ τὸ ἧπαρ. τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε διατίθησιν. Idem non multo poſt. ὅτι γὰρ καὶ μέχρι τούτου τοῦ σώματος ἐλλάμψεις φοιτῶσι, τῆς ἀλόγου ζωῆς, δῆλον, ὁ μὲν γὰρ θυμὸς κινεῖ τὸ περικάρδιον αἷμα, καὶ ζέσιν τινὰ αὐτοῦ ποιεῖ. Baſilius : Θυμός ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, ἐξ ἀναθυμιάσεως τῶν χυμῶν συνιστάμενος. Ὀργὴ δὲ ἐστιν ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. Philo de Migratione Abrahæ. περὶ μὲν γὰρ τὰ στέρνα ὁ θυμὸς τὸ δὲ ἐπιθυμίας εἶδος ἐν κοιλίᾳ. Cor hominis τὸ θυμικὸν iraſci potentem facultatem, vocat Iſidorus Peluſiota lib. IX Ep. CXXV. Vide Baſilij Homiliam de Ira. Noti auctores talia profeſſi, nec exigantur hic Phyſicorum doctrinæ. *Iracundia hinc inflammari cor perhibetur. Et mille talia*, Cum alioquin Sapientiam in ſanguine qui circa cor eſt, intellectumq; ipſum poſitum, teſtentur veteres. Empedocles:

> Αἵματος ἐν πελάγεσσι τετραμμένη ἀντιθρῶντος,
> Τῇ τε νόημα μάλιστα κικλήσκεται ἀνθρώποισιν,
> Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιον ἐστὶ νόημα.

Seneca, lib. II. de Ira, cap. XIX. *Volunt quidam ex noſtris iram in pectore moveri, effervîſcente circa cor ſanguine.* Vide ibi additas rationes. Quod de Sapientia dixi, aliis ſcitum Animam item hominis corde verſari. Mercurius Triſmegiſtus in Libro Sacro:

ἐπειδὴ καὶ ἐν τῷ μέσῳ τῆς γῆς ἡ τῶν προγόνων ἡμῖν ἱερωτάτη χώρα, τὸ δὲ μέσον τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος μόνης τῆς καρδίας ἐστὶ σηκός. τῆς δὲ ψυχῆς, ὁρμητήριόν ἐστι ἡ καρδία.

Eleganter B. Chryſoſtomus Excerptis Sermonis in Suſannam:

ἔστι γὰρ ἡ ψυχὴ καθάπερ παρθένος, ἐν θαλάμῳ τινὶ, ἐν μέσῃ τῇ καρδίᾳ ἡσυχάζουσα, καὶ ὑπὸ τῶν πέντε αἰσθήσεων, ὥσπερ ὑπό τινων θεραπαινίδων δορυφορουμένη, ποίων, ὁράσεως, γεύσεως, ὀσφρήσεως, ἀκοῆς, ἁφῆς, &c.

Cujus generis infinita notari poſſint.

243. AVIDAMQUE NOCENDI.]

Huc enim properat animus commotus. Cicero primo Offic. *Proprium eſt irati cupere, à quo læſus videatur, ei quam maximum dolorem inurere.* Vide Senecam, & Collectanea Stobæi. Præ cæteris Nazianzenum Jambo. XXI.

243. RABIE SUCCENSA TUMESCIT.] Pectoris illa regio inflammatur iracundia, efferviſcit quaſi, & ebullit, venis ipſis toto corpore incenſis. Ovidius. III. Artis.

> *Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,*
> *Lumina Gorgoneo ſævius angue micant.*

Perſius Sat. III. *Nunc face ſuppoſita ferveſcit ſanguis.*

B Baſilius: οὔτε γὰρ ξίφους ἀκμὴ, οὔτε πῦρ, οὔτε ἄλλό τι τῶν φοβερῶν ἱκανὸν τὴν ὑπὸ ὀργῆς ἐκμανεῖσαν ψυχὴν ἐπισχεῖν. οὐ μᾶλλόν γε ἢ τοὺς ὑπὸ δαιμόνων καταχθέντας. ὧν οὐδὲν οὔτε κατὰ τῆς ψυχῆς διάθεσιν οἱ ὀργιζόμενοι διαφέρουσι. ὀρεγόμενοι γὰρ τῆς ἀντιλυπήσεως περιζέει μὲν τὴν καρδίαν τὸ αἷμα ὥσπερ βίᾳ πυρὸς κυμαινόμενον καὶ παμφλάζον.

244. CONTRAHITUR TEPEFACTA METU.] Uti effert in calores nimios & præcipites ira, ita metus contrahit animum, ut veluti frigore quopiam perculſus, non poſſit officio ſuo fungi: Junctis his, commoderatisq; fit æquabilitas, nec tumido nec rigido exceſſu. Gregorius Thaumaturgus, Chariſterio Origenis: *Ex Contemplatione motionum animi, & cognitione eorumdem, componi mens noſtra ſolet, ut ad rectum moderatumque ſtatum ex confuſo transferatur: Ut tamquam in ſpeculo ipſam intuens, initia ipſa, fibraſq; malorum, quodque à Ratione ei alienum ineſt, unde abſurda in nobis affectiones ac perturbationes exſurgunt; & rurſum quæ Rationis compos pars ejus eſt optima, qua dominante illæſa & perturbationis expers ipſa permanet: Deinde hæc ipſe accuratè conſiderans, omnia quidem illa, quæ ex deteriore naſcuntur, & nos vel offendunt per intemperantiam, vel contrahunt & coarctant per animi Dejectionem, ut Voluptates, Cupiditates, aut mœrores & timores, quæq; ab his malorum generibus turba ſuboritur; hæc, inquam, rejiciat ac profliget.* Hæc contractio vigoris ingenii, ne in Sapientum quem caderet, cavebatur; itaq; laudantur, illi hujus experies, quod ſentit & noſter Vates. Porphyrius. Compendio vitæ Pythagoræ:

οὔτε ψυχὴ τὸ ὅμοιον, ἦθος ἀεὶ διὰ τῆς ὄψεως παρεδήλου. οὔτε γὰρ ὑφ' ἡδονῆς διεχεῖτο πλέον. οὔθ' ὑπ' ἀνίας συνεστέλλετο. οὐδ' ἐπίδηλος ἦν χαρᾷ οὐ λύπῃ κάτοχος ἀλλ' οὐδὲ γελάσαντα. ἢ κλαύσαντά τις πώποτ' ἐκεῖνον ἐθεάσατο.

Contractio quidem animi omnis eius dejectio. Evagrius Monachus, Libro de VIII. vitijs: Miſera anima quo magis in priores cogitationes diffuſa eſt, hoc etiam magis in ſecundis contrahitur ac dejicitur. Athanaſius, vita Antonii.

τῆς δὲ ψυχῆς πάλιν καθαρὸν τὸ ἦθος. οὔτε γὰρ ὡς ἀπὸ ἀνίας συνεσταλμένον ἦν. οὔθ' ὑφ' ἡδονῆς διακεχυμένον, οὔτε ὑπὸ γέλωτος, ἢ κατηφείας συνεχόμενον.

CONTRAHITUR.] Frigore velut. Arnobius lib. VII. Quod enim voluptate diſſolvitur contraria neceſſe eſt triſtitia contrahatur.

245. RABIE SUCCENSA.] Ira enim furor eſt; immo furore atrocior, ſi fides Breni ſententiæ apud Stobæum. Sermone. XX:

> πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψεν,
> Κρυπτόμενον, μανίας πολὺ χειρότερον.

Quam plurimi inſaniæ componunt. Pulcrè Leucipp. ſive Achilles Tacitus:

ἡ ὀρ-

ἡ ὀργὴ περικυκλοῦσα τὴν καρδίαν ἀπο-λίζει τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀφρῷ. Oecumenius in capite I. Epiſtol. Jacobi: οἱ ὀργιζόμενοι εὐθέως καὶ τὴν ὑποβαλλο-μένην ἐκ τῆς ὀργῆς ἐπάγεις μανίαν.

Philemon Comicus. Μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζόμεθα. Cato apud eundem Stobæum. τὸν ὀργιζόμενον νόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. Arnobius lib.I. *Quid aliud eſt iraſci, quam inſanire, quam furere?* Hinc rabies pro Ira, Nonnus, cap.XVI. Joannis.

> Καὶ τὰ μὲν οἰδηθέντες ἀμέτρητον
> λύσσῃ.
> - Δυσσεβέες, τελέσουσιν ἐς ἡμέας

Oroſius lib.III.cap.XVII. Frontinus, Curtius lib.IV. *Ira deinde vertit in rabiem.* Sic enim legendum ex MS. Scheda. Non *iram.* Vertendi enim verbo ſic ſolentes utuntur Scriptores. Rutilius Lupus.lib II. *Quum ab ea ſententia, quam propoſuimus, vertimus ad aliam.* Priſcianus, Periegeſi.

> *Marmaridæ poſt hos Aegpyti ad flumina*
> *vertunt.*

De Ira, inſaniæ parte, vide Ciceronem Quarta Tuſculan. Menandrum. Neophronem, Apollonium Philoſophum, Epictetum, Ariſtotelem, PLutarchum, apud Stobæum dicto Sermone. Antoninum Imp. Lib. VII. Porphyrium. Quæſtion. XV I. in Homerum. Sidonium Panegyr. Major. Nilum ſententiis. Apollonium Rhodium, Argon.III. Quintum Smyrnæum lib,V. Homerum Iliad IX Senecam. Lib.I. & alibi, de Ira. Hinc Chriſtianis omnino hac interdicitur, fortiore ejus victore nuncupato, quam qui Civitatem ſuperet. Radulphus Ardens, Homil. XLIV. in Evangel. *Apud Chriſtianos, non qui fortiter percutit fortis eſt, ſed qui fortiter cedit, fortis eſt. Fortior enim eſt, teſte Salomone, qui iram, quam qui vincit civitatem.* Vide & Maximi atque Antonii Collectanea Sententiarum. Notus Gregorij Nazianzeni Jambus:

> Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν, ἔξω πέσῃς.

Præcipitem, quod vocat Claudianus pulcrè deducit Dionyſius Alexandrinus, cum ait: Θυμῷ μάλιστα δεῖ κυβερνήτῃ χρῆσθαι, καταλειφθεὶς γὰρ ἀκυβέρνητος, ἄνω καὶ κάτω κυκώμενος ὑπὸ σάλου καὶ κλύδωνος, τὴν ψυχὴν ὅλην, καθάπερ ἀνερμάτιστον σκάφος, ἀνατρέψει, συνανατρέψας καὶ τὸ σῶμα. Hugo apud SemiLatinos pulcrè dixit: Iram eſſe ſubitam animi Tempeſtatem, quæ dum inordinatè ſe concutiat, cor hominis extra ipſum protrahat in inſaniam.

245. TUMESCIT.] Extra ſe effertur, quod pulcrè fermento ſuo præfiguravit Plautus. Minutius Felix: *Vt averteretur imminens ira, aut, ut, jam tumens atque ſæviens, placaretur.* Papinius *ſermonibus ira Intumuêre.*

245. CONTRAHITUR.] Areſcit quaſi, & corrugatur. Arnobius Lib VII. *Contrahitur triſtitia, quod ſolvitur voluptate.*

245. TEPEFACTA.] Ex fervore relangueſcens, eumque exſpirans. Metus enim frigore quodam velut ſtupefactos mortales contrahere ſolet; Vnde frigidus perhibetur. Varro, lib.IV.de L. L. *Metuo, mentem quodam modo motam amoveo, ſic, quod frigidus Timor eſt, tremuiſti, hoc eſt timuiſti. Frigens metus Cypriano*, Paulino gelidus, Poetis Chriſtianis. Tryphiodorus, Excidio Ilii:

> μὴ τ' ἄλλο φόβου νέφος οἷά τε νυκ-
> τός,
> Ανθρώποισι φέρουσιν ἐλαφρὸν δεῖμα-
> τα θυμοῦ.

Cum animæ nimirum perculſæ contrahuntur & horrent. Xenophon. Pæd.III.

πάντων τῶν δεινῶν φόβος μάλιστα καταπλήττει τὰς ψυχάς. In noſtro Libro: ut & aliis nonnullis, eſt *Stupefacta* Nibil mutamus

246. CUMQUE OMNIA SECVM DVCERET.] Efferæ nis iracundia, fluctibu comparata modo ab Dionyſio Alexandrino Evagrius id genus malo obnoxium hominem

 navi

ον διοικοδομοῦσι τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους, αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς. Ἐν δὴ τοῖς στήθεσι, καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι, τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν γένος ἐνέδουν, καὶ ἐπειδὰν τὸ μὲν ἄμεινον, αὐτῆς, τὸ δὲ χεῖρον πέφυκει, διοικοδομοῦσι τοῦ θώρακος αὖ τὸ κύτος, διορίζοντες οἷον γυναικῶν τὴν δὲ ἀνδρῶν, χωρὶς οἴκησιν, τὰς φρένας διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες, τὸ μετέχον οὖν τῆς ψυχῆς ἀνδρείας, καὶ θυμοῦ, φιλόνεικον ὄν, κατῴκισαν ἐγγυτέρω τῆς κεφαλῆς, μεταξὺ τῶν φρενῶν τε καὶ αὐχένος, ἵνα τοῦ λόγου κατήκοον ὂν, κοινῇ μετ' ἐκείνου, βίᾳ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλοι. τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἅμμα τῶν φλεβῶν, καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου, κατὰ πάντα τὰ μέλη, σφοδρῶς αἵματος, εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησαν, ἵνα ὅτε ζέσειε τὸ τοῦ θυμοῦ μένος, τοῦ λόγου παραγγείλαντος, ὥς τις ἄδικος περὶ αὐτὰ γίγνεται πρᾶξις ἔξωθεν, ἢ καί τις ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἐπιθυμιῶν, ὀξέως διὰ πάντων τῶν στενωπῶν, πᾶν, ὅσον αἰσθητὸν ἐν τῷ σώματι, τῶν τε παρακελεύσεων, καὶ ἀπειλῶν αἰσθανόμενον γίγνοιτο ἐπήκοον, καὶ ἕποιτο πάντῃ, καὶ τὸ βέλτιστον οὕτως ἐν αὐτοῖς πᾶσιν ἡγεμονεῖν ἐῷ, τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει, προγιγνώσκοντες ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυμουμένων, ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι, τὴν τοῦ πνεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν, πρῶτον μὲν μαλακὴν καὶ ἄναιμον, εἶτα σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν οἷον σπόγγου κατατετρημένας, ἵνα τό τε πνεῦμα καὶ τὸ πόμα δεχομένη ψύχουσα, ἀναπνοὴν καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι, διὸ τὰς ἀρτηρίας ὀχετοὺς ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἔτεμον, καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐτὸν περιέστησαν, οἷον ἅλμα μαλακόν, ἵνα ὁ θυμὸς ἡνίκα ἐν αὐτῇ ἀκμάζῃ, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον, καὶ ἀναψυχομένη, πονοῦσα ἧττον, μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρετεῖν, τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ ὅσων ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἴσχει φύσιν, τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι, καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα, ὡς θρέμμα ἄγριον, τρέφειν δὲ δὴ ξυνημμένον ἀναγκαῖον, εἴπερ τι μέλλει ποτὲ θνητὸν ἔσεσθαι γένος, ἵν' οὖν ἀεὶ νεμόμενον πρὸς φάτνῃ, καὶ ὅτι πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου κατοικοῦν, θόρυβον καὶ βοὴν ὡς ἐλαχίστην παρέχον, τὸ κράτιστον καθ' ἡσυχίαν περὶ τοῦ πᾶσι κοινῇ ξυνδιαφέροντος ἐῷ βουλεύεσθαι, καὶ διὰ ταῦτ' ἐνταῦθα ἔδοσαν αὐτῷ τὴν τάξιν. Εἰδότες δὲ αὐτὸ ὡς λόγου μὲν οὔτε ξυνήσειν ἔμελλεν, εἴτε πῃ καὶ μεταλαμβάνοι τινὸς αὐτῶν αἰσθήσεων, οὐκ ἔμφυτον αὐτῷ τὸ μέλειν τινῶν ἔσοιτο λόγων, ὑπὸ δὲ εἰδώλων καὶ φαντασμάτων νυκτός τε καὶ μεθ' ἡμέραν μάλιστα ψυχαγωγήσοιτο, τούτῳ δὴ θεὸς ἐπιβουλεύσας αὐτῷ τὴν τοῦ ἥπατος ἰδέαν ξυνέστησε, καὶ ἔθηκεν εἰς τὴν ἐκείνου κατοίκησιν, πυκνὸν, καὶ λεῖον, καὶ λαμπρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρότητα ἔχον, μηχανησάμενος.

Hæc Socrates Platonicus, quæ, unde aptiſſimam hanc, ad domandos affectus, & ſecundum Rationem Regalem vitam inſtituendam, exhortationem, hauſerit Vates, oſtendunt; ex ejus nimirum viri myſteriis, quo humana ope divinis nemo propior venit.

246. MADIDUMQUE FLUENTI.] Ita etiam poſt alios omnes ex optimis Cujacianis Libris Claverius, (qui nimium multa iterandæ Editioni, ex vetuſtioribus etiam Codicibus, ut ait, adorandæ, emendanda in illa prima reliquit, quæ tamen hactenus & ſola fuit) promulgandum cenſuit. Sed dicas ſcribendum cum Scaligero, Belgicis, noſtroque Codice *madidumque furenti Præbuit* Res ipſa ſatis jam enarrata eſt. Tamen ſic Apul. Dogmate Platonis: Pulmones cordi plurimum conſulunt, cum exardeſcit ira, trepidanſque celerioribus motibus vertex ipſius madēs ſanguine pulmonis excipitur mollitie, ſiti, frigore. De Pulmone etiam pulcrè Cæſarius frater Nazianzeni, Quæſtione LXXIIX. Varro definit Animam; *Aer eſt conceptus ore deferveſactus in pulmone, tepefactus in corde, diffuſus in corpus.*

248. PRÆBUIT.] Elegantiſſimus uſus hujus verbi. Exhibuit, miniſtravit. Obſcœno ſenſu ſic uſurpatur, pro ſpontanea oblatione.

248. SIBI CUNCTA PETENS, NIL COLLATURA, CUPIDO.] Omnem uno nomine Cupiditatem intelligit, Avaritiæ intentum oculum habens, quam alibi ſcelerum matrem vocat. Vide ad Secundum Stilicon & I. in Rufinum. Cupiditas κατ' ἐξοχὴν Avaritia etiam B. Paullo Apoſtolo. Cupidus, avarus, ut non ſemel Ciceroni. In Rullum: *Cum mittantur in orbem terrarum Decemviri, ſummo cum imperio. ſumma cum Avaritia, infinitaque omnium rerum cupiditate.* Sæpius medio ævo ſic Luitprandus Legatione Byzantina. Contrà Libidinem (nam & ea iſthic intelligitur,) Avaritiam, Crudelitatem, &c. Notare voluerunt. Vide Adverſarior, lib. XXIX. cap. XIV.

248. IN JECUR.] PLatonica, modo adſcripta, etiam meliora fecit. Jecur ſedes cupidinum. Jul. Firmicus contrà Paganos: In jecore, unde libido naſcitur & Voluptas, Anacreon, de Cupidinis telo, ipſum percutiente.

> τανύει τε, καὶ με τύπτει,
> Μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶστρος.

Theocritus de eodem

> χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἀμύσσειν

Idem in Cyclope.

> Αὐτῶ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσας,
> Ἐξ ἀοῦς, ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος,
> Κύπριδος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.

Bion de Venere, morientem Adonin oſculante:

> Ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν στόμα, κεἰς ἐμὸν ἧπαρ
> Πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ

Ariſtænetus lib. II. Epiſt. V.

ἢ τοῦτο μᾶλλον, ὅπερ φασὶν, ἔρως, ἔρωτος ὁ πυρσὸς, καὶ μέχρι τοῦ ἥπατος διελήλυθεν εἰσρυείς.

Heſychius Preſbyter Lib. I. Comment. In Leviticum: *In Iecore, id eſt in Epate delectatio, ſive concupiſcentia conſtituta eſt.* Alexander Aphrodiſæus. Problemat. CXLI.

249. TRACTUS IMOS.] Relegata in locum indigniorem. PLato verbis adſcriptis. Tractus, ab aere deſumti. Juvencus. lib. IV.

> *nec tum morbi corrumpere tractum*
> *Aeris, aut peſtes proſternere corpora paſcent.*

Notabilis vero ſollertia Conditoris, Cupiditatum corporearum ſedes non in frontem, ſed imis corporis partibus illocantis, quam celebrant inde Sapientes. Dionyſius Longinus cap. XXXVIII. Lactantius de Opificio Dei, Theophilus, Rufus, &c. *Cupiditates, Timores, Dolores, Animæ, corporiſve*, an mixtum utriuſque

que, ſive adeò an Tertii cujuſpiam ſint, lege in PLotini Libro περὶ τοῦ τί ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος.

250. COMPULSA.] Non enim ſponte. Notat Impudentiam Cupidinis humani.

251. BELLUA.] Duo in homine animantia ſtatuunt Philoſophi, in ſpeciem tamen, & rei, puto, liquidius docendæ. Vide doctiſſimum Commentarium IS. Caſauboni ad Perſii Satiram Quintam. *Vitia belluæ ſunt, vitioſi homines, belluis æquati*, vide ad Rufini finem. Pulcrè hinc Theodorus Studita, Serm. XXVI. Cum tanta eorum ſit poteſtas in vitam humanam, tantaque ſimul vecordia, malle ſe beſtiis tradi aſſeverat, quam vitiorum parere obſequiis.

252. PASCIQUE.] Vt deſiſtat à cupiditate plurium. Eleganter docteque paſci, non ſaturari, dixit, cum numquam paſcatur cupiditas, quippe voluptas in paſtu; quam illa neſcit, ſoli ingurgitationi & deglutitioni intenta. Nulla hic animi compoſitio quæ ſequitur paſſionem, ſed perpetua ſitis & fames. Omnia ſunt nota.

252. VERBERE.] Tormento, Flagellis. Omnia tormenta verbera ſunt priſcis, quod in tormentis maximè uterentur flagellatione; tam ſæva, ut venis & carne diverberatis, nudis tamdem oſſibus illiderentur verbera. Curtius de Philota: *Primo, quamquam hinc ignis, illinc verbera, non jam ad quæſtionē, ſed ad pœnam ingerebantur, non vocem modo, ſed etiam gemitus habuit in poteſtate. Sed poſtquam intumeſcens corpus ulceribus flagellorum ictus, nudis oſſibus incuſſos, ferre non poterat, ſi tormentis adhibituri modum eſſent dicturum ſe, quæ ſcire expeterent, pollicetur.* Infinitis locis Hiſtoriæ Chriſtianorum Martyrum.

253. STIMULIS AMORUM.] Molliores hos facit verberibus avaritiæ. Sic κέντρον ἔρωτος infinitis locis in Nonno, & apud Muſæum Leges, ad quem pluribus. Flagrare dicit, ob ignem innaturalem quodam modo, nimium, inconditum. Sic febrili æſtui ardorem à Libidinibus comparat idem Theodorus Serm XCIII. *Nam quæ ſuavitas, inquit, eſt adulterare, Nepotari, Opibus inhiare, peculari, cæteriſque vitiis teneri? Non ij mentem gerunt fœdis libidinibus flagrantem, quaſi qui febribus laborent.* Amoris autem res igni præcipuè comparantur, ut omnia ejus arma ignita eſſe ait Moſchus. Muſæus cor etiam flamma accenſum dicit Leandro.

> Καὶ κραδίη παφλαζεν ἀνικήτου πυρὸς ὁρμῇ

Valerius Flaccus, lib. VII.

> *collapſaque flebat iniqua*
> *In Veneris, Medæa, ſinus: peſtemque latentem*
> *Oſſibus, atque imi monſtrabat pectoris ignem.*

Vide ad Muſæum.

254. NVNC GAUDET.] Nimium gaudium, animi ingens turbatio. Exſultationem dicam cum Catullo.

> *Otium, Catulle, tibi moleſtum eſt,*
> *Otio exſultas, nimiumque gaudes.*

Pulcrè ſtultitiam hujus præpingit Cebes in Tabula.

254. MOESTA DOLET.] Non temerè inunxit dolori mœſtitiam, cum & Dolor ſit qui non ſit triſtis, iſque minime deterius afficiat, lævitati mentis inhærens.

255. POLLENTIUS.] Vivacius, nervoſius, fortius Onomaſticon. Pollentia, δύναμις. Ingenium verbi propius tangere videntur Gloſſographi, qui Lucere, clarere interpretantur. Pollentiſſima ingenia, Solino cap. VIII. Pollens Herculis titulus. Inſcrip. Pag. L.I. Colebatur Dea hoc nomine. Livius, lib. XXXIX. *Malus in circo inſtabilis in ſignum Pollentiæ decidit, atque id dejecit. Ea religione moti patres, ſigna duo pro uno reponenda cenſuerunt, & novum auratum faciendum.* Eadem Valentia in Inſcriptionibus. Vide. II. 12.

255. HYDRA.] Nota fabula, ad vitia autem non ſine improbo labore damnanda refertur. Inter Politicos hydram velle occidere

Inconcuſſa contentio Auguſtino I. Civ.D. cap. XVIII. Oroſius, lib. II. cap. II. Regnum Aſſyrium diu inconcuſſa potentia ſtetit.

257. SACRARIA.] Velut in Sacrario Diis acceptiſſimus vivas. Cum Deorum enim benivolentia vivere, & ad Dei voluntatem ſe agere, Deo ſe credere, tam PLatonica quam Pythagotica Sapientia ſummam Felicitatem facit & præcipit. Harum miſtione pollens regnabat in Apicibus Paganorum Claudiam ævo. Vide cum primis Hieroclis Commentaria in Epos aureum. Nos per iſta properamus.

258. LATE DOMINERE PER INDOS.] Qui moribus gravis eſt, nec ad veram virtutem animo compoſito, quamlibet opibus polleret, is animo magno eſſe, felixq; vitam ducere videatur; non eſt tamen illo infelicius quicquam, cum abſurdis intra ſe vitiis pareat. Pulcrè hæc exiguntur ſequentibus, & enarrat Emanuel Palæologus ad Filium cap. LXXI. *Animo*, inquit, *cave concutiaris, ob res improborum ſecundas; nec improbè agentem æmuleris. quamvis Alexandros, quamvis Cyros, quamvis Caſares, quamvis beatiſſimum quemque divitiis & gloria ſuperet. Nec, ſi quis ſacrilegiis, rapinis, graſſationibus, infamis, numiniſque divini contemtor, & violator Legum, Scythis imperaverit, ac totius Orbis habitati, totius inhabitabilis, fines in ditionem redegerit, ob Imperij tibi molem admirabilis videatur. Non enim ille beatus eſt, non princeps: non Rex, non reapſe Homo: Licet id omnis Lapis, omne animal, omnis hominum natura, quodvis animatum & inanime dicat: ſed poteſtatem quod attinet, magis eſt iis quoque ridiculus qui Principum perſonas in ſcena ſuſtinent. quod vitam, miſerior infectis lepra. Nam horum ſane ſers deplorari ſolet, non reprehendi, at illum merito odiis perſequuntur omnes exploduntque.* Indorum Amplitudo notiſſima. Vide Arrianum.

259. TE MEDUS.] Lariſſima Imperia adjicit Romanæ potentiæ, ut declaret nullam omninò vim aut poteſtatem huic ſcito eſſe exemtam. *Medos* ſimul innuit regum ſuorum fuiſſe colentiſſimos; id teſtantur Hiſtoriæ Veritatem profeſſæ, & Philoſtratus lib. VII. de Vita Apollonij cap. VI.

259. MOLLIS ARABS.] Amplitudo Provinciarum Arabicarum neminem latet ex ſcriptoribus Regionum & Rerum geſtarum. *Mollis gens* tota, celebri convitio. Catullus, Sive in Hircanos Arabaſque molles. Tibullus. *Quos tenor è terra divite mittit Arabs* Manilius, lib. IV. *Et molles Arabas, Silvarum ditia regna.* Virgil. Georg. I. *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.* Periodo iſti ſimilem legi apud Arrianum, Anabas. IV.

ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο καὶ Ἀλέξανδρον μεγάλα πράγματα ἐς τεκμηρίωσιν τίθεμαι, ὡς, οὔτε τὸ σῶμα ὅτῳ εἴη καρτερὸν, οὔτε ὅστις γένει ἐπιφανὴς, οὔτε κατὰ πόλεμον εἰ δή τις διευτυχοίη. ἔτι μᾶλλον ἢ Ἀλέξανδρος: οὐδὲ εἰ τὴν Λιβύην τις πρὸς τῇ Ἀσίᾳ (καθάπερ οὖν ἐπενόει ἐκεῖνος) ἐκπεριελάσας κατάσχοι, οὐδὲ εἰ τὴν Εὐρώπην ἐπὶ τῇ Ἀσίᾳ τε καὶ Λιβύῃ τρίτην, τούτων οὐδέν τι ὄφελος ἐς εὐδαιμονίαν ἀνθρώπου, εἰ μὴ σωφρονεῖν ἐν ταὐτῷ ὑπάρχοι, &c.

258. SERES.] Serum res domitoribus, ut ajunt, mundi, Romanis admirandum in modum incognitæ fuerunt, circa ſuperiora tempora penitius demum cognito. Ex more gentis non admittendi aut immittendi terris ſuis peregrinos: ſuis mercibus procul poſitis recipere exteras ſueti, fugere commercium hominum permutatis rebus indigenis. De his Mela. lib. III. cap. VI. *Seres, genus plenum juſtitia, ex commercio quod, rebus in ſolitudine relictis, abſens peragit.* Plinius lib. VI. cap. XVIII. *Seres, mites quidem, ſed & ipſi feris perſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, eum commercia expectent*, Solinus cap. LIII. *Seres ipſi quidem mites, & inter ſe quietiſſimi, atque verò reliquorum mortalium cœtus adeo refugiunt, ut ceterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipſi*

 tranſeunt,

tranſeunt, in cujus ripa, nullo inter partes linguæ commercio, ſed depoſitarum rerum pretia oculis æſtimantes, ſua tradunt, noſtra non emunt. Euſtachius in Dionyſium:

σημείωσαι δὲ ὅτι ἐξ ἀνθῶν οἱ Σῆρες ποιοῦσι τὰ ὑφῆ, διὸ οὐδὲ τοὺς λειμῶνας ἐῶσι, καταβόσκεσθαι. ὅτι δὲ ἀπροσμιγεῖς τοῖς ἀνθρώποις εἰσὶ, καὶ ἀνομίλητοι οἱ Σῆρες, δῆλον ἐκεῖθεν, τῶν πωλουμένων τὸ τίμημα σακκίοις ἐπιγράψαντες ἀποχωροῦσιν, εἶτα ἐλθόντες οἱ ἔμποροι, καὶ θέντες τὴν τιμὴν, ἀναχωροῦσιν, ἐφ᾽ οἷς ἔρχονται οἱ Σῆρες, καὶ, εἰ μὲν ἀρέσκονται, λαμβάνουσι τὴν τιμὴν, εἰ δὲ μὴ, γε, τὰ ἴδια.

Ammianus, lib. XXIII. *Vltra hæc utriuſque Scythiæ loca, contra Orientalem plagam, in orbis ſpeciem conſerta ſummitates celſorum aggerum ambiunt Seras: Vbertate Regionum & Amplitudine circumſpectos. Ab Occidentali latere Scythis adnexos, à Septemtrione, & Orientali, niveſæ ſolitudini cohærentes: qua meridiem ſpectant ad uſq; Indiam porrectos, & Gangem. Appellantur autem iidem montes Aria, & Nazavicium, &c. Agunt autem ipſi quietius Seres, armorum ſemper & præliorum expertes, utque hominibus ſedatis & placidis, eſt otium voluptabile, nulli finitimorum moleſti. Cæli apud eos jucunda ſalubrisque temperies, aeris facies munda, leniumque ventorum commodiſſimus flatus, & abunde ſilvæ ſublucidæ; à quibus arborum fœtus aſperginibus crebris velut quædam vellera, molientes, ex lanugine & liquore mixtam, ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nenteſque ſubtemina, texunt Sericum. Ipſi præter alios frugaliſſimi, pacatioris vitæ cultores, vitantes reliquorum mortalium cœtus. Cumque ad cemenda fila, vel quædam alia, fluvium tranſierint, advena, nulla ſermonum vice propoſitarum rerum pretia ſolis oculis æſtimantur, & ita ſunt abſtinentes, ut apud ſe tradentes gignentia, nihil ipſi comparent adventitium. Cujus poſtrema hæc* Solino interpretando ſcripta ſunt. Hæc adſcripſimus, ut ſpectate liceat qua de cauſſa populis latè habitantibus, moribus & vita ab Romanis alienis, indomitiſque, Seras Claudianus compoſuerit. Situm Serum habes & in Sinarum deſcriptione apud Marcianum Heracleotam in libellis Geographicis ſoluta oratione ſcriptis. Nam ille Jambus nihil ad illum; multo utique Antiquior, licet Romani jam & ipſe florentem agnoſcens.

258. ADORENT.] More omnium nationum Regibus parentium, etiam ISraelitarum, ut multis locis docet Scriptura. Herodotus, Xenophon, Plutarchus, Arrianus, Strabo, exempla ſuppeditant; Etiam Heliodorus lib. VII. Dinon in rebus Perſicis apud Athenæum, lib. XIII. Originem ducit à Cyro hæc conſuetudo, ut videmus in Arriano, Anabaſ. IV.

εἰ δὲ ὑπὲρ Κύρου τοῦ Καμβύσου λέγεται τὸν πρῶτον προσκυνηθῆναι ἀνθρώπων Κῦρον, καὶ ἐπὶ τῷδε ἐμμεῖναι Πέρσαις τε καὶ Μήδοις τὴν δὲ τὴν ταπεινότητα, χρὴ ἐνθυμεῖσθαι ὅτι τὸν Κῦρον ἐκεῖνον Σκύθαι ἐσωφρόνισαν, πένητες ἄνδρες, καὶ αὐτόνομοι.

Quod falſum vel Moyſes evincat Geneſ. XXXIII. Vbi fratrem ſepties in terram pronus adorat Iacobus, priuſquam eum accederet. Vt Reges taceam Hebræorum, Cyro priores. Ad Romanos, quo tempore tranſierit Adoratio, certò non conſtat. Ante tempora Claudiani uſitatam fuiſſe docet in Conſtantii cultu Eunapius in Aedeſio, de legatis ad Ablabium occidendum, ſpecie offerendi Imperij à Principe miſſis.

τοῖς μὲν πρώτοις, inquit, ἐκέλευσαν ἀποδιδόναι γράμματα, καὶ προσκυνῆσαί γε αὐτὸν, ὥσπερ νομίζουσι Ῥωμαῖοι βασιλέα προσκυνεῖν, οἱ τὰ γράμματα ἐγχειρίζοντες, καὶ ὃς μάλα συνεχῶς διεξιὼν τὰ γράμματα, τὴν ἀλουργίδα τοὺς ἐλθόντας ἀπῄτει.

Ut degeneratit ſanior iſta adoratio poſt ſuprà notatum ex Procopianis Anecdotis. Ipſe ſanè Juſtinianus *ſemper aderandum* ſeſe nominat, inſcriptione Novell. XVII.

260. SI METUIS.] Pavorem Animi abhorret Sapientia. Metum inſtantium cum cupidine abſentium inter ea ponunt Sapientes quibus non decet cordati hominis ratione compoſitam mentem quati aut convelli. Dio Chryſoſtomus Regis animo eleganter metum extorquet, non eſſe verè principem aſſeverãs qui timere valeat. Perſona Diogenis Alexandrum alloquentis. IV. de Regno: *Nonne*, inquit, *audiviſti*, *quod etiam inter apes Rex Natura exiſtat, non genere: ſicut & vos ab Hercule ortos gloriamini Quale igitur iſtud ſignum eſt? rogat Alexander. Nonne ex Agricolis ſolam hanc apiculam ſine ſpiculo eſſe, nec eam adverſus quempiam armis indigere, inaudiſti? Neque enim cum ea ulla alia apicula de Imperio contendit, nec contrà poſſidentem regnum dimicatur. Te verò non ſaltim inambulare, ſed & in armis dormire, exiſtimo. An tu ignoras timidi hominis eſſe geſtare arma? At qui metuit, Rex eſſe non poteſt, non magis quam ſervus. Qua audito Alexander paullatim manu haſtile depoſuit.* De Timore abhorrendo. Rationis Cura, Seneca de Brevit. vitæ, cap. V. *Poteſt beatus dici qui nec cupit nec timet beneficio Rationis.* Pulcrè Boethius, lib. I. de Conſol. cap. IV.

Quid tantum, miſeri, feros tyrannos
Mirantur, ſine viribus furentes?
Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas,
Exarmaveris Impotentis iram.
At quiſquis trepidè pavet vel optat
Abjecit clypeum, loceq; motus,
Nectit, qua valeat trahi, catenam.

Et Pentadius, Veterum Poëtarum non poſtremus, licet vulgò incelebrior.

Non eſt, falleris, hæc beata, non eſt
Quod vos creditis eſſe, vita non eſt.
Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut teſtudineo jacere Lecto.
Aut pluma latus abdidiſſe molli.
Aut auro bibere, & cubare cocco.
Regales dapibus gravare menſas,
Et quicquid Libyco ſecatur arvo
Non una poſitum tenere cella.
Sed nullos trepidum timere caſus,
Nec vano populi favore tangi.
Et ſtricto nihil æſtuare ferro.
Hoc quiſquis poterit, licebit illi
Fortunam moveat loco ſuperbus.

Sic vulgatur elegantiſſimum Epigramma, cum in fine ſcribendum tamen ſit. Fortunam moveat joco ſuperbus. Irritet, ludibrio habeat. Nemo enim dixerit quid ſibi velit Fortunam loco movere. Pari ſenſu & elegantia de patre ſuo Auſonius.

Invidi numquam; cupere atque ambire refugi
Sincero colui fœdere amicitias.
Felicem ſcivi, non qui, quod vellet, haberet,
Sed qui per fatum non data non cuperet.
Ira procul, ſpes vana procul, procul anxia cura:

Non adſcribimus tradita Philoſophorum huc ſpectantia, quæ ex PLatone, Philone, Cicerone, Seneca, Arriano, Marco Imperatore, Herode, PLotino, Porphyrio, Stobæo, facilia congeri, ut plures alios non nominem. Joannes Saresber. ultimo ævo.

nil metuens omnia tutus agit:
Omnia tutus agit, quem nec ſpes nec timor angit:
Cui mala nulla placent, omnia tutus agit.

260. PRAVA CUPIS.] Honeſtarum enim rerum deſideria requiruntur, non vetantur aut abiguntur. Rectiſſima Lectio, niſi omnibus libris manu exaratis. Etiam Cujacianis & noſtro; ut miret Scaligerum τὸ *parva*, quod in nonnullis editorum eſt, deligere potuiſſe. *Prava cupere*, omnium indignarum, & Principi & homini rerum genus inhiare denotant. Citant veram Lectionem etiam Alanus, & Sparanus Barenſis, in Libro Roſarij, virtutum & vitiorum. Cupere, in vitio,

Libidinem, avaritiam, denotat. Catullus Epithalamio Pelei, de ſeculo jam degenerante.

Iuſtitiamque omnes cupida de mente fugarunt.

Cyprianus, Lib. de Opere & Elemoſyna: *Cum Dominus in Evangelio de Elemoſynis diſputaret, &c. ut nobis amicos de terreſtribus lucris, provida operatione, faceremus, fideliter ac ſalubriter pramoneret, addidit poſthac ſcriptura, dicens: Audiebant autem hac omnia Phariſai, qui erant cupidiſſimi, & irridebant eum.*

260. DUCERIS IRA.] Raperis, traheris. De Iræ præcipitio multis Seneca, & in Collectaneis, Stobæus, Antonius, Maximus, Thomas Hibernicus. Etiam Alanus Florum de Poetis libro IV. & Sparanus Roſarij capite XXIIX.

261. SERVITII PATIERE JUGUM.] Conſenſu Sapientum conſtat eum liberum minimè eſſe, qui animo & affectu obnoxius ſit vitijs & cupiditatibus. Philo Libro qui integer huc pertinet, omnem probum eſſe Liberum:

ὥσπερ τῶν πόλεων αἱ μὲν ὀλιγαρχούμεναι, καὶ τυραννούμεναι δουλείαν ὑπομένουσι, χαλεποὺς καὶ βαρεῖς ἔχουσαι δεσπότας τοὺς ὑπαγομένους καὶ κρατοῦντας, αἱ δὲ νόμοις ἐπιμεληταῖς χρώμεναι καὶ προστάταις, εἰσὶν ἐλεύθεραι. οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων παρ᾽ οἷς μὲν ἂν ὀργὴ, ἢ ἐπιθυμία, ἤ τι ἄλλο πάθος, ἢ καὶ ἐπίβουλος κακία δυναστεύῃ, πάντως εἰσὶ δοῦλοι, ὅσοι δὲ μετὰ νόμου ζῶσιν, ἐλεύθεροι.

Seneca, de Vita Beata, cap. V. *Vides quam malam & noxiam ſervitutem ſerviturus ſit, quem Voluptates & Dolores, incertiſſima Domina, impotentiſſimaque, alternis poſſidebunt. Exeundum ergo eſt ad Libertatem.* Sidonius, Lib. II. Epiſt. XIII. *Sicut hominibus Reges, ita dominandi deſideria Regibus dominantur.* Boethius: *Nulla poteſtas compotem ſui fecerit, quem vitioſa libidines inſolubilibus aſtrictum retinent catenis.* Idem Lib. V. de Conſol. cap. II. *Extrema eſt ſervitus, cum anima humana, vitiis dedita, Rationis propria poſſeſſione ceciderunt.* Vide eumdem Aureolum Libellum, lib. III. Carm. V. Proſper, Epigramm, LIII.

Solus peccator ſervit malè, qui licet amplo
Vtatur regno, fit miſer eſt famulus.
Cum mens, carnali nimium dominante tyranno,
Tot ſervit ſceptris ſubdita, quot vitijs.

Auguſt de Civit. Dei lib. I. c. I. *Terrena Civitati etſi populi ſerviant, ipſa tamen dominandi libido dominatur.* Dio Caſſius. lib. XXXVIII.

οὐ γὰρ ἔστιν ὅτε ἐστι δουλεύοντά τινα ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς, ἐν μέσῳ τε ἀεὶ φαίνεσθαι, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναστρέφεσθαι.

Uti hominem videlicet planè ſervum, qui in publicis rebus perſonam nullam habet. Baſilius Magnus.

τῷ πολυτιμήτῳ αἵματι τοῦ Θεοῦ ἠγορασθεὶς, μὴ γίνου δοῦλος ἁμαρτίας.

Thalaſſius Monachus: *In ſervitutem cogo corpus, Voluptatibus circumſcriptus, Liberabis mentem à gravi ſervitute.* Sedulius Junior. Commentario in cap. II. Epiſtol. ad Titum: *Servitus quadam eſt & extrema conditio, vino ſenſus hominis occupari, & non ſuum eſſe, ſed Ebrietatis.* Proſper, de Vita Contempl. lib. II. cap. XV. *Et hoc ſit juſto Dei judicio, ut quicupiditati reſiſtere, nolumus ingreſſura, jam reſiſtere nequeamus ingreſſa: ô miſerabiliter plangendum expugnata mentis ſervitium!* Valerianus Cimpl. Hom. I. *Quorum mentes gula inſatiabilis poſſidet, ſuper quos regnat Ebrietas, quos turpis Luxuria captivos tenet.* Oecumenius in priorem Petri, c. II.

εἰ γὰρ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι περὶ τὴν ἀπόλαυσιν στρεφόμεναι τῶν αἰσθητῶν συνθολοῦσι τὸν λογισμὸν, καὶ ἀνδραποδώδη τὴν ψυχὴν ἀποτελοῦσι.

Petrus Apoſtolus, Epiſtol. II. capite II.

Ἐλεύ-

Ἐλευθερίαν ἐπαγγέλλονται, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. Idē Oecumenius: θαυμάσιόν τι φάσκων. ὅτι ᾧ τινι τις πάθει νενίκηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. καὶ τοῦτο δι' ἀποδείξεως συνιστᾷ. πῶς ὁ τινὸς ἡττώμενος, τούτῳ καὶ δουλεύει. ἐξ ὑπερθέσεως ποιεῖται τὴν ἐπιχείρησιν.

Eugippius Vita Severini: *Cur*, inquit, *nobiliſſima natalibus orta, cupiditati te prabes ancillam? Vt exſtes avaritiæ mancipium?* Columbanus, Paræneſi.

Luxuriis animo noli ſervire malignis.

Petrus Chryſologus, Sermon. LIV. *Agit divitias ad largientis obſequium, non ad Avaritiæ ſervitutem. Divitiarum ſervus, non Dominus, eſt avarus. At miſericors tot ſerves habere ſe probat, quot nummos.* Paſchaſius Rarbertus:

Quid, caro, quid facies illa, quid, flebilis, hora,

Qua mode, va, miſera ſervire libidine gaudes?

Gaudentius ad Germinium: *Non poteſtis Deo & Mammona ſervire. Deo enim Chriſti ſervos atq; diſcipulos, imperare oportet pecuniæ, non ſervire, ne, dum cupiditati ejus obadimus, à charitate ſervitutis ejus, dominante pecunia, ſeparemur.* Radulphus Ardentius, Homil XXXIII. in Evangelia: *Anima noſtra tunc miſeremur, quando à ſervitute vitiorum eam per pœnitentiam revocamus.* Ennodius pro Synodo: *Per blandimenta gloriæ crucem narrantis ignorat, aut lucri a ſtrictus compedibus lingua vendit obſequium; ut dum animus, habendi cupiditate ſubjugatus præſumtum æſtimat jam tenere compendium, ſic ingruentia per ſtili exercitium neſcit timere diſcrimina.* Theodotus Abucaras Opuſc. I.

ὡς φησὶν ὁ ἀπόστολος, δοῦλοι γάρ ἐστε ᾧ ὑπακούετε. πέπρακεν οὖν ἑαυτὸν ἐλεύθερος ὢν ὁ ἄνθρωπος τῇ ἡδονῇ, καὶ τῷ ἐχθρῷ. καὶ πῶς, μετὰ ἁμαρτίαν μετανοήσας ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἠδυνήθη ἑαυτὸν ἀνακαλέσασθαι, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ διαβόλου ἀποσείσασθαι;

Caſſius Longinus c. XXXIX de Orat. Subl.

ἡ γὰρ φιλοχρηματία, πρὸς ἣν ἅπαντες ἀπλήστως ἤδη νοσοῦμεν, καὶ ἡ φιληδονία, δουλαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, καταβυθίζουσιν αὐτάνδρους ἤδη τοὺς βίους.

Ipſe Dominus Jeſus. Joannis. VIII.

ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας.

Rogerius de Contemtu Mundi, capite I. *Cui Cupiditas dominatur, ſubjectus eſſe dubio procul omnibus malis demonſtratur.* Arnaldus Abbas Bonævall. Comm. in Hexaemeron, quem ſcriptorem Ervaldum membranæ Anglicanæ vocant. *Seloſillos, qui in malitia perſeverant, abhorret ac fugit. Et licet prophetes vel ardeas, jejunes, vel montes transferas, licet in pauperum quicquid poſſides, congeras, tu, ſi peccate ſervus es, in vanum laboras.* Cæſarius, Homil. XXV. *Planè magnus vitæ fructus eſt ſeculum potuiſſe deſpicere, & Deo ſervire cœpiſſe. Evaſiſſe vitiorum infeliciſſimum dominatum, & fugiſſe gulæ atq; Luxuriæ fœdiſſimam ſervitutem.* Eucherius, Homil. IV. ad Monachos: *Nam quid nobis hujus Scholæ ſecretum prodeſt? Quando tyrannico dominatu malitia in nobis regnat. Quando ira ſuperequitat, quando majorem metum in nobis humanus oculus quam divinus vidit?* Iſocrates ad Demonicum.

ἐν τοῖς πρέπουσιν ἂν αἰσχρὸν ὑπολάβῃς, τῶν μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δὲ ἡδοναῖς δουλεύειν.

Uberius iſta, quia ſingulæ ſunt ferè Politicæ Chriſtianæve ſententiæ; & vel ſic aliquis ſervitutis conſcientiæ tactus, Libertatem redamaro accipiet.

260. INIQUAS LEGES.] Iniquitas enim quicquid contra Veras leges agit. Vide Oecumenij Commentarium in Epiſt. I. Joannis Apoſt. cap. III.

261. INTERIUS LEGES.] In homine inte-

interiore. Anima nimirum; cui Dominorum inſtat vitia vecorditer imperant. Perſius, Sat. V.

> *Liber ego. Vnde datum hoc ſumis? tot ſubdite rebus?*
> *An dominum ignoras, niſi quem vindicta relaxat?*
> *Te nihil impellit, nec quicquam extrinſecus intrat,*
> *Quod nervos agitet. Sed ſi intus. Et in jecore agro*
> *Naſcuntur Domini, qua tu impunitior exis*
> *Atq; hic, quem ad ſtrigiles ſcutica, & metus egit herilis?*

Philemon Comicus, noſtra interpretatione.

> *Natura ſervum me unico addixit viro,*
> *Huic, & alijs domina Lex. Legi imperat*
> *Vecors tyrannus. Intus hunc Metus domat.*

Et Bion in Stobæi Sermone LX. *decidit ſerves eſſe reipſa liberos*, ſi boni ſint. Malam autem ſervitutem ſervire qui ſuis ſint ſubditi cupiditatibus. Xenophanes apud eumdem, Sermone III. *Memorabile Socratis ſcitum refert, Divites, quos vulgò vocarent, prorſus extremos omnium egenorum*, nempè intus eos in animo paupertatem pati, quam cui Opes ullę mederi queant, deteriorem. Expendat totam Satiram hanc Perſij, qui argumentum exſequi velit; ſed non ſine præſtantiſſimi Cauſaboni Cõmentario, qui Liber contra mille alios auctorem profundæ doctrinæ ſapit.

261. TUNC OMNIA JURE TENEBIS.] Cum animum nimirum tuum ſibi Regem dederis, tum omnia erunt tua. Seneca, de Beneficijs, lib. VII. cap. III. *Cyrum & Cambyſem, & totum Regni Perſici ſtemma recenſe, quem invenies, cui modum Imperij ſatietas fecerit? Qui non vitam in aliqua ulterius procedendi cogitatione finiverit? Nec id mirum eſt. Quicquid cupiditati contigit, penitus hauritur, & conditur. Nec intereſt, quantum in id, quod inexplebile eſt congeras. Vnus eſt Sapiens, cujus ſunt omnia, nec ex difficili tuenda. Quemadmodum Dij immortales regnum inermes regunt, & illis rerum ſuarum ex Edito tranquilloque cura eſt: ita hic officia ſua, quamvis latiſſimè patent, ſine tumultu obit, & omne humanum genus, optimus potentiſſimusq; ejus, infra ſe videt. Ingens res eſt Spiritus, cum Orientem Occidentemque luſtraveris animo, cum tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura beatiſsimè fundit, adſpexeris. Emittere hanc vocem Dei: hæc omnia mea ſunt. Sic fit ut nihil cupiat, quia nihil eſt extra omnia.*

262. CUM POTERIS REX ESSE TUI.] Imperium in te Rationi committere. Catonis ſcitum Stobæus. Serm. XLIV.

κάκιστον εἶναι ἄρχοντα τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον. Iſocrates apud Eumdem. ἄρχε σαυτοῦ, μηδὲν ἧττον, ἢ καὶ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο ἡγοῦ βασιλικώτατον ἐὰν πις μηδεμιᾷ δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν. Horatius, lib. II. Od. II.

> *Latius regnes avidum domando*
> *Spiritum, quam ſi Libyam remotis*
> *Gadibus jungas, & uterq; Pœnus*
> *Serviat uni.*

PLato. I. De Legibus: τὸ νικᾷν οὐκ ἄλλους, ἀλλ' αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη καὶ ἀρίστη. Sedulius de Rege: *Qui apicem Regiæ dignitatis Domino præſtante aſcenderit, oportet ut ſeipſum primum regat quem divina diſpoſitio alios regere ordinavit.* Idem Iſocrates alibi non ſemel ad Nicoclem &c. *Sic Chion tyrannicida ad Matridem, amicum Socratis, ſcribit, majoris eſſe faciendos eos, qui cupiditates animi ſui vicerint, quam qui bellicarum rerum gloria ſint inſignes.* De Seleuco paria Appianus Syriacis. Et pertinet eò vetus verſus.

> *Tu ſi animo regeris, Rex es; ſi corpore, ſervus.*

Paullinus Benedictus lib. I. Martin.

> *militat olim.*

Qui

Qui captus proprij per plurima prælia Regis
Vicit avaritiam, debellavitq; ſuperbam
Luxuriam: proſtrata jacet jam viribus hujus
Ambitio, & firmam fugit timor iraque mentem.
Excedensq; omnes funeſta ſuperbia, culpas

Radulphus Ardentius, Homil. VII. in Evang. *Modeſtia faciat vos veſtros, juxtà quod Philoſophus ait: vis habere magnum Imperium? Dabo tibi magnum Imperium, impera tibi. Vis multos regere? Rege teipſum. Multos enim reges ſi te rexerit ratio.* Hinc ait Salomon, Proverb. XVI. *Melior eſt Sapiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore urbium.* De Chriſtianis pulcrè ſive Claudianus Mamertus, ſive Paulinus, aut alius quicunq;:

Hujus divino mortales munere fulti
Adſequimur fragilem caſtis evincere factis
Naturam, & rigida diſrumpere vincula mortis.
Et non corporeis in corpore viribus uti,
Sectantes divina Dei veſtigia Chriſti,
Mente, animam corpusq; ſacris moderante ſub armis.
Mens quoniam, ſubjecta Deo, capit arma ſalutis,
Inq; animam carnemq; ſuam regnum obtinet, & fit
Iure potens homo quiq; ſui; qui deditus uni
Aeternùm Domino, proprios regnator in artus
Efficitur, vitijs invictus, & oſor iniqui.
Fortior adverſis, virtutibus: ordine juſto,
Verus homo, quia Mente potens, in qua Rationis
Lumen habet, famulos nullo certamine ſenſus
Temperat, & placidis ſua pectora flectit habenis.

Lactantius, lib. IX. cap. IX. *Animum vincere, iram cohibere, fortiſſimi eſt. Hæc qui faciat non modo ego cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico. Non enim fortior putandus eſt qui Leonem, quam qui violentiam, & in ſemetipſo incluſam feram vicerit, Iracundiam; aut qui rapaciſſimas volucres deiecit, quam qui cupiditates avidiſſimas coercet, aut qui Amazonem bellatricem, quam qui Libidinem vincit, Famæ & pudoris debellatricem: aut qui fimum de ſtabulo, quam qui vitia de corde ſuo egerit; quæ magis ſunt pernicioſa, quia domeſtica & propria mala ſunt, quam illa. Ex quo fit ut ille ſolus vir fortis debeat judicari, qui temperans eſt & moderatus, & iuſtus.* Seneca, lib. V. de Benef. cap. VII. *Vitia non tantum cum foris peccant, invisa ſunt, ſed cum in ſe retorquentur. Quem magis admiraberis quam qui imperat ſibi? quam qui ſe habet in poteſtate. Gentes facilius eſt barbaras impatientesq; alieni arbitrij, regere, quam animum ſuum continere, & tradere ſibi.* Agobardus Epiſcopus lib. de vtroq; Regimine: *Prædicare debueras dominæ ludenti, ſi qua Regina ſemetipſam regere non novit, quomodo de honeſtate Palatij curam habebit? Sic Reges abſolutè, immò & Dij ſunt qui domitis affectibus imperãt,* Joannes Damaſcenus, libro IV. cap. XVI. Orthodox.

θεὺς λέγω, καὶ βασιλεῖς, ὃ κυρίυς, ὐ φύσει, ἀλλὰ τὺς τῶν παθῶν βασιλεύσαντας, καὶ κυριεύσαντας, καὶ τὴν τῆς θείας εἰκόνος ὁμοίωσιν, καθ' ἣ γεγέννηται ἀπαραχάρακτον φυλάξαντας.

Unde Imperatoris pulcra eſt definitio apud Thalaſſium Centur. I. Sentent. XX. *Imperator cenſendus eſt, qui animo & corpore rationi ſubiectis, ſeipſum rexerit.* Hilarius, in Pſalmum CXXXVII. *Confiteantur tibi, Domine omnes Reges terræ.] Quos Reges terræ propheta ſignificet, iam in plurimis pſalmis oſtenſum eſt. Reges, non gentium, ſed Terræ. Id eſt ſui uniuscuiusq; corporis Reges, deſinente à ſe regno peccati.* Idem in Pſalmum II. *Alios nobis Reges demonſtrant Evangelia, ſcilicet in quos appropinquavit Regnum Dei, qui regnans in ſe peccatũ devicerint,*

qui ſui ipſius corporis Reges ſunt, Dominatui ſuo univerſa vitiorum incentiva ſubdentes: hoc enim in nobis eſt Regnum Dei. Cicero Paradoxis: *Quomodo, aut cui tamdem Libero imperabit, qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare? Refrenet primùm Libidines ſpernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat avaritiam, cæteras animi labes repellat.* tum incipiat imperare alijs, cum ipſe improbiſſimis Dominis, Dedecori ac Turpitudini, parere deſierit. Dum quidem his obediet, non modo Imperator, ſed Liber habendus omninò non erit. Vide Baſilium Imp. cap. XI. ad Filium.

263. PROCLIVIOR USUS IN PEJORA DATUR.] Eo inclinante hominemq; ſapiente Natura, quæ, cum acceſſerit, ex Fortuna Licentia & Impunitas vitiorum, vix ulla ope retinetur, quin in pejus procumbat. Seneca, lib. I. Benefic. cap. X. *Idem ſemper de nobis pronunciare debebimus, malos eſſe nos, malos fuiſſe, invitus adijciam, & futuros eſſe.* Reges autem ipſa potentia trahit in vitia. Vide eumdem Epiſt. XCVII. Alter in Hercule Furente:

Peiora iuvenes facilè præcepta audiunt.
Vt nemo doceat fraudis & ſcelerum vias,
Regnum docebit.

Infinita ſe adcudant, ſi Commentaria ſcribas.

264. SUADETQUE LICENTIA LUXUM.] PLutarchus ad Indoctum Principem: *Apud humiles & plebeios admixta imbecillitati ſtultitia peccandi occaſione deſtituitur, vecordiaq; tamquam ſomnijs vitioſis, animus exagitatur, cum non habeat tantum virium ut cupiditatibus obſequatur. At ubi Potentia pravitas acceſſit, dementia affectibus adijcitur. Et verum eſt illud Dionyſii, qui tum maximè ſe Imperio frui aiebat, cum celeriter faceret quæ vellet. Valdè autem magnum periculum eſt, cui licet facere quod vult, ne is velit, quæ non debet. Pravitas à potentia celerem nacta curſum omnes animi motus in facta expellit: De Ira cædem, de Amore adulterium, de Avaritia publicationem alienorum bonorum, facit. Nã ſimul ac verbum emiſſum eſt, perijt, qui offenderat. ſimul ac ſuſpicio incidit, interficitur, qui delatus eſt. Multis qui de Regno præcepta* dederunt, quiq; Reges laudaverunt; nec ullam virtutem magis meritò laudant atq; ingerunt, quam Moderationem. Vide & non paucis Herodianum, Libro I. μετὰ μάρκον. Qui dignè adſcitis exemplis & monitis enarrare hæc voluerit, vocibus ſingulis ſingulos libros impendat.

265. EFFRENA.] Ab indomitis animalibus. *Frena. leges.* Boethius, lib. II. C. P.

Quanam Frena cupidinem Certo Fine retentent?

Juvenalis, Sat. VIII. *pone iræ frena modumque Pone & Avaritiæ* &c.

265. VIVERE CASTE ASPERIUS.] Major ergo Laus Temperantiæ in ſumma Fortuna, cui omnia licent. Regem prorſus exlutis vitijs, velut purum ignem, Deo ſe ſimilem exhibere & præſtare debere, multis divinis rationibus & ſententijs docent, Ecphantus, Sthenides, Diotogenes, Muſonius apud Stobæum Præceptis Regni.

265. TUM DURIUS IRÆ CONSULIMUS.] Tum virtus & labor eſt abſtinere uſu cupiditatum, cum eſt in promtu earum expeditio, reapſe Imperatoribus, quorum voces ſunt Leges. Inprimis, utpotè noxia plurimis, his coercenda ira, in quorum nutu vertitur Salus mortalium. Vide Senecam de Ira, Clementia, Panegyricos, Præceptorum Regiorum auctores. Moderationis nomine Theodoſium iſtum mirè laudant Victorinus, Pacatus; ſed præcipuè in Oratione Funebri Ambroſius. Scite Marcus Imp. lib XI. *nemini viro iracundiam convenire evincit.* Virum decere animo eſſe manſueto, etiam ergà malos, cum inſani ſit velle, ut bene agant, qui boni non ſint. Idque à Duce faventium Muſarum decimum Donum agnoſcit. Vide & Stobæi Sermones de Magiſtratibus & Monitionum ad Regnum.

266. COMPRIME MOTUS.] Animum ipſum. Horatius:

animum

animum rege, qui, niſi paret,
Imperat, hunc frenis hunc tu compeſce catena.

267. NEC TIBI QUID LICEAT.] Summa & abſoluta poteſtas Jus habere ſe credit in Lubidine, nihilque Imperanti non licere quod libeat. Unde cum dira facta prodeāt, Sapientum chorus admonet Principes honeſtatis, quam dictat ſuus cuique animus, cujus regula Licitum quod ſit à Libidinis regno ſeparat, nec ultra illius terminos progredi regē monet. Apollonius ille decantatiſſimus, apud Philoſtratum, lib. V. cap. XIII. *Cave ne tibi liceat quod libuerit. Sic enim modeſtè rebus uteris.* Quod totum caput ad hanc Theodoſianam inſtructionem pertinet. Sic Ferrandus Diaconus ſcribit Rheginoni Comiti: *Sic puni reum, Dux Chriſtiaue, ut non hominem, ſed vitium perdere cupias; ubiq; Fides tua memor ſicut in facinoribus evitandis, ita & in flagitijs corrigendis. Solet quippè maximè poteſtas habenas laxare peccatis, quoties falſa felicitas ipſi ſit major infelicitas: Vt, quia prohibere nemo audet, ſcelera committentem, aut LIBEAT quod LICET, aut LICERE putetur omne quod libet. Talibus igitur tentationibus pulſantibus, memento te eſſe Chriſtianum.* Muſonius penes Stobæum; Serm. XLVI. Non multum temporis durant qui ad ſubditos pro ijs quæ faciunt, non, convenit mihi, dicere ſolent, ſed LICET mihi.

ὐ πολὺν διάγουσι χρόνον οἱ πρὸς τοὺς ὑπηκόους, ὑπὲρ ὧν ἂν πράττωσι, μὴ τὸ καθήκει μοι λέγειν μεμελετηκότες, ἀλλὰ τὸ, ἔξεστί μοι. Auctor Octaviæ.]

Id facere laus eſt quod decet, non quod licet.

Summa ergo Honeſtatis, ut nec Liberet, quod non Liceret. Auguſtinus, Confeſſion. lib. IX. cap. VIII. *Hac ratione percipiendi, & auctoritate imperandi, frenabat aviditatem tenerioris ætatis, & ipſam puellarum ſitim formabat ad HONESTVM modum, ut jam nec Liberet quod non liceret.* Sermonis forma Paronymia dicebatur priſcis. Romanus Aquila ex Alexādro Numenio: *Hac figura ita ornat orationem, ut in nomine aut in verbo interdum ſyllaba, nonnumquam littera, immutata, diverſa ſignificet, ut ſi velis ſic enuntiare: Prætor iſte, vel potius Prædo, ſociorum: Et frequens illud apud veteres. Cui quod libet, hoc licet.*

269. RESPECTUS HONESTI.] Decori. Id à primis Legumlatoribus præfixum velut ſtudijs magnatum. Julianus Imp. Orat. I. In Laudem Conſtantij.

Νόμος ἐστὶ παλαιὸς παρὰ τοῦ πρώτου φιλοσοφίαν ἀνθρώποις φήναντος, οὑτοσί, κείμενος, ἅπαντας πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ πρὸς τὸ καλὸν βλέποντας, ἐπιτηδεύειν ἐν λόγοις ἐν ἔργοις, ἐν ξυνουσίαις, ἐπὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς κατὰ τὸν βίον μικροῖς τε καὶ μείζοσι τοῦ καλοῦ παντὸς ἐφιέμενον δὲ ὅτι κάλλιστον ἀρετὴ, τίς ἂν ἡμῖν τῶν νοῦν ἐχόντων ἀμφισβητήσειεν? Perſius, Satir. II.

Compoſitum jus faſque animi, ſanctoſque receſſus
Mentis, & excoctum generoſo pectus Honeſto.

Honeſtum, decentiſſimum. Maro. Georg. II.

Et quæcunq; Deus circum caput egit honeſtum.

Ferius Helpericus, ævo ultimo, in rebus Caroli Magni:

Exoritur radijs cum primum Phœbus honeſtis
Et jubar ignicomo perluſtrat Lumine montes.

Eodem ævo Alcuinus vita Willibrordi. *Pipinus Francorum rector Honeſtus:* Honeſtas morum, generoſa gravitas Adelbodus, vita Henrici Sancti, Imp. *Cujus temporibus Sanctus Wolfgangus Ratiſponenſium præfuit Epiſcopus, tam Bonitate quam Nobilitate Regia conſpicuus, & univerſa morum honeſtate præclarus.*

270. CREBRO SERMONE.] Iterata admonitione, vt numquam animo excidat. Sic Arcadio ſua monita ingerit Syneſius:

λέγομεν δὴ ἅ, τε χρέων εἴη βασιλέα ποιεῖν, ἅ, τε μὴ χρέων, αἱ παραῤῥηθέντες αἰσχρὰ καὶ σεμνά. σὺ δὲ τοῖς ἐξ ἑκατέρας μερίδος ἐφιστάμενος, ὅταν ἐπιγνῷς τι περιῆκεν, τὸ μὲν ἀγαπῶν, ὡς ὑπὸ φιλοσοφίας ἐγκεκελευσμένον, τὸ δὲ ἀποδιοπομπεῖσθαι, καὶ διανοεῖσθαι δὴ, τὸ μὲν ὡς ἀεὶ ποιήσων, τὸ δὲ ὡς οὐκέτ' αὖθις.

271. MEDIO TELLURIS IN ORBE.] Ubi omnibus ſis conſpicuus. Rutilius, lib. I.

Extremum pars illa quidem diſceſſit in orbem:
Sed tamquā medio rector in Orbe fuit.

De Re, Ecphantus Pythagoricus: *In terra & apud nos optimus quidem natura eſt homo; diviniſſimus autem Rex, & meliore conditione inter ceteros affluens, ſimilis quidem corpore reliquis, utpotè ex eadem materia natus, ab optimo autem artifice productus, qui fabricavit eum, archetypum imitatus ſeipſum. Quocirca Rex unus & ſolus Creatori ſuo ſemper eſt familiaris: à ſubditis verò, ceu lumen aliquod, in Regia, conſpicitur. Examinatur enim & probatur digni tas Regia non ſecus quam avium princeps Aquila, obverſis Soli oculis. Eadem eſt ratio de regno: ut quod divinum eſt, & propter nimiam claritatem oculos obtundit. Etenim multi ſplendores, oculis obverſantes, arguunt eos qui aſcenderunt in altitudinem &c.*

272. CUNCTIS TUA GENTIBUS ESSE] FACTA PALAM.] Ob altitudinem fati, in quo conſtituti ſunt. Euripides.

τὰ τῶν βασιλέων ἁμαρτήματα πάντες ἴσασι.

Joannes Climacus, cap. V. Libri qui Paſtor inſcribitur.

καθόσον ὁ προεστὼς τήν τε τῶν ὑπηκόων, τήν τε τῶν πόῤῥωθεν πίστιν πρὸς αὐτὸν πολλὴν θεάσεται, κατὰ τοσοῦτον λοιπὸν ἑαυτὸν πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν ὀφείλει, ἐν πᾶσιν οἷς πράττει καὶ φθέγγεται, γινώσκων, ὡς πάντες εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς ἀρχέτυπον εἰκόνα βλέπουσι, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ εἰς ὅρον καὶ νόμον λογίζονται. Gunterus, lib. V.

Nec princeps latebras, nec Sol deſiderat umbras,
Abſcondat Solem, qui vult abſcondere Regem.

Pedo Albinovanus, ſive Ovidius, Conſolatione *ad Livium.*

Impoſuit te alto Fortuna, locumq; tueri
Juſſit; honoratum, Livia, perfer onus.
Ad te oculos aureſq; trahis; tua facta notamus:
Nec vox miſſa poteſt Principis oretegi.

Cicero, Lib. II. de Officijs: *Siquis ab ineunte ætate habet cauſſam celebritatis & nominis, aut à Patre acceptam, aut aliquo caſu atq; Fortuna, in hunc oculi omnium conyciuntur, atque in eo, quid agat, quemadmodum agat, inquiritur. Et tamquam in clariſſima luce verſetur, ita nullum obſcurum poteſt, nec dictum ejus eſſe, nec factum.* PLinius, Panegyrico: *Habet hoc privum magna Fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur. Principum vero non modo domus,* ſed ipſa cubicula, intimoſque receſſus recludit, omniaq; arcana noſcenda Famæ proponit atq; explicat. Seneca ad Neronem, de Clementia, lib I. cap. VIII. *Alia conditio eſt eorum qui in turba, quam non excedunt, latent: Quorum & virtutes, ut appareant, diu luctantur, & vitia tenebras habent. Veſtra facta dictaque rumor excipit, & ideò nullis magis cavendum eſt, qualem famam habeant, quam qui qualemcunq; meruerint, magnam habituri ſunt. Noſtros motus pauci ſentiunt, prodire nobis ac recedere, ac mutare habitum ſine ſenſu publico, licet. Tibi non magis quam Soli latere contingit. Multa contrà te lux eſt: omnium in iſtam converſi ſunt oculi. Prodire te putas? Oriris. Loqui non potes, niſi ut vocem tuam, qua ubiq; ſunt, gentes excipiant.* Idem, lib. III. de Ira, capite XIV. *Cambyſem Regem, minus deditum vino, Praxaſpes, unus ex cariſſimis, monebat, ut parcius biberet, Turpem eſſe dicens Ebrietatem in Rege, quem oculi omnium aureſque ſequentur.*

Hinc capiendum quod plurimos Operum teſtes Hieroni Pithionice tribuit Pindarus, Od. I. Et paria legas, apud B Hieronymum Epiſt. II. Vbi nonnihil notat & elegans Scholiaſtes Henticus Gravius. Papinius lib. II. Thebaid. *ollers deprendere ſemper Fama Duces.* Gulielmus etiam Brito noſter, lib IV. Philipp.

Nec Rex celatur, nec mons abſconditur: ipſa;
Regia majeſtas, numquam ſe paſſa latere;
Quicquid agat, Regis perſona patebit ubique.
Quæſitaſque negans ſibi caligare tenebras
Proditur, & latebras mediis non invenit umbris.
Dum quocunque ſpecu proprio ſplendeſcis ab igne.

Aulici noſtri Carmina huc producta olim, ſua in ſtatione melius legentur.

273. NEC POSSE DARI REGALIBUS USQUAM SECRETUM VITIIS.] Quia minima etiam principum peccata continuò in ore ſint omnium. PLutarchus Fragmento ſupra Laudato.

περὶ ἀπαίδευτον ἡγεμόνα, οὐδὲ γὰρ λαθεῖν οἷόν τε τὰς κακίας ἐν ταῖς ἐξουσίαις, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπιληπτικούς, ἂν ἐν ψύχῃ τινὶ γένωνται, καὶ περιενεχθῶσιν, ἴλιγγος ἴσχει, καὶ σάλος, ἐξελέγχων τὸ πάθος αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀπαιδεύτους, καὶ ἀμαθεῖς, ἡ ψυχὴ μικρὸν ἐκκουφίσασα πλούτοις τισὶν ἢ ἡδοναῖς, ἢ δόξαις, ἢ ἀρχαῖς, μετεώρους γενομένους, εὐθὺς ἐπιδείκνυσι πίπτοντας.

Additque: Atq; adeo, ſicut inter vaſa non facilè diſcernere poſſis, quod eorum integrũ, quod ſit vitioſum; ubi aliquid infuderis, ſtatim appatet quod perfluat, ita animæ, rimis fatiſcentes, infuſam potentiã non continent, ſed foras diffluunt, cupiditatibus, iracundiis, arrogantiis, ineptiis.

καὶ τί δεῖ ταῦτα λέγειν, ὅπου καὶ τὰ σμικρότατα τῶν ἐλλειμμάτων περὶ τοὺς ἐπιφανεῖς, καὶ εὐδόξους συκοφαντεῖται. Κίμωνος ἦν ὁ οἶνος διαβολή. Σκιπίωνος ὁ ὕπνος. Λουκούλλος [ἐπὶ τὸ δειπνεῖν πολυτελέστερον. ἤκουε κακῶς.

Mos enim & Natura velut vulgi eſt, de potentibus malè loqui. Seneca, lib. III. de Ira, cap. XXII. PLutarchi fragmentum id eſt, licet à Stobæo Tractatu de Magiſtratu non pauca indidem nomine Demoſthenis producantur.

274. LVX ALTISSIMA FATI.] Splendor dignitatis. Arcadius IC. cap. Vn. de Offic. Præf. Prætor. *Credidit enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibeatur, non aliter indicaturos eſſe, pro ſapientia ac LVCE dignitatis ſue, quam ipſe foret judicaturus* Honorius & Theodoſius L. III. Cod. de Commerc. *Nobiliores Natalibus, & honorium Luce conſpicuos; & patrimonio ditiores perniciosſum Vrbibus mercimonium exercere prohibemus.* Lux Dominii. Diocletianus & Maximianus. L. VIII. de PLagiariis.

275. ABSTRVSOS EXPLORAT FAMA RECESSVS.] Vera haud dubie lectio, quam ex libris priſcis docti reſtituerunt, malè turbantibus nonnullis Editionibus. Scriptus noſter OBSTRVSOS, ut ex Cujacianis etiam Claverius promulgavit, indidemque recepit Scaliger. Receſſus, loca remota, abdita. Rutilius de Roma.

Te, Dea, te celebras Romanus ubique receſſus,
Pacificoque gerit libera colla jugo.

Verum autem famam propalare omnia clarorum hominum negotia. Symmachus lib. I. Epiſt. CII. *Mediolani te agere ante litteras tua fama pertulerat, qua nihil ignorari de viris conſpicuis patitur.*

276. SIS PIUS IN PRIMIS.] De Pietate in Deum, an de Clementia loquatur am-

 big

bigi video. Utriuſque nomine quantum exemplum Honorio præbuerit, monitor Theodoſius Epiſtolæ & Sermones Beati Ambroſij indicant. Sanè ſi in Deum religionem cultiorem capies aliter, quam vulgo fit, ſequentia erunt capienda. Vt Dei clementiam videlicet non Principis dicat Imperator, cui æquentur nempe mortales gratuita & ſola ipſius Numinis Benignitate. Sed non eſt neceſſe difficili afflictaque interpretatione à Clementiæ Regalis commendatione recedere velle, cum PIUS hoc loco non Religioſum, ſed mitem, benignum, Clementem, deſignet, ut alibi his libris notatum, feceruntque ante nos natos doctiſſimi viri, ut Petrus Faber lib. III. Semeſtrium, Aldus Manutius Commentario de Epiſtolis, alij. Sic & Salvianus *Severitati Pietatem* opponit, extremo. Lib. I. de Gubernat. Divina: *ſcilicet quia plenus miſericordia & juſtitia Dominus, & PIETATI ſua multa donat per indulgentiam, & ſeveritati per diſciplinam.* *Nos pauca potius hic de Pietate* in Deum, deque Clementia, quæ Principem deceant, adſcribemus, verborum noſtrorũ de more, parci, ipſis optimorum auctorum. *Pietatem primam* virtutum ſtatuunt, Pythagoræ, Phocylidis, Petronij Arbitri, carmina, vulgò notiſſima. Eam in Imperatore primam deſideres, Syneſius de Regno:

εὐσέβεια δὲ πρῶτον ὑποβεβλέσθω, κρηπὶς ἀσφαλὴς, ἐφ' ἧς ἑστήξει τὸ ἄγαλμα ἔμπεδον τῆς βασιλείας.

Gregorius Thaumaturgus:

εὐσεβείας ἐπὶ πᾶσι φροντιστέον, ἣν μητέρα φασὶ τῶν ἀρετῶν, ὀρθῶς λέγοντες, αὕτη γὰρ ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Gallus Imperator, Epiſtola ad Julianum Fratrem: ἐγὼ δὲ ἓν σοι τοῦτο ἂν εἴποιμι κατὰ τὸ ὁμηρικὸν-βάλλ' οὕτως, καὶ ἐπὶ τοιαύταις μνείαις εὔφραινε τοὺς ἀγαπῶντας, μεμνημένος ὡς οὐκ ἐστί τι θεοσεβείας ἀνώτερον, ἡ γὰρ εἰς ἄκρον ἀρετὴν παιδεύει, τὸ μὲν ψεῦδος, ὡς ἀπατηλὸν, μισεῖν, τοῦ δὲ ἀληθοῦς ἔχεσθαι, ὅπερ μάλιστα ἐν τῇ περὶ τὸ θεῖον φαίνεται θρησκείᾳ, ὄχλος γὰρ πάντως φιλόνεικος, καὶ ἄστατον.

Hinc Laudum ſive Titulorum Imperatoriorum non minimus, neque infrequens, piiſſimus. Vrbicius in ingenioſo Commento Militari:

ἐπειδὴ νῦν ἀθρόως εἰς ἐκδίκησιν τῶν ῥωμαϊκῶν πραγμάτων θεόθεν κινούμενος, ὁ καλλίνικος καὶ εὐσεβέστατος δεσπότης ὥρμησεν, ἐτόλμησα μίαν παράταξιν προσθῆναι. Et adeo quidem hoc Pietatis Encomium principibus placuit, ut Juſtinianus, ſub pœna temeratæ majeſtatis vetuerit alios magiſtratus, præter ſummum, quamlibet conſpicuæ dignitatis, eodem uti. Conſtitut. Novella. XCIII. Apud Julianum Patritium: *Invenimus Quæſtorem & Præfectum Prætorio per Orientem, in Sacro Auditorio hiſdem inter locutionibus uti, quibus nos utimur: dicebant enim, NOSTRA SERENITAS, & NOSTRA PIETAS, & MANSVETUDO: & advocati eiſdem vocibus ad eos utebantur. Nos illa illicita verba ſibi vindicare nulli concedimus; Sin autem hoc fiat, majeſtatis crimine temeratores obnoxii ſunto.* Ratio rei, quod per ſolam Pietatem, quod Claudianus iſthic teſtatur, Deo accedant Imperatores, qui nequaquam parem ſibi mortalium quemquam habere volunt. Notanda egregia verba Greg. Thaumaturgi, quorũ partẽ modo libavimus, ex Chariſterio Origenis; quæ paucis verum finem virtutum omnium & ſtudiorum, Chriſtiano homine dignorum proponunt, Monitore eo viro, quo Deo acceptior, & miraculis illuſtrior ab Apoſtolis uſq; vix quiſquam floruit:

Εμποιήσας ἔρωτα τῇ αὐτοῦ ἀρετῇ, καὶ τοῦ κάλλους τῆς δικαιοσύνης, ἧς τὸ χρύσεον ὄντως ἔδειξεν ἡμῖν πρόσωπον, καὶ φρονήσεως, τῆς πᾶσιν ἐφεσίμου, καὶ τῆς ἐρασμιωτάτης σοφίας, τῆς ἀληθοῦς, καὶ σωφροσύνης τῆς θεοειδοῦς,

ειδοῦς, ἥ ἐστι ψυχῆς εὐστάθεια, καὶ εἰρήνη πᾶσι τοῖς κτησαμένοις αὐτήν, καὶ ἀνδρείας τῆς θαυμασιωτάτης ὑπομονῆς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν εὐσεβείας, ἣν μητέρα φασὶ τῶν ἀρετῶν ὀρθῶς λέγοντες, αὕτη γὰρ ἐστιν ἀρχὴ, καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν, ἀπὸ ταύτης γὰρ ὁρμομένος. ῥᾷστα ἂν ἡμῖν ἐπιγένοιντο, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ, εἰ τοῦθ᾽ ὃ ἤγορον θεῷ κτήσασθαι, ἑαυτοὺς ἐπιθυμοῦντες, καὶ σπεύδοντες τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ἐπιμελοίμεθα: ὅπως μὴ ἀνάξιοι, καὶ ῥυπῶντες, μετὰ δὲ πίστεως ἀρετῆς καὶ σοφίας, ὥσπερ τινὸς ἀγαθοῦ ποιμένος, καὶ ἱερέως σοφωτάτου προσοίσομεν τῷ θεῷ, τό γε πάντων τέλος, οὐχ ἕτερόν τι οἶμαι, ἢ καθαρῷ τῷ νῷ ἐξομοιωθέντα προσελθεῖν τῷ θεῷ, καὶ μένειν ἐν αὐτῷ.

Principibus Romanis ab divinæ Pietatis imitatione divinitaris quoque honorem acceſſiſſee ediſſerit Themiſtius, Oratione quam Speciarim de Humanirate hujus Theodoſii noſtri habuit Imperatoris in Deum officio, pleni aliorum Commentarij, & pulcrè Leo Philoſophus Tacticorum cap. II.

Παρακελευόμεθα σοὶ οὖν, ὦ στρατηγὲ, πρώτην ταύτην παρακέλευσιν καὶ παραίνεσιν, ὥστε περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων θεοσεβείας, καὶ δικαιοσύνης ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὸν θεὸν ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν, καὶ ἀγαπᾶν ἐξ ὅλης καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὰς αὐτοῦ ἐκτελεῖν ἐντολὰς, καὶ τὴν ἐκείνου εὐμένειαν ἐκ τούτου περιλαμβάνεσθαι, ἵνα ἐν καιρῷ παρατάξεως, ὡς φίλος φίλῳ, εἰ καὶ τολμηρὸν τῷ κοινῷ δεσπότῃ θαῤῥῶν προσεύχῃ, καὶ τῆς σωτηρίας τὰς ἐλπίδας εἰς αὐτὸν ἔχων, τὴν αὐτοῦ βοήθειαν ἐπισπάσῃ, &c.

Rariones & argumenta idem ſcirè ſanćteq; proponit ejuſdem Libri Epilogo, fuſius quidem, utpote, quibus omnem veram & Principalem Philoſophiam voluerit complecti. His Theodoſianis ſimilia media Barbarie Comiti Lippienſium Ex ore Patris præcipit, miraculo quodam ævi & loci, Iuſtinus verſificator. Quæ & apponemus:

Nil inconſultum facias, nihil impetuosè,
Tentes, ſit Ratio pravia, quicquid ages.
Nullus adulator te fallat, ſive ſuſurro,
Nulla hovum verbis eſt adhibenda fides.
Tu Dominos vevevere tuos, quibus eſſe fidelis
Ex fidei debes conditione data:
Subjectos tibi, promoveas, ope, rebus, amove:
A quibus adverſam vim vemovere ſtude.
Sis pius in miſeros, humiles nec deſpice. Tutor
Non deſolator pauperis eſſe velis.
Vindictam differ donec tu quid ſit honeſtum
Sive quid expediat pĕdere corde queas.

Tales exhortationes libris litterisq; comprehenſæ ſunt à Baſilio & Emanuele Palæologo, Imperaroribus. Tirole fictitio Scotorum Rege, Winsbekio, Nobili, Germano, aliis. Quibus obſecundare filiorum fuerit. Auctor incertus Panegyrici laudat in Conſtantino: *Iuſtitiam Patris atque Pietatem ſic imitaris & ſequeris, ut omnibus ad te confugientibus, diverſamque opem, aut contra aliorum injurias aut pro ſuis commodis poſtulantibus, quaſi legata Patris videaris exſelvere, idque ipſum coram gaudeas pradicari, quicquid tu juſte & Liberaliter feceris, filium Conſtantij neceſſario praſtitiſſe.* Idque ſpondet vovetque hæredibus porro ſuis Filius Germani Comitis, apud eumdem verſificatorem Iuſtinum:

Hac ad verba patris humentia filius ora
Calat, quem fletus vix ſinit iſta loqui.

Cara

ſtimatur. Hoc eſt proximo à Numinibus loco ponere mortalium primos. Marcus Antoninus Imp. Epiſtola ad Fauſtinam : *Non enim quicquam eſt quod Imperatorem Romanum melius commendet gentibus , quam Clementia. Hac CÆSAREM DEVM FECIT, hac Auguſtum conſecravit, hac patrem tuum inprimus Pii nomine ornavit.* Longinus περὶ ὕψους, libro qui auctorem Politicum, Eloquentem, doctum, ſimul arguat.

εὖ γὰρ δὴ ὁ ἀποφηνάμενος τί θεοῖς ὅμοιον ἔχομεν, εὐεργασίαν, εἶπε, καὶ ἀλήθειαν.

Juſtiniauus Imp. I. XVI. de Donat. inter virum & Vxor. *Cum itaque in utroq; caſu oporteat Auguſto remedio cauſſam dirimi, cum nihil tam peculiare ſit Imperialis Majeſtatis , quam Humanitas, per quam ſolam Dei ſervatur imitatio, in ambobus caſibus firmam eſſe donationem, conſemus.* Evagrius Monachus : *Homo nulla re propius ad ſimilitudinem Dei accedit, quam bene de aliis merendo.* Salomon Epiſcopus de re eadem :

Crebrius id libuit verſus concludere vinclo,
Vt quod mortales aptat, jungitque Tonanti,
Alterutrum ſeniet ſincero fœdere noſmet.

Philo Iudæus Libro περὶ τῶν μετονομαθέντων. τὸ ἄμεινον δέ ἐστιν ὠφελεῖν, ἀλλὰ μὴ βλάπτειν ὅσους ἂν οἷόν τε ᾖ, τὸ γὰρ ἐπιεικὲς θεῷ, τοῦτ' ἐστιν, ἐπεὶ κἀκείνῳ δύναμις μέν ἐστι δρᾶν ἑκάτερα, βούλεται δὲ μόνα τ' ἀγαθά. ἀεὶ γὰρ ἐστὶν ἐπιμελὲς αὐτῷ, καὶ ταῖς εὐεργέτισιν αὐτοῦ δυνάμεσι, τὸ πλημμελὲς τῆς χείρονος οὐσίας μεταποιεῖν, καὶ μεθαρμονίζεσθαι πρὸς τὴν ἀμείνω, ταῦτα μιμεῖσθαι δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄρχοντας, εἴγε τις αὐτοῖς φροντὶς ἐξομοιώσεως τῆς πρὸς θεόν.

Quæ & à magiſtro Philonis, vel certe Condiſcipulo , Platone prolata non abſimiliter, Claudianus noſter etiam ſequentibus ſecutus videatur. Quæ autem dicat idem noſter Sapiens, quibus vincatur à Deo homo, quibuſque ſolis ad eum proximus accedere poſſit, nemo clarius nobis dixerit, vatemque enarraverit Themiſtio, cujus ex Philadelphis hæc verba ſunt, Oratione Syneſio ab aliis adſcripta.

Μόνον δέ, inquit, ἐκεῖνο θεῖον ἀτεχνῶς, καὶ οὐράνιον, ἐπ' ἐξουσίας ἔχειν, καὶ ἐν ῥᾳστώνῃ εὐδαιμονίαν ἀνθρώπων, καὶ τοῦτο ἡ θειότης ἐστίν, ἐξ ἧς συνεχῶς ὑμᾶς ὀνομάζομεν, ἣν οὐχ ὅσιον ἄλλως ἐπαληθεύεσθαι, μὴ προσυπαρχούσης φιλανθρωπίας, ὧδε δὲ σκόπει, τριῶν ὄντων οἷς ὁ θεὸς διαφέρων θεός ἐστιν, ἀϊδιότης ζωῆς, περιουσία δυνάμεως, τὸ μὴ διαλείπειν εὖ ποιεῖν ἀνθρώποις, καθ' ἓν μόνον τοὔσχατον τῶν εἰρημένων ἐφικτὴ βασιλεῖ πρὸς τὸν θεὸν ὁμοιότης, τὸ μὲν γὰρ ἢ τῷ χρόνῳ ποτὲ ἐξικέσθαι τοῦ παντὸς αἰῶνος, ἢ τῇ περιουσίᾳ τῆς δυνάμεως ἁμιλληθῆναι, οὐδεὶς ἂν οὐδ' ἐγγὺς ὑπολάβοι, ὅστις μὴ περὶ τοὺς Ἀλωάδας ἀποπληξίᾳ, ἡ δὲ εἰς ἀνθρώπους ἀρετή, ἡ πρᾳότης, καὶ εὐμένεια, ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, καὶ λίαν ὀκνῶ, αὕτη ποιεῖ θεοείκελον, αὕτη θεοειδῆ, οὕτω διοτρεφὴς γίνεται βασιλεύς, οὕτω διογενής, οὕτως αὐτῷ τὴν θειότητα ἐπιφημίζοντες οὐ ψευσόμεθα.

277. NEV DVBIE SVSPECTVS AGAS.] Nihil æque dedeceat Heroicum & cœleſtem animum principis, quam vel Calumniis credere , vel indulgere ſuſpicionibus rumuſculiſve capiendis ſummum culmen inflectere. Sprevere etiam apertam maledicentiam ſummi principes, de Cæſare Suetonius de Auguſto, Seneca lib. II. de Ira, cap. XXIII. XXIV. Themiſtium Oratione. III de Amicitia. Baſilium & Emanuelem ad Filios. Suſpicando occaſionem peccatis dari ſciſcit. Seneca, Epiſtola II. Scite Anianus Chryſoſtomi ſuper Matthæum interpres : *Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui bonus eſt , ſic difficile aliquem ſuſpicatur bonum, qui malus*

eſt. In Alexandro Severo, quem ſummopere aliarum rerum dilaudat, notat Lampridius, *ſuſpicionibus indulgentiorem fuiſſe*.

278. FALSUS AMICIS.] Nulli verè amicus, ſimulator Amoris. *Fictum* dicit Capitolinus Marco: *Dederunt ei vitio quod & Fictus fuiſſet, nec tam ſimplex quam videretur, aut quam vel Pius vel Verus fuiſſet.* Tacitus, Annal. I. *mortuo Auguſto. At Romæ ruere in ſervitium Conſules, Patres, Eques; quanto quis illuſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes.* Benè, præcipit Baſilius Imperator Leoni Philoſopho, Filio; cap. XXXV. *Omnium potentiſſimum vinculum eſt amicitia caritas. Nihil eſt enim in rebus humanis, quod cum amico fideli commutari poſſit. Conſtanter itaque Amicitiam ſerva, omni & Tempore & loco, cum iis quos veros amicos ſemel expertus fueris, ut & illi ſine ulla titubatione aut ſuſpicione, mutuum erga te animum gerant, & ne umquam amico ingratus ſit. Pars eſt enim Pietatis benè merentibus gratiam referre, qui vero ingratus, ipſi ſibi infenſus eſt.* Sic ἀσφαλὴς φίλος φίλοισι Commendatur ab Euripide apud Stobæum, Principio ipſo Sermonis Quadrageſimi Sexti.

279. RUMORUMVE AVIDUS.] Quotidiè videmus hoc genus tumultuari ſemper, ſemper eſſe anxium animi. Contra noſter Stiliconem Laudat. II. Panegyrico. De Fide verba faciens.

> *Hæc fovet abſentes hæc longè ſola remotis*
> *Conſulit: hac nullis avidam rumoribus aurem*
> *Pandit, ut ignarum numquam læſura clientem.*

280. HORREBIT STREPITUS.] Anxius, timidus. Hujus enim ingenii hominem nota. Altera in Eutropium, de timidiſſimo Duce, Leone.

> *Ecce levis frondes à tergo concutit aura,*
> *Credit tela Leo: Valuit pro vulnere terror,*
> *Implevitque vicem jaculi, vitamque nocentem.*
> *Integer, & nulla formidine ſaucius efflat.*

Iſidorus Peluſiota Libro V. Epiſt. DLXI.

οἱ ψοφοδεεῖς καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοὴν τῶν δεινῶν καταπλήττονται, ὡς οὐδὲ φύλλον φέρουσι κίνησιν, τοῦ δέους κατὰ τῶν τυχόντων μεγάλας ἐμποιοῦντες τὰς ὑποψίας.

Tales qui ſe arbitrio vulgi captationique auræ popularis dant. Sic de Pompeio jam ſeniore. Lucanus. lib. I.

> *totus popularibus auris*
> *Impelli, plauſuque ſui gaudere theatri.*

281. NON SIC EXCUBIÆ.] Amor ſubditorum, ſummum Principi præſidium, cui necquicquam Metum æquaveris, aut extortam armis ſubjectionem. Sententia nobiliſſimis ſcriptoribus frequentibus teſtimoniis conteſtata. Themiſtius, Oration. V.

δυσκαταγωνιστότερον δὲ φυλακτήριον εὔνοια φόβου. φόβῳ μὲν γὰρ εὔνοιαν οὐκ ἴσμεν καταλυθεῖσαν, εὐνοίᾳ δὲ δυνάμεις πολλάς, αὐτίκα τοῖς μὲν ἐκ πρᾳότητος εὐδοκίμοις τῶν αὐτοκρατόρων ἔσει μὴ λίαν ὀλίγαρχοι καὶ ἐκκεχυμένοι: εἴ τις δ' ἂν ἔφυ ἐπιβουλή, καὶ αὐτὴ κατεσβέσθη πρὶν ἐξαφθῆναι, τοῖς δὲ χαλεποῖς ἐκείνοις καὶ ἀνημέροις ἀεὶ τοὺς ἀλισκομένους ἀποτεμνόμενοι, οὐκ ἐπέλιπον οἱ κατεγχειροῦντες.

Pacatus ad Theodoſium: *Privatas quoque ædes divinis veſtigiis conſecraſti, remota cuſtodia militari, tutior publici Amoris excubiis.* Syneſius de Regno:

εὔνοια μόνη καὶ μάλιστα βασιλέως ἐστὶ ἰσχυρὸν φυλακτήριον.

Dio Caſſius lib. XXXVII.

Νῦν δὲ καὶ ὁ σοφώτατος ὁ Μιθριδάτης, ἐς πάντα τὰ βασιλικὰ γνώμενος, οὐκ ἔγνω ὅτι οὐδενὶ οὐδὲν, οὔτε τὰ ὅπλα, οὔτε τὸ πλῆθος τῶν ὑπηκόων ἄνευ τῆς παρ' αὐτῶν φιλίας ἰσχύει. Herodianus libro primo τῶν

περὶ Μάρκον, οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὐταρκὲς πρὸς τυράννιδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια, μάλιστα δ' ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. Vide multis Dionem Chryſoſtomum Orat. I. Demoſthenem Orat. VIII. de Cherſoneſo & alibi. Xenophon Pædia VIII.

οἶσθα μὲν οὖν καὶ σύ, ὦ Καμβύση, ὅτι οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον ἀληθέστατον, καὶ ἀσφαλέστατον.

Seneca lib. I. de Clem. cap. XIX. *Verum eſt inexpugnabile munimentum, Amor civium.* Periander apud Diogenem Laertium.

εἶπε τοὺς μέλλοντας ἀσφαλῶς τυραννήσειν τῇ εὐνοίᾳ δορυφορεῖσθαι, καὶ μὴ τοῖς ὅπλοις.

Plinius Panegyrico: *Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit qui ſeptus caritate non fuerit.* Cicero, Philippica II. Ferrandus Parænetico: *Gubernationi Reipublicæ, Securitati, Saluti, Concordiæ, plus proſpicitur, quando Dux optimus amari eligit, non timeri. Dux amabilis, murus eſt patriæ: qui verò continuato in omni tempore rigore metuendus apparet; ſubditos facit omnes infideles, facile timet proditionem, facilius patitur, extraneus vivit inter ſuos.* Salvianus extremo lib. V. *Cur nihil judicas pretioſius quam nequitiam? Cur nihil præſtantius quam rapinam? Diſce vel à pagano homine virum bonum. Charitate enim*, inquit, *& benevolentia ſeptum eſſe oportet, non armis.* Ariſtoteles, Epiſtola IV.

τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι μετάνοιαν δίδου, τοῖς δὲ εὐνοοῦσι τὰς χάριτας προχείρους νέμε, ταῦτα γὰρ πράττων οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ δι' ὅλου συντηρῶν, ἀσφαλέστατα, καὶ ἀκίνδυνα τὰ τῆς ἡγεμονίας ἕξεις μέλαθρα.

Leo, Tacticon. cap. XX. v. CCVIII. de Imperatore: Boni Præfecti indicium, & magnæ virtutis ſignificatio eſt ſi milites ſubjecti benivolo animo ipſi obtemperent, & ſi Labores ſponte ſua ſubierint, & in illis duraverint. Nam qui Neceſſitate & vi ſubjiciuntur, qui indignè ſe ac contrà quam præſide dignum eſt, gerunt; illi inſidiatores, non Amici, Perfugæ non Conſtantes in periculis exiſtimari debent. Idem, cap. II. v. XI.

καὶ ἀγαπώμενον δὲ παρὰ τῶν ὑπηκόω
τὸν στρατηγὸν, εὐδοκιμώτερον οἴδαμεν γί-
νεσθαι, ὃν γὰρ ἄνθρωποι φιλοῦσι, τούτῳ ἐπι-
τάττοντι μὲν ταχὺ πείθονται, λέγοντι δὲ κ
ὑπισχνουμένῳ οὐκ ἀπιστοῦσι, κινδυνεύοντι δὲ
συναγωνίζονται, τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀγάπη, τὸ π
θέναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τοῦ φιλουμένου.

PLinius lib. VIII. Epiſt. XXIV. *Male vin
ſuam poteſtas aliorum contumeliis experitur
Longeque valentior Amor ad obtinendum quo
velis quam timor. Nam Timor abit, ſi receda
Manet Amor ut ille in Odium, hic in reveren
tiam vertatur.* Libanius Baſilico:

μέγα φρονῶν, οὐκ ἐν φόβῳ συνέχει τὴ
βασιλείαν, ἀλλ' ἐν φίλτρῳ τῶν ἀρχομένω
φρουροῖτο δεινὸς εὐνοίᾳ μὲν ἀμοιβὴν, πταίσ
ματι δὲ νεῖμαι συγγνώμην, φιλονεικία
κρείττων, ὀργῆς βελτίων, ἡδονῆς ἄρχων, οἴ
ται γὰρ προσήκειν μὴ τῶν μὲν πόλεων κρα
τεῖν, τοῖς δὲ τῆς ψυχῆς πάθεσιν ὑπηρετεῖ
Julianus Conſtantiana I. εὔνοιαν εἶναι δεῖν πα
ρὰ τῶν ὑπηκόων ὑπάρχειν τῷ βασιλευ
οντι ἐρυμάτων ἀσφαλέστατον, ταύτην δ
ἐπιτάττοντα μὲν καὶ κελεύοντα, καθάπε
εἰσφορὰς καὶ φόρους κτήσασθαι παντελῶ
ἄλογον, λείπεται δὲ λοιπὸν, καθάπερ αὐτ
ὥρμηκας, τὸ πάντας εὐποιεῖν, καὶ μιμεῖσθ
τὴν θείαν ἐν ἀνθρώποις φύσιν.

Cicero lib. II. de Officiis. *Rerum omniu*

nec aptius eſt quicquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri.

EXCUBIÆ.] Satellitia & excubias Romanorum Principum dicit ſolemnes. Quæ omnis res notata & illuſtrata pridem viris doctis. Acceſſitos in hunc uſum ad Rhenum & ultra habitantes populos prodit Hiſtoria Auguſta; Quin Cleopatram CCCC. Gallos in ſatellitium ſuum habuiſſe, quos poſtea nactus eſt, dono Cæſaris, Herodes Rex tradunt Joſephus & Egeſippus. Imitatio eſt Papiniana ex I. Thebaid. de paupere Regno:

Nondum impacatis Regum advigilantia ſomnis
Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes
Excubiæ, nec cura mero committere gemmas.

Credebantur Romanis moribus hæ excubiæ, auctoritatem regno facere: Qua de re velut incredibili loquitur Marcus Antoninus: ὅτι δυνατόν ἐςι ἐν αὐλῇ βιοῦντα μὴ δορυφορήσεως χρῄζειν.

Stante Republica excubiæ hoc genus, arbitrio ſenatus aſſignabantur præſidij nomine benemeritis civibus. Exemplum apud Dionem, lib. XXXVI. de Piſone & Cotta, & notavit in Variis elegantiſſimus Curantius. Circumſtantia pila, notant Metum periculi de propinquo, quali proximè corpus Principis hoc genus cuſtodiæ circumſepiebat. Quarum munus alioquin cingere Principem. Lucianus Necyomantiæ:

τὸν μὲν γὰρ λαβοῦσα ἡ τύχη, βασιλικῶς διεσκεύασε, τιάραν δὲ ἐπιθεῖσα, καὶ δορυφόρους παραδοῦσα, καὶ τὴν κεφαλὴν στέψασα τῷ διαδήματι.

Vtpote inſigne Regium. Appianus, Civil. I. de Sulla: *Ipſi verò planè jam regnans Dictator, Conſulibus praerat. Nam & Secures ei, ut Dictator, praeferebantur, XXIV. & frequenti ſtipabatur ſatellitio, quemadmodum olim Reges.* Hinc τοὺς περὶ τὸν βασιλέα δορυφόρους vocant, ut Herodianus, lib. I. à corpore videlicet ejus non recedentes. Atque hoc inſigne metum facientis & metuentis ſimul tyrannidis: Bono autem Principi non erit ineptum facere ſe tutorem tutelæ ſuæ, & ipſum, Bonitate nimirum & vigilantia ſua, præſidiis ſuis præſidio eſſe, quod de ſuo in Baſilica Oratione ſcribit Libanius:

ἐκείνῳ inquit, ἡμέρα μὲν ἐν ἔργοις, νὺξ δὲ ἐν ἴσῳ ταῖς ἡμέραις, μέθη δὲ ἀπελήλαται, καὶ τὸ νήφειν ἐν συνηθείᾳ, ἀργὸς δὲ ἅπας ἐχθιστος, ὁ δὲ ἐγρηγορὼς ἐπιτήδειος, φρουρὰν δὲ σώματος οὐκ αὐτὸς ἔχει τὴν παρὰ τῶν δορυφόρων, τὴν δὲ παρ' αὐτοῦ τοῖς δορυφόροις παρέχει, ἐπειδὰν γὰρ αἴσθηται κατειλημμένους ὕπνῳ πολλῷ, τοῖς μὲν οὐκ ἀσύγγνωστον τὴν ἀνάπαυλαν ἀφίησιν αὐτὸς δὲ, ὥσπερ ἀνταγωνιζόμενος τῇ φύσει, τὸ δόρυ λαμβάνων, περίπολον. αὐτὸν τῶν βασιλείων καθίστησιν.

Satellitum hoc genus uſum Romæ invexit Tarquinius Superbus, tyrannidis verè ſignum & præſidium. Dionyſium lege, libro IV. Deinceps eouſque eorum officium extendebatur, ut ſcrutatos legamus gremios Regiam ingredientium, ne quo nocerent Principi. Suetonius Veſpaſiano, cap. XII. *Conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi, manente adhuc bello civili, omiſerat.* Quæ ultimò Romanam Aulam nugæ irrepſerint, habes in Arcanis Iuſtiniani apud Procopium.

281. ALTERNA FIDES.] Vt Ametur enim aliquis, Amet ipſe amaturos neceſſe eſt. Seneca, Epiſt. Nona. *Quæris quomodo Amicum cito facturus ſis? Hecaton ait: Ego tibi monſtrabo Amatorium, ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius veneficæ carmine, Si vis amari, Ama.* Auctor ad Piſonem:

poſitoque per omnia faſtu,
Inter ut æquales unus numeraris amicos,

Obſe-

Obſequiumque doces, & Amando quæris Amorem.

Martialis, Lib. VI. Epigr. XI.

Vt præſtem Pyladen, aliquis mihi præſtet Oreſten,
Hoc verbis non fit: Marce, ut ameris, ama.

Multa de Natura Amoris huc pertinentia Philoſophi, inprimis Coryphæus PLatonicorum PLotinus, quæ huc non congerenda. Joannes Sareſburienſis ad ſuum Librum.

Regula fida nimis, quisquis amandus, amet.

Columbanus in Monoſtichis.

Iam magnum reddas medico te munus amico,
Semper amicus ames, Amor eſt pretioſior auro.

Ita legendi duo ſancti viri verſus, in quorum neutro mica ſalis vulgo eſt. Amorem ait idem auro pretioſiorem, utpotè qui mutuam Benevolentiam ex ſe gignat, quę auro nequaquam comparabilis eſt. Arnaldus Abbas, operè ſex Dierũ: *Chriſtus eſt caritas, ſinceriſſimus liquor, virtus mundiſſima, refrigerium animarum, Purificatio mentium, nec vaſis inquinatis mera Spiritus bonitas illabitur, nec quisquam immũdus unctione illa regali linitur. Charitas quippè eſt Amor, & qui non amat, Amari non poteſt.* Sophiſtæ Græci non inanem bonæ mentis huc commenti ſunt fabulam, de Erote atque Anterote, ut ille, natus quidem ſine hoc fuerit, non potuerit autem in ſtaturam convenientem prodire, ſed illo poſtgenito habuerit opus Mater, uti utrumque ad Legitimum florem vitæ produceret. Eam enarrat Themiſtius Orat. VII. Qui eſt Protrepticus Philoſophię ad Nicomedienſes: *Olim, cum Amorem peperiſſet Venus, cætera quidem formoſus, & matre ſua dignus haberi poterat; deerat unum, quod injuſtam convenientemq; tali formæ ſtaturam non excreſceret, neq; augeſceret corpus, ſed diu, quantillus editus fuerat, commaneret. Hac tanta rei novitate, cum & Mater, & Nutrices infantis. Gratiæ, quid agendum, neſcirent: adeuntes Themidem (nondum enim Delphos Apollo tenebat) orabant; ut aliquem exitum puero, tam inauditæ tamq; inuſitatæ calamitatis oſtenderent. At Diva: Ego vos ea anxietate Liberabo; infantis enim ingenium nec dum vobis notum. Tuus ille, Venus, Amor, Germanus ac ſincerus, utcumq; ſolus naſci poteſt, creſcere ſolus non poteſt: ſed Anterote tibi eſt opus, ſi Erotem Creſcentem videri cupis. Natura amborum fratrum hæc erit, mutua alter alteri incrementi cauſſa erit, cum enim ſeſe invicem gemini adſpexerint, æqualiter adoleſcent, ſin alteruter deerit, minuerentur ambo. Sic Anterotem parit Venus; ſtatim gliſcere Eros incipit, ac pennas producere, ac fieri grandior. Itaq;, tamq; ei ſorti ac conditioni obnoxius, mirabiles ſæpè caſus varietatesq; ſuſtinet, modo vigens creſcensq;, nunc marceſcẽs, rurſumq; alibi incrementum capiens. Sed perpetuo germani ſui ſocietatem deſiderat, quem cum grandem animadverterit, majoreſcere & ipſe contendit, eum contrahi animadvertens, minuitur & ipſe, vel invitus.*

283. SIMPLEX GRATIA.] Candidus affectus, qualem Gratiam appellant Græcorũ æmulatione ſcriptores Latini. *Simplex* infucatum, candidum, ſincerumque valet, uti contraria omnia duplex. Inſpice Adverſar. lib. XII. cap. XV. Sic non triſtis gratia Sermonis, inaffectata comitas, apud Petronium:

Sermonis puri non triſtis Gratia ridet.

283. PULCERRIMUS IPSE.] Omninò legem dum ipſi, ſe ſibi ligat, ob harmoniam tot partium.

284. MUNDUS AMORE LIGET.] Verba ipſa ſunt Platonis Timæo.

ἐκ δὲ τε δὴ τούτων καὶ τοιούτων τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη, δι᾽ ἀναλογίαν ὁμολογῆσαν φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥστ᾽ εἰς τὸ αὐτὸ αὐτῷ ξυνελθὸν ὑπὸ τῶν ἄλλων πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυμφιόσαντος γενέσθαι. Empe-

docles: ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα, ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα, νείκεος ἔχθει.

Supernorum, omniumq; univerſi corporis membrorum admiranda Concordia, ad Subditorum Amorem Principem cohortatur. Ut conſtent enim minora majoribus. Concentu & Conſpiratione omnium opus erit. Ita Ariſtides de Concordia, ad Civitates Aſiaticas: *Nolite exiſtimare ſi in Obſidionibus id necet maximè. cum diſperſa ſunt præſidia, in Rebuspublicis, ac mutua conſuetudine multas prodeſſe partes: verum concentum, ſi quo in alio loco, hic quidem valere plurimum. Hic eſt urbium verus ornatus, hoc maximum monumentum, hæc ſpecies pulcerrima. Hæc eorum ſunt qui ſurſum reſpiciunt, non in foſſas ac lapides; quique veram Naturam, non ſaxorum aut Lignorum, conſpexerint, & ejus, à quo cuncta hæc reguntur, divinæ Reipublicæ partem eam, quæ nobis convenit, acceperunt. Nam & cœlum totumatque mundum, qui pulcerrimam omnium tum figuram, tum appellationem, ſortitus eſt; una ſententia & Amicitiæ vis adminiſtrat, cujus ductu & Sol procedit, ſuum perpetuò locum ſervans, & Lunæ facies, ac motus ſtellarum, temporumq; circuitus, ac ſingulorum inter ſe ordines perficiuntur, & receſſus oportuni, rurſumq; conjunctiones, obſervantur, dum vincit Concordia Diſcordia verò eſt nulla, nec naſcitur, verum ordinationi omnia concedunt, & uno animo res omnes peragunt. Quocircà, ſi rectè ſaptre judicantur ij, qui præſtantiores imitantur, illi ſanè prudenter agent, qui ſe univerſos unum quiddam eſſe, quantum fieri poterit, arbitrantur.* Vide Auctorem & Interpretem de Mundo. Item Librum Qui ejusdem Tituli Philoni Judæo adſcribitur. Hinc Socialis Machina, Mundus perhibetur Univerſus. Drepanius Florus de Cereo Paſchali:

> *Legibus æternis, vertigine concita jugi,*
> *Volvitur immenſi Socialis machina mundi.*

Ita Amorem Ducem & Choragum Harmoniæ omnium rerum facit Philoſophus noſter Parnaſſius.

πρόδηλον γὰρ εἰ μή τις ἔρως ἐπί τινι παρηκολουθήσοι πράγματι, ἀμήχανον τοῦτο κατορθῶναι, verè ait Demetrius Conſtantinopolitanus initio Hieraco Saphij. Sicque in Veneris, & mox Amoris, nativitate, Nonnus, Lib XLI.

> πρώτη κύπριν ἔδεκτο.
> Καὶ τότε θοῦρον ἔρωτα, γόνης πρωτόσπορον ἀρχήν,
> Ἁρμονίης κόσμοιο φερέσβιον ἡνιοχῆα,
> Ἀρήφατις ὠδῖνεν, ἐνόφρυσι γείτονα ὅρμω.

Sic Amicitia apud Theodorum Prodromum, in Exilio ſuo.

> Οὕτως μὲν, οὕτως, ἡ νοουμένη κτίσις,
> Εμοὶ κρατεῖται, καὶ μένει φρουρουμένη.
> Τὴν γὰρ θεατὴν, καὶ κατ' αἴσθησιν φύσιν,
> Τὸ κοσμικὸν πλήρωμα, τὴν κάτω κτίσιν,
> Τις ἀμφιβάλλει, μὴ κρατεῖσθαι φιλία.

Quibus verbis ſcribẽdum Οὕτως μὲν ὅλως. PLura hujus rei ibidem legas. Multa in Collectaneis Phyſicis, apud Joannem Stobæum, cap. XII. Oſtendit autem Divinum Amorem Principi Claudianus, ad ejus conciliandum ſubditis, quoniam eamdem ad parentem ipſi orbem perſonam Regi adſignant Sapientes, quam erga mundum ſuum habent Numina. Diotogenes Pythagoricus: *Cultus divinus omnino dignitatis Regiæ eſt. Siquidem interpreſtantiſſima Natura Deus excellit. Terrenis & hominibus præſtat Rex. Nempè ut Deus ad mundum, ita ſe habet Rex ad Rempublicam Et ut Reſpublica ad mundum, ita Rex ad Deum.* Ci-

vitaı enim ex multis diverſisque concinnata, mundi ſtructuram & Harmoniam imitatur. Lex autem, gerens Imperium nulli obnoxium, atq; viva exiſtens, Dei figuram inter homines refert. A mundi autem Harmonia pendet homo, ut Hermes Triſmegiſtus in Jatromathematicis concludit:

χωεὶς τῆς κοσμικῆς συμπαθείας ἀνθρώποις ὐδὲν ἐπιγίνεται.

Itaque microcoſmus etiam iſte particeps Harmoniæ, & Amore ſe ſuo ligat, ut ſit unum corpus homo, per Spiritum dilectionis divinæ, nectentem & facientem ex tot diverſis partibus unum corpus, de quo diviné P. Paulus 1. Corinth. cap. XII. Sic illam omnium mundi partium Harmoniam in verò & unanimi cultu Creatoris ſui agnoſcunt Chriſtiani etiam ſeriò ſcriptores. Ruritius, lib I. Epiſt. V. *Opportunum vos admonendi tempus inveni, quo in Harmonia mundi Vniverſa animantia, pariter bruta & elinguia, incedentia, volantia, reptilia, ſuis quæq; modis, ſuis ſibilis, ſuis quæq; vocibus, etſi ſono diſſono, & ore diverſo pari tamen affectu, quaſi uno concentu, in laudem proprij auctoris erumpunt, & potentiam, quam promere nequeunt, ſentire ſe produnt.* Qui de Verno Tempore ſermocinatur. Huic Harmoniæ Chelin, hoc eſt Modimperatorem, Ducem, dant veteres Filium Dei, Servatorē noſtrum, ut in Oraculo de eo veridico cujuſcunque Poëtæ:

ἑπτά με φωνήεντα θεὸν, μέγαν, ἄφθιτον, αἰνεῖ
Γράμματα, τὸν πάντων ἀκάματον πατέρα.
Εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἡ τὰ λυρώδη
Ἡρμοσάμην δίνης ὐρανίοιο μέλη.

184. AMORE LIGET.] Vinculo velut quopiam, quo genere firmam Amicitiam depingi docui libris Adverſariorum. Sic vincula Amicitiæ in Natura agnoſcit Theodorus Prodromus.

Οὐδ' αὐτὸ γῦν ἔγνωκεν, ὡς ἔχθρας φύσις
Οὐκ οἶδε δεσμεῖν, ἀλλὰ τὺς δεσμὺς λύειν.

Sic Coronam in mutuo Amore rerum Sapiĕtes conſtituunt, partibus velut in circulum perpetuæ conjunctionis implexis. Vide Stobæi Physica, cap. περὶ τάξεως Κόσμυ. His autem omnibus Sapientiſſimus Poëta Aequalitatem aut Aequabilitatem commendat Principi, uti mutua ſibi benivolentia ſubjectos jungat, amans eos, eorum viciſſim Amorem Magnificiens. Ejus virtutis conveniens Encomium hauries, ſi voles expendere, in Libro Philonis Judæi de Principe, quem legendum ſuadeo. Quæ turbant hîc in ſcriptura nonnulli Codices, tanti non ſunt ut eorum ratio ulla habeatur. De mutuo Amore mundi eleganter canit Boethius, lib. II. de Conſol. Carm. VIII.

Quod mundus ſtabili fide
Concordes variat vices.
Quod pugnantia ſemina
Fœdus perpetuum tenent.
Quod Phœbus roſeum diem
Curru provehit aureo:
Vt quas duxerit Heſperus
Phœbe noctibus imperet.
Vt fluctus avidum mare
Certo fine coerceat.
Ne terris liceat vagos:
Latè fundere terminos.
Hanc rerum ſeriem LIGAT
Terras ac pelagus regens,
Et cœlo imperitans, AMOR.
Hic ſi frena remiſerit:
Quicquid nunc amat invicem,
Bellum continuò geret.
Et quam nunc ſocia fide
Pulcris motibus incitant,
Certent ſolvere machinam.
Hic ſancto populos quoque

Iuncto,

Junctos fœdere continet.
Hic & conjugij ſacrum
Caſtris nectit Amoribus,
Hic fides etiam ſua
Dictat jura ſedalibus.
O Felix hominum genus
Si veſtros animos Amor
Quo cœlum regitur, regat.

Inepti brutoque animo qui contrà perpetuas pugnas in Cœleſti corpore agnoſcunt, non videntes certamina illa gigni ex Amore, & in ejus effectus redire. Deſipuerunt vel maximè hic Empedocles & Epicuræi, atq; omnis Heracliti Schola, hinc hoſtilem animum in ſe partium, tandemq; interitum univerſi concludens. Multis Lucretius Libro V.

Tantoperè inter ſe Cum maxima mundi
Pugnent membra, pio nequaquam concita bello. &c.

Inepti & Aſtrologi, qui ſiderum & ſignorum cœleſtium concordiam nullam, clarā autem diſcordiam agnoverint, ut non paucis, lib. III. Manilius. Cum effectus oſtendant diſſidere partes, ut fœcunditas univerſi laxetur in novas ſemper formas.

285. NEC VI CONNEXA PER ÆVUM.] Sed Amore, de quo modo dictum. Appulejus de Mundo: *Sic totique Mundi ſua inſtantia initiorum, impares inter ſe, conventus, pari, non diſcordante, conſenſu Naturæ veluti Muſica temperavit. Namque liquida ſ aridæ, glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqua confudit unumque ex omnibus, & ex uno omnia, juxta Heraclitum, conſtituit. Terramq; mare, atq; cœlum, Solis Orbe, & Lunæ globo, cæteriſq; Orientium & Occidentium ſiderum facibus ornavit, una illa parte mixta, quā quidem cunctis conſtat implicatam, dum confuſa, dum libera Elementorum ſubſtantia. Ignis, aqua, Aeris, Terra, ex quibus hujus ſphæra convexit, & diſparibus qualitatibus Natura conflata adacta eſt fateri concordia, & ex ea Salutem operi machinata. Principiorum igitur conſenſus, ſibi Concordiam peperit, Perſeverantiam verò inter ſe Amicitia clementis dedit ſpecierum æqua partitio, dum in nullo alia ab alia vincitur, multitudine vel poteſtate æqualis. Quippè omnium diverſitas, graviſſimorum, leviſſimorum ferventium, frigidorum, docente Ratione Natura, diverſis licet reb. æqualitatem deferre concordiam, omnia parentis mundi amœnitatem æternitatemque reperiſſe.* Vide PLatonem Timæo, ejusq; Interpretes, Timæum ipſum & Ocellum.

286. QUI.] Qui, quomodo. Quomodo, ait. Sol, rapidiſſimus ignis, natura ſua potens exurere omnia & tabefacere, ſi propius admoveret ſe, perditurus omnia, non id agat tamen, ſed medio limite incedens nutriat potius ſubdita quam adurat? Sic in Phaetonte tyrannum veteres Theologi deſcripſerunt, per mythologias ingruere ſoliti, cum Clementiam Divinam virtutem, ſuperis Principes jungere urgeant, exempla ſubdentes cœleſtia. Ariſtides Encomio Marci.

οἴεται δὲ τὸν ὡς ἀληθῶς βασιλέα τῷ τῶν ὅλων ἀπεικάσθαι βασιλεῖ. καὶ τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀπάντων τῶν ἀρχομένων.

De Sole ad Principem pulcrè Agapetus Schedæ Regiæ cap. LI.

ἡλίου μὲν ἔργον ἐστὶ, τὸ καταλάμπειν ταῖς ἀκτῖσι, τὴν κτίσιν, ἄνακτος δὲ ἀρετὴ τὸ ἐλεεῖν τοῖς δ.ομένοις, κἀκεῖνος δὲ φυτώτερος ὁ εὐσεβὴς βασιλεύς ἐστι μὲν γὰρ ὑποχωρεῖ τῇ διαδοχῇ τῆς νυκτὸς, ὁ δὲ οὐ παραχωρεῖ τῇ συναρπαγῇ τῶν κακῶν. ἀλλὰ τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας ἐξελέγχει τὰ κρυπτὰ τῆς ἀδικίας.

Medium limitem ſoli dat reſpectu cæterorum PLanetarum, quibus pari numero utrinque ſtipatur. Philo de vita Moyſis, Lib III.

ἔτι δὲ πάντων λαμπάδια τε καὶ λύχνοι ἑπτὰ, σύμβολα τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς φυσικοῖς ἀνδράσι πλανήτων. ὁ γὰρ ἥλιος, ὥσπερ ἡ λυχνία, μέσος τῶν ἓξ τεταγμένος, ἐν τετάρτῃ χώρᾳ φωσφορεῖ τοῖς ὑπεράνω τρίσι, καὶ τοῖς ὑφ᾽ αὐτὸν ἴσοις ἁρμοζόμενος

ὂν τὸ Μουσικὸν καὶ θεῖον, ὡς ἀληθῶς, ὄργανον.

287. CONTENTUS LITTORE PONTUS.] Miraculo celebri etiam Sacris Litteris. Vide Animadverſiones in Priorem Rufinianum.

288. TERRAS AMBITQUE VENITQUE.] Mundum noſtrum circumfuſo aere attineri, & in ſe librato pondere ferri, tradunt conſenſu Phyſici. Vide Stobæum Eclogis. Macrobium libro I. in Somnium Scip. capite XXII. Plutarchum Placitis, Plinium, libro II. cap. V. Phornutum capite I. Mytholog. Lutatium, Theb. VIII. Lucretium, libro I. Manilium, lib. I. Lucanum, Lib. I. Sextum Empiricum, Nicephorum Blemmydem, alios.

289. QUI TERRET PLUS IPSE TIMET.] Nobiliſſima ſententia, Medio ævo non uni auctori celebrata, ut coævo Friderico Barbaroſſæ Sacræ Expeditionis ſcriptori, Alano, Sparano, alijsq; in Gnomologijs. Veriſſimum autem τοὺς διαπραττομένους βίᾳ, ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι, quod ait Lyſias. Jam odium ſequitur illud de quo Ennius ex re ipſa dixit:

Quem metuunt oderunt
Quem odit quisq; periſſe cupit.

Unde metus perpetuus tyrannis, à multis millibus hoſtium, juſtè odientium. Egregiè Salluſtius ad Cæſarem: *Equidem ego cuncta Imperia crudelia magis acerba quam diuturna, arbitror: Nec quenquam à multis metuendum, quin ad eum ex multis formido recidat.* Seneca, lib. I. de Clem. cap. XIX. *Tantum neceſſe eſt timeat, quantum timeri voluit. Et manus omnium obſervet, & eo quoque tempore, quo non captatur peti ſe judicet: nullumque momentum immune à metu habeat. Hanc aliquis ægram vitam ſuſtinet? Cum liceat innoxium, atq; ob hoc ſecurum, ſalutare Potentia jus, latus omnibus, tractare? Errat enim ſi quis exiſtimat, tutum ibi eſſe Regem, ubi nihil à Rege tutum eſt. Securitas, mutua paciſcenda eſt.* Ipſa Claudiani verba repoſuit Boethius iſta, ut ſupra de Amore mundum, Liganre, lib. III. Carm. V. de Conſ. Phil. *Potentem cenſes, qui ſatellite latus ambit? qui, quos terret, plus ipſe metuit?* Seneca, Oedipo:

Qui ſceptra duro ſævus imperio gerit
Timet timentes, metus in auctorem redit.

Silius Italicus, lib. II. *Et quantum terrent: tantum metuentia regna.* Cicero, Lib. II. de Offi- cijs: *Quod ergo latiſſimè patet, neq; ad incolumitatem ſolum, ſed etiam ad Opes, ad Potentiam, plurimum valet, id amplectamur, ut metus abſit, charitas retineatur. Etenim, qui ſe metui volent, à quibus metuuntur, eoſdem metuant ipſi, neceſſe eſt. Quid enim cenſemus illum ſuperiorem Dionyſium, quo Cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros metuens tonſorias, candenti carbone ſibi, adurebat capillum.* Seneca Epiſt. CV. *Confuſam vitam & perturbatam impotentes agunt, tantum metuunt quantum nocent. Nec ullo tempore vacant; dat pœnas quisquis exſpectat, quisquis autem meruit, exſpectat.* Ferrandus Diaconus, Reg. VII. *Qui continuato in omni tempore rigore metuendus apparet, omnes ſubditos facit infideles, facilè timet proditionem, facillius patitur. Extraneus vivit inter ſuos, tantum poſtremò timet, quantum timetur. Et hoc infelicitatis flagello nullatenus caret, niſi cunctis manſuetus & comis effectus didicerit, ſibi quando alterum judicat, dicere; noli eſſe multum juſtus, memento te eſſe Chriſtianum.* Fulgentius libro II. de Prædeſtinat. *Imperator ideo eſt vas miſer cordis, ſi magis in timore ſerviat DEO, quam in tumore dominetur populo. Si in celenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem, ſi ſe magis diligēdum quam metuendum cunctis exhibeat.* Gregorius Turonenſis, exemplo Leudaſtis, lib. V. Hiſtor. Francor. cap. XLVIII. *Adſumto, ut diximus, Comitatu, in tali levitate elatus eſt, ut in Domo Eccleſiæ cum thoracibus atq; loricis, præcinctus pharetra, & contum manu gerens, capite galeato, ingrederetur, de nullo ſecurus, quoniam omnibus erat adverſus.* Beatus Cyprianus, Epiſt. II. cap. V. *An tu vel illos putas tutos, illos ſaltem inter*

honoris infulas, & opes Largas, ſtabili firmitate ſecuros, quos, Regalis aulæ ſplendore fulgentes armorum excubantium tutela circumſtat? Major illis quam cæteris metus eſt. Tam ille timere cogitur, quam timetur. Exigit pœnas pariter de potentiore ſublimitas: Sit licet ſatellitũ manu ſæpius, ac clauſum & protectum Latus numeroſo ſtipatore tueatur. Quam ſecuros non ſinit eſſe ſubjectos, tam neceſſe non ſit ſecurus & ipſe. Ante ipſos terret poteſtas ſua, quos facit eſſe terribiles. Ratio horum eſt in verbis Lyſiæ & Ennij propoſitis, quibus conſentiunt hæc Minutij Felicis: Naturale eſt odiſſe quem times, &. quem metueris, infeſtare, ſi poſſis. Itaque Legitimi Principis bonitas, aliorumq; hominum potẽtium, ſecundum ipſius Clementiam cenſenda eſt, ut nimirum tanta ea ſit, quantum ipſe à faciendo terrore remotus. Caſilis in Reſponſis.

τῷ ἑβδόμῳ ἐρώτησεν, ἢ ἂν τις ποιῶν ἀγαθὸς καὶ καλὸς γένοιτο; οὗτος, εἶπεν, εἰ ὁ δυνατὸς ὢν οὐδενὶ φοβερὸς εἴη.

In quo omnis hujus ſciti ſententia poſita eſt. Sunt tamen qui Amore fortius cogere arbitrantur Timorem. PLinius, Libro I. Epiſtolarum.

291. SEPTIQVE VENENIS.] Accuratè attendenda hæc verba. Gladij enim in hoſtes tyrannis parati, Venena in ſemetipſos, vt videlicet meritis ſe illico pœnis eripere poſſint, ubi fortuna adverſa ingruerit. Plena hiſtoria exemplorum. Alioquin ferrum & venenum, tutelæ tyrannorum. Boethius Conſol. lib. II. Car. VI. de Nerone Additur ſævo gladius veneno.

292. ANCIPITES ARCES.] Vitioſa ſcriptura, jam tamen olim corrupta; agnoſcitur enim ab omnibus ſcriptis Editisq; Libris. Quid verò ſunt, ancipites arces? Vitioſa, ut dixi, ſcriptura, Legendumque *Ancipites arcus* tam ſcilicet in ipſos Reges promtos, quam eorum hoſtes. Alluduntur verba Senecæ, recitata hiſtoria filij Præxaſpis à temulento Cambyſa, ſagitta peremti, Lib. III. de Ira, cap. XIV. *O Regem cruentum! O dignum in quem omnium ſuorum arcus convertantur.* *Arcus, præ cæteris armis lethalibus, quia eorum jactu è longinquo & improviſus interimi poteſt.* In Scriptura, Arcus dolum nocentem notat. Gulielmus Tyrius ex ejus ſermone, libro X V. capite X V I. *Quo perlecto diligentius, & plenius cognito, prodijt in medium Lambertus Archidiaconus, qui licet prius cum Domino Patriarcha convenisset in dolo, & Beneficij ſui obtinuiſſet reſtitutionem, tamen converſus in arcum pravum, denuò ſe conſtituit accuſatorem.* Quid mirum autem de arcubus, cum ſuimet lateris telum metuat tyrannus. Exemplum habes Thyeſten, apud Senecam Tragœdum:

> *Mihi crede, falſis magna nominibus placent.*
> *Fruſtrà timentur dura. Dum excelſus ſteti*
> *Numquam pavere deſtiti, atque ipſum mei*
> *Ferrum timere lateris. ô quantum bonum eſt,*
> *Obſtare nulli, capere ſecuras dapes!*

Et hinc prudentes principes Amari maluerunt quam timeri. Aemilius Probus de Timoleonte: *cum tantis eſſet opibus ut etiam invitis imperare poſſet, tantum autem Amorem haberet omnium Siculorum, ut nullo recuſante regnum obtineret, maluit ſe diligi, q, metui.*

293. TREPIDIQUE MINENTUR.] Nihil enim non metuunt, quod minari poſſunt. Paria verba Chiron de Achille primævo. Achill. I.

> *ipſi mihi ſæpè queruntur*
> *Centauri, raptasque domos, abſtractaque coram*
> *Armenta, & campis ſeſe fluvijsque fugari.*
> *Inſidias & bella parant, timidique minantur.*

Sic enim legendum, non *tumidi* ut ubique Editur.

294. TU CIVEM.] Pars ut ſis velut ſubditorum tuorum. De ipſo Theodoſio Victorinus;

tinus: *Clemens animus, miſericors, communis, ſolo habitu differre ſe cæteris putans. Amare cives vel privato contubernio cognitos. Multa huc coacervari valeant*; ſed ea videre te malim apud Iſocratem, Plutarchum, Stobæum, Julianum, Libanium, Syneſium, Dionem Chryſoſtomum, Ariſtidem, Themiſtium, Agapetū, Baſilium Imp. Emanuelem. Imp. Panegyricos, aliosq; hujus Cenſus auctores. De Violentia ubiq; verum quod ait Philo de Mundo:

δεσμὸς φαυλότατος ὃς ἔσφιγξε βία· βίαιος ἐστὶ καὶ ὀλιγοχρόνιος· ῥήγνυται γὰρ θᾶττον ὑπὸ τῶν δεθέντων. &c.

294. PATREMQUE.] Uno verbo omnia dixit; & quid poſſit amplius? Sic alij Sapientes. Xenophon Pædia. VIII.

ἀλλὰ πολλάκις μὲν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἄλλοτε κατενόησα, ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ.

Sic Liberorum ſuorum Parentes Imperatores dicit, in Reſtauratione Scholarum eorum officio functos, Eumenius Seneca, Lib. I. de Clementia, cap. XIII. *Hic princeps, ſuo beneficio tutus, nihil eget præſidijs, arma ornamenti cauſſa habet. Quod ergo officium ejus eſt? Quod bonorum parentum.* Philo de Prudentia.

οὐ τύραννος ὁ θεὸς, ὠμότητα, καὶ βίαν, καὶ ὅσα δεσπότης ἀνημέρους ἀρχῆς ἔργα ἐπιτηδεύων, ἀλλὰ βασιλεὺς, ἥμερον καὶ νόμιμον ἡμμένος ἡγεμονίαν, μετὰ δικαιοσύνης τὸν σύμπαντα κόσμον βραβεύει. βασιλεῖ δὲ οὐκ ἔστι προσρῆσις οἰκειοτέρα πατρός. ὃ γὰρ ἐν ταῖς συγγενείαις πρὸς τέκνα γονεῖς, τοῦτο βασιλεὺς πρὸς πόλιν, πρὸς δὲ κόσμον ὁ θεός.

Heliodorus libro X. de Hydaſpe Rege Aethiopum ἀνδρὸς δι' εὐνομίαν τε ἅμα καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὑπηκόους ἵλεων τε καὶ ἥμερον, πατρικόν τινα ἔρωτα τοῖς δήμοις ἐνστάξαντος.

Hinc Parentum Publicorum Laus, Laudum Princeps. Symmachus, lib. IV. Epiſt. XII. de Stilicone. *Conſulatum meum Liberalitate continuas, &, ut Publicus Parens, in futuros etiam magiſtratus Imperialem provocas largitatem.* Engoliſmenſis Monachus, vita Caroli Magni: *Clauſum & ſigillatum eſt ſepulcrum ejus. Nemo autem referre poteſt quantus planctus & Luctus pro eo fuerit per univerſam terram.* Etiam inter paganos plangebatur quaſi pater orbis. Otbertus, vita Henrici IV. *Miſſis Imperator poſt eum legatis tam lacrymis quam mandatis revocavit, obteſtans eum, ne ſenem patrem contriſtaret, immò ne Patrem omnium offenderet, ne ſe ſputis hominum exponeret.* Themiſtius Oratione. V.

χαλεπώτατον γὰρ ἐκεῖνο τὸ πάθος, ὃ προκαταλαμβάνει τοῦ λόγου ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο Πέρσαι καλῶς Κῦρον μὲν πατέρα, Καμβύσην δὲ δεσπότην, Δαρεῖον δὲ κάπηλον ἐπωνόμαζον. ποιεῖ δὲ πατέρα μὲν δικαιοσύνη, θυμὸς δὲ δεσπότην, κάπηλον δὲ φιλοχρηματία. θεία δὲ μόνη ἡ τοῦ πατρὸς ἐπωνυμία, πατέρα γὰρ ἀνθρώπων καὶ τὸν Δία οἱ ποιηταὶ ἐπονομάζουσι.

Sic Romanorum Patrem Joannem, Theodorum verò Dominum, appellatos ſcribit Georgius Pachmerius lib. I. Hiſt. Pulcrè autem Sopater apud Stobæum, Serm. XLIV. *Quos prius non cognoſcebas, & ad te nihil pertinere amplius putabas quam quivis homo communem hominum naturam, illos, jam princeps factus, revereri debes, ceu jā notos & familiares, ac omnes tibi amicos eſſe videns, paterna benevolentia complecti. Homero certè non ſatis fuit principem ſimpliciter ſubditorum Patrem vocare, quamvis haud aliud nomen inter homines benignius inveniri poſſit, ſed ad Patris vocabulum adjunxit ſimul manſuetum, ſimul & parentibus & bonis principibus hujusmodi nomenclaturam convenire ratus.* Philo de Principe *Decet Principem ſuis clientibus, & ſubditis ita præeſſe, quemadmodum patrem Liberis, ut ab ijsdem, velut à Liberis redametur & colatur. Idcirco, ſi verum fateri volumus, boni & Lau-*

dabi

dabiles magiſtratus pro publicis civitatum & populorum Parentibus habendi ſunt.

294. CONSULE CUNCTIS NEC TIBI.] In hoc vel maximè ſita boni Principis demonſtratio, ut ei faſtigio admotus, contemtis ſuis, aut poſtpoſitis, curam potiorem publicarum rerum agat. Archytas Pythagoricus:

δεῖ τὸν ἀλαθινὸν ἄρχοντα μὴ μόνον ἐπιςάμονά τε, καὶ δυνατὸν ἦμεν περὶ τὸ καλῶς ἄρχεν, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως. ἄριςος δὲ κ' εἴη ἄρχων ὁ μηθὲν αὐτῷ ἕνεκα ποιέων, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτόν. ἐπειδήπερ οὐδὲ νόμος αὐτῷ ἕνεκα, ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτόν.

Ariſtoteles, lib. VIII. Ethic. capite XII.

ὁ μὲν γὰρ τύραννος, τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων. οὐ γάρ ἐςι βασιλεὺς ὁ μὴ αὐτάρκης, καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων. Synesius de Regno: ἴσοις ὅροις φημὶ βασιλέα τε καὶ τύραννον διεςάναι. καί τοι τά γε τῆς τύχης ἀμφοῖν ὁμοῖα. ἄρχουσιν ἑκάτερος ἀνθρώπων πολλῶν. ἀλλ' ὃς μὲν ἂν ἑαυτὸν ζουλάτῃ τῷ φαινομένῳ τῶν ἀρχομένων καλῷ, καὶ ἐθέλῃ μοχθεῖν, ἵνα μηδὲν ἐκείνοις ᾖ μοχθηρὸν, καὶ προκινδυνεύειν, ἵνα ἐπ' ἀδείας ἐκεῖνοι βιοτεύωσι, καὶ ἀγρυπνεῖν, καὶ συνδιατάσθαι μερίμναις, ἵνα νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν ἀσχολάζωσι δυσχερῶν, οὗτός ἐςιν προβάτοις μὲν ποιμὴν, ἐν ἀνθρώποις δὲ βασιλεύς.

Polcrè Seneca ad Polybium, capite XXVI. *Orbi qui ſe terrarum dedicat, ſibi ipſi eripit* In quam ſententiam Pius Imperator feliciſſimus, Vxori, rei familiaris ſtudioſiori, ſcripſit: *Stulta. poſteaquam ad Imperium tranſivimus, & hoc, quod habuimus, perdidimus.* Imperatorum *opes eſſe Populi, legis* apud Georg. Pachymerium. Lib. I. Hiſtor. Cicero etiam 1. Officior. *Omnino, qui Reipublicæ præſunt, duo Platonis præcepta teneant: Vnum ut utilitatem civium ſic tueantur ut, quicquid agant, ad eam referãt, obliti commodorum ſuorum: alterum ut totum corpus Reipublicæ curent, ne, dum partem unam tuentur, reliquas deſerant. Sic omnia Senatus Populiq; Romani, nihil ſibi proprium eſſe, Marcus Antoninus*, quo nemo umquam Regno Philoſophiam melius junxit. Senatui ſcripſit, cum pecuniam de ærario ad Expeditionem Scythicam poſceret, ut ex Dione memorat Joannes Xiphilinus. Leo. Tacticon XX. *Vt ſuſpiciendus & honoratus ab omnibus habearis communem utilitatem rei privatæ antepone. Bonus eſt enim Imperator, non qui benè ſuis rebus proſpicit, ſed qui ſubjectis ſuis auctor Salutis eſt. Imperator enim non ideò eligitur, ut ſibi ſoli provideat, ſed ut cæteri, qui ſub Imperio ejus ſunt, melius vitam traducant.* Regem non ſibi, ſed regni uſibus, quæ habet, poſſidere exemplo & ſententia docet Gulielmus Tyrius lib. XIX. cap. II. Mamertinus; Panegyrico Maximiani. *Longè illa majora ſunt quæ tu, impartito tibi Imperio, mera gratia retuliſti. Admittere in animum tantæ Reipublicæ curam, & totius Orbis fata ſuſcipere & oblitum quodammodo ſui, gentibus vivere, noctes omnes diesque perpeti ſollicitudine pro omnium ſalute tranſigere. &c.* Vide & notas viri doctiſſimi Leonardi Coquæi ad Auguſtinum de Civit. Dei. lib. IV. cap. III.

295. SED PUBLICA VOTA.] Emmanuel Palæologus ad Filium, cap. XLII.

296. IN COMMUNE JUBES SI QVID. PRIMUS JUSSA SUBI.] Celeberrimum Præceptum, cui illuſtrando nobilia alia infinita ſunt in promtu. De Avo Honorij, qui iſthic inſtituitur, Ammianus, libro XXVIII. *Nihil vel gregarijs imperabat, cujus non ipſe primitias alacri capeſſeret mente. De Patre Theodoſio.* qui loquitur. Pacatus Panegyrico. *Ne tum quidem, cum Imperator factus es, operam remiſiſti, quin omnium caſtrenſium munerum numeros primus, aut cum primis, obires, ſtare pro ſignis, excubias forte agere, vallum ferre, locum bello antecapere, ſpeculatum egredi, caſtra metari, in prælium primus ire, poſtremus prælio excede-*

excedere, dux eſſe Conſilio, miles exemplo. Silius de Annibale, Lib. I. Punicorum.

in medio precedens agmine ductor
Imperium perferre ſuum.

Appianus Punicis, de Maſaniſſa. *Maſiniſſa exemplum erat ſuis omnium Laborum nihil habens præter Equitatum, non jumenta, non Commeatus,* Idem paria de Scipione, eodem Libro. Pacatus Panegyrico: *Ne quis patiſe injuriam putaret, à te voluiſti incipere cenſuram. An quiſquam ferret moleſtè ad Principis modum coerceri? Cum videret Imperatorem, rerum potentem, Terrarum hominumque Dominum, parcè contenteq; viventem.* Velleius, lib. II. *Princeps optimus rectè facere cives ſuos faciendo docet, cumque ſit Imperio maximus, major vult eſſe exemplo.* Sidonius.

tum cætera paret
Turba libens, ſervit propriis quia Legibus auctor.

Plura omnes Panegyriſtæ, & Præceptores Principum, &c.

299. NEC FERRE VETAT.] Vera Scriptura *nec ferre negat.* Quam repræſentant libri, & recepit optimi Conſilii Scaliger.

300. COMPONITUR ORBIS REGIS AD EXEMPLUM.] Nicetas Choniata, verbis Joannis Comneni Principis jam morituri:

ὅτι καὶ φιλεῖ πως τῇ τοῦ κατὰ τὸν ἄρχοντα διαθέσει συνδιατίθεσθαι τὰ πάντα, καὶ ἕπεσθαι. Syneſius de Regno: ἀληθέστερον ἦ φάναι τοὔργον, ὁ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ βασιλέως ἐπιμεληθεὶς, ὅπως ἂν ἄριστος εἴη, τὴν συντομωτάτην ἐβάδισεν ἐπὶ τὸ πάντας μὲν οἴκους ἐπανορθοῦν, πόλεις δὲ πάσας, ἔθνη τε πάντα, καὶ μικρὰ, καὶ μείζω, καὶ τὰ γείτονα, καὶ τὰ πόρρω ἃ πάντα ἀπολαύειν ἀνάγκη τῆς ὅπως ποτὲ ἐχούσης τοῦ βασιλέως ψυχῆς. ISocrates: φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς αὐτοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας. Xenophon. Pæd. VIII. ὁποῖοι τινὲς γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. Herodianus. Lib. I. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν.

Vide Epiſtolam Antigoni Regis apud Laertium Zenone. Vellejum, L. II. Senecam Thyeſte, Ciceronem, III. de Legibus. Salomonem, Proverb. cap. X. Quoſque paullò ante nominavi.

301. EXEMPLUM.] παράδειγμα, quod perfectionem infert. Gregorius Thaumaturgus Paneg. Origenis: παράδειγμα ἐνθέμενος σοφοῦ. Epitaphium vetus.

Exemplum periit, caſta lugente puella.

Scopum hic tamen ſolum denotat. Pacatus. *blandiſſimè jubetur exemplo.* Paullinus Benedictus, lib. II. Martin.

ſacerdotis factis facienda docentur.
Exemplum mage ſuadet opus, quam gratia verbi.

REGENTIS.] Regis. Symmachus, lib. II. Epiſt. XIII. *Auguſtium eſt regenti ſibi quam ſubditis modum ponere.* Ea Epiſtola memorat Symmachus tam pacificas quã bellicas Theodoſii laudes litteris mandaſſe. Vtinam ij libri ſupereſſent. Summa enim ſenſuum, & inſtructionum in Epiſtolis denſitas arguit, hiſtoriam inſignem dare potuiſſe.

304. NEC FASTIDIRE MINORES] Comitatem dicit, virtutem Theodoſio narranti iſta præcipuam, ut multis B. Ambroſius, Victorinus, Eccleſiaſtica Hiſtoria, Glycas, Zonaras, Cedrenus, aliique docent. Sic in Stiliconis Laudibus, lib. II.

nec, quos promoveris, alte Turgidus alloqueris faſtu.

Vide Themiſtium, Oratione prima, Stobæum, Sermone XX alios.

305. PRÆSCRIPTOS HOMINI] Quam inſaniam inſanierunt plerique ſummi Fortunatique principes. Ambiverunt primi, nec impetrarunt. Poſtremis divinitas abadu-

latoribus vel invitis impacta eſt. Rationes hujus illiuſque ſunt in Plutarchi libellis de Alexandro, & Arriani Hiſtoria, Dione Chryſoſtomo, quas alibi multis eventilamus.

306. INQUINAT EGREGIOS.] Superbiæ Vituperium pariter alibi multis exſequimur. Hic corruptrix contaminatrixque virtutum audit. Radulphus Ardens, Homil. VIII. In Evangelia. Superbia eſt ruina omniũ virtutum, humilitas earumdem fundamentum. Hugo Victorius lib II. de Anima: *Cætera vitia ſolas illas virtutes impetunt, quibus ipſa deſtituuntur. Vt Luxuria Pudicitiam, Patientia Impatientiam: Sola Superbia cunctas contrà animi virtutes ſe erigit, & quaſi generalis & peſtifer morbus, omnes corrumpit.* Majorum Gentium Monitores horſum de Charactere ſuo non ferimus.

307. NON TIBI TRADIDIMVS.] Inter monitus Principi neceſſarios, is quoque eſt, ut meminerit liberis ſe imperare, non ſervis. Vide Themiſtium Orat XI. Ariſtidem Encomiis Romæ & Marci. De Arabum mollitie ſuprà.

DOCILES SERVIRE.] Adſuetos Regum Imperiis. Horatius. Cantabrum indoctum juga ferre noſtra. Hoc eſt indomabilem. Noſter Bello Getico. *Vt vinci didicere ſemel* Ibidem de Annibale *Marcellus vinci docuit.*

308. ARMENIÆ.] Parthos dicit, numquam non ſub Regibus notos, etiam alienis olim ſubditos, ut & iſto ævo. Tradidimus, ad recentem elevationem ad Imperium pertinet. Sic Armenium Jugum pro Parthico, apud Lucanum, lib. IX.

non Armenium mihi ſæva minatur
Aut Scythicum, Fortuna, jugum

309. TENUIT QUAM FOEMINA.] Semiramis nota. Ignavia generis à fœmineo Imperio, Fœmina enim dimidius tantum homo, viro alteri parte cedens. Michael Glycas Annal. I. ex Cyrillo. *Nam in cerebris humidis Spiritus animalis velut ſubmerſas, ut & in fœmin[illegible] eſt videre, præclariſſimè ſuas affectiones a[illegible]ere nequit. Idcirco divinus ille Cyrillus ſexum fœmineum dimidia parte virorum indoli cedere dixit.*

310. DIV REXERE.] Difficilius parent, qui Imperarunt ipſi, & remedia Libertatis cum Dominatione conſentientis tardè ſuſcipiuntur, ut autumat Tacitus, initio Agricolæ. *Armenia ora, ut Africa terra.* Ennio, *Africa terribili tremit horrida terra tumultu.* Locutio frequentata præcipuè Gellio, ut lib. I. cap. XI. lib. II. cap XXII. lib. III. cap. II & IX lib XX. cap. XI. & c. *Celtiberia terra*, Catullo, *Campania terra*, Tibullo. Batavia terra Panegyriſtæ incerto. *Terra Apulia*, Apuleio de Herbis, cap. XIV. IS auctor eſt cum Sexto Placito, Antonio Muſa de Betonica, &, fallor valde aut, illo etiam qui Apicius vulgo inſcribitur; genio ſcriptorem unum vociferante. Minimè vero Appuleius Celſus, qui tantæ Vetuſtatis, ut a Scribonio Largo citetur, nihil habet quod hic agat, Scribonius tamen ipſe quis ſit docebunt te Adverſariorum Commentaria.

311. JURA TULERE CÆSARIS.] Subblanditur Principi. Etſi enim Jure occupatum Imperium tenuerit, non tamen toleraruut eum Romani. Seuè parvo eo tempore, quo rem Romanam rexit, infinita contulit Legibus, Jurique Romano Cæſar nec nullo cum Jure ad faſtigium ſuum omnia retulit. Sanè neque ipſe primus aut verè conturbavit Statum priorem, ſed invaſit jam perditum. Lucanus, lib. IX.

Olim vera Fides, Sulla Marioque receptis
Libertatis, obiit: Pompeio rebus ademto
Nunc & ficta perit; non jam Regna reputdebit.

Dicat & Jura, Poteſtatem, quam ereptam Reipub. in ſe tranſtulit Cæſar. Albi.

Poſtquam Iura ferox in ſe communia Cæſar Contulit.

312. ANNALES VETERUM DELICTA LOQUUNTUR.] Quos Theodoſius ſtudioſè legit, & damnavit maleficorum facinora, alludente Claudiano. Vict[illegible]us; *Litteris ſi multum perfectos contemp[illegible] mediocriter doctus: Sagax planè mult[illegible] diligens ad noſcenda majorum geſta Ex [illegible] non deſiste-*

deſinebat exſecrari, quorum facta ſuperba, crudelia, Libertati infeſta, legerat, ut Cinnam, Marium, Sullamque, atq; univerſos Dominantium, præcipuè tamen perfidos & ingratos.

313. HÆREBUNT MACULÆ.] In omnem æternitatem infamia, litteris nimirum conditæ. Quanti liberorum ſuorum Famam fecerit Theodoſius, paret ex Oratione Themiſtii de ejus Humanitate, ubi vel ſalutem huic eorumdem poſtponit. *Venit*, inquit, *mihi in mentem tuæ illius hortationis, Imperator, qua Iudices, cum illos in judicium mitteres, hortatus es. Tum ad eum, qui ante omnia Salutis Principum rationem habendam eſſe dixerat. Imò, ſanè, dixiſti, Famæ potius, atque exiſtimationis. Neque enim Vita longitudo Principi, ſed excellentia quadam virtutum perſequenda eſt.*

314. CÆSAREÆ POTENTA DOMUS.] Stirps Cæſaris inſignita criminibus Auguſtus ante Imperium vecordiſſimus tyrannorum, poſt id Liberorum diritate & infamia ſeipſum pene odio habuit. Tiberium quis neſcit crudelitatis, Libidinum, dolorum, verſutiſſimum, Daligula Belua, Nero, in quo familia defecit, etiam pejor.

315. DIRA NERONIS FUNERA.] Infinitas dicit cædes, Parricidia, & quid non? Notæ res ex vulgatis Hiſtoricis. Vide & Boethium lib. II. Carm. VI. Eumdem cum tyrannis cæteris manui Dei excuſſum ob ſcelera, ſcribit dicta Oratione Themiſtius.

316. RUPES CAPREARUM TETRA.] In quam correpſit, ultimo vitæ Tempore totum ſe libidini datutus, Tiberius. Reſolutus in malum otium, ut occultior iret in luxus, ſecundum Tacitum, cujus quartum Annalem lege. Auſonius.

> *Fruſtra dehinc ſolo Caprearum clauſus in antro,*
> *Quæ prodit vitiis; credit operta locis.*

Meminerunt & Juvenalis, Sat. X. cum Scholiaſte ſuo, correcto nobis Adverſarior. libro XXII. cap. XII Sidonius bis, & Noſter alio loco.

317. GLORIA TRAJANI.] In gratiam Theodoſii, quem à Trajano genus duxiſſe dictum, notant nonnulli Temporum hiſtorici. Notatur aut alluditur ſimul ut laudetur immenſum gloriæ ſtudium in Trajano, ſane omnia ſumma merito. Aurelius Victor: *Hoc ægre clarior domi vel militia reperietur, Quippe primus, aut ſolus etiam vires Romanas trans Iſtrum propagavit, domitis in Provinciam Dacorum pileatis Sacisque nationibus, Decibalo Rege ac Sardonios: ſimul ad ortum Solis cuncta gentes quæ inter Indum & Euphratem, amnes inclutos, ſunt, concuſſa bello atque imperati obſides Perſarum Regi, nomine Coſdroe.* Sic edidit Soſpitator Victoris Andreas Schottus noſter. Initio autē ſcriptor cordatus & Illuſtris idem cum Claudiano noſtro hoc loco dixiſſe videtur, virtute nimirum Trajani in provincias redactas nonnullas nationes. De Dacis pariter Sextus Rufus: *Trajanus Dacos ſub Decibalo vicit & Daciam trans Danubium, in ſolo Barbarico provinciam fecit.* Et noſter mox. Quare Victoris verba facilia corrigi. Scribe: *domitis in provinciam Sacis, Dacorumque pileatis nationibus, Decibalo Rege, ad Sargetium.* Poſterius iſtud nomen fluvii eſt, in quo defoſſos Decibali theſauros cepit Trajanus. De Parthica ejuſdem Gloria. Plinius Panegyrico: *Nonne incunabula hæc tibi, Cæſar, & rudimenta, cum puer admodum Parthica lauru gloriam Patris augeres.* Vide Joannem Xiphilinum qui & quod de Tigride noſter alludit, plenius enarrat. Gloria Trajani tanta, ut ſummæ inſtar talis ſperaretur in maximis Principibus. Valerianus Imperator de Aurelianis, apud Vopiſcum: Ego de te tantum, Deo favente, ſpeto, quantum de Trajano, ſi viveret, poſſet ſperare Reſpublica. Parthorum regnum in Provinciam redactum Poeticum eſt, nam aliæ regiones, partesq; Imperii ejus tantum fuerunt. Sextus Rufus: *Optimam Perſidis regionem, Seleuciam & Cteſiphontem, & Babyloniam acceſit, in mari rubro claſſem inſtituit, provincias fecit, Armeniam, Meſopotamiam, Aſſyriam.* Verba Claudiani ex noſtro Codice ſic legēda ſunt. *victuia*

victura feretur
Gloria Trajani; non tam quod Tigride victo
Noſtro triumfati fuerint provincia Parthi,
Alta quod invectus fractis Capitolia Dacis:
Quam patria quod mitis erat.

318. TIGRIDE VICTO.] Sextus Rufus: *Provincias fecit Armeniam, Meſopotamiam, & Aſſyriam, quæ poſt & apud Tigridem atque Euphratem ſita, irriguis tribus amnibus, inſtar Aegypti, fœcundatur.* Vide Entropium & Xiphilinum. Amiſſis enim Dione & Ammiano aliiſque maximi Principis rerum ſcriptoribus, ex Epitomis eum noſſe cogimur.

319. MITIS ERAT.] Eutropius, libro VIII. *Trajanus Remp. ita adminiſtravit, ut omnibus principibus merito præferatur. Inuſitatæ civilitatis & fortitudinis fuit. Gloriamque militarem civilitate & moderatione ſuperavit, Romæ & per provincias æqualem ſe omnibus exhibens, nihil non tranquillum & placidum agens, ob hoc per orbem terrarum Deo proximus nihil non venerationis meruit vivus & mortuus.* Suavitas morum laudatur & Dioni.

320. NEC DESINE.] Studium intentum notat. Infrà.

nec deſinat umquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana Vetuſtas.

321. BELLA TONANT.] Imminent. Fragorem enim procul minantium dicit, eo percepto exercendum militem. Sic Noſter. Cujaciani, aliique Libri. Ineptè alii canant. Pariter autem Nicephorus Gregoras lib. I. de fama Belli Bulgarici.

τάχα δ' ἂν καὶ διεπειράθησαν, καὶ τὰ ἔσχατα τῆς ἀπωλείας τοῖς ἐπιλοίποις Ῥωμαίοις ἐπήνεγκαν, εἰ μή, καθάπερ τις μεγάλης βροντῆς ἐξαίφνης ἡ Βουλγαρικὴ φήμη κατασ... ἴσχε τούτους ἐξ ... τε, καὶ τὴν τ... τῶν ὁρμῶν ἀνεχαίτιζεν.

Turbines & procellas equitum immittere, autumat Liv. Heraclides in Allegor. Homeric. ἀρχηγὸς ἐν τοῖς θρακικοῖς τὸν πόλεμον εἰ κάζει θαλαττίῳ κλύδωνι.

321. PRIUS AGMINA.] Exercitatio militaris, Romanis ſanctiſſima, cauſſa proxima primæ Orbis domiti. Notarunt ubertim alij. Inſtituenda autem ea ante initum bellorum, rebus adhuc ſecuris. Onoſander cap. X.

Διόπερ ἀγαθοῦ ϛρατηγοῦ καὶ τὰ χρήσιμα τότε κατασκευάζειν, ὅτε οὐκ ἐπείγουσιν αἱ τῶν ἐκ παρατάξεως ἀγώνων ἀνάγκαι &c. quæ viſe. Sic Laudatur à Spartiano Adrianus *quod militem exercuerit velut bellum præſens ſemper adeſſet.* Vulcatius Gallicanus in Avidio Caſſio, *eum ſeptimo quoque die copias uſu armorum exercuiſſe memorat.* Joſephus lib. III cap. III. Alos. *Etiam calones Romanorum pugnaciſſimos ideo eſſe tradit quod in pace militariter exercentur.* Quo capite is auctor multa de Armis & Bellicis eorum inſtructionibus commemorat, quæ iſta noſtri pulcrè enarrant. Exercitia quotidiana fuiſſe, & ope eorum facilè gentes alias à Romanis ſuperatas, ibidem notat. Vide Polybium, & Leonem. VII.

DURIS STUDIIS.] Certe non mollibus. Non enim exercebantur aliter quam ſi pugnarent in hoſtem. Si pugnas ſine ſanguine, conflictus ipſos, exercitia, cum cruore dici potuiſſe idem Ioſephus autumat. Exercitia juniorum totos dies, reliquorum uſque ad meridiem occupaſſe, auctor Vegetius lib. II. cap. XXIII.

322. PRÆSTRUE.] Præſtruit rei aliquid, qui in uſum ejus exercet. Eſtque proprium velut militiæ. Engippius Severino, cap XXVIII. *hinc ducta ſimilitudine: Omnem populum adhortationibus præſtruebat, ne in ſua virtute confiderent.* cap. XXX. *Quos ſervus Dei, divinitatis inſtinctu commonitus, præſaga mente præſtruxit, ut omnem rem ſuam intrà muros concluderent.* Sæpius ita Tertullianus.

322. MARTI

322. MARTI.] Veratum enim pugnarum ſimulacra erant & imagines Vegetius: *ad palum quoque vel ſudes juniores exerceri per commodum eſt, cum latera & pedes, vel caput petere punctim caſimq; condiſcunt.* Saltus quoq; & ictus pariter facere aſſueſcant, inſurgere tripudiantes in clypeum, rurſuſque ſubſidere, nunc geſtiendo provolare cum ſaltu, nunc cedentes in terga reſilire. Propterea ſine trepidatione in acie faciebant, quod ludentes in campo ſemper fecerant. Marti ergò ſævo ludius præſtruebant.

323. NON BRUMÆ REQUIES.] Ne deſuetudo damnum faciat, etiam hieme ait militem exercendum. Pulcrè Onoſander, cap. IX. *Cohortes in hiberna miſſas ad bellicas exercitationes traducat Imperator, nec ſinat eas otiari vel deſidere. Nam otio quidem corporis vires molleſcunt & languent, deſidia vero animi velut evirantur, ſocordeſque & ignavi fiunt: blandimenta Voluptatum adſiduo abuſu ferociſſima, quæque pectora enervant & abſumunt. Cavendum igitur ne diutius viriles animi à conſuetis laboribus ceſſent. Nam ſi à longo otio ad militaria munera revocentur, non prodeunt lubentes, nec diu perſeverant, ſed repentè timore conſternati trepidant, priuſquam periculorum dubia tentaverint, ſimul ac vero tentaverunt, abſcedunt; neq; confidentiam animi, nec robur corporis ſervantes.* Vegetius, lib. II. cap. XXIII. *Hibernis diebus, ſi nives tantum pluviaque ceſſarent, cogebantur in campo, ne intermiſſa conſuetudo & animos militum debilitaret & corpora.* Arguunt hæc cum aliis Vegetii nos tantum Epitomam, grandibus Commentariis excerptam, ſupeſtitem habere; quod alibi monuimus, aſſentiente etiam Priſciano, qui erat minimè hodiè comparentia, & firmantibus vetuſtiſſimis noſtris membranis, qua EPITOME diſerte in frontiſpicio agnoſcunt. De Hibernis exercitiis etiam Leo Imperator, cap. VII. Hieme adſuefaciendi ad labores ſunt milites & Bellicoſi Operoſiq; aſſiduitate reddendi, nec in otio & deſidia ſedendum.

323. HIBERNACULA SEGNES.] Hibernaculis militem in torporem & luxum delapſum exempla ſunt multis in ſcriptoribus. Vbique per Hiſtoriam Auguſtam. Non ita veteres, quorum ſub pellibus habitationes alia omnia ferebant. In ædibus urbanis, urbana ſua Romanis fuiſſe hibernacula non indignum nota. Vitruvius Græcia veniſſe docet, lib. VII. cap. VI. *Cum explicata fuerint cameræ pura & polita, etiam pavimentorum non erit diſplicens, ſi quis animadvertere voluerit Græcorum hibernaculorum uſus, &c.* Mentio apud Papinium Silvis, & non uno loco Sulpitium Severum in rebus Beati Martini. Hiemalia. Quæcunque militi in hibernis commodo atque uſui eſſent, appellat Valerianus Imperator Epiſtola ad Aurelianum, quam memoriæ ſervavit Flavius Vopiſcus.

324. ENERVENT.] In nervis virile robur, unde id demere, enervare. Petronius *fractiſque enervi corpore greſſus*: Avienus. *Vt Venus enervat vires, ſic copia Bacchi.* Vnde contra *nervoſum* Herculem Poeta neſcio quis pro robuſtiſſimo dicit. Enervatum Melampum noſter II. in Eutrop. De exercitu velut corpore humano ſermocinatur Claudianus, quod acute poſſis ad Diſciplinam Militiæ Romanæ deſtringere, qua efficiebatur è tot hominibus velut unus, pro lubitu agendus, quo placeret Imperantibus. Joſephus, Haloſ. lib. III. cap. III.

τοσαυτὸν αὐτῶν τὸ πρὸς τὰς ἡγεμόνας πειθήνιον ὡς ἔνι εἰρήνη κόσμον εἶναι, καὶ ἐπὶ παρατάξεως ἓν σῶμα τὴν ὅλην στρατιάν. Sed & alibi acies inſtructa figuræ corporis alicujus adſimulatur. Vt apud Julianum Africanum cap. LXXI. Libri de Bellico Apparatu. ὅτι οἱ παλαιοὶ φάλαγγα ἐν ταῖς κινήσεσι ζώῳ εἰκάζοντες, τὸ μὲν αὐτῆς πρόσωπον ὀνομάζουσι, καὶ στόμα, τὸ δὲ κέρας, καὶ κεφαλὴν, ἄλλο ἢ ὀφθαλμὸν ἢ ὀμφαλὸν, καὶ ἄλλο πλευρὰν, καὶ οὐρὰν ἄλλο.

325. PONENDA SALVERI CA-

STRA LOCO.] Vide Vegetium, lib. I. cap. XXII. De Ratione tota Onoſander, capite IIX. *Imperator ſi in hoſtili ſola caſtra ponat ſtatim vallo foſſaque cingat, licet ibi ad breve tempus conſidere velit. Hæc enim ratio caſtrenſis numquam pœnitenda, ſemperque tuta adverſus improviſas irruptiones. Collocet etiam cuſtodias & ſpeculatores, propè velut hoſtes adſint, etſi longius abeſſe norit. Eligat loca minime humida aut morboſa; Impurus enim illic & fœtidus aer morbos ac peſtilentias pregignit, validam multorum valitudinem lædit, multis vitam quoque aufert, adeo ut non tantum numero ſed & viribus minuatur exercitus. Si quæ incommoda loca corrigi poterant, miſſis metatoribus apta reddebantur.* Vide Joſephum dicto loco. Quo vero pacto talia loca, aer, tempeſtas, venti internoſcantur, docet Epilogus Tacticon Leonis.

325. VIGIL CVSTODIA VALLO.] De Vigiliis ubertim notarunt docti, qui Militiam veterem illuſtrarunt. Quibus addi poſſit canum cuſtodia, ante munimenta belgatorum. Aeneas Tacticus.

ὕστερον ἢ ἐν πιχύταις νυξὶν (χειμεριναῖς, καὶ σκοτειναῖς) ἔξω τοῦ τείχους κύνας προσδέδεσθαι νυκτερεύοντας ὅπως ἐκ πλείονος ἐμφανίζῃ τὸν ἐκ τῶν πολεμίων κατάσκοπον, ἢ αὐτόμολον προσπελάζοντα τῇ πόλει λαθραίως, ἢ πῃ ὁρμώμενον αὐτομολῆσαι, ἅμα δὲ καὶ τὸν φύλακα, ἐὰν τύχῃ καθεύδων, ἐγείρουσι διὰ τὸν ὑλαγμόν.

326. DISCE UBI.] Momenta nunc aciei inſtruendæ, temporumque Imperator prudentiſſimus militiæ. Maxima enim Opportunitatis Ratio etiam in bellicis ſucceſſibus. Leo Philoſophus, cap. Vltimo.

ταῦτα γὰρ στερροῦ στρατηγοῦ, καὶ φιλοτίμου, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐν καιρῷ ἐξ ἑαυτοῦ παρέχῃ τὰ δέοντα, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ ἀγαθῆς γνώμης καὶ φιλίας, συναγωνιστὰς ἔχῃ ὡς φίλους οἰκείους, καὶ συγκινδυνεύοντας αὐτῷ ἐν ἅπασι τοὺς στρατιώτας.

Doctrinam igitur & Temporis notitiam loco ſummæ prudentiæ diſcendas junctim Imperatorias virtutes Imperatori filio Imperator parens præſcribit. Sic Nicephorus Gregoras, admodum cordatus auctor, vituperat Theodorum Laſcarin, & Joannem Ducam laudat, initio. Lib. II.

ἀλλ' ἐκιβδήλευεν αὐτὴν ἀπειρία πολλάκις ἐς τὰ πράγματα χρώμενος, ὁ δὲ γαμβρὸς καὶ διάδοχος, Ἰωάννης ὁ Δούκας, σύνεσιν πλουτῶν φυσικὴν, καὶ τρόπον εὐστάθειαν, καὶ βέβαιος ἦθος, κάλλιστα τὴν ἀρχὴν διέθυνε, καὶ ἐκόσμει, καὶ τοῖς τε ῥωμαίων πράγμασι καὶ στρατεύμασι πλείστην ἐν βραχεῖ τὴν ἐπίδοσιν ἐδεδώκει, κατὰ τὸ ἑκατέροις ἀνάλογον, μήτε περὶ βουλὰς ἐγγαζόμενος οὐδὲν, μετὰ τὴν βουλὴν ἀμελῶν οὐδενὸς, ἀλλὰ πάντα μέτρῳ καὶ καιρὸν διδοὺς, καὶ καιρῷ τὰ πράγματα.

326. DENSARI CUNEOS.] In arctum contrahi. Vide Ælianum, Tacticon, capite XXXII. Fruſtra autem hæc omnia & ridiculo conatu ex libris diſcere velis, quæ uſus & Experientia docent, non tamen jam doctorum negligendis monitis aut Libris. Scriptis Codicibus nonnullis ineſt *Diſce ubi denſuerit cuneus* Nos cum noſtro nihil mutamus.

326. CORNVA. VENDI.] Aciem explicari.

328. FRAUDI QUÆ COMMODA VALLIS.] Inſidias dicit, quæ ſunt copiæ accommodis locis occultatæ. Leo Imp. cap. III. verſu XXVII.

329. FIDIT SI MOENIBVS HOSTIS.] Lege Æneam, & Leonis caput XV.

330. MVRALI PVLSV.] Qui murum concutiat & labefactet. Sic trabalis clavus apud PLautum, quo trabs ſuffigi valeat. De Machinis ipſis abunde docti Collectores.

330. SAXA ROTET PRÆCEPS ARIES.] Ingenti, velutque deſuper immiſſo pondere. Præceps, quia magno impetu, & multo-

multorum hominum viribus impulſus, velut non revocabilis. Deſcriptionem, Picturamq; non unius dudum exhibuerunt docti. Quanta moles quæque vis talium fuerit, ex eo in proclivi conjectari, quod Sex millia hominum unum arietem contra hoſtilia munimenta egerint; Exemplum eſt in Appiani Punicis. *Antonii Arietem idem ſcriptor* in Parthica celebrat, longum P. LXXX. Tamen nihili hæc ad tormenta ignifera, vel primi ævi, ne de noſtro dicam. Cujus violentiæ fuerit æreum, quod in ultima fatalique Byzantii obſidione Mahumetes Othomannus uſurpavit? cui quidem movendo centum & quinquaginta juga boum vix fuiſſe ſcribit, ejus temporis auctor Godefridus Langus, cujus Epiſtola de Expugnata Conſtantinopoli cum Poeta incerto Rerum Caroli Magni à Reineccio edita eſt. Cui accenſeas Machinam in arce Cairi conſpiciendam, Touſſam nomine, cui trahendæ CCL. Equos adhibendos ſcribit qui vidit Jacobus Villamontius Itinerarii Gallicè ſcripti lib. III. cap. XII. Pag. 188. B. Exempli Lutet.

331. PROTECTAQUE PORTAS.] Sic Cujaciani Libri, Belgæ, Noſter, Scaliger maluit *pratentaque* Cujus ſenſus idem ſit. Vt in II. de Raptu *Pratentas aperit criſtas*. I. e. contectas. Nobis ſimplicior ea Lectio, tot libris inſuper firmata, quam adſcripſi, potiſſima videtur. Teſtudo dicta à tecto & protectione, quod aries intra eam agatur: Vegetius lib. IV. cap XIV. *De materia ac tabulatis teſtudo contexitur, qua ne exuratur incendio, coriis, ciliciis, Centonibuſve, veſtitur. Hac intrinſecus accipit trabem, qua aut adunco præfigitur ferro, & falx vocatur, ab eo quod adunca eſt, ut de muro extrahat lapides, aut certe ipſius caput veſtitur ferro, & appellatur aries. Teſtudo autem à ſimilitudine vero teſtudinis vocabulum ſumſit*, quia ſicut illa modo reducit modo profert caput, ita machinamentum interdum reducit trabẽ, interdum exerit, ut fortius cædat. Editor Cujacianus dubiam librorum ſcripturam adnotat *projecta* fuiſſe ſuſpicatus aut ſero, in Appendice videlicet, videns Quam & Deltius ex Macrobio non ineptè tuitus eſt in ſuis libris repertam. Nos nihil mutamus.

331. RUAT EMERSURA JUVENTUS.] Cuniculis ſub terra effoſſis, ut obſeſſorum in mediis hoſtium munitionibus pareat improviſus. Lege Æneæ Tacticum, non ſine præſtantiſſimo Scholiaſta. Quintilianus avus. Declamat. CCLV. *Novum, Hercule genus artis: ſupervacuum eſt Cuniculos fodere, & per occultos ſpecus ingenti labore exhauſtis terris, in mediam ſubito emergere civitatem.* Curtius, lib. IX. *Validiſſimam gentis Vrbem cuniculo cepit. Barbaris ſimile monſtri viſum eſt, rudibus militarium Operum; quippe in media ferme Vrbe è terra exiſtebant, nullo ſuffoſſi ſpecus ante veſtigio facto.* Heſychius Illuſtrius in Orig: Conſtantinopolitanis:

ἐφ᾽ ᾗ περ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, διαζεύξιτε δὲ παντοίοις πολεμικοῖς μηχανήμασι τοῖς τείχεσι προσπελάζων.

Recte de cuniculis ibi doctiſſimus interpres. Noſter Secundo Raptus.

An velut occultus ſecurus prodit in hoſtem
Miles, & effoſſi ſubter fundamina campi
Tranſilit eluſos, arcano limite, muros.
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces,
Terrigenas imitata viros.

333. SI LONGA MORETUR OBSIDIO.] Cavendum ait, ne tracta Obſidione labaſcat vigor obſidentium, ipſique ſecuri ſint damnorum ab obſeſſis inferendorum. Multa horſum pertinentia Aeneæ Commentarius. Vegetius, lib. IV. cap. XXVIII. *Cum negligentia intervenerit, paribus inſidiis ſubjacent obſidentes. Nam ſive cibo fuerint ſive ſomno occupati. ſive otio, aut aliqua neceſſitate diſperſi: tunc oppidani repente erumpunt ignorantes perimunt; arietes, machinas, ipſoſque aggeres igne concremant, omniaque in perniciem ſuam fabricata opera ſubvertunt.* Vota, ca-

Junctos fœdere continet.
Hic & conjugii ſacrum
Caſtu nectit Amoribus,
Hic fides etiam ſua
Dictat jura ſodalibus.
O Felix hominum genus,
Si veſtros animos Amor
Quo cœlum regitur, regat.

Inepti bruroque animo qui contrà perpetuas pugnas in Cœleſti corpore agnoſcunt, non videntes certamina illa gigni ex Amore, & in ejus effectus redire. Deſipuerunt vel maximè hic Empedocles & Epicuræi, atq; omnis Heracliti Schola, hinc hoſtilem animum in ſe partium, tamdemq; interitum univerſi concludens. Multis Lucretius Libro V.

Tantoperè inter ſe Cum maxima mundi
Pugnent membra, pio nequaquam concita bello. &c.

Inepti & Aſtrologi, qui ſiderum & ſignorum cœleſtium concordiam nullam, clarâ autem diſcordiam agnoverint, ut non paucis, lib. III. Manilius. Cum effectus oſtendant diſſidere partes, ut fœcunditas univerſi laxetur in novas ſemper formas.

285. NEC VI CONNEXA PER ÆVUM.] Sed Amore, de quo modo dictum. Appulejus de Mundo: *Sic totique Mundi ſua inſtantia initiorum, impares inter ſe, conventus, pari, non diſcordante, conſenſu Natura veluti Muſica temperavit. Namque liquida ſarida, glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqua confudit unumque ex omnibus, & ex uno omnia, juxta Heraclitum, conſtituit. Terramq;, mare, atq; cœlum, Solis Orbe, & Lunæ globo, ceteriſq; Orientium & Occidentium ſiderum facibus ornavit, una illa parte mixta. quā quidem cunctis conſtat implicatam, dum confuſa, dum libera Elementorum ſubſtantia. Ignis, aqua, Aeris, Terra, ex quibus hujus ſphera convexis, & diſparibus qualitatibus Natura conflata adacta eſt fateri concordia, & ex ea Salutem operi machinata. Principiorum igitur conſenſus, ſibi Concordiam peperit, Perſeverantiam verò inter ſe Amicitia elementis dedit ſpecierum æqua partitio, dum in nullo alia ab alia vincitur, modo vel poteſtate æqualis. Quippè omnium diverſitas, graviſſimorum, leviſſimorum ferventium, frigidorum, docente Ratione Natura, diverſis licet reb. æqualitatem deferre concordiam, omnia parentis mundi amœnitatem æternitatemque reperiſſe.* Vide PLatonem Timæo, ejusq; Interpretes, Timæum ipſum & Ocellum.

286. QUI.] Qui, quomodo. Quomodo, ait. Sol, rapidiſſimus ignis, natura ſua potens exurere omnia & tabefacere, ſi propius admoveret ſe, perditurus omnia, non id agat tamen, ſed medio limite incedens nutriat potius ſubdita quam adurat? Sic in Phaetonte tyrannum veteres Theologi deſcripſerunt, per mythologias ingruere ſoliti, cum Clementiam Divinam virtutem, ſuperis Principes jungere urgeant, exempla ſubdentes cœleſtia. Ariſtides Encomio Marci.

οἴεται δὲ τὸν ὡς ἀληθῶς βασιλέα τῷ τῶν ὅλων ἀπεικάσθαι βασιλεῖ. καὶ τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν σύνεσιν ἀπάντων τῶν ἀρχομένων.

De Sole ad Principem pulcrè Agapetus Schedæ Regiæ cap. LI.

ἡλίου μὲν ἔργον ἐστὶ, τὸ καταλάμπειν ταῖς ἀκτῖσι, τὴν κτίσιν, ἄνακτος δὲ ἀρετὴ, τὸ ἐλεεῖν τοὺς δεομένους, κἀκεῖνος δὲ φαιδρότερος ὁ εὐσεβὴς βασιλεύς ἐστι· μὲν γὰρ ὑποχωρεῖ τῇ διαδοχῇ τῆς νυκτός, ὁ δὲ οὐ παραχωρεῖ τῇ συναρπαγῇ τῶν κακῶν. ἀλλὰ τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας ἐξελέγχει τὰ κρυπτὰ τῆς ἀδικίας.

Medium limitem ſoli dat reſpectu cæterorum PLanetarum, quibus pari numero utrinque ſtipatur. Philo de vita Moyſis, Lib III.

ἐπεὶ δὲ πάντων λαμπάδια τε καὶ λύχνοι ἑπτὰ, σύμβολα τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς φυσικοῖς ἀνδράσι πλανήτων. ὁ γὰρ ἥλιος, ὥσπερ ἡ λυχνία, μέσος τῶν ἓξ τεταγμένος, ἐν τετάρτῃ χώρᾳ φωσφορεῖ τοῖς ὑπεράνω τρισί, καὶ τοῖς ὑφ' αὐτὸν ἴσοις ἁρμοζόμενος

γ... τὶ Μουσικὸν καὶ θεῖον, ὡς ἀληθῶς, ὄργανον.

287. CONTENTUS LITTORE PONTUS.] Miraculo celebri etiam Sacris Litteris. Vide Animadverſiones in Priorem Rufinianum.

288. TERRAS AMBITQUE VENITQUE.] Mundum noſtrum circumfuſo aere attineri, & in ſe librato pondere ferri, tradunt conſenſu Phyſici. Vide Stobæum Eclogis. Macrobium libro I. in Somnium Scip. capite XXII. PLutarchum Placitis, Plinium, libro II. cap. V. Phornutum capite I. Mytholog. Lutatium, Theb. VIII. Lucretium, libro I. Manilium, lib. I. Lucanum, Lib. I. Sextum Empiricum, Nicephorum Blemmydem, alios.

289. QUI TERRET PLUS IPSE TIMET.] Nobiliſſima ſententia, Medio ævo non uni auctori celebrata, ut coævo Friderico Barbaroſſæ Sacræ Expeditionis ſcriptori, Alano, Sparano, aliiſq; in Gnomologijs. Veriſſimum autem τοῖς δια πρακτική μένοις βία, ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι, quod ait Lyſias. Jam odium ſequitur illud de quo Ennius ex re ipſa dixit:

Quem metuunt oderunt
Quem odit quiſq; periſſe cupit.

Unde metus perpetuus tyrannis, à multis millibus hoſtium, juſtè odientium. Egregiè Salluſtius ad Cæſarem: *Equidem ego cuncta Imperia crudelia magis acerba quam diuturna, arbitror: Nec quenquam à multis metuendum, quin ad eum ex multis formido recidat.* Seneca, lib. I. de Clem. cap. XIX. *Tantum neceſſe eſt timeat, quantum timeri voluit. Et manus omnium obſervet, & eo quoque tempore, quo non captatur peti ſe judicet: nullumque momentum immune à metu habeat. Hanc aliquis ægram vitam ſuſtinet? Cum liceat innoxium, atq; ob hoc ſecurum, ſalutare Potentia jus, lætis omnibus, tractare? Errat enim ſi quis exiſtimat, tutum ibi eſſe Regem, ubi nihil à Rege tutum eſt. Securitas, mutua paciſcenda eſt* Ipſa Claudiani verba repoſuit Boethius iſta, ut ſupra de Amore mundum Ligante, lib. III. Carm. V. de Conſ. Phil. *Potentem cenſes, qui ſatellite latus ambit? qui, quos terret, plus ipſe metuit?* Seneca, Oedipo:

Qui ſceptra duro ſævus imperio gerit
Timet timentes, metus in auctorem redit.

Silius Italicus, lib. II. *Et quantum terrent tantum metuentia regna.* Cicero, Lib. II. de Officijs: *Quod ergo latiſſimè patet, neq; ad incolumitatem ſolum, ſed etiam ad Opes, ad Potentiam, plurimum valet, id amplectamur, ut metus abſit, charitas retineatur. Etenim, qui ſe metui volent, à quibus metuuntur, eoſdem metuant ipſi, neceſſe eſt. Quid enim cenſemus illum ſuperiorem Dionyſium, quo Cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros metuens tenſorias, candenti carbone ſibi, adurebat capillum.* Seneca Epiſt. CV. *Confuſam vitam & perturbatam impotentes agunt, tantum metuunt quantum nocent. Nec ullo tempore vacant; dat pœnas quiſquis exſpectat, quiſquis autem meruit, exſpectat.* Ferrandus Diaconus, Reg. VII. *Qui continuato in omni tempore rigore metuendus apparet, omnes ſubditos facit infideles, facilè timet proditionem, faciliùs patitur. Extraneus vivit inter ſuos, tantum poſtremò timet, quantum timetur. Et hoc infelicitatis flagello nullatenus caret, niſi cunctis manſuetus & comis effectus didicerit, ſibi quando alterum judicat, dicere; noli eſſe multum juſtus, memento te eſſe Chriſtianum.* Fulgentius libro II. de Prædeſtinat. *Imperator ideo eſt vas miſer cordia, ſi magis in timore ſerviat DEO, quam in tumore dominetur populo. Si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem, ſi ſe magis diligẽdum quam metuendum cunctis exhibeat.* Gregorius Turonenſis, exemplo Leudaſtis, lib. V. Hiſtor. Francor. cap. XLVIII. *Adſumto, ut diximus, Comitatu, in tali levitate elatus eſt, ut in Domo Eccleſiæ cum thoracibus atq; loricis, præcinctus pharetra, & contum manu gerens, capite galeato, ingrederetur, de nullo ſecurus, quoniam omnibus erat adverſus.* Beatus Cyprianus, Epiſt. II. cap. V. *An tu vel illos putas tutos, illos ſaltem inter*

honoris inſulas, & opes Largas, ſtabili firmitate ſecuros, quos, Regalis aulæ ſplendore fulgentes armorum excubantium tutela circumſtat? Major illis quam cæteris metus eſt. Tam ille timere cogitur, quam timetur. Exigit pœnas pariter de potentiore ſublimitas: Sit licet ſatellitũ manu ſeptus, ac clauſum & protectum Latus numeroſo ſtipatore tueatur. Quam ſecuros non ſinit eſſe ſubjectos, tam neceſſe non ſit ſecurus & ipſe. Ante ipſos terret poteſtas ſua, quos facit eſſe terribiles. Ratio horum eſt in verbis Lyſiæ & Ennij propoſitis, quibus conſentiunt hæc Minutij Felicis: Naturale eſt odiſſe quem times, &, quem metueris, infeſtare, ſi poſſis. Itaque Legitimi Principis bonitas, aliorumq; hominum potẽtium, ſecundum ipſius Clementiam cenſenda eſt, ut nimirum tanta ea ſit, quantum ipſe à faciendo terrore remotus. Carſilis in Reſponſis.

τῷ ἑβδόμῳ ἠρώτησεν, πῶς ἂν τις ποιῶν ἀγαθὸς καὶ καλὸς γένοιτο; οὗτος, εἶπεν, εἰ ὁ δυνατὸς ὢν οὐδενὶ φοβερὸς εἴη.

In quo omnis hujus ſciti ſententia poſita eſt. Sunt tamen qui Amore fortius cogere arbitrantur Timorem. PLinius, Libro I. Epiſtolarum.

291. SEPTIQVE VENENIS.] Accuratè attendenda hæc verba. Gladij enim in hoſtes tyrannis parati, Venena in ſemetipſos, vt videlicet meritis ſe illico pœnis eripere poſſint, ubi fortuna adverſa ingruerit. Plena hiſtoria exemplorum. Alioquin ferrum & venenum, tutelæ tyrannorum. Boethius Conſol. lib. II. Car. VI. de Nerone Additur ſævo gladius veneno.

292. ANCIPITES ARCES.] Vitioſa ſcriptura, jam tamen olim corrupta; agnoſcitur enim ab omnibus ſcriptis Editisq; Libris. Quid verò ſunt, ancipites arces? Vitioſa, ut dixi, ſcriptura, Legendumque *Ancipites arcus* tam ſcilicet in ipſos Reges promtos, quam eorum hoſtes. Alluduntur verba Senecæ, recitata hiſtoria filij Præxaſpis à temulento Cambyſa, ſagitta petemti, Lib. III. de Ira, cap. XIV. *O Regem cruentum! O dignum in quem omnium ſuorum arcus convertantur. Arcus, præ cæteris armis lethalibus, quia eorum jactu è longinquo & improviſus interimi poteſt.* In Scriptura, Arcus dolum nocentem notat. Gulielmus Tyrius ex ejus ſermone, libro X V. capite X V I. *Quo perlecto diligentius, & plenius cognito, prodijt in medium Lambertus Archidiaconus, qui licet prius cum Domino Patriarcha conveniſſet in dole, & Beneficij ſui obtinuiſſet reſtitutionem, tamen converſus in arcum pravum, denuò ſe conſtituit accuſatorem.* Quid mirum autem de arcubus, cum ſuimet lateris telum metuat tyrannus. Exemplum habes Thyeſten, apud Senecam Tragœdum:

Mihi crede, falſis magna nominibus placent.
Fruſtrà timentur dura. Dum excelſus ſteti.
Numquam pavere deſtiti, atque ipſum mei
Ferrum timere lateris. ô quantum bonum eſt,
O! ſtare nulli, capere ſecuras dapes!

Et hinc prudentes principes Amari maluerunt quam timeri. Aemilius Probus de Timoleonte: *cum tantis eſſet opibus ut etiam invitis imperare poſſet, tantum autem Amorem haberet omnium Siculorum, ut nullo recuſante regnum obtineret, maluit ſe diligi, q̃ metui,*

293. TREPIDIQUE MINENTUR.] Nihil enim non metuunt, quod minari poſſunt. Paria verba Chiron de Achille primævo. Achill. I:

ipſi mihi ſæpè queruntur
Centauri, raptaſque domos, abſtractaque coram
Armenta, & campis ſeſe fluvijſque fugari.
Inſidias & bella parant, timidique minantur.

Sic enim legendum, non *tumidi* ut ubique Editur:

294. TU CIVEM.] Pars ut ſis velut ſubditorum tuorum. De ipſo Theodoſio Victorinus;

rinus: *Clemens animus, miſericors, communis, ſole habitu differre ſe cæteris putans. Amare cives vel privato contubernio cognitos. Multa huc coacervari valeant*; ſed ea videre te malim apud Iſocratem, Plutarchum, Stobæum, Julianum, Libanium, Syneſium, Dionem Chryſoſtomum, Ariſtidem, Themiſtium, Agaperū, Baſilium Imp. Emanuelem Imp. Panegyricos, aliosq; hujus Cenſus auctores. De Violentia ubiq; vetum quod ait Philo de Mundo:

δεσμὸς φαυλότατος ὁ σφίγξει βία βίαιος ἐστι καὶ ὀλιγοχρόνιος· ῥήγνυται γὰρ θᾶττον ὑπὸ τῶν διεθέντων. &c.

294. PATREMQUE.] Uno verbo omnia dixit; & quid poſſit amplius? Sic alij Sapientes. Xenophon Pædia. VIII.

ἀλλὰ πολλάκις μὲν, ὦ ἄνδρες, ἢ ἄλλοτε κατε όησα, ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς ἐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθῦ.

Sic Liberorum ſuorum Patentes Imperatores dicit, in Reſtauratione Scholarum eorum officio functos, Eumenius Seneca, Lib. I. de Clementia, cap. XIII. *Hic princeps, ſuo beneficio tutus, nihil eget præſidijs, arma ornamenti cauſſa habet. Quod ergo officium ejus eſt? Quod bonorum parentum.* Philo de Prudentia.

ὁ τύραννος ὁ θεὸς, ὠμότητα, καὶ βίαν, καὶ ὅσα δεσπότης ἀνημέρυς ἀρχῆς ἔργα ἐπιτετηδευκώς, ἀλλὰ βασιλεύς, ἥμερον καὶ νόμιμον ἡμμένος ἡγεμονίαν, μετὰ δικαιοσύνης τὸν σύμπαντα κόσμον βραβεύει. βασιλεῖ δὲ οὐκ ἐστι προσρησις οἰκειοτέρα πατρὸς. ὃ γὰρ ἐν ταῖς συγγενείαις πρὸς τέκνα γονεῖς, τῦτο βασιλεὺς πρὸς πόλιν, πρὸς δὲ κόσμον ὁ θεός.

Heliodorus libro X. de Hydaſpe Rege Aethiopum ἀνδρὸς δὲ ὀνομίαντι ἅμα καὶ τὸ πρὸς τὺς ὑπηκόυς ἵλεων τε καὶ ἥμερον, πατρικὸν ἵνα ἐρωτα τοῖς δήμοις ἐνστάξαντος.

Hinc Parentum Publicorum Laus, Laudum Princeps. Symmachus, lib. IV. Epiſt. XII. de Stilicone. *Conſulatum meum Liberalitate continuas, &, ut Publicus Parens, in futuros etiam magiſtratus Imperialem provocas largitatem.* Engoliſmenſis Monachus, vita Caroli Magni: *Clauſum & ſigillatum eſt ſepulcrum ejus. Nemo autem referre poteſt quantus planctus & Luctus pro eo fuerit per univerſam terram.* Etiam inter paganos plangebatur quaſi pater orbis. Otbertus, vita Henrici IV. *Miſſi: Imperator poſt eum legatis tam lacrymis quam mandatis revocavit, obteſtans eum, ne ſenem patrem contriſtaret, immò ne Patrem omnium offenderet, ne ſe ſputis hominum exponeret.* Themiſtius Oratione. V.

χαλεπώτατον γὰρ ἐκεῖνο τὸ πάθος, ὁ προσκτηθᾶ τῦ λόγυ ἐν ἐξυσίᾳ, καὶ διὰ τῦτο πέρσαι καλῶς κῦρον μὲν πατέρα, Καμβύσην δὲ δεσπότην, Δάρειον δὲ κάπηλον ἐπωνόμαζον. ποιεῖ δὲ πατέρα μὲν δικαιοσύνη, θυμὸς δὲ δεσπότην, κάπηλον δὲ φιλοχρηματία. θεία δὲ μόνη ἡ τῦ πατρὸς ἐπωνυμία, πατέρα γὰρ ἀνθρώπων καὶ τὸν Δία οἱ ποιηταὶ ἐπονομάζυσι.

Sic Romanorum Patrem Joannem, Theodorum verò Dominum, appellatos ſcribit Georgius Pachmerius lib. I. Hiſt. Pulcrè autem Sopater apud Stobæum, Serm. XLIV. *Quos prius non cognoſcebas, & ad te nihil pertinere amplius putabas quam quivis homo communem hominum naturam, illos, jam princeps factus, revereri debes, ceu jā notos & familiares, ac omnes tibi amicos eſſe videns, paterna benevolentia complecti. Homero certè non ſatis fuit principem ſimpliciter ſubditorum Patrem vocare, quamvis haud aliud nomen inter homines benignius inveniri poſſit, ſed ad Patris vocabulum adjunxit ſimul manſuetum, ſimul & parentibus & bonis principibus hujuſmodi nomenclaturam convenire ratus.* Philo de Principe: *Decet Principem ſuis clientibus, & ſubditis ita præeſſe, quemadmodum patrem Liberis, ut ab iiſdem, velut à Liberis redametur & colatur Iacirco. ſi verum fateri volumus, boni & Lau*

dabiles magiſtratus pro publicis civitatum & populorum Parentibus habendi ſunt.

194. CONSULE CUNCTIS NEC TIBI.] In hoc vel maximè ſita boni Principis demonſtratio, ut ei faſtigio admotus, contemtis ſuis, aut poſtpoſitis, cuiam potiorem publicarum rerum agat. Archytas Pythagoricus:

δεῖ τὸν ἀλαθινὸν ἄρχοντα μὴ μόνον ἐπιστάμονά τε, καὶ δυνατὸν ἦμεν περὶ τὸ καλῶς ἄρχεν, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως. ἄριστος δὲ κ᾽ εἴη ἄρχων ὁ μηθὲν αὐτῶ ἕνεκα ποιέων, ἀλλὰ τῶν ὑπ᾽ αὐτόν. ἐπειδήπερ οὐδὲ νόμος αὐτῶ ἕνεκα, ἀλλὰ τῶν ὑπ᾽ αὐτόν.

Ariſtoteles, lib. VIII. Ethic. capite XII.

ὁ μὲν γὰρ τύραννος, τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων. οὐ γάρ ἐστι βασιλεὺς ὁ μὴ αὐτάρκης, καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων. Syneſius de Regno: ἴσοις ὅροις φημὶ βασιλέα τε καὶ τύραννον διεστάναι. καὶ τοι τά γε περὶ τῆς τύχης ἀμφοῖν ὅμοια. ἄρχουσιν ἑκάτερος ἀνθρώπων πολλῶν. ἀλλ᾽ ὃς μὲν ἂν ἑαυτὸν συντάττῃ τῷ φαινομένῳ τῶν ἀρχομένων καλῷ, καὶ ἐθέλῃ μοχθεῖν, ἵνα μηδὲν ἐκείνοις ᾖ μοχθηρὸν, καὶ προκινδυνεύειν, ἵνα ἐπ᾽ ἀδείας ἐκεῖνοι βιοτεύωσι, καὶ ἀγρυπνεῖν, καὶ συνδιατάσθαι μερίμναις, ἵνα νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν σχολάζωσι δυσχερῶν, οὗτός ἐστιν προβάτοις μὲν ποιμὴν, ἐν ἀνθρώποις δὲ βασιλεύς.

Pulcrè Seneca ad Polybium, capite XXVI. *Orbi qui ſe terrarum dedicat, ſibi ipſi eripit.* In quam ſententiam Pius Imperator feliciſſimus, Vxori, rei familiaris ſtudioſiori, ſcripſit: *Stulta. poſteaquam ad Imperium tranſivimus, & hoc, quod habuimus, perdidimus.* Imperatorum *opes eſſe Populi*, legis apud Georg. Pachymerium, Lib. I. Hiſtor. Cicero etiam I. Officior. *Omnino, qui Reipublicæ præſunt, duo Platonis præcepta teneant. Vnum vt utilitatem civium ſic tueantur ut, quicquid agant, ad eam referãt, obliti commodorum ſuorum: alterum ut totum corpus Reipublicæ curent, ne, dum partem unam tuentur, reliquas deſerant.* *Sic omnia Senatus Populiq; Romani, nihil ſibi proprium eſſe, Marcus Antoninus*, quo nemo umquam Regno Philoſophiam melius junxit. Senatui ſcripſit, cum pecuniam de ærario ad Expeditionem Scythicam poſceret, ut ex Dione memorat Joannes Xiphilinus. Leo, Tacticon X X. *Vt ſuſpiciendus & honoratus ab omnibus habearis communem utilitatem rei privatæ antepone. Bonus eſt enim Imperator, non qui benè ſuis rebus proſpicit, ſed qui ſubjectis ſuis auctor Salutis eſt. Imperator enim non ideò eligitur, ut ſibi ſoli provideat, ſed ut cæteri, qui ſub Imperio ejus ſunt, melius vitam traducant.* Regem non ſibi, ſed regni uſibus, quæ habet, poſſidere exemplo & ſententia docet Gulielmus Tyrius lib. XIX. cap. II. Mamertinus; Panegyrico Maximiani. *Longè illa majora ſunt quæ tu, impartito tibi Imperio, mera gratia retuliſti. Admittere in animum tanta Reipublicæ curam, & totius Orbis fata ſuſcipere & oblitum quodammodo ſui, gentibus vivere, noctes omnes dieſque perpeti ſollicitudine pro omnium ſalute tranſigere. &c.* Vide & notas viri doctiſſimi Leonardi Coquæi ad Auguſtinum de Civit. Dei. lib. IV. cap. III.

295. SED PUBLICA VOTA.] Emmanuel Palæologus ad Filium, cap. XLII.

296. IN COMMUNE JUBES SI QVID, PRIMUS JUSSA SUBI.] Celeberrimum Præceptum, cui illuſtrando nobilia alia infinita ſunt in promtu. De Avo Honorij, qui iſthic inſtituitur, Ammianus, libro XXVIII. *Nihil vel gregariis imperabat, cujus non ipſe primitias alacri capeſſerit mente.* De Patre *Theodoſio*, qui loquitur, Pacatus Panegyrico. *Ne tum quidem, cum Imperator factus es, operam remiſiſti, quin omnium caſtrenſium munerum numeros primus, aut cum primis, obitos, ſtare pro ſignis, excubias forte agere, vallum ferre, ſolum bello antecapere, ſpeculatum egredi, caſtra metari, in prælium primus ire, poſtremus prælio excede-*

excedere, dux eſſe Conſilio, miles exemplo. Silius de Annibale, Lib.I. Punicorum.

in medio præcedens agmine ductor
Imperium perferre ſuum.

Appianus Punicis, de Maſſaniſſa. *Maſiniſſa exemplum erat ſuis omnium Laborum nihil habens præter Equitatum, non jumenta, non Commeatus,* Idem paria de Scipione, eodem Libro. Pacatus Panegyrico: *Ne quis pati ſe injuriam putaret, à te voluiſti incipere cenſuram. An quiſquam ferret moleſtè ad Principis modum coerceri? Cum videret Imperatorem, rerum potentem, Terrarum hominumque Dominum, parcè contenteq; viventem.* Velleius, lib.II. *Princeps optimus rectè facere cives ſuos faciendo docet, cumque ſit Imperio maximus, major vult eſſe exemplo.* Sidonius.

tum cætera paret
Turba libens, ſervit propriis quia Legibus auctor.

Plura omnes Panegyriſtæ, & Præceptores Principum, &c.

299. NEC FERRE VETAT.] Vera Scriptura *nec ferre negat.* Quam repræſentant libri, & recepit optimi Conſilii Scaliger.

300. COMPONITUR ORBIS REGIS AD EXEMPLUM.] Nicetas Choniata, verbis Joannis Comneni Principis jam morituri:

ὅτι καὶ φιλεῖ πως τῇ γνώμῃ τῶν ἀρχόντων διατεθὲν συνδιατίθεσθαι τὰ πάντα, καὶ ἕπεσθαι. Synefius de Regno: ἀληθέστερον ἦν φάναι τῶν ἔργων, ὁ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ βασιλέως ἐπιμεληθεὶς, ὅπως ἂν ἄριστος εἴη, τὴν συντομωτάτην ἐβάδισεν ἐπὶ τὸ πάντας μὲν οἴκους ἐπανορθοῦν, πόλεις δὲ πάσας, ἔθνη τε πάντα, καὶ μικρά, καὶ μείζω, καὶ τὰ γείτονα, καὶ τὰ πόῤῥω ἃ πάντα ἀπολαύειν ἀνάγκη τῆς ὁπωσποτε ἐχούσης τοῦ βασιλέως ψυχῆς. Iſocrates: φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας. Xenophon. Pæd. VIII. ὁποῖοι τινὲς γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. Herodianus. Lib. I. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν.

Vide Epiſtolam Antigoni Regis apud Laertium Zenone. Vellejum, l.II. Senecam Thyeſte, Ciceronem, III. de Legibus. Salomonem, Proverb. cap. X. Quoſque paullò ante nominavi.

301. EXEMPLUM.] παράδειγμα, quod perfectionem infert. Gregorius Thaumaturgus Paneg. Origenis: παράδειγμα ἐνθέμενος σοφοῦ. Epitaphium vetus.

Exemplum periit, caſta lugente puella.

Scopum hic tamen ſolum denotat. Pacatus. *blandiſſimè jubetur exemplo.* Paullinus Benedictus, lib.II. Martin.

ſacerdotis factis facienda docentur.
Exemplum mage ſuadet opus, quam gratia verbi.

REGENTIS.] Regis. Symmachus, lib. II. Epiſt. XIII. *Auguſtius eſt regenti ſibi quam ſubditis modum ponere.* Ea Epiſtola memorat Symmachus tam pacificas quā bellicas Theodoſii laudes litteris mandaſſe. Utinam ij libri ſupereſſent. Summa enim ſenſuum, & inſtructionum in Epiſtolis denſitas arguit, hiſtoriam inſignem dare potuiſſe.

304. NEC FASTIDIRE MINORES] Comitatem dicit, virtutem Theodoſio narratam iſta præcipuam, ut multis B. Ambroſius, Victorinus, Eccleſiaſtica Hiſtoria, Glycas, Zonaras, Cedrenus, aliique docent. Sic in Stiliconis Laudibus, lib.II.

nec, quos promoveris, alto Turgidus alloqueris faſtu.

Vide Themiſtium, Oratione prima, Stobæum, Sermone XX alios.

305. PRÆSCRIPTOS HOMINI] Quam inſaniam inſanierunt plerique ſummi Fortunatique principes. Ambiverunt primi, nec impetrarunt. Poſtremis divinitas ab adu-

lateribus vel invitis impacta eſt. Rationes hujus illiuſque ſunt in Plutarchi libellis de Alexandro, & Arriani Hiſtoria, Dione Chryſoſtomo, quas alibi multis eventilamus.

306. INQUINAT EGREGIOS.] Superbiæ Vituperium pariter alibi multis exſequimur. Hic corruptrix contaminatrixque virtutum audit. Radulphus Ardens, Homil. VIII. In Evangelia. Superbia eſt ruina omniũ virtutum, humilitas earumdem fundamentum. Hugo Victorius lib II. de Anima: *Cætera vitia ſolas illas virtutes impetunt, quibus ipſa deſtituuntur. Vt Luxuria Pudicitiam, Patientia Impatientiam: Sola Superbia cunctas contrà animi virtutes ſe erigit, & quaſi generalis & peſtifer morbus, omnes corrumpit.* Majorum Gentium Monitores horſum de Charactere ſuo non fecimus.

307. NON TIBI TRADIDIMUS.] Inter monitus Principi neceſſarios, is quoque eſt, ut meminerit liberis ſe imperare, non ſervis. Vide Themiſtium Orat XI. Ariſtidem Encomiis Romæ & Marci. De Atabum mollitie ſuprà.

DOCILES SERVIRE.] Adſuetos Regum Imperiis. Horatius. Cantabrum indoctum juga ferre noſtra. Hoc eſt indomabilem. Noſter Bello Getico, *Vt vinci didicere ſemel* Ibidem de Annibale *Marcellus vinci docuit.*

308. ARMENIÆ.] Parthos dicit, numquam non ſub Regibus notos, etiam alienis olim ſubditos, ut & iſto ævo. Tradidimus, ad recentem elevationem ad Imperium pertinet. Sic Armenium Jugum pro Parthico, apud Lucanum, lib. IX.

> *non Armenium mihi ſæva minatur*
> *Aut Scythicum, Fortuna, jugum*

309. TENUIT QUAM FOEMINA.] Semiramis nota. Ignavia generis à fœmineo Imperio, Fœmina enim dimidius tantum homo, viro alteri parte cedens. Michael Glycas Annal. I. ex Cyrillo. *Nam in cerebris humidis Spiritus animales velut ſubmerſas, ut & in fœminis eſt videre, præclariſſimè ſuas affectiones ab[illegible]ere nequit. Idcirco divinus ille Cyrillus ſexum fœmineum dimidia parte virorum indoli cedere dixit.*

310. DIV REXERE.] Difficilius parent, qui Imperarunt ipſi, & remedia Libertatis cum Dominatione conſentientis tardè ſuſcipiuntur, ut autumat Tacitus. initio Agricolæ. *Armenia ora, ut Africa terra.* Ennio, *Africa terribilis tremit horrida terra tumultu.* Locutio frequentata præcipuè Gellio, ut lib. I. cap. XI. lib. II. cap XXII. lib. III. cap. II & IX. lib XX. cap. XI. & c. *Celtiberia terra.* Catullo, *Campania terra*, Tibullo. Batavia terra Panegyriſtæ incerto. *Terra Apulia*, Apuleio de Herbis, cap. XIV. IS auctor eſt cum Sexto Placito, Antonio Muſa de Betonica, &, fallor valde aut, illo etiam qui Apicius vulgo inſcribitur; genio ſcriptorem unum vociferante. Minimè vero Appuleius Celſus, qui tantæ Vetuſtatis, ut à Scribonio Largo citetur, nihil habet quod hic agat, Scribonius tamen ipſe quis ſit docebunt te Adverſariorum Commentaria.

311. JURA TULERE CÆSARS.] Subblanditur Principi. Etſi enim Jure occupatum Imperium tenuerit, non tamen tolerarunt eum Romani. Senè parvo eo tempore, quo rem Romanam rexit, infinita contulit Legibus, Jurique Romano Cæſar nec nullo cum Jure ad faſtigium ſuum omnia retulit. Sanè neque ipſe primus aut veré conturbavit Statum priorem, ſed invaſit jam perditum. Lucanus, lib. IX.

> *Olim vera Fides, Sulla Marioque receptis*
> *Libertatis, obiit: Pompeio rebus ademto*
> *Nunc & ficta perit; non jam Regnare pudebit.*

Dicat & Jura, Poteſtatem, quam ereptam Reipub. in ſe tranſtulit Cæſar. Al bi.

> *Poſtquam Iura ferox in ſe communia Cæſar Contulit.*

312. ANNALES VETERUM DELICTA LOQUUNTUR.] Quos Theodoſius ſtudioſè legit, & damnavit maleficorum facinora, alludente Claudiano. Vict[illegible]s: *Litteris ſi multum perfectos contem[illegible]nur mediocriter doctus. Sagax plane mult[illegible] diligens ad noſcenda majorum geſta Ex q[illegible] non* deſine-

deſinebat exſecrari, quorum facta ſuperba, crudelia, Libertati infeſta, legerat, ut Cinnam, Marium, Sullamque, atq; univerſos Dominantium, præcipuè tamen perfidos & ingratos.

313. HÆREBUNT MACULÆ.] In omnem æternitatem infamia, litteris nimirum conditæ. Quanti liberorum ſuorum Famam fecerit Theodoſius, paret ex Oratione Themiſtii de ejus Humanitate, ubi vel ſalutem huic eorumdem poſtponit. *Venit, inquit, mihi in mentem tuæ illius hortationis, Imperator, qua Iudices, cum illos in judicium mitteres, hortatus es. Tum ad eum, qui ante omnia Salutis Principum rationem habendam eſſe dixerat. Imò, ſanè, dixiſti, Fama potius, atque exiſtimationis. Neque enim Vita longitudo Principi, ſed excellentia quadam virtutis perſequenda eſt.*

314. CÆSAREÆ POTENTA DOMUS.] Stirps Cæſaris inſignita criminibus Auguſtus ante Imperium vecordiſſimus tyrannorum, poſt id Liberorum diritate & infamia ſeipſum pene odio habuit. Tiberium quis neſcit crudelitatis, Libidinum, dolorum, verſutiſſimum. Caligula Belua, Nero, in quo familia defecit, etiam pejor.

315. DIRA NERONIS FUNERA.] Infinitas dicit cædes, Parricidia, & quid non? Notæ tes ex vulgatis Hiſtoricis. Vide & Boethium lib. II. Carm. VI. Eumdem cum tyrannis cæteris manui Dei excuſſum ob ſcelera, ſcribit dicta Oratione Themiſtius.

316. RUPES CAPREARUM TETRA.] In quam correpſit, ultimo vitæ Tempore totum ſe libidini daturus, Tiberius. Reſolutus in malum otium, ut occultior iret in luxus, ſecundum Tacitum, cujus quartum Annalem lege. Auſonius.

> *Fruſtra dehinc ſolo Caprearum clauſus in antro,*
> *Quæ prodit vitiis; credit operta locis.*

Meminerunt & Juvenalis, Sat. X. cum Scholiaſte ſuo, correcto nobis Adverſarior. libro XXII. cap. XII Sidonius bis, & Noſter alio loco.

317. GLORIA TRAJANI.] In gratiam Theodoſii, quem à Trajano genus duxiſſe dictum, notant nonnulli Temporum hiſtorici. Notatur aut alluditur ſimul ut laudetur immenſum gloriæ ſtudium in Trajano, ſane omnia ſumma merito. Aurelius Victor: *Hoc ægre clarior domi vel militia reperietur, Quippe primus, aut ſolus etiam vires Romanas trans Iſtrum propagavit, domitis in Provinciam Dacorum pileatis Sacisque nationibus, Decibalo Rege ac Sardonios: ſimul ad ortum Solis cunctæ gentes quæ inter Indum & Euphratem, amnes inclutos, ſunt, concuſſa bello atque imperati obſides Perſarum Regi, nomine Coſdroe.* Sic edidit Soſpitator Victoris Andreas Schottus noſter. Initio autē ſcriptor cordatus & i luſtris idem cum Claudiano noſtro hoc loco dixiſſe videtur, virtute nimirum Trajani in provincias redactas nonnullas nationes. De Dacis pariter. Sextus Rufus: *Trajanus Dacos ſub Decibalo vicit & Daciam trans Danubium, in ſolo Barbarico provinciam fecit.* Et noſter mox. Quare Victoris verba facilia corrigi. Scribe: *domitis in provinciam Sacis, Dacorumque pileatis nationibus, Decibalo Rege, ad Sargetium.* Poſterius iſtud nomen fluvii eſt, in quo defoſſos Decibali theſauros cepit Trajanus. De Parthica ejuſdem Gloria. Plinius Panegyricos *Nonne incunabula hæc tibi, Cæſar & rudimenta, cum puer admodum Parthica lauru gloriam Patris augeres.* Vide Joannem Xiphilinum qui & quod de Tigride noſter alludit, plenius enarrat. Gloria Trajani tanta, ut ſummæ inſtar talis ſperaretur in maximis Principibus. Valerianus Imperator de Aurelianis, apud Vopiſcum: Ego de te tantum, Deo favente, ſpero, quantum de Trajano, ſi viveret, poſſet ſperare Reſpublica. Parthorum regnum in Provinciam redactum Poeticum eſt, nam aliæ regiones, partesq, Imperii ejus tantum fuerunt. Sextus Rufus: *Optimam Perſidis regionem, Seleuciam & Cteſiphontem, & Babyloniam acceſſit, in mari rubro claſſem inſtituit. provincias fecit, Armeniam, Meſopotamiam, Aſſyriam.* Verba Claudiani ex noſtro Codice ſic legēda ſunt:

victus a

victura feretur
Gloria Trajani; non tam quod Tigride victo
Noſtro triumfati fuerint provincia Parthi,
Alta quod invectus fractis Capitolia Dacus:
Quam patriæ quod mitis erat.

318. TIGRIDE VICTO.] Sextus Rufus: *Provincias fecit Armeniam, Meſopotamiam, & Aſſyriam, quæ poſt & apud Tigridem atque Euphratem ſita, irriguis tribus amnibus, inſtar Aegypti, fœcundatur.* Vide Eutropium & Xiphilinum. Amiſſis enim Dione & Ammiano aliiſque maximi Principis rerum ſcriptoribus, ex Epitomis eum noſſe cogimur.

319. MITIS ERAT.] Eutropius, libro VIII. *Trajanus Remp. ita adminiſtravit, ut omnibus principibus merito præferatur. Inuſitatæ civilitatis & fortitudinis fuit. Gloriamque militarem civilitate & moderatione ſuperavit, Romæ & per provincias æqualem ſe omnibus exhibens, nihil non tranquillum & placidum agens, ob hoc per orbem terrarum Deo proximus nihil non venerationis meruit vivus & mortuus.* Suavitas morum laudatur & Dioni.

320. NEC DESINE.] Studium intentum notat. Infià.

nec deſinat umquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana Vetuſtas.

321. BELLA TONANT.] Imminent. Fragorem enim procul minantium dicit, eo percepto exercendum militem. Sic Noſter. Cujaciani, aliique Libri. Ineptè alii canant. Pariter autem Nicephorus Gregoras lib. I. de fama Belli Bulgarici,

τάχα δ' ἂν καὶ διεπεραιώθησαν, καὶ τὰ ἔσχατα τῆς ἀπωλείας τοῖς ἐπιλοίποις Ῥωμαίοις ἐπήνεγκαν, εἰ μὴ, καθάπερ ἦχος μεγάλης βροντῆς ἐξαίφνης ἡ Βουλγαρικὴ φήμη καταῤῥαγεῖσα τούτους ἐξέπληξέ τε, καὶ τὴν τούτων ὁρμὴν ἀνεχαίτισεν.

Turbines & procellas equitum immittere, autumat Liv. Heraclides in Allegor. Homeric. ἀρχίλοχος ἐν τοῖς Θρακικοῖς τὸν πόλεμον εἰκάζει θαλαττίῳ κλύδωνι.

321. PRIVS AGMINA.] Exercitatio militaris, Romanis ſanctiſſima, cauſſa proxima primæ Orbis domiti. Notarunt uberrim alij. Inſtituenda autem ea ante initum bellorum, rebus adhuc ſecuris. Onoſander cap. X.

Διόπερ ἀγαθοῦ στρατηγοῦ καὶ τὰ χρήσιμα τότε κατασκευάζειν, ὅτε οὐκ ἐπείγουσιν αἱ τῶν ἐκ παρατάξεως ἀγώνων ἀνάγκαι &c.

quæ viſe. Sic Laudatur à Spartiano Adrianus *quod militem exercuerit velut bellum præſens ſemper adeſſet.* Vulcatius Gallicanus in Avidio Caſſio, *eum ſeptimo quoque die copias uſu armorum exercuiſſe memorat.* Joſephus lib. III cap. III. Alos. *Etiam calones Romanorum pugnaciſſimos ideo eſſe tradit quod in pace militariter exercentur.* Quo capite is auctor multa de Armis & Bellicis eorum inſtructionibus commemorat, quæ iſta noſtri pulcrè enarrant. Exercitia quotidiana fuiſſe, & ope eorum facilè gentes alias à Romanis ſuperatas, ibidem notat. Vide Polybium, & Leonem. VII.

DURIS STUDIIS.] Certe non mollibus. Non enim exercebantur aliter quam ſi pugnarent in hoſtem. Si pugnas ſine ſanguine conflictus ipſos, exercitia, cum cruore dici potuiſſe idem Ioſephus autumat. Exercitia juniorum totos dies, reliquorum uſque ad meridiem occupaſſe, auctor Vegetius lib. II. cap. XXIII.

322. PRÆSTRUE.] Præſtruit rei aliquid, qui in uſum ejus exercet. Eſtque proprium velut militiæ. Eugippius Severino, cap XXVIII. *hinc ducta ſimilitudine: Omnem populum adhortationibus præſtruebat, ne in ſua virtute confiderent. cap. XXX. Quos ſervus Dei, divinitatis inſtinctu commonitus præſaga mente præſtruxit, ut omnem rem ſuam intrà muros concluderent.* Sæpius ita Tertullianus.

322. MARTI

322\. MARTI.] Verarum enim pugnarum ſimulacra erant & imagines. Vegetius: *ad palum quoque vel ſudes juniores exerceri per commodum eſt, cum latera & pedes, vel caput petere punctim cæſimq; condiſcunt.* Saltus quoq; & ictus pariter facere aſſueſcant, inſurgere tripudiantes in clypeum, rurſuſque ſubſidere, nunc geſtiendo provolare cum ſaltu, nunc cedentes in terga reſilire. Propterea ſine trepidatione in acie faciebant, quod ludentes in campo ſemper fecerant. Marti ergò ſævo ludius præſtruebant.

323\. NON BRUMÆ REQUIES.] Ne deſuetudo damnum faciat, etiam hieme ait militem exercendum. Pulcrè Onoſander, cap. IX. *Cohortes in hiberna miſſas ad bellicas exercitationes traducat Imperator, nec ſinat eas otiari vel deſidere. Nam otio quidem corporu vires molleſcunt & languent, deſidia vero animi velut evirantur, ſocordeſque & ignavi fiunt: blandimenta Voluptatum adſiduo abuſu ferociſſima, quæque pectora enervant & abſumunt. Cavendum igitur ne diutius viriles animi à conſuetis laboribus ceſſent. Nam ſi à longo otio ad militaria munera revocentur, non prodeunt lubentes, nec diu perſeverant, ſed repentè timore conſternati trepidant, priuſquam periculorum dubia tentaverint, ſimul ac vero tentaverunt, abſcedunt; neq; confidentiam animi, nec robur corporis ſervantes.* Vegetius, lib. II. cap. XXIII. *Hibernis diebus, ſi nives tantum pluviæque ceſſarent, cogebantur in campo, ne intermiſſa conſuetudo & animos militum debilitaret & corpora.* Arguunt hæc cum aliis Vegetii nos tantum Epitomam, grandibus Commentariis excerptam, ſuperſtitem habere; quod alibi monuimus, aſſentiente etiam Priſciano, qui citat minimè hodiè comparentia, & firmantibus vetuſtiſſimis noſtris membranis, qua EPITOME diſertè in frontiſpicio agnoſcunt. De Hibernis exercitiis etiam Leo Imperator, cap. VII. Hieme adſuefaciendi ad labores ſunt milites & Bellicoſi Operoſiq; aſſiduitate reddendi, nec in otio & deſidia ſedendum.

313\. HIBERNACULA SEGNES.] Hibernaculis militem in torporem & luxum delapſum exempla ſunt multis in ſcriptoribus. Vbique per Hiſtoriam Auguſtam. Non ita veteres, quorum ſub pellibus habitationes alia omnia ferebant. In ædibus urbanis, urbana ſua Romanis fuiſſe hibernacula non indignum nota. Vitruvius Græcia veniſſe docet, lib. VII. cap. VI. *Cum explicatæ fuerint cameræ puræ & politæ, etiam pavimentorum non erit diſplicens, ſi quis animadvertere voluerit Græcorum hibernaculorum uſus, &c.* Mentio apud Papinium Silvis, & non uno loco Sulpitium Severum in rebus Beati Martini. Hiemalia. Quæcunque militi in hibernis commodo atque uſui eſſent, appellat Valerianus Imperator Epiſtola ad Aurelianum, quam memoriæ ſervavit Flavius Vopiſcus.

324\. ENERVENT.] In nervis virile robur, unde id demere, enervare. Petronius *fractiſque enervi corpore greſſus*: Avienus. *Vt Venus enervat vires, ſic copia Bacchi. Vnde contra nervoſum* Herculem Poeta neſcio quis pro robuſtiſſimo dicit. Enervatum Melampum noſter II. in Eutrop. De exercitu velut corpore humano ſermocinatur Claudianus, quod acutè poſſis ad Diſciplinam Militiæ Romanæ deſtringere, qua efficiebatur è tot hominibus velut unus, pro lubitu agendus, quo placeret Imperantibus. Joſephus, Haloſ. lib. III cap. III.

τοσαυτὸν αὐτῶν τὸ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας πειθήνιον ὡς ἔν τε εἰρήνῃ κόσμον εἶναι, καὶ ἐπὶ παρατάξεως ἓν σῶμα τὴν ὅλην στρατιάν. Sed & alibi acies inſtructa figuræ corporis alicujus adſimulatur. Vt apud Julianum Africanum cap. LXXI. Libri de Bellico Apparatu. ὅτι οἱ παλαιοὶ φάλαγγα ἐν ταῖς κινήσεσι ζώῳ εἰκάζοντες, τὸ μὲν αὐτῆς πρόσωπον ὀνομάζουσι, καὶ στόμα, τὸ δὲ κέρας, ἢ κεφαλὴν, ἄλλο δ' ὀφθαλμὸν ἢ ὀμφαλὸν, καὶ ἄλλο πλευρὰν, καὶ οὐρὰν ἄλλο.

325\. PONENDA SALVBRI CA-

multorum hominum viribus impulſus, velut non revocabilis. Deſcriptionem, Picturamq; non unius dudum exhibuerunt docti. Quanta moles quæque vis talium fuerit, ex eo in proclivi conjectari, quod Sex millia hominum unum arietem contra hoſtilia munimenta egerint; Exemplum eſt in Appiani Punicis. *Antonii Arietem idem ſcriptor* in Parthica celebrat, longum P. LXXX. Tamen nihili hæc ad tormenta ignifera, vel primi ævi, ne de noſtro dicam. Cujus violentiæ fuerit æreum, quod in ultima fatalique Byzantii obſidione Mahumetes Othomannus uſurpavit? cui quidem movendo centum & quinquaginta juga boum vix fuiſſe ſcribit, ejus temporis auctor Godefridus Langus, cujus Epiſtola de Expugnata Conſtantinopoli cum Poeta incerto Rerum Caroli Magni à Reineccio edita eſt. Cui accenſeas Machinam in arce Caiti conſpiciendam, Touſſam nomine, cui trahendæ CCL. Equos adhibendos ſcribit qui vidit Jacobus Villamontius Itinerarii Gallicè ſcripti lib.III.cap.XII. Pag.188. B. Exempli Luret.

331. PROTECTAQUE PORTAS.] Sic Cujaciani Libri, Belgæ, Noſter, Scaliger maluit *pratentaque* Cujus ſenſus idem ſit. Vt in II. de Raptu *Pratentas aperit criſtas*. I.e. contectas. Nobis ſimplicior ea Lectio, tot libris inſuper firmata, quam adſcripſi, potiſſima videtur. Teſtudo dicta à tecto & protectione, quod aries intra eam agatur: Vegetius lib.IV. cap XIV. *De materia ac tabulatis teſtudo contexitur, quæ ne exuratur incendio, coriis, ciliciis, Centonibuſve, veſtitur. Hæc intrinſecus accipit trabem, quæ aut adunco præfigitur ferro, & falx vocatur, ab eo quod adunca eſt, ut de muro extrahat lapides, aut certe ipſius caput veſtitur ferro, & appellatur aries. Teſtudo autem à ſimilitudine vere teſtudinis vocabulum ſumſit*, quia ſicut illa modo reducit modo profert caput, ita machinamentum interdum reducit trabē, interdum exerit, ut fortius cædat. Editor Cujacianus dubiam librorum ſcripturam adnotat *projecta* fuiſſe ſuſpicatus aut ſero, in Appendice videlicet, vidēs Quam & Deltius ex Macrobio non ineptè tuitus eſt in ſuis libris repertam. Nos nihil mutamus.

332. RUAT EMERSURA JUVENTUS.] Cuniculis ſub terra effoſſis, ut obſeſſorum in mediis hoſtium munitionibus pateat improviſus. Lege Æneæ Tacticum, non ſine præſtantiſſimo Scholiaſta. Quintilianus avus. Declamat. CCLV. *Novum, Hercule genus artis: ſupervacuum eſt Cuniculos fodere, & per occultos ſpecus ingenti labore exhauſtis terris, in mediam ſubito emergere civitatem.* Curtius, lib. IX. *Validiſſimam gentis Vrbem cuniculo cepit. Barbaris ſimile monſtri viſum eſt, rudibus militarium Operum; quippe in media ferme Vrbe è terra exiſtebant, nullo ſuffoſſi ſpecus ante veſtigio facto.* Heſychius Illuſtrius in Orig: Conſtantinopolitanis:

ἐφ' ᾗ περ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, διώρυξί τε καὶ παντοίοις πολεμικοῖς μηχανήμασι τοῖς τείχεσι προσπελάζων.

Recte de cuniculis ibi doctiſſimus interpres. Noſter Secundo Raptus.

> *An velut occultus ſecurus prodit in hoſtem*
> *Miles, & effoſſi ſubter fundamina campi*
> *Tranſilit eluſos, arcano limite, muros.*
> *Turbaque deceptas victrix erumpit in arces,*
> *Terrigenas imitata viros.*

333. SI LONGA MORETUR OBSIDIO.] Cavendum ait, ne tracta Obſidione labaſcat vigor obſidentium, ipſique ſecuri ſint damnorum ab obſeſſis inferendorum. Multa horſum pertinentia Aeneæ Commentarius. Vegetius, lib.IV, cap. XXVIII. *Cum negligentia intervenerit, paribus inſidiis ſubjacent obſidentes. Nam ſive cibo fuerint ſive ſomno occupati, ſive otio, aut aliqua neceſſitate diſperſi: tunc oppidani repente erumpunt ignorantes perimunt; arictes, machinas, ipſoſque aggeres igne concremant, omniaque in perniciem ſuam fabricata opera ſubvertunt.* Vota, captionem

ptionem Vrbis obſeſſæ. De vigore tali obſidentium remiſſo non unum exemplum eſt apud Gulielmum Tyrium, aliosque rerum geſtarum conditores. Sic vero & per inducias, utrimque conſponſas. Cuſtodiæ tamen & Vigiliæ apud Exercitū remittendæ non ſunt, quod prudenter admonet Onoſander Strategici cap. XXXVII. Obſeſſi, ut ſtrategematis illuſi, docet Frontinus, libro III. cap. II. Spaſſimque Polyænus.

334. SECURA.] Cave ne per Segnitiem aut Secordem Securitatem animum remittas & incautius agas. Securitas nimium quantum nocua eſt militari Fortitudini. Etiam Fortunæ, Velleius, lib. II. in Clade Variana. *Neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret. Et frequentiſſimum initium eſſe calamitatis, ſecuritatem.* Scitum eſt etiam illud Saxonis Grammatici, ſuo ævo admirandi auctoris, Lib. II. *Nihil in re militari pernicioſius animadvertitur, quam per otium, metu vacuū, ſolutis neglectiſque rebus, nimia Fiducia præſumtione torpeſcere.* Itaque *Securitate* plane interdicitur ei, qui cum hoſte rem habet. In Spiritualibus pugnis, par ratio, ut exemplum dat Antonius Eremita, Athanaſio in Vita Herois ſcribente:

ἀλλ᾽ οὔτε Ἀντώνιος, ὡς ὑποπεσόντος τοῦ δαίμονος, ἠμέλει λοιπὸν, καὶ κατεφρόνει ἑαυτοῦ, οὔτε ὁ ἐχθρὸς ὡς ἡττηθεὶς, ἐπαύετο τοῦ ἐνεδρεύειν, περιήρχετο γὰρ πάλιν, ὡς λέων, ζητῶν τινὰ πρόφασιν κατ᾽ αὐτοῦ.

Salluſtius eamdem Prudentiam Mario adſignat, Jugurthino: *Dein Marius, uti cœperat, in hiberna proficiſcitur, quæ propter commeatum in oppidis maritimis agere decreverat. Neque tamen victoria ſecors aut inſolens factus, ſed pariter atque in conſpectu hoſtium, quadrato agmine incedere. Hanc ſecuritatem cum otium pariat;* merito id à milite ſegregant ſcriptores periti, ut Velleius lib. II. *Cæſar per hæc tempora, ne, res diſciplinæ inimiciſſima, Otium, corrumperet militem, crebris in Illyrico Dalmatiaque expeditionibus, belliquè experientia, durabat exercitum. Vti per ſocordiam magnos exercitus ſuperatos à minimis, notat* Nicephorus Gregoras, lib. I.

καὶ βραχεῖαι, inquit, δυνάμεις πολλάκις ὀξύτητι καὶ σπουδῇ χρησάμενοι, μεγάλας ὁμοῦ καὶ πολλαπλασίους ῥᾷστα κατηγωνίσαντο, διὰ ῥᾳστώνην, καὶ περιφρόνησιν τοῦ καθήκοντος.

Itaq; Sapienter etiam Leo Sapiens ſeu Philoſophus præcipit, poſt victoriam non tardandum, ne ſucceſſus noxiam militi ignaviam inſinuet. Sic neque initiis ſucceſſuum animus remittendus, eodem præcipiente.

μήτε πρὸς τὰ κατεργασθέντα ἐναπομένοντα τῶν πόνων δέον ἀμελεῖν, ἀλλ᾽ εἰς τὰ μακρόθεν, καὶ ἔμπροσθεν ἀποβλέπειν, καὶ βουλεύεσθαι τί χρὴ ποιεῖν.

Capitaliter, ut ſolet, Tacitus, amovit à prudentia militari ſecuritatem, dum ei junxit hoſtium opportunitatem. Agricola: *cum milites,* inquit, *ad Securitatem, hoſtes ad occaſionem verterentur. Veriſſimum enim alterum gigni ab altero. Securi militis porro exemplum egregium nobis præſtat* Epiſtola C IIII. Syneſii, qua ſingularis ſapientiæ ſcriptor Thraſonem quēdam mirifice exagitat, in eo jam fuiſſe autumans, ut quandam vincendi hoſtes artem literis conſignaret: ipſe miro ingenio in pedes ſe conjiciens ſupervenientibus adverſariis.

REMITTAS.] Ab arcu, cujus remiſſi jacet Vſus. Papinius Genethliaco Lucani.

Blando Calliope ſinu recepit,
Tum primum poſito recuſſa Luctu.

Salluſtius de Mario: *nihil apud ſe remiſſum, apud hoſtes tutum pati.* Et opponitur contanto. Seneca libro I. de Clement capite XXIV. *remiſſius Imperanti melius paretur.* Claudianus. II. Laud. Stilic. CXLIII. lib. II. in Rufinum. v. XXII.

335. MVL-

335. MULTIS DAMNOSA FUERUNT GAUDIA.] Exſultatio inconſultæ Securitatis. Curtius lib. VI *Parva ſæpè ſcintilla contemta, magnum excitavit incendium. Nil tutò in hoſte deſpicitur, quem ſpreveris, valentiorem negligentia facies.*

336. DISPERSI PEREUNT.] Vegetius. verbis modo productis. Sententia eſt proſperis ſpargi militis robur, nec obſervare ex facili diſciplinā, quare adverſam ſæpè fortunam experiri. Exempla oculos & calamum undiq; incurrunt. Unum ponam ex ſcriptore quem integrum his diebus recenſui. Gulielmo Tyrio, lib. XIIX cap. XIII. *Secus lacum, cui nomen Melcha, caſtrametatus eſt; ubi noctem illam longè aliter quam diſciplina militaris exigeret, & imprudenter ſe habens, non obſervata caſtrorum Lege, requievit exercitus. So'et enim uſu inter homines evenire, ut in proſperis & pro voto ſucceſſibus, circumſpectè minus ſe cōſueverint habere. Nam miſeris regulalariter adeſſe ſolet ſollertia rebus. PLures enim acti proſperis, & ſucceſſibus elati, ſolent in præceps ruere, è diverſo verò diſpendiis & adverſis caſibus fatigati, propter is edocti periculis, didicerunt ſe in dubiis habere circumſpectius, & ſemper timere fortunam, quam ſæpius experti ſunt amaram. &c.*

337. SOMNOQUE SOLUTI.] Non obſervatis legibus & more militiæ, deinde in torporem crapula ferijsq; ſoluti, ſomnolenti appetitu luxuriæ & marcidi effectu. Exempla ex Homero & Virgilio alludit. Vide & Papinium, lib. IX. Petronius de Trojanis.

graves alius mero
Obtruncat, & continuat in mortem ultimam
Somnos.

Quo loco nihil mutandum, comparatione hic indicatorum.

338. SÆPIUS INCAUTÆ NOCUIT VICTORIA TURBÆ.] Prudentia nimirum jungenda Potētiæ & Felicitati, ut ſcirum Apollonio Tyanæo, Epiſt. XX. Nec facilè illa alibi magis quam in talibus elucet. Moderanda Victoriæ jura, id quod multi negligunt. Auctor Priſcus vitæ ARnulfi, de Carolo Magno: *Altero, qui dicebatur Adalgiſus Conſtantinopolim pulſo, univerſam Franciam ſine gravi prœlio ſuæ ſubdidit ditioni, &, quod rarò fieri adſolet, Clementi moderamine Victoriam Temperavit.* Sed hic ſermo eſt de abuſu Victoriæ, & remiſſis ab ea officijs militaribus. Sic Victoriam nimia exſultatione & incauta animi elatione ne amittatur, cautè habendam, docet fabella Aeſopia de duobus Gallis, quam hoc Epimythio illuſtrat Aphthonius Sophiſta,

Νίκης ἀσφάλεια μετριότης φρονήματος.

Exempla parent. Cyrus ita perijt. Juſtinus, lib. I. *Amiſſo tanto exercitu & unico filio, Thomyris, non in lacrymas effundit orbitatis dolorem, ſed in ultionis ſolatia intendit, hoſtesque recenti victoria exſultantes pari inſidiarum fraude circumdedit, & in montibus inſidiis compoſitis CC. millia Perſarum, cum ipſo Rege, trucidavit.* Witekindus, addam enim vetuſtiſſimo, medij ævi unum, lib. II. Orig. Saxon. *Aeticus minus cautè uſus eſt victoria perpetrata. Boleslavus autem videns exercitum diſperſum, & alios in extrahendis ſpoliis cæſorum, alios in ſuis corporibus reficiendis, alios in pabulis equorū congregandis occupatos, fugatum reverſumque condunans exercitum, ſuper improviſos ac recēti victoria ſecuros, ſubitò irruit, & Ducem cum omni noſtro exercitu delevit.* Nicetas Choniates lib. III. Manuelis Comneni.

δόξας ἄξιον νίκης ἔχειν στρατὸν, τοῖς Οὐίγγροις συμπλέκεται. καὶ πρὸς βραχὺ μὲν κατηγωνίσατο ὁ πόλεμον. ἐπαναστρέψαν δὲ, ὡς ἀσυντάκτως ὑπὸ ῥωμαίων καταδιωκόμενον ὃ πέπονθεν, ἔδρασε γυναικόπρεπον.

Inſigne exemplum in Zonaræ Tomo III. Niceforus Imp. à Chrumo Bulgarorum duce cæſus cum copioſo exercitu, cum contemtu victi hoſtis abutitur. Aliud in rebus Venetis penes Antonium Sabellicum, qui Croia urbe Epiri obſeſſā erumpentes, obſeſſorem Turcam ipſis caſtris pepulere. At dum tempora negligunt, dum conſultant in urbem reducendæ

copiæ, an in caſtris retinendæ eſſent, reſpirantes barbari immani clade fugatos feſſoſque victores in urbem redegere. Hac propter parta victoria abſtinendum ſpoliis præcipit Leo Imperaror, cap. XIII. Tacticorum.

πολλάκις γὰρ, inquit, καὶ οἱ νικήσαντες διὰ τοιούτων τρόπων οὐ μόνον ἡττήθησαν, ἀλλὰ καὶ ἀπώλοντο, σκορπίσαντες ἑαυτοὺς, καὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αἰφνιδιασθέντες, καὶ οὕτως κινδυνεύσαντες.

Unde idem ſapienter præcipit, cap. XX. V. CCII. *Victoria tibi à Deo conceſſa ne ſtatim turbulente inſequare hoſtem, verum ne inter confeſtandum converſi te adoriantur de novo, provideas. Effuſa enim perſecutio oportunos facit cladi victores.* Prudenter hinc homines Chriſtianos Beatus Proſper monet, initio aureoli operis de vita Contemplativa: *In hac vita, quamvis ſtrenuè dimicemus, &c. adjuvante domino, catervas hoſtium, quib circumfundimur, proſternamus; tamen, ſi ab eis nolumus vinci, nūquam deſinamus pugnare; nec vincentes ſecuros faciant deſudata jam prælia, ſed magis ſollicitent adverſariorum rediviva certamina. Stabili autem victoria vetitum non eſt adeſſe exercitui recreando, ut diſcat gaudiis animus victoriæ pretium.* Onoſander, cap. XXXV.

μετὰ δὲ τὰ κατορθώματα, καὶ τοὺς κινδύνους, ἐπιτρεπέσθωσαν αὐτοῖς, διαχύσεις τε, καὶ κλισίαι, καὶ πόνων ἀνέσεις, ἵν' εἰδότες ὅσον τέλος ἐστὶ τοὺς μαχομένους νικᾶν ὑπομένωσι τὰ δυσχερῆ πάντα περὶ τοῦ νικᾶν.

Narſen, bellicoſiſſimum Heroem commendat Agathias libro I

οὐ γὰρ τῇ νίκῃ πέρα τοῦ μετρίου φρυαττόμενος ἐς ἀπειροκαλίαν ἐπήρετο, οὔτε ὅπερ ἕτερος ἂν ἐπεπόνθει, ἐς ῥαστώνην καὶ ἡδυπάθειαν μετὰ τοὺς πόνους ἐξέκλινεν, ἀλλ' εὐθὺς ὅπως εἶχεν ὁρμῆς κινήσας τὸν στρατὸν ἐπὶ τὴν Κύμην ἐχώρει.

Et apud Saxonem Grammaticum prudentiſſimus rex commendat de quatuor generibus nobiliſſimum militem qui non tam victos perſequi quam victoriam partam conſervare ſtudeat. Libro IV. Danicæ Hiſtoriæ. cap. XIV. Vt nos eum auctorem illuſtratum diſtinctimus. Vide & lib. CLXIX. Adverſ. cap. XIIX. Quod genus gaudiorum intempeſtivè præbitum ſumrumque exitioſum ſæpè fuiſſe memorat Claudianus.

339. NEU TIBI REGIFICIS.] Temperantiam jam Prudentiæ militari jungit, laudatam omni laudabili in principe. Exempla & ſententiæ notæ. Vide duos Stobæi Logos.

339. DELICIIS.] Abſtinentiam deliciarum commendat pro ſumma virtute in Stilicone, aliiſq; Heroibus ſuis cæteris. Sic Conſtantium laudat Julianus, Panegyr. II.

οὐ γὰρ δὴ τρυφῆς ὑπολαμβάνει τὴν βασιλείαν εἶναι παρασκευὴν, οὐδὲ ὥσπερ ἐπὶ τῶν χρημάτων, εἰς πότους καὶ ἡδονὰς καταχρώμενος, μειζόνων εὐπορίαν προσόδων ἐπινοοῦσιν, οὕτω χρῆναι τὸν βασιλέα παρασκευάζεσθαι, οὐδὲ ἀναιρεῖσθαι πόλεμον ὅτι μὴ τῶν ἀρχομένων τῆς ὠφελείας ἕνεκα.

Quibus ille retro principum luxum notat. Ipſum Theodoſium deliciarum ſuminè amātem, vbi ocium eſſet, Zoſimus Comes: quam benè docet Chorus cæterorum hiſtoricorum. Militanti autem accedit ex reipſa utilitas, ſobriè enim pranſus eo fortior habetur, qui cibis panticem diſtendit. Onoſander. cap. XII.

ἐμφαγόντες γὰρ στρατιῶται μετρίως, ὥστε μὴ πλεῖν ἐμφορῆσαι τῇ γαστρὶ κόρον, δυναμικώτεροι πρὸς τὰς μάχας εἰσί.

Capitaliter verò Leo Philoſophus capite XX. V. XCI

τρυφὴν μηδέποτε φιλήσῃς, ὦ στρατηγὲ, μάλιστα δὲ σὺν τῷ στρατῷ διάγων. κοινὸς ὄλεθρος αὕτη καὶ τῷ στρατεύματι γίνεται.

340. IMBELLES AD SIGNA MINISTROS.] Ne apparatum Aulicum militibus miſceas.

miſceas, ne pocillatoribus, aliiſq; menſarum aſſeclis manipulos farcias. Talem in duellum infelix protumpentem ab epulis Luxuriam inducit Pſychomachiæ Prudentius.

pervigilem ructabat marcida cœnam,
Sub lucem quia forte jacens ad fercula raucos
Audierat lituos, atque inde tepentia linquens
Pocula, lapſanti per vina & balſama greſſu,
Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.

Noſter haud dubiè Orientis partes, & Arcadij militiam, vt millies alibi, notat: Et quidni cum exercituum ducibus etiam Eunuchos imperitaſſe conſtet? Luxuries armata, ebrijs & delicatis manibus Martios labores aggredientibus falſi nominis milites.

340. NEU FLANTIBUS AUSTRIS NEU PLUVIIS CEDAS.] Argumentum hoc animi bellacis & invicti habent in Ducibus optimis Scriptores. Hirtius de Bello Africano: Labienus in Equo, capite nudo, verſari in prima acie. Spartianus Adriano: Frigora & tempeſtates tam patienter tulit, ut caput numquam tegeret. Claudianus III. Conſ. Honor.

Frigora ſæva pati, gravibus non cedere nimbis,
Aeſtivum tolerare jubar; tranſnare ſonoras
Torrentum furias, adſcenſu vincere montes.

Pacatis multis deipſomet Theodoſio. Silius lib. I. de Annibale:

Spectarunt Pœni, timuitque exterritus Aſtur.
Torquentem cum tela Iovem, permiſtaq; nimbis
Fulmina, & excuſſos ventorum flatibus ignes,
Turbato tranſiret Equo.

Sæpenumerò noſter de aliis ſuis Heroibus. Petronius, Specimine Belli [illegible], quod pro Nerone contra Lucani faſtum ſcripſiſſe videtur doctis, nequaquam tamen Spiritum ferens, quem jactat.

Victa erat ingenti tellus nive; victaque Cœli
Sidera; victa ſuis hærentia flumina ripis.
Nondum Cæſar erat: ſed magnam nixus in haſtam.
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arva.

341. DEFENSURA.] Prohibitura. Alibi his Animadverſionibus.

342. UMBRACULA.] Auro texta tapetia ſeu vela, quibus obtentis calens dies avertebatur. Priore in Eutropium de Eunuchis.

jam non umbracula geſtant
Virginibus, Latias auſi vibrare ſecures.

Ab naturalibus arborum obumbrationibus. Virgilius.

hic candida populus antro
Imminet, & lenta texunt umbracula vites.

Cicero Bruto: *Theophraſti umbracula*, & de Legibus, *alnorum umbracula*. Horum & Honorem aliquem fuiſſe vt nunc eſt, vt pompam æſtimat Claudianus, diſcat ex Varronis lib. X. Rerum Divinar. *Nonnullis magiſtratibus*, inquit, *in oppido id genus umbraculi conceſſum.* Serviebant & vento arcendo. Martialis, libro XIV.

Accipe quæ nimios vincant, umbracula, Soles,
Sit licet & ventus, te tua vela tegent.

343. INVENTIS UTARE CIBIS.] Abſtinentiam Theodoſij laudant & B. Ambroſius, Victorinus. Jejunia Hiſtorici Eccleſiaſtici, fruſtrà obnitente Zoſimo. Laudatur in Heroibus alijs cibi parcitas. Lampridius Alexandro: Pranderat forte publico, vt ſolebat, convivio, id eſt apertis papilionibus, cibo militari accepto, neq; enim aliud à diſcurrentibus militibus in tentorijs eſt repertum. Libanius Baſilico, de ſuo Heroe:

Σωφρο-

Σωφροσύνην μὲν ἐς τοσοῦτον ἐσκηκώς, ὥστε καὶ τῇ προσηγορίᾳ τῆς ἀκολασίας αἰσχύνεσθαι. τῷ δὲ μὴ τὴν γαστέρα λιμῷ συνεθίζειν, οὐ πόῤῥω ἥκεις ἀνανδρείας, μεγίστοις μὲν ἀεὶ κατορθώμασιν ἐγγεγραμμένος.

Idem Panegytico Juliani: *Quamobrem ſæpè ita ita è prælio rediiſti ut opus eſſet arma abluere, cruore Barbarico infecta. Tum excepit te menſa à vulgari non differens.* Pacatus Theodoſium exemplo ſuo militiam luxuriantem correxiſſe ſcribit.

343. SOLABERE PARTES ÆQUALI SUDORE TUAS.] Numquam promtior ad Martis munia miles, quam exemplo Imperatoris conſpecto. Appianus de Pompejo, Civil. II. *Interea indeſinenter naves fabricabat, copias augebat, pecunias colligebat, captus mari ſupero XL. Cæſaris navibus obſervabat ejus trajectum, milites interim exercens decurſionibus, præſens ipſe, & præter ætatem primus laborem quemvis aggrediens. Unde ille favor ingens, omnibus ad exercitamenta ejus, tamquam ſpectacula, confluentibus.* Leo cap. II. Ibi Imperatoris Officium deſcribit.

ὑπομένοντα τοὺς πόνους, ἵνα μὴ πρῶτος τῶν στρατευομένων τὰς ἀναπαύσεις ἐπιζητῇ, ἀλλὰ γίνεται αὐτοῖς μᾶλλον εἰκὼν πρὸς τὰ γενναίως ὑποφέρειν τοὺς πόνους.

Pulcrè Guntetus. lib. IV.

Rex invictus nil ſe memorabile credens.
Dum ſupereſt aliquid, nil ſe feciſſe decorum,
Voce manuque ſuos ardens hortatur, & addit
Sæpè minas, reficitq; animos, & ſuggerit iras,
Ipſe manu propria, ſociis prohibentibus, omnes
Explorat caſus, & quæque pericula primus
Excipit, oblitus pariter regniq; ſuiq;.

Principis exemplo miles virtute coacta
Audet, & audaci pudor eſt ſub Rege timere.

Aliæ ſententiæ obviæ. Eadem autem ratio boni Epiſcopi. Oecumenius in Caput V. Prioris Petri.

μὴ ἀναγκαστῶς δὲ οὕτως ποιμαίνει, ὡς τύπον ἑαυτὸν ἀγαθοεργίας τῶν ὑφ' ἑαυτὸν προτιθεὶς, τοὺς μαθητευομένους ἔχει πρὸς ζῆλον τοῦ διδασκάλου, κατεπειγομένους ἀλλήλων.

346. NE PUDEAT SUMTA QUERCUM STRAVISSE.] De Cæſare Lucanus.

Implicitas magno Cæſar torpore cohortes
Ut vidit, raptam primus vibrare bipennem
Auſus, & aeream ferro præcidere quercum

347. TUUS ANTE PROFUNDUM PRÆTENTET SONIPES.] Vide Herodianum de Maximino, libro VII. *Cum ad ingentem quandam vaſtamque paludem ventum eſſet, intra quam Germani fuga ſe receperant, verentibus Romanis eodem hoſtem inſequi, primus Maximinus equo paludem ingreſſus, quum quidem & ſupra alvum equus voragine hauriretur, magna tamen vi repugnantes Barbaros contrucidavit. Quare exercitus reliquus pudore inſtinctus, ne perdere pugnantem pro ſe Principem videretur, auſus eſt & ipſe paludem ingredi.*

Alcides pharetras, Dircæaq; tela ſolebat
Prætentare feris.

Ductum ab ignaris locorum in tenebris, ut Aeneas Gazæus Theophraſto. Septimius Serenus Moreto, exempla dant. Alanus lib. V. motus

Diſtrahit in varios, nec prætentare locorum Abdita ſola valet.

Idem, non invenuſtè, Eodem Libro.

Se fert Regina volatu,

Fertur

Fertur equus, Dea certat equo; greſſuque volantem
Prævenit, & Comiti prætentat prævia greſſum.

347. HORRENTES GLACIE.] *Curſum* omnes libri malunt. At *curſu* verior utiq; lectio, ne ſeparet milite pedite Imperatorem, eaq; viſa jam Delrio. Glacie ſtantia flumina, res mira Romanis, ut alibi obſervatum.

347. NATATU.] Natandi peritia quam requiſita principibus doceat vel Suetonius, qui inter rudimēta refert. Auguſti cap. LXIV. *Nepotes & litteras & natare aliaq; rudimenta per ſe plerumq; docuit, ac nihil æquè laboravit, quam ut imitarentur Chirographum ſuum. Quamquam ibi non ineptè maluerimus olim notare.* Quid enim in medijs Grammaticæ rebus natatio, & quomodo decuerit jam ſeniorem Auguſtum? In Scipionis laudibus Silius Italicus, lib. VIII.

Ipſe inter medios ventura ingentia laudis
Signa dabat: vibrare ſudem, tranſmittere ſaltu
Murales foſſas, undoſum frangere nando
Indutus thoraca, vadum. ſpectacula tāta
Ante acies virtutis erant.

Athenienſes nare docebant pueros cum primis Literis. Vaticanus Auctor Adagiorum Centur. II. Cap. LXXXI.

μήτε νεῖν, μήτε γράμματα. Ἐπὶ τῶν παντάπασιν ἀμαθῶν. παρὰ γὰρ Ἀθηναίοις, εὐθὺς ἐκ παίδων γράμματα καὶ κολυμβᾶν ἐδιδάσκοντο.

Strabo lib. XV. Perſas exercitatos ſcribit torrendes nando vincere.

ἅμα καὶ μεγαλοφωνίαν καὶ πνεῦμα, καὶ πλευρὰν ἀσκοῦντες, καὶ πρὸς καῦμα δὲ καὶ πρὸς ψῦχος, καὶ ὄμβρους καὶ χειμάρρου διαβάσεις, ὥστ᾽ ἄβροχα φυλάττειν καὶ ὅπλα καὶ ἐσθῆτα.

Romanos pariter Athenienſibus inſtitutos, alibi docemus pluribus. Vide & notata præſtanti Jureconſulto Duareno lib. I. Anniverſ. cap III.

350. NUNC EQUES.] Laus Imperatoris, Confortatio militis, præire ipſum, & pericula aggredi principem. Silius Italicus, libro XV. *alacer præcedere ductor quoq; pedes.* Ennodius, Panegyr. Theodotici. *Vrgebantur telis, quos vorago aut irruptio non tenebat, cum inter naufragia terrena & cruoris undas, invictus ductor apparuit, tali muniens adſtantes alloquio. Qui in hoſtili acie viam deſiderat, me ſequatur, non reſpiciat alterum, qui dimicandi poſcit exemplum &c.* Exemplorum ſuppetit copia.

351. PEDES ASSISTAS PEDITI.] Ne qua in re prærogativam habeas, aut potiorem commilitonibus locum in campo. Libanius Proſphonetico, de Juliano:

πάντα μὲν εἶδες τοῖς λογισμοῖς ὀρθῶς, πάντα δὲ τοῖς ὅπλοις ἐπετέλεσας γενναίως. οὐ πέμπων στρατιώτας ἐκ χαρακώματος, οὐδ᾽ ἐν σκηνῇ καθήμενος, περὶ τῶν ἐν τῇ μάχῃ πυνθανόμενος, ἀλλὰ καὶ ποδὶ χρώμενος, καὶ χεῖρα κινῶν, καὶ δόρυ σείων, καὶ ξίφος ἕλκων, αἱμάττων ἐν αὐτίων παρακαλῶν τοὺς στρατιώτας.

Ferius Helpericus de Carolo Magno.

Ingreditur prior ipſe, ſequi ſe quò cupit ōmnes.

352. PROMTIUS IBUNT TE SOCIO.] Commilitone, quo titulo jactare ſe ſolent Imperatores demerendo militi. Trajanus, apud Ulpianum, cap. I. de Teſtam. Mil. *Cum in notitiam meam perlatum ſit, ſubinde teſtamenta à commilitonibus proferri, quæ poſſint in controverſiam deduci.* Suetonius Auguſt. cap. XXV. quo facto magnifico refert: *Neque poſt bella civilia, aut in concione, aut per Edictum, ullos militum commilitones appellabat, ſed milites. Ac ne à filijs quidem aut privignis ſuis, imperio præditis aliter appellari paſſus eſt.* Quo loco vides morem jam receptum fuiſſe. Sic viciſſim Milites amantiſſimos duces Commilitonū Nomine honorabant. Curtius, lib. III. de Alexandro

xandro morti propinquo: *Illum florem juventa, illam vim animi, eumdem Regem & Commilitonem divelli à ſe & abripi.* Sic commendantur Principes tam ſuo quam militum Officio fungentes. Pompejus in Appiani Civilium. II. *At ego nec defeci nec deficiam umquam vobiscum proque vobis ſubire pericula, opem omnem offerens, vel ad militis, vel ad Ducis, munia.* Caſſius & Brutus apud eumdem lib. IV. Commilitones ſe dicunt copiarum ſuarum. Egregiè Plinius Panegyrico, de Trajano: *Admirationem apud milites quemadmodum comparaſti? Cum tecum inediam, tecum ferrent ſitim: cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis Imperatorium pulverem ſudoremque miſceres, nihil à cateris niſi robore ac praſtantia differens, cum Libero Marte, nunc tela librares cominus, nunc vibrata ſuſciperes, alacer virtute militũ, & latus, quoties aut caſſidi tua, aut clypeo gravior ictus incideret. Quid, cum ſolatium feſſis, agris opẽ ferres? Non tibi moris tua inire tentoria, niſi commilitonum ante luſtraſſes, nec requiem corpori, niſi poſt omnes, dare.*

352. GRATUSQUE FERETUR SUB TE TESTE LABOR.] Minutius Felix, Octavio: *Quis non miles ſub oculis Imperatoris audacius periculum provocet?* Plinius Panegyr. de præſentia Trajani ad Copias: *Sed ubi in proximo tu, non ſecus ac ſi mutata temporum vices eſſent, illi quidem latibulis ſuis clauſi tenebãtur; noſtra agmina percurſare ripas, & aliena occaſione, ſi permitteres, uti, ultroque hiemem ſuam barbaris inferre gaudebant.* Infinita loca ſunt, vbi conſpectus pręſens Imperator animos militares erexit. Appianus Mithradatica. *Maximè laboravere qui ſub Galba Hortenſioque pugnabant, quos ipſe Archelaus oppoſitus urgębat, in cujus conſpectu barbari virtutem aſſerere ſtudebant.*

353 SUB TE TESTE.] Tris de Judiciis perſonæ, ad oculorum ſenſum adſumuntur. Sic Judex, inſpectorem notat. Arbiter Conſpectorem, Teſtis eum qui rem videt. Nemo enim certior. PLuris oculatus teſtis unus quam auriti decem, PLauto. Allbi & his Libris.

354. FAVEANT MODO NUMINA.] Formula priſcæ relligionis. Vix enim quicquam fiebat aut dicebatur, niſi conteſtato favore Deorum. Theocritus Pharmaceutria.

ὡς ἴυγον τὸν καρὲν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω.

Apollonius, Argonaut. III.

εἰς δ᾽ μὲν Αἰήταο

πειρήσων, τάχα δ᾽ αὖ σὺν δαίμονι πειρήσειν.

Sophocles. Σὺν τῷ θεῷ πᾶς γελᾷ καὶ ὀδύρεται.

355. FRATRIQUE TIBIQUE.] Iniqua combinatio. Sane Arcadio non multo ſtrenuior fuit.

356. COMMISSAQUE REGNA.] Eodem die, quo ſermones hi conferuntur.

355. VOCE SUBIS.] Sic rectè Scaliger. ſecutus Belgicos libros; & clariſſimè noſter, ut & Camers.

358. DUC TECUM COMITEM.] Sunt qui adſumtum dicant contra Eugenium. Ut Marcellinus Comes: *Theodoſius Auguſtus aſſumto Honorio Cæſare, eodemq; filio, contra Arbogaſtem, qui Eugenium Imperatorem facere auſus eſt, iterum properavit. Bello commiſſo Eugenius victus, captus atq; interfectus eſt, Arbogaſtes ſua ſe manu perculit.* Sed mendoſum locum dixero, legamque: *Theodoſius Honorio Cæſare filio in Auguſti nomen aſſumto c. Arb.* Præcedente enim iſtam Commate Marcellinus inaugurationem Honorij, locumq. ejus, ſignate poſuit.

359. NOSTRA SPICULA.] Exempló Aſcanij Maroniani, Remulum occidentis.

360. PRÆDONIS.] Arbogaſtis. Sic de Andragathio & Gildone Rebellionibus, alibi.

361. CLIENTI.] Eugenium dicit, Palatinum militem nuper & Grammaticum. Partes

hæ

hæc omnia Tertio Honorij Conſulatu, ubi quantum erat opus illuſtrata ſunt.

362. USQUE ADEONE PUER.] Generoſa indignatio. Maro. *Vſqueadeóne mori miſerum.* Quod Neroni in ultimis conſtituto non nemo inſuſurraſſe tradit Suetonius.

363. POLLUTA POTESTAS.] Res ſacroſancta à Barbaris vilibuſq; hominibus.

364. COGNATI CRUORIS.] Valentiniani Junioris. Cujus ſoror nupta erat Theodoſio.

365. ROMAM SERVIRE.] Enixè laborat majeſtatem priſtinam veteri Romæ ſervare. Finis Belli Gerici.

Diſcite veſanæ Romam non temnere gentes.

366. PER STRAGES EQUITARE LIBET.] De eodem Honorio. III. Conſul.

quanto flagrabant pectora voto
Optatas audire tubas campiq; cruenta
Tempeſtate frui, truncisque immergere plantas

366. DA PROTENUS ARMA.] Heroica indoles. Alibi.

ultroque manus mucrone cruento Ducitur.

366. ANNOS OBICIS.] Extrita littera, more Poëtico, vltimo ævo etiam Gulielmo Britoni in Philippide frequentato. De Aetate Honorij ſuprà dictum.

[illegible]. ÆQUALIS MIHI PYRRHUS ERAT.] Aetas Pyrrhi facilè colligitur. Nondum erat natus cum ad Trojam ex Scyro inſula iret Achilles: ſtatim ab eo interfecto eodem appulit. Achilles intra decennium Ilij obſeſſi interemtus eſt. Sic vix totos, imo non fuit decem annos natus Pyrrhus cum duceretur contra Trojam. Bellè ergo ætas congruit, cum X. anno ætatis Honorij hæc loquatur Theodoſius, vt teſtatur noſter. infra V. CCCLXXIII. Conſonat Zonaras, qui eo exceſſiſſe Theodoſium notat.

368. PERGAMA SOLUS VERTERET.] Arx Trojæ, Vrbis vicem ſumta. Vide Servium in Aeneiden primam. Solum dixit ſeſe illi æquaturus, & quod ſine ipſo capi nequibat. Vide ornatiſſimum, & ſolo Homero minorem, Paralipomenon ſcriptorem.

369. NON DEGENERARET ACHILLI.] Ipſe id de ſe jactat Aeneide. II. Apud Q. Smyrnæum ita Pyrrhum alloquitur Agamemnon. lib. VII.

Ἀτρεκέως παῖς ἐσσι θρασύφρονος Αἰακίδαο,
ὦ τέκος, οὕνεκα οἱ κρατερὸν μένος, ἠδὲ καὶ εἶδος,
Καὶ μέγεθος, καὶ θάρσος, καὶ φρένας ἔνδον ἔοικας.

Admodum adoleſcentulum ad Ilium veniſſe notat & Dion Chryſoſtomus in Troica:

Μετεπέμψατο δὲ καὶ οἱ Ἀχαιοὶ παρ' αὐτῶν εἴ τινα δύναιντο ὠφέλειαν, τῶν μὲν γὰρ ἔσωθεν οὐδὲν ᾔδει, ἔτι προσεῖναι αὐτοῖς. Ἀλλὰ Νεοπτόλεμόν τε τὸν Ἀχιλλέως κομιδῆ, νέον ὄντα, καὶ Φιλοκτήτην, ὑπερφθέντα πρότερον διὰ τὴν νόσον, καὶ τοιαύτας βοηθείας ἔκοθεν ἀσθενεῖς, καὶ ἀπείρους.

Cujus quidem ſcripti ingens confidẽtia eſt.

369. CASTRIS HÆRERE.] Adoleſcentis ardorem in ſermone exprimit rerum incõſultum. Quomodo caſtris hæreat, jam Auguſtus? Quomodo miles veniat?

370. DELIBAT DULCIA NATI.] Ex Aeneide. XII, vbi Aeneas.

Aſcanium fuſis circum complectitur ulnis.
Summaque per galeam delibans oſcula, fatur;
Diſce, puer virtutem ex me verumq; Laborem, ex aliis Fortunam.

Sanguine junctos oſculari lex erat quædam Romanis. B. Ambroſius ad Paternum Epiſt. *Quid tam ſollemne, quam oſculum inter avunculum & Neptem quod iſte quaſi filia debet hic quaſi parenti.* Tertullianus Apologetico: *Idolorum cultus præter morem majorum ab his receptos, leges de mulierum ſobrietate & caſtitate*

obſoletas, ut ne aurum præter quam uno digito geſtarent, ne vinum biberent, ut propinquis oſcula offerrent.

371. LAUDANDA PETISTI.] Summopere bona. Laudandus enim, omnium virtutum titulum habet. Honorius Imp. ad Symmachum: *Geſtis omnibus recenſitis, ſublimitatis tua Laudanda, relatione perclaruit quietem veterem paucorum inſolentiam attentare voluiſſe.* Sidonius de Tacito.

> *Qua pompa Tacitus, numquam ſine laude loquendus.*

Notum quid de illaudato Buſiride, Maronis Grammatici ſtatuerint.

372. NONDUM DECIMAS.] Dividiæ ſunt in Chronologis qua ætate fuerit Theodoſio excedente Honorius, iſta autem paullò ante eum exceſſum dicta finguntur. Decem annos ut multum noſter ſtatuit, aſſenſu Zonaræ, Caſſiodori, Idati, Marcellini Comitis. Qui aſſignatis nati Honorij & Obeũtis, Theodoſij Conſulibus, errare non potuerunt. Errant ergo cæteri.

373. VESTIGIA.] Certa indicia. Chalcidius Commentario in Timæum. *Deo cum placuiſſet dicit ignem primò, terramque & aera, atque aquam, continuaſſe; non talia ut nunc ſunt, ſed eorum exigua veſtigia. Quippè veſtigium ignis nondum ignis eſt: nec verò caterorum corporum veſtigia ipſa corpora ſunt. Veſtigium* quippè potentiam rei, non rem ſignificat. Quæ poſtrema noſtrum ſcitè enarrant.

374. PELLÆUS.] Alexander à Pella, Macedoniæ oppido. Lucanus, lib. III.

> *Hic ubi Pellæus poſt Thetyos æquora ductor*
> *Conſtitit, & magna vinci ſe faſſus ab orbe eſt.*

Juvenalis, Sat. X. *Vnus Pellæo juveni non ſufficit Orbis.* Scholiaſtes: Alexandro Magno, qui in Pella natus, Macedoniæ civitate. Fuiſſe ignobile oppidum patet ex Oratione Hegeſippi de Haloneſo.

ἔξαν δὲ λέγει περὶ τούτων, ὡς ἐθέλει διαδικάζεσθαι, ὐδὲν ἄλλο ἢ χλευάζει ὑμᾶς. πρῶτον μὲν ἀξιῶν ἀθηναίους, ὄντας πρὸς τὸν ἐκ πέλλης ὡρμημένον περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι, πότερον ὑμέτεραι ἢ ἐκείνου εἰσίν.

Oratio ea vulgò inter Demoſthenis habetur, ſed ex Libanij Argumento & Ulpiani Scholijs in eam de fœdere Alexandri conſtare poteſt, Hegeſippi eſſe. Et de Pella idem Ulpianus in eam de Corona:

ἀρκοῦμαι τὸν ἐκ πέλλης ἡγούμενον. De Contemtu Pellæ Orator περὶ Στεφάνου: οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν ὡς τῷ μὲν ἐν πέλλῃ τραφέντι, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι, καὶ μικρῷ, τοσαύτην μεγαλοψυχίαν προσῆκεν ἐγγίνεσθαι, ὥστε τῆς τῶν ἑλλήνων ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι, καὶ τοῦτ' εἰς νοῦν ἐμβαλλέσθαι.

376. LÆTOS INTER FLEVISSE SODALES.] Domitorem Pari Pellæum dicit, ut tantum, tam remotum Regem ſumma fortitudine domitum indicaret. Alexandri dictum notum. Sidonius Panegyrico Majoriani.

> *totus dormitat ad iſtum*
> *Magnus Alexander, patris quem gloria torſit.*

PLutarchus, Apophtegmatis. Ἀλέξανδρος ἔτι παῖς ὢν πολλὰ τοῦ Φιλίππου κατορθοῦντος, οὐκ ἔχαιρεν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς συντρεφομένους ἔλεγε παῖδας. ἐμοὶ δὲ ὁ πατὴρ οὐδὲν ἀπολείψει. τῶν δὲ παίδων λεγόντων. ὅτι ταῦτά σοι κτᾶται. τί δὲ ὄφελος, εἶπεν, ἐὰν ἐγὼ ἔχω μὲν πολλὰ πράξω δὲ οὐδέν.

Comparatio cum Patre ejus Lucianum, & Juſtinum lib. IX. *In Patrem Refractarium animum notat* Julianus Conſtantian. I.

375. FAS SIT PROMITTERE PATRI.] Avertit omen Jactantiæ gentili averſione Vltricis numinis. Auſonius, Idyll. VIII. à Conſulatu ſuo.

Ecce ubi ſe cumulat mea purpura, mitibus audi
Auribus hoc Nemeſis, poſt me dignatur oriri Auguſtus Conſul.

Lucretius, lib. II. de Rerum Natura.

Ne quid ob admiſſum fadè, dictumve ſuperbè,
Pœnarum grave ſit ſolvendi tempus adactum.

Theocritus, Ergatinis.

τυφλὸς δ᾽ οὐκ αὐτὸς ὁ πλοῦτος
Ἀλλὰ καὶ ὁ φρόντιστος ἔρως. μηδὲν μέγα μυθεῦ.

Reſpondet alter, metuens. Οὐ μέγα μυθεῦμαι Sic cum proteſtatione ſe Laudat ſummus Græcorum Heros Ajax, apud Sophoclem.

ὦ. σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαὶ Εὔφρονες ἀργείοις
Οὐκέτ᾽ ἄνδρα μη τον δ᾽ ἴδητ᾽ ἔπος
Ἐξερέω. μέγ᾽ οἷον ν λινα τροίας ςρατοῦ
Δέρχθη χθονὸς μολόντ᾽ ἀπὸ Ἑλλανίδος.

Idem Glorioſos Sermones Magnis malis puniri in Antigona ſciſcit.

Πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
πρῶτον ὑπάρχει, χρὴ δὲ τάγ᾽ εἰς θεοὺς
Μηδὲν ἀσεπτεῖν, μεγάλοι δὲ λόγοι
Μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
Ἀποτίσαντες Γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

Hinc formulæ averſionum iracundiæ divinæ. Themiſtius, Oratione Gratiarum.

λόγῳ δὲ παραβαλλόμενος πρὸς τὸν λόγον ἔχω τινα (εἰ μὴ μέγα εἰπεῖν) ἐλπίδα οὐ πολλῷ ὀπίσω ἀπολείψεσθαι.

Virgilius Ceiri de Amore.

vadidas docuit manſueſcere Tigres.
Ille etiam divos, homines: ſed dicere magnum eſt.

Vide Stobæi Sermonem. XX. Et doctorum notas ad Herodis Sophiſtæ Inſcriptionem.

380. NOSTRO NEC DEBES REGNA FAVORI.] Majoribus auſpiciis diviniſque niteris prognatus, divinituſque inſtructus ad Imperium. Alludit Philippi dictum de Alexandro Filio Maronis Apollo ad Aſcanium: Nec te Troja capit.

381. NASCENTEM VENERANTVR APES.] Elegans & apta comparatio Principi Numine Deorum Imperio deſtinato. Sic Xenophon Pæd. V.

ἀλλ᾽ ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ Βασιλεὺς μὲν γὰρ ἔμοιγε δοκεῖς σὺ φύσει πεφυκέναι, οὐδὲ, ἧττον ἢ ὁ ἐν τῷ σμήνει φυόμενος τῶν μελιττῶν ἡγεμών. Ἐκείνῳ τε γὰρ ἀεὶ αἱ μέλιτται πείθονται, ὅπου δ᾽ ἂν μένῃ, καὶ οὐδεμία ἐντεῦθεν ἀπέρχεται, ἢν δὲ που ἐξίῃ, οὐδεμία αὐτοῦ ἀπολείπεται, οὕτω δεινός τις αὐταῖς ἔρως τοῦ ἄρχεσθαι ὑπ᾽ ἐκείνου ἐγγίγνεται. Sic optimè conſtitutis Rebuſpublicis Apum examina comparat Didymus: ἡ πολιτεία, inquit, τούτου τοῦ ζώου προσέοικε ταῖς μάλιστα εὐνομημέναις τῶν πόλεων, τάς τε γὰρ ἐξόδους καθ᾽ ἡγεμόνα, καὶ πρὸς ἐπίταγμα ποιοῦνται, &c.

Pulcrè de Rege ad Principem Seneca, cap. I. de Clementia, cap. XIX. *Natura enim commenta eſt Regem, quod & ex aliis animalibus licet cognoſcere, & ex apibus, quarum Regi Ampliſſimum cubile eſt, medioque ac tutiſſimo loco: Præterea onere vacat, exactor alienorũ operum, &, amiſſo Rege, totum dilabitur examen: nec umquam plus unum patiuntur, melioremque pugna quærunt. Præterea inſignis Regi forma eſt, diſſimiliſque cæteris, tum magnitudine, tum nitore. Hoc tamen maxime diſtinguitur. Iracundiſſima, ac, pro corporis captu, pugnaciſſima ſunt*

apes. Ipſe Rex ſine aculeo eſt. Noluit illum natura nec ſævum eſſe, nec ultionem magno conſtituram, petere, telumque detraxit, & iram ejus inermem eſſe voluit. Themiſtius, fine Orat. V.

φύεται μὲν οὖν καὶ ἐν σμήνεσιν αὐτοφυὴς τὶς καὶ αὐτοδίδακτος βασιλεὺς, ᾧ πειθομένει, καὶ συνεπιπλέκεται ἑκούσιον τὸ σμῆνος, καὶ συγχαιρουσῃ φύεται δὲ καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ σπανίως γε οὗτος, καὶ ἐν μακρῷ χρόνῳ, ὅταν ἄμφω συμπέσῃ, καὶ συναρμοσθῇ τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς, καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀγλαΐα, καὶ οὗτός ἐστιν ἀπεχνῶς ὁ μέγας βασιλεὺς, καὶ οὔτε χωλὸν, οὔτε κόλουβον αὐτοῦ τὸ κάλλος, ἀλλ' ἄρτιον, καὶ ὁλόκληρον. Idem Orat. XIV. *Philoſophum maximè Regem demonſtrat quod ſua omnia* Rationis arbitrio atque imperio committat: quem non timent, ſed pro quo timent ſubditi. Hunc non in conviviis ex vinolētia & ſatietate eligunt homines, convivialem uriq; Regem; non multò poſt, ſecundum crapulam, mœrore conficiendum, veluti in Saturnalibus evenit: Sed ſponte naſcitur, ac educatur, tamquam in apum examine per ſe ortus initio excitatus, & à ſe ipſo edoctus, Rex. Quem ſponte ac lætitia geſtiens examen omne circumſtrepit ac circumvolat: non ideo quod ſtatura corporis antecellat, ac communem hominum naturam exuperet, novem ulnas aut cubitos procerus, ſed Philoſophia ipſa cum primis, quæ ſubditis præſtantiorem oſtendit. Dio Chryſoſtomus, Orat. IV. de Regno. quæ *Diogenes* inſcribitur. *Sed quod ex animo oritur omnium maxime adeſſe debet. Quale illud eſt? rogat Alexander. An tu non audiviſti quod inter apes etiam Rex natura exiſtat, non genere, ſicut vos ab Hercule ortos gloriamini. Quale igitur illud ſignum eſt? rogat Alexander, Nonne ex Agricolis ſolam hanc apiculam ſine ſpiculo eſſe, nec eam armis adverſus quemquam indigere, audiviſti? &c.* Etiam B. Martyr Cyprianus malè magiſtratibus legitimis parentes ad apum conſpectum amandat, ut ab his fidem diſcant. Epiſt. LXIX. c. V.

383. JURA PETUNT.] Imperium. Alibi *Iura ferox in ſe communia Cæſar Tranſtulit*.

384. VINDICAT.] Ab improbis invaſoribus. Abſolute poſiti exempla ſuprà indicata.

385. PRÆLIA DIFFER IN JUVENEM.] Abſurdiſſimè libri quidam *in Venerem*. In noſtro gloſſula eſt: *ô fili differ præliandi amorem donec juvenile robur acceſſerit.*

378. LOCUM.] Idem Gloſſator: *Ego bello tuebor Rempublicam, vos regnare diſcite.* De Bellicoſitate Theod ſi pleni omnes libri. Victorias, dum regnavit, Compendio notat Marcellinus.

388. IMPACATUS ARAXES.] Ob numquam plene domitos Parthos. Pariter alibi.

389. NILUS UBIQUE VESTER.] Omnes regiones quas præfluit. Pariter alibi de Rheno

390. IMBUIT.] Calefacit, adolet. Auctor Pervigilii de Venere.

> *Imbuit juſſitque mundum neſſe naſcendi vias.*

391. PATEANT ALPES] Infeſſæ Eugenianiis tum. Ait Occidentis Imperium ſe Honorio traditurum, ubi primum hoſte eas partes devicto liberaverit. Vide Oroſium. lib. VII. cap. XXXV. & quæ ſupra præcedentiq; iſtum Panegyrico ſunt notata.

392. PARTESQUE RECEPTAS.] Imperium, ut dixi, veteris Romæ. Quod & ante exceſſum Honorio adſignavit Theodoſius. Zoſimus, fine, lib. IV.

ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη, καὶ Ἴβηρας, καὶ Κελτοὺς, καὶ πρὸς ἔτι γε Λιβύην ἅπασαν, ὁν ἐώ τῷ παιδὶ παραδοὺς, αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανιὼν, ἐτελεύτησε νόσῳ.

393. ANIMOSA GALLIA.] Galliam pro Occidentis Imperio ponit, quod in ea exercitus curandis provinciis à gentibus Transrhenanis collocati. Sic Gallos alibi pro omni milite

milite Occidentis uſurpavit *Gallos cauſſa non robore vinci.* Alibi *Solibus effatos merſurus pulvere Gallos.* Animoſæ laudem omnium Hiſtoriarum ei Provinciæ dedit, laudatæ pariter à Romanis etiam hoſtibus, nec valdè ad talia pronis. Livius lib. VII *Galli gens ferox, & ingenii avidi ad pugnam.* Idem lib. XXI. *Gallorum avida ingenia atq; indomita eſſe.* Idē XXXIIX. *Et is auctor jam olim iniquior Gallis* notatus. Plura Polybius, Dio, Lucanus, Cæſar, Plinius, Tacitus, Strabo, Mela, Plutarchus, Appianus, Suetonius, Ammianus, Lampridius, Florus, Hieronymus, & docti Collectores.

354. SECURUS FATI, LÆTUSQUE LABORUM] Doctiſſime his duobus felicitatem eſt complexus. *Securus fati* Sapientis Conſtantiæ. Horatius *Si fractus illabatur orbis Impavidum ferient ruinæ. Lætus Laborum Effeciſſe quæ voluerit*, bona conſcientia conniſum. Pulcrè Brutus ad Ciceronem: *Quid enim eſt melius, quam memoria recte factorum, & Libertate contentum, negligere humana?* Alibi in Laudem Stiliconis paria.

395. VOBIS VTRVMQUE REGENTIBUS AXEM.] In Concordia fratrum ponit felicitatem Imperij. Pæane Gildonico

Conſpirant gemini frantis communibus orbes.
Iunximus Europam Libyæ: Concordia fratrum
Plena redit, patriis quod ſolum defuit arma.

Sane vero Honorio vivo utcunq; Majeſtas Romana ſe tuita eſt. Ab eo in pejus omnia numquam erigenda dehinc, collapſa ſunt, ut cum præcone iſto ejus Romana ferè Poeſis.

397. INTEREA MUSIS.] Imitator Sidonius Paneg. Anthemiano: Nec minus hæc inter veteres audire Sophiſtas, &c. Quæ per omnes ſectas ducta, ſunt prolixiora quam ut iſthuc deferantur. Heſiodi princeps ſcitum eſt à Muſarum Principe Calliope inſtituendos Reges, Eloquentiæque & Prudentiæ Nectare imbuendos, ſi qui rite Officio ſuo fungi velint: quod eo pertinet ut omnia veterum geſtorum monumenta perlecta habeat, ei enim Muſæ horum patrocinium reſcribitur ab Antiquitate: Idq; ſcitum pulcrè, ut ſolet, enarrat Themiſtius, Oratione. XI. quem legendum ſuadeo. Alii adhortantes Principem ad Muſicum litterarum Amorem, ut ſine Sole, in hoc pulcerrimo Univerſi corpore omnia tamen obſcura ingrataque ſunt; ita ſine Eruditionis Luce animum quibuſcunque etiam virtutibus deditum, caligare omninò affirmant, neque ullis ſeſe negotijs poſſe expedire, Baſilius Imperator ad Filium: *Quapropter,* inquit, *ô mihi dilecte fili, Leo, Ego, qui & pater & Regni ſum ſocius, admoneo, ut Litterarum tibi cognitionem Imperii Ducem adſciſcas, quæ & Regina eſt; & Regnis ornamento, Regeſq; immortalitate, donat. Quemadmodum enim cum Sol ſuprà terram non lucet, obſcura omnia atque indiſcreta ſunt, Ita in animo, nulla eruditione, nulliſque litteris exculto, confuſa atque inordinata jacent univerſa. Capeſſe igitur ingenii cultum ex litteris cum virtute junctum. Qui prudens doctuſque princeps ſine Operis* Scripta ſacra & profana etiam nominat, licet pauca, filio ediſcenda velut, generatim præcipiens ut, ſiquidem benè voluerit officio ſuo fungi, omnium veterum ſententias excutiat, morumque regulam ad eas componere laboret. Sanè & Ariſtides, cum primis temporum ſuorum Sapiens, litterarum eam aſſerit eſſe utilitatem, ut vitæ humanæ totius fructus in illis ſit, ſummaq; adeo ipſa vivendi; Orat. in Æſculapium, unde quam ſint Princip. rerum Humanarum commendabiles; liquere poteſt. Quo vel præcipuè pertinet quod pulcrè demonſtrat. lib. 1. Operis ſui Nicephorus Gregoras, cognitionem rerum geſtarum opus tantum non divinum eſſe, ſcriptiones earum divinitus inſpirari, iiſque cœlum & terram, divina & humana omnia illuſtrari: Sine ut earum cognitione homo, ne dum Princeps aliquis, non poſſit vel ſeipſum, vel aliud quicquam, ſe dignum, cognoſcere. Pari ratione in Juliano ſuo nihil

prius

prius laudat, nihilque ad ſummas virtutes illi viam promtius aperuiſſe deſcribit Libanius, quam litterarum & Philoſophiæ ſtudia, ſub egregiis magiſtris culta, tam in ille Proſphonetico, quam Legatione, & Baſilico, ſcriptis erudiendo Principi factis. Eodem præconio Regalis Sapientiæ Balduinum Tertium, Regem Palæſtinæ, Gulielmus Tyrius, ſcriptor ſequiorum temporum nulli non præponendus *ſtudio & lectione rerum ab Antiquitate geſtarum* eò gratiæ veniſſe apud ſuos ſcribit, ut nemo majorum & ſucceſſorum ei fuerit ſimilis, initio Libri XVI. ſcilicet in litteris & rebus litteratis docens ſummam conſiſtere prudentiæ principibus neceſſariæ, tam ad gubertionem Regnorum, quam populi favorem. Hominem nobiliſſimum, Seleucum, Amphilochius in Jambis monet, ſiquidem ad veram ipſoque dignam prudentiam venire voluerit, priſcorum ſcriptorum omne genus evolvat, flores inde legat, more apiculæ, quibus vitæ uſibus adhibitis, utique admirandum ſeculo futurum, decorique generoſæ ſtirpi.

Τῦτον μὲν ὄντως ὄντα τὸν σὸν γνήσιον
Πλῦτον, φυλάττων, σμῆχε τοῖς μαθήμασι,
Βίβλοις ποιητῶν, ἱστορικῶν συγγράμμασι,
Καὶ ταῖς τρεχύσαις ῥητόρων εὐγλωττίαις,
Λεπταῖς μερίμναις φιλοσόφων ἀσχύμενος.
Τύτοις δ' ἅπασιν ἐμφρόνως ἐντύγχανε,
Σοφῶς ἁπάντων συλλέγων τὸ χρήσιμον.
Φεύγων δ' ἑκάστου τὴν βλάβην κεκρμένως.
Σοφῆς μελίττης ἔργον ἐκμιμύμενος.
ὥσθ' ὅσα μὲν αὐτοῖς ἐς ἀρετὴν ἐγκώμιον
ὕμνυσιν αὐτὴν ἐγγράφῃ, καὶ τὔμπαλιν
Κακίαν ψέγυσι, τοῦτο σὺ σπυδῇ μαθεῖν
Καὶ νῦν φύλαξε, καὶ χαίρειν τῆς λέξεως.

Quam quidem rationem omne genus litterarum perdiſcendi, optimaque quæque uſui traducendi, etiam ſuis Heroibus præſcribebat Origenes, cujus ex ſchola prodeuntes, verè Sapientes, vereque docti, viri, Omnem mundum illuſtrarunt, uti de eo teſtantur tum alij multi, tum Gregorius Thaumaturgus Oratione Chariſteria. Et hac Ratione qui verè Sapientes perhibentur, veterum litterarum veterumque morum conſulti pronuntiantur, ut Ennium ajunt ſeipſum deſcripſiſſe, in familiari Scipionis Africani amico.

Suavis homo, Facundus: ſuo Contentus: beatus.
Scitus: ſecunda loquens in tempore: commodus, verbum
Paucùm, MVLTA TENENS ANTIQVA Sepulta, Vetuſtas
Quæ facit, & mores veteres que novos que tenentem.

Sic ſumma eruditio in notitia Antiquorum ſcitorum. Iſidorus Pelusiota lib. III. Ep. CLIX. εἰ καὶ πατρίδος τις εἴη τῆς βασιλικωτάτης, καὶ γένυς τῦ περιφανεστάτυ, καὶ πλύτῳ παντοίῳ κομώη εὐγλωττίας ἢ ἐς ἄκρον ἀφίκοιτο, καὶ πάντα τὰ τῶν ἀρχαίων ἐπὶ στόματος φέροι, ἀρετὴν ἢ μὴ ἔχοι τῦτον ἔγωγε ἐν τοῖς ἀνδραποδεστάτοις καλέσαιμι.

Ita porro PRISCÆ DOCTRINÆ viri perhibentur, quorum eſt indubitata auctoritas Appuleius, talis ipſe, libro VIII. *Subibatque me non de nihilo veteris PRISCÆ QVE DOCTRINÆ viros finxiſſe, ac pronunciaſſe cæcam & prorſus exoculatam eſſe Fortunam.* Quo in ſequentibus Claudianus reſpiciens numquam non conſulere Antiquitatis colloquium principem ſuum ſuadet. Ex ejus enim notitia pendet Prudentia, tam bellica nempe quam Civilis. Cicero in Hortenſio: *Vnde faciliùs, quam ex An-*

Annalium monumentis, aut res bellica, aut omnis Reipublicæ diſciplina agnoſcitur. Vnde ad agendum aut diſcendum copia depromi maior graviſſimorum exemplorum, quaſi incorruptorum teſtimoniorum poteſt? Exemplum doctrinæ talis, Principem divinitati conſecrantis, exemplum ponatur Darius Sextus, Xerxis pater, Rex Magnus, qui lectis majorum Annalibus eò venit Prudentiæ ut vivus videnſque pro Deo haberetur. Diodorus Siculus. Lib. I. *Sextus tandem Darius, Xerxis pater, legibus Ægyptiorum animum appuliſſe dicitur. Inibi familiaritatem cum Sacerdotibus iniit, Theologiæ ipſorum, rerumque Voluminibus ſacris inſcriptarum, particeps factus, edoctuſque, qua reges magnitudine animi, ergaque ſubditos humanitate fuiſſent, ad morum eorum imitationem ſeſe compoſuit. Vnde tantum ſibi exiſtimationis peperit, ut vivus etiamnum, appellationem Dei, quod nulli Regum alii contigit, fuerit promeritus.* Exempla quidem verus ſunt præteritorum fructus, quo uti inſtruendæ ſibi ſequens ætas poſſit, ut luculenter Rhodios ſuos docet, Oratione de Concordia, Ariſtides. Talis inſtructio porro verè ſubigit animos, quod noſter ſentit, in culturam, uti per Muſarum Cultum facta gignant egregia, æquiperandaque priorum laudatiſſimis, quibus nulli Terrarum fructus, unde vulgo Felicitas pendet humana, comparandi ſunt. Quare egregie vovet ſuis Principibus Themiſtius, Orat. VII.

ἐγὼ δὲ, inquit, θέλω μὲν καὶ τὴν γῆν ὑμῶν καρποὺς ἀμείνους τῶν ἄλλων ἐκφέρειν, περὶ πλείονος μέντοι ποιοῦμαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν παιδείαν βλαστάνειν, ἣν ξυλλέγουσι μὲν ἐκ τῶν Ἀπόλλωνος λειμώνων αἱ Μοῦσαι, ψυχαῖς δὲ ἐρωτικαῖς καὶ φιλοκάλοις ἐννεοττεύουσί τε καὶ ἐνεργάζονται, αἳ δ' ἂν τοῦ σμήνους αὐτῶν δυμενῶς προσδέξωνται, πληροφοροῦσί τε εὐθὺς, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀπομάσσουσαι περιπολοῦσι τὸν οὐρανόν.

Principum ergo eſt omnium litterarum Honorem ſequi, ſuccumque inde bibitum publicæ Vtilitati adſcribere: Vnde & eruditi homines, cum tali quodam nectare fuerint poti, Principaliter docti nuncupantur, velut hoc genus dicas Regibus tantum convenire. Adelbodus in Vita Henrici Sancti: *Hic initium Sapientiæ, timorem Domini, pleniter eſt ſecutus, qui erat omni litterarum ſtudio Principaliter imbutus.* Sicque prudenter Imperatori bellico etiam, à ſe inſtituto præcipit Epilogo illo excellenti Leo Philoſophus, recentiorum veteriorũq; Hiſtorias in numerato habendas.

καὶ ἐπὶ τούτοις μελετᾶν σε μετὰ πόνου τὰ δέοντα, ἔν τε τοῖς ἀρχαίοις, καὶ τοῖς νέοις, ὥστε ἱστορικὸν εἶναι πάντων τῶν κατὰ πόλεμον, καὶ ἔμπειρον παλαιῶν στρατηγημάτων, ὅσα ἀξιάγαστα γεγόνασιν.

Eloquentia quidem, quo poſſit diſcita prodere, ejuſque quæ ſunt ſtudia, veræ ſunt Regia decora, quibus ſcilicet animos ſubditorum vincere, & ducere volentes valeat Imperator, quo alioquin, Imperio violento adacti, ægrè deveniunt. Vide Onoſandrum, cap. I. Leonem, Baſilium, Emanuelem, Principes. In genere vero juveni Principi inſtillari iſta omnia rite conſulit Theodoſius Claudiani neque inficete Beliſarius, Dux Neritinorum, libro de Educatione Principum; *Adnitendum docens ut Præceptor Religionis obſervans adhibeatur, qui tum Antiquorum tum Recentium exemplis adoleſcentum ad Timorem Dei incitet, delectarique doceat cum Romanorum, Græcorum, aliarumque gentium exempla recitentur, Exemplis enim amplius quam doctrina hominum animos commoveri, &c.* quæ his noſtri componenda, ut totus ille libellus, nulli veterum ſcriptorum Sapientia minor.

398. QUÆ MOX IMITERE, LEGAS.] Non enim Scholæ aut Pulveri Regia indoles deſtinanda eſt, ſed ut teneris annis lecta & percepta conferat uſu in bonum commune, uti monet in Sententiis Græcis Theoctiſtus. Vt autem omnia iſta, quæ filio hic præcipit Theodoſius, ipſe expreſſerit, Ambroſius, Victorinus, Græcique Eccleſiaſtæ docent.

σωφροσύνην μὲν ἐς τοσοῦτον ἐσκηκώς, ὥστε καὶ τῇ προσηγορίᾳ τῆς ἀκολασίας αἰσχύνεσθαι. τῷ δὲ μὴ τὴν γαστέρα λιμῷ συνεθίζειν, οὐ πόῤῥω ἥκεις ἀνδρείας, μεγίστοις μὲν ἀεὶ κατορθώμασιν ἐγγεγραμμένος.

Idem Panegyrico Juliani: *Quamobrem ſæpè ita ita è prælio rediiſtinet opus eſſet arma abluere, cruore Barbarico infecta. Tum excepit te menſa à vulgari non differens.* Pacatus Theodoſium exemplo ſuo militiam luxuriantem correxiſſe ſcribit.

343. SOLABERE PARTES ÆQUALI SUDORE TUAS.] Numquam promtior ad Martis munia milês, quam exemplo Imperatoris conſpecto. Appianus de Pompejo, Civil. II. *Interea indeſinenter naves fabricabat, copias augebat, pecunias colligebat, captu mari ſupero XL. Cæſaris navibus obſervabat ejus trajectum, milites interim exercens decurſionibus, præſens ipſe, & præter ætatem primus laborem quemvis aggrediens. Vnde ille favor ingens, omnibus ad exercitamenta ejus, tamquam ſpectacula, confluentibus.* Leo cap. II. Ibi Imperatoris Officium deſcribit.

ὑπομένοντα τοὺς πόνους, ἵνα μὴ πρῶτος τῶν στρατευομένων τὰς ἀναπαύσεις ἐπιζητῇ, ἀλλὰ γίνεται αὐτοῖς μᾶλλον εἰκὼν πρὸς τὰ γενναίως ὑποφέρειν τοὺς πόνους.

Pulcrè Gunterus. lib. IV.

Rex invictus nil ſe memorabile credens.
Dum ſupereſt aliquid, nil ſe feciſſe decorum,
Voce manuque ſuos ardens hortatur, & addit
Sæpè minas, reficitq; animos, & ſuggerit iras,
Ipſe manu propria, ſociis prohibentibus, omnes
Explorat caſus, & quæque pericula primus
Excipit, oblitus pariter regniq; ſuiq;.

Principis exemplo miles virtute coacta
Audet, & audaci pudor eſt ſub Rege timere.

Aliæ ſententiæ obviæ. Eadem autem ratio boni Epiſcopi. Oecumenius in Caput V. Prioris Petri.

μὴ ἀναγκαστῶς δὲ οὗτος ποιμανεῖ, ὡς τύπον ἑαυτὸν ἀγαθοεργίας τῶν ὑφ' ἑαυτὸν προθείς, τοὺς μαθητευομένους ἔχει πρὸς ζῆλον τοῦ διδασκάλου, κατεπειγομένους ἀλλήλων.

346. NE PUDEAT SUMTA QUERCUM STRAVISSE.] De Cæſare Lucanus.

Implicitas magno Cæſar torpere cohortes
Vt vidit, raptam primus vibrare bipennem
Auſus, & aeream ferro præcidere quercum

347. TUUS ANTE PROFUNDUM PRÆTENTET SONIPÊS.] Vide Herodianum de Maximino, libro VII. *Cum ad ingentem quandam vaſtamque paludem ventum eſſet, intra quam Germani fuga ſe receperant, verentibus Romanis eodem hoſtem inſequi, primus Maximinus equo paludem ingreſſus, quum quidem & ſupra alvum equus voragine hauriretur, magna tamen vi repugnantes Barbaros contrucidavit. Quare exercitus reliquus pudore inſtinctus, ne perdere pugnantem pro ſe Principem videretur, auſus eſt & ipſe paludem ingredi.*

Alcides pharetras, Dircæaq; tela ſolebat
Prætentare feris.

Ductum ab ignaris locorum in tenebris, vt Aeneas Gazæus Theophraſto. Septimius Serenus Moreto, exempla dant. Alanus lib. V. *motus*

Diſtrahit in varios, nec prætentare locorum Abdita ſola valet.

Idem, non invenuſtè, Eodem Libro.

Se fert Regina velatu,

Fertur

Fertur equus, Dea certat equo; greſſuque volantem
Prævenit, & Comiti prætentat prævia greſſum.

347. HORRENTES GLACIE.] *Curſum* omnes libri malunt. At *curſu* verior utiq; lectio, ne ſeparet milite pedire Imperatorem, eaq; viſa jam Delrio. Glacie ſtantia flumina, res mira Romanis, vt alibi obſervatum.

347. NATATU.] Natandi peritia quam requiſita principibus doceat vel Suetonius, qui inter rudimēta refert. Auguſti cap. LXIV. *Nepotes & litteras & natare aliaq; rudimenta per ſe plerumq; docuit, ac nihil æquè laboravit, quam ut imitarentur Chirographum ſuum. Quamquam ibi non ineptè maluerimus olim notare.* Quid enim in medijs Grammaticæ rebus natatio, & quomodo decuerit jam ſeniorem Auguſtum? In Scipionis laudibus Silius Italicus, lib. VIII.

Ipſe inter medios ventura ingentia laudis
Signa dabat: vibrare ſudem, tranſmittere ſaltu
Murales foſſas, undoſum frangere nando
Indutus thoraca, vadum. ſpectacula tàta
Ante acies virtutis erant.

Athenienſes nare docebant pueros cum primis Literis. Vaticanus Auctor Adagiorum Centur. II Cap. LXXXI.

μήτε νεῖν, μήτε γράμματα. Ἐπὶ τῶν παντάπασιν ἀμαθῶν. παρὰ γὰρ Ἀθηναίοις, αὐθὶς ἐκ παίδων γράμματα καὶ κολυμβᾶν ἐδιδάσκοντο.

Strabo lib. XV. Perſas exercitatos ſcribit torrendes nando vincere.

ἅμα καὶ μεγαλοφωνίαν καὶ πνεῦμα, καὶ πλευρὰν ἰσχῦντες, καὶ πρὸς κῦμα δὲ καὶ πρὸς ψῦχος, καὶ ὄμβρους καὶ χειμάῤῥους διαβάσεις, ὡς ἄβροχα φυλάττειν καὶ ὅπλα καὶ ἐσθῆτα.

Romanos pariter Athenienſibus inſtitutos, alibi docemus pluribus. Vide & notata præſtanti Jureconſulto Duareno lib. I. Anniverſ. cap III.

350. NUNC EQUES.] Laus Imperatoris, Confortatio militis, præire ipſum, & pericula aggredi principem. Silius Italicus, libro XV. *alacer præcedere ductor quoſq; pedes.* Ennodius, Panegyr. Theodorici. *Vrgebantur telis, quos vorago aut irruptio non tenebat, cum inter naufragia terrena & cruoris undas, invictus ductor apparuit, tali muniens adſtantes alloquio. Qui in hoſtili acie viam deſiderat, me ſequatur, non reſpiciat alterum, qui dimicandi poſcit exemplum &c.* Exemplorum ſuppetit copia.

351. PEDES ASSISTAS PEDITI.] Ne qua in re prærogativam habeas, aut potiorem commilitonibus locum in campo. Libanius Proſphonetico, de Juliano:

πάντα μὲν εἰδὼς τοῖς λογισμοῖς ὀρθῶς, πάντα δὲ τοῖς ὅπλοις ἐπιτελέσας γενναίως. οὐ πέμπων στρατιώτας ἐκ χαρακώματος, οὐδ' ἐν σκηνῇ καθήμενος, περὶ τῶν ἐν τῇ μάχῃ πυνθανόμενος, ἀλλὰ καὶ ποδὶ χρώμενος, καὶ χεῖρα κινῶν, καὶ δόρυ σείων, καὶ ξίφος ἕλκων, αἱματίτων ἐν αὐτῷ παρακαλῶν τοὺς στρατιώτας.

Ferius Helpericus de Carolo Magno.

Ingreditur prior ipſe, ſequi ſe què cupit ōmnes.

352. PROMTIUS IBUNT TE SOCIO.] Commilitone, quo titulo jactare ſe ſolent Imperatores demerendo militi. Trajanus, apud Ulpianum, cap. I. de Teſtam. Mil. *Cum in notitiam meam perlatum ſit, ſubinde teſtamenta à commilitonibus proferri, quæ poſſint in controverſiam deduci.* Suetonius Auguſt. cap. XXV. quo facto magnifico refert: *Neque poſt bella civilia, aut in concione, aut per Edictum, ulles militum commilitones appellabat; ſed milites. Ac ne à filijs quidem aut privignis ſuis, imperio præditis aliter appellari paſſus eſt.* Quo loco vides morem jam receptum fuiſſe. Sic viciſſim Milites amantiſſimos duces Commilitonū Nomine honorabant. Curtius, lib. III. de Ale-

Pppp xandro

xandro morti propinquo: *Illum florem juventa, illam vim animi, eumdem Regem & Commilitonem divelli à ſe & abripi.* Sic commendantur Principes tam ſuo quam militum Officio fungentes. Pompejus in Appiani Civilium.II. *At ego nec defeci nec deficiam umquam vobis, eumproque vobis ſubire pericula, opem omnem offerens, vel ad militis, vel ad Ducis, munia.* Caſſius & Brutus apud eumdem lib.IV. Commilitones ſe dicunt copiarum ſuarum. Egregiè Plinius Panegyrico, de Trajano: *Admirationem apud milites quemadmodum comparaſti? Cum tecum inediam, tecum ferrent ſitim: cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis Imperatorium pulverem ſudoremque miſceres, nihil à ceteris niſi robore ac præſtantia differens, cum Libero Marte, nunc tela librares cominus, nunc vibrata ſuſciperes, alacer virtute militũ, & lætus, quoties aut caſſidi tuæ, aut clypeo gravior ictus incideret. Quid, cum ſolatium feſſis, agris opẽ ferres? Non tibi moris tua inire tentoria, niſi commilitonum ante luſtraſſes, nec requiem corpori, niſi poſt omnes, dare.*

352. GRATUSQUE FERETUR SUB TE TESTE LABOR.] Minutius Felix, Octavio: *Quis non miles ſub oculis Imperatoris audacius periculum provocet?* Plinius Panegyr. de præſentia Trajani ad Copias: *Sed ubi in proximo tu, non ſecus ac ſi mutata temporum vices eſſent, illi quidem latibulis ſuis clauſi tenebãtur; noſtra agmina percurſare ripas, & aliena occaſione, ſi permitteres, uti, ultroque hiemem ſuam barbaris inferre gaudebant.* Infinita loca ſunt, ubi conſpectus præſens Imperator animos militares erexit. Appianus Mithradatica. *Maximè laboravere qui ſub Galba Hortenſioque pugnabant, quos ipſe Archelaus oppoſitus urgebat, in cujus conſpectu barbari virtutem aſſerere ſtudebant.*

353 SUB TE TESTE.] Tris de Judiciis perſonæ, ad oculorum ſenſum adſumuntur. Sic Judex, inſpectorem notat. Arbiter Conſpectorem. Teſtis eum qui rem videt. Nemo enim certior. PLuris oculatus teſtis unus quam auriti decem, PLauto. Alibi & his Libris.

354. FAVEANT MODO NUMINA.] Formula priſcæ relligionis. Vix enim quicquam fiebat aut dicebatur, niſi conteſtato favore Deorum. Theocritus Pharmaceutria.

ὡς τῆνον τὸν καρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι
τάκω.

Apollonius, Argonaut. III.

εἰς δ' ἄμμιν Αἰήταο
πειρήσεων, τάχα δ' αὖ σὺν δαίμονι
πειρήσω.

Sophocles. Σὺν τῷ θεῷ πᾶς γελᾷ κ᾽ ὀδύρεται.

355. FRATRIQUE TIBIQUE.] Iniqua combinatio. Sane Arcadio non multo ſtrenuior fuit.

356. COMMISSAQUE REGNA.] Eodem die, quo ſermones hi conferuntur.

355. VOCE SUBIS.] Sic rectè Scaliger, ſecutus Belgicos libros; & clariſſimè noſter, ut & Camers.

358. DUC TECUM COMITEM.] Sunt qui adſumtum dicant contra Eugenium. Ut Marcellinus Comes: *Theodoſius Auguſtus aſſumto Honorio Cæſare, eodemq; filio, contra Arbogaſtem, qui Eugenium Imperatorem facere auſus eſt, iterum properavit Bello commiſſo Eugenius victus, captus atq; interfectus eſt, Arbogaſtes ſua ſe manu perculit.* Sed mendoſum locum dixero, legamque: *Theodoſius Honorio Cæſare filio in Auguſti nomen aſſumto c. Arb.* Præcedente enim iſtam Commate Marcellinus inaugurationem Honorij, locumq; ejus, ſignate poſuit.

359. NOSTRA SPICULA.] Exemplò Aſcanij Maroniani, Remulum occidentis.

360. PRÆDONIS.] Arbogaſtis. Sic de Andragathio & Gildone Rebellionibus, alibi.

361. CLIENTI.] Eugenium dicit, Palatinum militem nuper & Grammaticum. Partes

hæc

hæc omnia Tertio Honorij Conſulatu, ubi quantum erat opus illuſtrata ſunt.

362. USQUE ADEONE PUER.] Generoſa indignatio. Maro. *Vſqueadeóne mori miſerum.* Quod Neroni in ultimis conſtituto non nemo inſuſurraſſe tradit Suetonius.

363. POLLUTA POTESTAS.] Res ſacroſancta à Barbaris vilibuſq; hominibus.

364. COGNATI CRUORIS.] Valentiniani Junioris. Cujus ſoror nupta erat Theodoſio.

365. ROMAM SERVIRE.] Enixè laborat majeſtatem priſtinam veteri Romæ ſervare. Finis Belli Getici.

> *Diſcite veſanæ Romam non temnere gentes.*

366. PER STRAGES EQUITARE LIBET.] De eodem Honorio. III. Conſul.

> *quanto flagrabant pectora voto*
> *Optatas audire tubas, campiq; cruenta*
> *Tempeſtate frui, truncisque immergere plantas*

366. DA PROTENUS ARMA.] Heroica indoles. Alibi.

> *ultroque manus mucrone cruento Ducitur.*

366. ANNOS OBICIS.] Extrita littera, more Poëtico, vltimo ævo etiam Gelielmo Britoni in Philippide frequentato. De Aetate Honorij ſuprà dictum.

36.. ÆQUALIS MIHI PYRRHUS ERAT.] Aetas Pyrrhi facilè colligitur. Nondum erat natus cum ad Trojam ex Scyro inſula iret Achilles: ſtatim ab eo interfecto eodem appulit. Achilles intra decennium Ilij obſeſſi interemtus eſt. Sic vix totos, imo non fuit decem annos natus Pyrrhus cum duceretur contra Trojam. Bellè ergo ætas congruit, cum X. anno ætatis Honorij hæc loquatur Theodoſius, vt teſtatur noſter. infra V. CCCLXXIII. Conſonat Zonaras, qui eo exceſſiſſe Thaodoſium notat.

368. PERGAMA SOLUS VERTERET.] Arx Trojæ, Vrbis vicem ſumta Vide Servium in Aeneiden primam. Solum dixit ſeſe illi æquaturus, & quod ſine ipſo capi nequibat. Vide ornatiſſimum, & ſolo Homero minorem, Paralipomenon ſcriptorem.

369. NON DEGENERARET ACHILLI.] Ipſe id de ſe jactat Aeneide. II. Apud Q. Smyrnæum ita Pyrrhum alloquitur Agamemnon. lib. VII.

> Ἀτρεκέως παῖς ἐσσὶ θρασύφρονος Αἰακίδαο,
> ὦ τέκος οὕνεκα οἱ κρατερὸν μένος, ἠδὲ καὶ εἶδος,
> Καὶ μέγεθος, καὶ θάρσος, καὶ φρένας ἔνδον ἔοικας.

Admodum adoleſcentulum ad Ilium veniſſe notat & Dion Chryſoſtomus in Troica:

Μετεπέμψατο δὲ καὶ οἱ Ἀχαιοὶ παρ' αὐτῶν εἴ τινα δύναιντο ὠφέλειαν, τῶν μὲν γὰρ ἔσωθεν οὐδὲν οὐδεὶς ἔτι προσεῖχεν αὐτοῖς. Ἀλλὰ Νεοπτόλεμόν τε τὸν Ἀχιλλέως κομιδῇ, νέον ὄντα, καὶ Φιλοκτήτην, ὑπεροφθέντα πρότερον διὰ τὴν νόσον, καὶ τοιαύτας βοηθείας ἔκοθεν ἀσθενεῖς, καὶ ἀπείρους.

Cujus quidem ſcripti ingens confidẽtia eſt.

369. CASTRIS HÆRERE.] Adoleſcentis ardorem in ſermone exprimit rerum incõſultum. Quomodo caſtris hæreat, jam Auguſtus? Quomodo miles veniat?

370. DELIBAT DULCIA NATI.] Ex Aeneide. XII. vbi Aeneas.

> *Aſcanium fuſis circum complectitur vlnis.*
> *Summaque per galeam delibans oſcula, fatur;*
> *Diſce, puer virtutem ex me verumq; Laborem, ex aliis Fortunam.*

Sanguine junctos oſculari lex erat quædam Romanis. B. Ambroſius ad Paternum Epiſt. *Quid tam ſollemne, quam oſculum inter avum culum & Neptem quod iſte quaſi filiæ debet hæ quaſi parenti.* Tertullianus Apologetico: *Idolorum cultus præter morem majorum ab his receptos, leges de mulierum ſobrietate & caſtitat*

obſoletas, ut ne aurum præter quam uno digito geſtarent, ne vinum biberent, ut propinquis oſcula offerrent.

371. LAUDANDA PETISTI.] Summoperè bona. Laudandus enim, omnium virtutum titulum habet. Honorius Imp. ad Symmachum: *Geſtis omnibus recenſitis, ſublimitatis tua Laudanda, relatione perclaruit quietem veterem paucorum inſolentiam attentare voluiſſe.* Sidonius de Tacito.

> *Qua pompa Tacitus, numquam ſine laude loquendus.*

Notum quid de illaudato Buſiride, Maronis Grammatici ſtatuerint.

372. NONDUM DECIMAS.] Dividiæ ſunt in Chronologis qua ætate fuerit Theodoſio excedente Honorius, iſta autem paullò ante eum exceſſum dicta finguntur. Decem annos ut multum noſter ſtatuit, aſſenſu Zonaræ, Caſſiodori, Idati, Marcellini Comitis. Qui aſſignatis nati Honorij & Obeūtis, Theodoſij Conſulibus, errare non potuerunt. Errant ergo cæteri.

373. VESTIGIA.] Certa indicia. Chalcidius Commentario in Timæum. *Deo cum placuiſſet dicit ignem primò, terramque & aera, atque aquam, continuaſſe; non talia ut nunc ſunt, ſed eorum exigua veſtigia. Quippè veſtigium ignis nondum ignis eſt: nec verò caterorum corporum veſtigia ipſa corpora ſunt. Veſtigium* quippè potentiam rei, non rem ſignificat. Quæ poſtrema noſtrum ſcitè enarrant.

374. PELLÆUS.] Alexander à Pella, Macedoniæ oppido. Lucanus, lib. III.

> *Hic ubi Pellaus poſt Thetyos aquora ductor*
> *Conſtitit, & magna vinci ſe faſſus ab orbe eſt.*

Juvenalis, Sat. X. *Unus Pellao juveni non ſufficit Orbis.* Scholiaſtes: Alexandro Magno, qui in Pella natus, Macedoniæ civitate. Fuiſſe ignobile oppidum patet ex Oratione Hegeſippi de Haloneſo.

ὅταν δὲ λέγει περὶ τούτων, ὡς ἐθέλει διαδικάζεσθαι, οὐδὲν ἄλλο ἢ χλευάζει ὑμᾶς. πρῶτον μὲν ἀξιῶν ἀθηναίους, ὄντας πρὸς τὸν ἐκ πέλλης ὁρμώμενον περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι, πότερον ὑμέτεραι ἢ ἐκείνου εἰσίν.

Oratio ea vulgò inter Demoſthenis habetur, ſed ex Libanij Argumento & Ulpiani Scholijs in eam de fœdere Alexandri conſtare poteſt, Hegeſippi eſſe. Et de Pella idem Ulpianus in eam de Corona:

ἀρνοῦμαι τὸν ἐκ πέλλης ἡγούμενον. De Contemtu Pellæ Orator περὶ Στεφάνου: οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν ὡς τῷ μὲν ἐν πέλλῃ τραφέντι, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι, καὶ μικρῷ, τοσαύτην μεγαλοψυχίαν προσῆκεν ἐγγενέσθαι, ὥστε τῆς τῶν ἑλλήνων ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι, καὶ τοῦτ' εἰς νοῦν ἐμβαλλέσθαι.

376. LÆTOS INTER FLEVISSE SODALES.] Domitorem Pari Pellæum dicit, ut tantum, tam remotum Regem ſumma fortitudine domitum indicaret. Alexandri dictum notum. Sidonius Panegyrico Majoriani.

> *totus dormitat ad iſtum*
> *Magnus Alexander, patrisquem gloria torſit.*

PLutarchus, Apophtegmatis. Ἀλέξανδρος ἔτι παῖς ὢν πολλὰ τοῦ Φιλίππου κατορθοῦντος, οὐκ ἔχαιρεν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς συντρεφομένους ἔλεγε παῖδας. ἐμοὶ δὲ ὁ πατὴρ οὐδὲν ἀπολείψει. τῶν δὲ παίδων λεγόντων. ὅτι ταῦτά σοι κτᾶται. τί δὲ ὄφελος, εἶπεν, ἐὰν ἐγὼ ἔχω μὲν πολλὰ πράξω δὲ οὐδέν.

Comparatio cum Patre ejus Lucianum, & Juſtinum lib. IX. *In Patrem Refractarium animum notat* Julianus Conſtantian. I.

375. FAS SIT PROMITTERE PATRI.] Avertit omen Jactantiæ gentili averſione Ulricis numinis. Auſonius, Idyll. VIII. à Conſulatu ſuo.

Eis

Ecce ubi ſe cumulat mea purpura, mitibus audi
Auribus hoc Nemeſis, poſt me dignatur oriri Auguſtus Conſul.

Lucretius, lib. II. de Rerum Natura.

Ne quid ob admiſſum fadè, dictumve ſuperbè,
Pœnarum graue ſit ſoluendi tempus adactum.

Theocritus, Ergatinis.

τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ πλοῦτος
Ἀλλὰ καὶ ὁ φρόντιστος ἔρως. μηδὲν μέγα μυθεῦ.

Reſpondet alter, metuens. Οὐ μέγα μυθεῦμαι Sic cum proteſtatione ſe Laudat ſummus Græcorum Heros Ajax, apud Sophoclem.

ὦ. σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαὶ Εὔφρονες ἀργείοις
Οὐκέτ' ἄνδρα μὴ τὸν δ' ἴδητ' ἔπος
Ἐξερέω. μέγ' οἷον οὔ τινα τροίας στρατοῦ
Δέρχθη χθονὸς μολόντ' ἀπὸ Ἑλλανίδος.

Idem Glorioſos Sermones Magnis malis puniri in Antigona ſciſcit.

Πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
πρῶτον ὑπάρχει, χρὴ δὲ τάγ' εἰς θεοὺς
Μηδὲν ἀσεπτεῖν, μεγάλοι δὲ λόγοι
Μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
Ἀποτίσαντες Γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

Hinc formulæ averſionum iracundiæ divinæ. Themiſtius, Oratione Gratiarum.

λόγῳ δὲ παραβαλλόμενος πρὸς τὸν λόγον ἔχω τινα (εἰ μὴ μέγα εἰπεῖν) ἐλπίδα οὐ πολλῷ ὀπίσω ἀπολείψεσθαι.

Virgilius Ceiri de Amore.

vadidas docuit manſueſcere Tigres.
Ille etiam divos, homines: ſed dicere magnum eſt.

Vide Stobæi Sermonem. XX. Et doctorum notas ad Herodis Sophiſtæ Inſcriptionem.

380. NOSTRO NEC DEBES REGNA FAVORI.] Majoribus auſpiciis diviniſque niteris prognatus, divinituſque inſtructus ad Imperium. Alludit Philippi dictum de Alexandro Filio Matonis Apollo ad Aſcanium: Nec te Troja capit.

381. NASCENTEM VENERANTVR APES.] Elegans & apta comparatio Principi Numine Deorum Imperio deſtinato. Sic Xenophon Pæd. V.

ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ βασιλεὺς μὲν γὰρ ἔμοιγε δοκεῖς σὺ φύσει πεφυκέναι, οὐδὲ, ἧττον ἢ ὁ ἐν τῷ σμήνει φυόμενος τῶν μελιττῶν ἡγεμών. Ἐκείνῳ τε γὰρ ἀεὶ αἱ μέλιτται πείθονται, ὅπου δ' ἂν μένῃ, καὶ οὐδεμία ἐντεῦθεν ἀπέρχεται, ἢν δὲ ποῦ ἐξίῃ, οὐδεμία αὐτοῦ ἀπολείπεται, οὕτω δεινός τις αὐταῖς ἔρως τοῦ ἄρχεσθαι ὑπ' ἐκείνου ἐγγίγνεται. Sic optimè conſtitutis Rebuſpublicis Apum examina comparat Didymus: ἡ πολιτεία, inquit, τούτου τοῦ ζῴου παραπλήσιον ἔοικε ταῖς μάλιστα εὐνομουμέναις τῶν πόλεων, τάς τε γὰρ ἐξόδους καθ' ἡγέμονα, καὶ πρὸς ἐπίταγμα ποιοῦνται, &c.

Pulcrè de Rege ad Principem Seneca, cap. I. de Clementia. cap. XIX. *Natura enim commenta eſt Regem, quod & ex aliis animalibus licet cognoſcere, & ex apibus, quarum Regi Ampliſſimum cubile eſt, medioque ac tutiſſimo loco: Præterea onere vacat, exactor alienorũ operum, &, amiſſo Rege, totum dilabitur examen: nec umquam plus unum patiuntur, melioremque pugna quærunt. Præterea inſignis Regi forma eſt, diſſimiliſque cæteris, tum magnitudine, tum nitore. Hoc tamen maxime diſtinguitur. Iracundiſſimæ, ac, pro corporis captu, pugnaciſſimæ ſunt*

apes. Ipſe Rex ſine aculeo eſt. Noluit illum natura nec ſævum eſſe, nec ultionem magno conſtituram, petere, telumque detraxit, & iram ejus inermem eſſe voluit. Themiſtius, fine Orat. V.

Φύεται μὲν οὖν καὶ ἐν σμήνεσιν αὐτοφυὴς τις καὶ αὐτοδίδακτος βασιλεὺς, ᾧ περιβομβεῖ, καὶ συνεπιπλέκεται ἑκάστον τὸ σμῆνος, καὶ συγχαιρόμενον· φύεται δὲ καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ σπανιώτατά γε οὗτος, καὶ ἐν μακρῷ χρόνῳ, ὅταν ἄμφω συμπέσῃ, καὶ συναρμοσθῇ τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀγλαΐα, καὶ οὗτός ἐστιν ἀτεχνῶς ὁ μέγας βασιλεὺς, καὶ οὔτε χωλὸν, οὔτε κόλουβον αὐτοῦ τὸ κάλλος, ἀλλ' ἄρτιον, καὶ ὁλόκληρον. Idem Orat. XIV. *Philoſophum maximè Regem demonſtrat quod ſua omnia* Rationis arbitrio atque imperio committat: quem non timent, ſed pro quo timent ſubditi. Hunc non in conviviis ex vinolétia & ſatietate eligunt homines, convivialem uriq; Regem; nou multò poſt, ſecundum crapulam, mœrore conficiendum, velut in Saturnalibus evenit: Sed ſponte naſcitur, ac educatur, tamquam in apum examine per ſe ortus initio excitatus, & à ſe ipſo edoctus, Rex. Quem ſponte ac lætitia geſtiens examen omne circumſtrepit ac circumvolat: non ideo quod ſtatura corporis antecellat, ac communem hominum naturam exuperet, novem ulnas aut cubitos procerus, ſed Philoſophia ipſa cum primis, quæ ſubditis præſtantiorem oſtendit. Dio Chryſoſtomus, Orat. IV. de Regno, quæ *Diogenes* inſcribitur. *Sed quod ex animo oritur omnium maxime adeſſe debet. Quale illud eſt? rogat Alexander. An tu non audiviſti quod inter apes etiam Rex natura exiſtat, non genere, ſicut vos ab Hercule ortos gloriamini. Quale igitur illud ſignum eſt? rogat Alexander, Nonne ex Agricolis ſolam hanc apiculam ſine ſpiculo eſſe, nec eam armis adverſus quemquam indigere, audiviſti? &c.* Etiam B. Martyr Cyprianus malè magiſtratibus legitimis parentes ad apum conſpectum amandat, ut ab his fidem diſcant. Epiſt. LXIX. c. V.

383. JURA PETUNT.] Imperium. Alibi *Iura ferox in ſe communia Cæſar Transfulit.*

384. VINDICAT.] Ab improbis invaſoribus. Abſolute poſiti exempla ſuprà indicata.

385. PRÆLIA DIFFER IN JUVENEM.] Abſurdiſſimè libri quidam *in Venerem* In noſtro gloſſula eſt: *ô fili differ præliandi amorem donec juvenile robur acceſſerit.*

378. LOCUM.] Idem Gloſſator: *Ego bello tuebor Rempublicam, vos regnare diſcite.* De Bellicoſitate Theod. ſi pleni omnes libri. Victorias, dum regnavit, Compendio notat Marcellinus.

388. IMPACATUS ARAXES.] Ob numquam plene domitos Parthos. Pariter alibi.

389. NILUS UBIQUE VESTER.] Omnes regiones quas præfluit. Pariter alibi de Rheno

390. IMBUIT.] Calefacit, adolet. Auctor Pervigilii de Venere.

Imbuit juſſitque mundum noſſe naſcendi vias.

391. PATEANT ALPES] Infeſſæ Eugenianiis tum. Ait Occidentis Imperium ſe Honorio traditurum, ubi primum hoſte eas partes devicto liberaverit. Vide Oroſium. lib. VII. cap. XXXV. & quæ ſupra præcedentiq; iſtum Panegytico ſunt notata.

392. PARTESQUE RECEPTAS.] Imperium, ut dixi, veteris Romæ. Quod & ante exceſſum Honorio adſignavit Theodoſius. Zoſimus, fine, lib. IV.

ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη, καὶ Ἴβηρας, καὶ Κελτοὺς, καὶ προσέτι γε Λιβύην ἅπασαν, ὀνωρίῳ τῷ παιδὶ παραδοὺς, αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανιὼν, ἐτελεύτησε νόσῳ.

393. ANIMOSA GALLIA.] Galliam pro Occidentis Imperio ponit, quod in ea exercitus curandis provinciis à gentibus Transrhenanis collocati. Sic Gallos alibi pro omni milite

milite Occidentis uſurpavit *Gallos cauſſa non robore vinci.* Alibi *ſolibus effatos merſurus pulvere Gallos.* Animoſæ laudem omnium Hiſtoriarum ei Provinciæ dedit, laudatæ pariter à Romanis etiam hoſtibus, nec valdè ad talia pronis. Livius lib. VII *Galli gens ferox, & ingenii avidi ad pugnam.* Idem lib. XXI. *Gallorum avida ingenia atq; indomita eſſe.* Idē XXXIIX. *Et is auctor jam olim iniquior Gallis notatus.* Plura Polybius, Dio, Lucanus, Cæſar, Plinius, Tacitus, Strabo, Mela, PLutarchus, Appianus, Suetonius, Ammianus, Lampridius, Florus, Hieronymus, & docti Collectores.

364. SECURUS FATI, LÆTUSQUE LABORUM] Doctiſſime his duobus felicitatem eſt complexus. *Securus fati* Sapientis Conſtantiæ. Horatius *Si fractus illabatur orbis Impavidum ferient ruinæ. Lætus Laborum Effeciſſe quæ voluerit,* bona conſcientia connixum. Pulcrè Brutus ad Ciceronem: *Quid enim eſt melius, quam memoria rectè factorum, & Libertate contentum, negligere humana?* Alibi in Laudem Stiliconis patria.

395. VOBIS VTRVMQUE REGENTIBUS AXEM.] In Concordia fratrum ponit felicitatem Imperij. Pæane Gildonico

Conſpirant gemini frantis communibus orbes.
Iunximus Europam Libyæ: Concordia fratrum
Plena redit, patriis quod ſolum defuit arma.

Sane vero Honorio vivo utcunq; Majeſtas Romana ſe tuita eſt. Ab eo in pejus omnia numquam erigenda dehinc, collapſa ſunt, ut cum præcone iſto ejus Romana ferè Poeſis.

397. INTEREA MUSIS.] Imitator Sidonius Paneg. Anthemiano: Nec minus hæc inter veteres audire Sophiſtas, &c. Quæ per omnes ſectas ducta, ſunt prolixiora quam ut iſthuc deferantur. Heſiodi princeps ſcitum eſt à Muſarum Principe Calliope inſtituendos Reges, Eloquentiæque & Prudentiæ Nectare imbuendos, ſi qui rite Officio ſuo fungi velint: quod eo pertinet ut omnia veterum geſtorum monumenta perlecta habeat, ei enim Muſæ horum patrocinium reſcribitur ab Antiquitate: Idq; ſcitum pulcrè, ut ſolet, enarrat Themiſtius, Oratione. XI. quem legendum ſuadeo. Alii adhortantes Principem ad Muſicum litteratum Amorem, ut ſine Sole, in hoc pulcerrimo Vniverſi corpore omnia tamen obſcura ingrataque ſunt; ita ſine Eruditionis Luce animum quibuſcunque etiam virtutibus deditum, caligare omninò affirmant, neque ullis ſeſe negotijs poſſe expedire, Baſilius Imperator ad Filium: *Quapropter,* inquit, *ô mihi dilecte fili, Leo, Ego, qui & pater & Regni ſum ſocius, admoneo, ut Litterarum tibi cognitionem Imperii Ducem adſciſcas, quæ & Regina eſt, & Regnis ornamento, Regeſq; immortalitate, donat. Quemadmodum enim cum Sol ſuprà terram non lucet, obſcura omnia atque indiſcreta ſunt, Ita in animo, nulla eruditione, nulliſque litteris exculto, confuſa atque inordinata jacent univerſa. Capeſſe igitur ingenii cultum ex litteris cum virtute junctum. Qui prudens doctuſque princeps ſine Operis* Scripta ſacra & profana etiam nominat, licet pauca, filio ediſcenda velut, generatim præcipiens ut, ſiquidem benè voluerit officio ſuo fungi, omnium veterum ſententias excutiat, morumque regulam ad eas componere laboret. Sanè & Ariſtides, cum primis temporum ſuorum Sapiens, litterarum eam aſſerit eſſe utilitatem, ut vitæ humanæ totius fructus in illis ſit, ſummaq; adeo ipſa vivendi; Orat. in Æſculapium, unde quam ſint Principi rerum Humanarum commendabiles; liquere poteſt. Quo vel præcipuè pertinet quod pulcrè demonſtrat. lib. I. Operis ſui Nicephorus Gregoras, cognitionem rerum geſtarum opus tantumnon divinum eſſe, ſcriptiones earum divinitus inſpirari, ijſque cœlum & terram, divina & humana omnia illuſtrari: Sine ut earum cognitione homo, ne dum Princeps aliquis, non poſſit vel ſeipſum, vel aliud quicquam, ſe dignum, cognoſcere. Pari ratione in Juliano ſuo nihil prius

Annalium monumentis, aut res bellica, aut omnis Reipublicæ diſciplina agnoſcitur. Vnde ad agendum aut diſcendum copia depromi maior graviſſimorum exemplorum, quaſi incorruptorum teſtimoniorum poteſt? Exemplum doctrinæ talis, Principem divinitati conſecrantis, exemplum ponatur Darius Sextus, Xerxis pater, Rex Magnus, qui lectis majorum Annalibus eò venit Prudentiæ ut vivus videnſque pro Deo haberetur, Diodorus Siculus. Lib. I. *Sextus tandem Darius, Xerxis pater, legibus Ægyptiorum animum appuliſſe dicitur. Inibi familiaritatem cum Sacerdotibus iniit, Theologia ipſorum, rerumque Voluminibus ſacris inſcriptarum, particeps factus, edoctuſque, qua reges magnitudine animi, ergaque ſubditos humanitate fuiſſent, ad morum eorum imitationem ſeſe compoſuit. Vnde tantum ſibi exiſtimationis peperit, ut vivus etiamnum, appellationem Dei, quod nulli Regum alii contigit, fuerit promeritus.* Exempla quidem vetus ſunt præteritorum fructus, quo uti inſtruendæ ſibi ſequens ætas poſſit, ut luculenter Rhodios ſuos docet, Oratione de Concordia, Ariſtides. Talis inſtructio porro verè ſubigit animos, quod noſter ſentit, in culturam, uti per Muſarum Cultum facta gignant egregia, æquiperandaque priorum laudatiſſimis, quibus nulli Terrarum fructus, unde vulgo Felicitas pendet humana, comparandi ſunt. Quare egregie vovet ſuis Principibus Themiſtius, Orat. VII.

ἐγὼ δὲ, inquit, ϑέλω μὲν καὶ τὴν γῆν ὑμῶν καρποὺς ἀμείνους τῶν ἄλλων ἐκφέρειν, περὶ πλείονος μέντοι ποιοῦμαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν παιδείαν βλαστάνειν, ἣν ξυλλέγουσι μὲν ἐκ τῶν Ἀπόλλωνος λειμώνων αἱ Μοῦσαι, ψυχαῖς δὲ ἐρωτικαῖς καὶ φιλοκάλοις ἐννεοττεύουσί τε καὶ ἐνεργάζονται, αἳ δὲ ἂν τὸ σπέρμα αὐτῶν δυναμένως προσδέξωνται, περιφύουσί τε εὐθὺς, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀπημάσχεσαι περιπολοῦσι τὸν οὐρανόν.

Principum ergo eſt omnium litterarum Honorem ſequi, ſuccumque inde bibitum publicæ Vtilitati adſcribere: Vnde & eruditi homines, cum tali quodam nectare fuerint poti, Principaliter docti nuncupantur, velut hoc genus dicas Regibus tantum convenire. Adelbodus in Vita Henrici Sancti: *Hic initium Sapientiæ, timorem Domini, pleniter eſt ſecutus, qui erat omni litterarum ſtudio Principaliter imbutus.* Sicque prudenter Imperatori bellico etiam, à ſe inſtituto præcipit Epilogo illo excellenti Leo Philoſophus, recentiorum veteriorūq; Hiſtorias in numerato habendas.

καὶ ἐπὶ τούτοις μελετᾷν σε μετὰ πόνου τὰ δέοντα, ἔν τε τοῖς ἀρχαίοις, καὶ τοῖς νέοις, ὥστε ἱστορικὸν εἶναι πάντων τῶν κατὰ πόλεμον, καὶ ἔμπειρον παλαιῶν στρατηγημάτων, ὅσα ἀξιάγαστα γεγόνασιν.

Eloquentia quidem, quo poſſit diſcita prodere, ejuſque quæ ſunt ſtudia, veræ ſunt Regia decora, quibus ſcilicet animos ſubditorum vincere, & ducere volentes valeat Imperator, quo alioquin, Imperio violento adacti, ægrè deveniunt. Vide Onoſandrum, cap. I. Leonem, Baſilium, Emanuelem, Principes. In genere vero juveni Principi inſtillari iſta omnia rite conſulit Theodoſius Claudiani neque inficere Beliſarius, Dux Netirinorum, libro de Educatione Principum; *Adnitendum docens ut Præceptor Religionis obſervans adhibeatur, qui tum Antiquorum tum Recentium exemplis adoleſcentum ad Timorem Dei incitet, delectarique doceat cum Romanorum, Græcorum, aliarumque gentium exempla recitentur, Exemplis enim ampliusquam doctrina hominum animos commoveri, &c.* quæ his noſtri componenda, ut totus ille libellus, nulli veterum ſcriptorum Sapientia minor.

398. QUÆ MOX IMITERE, LEGAS.] Non enim Scholæ aut Pulveri Regia indoles deſtinanda eſt, ſed ut teneris annis lecta & percepta conferat uſu in bonum commune, uti monet in Sententiis Græcis Theoctiſtus. Vt autem omnia iſta, quæ filio hic præcipit Theodoſius, ipſe expreſſerit, Ambroſius, Victorinus, Græcique Eccleſiaſtæ docent.

402. LIBERTAS.] Quo fine legenda monumenta veterum docent verba Baſilij noviſſimè relata. *Hinc æſtimandi præcipuè ſcriptores qui talia conſignant, quibus facta & exempla majorum ob oculos ponantur, ſequenda aut fugienda, reliquis poſtponendis,* uti ſuo exemplo non incongruè docet Nicephor. Gregor. initio Annalium. Noſtro quæ Hiſtoriæ tanguntur cum ſuis ſcriptoribus ubique obviæ ſunt, non hic repetendæ.

402. BRUTUM.] Huic vere quæſita Libertas, ignota ante Romæ: Exemplum primi ſecuto ultimo, cujus Latinæ Epiſtolæ verè, quod Mithradates de Græcis dixit, ἐοίκασ οὐδὲν νομίζειν καλὸν, εἰ καὶ μὴ μεγαλοψυχίας ἔχοιτο. Brutorum nomen Vindices Libertatis deſignat. Lucanus lib. X.

ite feroces
Cæſaris in jugulū: ſuperi tot vota Catonū
Brutorumque tibi tribuent.

Noſter de primo, Regum expulſore, loquitur: ut lib. II. Stiliconiar.

nec jam doleat defenſa Vetuſtas:
Sit trabeis ulcor Stilico, Brutuſq; repertor.

403. METII.] Melius ſcripti Libri, METI primam enim ſyllabam extendendam monet Servius, Hiſtoria notiſſima. Sic Maronis imitatione & Sidonius.

I nunc & veteris præfer præconia Tulli,
Ætas cana Patrum: quod pulcro hortamine mendax
Occuluit refugi mutantia fœdera Meti.

404. TRISTE RIGOR NIMIUS.] Negotium videlicet. Notatum ſupra. Omnino autem nimia Severitas vitio ſummo proxima. Rutilius Lupus lib. II. ex Demoſthene: *Hunc ego propterea malum exiſtimo, qui nimium ſe gerit Severum. Namq; ex hominibus humanitatem ac miſericordiam tollere maximum ſignum malitiæ videtur* Nimium Rigorem Peſtilentię comparabat Philiſcus, monitor Magni Alexandri. Ælianus Var. XIV. c. XI.

Φιλίσκος πρὸς Ἀλέξανδρον ἔφη ποτέ. δόξης φρόντιζε, ἀλλὰ μὴ ἔσο λοιμὸς, καὶ μὴ μεγάλη νόσος, ἀλλὰ εἰρήνη, καὶ ὑγεία, λέγων τὸ μὲν βιαίως ἄρχειν, καὶ πικρῶς, καὶ αἱρεῖν πόλεις, καὶ ἀπολλύειν δήμους, λοιμοῦ εἶναι, τὸ δὲ ὑγείας προνοεῖσθαι, καὶ σωτηρίας τῶν ἀρχομένων, εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά.

Rigor itremiſſa propoſiti regula. Sulpitius Severus, Dial. II. *Hoc in teſtimonium virtutu ſuæ eſſe habituram, ad quam tanti nominis Sacerdos, depoſito propoſiti rigore, veniſſet. Triſtis,* ſoli rigori intentus. Lucanus, lib. VI. Triſtis Erichto. *Triſtes affectus* in Quintiliano lib. VI. capite III. Studia Theodoſii alludere Claudianum hic, doceant Victorinus, Diaconus, Alij. De nimio Rigore notabili ſenſu Gregorius Nazianzenus:

ὁμοίως ἐςὶ κακὸν καὶ ἄνεσις ἀσωφρόνιςος, καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος, ἡ μὲν ὅλην ἐφιεῖσα τὴν ἡνίαν, ἡ δὲ τῷ σφοδρῷ καταγχοῦσα.

404. TORQUATI DESPUE MORES.] Hiſtoria nota. Alterā vocem malè mutant Librorum nonnulli Sidonius lib. II. *Amicitiarum tuarum, niſi deſpuis, avidiſſime finibus infertur.* Auget n. rem, & amplius dicit quam *Reſpuo* Minutius Felix: *Templa ut buſta deſpiciunt, Deos deſpuunt.* Arnobius, lib. VII. *Ita non deſpui veſtras abominarē indignitates?* Fulgentius, Lib. I. Mythol. cap. XIV. *Eligere enim utile, caducum deſpuere, cœleſte ingenium eſt.* Ambroſius: *Ara cœleſtis dona tua deſpuis?* Salvianus lib. I. *Humiles ſunt religioſi? hoc volūt. Pauperes ſunt? Pauperie delectantur. Sine Ambitione ſunt? Ambitum reſpuunt. Inhonori ſunt? Honorem deſpuunt. Lugent? Lugere geſtiunt* Eſt a. omniū extremi contemtus Deſputatio. Epicurus: βρυάζω τῷ ἐπὶ τὸ σωμάτιον ἡδεῖ ὕδατι καὶ ἄρτῳ χρώμενος προσπτύω ταῖς ἐκ πολυτελείας ἡδοναῖς. Hieronymus ad Domnionem: *Quoties me iſte in Circuli ſtomachari fecit, & adduxit ad Coleram. Quoties conſpuit, & conſputus abſceſſit.* Seneca de Injuria Sapientis, c. I. *Tibi indignum videbatur quod illi, diſſuaſuro legē, toga in foro eſſet erepta, quodq; à roſtris uſque ad arcum Fabianum per ſeditioſ manus factionis tractus, voces improbas & ſpu*

ta, & omnes alias inſanæ multitudinis Contumelias pertuliſſet? Sic in Evangelica Hiſtoria cruci damnandus Dei Filius, conſpuitur. Petronius Satirico: *Nec Contenta mulier tam gravi injuria mea, convocat omnes quaſillarias, & familiæ ſordidiſſimam partem, ac me conſpui jubet.* Nilus de Cauſſis Diſſens. Eccleſ. lib. I. καὶ μαρτυροῦσι τούτοις πολλοὶ μὲν τῶν ἐκεῖ, διαπτύσαντες κόσμον, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν μόνον βλέποντες. Idem. Lib. II. de Primatu Papæ. καὶ οὐδήπω μικροψυχίαν τῶν βασιλέων κατεγνωκὼς ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀγαθὸν, τὰ φαινόμενα καλὰ διαπτύειν, πρὸς τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἁμιλλᾶται. Odo Cluniac. Collat. l. II. cap. XXIII: *At vero de Luxuria, gulæ ſuggeſtrice, quis aliquid loqui vellet, quod illi non deſpuantur, qui ejus flammis inſaniunt.* Sic apud Cerceras gentem moris fuit, ut inſpuerentur, qui deliquerant ignominiæ ſuppliciique cauſſa. Nicolaus Damaſcenus: ἐὰν δὲ τις κυβερνῶν σκάφος διαμάρτῃ, περιεστῶτες ἐφεξῆς ἕκαστοι ἐμπτύουσι αὐτῷ. Et in Antiquis Monaſteriorum Regulis hoc ſupplicium frequentabatur, ut in Norma Fructuoſi, quam edidit H. Caniſius: Monachus qui oſculo turpi deprehenſus fuerit inhiare, publicè verberetur: Coronam capitis, quam geſtat, amittat: decalvatuſq; turpiter, opprobrium pateat, oblinituſq; omnium ſputamentis in facie, probra ſuſtineat. De Domino Jeſu ita accepit Antiquitas. Theodorus Abucaras, Opuſc. I.

καὶ ἐμαστίχθη, καὶ ἐνεπτύσθη, καὶ ἐρραπίσθη, καὶ ἐκολαφίσθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανεν. Idem Opuſc. XXI. ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, ἐκ γυναικὸς ἐσαρκώθη, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς βρέφος ἀνετράφη, καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ζητούμενος, εἰς Αἴγυπτον φυγαδεύεται, κἀκεῖθεν ἀνελθὼν χειροῦται, ῥαπίζεται, ἐμπτύεται, καὶ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ κολαφίζεται. Sic Sputis hominum exponi dicitur, ultimis contumeliis traditus. Otbertus Vita Henrici Quarti: *Miſſis Imperator poſt eum legatis, tam lacrymis quam mandatis revocavit, obteſtans; eum, ne ſenem Patrem contriſtaret; immo ne patrem omnium offenderet, ne ſe ſputis hominũ exponeret, ne ſe fabulam mundo faceret.* Plura exempla in Gulielmo Tyrio.

405. DECIOS. VENERARE.] Patrem, & Filium. Noti Hiſtorici. Manilius lib. I.

Certantes Decii votis, ſimileſq; triumfis.

406. VEL SOLUS.] Semotis omnibus auxiliis & ſubſidiis, fortitudinem in ſe ſuam repoſitam autumans, non minus ita magnanimus, quam ſi millibus mille ſtiparetur. Vide aureolum Senecæ Librum, Sapientem non incidere injuriam. Ariſtoteles ad Fortitudinem abſolvendam ſex requirit virtutum Chorum. Audaciam, præſentiam ſeu præſtantiam, Animi, Fiduciam, Confidentiam, Induſtriam, Tolerantiam. Vide Stobæum, Serm. IV.

406. PONTE SOLUTO.] Nota Hiſtoria. Illud notabile, pontem illum, nullo adſcito uſu ferri, ſolis fuiſſe tabulis ligneis compaginatum, & in memoriam Virtutis Coclitis, talem ſervatum ad ſumma uſque Reip. Tempora. Dionyſius Italic. lib. V. Qui Coclitem hoc tantæ fortitudinis tamen damnũ habuiſſe ſcribit, ut claudus de vulnerum copia factus, jam nulli deinceps officio civili aut militari adeſſe poſſit. De quo altum in Livio ſilentium. Qui Dionyſii tamen Hiſtorias legere potuit; ſpernere certè non debuit.

407. MUTI TE FLAMMA.] Nota narratio, quæ tamen ambiguæ omnino Fidei eſt, nam de manus exuſtione nihil Dionyſius, optimus Antiquitatis Romanæ auctor. Et ſanè videntur alicundè ſparſum rumorẽ ambitione ſua Romani abſtraxiſſe, ut copia ſcriptorum, famæq; prolixitate magnificos ſe facerent etiam hoc facinore, qualiũ rerum artifices fuere minime indocti. Ex alia ratione rem elevat Martialis, nempe majorum tormentorũ metu Murium manum exuſiſſe, cui anſam dedeit Livius, qui circumdari ignibus à Porſena juſſum, foculo præſenti dextram injeciſſe ait. Verba Martialis lib. X. Epigr. XXV.

In matutina nuper ſpectatus arena
Mutius impoſuit qui ſua membra focis

Si.

Si patiens,fortiſq; tibi, duruſq; videtur,
Abderitana pectora plebis habes.
Nā cum dicatur,tunica præſente moleſta,
Vre manum:plus eſt dicere ; non facio.
Vides ex hoc Epigrammate ita repræſentatam fabulam ut coactus manum exuſſerit Mutius, quo perit ſanè omnis Magnanimitas. Ut jam nec ſemel victor fuerit, quem bis talem tediiſſe jactar Manilius, ut legendum ejus initio Libri IV. verſum alibi oſtendimus. Multa acute de eodem facto dixit Seneca, vibrantibus ſententijs, quibus Eloquentiam vererem exuſſit.

407. QUID MORA PERFRINGAT, FABIUS.] Qui cunctando Annibalis impetum victoriarum fregit, & rem ita Romanam reſtituit.. Ennius :-

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.
Virgilius, lib. VI. *tu Maximus ille es.*
Vnus qui nobis cunctando reſtituis Rem;
Serenus, cap. LXV.
Interdum exiſtit turpi Verruca papilla,
Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæſit;
Qui ſolus patriæ cunctando reſtituit rem.
Auctor de Viris Illuſtribus, minimè ullus eotum, quos hactenus præ ſe tulit : Qu. Fabius Maximus Cunctator Verrucoſus, à verruca in labris ſita, Oviculâ à Clementia morum dictus. Cos. de Liguribus triumfavit, Annibalem mora fregit. Vide Flori Panegyricum.

408. CAMILLUS.] Laudes hujus ſummę apud omnes qui meminerunt. *Mentem* conſultam & iræ impenetrabilem habet apud Silium. lib. VII. quibus omnia complexus perhibetur. *Alter urbis Conditor*, Eutropio & Pæaniæ, lib. I. Manilius, lib. I. Romamq; Camillus ſervando poſuit Caſſiodorus Chronico. Julianus Cæſaribus. Plutarchus, Dionyſius, Livius.

409. MERITIS.] Virtuti. Notatum multis alibi.

410. PROROGAT.] Aeternat, perpetuat. Hoc enim eſt extendere. Horatius.
Vivet extento Proculeius ævo
Notus in fratres animi paterni.
Virgilius. *Famam extendere factis Hoc virtutis opus Prorogare, publicare.* Fulgentius de Continent. *Virgiliana: Ob hanc rem Virgilianæ Continentiæ ſecreta phyſica centigi, vitans illa quæ plus periculi poſſent prorogare quam laudis.* Ita ibi legendum. Ut verò hoc *æternare*, hic longævus Maroni tectè immortalis. Viſe Gellium.

411. PROROGAT TIBI, REGULE, FAMAM.] Sanè ex eo inter Fortitudinis exempla Regulus, Poetis, Hiſtoricis, Declamatoribus. Alluſiſſe videtur hæc Siliana, libro VI.
tua, Regule, proles,
Qui longum ſemper fama gliſcente per ævum
Infidis ſervaſſe fidem memorabere Pœnis..
Adeo neque inferiores ſe contemſit Claudianus. Qui enim Silianam Poeſin huic compararet roto Helicone erret. In Eumdem dicas ſcripta, certè nulli æquè bellè conveniant, iſta Petroniana : *Multos carmen decepit. Nam ut quiſq; verſum pedibus inſtruxit, ſenſumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putabit ſe continuo (ita lēgo) in Heliconem veniſſe. Sic forenſibus miniſteriis exercitati, frequenter ad carminis Tranquillitatem, tamquam in portum faciliorem, refugerunt: Credentes facilius Poema exſtrui poſſe, quam contreverſiam ſententiis vibrantibus pictam.* Sanè ſi tempora congruant in neminem majori jure hæc conveniant.

412 SUCCESSUS SUPERANT ADVERSA CATONIS.] *Victoria* Fortunæ Catoni adſcripta multis à Lucano, Seneca. Manilius lib. I.
Aemiliæque domus Proceres, clariq; Metelli.
Et Cato, Fortunæ Victor.

413. DISCITUR HINC QUANTUM.] Genuina lectio, ſuperiori ex intervallo reſpōdens. In nonnullis Libris eſt *Diſcitur in quantum* Malè omninò. Licet locutio in quantum quod nonnulli voluerunt, damnabilis non ſit. Ea exſtat apud Maronem, Aeneid. VI. Velleium, Lib. II. Tertullianum, Prudentium, Frōtinum. Agrimenſorem. Paullum J C. capite

XXXVI. de LL. Tribonianum Inſt. de Nuptiis. Leonem & Anthemium. LVIII. de Paganis. Rutilium. Itinerar. I. Boethium, alios.

414 PAUPERTAS SOBRIA.] Vide ad Lib. I. in Rufinum. Stobæum, Serm. XVII.

414. PAUPER ERAT CURIUS.] De Curio, Fabritio, Pyrrho, Serrano, aliisq; hiſtoriis non eſt noſtrum Commentaria ſcribere, aut diſſona loca auctorum excutere. Câpum illum tot jam viri litterati calcarunt, ut vix Veſtigia nova ferat. Qui requirant à nobis iterari hoc genus, nec noverunt noſtrum inſtitutum, & morem ſuum palam arguunt.

415. ARMIS.] Non auro, aut opulentia, non fraudibus, aut vafritie. Sic apud Ennium ille.

Ferro non auro vitam cernamus utrique,
Non cauponantes bellum, ſed belligerantes.

415. PAUPER ERAT CURIUS.] Nec volebat quidem dives eſſe. Columella, lib. I. cap III. Liciniana illa ſeptena jugera, poſt Reges exactos, quæ Tribuni plebis viritim diſtribuerant, majores antiquis quæſtus retulere, quam nunc nobis præbent ampliſſima vervacta. Tanta quidem, Curius Dentatus proſpero ductu parta victoria, ob eximiam virtutem deferente populo, præmij nomine, quinquaginta ſoli jugera, ſupra Conſularem triumphalemq; fortunam putavit eſſe, repudiatoq; publico munere populari, hac plebeja menſura contentus fuit. Plinius. Lib. XVIII. cap. III. *Manij quidem Curij poſt triumphos immenſumq; terrarum adiectum Imperio, nota concio eſt, pernitioſum intelligi civem cui ſeptem jugera non eſſent ſatis.*

416. PAUPER FABRITIUS.] Sidonius.

rigidum ſic, Pyrrhe, videbas
Fabritium, ingeſtas animo cum divite fugit Pauper opes.

Non ſolum autem Aurum regium ſprevit Fabritius, ſed & oblatam Regni à Rege partem. I Lotus. *Fabritius oblatam ſibi à Rege Imperij partem, repudiavit* Eutropius II. *Pyrrhus Fabritium ſic admiratus eſt, ut, cum pauperem eum eſſe cognoviſſet, quarta regni parte promiſſa, ſollicitare voluerit, ut ad ſe transiret, contemtusq; eſt à Fabritio.*

416. SERRANUS ARATRA.] Notæ res. Manilius.

Serranos Curiosque dedit, faſcesque per arva
Tradidit, eque ſuo Dictator venit Aratro.

416. FASCESQUE SALIGNIS POSTIBUS AFFIXI.] De faſcibus Conſulum poſtibus affixis notarunt pridem docti. Initio hujus Libri. Saligni poſtes, de materia ruteſtri.

418. TRABEATO COLONO.] Poſt geſtos nimirum magiſtratus redierunt ad ruſticationes inſignes illi Heroes. Pacatus Panegyrico: *Sic agreſtes Curij, ſic veteres Coruncani, ſic, nomina reverẽda Fabritij: cum induciis bella ſuſpendebant, inter aratra vivebant, &, ne virtus quiete langueſceret, depoſitis in gremio Capitolini Iovis Laureis, triumfales viri ruſticabantur. Inde eſt quod accepimus datas ſerentibus faſces, & cum Curulibus ſuis miſſas per rura palmatas: Quod Agricolas Conſulares paſtoresq; trabeatos & Dictatores inter armenta veſtitos.* Vide Plinium, loco modo producto.

420. VELUT ILLE.] Magna vis in vocula ILLE. excellentem aliquem cæteros deſignans. Virgilius. *Saucius ille gravi venantum vulnere pectus. Tum demum movet arma Leo* Claudianus, Bello Getico. *Sic ille relinquunt Ieiunos antro catulos, immanior exit Hiberna ſub nocte, Leo* Bello Gildonico. *Continuo redit ILLE vigor, ſeniiq; colorem Mutavere comæ.*

420. CARINÆ LONGÆVUS RECTOR.] Comparatio Principis cum Navarcho, frequens ſcriptorum iſti generi, ut in Characterum Commentario notamus. Pariter de ſeniore juvenem erudiente Libanius Panegyrico:

ἐ γὰρ οὐ θῦς ἐξέτασιν ἐπήλωσε τῶν δυνάμεων, ἔξω τῶν ὀφθαλμῶν ἑαυτοῦ, τὰς διατριβὰς ἐκείνοις παρέχρημα ποιῶν. ἀλλὰ κατέχων ἐπιτηδεύειν ἠξίου τὰ δρώμενα. κατὰ τοὺς δεινοὺς τῆς κυβερνητικῆς διδασκάλους, οἵ τοὺς ἄρτι τῆς τέχνης ἁπτομένους, ἐπὶ τῶν οἰάκων καθίσαντες, ἐν τῇ πρύμνῃ προσεδρεύουσιν. ἵν᾽ εἰ μὲν κατὰ λόγον ἰθύνοιεν ἐκεῖνοι τὸ σκάφος, συγχαίρωσιν. εἰ δὲ γένοιτο πλημμελές, ἐντεῦθεν ἐπιβοηθεῖεν. καθάπερ τις ἀετὸς τοὺς νεοττοὺς εἰς πτῆσιν γυμνάζων. &c.

Sic in vita Aſcetica gubernatorem ſibi magiſtrum adſciviſſe, velut annis jam exercitatum arte navigij per vitam torquendi, ſcribit Joannem Climacum Daniel Monachus in ipſius Hiſtoriola.

422. ALNI.] Navigij, cujus materies optima ea arbor. Papinius lib. VI. *Alnus amica fretis.* Claudianus, libro III. de Raptu Proſerpinæ.

423. ARTESQUE DOCET] Scientiam Nauticam. Nam & ea in numerum Artium frequente ſcriptorum Senatu eſt adſcita. Bello Gildonico.

Sic cum præcipites artem vincere procellæ
Adſiduoque gemens undarum verbere nutat.
Deſcenſura ratis.

Lucanus, lib. V: *Omniuq; in fluctibus unda eſt Artis opem vicere metus.* Ipſi Gubernatores. Magiſtri. Idem *neſcitq; magiſter Quam frangat, cui cedat aqua.* Gloſſæ Baſilicorum.

Μάγιστρος ὁ ναύκληρος τῆς νηός. Μάγιστρος ναβί. πρωρεὺς νηός. Μάγιστροι λέγονται ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀρχόντων, οἱ διδάσκαλοι οἵας δήποτε λιμῆς.

Sic Valerius Flaccus, lib. VIII: Noſter B. Getico. V. CCXIX. Ulpianus, cap. I: de Exercit. Actione.

424. DEXTRA REGATUR.]. Bono eventu & ſucceſſu, ut in illo:

At Pater Aeneas ſe matutinus agebat.

425 FLUCTUS FALLI.] Ne ſuperveniant carinam. Hoc enim hujus generis magiſtrorum vel ſummum artificium eſt. Lucanus loco modo citato.

426. NOTA NIMBORUM.] Prognoſtica Tempeſtatis. Exſtant Tractatiunculæ nomine Theophraſti de Notis Pluviarum, Ventorum, Tempeſtatum, Serenitatum. Conſule & Aratum cum Interpretibus & Paraphraſtis ſuis. Virgilium, Georg. I. Lucanum. V. Vegetium. IV.

427. SOL OCCIDUUS.] Signa exinde tempeſtatum. Bello Gildonico.

Ora licet maculis adſperſerit occiduus Sol,
Lunaq; conceptis liveſcat turbida Coris:
Certa fides cœli, ſed major Honorius auctor.

Vegetius: *Sol quoque exoriens vel diem condens intereſt utrum æqualibus gaudeat radiis, an objecta nube varietur.* Vide Theophraſtum.

428. SAUCIA VENTO.] Rubens, indicio ventoſæ Tempeſtatis. Luna enim rubens ventorum turbines indicat. Vegetius: *Multis ſignis & de tranquillo procellæ, & de Tempeſtatibus ſerena produntur, quæ velut in ſpeculo Lunæ Orbis oſtendit. Rubicundus enim color ventos, ceruleus indicat pluvias, utroq; mixtus nimbes, & furentes procellas.* Lucanus, libro V. de Eadem.

Nec duxit recto tenuata cacumina cornu,
Ventorumq; nota rubuit.

Valerius Flaccus, lib. II.

micat immutabile cœlum
Puraque nec gravido ſurrexit Cynthia cornu,
Nullus in Orbe rubor.

Theophraſtus: ἔστι δὲ σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, τὰ μὲν μέλανα ὕδατος, τὰ δὲ ἐρυθρὰ πνεύματος.

429. DECOLOR.] Abhorrens à colore ſolito. Ad Eutropium.

430. ADSPICE NUNC] Eximia Acclamatio

matio Theodoſiani numinis, quo genere excellit omnes Poëtas hic auctor, Verus Apollinis Cygnus. Sic in Nuptijs Honorij ejusdem

Dive parens, ſeu te complectitur axis Olympi
Seu colis Elyſias, animarum præmia, valles.
En promiſſa tibi Stilico jam vota peregit.

Et ex Formula acclamationis Inſcriptio vetus victo Decebalo Trajani: ASPICE. ROMVLE. PATER. GAVDETE. QVIRITES. VESTRA. ISTA. EST. GLORIA.

Sic ejusdem Principis de cœlo adſpectum allegat Symmachus Relatione de Ara Victoriæ: *Eum Religionum ſtatum petimus, qui divo parenti veſtri culminis ſervavit Imperium, qui fortunato principi legitimos ſuffecit hæredes. Spectat Senior ille divus ex arce Siderea lacrymas Sacerdotum, & ſe culpatum putat more violato quem libenter ipſe ſervavit* Noſter etiam Superiore Panegyrico numeroſiſſimè.

Fortunate parens, primos cum detegis ortus,
Adſpicis Arcadium, cum te proclivior urges,
Occiduum viſus remoratur Honorius ignem.

431. GELIDI SEV TE. MERVERE.] Eadem ſub finem Tertij Conſulatus.

432. MAGIS EST OPTABILE.] Cupiunt enim ſuperati à filijs Parentes. Libanius Proſphonetico Juliani.

οἷον γὰρ δή τι τῶν Αἰακιδῶν γενέσθαι φασίν. ἀγαθὸς μὲν αὐτὸς Αἰακὸς, οἱ δὲ ἐξ ἐκείνου γνωριμώτεροι τοῖς ἔργοις. εἰς Ἀχιλλέα δὲ τὸ χρῆμα προβὰν, εἰς ὑπερβολὴν ἐξέλαμψε. τοιοῦτό τι καὶ τὸ νῦν γένος γενναιότερον ἔτεκεν, καὶ τὴν ἡδίστην ἧτταν ἡττήθησαν, καὶ κοινὴν ταύτην ἁπάντων ἐποίησαν.

Alcimus Avitus ad Fuſcinam Sororem.

Has generoſa tamen ſi mente imitabere matres
Gaudebunt vinci, dum proficis, ac tibi ſummam
Sponte dabunt palmam.

433. SVBNIXVS STILICONE SVO.] Piaculares ſunt nonnulli Codices, qui omittunt hunc verſum. Datum ſeſe ambobus Principibus Tutorem à moriente Patre Stilico ferebat. Vide Zoſimum.

434. CLYPEVM.] Tutelam certam, firmum Præſidium. Pſalmo. XIIX. XXVIII. XXXIII. &c. Claudianus I, in Rufinum. De eodem Heroe.

hic ſola pericli
Turris eras, clypeusq; trucem porrectus in hoſtem.

Focas Grammaticus, vita Virgilij *obvius ibat Fretus amicorum clypeo* Sic ſcutum Imperij Romani Fabius Cunctator Florus, lib II. cap. VI. *Hinc illi cognomen novum & Reipublicæ Salutare. Cunctator* Hinc illud ex populo, ut Imperij ſcutum vocaretur. Vltimo ævo Willeramus in Canticum Canticorum.

Davidica turri collum decet aſſimilari,
Millenis clypeis, multis defenditur armis.

434. DEFENSOREMQVE.] Gladii nimirum cum clypeo vicem.

436. DVRA VIARVM] Vide Notata doctiſſimo Symmachi Scholiaſtæ. Ita *mollia terra* pro molli humo legimus apud Hilarium Arelatenſem in Geneſi.

Inde, opifex rerum, aſſumis tibi mollia terra
Atq; hominem firmas.

436. LIBYÆ SQVALENTIS ARENAS.] Pars maxima Africæ arenis ſterilis. Et nimio Sole ſquallida. Vide Lucanum lib. IX. Curtium, IV. Macrobium in Somn. libro II. c. VII.

437. PEDES.] Tolerantiam Laborum in Stilicone multis laudat ejus Laudibus. Cum primis vide Bellum Geticum, eatum Quartum Librum. V. CCCXXV. & ſeqq.

438. MADIDAQVE CADENTE PLEJADE.] Quo tempore cœlum maximè Pluvium.

vium. PLejadum occaſu maximè maria turbari auctor Ptolemæus. Hilarius Arelat.

Anguu agit ſudum, aſt important Plejades imbrem.

Papinius, III. Silvatum. Propemptico Metij.

viſis tumuerunt puppibus unda,
Inq; hominem ſurrexit hyems: tunc nubila Pleias,
Oleniumq; pecus; ſolito tunc pejor Orion.

Nomina Poëtica Pleiadum ſunt in Araro, Germanico; hujus Scholiaſte, & Theocriti. Id.XIV.

439. INTRABIT SYRTIBUS VNDAS.] Per medias Syrtes in Getulum Põrum veniet. Habent hanc Lectionem Omnes libri aliorum, & Noſter. Bentinianorum unus retulit *intrabit navita Syrtes.* Quod recepit Scaliger. Nos receptam Lectionem nulli mutamus, quippè quę & eruditior. Nam de Syrtibus Salluſtius: *Oppidum Leptu ſitum inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. Nam duo ſunt ſinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura; quorum proxima terræ prealta ſunt, cætera, uti fors tulit alta: alia in tempeſtate vadoſa. Nam ubi mare magnum eſſe, & ſævire cœpit ventus, limum, arenamq;, & ſaxa ingẽtia fluctus trahunt, ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur. Syrtes ab tractu nominatæ. Ejus civitatis lingua.* Paret ex his verbis eruditio tot Codicibus aſſertæ lectionis. Cum enim ſint Syrtes, tum quoq; nõ formidare Libycum mare Stiliconem ſuum autumat. Claret nimirum hac Salluſtij Narratione eſſe cũ non ſint eæ voragines, vento ſcilicet non bacchante, neq; fluctu agente ſaxa. Sic *Syrtes* immittere dictum Maroni, id eſt diriſſimam ipſam tempeſtatem. Lib. X.

volens vos Turnus adoro
Ferte ratem, ſævuque vadis immittite Syrtes.

Eodem ſenſu Syrtibus incerta littora dat Papinius, vnde vel maximè in noſtro nihil mutamus. Thebaid. I.

Arctois ſi quis de Solibus horret
Quiq; bibit Gangen, aut nigrum occaſibus intrat.
Oceanum, aut ſi ques incerto littore Syrtes
Deſtituunt.

Cum evanuerint nimirum, facie locorũ cum vẽtis mutata. Sirtes inſuper affluxum in oram Africæ, vi ventorum, faciunt, quo ipſo appellere velle Stiliconem facit noſter. Lucanus, Lib. I.

qualis cum turbidus Auſter
Reppulit à Libycis immenſum Sirtibus æquor.
Deſilit in fluctus, deſerta puppe, magiſter.

Qui exinde & ipſe incertum ijs æſtum tribuit, lib. V.

num rupta vadoſi
Sirtibus, incerto Libye nos dividit æſtu.

Hoc eſt inacceſſa tum Sirtium violentia, per quam ipſam Stiliconem tranſire facit Claudianus. Hæc omnia conturbat illa facilior viſu lectio, ſed nobis non attendenda.

441. RHENUM.] Germaniæ populos. Inf. Quis domitũ meminit ſola formidine Rhenũ? De geſtis Stiliconis ad Rhenum, alijsq; Germaniam tangentibus, non ineruditè ſcripſit Exegeſes ante hoc ſeculum, & quod excurrit, Franciſcus Irenicus.

442. CITATIS VECTUS EQUIS.] Celeritatẽ & hic & alibi in Stilicone & Honorio exemplo omnium ſummorum Ducum, laudat. Hic per diſpoſitos equos laborantibus Imperij partibus inexſpectatum correctorem affuiſſe, ait. Equi hoc genus crebrò memorantur in Auctorum Lectione. Libanius Proſphonetico Juliani id illi tribuit:

Δίκlω μὲν ἐπεράξω, παρ' ὧν μη λαβεῖν, ἄδικον. αἰτίαν δὲ οὐκ ἐπηνέγκας, οἷς ὑπῆρχεν ἀναχώρησις. ἵππων δὲ καὶ ὀρέων, διαδοχὰς ὑπὲρ μεγίςων δὴ τὸ πρῶτον συςάζας, τριβομένας ἔπαυσας ὑπὲρ τῶν ἐλαυνόντων.

De horum ſtationibus, manſionibus, dudum docti dixere.

443. NULLAQUE LATUS STIPANTE CATERVA.] Paria de Eodem, Bello Getico. De Trajano, PLinius Panegyrico; alij Encomiaſtæ.

443 ATTONITOS REGES.] Fama, Celeritate, audacia, tanti viri. Spectanda velut proponunt hæc quæ loquuntur. Sanè diuturnum tempus adminiſtrationis Reipublicæ, quod ad viceſimumtertium uſque annum extenſum notat Zoſimus, Stiliconi credibile eſt maximam apud omnes gentes gloriam & auctoritatem conciliaſſe.

444. RIPAS.] Sic in littore Danubij ſtetiſſe Trajanum, Arbitrum Pacis & Belli cum Barbaris, ſummæ Laudis loco recenſet in Panegyrico Plinius. *Magnum eſt*, inquit, *Imperator Auguſte, magnum eſt ſtare in Danubij ripa; ſi tranſeas certum triumfi, nec decertare cupere cum recuſantibus.* Paria de Juliano Mamertinus. Gratiarum Actione: *Proh ſancta divinitas, qua navigationis illius fuit pompa, cum dexteriorem incliti fluminis ripam utriusq; ſexus, omnium ordinum, armatorum atque inermium perpetuus ordo prætexeret, deſpiceretur ad lævam in miſerabiles preces genu flexa Barbaria? Omnes urbes, quæ Danubium accolunt, aditæ, omnium audita ſecreta, levati ſtatus, inſtaurata fortunæ; innumerabilibus Barbaris data venia, & munus pacis indultum. &c.*

445. ANTE DUCEM NOSTRUM FLAVAM SPARSERE SICAMBRI CÆSARIEM.] Sidonius flavis in pocula fracte Sicambris. *Quare Britannos* fruſtra hic inferciunt nõnulli. Sparſio capilli, adoratio, prono capite veneratio. Germanorum enim mos, comam vinctam geſtare. Seneca Epiſtola CXXIV. *Quid capillũ ingenti diligentia comis? cum vel effuderis, more Parthorum, vel Germanorum modo vinxeris, vel, ut Scythæ ſolent, ſparſeris; in quolibet equo denſior jactabitur juba, horrebit in Leonum cervice formoſior.* Notat Seneca Romanorum in coma curam, quam inter cæteram ea ſpargebant. Petronius.

Scorta placent, fractique enervi corpore greſſus,
Et laxi crines, & tot nova nomina veſtis.

De Nodis Germanicis Idem Seneca lib. III. de Ira: *non eſt rufus crinis & in nodum coactus inſignitus apud Germanos.* Sparſio Noſtri fit & luctus, doloris, ſignum. Scholiaſtes, qui dicitur, Germanici, de Plejadum una: *Septimam à Sole perſecutam arbitrantur, vocatamque Electram, quæ non ſuſtinens videre caſus pronepotis fugerit.* Unde illam & diſſolutis crinibus, propter Luctum ire aſſerunt. Tibullus.

Non ſoror, Aſſyrios cineri quæ dedat odores.
Et fleat effuſis ante ſepulcra comis.

Poſſis & evulſionem capilli intelligere, quæ & ipſa uſitata rebus triſtibus. Unde Cebes ipſum Luctum tabulæ ſuæ inducit.

ἡ τὰς τρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς καλεῖται ὀδύνη:

Papinius lib. VI. *ſternit crines, iteratque precando.* Hoc eſt ruptam comam ad pedes ejus projicit cui ſupplicabat. Idem Eodem.

tergoq; & pectore fuſam
Cæſariem ferro minuit.

Sed humum crinibus verriſſe autumat Claudianus. Sic de Avaribus Juſtinum venerantibus Corippus.

Illa colubrimodis Avarum gens dira capillis
Horribilis viſu, crudiſque aſperrima bellis,
Imperio ſubjecta tuo, ſervire parata.
In media ſupplex, defuſis crinibus, aula
Exorat pacem.

Lucanus lib. VII.

Credite grandævum, vetitumque ætate, Senatum
Caſtra ſequi ſacros pedibus proſternere canos.

447. PAVIDO MVRMVRE.] Metu verba premente

449. JVRATVR HONORIVS.] In nomen

Nomen abſentis, & dedignantis majeſtatem eo demittere, juratur. Vel & per Nomen ejus jurant gentes, vt moris Romano Principi cultum etiā hunc exhibere: Is mos vetuſtiſſimus Aegyptiorum diſcitur ex cap. XLII. Geneſ. *Iam nunc experimentum veſtri capiam. Per Salutem Pharaonis, non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus.* Quo pacto per Majore ſuos laudabile Juramentū cenſet Philo περὶ τῶν ἀφωρισμένων ἐν εἴδει νόμων. De Romanis notarunt docti ad cap XIII. D. de Jurejur. ad cap. II. de Rebus creditis. Minutium. Suetonium, Tertullianum, Symmachū. Numerius Maximus Præſes in Paſſione Tharaci & ſociorum: *Tu Conſule tibi ut honorem magnum conſequaris. Quod ſi nolueris, tibi per Deos & Principes inviĉtiſſimos juro, quia manus meas non euades.* Conſonat nonnihil *Salutis Prabibitio*, quæ, hodie uſitatiſſima, profundæ etiam perpetuæq; fuit ætatis. Dio Caſſius decretum ſcribit Auguſto novi magniq; Honoris gratia ut in Salutem ejus pocula circumferrentur. Ambroſius cap. VII. de Helia, de omnibus Imperatorib teſtatur: *Quid*, inquit, *obteſtationes potantium loquar? Quid ſacramēta memorem, qua violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt, pro Salute Imperatorum, & qui non biberit reus ſit in devotione. Hæc ſunt adjurationes ad bibendum*, quas tantoperè execratur auctor priſcus Concionis de Ebrietate, Auguſtino adſcriptæ. *Ad extremum*, inquit, *tu illum noli adjurare, noli cogere; ſed in poteſtate ejus demitte, ut quantum ſibi placuerit, bibat.* Et Paullo Ante: *Iam non putatur, nec creditur eſſe peccatum infandum; ita ut in conuiuijs ſuis irrideant eos, qui minus bibere poſſunt, & per inimicam amicitiam adjurare homines non erubeſcunt, ut potum amplius quam oportet, accipiant.* Medij temporis teſtis eſt Liutprandus lib. II. cap. XIX. Hiſtor Ubi Rex Betengarius Flamberto poculum aureum donat: *Hu expletum aureum, non parui ponderis, poculum Rex ei porrexit, atq; ſubjunxit. Amoris Salutisq; mea cauſſa, quod continetur bibito, quod cōtinet, habeto.* De Scythica ejusdem conſuetudine Priſcus Rhetor deſcriptione Convivij Attilæ Regis, cui ipſe interfuit, cujusq; multa ſervantur nunc etiam ad Septemtrionem: *Vt obſonia*, inquit Priſcus, *primorum ferculorum fuere conſumta, ſurreximus: neq; prius quisquā noſtrum ad ſedem ſuam eſt reuerſus, quam ſibi traditam pateram, vini plenam ſeruato, quam ſupra diximus, ritu, Attillam ſaluum & incolumem precatus, ebibiſſet. Eo, adhunc modum honore culto, ſedimus.* Is mos ſervatus ad ſingula fercula, eodem auĉtore.

450. SUPPLEX ALAMANNIA.] De Alemanniæ nomine ſupra. Fuit olim ſpeciale, poſt generatim datum Germanis Gentibus; Claudianus ita hic. Mamertinus Panegyrice Juliani: *Mitto cunĉtam Barbariam aduerſus vindicem Romanæ Libertatis in arma commotam; gentesque in reduiuum furorem nefandis ſtimulis excitatas. Quæ omnia obſtinatam & immobilem Principis Maximi tamdem vicere patientiam. Ipſo itaq; molimine cum oppreſſiſſet Alemaniam rebellantem, qui paullò antè inaudita Regionum, Fluuiorum, montium, nomina, exercitu viĉtore peraggrauerat, per ultima ferarum gentium Regna, calcata Regum capita ſuperuolans, in medio Illyrici ſinu improuiſus apparuit.* Noſter hoc cenſet gentes omnes ſequentes. Gentem colleĉtitiam, quod ipſum nomen arguat, dicit Agathias lib. I.

451. BASTERNÆ TRUCES.] Baſternæ quinta pars populorum Germanorum. Aimonius lib. I Franc. cap. I Ex priſcis auĉtoribus: *Germania omnis in quinq; populorum conuentus diuiditur, è quibus primi ſunt Vindelici, deinde Cimbri, poſt hos Teutones, ac perinde Peucini, ultimis omnium exiſtentibus Baſternis, qui finitimi ſunt Dacis.* Audacia & virtute olim incluti. Appianus, Mithridatico: *Baſternæ, omniū hominum fortiſſimi.* PLutarchus in Paulo: *Suppetias ei Baſternæ veniebant. X. millia equitum par peditum numerus, qui jungebāt curſum equis, & inuicem prolapſorum equitum vacuos equos capiebant, omnes mercede militiam ſequētes, qui nec Agrum colere nec nauigare noſſent, nec pecus paſcere, unum opus, unum meditarētur artem*

artem, præliari continuò atque acie vincere hoſtem. Proceri corpora viri, mirabili exercitatione, grandiloqui mirifice in hoſtem minaces; confirmarunt Macedonas fore ut nec conſpectum tolerarent Romani, horrendamq; & trucem jactantiam. Vides cur Truces Claudiano.

452. BRVCTERVS.] Ferociſſimam gentem vocat PLinius lib. II. Epiſt. VII, vide doctorum Commentaria ad Germaniam Taciti.

453. LATIS PALVDIBVS.] Notiſſimis Germanorum confugijs. Etiam arte aliquãdo tales hoſtibus immittebant, fluminibus magnis aggere impeditis, ut adverſarios ſuperfunderent; uti Civilis Rhenum Cereali immiſit, apud Tacitum. Hiſt. V. De Cimbris omnia nota, vide PLutarchum Mario.

454. INGENTES CHERVSCI.] Vt Germaniæ omnes populi celebrantur. Romanis collati, tam celebri nota, ut Plutarchus ſcribat Cimbros pro Germanis maximè Proceritate corporum agnitos. Arrianus, li. I. Anabas. de Gallis:

μεγάλοι οἱ Κελτοὶ τὰ σώματα καὶ μέγα ἐπὶ σφίσιν φρονοῦντες.

Manilius, Lib. IV. Aſtronom.

Flava per ingẽtes ſurgit Germania partus.

Dio, Lib. XXXIIX. περιῆσαν δὲ οἱ μὲν βάρβαροι τῷ δὲ πλήθει, καὶ τοῖς μεγέθεσιν. οἱ δὲ δὴ ῥωμαῖοι, τῇ τε ἐμπειρίᾳ, καὶ τοῖς ὅπλοις. Pauſanias, lib X. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλως οἱ Κελτοὶ μακρῷ πάντας ὑπερηκότες μήκει τοὺς ἀνθρώπους.

Vide Vegetium Lib. I. cap I. Tacitum Germania, & V. Hiſtor. Appianum Celtica. *Etiam fœmina Virginesq;.* Tacitus Germania: *Sera Iuvenum Venus, eoq; inexhauſta pubertas. Nec virgines feſtinantur. Eadem juventa, ſimilis proceritas.* Rationem notat Vitruv. lib. VI. c. I. *Sol quibus locis mediocriter vapores profundit, in his conſervat corpora temperata, quæq; proximè currendo deflagrat, eripit exſugendo temperaturam humoris. Contra vero refrigeratis regionibus, quod abſunt à meridie longè, non exhauritur à caloribus humor ſed ex cœlo roſcidus aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas, vocisq; ſonitus graviores. Ex eo quoq; ſub Septemtrionibus nutriuntur gentes immanibus corporibus, candidis coloribus, directo capillo & ruſo, oculis caſijs; ſanguine multo; quoniam ab humoris plenitate cœliq; refrigerationib. ſunt conformati.*

455. TARDEQVE ROGATVS ANNVIT.] Ex majeſtate Romana. Paria apud Mamertinum, loco ſup. adſcripto PLinius Panegyrico: *Suſtulerant animos hoſtes, ut jugũ excuſſerant: nec jam nobiſcum de ſua Libertate, ſed de noſtra ſervitute certabant: ac ne inducias quidem, niſi æquis conditionib. inibant, & Leges, ut acciperẽt, dabant. At nunc rediit omnib. terror & metus, & votum Imperata faciendi. Vidẽt enim Romanum Ducem, unum ex veterib. illis & priſcis, quib. Imperatorium nomen addebant cõtecti cadibus campi, & infecta victoriis maria. Accipimus obſides ergo, non emimus, nec ingentibus damnis immenſiſque muneribus paciſcimur, ut vicerimus. Rogant, ſupplicant: Largimur, Negamus, Vtrumq; ex Imperii majeſtate. Agunt gratias qui impetraverunt, non audent queri, quibus negatum eſt.*

456. DRVSOS.] Exemplo omnium Panegyriſtarum veteres piæ ſuis Heroib. contemnit, Claudij Druſi, Germanici, res ex parte apud Tacitum, amiſſæ incomparabili damno cum XX. Voluminibus de Bellis Germanicis, PLinij. Pacaverunt autem Germaniam Druſi, non ſubegerunt: cui ut aſſueret aliquid novum Florus, perpacaſſe ſcripſit. Viſe & Vellejum. Nosq; ad Elegiam in Obitum Druſi. II. Opere Adverſariorum.

458. SOLA FORMIDINE.] Nominis Stiliconij fama. Primo Laudum.

Miramur rapidis hoſtem procũbere bellis.
Cum ſolo terrore ruant?

Hoc ſummæ famigeratæq; virtutis documẽtum P. Linius, lib. II. Epiſt. VII. *Spurinna Bructerûm Regem vi & armis induxit in Regnum. Oſtentatoq; bello ferociſſimam gentem, quod eſt pulcerrimum victoria genus, terrore perdomuit.* Idẽ Panegyrico: *Nõne incunabula hac tibi, Cæſar,*

ſar, & rudimenta, cum puer admodum Parthica lauru gloriam Patris augens, nomenque Germanici jam tum mereres, cum ferociam Superbiamque Parthorum, ex proximo auditus, magno terrore cohiberes, Rhenumque & Eufraten admirationis tuæ fama conjungeres. Ita legenda ea verba, vulgo corrupta.

459. POTUERE MERERI.] Vtrumque verbum ſingularem difficultatem infert.

460. DAT STILICONIS ITER.] Velut perviam. Summam viri & Celeritatem & felicitatem notat ſimul. Prima Stiliconiarum.

Veſtra manus dubio quicquid diſcrimine geſſit
Tranſcurrens egit Stilico.

Seneca Troadibus, de Achille.

Sparſa tot urbes turbinis vaſti modo
Alterius eſſet gloria, & ſummum decus.
Iter eſt Achillis, ſic meus venit Pater.
Et tanta geſſit bella, dum bellum parat.

In Panegyricis plura hoc genus, ut & Guntero, quem Poetam Germanis ipſum nomen adſcribit, vix ulli extero uſitatum. Lucanus. Lib. V.

Humani generis tam longo tempore Bellum
Cæſar erit? merito Pompeium vincere lente
Gentibus indignum eſt à tranſcurrente ſubactis.

Suetonius, de Octavio, Patre Auguſti, lib. II. c. III. *Ex prætura Macedoniam ſortitus. fugitivos, reſiduam Spartbaci & Catilinæ manum, Thurinum agrum tenentes, in itinere delevit, negotio ſibi in Senatu extra ordinem dato.* Livius, lib. XXX. *Ibi vero audientes fuſos Carthaginenſium exercitus, devictum & captum ingentis nominis Regem, Numidiam omnem egregia victoria peragratam; tacitum continere gaudium non poterant.* De Rebus Geſtis Stiliconis abundè iu Laudibus.

460. OTIA GALLI LIMITIS.] Redditam Galliis pacem. Intelligit in Alpibus patratam de Eugenio Victoriam, cui ſucceſſiſſe dicit Stiliconis curas in Reſtituenda Græcia ab Alarico vaſtata, quamquam de his ſecius Zoſimus. Rufinus autem immiſerat Barbariem Græciæ. Marcellinus Comes: *Olybrio & Probino Coſſ. Rufinus Patricius Arcadio inſidias tendens, Alaricum Gothorum, Regem, miſſis illi clam pecuniis, infeſtum Reip. fecit, & in Græciam miſit.*

461. TEGITVR VELIS.] Subito parata fuiſſe aut omnia, Induſtria Stiliconis.

463. SERVATURASQUE CORINTHUM.] Spoliatam tamen jam dum fuiſſe, cum in ejus auxilium Stilico veniret, ait Zoſimus. Veritas rei omnino ambigua & in obſcuro eſt.

464. PROSEQUITUR FACILI NEPTUNUS.] Pontum ipſum ait foviſſe Stiliconiæ claſſi, utpote juſta cauſſa belligeranti. Libanius ſimiliter Baſilico:

λύσας δὲ ἀπόγεια τὸν ὠκεανὸν ἔτεμνε, καὶ πάντα εὐθὺς πρὸς εἰρήνην μετεβάλλετο, ὠκεανὸς δὲ τὸ κῦμα στορέσας, λεῖον ἑαυτὸν παρεῖχε τῷ βασιλεῖ διαβιβάσαι, ἡ δὲ συνήθης ἐκείνη τῆς θαλάττης ἀναχώρησις, τότε δὴ τὸν νόμον ἀνέλυσε, τὴν χώραν ἐφύλαξεν.

465. PVER ISTHMIACI.] Palæmonem dicit cum Leucothea, numina placida & quieta adverſis illis Barbarorum exercitibus ſedibus ſuis fugata. De iiſdem Ovidius:

Leucotheaque Deum cum Matre Palæmona dixit.

Euripides. ὦ ποντίας παῖ Λευκοθέας, νεῶν φύλαξ δέσποτα Παλαίμων. Fabulam lege apud Apollodorum lib. III. Pauſaniam fine lib. I. Ovidium, Higinium.

465. PORTVS REPETIT.] Portuum enim præſes Palæmon, nomine Latino teſtante, quo Portunus perhibetur. Feſtus: *Portunus qui & Palæmon alio nomine dicitur, inter Deos, qui præſunt mari, à Romanis colebatur.* Higinus cap. II. *Celebrata ejus Feſta in Portu-*

bus: Varro, lib. V de LL. *Portumnalia dicta à Portumno, cui eo die ædes in Portu Tiberino facta, & Feria inſtitutæ.* Colebatur ut ſecuras faceret navigationes; de Portubus ſcilicet in portus Arnobius lib. III. *Per maria tutiſſima præſtat commeantibus navigationes Portunus. Sed cur inſanum mare tam frequentes expoſuit crudelium naufragiorum ruinas?* Propellere ſua manu navigia, facit Maro, lib. V.

Et pater ipſe manu magna, Portunus, euntem
Impulit, illa Noto citius, volucrique ſagitta,
Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.

Fabulam, ut Deus Factus, recenſent Servius, Lutatius ad Thebaidem primam, B. Auguſtinus lib. XVIII. de Civit. Dei. cap. XIV.

466. METITVR PELLITA JUVENTUS.] Sic recte Noſter & optimi quiq; Libri, aſſenſu etiam Scaligeri. Traductio à gramine, aut frumento, demeſſo. Virgilius.

Obvia quæque metit gladio, latumq; per agmen
Ardens Limitem agit.

Silius Italicus, lib. XIII. *oblatum metit inſaciabilis agmen.*

467. PELLITA JUVENTUS.] Gothica. Barbarica, ab uſu domeſtico pellium in regionibus: De eadem Gothorum gente Rutilius, ut & duce.

Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat.

De Getis ſuo tempore Naſo. III. Triſtium.

Pellibus & ſutis arcent mala frigora bracis.

Oraque de toto corpore ſola patent.

Etiam Proceres gentis, eo habitu. Noſter. Bello Getico.

Crinigeri ſedere patres, pellita Getarum Curia

Veſtes ipſæ, maſtrucæ. Prudentius de voto Radagaſti *maſtrucis Proceres veſtire togatos.* Iſidorus Orig lib. XIX. cap. XXIII. *Pelleatum hoc genus* Barbatum, pellibus undiq; obſitum nuncupat B. Paullinus de Dacis:

Divitiis multo bove pelleatus Accola ripæ.

Maſtrucas ipſas Rhenones dici, vulgo ruſticis Crotones notat gloſſularius Prudentii.

468. LVSTRA LYCÆI.] Arcadiam dicit victis fugatiſque Barbaris libertati redditam, Vibius Lycæum. Arcadiæ mons. Scholiaſtes Theocriti: ὄρος Ἀρκαδίας τὸ Λύκαιον.

468. PARS ENSE PERIT.] In noſtro Libro *enſe cadit* Melius ad Superiora.

469. ERYMANTHEÆ.] Vibius: *Erymanthus, Arcadiæ mons.* Eſt & ſilva eo nomine. Lutatius in Thebaiden. IV. *Erymanthus mons & ſilva eodem nomine in Arcadiæ finibus.*

470. INNUMERIS EXUSTA ROGIS.] Noſter Codex *exuta* nil deterius. Copiam notat Exuſtorum cadaverum. Eandem cladē deſcribit pari Hyperbole. Bello Getico.

A magno Stilicone cave: ſcis ipſe peroſus
Arcadia quam denſa rogis cumulaverit oſſa.
Sanguine quam largo Grajos calefecerit amnes.

470. LÆTANTUR MÆNALA SILVAS.] Combuſtione tot Barbarorum, qui eam provinciam tam vaſtaverant. Scholiaſtes Apollonii, Argonaut. I.

Μαίναλον ὄρος Ἀρκαδίας, καὶ πόλις, ἀπὸ Μαινάλου τοῦ Ἀρκάδος. Eodem Scholiaſt. Theocriti. Zacharias Caliergus.

471. EPHYRE] Corinthum innuit, vel & Ephyren. Vide Stephanum. Rem geſtam lege apud Zoſimum, qui ridiculè ſervatas Athenas comminiſcitur. Syneſ. Epiſt. CXXXV. ſcribit eadem hac ætate velut pellem de hoſtia, nomina locorum de Athenis priſcis ſuperfuiſſe, nec Philoſophos, ſed mellilegos civitatis ſpatia habitaſſe.

473. PEDIBUS.] Supra *truncis immergere plantas* optat Honorius.

474. PENSATVS.] Clade Barbarica ſua damna penſata videns reſpiravit Græcia.

474. GENS

475. GENS QUA NON SCYTHICOS.] Getas dicit. Vide Strabonem & Jornandem.

476. PARVUS ATHOS.] Mons maximus. Herodotus, lib. VII. Epitoma Strabonis, lib. VII.

476. THRACE.] Vniverſa Thracia. Heſiodus: διὰ Θρήκης ἱπποτρόφοιο. Manilius *Thrace Martem ſortita colonum.* Simonides. ἀπὸ Θρήικος ὀρνύμενος Βορέης. De Gothorum rebus in Thracia Zoſimus & Hiſtorici Eccleſiaſtici.

478. SIBI SVPERSTES.] Supervivens velut morti ſuæ. VI. Conſul. *I potius gentis reliquum Tantiſque ſuperſtes Danubii populis, & noſtrum vive tropæum.* Sic acutè locuti & alij. Claudianus Mamertus. *meruit tria vivere luſtra. ſuperſtes Annis ipſe ſuis* Salvianus pulcrè, lib II. de Gubernat pari negotio: *Iam ſi addenda eſt & ipſius facies fugæ, quale illud fuit, cum tantus Rex, tanti nominis, cunctis Regibus altior mundo major, omnes admodum ſuos cum pauciſſimis ſuis fugeret. in comparatione ſui egeſtuoſus, in comparatione ſui. ſolus: fugiens cum metu, cum dedecore, cum luctu, aperto capite, & nudis pedibus incedens, ſuperſtes prioris ſtatus, à ſeipſo exſulans. penè jam poſt ſe vivens* Ita legendum, cum tot Editiones tamen vulgo præferant, *ſuper iſtis prioris ſtatus, &c.* Sed & ſuperiora Tautologa ſunt. Pari Acumine Appuleius lib. I. *At ego ut eram etiamnum humi projectus, inanimis, nudus ac frigidus, quaſi recens utero matris editus, immo vero ſemimortuus, verum etiam* (L. verius &.) *mihi ipſe ſupervivens, & poſthumus, quid; inquam, de me fiet?* Cor. Tacitus, Vita Agricolæ: *Pauci, & ut ita dicam, non modo aliorum, ſed etiam noſtri ſuperſtites. ſumus.* Ruſticus Elpidius.

tu Victor & hæres
Corporis occidui, idem & poſt membra ſuperſtes,
Poſt inferna Deus, & poſt mortalia vivus.

Hericus Altiſſiodorenſis, lib. VI. *Sequeſtuper ſupereſſe ſibi. Supervivere* alicui dicit Spartianus Adriano. Supereſſe, Aſinius Pollio lib. X. Famil. Epiſt. Cic. Martial lib. VII. Ep XCV.

480. UNO COLLE LATENT.] Incluſi à Stilicone, & dimiſſi tamen. Quod facinus contra Remp. factum notant multi ſcriptores. Oroſius lib. VII. cap. XXXVII. *Rufinus & Stilico quid egerint utriuſque exitus docuit. Cum alius ſibi, alius filio ſuo affectans Regale faſtigium, ut rebus repente neceſſitas Reipublica ſcelus ambitus tegeret: Gentes barbaras ille immiſit, hic fovit. Taceo de Alarico Rege cum Gothis ſuis ſæpe victo, ſæpè concluſo, ſemperq; dimiſſo. Sane prudentia an malitia hæc egerit Stilico, diſpici non poteſt.* Alaricum ſervaſſe ut eum hoſtibus Rei Romanæ opponeret, videri voluit. Nec poſt cædem ullus conſcientiam ſceleris de eo confeſſus eſt, quamvis familiares ejus extremis modis fuerint vexati. Ego *in Meliorem ſervatæ* Fidei ſententiam pronior ſum.

480. SITIENS.] Gens videlicet. Sibi domitorum hoſtium exemplum non unum eſt in Hiſtoria Palæſtina Richardi Monachi, Alberti Aquenſis, Gulielmi Tyrii, Jacobi Vitriacenſis, Baldrici, Agilæi, Guiberti, Fulcherii, nonnullorumque aliorum.

481. CONTIGUAS.] Proximas, ut tangi poſſent. Vide II. Rufin. CCXIX. Arnobius *contiguum tangibilem* intelligit lib. II. *nulla corporis attrectatione contiguas.*

482. DEFLEXERAT.] Inter maxima facinora Heroica Bellica averſiones fluviorum, ſuo commodo, hoſtium detrimento, habuit Antiquitas. Sic Semiramis Tropeorum ſuorum Columnis inſcripſit, auctore Polyæno, lib. VIII.

Εν γυναῖκα μὲν ἡ φύζις ἐποίησεν, ἐγὼ δὲ τοῖς ἔργοις τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὐδενὸς χερρῶν ἐγενόμην. ἐγὼ Νίνυ βαζιλεύουζα πρὸς ἑὼ μὲν ὥρισα ποταμὸν ἰναμάνην, πρὸς δὲ μέζον ἡλίε τὴν φέρυζαν λιβανωτὸν καὶ Σμύρναν, ἀπὸ δὲ χειμῶνος σάκκας, καὶ σογδὺς θάλασσαν πρότερον ὐδεὶς Ασσυρίων εἶδεν.

εἶδεν, ποταμοὺς ἠνάγκαζε ῥεῖν ὅπου ἐβουλόμην. ἐβουλόμην ἢ ὅπου συνέφερε.

482. ARCU.] Foſſa flexa quo voluerit Imperatoɩ Romanus.

482. JVSSERAT.] Velut Deus aut Numen aliquod. Sic ſoli voluntati ſuæ eandem rem adſcribit Semiramis, verbis modo produ-ctis. Pati re & alij ſic locuti. Columella lib. X.

Tum juſſi veniunt declivi tramite rivi.

Spattianus Adriano: *Crocum per gradus theatri fluere juſſit.* Mirantem fluvium Poeticè facit, quod genus affectus humanos largitur fluminibus ſolens. Theognis Maɩigaudium. Γηθήσει δὲ βαθὺς πόντος ἀλλος ποταμός. Luctum Fluminibus Val. Flaccus, lib. II. Idæaque mater

Et Chorus, & ſummis ulularunt montibus amnes.

Bion Epitaphio Adonidis. Αἱ ποταμοὶ κλαίουσι, τὰ πένθεα τῆς Ἀφροδίτης. Delectationem Phanocles Elegia de Orpheo. Ἐν δὲ χέλυν τύμβῳ λιγυρὴν θέσαν, ἣ καὶ ἀναύδους.

πέτρας, καὶ φόρκυς πικρὸν ἔπειθεν ὕδωρ.

483. AVERSO.] A Naturali Curſu, ſive alveo. Frontinus, Strategem. lib III. cap. VII. P. *Servilius Iſauram oppidum, flumine, ex quo hoſtes aquabantur, averſo, ad deditionem ſibi compulit.* Idem: *Alexander apud Babylonem ſubito flumine averſo per alveum veterem urbem intravit.* Idem: *C. Cæſar in Gallia Cadurcorum oppidum amne cinctum, ad inopiam aquæ redegit, cum fontes cuniculis avertiſſet, & fluminis uſum per ſagittaries arcuiſſet.* Averſiones ipſæ, *divergia* Siculo Flacco, Aggeno Vrbico.

485. OBVIA.] Contraria. Bello Gildonico. *ſi ſigna petiſſet Obvia, detecto ſubmiſſius hoſte dolerem.* Focas vita Maronis: *obvius ſtat Fretus amicorum clypeo* Petrus Chryſologus, Serm. LII. *inſpector validiſſimus ſecretorum, cui non poterant obviare figmenta Diaboli.* Joannes Maxentius Præfat. Confeſſionis: *novis pravorum argumentationibus verbis Catholicis obviare:*

483. CVPIAT SERVIRE TIBI.] Agnito velut Numine tuo. Tibullus ad Meſſalam.

non alias converſus terga domator

Libera Romana ſubjetse cella catena.

Noſter alibi *ipſi cuperent ſervire Catones.* Et in Feſcenninis.

Quis, cum micantem te prope viderit,

Non optet ultro ſervitium pati,

Colloque poſcat vincula libere?

485. SARMATA DISCORS.] Ob pugnacitatem, & bella in ſuos perpetua hoc dicit, quibus Sarmatas omne genus infamat Ovidius in Triſtibus, & de Ponto. Non una gens Sarmatæ, nec unius inſtituti. Viſe Geographos.

487. SACRAMENTA.] In Stipendia Romana in adſcriptos Barbaɩos hoc ævo omnes Hiſtoriæ teſtantur. Horum Ducibus eum Honorem habuiſſe, ut menſæ Regiæ adhiberet, memorat Theodoſium Zoſimus. Sacramenta, militiam. Non ulla militia ſine ſacramentis. Arnobius lib. I. Salutaris Militiæ ſacramenta. Notarunt pridem Docti.

487. ALANI.] Gens Fortiſſima. Vide ad Libros in Rufinum.

488. FORTES IN MARTE.] Deſcripſit jam Principem ſuum animoſum ad Bella, conſultum, juſtum, moderatumque in Pace. Tales illi nunc miniſtɩos Imperiique Adminiſtratores adjungit. Sic comparatione pejorum temporum, ſuum Herpem laudat in Baſilico Libanius: *Magiſtratus*, inquit, *urbibus regundis præponendos, priores Principes quam ſæviſſimos & maximè ſanguinarios ad Imperandum aptiſſimos eſſe arbitrabantur, adeo ut non haberetur illuſtrius plures hoſtes perduelliſque quam cives & ſubditos inter mere. At nunc Præfectus quidem ferro accinctus exornatur & conſtituitur: ſed Regia Clementia imaginis in animis magiſtratuum elucent, ut nihil jam opus ſit violentia & cadibus ad ea, quæ par eſt, exigenda; ſed ſatis eſt loqui præfectum, & ſtatim res deducta eſt ad effectum.*

490. LONGVMQVE TVERIS ELECTOS. [Perſpicaciam in Eligendo, in Electos

ctos ſervando Conſtantiam laudat. Talem Prudentiam infelicis ad ultimum principis, Valeriani laudat. Talem Prudentiam infelicis ad ultimum principis Valeriani laudat Hiſtoria Auguſta, à quo lecti Duces militum judicio plerique omnes ad imperium venerunt. Trebellius Pollio. Tyranno. IX. De Tito Suetonius cap. VII. *Amicos elegit quibus poſt eum etiam principes ut & ſibi & Reip. neceſſarijs acquieverunt, uſique ſunt.*

492. QVIETIS.] Pacis bonis, quæ toties enumerat commendatque Scriptura.

493. MILITIÆQUE BONIS.] Defenſioni Reip. Non rebellionibus.

494. CEV BELLATORE QUIRINO CEV NVMA.] Duos Reges Belli & Pacis Artibus clariſſimos conjungit, uni Honorio laudando. De Romulo Bellatore, nota omnia. Numam Pacifici titulo inſignit Martialis lib. XII. Epig. LXIII. *Pompiliani temporis* ſecuritas vice proverbii apud Ammianum, Lib. XIV. Vitiata autem Claudiani Lectio. Nequaquam enim de altero tantum Principe loquitur, ſed duobus in unum redactis. Scribendum igitur

fruimurque Quietis
Militiaq; bonis; ceu Bellatore Quirino
Cum placido Moderante Numa.

Vnum enim ex duobus factum Principem referre Honorium dicere debet. Honorium rarò vel numquam ſine Stilicone laudat Claudianus, itaque & ad iſtum potius hæc pertinent cum XIII. annorum Honorius Quartum Conſulatum geſſerit. Sed nec ipſum Adoleſcentulum nolit ſummis Regibus æquare, cum mox ita laudet:

Quæ Pietas, quantuſque rigor: tranquillaque magni
Vis animi! nulloq; levis terrore moveri!
Quæ docta facultas
Ingenii, Linguaq; modus? Reſponſa verentur
Legati, gravibuſq; latet ſub moribus ætas.

494. IMMINET ENSIS.] Semper cædi paratus. Sic laudat Stiliconem,

ut ferrum Marte cruentum Sic cum pace premas.

495. CRIMINA VULGO TEXVNTVR.] Delatorum aſtutia & licentia. Noſter in Rufino & Gildone, Eutropio etiam, tangit. Dio, Tacitus, Suetonius, Ammianus, exemplorum vim oggerunt; cum Hiſtoriæ Auguſtæ aliis ſcriptoribus, Græcis Latiniſque.

496. PATRIA MOESTVS NON TRVDITVR EXSVL.] Non proſcribitur propoſitis tabulis fictorum criminum, opumque gratia. Multa hoc genus in rebus etiam Juſtiniani parent. Noſter priore in Rufinum,

cuicumque monile
Contextũ gẽmis, aut prædia culta fuiſſent
Rufino populandus erat; dominoque parabat
Exitiũ fœcundus ager: metuenda colonis
Fertilitas; Laribus pellit; detrudit avitis
Finibus, aut aufert vivis, aut occupat hæres.

Conſule nos eo loco, & multos Panegyriſtarum loco. TRVDI, peculiare verbum de Exſulibus, Paullinus Benedictus. I. Vit. Martin. *Cumque ipſum, murum fidei validamque columnam Hilarium, inſani truſiſſet factio mundi.* Exſulatum ſcilicet.

497. TRIBVTI AVGMENTA.] Qualibus tyrannicis Temporibus miſeri coloni fundis ſuis egerebantur, non ſufficientibus ad tributorum extenſiones poſſeſſionibus. Laudat pariter tempora Juliani Liban. Agric. exhauriri ſuetos ſub aliis inducens. Vnde facilis ad cætera argumentario. Baſilico:

τῶν τείνον γεοργȣιτων τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μικρὰ μὲν ἢ φαῦλα κεκτημένοις, πολλὰ δὲ φέρειν ἠναγκασμένοις, καὶ τούτου συμβεβηκότος παρὰ τὴν ἀμετρίαν τῶν περὶ τὴν χώραν ἀναμετρεῖσθαι ταχθέντων, καὶ πολλῆς ἀπορίας οὔσης, τῆς μὲν συντελείας κατεπειγούσης, τῆς δὲ γῆς ἀποχρώσης, καὶ ταύταις ταῖς συμφοραῖς ἐπιμενούσαν, λογιστῶν δευτέρων ἀκρίβεια, τὴν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν βλάβην λύσαι τις, καὶ τί δεῖ λέγειν, περὶ τῶν γεωργῶν, ἢ περιλαμβάνειν ἀριθ-

 μῶ

μεστὰ τῶν εὖ πεπονθότων ἔθνη; ὅλος γὰρ ταῖς ἁπάντων ἀπανταχόθεν ἱκετείαις ἀνέῳκται τὰ βασίλεια.

Panegyriſtæ ſuppetunt exempla, & Græca Latinaq; Orientis Occidentiſque Principum Hiſtoria.

497. TABULÆ.] Proſcriptionum. Vel debitorũ mulctarumve potius fiſco aut ærario reſiduarum. Iſta enim propoſita adigebant ad Auctionem & Haſtam miſeros ſub tyrannis. Sic laudatur Auguſtus apud Suetonium, cap. XXXII. *PLeraque peſſimi exempli correxit, quæ in pernitiem publicam aut ex conſuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam exſtiterant: Tabulas veterum Aerarii debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam, exuſſit.* Fecerunt hoc alij laudati principes. Contra tyranni & avari nebulones Ammian. l. XXVI. de Petronio: *Petronium divitias violenter augentem omnes eadem mente deteſtabantur, qui ſepulta jamdudum negotia, & redivivas tabulas debitorum in diverſos ordines excitabat.* Tabulæ poſteris temporibus figebantur domibus eorum, qui exſpoliandi eſſent. Agathias lib. V, de Anatolio nebulone.

ἄδικος ἐς τὰ μάλιστα γεγονὼς, καὶ πολλοὺς ὅσους τῶν οἰκείων ἀφῃρημένος, γραπτὰς σανίδας, καὶ ῥάκη ἀποστρέφοντας τοῖς τῶν εὐδαιμόνων οἴκοις θαμὰ ἐπέβαλε τὴν εἰς βασιλέα εὔνοιαν περιϊσχόμενος, καὶ ταύτῃ ἅπαντα ἐξεπορίζετο βιαζόμενος μὲν ἀναίδην, καὶ ἀναρρηγνὺς τὰ βουλεύματα τῶν ἀποιχομένων.

498. NON HASTA REFIXAS VENDIT OPES.] Refixas poſſeſſioni Dominorum exemtas. In noſtro libro eſt *non haſta refixa.* Minus bene, etiam pro verſus ratione, tam languide noſtro non cadentis. Haſta præfigebatur publicis venditionibus, & ſub ea exercebantur auctiones. Cicero: *Ponite ante oculos vobis Rullum, in Ponto, inter veſtra atque hoſtium caſtra, haſta poſita cum ſuis formoſis finitoribus auctionantem.* Idem. II. Offic. de Sulla: *Ergo in illo ſecuta eſt honeſtam cauſſam, non honeſta victoria. Eſt enim auſus dicere, haſta poſita, cum bona in foro venderet, & bonorum virorum & locupletum, & certè civium, prædam ſe ſuam vendere.* Notarunt ante nos natos multa alij, hic non repetenda.

499. AVIDA SECTOR NON VOCE CITATUR.] Sic ex Cujacianis Libris Claverius, recepitque Scaliger. Contra omnes Belgæ, Bentiniani, Noſter, Camertis, Aldi, Delrii. Qui *emtorem* hic ſectari ſubſtituunt. Sane Cujacianorum vera eſt Lectio, nec enim fingere talia Librariorum. Sectores qui ſint emendatis Aſconii Pediani locis docui Adverſar. lib. V. cap. IV. Alludit pulcrè Pacatus Panegyrico: *Sic cum immitis tyranni & ſtilus timeretur & gladius, transierat in vota paupertas; & ut poſſemus effugere carnificem, optabamus ſubire ſectorem.* *Sector* autem, quia qui ſolvere nollet, aut non poſſet antiquiſſimo jure ſecandus erat in partes à creditoribus. Tertullianus Apologet. cap. III. Sed & iudicatos in partes ſecari a creditoribus leges erant, conſenſu tamen publico crudelitas eraſa eſt & in pudoris notam capitis pœna converſa eſt, bonorum adhibita proſcriptione. *Sector* ergo hic creditor, cujus olim ſecandi, voce præconis publica: Ea enim auctione adhibita aliis gentibus, & Romanis. De Ægyptiis, Herodotus, lib. I. Græcis Lucianus Auctione Vitarum, ubi Venditor Juppiter:

σὺ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, κήρυττε καὶ συγκάλει ἀγαθῇ τύχῃ τοὺς ὠνητὰς ἤδη παρεῖναι πρὸς τὸ πωλητήριον: ἀποκηρύξομεν δὲ βίους, φιλοσόφους παντοίους εἴδους, καὶ προαιρέσεων ποικίλων.

De Romanis Tertullianus: *Si Capitolium, ſi Olitorium forum petitur, ſub eadem voce præconis, ſub eadem haſta, ſub eadem adnotatione quæſtoris divinitas addicta condicitur.* Juvenalis, Satira. VIII

ſed quid damnatio prodeſt
Cum Panſa eripiat quicquid tibi Natta reliquit?

Præto-

Præconem, Charippe, tuis circumſpice pannis.

Commentarius vetus: *Senſus hic eſt. Quid tibi prodeſt, Charippe, ſi damnatur judex, quam tu damnandum accuſaſti? Cum illius ſucceſſor plura eripiat tibi Magis provide tibi præconem, & auctionem fac rerum tuarum, quæ ſuperaverunt.*

500. MUNIFICUS LAUDIS, SED NON ET PRODIGUS AURI.] Hæc eſt omnium veterum Exemplarium Lectio, Imperatorem non effuſum in dandas opes (corruptrices nimirum bonę mentis, & egeſtatem cum contemtu prodigo refundentes), ſed Laudum & commendationum non parcum expoſcens. Vnus Bentini Liber *Munificus largis* Quod cur quove judicio receperit in Raphelengianas Editiones, Scaliger, non commentor. Veriſſima enim, & nullo modo mutabilis illa altera. De Theodoſij munificentia Marmor priſcum SEX Aur. Victoris: Apud Gruterum. CCLXXXVI.

500. MVNIFICVS LAVDIS.] Creſcit enim laudata virtus, & gloria habet immenſum calcar, contra avaritiam objicit argenti remunerario. Simili cautione ſupra Theodoſium largitorem opum ſolum vocavit, pronum autem addidit largitorem honorum,

Magnorum largitor opum, largitor honorum

Pronus, & in melius gaudens convertere fata.

Sic generoſos animos in honorum augmento præmia habere virturum auctor eſt Onoſander Strategici cap. XXXIV. Vide Plutarchi libellum quomodo quis profectus ſuos ſentire poſſit in virtute. Notum Ciceronis Rhetor. III. *Laude conſecuta duplicari recte agendi voluntatem* Et Laudis commoda ex Nazianzeno notat Maximus Monachus: *Præcipuum beneficium in rebus honeſtis eſt laudari. Laus enim parit æmulationem, æmulatio virtutem, virtus felicitatem. Quæ eſt finis omnium quæ deſiderantur, & quo omnis viri boni motus refertur.* Veritatem Lectionis aſſerit & quod de Stilicone alibi pari ſenſu infert *à milite Parcus Diligeris.*

501. SED NON ES.] Præfero noſtrum Codicem *non & prodigus auri.* Non fuit Scaliger, cum hic cæcutivit Scaliger. Conſule ſequentia.

502. PERDVRAT NON EMTA FIDES.] Altera enim novas nundinationes ſemper quærit, novo ſemper lucro intenta. Paria ſecundo Stiliconiarum.

Hinc Amor, hinc veris, & non fallentibus, omnes

Pro te ſolliciti votis. Plura ibidem.

502. NEC PECTORA MERCES ALLIGAT.] Venalia, atque obſecundantia ærugini. Merces, emtæ rei pretium. Florus de Roma: *Reſpublica in exitium ſuum merces erat.* Salluſtius, Orat. Lepidi: *plebis innoxiæ patrias ſedes occupavere pauci ſatellites, mercedem ſcelerum.* Manilius, lib. V.

Hic dedit Andromedæ cœlum, ſtelliſque ſacravit

Mercedem Belli.

Petronius de Roma ſub tyrannis. Ipſa ſui merces erat & ſine Vindice præda.

503. PECTORA ALLIGAT.] Devincit. Non auctorati ſunt milites mercede, ſed ingenuo veroq; amore principem ſuum proſequuntur. Propertius de ſua Cynthia.

Illa feros animis alligat una viros.

Trebellius Pollio: *Sanctiſſime Imperator ne m... ad hanc neceſſitatem alliges.* Oroſius, lib. II cap. XVII. *Clamore conſequitur, Oratione reti... net, precibus ligat.* Adverſar. lib. II. c. I.

503. PRO PIGNORE CASTA.] Na... tus enim inter militiæ ſigna Honorius, noſt... quidem auctore. Vide III. Conſul. *Luſtra... vitque tuos Aquilis victricibus ortus* Miles Su... pra. v. CLI.

604. ROMÆ CURA TIBI.] Hac ple... ramque omnem Honorii virtutem meritur & laudat Scriptor veterum morum, cujus cantu cum eis à Gorbis occupatione, vel non diu an... te, conticuerunt, ſtilo Heroibus priſcis pa... magis quam Principes animo.

505. FIXA MANET REVERENTI...

PATRVM.] Ex majeſtate priſca. Magnam rationem horum, Principeſq; Senatus obſervantes, ſingulari curat notat Aurelius Victor in Cæſaribus. Sic primo Stilicon.

Romuleas Leges rediiſſe fatemur,
Cum Procerum juſſis famulantia cernimus arma.
non ante fretis exercitus aſtitit ultor
Ordine quam priſco cenſeret bella Senatus.

Marcus Imp. adeo coluit Senatum, ut bello etiam atrociſſimo ingruente non ſumeret ſed ab eo peteret pecuniam. nec tamen non omnia ſuo arbitrio geſſit: Neque ullum umquam Principem ſerio Reverentiam Patribus exhibuiſſe demonſtrari poſſe arbitror.

REVERENTIA PATRUM.] Velut naturalium. FLorus, de Statutis Romuli: *Auctu brevi viribus, hunc Rex Sapientiſſimus Statum Reip. impoſuit: Iuventus diviſa per tribus, in equis & in armis, ad ſubita belli excubaret Conſilium Reipub. penes ſenes eſſet, qui ex auctoritate Patres, ab ætate Senatus vocabantur.* Aliter Dionyſius, lib II.

506. SENIVM JURIS.] Ipſa reverentia à ſenio, tot annorum decurſu ſtabilita. Vide eodem ævo Relationem Symmachi pro ſuperſtitione priſca. De *Senio* Juris, Legum viri docti ad Symmachum, Caſſiodorum. Non autem ſolæ Leges ſenectam ſentire perhibentur, ſed & ipſæ in univerſum Reſpublicæ. Dio Tyrannicida, Epiſt. ad Perdiccam:

πλάτων, ὡς ἔοικε, προσποιεῖται μὲν τὰ δημοκρατικὰ ξυμφέροντα εἰδέναι, ἐξὸν δὲ ἐν τῷ δήμῳ λέγειν, καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ τὰ βέλτιστα, οὐ πώποτε ἀναστὰς ἐφθέγξατο. πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν, ὅτι πλάτων ὀψὲ ἐν τῇ πατρίδι γέγονε, καὶ τὸν δῆμον κατέλαβεν, ἤδη πρεσβύτερον, καὶ εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν πολλὰ καὶ ἀνόμοια τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν.

507. EMENDANTURQUE VETUSTÆ.] Poſt Civilem de Maximo Victoriam Romam ingreſſus Theodoſius, multa eorum ævo labantia inſtauravit, Occidente reformato. Idatius Caniſii, lib. III. Collectionis: *Vndecimo anno ſui regni Theodoſius Romam cum Honorio filio ingreſſus, Legeſque Romanorum integra emendatione edidis.* Epiphanius ex Socrate Tripart. lib. IX. cap. XXIV. *Theodoſius in Romana Vrbe poſitus multum profuit civitati, alia inſtituendo, alia utiliter auferendo.*

509. DESPEXIT MVROS.] Fortitudo pulcra, non in murorum ſed in animorum Robore confidere Ducem. Antiſth. in Ajace:

ἐγὼ δὲ διαγωνίζεσθαι μὲν ὑμῖν περὶ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν ἐπιτρέπω, ὃς πρῶτος ἀεὶ καὶ μόνος, καὶ ἄνευ τείχους τέταγμαι.

Ita Spartanæ rei Conditor munimenta Vrbis ſprevit. Noſter Pan. Manlii de Lycurgo.

Civibus & vetitis ignavo credere muro,
Tutius objecit nudam Lacedæmona bello.

510. MVNITA LYCVRGO.] Cujus, ait, Leges pro muro fuere: itaque Apollonius Tyanæus, *cum eum vocarent ad juventutis correctionem Spartani, indignatus: recurrite,* ait, *ad Lycurgum, in cujus ſtatutis omnis eſt veſtra felicitas.* Epiſt. LXXII.

καλεῖτέ με πολλάκις βοηθεῖν ὑμῖν τῶν νόμων καὶ τῶν νέων ἐσομένων, ἡ Σόλωνος δὲ πόλις οὐ καλεῖ με. Λυκοῦργον αἰδεῖσθε.

Quicunque is ſcriptor, Apollonium tamen loquitur. Omnium autem ſcitorum Politicorum Lacedæmoniis auctor Lycurgus. Heraclides Ponticus in Politiis:

τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν ἅπασαν Λυκούργῳ προσάπτουσι πάντες.

Inter quæ fuit & de mœnibus non extruendis, cum in virtute civium legumque obſervantia, non Lapidum ſtructura ſit felicitas civitatum. Epictetus apud Stobæum: *Non Euboicis & Spartanis lapidibus ſtructura mœnium interpolanda eſt, ſed Græca diſciplina civium & Magiſtratuum pectora exornanda. Florentes enim & tranquillas faciunt Reſpublicas virorum animi, non lignorum & Saxorum ſtrues.* De Solone & Lycurgo nota omnia vel ex uno PLutarcho. Sequentibus deeſſe dicat notam interrogationis:

Qui

Quæ ſub te vel cauſſa gravis, vel judicis
error,
Nec legitur dubiis qui litibus addere ſi
nem
Juſtior, & merſum latebris educere ve-
rum?

Sed ex Vaticano exemplari veritatem protulit Philippus Rubenius. Scribe:

Quæ ſub te vel cauſſa gravis, vel judi-
cis error
Negligitur dubiis quis litibus addere ſi-
nem
Juſtior, & merſum latebris educere ve-
rum?

Non eſt dubia reſtitutio, & optabile plures indidem protuliſſe virum eruditiſſ.

511. VERVM.] Juſtum, Ipſam veritatem, Juſtitiam. Nam hæ duæ æquivalent Priſcianus: Verum pro juſto, & juſtum pro vero frequenter tam nos quam Attici ponimus. Horatius.

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede,
verum eſt.

Nonnus in cap. XV. Joannis.

ἐμοὶ δ' ἔσεσθε μαθηταὶ Ἤθεσιν ἀτρέπ-
τοισιν ἀληθέες.

Sic Veritas Juſtitiam, juſtam cauſſam ſeriem, notat. Rutilius Lupus ex Demoſtene. *Atque illum ego, judices, arbitror Lycurgũ laudatorem producturum: ſcilicet qui ſit teſtis ejus pudori vel probitati. Sed ego Lycurgum, vobis præſentibus, hoc unum interrogabo: veltne ſe ſimilem eſſe ejus factis & moribus. Quod ſi negarit, ſatisfactum eſſe vobis de Veritate noſtra debebit.*

514. QVÆ PIETAS QVANTVSQVE RIGOR.] Clementia & Juſtitia. Ignoſcere & punire.

514. TRANQVILLAQVE MAGNI VIS ANIMI.] Excelſior quam quæ concuti turbarive affectibus valeat. Multis Panegyr. Manliano. *peragis tranquilla poteſtas.*

Quod violenta nequit; mandataq; fortius
urget

Paria & Secundo de Laudibus Stiliconis Sic Philippum Auguſtum, Francorum Regem. Laudat Gulielmus Brito. lib. XII.

O Pietas, ô mira fides! In Rege: quis um-
quam
Rex Hebræorum, quis Princeps, quis po-
puli Dux,
Tanta Pace animi, tanta Pietate, reful-
ſit?

Unde factum vt Trãquillitas, ſummus titulus noſtri ævo habita ſit. Vide Scholiaſten optimum doctiſſimumq; Symmachi lib. X. Epiſt. XLVI. Cui notatorũm partem ſuam faciendam putavit qui de Imperatore congeſſit.

515. NVLLOQVE LEVIS TERRORE.] Catonem aliquem præpingit. Viſe Stoicos.

515. NOVA MIRARI.] In hoc ponebant Sapientiam & Felicitatis partem, ne animus quaquam re ceu nova extraheretur, cum omnia eadem, omnia tranſitoria ſint. Marcus Antoninus. ὐδὲν καινὸν, πάντα ὀλιγοχρόνια. Horatius

Nil admirari propè res eſt una, Nu-
mici.
Solaque quæ poſſit facere & ſervare bea-
tum.

Dogma hoc erat & Epicuræorum, vt de Lucretio conſtat Stoicorum ſcita ſunt in Seneca, Marco, Arriano, alijs, obvia. Nova & mira, eadem. Proſper Epigramm.

Inſolitum ſi quid labentia tempora pro-
munt.
Hoc mirum mundus dicit, habetq; no-
vum.

Ut Ignoratio, admirationis mater. Admiratio ergo Ignorantia, quo nomine & has duas confuſas non ineptè notavit laudatæ olim indolis adoleſcens, Lucas Feuterius.

516. DOCTA FACULTAS ELOQUII.] Alibi *te doctus priſca loquentem. Te matura ſenex audit, te fortia, miles.* Ita Gratianum Victorem Præceptoris erudito eloquio laudat Auſonius Actione Gratiarum. Quam talia neceſſaria docet Libanius Baſilico alterã partẽ Regię Inſtitutionis facere dicens Eloquentiã.

διπλῆ δὲ τῆς παιδεύσεως ἰδέα τοῖς βασιλεύουσιν ἤσκησε τὰς ψυχάς. τῇ μὲν γὰρ πρὸς βασιλείας διοίκησιν τοσούτου πράγματος ἐρυθμίζοντο. τῇ δὲ πρὸς δεινότητα λόγων, καὶ ῥητορικῆς ἰσχὺν ἐπλάττοντο. ᾧ γὰρ θάτερον μὲν ὑπάρχει, θατέρου δὲ ἡ κτῆσις ἄπεστι; τούτῳ χωλεύειν τὴν ἀρετὴν ἀνάγκη, καθ' ὁπότερον ἂν σπανίζοι. &c.

Et in Juliani perfectione laudanda Proſphenetico ejus, jungit *δρόμον γλώττης, καὶ μάθησιν τῶν ὅπλων.*

Vide Onoſandrum, Strateg. I. Baſilium & Emmanuelem ad ſuos Filios.

517. LINQUÆQUE NODUS.] Gravitas, paucorum verborum. Ennius verborum vir paucorum. De Stilicone alibi *faſtuq; loqui jam digna futuris.* Facilitas ergo Eloquentiæ & loquentiæ gravitas ſimul noſtro commendatur.

517. RESPONSA VERENTUR.] Etiam adhuc adoleſcentuli. I. Stilicon.

> *Vix primævus eras, paci cum mitteris auctor*
> *Aſſyriæ; tanta pacem cum gente ferire*
> *Commiſſum juveni.*

Legationes enim inter maxima negotia Imperiorum, arguunt magnam in eo fiduciam Principis, cui committuntur. Eadem de Anthemio ſuo Sidonius.

> *Huic quondam juveni reparatio credita Pacis*
> *Aſſyriæ: ſtupuit primis ſe Parthus in annis*
> *Conſilium non ferre ſenis; conterritus haſit*
> *Quiq; ſedens ſub Rege ſatraps, ita vinxerat omnes*
> *Legati Genius.* Paria Panegyriſtæ.

518. LATET SUB MORIBUS ÆTAS.] Vide ad Panegyricum Probinianum.

519. PATER] Inſtar paternum. Notatum alibi his Commentationibus.

519. RADIAT.] Ad divinam quandam imaginem. Primo Laudum.

> *Iam tunc conſpicuus, jam tunc venerabilis ibas,*
> *Spondebatque Ducem celſi inter ignem oris.*

Vide ad Feſcennina.

Divina autem ſunt quæ ſequuntur pudorem modeſtamq; majeſtatem inferentia.

520. TORVA VOLUPTAS.] Seria. Ut alibi lætam Severitatem in Stilicone laudat. Torvum pro ſerio, & minus quam torvo, qui exceſſibus ubique gaudet, ſæpè dicit Papinius.

520. AUGUSTI.] Digni Imperatorio cultu. Planè hæc ſatis enarrari non poſſunt.

521. PATRIAS IMPLES GALEAS.] Ætate accreſcente & robore paterno pari. Imitatio Papinij li. VIII. de ſobole Regis Parth.

> *Sumere tunc arcus, ipſumque onerare videtur*
> *Patrium equum, viſumque ſibi nec ſceptra capaci*
> *Suſtentare manu, nec adhuc implere tiaram.*

Idem, Libro IX.

> *Vix tuta ſine matre via: ſilveſtria cujus*
> *Nundum tela procax arcumque implere valebas.*

521. JAM CORNUA AVITA TENTATUR VIBRANDA TIBI.] Ita Rectè hæc diſtinxit Editio Cujaciana Stephani Claverij. Non bene mutavit Scaliger. In noſtro *vibrata.* Quod minimè eſt deterius, cum effectum tentationi ipſi acutè inferat. Similia de Achille. Statius. Achill. I. v. 42. patria jam ſe metitur in haſta.

522. PROMITTITUR.] Certo ſpondetur. Nuptiis Honorij.

> *Ingentes laurus ramos, olimq; futuras.*
> *Promittit jam parva, comas.*

Juvenalis. duræ per brachia ſetæ Promittunt atrocem animum. Nemeſianus. Cyneg.

> *Fortib. ut ſuccis teneras complere medullas*
> *Poſſint, & validas jam dū promittere vires.*

Run-

Rurtiius lib.I.Epiſt.V. de Floribus: *utrum ipſi flores germina, aut rurſus ipſa germina fructus ſui qualitate promitterent. Promiſſiones* enim hæ oriuntur plantis aut ſtirpibus.

523. RUDIMENTIS.] Primis virtutis exercitijs, inque actum translationibus. Maro. XI.

belliq; propinqui Dura rudimenta

Papinius Protreptico Criſpini.

Quod ſi militia jam te, puer inclute, prima
Clara rudimenta, & caſtrorum dulce vocaret
Auſpicium? quanto manarent gaudia fletu?

Rudimenta enim prima exercitia militaria.

524. INCEDIS QUOTIES CLYPEATUS.] Verſus exprimit rem ſono aut imagine. Ut ille in Raptu Proſerpinæ. Et tremulum bibulis inſerpere murmur arenis.

525. AURO SQUAMEUS.] *Loricam auream cape.* Maro.lib.III.

Dodonæosq; lebetas,
Loricam conſertam hamis, auroque trilicem.

Lib.V.

Levibus hinc hamis conſertam, aureque trilicem.
Loricam donat.

Libro.VII.

clypeumq; auroq; trilicem
Loricam induitur.

Loricas veterum ſolis fuiſſe tegendis pectoribus, ut numquam fideret fugæ virtus, auctor Lutatius ad Thebaidem.VII. *Salluſtij* Romano teſtimonio rem probans.

525. CASSIDE MAIOR] Solita ſtatura. Elegantiſſima oſtentatione velut.

526. THREICIA.] Marti patriam Thraciam adſcribit Antiquitas Manilius. *Thrace Martem ſortita colonum.* Modeſtus de vocabulis Militiæ, *vel rebus potius. Dacos & Myſos & Thracas inter bellicoſos ſemper fuiſſe manifeſtum eſt. Ut ipſum Martem apud eos eſſe natum fabula confirment.* Colebatur enim ibi præcipuè. Iſacius Tzetza ad Lycophronem.

527. VIRES IACULIS.] Vim eorum obiter notes. Idem Modeſtus. *Bina militē miſſilia unum majus ferro triangulo, unciarum novem: hoſtile Pedum. V. Semis. quod pilum vocabant, nunc Spiculum dicitur: ad cujus jactum exercebantur præcipuè milites, quod arte & virtute directum, & ſcutatos pedites, & loricatos ſæpè Equites transverberat.* Quicunque hic Modeſtus, penè verbis Vegetij conſtat, vel hic illius: Libellus certè Romanus.

528. GORTYNIA.] A gente Cretenſi, quorum ars jaculandi nota. Lucanus.lib.III.

Gnoſosq; agitare pharetras
Docta, nec Eois pejor Gortyna, ſagittis.

Varias elationes ejus urbis notat Epitomator Stephani: Gortyn, Gortys, Lariſſa Cremnia Quo loco Inſulæ fuerit ſita, docet Scylax Caryandenus:

φαιςος πρὸς Βορέαν, πεζὸς, καὶ Κνώσος, πρὸς δὲ νότον γορτύνα, ἐν μεσογείᾳ δὲ λύκτος.

Potentes quandoq; Gortynios fuiſſe clarum ex eo quod ſuo ſolo nomine bella quandoque geſſerint contra Cretæ alias Civitates. Livius, Extremo lib.XXXVII.

529. CERTI PETITOR.] Magna induſtria Imperatorum, dignaq; tanto faſtigio habita, certò jaciendi ſagittandiq;. De Gratiano Victorinus: *Nihil aliud diu noctuq; agere, quam ſpiculis meditari, ſummaq; voluptatis, divinaq; artis credere, ferire deſtinata.* De Iuliano Aur.Victor: *Placidus clemensq; pro negotio, litterarum ad elegantiam prudens, laboris patiens, & deſtinare ſagittas mire promtus* Laudant in Mopſo, Saguntinorum Duce Silius Italicus lib.II.in Commodo Herodianus. Domitiano Suetonius; Cambyſe, Herodotus, Theoderico Sidonius, Italiam tenente Gothorum Rege Ennodius, in Mamaluccis ſuæ ætatis Ludovicus Vartomanus. *Certum*, quod ictum non fallat. Propertius: *Te quoq; ſi certo puer hic concuſſerit arcu.* Valerius Flaccus *Deucalion certus iaculis.* Curtius, libro VII.

Aves

Aves non ab alio melius quam à Catene poſſe prohiberi perhibet. Eximiam eius artem cupiens oſtendere. Namq; adeo certo ictu deſtinata feriebat, ut aves quoq; exciperet. Hodierna exempla omnem Antiquitatem ſuperarunt.

530. CYDON.] Vibs Cretæ pari peritia ſagittandi cum Gortyna. Mater vrbium ejus regni, Florus, lib. III. cap. VII. Virgil. XII. *Parthus ſive Cydon telum immedicabile torſit.*

531. ARMENIUS.] Parthos & ipſos Armenios intellige. Papinius, Silvar. I.

arcuq; horrenda fugacis Armenia.

Oppianus, Cyn. III.

Ιϛρω ἐπ' ἄῤῥυ ἐΐσυλι κυλιονται τοξόντεις
Ἀρμενία.

Dio Caſſius, lib. XXXV. De Armenia, provincia quondam Romana, Res Auguſtæ.

531. REFVGO.] Retro-jaculationes Parthorum, Perſarum, hodieq; Turcarum, notiſſimæ. Lucanus pariter, lib. VI. *Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.* Eleganter, modo non nimis vellet, & coactè ſolum poſſet. Sidonius,

It Equo, reditq; telo. Fugiens ſ.quensque Parthus.

Cydonem & Parthum pariter jungit Papinius, lib. VI.

credas è plebe Cydonum
Parthorumve fuga totidem exſiliiſſe ſagittas.

De Parthorum certitudine in ſagittarum uſu Noſter Feſcennin. & Primo Stilicon.

533. AMPHIONIÆ.] Thebanæ, conditore civitatis Amphione. Higinus. cap. LXIX. Apollodorus, lib. II. Horatius Arte Poëtica.

533. PVLCER.] Heroica quadam ſpecioſitate. Sic de Domitiano ſuo Papinius:

iuvat ora tueri
Mixta notis belli, placidamque gerentia Pacem.

Pulcrè Claudianus, infrà. V. DLVI. Et hoc & ſuperiore Panegyrico multis de Theodoſio.

533. FARETRAS.] Sagittas. Lucanus. *Gnoſesq. agitare faretras Docta.* Hinc in Barbatie media Abbo lib. I. Obſeſſo Lutetiæ. *&* *ipſe Percuſſus faretra.*

535. PRÆTENTARE FERIS.] Venatione, aut alioquin configendis feris. De Venatu Principum alibi. Poſſit eadem eſſe in hoc Iuvenalis vexatiſſ. verſu ſententia.

Diſcit ab hirſuta jaculum torquere capella.

Quamvis magis placeant quæ Adverſar. lib. XI. cap. V. propoſita ſunt.

535. PACEM LATURA POLO.] Exturbatis monſtris quæ negotium ſeriam Dijs facere poterant. Quantus Rex domi, belliq; Imperator fuerit Hercules, doceat te primus Librorum de Regno Dionis Chryſoſtomi, qui ad talia ſingularis.

536. SEMPERQUE CRUENTUS.] Perpetuo virtutis exercitio. Secundum illud. II. Ruf.

Inflammata ſemel neſcit miteſcere virtus.

538. TALI APOLLINE.] Formam & virtutem Honorij Phœbo componit. Feſcennin.

Victum fa etur Delos Apollinem:
Credit minorem Lydia Liberum.

539. CÆRVLEVS.] Niger, horridus. Silius Italicus.

Caruleus, maculis auro ſquallentibus, anguis.

Exprimit hæc alibi Sidonius, ita ut ſua facete volentem agnoſcas.

539. FRACTIS SILVIS.] Alibi de Eodem. Rræfatione in Rufin. *Phœbee domitus Python cum decidit arcu Membraq; Cyrrhao fudit anhela ſole. Qui ſpiris tegeret montes, hauriret hiatu Flumina, ſanguineis tangeret aſtra iubis. Concuſſaque diu ſpatioſis tractibus orus Securas ventis explicuere comas.*

539. VOLVMINA.] *Immanes ſpiras.* Eadem in re Sidonins.

Figeret innumeris numeroſa volumina telis.

Cætera faciunt ad iſta Silij, quæ ſerpunt tamen planc, lib. III.

Ecce iugis rapiens ſilvas, & robora duro
Contorta amplexu. tractasque per invia rupes,
Ater lethifero Aridebat turbine ſerpens.

Deſcriptio talis belluæ circa eadem noſtra tempora in Sozomeno lib. VII.C.XXV. & Epiphanio, Tripart. lib. IX. cap. XLV. cujus ab Antiſtite Chriſti Donato, ſputo interemti cadaver adlocum combuſtionis octo juga boum vexerint.

540. CUM VECTARIS EQUO.] Dexteritatem Equitandi laudat & in Feſcenninis, Alibi de Stilicone.

Flectenti faciles Medus tibi ceſſit habenas.

Themiſtius Initio Orationis Sextæ ad hanc artem diſcendam egregijs exercitijs opus eſſe docet, qualia hic in Honorio commentatur noſter. Nos ſi minus gnari eſſemus utroq; brachio promtiores.

540. SIMULACRAQUE MARTIA.] Exercitia armorum incruenta. Cruentorum præludia. Leo Tacticorum X X, *Fictis & ſimulatis conflictibus milites aſſuefacti, facilius & ſtrenuius veros ſuſtinebunt. Vt præſidii parte altera, contra alteram, dedita opera à nobis conſtituta, aut proditione, inſidiis, clamoribus, ſtrepitu, transfugis, incurſionibus, aliisq; hujusmodi ſimulatis fictisque exercitiis exercitati, à veris certaminibus, quando incidant, non abhorrebũt.* Exemplum pulcrum in II. Pædia Xenophontis. Simulacra belli, à pari uſu telorum non acutorum. frequenter Poetæ perhibent. Papinius, Achilleid. II. *ſimulacraque pugnæ Excipere immiſſos, curvato umbone, molares.* Lucretius, lib. II. *belli ſimulacra cientes.* Manilius, libro IV. *Sunt quibus & ſimulacra placent & ludus in armis.* Virgilius, lib. V. *bellique cient ſimulacra ſub armis.* Livius, lib. XXIX. *Quo die venerunt, hoſpitio comiter accepti, poſtero die navales terreſtresq; exercitus non inſtructos modo, ſed hos decurrentes, claſſem & ipſam in portu ſimulacrum navalis pugnæ edentem, oſtendit.* Gellius lib. VII. cap. III. *Sed non perinde ut in decurſibus Ludicris, aut ſimulacris præliorum Voluptarijs videmus fieri, non inquam, diſtinctè nimis, nimisque comtè atque modulatè res acta eſt.* Imaginem belli vocat Joſephus, Antiquitat. lib. XIX. cap. VII.

540. LUDIS.] Non ſeriò agis ſed oſtendis per Ludum quid agere poſſis, cum veneris in campum fortiter facturus. Talis pompa, Aſcanio duce, apud Maronem. Sic Sidonius: *Mox pugnam ludunt jaculis.* *Ludus in armis Manilio.* Vulcatius Gallicanus *Ita ut ſagittas mitterent, & armis luderent.* B. Hilarius, lib. I. de Trinitate: *In omni genere doctrinarum obſervari ſemper meminimus, &c. Vt cum jam bene luſerint bella militaturi in militiam protrahantur.*

541. MOLLES FUGAS] Non cõtentas, duras, aſperas. Vide Maronem. V.

542. MASSAGETÆ.] Qui perpetuò in Equis. Vide Triſtium Elegias Ovidij. Nos alibi.

541. GENS EXERCITA CAMPO THESSALA.] Theſſali Equites jam inde ab Homeri ævo nobiles. Equi celebres. Proverbium vetus.

ἵπποι Θεσσαλικοὶ Λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες. Polybius libro IV. Diſtinguit. Θετταλῶν ἱππεῖς, κατ' ἴλην μὲν καὶ φαλαγγηδὸν ἀνυπόστατοι. χωρὶς δὲ παρατάξεως πρὸς καιρὸν καὶ τρόπον κατ' ἄνδρα κινδυνεῦσαι δύσχρηστοι, καὶ βραδεῖς.

Vide Heliodorum lib. III. Lucanum, libro VI. Oroſium, lib III. cap. XII. Varronem li. II. de Re Ruſt. cap. VII. Pauſaniam, initio Lib. X. Theodoſium in Providentiam. Qui cum plurimis alijs equos equitesque Theſſalos celebrant.

544. IPSI BIMEMBRES.] Centauros dicit, qui ἀμφοτέροις τοῖς τοκεῦσιν ὁμοῖοι, ματρόθεν μὲν κάτω, καθ' ὕπερθε πατρός.

Ut loquitur Pindarus, numquam non erant Equites. Palæphato ſcriptum veteres Theſſalorum ob Equitãdi peritiam Centaurorum

Tttt olim

olim vocabulo inſignitos, quod quaſi agnati Equis in aciem prodierint, vt ex eo memorat Oroſius lib. I cap. XIII Exſtatque narratio copioſior περὶ ἀπίστων cap. I. Quem libellum ſuppoſitionis ſuſpicione vel hinc eximere poſſunt eruditi.

545. VIX COMITES ALÆ.] Celeritatem commendat in Equite Honorio. Libanius Baſilico Juliani:

οὔτε θεραπείαν εἰς παραμυθίαν τῶν πόνων, οὔτε στρατοπέδου πλῆθος εἰς φυλακὴν ἐπαγόμενος, ἀλλ' εὐαριθμήτους δή τινας ἱππέων, οἷς ἐπίστευεν, ἀκολουθήσειν τῷ τάχει τοῖς περιεστῶν ἔπεσθαι, ᾗ ἂν ἡγεῖται καθάπερ αὐτός τε πτεροφυήσας, καὶ τοὺς ἑπομένους πτερῶσαι, ὀξύτερον τὸ μάχος ἵεται πανταχῆ.

545. SUSPENSA.] Contentu curſu velut elevata, vixq; terram tangentia. Sic mox: non ſentit arenas Vngula. Virgilius, libro VII.

> *mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti*
> *Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.*

546. FERVENTES] Studio curſus. Singulis cohortibus erant ſinguli Dracones. Modeſtus: *Draconarij per ſingulas cohortes Dracones ferunt ad prælium.*

547. ARSIT.] Incaluit. Maro lib. VII. *Itala tellus quibus arſerit armis.*

548. IGNESCUNT PATULÆ NARES.] Quod adſcribunt Equis generoſis, & animos ſuos vix capientibus, ſcriptores. Vide deſcriptiones Maronis, Oppiani, Gratij, Nemeſiani, noſtri. II. Rufin. V. CLXXIV. Sedatus Epiſcopus Epiſt XIX. ad Ruritium: *Equum priusquam viderem cum Epiſtolas veſtras relego, illorum de gente Credidi-ques Dædala Circe Suppoſita de matre nothos furata creauit: Putabam illum calidum animis, acrē curſibus, ignem cum exhiberetur, elatis naribus efflaturum, con*curſurum ſolido cornu campos, celeritate ventos & flumina præcurſurum.*

549. NON SENTIT ARENAS UNGULA.] Supervolante nimirum equo. Pulcrè Papinius, talium artifex, modo ne nimium efferus, Libro VI. Et de currente Parthenopæo.

> *vix campus euntem*
> *Sentit, & exilis plantis intervenit aer,*
> *Raraque non fracto veſtigia pulvere pendent.*

De Pane ſimiliter Silius, lib. XIII.

> *Pan Ioue miſſus erat ſeruari tecta volente*
> *Troja, pendenti ſimilis Pan, Semper. & unco*
> *Vix ulla inſcribens terra veſtigia cornu.*

550. PHALERÆ.] Inſigne Regium aut Imperatorium in Equite tali. Nemine, quod ſciam, hactenus animadverſum. Florus lib. I. cap. V. inter Regia ornamenta recenſet: *Neq; pace Tarquinius quam bello promtior. Duodecim namque Thuſciæ populos armis frequentibus ſubegit: Inde faſces, trabea, curules, Annuli. Phaleræ, Paludamenta, Prætexta Inde quod aureo curru quatuor Equis triumfatur.* Herodianus, lib II. ἵππον φαλάροις βασιλικοῖς κεκοσμένον Severo per ſomnum viſum ait inter portenta Imperij. Vercingentorigem à Cæſare victum, deditionis indicio, arma & *faleras* ſupplicem projeciſſe ſcribit idem Florus, lib. III. Sic Equum Pompei *Phaleris Imperatoriis* ornatum memorat Plutarchus in Sertorio. Inde profugo ad ſe Phamiæ inter magnifica & regia munera aureas phaleras donavere Romani, vt auctor Appianus Punica. Eodem alluſum Alcimo Avito, cum Potentem phaleris equum dicit, Lib. V.

> *Ergo bella rogant; feruent rapit arma iuuentus,*
> *Spumantes ducuntur equi faleriſque potentes.*
> *Suſpendunt alacres prudentia frena iugales.*

Hinc

Hinc ad ſermonis ornatum faleræ deductæ, vt falerata oratio ſuperba, faſtuoſa, ſplendida, perhibeatur. Diomedes Grammaticus lib. II. *Hæc omnia non faleris ſed viribus ſtructa ſunt.* Fulgentius, prologo ad Calcidium. Terentius Phormione. Symmachus lib. I. Ep. LXXIX. Sidonius lib. I. Epiſt. XI. Mart. Capella, Initio lib. III. Fauſtus præfat. de Libero Arbitrio. Sedatus. Epiſtola citata. Gotfredus Monumet. initio Hiſt. Anglicæ. Proſper de Vita Contēpl. lib. I. cap. XXIV. Petrus Riga, prologo Evangeliorum.

550. SPUMOSIS MORSIBUS.] Equo ſpumante ſupra admorſa fræna. II Rufin.

- ſpumu igneſcere frana Pulveris extolli nimbos.

Heroicè Papinius lib. VI.

Qui dominis, idem ardor equis: face luminaſurgunt,
Ora ſonant morſu, ſpumiq; & ſanguine ferrum
Vritur, impulſi nequeunt obſiſtere poſtes.

551. FUMAT.] Anhelitu erebro cōceptam iracundiam conteſtante. Minutius Felix Octavio de Caſtoribus: *Qui anheli, ſpumantibus Equis atq; fumantibus de Perſe Victoriam eadem die, qua fecerant, nuntiauerunt.* Papinius de Equo Domitiani.

Fumat, & ingenti propellit Strymona flatu.

551. GEMMÆ.] In frænis Imperatoriis. Alibi.

Dumq; auro falera, gemmis dum frana renident,
Hac uterum zona cinge frementis equi.

Lectæ poſtea peculiares gemmæ, quarum uſu Magnatibus interdictum. Leo Imp. lib. X I. Cod. cap XI. *Nulli prorſus liceat in franis & Equeſtribus ſellis, vel in baltheis ſuis margaritas & Hyacinthos poſthac habere vel inſerere. Alys autem gemmis frana & Equeſtres ſellas & balteos ſuos priuatos exornare permittimus.*

552. IPSE.] Mutato in contradictionem aliquam ſermone ſic ordiri conſueverunt boni ſcriptores. Hic enim labor ille & pulvis ſordes non ornamenta videbantur illaturi. Sic alibi *Diligeris pariter, pariterque timeris Ipſe metus te noſter amat.*

552. CONFUSAQUE MOTU.] Vide Heliodorum lib. III. Sic de Cynthia Propertius.

Non operoſa comis ſed furibunda decens.

552. PULVISQUE.] Superiore Conſulatu.

Sic enſe rubens, ſic flamine crebre
Turbidus, & grato reſperſus pulvere Bello.

Horatius lib. II. Carm. I.

Audire magnos iam videor Duces,
Non indecoro puluere ſordides.

Talem equitem ephebum videre volens, inſpice dictum Librum Heliodori.

553. RADIATO MURICE.] Auro textili intertextum intellige. Quod quidem craſsè ſatis faciebant veteres. Exemplo ſint tunica & pallium Mariæ, conjugis Honorij noſtri, è quarum reliquijs in ſepulcro invētis XXXVI. pondo auri excocta ſunt.

554. COMBIBIT.] Attractum velut. Papinius.

Fulminis haud aliter radijs afflata cupreſſus,
Combibit in geſtas & ſtirpe & vertice flammas.

554. VENTO CRISPATUR.] In augmentum pulcritudinis. Vide Heliodorum. Sidonius:

craſſatur vertile tergum
Flatibus, & nimium iam non capit aluus inane.

Acute, niſi verbo obſcuro turpaſſet.

555. ARION.] Equus Adraſti, Filius Terræ, de quo plura fabulati priſci Poetæ Græciæ. Antimachus in Thebaide.

καὶ ἀρίονα θελπουσαῖον,
Τὸν ῥα δ' ἀπόλλωνος σχεδὸν ἄλσεος
ὀγκαίοιο
Αὐτὴ γῆ ἀνέδωκε, σέβας θνητοῖσιν
ἰδέσθαι.

Princeps eum habuiſſe Oeneus, Tydei progenitor, ſecundus Hercules, ab eo Adraſtus qui ad Thebas Polynici genero affuit, tradūntur. Alij *Cærulea* juba Inſignem Neptuno proſatum fecerunt, cui & aliorum monſtrorum Chorus affingitur, Vide Pauſaniam libro VIII. &c.

557. CYLLARUS.] Caſtoris Equus, inter optimos & velociſſimos. Eumenius Panegyrico Conſtantini: *Purpuram milites injecere lacrymanti. Diceris, Imperator invicte, ardorem illum te depoſcentis exercitus fugere conatus, equum calcaribus incitaſſe. Quod quidem adoleſcentiæ errore faciebas. Quis enim te Cyllarus aut Arion poſſet eripere, quem ſequebatur Imperium?* Probus in III. Georg. Papinius. I. Silv. & Thebaide VI. Ibibiq; Lutatius. Valerius Flaccus, lib. I. Ut taceam Græculos.

558. FLAVUM XANTHUS SPREVISSET ACHILLEM] Notares de Xantho. Heroes flava coma inducuntur. Theocritus. ξανθότριχα πὰρ Μενελάῳ. In fœminis idem color laudatus. Aelian, libro XIII. de Aſpaſia. Vide multis ad Muſæum. Cujus Editionem preſſere jam decennium integrum mala, qui bona fide ſuſceperant.

560. PEGASUS.] Notiſſima vectura Bellerophontis. Vide Scholiaſten Lycophronis.

561. BELLEROPHONTÆAS INDIGNARETUR HABENAS.] Alij Pegaſum Auroræ tribuunt. Lycophro initio Caſſandræ.

> Ἠὼς μὲν αἰπὺν ἄρτι Φηγίου πάγον
> Κραιπνοῖς ὑπερποτᾶτο πηγάσου πτεροῖς.

Verſus autem conſpicuus gravitate verborum, non tamen ut peccet affectatione. Talis obſervetur princeps Achilleidos Statianæ, quatuor verborum.

> *Magnanimum Aeaciden, formidatamq; Tonantis, Progeniem.*

Non vidit modum Sidonius qui in ultimos pedes pondus rejecit, quo totius ſplēdor petit.

> *Innumerabilibus legionibus imperitabant.*

Et Juvencus, quamlibet iſte talibus non ſtudeat. Libro IV.

> *Luxurioſorum conuiuia concelebrabat.*

Ambobus dominatur vulgaritas. Duobus verbis Pentametrum fecit Rutilius Numatianus.

> *Bellerophontæis ſollicitudinibus.*

Cujus exemplum in omni Romana Antiquitate non offendas. Paucis in Sophiſtas Epigramma exſtat Hereſandri, à Scaligero ad Varronem Larinitati datum. PLures in uno verſu non memini legere, quam iſte habet Arati.

> καὶ χέλυς ἔτ' ὀλίγη τὴν δ' ἄρ' ἔτ. καὶ πὰρ λίκνῳ.

Sunt duodecim. Unus minus Valerius Flaccus iſte includit. Argon. I.

> *Mors bona dum metus eſt, nec adhuc dolor: unde ego Colchos.*

Sed hæc Analecta Poetica plurimis perſequi juſſimus.

563. ÆTHON.] Lucifero equum dat, quem ſoli Ovidius & norat Higinus. Fab. CLXXXIII. Ita Martialis, Lib III *Iam prono Phaetonte ſudat Aethon. Exarſitq; dies.* Qui tamen & ipſe Solis potius intelligit, ut & libro VIII. Epigr. XXI. Singulare ergo hoc noſter, ſed Poetico more. Ita pro Lucifero Caſtor Papinio, Lib. IV Silv. VI.

> *Donec ab Elyſiis proſpexit ſedibus alter Caſtor, & heſternas riſit Titonia menſas.*

Sane Caſtorum alter Lucifer, alter Noctifer. Fulgentius, Mythol li. II. c. XVII ὑπερφανία *propriè ſuperapparitio nuncupatur, quod in iſtis duobus ſignis, quæ eorum fratrum vocabulo nūcupatur, unus ſuperappareat alter vere vergat. Sicut Lucifer & Noctifer.* Sic enim ſcribendum eo loco, non *Antifer*, ut etiam caſtigati Codices præferunt. Catullus:

> *Nimirum ætheréos oſtendit Noctifer ignes.*

563. FUGAT HINNITU STELLAS.] Elegan-

Elegantiſſima fictio, prorſus noſtri Auctoris. Et dicas conſpicari quippiam tale.

565. EQUITEM TE CERNIT.] Matutina exercitia Equeſtria intelligit Principis.

567. AUSONIO AMICTU.] Trabea Conſulari, quæ Romani ſolum magiſtratus geſtamen.

568. PER LIGURUM POPULOS.] Mediolani ſumſit Conſulatum hunc Honorius; ibi nuptias etiam celebravit mox, eoq; loco lubens animo manſit, donec Serenæ conſiliis Ravennam ſeponeretur, ne Romam cum copiis aliquando Gothicis invadens Alaricus, eum ibi comprehenderet, ſi vera ſunt quę narrat Zoſimus lib.V.

568. SOLITO CONSPECTIOR.] Accedente Conſulatus dignitate. Ipſi enim Principes majeſtatem ſuam hac acceſſione decoris a[illegible] gaudebant. Julianus Imperat. Conſtantian.II.

τοῖς μὲν ἰδιώταις οἷον ἆθλον ἀποκείμενη, καὶ γέρας ἀρετῆς πίστεως, ἢ λαμπρᾶς εὐνοίας καὶ ὑπηρεσίας περὶ τοὺς τῶν ὅλων ἄρχοντας, ἢ πράξεως λαμπρᾶς, τοῖς βασιλεῦσι δὲ πρὸς οἷς ἔχουσιν ἀγαθοῖς, οἷον ἄγαλμα καὶ κόσμος ἐπιτιθεμένη. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ὀνομάτων τε καὶ ἔργων, ὁπόσα τῆς παλαιᾶς ἐκείνης πολιτείας διασώζειν τινὰ φαύλην καὶ ἀμυδρὰν εἰκόνα, ἢ πάντη ἅπασιν ὑπεριδόντες διὰ τὴν ἰσχὺν καθέγνωσαν, ἢ προσποιούμενοί γε διὰ βίου καρποῦνται τὰς ἐπωνυμίας, μόνης δὲ, οἶμαι, ταύτης οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπερεῖδον, χαίρουσι δὲ καὶ πρὸς ἐνιαυτὸν τυγχάνοντες, καὶ οὔτε ἰδιώτης οὐδεὶς, οὐδὲ βασιλεύς ἐστιν, ὃς γέγονεν, ὅς οὐ ζηλωτὸν ἐνόμιζεν ὕπατος ἐπονομασθῆναι.

569. ALTE VEHERERE.] Manibus velut aut verè, portatus. Sic II. in Rufinum.

omni jam plebe redibis

Altior, & lata manus portabere vulgi.

Notata ſupra alia.

570. NIVEAS COHORTES.] Militem Honoris ergo Principi ſuo togatum. Alibi.

videtque togatus

Miles, & in mediis effulget Curia caſtris.

Cum enim Imperator Conſul, miles civilem habitum ſumſerit, Corippus lib.III.

ſchola quaque palatii

Juſſa ſuis adſtare locis; jamque ordine certo

Turba Decanorum, Curſorum, in rebus agentum,

Cumque Palatinis ſtans Candida turma tribunis.

Et Protectorum numerus, mandante magiſtro

Omnis ſacrorum vis affuit Officiorum.

Sic corrigendus is auctor duobus iſthic locis vulgo corruptus. Militem ipſum candido habitu uſum indicant ſatis quæ notavit Franciſcus Juretus ad Paullinum de Vita B. Martini. Sic in Nuptiis Honorij noſtri habitum nitidaverat. Noſter inibi.

Candidus interea poſitis exercitus armis

Exſultat ſocerum juxta.

Græcorum vulgò eum colorem præter alios multos docent Theophraſti Characteres in Μικρολογίας, πρὸς τοὺς γραφεῖς διατεινόμενος ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν, Cretam videlicet, ἵνα μὴ ῥυπαίνηται τάχα.

571. PUBES ELECTA LACERTIS.] Morem geſtationis in novo Conſule ſupra illuſtravimus, & illuſtraturi porro alibi poſt Lipſium alioſque ſumus. Lecta corpora hoc genus rebus adhibita notum. Sic in Levatione Juſtini Corippus lib.II.

Quatuor ingentem clypeis ſublimibus Orbem

Attollunt lecti juvenes, manibuſque levatus

Ipſe miniſtrorum ſupra ſtetit.

573. NUMINA MEMPHIS.] Statuæ & Effi-

Effigies Deorum ſolemnibus diebus in publicum deferebantur. Præcipue Aegyptiorum. Lampridius Commodo: *Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret.* Velut legitimus nimirum ſacerdos. Exempla alia apud Herodotum, Lucianum, Appuleium. Eodem pertinet quod Plinius lib. II. cap. VII. inceſſit: *externis famulantur ſacris & digitis Deos portant. Qua mente Deos humanis pedibus incedere dixit non inſcite* Appuleius, lib. X I. Qui Metamorphoſin ſuam nequaquam Græco libello debet, ſed iſte eum contrahere niſus eſt, nec auctoris Luciani.

574. PENETRALIBVS.] Adytis fanorum. Lucanus

illa pavens adyti penetrale remoti
Fatidicum, prima Templorum in parte reſiſtis.

575. BREVIS.] Minuta. Suetonius, alii.

575. LINIGER SACERDOS.] Lino amicti Sacerdotes Ægyptii. Gratius.

operata ſuo ſacra ad Bubaſtia lino
Veſtitur ſonipes æſtivis turba Canopi.

Sonipedem turbam vocat à crepidis, quas Antiſtites illos geſtaſſe auctor Heliodorus cum aliis. Tunicas lineas prolixas fuiſſe clarum ex Appiano, Civil. IV. *Voluſius, ait, in ædilitate proſcriptus, amicum habebat ISiacum, à quo lineam ſtolam talarem ſumſit, & canicipitem perſonam indutus hoc habitu bacchabundus evaſit ad Pompejum. Cætera ſunt vulgata.* Ait Claudianus effigiem illam graviſſimam eſſe non ſuopte pondere, ſed numine intus degente. Sic Papinius de ſtatua Domitiani.

Vix ſola ſufficiunt, inſeſſaque pondere tanto
Subter anhelat humus; nec ferro aut ære laborat
Sed Genio.

575. IMPOSITA VESTE] Ne tantum pondus humeros exteretet ſcilicet. Simulabant utique numinis Gravitatem lignei ſacerdotes, ad augendam populo ſuperſtitionem. Iunis emendatio *vecte* qua voce quis dicere ſtatuam velit: Aut quid vecte opus ad portandum Idolum. Sententia eſſe illius poteſt quod ſequitur Ornatuq; novo gravior Deus. *Veſtem aureas* maximi ponderis faciebant, ut modo de puellari dictum, & trabeæ conſularis Molem agnoſcit Sidonius, Paneg Anthem. & veſtita fuiſſe Ægyptia numina notum. Lucanus lib. IX. tectum lino ſpargam per vulgus Oſirim. Statuas inhabitaſſe Deos creditos docui ad primam Civitatem Divinam Auguſtini.

577. VARIOSQUE MODOS] Rite reſtitutum puto Joſepho Scaligero ad Codices priſcos *Phariosque modos.* Cui clarè & noſter aſſentitur. Fuit enim peculiaris utique his tibiis modus, non ſine, ſcilicet profanitate *variis* mutandis. Appuleius lib. XI. Eadem re: *Erant & dicati magno Serapi tibicines, qui per obliquum calamum, ad aurem porrectum dextram, familiarem Templi Deique modulum frequentabant.* Ce cæteris alibi.

578. ADMVGIT CORNIBUS APIS.] Vt favere ſcilic. ſuæ pompæ ſapientem Deum intelligeres de voce illa mellita. Apin pari cum Ægyptiis ſuperſtitione Romanos coluiſſe auctor Minutius Felix Octavio.

580. TIBRIDIS ET LATII.] Italiam omnem dicit, Romanam & Latiam Nobilitatem. Tibris enim per Latium Romam venit Gratius *Latii qui cultor amœni Tibris.*

583. AUCTOR HONORIS.] Auctor alicujus, qui quem ad honores promovet, ornatque ijs. Spartianus, Adriano: *Exemplo Scipionis & Metelli, & Auctoris ſui Trajani.* Ammianus, lib. XIV. *ſi plus valuiſſet auſurus hoſtilia in auctorem ſuæ felicitatis.* Sic auctor hæredis dicitur teſtator, ex cujus bonis ille locupletatur. Anianus ad Sententias Pauli libro IV. Tit. XIII. *Si Teſtator fideicommiſſo ſervum juſſerit manumitti, & ita evenerit, ut, antequam manumiſſio daretur, is, cui fideicommiſſa libertas eſt, moriatur, hæres ad manumiſſionem præſtandam, quam auctor ſuus erat compellitur.* Sic *Auctor*, ſcriptor Authenticus, unde teſtimonia gravis momenti peti poſſunt. Vt apud Saresberienſem lib I. Metalog. cap. XIIX. *Auctores & auctoribus ſimiles ſumma & media auctoritatis*

Auritatis ſcriptores. Quomodo uſus auctorum Analogiæ oponitur à Priſciano, Lib. VII. Itaq; Græcorum ξυγγραφεῖς. Scholiaſtes Thucydidis, initio Hiſtor.

583. NUMEROSO CONSVLE.] Conſulatus enim præmii honoriſque ſummi Gratia conferebatur à principibus. Vide Vaiias Caſſiodori, Auſonium Panegyr. Julianum Conſtant II Glorioſum itaque Honorio multos id genus comites habere ad ſuam pompam.

584. ILLVSTRI TE PROLE TAGVS.] Nobilitatem Hiſpaniæ Procerum laudat, quia inde Theodoſii ſtirps. Latini Pacati Panegyricum conſule.

585. GALLIA DOCTIS CIVIBUS.] Egregia & merita laus. Galliæ quo pacto litterarum gloria hoc tempore floruerit, notum ex Auſonii Profeſſoribus, Eumenio, aliiſque & Patribus Hiſtoriciſque Auguſtis. Vide qui Res nobiliſſimæ gentis illuſtraverunt, Petrum Pithæum prologo in Quintiliani Declamationes, P. Juretum ad Symmachum, Joannem Savaronium ad Sidonium, quique opera peculiaria ſcripſere, Joannem Filium, Franciſcum Hotomanum, Stephanum Forcatulum, Joannem Picardum. Quibus adde Teſtimonium Taciti, antiquitus erudiendæ liberalibus doctrinis ſoboli Gallos peculiarem urbem deſtinatam habuiſſe, indicantis, Annal. III. *Auguſtodunum ſcilicet. Apud Aeduos,* inquit, *major moleſe exorta. Auguſtodunum, caput gentis, armatis cohortibus Sacrovir occupaverat, Nobiliſſimam Gallorum ſobolem, Liberalibus ibi ſtudiis operatam, ut eo pignore parentes propinquoſque eorum adjungeret.* Hieronymi notum teſtimonium *viris fortiſſimis & Eloquentiſſimis Galliam ſemper floruiſſe*, conſonum Priſco Catoni, qui *argutiloquentiam & arma* ſtudia eſſe unica Gallorum ſcripſit: repetitumque ultimo ævo Jonæ Aureliarum Epiſco lib. I. de Cultu Imaginum. Notus Coturnus Gallicanus, ejuſdem Hieronymi, quam ultimo magis tempore celebravit poſt Sugerius Abbas in Vita Ludovici Craſſi Francorum Regis. Nobilitatem autem doctrinaque claros homines Principē ſtipaſſe Claudianus memorat, quod excubiæ Imperii ad eos pertineant velut. Sidonius.

> *Locus, hora dieſque*
> *Dicitur Imperii Felix, ac protenus illic*
> *Nobilium Excubias gaudens ſollertia mandat.*

Litteratis comitati ejuſdem Faſtigij erat, uti Aula haberet ſigna litteratæ cujuſdam militiæ, ſub quibus mererent homines bonarum Artium conſulti, velut in Contubernio ipſius Principis. Vide Litteratæ militiæ, quibus probari proximi ſacrorū ſcriniorum, priuſquam ad eam dignitatem pervenirent, apud Theodoſium & Valentinianum Lib. VIII. Cod. de Pigr. Sacr. Scriniorum, lib. XII. Et tanquam in caſtris erant præſto ſemper. Vt ait Conſtantinus L. IV. Cod. Theod. de Privileg. in ſacro Palatio Militantium. Quæ & ipſa notata jam aliis video, ad Symmachum, lib. VII. Epiſt. CXXIV.

585. STIPAVIT ROMA.] Eximii Principeſque Reip viri. Hi enim Roma ſunt. Prudentius Lib. II. in Symmachum:

> *nam ſubdita Chriſto*
> *Servit Roma Deo, cultus exeſa priores.*
> *Romam dico viros, quos mentem credimus Vrbis, Non genium.*

586. PORTATVR JUVENVM CERVICIBVS AUREA SEDES.] Sella curulis ſive Conſularis ex auro, quo conſpicuus Imperator, more majorum, ſedebat. Auream tum docet & Sidonius. Panegyrico Anthemiano.

> *reduci datur omnis honos, & utrique magiſter*
> *Militia, Conſulque micas: Conjuncta poteſtas*
> *Patritij, celerique gradu privata cucurrit*
> *Culmina, conſcenditque ſenum, puer ipſe, curulem*
> *Sedit & emeritto juvenis veteranus in auro.*

Erant

Erant & geſtatoriæ Magiſtratibus ſellæ, auro inductæ. Idem lib. VIII. Epiſt. VIII. *Sita cateris nobilium artium ſtudiis repudiatis ſola propaganda Rei familiaris Vrtica ſollicitet; licet tu deductum nomen à trabeis, & elaboratas curules, & geſtatorias bracteatas, & faſtos recolas purpuriſſatos, is profectò inveniere, quem debeat ſic induſtrium quod latentem, non tam honorare Cenſor, quam cenſus onerare.*

587. ORNATVQVE NOVO GRAVIOR.] Trabea illa Conſulari, quæ certè non minimi erat ponderis, uti molem vocet idem Sidonius

Effulgens trabealis molle metalli
Annum pande novum.

587. VELAMENTA.] Ipſam Trabeam Conſularem, gemmis auroq; conſertam. Deſcribit talem, ut Imperatorium decus acceſſiſſe ſcias. Gemmatæ enim veſtes, Imperii ſunt.

588. LAPIS.] Gemma. Ovidius: *Elapſuſque cava fingitur aure Lapis.* Marbodæus.

Quot ſpecies lapidum, qua nomina quive colores
Quaque ſit his regio, vel quanta potentia cuique
Hoc opus excerpens dignum componere duxi.

Eum medii temporis libellum non indoctè illuſtravit Alardus Amſtelodamius olim quem ante eodem titulo ediderat quidam Pictorius. Joannes Cornarius nec quid nec quare conturbato toto auctore Marco de Herbis affixit, mali exempli temeritate. Ediderunt alii Evacis Vocabulo, quo citatum memini ante aliquot ſecula ab Henrico Mediolanenſi Lib. I. de Controv. Hominis & Fortunæ. Sanè potuit ex Arabum libris quædam adſciſcere non ineruditus verſificator eo ævo. Porro *Lapis gemmam* Poetis notat. At Jureconſultorum filii diſcrimen inveniunt. Vlpianus ex Servio & Sabino, cap. XIX. de Auro & Argento Leg. Notavitq; Andreas Alciatus, qui ævum noſtrum de nobilitare Germanica auditorem vel primo loco dilexit, ipſe primis eminens Juriſprudentiæ Romanæ genuinus illuſtrator, lib. IV. de Verb. Signif. *Iiſdem margaritis* nec gemmæ ſunt nec lapilli, unde etiam diverſitas clara elucet. Vide idem caput verſu. XVIII. Eumdemque litteratum prudentemque IureCônſultum lib. XI. cap. I. Pareig.

589. FVLGOR IBERVS.] In Gratiam Hiſpani Principis. Dicit autem Carchedonios, genus Carbunculorum rubra luce fulgentium (vel Pyropos) qui à magna Carthagine, Hiſpaniarum domitrice nomen nacti ſunt, & ruboris ergo flammei, Lapidei ignes dicuntur à Publio Mimographo. Vide PLinium lib. XXXVII. cap. VII. Aliosque Gemmarum mythologos: Fabulas enim eſſe pleraque de iis tradita, certa res eſt.

591. RVDIS.] Naturalis. Manilius.

Materiamque rudem certa duplicaret arte.

Hoc eſt tantum artificio addere materiæ, ut pretium rei duplicetur.

292. AVGET ACVS MERITVM.] Ars certat cum metalli pretio. Sic netum aurum indumentum Juſtini Imperatoris adpellat Corippus. Cenſorinus, cap. I. de Die Natali: *Munera qua ex argento nitent vel auro calata opere quam materie cariora.* Ovidius lib. II. de Regia Solis.

erat ſublimibus aurea alta columnis.
Clara micante auro flammaſque imitante Pyrope.
Materiam ſuperabat opus; nam Mulciber illic
Aequora calarat medias cingentia terras.

593. VIVIT OPVS.] Vide ad Bellum Geticum.

593. VVLTVS] Heroum enim effigies intexebantur Trabeis Conſularibus. Gratianus Imp. Epiſt. ad Auſonium, qua Conſulem deſignavit: *Conſilium meum ad Deum retuli, ejus auctoritati obſecutus te Conſulem declaravi Palmatam miſi, in qua Divus Conſtantius, parens noſter inte·xtus eſt.*

594. NEREIA BACCA.] Margaritam dicit. Indicam baccam Publius Mimographi

phus, verſibus, qui amiſſa Opuſcula nimium deſiderare nos cogunt, Petronio conſervati.

570. SCRUTATUS STAGNA PROFUNDI.] Maris Eoi & Auſtralis ait abſconditos theſauros erutos ad decorandum hunc ornatum. Manilius, pariter locutus.

Scrutarique novum pelagus, totius & eſſe Orbis in hoſpitio.

Petronius paria ſpecimine belli civilis, Seneca, Propertius. Alij.

600. DIVITIS ALGÆ GERMINA.] Generatim loquitur, ſpeciatim tamen de Coraliis, ita alibi. Neſcio tamen an ea talibus dignata.

601. IGNES.] Gemmas, à fulgore & radiis. Publius Mimus.

Quo Carchedonios optas? ignes lapideos.

Supra noſter.

fulgor Iberus Temperat arcanis Hyacinthi cærula flammis.

Sexto Conſulatu *acies ſtupet igne metalli.* Idem Bello Getico. *Scite ſidera vocat* Alanus, lib V. Anticlaudiani:

Inflammat diadema caput, quod lampade multa
Gemmarum radians, auro flagratur, & extra
Scintillans, lapidū duodeno ſidere fulget.

602. SIDONII, RUBRIQUE MARIS.] Propertius, Lib. II.

Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas
E jubet ex ipſa tollere dona Tyro.

603. FONDVS.] Gemmas. Ad pondera, non ad magnitudinem gemmas loquitur in dicando Imperatorio Faſtui. Etiam poſteriores Byzantini Principes toti velut conſtabant gemmis, cum multi prodirent aut conſiderent. Nicetas Choniates. Lib. I. Alexij Comneni de Germanis:

περὶ δὲ τοὺς συνιςῶντας σφίσι ῥωμαίους, καὶ ἐνάγοντας ἐς τὴν τῶν λίθων ἄνθην ἀφορᾶν, οἷς ὁ βασιλεὺς, ὡς λειμὼν ἐνηγλάϊςο, καὶ χειμῶνος μέσον χάριτας ἐαρινὰς δρέπεσθαι, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐςιᾶν, οὐ χρῄζειν ἔφασκον Αλαμαννοὶ, τοιούτων ἔχουσι θεαμάτων, &c.

Apud quem & ſequentia. Qui ante Δρέλιθον ςολὴν. Eumdem Imperatorem minime congruo tempore ſumſiſſe dixit. De Hydaſpe multis Arrianus.

604. CINCTV.] Habitu, cultu. Servius ad Aeneiden. VII.

604. MÆONIAS VRBES.] Lydias, & Phrygias inſtar Bacchi. Lydia & Mæonia eadem provincia. Vide Herodotum, Lib. I.

605. IN TE.] Formam Honorii Baccho præfert. Feſcenninis: Præfert Achilli te proprio Thetis.

Victum fatetur Delos Apollinem:
Credit minorem Lydia Liberum.

605. NYSA.] Bacchi Vrbs. Maro *Bacchumque avertere Nyſa.* In ea eum educatum auctor Libro IV. Diodorus Siculus. Eſt & Bacchæ nomen, pro ipſo vulneratæ, apud Nonnum LXXIX.

607. TIGRES.] Vectura Bacchi, Papinius libro IV. Sidonius Burgo, &c. Immanes feras Honorio ſubmittere ſe in ſignum ejus divinitatis fingit. Paria Feſcenninis.

Telis jacebunt Sponte tuis feræ.
Gaudenſque ſacris vulneribus Leo
Admittet haſtam, morte ſuperbior. Alibi
Obvia fulminei ruerent in pocula Pardi.

Auſonius Epigrammatis. Martialis Spectaculis.

606. NEBRIDA.] Nebris Bacchi veſtimentum, de pellibus factum. Euripides prologo Baccharum. Silius lib. III. &c. Tales etiam ſacerdotes eius geſtaſſe paret ex Euripidis Phæniſſarum fine.

Καδμείαν ᾧ νηβρίδα Στεψαμένα πότ' ἐγὼ
Σεμέλας θίασον ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευσα

Χαίρειν ἀγάλμασιν εἰς θεοὺς διδοῦσα.

Erythræ gemmæ, maris rubri. Margaritis idem pelagus dives. Tibullus, lib. III.

Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis,
Tænare ſive tuis, ſive, Caryſte, tuis.
Quidve in Erythræo legitur quæ Littore Concha
Tinctaque Sidonio murice Lana juvat?

608. AGIT CURRUS.] Vide eam pompam deſcriptam apud Sidonium Burgo Leontii.

609. CASPIA COLLA.] Tigrides Caſpiæ notiſſimæ.

610. SATYRI CIRCUM.] Libidinoſiſſimi animantium. Baccho Comites dati, ut crapulam ſequitur Venus. Suidas.

Βάκχαι καὶ σάτυροι, καὶ πᾶνες, καὶ Σιληνοί, ὀπαδοὶ διονύσου.

Satyri arrecto ſemper pene pingebantur, indicio paratæ Libidinis, cum ipſi ſine Baccho non eſſent. Aretæus Cappadox, medicus lib. II. cap. XII.

οἱ Σάτυροι οἱ Διονύσου ἱεροὶ ἐν τῇσι γραφῇσι, καὶ τοῖσι ἀγάλμασι ὄρθια ἔχουσι τὰ αἰδοῖα.

611. EDERIS VICTRICIBUS INDOS.] Bacchi frutice, qui pampino & ederis funes faciebat. Pauſanias ſuo ævo ſuperfuiſſe unum horum ſcribit quo in Euphrate trajiciendo uſus fuerit. Ligabat captivos ſuos eo modo. Sidonius Burgo Leontii Pompa Bacchi.

Corniger inde novi Ganges it pompa triumfi
Conjectas in vincla manus poſt terga revinxit
Pampinus. Et vulgo Romani: Calpurnius, Ecloga III.
Tradimus, ecce, manus: licet hæ vel vimine torto
Sic licet & lenta poſt tergum vite domentur.

Alium priſcum morem lauro captivos vinciendi notat Donatus in Adelphos Terentii.

613. ADSPICE.] Clara res ſcripſiſſe Claudianum *Auſpice mox* Fauſto nimirum clamore, adclamatione proſpera omnia ominante. Vidit veram lectionem etiam Caſpar Gevartius, Libellis Electorum, ſed ante eum natum citarunt ita alii, ut Jureconſultus non poſtremæ notæ Joannes Botcholtius Commentario ad Inſtut. Jur. Civilis. Calendis autem Januariis, ipſo nempe Conſulatus initio fauſta feliciaque omnia dici & fieri neceſſarium eſſe opinabantur, eoque omine manumiſſio prima erat Juris Conſularis Actio, glorioſaq; Reip. nimirum Civium adauctrix Caſſiodorus, lib. VI. Epiſtol. I. *Conſul dictus eſt à Conſulendo: Hinc tanta largitas profluebat, ut illa dextera, quæ ſanguinem hoſtium copioſè fuderat, vita auxilium civibus manaret irriguum. Sic quos felices per bella fecerat ſtudio largitatis explebat. In argumentum etiam publicæ gloriæ ſolvebat famulos jugo ſervili, qui Libertatem tanta dederat civitati.* Claudianus, lib. I. in Eutropium eumdem ipſe Conſulis novi morem indicat.

Candida pellutos comitatur Curia Faſces,
Forſitan & Dominus præbet miracula Lictor
Conſule nobilior; Libertatemque datur us
Quam nondum meruit, ſcandit ſublime Tribunal.

Et de Anthonio, recens Conſulatum orſo, Sidonius fine Panegyrici.

Nam modo nos jam feſta vocant, & ad Vlpia poſcunt
Te fora, donabis quos Libertate, Quirites.
Quorum gaudentes exſpectant verbera malæ;
Perge Pater Patriæ Felix, atque omine fauſto
Captivos vincture novos, abſolve vetuſtes.

Qui

Quiultimis his verbis,acutè, ut ſolet, indicat originem huius moris, nimirum abſolutos ſervitute inquilinos Reipublicæ, ut ex hoſtibus multi in eorum locum fierent captivi, uti veteres ceremoniæ hoc genus ominibus pleræque ſunt oriundæ. Adſignat etiam locum quo Conſul recens de more ierit, ad abſolvendos illos ſervitute exſpectatores, forum videlicet Trajani; quo alludit etiam noſter fine Panegyrici in Sextum Honorii Conſulatum. Tribunal verò etiam Princeps novus ſubibat ad ſervos manumittendos, qui illuc adducebantur. Suetonius de Galba jam ſuſcepto: *Nec cunctatus diu conditionem partim metu partim ſpe, recepit. Igitur cum quaſi manumiſſioni vacaturus conſcendiſſet tribunal, propoſitis ante ſe à Nerone damnatorum imaginibus, deploravit Temporum ſtatum Manumiſſionis* ipſa ſpecies. Ante-Conſulem dicebatur, auctoritate Conſulis per Vindictam fieri ſueta, ut notavit Hieronymus Alexander ad Inſtitutiones Caji, lib. I. cap. III. Alia alii de Imperatore, ad Sidonium, Caſſiodorum, commentantes, hic non repetenda.

614. QVATER.] Quartum. Sidonius,

quam magna geras quam tempore parvo

Aut genero bis mox, aut tetet conſule dicam.

Notus mos loquendi.

615. SOLLEMNIA LVDIT OMNIA LIBERTAS.] Omina reſtitutũ doctis. Rectè diſertimque ita Codex noſter. Ceremonias intelligit Libertatem indicantes, quæ manumiſſionis actui adhibenda ſunt, deſignantque ipſam florentis Reipubl. Libertatem, hoſtiumque mox capiendorum multitudinem. Aſſentiuntur Veritati aliquot ſcripti Libri, de Belgio. Ritus Manumiſſionis dudum illuſtrarunt doctiſſimi præſertim Jureconſulti, Cujacius Obſervat Rævardus Variis, Fornerius Selectionibus, Connanus Comment. Petrus Faber, Hotomannus, Briſſonius, Gothofredus, quique Inſtitutiones illuſtrarunt.

616. DEDVCTVM VINDICE MOREM.] Vindex, Servus M. Bruti, cum conjurationem adverſus populum Romanum patefeciſſet, primus publicè, coram ſummo magiſtratu, manu emiſſus eſt: ad cujus manumiſſionem quæ ſervatæ ſunt ceremoniæ, ad poſteros etiam deſcenderunt Vide PLutarchum Poplicola, Dionyſium Alicarnaſſ. lib. V. Pomponium JC. Enchiridio Juris, Theophilum Inſtitut. de Libertinis, &c. Idem tamen Vindex ſive Vindicius ut Dominorum proditor poſt peremtus. Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. IX. *Vindicius ſervus indicavit filios Bruti Tarquinio velle portas reſerare, quos pater ſecuri feriit: ſervum autem ut conſervatorem patria manumiſit, & ut delatorem dominorum cruci affixit.*

617. GRATO REMEAT SECVRIOR ICTV.] Certus nimirum jam Libertatis, neq; deinceps verberibus ſubjectus Percuſſus n. in maxillam, manumittebatur, ictuque tranſibat in Libertatem. Cornutus ad Perſium, Sat. V. *quos manumittebãt, eos alapa percuſſos circumagebant.* Juſtinianus Imperator Novella. LXXXI.

μεθ' ὕβρεων ἢ ῥαπισμάτων ἀπήλλαττεν αὐτὺς τῶν τοιȣμένων δεσμῶν.

Omnia noſtri imitatur Sidonius Panegyrico Anthemii. Vide, amici noſtri, Dionyſij Gothofredi, Notas ad L. Vlt. Cod, de Liberor. Mancipat. Ab hac autem Libertatis traditione venit mos Gladii jus cum alapa tradendi hodiernus nobilitatis, de quo pluribus ad Gulielmi Britonis Aremorici Librum VI. Eodem reſpectat Carinthiæ Reguli in Principem primum evecti injuria, alapa enim ei minuta impingebatur à Ruſtico, uti prolixè recenſet Felix Faber, lib. I Rerum Suevicarum, volente hic verbis exprimere Claverio. Eamdem Libertatis dationem per alapam non indocte alluſit Sedulius, melior Poeta quam vulgo habetur, libro IV. de Domino JESU.

Ille tamen patiens ſubjecto corpore totum

Suſtinuit, noſtraque dedit ſua membra ſaluti.
Namque per hos colaphos caput eſt ſanabile noſtrum,
Sputa per hac domini noſtrum lavere figuram.
His alapis nobis libertas maxima plauſit.

616. TRISTIS CONDITIO.] Revera triſtiſſima. *Aequata ſervitus quadrupedibus* Lege Aquilia, teſte Cajo cap. II. ad Leg. Aquil. *Par mortuis*. Vlpiano cap. LIX. de Condit & Demonſtrat. cap. CCIX. de Reg. Juris. Conſtantinus Harmenop lib. I. c. XIV. Prochir. *Servi ipſi* ἀπρόσωποι, *& prorſus nulli*, cap. LXXXII. de Reg. Jur. Theophilus Inſtitut de Stipulat. Servor. Paullus, cap. III. de Cap. Minutis. *Quibus quocunq; modo injuria fieri non poſſit*, Inſtituend. de Injur. Viſe & alia dicto Hermenopuli loco. Sic apud Græcos, cum de ſervis non impudicandis Legem Lanam recenſuiſſet Aeſchines, Oratione in Timarchum, excuſat mox Legislatorem, non propter ſervos ideum feciſſe, quorum *cura ſit talibus longe inferior*, ſed Reipublicæ moribus honeſtioribus ornandæ. *Sic perſonam ſervos Legibus non habere*, ſcribit Caſſiodorus Variar. lib. VI. Epiſt. VIII. *Sic prorſus quadrupedibus eorum conditio æquiperatur*, uti etiam conſervi vocentur canum velut nos docet Columella lib. VII. cap. XII. Reipſa ergo *triſtis conditio*, Extremaque, ut vocat Sedulius Junior, cujus verba ſupra ad v. CCLX. propoſita ſunt.

617. IN CIVEM RUBUERE GENÆ.] Illico ut irrubuere genæ civis ex ſervo factus eſt. Perperam fecerunt qui aliter diſtincta hæc promulgarunt. Sic loquitur infra Claudianus *In lintres fregere nemus*, Minutius Octavio. *Aeſculapius, ut in Deum ſurgat, fulminatur.* Sidonius: *In tua Lucra feris exarmat guttur alumnis.* Claudianus I. Raptus *In celſas ſurgunt electra columnas.* Vſque adeo autem in civem tum rubebant genæ, ut exemplo poſt circumactionem & ictum acciperent inſignia civium, albam veſtem, annulum aureum, &c. Tertullianus de Reſurr. Carnis: *ſi famulum tuum libertate mutaveris* (Lege muneraveris) *& veſtiu alba nitore, & annuli aurei honore, ac patroni nomine & menſa tribuq; honoratur.* Fiebant autem cives niſi redire vellent ad gentiles ſuos, ſi qui capti ſcil. antiquitus manu eſſent. Dionyſius Alicarnaſſæus, lib. IV.

Τὸν λεὼν καὶ τοῖς εὐθερωμένοις τῶν θεραπόντων ἐὰν μὴ θέλωσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν πόλεις ἀπιέναι, μετέχειν τῆς ἰσοπολιτείας ἐκέλευσεν. Ab celeritate hoc mutatæ conditionis dixit cum Scommate Perſius:

heu ſteriles veri quibus una Quiritem
Vertigo facit.

619. TERGOQUE REMOVIT.] Pars enim ea corporis pœnis ſervilibus expoſita. Nota loca mille Plauti. Antiſthenes Rhetor, Judicio Armorũ, ex perſona Ajacis in Vlyſſem.

ὁ δὲ κἂν κρεμάμενος εἴγε κερδαίνειν τι μέλλοι, ὅστις γε μαστιγοῦν παρεῖχε τοῖς δούλοις καὶ τύπτειν ξύλοις τὰ νῶτα, καὶ πυγμαῖς τὸ πρόσωπον.

620. PROMISSI VOTI.] Libertatis: qua nullum ex Orco in cœli uſum ducendis majus votum.

620. FELIX INJURIA.] Ictus manu, injuria ſpeciatim. Vide Gellium lib. XX. cap. I. Juſtinianus Nov. LXXXI. μεθ᾽ ὕβρεων. Æmulatur iſta Joſephus Devonius, Lib. I. de Bello Trojano:

Blanda nil ſævius ira,
Cum flores miſeri felix injuria veti.

Acuto & intricato ſenſu.

621. IN NOMEN VENTVRA TUUM.] Conſulatum. In Faſtos enim illo ... ut erant creati, Conſulum nomina referebantur. Ammianus Marcellinus, lib. XXII. *Allapſo Calendarum Ianuariarũ die, cum Mamertini & Nevitæ nomina ſuſcepiſſent paginæ Conſulares, humilior Princeps viſus eſt in Officio pedis ... ... dendo cum honoratis aliis.*

622. PR...

623. PRÆMISSA FUTURIS DANT EXEMPLA FIDEM.] Veteris Sapientis de Moyſe teſtimonium eſt: *Prædictione futurorū fidem feciſſe præteritorum.* Et Memoria prǽterlapſorum conſilium dat illuſtre de futuris, Iſocrates.

Ἐὰν τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσης.

624. QUOTIES, TE CURSIBUS AEVI.] Quoties,ait,tibi Conſulatum dedit, toties Victoria aliqua inſigni auctus eſt Theodoſius. Sanè verò. Primo Conſulatu Honorij notat Marcellinus Comes: *Invaſam princeps Theodoſius ab hoſtibus Thraciam vindicauit, victorq; cum Arcadio, filio ſuo, urbem eſt ingreſſus.* Secundo. *Theodoſius A. aſſumto Honorio Cæſare filio Contra Arbogaſtem & Eugenium properauit. Bello commiſſo Eugenius victus, captus, & interfectus eſt. Arbogaſtes ſua ſe manu perculit.* Tertio Conſulatu jam intermortuus erat Theodoſius. Hoc Quarto domitus eſt in Africa Gildo. Verum ergo hic Claudianus canit,& repetit mox.

venere triumfi
Cum trabeis , ſequiturque tuos victoria faſces.

625. GOTHUNNI.] Controverſum vocabulum hujus gentis apud doctos pariter & Librarios *Iutungi* apud B. Ambroſium ſunt Secunda ipſius Legatione ad Maximum. Greotingos appellat Idatius. *Grutungos* ſeu Protingos.Zoſimus lib.IV.vbi ejusdem hujus Trans Danubium irruptionis meminit. Nam inſiriabor tamen veram eſſe ſcripturam Gothunici nominis , cum repetatur à noſtro, priore in Eutropium.

legio pridem Romana Gothunni.
Iura quibus victu dedimus, quibus arua domosq;.

Et ſic *Nordhunni,* Nordoſthunniq; leguntur compoſito nomine. Monachus Sangallenſis, lib.II.cap.XXII. de vita Caroli Magni. *Prævideo quanta mala poſteris meis & eorum ſunt facturi ſubditu Normanni. Quod ne adhuc fiat Chriſti Domini noſtri tutela prohibeat, & gladius veſter in ſanguine Nordeſthunorum duratus.* Sed & alia talia ab Hunnis compoſita, vt *Hunavitri, Hunavares* nimirum,vulgo corrupti,apud Jornandem Get.cap. V. Qui ſunt Hungari hodierni, ut alibi notatum. Odotheus autem iſte varias gentes Scythicas trans Danubium trahebat,eatenus ignotas. Zoſimus dicto Libro:

Προμωτος δὲ ὁ στρατηγὸς τῶν κατὰ Θρᾴκην πεζῶν, Οἰδοθέῳ δύναμιν συναγαγόντι πλείστην, οὐ μόνον ἐκ τῶν Ἴστρῳ προσοικούντων ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πορρωτάτω που, καὶ ἀγνώστων, καὶ τῷ πλήθει στρατιᾷ καὶ περαιουμένῳ τὸν ποταμόν, ἀπαντήσας πεζῇ τε καὶ ποταμίαις ναυσί, τοσοῦτον εἰργάσατο φόνον, ὥστε καὶ τὸν ποταμὸν πλησθῆναι νεκρῶν, καὶ τοὺς ἐν γῇ πεσόντας μὴ ῥᾳδίως ἀριθμηθῆναι.

Quem de dolo everſis hoſtibus legens, videbis noſtrum nihil Porticè hic tradidiſſe. Danubium Odotheo trajectum pro re magna ponit,is quippè Rex Fluviorum. Metellus in Quirinalibus:

Danubius fluvius datus Rex
Fert Ratibus decies duces ſex
Sextiſidung; Thetyn coronat.

626. IN LINTRES FREGERE NEMUS.] Copiam navium deſignat. Papinius, Achill.I.

Innatat omne nemus , caduntur robora claſſi.

Silva minor remis Lucanus lib. I. *In claſſem cadit omne nemus* De Lintribus peſſumdatis Zoſimus. Sequentibus in noſtro libro legitur *ter mille ruebant Per fluuium plena cuneis naualibus alni Dux Edotheus erat:tanta conamina claſſis Incipiens ætas & primus contudit annus. Pleraque* melius quam etiam optimæ Editiones. Miras Scytharum rates pelles nimirum paleis plenas , memorat Nicephorus Gregoras lib. II. quo de origine moribusque ejusdem gentis non pauca minus vulgaria, Minime autem tollendi hic duo verſus, ve

voluerũt Cujaciani Codiċes, nec enim alterius Poëtæ ſunt.

629. PRIMUS ANNUS.] Primus conſulatus, non ætatis annis, quare & incipientem ætatem ſeparavit. Honorius, nobilis puer, primum Conſulatum, dono Patris, habuit triennis nondum completo, ſub quo ſcribit in Faſtis Idatius. *Honorio nobili P. & Evodio Coſſ. victi atq; expugnati, & in Romaniam captiui abducti gens Greothingorum à noſtris. Poſt in agros diuiſi ab hac Promoti victoria.* vt verſus de noſtri Eutropio modo allati teſtantur; prius tamen milites Romani, vt ijdem, & Zoſimus.

629. CONCUTIT ANNUS.] Rectiſſime noſter Codex *contudit* Cui aſſentiuntur Scaliger & non pauci Belgicorum Librorum. Sic de Hercule Horatius.

Lernæam ferro & face contudit hydram.

Quæ aſpexit noſter. Supra verò vbi correxerunt *cum mille ruebant.* Rectè idem Scaliger etiam invitis Libris retinuit vulgatam ſcripturam *tibi mille ruebant. Hoc eſt tuis auſpiciis, tuo Commodo.* Sic Papinius *cui luget complexa ſuos?* Lucretius *tibi rident æquora Ponti.* Trebellius Pollio *gauderem tibi de Victoria.* Noſter Bello Gildonico CCXCVIII. Figuram per dandi inflexum notat Julius Rufinianus Rhetor.

610 SUBMERSÆ SEDERE.] In libro noſtro *cecidere* quod ad hiſtoriam verius. Vide Zoſimum. Illud tamen felicitati pueri principis commodius.

632. CORPORIBUS PREMITUR PEVCE.] Stragem omnibus omninò navalibus copioſiorem teſtatur fuiſſe Zoſimus. *Peuce autem* inſula Danubij populis culta qui ſpeciatim Peuceni perhibebantur vide Jornandem, cap. XVI. Getic. Quinque autem Noſter Danubio Oſtia tribuit, ſecutus Dionyſium Periegeten, cujus de eo amne verſus eſt.

πινζαπόρεις προχυῇσιν ἑλισσόμενος
περὶ πεύκην.

Cui aſſentitur Arrianus, Anabaſi I. ἐπεὶ δὲ Σκύθας ἔστε ἐκβολὰς, ἵνα ἐκδιδοῖ κατὰ πέντε στόματα, εἰς τὸν εὔξεινον πόντον.

Ut & Anna Comnena lib. VII. ὁ δὲ Ἴστρος ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν δυτικῶν ὀρῶν, ἐκδίδοναι δὲ διὰ τῶν καταρράκτων μετὰ ταῦτα διὰ πέντε ἤγουν στομάτων εἰς τὸν Εὔξεινον ῥεῖ.

Alij duo aut vnum addunt, de quo doctiſſimi viri J. Vadianus. & A. Schottus ad Melam.

634. ODOTHEI REGIS.] Mira nominis ſcriptura in Libris. Nullibi hac melior: Opima, velut ſua manu Regem interemerit Theodoſius, quæ res aliter tamen eſt geſta.

635. SECUNDIS AUSPICIIS.] Conſulatu ſecundo. Notatum ſupra.

636. TIBI.] Geminis tuis primis Conſulatibus.

638. TYRANNUM] Eugenium, cum ſuo Magiſtro, Arbogaſte.

638. ISTER.] Horrendum Rei Romanæ nomen fluvij, ob tot ei infuſas gentes.

638. SANGUINEOS FLUCTUS.] Cæde Barbarorum, modo dicta. Alibi pariter:

Sanguine quam largo Grajos calefecerit amnes.

Similia apud Thucydidem, citante Dionyſio Longino, cap XXXIII. περὶ ὕψους. L. Florum, Lib. III. cap. V &c.

639. ALPINOS GENITOR.] Peſſimè nonnulli Codices omittunt hunc verſum, quibus cum inſanit etiam noſter. Qui vt conſtreatur quodammodo negligentiæ ſuæ facinus ſuperiorem ita concipit. *Iſter ſanguineos egit te Conſule montes.* Inſcitiſſimè: putavit enim ſe vtrumq; ad poſtremam vſque vocem ſcripſiſſe, Librarius: quo pacto inter ſimiles duos ſæpius alter omiſſus fuit.

641 SEMPER VENERE TRIVMPHI CVM TRABEIS.] Sic ſuo Marte, auſp[...] autem Honorij filij bella geſſiſſe, hoſtesqu[e] ſuperaſſe, Theodoſium, dixit ſuperio[...] circ[...]

circa principia etiam hujus nobiliſſimi Panegyrici.

641. SEQVITVRQVE TVOS.] Quaſi affixa. Papinius *vocem fata ſequuntur*.

643. ASSIDVE CONSVL.] Scripti Quinque Belgiei; Noſterq; *aſſiduus Conſul* Quod præferendum videtur, fecitq; Scaliger. *Aſſiduus, perpetuus*. Alioquin erroni opponitur. Columella, lib. VII. cap. XII. de Canibus: *Maximè autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui, & circumſpecti magis quam temerarij* Laus autem iterati Conſulatus. Sidonius *omni ab auo res Rara frequens Conſul.*

643. MARII.] Septies Conſul, quoties ante eum nemo. Manilius *quod toties Conſul exſulque* Vide Plutarchum, Appianum, Florum, Lucanum &c. Vovet verò frequentem hunc magiſtratum pari modo & exemplo ſuo etiam Principi. Auſonius: *Negat Cicero Conſularis ultrà ſe habere quod cupiat. Ego autem, jam Conſul & ſenex, adhuc aviditatem meam fatebor. Te videre ſæpius in hoc magiſtratu, Gratiane, deſidero: Vt & ſex Valerij Corvini, & Septem C. Marij, & cognominis tui Auguſti tredecim Conſulatus unus æquiperet.* Vicit hos ſeptem & Decem ſuis, quot ante eum neminem habuiſſe memorat Suetonius, *Domitianus*; ſed irriſus ob invidiam alteros provehendi, vt idem Auſonius eodem Panegyrico conteſtatur. Cavet cordatè mentionem hujus belluæ Claudianus, craſam quippè omnibus monumentis publicis.

645. LANVGO CVM SERPERE COEPERIT ORA.] Cum virum re agnoſcet mundus, cujus tantilla ætas omnibus modis decoravit Imperium. Primæ lanuginis poſitio feſtum ingens Romanis moribus, ſummaq; vota parentum. Sic Amita Neronis lanuginem ejus primam tangens, *hac excepta* libenti ſe animo morituram dixit. Suetonius, lib. VI. cap. XXXIV. *Cum amitam ex duritia alvi cubitantem viſitaret, & illa, tractans lanuginem ejus, ut aſſolet iam grandis natu, per blanditias fortè dixiſſet; ſimul hanc excepero, more volo: converſus ad proximos, confeſtim ſe poſiturum ait.* Princeps eum barbam poneret, *publica gaudia erant*; ut notavit ex Dionis Lib. XLVIII. doctiſſimus Taciti Commentator. *Lanugo condita* pretioſis pyxidibus condebatur. Petronius, in rebus Trimalchionis: *Prætereà armarium grande in angulo vidi, in cuius adicula erant Lares argentei poſiti; Venerisq; ſignum marmoreum, & pyxis aurea, non puſilla, in qua barbam ipſius conditam eſſe dicebant.*

646. NOX PRONVBA.] Numen ipſum noctis favens tanto matrimonio, & gerens pronubæ officium. Sic Nuptijs Leandri & Herus, licet diſpari omine, Pronuba & ornatrix Nox apud Muſæum canitur.

> Καὶ γάμος ἦν ἀπάνευθεν ἀειδομένων ὑμεναίων,
>
> Νὺξ μὲν ἔην κείνοισι γαμοστόλος.

Noctis numini multas de Rebus Amorum tribuebant veteres. Sic eam Amoris ſive Dilectionis matrem facit Heſiodus, Theogonia.

> Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι,
>
> Νὺξ ὀλοή, μετὰ τὴν δ᾽ ἀπάτην τέκε, καὶ φιλότητα.

Vnde parere ei non eſſe ineptum, Homerus ſancit. Iliad. VIII.

> Νὺξ δ᾽ ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι.

Culta eadem nomine Veneris, gaudiorumq; datricis. Orpheus Hymnis:

> Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
>
> Νὺξ γένεσις πάντων, ἣν καὶ Κύπριν καλέσωμεν.

Quæ, licet ludicra videri, adſcripſimus tamē, ne quis malo omine Noctē pronubam etiam πιστικῶς Honorio Claudianum dediſſe, cavillare poſſit. Par ejuſdem Officium in Nuptijs Proſerpinæ, Secundo de ejuſdem Raptu.

647. DEVOTA TORO.] Rectè ex Libris Cuja-

Cujacianis hanc Lectionem receperunt Claverius & Scaliger. τὸ *devota* enim Deorum quadam providentia prævotam & deſtinatam conjugem Honorio induceit, quod non cœperunt qui mutarunt. Pariter noſter Codex cum aliquot Belgicæ melioris frugis.

648. MVRICE FVLGENS.] Purpuram Imperatoriam indura. Innuit ſtatim eum cõjugio Auguſtam quoq; dignitatem accepturam Honorii Sponſam. Hoc enim decus conjugibus dare certo conſilio diſtulerunt nonnulli Principes. Sic Gallam, ſecundam ſuam, non fecit Auguſtam Theodoſius; ne ſcilicet Auguſti ex ea naſcerentur, in Arcadij & Honorij damnum, aut ipſa ſecundis fortè nuptijs umbram dignitatis alteri deferret.

650. TOTO DOTANDA MARI.] Omni Imperio Oceani, Sic de Auguſto Virgilius:

> *Teque ſibi generum Thetys emat omnibus undis.*

Dotem autem, uſu priſco, nec ſatis noto, in mariti bonis, non ſponſæ, vt vulgò, agnoſcit. Sic primo de Raptu Proſerpinæ;

> *quo ducta ferox Proſerpina curru*
> *Poſſedit dotale chaos*

A marito videlicet ipſi traditum. Et ſanè Dotis appellatio amplius vim ſuam protendit, quam à Jurecconſultis circumſcribitur. Sic noſter Epithalamio hujusdem Honorij, ſponſi bona eadem voce agnoſcit.

> *ſi Bacchus amator*
> *Dotali potuit cœlum ſignare corona.*

Sympoſius, ſeu quisquis auctor, Hiſtoriæ Apollonij Tyrij, vbi Rex procis filiæ: *Non apto, ait, tempore me interpellatis: filia mea ſtudiis vacat, & ob amorem ſtudiorum imbecillis iacet. Sed ne videar vos ſæpius differre, ſcribite in Codicillis nomina veſtra, & dotis quantitatem, qua transmittam filia.* Quam nimirum vos numeraturi ſitis. Manilius, lib. V. de Andromeda:

> *Solvitq; hærentem vinclis di rupe puellam*
> *Deſponſam pugna, nupturam dote mariti.*

Tacitus Germania: *Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert.* Epigramma priſcum de Mævio.

> *Dotalemq; petens Romam Cleopatra Canopo,*
> *Hinc Capitolino ſiſtra minata Iovi eſt.*

Sic de Syphace Silius Italicus, lib. XVII.

> *Vertit opes gener ad Pœnos, Latiaq; ſoluto*
> *Fœdere amicitia, dotalia trãſtulit arma.*

651. IDEM PER ZEPHYRI METAS.] Feſcenninis pariter.

> *Hac vexpor populos, per mare, tranſeat.*
> *Formoſus Mariam ducit Honorius.*

Quibus ſe voti hujus mactavit.

652. THALAMIS INTENDERE.] A fidibus, quæ non niſi tenſæ ſonant. Sic tende & Chelyn, aptam concentui conficere. Papinius ad Domitianum.

> *Tempus erit cum Laurigero tua fortior œſtro*
> *Facta canam, nunc tendo Chelyn.*

Aliunde animum intendere, curam accuratiorem rei dare. Rutilius lib II Epiſt. IV. *Nam ſi quando ad ſcribendum animum conatus ſum intendere, ſtatim ſenſus horruit, mens refugit.* Columbanus Parænetieis.

> *Quid modo terrenis mentes intẽdere curis.*
> *Mortales, cupitis?*

654. TRANS RHENI CORNVA.] Cum tu omnem trans Rhenum Germaniam latè perdomueris. Quæ trans Rhenum geſſerint Julianus, eumq; ſecuti præcedenteſque principes, videas in Chronologis, & Collectaneis Rhenani, Irenici, aliorum.

655. CAPTÆ SPOLIIS BABYLONIS.] Domitis Parthis, horum enim Principatum & Imperium Babylonem vocant ſcriptores. Lucanus:

> *Cumque ſuperba foret Babylon ſpolianda tropæis*
> *Auſonys, umbraq; erraret Craſſus inulta.*

Lib. VIII,

> *vobis miſcentibus arma*

Craſſorum vindicta perit, dum perfida Suſa
In tumulos prolapſa ducum, Babylonq; jaceret.

Miſcentur his temporib. Parthi & Perſę. Id inde factum quod hos illi contra Parthos elevarint, ſi fides ex alijs Gemiſto Plethoni, cujus verba ſunt. Oration. II. Peloponeſiaca:

καὶ πέρσαι δὲ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου, καὶ ἑλλήνων καὶ Μακεδόνων δουλείαν, ἐπειδὴ ὑπὸ ῥωμαίων αἱ μακεδονικαὶ βασιλεῖαι κατελέλυντο. οὐ φαύλως οὐδ᾽ οὗτοι διὰ πάρθων γοῦν ἀνειλήφεσαν σφᾶς αὐτοὺς, ἄλλως τε καὶ πρὸς τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν, μεγίστην τότε οὖσαν διατελέσαι, πολεμοῦντάς τε καὶ ὑπτεμένους ἐν τῷ μέρει τὰ τελευταῖα δὲ καὶ λαμπρῶς ἤδη νικῶντας, ὥστε καὶ φόρους ῥωμαίους πράττεσθαι, ἐπὶ πολλὰς δὴ γενεάς.

Theodoſij autem contrà invictas iſtas gẽtes ea felicitas fuit, ut pacem ab eo per Legatos peterent, eo ipſo anno, quo natus ei Honorius Filius. Marcellinus Comes. *Ricimere & Clearcho conſulibus Legati Perſarum Conſtantinopolim advenerunt, Pacem à Theodoſio Principe poſtulantes. Eodem tempore Honorius alter Theodoſio natus eſt filius, menſe Septembri.* Noſter verò & ſigna ejus ſecutos Parthos augumat. III. Conſul. LXXI. Sed Poeticè, puto.

656. MAJORE TOGA.] Utroq; nimirum principe Conſulatum ſimul gerentibus. Major Toga illuſtriorem pacem, Clariorem ſtatum Reip. indicat. Quam Lectionem neutiquam Libris mutandam concedo. Magnum enim pro inſigniter Bono Veteres ſæpè habent. Plinius de primis Aſtrologis: *Viri ingẽtes, ſupraq; mortalium Naturam tantorum Numinum Lege comprehenſa.* Honorius & Arcadius Inſcriptione Statuæ noſtri Auctoris: *Inter reliquas ingentes artes, præglorioſiſſimo Poetarum.* Ita ſcribunt primæ marmoris ejus deſcriptiones, perperam mutantibus cæteris. Spartianus Adriano: *Erat memoria ingentis.* Sic *Magnus Antoninus* apud Martianum. Imp. L. VIII. ad L. Jul. Maj. Magnus Proclus. Juſtiniano. L. VII de Summa Trinitate.

657. TUO FASCE.] *Tua Militia*. Ad faſcem, quo Romanus miles ſupellectilem ſuam gerebat iter faciens Maro, Georgico. III. (*mis*

Non ſecus ac patriis acer Romanus in ar-
Injuſto ſub faſce viam dum carpit.

Joſephus, Lib. III. Halos. cap. V. Φέρουσι δὲ, οἱ μὲν περὶ τὸν στρατηγὸν ἐπίλεκτοι πεζοὶ, λόγχην καὶ ἀσπίδα. ἡ δὲ λοιπὴ φάλαγξ ξυστόν τε καὶ θυρεὸν ἐπιμήκη, πρὸς οἷς πρίονα, καὶ κόφινον, ἄμην τε καὶ πέλεκυν. πρὸς δὲ ἱμάντα καὶ δρέπανον, καὶ ἄλυσιν, ἡμερῶν τε τριῶν ἐφόδιον, ὡς ὀλίγον ἀποδεῖν τῶν ἀχθοφορούντων ὀρέων τὸν πεζόν.

Adde qui de Militia ſcripſerunt, Vegetium, Polybium, Faſcis abinde onus geſtatorium quodvis. Fauſtus Rheienſis: *Quia & veſtram laborare perſonam ſub impoſito nobis faſce cognoſcitis, communẽ cauſſam hoc loco agitis.* Columb.

Hoſtibus in Bello dominatur dextera fortis:
Servit at ſegnis duro ſub faſce laborans.

Paullinus Aquileienſis, Voto pro Carolo Magno: *Indulgeat captivis, ſubveniat obſeſſis, diſſolvat faſciculos deprimentes, ſit conſolatio viduarum, miſerorum refugium.* Radevicus præfat. Hiſt. *Revera, niſi veſtra fretus ope, ſub hoc faſce ſuccumberem.*

SUEVUS.] De nobili hac gente, nam & nos, origine Bavari, inde ſumus: aliquid dictum ſupra Honorifice teſtes ejus vetuſtæ virtutis Tacitus, Lucanus, Mela, alij. Scripſere res olim peculiare auctores, ævi ruinis obliterati nunc.

658. HORREBUNT BACTRA.] Voto claudit, & ſponſione futuræ Felicitatis Panegyricum iſtum, inſtar aliorum. Suevi Occidentis, Bactra Orientis Regna denotant. Imitatur Sidonius. Panegyrici Majoriani, Operum Principis, clauſula.

Sic Suſa tremant, poſitiq; faretris
Exarmata tuum circumſtent Bactra
Tribunal.

Erant & geſtatoriæ Magiſtratibus ſellæ, auro inductæ. Idem lib. VIII. Epiſt. VIII. *Sita ceteris nobilium artium ſtudiis repudiatis ſola propaganda Rei familiaris Vrtica ſollicitet; licet tu deductum nomen à trabeis, & elaboratas curules, & geſtatorias bracteatas, & faſtos recolas purpuriſſatos, is profectò invenerit, quem debeat ſic induſtrium quod latentem, non tam honorare Cenſor, quam cenſus enerare.*

587. ORNATVQVE NOVO GRAVIOR.] Trabea illa Conſulari, quæ certè non minimi erat ponderis, uti molem vocet idem Sidonius

Effulgens trabealis molle metalli
Annum pande novum.

587. VELAMENTA.] Ipſam Trabeam Conſularem, gemmis auroq; conſertam. Deſcribit talem, ut Imperatorium decus acceſſiſſe ſcias. Gemmatæ enim veſtes, Imperii ſunt.

588. LAPIS.] Gemma. Ovidius: *Elapſuſque cava fingitur aure Lapis.* Marbodæus.

Quot ſpecies lapidum, quæ nomina quive colores
Quaque ſit his regio, vel quanta potentia cuique
Hoc opus excerpens dignum componere duxi.

Eum medii temporis libellum non indocte illuſtravit Alardus Amſtelrodamius olim quem ante eodem titulo ediderat quidam Pictorius. Joannes Cornarius nec quid nec quare conturbato toto auctore Marco de Herbis affixit, mali exempli temeritate. Ediderunt alii Evacis Vocabulo, quo citatum memini ante aliquot ſecula ab Henrico Mediolanenſi Lib. I. de Contrjudicatione Hominis & Fortunæ. Sanè potuit ex Arabum libris quædam adſciſcere non ineruditus verſificator eo ævo. Porro *Lapis gemmam* Poetis notat. At Jureconſultorum filii diſcrimen inveniunt. Vlpianus ex Servio & Sabino, cap. XIX. de Auro & Argento Leg. Notavitq; Andreas Alciatus, qui ævum noſtrum de nobilitate Germanica auditorem vel ſ timo loco dilexit, ipſe primis eminens Juriſprudentiæ Romanæ genuinus illuſtrator, lib. IV. de Verb. Signif. *Iiſdem margaritæ* nec gemmæ ſunt nec lapilli, unde etiam diverſitas clara elucet. Vide idem caput verſu. XVIII. Eumdemque litteratum prudentemque IureCònſultum lib. XI. cap. I. Parerg.

589. FVLGOR IBERVS.] In Gratiam Hiſpani Principis. Dicit autem Carchedonios, genus Carbunculorum rubra luce fulgentium (vel Pyropos) qui à magna Carthagine, Hiſpaniarum domitrice nomen nacti ſunt, & ruboris ergo flammei. Lapidei ignes dicuntur à Publio Mimographo. Vide PLinium lib. XXXVII. cap. VII. Alioſque Gemmarum mythologos: Fabulas enim eſſe pleraque de iis tradita, certa res eſt.

591. RVDIS.] Naturalis. Manilius.

Materiamque rudem certa duplicarier arte.

Hoc eſt tantum artificio addere materiæ, ut pretium rei duplicetur.

292. AVGET ACVS MERITVM.] Ars certat cum metalli pretio. Sic netum aurum indumentum Juſtini Imperatoris adpellat Corippus. Cenſorinus, cap. I. de Die Natali: *Munera quæ ex argento nitent vel auro cælata opere quam materie cariora.* Ovidius lib. II. de Regia Solis.

erat ſublimibus aurea alta columnis.
Clara micante auro flammaſque imitante Pyropo.
Materiam ſuperabat opus; nam Mulciber illic
Aequora cælarat medias cingentia terras.

593. VIVIT OPVS.] Vide ad Bellum Geticum.

593. VVLTVS.] Heroum enim effigies intexebantur Trabeis Conſularibus. Gratianus Imp. Epiſt. ad Anſonium, qua Conſulem deſignavit: *Conſilium meum ad Deum retuli, ejus auctoritati obſecutus te Conſulem declaravi. Palmatam miſi, in qua Divus Conſtantius, parens noſter inte‑ ius eſt.*

594. NEREIA BACCA.] Margaritam dicit: Indicam baccam Publius Mimographi

phus, verſibus, qui amiſſa Opuſcula nimium deſideture nos cogunt, Petronio conſervati.

570. SCRUTATUS STAGNA PROFUNDI.] Maris Eoi & Auſtralis ait abſconditos theſauros erutos ad decorandum hunc ornatum. Manilius, pariter locutus.

Scrutarique novum pelagus, totius & eſſe Orbis in hoſpitio.

Petronius paria ſpecimine belli civilis, Seneca, Propertius. Alij.

600. DIVITIS ALGÆ GERMINA.] Generatim loquitur, ſpeciatim tamen de Coraliis, ita alibi. Neſcio tamen an ea talibus digna ta.

601. IGNES.] Gemmas, à fulgore & radiis. Publius Mimus.

Quo Carchedonios optas? ignes lapideos.

Supra noſter.

fulgor Iberus Temperat arcanis Hyacinthi cærula flammis.

Sexto Conſulatu *acies ſtupet igne metalli.* Idem Bello Getico. *Scite ſidera vocat* Alanus, lib V. Anticlaudiani:

Inflammat diadema caput, quod lampade multa
Gemmarum radians, auro flagratur, & extra
Scintillans, lapidū duodeno ſidere fulget.

602. SIDONII, RUBRIQUE MARIS.] Propertius, Lib. II.

Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas
E jubet ex ipſa tollere dona Tyro.

603. FONDVS.] Gemmas. Ad pondera, non ad magnitudinem gemmas loquitur in dicando Imperatorio Faſtui. Etiam poſteriores Byzantini Principes toti velut conſtabant gemmis, cum multi prodirent aut conſiderent. Nicetas Choniates. Lib. I. Alexij Comneni de Germanis:

πρὸς δὲ τοὺς συνιστῶντας σφίσι ῥωμαίους, καὶ ἐνάγοντας ἐς τὴν τῶν λίθων ἄνθην ἀφορᾶν, οἷς ὁ βασιλεὺς, ὡς λειμὼν ἐνηγλάϊστο, καὶ χειμένῳ μέσον χάριτας ἐαρινὰς δρέπεσθαι, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἑστιᾶν, οὐ χρείαν ἔφασκον Αλαμαννοὶ, τοιούτων ἔχουσι θεαμάτων, &c.

Apud quem & ſequentia. Qui ante λιθοστόλον ſtolam. Eumdem Imperatorem minime congruo tempore ſumſiſſe dixit. De Hydaſpe multis Arrianus.

604. CINCTV.] Habitu, cultu. Servius ad Aeneiden. VII.

604. MÆONIAS VRBES.] Lydias, & Phrygias inſtar Bacchi. Lydia & Mæonia eadem provincia. Vide Herodotum, Lib. I.

605. IN TE.] Formam Honorii Baccho præfert. Feſcenninis: Præfert Achilli te proprio Thetis.

Victum fatetur Delos Apollinem:
Credit minorem Lydia Liberum.

605. NYSA.] Bacchi Vrbs. Maro *Bacchumque avertere Nyſa.* In ea eum educatum auctor Libro IV. Diodorus Siculus. Eſt & Bacchæ nomen, pro ipſo vulneratæ, apud Nonnum LXXIX.

607. TIGRES.] Vectura Bacchi, Papinius libro IV. Sidonius Burgo, &c. Immanes feras Honorio ſubmittere ſe in ſignum ejus divinitatis fingit. Paria Feſcenninis.

Telis jacebunt Sponte tuis feræ.
Gaudenſque ſacris vulneribus Leo
Admittet haſtam, morte ſuperbior. Alibi
Obvia fulminei ruerent in pocula Pardi.

Auſonius Epigrammatis. Martialis Spectaculis.

606. NEBRIDA.] Nebris Bacchi veſtimentum, de pellibus factum. Euripides prologo Baccharum. Silius lib. III. &c. Tales etiam ſacerdotes eius geſtaſſe paret ex Euripidis Phæniſſarum fine.

Καδμείαν ὃς νεβρίδα στολιδωσαμένα ποτ᾽ ἐγὼ
Σεμέλας θίασον ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευσα

Χάριν ἀγάλμασιν εἰς θεοὺς διδοῦσα.

Erythrææ gemmæ, maris rubri. Margaritis idem pelagus dives. Tibullus, lib. III.

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,
Tænare ſive tuis ſive, Caryſte, tuis.
Quidve in Erythræo legitur quæ Littore Concha
Tinctaque Sidonio murice Lana juvat?

608. AGIT CVRRVS.] Vide eam pompam deſcriptam apud Sidonium Burgo Leontii.

609. CASPIA COLLA.] Tigrides Caſpiæ notiſſimæ.

610. SATYRI CIRCVM.] Libidinoſiſſimi animantium. Baccho Comites dati, ut crapulam ſequitur Venus. Suidas.

Βάκχαι καὶ σάτυροι, καὶ Πᾶνες, καὶ Σιληνοὶ, ὀπαδοὶ Διονύσου.

Satyri arrecto ſemper pene pingebantur, indicio paratæ Libidinis, cum ipſi ſine Baccho non eſſent. Aretæus Cappadox, medicus lib. II. cap. XII.

οἱ Σάτυροι δὲ Διονύσου ἱεροὶ ἐν τῇσι γραφῇσι, καὶ τοῖσι ἀγάλμασι ὄρθια ἔχουσι τὰ αἰδοῖα.

611. EDERIS VICTRICIBUS INDOS.] Bacchi frutice, qui pampino & ederis funes faciebat. Pauſanias ſuo ævo ſuperfuiſſe unum horum ſcribit quo in Euphrate trajiciendo uſus fuerit. Ligabat captivos ſuos eo modo. Sidonius Burgo Leontii Pompa Bacchi.

Corniger inde novi Ganges it pompa triumfi
Conjectas in vincla manus poſt terga revinxit
Pampinus.

Et vulgo Romani: Calpurnius, Ecloga III.

Tradimus, ecce, manus: licet hæ vel vimine torto
Sic licet & lenta poſt tergum vite domentur.

Alium priſcum morem lauro captivos vinciendi notat Donatus in Adelphos Terentii.

613. ADSPICE.] Clara res ſcripſiſſe Claudianum *Auſpice mox* Fauſto nimirum clamore, adclamatione proſpera omnia ominante. Vidit veram lectionem etiam Caſpar Gevartius, Libellis Electorum, ſed ante eum natum citarunt ita alii, ut Jureconſultus non poſtremæ notæ Joannes Borcholtius Commentario ad Inſtut. Jur. Civilis. Calendis autem Januariis, ipſo nempe Conſulatus initio fauſta feliciaque omnia dici & fieri neceſſarium eſſe opinabantur, eoque omine manumiſſio prima erat JurisConſularis Actio, glorioſaq; Reip. nimirum Civium adauctrix Caſſiodorus, lib. VI. Epiſtol. I. *Conſul dictus eſt à Conſulendo: Hinc tanta largitas profluebat, ut illa dextera quæ ſanguinem hoſtium copioſè fuderat, vitæ auxilium civibus manaret irriguum. Sic quos felices per bella fecerat ſtudio largitatis explebat. In argumentum etiam publicæ gloriæ ſolvebat famulos jugo ſervili, qui Libertatem tanta dederat civitati.* Claudianus, lib. I. in Eutropium eumdem ipſe Conſulis novi morem indicat.

Candida pollutos comitatur Curia Faſces,
Forſitan & Dominus præbet miracula Lictor
Conſule nobilior; Libertatemque daturus
Quam nondum meruit, ſcandit ſublime Tribunal.

Et de Anthonio, recens Conſulatum orſo, Sidonius fine Panegyrici.

Nam modo nos jam feſta vocant, & ad Vlpia poſcunt
Te fora, donabis quos Libertate, Quirites.
Quorum gaudentes exſpectant verbera malæ;
Perge Pater Patriæ Felix, atque omine fauſto
Captivos vincture novos, abſolve vetuſtos.

Qui

Qui ultimis his verbis, acutè, ut ſolet, indicat originem huius moris, nimitum abſolutos ſervitute inquilinos Reipublicæ, ut ex hoſtibus multi in eorum locum fierent captivi, uti veteres ceremoniæ hoc genus ominibus pleræque ſunt oriundæ. Adſignat etiam locum quo Conſul recens de more ierit, ad abſolvendos illos ſervitute exſpectatores, forum videlicet Trajani; quo alludit etiam noſter fine Panegyrici in Sextum Honorii Conſulatum. Tribunal verò etiam Princeps novus ſubibat ad ſervos manumittendos, qui illuc adducebantur. Suetonius de Galba jam ſuſcepto: *Nec cunctatus diu conditionem partim metu partim ſpe, recepit. Igitur cum quaſi manumiſſioni vacaturus conſcendiſſet tribunal, propoſitis ante ſe à Nerone damnatorum imaginibus, deploravit Temporum ſtatum* Manumiſſionis ipſa ſpecies. Ante-Conſulem dicebatur, auctoritate Conſulis per Vindictam fieri ſueta, ut notavit Hieronymus Alexander ad Inſtitutiones Caji, lib. I. cap. III. Alia alii de Imperatore, ad Sidonium, Caſſiodorum, commentantes, hic non repetenda.

614. QVATER.] Quartum. Sidonius,

quam magna geras quam tempore parvo
Aut genero bis mox, aut teter conſule dicam.

Notus mos loquendi.

615. SOLLEMNIA LVDIT OMNIA LIBERTAS.] Omina reſtitutũ doctis. Rectè diſertimque ita Codex noſter. Ceremonias intelligit Libertatem indicantes, quæ manumiſſionis actui adhibenda ſunt, deſignantque ipſam florentis Reipubl. Libertatem, hoſtiumque mox capiendorum multitudinem. Aſſentiuntur Veritati aliquot ſcripti Libri, de Belgio. Ritus Manumiſſionis dudum illuſtrarunt doctiſſimi præſertim Jureconſulti, Cujacius Obſervat. Ræwardus Variis, Fornerius Selectionibus, Connanus Comment. Petrus Faber, Hotomannus, Briſſonius, Gothofredus, quique Inſtitutiones illuſtrarunt.

616. DEDVCTVM VINDICE MOREM.] Vindex, Servus M. Bruti, cum conjurationem adverſus populum Romanum patefeciſſet, primus publicè, côram ſummo magiſtratu, manu emiſſus eſt: ad cujus manumiſſionem quæ ſervatæ ſunt ceremoniæ, ad poſteros etiam deſcenderunt Vide PLutarchum Poplicola, Dionyſium Alicarnaſſ. lib. V. Pomponium JC. Enchiridio Juris, Theophilum Inſtitut. de Libertinis, &c. Idem tamen Vindex ſive Vindicius ut Dominorum proditor poſt peremtus. Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. IX. *Vindicius ſervus indicavit filios Bruti Tarquinio velle portas reſerare, quos pater ſecuri feriit: ſervum autem ut conſervatorem patria manumiſit, & ut delatorem dominorum cruci affixit.*

617. GRATO REMEAT SECVRIOR ICTV.] Certus nimirum jam Libertatis, neq; deinceps verberibus ſubjectus Percuſſus n. in maxillam, manumittebatur, ictuque tranſibat in Libertatem. Cornutus ad Perſium, Sat. V. *quos manumittebãt, eos alapa percuſſos circumagebant.* Juſtinianus Imperator Novella. LXXXI.

μεθ' ὕβρεων ϗ ῥαπισμάτων ἀπήλλαττεν αὐτοὺς τῶν τοιουμένων δεσμῶν.

Omnia noſtri imitatur Sidonius Panegyrico Anthemii. Vide, amici noſtri, Dionyſij Gothofredi, Notas ad L. Vlt. Cod. de Liberot. Mancipat. Ab hac autem Libertatis traditione venit mos Gladii jus cum alapa tradendi hodiernus nobilitatis, de quo pluribus ad Gulielmi Britonis Aremorici Librum VI. Eodem reſpectat Carinthiæ Reguli in Principem primum evecti injuria, alapa enim ei minuta impingebatur à Ruſtico, uti prolixè recenſet Felix Faber, lib. I. Rerum Suevicarum, volente hic verbis exprimere Claverio. Eamdem Libertatis dationem per alapam non indocte alluſit Sedulius, melior Poeta quam vulgo habetur, libro IV. de Domino JESU.

Ille tamen patiens ſubjecto corpore totum

Suſtinuit, noſtraque dedit ſua membra ſaluti.
Namque per hos colaphos caput eſt ſanabile noſtrum,
Sputa per hac domini noſtram lavere figuram.
His alapis nobis libertas maxima plauſit.

616. TRISTIS CONDITIO.] Revera triſtiſſima. *Aequata ſervitus quadrupedibus* Lege Aquilia, teſte Cajo cap. II. ad Leg. Aquil. *Par mortuis.* Vlpiano cap. LIX. de Condit & Demonſtrat. cap. CCIX. de Reg. Juris. Conſtantinus Harmenop lib. I. c XIV. Prochir. *Servi ipſi ἀπρόσωποι, & prorſus nulli*, cap LXXXII. de Reg. Jur. Theophilus Inſtitut de Stipulat. Servor. Paullus, cap. III. de Cap. Minutis. *Quibus quocunq; modo injuria fieri non poſſit*, Inſtituend. de Injur. Viſe & alia dicto Hermenopuli loco. Sic apud Græcos, cum de ſervis non impudicandis Legem Latam recenſuiſſet Aeſchines, Oratione in Timarchum, excuſat mox Legislatorem, non propter ſervos id eum feciſſe, quorum *cura ſit talibus longe inferior*, ſed Reipublicæ moribus honeſtioribus ornandæ *Sic perſonam ſervos Legibus non habere*, ſcribit Caſſiodorus Variar. lib. VI. Epiſt. VIII. *Sic prorſus quadrupedibus eorum conditio aquiperatur*, uti etiam conſervi vocentur canum velut nos docet Columella lib. VII. cap. XII. Reipſa ergo *triſtis conditio*, Extremaque, ut vocat Sedulius Junior, cujus verba ſupra ad v. CCLX. propoſita ſunt.

617. IN CIVEM RUBUERE GENÆ.] Illico ut irrubuere genæ civis ex ſervo factus eſt. Perperam fecerunt qui aliter diſtincta hæc promulgarunt. Sic loquitur infra Claudianus *In lintres fregere nemus*, Minutius Octavio. *Aeſculapius, ut in Deum ſurgat, fulminatur.* Sidonius *In tua Lucra feris exarmat guttur alumnis.* Claudianus I. Raptus *In celſas ſurgunt electra columnas.* Vſque adeo autem in civem tum rubebant genæ, ut exemplo poſt circumactionem & ictum acciperent inſignia civium, albam veſtem, annulum aureum, &c. Tertullianus de Reſurr. Carnis: *ſi famulum tuum libertate mutaveris* (Lege muneraveris) *& veſtis alba nitore, & annuli aurei honore, ac patroni nomine & menſa tribuq; honoratur.* Fiebant autem cives niſi redire vellent ad gentiles ſuos, ſi qui capti ſcil. antiquitus manu eſſent. Dionyſius Alicarnaſſæus, lib. IV.

Τύλλιος καὶ τοῖς ἐλευθερωμένοις τῶν θεραπόντων ἐὰν μὴ θέλωσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν πόλεις ἀπιέναι, μετέχειν τῆς ἰσοπολιτείας ἐκέλευσεν. Ab celeritate hoc mutatæ conditionis dixit cum Scommate Perſius:

heu ſteriles veri quibus una Quiritem
Vertigo facit.

619. TERGOQUE REMOVIT.] Pars enim ea corporis pœnis ſervilibus expoſita. Nota loca mille Plauti. Antiſthenes Rhetor, Judicio Armorū, ex perſona Ajacis in Vlyſſem.

ὁ δὲ κἂν κρεμάμενος εἴ γε κερδαίνειν τι μέλλοι, ὅστις γε μαστιγῶν παρεῖχε τοῖς δούλοις καὶ τύπτειν ξύλοις τὰ νῶτα, καὶ πυγμαῖς τὸ πρόσωπον.

620. PROMISSI VOTI.] Libertatis: qua nullum ex Orco in cœli uſum ducendis, majus votum.

620. FELIX INJURIA.] Ictus manu, injuria ſpeciatim. Vide Gellium lib. XX. cap. I. Juſtinianus Nov. LXXXI μεθ' ὕβρεων. Æmulatur iſta Joſephus Devonius, Lib. I. de Bello Trojano:

Blanda nil ſævius ira,
Cum flores miſeris felix injuria veti.

Acuto & intricato ſenſu.

621. IN NOMEN VENTURA TUUM.] Conſulatum. In Faſtos enim illicò ut erant creati, Conſulum nomina referebantur. Ammianus Marcellinus, lib. XXII *Allapſo Calendarum Ianuariarū die, cum Mamertini & Nevita nomina ſuſcepiſſent paginæ Conſulares, humilior Princeps viſus eſt in Officio pedibus a-diendo cum honoratis aliis.*

622. PR.

611. PRÆMISSA FUTURIS DANT EXEMPLA FIDEM.] Veteris Sapientis de Moyſe teſtimonium eſt: *Prædictione futurorũ fidem feciſſe præteritorum.* Et Memoria præterlapſorum conſilium dat illuſtre de futuris. Iſocrates.

Ἐὰν τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον, καὶ περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσῃς.

624. QUOTIES, TE CURSIBUS AEVI.] Quoties, ait, tibi Conſulatum dedit, toties Victoria aliqua inſigni auctus eſt Theodoſius. Sanè verò. Primo Conſulatu Honorij notat Marcellinus Comes : *Invaſam princeps Theodoſius ab hoſtibus Thraciam vindicauit, victorq; cum Arcadio, filio ſuo, urbem eſt ingreſſus.* Secundo. *Theodoſius A. aſſumto Honorio Cæſare filio Contra Arbogaſtem & Eugenium properauit. Bello commiſſo Eugenius victus, captus, & interfectus eſt. Arbogaſtes ſua ſe manu perculit.* Tertio Conſulatu jam intermortuus erat Theodoſius. Hoc Quarto domitus eſt in Africa Gildo. Verum ergo hic Claudianus canit, & repetit mox.

venere triumfi
Cum trabeis , ſequiturque tuos victoria faſces.

623. GOTHUNNI.] Controverſum vocabulum hujus gentis apud doctos pariter & Librarios *Iutungi* apud B. Ambroſium ſunt Secunda ipſius Legatione ad Maximum. Greotingos appellat Idatius. *Grutungos* ſeu Protingos. Zoſimus lib. IV. vbi ejusdem hujus Trans Danubium irruptionis meminit. Nam infitiabor tamen veram eſſe ſcripturam Gothunici nominis , eum repetatur à noſtro, priore in Eutropium.

legio pridem Romana Gothunni.
Iura quibus victu dedimus, quibus arua domosq;.

Et ſic *Nordhunni*, Nordoſthunniq; leguntur compoſito nomine. Monachus Sangallenſis, lib. II. cap. XXII. de vita Caroli Magni. *Prævideo quanta mala poſteris meis & eorum ſunt facturi ſubditis Normanni. Quod ne adhuc fiat Chriſti Domini noſtri tutela prohibeat, & gladius veſter in ſanguine Nordreſthunorum duratus.* Sed & alia talia ab Hunnis compoſita, vt *Hunaviri, Hunavares* nimirum, vulgo corrupti, apud Jornandem Get. cap. V. Qui ſunt Hungari hodierni, ut alibi notatum. Odotheus autem iſte varias gentes Scythicas trans Danubium trahebat, eatenus ignotas. Zoſimus dicto Libro:

Προμωτος δὲ ὁ στρατηγὸς τῶν κατὰ Θρᾴκην πεζῶν, Ὀδοθέου δύναμιν συναγαγόντα πλείστην, οὐ μόνον ἐκ τῶν Ἴστρῳ προσοικούντων ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πορρωτάτω που, καὶ ἀγνώστων, καὶ ἐπελθόντι στρατῷ καὶ περαιουμένῳ τὸν ποταμόν. ἀπαντήσας πεζῇ τε καὶ ποταμίαις ναυσὶ, τοσοῦτον εἰργάσατο φόνον, ὥστε καὶ τὸν ποταμὸν πλησθῆναι νεκρῶν, καὶ τοὺς ἐν γῇ πεσόντας μὴ ῥᾳδίως ἀριθμηθῆναι.

Quem de dolo everſis hoſtibus legens, videbis noſtrum nihil Poeticè hic tradidiſſe. Danubium Odotheo trajectum pro te magna ponit, is quippè Rex Fluviorum. Metellus in Quirinalibus:

Danubius fluvius datus Rex
Fert Ratibus decies duces ſex
Sextifidusq; Thetyn coronat.

614. IN LINTRES FREGERE NEMUS.] Copiam navium deſignat. Papinius, Achill. I.

Innatat omne nemus , caduntur robora claſſi.

Silva minor remis Lucanus lib. I. *In claſſim radit omne nemus* De Lintribus peſſumdatis Zoſimus. Sequentibus in noſtro libro legitur *ter mille ruebant Per fluuium plena cuneis nanalibus alni Dux Edotheus erat: tanta conamina claſſis Incipient ætas & primus contudit annus.* Pleraque melius quam etiam optimæ Editiones. Miras Scytharum rates pelles nimirum paleis plenas , memorat Nicephorus Gregoras lib. II. quo de origine moribusque ejusdem gentis non pauca minus vulgaria, Minime autem tollendi hic duo verſus, vt

voluerunt Cujaciani Codices, nec enim alterius Poëtæ ſunt.

629. PRIMUS ANNUS.] Primus conſulatus, non ætatis annis, quare & incipientem ætatem ſeparavit. Honorius, nobilis puer, primum Conſulatum, dono Patris, habuit triennis nondum completo, ſub quo ſcribit in Faſtis Idatius. *Honorio nobili P. & Evodio Coſſ. victi atq; expugnati, & in Romaniam captivi abducti gens Greothingorum à noſtris. Poſt in agros diviſi ab hac Promoti victoria*, vt verſus de noſtri Eutropio modo allati teſtantur; prius tamen milites Romani, vt ijdem, & Zoſimus.

629. CONCUTIT ANNUS.] Rectiſſime noſter Codex *contudit* Cui aſſentiuntur Scaliger & non pauci Belgicorum Librorum. Sic de Hercule Horatius.

Lernaam ferro & face contudit hydram.

Quæ aſpexit noſter. Supra verò vbi correxerunt *cum mille vuebant*. Recte idem Scaliger etiam invitis Libris retinuit vulgatam ſcripturam *tibi mille ruebant. Hoc eſt tuis auſpiciis, tuo Commodo.* Sic Papinius *cui luget complexa ſuos?* Lucretius *tibi rident aquora Ponti.* Trebellius Pollio *gauderem tibi de Victoria.* Noſter Bello Gildonico CCXCVIII. Figuram per dandi inflexum notat Julius Rufinianus Rhetor.

630 SUBMERSÆ SEDERE.] In libro noſtro *cecidere* quod ad hiſtoriam verius. Vide Zoſimum. Illud tamen felicitati pueri principis commodius.

632. CORPORIBUS PREMITUR PEUCE.] Stragem omnibus omninò navalibus copioſiorem teſtatur fuiſſe Zoſimus. *Peuce autem* inſula Danubij populis culta qui ſpeciatim Peuceni perhibebantur vide Jornandem, cap. XVI. Getic. Quinque autem Noſter Danubio Oſtia tribuit, ſecutus Dionyſium Periegeten, cujus de eo amne verſus eſt.

πινταπόροις προχυῇσιν ἑλισσόμενος περὶ πεύκην.

Cui aſſentitur Arrianus, Anabaſi I. ἐπεὶ δὲ Σκύθας ἔστε ἐκβολάς, ἵνα ἐνδιδοῖ καὶ πέντε στόματα, εἰς τὸν εὔξεινον πόντον.

Ut & Anna Comnena lib. VII. ὁ δὲ Ἴστρος ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν δυτικῶν ὀρῶν, ἐκδίδονται δὲ διὰ τῶν καταῤῥακτῶν μετὰ ταῦτα διὰ πέντε ἤγουν στομάτων εἰς τὸν Εὔξεινον ῥεῖ.

Alij duo aut vnum adduot, de quo doctiſſimi viri J. Vadianus. & A. Schottus ad Melam.

634. ODOTHEI REGIS.] Mira nominis ſcriptura in Libris. Nullibi hac melior: Opima, velut ſua manu Regem interemerit Theodoſius, quæ res aliter tamen eſt geſta.

635. SECUNDIS AUSPICIIS.] Conſulatu ſecundo. Notatum ſupra.

636. TIBI.] Geminis tuis primis Conſulatibus.

638. TYRANNUM]Eugenium, cum ſuo Magiſtro, Arbogaſte.

638. ISTER.] Horrendum Rei Romanæ nomen fluvij, ob tot ei infuſas gentes.

638. SANGUINEOS FLUCTUS.] Cæde Barbarorum, modo dicta. Alibi pariter:

Sanguine quam largo Grajos caleſcerit amnes.

Similia apud Thucydidem, citante Dionyſio Longino, cap XXXIII. περὶ ὕψους. L. Florum, Lib. III. cap. V &c.

639. ALPINOS GENITOR.] Peſſimè nonnulli Codices omittunt hunc verſum, quibus cum inſanit etiam noſter. Qui vt confiteatur quodammodo negligentiæ ſuæ facinus ſuperiorem ita concipit. *Iſter ſanguineos egit te Conſule montes.* Inſcitiſſimè: putavit enim ſe vtrumq; ad poſtremam vſque vocem ſcripſiſſe, Librarius: quo pacto inter ſimiles duos ſæpius alter omiſſus fuit.

641 SEMPER VENERE TRIUMPHI CUM TRABEIS.] Sic ſuo Marte auſpiciis autem Honorij filij bella geſſiſſe, hoſtesque ſuperaſſe, Theodoſium, dixit ſuperiore, & circa

citca principia etiam hujus nobiliſſimi Panegyrici.

641. SEQVITVRQVE TVOS.] Quaſi affixa. Papinius *vocem fata ſequuntur.*

643. ASSIDVE CONSVL.] Scripti Quinque Belgici; Noſterq; *aſſiduus Conſul* Quod præferendum videtur, fecitq; Scaliger. *Aſſiduus, perpetuus.* Alioquin erroni opponitur. Columella, lib. VII. cap. XII. de Canibus: *Maximè autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui, & circumſpecti magu quam temerarij* Laus autem iterati Conſulatus. Sidonius *omni ab auo res Rara frequens Conſul.*

643. MARII.] Septies Conſul, quoties ante eum nemo. Manilius *quod toties Conſul exſulque* Vide Plutarchum, Appianum, Florum, Lucanum &c. Vovet verò frequentem hunc magiſtratum pari modo & exemplo ſuo etiam Principi. Auſonius: *Negat Cicero Conſularis ultrà ſe habere quod cupiat. Ego autem, jam Conſul & ſenex, adhuc aviditatem meam fatebor. Te videre ſæpius in hoc magiſtratu, Gratiane, deſidero: Vt & ſex Valerij Corvini, & Septem C. Marij, & cognominis tui Auguſti tredecim Conſulatus* [*unus æquiperes.* Vicit hos ſeptem & Decem ſnis, quorante eum neminem habuiſſe memorat Suetonius, *Domitianus;* ſed irriſus ob invidiam alteros provehendi, vt idem Auſonius eodem Panegyrico conteſtatur. Cavet cordatè mentionem hujus belluæ Claudianus, eraſam quippè omnibus monumentis publicis.

645. LANVGO CVM SERPERE COEPERIT ORA.] Cum virum te agnoſcet mundus, cujus tantilla ætas omnibus modis decoravit Imperium. Primæ lanuginis poſitio feſtum ingens Romanis moribus, ſummaq; vota parentum. Sic Amita Neronis lanuginem ejus primam tangens, *hac excepta liberari ſe animo morituram dixit.* Suetonius, lib. VI. cap. XXXIV. *Cum amitam ex duritia alvi cubitantem viſitaret, & illa, tractans lanuginem ejus, ut aſſolet iam grandu natu, per blanditias fortè dixiſſet; ſimul hanc excepero, mori volo: converſus ad proximos, confeſtim ſe poſiturum ait.* Princeps cum barbam poneret, *publica gaudia erant;* ut notavit ex Dionis Lib. XLVIII. doctiſſimus Taciti Commentator. *Lanugo condita* pretioſis pyxidibus condebatur. Petronius, in rebus Trimalchionis: *Præterea armarium grande in angulo vidi, in cuius adicula erant Lares argentei poſiti; Venerisq; ſignum marmoreum, & pyxis aurea, non puſilla, in qua barbam ipſius conditam eſſe dicebant.*

646. NOX PRONVBA.] Numen ipſum noctis favens tanto matrimonio, & gerens pronubæ officium. Sic Nuptijs Leandri & Herus, licet diſpari omine, Pronuba & ornatrix Nox apud Muſæum canitur.

> Καὶ γάμος ἦν ἀπάνευθεν ἀειδομένων ὑμεναίων,
> Νὺξ μὲν ἔην κείνοισι γαμοστόλος.

Noctis numini multas de Rebus Amorum tribuebant veteres. Sic eam Amoris ſive Dilectionis matrem facit Heſiodus, Theogonia.

> Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι,
> Νὺξ ὀλοὶ, μετὰ τὴν δ᾽ ἀπάτην τέκε, καὶ φιλότητα.

Vnde parere ei non eſſe ineptum, Homerus ſancit. Iliad. VIII.

> Νὺξ δ᾽ ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι.

Culta eadem nomine Veneris, gaudiorumq; datricis. Orpheus Hymnis:

> Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
> Νὺξ γένεσις πάντων, ἣν καὶ Κύπριν καλέσωμεν.

Quæ, licet ludicra videri, adſcripſimus tamẽ, ne quis malo omine Noctẽ pronubam etiam ποιητικῶς Honorio Claudianum dediſſe, cavillare poſſit. Par ejusdem Officium in Nuptijs Proſerpinæ, Secundo de ejusdem Raptu.

647. DEVOTA TORO.] Rectè ex Libris Cuja-

Craſſorum vindicta perit, dum perfida Suſa
In tumulos prolapſa ducum, Babylonq;, jaceret.

Miſcentur his temporib. Parthi & Perſæ. Id inde factum quod hos illi contra Parthos elevarint, ſi fides ex alijs Gemiſto Plethoni, cujus verba ſunt. Oration. II. Peloponeſiaca:

καὶ πέρσαι δὲ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου, καὶ ἑλλήνων καὶ Μακεδόνων δουλείαν, ἐπειδὴ ὑπὸ ῥωμαίων αἱ μακεδονικαὶ βασιλεῖαι κατελέλυντο. οὐ φαύλως οὐδ' οὗτοι διὰ πάρθων γοῦν ἀνειλήφεσαν σφᾶς αὐτοὺς, ἄλλως τε καὶ πρὸς τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν, μεγίστην τότε οὖσαν διατελέσαι, πολεμοῦντάς τε καὶ οὐχ ἡττωμένους ἐν τῷ μέρει τὰ τελευταῖα δὲ καὶ λαμπρῶς ἤδη νικῶντας, ὥστε καὶ φόρους ῥωμαίους πράττεσθαι, ἐπὶ πολλὰς δὴ γενεάς.

Theodoſij autem contrà invictas iſtas gẽtes ea felicitas fuit, ut pacem ab eo per Legatos peterent, eo ipſo anno, quo natus ei Honorius Filius. Marcellinus Comes. *Ricimere & Clearcho conſulibus Legati Perſarum Conſtantinopolim advenerunt, Pacem à Theodoſio Principe poſtulantes. Eodem tempore Honorius alter Theodoſio natus eſt filius, menſe Septembri.* Noſter verò & ſigna ejus ſecutos Parthos autumat. III. Conſul. LXXI. Sed Poeticè, puto.

656. MAJORE TOGA.] Utroq; nimirum principe Conſulatum ſimul gerentibus. Major Toga illuſtriorem pacem, Clariorem ſtatum Reip. indicat. Quam Lectionem neutiquam Libris mutandam concedo. Magnum enim pro inſigniter Bono Veteres ſæpè habent. Plinius de primis Aſtrologis: *Viri ingẽtes, ſupraq; mortalium Naturam tantorum Numinum Lege comprehenſa.* Honorius & Arcadius Inſcriptione Statuæ noſtri Auctoris: *Inter reliquas ingentes artes, præglorioſiſſimo Poetarum.* Ita ſcribunt primæ marmoris ejus deſcriptiones, perperam mutantibus cæteris. Spartianus Adriano: *Erat memoria ingentis.* Sic *Magnus Antoninus* apud Martianum Imp. L. VIII. ad L. Jul. Maj. Magnus Proclus. Juſtiniano. L. VII. de Summa Trinitate.

657. TUO FASCE.] *Tua Militia* Ad faſcem, quo Romanus miles ſupellectilem ſuam gerebat iter faciens Maro, Georgico. III. (*mis*

Non ſecus ac patriis acer Romanus in ar-
Injuſto ſub faſce viam dum carpit.

Joſephus, Lib. III. Halos. cap. V. φέρουσι δὲ, οἱ μὲν περὶ τὸν στρατηγὸν ἐπίλεκτοι πεζοὶ, λόγχην καὶ ἀσπίδα. ἡ δὲ λοιπὴ φάλαγξ ξυστόν τε καὶ θυρεὸν ἐπιμήκη, πρὸς οἷς πρίονα, καὶ κόφινον, ἄμην τε καὶ πέλεκυν. πρὸς δὲ ἱμάντα καὶ δρέπανον, καὶ ἅλυσιν, ἡμερῶν τε τριῶν ἐφόδιον, ὡς ὀλίγον ἀποδεῖν τῶν ἀχθοφορούντων ὀρέων τὸν πεζόν.

Adde qui de Militia ſcripſerunt, Vegetium, Polybium, Faſcis abinde onus geſtatorium quodvis. Fauſtus Rheienſis: *Quia & veſtram laborare perſonam ſub impoſito nobis faſce cognoſcitis, communẽ cauſſam hoc loco agitis.* Columb.

Hoſtibus in Bello dominatur dextera fortis:
Serviet at ſegnis duro ſub faſce laborans.

Paullinus Aquileienſis, Voto pro Carolo Magno: *Indulgeat captivis, ſubveniat obſeſſis, diſſolvat faſciculos deprimentes, ſit conſolatio viduarum, miſerorum refugium.* Radevicus præfat. Hiſt. *Revera, niſi veſtra fretus ope, ſub hoc faſce ſuccumberem.*

SUEVUS.] De nobili hac gente, nam & nos, origine Bavari, inde ſumus: aliquid dictum ſupra Honorifici teſtes ejus vetuſtæ virtutis Tacitus, Lucanus, Mela, alij. Scripſere res olim peculiare auctores, ævi ruinis obliterati nunc.

658. HORREBUNT BACTRA.] Voto claudit, & ſponſione futuræ Felicitatis Panegyricum iſtum, inſtar aliorum. Suevi Occidentis, Bactra Orientis Regna denotant. Imitatur Sidonius. Panegyrici Majoriani. Operum Principis, clauſula.

Sic Suſa tremant, poſitiſq; faretris
Exarmata tuum circumſtent Bactra Tribunal.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI

IN SEXTUM HONORII AUGUSTI CONSULATUM PANEGYRICUM,

Animadverſiones.

PRÆFATIONE.

Dubium penes non paucos fuit vti Librorũ duorum hoc Epigramma præfigendum foret: Cujacianis ad hunc Panegyricum referentibus, Belgis vero Codicibus ad Tertium de Raptu. Nos meliores illos ſequi ſuaſit etiam noſter, & judicium ſummi viri Joſephi Scaligeri: præcipuè cum paribus præfatiunculis cæteras ſui Principis Laudes noſter inferat. Sit igitur Honorio datum hoc Epigramma, non Florentino, licet & Gloſſator quiſpiam vetus Codicis Belgici unius contradicat. Novimus enim ejus generis ſciolorum nullã umquam in litteris fuiſſe judicandi auctoritatem.

OMNIA QUÆ SENSU.] ἡ γὰρ ψυχὴ ἐγρήγορεν, ὅταν μὲν τῷ σώματι ὑπηρετοῦσα ᾖ. ἐπὶ πολλὰ μεριζομένη οὐ γίγνεται αὐτὴ ἑαυτῆς, ἀλλ᾽ ἀποδίδωσι τι μέρος ἑκάστῳ τοῦ σώματος, ἐγγὺς τοῖσιν αἰσθητηρίοισιν, ἀκοῇ, ὄψει, ψαύσει, ὁδοιπορίῃ, πρήξεσι, καὶ πάσῃ τῇ τοῦ σώματος διανοίῃ, αὐτὴ δὲ ἑαυτῆς ἡ διάνοια οὐ γίγνεται. ὁπόταν δὲ τὸ σῶμα ἡσυχάζῃ, ἡ ψυχὴ κινουμένη, καὶ ἐπεξέρπουσα τὰ μέρη τοῦ σώματος οἰκεῖ τὸν ἑαυτῆς εἶκον, καὶ τὰς τοῦ σώματος πράξεις ἁπάσας αὐτὴ διαπράσσεται. τὸ μὲν γὰρ σῶμα καθεῦδον οὐκ αἰσθάνεται, ἡ δὲ ἐγρηγοροῦσα γινώσκει, καθορᾷ τε τὰ ὁρατά, καὶ ἀκούει τὰ ἀκουστά, βαδίζει, ψαύει, λυπεῖται, ἐνθυμέεται, ἐν ὀλίγῳ, ἐοῦσαι τοῦ σώματος ὑπηρεσίαι, ἢ τῆς ψυχῆς, ταῦτα πάντα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ ὕπνῳ διαπράσσεται.

Verba ſunt Hippocratis, magni Naturæ Apollinis, nobis Horſum allata lib. LI. Adverſar. cap. III. Quod conſuli malui quam huc deſcribi.

OMNIA QUÆ SENSU.] Rotunditas horum verſuum fecit omnibus ut in ore ſint. Similia Nonnus, libro XLIII. Baſſarie.

ἀντίτυπον γῆς

Ἔργον, ὅπερ τελέει τις ἐν ἤματι, νυκτὶ δοκέυει,
Βυκόλος ὑπνάων κεράεὶς βόας εἰς νόμον ἕλκει,
Δίκτυα θηρητῆρες φαίνεται ὄψις ὀνείρυ.
Γειοπόνοι δ' εὕδοντες ἀροτρεύουσιν ἀρούρας
Αὐλάκα δὲ σπείρουσι φερέσταχυν, ἀζαλέη δὲ
Ἄνδρες μεσημφείζοντες κατάχετον αὖθοπι δίψη
Εἰς ῥόον εἰς ἀμάρλω ἀπατήλιος ὕπνος ἐλαύνει.
Οὕτω καὶ Διόνυσος, ἔχων ἰνδάλματα μόχθων,
Μιμήλῳ περόεντος νόον πόμπευεν ὀνείρῳ.

Nec minus arguté Petronius, ſive Arbiter ille, (certe veroſimiliter) ſive Alius.

Somnia quæ mentes ludant volitantibus umbris
Non delubra Deûm, nec ab æthere numina mittunt.
Sed tibi quiſq; facit. Nam cum proſtrata ſopore
Vrget membra quies, & mens ſine pondere Ludit,
Quicquid luce fuit, tenebris agit. Oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſævit in urbes
Tela videt, verſaſque acies, & funera Regum,
Atque exundantes perfuſo ſanguine campos.
Qui cauſſas orare ſolent, Legesq;, forumque,
Et pavido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit avarus opes, defoſſumque invenit aurum,
Venator ſaltus canibus quatit, eripit undis.
Aut premit everſam periturus navita puppim.
Scribit Amatori meretrix, dat adultera munus.
Et canis in ſomnis leporis veſtigia Latrat.
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

Quorum verſu V. ſcribendum dicas *Quicquid luce facit, tenebris agit.* Actio enim quandoq; imitatio factionis, expreſſio veritatis, unde in ſcenam à rebus eunt fabulæ. Argumentum vide apud Phyſiologos. Lucretium, lib. IV. Iſidorum Peluſiotam, Lib. I. Epiſt. XI. Lucianum altera verarum Fictionum. Alios. Id Gloſſographus priſcus ita hoc loco concepit. *Somnia non omnia vana eſſe Poeta dicit. Studio enim Muſarum ſollicitatus ſe coram Ioue Gigantomachiam recitare noctu ſomniavit. Sequenti verò die Florentinum (Honorium) eadem pompa qua Iouem in cœlo per ſomnium ſuſceptum conſpexit, cujus etiam ut facta caneret, meditabatur.*

VOTA.] Quæ quiſq; in vita agit, agendaq; ſibi alijs negotijs præponit, vota appellantur, veluti quibus rebus deſiderandis ſe impendat mens hominis: Eruditius quam Latinius.

SENSU.] Quæ videt nimirum per hunc homo. Petronius eruditè hoc extulit verſu modo emaculato: Hiſtrioniam facere dicens ſomnum eorum noctu, quæ diu vere fiunt inter mortales. Non inſcitè Lucianus de Somniorum Republica & Aulæ Præfecto Hiſtrione.

PECTORE SOPITO.] Homine toto in ſoporem dato. Quo nomine inquieta ſomnia excludit, quæ pectoribus quietem etiam in ſomno negant. Quare inſcitè libri mutant Lectionem. Pectus totum legitimus ſopor etiam apud Maronem poſſidet.

ſimul enſe ſuper bum.

Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Exſtructus, toto proflabat pectore ſomnum.

AMICA QUIES.] Æquat enim felicibus (nec ſemper tamen) infortunatos; omniumq; votorum mactat, quibus favens venit. *Amicat ſomnus* omnia & demulcet. Vide Papinium Voto ad eum. V. Silvarum; & X. Thebaide.

2. REDDIT.]Reponit, à voce quę repercuſſa reddi perhibetur. Horatius. *Datus in theatro cum tibi plauſus Chare, Mæcenas, eques, ut paterni Fluminis ripa ſimul. & jocoſa Redderet Laudes tibi Vaticani Montis imago.* Qua ratione infra Imaginem ſuam vocat ſomnia Claudianus.

3. VENATOR DEFESSA THORO.] Primo loco ponit primũ vetuſtiſſimumq; humani Corporis exercitium, vt Nonnus & Petronius, verbis poſitis modo. Pulcrè eodem exemplum Ludos ſcenicos diu in theatro ſpectatos noctu recolentium ducit Lucretius. Se pariter noſtro memorans operam pangendi carminis per quietem non intermittere.

4. SUA LUSTRA.] Quæ habitat quaſi aſſiduo vſu. Ita ſuæ res doctiſſ. auctoribus.

5. AURIGÆ SOMNIA.] Nominat hos ob frequentia etiam tum Spectacula Circenſia. Vide quæ ex primo de Sacerdotio Chryſoſtomi, Auguſtini Confeſſionibus, alijsque alibi diximus.

6. VANAQUE NOCTURNIS.] Per ſomnium viſa, & ſic nec viſa ſimul. Meta caute Laborem ſummum ſtudiumq; Aurigarum indicat, quibus hoc opus vnicum, & neceſſarium niſi frangi vellent. Vetuſtiſſimus is, & celebratiſſimus Labor. Homerus, Iliad. Ψ.

οἶδα γὰρ εὖ περὶ τέρματ' ἐλισσέμεν

Theocritus Herculiſco, de ejus Inſtitutione.

ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν
Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι,
Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα, φίλα φρονέων, ἐδίδαξεν.

Unde & Heroum hoc veterum exercitium comparet. Sophocles Electra. Nonnus, libro XXXVII. Multis. Oppianus, Cyneg. IV. de Leone ſoveam irruente.

Πάντοθε δινεῖται δὲ παλίσσυτος αἰὲν ὀρύων,
Ὀπταλέος περὶ νύσσαν ἀεθλοφόρος, θοὸς, ἵππος.

Et inde dictum Circum Romanum ſuſpicatur, niſi nugatur potius, Varro lib. IV. de LL. *Circus Maximus dictus quod circum ſpectaculis ædificatus, ubi Ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & Equi currunt.* Horatius. *metaq; fervidis Evitata rotis.* Plura Silius lib. XVI. Papinius, Theb. VI. Manilius, lib. V. Arnobius lib. II. Metæ forma deſcribitur Vitruvio, Servio, Iſidoro, & comparet in Monumentis Antiquitatis.

7. FURTO GAUDET AMANS.] Clandeſtino amicæ vſu. Vide nos ad Muſæum, & Indice in Epiſtolas non Ariſtæneti ſolum, ſed Amatorum Græcorum plerorumq;.

7. PERMUTAT NAVITA MERCES.] Uſum navigationis antiquiſſimè doctè tangit. Certum enim à primis aureisq; temporibus degenerantia, ob commutandas merces pelagus primum tentaſſe. Aratus Phænomenis.

Αὔτως δ' ἔζων. χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα,
Καὶ βίον οὔπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον,
Ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα,

Quæ compoſitus & Candidus interpres, nec eloquens tamen magnoperè, ita reddit Germanicus:

Nondum veſanos Rabies nudaverat enſes;
Ignotique maris curſus, privataque tellus

Grata

Grata ſatis, neque per dubios avidiſſima ventos.

Spes procul amotas, fabricata nave, petebat Divitias.

Ita ex correctione Joſephi Scaligeri legendi ei verſiculi, quam juvat & vetuſtiſſima Editio num Bononienſis, apertè poſt τὸ *Divitias.* diſtinguens. Ovidius de re eadem.

erant ſine Indice tuti.
Nondum caſa ſuis, peregrinum ut viſeret orbem,
Montibus, in liquidas, pinus, deſcenderat Vndas.
Nullaque mortales præter ſua littora norant

Rationem ſubdit

Contentique cibis, nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus montanaque fraga legebant,

Luxuria enim & Avaritia primam navem fecerunt. Clarius Avienus, ſui otis paraphraſtes.

Ferventis latè pelagi Natura, ſalumque
Ignerata, ſuoſecluſaque fine, jacebant.
Nulla fides undis, tumido commercia fluctu,
Nulla petebantur, neque longis navita terris
Inſinuare ratem jus fecerat, exſul ut oris
Omnibus, externas veheret per inhoſpita Gazas Aequora

8. VIGIL AVARVS.] Cui Avaritia non concedit quietem ſuam. Acute dictum. Et ita ſimplicitate quadam acutior Scriptor, Manilius de homine maximè curioſo, diligente

In ſomnis vigilat, curaſque induſtria vincit.

ELAPSAS.] Quærit enim quod jam habet, & amiſſum putat quod nondum. Verus eſt Tam deeſſe avaro quod habet quam quod quærit. Paullinus, Natali. IX.

inter opes inopes, quaſi Tantalus ille,
Inter aquas ſitiunt, nec habent quod habere videntur.

Vide priore in Rufinum. Melius vero elapſas, quam amiſſas. Omnem enim curam adhibet ne elabantur, omnemque caſum fingit, inauditis rimoris larvis.

ÆGRIS.] Quorum morbus irreſtincta ſitis. Vide verba Nonni adſcripta.

IRRIGUUS SOPOR.] Flumine quodam liquido. Pulcrè ſerpere eumdem Maro dixit. Sed hoc pulcrius, à tenui enim initio totum ſuperfunditur. Lucretius. lib. IV.

Nunc quibus ille modis ſomnus per membra quietem
Irriget, atque animi curas è pectore ſolvat,
Suavidicis potius quam multis verſibus edam. Vide eos.

MVSARVM STVDIVM.] Profitetur iſtuc velut principale, cum INTER ALIAS tamen artes in INGENTESque eas, adſcribatur ab Imperatoribus. Sic alibi Vatem ſe non alio magis nomine gloriaturus, appellat, Aganippes & Pieridum clientem, epotis jam Muſicis ſcilicet fluentis. Epiſtola Nuptiali ad Serenam.

Aequora placari proſperiora jube.
Vt tibi Pierides, doctumque fluens Aganippe,
Debita ſervato vota cliente canant.

Epiſt. ad Adrianum.

cemitem me pelle ſodali,
Scilicet ingents de paupere vate triumfo.

ARTIBVS ADSVETIS.] In aliis Libris *aſſiduis* & conſentit Noſter.

IN ARCE.] Poetica Architectonice in ipſo cœlo arcem quandam conſtruxit, ſ. equês in ore vatum omnisgeneris. Vide [illegible] ælares Juliani, Luciani multa loca. *Palati. n* dicit Naſo.

ANTE PEDES.] Habitu ſupplicis Sic Deos nulla non gens coluit.

FAVET SOMNVS.] In te præclara etiam nocturnæ imagines virtutem animi commendant,

mendant, contrà nocentibus hominibus evenit, quos ipſa quies conturbat.

CORONA CHORI.] Locus enim oranti medius datur. Alibi his Commentariis.

ENCELADVS MIHI CARMEN ERAT.] Etiam pueris notæ Fabulæ. Et hinc patet ad iſtum Panegyricum, nequaquam vero Proſerpinæ aliquem librum, Epigramma factum.

INARIMES.] Montis nomen quem Typhœo aut Encelado, injecerunt Poetæ, cum ſuo Jove: cujus hanc appellationem è Servio & Libris non inconcinne aſſeruit Stephanus Claverius, ſecutuſque eum illo ſuo divino animo, Joſephus Scaliger, aſſentiente noſtro Libro. Fuiſſe aliam etiam olim ſcripturam duo Suſiani Codices docent Hic ſubit Inarimes referentes, cum quo faciunt aliquot Belgæ, unde facile conjectu Hic ſubit Inarimen.

GRAVIS ÆTHNA.] Proverbium notum. Iſtam Typhœo injectam conſtantior Fama. Viſe Pindarum. Valerius Flaccus *Ætnam Typhœo Neptunum* injeciſſe memorat.

PRÆMIA MILITIÆ.] Imperii cœleſtis firmationem. Nota res Litteris Poeticis.

IMAGO.] Species ſomno oblata: quæ cum nihil ſit, aliquid tamen referat, imago rerum exiſtentium perhibetur. Papinius, Thebaid. V.

Deus has, Deus ultor, in iras
Apparet: captiſq; favet: nec imago quietis
Vana mea.

Fallaces formas dicit Auſonius Ephemeride. Idem.

quoties portenta ſoporum
Solvit rupta dolore quies, & imagine fœda
Libera mens vigilat.

EBUR.] Duæ portæ ſomniorum apud Inferos Poetis, quibus emiſſa ea ſeſe ingerant ſopitis mortalibus, Cornea verorum, Eburnea vanorum. Homerus. Odyſſ. XIX. Maro, Æneid. VI. Eleganter Coluthus quoque in Raptu Helenæ. Lucianus lib. II. Verarum quatuor fabricat, viſu ipſo confutatis videlicet fictoribus illis:

πύλαι μὲν ἔπεισιν οὐ δύο, καθάπερ Ὅμηρος εἴρηκεν, ἀλλὰ τέτταρες, δύο μὲν πρὸς τὸ τῆς βλακείας πεδίον ἀποβλέπουσαι, ἡ μὲν σιδηρᾶ, ἡ δὲ κεράμου πεποιημένη, καθ' ἃς ἐλέγοντο ἀποδημεῖν αὐτῶν οἵ τε φοβεροὶ, καὶ φονικοὶ, καὶ ἀπηνεῖς, δύο δὲ πρὸς τὸν λιμένα καὶ τὴν θάλατταν, αἱ μὲν κεράτιναι, αἱ δὲ καθ' ἃς ἡμεῖς παρήλθομεν, ἐλεφάντιναι.

Irrita, nullius momenti, unde irritare, in vanum redigere ſequior ætas dixit. Vt ex Epiſcopo quodam ſemipriſco, Baileamo, notant Adverſar. Commentarij.

PRINCEPS.] Honorius. Confitetur Epigramma cum quo agat.

APEX.] Summus cujuſque rei honos. Sedulius, Lib. I.

una eſt cum patre poteſtas,
Par ſplendor, communis apex. Lib. II.
Apoſtolici ſemper duodenus honoris
Fulget apex.

Hilarius in Geneſi. *Primus apex rerum, primus ſator, omnia condens.* Sidonius: *Patritius reſpondet apex* Marius Victor. *Tu Virtus, Virtutis apex.* Optato Afro Libro I. *Principes & apices omnium Epiſcopi.*

ÆQUATUS OLYMPO.] PLeriq; Belgici Libri: *æquatur* Quod non contemnendum. Recente enim facto opus eſt, ut Juppiter recens à Gigantibus pulſis cælo firmatus. Maronianum autem eſt *animos æquabit Olympo.*

QUALES MEMINI [Senatum comparat Dijs. Sic Nemeſianus Eclog. I. ut olim nobis animadverſum.

VATI.] Ineptiunt libri qui mutant, quod plerique vulgo collati agunt.

CÆLO PAREM AULAM] Palatia Romana, aliud cælum. Corippus, lib. III.

miratur barbara pubes,
Et credunt aliud Romana Palatia cælum.

Ad

Ad Panegyricum.

SEXTUS Honorii Auguſti Conſulatus incidit Anno Chriſtiano. CCCCIV. Quo collega Principi fuit Ariſtænetus, veroſimili conjectura auctor Epiſtolarum Amatorium nobis declaratus, Adverſar. lib. LV. cap. VIII. Celebratur Pæane hoc potiſſimum Pollentina de Alarico Stiliconis victoria, quam anno alij, Proſper & Caſſiodorus biennio hunc Conſulatum præceſſiſſe aſſerunt. De ipſa illa, ambigua ſcriptorum traditio, præcipuè qui poſt eversum Stiliconem, blanditi ſunt victrici parti. Claudianus ſanè & Prudentius, qui conſpicere potuerunt, ſuperſtiti florentique Stiliconi palmam conſenſu tribuunt, viri vateſq; doctiſſimi, & præterea diverſæ relligionis, ut videtur omnibus. Eadem tradunt Oroſius, alij. Contra manifeſtis verbis Caſſiodorus, Jornandes. Nos noſtris vatibus aſſentimur, ut minime mentitos dicamus, quod uno ore tradunt, Alaricum eo conflictu perdidiſſe quicquid annis integris XXX. ſpoliorum collegerat: Nec tamen infitiamur & Romanum exercitum magnam cladem accepiſſe, iſthoc modo conciliandis ſcriptoribus. Quomodo prudenter, vereque, ut puto, ſcripſit Proſper: *Pollentiæ adverſum Gothos vehementer, utriuſque potentiæ* (partis) *clade pugnatum eſt.* Dele vocem incluſam, Potentia enim exercitum notat, Chriſtiano uſu: Eumque ſecutus poſteà Hermannus Contractus: *Pollentiæ Romani Stilicone Duce, contra Romanos, gravi utrorumque clade pugnantes, tamdem victi, terga dederunt.* Ex parte verè, ſi enim fugiſſent Romani, quod os fuiſſet Prudentij, Chriſtiani nominis gloriæ victoriam eorum contra Paganos adſcribentis? Verba, doctiſſimi, ſanctiſſimiq; ſcriptoris ſunt, lib. II. in Symmachum:

Illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tamdem DELETA pependit.
Corpora, famoſis olim ditata rapinis,
In cumulos congeſta jacent: mirabere ſerus
Poſteritas ſeclis inhumata cadavera late
Quæ Pollentinos texerunt oſſibus agros.

Oroſius ambigue, Stilicone nimirum jam peremto, cujus gloriæ favere contrà majeſtatem erat, Romanos pugnantes viciſſe, victores victos eſſe tradit, lib. VII. cap. XXXVII. Principis porro Pæan iſte gratulatur cum exſultatione Romanæ rei, quod non ſolum iterum Conſulem habeat Imperatorem, verũ etiam eundem in Vrbe Dignitatum Togatarum primam gerentem conſpiciat, idque ſecundum Leges, mores, ceremonias, Liberæ Vrbis. Quis primus Monarchiæ Conſulatum junxerit, indicatum ſupra. Lucanus lib. V. De Cæſare:

populoque precanti
Scilicet indulgens ſummum; Dictator. honorem,
Auſonias voluit gladiis miſcere ſecures,
&c.

Cujus eo libro ſequentia legens, æmulatum de ſollemnibus, imagine ſola ſervaris, videbis Claudianum.

1. AUREA.] Romæ templa auro tecta agnoſcunt ſcriptores: notatumque electi animi ſtili, judicii, viro Juſto Lipſio, in Admirandis. Inde ipſam Romam auream dicunt. Auſonius *divum domus, aurea Roma.* Hic pulcerrima intelliguntur.

1. FORTVNÆ REDVCI.] Culta Romæ hoc titulo, quia abſentes Principes votis omnium repoſcebantur. Inſcriptio Verus, Divione: J.O.M. ET FORTUNÆ REDUCI PRO. SALVTE. ITU. ET REDITU. Vnde paret ipſo exitu Principum talia vota facta. Alia. Paterniaci. J.O.M. GENIO. LOCI. FORTUNÆ. REDUCI. APPIUS. AUGUSTUS. DEDIC. Picturam exprimunt nummi veteres & alia Monumenta. Martialis, lib. VIII. Epigr. LXV.

Hic ubi Fortunæ Reducis fulgentia latè

Templa

Templa nitent, felix area nuper erat.
Quem nitorem Templorum alludit noſter. Ejuſdem mentio apud Dionem, lib. LIV. Neq; non tamen & alia numina hunc honorem habebant. Vt Juppiter, cui ſubdita omnia aliorum numinum officia & decora. Inſcriptio Alia Romæ ad D. Mariæ in Dominica. DOMITIVS. BASSVS. PR. AGENS. VICE. PRINCIPIS. PEREGRINORVM. TEMPLVM. JOVIS. REDVCIS. C.P. OMNI. CVLTV. DE. SVO. EXORNAVIT. Sabinus Epiſt. Heroid. *animam per adultera tela profudit Iam reduci ſolvens debita vota Iovi.* Martial. lib. VIII. Epigr. XV. *Omnis & ad reducem dum litat ara Iovem.* *Neptunus* in Monumentis priſcis, & apud Valerium Probum Notis. Mercurius, qui itinerum præſes. Alia ad SIRMionem: C. BETVTIVS ENCOLPVS. MERCVRIO. REDVCI. Aliis multis titulis Fortuna diverſis colebatur. Primigeniæ. Sæpè Inſcriptiones. Livius, libro XXIX. *Conſul principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vovit, ſi eo die hoſtes perudiſſet, compoſque ejus voti fuit.* Equeſtris mentio apud eumdem Lib. XL. In Inſcriptionibus eſt Auguſta, Flavia. Omnipotens, Adjutrix, Opifera, Publica, Regina, Reſpiciens, Salutaris, Sancta, Obſequens, Nemeſis, & aliis titulis macta.

1. PRIORES.] Maiores, inquit, noſtri. Virgilius, lib. III. *nomen dixere priores Ortygiam. Prius* enim *olim* denotat. Gratius prius omnis in armis Spes erat.

2. OB REDITVM DVCVM.] Rota pro *Reditu Ducum* concepta undique auctorum comparent. Suetonius Galig. cap. XIV. *Cum in proximas Campaniæ inſulas trajeciſſet, vota pro reditu concepta ſunt.* Frequens de *itu* & *reditu* exemplum in Inſcriptionibus priſcis. Eleganter Duces & Reduces hoc genus viæ Tutelæ Jonæ Aurelio, de Adventu Cæſaris, & Sanctis.

Hi duces Sancti Reduceſque ſunto.

Duces ipſi reduces voto ſacrificiis ſe ſolvebant, ut apud Græcos alii etiam olim, Ariſtophanes PLuto?

Ὅτι πάντες εἰσὶ πλέσιος, καὶ τοι
πότε
Ὅτ᾽ εἶχον οὐδὲν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμ-
πυρος
Ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθείς.

Ad Imperatorum Reditius feriæ erant per Vrbem, ut ſummis Deorum Feſtis, votis exſolvendis nemine non conſpici volente. Horatius, lib. IV. Od. II.

Concinnes lætoſque dies, & Vrbis
Publicum Ludum, ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu, forumque Litibus
orbum.

Idque eſt quod Martialis ait ad Reducem Jovem omnem aram litare.

4. TRABEIS REPARATVR ET VRBI.] Præſentia Principis, Conſulatum ineuntis. Is enim & Vrbem & honorem cum priſtinæ dignitati reſtituit. Male libri non pauci, in quibus delirat & noſter, repetatur. Reparatio Conſularis dignitatis ſpectat ad Libertatem priſtinam, quam redire jactat. Hujus enim illa indicium, oppreſſa dudum ambitione Principum, Conſulatus affectantium. PLinius Panegyrico: *Contigit ergo privatis aperire annum, Faſtoſque reſerare; & hoc quoque reddita Libertatis indicium fuit, quod Conſul alius quam Cæſar eſſet. Sic exactis Regibus cœpit Liber annus, ſic olim ſervitus pulſa privata Faſtis nomina induxit* Majeſtas, dignitas Conſularis. De eadem Petronius. *Ipſaque majeſtas auro contemta jacebat.* Comitiarum ſollemnia in ipſa urbe celebrata memorat, ut miram rem. Nam alioquin nullibi non Conſules fiebant Principes, ut notum. Nulla enim auctoritas populi Romani ſupererat. Lege Regia Imperatori omne jus creandi magiſtratus reſcribēte. Modeſtinus, cap. Vnic. ad L. Juliam Ambitus: Hæc Lex in Vrbe hodie ceſſat, quia ad curam Principis Magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi favorem.

MAJE-

MAJESTAS.] Conſularis Dignitas. Plinius, Panegyrico: *Vis illud Auguſtiſſimum aliquando Conſulum Tribunal majeſtate reddere? Adſcende. Vis conſtare reverentiam Magiſtratibus? Adi.* Petronius verſu modo adſcripto.

5. CAMPVS SOLLEMNIS.] Alibi locorum paret hinc ſervatas ceremonias veteris ævi, quas dignitati ſuæ redditas dicit loco debito Conſulatum capeſſente Principe.

5. URNA.] In quam collecta ſuffragia. Verſabatur urna, inde ſortes eximebantur. Lucanus libro V.

dirimit ſuffragia plebis,
Decantatque tribus, & vana verſat in urna.

Claudian. II. Stilic.

ſollemnibus urnam
Commovet auſpiciis, avibuſque incepta ſecundat.

6. IN MOREM.] Ex ſola conſuetudine, uti ſolus mos ſervetur. Ceremoniæ enim ſolæ mera Ludibria. Vnde *INANIA*, Tacito, lib. XV. *Scilicet externa ſuperbia ſueto non erat notitia noſtri, apud quos jus imperii valet, Inania tranſmittuntur.* Sic Claudianus ſequentibus. Iſta omnia ex Petronio & Lucano adumbrata dicas.

6. LVDITVR IN MOREM,] Vt mori ſatis fiat, geſticulatur quodammodo auctoritate aliorſum tranſlata. Patiſſimè de ſuo ævo Calpurnius, Eclog II.

Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris,
Nec vacuos tacitus faſces, & inane tribunal
Accipiet Conſul, ſed Legibus omne reductis
Ius aderit, Moremque fori, vultumque priorem
Reddet, & afflictum melior Deus auferet ævum

Lectionem nullus Codicum mutat, nec nos Scaligero audenti aſſentimur.

6. SPECIES NEC DISSONA COETV.] Figura rei inconveniens. Cœtus non coactus ob eam rem, quam ſpecie præ ſe tulit. Species eſt ubi ſolam ſimulatamq; rei figuram denotat. Proſper Aquitanus, ſi is eſt, contra Ingratos, carmine doctiſſimo:

Spernis propoſiti ſpeciem terreris, & iſthac
Plena velut vanis ſimulacris ſomnia, rides.

Cicero, lib. II. de Natura Deorum: *Negligentia nobilitatis augurum diſciplina omiſſa. Veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum retenta.* Eſt enim ſpecies quod rei videtur ab exteriore parte. Chalcidius Commentario in Timæum: *Si inter ignem & terram nulla eſt in ſpecie, & velut in vultu, ſimilitudo, quærenda erit in natura ac qualitatibus ipſorum Elementorum.* Vnde ſpeciem quandoque perfectam figuram intellige. Noſter, altera Stiliconiarum.

ſuperet cum Pythia limina Conſul
Arduus, antiqui ſpecies Romana ſenatus.

Lucanus, lib. VI. de Scæva vulnerato.

humeris defectum imponere gaudet,
Ac velut incluſum perfecto in pectore numen,
Et vivam magnæ ſpeciem virtutis adorant.

Conſpectum hoc loco, faciem, notat; qualis exterior eludit, rei veræ expreſſione. Tacitus, Annal XV. de Piſone: *Is Calpurnio genere ortus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem, aut ſpecies virtutibus ſimiles.* Vt facies etiam contrà ſpeciem ſimulatam deſignat. Quintilianus, lib. VIII. cap. V. *adhæc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent, quæ excuſſa riſum habent, inventa facie ingenii blandiuntur.*

7. PEREGRINA IMAGO.] Poteſtate in unum collata à populi ſuffragiis. Vel & armis omnia tenentibus, aut re non agnoſcente ſpeciem. Simulabatur jus eligendi, quod penes principem erat, populi adhuc eſſe, adhibebanturque Ceremoniæ ſuffragiis liberis olim ſancitæ, quæ nunc caſſæ erant, & non agnoſcebant rem, quam prætexere jubeban-

bebantur. Paria de Poteſtate Tribunitia, Vellejus, lib. II. *Hoc Conſulatu Pompejus Tribunitiam poteſtatem reſtituit, cujus Sulla imaginem ſine jure reliquerat.* Ita legendum ibi, cum perperam vulgo ubivis edatur IN JURE.

7. SIMVLATI JURIS IMAGO.] Vix extrema umbra fictitii Juris. Vix enim reliquiæ quædam priſci Juris Populi Romani in Ceremoniis comitiorum ſupererant, armis & majeſtate principum omnia tenentibus. Imago enim eſt quo abſens res ipſa aliquatenus cognoſcitur, & repræſentatur. Tacitus, libro XIII. *Manebat nihilominus Reipublica quædam imago.* Claudianus, Bello Getico.

> *vera Iuventus*
> *Verus ductor adeſt, & vivida Martis imago.*

De Comitiis Militaribus eadem ſub Tiberio principe ſermocinatur Dio Caſſius, lib. LIIX.

8. INDIGENAS HABITVS.] Romanos, Conſularibus Comitiis ab origine deſtinatos.

8. NATIVA PALATIA.] In quibus natus honos, quæ ad eum honorem exſtructa. Dicit hoc exſultabundus principe jam Romana ſua palatia repetente, quæ non brevi ante tempore erant ſpreta. Queritur de hoc Roma Infrà, v. CCCCVIII.

> *Quem procul ad finem laribus ſejuncta poteſtas*
> *Exſulat, Impiumque ſuis à ſedibus errat?*
> *Cur mea, quæ cunctis tribuere, Palatia, nomen*
> *Neglecto ſqualent ſenio; nec creditur Orbis Illinc poſſe Regi?*

In Invidiam Imperii Eoi dicuntur omnia iſta, cujus Principi, Curiæ, Vrbi, Populo, Ducibus, provinciis detrahit Majeſtatem, ut veteri Romæ applicet ubique Claudianus.

8. NATIVA PALATIA.] In ipſa ſede Imperii. Per Palatia intelligit Principem, cujus habitus pro Imperatorio nunc Conſularis.

9. PLEBEM CASTRIS.] Quirites Militibus. Sæpius meminit Principem ſuum Conſularem habitum ſumſiſſe armis undique circumſtipantibus. Gaudium hic urbanum celebrat præſente in ipſis Imperii & Conſulatus cunabulis Conſule Principe. Sic de Trajano ſuo PLinius Panegyrico. *Geſſiſti alterum Conſulatum: ſcio. Illum exercitibus, illum provinciis, illum etiam cæteris gentibus poteris imputare, non potes nobis. Audimus quidem te omne munus Conſulis obiiſſe, ſed audimus. Diceris juſtiſſimus, humaniſſimus, patientiſſimus, fuiſſe; ſed diceris. Æquum eſt aliquando nos judicio noſtro, noſtris oculis, non famæ ſemper & rumoribus, credere. Quouſque abſentes de abſente gaudebimus?* Laudat in eodem Principe idem Scriptor junctum tribubus urbanis militem. Decora, inquit, facies Conſulis, multa poſt ſecula Tribunal *viridi ceſpite exſtructum*, nec faſcium tantum, ſed pilorum ſignorumq; honore circumdatum.

10. MARS AUGUSTA SUI.] Legentia nimirum Auguſtum in Conſulem. Suffragia videri vult ab Honorio reddita populo; quod ingens popularitatis argumentum Laudat in Cajo Suetonius, cap, XVI. *Tentatum tamen, non effectum. In Martio autem* Campo Comitia Conſularia quod notiſſimum.

11. Mons Evandrius.] Ab Evandro olim cultus. Palatinum dicit. Maro: Tunc pater Evandrus, Romanæ conditor arcis. Imitatur Papinium. XVII. Conſ. Domitiani:

> *ante alias Evandrius arces*
> *Collis ovat, ſubiere novi Palatia faſces.*

Sic Evandria Curia, Romana. Prudentio, priore in Symmachum.

12. ROMANIS.] Imperio cujus æternitatem vetuſtiſſimæ ſortes pollicitæ ſunt. Juxta illud.

> *His ego nec metas rerum, nec tempora pono.*

13. TVI COGNOMINIS.] Tuo nomine nominati. Ita poſſeſſos annos conſulibus dicit Plinius Panegyrico; *Miſeros ambitionis*

qui

qui ita Conſules ſemper, ut ſemper Principes erant. Quamquam non ambitio magis quam Livor videri poteſt omnes annos Poſſidere. Sic Archontum nomina Athenis poſſidebant Annorum. Vide Plutarchum Demetrio. Superiore verſu *Tybris inaugurat amnis* librum Cujacianum habuiſſe notatur. Sanè non ineptè ob vocem repetitam, mox, & quia *mons* modo dictus, *amnem* in ſequentia vocare voluiſſe credibilis. Veſtigia ſunt in noſtro Codice, qui *Annan* refert.

14. INOFFENSUM SUCCESSIBUS OMEN.] Vt omini reſponderint Eventus ſemper. Feliciſſimum anno omen quod veteri more intra mœnia urbis initus Conſulatus.

15. SEMPER COMITATA.] Dictum aliquid fine ſuperioris Panegyrici. Res vera vero eſt. Primum Conſule Honorio, Victi, Expugnati, & in Romanum ſolum captivi abducti gens Greothingorum. Theodoſius & Arcadius Principes Triumpho Conſtantinopolim ingreſſi die IV Id.Octobr. Secundum debellatus eſt periculoſiſſimus Imperio hoſtis, munitus robore ipſo ducum & militum, Eugenius. Tertium Rufini dejectio nobilitavit, niſi tamen annus eum præcedens. Quartum Africa Gildone peremto reſtituta. Quintum ad Pollentiam fugati Gothi, licet diſſentiant nonnulli. Sexto ejuſdem Conſulatu bellum civile tranſactum ſcribit Idatius in Faſtis.

16. MIRO ORTV.] Quem ſecutura ſit mira felicitas. Vrbi Principique debitum. Ori dicitur cum honore ſuo Conſul Papinius.

> *inſignemque aperit Germanicus annum,*
> *Atque oritur cum Sole novo, cum grandibus aſtris.*

17. GEMINATO NOMINE.] Liber noſter diſertè, *Numini* Notum de Vrbe & Principe. Series in eo hæc eſt Hie mitto tamen ante alios promittitur ortu Vrbis & Auguſti geminato numine felix. Vir illuſtris caſtigavit *Ter bis in Auguſti* Contra ſententiam. Quam ſibi præcedentia & ſequentia conſervatam volunt.

17. PROMITTITVR FELIX.] Alludit de proximo morem Romanum, voventis ſibi felicem annum Populi, quem ingredientem viderent. De quo in Superſtitionum Commentariis, enarrato ubertim cap. III. libri XXVIII. apud PLinium.

18. BABYLONIA CVRA.] Matheſis univerſa inventio Chaldaica, præcipuè Genethliace, quam omnes norunt. Lucanus libro VI.

> *Tunc Babylon Perſæa licet, ſecretaque Memfis,*
> *Omne vetuſtorum referet penetrale Sophorum,*

Et uſu Communi Chaldæi omnes ſecretarum artium magiſtri; Ita Magi nato Servatore Bethlemum venientes hoc etiam nomine cēſentur Chalcidio Philoſopho. Chriſtianis in nomine Babylonis multa occulta myſteria. Partem enarrat in Pſalmo CXXXVI. Beatus Paullinus:

> *Nam Babylon nomen confuſio: Gloria cujus*
> *Et caro, peccatis mater, qua turba, ſaluti*
> *Noxia, corporeis ducit mala ſemina fibris.*
> *Hac vincenda tibi, ſi vis evincere mortem.*

Cura, quod cura elaboratur. Vt Annales ſuos, opus elaboratum, ita cenſet. Tacitus lib. IV. peterem ab iis, quorum in manus Cura noſtra venerit, ne divulgata veris antehabeant.

20. COELICOLÆ.] Non omnes, ſed quos ſalubres antea ſtellas dixit. Alioquin enim pariter & Mars & Saturnus Cœlicolæ. Salubres ergo dicit, Jovem, Solem, Venerem, Lunam, Mercurium. De quibus Ptolemæus, Firmicus, Manilius, Veſtius Valens, alij.

22. SIGNIFER.] Imperium dicit, aut ipſum adeo Stiliconem.

23. PRIMA.] Ita Lege: liquet enim de excelſiſſima loqui, non de propria. Delirat cum aliis hic etiam noſtrum exemplar. Verſum *Auget ſpes Italas* Crudeli inſcitia omiſeſerunt Editores primi noſtratum Animadverſionum.

23. IMPERII SIDVS.] Imperii Sidus dicere vult, qui propoſitum ſidus. Vide ſupra dicta. Sidus, ornamentum præcipuum cujuſq; rei. Martianus Periegeſi, de Roma.

> Ἄστρον ἢ κρηπῖν τῆς ὅλης οἰκουμένης.

Notamus ubertim recenſione repetita Muſæi. Exempla ſunt in Theocriti Hercule Leonicida, Eunapii Maximo, Sophocle initio Electræ. Platone, Epigrammatis. Nonno, lib. XLI. Chriſtodoro Epigrammatis. Pindaro, Iſthmionic. II. Q. Smyrnæo, lib. II. Porphyrio Vita Plotini, &c. *Prima ſedes*, ſummus honos. Panegyrico Olybriano. init.

24. CERTIVS OMINA SVRGVNT.] Recte ſic correctum eruditiſſimis viris: ſervant noſtræ membranæ, recepit Scaliger. Omina *imperii* notat proſperi, ut Corippus, libro I.

> *Hæc ne vana putes, aut credas omina fingi,*
> *Accelera, manifeſta loquor: tibi ſerviet orbis.*

25. CVM.] Diſtinctio ſtricta ponenda ab hac vocula *concepta ſolo*. Cum pulcer Apollo. Senſus eſt illa decantatiſſima loca nil diſtare vulgaribus alibi degente Apolline.

26. HYPERBOREAS.] Celebre Templum Apollinis Hyperborei. Pindarus populos ejus ſitus θεράποντας vocat Ἀπόλλωνος. Olympionic. III. Pherenicus, apud ejuſdem Scholiaſten.

> Ἀμφὶ δ' Ὑπερβορέων, οἵτ' ἔσχατα ναιετάουσι,
> Ναῷ ὑπ' Ἀπόλλωνος, ἀπείρητοι πολέμοιο

Mira de eo fanò Abderita Hecatæus prodidit; ſtato nimirum tempore, cum in Laudes ejus concinerent Sacrifici, adeſſe ſolitum Cygnorum chorum, admodulantem cantoribus, ſervatoque ordine, ſollemnique finito carmine, recedere, teſte Æliano Var. libro XI. cap. I. Aſinos ibidem ſacrificatos ſcribit Antoninus Liberalis, cap. XX.

26. DELPHIS CESSANTIBVS.] Ab Ordinariis reſponſis. De Delphis, ut Roma ſermocinatur omnia ad veterem ſtatum. Ceſſaſſe enim tum omnino vel ex Prudentio conſtat. De ipſis & ſequentibus omnia nota.

28. LAVRVS.] Qua coronabantur vaticinaturæ Phæbades. Et ipſe tripos. Laurus omnino qua ratione Apollini ſacra, declarat Phurnutus Speculat. Mythol. cap. XXXII.

29. ANTRA MOESTA, INCONSVLTI RECESSVS.] Vnde ſolebant promi Oracula Res notiſſima ex Mythologia & Tragicis præcipuè Poetis. Exemplaque obvia.

30. GRYPHA JUGALEM.] Si in curru Apollinis. Sidonius Anthemiano.

> *Nunc ades, ô Paan, curru cui grypha jugalem*
> *Docta lupata ligant, quoties per frondea lora.*
> *Penniferos hederis flectis bicoloribus armos.*

Idem lib. VIII. Epiſt. IX.

> *Ac ſi Delfica Delio tuliſſem*
> *Inſtrumenta tuo: novumq; Apollo*
> *Cortinam, Tripodas, Chelyn, faretras*
> *Arcus, Gryphas, agam.*

Sic in

Sic in nummis Galieni inſcripti Phœbo Gryphos præferunt. Ut vidiſſe ſe ait Venetijs Stephanus Pighius Cõment. de Aſini Mythologia. Fabuloſum animans fruſtra habent alij, cum in Lege Moyſis memoretur, licet nulli umquam fuerit domabile. Origenes Philocaliæ cap.I.

γρὺψ δὲ οὐχ ἱστόρηται πώποτε ὑποχείριος ἀνθρώπων γεγονέναι, ὃν ἀπαγορεύει ἐσθίειν ὁ νομοθέτης.

In ſcriptis, etiam ævo valdè priſco, Codicibus reperiuntur qui in Alexandri rebus fingunt Gryphas: ſed ineptè fabuloſi.

31. TRIPODAS REPETENS.] Ordinariam ſuam ſedem. Euripides, Iphigen. Taurica.

> ὦ Φοῖβε μαντείων δ' ἐπὶ βας ζα-
> θέων. τρίποδι δ' ἐν χρυσέῳ
> Θάσσεις, ἐν ἀψευδέι θρόνῳ.

32. ANTRA LOQUI.] Spiracula: quibus voces emugiebant vel Dæmones, vel ipſis plenæ Sacerdotes. Prudentius: *Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra.* Suetonius Nerone teſtis eo tempore reſpondiſſe etiamnum Delphicum Apollinem, contrà Chriſtianorum tradita, qui ſub Auguſto conticuiſſe ſcribunt. Sed ea de te multis alibi.

32. VIVERE FONTES.] Quos loqui & Oracula promulgare traditum Poëtis, habitante nempè Apolline. Oraculum quod redditum aiunt Oribaſio Medico:

> Εἴπατε τῷ βασιλεῖ χαμαὶ πέσε δαί-
> δαλος αὐλά.
> Ουκέτι Φοῖβος ἔχει καλίβαν, οὐ μάν-
> τιδα δάφνην,
> Οὐ παγὰν λαλέουσαν, ἀπέσβετο καὶ
> λάλον ὕδωρ.

Referente poſt alios Georgio Cedreno. Papinius. Et/de Pierijs vocalem fontibus undam. Delrio viſum mutare ſcripturam, in *fronde*. Nulla opus mutatione, licet commodam & illa lectio interpretationem habeat vel à nobis ad I. Stilicon. V. LX.

33. SACER HORROR.] Religio, Veneratio. Proba Falconia prologo Centonum. Quem locum craſſo errore, *in errorem* mutavit Editio Henrici Stephani. Sic enim rectè vetus Pariſienſis Anni. M D.IX.

> *Non mihi ſaxa loqui vanus perſuadeat*
> *horror.*

Lucanus lib. III. de Luco veteri. *Arboribus ſuus horror ineſt.* M. Victor lib. III. Geneſ.

> *Attonitum venerabilis attrahit horror.*

Sic Horribilis, venerandus. Petronius. *Inter duos periturum tam horribile ſecretum.* Idem: *Protogenis rudimenta, cum ipſius naturæ veritate certantia, non ſine horrore tractaui. Horridam Locuſtam* pro dira, Turnus Satiricus dixit. Vitalis Querulo:

> *tacitos numinu horror agit.*

34. SPIRANT PRÆSAGIA RUPES.] Adeò præſentiam apud Delphos Apollinis omnia ſentinnt, vt etiam duriſſimæ cautes fatidicinam fecerint quandoque. Nonnus libro XIII.

> ἀγειρομένοισι δὲ Δελφοῖς πυθιὰς ὀμφή-
> εσσα θεηγόρος ἔκλαγε πέτρα καὶ τρίπος
> αὐτοβόητος. ἀσιγήτοιο δὲ πηγῆς Κασταλίης
> λάλον οἶδμα σοφῷ πάφλαζε ῥεέθρῳ.

Silius, lib XV.

> *Tum luſtrata Ephyre, Patraq; & Regia*
> *Pleuron,*
> *Parnaſſusq; biceps, Phœboque loquentia*
> *ſaxa.*

Sic Cumanam rupem ſonuiſſe noſter dixit Panegyrico præcedente.

35. PALATINO CREVIT REVERENTIA MONTI.] Papinianum de Cos. Domitiano.

> *Adſpicis ut templis alius nitor, altior aris*
> *Ignis.*

Palatinus autem mons eam reverentiam cepit à domo Cæſaris, quæ inibi fuit, propagato ſplendore ad Principes ſucceſſores. Vide Dionem, Lib. LIII.

37. ORACULA.] Reſponſa principalia. Reſcriptum hujusdem Principis oraculum pariter vocat Jornandes Geticis: *Gallias Hiſpaniasq́; ſi valeret, Alaricus, cum ſua gente ſibi tamquam proprios lares vindicaret, donatione ſacro oraculo vindicata.* Sæpè Codex uterque.

38. AD SIGNA JUBET REVIRESCERE.] Conſule Auguſto, reflorescunt omnes dignitates. Papinius.

Moribus atq; tuis gaudent turmaque tribusque.
Purpureiq; patres; Lucemque à Conſule ducit Omnis honos.

Immo Conſulatu ipſo reſtituto, quod jactat de Honorio iſte; & de Juſtino Corippus. Libro II.

Præmia ſed populis & maxima dona parabo,
Ditabo plebes opibus, nomenque negatum
Conſulibus Conſul poſt tempora longa novabo,
Gaudeat ut totus Iuſtini munere mundus.

39. SUAS LAURUS.] Domeſticas nimirum, & patrias, immo avitas: Vt multis duo ſuperiores Panegyrici demonſtrarunt. Apollinem ipſum Honorio σύννομον canit, cujus myſtæ Lauru velut roti induebantur. Scholiaſtes Ariſtophanis, Pindari. Aliorum. Laureata ſigna, Laureati faſces, perpetuo adſcribuntur Imperatoribus. Palatij Romani notabilis iſthic deſcriptio, cum rara appareat alibi. Antiquitatis.

39. ORBIS.] Malè turbant nonnulli Codices.

40. POTESTAS.] κατ' ἐξοχὴν, ſumma videlicet.

41. SENTIT.] Ut autumare poſſis ſplendorem ejus contemplans Idem eſt quod modo dixit *exſultatq; habitante Deo* Et Papinius *Iam ſeptemgeminojactantior æthera pulſet Roma jugo.* Sic attollere apicem natura datum dicit Regiam. Pari Venere Heliconem montem, cum à Muſis cantaretur, ita aliquando intumuiſſe ſcribit Antoninus Liberalis, ut ipſum penè cœlum exſiliverit. cap. IX.

ὑπὸ δὲ Μουσῶν ἵστατο μὲν οὐρανὸς, καὶ ἄστρα, καὶ θάλασσα, καὶ ποταμοί. ὁ δ' ἑλικὼν ηὔξετο κηλούμενος ὑφ' ἡδονῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, ἄχρις αὐτὸν βουλῇ ποσειδῶνος ἔπαυσεν ὁ πήγασος τῇ ὁπλῇ τὴν κορυφὴν κατάξας.

43. DEORUM CINGITUR EXCUBIIS.] Templis vndiq; circumpoſitis.

44. JUVAT INTRA TECTA TONANTIS] Ex Principum Lare, Palatio ait dari proſpectum in Fana Jovis Capitolini & Tarpeij, vbi monumenta pendeant ſuperatorum Gigantum.

45. TARPEIA RUPE] Quæ ſedes erat Jovis, Imperium Vrbemq; Tutantis, vnde & tonare cogebatur fabulis Propertius de Roma nondum exſtructa. *Tarpeiusq; pater nuda de rupe tonabat.* Martialis ad ipſum, lib. VII. Epigr. LIX.

Tarpeja venerande Rector Aulæ
Quem ſalvo Duce credimus Tonantem.

Palatino autem clivo præerat jam ab Antiquo Apollo. Silius Italicus, lib. XII.

ſurgit qua celſus ad auras
Aſpice, montis apex, vocitata Palatia Regi
Parrhaſio, plena tenet & reſonante faretra.
Intenditq; arcum, & pugnas meditatur, Apollo.

45. PENDENTES RVPE.] In ſignum victoriæ. Poſſis & adſcenſum molientes imaginati.

46. VOLANTIA SIGNA NUBIBUS.] Vexilla dicit, ſummis templis figi ſolita, vti monumenta nonnulla priſca indicant. Vel & ſimulacra Deorum, qualibus faſtigia fanorum oppleta oſtendunt nummi. Illa tamen ſententia potior. Licet verſatilia ipſa

etiam

etiam ſigna imaginari poſſis; & ita fuerint expreſſa nummo iſto, Tiberij Imp.



47. DENSUM ÆTHERA.] Ut totus plenus videatur, ægrè viſus præ templorum tot apicibus. Mira majeſtas ſermonis, qua princeps multorum ſeculorum hic liber. Pariter Rutilius Encomio Romæ.

Percenſere Labor denſis decora alta Tro paus,
Vt ſi quis ſtellas pernumerare velit
Confunduntque vagos delubra micantia viſus:
Ipſos crediderim ſic habitare Deos.

Acutius loquitur Claudianus, quam primo intuitu videas. Ipſum enim locum illum, vbi tot templa, tot Deorum ſedes conveniant, ætherem vocat, non moratus alium.

48. ÆRAQUE.] Roſtra navium ærata. Vide notas Claverij. Male mutant Libri. Columnæ roſtratæ antiquiſſimæ, qualis nota Duillij Roſtra navium ære firmabantur. Ovidius:

Iuſſit & aratas impleri Remige puppes.

49. CONSITA.] Alterum alteri proximum dicit. Conſerere, jungere. Papinius, lib. II. Theb.

Ponè gravis curvas perſtrinxit lancea coſtas.
Exit & in fratrem, cognata; pectora telo Conſerit.

49. JUGIS IMMANIBUS.] Aliter dicimus, qui vidimus. Altiora tamen fuere olim ob rudera quæ nunc.

50. MANU.] Opere humano. Alibi nos. Vide & virum doctum ad Artemidorum.

51. SPOLIISQUE MICANTES INNUMERIS ARCUS.] Nota res, numerumque habes, qui tum fuit, apud Publium Victorem.

51. ACIES STUPET IGNE METALLI.] Fulgore aureorũ gemmatorumq; monumentorum. De Julij Cæſaris Manilius, verſibus corruptiſſimis, Lib V.

Hinc Auguſta nitent ſacratis munera Templis,
Et Mithradateos vultus induta tropæa
Aurea, Phœbeu certantia lumina flammis,
* *Gemmarumq; Iuli radiantes Lucibus ignes,*
Hinc Pompeja manent veteris monumenta triumfi.
* *Et quod erat regnum pelagus fuit, una malorum*
Non extincta lues, ſemperq; recentia flammis.

Emaculandum arbitror. *Germanum Iuli radiantes cultibus ignes* Spolia dicit Germanorum, Divi Julij monumenta ornãtia. *Ignes*, vt hic, aurata arma, tela ſplendẽtia, Clypei&c. *Hinc Pompeja manent trini monumenta triumfi.* Laudat occultè Clementiam Cæſaris non abolitis Pompei decoribus, *Trini veteri* charactere & correptione veteris ſcripturæ facilis commutatio. *Tres triumfi* Pompei etiam pueris non ignoti. Vel & *Celeris*. Sed illud magis placent. Porrò. *Vt quod erat pelagus fuit Piraticum* bellum dicit, quod inſtar Regni alicujus in provinciam redigendi mari Pompejum occupavit. Ut, ubi, quo tempore. Deinde ſcribe *ſemperq; recentia flammans* ſerpens de loco in locum, ut lues in corpore bumano, ægris confectis membra recentia inficiens. Florus de eadem re. lib. III. cap. VI. *Pompejus diſperſam toto mari peſtẽ, ſemel & in perpetuum volens*

volens exſtinguere, divino quodam apparatu aggreſſus eſt. Cætera vide ibi & in Hiſtoricis.

52. TREPIDANS OBTUNDITUR.] Aciem oculorum trepidare, celebris locutio. Auro autem ſtrata erant tecta, auro fulgebant parietes. Ut de Capitolio Seneca Pater: *Nudi ſteterc colles; inter hæc tam effuſa mœnia nihil eſt humili caſa nobilius. Faſtigiatis ſupra tectis auro puro fulgens prælucet Capitolium. Poteſ objurgare Romanos, quod cum humilitatem ſuam obſcurare poſſent, oſtendunt.* Scribe: *nihil eſt Romuli caſa n.* Ne in ſono ioerria ſit. de ea caſa nos Adverſat. Lib. XXI. cap. IV.

54. PRIMIS MIRATUS IN ANNIS.] Ait pueto etiam Honorio placuiſſe Occidentis Imperium, ob Sedem veram principum, Romanum Palatium, idque à Patre exoraſſe. Quinquennis Honorius cum Patre vrbem vidit, ingreſſus die Iduum Juniarum, Timaſio & Promoto Coſſ. Uti diligenter adnotat Idatius. Quindecim inde anni elapſi erant ad iſtum Conſulatum. Viginti enim præter propter natus erat Honorius hæc ſcribente Claudiano.

56. MERUIT FELICIUS.] Agere videlicet, quod ἀπὸ κοινοῦ huc reſpicit de ſequente verſu. Fuit Romæ Theodoſius ab Idibus Junij, ut de Idatio modo notavimus, ad Calendas Septembris. Marcellinus Comes: *Timaſio & Promoto Conſulibus Theodoſius Imperator cum filio Honorio Romam menſe Iunio introiuit, Congiarium populo R. tribuit, urbeque egreſſus eſt Cal. Septembris.* Quam populariter ibi fuerit docuere ex Pacato jam alij. Fuit denuò Romæ, Eugenio exſtincto, cum Idola etiam ſubverterit, ut notat Zoſimus, lib V.

58. MELIORIBUS EXEMPLIS.] Priorum Principum: cumprimis Trajani: cui ſimilem iſtum per omnia facit Victorinus. De Trajani civilitate PLinius Panegyrico.

59. CIVEM GERERET.] Victorinus multis, ut & uno loco B. Ambroſius.

60. ALTERNOS CUM PLEBE JOCOS.] Communem omnibus iodidem dicit Victorinus. Sic & Stiliconem laudat noſter lib. II. Laudum.

pura ſed Libertate loquendi.
Seria quiſque jocis, nulla formidine, miſcet.

61. PATRITIASQUE DOMOS.] Summa laus Principis etiam Nobilitati Romanæ potuiſſe placere, proximæ nimirum Spiritu Imperij habenis. Non intellexerunt qui commutarunt.

61. PRIVATAQUE PASSIM] Vide extremum Pacati Panegyricum.

62. DEPOSITO FASTU.] Solo ſe habitu differre putans, ut Victorinus loquitur. Marcus Antoninus Imp. pulcrè, *abominatus faſtum in Alexandro, Philippo, Demetrio, quippè qui Naturam & ſemet agnoſcere noluerint.* Tragico tantum faſtu omnia terientes, quem pulcrè σεμνοτυφίαν vocat, lib. IX. Multis eoſdem aliosq; tyrannos irridet eadem propter Lucianus, Omnium gentilium ingenioſiſſimus ſcriptor.

63. PVBLICVS HINC ARDESCIT AMOR.] Verum, nihil pariter amorem facere Principi, quam cum popularem ſe affabilemque reddit ſubditis. Hoc in Antonino commendat Herodianus, lib. I. Cor. Nepos in Attico: *Athenis ſic ſe gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur; quo factum eſt ut huic omnes honores, quos poſſent, publicè haberent.* PLinius Panegyrico: *Non enim de Tyranno, ſed de cive, non de Domino, ſed de parente, loquimur. Vnum ille ſe ex nobis, & hoc magis excellit atq; eminet quod unum ex nobis putat.*

64. REGALE CVLMEN.] Quod eo ſolo augere poteſt Princeps, ſi ſe ipſe demittat; non efficiat, ſecutus ſcilicet magnitudinis ſuæ, cum fortuna ejus nulla re certius abſit quam ab humilitate aut vilitate coacta, ut ſcite demonſtrat PLinius Panegyrico. *Vide* Dionem, Syneſium, de Regno. Iſocratem, Agapetum. Oratores alios Præceptis principum. Quæ vel laudando ipſos, vel bonos mores ſuadendo, proponere ſolent. *Culmen*, ſumma dignitas.

Am-

Ammianus, lib. XIV. *ad Principale culmen inſperato cultu prouectus.* Lucanus, libro VIII.

Illum ſummo de culmine rerũ Morte petit.

Sidonius:

Suſcipit hunc Reducem duplicati culmen honoris.

65. DIADEMATE NEC DUM CINGEBARE.] Quod factum rebellante demum Eugenio, Tertio Conſulatu Theodoſij. Variãt ſcriptores, quamlibet in Conſulem hunc conueniant. Idatius enim Eugenium ante eum Conſ. occiſum ponit, Marcellinus poſt. Arcadio III. & Honorio. II. Coſſ. Sed Idatius, ut ſæpè ſolet id genus, ſemel cepti & peracti belli Hiſtoriam ponit, ſecutus medij temporis. Quod notandum ne in notandis erroribus quis erret.

66. SOCIUM SUMEBAT HONORUM.] Induxit enim triumphans ſecum urbi, & Congiarium cum eo populo dedit. Vide Chronologos, qui Indicibus ſuis hoc tempore orſi omnia compleverũt, ea propter damno ingenti perculſis veris cordatiſq. Hiſtoriarum conditoribus.

67. PURPUREO FOTUM GREMIO.] Tertio Conſulatu.

pueriq; ſeueri

Certauere ſenes, cum tu genitoris amico

Exceptus gremio, mediam veherere per Vrbem.

Velaretq; pios communis Laurea currus.

67. PARVUMQUE TRIUMPHIS INDUIT.] Ut puerum, viribus nondum ſuis utentem ſimilitudine à veſtiendo. Pariter Petronius, lectione perperam mutata. *Parentes, inquit de Eloquentia verba faciens, objurgatione digni ſunt, qui ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum propellunt, & Eloquentiam, qua nihil majus eſſe confitentur, pueris induunt adhuc naſcentibus.* Vide ad initium ſuperioris Panegyrici.

68. PRÆLUDERE.] Exercitando velut animo ad capiendam dignitatẽ. Maro Culice:

Omnis ut hiſtoria praludens conſonet ordo.

Papinius, Achilleide. I. ad Domitianum. *Magnusq; tibi praludat Achilles.* Noſter Secunda Stiliconiar. *promiſſam ſobolem, ſperataq; mundo Pignora praluſi.* Claudianus Mamertus lib. I. cap. VI. *Angelorum ſtatum ſuperbus orator inueheris, & Gabrielem tibi, quaſi quoddam Linguapraludium deligis, declamans.* Conſulari dignitati fataliter deſtinati homines jam ab ipſa nativitati ſæpius noſter dixit. Et ita de puero Stilicone, alibi.

faſtuq; loqui jam digna futuris.

70. PERSARUM PROCERES] Paria de Stilicone primævo *ſtupuere ſeueri*

Parthorum Proceres, & plebs faretrata videndi

Flagrauit ſtudio. Imitatur in ANthemio Sidonius.

71. TIARAM SVBMISERE.] Vide notata Panegyrico ſuperiore: doctis ad Ammianum, ubi errore citantur hæc ex Quatto Honorij Conſulatu.

73. DITANDAS AD DONA TRIBUS.] Congiarium innuit, quod poſt victoriam de Maximo & Victore Populo Romano præſens dedit, ob auſpicia puro filij. Theodoſius. Idatius: *Timaſio & Promoto Coſſ. introiuit Theodoſius Auguſtus Vrbem Romam, cum Honorio, filio ſuo, die Iduum Iuniarum, & dedit congiarium Romanis.*

74. DELUBRA SENATUS.] Senatus non poterat convocari niſi in locum conſecratum. Poterat ergo templis omnibus, Veſtæ ſolo excepto. quod nec conſecrabatur, eo fine. Servius Aen. VII. *Auguſta mœnia. Augurio conſecrata. Et niſi in auguſto loco conſiliũ Senatus habere non poterat. Vnde Templum Veſta non fuit augurio conſecratum, ne illuc veniret Senatus, ubi erant Virgines. Ad atrium ſanè Veſta conueniebatur, quod fuerat à templo remotum.* Eruditè itaq; hic Claudianus.

75. GAUDENS OFFERRE FAVORI.] Commendare Populo, quod ſolebãt Principes

 piæ-

præſtare Liberis ſuis. Suetonius Auguſto: cap. LVI. *Numquam filios ſuos populo commendauit, quin adijceret: ſi merebuntur.* Ita de Marco Moriente Capitolinus: *Cum ab eo quæreretur, cui filium commendaret, ille reſpondit: vobis, ſi dignus fuerit, & Dijs immortalibus.* Exempla patent plurima.

76. IMPERIO ASSUESCERET.] Ut rei graviſſimæ & difficilimæ. Ingens enim bellua Imperium, ut Tiberius Imperator dicebat. Virgilius, lib. VIII.

ſub te tolerare magiſtro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere bella
Adſueſcat.

77. CONCRETA RADICE.] Tecum velut creſcentem radicem agens. Pertinent huc notata ad l. Stilicon. V. CCI Varianti libri in conſerta concerta Noſter. *cumcreta* Nihil mutari debere certum eſt.

78. INOLEVIT.] Elegans ſanè & locutio & verbum, quod Linguæ aliæ vix eſt ut exprimant, ab ſtirpibus aut frugibus. Virgilius Georg. II.

aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inoleſcere Libro.

Ubi συμφύειν, *concreſcere*, exponit Servius. Pulcrè vim oſtendit B. Cyprianus Dictione ad Donatum, quæ Epiſtola nunc eſt. II. *qui poſſibilis eſt tanta converſio, ut repentè ac perniciter exſuatur, quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel uſurpatum diu ſenio vetuſtatis inoleuit.* Sic iſte de Animo Honorij.

79. ROMA.] Mirificum ſtudium in Vrbem vatis. *Vtiq; ex illis unius qui clamabant neglectas Ceremonias priſcas tot mala Reipublicæ afferre;* contrà quos ſcribunt Arnobius, Auguſtinus, Oroſius.

80. TECUM CREVIT AMOR.] Non adeo tamen, quin Ravennæ conſidere præferret.

81. REVERSUM.] Reduxit enim Conſtantinopolim Honorius, vt eodem loco Principem ſcilicet faceret quo fecerat fratrem Arcadium. Unde reverſus eſt patre Mediolani jam ægreſcente, vt notatum eſt ſupra.

82. EVALUIT.] Licet omnibus viribus adniſus. Papinius, lib. VI. *cæptis non eualuere potiri Fruſtrata breuitate manus.* Lucanus, lib. IV.

Iamq; Pyrenææ, quas numquam ſoluere Titan
Eualuit, fluxere niues.

82. NUTRITOR.] Educabatur enim ibi. Regia ſoboles. Ad blanditias pertinet vox. Alibi. *Apollinei nemoris nutritor Orontes.*

83. OPTARE TIBI.] Id agit quod alias ſemper, ubi datur copia. Honorium ut præferat Arcadio. Electio vero partis junioris natorum etiam noſtris moribus datur.

84. SORTEMQUE PARATAM.] Paratos ſervire populos, Orientem dicit & Aſiã, vel fœminis parere ſuetos, ut ſuperiore Panegyrico dictum. *Paratus*, facilis acquiri. Petronius:

Nolo, quod cupio, ſtatim tenere,
Nec Victoria mi placet parata.

85. VOLENTES ASSYRIOS.] Alibi *Aſſyriam, rexit quam fœmina gentem.* Tanta Romæ in hoc ſcriptore reverentia, vt patriam etiam, Aegyptum, tantus Philoſophus, poſtponat.

87. MEA ROMA.] Virtutis vox. Majus enim hic diſcrimen. Libro ſuperiore Romani qui cuncta diu rexere, regendi. Contemnit præ iſto Arcadium cum omni regno ſuo.

88. FORTUNA NOVUM MOLITA TYRANNUM.] Eugenium dici clarum, quo dejecto Victoria Patris Imperatorem Occidenti induxit Honorium. Quod ut ea gloria fieret, Fortunam ait molitam Tyrannidem Eugenianam. Sanè periculoſiſſimam Theodoſiano Imperio, ob ſtrenuiſſimum temporũ eorum Ducem, Arbogaſtem: quem conſtat divino favore, ſingularique felicitate ſuperatum.

89. QVÆ-

89. QUÆREBAT.] Magno ſcilicet labore. Petronins : *Quicquid quaritur optimum videtur.*

90. VELOX ACCITUS AB AULA.] Tot Provinciarum celerem ttanſitum, laudat & III. Conſ.

Nec mora, Biſtoniјs alacer conſurgis ab oris,
Impauido vultu linquis Rhadopeja ſaxa. &c.

Qualis ſtrenuitas nec in Stilicone tacenda viſa. Vide Quarrum Laudum. V CCCXXIV.

91. RECEPTAM.] Quam jam tenuerant Maximus & Eugenius.

93. SERENA COMES.]Regiam mulierem patronam Claudiano ſingularem fuiſſe indicant multa ejus loca. Ur Principibus regendis affuerit, ur à mariro extremum diſſenſerit, narrat non paucis *Zoſimus*, cujus fides ipſis contradictionibus non eſt ubiq; tuta.

95. GENERUMQUE SIBI.] Callidam fœminam non dubito jam dum id egiſſe. Artes habet Zoſimus.

95. SENIORE.] Errant tamen qui vitam ejus vltià annnm. L. protendunt: Inrer quos non vnus eſt Græcorum Eccleſiæ Hiſtoricorum.

96. REPETENTE.] Inde enim veniſſe Principes videri volunt. Norum illud celebratiſſimum. ἐκ Διὸς βασιλεῖς. Manilius de Cæſare: *Ille etiam cœlo genitus, cœloq; receptus.* Horatius, de Auguſto : *Serus in cœlum redeas.* Ita magna vis aliorum.

98. SCEPTRIS PATRVI.] Frarre enim Theodoſij nara erat Serena. Vide ejus Laudes.

99. DOMVS.] Stiliconia, iſti Regia agnata. Illico autem mortuus Theodoſius, Honorio Mediolanum appellente. Socrates, lib. V. cap. XXV.

Φθάσαντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐν τῷ Μεδιολάνῳ ἀνεῤῥώσθη τῆς νόσου, καὶ περὶ ἀρίστου μὲν ἐῤῥωτο, μετὰ τὸ ἄριστον ἐξαίφνης διετέθη κακῶς. νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης ἐτελεύτησεν.

100. FELIX ILLE PARENS]Sanè bona indoles Honorij, quem malitiæ nemo umquam Patrum felieiras. Liberotum Splendor. Vide Commentaria noſtra ad Muſæum.

102. LÆTVS AB ÆTHERE CERNIT.] Alibi idem eloquentiſſima oratione. III. Conſ.

O Decus æthereum, terrarum gloria quondam,
Te tuus Oceanus natali gurgite laſſum
Excipit, & notis Hiſpania proluit undis.
Fortunate parens: primos cum detegis ortus
Adſpicis Arcadium: Cum te proclivior urges
Occiduum viſus remeratur Honorius ignem.

103. SE FACTIS CREVISSE TVIS.] Virtus Liberorum, gloria parentum. Menandri ſcitum nobile, parenti non obtingere majorem voluptatem poſſe, quam Prudenrem & Temperantem ex ſe genirum videre filium, apud Strobæum. Serm LXXIII.

105. ALARICVM BARBARA PEVCE NVTRIERAT.] Secundæ poſt Amalos nobilitatis hominem, cujus res compendio, ſed omnino falſis plurimis, narrar Jornandes Peucenos peculiares fuiſſe populos notatum ſuprà.

106. SÆPE SPREVERE PROFANA MENTE]Profana menre, quia exſtabat Regis ipſorum Athanarici vox, cum Theodoſij accitu Conſtantinopolim vidiſſet : Deus, inquit, ſine dubio terrenus eſt Imperator, & quisquis adverſus eum manum moverit, ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit. Scriptore Jornande, cap. XXVIII. In Contemtum Barbarorum veniſſe eum principem, ob luxum, cui rebus pacatioribus ſe immerſerit, ſcribit Zoſimus. Jornandes contrà Ingenio, Virtute, Conſilio, clarum Principem Gothis inſigni Timori fuiſſe, perque morbum ejus reddiram repugnandi audaciam. Iſti majorem fidem omnes alia hiſtoria facit.

107. HEBRI CLAVSIT AQVIS.]Præ-

cepta ſcilicet non ultra ſecutus. Nihil mutandum. Quatuor Belgæ Libri *venientem finibus alter Noſter non variat*, cui & adſentimur. Belgis illis adſentiuntur Betiniani, & Camers. Senſus poſſit eſſe Theodoſium Thracia venientem ab Alarico interclusum. Sed minuit hæc Lectio gloriam, & nautea eſt pix altera.

109. AUXILIIS AD PROXIMA BELLA NEGATIS.] Gildonem dicit, qui ſeceſſit à Theodoſio negatione auxilij. Ipſe ille Princeps, in Bello Gildonico. V. CCXLII.

> *dubio ſtabant Romana ſub ictu:*
> *Auxilio venere Getæ, venere Geloni.*
> *Solus at hic, non puppe data, non milite miſſo,*
> *Subſedit, fluit ante fide.*

Proxima bella, jam imminentia.

110. ABJURATA.] Contrà fidem ſacramento datam ſibi vindicata. *Abjurare* rem eſt ſibi creditam negare, contraq; fidem retentam uſurpare. Virgilius, libro VIII. de Spolijs Caci.

> *Abſtractæq; boves, abjurataq; rapinæ,*
> *Cœlo oſtenduntur.*

Servius: *Abjurare eſt rem creditam perjurio negare.* Sed hoc iſti loco non congruit. Unde modo abjuratas rapinas contrà jus retentas intelligimus. Verumque convenit loco iſti Claudiani. Cicero. I. ad Atticum. Epiſt. VI. *Tulliola, deliciæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat, meq; ut ſponſorem, appellat. Mihi abjurare certius eſt quam dependere.* Papinius, libro VI.

> *narrabat ſervatum fraude parentem*
> *inſontesq; manus: en quam ferale putemus*
> *Abjuraſſe ſacrum, & Lemni gentilibus unam*
> *Immunem Furijs.*

Errat eo loco Lutatius. *Utiq; enim juraverant illæ egregiæ mulieres occiſuras*, & iam occiſo parentes. Iſidorus, Origin. lib. V. cap. XXVI *Inficiatio eſt negatio debitæ rei, cum à creditor repeſcitur. Item & abjuratio, id eſt rei credita abnegatio. Deierare videtur pariter uſurpatum.* Philoxenus Gloſſario: ἀπομνυμι, *deiuro.* Aliud Gloſſarium; *abjurat & perjurat.* ἐπιορκεῖ, ἀπόμνυται.

111. MERITAM REPETENS NON IMMEMOR.] Amolitur a Theodoſio mollitiem non vindicatarum injuriarum, cum à morte etiam memorem puniendorum criminum facit. Iracundiam in eo promtiorem, ſed quę modico tempore flecteretur, agnoſcit Victorinus. Cujus tamen præter unicum exemplum exſtare non memini. Sanè Ambroſius teſtatur cum caſtigatione alicujus opus eſſet, inclementius exordium portendiſſe clementiſſimum finem. Verba ejus, omni ævo memorabiliſſima, adſcribam: *Beneficium ſe putabat accepiſſe Auguſtæ memoriæ Theodoſius, cum rogaretur ignoſcere. Et tunc propior erat venia, cum fuiſſet commotio major iracundia. Prærogativa ignoſcendi erat indignatum fuiſſe, & optabatur in eo quod in alius timebatur, ut iraſceretur. Hoc erat remedium reorum, quod cum haberet ſupra omnes poteſtatem, quaſi parẽs expoſtulare malebat, quam quaſi judex punire. Sæpè trementes vidimus quos objurgabat, & cõvictos ſceleris, cum deſperaſſent, ſolutos crimine. Vincere enim volebat non plectere. Æquitatis judex non pœnæ arbiter: qui numquam veniam confitenti negaret. Aut ſi quid eſſet, quod occulta conſcientia involveret, Deo ſervabat. Hanc vocem ejus homines magis quam pœnam timebant, quod tanta Imperatorem ageret verecundia, ut mallet ſibi homines religione quam timore adſtringere.* Ab omni junctim virtute commendare eumdem voluit Procopius, cum ἄνδρα δίκαιον ἐν τοῖς μάλιστα dixit, initio Vandalicor.

112. SUPPLICIIS FRUITUR.] Punientibus ſcelera: ſine quibus punitis nequaquam animum poteſt componere Regia indoles. Alioquin multum abeſt ut in ſupplicijs exigendis Voluptatem animo Principis permutat noſter; Quin alibi idem non ſemel ingerit.

pœnis

pœnis hominum vel ſanguine paſci
Turpe ferumque putes.

112. VLTORI.] Scelerum, ſpretatumq; Imperii Legum.

113. ENSE THYESTIADÆ.] Afferr nunc Heroum Priſcorum facta, quæ omnia de more premit, ut Honoriana emineant. Velut omnes Panegyriſtæ Rhetoreſque & Oratores alii. Libanius, Themiſtius, Julianus, Mamertinus, Plinius, Pacatus, Sidonius, Ennodius.

114. MIXTVM NEFAS.] Fabulæ, Oreſtis vel de Cothurno notiſſimæ.

114. PIETATE] Ἀ'ρχαϊσμὸς. Pietati enim dicendum erat. Lucilius

Eſuriente Leoni ex ore exſculpere prædam.

Vbertim ad Appuleium.

114. DVBITANDA.] Dubia inter Laudem & Vituperium.

115. PAVIT] Refecit; Petronius.

& mihi cordi
Quippe cremare viros, & ſanguine paſcere Luxum,

Inſcriptio Epigrammatis Ennodiani. LXI. *De quodam veteri inimico ſtulto, & benè paſcente.* In ipſo carmine, *Paſtor delicati victus præbitor*

Prandia lauta paras, ſed lingua ſordibus hæres.
Si deſis paſtor, fercula concilies.

Abſentia nimirum tua conciliet epulis ſaporem, qui inepte ſtultus ſis. Pariter Epigram. LXIV. De eo, qui ut amicos ejus ad ſe tolleret, paſcebat. Epigramm. XXVI. De eo qui numquam niſi in depoſitione filii pavit. Ipſe, Epigramm. XXVII.

Numquam ſtante domo paſcit, mihi credite, tantos
Qui tumulos natis, & menſas complet amicis.

De Auguſti crudelitate in cives, notæ hiſtoriæ. Vide Suetonium cap. XXVII. Qui proſcriptiones & Lepido acerbius exegiſſe auru-mat. Appianum, Civilium IV.

117. FALSA PII PRÆCONIA SVMSIT.] Evolvas accurate res geſtas, vix reperies crudeliorem Auguſto Principem, monſtra modo & belluas comparationi eximas. Pium, dicat ob vindicatam necem Cæſaris. Vt ſuprà hoc Libro.

Patre pio monſtrante petis.

Pius enim Theodoſius in vindicanda nece Gratiani, quam ſi inultam voluiſſet tranſmittere, nullis conflictibus aut periculo contra Maximum opus habuiſſet. Eam rem nemo non Chriſtianorum Scriptorum Pietati ejus adſcribit. Zoſimus vero, ne in exoſo Capite tantam virtutem agnoſceret, Amore Gallæ factum nugatur, quam videlicet inſtar juvenculi alicujus, aut de cathedra Rhetorculorum deperierit Theodoſius, potiri autem non potuerit, niſi Gratiani cædem ulturum ſponderet. Scita nempe fabula. Iſta noſtri æmulatur Guntherus, ſcriptor ſuo ævo ſuaq; genre mirabili.

116. CAVSSA PATRIS.] Ius Pats. Lucanus. *Victrix cauſſa diis placuit, ſed victa Catoni.*

119. RERVM.] Romani Imperii. Ennius de Fabio Maximo.

Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem.

Virgilius de Romanis.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

120. DVPLICAT LAVROS.] Laudes geminat. Sic *duplex Diadema* à Muſis & Marte, apud Auſonium. Epigramm. I. *Libertatem orbi redditam dicit*, quia priſtino nitori reſtituram videri vult ab Honorio Romam. Quæ paullo poſt tamen Gothis ceſſit.

122. EGIT.] Velut in triumphum. Merito autem de ſe hoc magnus ſcriptor ſibi pollicetur, per eum enim Theodoſium laudat, Rufinum & Eutropium vituperat omne ævum.

124. APVD SOCERVM.] In Caſtris aut Contubernio Stiliconis. Patet hinc Bellum Gildonicum ad res Stiliconis pertinere; & merito nos eis junximus hac recenſione.

125. MVSIS.] Cantu Muſico. Papinius:

Et minor in leges iret gener, & Cato caſtris. Id eſt cum ipſo illo ſuo exercitu, qualis armatus contra Cæſarem ſtetit.

126. EXORDIA.] Cantus ipſos. Columella, Præfat lib.X. *Cultus hortorum ſicut inſtitueram, proſa oratione prioribus* (Legendum Poeticis) *ſubnectetur exordiis*

126. SACRA.] Myſteria velut. Perſius Prologo ad *Sacra vatum carnem affero noſtrum* Hoc eſt Sacraria, veneranda loca, myſteria. Ovidius lib.II. de Ponto:

Sunt tamen inter ſe communia ſacra Poetis,
Diverſum quamvis quiſq; ſequamur iter.

Collapſis rebus Henricus Mediolanenſis, lib. I de Controverſia Hominis & Fortunæ.

Sumite theſauro de paupere dona Camœnæ,
In ſacra nam carmen confero veſtra meum.

Errat prolixè in loco Perſii Laurentius Ramireſius, Pentacontarcho, cap. VI

127. PATRATIS BELLIS.] Confectis. Salluſtius: *Loca arida atque vaſta eſſe cognoverat, tamen ſpe patrandi belli, ſi ejus oppidi potitus foret, omnes aſperitates ſuper vadere nititur.* Item: *Quæ poſtquam glorioſa modo neque patrandi belli eſſe cognovit, ſtatuit ſingulas urbes circumvenire.* Claudianus, Bello Gildonico,

Bellumque negavit
Per famuli patrare nefas.

Eſt enim patratio effectus rei, unde Patres, ſobole perfecta. Vide ad Gratium.

128. TENUATUS FUNERE CAMPI.] Sane vero. Vide Prudentium ſuprà initio hujus Panegyrici productum. Mirum obticuiſſe planè de hoc conflictu Zoſimum.

128. CONCESSAQUE SIBI.] Et hoc verum Alaricum cum ſuis Gothis ſæpe potuiſſe deleri à Stilicone, ſed dimiſſum eſſe, vide Oroſium, lib. VII. cap. XXXVII & XXXVIII. Qui adeo verum ſcivit, ut perfidiam etiam hoc Stiliconi imputet.

130. OMNIBUS UNA DIREPTIS OPIBUS.] Quas tricennio toto congeſſerat. Alibi.

unoque die Romana rependit
Quicquid ter denis, acies, amiſimus annis.

Prudentius multis, altero in Symmachum, verſibus initio hujus libri productis. Contrarium prodit, non Hiſtoricus magis quam Patronus Gothorum Jornandes; cujus quanta ſit ratio habenda iſthic, inde liquidum, quod continuo ab hac pugna Romam cepiſſe Alaricum, uno ſcilicet protelo, dicat: quæ, confeſſione omnium, poſt obitum demum Stiliconis Gotho ceſſit toto Septennio à conflictu Pollentino. Sed hoc genus pleraque ſuſq; deque habet ut propoſitum neat.

132. RETEXIT ITER.] Remetitur, velut iiſdem veſtigiis. Virgilius, lib. XII.

Quinque orbes explent curſu, totidemque retexunt.

C. Marius ad Ciceronem lib. XI. Epiſt. XXVIII. *An quod adoleſcens præſtiti, cum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata mutem aut retexam? Eſt enim à textrina* ſimilitudo. *Scripta retexere.* Horatio lib. II. Sat. III.

132. PIRATICA PUPPIS.] Similitudo appoſitiſſima. Græco cuidam ſcriptori par.

134. PRÆDAM DE MORE PUTAT.] An ergo illi tam experti rerum maritimarum, ut ſunt omnes piratæ, non agnoverint bellicam triremem? Puto veriorem ſcripturam à noſtro Libro ſervatam. De *more parat* Cæcus enim ardor vires ſuas non æſtimat, prædam ſolam inhiat, illuc velis remiſque incumbit.

135. BELLATRICEMQUE TRIREMEM.] Verba exprimunt molem navigii, non facile mobilem ſcilicet, tricoſis iſtis ſyllabis. Talis non unus in hoc ſcriptore.

137. SCISSIS VELORUM DEBILIS ALIS.] Similitudine dicta à volucri aliqua. Horat. *me dimiſere Philippi Acciſis humilem pennis* Navium pennæ vela. Heſiodus lib. II.

Ἔργων,

ἔργων. νηὸς περὶ ποντοπόροιο.
Caſſiodorus lib. V. Epiſt. XVII. *Nunc prædictis rebus armamenta precura, vela præcipuè, alas navium facientia, linum volatile, quidam ſpiritus currentium, prænuntia mercium, auxilia quieta nautarum.*

138. ANTENNIS SAUCIA FRACTIS.] De tali in tempeſtate exſtat Fragmentum Alcæi, non injucundum, tabula de naufraga triremi: ſic fortè componenda.

τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται
τὸ δ' ἔνθεν, ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
ναΐ
φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ
χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ, καλὰν
πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἰστοπέδαν ἔχει,
λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη.
Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό

Tamen disjunctim ſcripta vel metri ratio ſuadet. Allegorice etiam, non de maritima tempeſtate, ut prodit Heraclides Ponticus, qui producit.

140. PROFUNDO.] Mari. Pariter βυθὸς Græcis. Alciphron, lib. I. Epiſt. III.

εἰς εἰ καὶ μηδὲν μέγα παρέχειν δι' ἀχρηματίαν ἔχομεν, τὰ δὲ ἔξομεν καὶ χαρισόμεθα τὸ τὰς τρικυμίας, καὶ τοὺς ἐκ βυθοῦ κινδύνους ἀγνοοῦσι.

141. AB URBE MINAS.] Vide finem lib. I. de Bello Getico: Omnia enim agit ut illum ſuum verſum faciat oraculum:

Diſcite veſanæ Romam non temnere gentes.

142. PRONA FVIT.] Ingreſſu videlicet Italia.

144. CLAVSA PVTAT SIBI CVNCTA PAVOR.] Omnia anguſta ſunt metuenti exitum. Timoris enim id ingenium eſt, ut cladem clade anticipet, & imminentis vim fati acceſſat puſillanimitate, ut Diogenes ait, apud Stobæum, Sermone VI. Timidum contra ſeipſum arma geſtare Socrates ait apud eumdem, Serm. II. Ennio pavor pectore omnem expectorat Sapientiam. Variant libri, ſed ut operæ non ſit eos attendere.

139. LVDIBRIVM PELAGI.] Lucanus, lib. VIII.

hauſto per vulnera fluctu
Ludibrium pelagi.

Horatius ad Navim.

Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit, tu niſi ventis
Debes Ludibrium, cave.

Tale navigium deſcriptum non ſine lævo quodam acumine. Fortunato, præfat Martini.

148. PATER ERIDANVS.] Vide Jornandem Geticis, cap XXIX.

150. ROMANA QUIES.] Tuta vita ſub Imperio Romano. Vrbs enim hæc humanum genus in gremium maternum coegit. Noſter III. Stilicon. Rutilius ad eam.

Legiferis mundum complexa triumfis
Fœdere communi vivere cuncta facis.
Feciſti patriam diverſis gentibus unam,
Profuit injuſtis te dominante capi.
Dumque offers victis proprii conſortia luris
Vrbem feciſti qui prius Orbis erat.

Hæc eſt Romana quies, dixiſſes humanam, ſi per ambitionem Romanam potuiſſes.

151. AD PRISCOS PECVDVM.] Qualis fingitur humana vita ſub Saturno. Deſcribitur initio III. de Raptu. Martialis ſub Saturno piam quietem nullumque laborem agnoſcit, lib. XII. Ep. LXIII.

152. SECVM.] Intra ſe ſolum. Maro. Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

153. RESOLVTA COMAM] Vt pingi Heroinæ ſolent, eum maximè formoſæ videri volunt, præcipuè nudæ. Ovidius, libro IX.

Nymfe ritu ſuccincta Diana
Vna miniſtrarum, fuſis utrimque capillis
Inceſſit

153. COMPLEXAQUE PATREM.] Velut rei gratæ nuntia. De Tyberi patria Panegyrico Probini & Olybrii. Flumina notum ad quid Poetæ uſurpent.

154. OVAN-

154. OVANTEM.] Conſtat tamen moderata admodum poſtulata ejus fuiſſe, cum Italiam intraret. Et in pleriſque omnibus hujus Regis rebus agnoſcas mitem animi alacritatem, virtutemque minimè ſanguinariam. Lege Jornandem, alios.

156. MANUM.] Manipulum velut unum, qui tantus modo, tot ſpoliis dives, tot provinciis terrori erat exercitus. Malè mutant.

157. TANTA EX GENTE.] Tanto militum populo. Gens, militare agmen hodieque notat omnibus Idiotiſmis Latina Lingua oriundis.

158. BREVES.] Minutas, parvas. Hinc Breviari, in compendium velut, minoremque numerum redigi. Tertullianus, cap. VIII. Contrà Judæos: LXX. *hebdomada breviata ſunt ſuper plebem tuam, Breviarium, Epitome.* Cyrillus in Gloſſario.

158. MÆSTA FRONTE.] Auſterus ſenex contraxerat frontem rebus non ſuccedentibus. Luctibus fluminum Regionum fata, gaudiis proſperitatem, ſæpè Poetæ indicant.

159. CHORIS.] In quibus perennibus vivere Nymfæ finguntur, ut mortali ſcilicet conditione majores. Chorus, non minima pars Amatoriæ & Poeticæ felicitatis, ut mille locis apud medullam Græcæ ſuavitatis, Anacreontem; quæ vulgaribus ingeniis tractari maximè averſatur.

159. REDDE.] Reſtitue. Horatius: Redditum Cyri ſolio Phraaten. Picturæ fluviorum cornutæ notæ. Sunt tamen & ſine his, Vt in nummo Druſi argenteo Rhenus.

160. EXTVLIT.] Effigiatio in Tiberino alibi propoſita.

161. AUREA.] Electrifer fluvius, dignus aureis cornibus Metallum quidem ipſum tantæ dignationis apud Poetas, ut nomina ipſa ex eo fecerint. Sorores Phaetontis, ipſo peremto mutatas in Electriferas arbores, notiſſimæ fabulæ. Eridanus quanto pretio flumina rex habitus, notatum ſupra, plenæque Græcæ fictiones.

163. ELECTRA.] Padum nobilitantia, in omni arborum genere. De Alnis Albi.

Et Padus electriferis Admoduletur alnis.

De Populis alii. Higin. CLIV.

165. PALLA TEGIT.] Vt Tiberino, Conſulatu Probini. Sidonius de Eodem: *Pectus palla tegit, quam noverat Ilia conjux.* Pallam virilem etiam eſſe veſtem notamus non paucis ad Papinium, hoc abſoluto, auctorem reponendum. Muliebre alioquin ingerunt multa loca PLauti. Præ longam indicat Martialis, ſi pallia tamen idem genus, lib. IX. Epig. CV.

Faſcia te, tunicaq; , obſcuraque pallia velant,

At mihi nuda ſatis nulla puella placet.

Qui meretriculas, contra matronarum morem, brevioribus palliolis uſas indicat, l. Eod. Epigr. XXXIII.

Hanc volo, qua facilis, qua palliolata vagatur.

Matronatum tamen & ipſa palliola, Tunicis videlicet juncta. Aurelianus Imp. Breviculo Munerum Nuptialium Bonoſo & Hunilæ miſſorum: *Tunicas palliolatas hyacinthinas ſubſericas, tunicam auro clavatam, ſubſericam librilem unam. Interulas dilores duos, & reliqua qua matrona conveniunt.* Excidit numeris prioribus his verbis apud Vopiſcum. Etiam *Palliolum* meretricius habitus Juvenali, de Dorica puella, planè nudula. Sat. III.

Dorida nullo cultam palliolo.

Capitis tegmen palliolū, Feſto in *Rica* Quod tamen in Martiali minus rectè capere doctiſſimos viros puto. Palliolata enim, quo facile rejecto amictu oſtendat nudum corpus Hieronymus Epiſt. operitur *quod fœdum eſt, aperitur quod formoſum: Criſpanti cingulo anguſtum pectus arctatur, capilli in frontem vel in aures defluunt, palliolum interdum cadit, ut candidos nudet humeros, &c.*

165. LATOS HUMERIS.] *Heroum*, fortiumq; virorum habitu. Lucanus, lib. I.

Et Sa-

Et Salius lato portans ancilia collo. Virgilius,lib.IX.

Portam vi multa converſo cardine torquet. Obnixus latis humeris

165. CURRUQUE PATERNO.] Alludit verba Epitaphii in Ovidio:

Hic ſitus eſt Phaeton, currus auriga paterni,

Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

166. INCENDIT:] Flammis ipſis velut repræſentatis. Pariter in veſte Proſerpinæ.II. Raptus.

Ceruleuſq; ſinus,roſeis radiatur alumnis.

167. FVLTAQUE SVB GREMIO.] Gremio ſubfulta. In eum enim inclinans lævo gremio pingebatur fluvius. Alii Libri *Fulvaque* Vt auream dixerit. Nihil motem.

167. CÆLATIS NOBILIS ASTRIS.] Spheram cœleſtium corporum urnæ incælatam dicit. Alluſione ejus inter ſidera aſteriſmi. Quem Nilo tamen aliis datum docet Higinus, Aſtronomico.

169. ARGUMENTA DOLORIS.] Secundo de Raptu. *doloris Carpit ſigna ſui* Solem ait omnem Phaetontis fabulam exſcripſiſſe cælo,quarum perſonarum eſt bonus iſte etiam corniger.

170 SENEM PLUMIS.] Cygnum.Nota fabula.De Sene Cygno Maro:

Dum canit, & mœſtum Muſa ſolatur amorem,

Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam.

171. VULNERA LAVIT.] Ovidius, lib.II. At *Phaeton rutilos flamma populante capillos Labitur in preceps. Quem procul à patria diverſo maximus orbe Excipit Eridanus,fumantiaque abluit ora.* Nonnus de tota re pulcrè, lib.XXXVII.

Ζεὺς δὲ πατὴρ Φαέθοντα καταπρηνίξε κεραυνῷ,
ὑψόθεν αὐτοκύλιστον ὑπὲρ ῥόον Ἠριδανοῖο,
Καὶ ποταμὸς πνείοντος ἀνήλυθεν εἰς πόλιν ἄστρων,
Ζηνὸς ἐπαινήσαντος, ἐν ἀστερόεντι δὲ κύκλῳ
Ἠριδανοῦ πυρόεντος ἑλίσσεται ἀγκύλον ὕδωρ,
Γνωτοὶ δ᾽ ὠκυμόροιο δεδουπότος ἡνιοχῆος,
Εἰς φυτὸν εἶδος ἄμειψαν, ὀδυρομένων δ᾽ ἀπὸ δένδρων
Ἀφνειὴν πετάλοισι καταστάλάουσιν ἐέρσην.

Qui ipſum Phaetontem cælo redditum, aſtriſque illarum, memorat. Claudiani narratio ſaccum Pindari, non manum Carinnæ refert, adeo æquo prolixior eſt. Nec pro loco.

172. AURIGA.] Cum Nonno; qui ſimilem ait denuo currum paternum Phaetonti petituro parere in ſidera relatum.

173. HYADES.] De quibus alij alia omnia fabulantur. Apollodori Epitoma Li-, bro III. Nymfas nutricato Baccho, ob officium cælo illatas.

173. SODALIS.] Vicinos loco, culuſq;. Horatius. *Aridas frondes hyemis ſodali Dedicet Hebre.*

174. LACTEVS CIRCVLVS.] De eo quanta mira commenti ſint veteres Mythologi, videas vel apud ſolum Manilium ſub finem Libri Primi. Nobilitas noſtra Saxonica,ab Hiringo, Heroe celebri,perpetuo ejus virtutis teſtimonio,nominavit Witechindo ſcriptore cum paucis talium non inepto,traditore, Lib.I.Orig.Saxonic.

175. STELLIFER ERIDANUS.] XVII. Agnoſcunt Collectanea vetera, (quippe Lactantio nomine ipſius Germanici laudata) in paraphraſin Germanici Arateam. Higinus tredecim ſolas nominat, &c. Eridanus, fluviorum rex Maroni, proverbium ubertatis fecit Petrus Mauritius, Poematis.

Nec magis Eridanus terris vicinus inundat,

Quando tumens pluviis unda ſuperba furit.

Quam Patris Ambroſii cæleſtibus imbribus auctum
Eloquij flumen torrida corda rigat.

176. NOTI CONVEXA RIGAT.] Higinus: *Eridanus à ſiniſtro pede Orionis profectus, & perveniens uſque ad piſtricem, rurſum diffunditur ad Leporis pedes, & protinus ad Arcticum circulum tendit. Hujus figurationem hiemalis circulus dividit, ab eo loco quo prope conjungitur ceto.* Avienus *occiduus tegitur Padus æquore Ponti.*

176. GLADIOQUE TREMENDVM] Sidera enim terret ejus conſpectus armati. Alibi dictum.

177. GVRGITE SIDEREO.] Curvaturis enim tribus Eridani ſtellæ finguntur. Vide Scholiaſten, ut vocant, quem Calpurnium Baſſum alii, Germanic; Higinum, alios.

179. TVNC TALIA.] Illud TVNC abſolutam conſiderationem, & poſt eam ſermonem occulta quadam Energia denotat. Maronis exemplo, qui ſermoni de rebus gravibus præmittere voculam iſtam ſolet, Libro IV.

oculoſque ad mœnia torſit
Regia, & oblitos famæ melioris amicos.
Tunc ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat.

Lib. VIII.

Di. erat Æneas, ille os oculoſque loquentis
Iamdudum, & totum luſtrabat lumine corpus;
Tunc ſic pauca refert.

Inobſervatam vim aliis pluribus declaramus in Analectorum Poeticorum Commentariis.

180. SICCINE.] Amara cum ſarcaſmo percontatio. Catullus. *Siccine me patriis abductam, perfide, ab oris Perfide deſerto liquiſti in littore, Theſeu? ſiccine diſcedens, neglecto numine Divum Immemor, ah devota domum perjuria portas;* Propertius. *Siccine, lente, taces!*

181. ITALÆ.] Quam provinciam ſpe jam deglutiverat, ut noſtro ſcribere viſum.

182. CORNIPEDEM TIBERINO GRAMINE PASCIS.] Militaris jactantia, ex antiquiore tamen ad Iſtium voto Alarici. Prudentius de eodem, iſtaque pugna Pollentiaca.

Tentavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens juratus ab Iſtro,
Has arces æquare ſolo, tecta aurea flammis
Solvere, maſtrucis proceres veſtire togatos.
Iamque ruens Venetos turmis protriverat agros,
Et Ligurum vaſtarat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Thuſcumque ſolum, victo amne, premebat.

De Rhadagaiſto paria Oroſius, de quo Prudentium non loqui ſequentia indicant.

183. THVSCIS NEC FIGIS ARATRVM COLLIBVS.] Vrbibus dirutis, quæ in collibus olim ſitæ. Non enim tam de cultu agrorum, quam everſione civitatium loqui Poetam exiſtimo. Vltimo autem harum excidio inducebatur vacuo ſolo aratrum. Modeſtinus, cap XXI. Quibus modis amitti. Vſufr. *Si Vſusfructus civitati legatur, & aratrum in ea inducatur, civitas eſſe deſinit ut paſſa eſt Carthago.* Horatius, lib. I. Od. XVI.

altibus Vrbibus ultimæ
Stetere cauſſa cur perirent
Funditus, Imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Scholiaſtes Priſcus: *Hæc conſuetudo olim fuit, ut tam condendis quam evertendis urbibus aratro ſigna fierent.* Cicero Philippicis. *Vt vexillum tolleret, & aratrum circumduceret.* Vide Iſidorum, lib. XV. Servium IV Æn. Poteſt tamen & cultura Italiæ intelligi. Sedes enim & habitationem petebat inibi Alaricus, ut produnt Hiſtoricis. Vide Jornandem, cap. XXX. Getic.

184. CVNCTIS EREBI DIGNISSIME POENIS.] Summa crudelium Imprecationum II. in Rufinum, loquente inferorum judice

genus

genus omne dolorum
In te ferre lubet: dubio tibi pendula rupes
Immineat lapſu, volucer te torqueat axis, &c.

Seneca Apocolocynth.

185. GIGANTÆIS FURIIS.] Proverbium. Romam pro cœlo habet, tot nempe Deorum ſedem: nullarum non victarũ Gentium Dii inibi colebantur. Vide ab bell. Gildon. v. CXXXI.

187. CÆLI.] Solis. Cælum notat omnes Deos. Petronius: *nemo cælum putat, nemo jusjurandum ſervat, nemo Iovem pluris facit,* Hoc eſt, nemo credit Deum eſſe. Servant Idiotiſmi hodie à Latino ſermone Oriundi omnes. Et notatum ſupra.

190. DIEM DIFFVNDERE.] Quem Solis vultus ſolet. Pulcre eo ſenſu *diem* Solis filiam appellat Pindarus, uti in Rebus Religionum priſcarum prolixè notamus.

191. ADSPIRAT ROMÆ SPOLIIS.] Magnifica & Romana vox. Similis Athanarici Regis Gothorum de Conſtantinopoli. Jornandes, Geticar XXIIX. *Athanaricus Regiam Vrbem ingreſſus, miranſque: En, inquit, cerno, quod ſæpe incredulus audiebam Famam videlicet tantæ Vrbis, commeatumque navium, nunc mœnia clara miratus, populoſque diverſarum gentium quaſi fonte in uno è diverſis partibus ſcaturiente unda; ſic quoque militem ordinatum aſpiciens: Deus, inquit, ſine dubio terrenus eſt Imperator, & quiſquis adverſus eum manum moverit, ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit.*

193. AMNES.] Plane ita Tiberis in Panegyrico Probini.

195. PULCER TICINUS.] Ita optimè omnium ediderunt Claverius & Scaliger. Fatuantur Libri.

195. ADDVA VISV CÆRVLVS.] Sidonius, lib. I. Epiſt. hæc omnia æmulatus,

196. VELOX ATHESIS.] Rapacem vocat Guntherus, lib. VIII. Ligurin.

notis poſuit tentoria campis,
Qua rapidas Atheſis terras agit impetus undas.

Qui genus detorſit Germanæ appellationis memoria.

197. NOVEM ORA.] Pomponius Mela, lib. II. cap. IV. *Proxima eſt à Tergeſte Concordia. Interfluit Timavus, novem Capitibus exſurgens, uno oſtio omiſſus.* Virgilius, Æneid. I.

Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timavi.
Vnde per ora novem, vaſto cum murmure montis,
It mare præruptum, & pelago premit arva ſonante.

Quantum fabulatrix vetuſtas ſibi indulſerit in rebus hujus fluvii, videre potes in doctiſſimo Commentario Joachimi Vadiani ad Melam.

199. PANA LYCÆVM.] Arcadem, à Lycæo monte Arcadiæ. Vide Scholiaſten Theocriti & Geographos.

201. GETICO VERONA TRIVMPHO.] Certum hic indicari notas Gothorum tum clades, invidia ſcriptorum poſt interfectum Stiliconem preſſas.

202. POLLENTIA.] Non ignobilis tunc, ut apparet, civitas, nunc pagum volunt ignobilem. *Palanzam* nomine. Vide Leandrum Albertum; alios Chorographos, item Dialogos Antiquitatum Galliæ Ciſalpinæ; Gaudentii Merulæ.

204. PACTA MOVET.] Concutit, conturbat, contemerat. Alarico adſcribit quod pars Chriſtianorum ſcriptorum Stiliconi, qui hunc ideo damnant rebus benè geſtis, quod malis inimicorum artibus favore Principis & vita ceciderit. At verus de vivo noſter, talem virum deſcribens, qualem in ipſa morte Zoſimus, perire malentem quam Honorium evertere.

205. EXTREMO CASU.] Maledis rem extremæ aleæ committere, quam in deſperationem pronam ambigue ſuſtinere. Idem de Catilina Salluſtius, Cæſare, Lucanus.

206. CONVERTI NEC FATA LOCO.] Opinio multorum ſummorum Ducum, ſæpius male felix quam evenè proſpere. Romana ſtultitia nota, loca ubi malè erat pugnatum cum ipſis diebus, nonnunquam & Imperatoribus, æternum damnantium.

207. INHUMATA CADAVERA.] Summa mortalitatis pœna, etiam in Sacris Litteris. De Gothorum cumulis abundè alibi nec uno loco. Ducta huc quædam ex initio Iliados.

210. OBLATUM STILICO VIOLATO FOEDERE MARTEM.] At Stiliconem ipſum contra fidem pactam Gothos irruiſſe declamant Oroſius, Jornandes, quique catervatim hos ſunt ſecuti. Quis neſcit noſſe melius præſentem in Aula & ad ſummos Principes Claudianum, omnia potuiſſe? Neque quicquam tale Chriſtianiſſimus auctor, Prudentius. At illo longo poſt tempore campum ſuum ingreſſi, omnia eò derivarunt.

212. MEDIUS PADUS.] Inter hoſtem & Romam. Romam auretenus tantum ſenſiſſe Alaricum ſcribit in eodem negotio idem Prudius:

feſtis ſuſpendam pallia portis,
Immunis tanti belli, ac te ſtante ſub armis
Libera & auretenus Geticos experta tumultus.

Verba ſunt loquentis Romæ. Sonus verſiculi apud noſtrum aures lædit. Tranſpone voculam, omnia erunt meliora *medius belli Padus arbiter ibat*. Medius, qui rem à re dirimit. Ita medios inter levirum & viduam liberos, qui matrimonium horum tollebant, dicit Juvencus, doctus in affectata ſimplicitate ſcriptor, Initio Lib. IV. Hiſtor. Evangelicæ. Minutius Felix Octavio: *Cum dicto ejus aſſedimus, ita ut me ex tribus medium, lateris ambitione protegerent. Nec hoc obſequii fuit, aut ordinis, aut honoris, quippe cum amicitia pares ſemper aut accipiat aut faciat: Sed ut arbiter, & utriſq; proximus, aures darem, & diſceptantes duos medius ſegregarem.* vide ad Manilium.

213. EXEMPLA LABORI.] Præcepto Theodoſiano ad Honorium filium. IV. Conſ. 345. Stiliconem talis alacritatis laudat Bello Getico & reliquis Laudum Libris.

215. IPSE MANU METUENDUS.] Contra Oroſium & alios, qui ſummam belli commiſſam Barbaro & pagano duci Saulli, ſcribunt: Vide Oroſium lib. VII. cap. XXXVII. Noſtro ut accedam ego facit fide dignior teſtis Prudentius, cujus hæc verba ſunt.

At noſter Stilico congreſſu communis, ipſa
Ex acie ferrata virum dare terga coegit.

218. AB OMNI PARTE VENIT.] Quem hoſtis, notam expertamque habens induſtriam, undique ingruiturum metuat. Pariter lib. II. in Eutropium,

metuendus ab omni Targibilis regione ſonat.

Vide alia Adverſar. lib. II. cap. IX. & alibi.

220. ISTRUM.] Scytham, Gothum, ex Iſtri accolis.

220. COGNATIS VIRIBUS.] Barbaros Barbaris profligandis inducens. Oroſius de Eadem re: *Taceo de ipſorum inter ſe Barbarorum crebris dilacerationibus, cum ſe invicem Gothorum cunei duo, deinde Alani atque Hunni, variis cædibus populabantur.* Idem extremo Opere ſuo, Alanorum, Vandalorum, Suevorumque Reges Honorio nuntiaſſe memorat: *Tu cum omnibus pacem habe, omniumque obſides accipe: nos nobiſcum confligimus nobis perimus, tibi vincimus: Immortalis vero quæſtus erit Reipublicæ tuæ, utrique ſi pereamus.* Et hoc ſane inſignis fuit Prudentia Stiliconis, cui illuſtrandæ utinam duas, treſve paginas de his rebus ſcribere voluiſſet Zoſimus. Quod fecit fortaſſe tamen, & hodie lacunæ inſunt Operi è paucis exemplaribus ſcriptis propagato. Pari re Juſtinum ſuum commendat Creſconius Corippus:

toti's victos numeres per prælia Francos,
Edomitoſque Getas; captos ſtrateſque tyrannos,
Longobardorũ populos Gepidumq; feroces,
Mutuo

Mutua per latas inter ſe vulnera campos
Miſcentes, feritate ſua; cum milite tute
Alternas gentes Domini Fortuna necaret.
Pars inimicorum cecidit cum magna tuarum
Perfidia punita ſua. Nunc, Marte peracte,
Victores victiq́ tua famulantur in aula.

224. NI CA'OR.] Alanorum ducem, Romanis militantem ſub Stilicone, nimio pugnandi fervore ait non attendiſſe Imperatoris Imperium, itaq; cum antecaperet tempus deſtinatum excidio Gothorum, feciſſe ut elaberetur Alaricus. Saulem fuiſſe notant alij. Cum Barbarorum copijs præfectum à Theodoſio Seniore memorat Zoſimus, lib. IV. Rem ita narrat Oroſius: *Taceo de infelicibus illis apud Pollentiam geſtis, cum Barbaro & pagano Duci Sauli ſumma belli commiſſa eſt, cujus improbitate Sanctum Paſcha violatum eſt, cedentique hoſti propter religionem, ut pugnaret, extortum eſt: cum quidem, oſtendente in breui judicio Dei, pugnantes vicimus, victores victi ſumus.* Alani, fervore Martio commendantur. Valerius Flaccus, lib. VI. Argonaut.

Miſerat ardentes, mox ipſe ſecutus, Alanos
Heniochosq́ truces, jampridem infenſus Anauſis.

Robur & perpetuam pugnacitatem commendat Lucanus, lib. VIII. peterem cum Caſpia clauſtra.

Et ſequerer duros æterni Martis Alanos.

Deſcriptio uberior, apud Ammianum, libro XXXI. Calor iſte, incitatio violentior & divinior, rapiens in virturem.

ἐνθουσιώδη καὶ μανικὸν ὅρμημα appellat Nicephorus Gregoras lib I. Ubi Theodorus Imperator equo deiectus viciſſim propellit Barbaros. Memorabilem tali calore hiſtoriolam proponam: *Turcorum Dux, Sultanus Iathanites, omnibus omiſſis & prateritis ipſum quærebat Imperatorem: illumque, vi patefacta via, & robore corporis ſuperbus, inuadit, grauemq́ ictum infligit. Imperator, primo ictu non tolerato, ſed vertigine oborta, equo delabitur. Neq; vero Deus ſemel reſtituere mortuum Romanum volens Imperium, cunctari poterat. Quare illum è lacu miſeria, èq́ ſalebris eductum in rupe collocauit, ut is, qui modo inſtar mortui equo deciderat, veluti furore quodam diuineq́ impetu concitatus, præter omnem opinionem exitium in Barbari caput converteret. Stricto enim enſe Barbarici Equi pedes anteriores facilè demetit, proſtratoq́ Sultane caput amputat, eoque, haſta in altum elato, Barbaroq́ militi oſtentato, Romanos reſtituit.*

225. DISPOSITUM OPUS.] Conſilia Stiliconis, quibus circumcluſus erat Alaricus.

225. VERBERE COGIS EQUUM.] De Stilicone alibi.

madidoq́ oneratus amictu
Algentem pulſabat equum.

226. VITASSE.] Captionem, diſpoſitum opus. Velut de fera loquitur.

228. DANUBII POPULIS.] Non unam enim gentem traxiſſe veroſimile eſt. Ita Zoſimus lib. V. Alarici militiam βαρβάρους σύγκλυδας appellat.

228. VIVE TROPÆUM.] Elegantiſſimè. Si enim ira exſutus & profligatus fuit, uti noſter memorat, tantus Rex, ſanè vivum fuit monumentum Fortitudinis Romanæ. Pariter Fani plurium Dæmoniorum Æditunm, quem ad Chriſtum deduxerat, inſtar vivi de Paganiſmo Tropæi circumduxiſſe Gregorium Thaumaturgum ſcribit Nyſſenus in ejus vita.

ἐνδόξως ὁ μέγας ἐκεῖνος, τῆς κατὰ τῶν δαιμόνων ἀριστείας ἀρξάμενος, καὶ οἷον τι τρόπαιον κατὰ τῶν νικηθέντων τὸν νεωκόρον περιαγόμενος, προκαταπλήξας τε τῇ φήμῃ τὸ ἔθνος, εἰς τὴν πόλιν εἰσήλαυνεν, οὐχ ἅρμασι καὶ ἵπποις, καὶ ἡμιόνοις, ἀλλὰ ταῖς ἀρεταῖς ἐν κύκλῳ δορυφορούμενος.

 Paul-

Paullinus Pertocorius fine lib.I Martin. de reſuſcitato è mortuis. *Itq; beſtiæ ſpolium, credentu gloria plebis. Sic enim legendum* docent Notæ ad eum ſcriptorem noſtræ. Nec abſimiliter in teſtimonium Sanctitatis Frodoberti vixiſſe hominem ſanitati ab eo reſtitutum dicit ſcriptor ejus vitæ, in Monumentis Trecenſibus Editus: *Mox, miſerabili cedente dementia, plenitudinem ſenſus recepit, & longo poſteà viuens tempore ad Sanctitatis ejus teſtimonium, ſua ſecum circumtulit gaudia Soſpitatis. Viuum nempè victa Aegritudinis Tropæum. Sic Tropæum Calamitatis ſuæ vocat hiſtoriam* infortuniorum ſuorum Apollonius Tyrius, in ſuæ Hiſtoriæ interprete: Ego ſum Tyrius Apollonius, Patriæ meæ princeps. *Audito nunc Tropæo meæ calamitatis aſpice quomodo genibus tuis prouolutus, deprecor auxilium vitæ.* Ita Marcus Imp. Oratione de Liberis Avidij Caſſij vivere debere eos in Monumentum Senatoriæ Pietatis autumat. *Viuant ſecuri, ſcientes ſub Marco ſe viuere, auro, argento, veſtibus, fruantur: ſint diuites, ſint ſecuri, ſint vagi & Liberi, & per ora omnium ubiq; populorum Circumferant mea circumferant veſtra Pietatis exemplum.* Idem Senſus in his Ennodij, Panegytico, Theodor. *Stat ante oculos meos Bulgarorum ductor dextera tua aſſerente proſtratus, nec exſtinctus ne periret MONVMENTIS: nec intactus, ne viueret arrogantiæ: in gente indomita domeſticus adſtipulator futurus roboris tui; qui ſi lethe ſufficiens vulnus accepiſſet, perſonam victrix, quod in luce ſubſtitit ſubmiſit originem.* Utcunq; hæc capias, ego tamen acutum nodoſumq; ſcriptorem reliquiſſe arbitror *ne periret monimen ſuè.* Senſu tali qualem res & auctor poſtulent. Sic & ultimis temporibus Ordo Cluniacenſis, lib. IV. de Vita Comitis Geraldi Auriliacenſis: *Cum igitur pſallentium chori circa feretrum pernoctarent, quidam vir nobilis, nomine Gibbo, filiam, quam caducus morbus obſederat, ſubtus eodem feretro collocauit, quæ nihil poſtea illius infirmitatis paſſa eſt. Iā quippè materfamilias exiſtit, & ipſa virtutis hujus Teſtimonium SEIPSAM incolumē præfert.*

229. INGENIUM ATROX.] Crudele, indomitum. Alibi de Dite *animusq; relanguit atrox. Atrox animi* Salluſtio, Fragmentis. II. Hiſtoriar.

230. TRAMITE.] Liber noſter *VERTICE* Nulla cauſſa mutandi.

231. SI QUAS PER SCOPULOS.] Optimè noſter Liber, aſſentiente Delriano. Si qua.

231. SUBITAS EXQUIRERE POSSET.] Subito tum inventas, nulli notas antea. Sic ſubitus amnis. Valerio Flacco. libro III. *Subitum ceu paſtor ad amnem ſpumantem nimbis.*

232. FORTIOR OBSTAT CURA DUCIS.] Et hæc enim præviderat Stilico.

233. DIVINUM PECTUS.] Præſagum, compos quodammodo divinitatis. Sic de Mario apud Numidas Salluſtius: *Poſtquam tantam rem Marius ſine ullo ſuorum incommodo peregit, magnus & clarus anteà, major clariorq; haberi cœpit. Numidæ magis quam mortalem timere, poſtremo omnes ſocii atque hoſtes credere, illi aut mentem diuinam eſſe, aut nutu Deorum cuncta portendi.* Sic Scythas miratur, ad quorum Regem Legatus erat miſſus, ſui Principis conſilia reſciviſſe, quæ nec Dijs cognita putaverat, Priſcus Rhetor. Legationibus: *Quæ ubi audiuimus animis dubii ſuſpenſiq; hæſimus. Nec enim ullo pacto intelligere poteramus qua Ratione Imperatoris conſilia, ad quorum cognitionem ne Dij quidem peruenire poſſent, patefacta & detecta forent. Imperatori autem mentem ejuſmodi eſſe debet*, ut facilè perſentiſcat hoſtium machinamenta, ut hoc loci Stiliconem noſter laudat. Leo Imp. Tactic. II.

κελεύομεν τοίνυν εἶναι τὸν ςρατηγὸν εὐςόχως ςοχαζόμενον ἐκ τῶν φαινομένων τὰ κεκρυμμένα.

Taleſque laudantur à Panegyriſtis, quotquot laudantur. Pariter & de ſuo, veré eximio, Heroe. Gunterus noſter, Lib. IV. Ligurini. Ex iſto ut videtur.

Nop

Non tamen occulti potuerunt fallere Regem
Inſtrumenta doli: cœleſtia pectora ſanè
Nil tranſire poteſt. Sapiens quod prædicat, hoc eſt:
Principibus, fili, tacitus maledicere noli.
Cœli portas anus maledicta latentia Regi.

Tales exiſtimabantur, aut ab adulantibus certè fingebantur, Regibus exteris Romani Principes. Antipater Herodis filius apud Joſephum, Antiquitat. lib. XVII. cap. VII. *Se*, inquit, *non pœnitere geſtorum, quæ argumento ſint, quam incorruptè parentem diligat. Quæ verò in Vrbe per ſe acta ſint, eorum teſtem eſſe Cæſarem, cui, non ſecus ac numini, nemo poſſit imponere.* Tyranni verò ſemetipſos tales facere & jactare ſatagebant. Qualis fuit Caligula, mire tamen perſpicax ex vultu deprendere animi affectus, vt notat Philo in Legatione.

234 EXCUBIIS VIGILANTIA LUMINA REGNI.] Divinitatem in Prudentia Stiliconis agnoſcit, cujus oculos ait vigilare pro Imperij Romani univerſi Salute. Malè libri qui mutant hinc ſcripturam, quorum in agmine delirat etiam noſter *Numina* præferens.

235. CUJUS CONSILIVM NON VNQVAM REPERIT HOSTIS.] Etiam omni ope ſcrutatus. Prudentiæ Imperatoriæ eſt conſilia ſua ita adminiſtrare atque inſtituere, ut quid eorum emanet ad hoſtem. quod cautiorem eũ præſcitæ cladis faciat, ſi qua autem ſenſerit innotuiſſe, uti ſunt mortalia, omnia retexere. Leo Tactica. XX. Apud quem plura legas. *Senſus* notat ingenij felicitatem. Alibi. *Quis ungere ſenſus Cum Stilicone neget?* Celeres ſenſus, quos veloces alibi dixit. De utraque alibi his Commentarijs.

238. CONSEDIT IN IMO COLLE TREMENS.] Vtriq; vera lectio, licet pauci libri eam non turbatam adſint. Ait enim ima latebula quæſiviſſe tantarum modo copiarum Regem.

240. TETRIS CIBIS.] Quos abhorruiſſet citrà ſummam neceſſitatem quilibet. Sic abſynthia tetra amaro atque horrido ſapore pueris dixit Lucretius lib IV. notavitq; Nonius Marcellus. Tetrere dicebant veteres, tem facere horrendam. Pacuvius Peribœa:

Beluarum ac ferarum aduentus ne tetret loca.

242. ANNI.] Aeſtatis. Eo enim tempore rem geſtam arguit, quod ſuprà dixit Stiliconem contemſiſſe pulverem fervidum. Militem Romanum intellige, obſeſſorem.

243. OMNE PERICLVM DOCTA SVBIRE FAMES.] Omnium quippè peſtium peſſima, omnium dolorum dolor ſæviſſimus. Pompejus, Epiſt. ad Senatum, apud Salluſtiũ, lib. III. Hiſtoriarum: *famem omnium miſerrimam mortem vocat.* Cicero, lib. V. ad Attic. Epiſt. XXI. *Iter ita per Aſiam feci, ut etiam fames, qua nihil miſerius eſt, optanda mihi fuerit.* Fames triſtior eſt peſtilentia, apud Livium lib IV. Quovis hoſte humano truculentior. Nicephorus Gregoras. lib. VII.

πέμπει στρατολογήσοντας ἐκ Μακεδονίας πόλεων, εἰ βούλοιντο οἱ πολέμιοι προσκαθίσαντες πάντας πολιορκεῖν, ἄφθονα δὲ τὰ πρὸς τροφὴν ἐπιτήδεια ἐκ τῶν προαστείων ἐν ταύταις ξυναθροίσοντας, καὶ πάντα τἆλλα εὐθετήσοντας, ἵνα μὴ τῷ τῆς πολιορκίας καιρῷ μείζονα τῆς ἔξωθεν ἐνέγκωσιν οἱ φύλακες τὴν ἔνδοθεν πολιορκίαν τοῦ λιμοῦ. Vide ad Auguſtinum.

245. PRÆDÆ LVCTVS.] Non minimam Romanis ceſſiſſe indubitabilem teſtem Prudentium ſupra produximus. Non audiendi qui longo poſt tempore alia omnia commentantur.

246. DICTIS.] Dicta ſunt falſa convitia, ſcommata acutiora, injuriis proxima. Petronius: *Eumolpus vino ſolutus dicta voluit in calvos ſtigmoſosque jaculari. In veteri Menſa Epigrammate:*

Quisquis amat dictis abſentum rodere vitã,
Hanc menſam vetitam noverit eſſe ſibi.

247. CAM-

247. CAMPO.]Marti, pugnæ. Aurelianus Imp. Epiſtola de Heraclammone: *Occidi paſſus ſum cuius quaſi beneficio Thyanam recepi. Neque enim mihi fidem ſeruare potuiſſet, qui patriæ non pepercit. Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur, campus accepit.* Vide ad Bellum Gildon.

249. ANIMO QVOQVE SVBIVGAT HOSTES.]Vt ſeſe nempè ipſos pro victis habeant agnoſcantque. Sic alibi pro pœna eſſe dicit vidiſſe precantém.

250. FREQVENS RARVM.] Contrariorum compoſitio uſitata. Horatius *ardentem frigidus Aetnam Inſiluit* Eleganter autem dictum, etſi enim raró quid detrahatur, ipſum tamen robur imminuit frequentia detractionis. *Decerpere*, clandeſtino etiam geſtam rem indicat, quomodo numerus imminui dicitur, decerptis alijs. Juvenalis, lib. IV.

in ſublimis genitor decerpere tempus
Et numquam miſerans vellet breuiare dierum,
Nulla dehinc trepida ſuperarent tempora vita.

De transfugis non inania bonæ mentis monita apud Onoſandrum capite X. Et Leonem.

251. NVMERVS DECRESCERE CASTRIS.]Militiæ. Papinius.

Et minor in Leges iret gener, & Cato caſtris.

Id eſt militia decederet.

253. DISCEDERE TVRMÆ.]In noſtro eſt *Deſcendere* Nempè quia in colle obſeſſum Alaricum ſupra memoravit. Pariter & nonnulli Belgæ Libri. Nihil Mutandum.

255. JVGVLVM PARCENTIBVS OFFERT.] Vt ſolet extremo diſcrimine fieri. Niſus, apud Maronem: *Me, me, adſum qui feci, in me conuertite ferrum O Rutuli.* Artificioſo ſermonis initio, balbutientis nimirum inſtar attoniti: quod nemini perſpectum ſatis.

257. DEFIXOQVE MALIS ANIMO.] Attonito velut, nec ſe moventi ſatis. Val. Flaccus lib. VI.

Hiſpidus, inq; Dei latuit terrore Lycai,
Hac tunc attonitos facie defixerat hoſtes.

Idem. lib. VII.

mœſta ſtabat defixus in ira. Eodem.
Carmina nunc totos ſoluitque per artus Aeſonida

Virgilius, lib. VI.

Æneas mœſto defixus lumina vultu
Ingreditur, linquens antrum.

Servius: *per defixa Lumina triſtitia mentis oſtenditur.*

258. SVA MEMBRA.] Elegantiſſimè. Omnis enim Alarici ſpes, fortuna, & ipſa Vita conſiſtebant in hoc milite, quem cedentem videns, ſuum ſibi ſanguinem decedere velut ſentiebat.

259. CYBELEIA ÆRA.] Tintinnabula, qualibus ſtrepabant matris Deûm illi egregij ſacerdotes ſemiviri. Notæ Corybantum fabulæ ut de Hyblæ mellificijs, apibusq; tinnitu congregatis.

262. EXHAVSTVS.] Fatigatus. Videns nihil ſe proficere.

263. MELLIS OPES.] Maronianum.

264. PERFIDA.] Non enim illam de ſe ſpem dederant. Fidem in inanimis reb. etiam alibi agnoſcit.

265. PRÆCLVSÆ VOCI.] Maximi enim affectuum tumultus vocem præcludere ſolent. Virgilius, lib. XII.

haud quaquam dictis violentia Turni
Flectitur, exſuperat magis, agneſcitque medendo.
Vt primum fari potuit. ſic increpatore.

266. ALPES.] Illyricos montes intelligit. Illac enim Italiam ingreſſus fuerat Alaricus, maxima omnia ſpe complexus, juxta quidem noſtri traditionem & Prudentij.

268. SOLO PERAGENS CVM MVRMVRE BELLVM] Sola juſſione, ſolo motu linguæ ſtrages daret undiq;, cum haſta protēta frangeret oppoſita mœnia. Sic de Heroibus Poëtæ. Horatius de Achille. *Filius quamuis The-*

Thetidos marina Dardanas turres quateret tremenda Cuſpide pugnax. Talia de Cæſare Alpes ſuperante Petronius, Specimine Belli Civilis.

magnam nixus in haſtam
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arva.

270. CONTO.] Barbarica haſta, qua & in equo utebantur. Collector Chronologus ex Idatio, Thoromacho, alijs: lib. I I I. cap. X. *Theodoricus decrevit ut veniret legatus Francorum ſuper Equum, contum erectum tenens manu ad Aulam Palatij Alarici, &c. tamdiu Alaricus & Gothi ſuper eos jactarent ſolidos, quouſq; legatum & Equum & acumen conti ſolidis cooperirent.*

272. DEBITA SPECTACULA.] Nemeſi ſuas res gerente. Credebant enim veteres hoc numen vindicare omnia magna dicta & facta. Res exacta in Superſtitionibus.

271. EXSPES] Libri nonnulli *amens*. Nihil mutamus.

274. NOCENTUM.] Fatemur, inquit, nos meritos hanc cladem, non enim noſtrum erat contra fata tua niti. Perſequitur quod ſuprà dixit animo etiam ſubjugatum Alaricum.

276. ANTE TUUM FELIX ADITUM.] Infinitas ſanè divitias collegerat Alaricus, ſpoliatis Achaia, Attica, Epiris, Illyrico; quaq; iter habuerat, nec parva erat cum virtute ei felicitas.

278. CEU LEGIBUS EXSUL.] Jure velut ordinario Italia pulſus ob commiſſa facinora. Alibi Stiliconem laudat, quod ſub eo.

Regia Romanus diſquirat crimina carcer.

279. ADDICTUS.] Pœnæ, Lictori jam traditus. Iſidorus, lib. X. Originum: *Damnatus & Damnabilis, quorum prior jam addictus eſt, ſequens poteſt addici.*

279 FLATU PROPIORE SEQUENTUM.] Jam jam imminente, qui comprehendat. Ovidius, Metamorph. 1.

tergoq; fugacis (afflat.
Imminet, & crinem ſparſum cervicibus

280. QUÆ PRIMA MISER.] Non invenit unde incipiat miſeriarum ordinem incipere, ſic principium canendarum Laudum non invenire dicit Claudianus, prima Stilicon.

285. HUNC ESSE FEREBAT.] Philologiam male ſtatus & perſona ſuſtinent.

289. PERPETUO TRACTU.] Apenninus enim mediam ſecat Italiam. Dionyſius Periegeſi.

Μέσση δ' ἀμφοτέρων παρεπέπταται
Αὐσονὶς αἶα,
Πουλυτενής. τὴν μέν τε μέσην ὄρος
ἄνδυχα τέμνει.
Οἷον, ἀπ' ἐκ στάθμης ἰθυμμένον. οὐκ
ἂν ἐκεῖνο
Ἴδοις μαιμώσαιτο σοφῆς ὑπὸ ἔργον
Ἀθήνης
Ὅ ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον.

294. FAMA MELIORE.] Ut ante obitum tamen ægrè faciens hoſtibus, & ultus ſuum caſum. Vetus ſuperſtitio melius mori, qui adverſario prius male feciſſet, id quod Solatiū Mortis vocabant: Vide ad Phædrum Secundo Volumine Adverſariorum. Braſilianos hodieq; Solatium occidendis dare hoſtium lapidatione memorant qui ita viderunt ut penè fuerint experti.

295. PROPIUS TE.] Ut vel ſolo truculento aſpectu ſatiarem odium, quo excidium tibi voveram.

299. EXSERTUM.] Promtum, paratum, ab pugnaturis brachio exſerto. Panegyr. Manlij.

Ac velut exſertus lentandis navita tonſis
Præficitur lateri cuſtos.

Omnia autem diſcrimina ſibi objecta ſpernit Alaricus præ eo quod ſe videt penè captum, fuſum, fugatumque, ſuis artibus à Romano Duce. Illæ aulico homini militariq; (talis noſter fuit) notę, fefellerint nullo negotio Chronologos & Hiſtoricos Chriſtianos.

300. SUCCINCTIOR.] Paratior, obhabile & mobile agmen. Sic ſuccinctius commendatur agmen Alexandri, capitali laudi auctori, apud Curtium, lib. III.

301. FATALIS SEMPER.] Bello Getico, quod huic libro conferendum. A magno Stilicone cave.

302. RETVLIT HOSTILES.] Vir doctus eſt qui obliquè hic notari Stiliconem dicat. Minimè verò, cum priorem fœdus fregiſſe Alaricum, & ſuis artibus merito circumventum tota narratio Claudiani indicet.

303. TRANSFERRET.] Vltrà fluvium; ut is pro muto Romani ab Alarico tueretur.

305. VIOLENTIOR ARMIS OMNIBVS CLEMENTIA.] Sic jungenda ſunt iſta, diſtinctione in optimis Editionibus læſa. Clementia autem iſta ſecurum fecerat hoſtem & opportunum cladi. De Pari, crudelitate rem involvente, & ipſa hac nocentiore, Calpurnius, Ecloga. I.

Candida Pax aderit, nec ſolum candida vultu,
Qualis ſæpè fuit, qua libera Marte profeſſo,
Quam domito procul hoſte, tamen graſſantibus armis,
Publica diffudit tacito diſcordia ferro.
Omne procul vitium ſimulatæ cedere Pacis
Juſſit, & inſanos Clementia condidit enſes.

De ſimulata Pace hoc genus, loquitur & Ennodius Panegyrico Theoderici, ſed loco, ut comparet, corrupto: *Iam diuturnæ quietis diſpendio, per gubernantum vilitatem potens terra conſenuerat. Iam attulerat publicis opibus pax intemerata defectum; cum apud nos quotidianæ depradationis auctus ſucceſſibus, inteſtinus egeret populator, &c.* Quomodo pax *intemerata*, quam prædonem ſinu fovere autumat, inteſtinisq; rapinis ingluviem avaritiæ non poſſe exſatiare? Ennodiana res latet. Scribe: *jam attuleras publicis opib pax internè irata defectū.* Quo genere ſępè corruptus is ſcriptor.

306. EXPVGNAT.] Securitate quodammodo exemtam virtutis Tenori.

307. GRAVIOR SVB PACE LATET.] Caveri nempe difficilior. Huic Martem profeſſum opponit, tacitum ferrum componit, Calpurnius; verſibus adſcriptis. Sententia eſt apud Theognidem.

Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι,
Κύρνε: φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν.

308. FESSO.] Omnibus ſubſidijs ſpoliato. Feſſæ res proximæ peſſum euntibus Maroni, alijs.

309. SOCIVS SVSPECTIOR HOSTE.] Vera ſcriptura, MStis firmata. Perperam Editionibus tumultuantibus.

310. ATQVE VTINAM.] Collectio in iracundiam animi. Perperam mutant.

311. CVNCTOS PERDERE] Vniverſos amittere. Sic in Homero & Marone felices perhibentur, quibus pugnantibus ante infelicem rerum faciem *Trojæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere Barbarior immanitas Regi datur,* ſuos ex iracundia devoventi.

313. VICTA MANVS.] Queritur neminem ſibi victo fidum, Stiliconi favere omnes ſuos.

315. NAVFRAGII FRAGMENTA MEI.] Fortunæ reliquias. Sæpè Ovidius exſul.

315. INFENSI COMITES.] Noſter & Quinque Belgici Libri *Offenſi.*

319. NOMEN CIRCVMSONET.] Ipſā memoriam cladium ſuarum abſpellere animo vovet, inq; loca ſola deſerti, ubi nomen Romanum non audiat.

320 INSTANTE FVGAM STILICONE TETENDIT.] Portendit in Libro noſtro RECVNDIT. Poſtis ſuſpicari aliquid ſimile illi *Turpe retexit iter* Quod ſuprà dixit.

321. AQVILAS.] Congreſſum militarem. Illatio enim ſignorum, conflictus.

322. SAV-

322. SAVCIA LIVIDVS.] Verberibus. Plangentes ora pugnis obverberabant.

323. AGMINE INFERNO MORBI.] Innumeri, male habentem animum ſecuti, Sic priore in Rufinum, ubi ſcena eſt infernarum Larvarum.

324. LVSTRALEM SIC TRISTE FACEM.] Hæc eſt omnium cæterorum ſcriptorum Codicum Lectio CLaverius edidit de Cujacianis, puto. *RITE FACEM.* Sanè Triſte viſu hoc, ut hactenus deſcripti Alarici ſpectaculum cum agmine toto morborum, Nil ergò mutes.

324. LVSTRALEM FACEM.] Quam circum expiandum ſive luſtrandum hominē, rite confectam, in orbem rotaverat antiſtes Operis; eam facem averſim trans caput abjiciebat, piacula ſcilicet ſecum omnia ablaturā. Circumibant cum face talia ſive corpora ſive loca. Lucianus Philopſeude.

ὁ δὲ καὶ ἄλλα ἐποίησε, θεσπέσια, ὡς ἀληθῶς. ἐς γὰρ τὸν ἀγρὸν ἐλθὼν ἕωθεν ἐπειπὼν ἱερατικὰ ἄττα ἐκ βίβλου τινὸς, παλαιᾶς ὀνόματα, ἑπτά, θείῳ καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον, περιελθὼν ἐς τρὶς, ἐξήλασεν ὅσα ἦν ἑρπετὰ ἐντὸς τῶν ὅρων. PLuribus ſuo loco.

325. SVLFVRE CÆRVLEO.] Fumat enim cæruleum incēſum Sulfur. Cærulei etiam uſus cereo adfinis. Vide nos lib. LIII. cap. IV. Bitumen addit, quia tres ſpecies luſtralis materiæ ſulfur, fax, bitumen. Zoſimus libro II. Paratu Ludorum Secularium.

ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ ἐν νεῷ τῷ ἐπὶ τὸ παλάτιον, οἱ δεκαπέντε ἄνδρες ἐπὶ βήματος καθήμενοι τῷ δήμῳ διανέμουσι τὰ καθάρσια. ταῦτα δὲ ἐστι δᾷδες, καὶ θεῖον καὶ ἄσφαλτον.

Alia in Commentarijs Superſtitionum.

326. DOCTVS.] Superſtitionis ceremonias.

327. RORE PIO.] Aſpergine ſacra. Inſtrumenta his ſparſionibus peculiaria picta conſpiciuntur in nummis, quæ ridiculè ad cædem Elefantorum olim retulit Fr. Robortellus. Hoc utilior poſteritati, quod oppoſitis ſuis notationes conſiderationes alijs expreſſit.

327. DIRA FVGANTIBVS HERBIS.] Summa talibus ſuperſtitio Veterum, Dæmonia fugantes herbas ſic memorant Appulejus, Macer, alijq; id genus. Appulejus de Artemiſia, cap. X. *Herbam artemiſiam monoclomon ſi quis iter faciens, ſecum manu portauerit, non ſentiet itineris laborem. Fugat & dæmonia in domo poſita. & prohibet mala medicamenta, & auertit oculos malorum hominum.* De Ariſtolochia, cap. XIX. *Herba Ariſtolochia ſuffumigabis infantem: hilarem facit, & conualeſcit infans, fugato dæmonio.* Idem, cap. LXXI. *Herba verbaſci virgulam qui ſecum portauerit, metu nullo terrebitur, neq; beſtia, neq; occurſus mali moleſtabunt hunc,* Sic Hippocratis Antidotū, cujus ergò ille Athenis corona donatus, quod *mala Dæmonia fuget*, memorat Actuarius libro V. Method. Med. cap. VI. Aliud Theodoretoncōtra Dæmoniacos Nicolaus Myrepſus cap. CCXVIII. Non pauca talia Marcellus Empiricus, alij.

326. TERRIFICVMQVE JOVEM.] Occultis terrificisq; ſacris præſidem. Magicus Juppiter Scriptori Ceiris: *Hinc Magico venerata Ioui Stygialia ſacra.* Tartareus, Valerio Flacco lib. I. *Tartareo tunc ſacra Ioui. Stygiiſq; ferebat Manibus Alcimede. Stygius.* Inſcriptionibus Priſcis. XXIII. 6 7. LII. 11.

328, TRIVIAM.] Dianam, Lunam. Præſidem luſtrationum, vide doctos ad Pharmaceutrias Theocriti & Maronis.

329 TRANS CAPVT AVERSIS MANIBVS.] Errant libri qui iſta mutant. Averſi enim luſtrationum reliquias abiiciebant. Nemeſianus.

> *Ter vittis, ter fronde ſacra, ter thure vapore*
> *Luſtrauit, cineresq; auerſa effudit in amnem.*

Sic nefas erat reſpicere illum qui purgamenta illa luſtralia afferebat. Scholiaſtes Aeſchyli Agamemnone:

παρὰ Ἀθηναίοις ἔθος ὅτι καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ, ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὀστράκιον ἀμεταστρεπτεὶ ἀνεχώρουν. Theocritus Herculiſco:

> Ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις.
> ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα.
> ῥωγάδας ἐς πέτρας ὑπὲρ οὔριον. ἄψ δὲ νέεσθαι
> Ἄστρεπτος, καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ.

Apulejus Herbarius cap. VII. Vbi devotatum in nuptijs reſolvit: *Incende herbam Ariſtolochiam, & ſuffumigato eum, & redito ad domum, & ne poſt vos reſpiatis, reſolviſti eum.* Idem ad morſum colubri, cap. XCI. *reuerſus ita, ne reſpicias poſt tergum, reſolui ſtatim ſanabitur.* Sic muliercula venefica cupiens arcere Flandriæ principatu Theodericum Alſatium: *Occurrit ei quaſi Furia infernalis ad pontem ſuprà fluviũ, quem tranſiturus erat, habens in manibus incãtationum ſpecies, quas clandeſtinò deſcendens ſubtus pontem cœpit cum ipſius fluminis aqua jacere contrà Comitem tranſiturum, trans caput ſuum*, juxtà illud Virgilij *Per cineres, Amaryllì, foras, rivoq; fluenti Transque caput jace, ne reſpexeris* Vti memorat Alanus, lib. V. Commentariorum in Merlinum. Sic luſtrato exercitu lattones apud Achillem Tacitum libro III.

τὸν δὲ βωμὸν καταστρέψαντες φεύγουσιν ἀμεταστρεπτί. οὕτως γὰρ αὐτοὺς ποιεῖν ἐτυχεν μεμαντευμένος ὁ Ἱερεύς.

329. IN AVSTRVM.] Contra ventum. Theocritus. ὑπὲρ οὖρον Alij Libri *in altum* Quo mare, aut flumen capias. Valerius Flaccus, lib. III.

> *luſtramina ponto*
> *Pone iacit, rapidis abeluntur cætera flammis.*

Nihil tamen mutamus.

330. CANTATA PIACVLA.] Quibus mala illa incantata. Devotata dicat Appulejus.

334. CALUISSE.] Ob frequentiam. Calent enim omnia à motu.] Vide ad Appuleium Nos.

335. DACIA.] Magni momenti bellum, quod ideò tanto poſt tempore peculiari Opere exſecutus eſt Dio Caſſius. Trajani rebus non invitus utitur noſter, quod cognationem & ſimilitudinem ejus principis Theodoſius affectaſſe videatur, vide Victorini Epitomam.

335. BELLIPOTENS.] Ad reprehenſionem laurearum ſtudioſus, ut notum. Ea propter Sympoſio eum Deorum inducit Julianus φέροντα ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ τρόπαια, τόπε γετικὸν καὶ τὸ παρθικόν. Ne quis ea ſcilicet abſportaret. Latinis ſcriptoribus infelicior hic cum Nerva ſuo princeps, nemo enim ejus vitæ ſcriptor ſupereſt. Præter Victores duos. Vide IV. Cons. CCCXIX.

336. INDIGNANTES.] Ob crebram rebellionem.

337. CVM CINXERE FACES HYPANIM.] Quis uſus facibus ad Imperium Romanum indicandum? Scribe ex Belgicis Libris *Cum faſces cinxere* Verè. Vbi enim tribunal Legesq; Romanæ, quid dignius legi faſcibus? Air eas provincias Romano juri ſubdidiſſe Trajanum. Sextus Rufus: *Traianus poſt Auguſtum movit Reip. lacertos, Iberes, Boſphorianos, Colchos, in fidem ditionis Romanæ accepit.* Eutropius lib. VIII. *Iberorum Regem & Sauromatarum & Boſphorianorum, Arabum, Osdroenorum, Colchorumq;, in fidem accepit.* Vide Victorem, Dionem, Victorinum. *Hypanis Scythiæ* fluvius, de quo verſiculum Cn. Galli conſervavit Vibius Sequeſter: *Vno tellures dividit amne duas.* Aſiam nimirum ab Europa.

339. AD

339. AD TEMPLA.] Aras focoſque patrios. Nota ejus Principis in Deos ſuos Pietas, utinam in verum; quem nec voluiſſe agnoſcere clarum ex fragmentis Scriptorum. Chriſtianos enim inceſſit, velut ſola pertinacia animorum ſacris priſcis repugnantes, lib. XI.

οἵα ἐστὶν, inqt, ἡ ψυχὴ, ἡ ἕτοιμος ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος, καὶ ἤτοι σβεσθῆναι, ἢ σκεδασθῆναι, ἢ συμμεῖναι, τὸ δὲ ἕτοιμον τοῦτο, ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται, μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ χριστιανοὶ, ἀλλὰ λελογισμένως, καὶ σεμνῶς.

340. GENTIBUS UNDIQUE CINCTAM.] Bella Marci auſpiciis geſta tanta ſunt ut omnis ævi principibus opera ejus opponi poſſit. Conſidera vel ſolum Marcomannicum.

341. FLAMMEVS IMBER.] Intelligit auxilio cœli patratam victoriam contra Quados & Marcomannos, quod Chriſtianorum tamen precibus, non Principis moribus, ob tentum eſt. Hiſtoriam reponere hic operæ non eſt. Conſule Tertulliani Apologet. cap. V. Ad Scapulam cap. IV. Xiphilinum, Capitolinum, Oroſium Lib. VII. c. XV. Euſebium, Hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. V. Zonaram, Cedrenum, Nicefotum; Epiſtola exſtat Marci ipſius, tum alibi, tum Juſtini Martyris Apologiis ſubdita, ubi χαλάζη πυρώδη; hoſtium agmen debellaſſe dicitur. Quo alludit Michaelis Glycæ nota. Marco Imperante ignem de cœlo cadere conſpectum. Meminere & alij ſequiorum ævitatum ſcriptores, ut Otho Friſingenſis lib. III. cap. XXV. Freculphus, Tom. II. Lib. II. cap. XIV. Sateſberienſis Nugar. Curial. lib. VIII. cap. XIX. Pagani Alii Julianum quemdam Poetam & Magum eos imbres confeciſſe jactabant. Alii Arnuphin Ægyptium. Vide Suidam in Juliano. Ipſam pugnam repræſentat Columna Antoniniana Romæ Superſtes. Vide Epiſtolarum Gallicarum ad Joſ. Scaligerum, lib. I. Epiſt. LXXVI.

342. IN HOSTEM.] DCCCC. amplius millium exercitum trahentem. Marci robore admodum contra exili, ut memorat modo memorata Epiſtola, ſi genuina. Vide Xiphilinum & Capitolinum.

344. TABESCENTE.] Liquente vi impacti fulguris aut fulminis. Memoriam rei nunc etiam Romæ ſupereſſe ajunt. Jovis nimirum effigiem fulminantis hoſtes, Romanis pluviam largientis. Cuſpis mox haſtas & pila dicit.

348. CHALDÆA MAGO.] Magicas incantationes loquitur, Chaldæis oriundas. Priore in Ruf.

quid ſigna ſagacis
Aegypti valeant, quæ gens Chaldæa vocatu
Imperet arte Deis.

Hodie perſuaſiſſimum incantamentis tempeſtates moveri. Tempeſtarios vocat maleficos id genus Agobardus, qui non inutilem de ea quæſtione Libellum ſub Ludovico Pio ſcripſit.

350. MARCI MORES.] Summa animi Tranquillitas, Sapientia, Conſtantia, Juſtitia, Æquitas, Æquanimitas, Fortitudo, Clementia, Eruditio, Omnibus Principibus hunc merito præponunt. Peccavit vir maximus non inquiſita apud Chriſtianos veritate, & non raro Superſtitione.

351. PRÆSIDIVM.] Auxilium, ſubſidium. Notamus alibi his Libris.

352. ÆTHER.] Dii ipſi, ejus incolæ. Petronius. *nemo cœlum putat, nemo Iovem pluris facit.* Sulpitius Severus Dialogis: *Qui mundi gloriam calcans cœlo teſte frueretur.* Phædrus.

Vt videantur ſapere, cœlum vituperant.

Sic Sidera. Auctor Ætnæ.

nec humanas fas eſt demittere in artes
Sidera, ſubducto regnant ſublimia cœlo.

Hericus, lib. III. de Vita Germani.

Sternitur & terram porrecto corpore preſſans

 In-

Ingemit, orantiſque hduſerunt ſidera vocem.

353. TITVLOS.] Honotem, Laudem. Vide ad præfat. Belli Getici. Ait non juvando Stiliconem Deos ipſi faviſſe, ut ſolius eſſet ejus gloria. Pariter Cicero pro Marcello.

354. SOCERI SVDORE.] Summa virtute, ſummo Labore. Alibi *quem merui, te non ſudante triumfum?*

357. VRBIS COMMVNES NON PASSA PRECES.] Vera Lectio *Orbis* Alioquin ταυτόλογα hæc. Mirum quo viderint docti tot expoſitores, cum præſertim hujus vitii noſter non ſit.

361. DISSIMVLATA DIV.] Non tepetiſſe hunc verſum in Cujacianis libris ait vir doctus. Non delebit tamen, qui me audiet. Quæritur Roma inſtar neglectæ amatricis ſe eſſe prætetitam, ſuaq; vota principem diſſimulaſſe. Cæteri libri omnes ſervant, malè tamen ſeparant à ſequente nonnulli, unde erroris anſa. Scribe.

querelis

Diſſimulata diu, triſtes in Amore repulſas

Veſtra parens, Auguſta, queror:

364. LIGVR.] *Mediolanum dicit*, urbem amatam Theodoſio, ubi aliquoties Conſul etiam Honorius fuerat, inibique nuptias celebraverat, auctore alibi noſtro.

364. DECERNENS GAVDIA.] Omnes Belgici libri. *diſcernens* Quod recepit Scaliger probavit Camers. Cæteri illud malunt: quos ut eruditiores idemque tamen dicentes, audimus magis.

365. RUBICON.] Limes olim Galliæ, Italiam inde diſpeſcens; Liguribus tum adſcriptus, ſive Galliæ Ciſalpinæ. Non procul Mediolano ad Ariminum. Poſt confectum Gildonem triumfum ait Honotii apud Vrbem exſpectatum: ſed fruſtrà.

369. FRÆNABAM GEMINOS.] Non loquitur de Triumfo. Sed Conſules tum temporis hac pompa Vrbem ingrediebantur, Libro II. Stilicon.

Depoſito mitis clypeo, candentibus Vrbem
Ingreditur trabeatus equis.

Quaca immerito reprehenditur Claudianus hoc loco à Jul. Cæſare Bulengero. Vide quæ ſcribimus ad Papinium. Lib. XII. Theb. v. 532.

372. RADIANTE TOGA.] Trabea, auro intexta. Auſonius, ad Paullinum, quos ſacra Quirini

Purpura, & auratus trabea velavit amictus.

375. SPECTANDA JOVI.] In Capitolium enim ibat pompa omnis triumphalis.

276. CÆLATA METALLO CLASSIS.] Talia monumenta dicabantur in Capitolio translata triumfali pompa. Notarunt ad ſatiem docti Antiquarii.

377. OPPIDA.] Auro, argento, ære, ebore, citro aliquando, ficta, cælata. Vide Res Cæſaris, Pompei; Veſpaſianorum, in Dione, Suetonio, Joſepho, aliis.

378. PALLADIAQUE.] Oliva, arundini innexa. Signo tranquillæ poſt futuræ Pacis per illud æquor. Tritonis gaudia Poetarum choro tranquillitatem pacemque pelagi notant.

386. TVA TE BENEFACTA MORANTEM CONVENIVNT.] H c eſt alloquuntur, compellant, convincunt, Symmachus, lib. I. Epiſt. I. *Ego te noſtri Vatis exemplo, quaſi quadam Lege convenio.* Theodotus Priſcianus, præfat. *Tunc nos non periculi ratio, ſed communis naturæ conditio convenit.* Eugippius, vita Severini, cap XL. *mementote præcepta Sancti Ioſeph Patriarchæ, cujus ego vos indignus & infimus atteſtatione convenio* Lintprandus, lib. I. Hiſtor. cap. II. *Huic Dominus per viſionem apparuit Domini hujus Imperatoris, cujus hic necis exſtiterat auctor, dexteram tenens, eumque ita conveniens.* Cap. XI Ejuſdem: *Rex eum illico ita convenit: Sibyllino ſpiritu uxorem tuam Bertham prophetaſſe credimus. quæ te ſcientia ſua aut Regem aut aſinum facturam ſe promiſit.*

387. ME-

387 MERITISQUE SUIS OBNOXIA VIRTUS QUOD SERVAVIT AMAT.] Acutè atque Eleganter dictum corruperunt Codicem nonnullorum exſcriptores, reducendo *tuis* Quo interit omne pretium ſententiæ. Virtus amat quod ſervavit, huic, alioquin nulli obnoxia, adfectui. Sequentia ſententia eſt. Certum proxime elapſis annis tres ſolum Auguſtos triumfantes intrà ſua mœnia Romam vidiſſe, eoſque non de externis hoſtibus, ſed de civilium bellorum cruentis ſucceſſibus.

389. GARGARÆ.] Horæ anni Poetica notatio. Gargara locus Myſiæ fertiliſſimus. Vide Macrobium, Saturnal. lib. V. cap. XX. Alibi montis Idæ cacumen. Servius. Æneid. IX.

390. SPECTATOSQUE ITERUM NULLI.] Ludos ſeculares dicit ex formula qua proclamabantur, Zoſimus lib. II.

τούτῳ ἦς ὁ τρόπ. ἀναγγέλλεσθαι τῆς ἑορτῆς, περιϊόντες οἱ κήρυκες εἰς τὴν ἑορτὴν συνίεναι πάντας ἐκέλευον, ἐπὶ θέαν ἣν οὔτε πρότερον εἶδον οὔτε μετὰ ταῦτα θεάσονται.

Suetonius Claudium irriſum ſcribit non expleto ſeculo idem proclamari paſſum, cap. XXI. *Voce præconis irriſa eſt invitantis more ſollemni ad Ludos quos nec ſpectaſſet quiſquam, nec ſpectaturus eſſet, cum ſupereſſent adhuc qui ſpectaverant.*

391. CIRCUMFLEXA.] In ſe redeuntia; Anguibus enim expingebantur. Vide notas ad Conſulatum Probini & Olybrii. Sæpius popularis noſtri forte & σύγχρονος, Nonnos eo uno ſapiens quod ebrioſam materiam ſemi inſaniens ſcriptor elegit.

394. TROPÆI.] Statuti intrà Urbem. Noluit triumfum dicere ob civilem ſanguinem.

398. FAVERE TYRANNIS.] Quos illi nec ideranr ei ves meridi ere vult.

399. CUM GALLICA VULGO.] Sæpe primores ſuorum Cæſarum exæquat.

401. NUMQUAM VICISSE DECORUM.] Immo in vetitis, contraque Leges, certaminibus, deterior eſt qui vincit eo quã ſuperatur. Ariſtænetus lib. II. Epiſt. VI.

φανερὸν γὰρ ὡς ἐν πονηραῖς ἁμίλλαις ἀθλιώτερ. ὁ νικήσας.

404. VERIOR.] Juſtior. Veritas & Juſtitia eædem virtutes. Notatum alibi multis.

404. FRUCTUM.] Delectationem. Rutilius Lupus ex Myrone Rhet. *O Fortuna quam magno odio eſt tibi vita beata perpetuus & conſtans fructus.* *Furorem* vocat ſæpius quicquid contrà Romæ majeſtatem fit. Vide ſupra v. CXCI.

407. LARIBUS SEJUNCTA POTESTAS.] Romæ nimirum habitare debens.

408. SUIS A' SEDIBUS.] Vide notata Philippo Betterio Pithanon. I. cap. VII.

409. CUNCTIS TRIBUERE, PALATIA, NOMEN.] A Palatio Romano, ſedes Regiæ Palatia nominantur, id in Palatino mõte, C. Cæſaris domus primum, inde ſedes Principum Euſtathius in Dionyſium Periegetem à Pallante dicta autumat.

ὅθεν καὶ νῦν οἱ ῥωμαῖοι τοὺς βασιλεῖ πέμποντας οἴκους παλάτια καλοῦσι. Vide eundem Betterium, cap. III. ejuſdem Libri. Romæ porrò ipſa Palatium principum. Dionyſius Periegetes.

Θύμβρις, ὅς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα ῥώμην,

Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων,

Μητέρα πασάων πολίων, ἀφνειὸν ἔεθλον.

Illuſtravit hunc Claudiani locum etiam doctiſſimus Surita, Commentario ad Itinerarium Antonini Auguſti titulo, quem nos eumdem eum Æthico ſcriptorem eſſe animadvertimus.

410. NEGLECTO SENIO.] Cui honos cultuſque contra debebantur.

411. ILLIC POSSE REGI.] Non admodum diſplicet conjectura vetus noſtra. ILLINC Quæ numen quoppiam amplius Romæ ad-

mæ adſcribit, ſecuritatemque in ea Regum facit certiorem.

412. MEDIVM NON DESINIT VMQUAM.] Appoſita comparatio. Mediam illi adſignaſſe ait Clementiam, ne propinquior ureret, ſemotior à rigore non defenderet. Sic IV. Conſ.

Nonne vides Operum qui ſe pulcerrimus ipſe
Mundus Amore liget? nec vi connexa per avum
Conſpirent Elementa ſibi qua limite Phœbus
Contentus medio, &c.

415. ET INDVS.] Aliquot Annorum itinere venit venerabundus Auguſtum. Florus, lib. IV. cap. XII. *Et Scytha miſere legatos & Sarmata amicitiam petentes. Seres etiam, habitanteſque ſub ipſo Sole Indi cum gemmis & margaritis Elefantas quoque inter munera trahentes, nihil magis quam longinquitatem via imputabant, quam quadriennio impleverant. Sic ubique cuncta atque continua generis humani aut pax fuit, aut pactio.* De Antonino Pio Victorinus Epitoma Cæſarum: *Populi omnes uno ore in cœleſtium morem propitium optantes de controverſiis inter ſe judicem poſcebãt. Ad quem etiam Indi, Bactri, Hyrcani, legatos miſere, juſtitia tanti Principis comperta.* Ad Auguſtum Legationem deſcribit Dio, Lib. LIII. & indidem Sapientem ſe exuſſiſſe.

417. MVTVA VIRTVS.] Plurimum hic una voce dicit. Qui enim virtuti ſtudebat, honorem ſperare præmium poterat, Qui ei in alium ſententia ſua conferundo adfuiſſet, parem ab eodem exſpectare habebat. Sic erat virtutum quædam ſeries, lubenſque favebat quiſque alteri, intrà conſcientiam ſuam eorumdem præmiorum præſtolator. Quæ omnia in Imperio, ubi ſecundum natales princeps ſuccedit, ſecus habent.

418. NOMEN.] Conſulatum, ſummum tum magiſtratum dicit. In Honorio contrà ſæpius alias natum in purpura & ad eam commendavit.

419. ÆLIA.] A Nerva Ælios ſe nuncupabant Antonini. Ego tamen Adriano id debitum nomen potius autumem, qui eo velut proprio Vrbes monumentaque varia complevit. Et dubito an Æliorum titulum Nerva Trajanuſque uſurparint, negant certe Faſti.

420. TRANQUILLIQUE PII] Doctiſſimus Lipſius Comm. ad Panegyricũ PLinii, diſtinguendum cenſet *Tranquillique, Pii, Bellatoreſque, Severi* Tranquilli enim, ait, titulus Nervæ peculiaris. Vir ſummus non meminerat Nervam jam modo nominatum Pios dicit, quia & Marco id cognomen fuit, ut apetre nummi indicant, immo etiam Commodo, Pertinacique, iiſdem auctoribus. Primi autem *Pii* tranquillitas ſumma fuit, qui miranda majeſtate ſine bello rexit Imperium. Viſe Victorem, Victorinum, Alios. Marcum tranquilliſſimum vocat Eutropius lib. VIII. cum aliis, arguuntque ſcripta quæ ſuperſunt. Nervam etiam Pium notarunt ſequiorum ſeculorum Chronologi, ut Weingartenſe, incerto ſcriptore. Nerva, qui dicitur Pius regnavit annum unum.

420. BELLATORESQUE SEVERI.] Aurelius Victor: *Severus, felix ac prudens, armis præcipuè adeo ut nullo congreſſu niſi Victor diſceſſerit.* Herodianus docet, nullas priorum principum victorias comparandas Severo patratis. Vide Dionem & Spartianum.

422. HOC CIVIS.] Romana majeſtate etiam Principem civitati velut ſubjicit. Fuiſſe ante illic cum Theodoſio patre, civemque geſſiſſe, notatum aſt ſupra.

425. DVCE.] Vtriuſque militiæ. Zoſimus, & Inſcriptiones.

426. ORANTEM.] Orabat enim ſimul & perorabat.

428. LEGVM MATRI.] Vide ad Tertium Laudum.

429. POST LIBYAM.] Receptam nempe. Sic loquitur ſæpius.

431. ADVECTÆ.] Alij Libri *adducta* Tantumdem ſit. Principes vero Curulibus peculiaribus Conſulari ſchemate uſos, hinc patet.

patet. Sic infra Genitoris hæriditaria ſella uſum notat Hieronymum eumdem.

Hic eſt ille puer, qui nunc ad roſtra Quirites
Evocat, & ſolio fultus genitoris eburno
Geſtarum patribus cauſſas ex ordine rerum
Eventuſque refert

433. VIDISTIS IN ILLO ME QUOQUE.] Blandimentis intimorum amicorum Quorum mille formulas alibi colligimus.

434. PIETAS.] Noſtra videlicet. Centum Linguæ notum Poetarum votum.

437. MVNDOQVE.] Nedum Romano Imperio. Rutilius ad Romam.

Vrbem feciſti, quod prius Orbis erat.

438. AB OMNIBVS VNVM.] Ab uno omnia dicere volt. Converſio eſt ſollemnis optimis ſcriptoribus, quam & ipſam alibi enarrare memini.

440. SPECTATOR VEL CAVSSA.] Elegans tranſitio ad Laudes Stiliconis, excuſatio Honorii, quod ipſe Romam non venerit, ſed vicem ſuam tantum virum miſerit. Ait in conſpectu ſuo hæc eſſe geſta Honorius, cum tertium tantum ab eo miliare ab eo afuerint caſtra Alarici. Ravennæ nempe degente. Jornandes. cap. XXIX. *Alaricus Stilicone & Aureliano Coſſ. per Firmium dextro latere quaſi viris vacuam intravit Italiam. Nullo penitus obſiſtente ad pontem applicuit Condinıani, qui tertio milliari erat ab regia urbe Ravennate: Inde ad Honorium Imp. legationem miſit ut Gothi pacati in Italia reſiderent.*

441. BISTONIÆQUE PLAGÆ.] Thraciam, Græciam, Epirum, multis luſtris ſpoliaverant Gothi. Vide Zoſimum. Qui diſſimulat omnia in Italia inter Stiliconem & Alaricum geſta, vel immanibus Laconis eſt exciſus.

442. RVPTAS ALPES.] Vi tranſitas. Sidonius Anthemiano.

ſi ruperis Alpes
Pœnus, ad afflictos condemnatoſque recurre.

445. FRIGORE CONSVETIS.] Ordo eſt, quia gentibus hujus cenſus ipſo frigore favet inclementia, conſuetis videlicet. Inepti qui mutant aut accuſant Libri ferè omnes aliter habuere. Pars. *Fede*, alii *ſidere* Noſter *Fœdere*. Ordo impeditior illuſit Librarios.

450. MEMOREMQUE TVORVM.] Quibus ſe comparat, Vt ille:

Turnus ego, haud ulli veterum virtute ſecundus.

452. FOEDVS LVCIS AMOR.] Quippe mori ſatius vitæ quam ferre Pudorem. Exempla quæ contra nec numero multa, & æternum deteſtata ſunt.

453. MOX ET PER LATIVM.] Scripti Belgæ, cum noſtro, Delrianoque veram ſcripturam ſervant: *Mox erat & late* Quæ omnino recipienda eſt Obſeſſum intra vallum Principem, liberatum à Stilicone canit, quo omnia hæc conveniunt. Adſentitur & Codex A. Schotto collatus, ipſo teſte Obſervat. lib. II, cap. LV. Fatuus qui de veritate dubitet.

455. STELLARVM MORE VIDEBAM.] Ad indicandam multitudinem. Curtius, lib. III. Cum ſpeculatores reverterentur, procul ingens multitudo conſpecta eſt. Ignes deinde totis campis collucere cœperunt, omniaque velut continenti incendio ardere viſa.

456. PRIMOS VIGILES.] Vigilia prima vix excitata, ſuccedente ſecunda, paruiſſe dicit opitulatorem. Quatuor vigilias, ſingulas trium horarum, fuiſſe, notum ex iis quæ de Militia Romana viri doctiſſimi illuſtrarunt.

457. PVLCER.] Ita potius quam alium quemvis dixit. Omni enim loco & tempore bene ominata Pulcritudo. Livius, lib. XXIX. *Ventus coortus aperuit omnia littora Africæ. Scipio quod eſſet proximum promontorium percontatus, cum Pulcri id vocari audiiſſet, placet omen, inquit, huc dirigite naves.* Virgilius. Lib. I.

Naſcetur pulcra Trojanus origine Cæſar.
Id eſt, Felici, beata.

460. ADEVNDA.] Siquidem me ſalvum vellet.

460. ADDVA.] Magnum flumen, Lario lacu oriundum, *Padum influit*. Strabo fine lib.IV. Mentio apud Plinium lib III. cap. XVI. Paullum Warnefridum, lib.IV. cap.XLI. Langobard. &c.

462. EXTERA VEL NOSTRAS ACIES,] Auxilia Barbarica, & Romanos numeros liquerat procul, audito diſcrimine Principis. Verſus non ſunt ſpecie ſatis ingenua, mihique animus exturbare non pauca verba, ſic reſtituto ſibi auctoris Genio:

perrumperet agmen?
Sed paucis comitatus erat. Hoc ille locatus
Ancipiti, longum ſocias tardumque putavit
Exſpectaſſe manus

Non uno loco tantum ſcriptorem hujuſmodi nugæ corruperunt.

466. VIRTVTE PIA.] In Principem & Generum. Divina hic non conſideratur.

469. FVLMINEO SECVIT TENTORIA CVRSV.] Verba indicant velocitatem tranſeuntis. Pariter Jornandes, Getic.XVIII. *Ibi dum Equos exercitumque laſſos refoves, illico Cheva cum Gothis in modum fulminis ruit, vaſtatoque exercitu, Imperatorem trans Alpes proturbavit*. Claudianus. I. Stilicon. v. CXCVIII. *Fulmineum perſtrinxit iter* Nicetas Choniates in Joanne Comneno:

ὕβριν τοίνυν οἰκείαν ὁ Κωνσταντῖνος τὰ τοῦ Μακεδόνος ἠγνοσμένος ῥήματα, ὡς καταιβάτης πρηστὴρ, ἡ δορκὰς ὀρεσίτροφος θάμνων διαλλαγμένη, τῷ διεστρατηγῷ προσούνται. Anna Comnena, Alexiad. I. ἐν ἀμηχάνοις ἦν τὰ πράγματα τηνικαῦτα Ῥωμαίοις, τοῦ βαρβάρου τούτου δίκην κεραυνοῦ, τὰ πάντα ἐξερχομένου. Eadem, fine Ejuſdem Libri: ὁ δὲ αὐτίκα σὺν ῥύμῃ ἀκαταχέτῳ, καθάπερ τις ἐπιῤῥυεὶς κεραυνὸς τῶν καινίνων, καὶ ἱερχῶ, καὶ τοῦ αὐλῶνος παντὸς ἐπελάβετο. Poetis Latinis nihil crebrius.

470. NVNC MIHI.] More ſuo Antiquitatem Græcam Heroum ſuorum comparatione deprimit. Nota res de Homero & Sophocle. Rheſum enim minimè ſcripſit Euripides.

475. AVGENTIBVS OMNIA MVSIS.] Alibi pariter in ſua vineta ſævit *Omnia vates In majus celebrata fuerunt*. Ovidius lib. III. Amorum.

Exit in immenſum facunda licentia Vatum,
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.

Auſonius.

Falſidici vates, temerant qui carmine rerum.

476. IMPETVS EXCESSIT ZEPHYROS.] Vide Homerum, Iliad. K.

Τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον, ἠδὲ μεγίστους,
Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

477. ECCE VIRUM.] Comparatione cujus fœminas dicas cæteros, qui noctu excludendis adverſariis famam gloriamque quæſiverint.

479. FURTIS.] Cædibus furtivis. Furta armorum Silio.

481. RIPIS MVNITIOR.] Tranſeundo prius flumine, quam ad eum adeſſes, cujus ripæ ipſius erant tutela.

482. NON VIGILVM.] Optimè tres Belgici libri, *Nec vigilem* Quibus aſſentitur etiam noſter. Scaligerum non attendiſſe, mirum.

485. MINACEM.] Quicquid contrà ſentiant Libri, Claudianum reliquiſſe puto *Sic ille minacem Tyrrhenum labente manu propon te repellens* Minax Tyrrhenus pulerè totam Porſenæ aciem notat, quam manu dicit ſua repuliſſe Coclitem: Neque aliter videri vult

Stilico-

Striliconem, cum ait *Enſe palam ſibi fecit iter.* Manu arma, virtutem robur, denotat. Bello Getico

Solus erat Stilico qui deſperantibus Augur
Sponderet meliora manu.

486. TEXERAT VRBEM.] Veluti manibus tegi poſſet. Pentadius Epitaphio Hectoris.

Hunc ferus Æacides circum ſua mœnia traxit,
Quæ juvenis manibus texerat ante ſuis.

Manilius, lib. I.

Nobiliorque viris & Clœlia virgo
Et Romana ferens quæ texit mœnia Cocles.

Iderr.lib.IV.

Solus & oppoſitis clauſiſſit Horatius armis
Pontem urbemque ſimul.

487. SVPERBVS.] Ut ſolus Victor tot Porſenæ manipulorum. Sidonius de Porſena ad Romam. *totam te pertulit ultro Coclitis in clypeo preſſerunt millia ſ.lum Multa virum, pendente via, nec ponte ſoluto Cum caderet, cecidit.*

492. CHOROS.] Tota agmina vatum & Encomiaſtarum dicit. Chorus, omnis lætitia. Alibi.

Nec minor in cœlo chorus eſt.

493. PARENTEM.] Stiliconem, qui parens Publicus, Symmacho; Principum, Prudentio.

494. ANTIQUÆ RAVENNÆ.] Zoſimus, lib. V.

Ῥαβέννη, μητρόπολις ἐστι Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θεσσαλῶν ἀποικία, ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι.

Vide Jornandem, Geticar. XXIX. Procopium initio I Gothic. Strabonem lib. V. Erat ergo tum Ravennæ Honorius, non Mediolani, ut viſum alias.

495. ORA PADI] Jornandes: *Ravenna Vrbs inter paludes & pelagus, interque Padi fluenta uni tantum patet acceſſui. Hæc in ſinu Regni Romani ſuper Ionium mare conſtituta in modum * Influentium aquarum redundatione concluditur. Habet ab Oriente mare, ab occidente, per quas uno anguſtiſſimo introitu ut porta relicta eſt. A Septemtrione ramus illi ex Pado eſt, à meridie ipſe Padus.*

496. CERTIS VBI LEGIBVS.] Vide Procopium.

499. LVNARIBVS ÆMVLA DAMNIS.] Æſtu ad Lunam reciproco. Vide quædam ad Rufinum noſtri, Rutilium, & Gulielmum *Britonem* Aremoricum. Damna, decrementa Lunæ. Julius Firmicus prologo: Quid duodecim facerent ſigna, quid Lunæ velox motus, aſſiduaq; Luminis vel augmenta vel damna. Gellius, lib. XX. cap. VIII. Aucta & damna apponit.

500. FANO FORTVNA.] Civitas hujus nominis. Sidonius lib. I Epiſt. V.

501. METAVRVS.] *Fluvius Vmbriæ, in ſinum Adriaticum exonerans.* Vibius Sequeſter. Loca qui volet in tabulis Geographis indaget, nos iſti operæ parcimus, cuicunq; præſtabili.

502. MONS ARTE PATENS.] Partim vivum arcum, partim arte factum tranſitum dicit, junctam operi naturam. In noſtro Codice clare ſcriptum eſt *Arce patens* quam lectionem edidit de ſuis etiam Joannes Camers. Nihil mutamus.

505. CLITVMNI SACRAS VICTORIBVS VNDAS.] Pompis Romanorum Procerum inde lecti albi Equi. Virgilius, Georg. II.

Hinc albi Clitumne greges, & maxima Taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad Templa Deum duxere triumfos.

Servius. *Clitumnus fluvius eſt in Mevania, quæ pars eſt Vmbriæ, partis Tuſciæ de quo, ut dicit Plinius in Naturali hiſtoria, animalia quæ po-*

taverint albos fœtus creant. Propertius, lib. II. Eleg. IX.

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
Integit, & niveos abluit unda boves.

Papinius, primo Silvarum:

nec ſi vacuet Mevania valles,
Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros.

De Pari fluvio Macedoniæ, Seneca Nat. lib. III. c. XXV.

507. CANDIDA.] Albis enim Equis triumfabatur. Noſter III. Stilicon.

Illinc flavente Sicambri
Cæſarie, nigris hinc Mauri crinibus irent,
Ipſe altis veheretur equis: currumque ſecutus
Laurigerum, feſto fremuiſſet Carmine miles.

Ultima tempeſtate Gulielmus Brito, lib. XII. de Cæſare & Pompejo.

Roma tamen neutri ſic exſultavit eorum,
Nec tam lætifico cecinit Pæana canore,
Intraturo in equis Capitolia quatuor albis.

508. MIRACULA FONTIS PRÆTEREUNT.] Fontium miracula non pauca apud Ovidium, lib. XV. Vitruvium, lib. VIII. Philonem, Plinium, lib. XXXI. Solinum, &c. Quorum neſcio an quiſquam iſtum attigerit.

510. SIMILES UT CORPORIS UMBRAS.] An ergo miraculoſus iſte fons, non tam umbras oſtendit hominum quam mores? Quomodo autem mores ſi non umbras? Noſter Codex clarè habet *ut corporis undas* Uti dicat hunc undis concipere non tam corpora quam mores hominum. Prodigioſa utriuſque lectionis res eſt, & explicatam vellem. Sanè non ſpernam *&* *undas.*

515. RARIQUE COLORIS.] Sulfurei. Nat ſcilicet. Nota omnia. Silius lib. VIII. Narque albeſcentibus undis In Tiberim properans. Vide Procopium. Gothic. I.

519. SALUTATO LIBATIS TIBRI CELIMFIS.] More priſco venerandi flumina. Heſiodus.

Μηδέποτ' αἰενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ
ποσσὶ περᾶν πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.

Vide qui de Formulis congeſſerunt.

521. OPEROSAQUE SEMITA VASTIS MOLIBUS.] Magnitudine molium arctata ſemita, ut operoſus ſit tranſitus. Poreſt & operoſa ſemita maximis molibus ſtrata dici, in quam ſententiam video doctis iſta citari. *Alta Semita*, regio Romana nota. Mos etiam Accedentibus principibus ornamentis ſtipare vias. Eumenius Panegyrico: Exornavimus vias, quibus in Palatium pervenitur, paupere quidem ſupellectile, omnium ſigna collegiorum omnium Deorum noſtrorum ſimulacra pertulimus, &c.

523. OFFICIIS TREPIDANTIBUS.] Incerta adhuc ſpe proci. Trepidant omnia quę properant.

524. ANGUSTAT JASPIDE PECTUS.] Ponebant in gracilitate corporis decus puellarum veteres, idque procurabant cingulis & deducto cibo. Terentius Eunucho:

Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient.
Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe ajunt, deducunt cibum.
Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas.

Id eſt tenues & pallidas, interprete Donato. Prudentius de nobiliſſima Puella, Eulalia:

Nec

Nec mora, carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant.

Hieronymus Epiſtolis: *De induſtria diſſuta ſit tunica, ut aliquid intus appareat: operitur quod fœdum eſt, & aperitur quod formoſum. Criſpantes cingulo anguſtum pectus arctatur, capilli vel in frontem vel in aures defluunt. Iaſpis*, fibula, ex ea gemma.

527. SUBSTRINGITQUE COMAM GEMMIS.] Ornamenta muliebria dudum doctis expedita. Capitis, colli, pectoris, jungit pulcrè Prudentius.

trinalis acus, redimicula, vitta,
Fibula, flammeolum, ſtrophium, diadema, monile. &c.

527. BACCIS.] *Margaritis*, Gloſſæ Iſidori: *Baccatum, margaritatum*. Tribacca, margarita in tres alias pretioſa apud Publium Mimum, citante Petronio.

528. BACCIS ONERET AURES.] Vulnera aurium agnoſcit PLinius. *Mos Romanus matronarum aures pretioſiſſimis margaritis onerare*. Horatius lib. II. Serm.

Filij Aeſopi detractam ex aure Metellæ
Diluit inſignem baccam.

Juvenal. Sat. VI.

Auribus extenſis magnos commiſit Elenchos.

Alcimus Avitus ad Fuſcinam Sororem.

Nec tibi transfoſſis fixerunt auribus aurum
Quæ compenſarent pendentes vulnera baccæ.

Viri etiam factitabant, more peregrino. Macrobius lib. VII Sat. cap. III. *Octauius, qui natu nobilis videbatur, recitanti Ciceroni ait, non audis quæ dicis. Ille reſpondit: certè ſolebat bene foratas habere aures. Hoc eò dictum eſt, quia Octauius Libya oriundus dicebatur, quibus eſt mos forare aurem*. Petronius adſcribit Arabibus: *Pertunde aures ut imitemur Arabas*. Aſſyriis aut Syris, Juvenalis. Sat. I.

Natus ad Eufraten, molles quod in aure feneſtræ.
Arguerint.

Mauris cum Cicerone Dio in Macrone:

τάπε γὰρ ἄλλα, καὶ το οὖς τὸ ἕτερον κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς τῶν Μαύρων ἐπιχώριον, διετέτρητο.

De Lydis Xenophon, Anabas. III.

529. AUCTIS COLLIBUS.] Imitatio Papiniana. XVII Conſ. Domit.

Exſultent Leges, Latiæ gaudete Curules,
Et Septemgemino jactantior æthera pulſet.
Roma jugo.

530. NOTA MAJOR.] Quales fingebantur Dij. Alibi his Commentarijs.

531. NOVA MOENIA.] Recens tum inſtaurata. INScriptionem ponunt Aldus Manutius, Gruterus, alij. S.P.Q.R. IMP. CÆS. DNN. N. N. INVICTISSIMIS PRINCIPIBVS. ARCADIO. ET. HONORIO. VICTORIBVS. AC. TRIVMFATORIBVS. SEMPER. AVGVSTIS. OB. INSTAVRATOS. VRBIS. ÆTERNÆ. MVROS. PORTAS. AC. TVRRES. EGESTIS. IMMENSIS RVDERIBVS. EX. SVGGESTIONE. V.C. ET. ILLVSTRIS. MILITIS. ET. MAGISTRI. VTRIVSQVE. MILITIÆ. FL. STILICONIS. AD. PERPETVITATEM. NOMINIS. EORVM. SIMVLACRA. CONSTITVIT. CVRANTE. FL. MACROBIO. LONGIMANO. V.C. PRÆF. VRBI. D.N. M. Q. EORVM. Errant qui de Imperatore Colligentes hanc inſtaurationem poſt captam ab Alarico urbem collocant. Ea tamen tanti non fuit, quin paullo poſt Theodericus Rex Gothorum annuam pecuniam eidem munitioni deſtinare opus habuerit. Caſſiodorus Chronico: Rex *Theodericus Romam cunctorum votis expetitus aduenit, & Senatum ſuum mira, affabilitate tractans, Romanæ plebi donauit annonas, atque admirandis mœnibus deputata per annos ſingulos maxima pecuniæ quantitate ſubuenit.*

553. DECORI TIMOR.] Metu enim Gothorum mœnia refecta. Paullinus eadem re. Natal. VIII Felicis.

fidant legionibus illi
Perſugioq. paréte raparatis mœnia muris.
Nulla ſalutiferi quib. eſt fiducia Chriſti.

534. SENECTUS.] Ruinæ & rudera collapſarum molium Idem Paullinus. Nat.X.

Hinc operum tempus confunditur, & nitet extrà
Parietibus nouitas, latet intus operta vetuſtas,
Fronte juuentutis tegitur fucata ſenectus.

535. SUBITAS TURRES.] Alludit inſcriptionem.

535. CINCTOSQUE COEGIT.] In noſtro Libro *cunctosque*.

537. SOLITOQUE DECENTIOR AER.] Idem alibi ſæpè. Vide ad.IV. Conſul.

538. QUAMVIS ASSIDUO.] Alluſiſſe dicas diſtichon Maronis, ipſo dignum.

Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane,
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

539. PRINCIPIS ET SOLIS.] Papinius de Domitiano.

inſignemq. aperit Germanicus annum.
Atq. oritur cum Sole nouo, cum grandibus aſtris
Clarius ipſe nitens, & primo major Eoo,

Neq; abſimiliter Paullinus. Nat.IX.

Sed bene quod ſibi Sol Felix, propriumque coruſcat
Natali jubar ipſe ſuo.

540. DETERSA.]Eleganter, velut manu. Horatius.

Albus ut obſcuro deterſit nubila cœlo Sæpè Notus Fulgentius, Mythol I. *Regis felicitas, aduentantis velut Solis crepuſculum mundo, tenebris debiſcentibus, pauores exterſit.*

541. LUNAMQUE RUDEM] Novam. Appulejus lib. XI. rudem dedicantes carinam primitias commeatus libant. Idem Lib. VI. Doctorum ſtilis rudis perpetuabitur Hiſtoria.

541. AUSTER.]Tres Belgici Libri *Auſtro* Me invito. Obviam effuſum principi populum mox indicat, more noto dilectis. Suetonius Calig.cap.IV. de Germanico: *Sic vulgo fauorabilis ut plurimi tradant, quoties aliquo adueniret, vel ſicunde diſcederet, præ turba occurrentium proſequentiumq. nonnumquam eum vitæ diſcrimen adiiſſe.*

543. QUA MONS.] Noſter Codex *quod mons.*

544. LICUIT CONSURGERE TECTIS.]Videndi prætereuntis ergo. Martialis lib.X.Epigr.VI.Reditu Domitiani:

Quando erit illa dies, qua campus, & arbor, & omnis
Lucebit Latia culta feneſtra nuru.
Quando moræ dulces, longusq. à Cæſare puluis
Totaq. Flaminia Roma videnda via.

Paria Plinius Panegyrico

545. UNDARE.] Fluctibus velut. Populi copia talis. Virgilius:

Manè ſalutantum totis vomit ædibus undam.

Claudianus, Paneg. Probini. *populis undare penates*.Papinius, Thebaid.II.

foribusque immiſſa ſuperbis Vnda fremit vulgi.

546. MATRIBUS ÆDES.] De ſummo loco ſpectantibus. Vide J. Lipſij Commentaria ad PLinij Panegyricum. Papinius. II. Thebaid.

attonitæ tectorum è culmine ſummo
Proſpectant matres.

548. PROSPERA FATA.] Pleriq; Belgæ Libri *proſpera fati* Vti Edidere quoque Aldus & Camers. Nihil mutamus. Noſter Codex. *in hunc ſe proſpera fata Gratantur duraſſe diem* Quod eruditius cæteris. Nil tamen mutamus.

550. QUO TEMPORA SOLUS.]Mendoſa hæc quis ſtupor non videt? Scaliger, Claverius, Aldus, Camers, potuerunt pati unam vocẽ bis uno verſu in Claudiano legi. Quinq; Belgæ

Belgæ cum noſtro habent *Quod pectore ſolus.* Scribe.

> *moderataq; laudant*
> *Tempora, quod clemens aditu, quod pectore: Solus*
> *Romanos vetuit, currum præcedere patres.*

Aditum ait ipſum veram pectoris dementiam manifeſtare. Sic laudat Stiliconem, Lib. II.

> *nec virus in alto*
> *Condere, nec lætam ſpeciem prætendere fraudi.*
> *Sed certum, mentique parem componere vultum.*

551 VETUIT CURRUM PRÆCEDERE PATRES.] Notes morum priorum Principum. Claudij verò & major modeſtia, qui Plautium triumfantem ipſe proſecutus eſt, Scandenti Capitolium ſiniſtra acceſſit, uti ſcribit Eutropius libro VI. Aureliani Zenobiam triumfantis currum Patres præceſſiſſe auctor in eo Principe Zoſimus.

552. CUM TAMEN EUCHERIUS.] Unicum pignus virile ſuum ut habuerit, pari nimirum cum ipſo vate noſtro, dignitate, Stilico, notarunt jam alij ex Zoſimo. Si non ſolido in Honorium animo, aſtutius, quam prudentius. Sed cur orbe principi non de hoc hærede cogitaverit Stilico. potius, quam ut ſuo quæſitum, ſervatum, propagatum cõſilio, ſanguine, Imperium ignavo cuiquam alteri ceſſerit? Tamen negarunt omnia hoc genus etiam peſſimè extorti ejus familiares, *jam* etiam functi.

554. DURA PARENTIS.] Paria II. Laudum.

> *poſcentibus ipſe*
> *Reſtiteras, & mens aliorum prona faveri;*
> *Iudex dura fui.*

555. VEL.] ET. Notatum alibi. Paullinus. Nat. IX.

> *manet hæc diſcordia mundo,*
> *Parte ſequente Deum, vel parte ruente per orbem.*

Eodem Ante:

> *vir tam bonus ore magiſtro*
> *Quam ſacer eſt victore animo, vel corpore victo.*

Fine Octavi.

> *Nec cruor hæc violet quæ flamma vel unda refugit.*

556. SIBI CVRA SENUM.] Suo ſcilicet commodo. Cura ſenibus adſcribitur, quod omnia expendant, metuant. Latinus apud Maronem.

> *O præſtans animi juvenis, quantum ipſe feraci*
> *Virtute exſuperas, tantò me impenſius æquum eſt*
> *Conſulere, atq; omnes metuentem expendere caſus.*

Sæpè eos nimia cura negotijs ſemovit, ut Ciceronem conſcientia Cæſari fatalis conſpirationis Bruti & Caſſii, auctore PLutarcho.

557. MATURA ÆTAS.] Robuſta, media Juventutem & Senectam. Vox duplicis poteſtatis, alibi nobis enarrata.

558. AULÆ.] Imperij. Epithalam. Honor. Vocat ita & domeſticam vitam Principum, ut inter Ludibria Aulæ Neronianæ ponit Claudium Suetonius.

560. FLORE.] Lanugine prima. Vide ad Panegyr. Probin.

561. GEMMATO.] Uti erant veſtes Imperatoriæ. Corippus, lib. II.

> *Nobilibus gemmis, & vivo lucidus auro.*
> *Baltheus effulgens lumbos præcinxit heriles.*
> *Cæſareos humeros ardenti murice texit*
> *Circumfuſa chlamys, rutilo quæ ornata metallo*
> *Principis exerta vincebat lumina dextra.*
> *Aurea juncturas morſu præſtrinxit acuto*
> *Fibula, & à ſummis gemmæ nituere catenis.*

Quin erant conſertę gemmis veſtes. Vopiſcus Aureliano: *Tunc illæ veſtes, quas in Templo Solis videmus, conſertæ gemmis, tum Perſici Dracones; & Tiara, tum genus purpuræ, quod poſteà*

nec

nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis vidit. Sic pratum vocat Nicetas Choniates Imperatorio habitu amictum principem.

563. CERTATURA LYÆO.] Inter formoſiſſimos Bacchus. Alibi de Honorio.

> *Talis Erythraeis intextus nebrida gemmis*
> *Liber agit currus.*

Et III. Cons. Hon.

> *Quis non Luciferum roſeo cum Sole videri*
> *Credidit, aut junctum Bremio radiare*
> *Tonantem?*

565. CALET ORE PUDOR.] Ruborem modeſti Pudoris ſuffuſum ſæpius dicit.

566. DRACONUM.] Vexilla temporibus iſtis uſitata. Supra notata.

δράκοντες λεπτῶν ὑφασμάτων vocat Themiſtius, Orat. VI. Nobili hac ſententia: ὅτι οὐ χρυσοῦς ἀετὸς, οὐδὲ δράκοντες λεπτῶν ὑφασμάτων, οὐδὲ, μὰ Δία, τοξόται ἐπίσκοπα, καὶ ἀγκυλίζειν, ἀλλ' εἰ ἡ ψυχὴ ἄνω ὁρῶσα πρὸς τὸν τοῦ παντὸς βασιλέα συντέτακται, καὶ ἀρχομένη ἐκεῖθεν ὅσα οἴονται ἀρύεται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἐπὶ τῆς γῆς βασιλείαν.

Principis ſcilicet ſigna & documenta ſunt. Horum autem verſuum auctoritate contra Bartolum & Vallam abutitur And. Alciatus Parerg. lib. V. cap. XIII.

569. CHALYBE INDUTOS EQUITES.] Cataphractos. Vide ad. II. in Rufin Salluſtius Hiſt. IV. *Qui prætergrediebantur Equites cataphracti, ferrea omni ſpecie. Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant.* Ubi rationem conficiendorum talium clarè vides.

571. METALLO INFORMATE EQUOS] Ammianus lib. XVI. *Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros; quos laminarum, circuli tenues apti corporibus flexibus ambiebant, per omnia membra deducti.* Idem, lib. XXV. *Erant omnes catervæ ferratæ, ita per ſingula membra denſis laminis tectæ, ut rigentes junctura compagibus artuum convenirent.* Vide & Heliodorum, libro Nono.

573. SIMULACRA VIVA.] Statuas dicit. Simplicitati puellari pulcrè eſt affićta oratio: Sic *pollice* mox monſtraſſe dicit, facilè *indicem* potens. Quam rem non animadverterunt, naſo ſub ablati arguti nimis carptores.

575. JUNONIA CRISTAS ORNET AVIS] Vide Lipſium li. III. de Militia Rom. c. V.

576. RIGIDOS VIBRATA PER ARMOS.] Sericas faſcias intelligit, quibus enſes ſuſpenſi, aut galearum coni ornati. Cataphracti auratis ſquamis ornabantur. Maro.

> *Spumantemq; agitabat equum, quem pellis aënis,*
> *In plumã ſquamis, auro conſerta, tegebat.*

Propertius.

> *Neve tua Medæ lætentur cæde ſagittæ*
> *Ferreus aurato neu cataphractus eque.*

577. MERCEM.] Mercedem, præmium. Petronius. Tertullianus init. de Habit. *Muliſi tanta in terris moraretur fides, quanta merces eius exſpectatur in cœlis, nulla veſtrum latiorem habitum appetiſſet.* Alanus, libro III. Egregia ſententia.

> *Qui calcauit opes animo victore, malignum*
> *Deuicit, carnemq; ſibi ſeruire coegit,*
> *Cœtibus angelicis tales adſcribit Honeſtas*
> *Vita, virtutis meritum, merceſq; Laboris.*

579. CURRU VECTUS EODEM.] Vt ante Theodoſius pater. Honos enim iſte ſummus, & dignationis patriæ. Ammianus, libro XXVI. *Valentem pronunciauit Auguſtum, decoreq; Imperatorii cultus ornatum, & tempora diademate redimitum, in eodem ſecum vehiculo reduxit, participem legitimum poteſtatis.* Neq; video ſanè qui major honos exhiberi poſſit cuipiam, quam talis omnium venerationi ingeſtio.

580. INFANTEM MORIENS.] Annorum tamen Vndecim, ut Idatius notat. Et ſacris altaribus ad Exſequias Theodoſii juveni propinquum aſtitiſſe dicit B. Ambroſius.

584. FIDES. Vide. II. Stilicon. XXX.

587. HIC EST ILLE PVER.] Mirifica Energia. Alibi *Hic ille eſt Stilico.*

588 AB

588. AD ROSTRA QUIRITES.] More Conſulatum ingredientium. Vide Plinium Panegyr.

589. SOLIO EBURNO.] Curuli ſella Conſulati. Notæ etiam picturæ.

594. AGNOSCUNT PROCERES.] Unum velut ex ipſis. Ait omnia ad veterem morem redacta, Senatoribus jus velut conferentibus principi.

596. ALES VICTORIA.] Rectè ita docti viri. Et clare Codex noſter, cum tribus Belgis. Noti nummi, aliaq; monumenta talem præſentia. Noſter III. Stilicon.

certa fuere
Gaudia, cum totis aſſurgens aurea pennis
Ipſa Duci ſacras, victoria, panderet ædes.

598. ROMANÆ TUTELA TOGÆ.] Aſſignata velut Romano Imperio. Vopiſcus Probo: Juno Regina, tuq;, virtutum præſul, Minerva, Tu Orbis Concordia, & tu Romana Victoria. Noſter. III Stilicon.

Victoria panderet Aedes,
Et palma viridi gaudens, & amicta Tropais,
Cuſtos Imperij, Virgo.

Nazarius Panegyrico: *Cujus diuina virtus, & ejus comes appendixq; victoria, Vrbem Romam non præcipitantem excepit, ſed afflictã excitauit.* Intelligit noſter ſimulacrum Victoriæ in Curia cultum, de quo diſceptabatur tũ temporis. Id memorat in Auguſti funere Suetonius, cap. V. *Cenſuerunt quidam funus triumfali porta ducendum, præcedente Victoria, quæ eſt in Curia, canentibus næniam principum Liberis.*

595. TUTELA.] Cuſtos, tutrix Gratius Cynegetico.

599. PATRITII SACRARIA COETVS.] Curiam Romanam dicit. Victoriam ab Hierone dono miſſam, pondo. CXXX. auri pendentem, in Templum Jovis Capitolini, atcem Romanæ urbis, dedicavit, ut manſuram ſemper, Senatus Romanus. Livius lib. XXII.

602. PROMITTIT IN ÆVUM.] Par votum illi Hieronis. Vide Livium.

603. PATRIIS LARIBUS.] Palatium dicit petiiſſe via Sacta. Domũ id Auguſti ſępius.

604. NOMINE VERO.] Te illucitet faciente. Sic conſecraſſe domos privatorũ ſactis veſtigijs Theodoſium dicit Pacatus in finem Panegyrici. De via Sacra vid. Varro lib. IV.

602 FLAGRAT STUDIIS CONCORDIA VULGI.] Colendo in adorandoque te. Sidonius pari re, Panegyr. Aviti.

Seditioſa ciet concordem turba tumultum.

606. NON ILLECEBRIS DISPERSI COLLIGIS AURI.] IV. Conſulat. DIV. *Perdurat non emta fides* Paria etiam II. Stilicon. Sparſionem in vulgus pecuniæ intelligit, ſollemnem prioribus Principibus. Conſulum ea conſuetudo. Leo Imp. Novella XCIV. Abrogarunt Valentinianus & Martianus. L. II. Cod. de Coſſ. lib XII. Indulſit iterum ſed conditionib. certis, Juſtinianus, Nov. CV. Denuò infirmare niſus Leo Novella dicta, ſed citrà effectum, ut omnes Conſtitut. ejus principis ne vivo quidem auctore auctoritatem Legum habuerunt. Mihi ratio non inepta videtur Fl. Vopiſco dicta, ſi, inquit, magiſtratus talis virtutibus deferrut, Editorem ſpoliare non debet. Aureliano.

609. SUA QUEMQUE SALUS.] In Salute Cæſaris conſiſtens. Phœdrus.

Lætare incolumis Roma ſaluo Principe.

611. SECRETI NUMINIS.] Quod veneretur in præſente Principe. Aeternitatem in Populo, Principe, Imperio, Romanis ubique præfert Claudianus.

614. REGIA CIRCI CONNEXUM GRADIBUS VEN. PUR VULGUS] Cõnexum ob denſitatem, velut unum corpus opponit Principi populum in Theatro Circove conſidentem. Ingrediens autem Theatrum Princeps populum adorabat, vide notata doctiſſimo Taciti Commentatori, alijsque alibi. Notandum pari Ratione Veteres Antiſtites ſalutaſſe plebem, cum Templa concionaturi intrarent. Heticus lib. III. de Germano ſuo.

hinc ſacris ſeſe ſollemnibus aptat
Elatis manibus plebem de more ſalutans.

 Ster-

Sternitur, & terram porrecto pectore preſſans,

Ingemit, orantiq; hauſerunt ſidera vocē.

Connexum autem ſcribendum, quis non videat? etiam elegans Lectio ſit.

620. CAVÆ VALLIS.] Cujus ſpeciem Theatri aut Circi cavitas facit. Capi poteſt Vallis Murtia. Servius in VIII. Aeneiden: *Cavea eſt, ubi populus ſpectat. Vallis autem ipſa ubi Circenſes editi ſunt, ideo eſt dicta Murcia, quia quidam vicinum Montem Murtium appellatum volunt. Et eſt eadem cavea circi.*

621. PLEBIS ADORATÆ.] Etiam Triumphantes Principes venerabantur PLebem Symmachus, lib. X. Epiſt. XXVIII. *Oro atque obteſtor, ne populum, quem triumfantes ſæpè veneramini, cæteris urbibus conferatis.* Cætera notata alijs.

625. CINGUNT ARVA TIGRES.] Implent, dicas. Omnino tamen, ut olim, ſcribendum arbitror *A R M A.* juvante variatione. Nam quod arriſit doctis *rava tigris* nauci non eſt hoc quidem loco. *Arma quadrigis* equorum ſueta addi, Tigridum curribus an juncta. De ijs in Circo nemini res ignora, Junxit Tigres currui cum Bacchum præferret, Alagabalus, ſcriptore Lampridio.

625. SUBITÆQUE ASPECTUS ARENÆ.] Subitò immiſſas feras, eo loco eaque forma non exſpectatas. Ludicris id genus aut commiſſionibus affectata miracula ſæpius indicant Claudianus, ſcriptoresq; alij, Arena, ſpectacula, curſus, pugnæ.

626. LYBICOS CRUORES.] Africanas feras notatiſſima ſpectacula. Quæſita vide ex proverbio Africam ſemper aliquid ferre novi.

627. BELLIGEROS LUSUS.] Gladiarorum, in ſpeciem veterum; aut commiſſa ſimulacra bellorum. Illuſtrarunt docti pridem omnia, peculiaribus libellis, Adverſarijs, Semeſtribus, ad Manilium, Ammianum, alios.

627. AREA.] Spatium Circi. Vide Scaligeri notas ad Lib. III. Manilij.

628. TEXTAS LEGE FUGAS.] Curſus, recurſusq;, Maro, lib. V.

Haud aliter Teucrûm nati veſtigia curſu

Impediunt, texuntq; fugas, & prælia, ludo:

629. PULCRAS ERRORUM ARTES.] Ita retinuit vulgatam ſcripturā Scaliger. Claverius de Cujacianis *errorum acies* Conſenſu Belgarum duorum & noſtri. Nobis tamen prius illud magis placet, cum tota res ſit in arte veritatem imitante. Favent & Aldus, Benrinus, Camers. Libris uſi minimè contemnēdis.

630. JUCUNDA] Jucunditates: ſpectacula pulcra & delectantia. Sic *frivola* uſus ſcriptorum habet pro rebus nullius momenti. Poſſis & ad *ſigna* referre, quo pacto ſalebræ remanent nullæ. Sequentes verſus mirificè ſonum rei ipſius referunt, in quibus mutandum nihil, ſunt enim artificioſiſſimi & ingenioſiſſimi.

630. CLAUDITUR ENSE.] Noſter. *ictu.* contra omnes cæteros; nec ineptè. Prorſus vero non aſſentimur Scaligero *plauditur* reponente. Cum enim parmæ & enſis ictus alterius audiantur, numquam tamen modulatio niſi in enſis ſonum deſinit, quippè acutiorem. Quo magis inſpicies hæc eo ingenioſiora videbis.

631. SALUTANT.] Adorant. Eadem enim ſæpè priſcis iſta duo; non alia ratione quam quod adorare, manum eſt ori admovere ad ſimulacrum aliquod ſalutandum. Minutius Felix Octavio: *Cæcilius, ſimulacro Sarapidis denotato, ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum ori admovens, oſculum labiis impreſſit.* Eum honorem Principi habitum notatum pridem eruditis.

632. GALEÆ.] Milites armati, *Galeati*. Vide nobis dicta ad Conſtitutionem Feudalem Caroli Calvi Altero Adverſariorū Volumine.

633. PARTITIS INDE CATERVIS.] In partes diductis, quod Petronius dicit. Ludorum deſcriptionem Romanis aptavit ex Homero Virgilio, Papinio. Videntur ad talia ſpeciales cohortes habuiſſe Romæ Imperatores, quos à pompa, ſplendoreq; veſtimentorū, *Oſtenſionales*, operi cætero aliquà exemtos, dixe-

ēxerunt. Lampridius Alexandro: *Milites, quos Oſtenſionales vocant, non pretioſis, ſed ſpecioſis, claruq; veſtibus ornabat.* De quo genere pluribus ſuo loco.

634. SEMIFERI JVVENCI.] Labyrinthum Cretenſem dicit. Omnia ad pueros nota.

637. IMMOTO]Numquam poſt movēdo, uti Poetatur. De Jani fano, trita omnia.

639. PACI LARGITVR.] Dum non abſtrahit uſibus belli. Jam apertum Fanum in bellum trahebat decora militaria, pacem hactenus ornantia. Eum vitulantem ad Conſulatum Principis eduxit XVII. Conſulatu Domitiani, Papinius, & imitatur Sidonius.

646. ORE CORONATVS.] Facie. Maro Sæpè.

642. TIBRIS.]Magnum hujus momĕtum in rebus Romanis. Maro ex Ennio. *Tuq;* Pater Tiberine, tuo cum flumine ſancto. Noſter initio hujus Libri.

Qualis eris terris quem mens Evandrius offert
Romanis auibus; quem Tibris inaugurat, annus.

645. FORA VLPIA.] Forum Trajani ait Faſcibus Conſularibus ab Imperatorio Lictore cinctum, ut concurſum ſummarum dignitatum indicet. De faſcibus auratis notavit doctiſſimus Commĕtator Taciti, ut & Theodorus Marcilius ad Fragmenta XII. Tabularū, de Foro Trajani, Alij, & idem in Admirandis Romanæ rei, lib III. cap. VII. *Manubiis tebant* eo loco novi Cōſules. Sidonius Anthemiano.

quam magna geras quam tempore paruo,
Aut genero bis mox, aut te ter Conſule, dicam.
Nam modo jam nos Feſta vocant, & ad Vlpia poſcunt
Nos fora, donabis quos libertate Quirites.

Quo non ineptè & iſta noſtri eruditi deducūt.

649. GETICA FRONDE.] *Laurea.* Victoriæ ejus indice. Omnia jam ſunt nota.

649. COLLATA TRIVMFATI PROCVLCAT HONORIVS ISTRI.]Ex pictura omniq; Victorum repræſentatione. Mos autem debitus victorijs inſignibus plurium gentium, hoſtium pede impoſitum colla calcare. Glycas, Tomo IV. Annalium: *Diogenes Imp. in hoſtium denique poteſtatem venit, vinctusq; ad Sultanum ducitur. Ille ſolio ſuo deſiliens pro more calcata Diogenis cervice, mox eum de terra erigit, amanterq; complectitur* Corippus lib. I. *Vandalici calcantem colla tyranni.* Liber Joſuæ, cap. X. *Cumq; Reges ad eum captivi deducti forent, omnes vocavit Iſraelitas, aitque exercitus principibus, ite pedibus calcatum Regum colla iſtorum.* Baruch Propheta, cap. IV. *Perſecutus eſt te inimicus tuus, ſed cito videbitis interitum ejus, ſuperq; cervices ejus pedem ponetis.* Eutropius, lib. X. *Valerianus Imp. captus apud Perſas ignobili ſervitute conſenuit. Nam, quamdiu vixit, Rex ejuſdem provinciæ, incurvato eo, pedem ejus cervicibus imponens ſolitus erat Equum conſcendere.* Tzetzes, Chil. 2.

τὸν ῥωμαίων ἄνακτα ἠττήθησαν ὁ πέρσαι,
τραχήλῳ δὲ πατήσουσιν, ὅσα δεδουλωκότες.

Gerbertus Epiſt. XVIII. *Qui Regulam B. Benedicti profeſſi eſtis, & paſtorem deſerendum abjeciſtis, colla tyrannis ſponte* (calcanda) *ſubdidiſtis.* Sibylla apud Lactantium, lib. VII. capite XVIII.

ἡμετέρας δουλείας
Ζυγὸν δυσβάστακτον ἐπ' αὐχένι κείμενον ἄρει,
Καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσει, δεσμούς τε βιαίους.

Ælianus, Variar. libro X. capite XXII.

Διώξιππος ἁρπάσας τὸν ἄνδρα σὺν τῇ πανοπλίᾳ, ἐπεβὰς ἐπὶ τὸν αὐχένα αὐτοῦ κειμένου, τὴν μάχαιραν ὑφαρπάσας, ἀπέκλεισε τὸν ὁπλίτην.

Virgilius, lib. I. Contra Eutychen: *Videas illico Arium tamquam triumfalis victoriæ ſuſcepta materia, laetus inſultare, & ſub deteſta-*

bili

bili perfidia cella ſubjugare fidelium. Vide Adverſar. lib. XLIV.

ISTRI.] Accolarum gentium. Omnes Fluvij nobiliſſimi nomine intelligit. Id cum adſpiratione ſcribendum, contra morem notitiamq; vulgi docet Terentianus:

> *Vna nam ſpiramen addit omnibus vocabulus.*
>
> *Haſta quando & hedera dicis, Hiſter, hoſpes, atq; humus.*

Cujus auribus ridiculus tam fuit Iſter, quam ſine aſpiratione iſtæ aliæ voces.

649. ANNVS] Noſter Codex. *ANNIS.*

651. HOSPES HONOR.] Peregrinus. *Hoſpita Ciconia*, Publius apud Petronium.

653. AVSPEX.] Omnia primi Conſulatus auſpicato facta, notatum alibi.

654. ANNI.] Codex noſter. *Annum.* non inepté. Et multa is ita contra omnes.

656. NUMEN] Ipſis Principum Conſulatibus Genium adſcribebant.' Similia in Panegyricis, plurima inſcriptionibus priſcis

659. SEXTVS TAMEN ISTE.] Rectè ſic Libri. Claverius ſecius *IPSE.*

660. PRÆTERITIS MELIOR, VENIENTIBVS AVCTOR.] Melior præteritis, ob ceremonias & omnia cætera Romæ facta ſolemnia. Male noſter Codex *Actor.* Auctor enim princeps honorum, quo promovente honoratus gaudeat, quem agnoſcat felicitatis auctorem. Spartianus Adriano: *Cibis etiam caſtrenſibus in propatulo libenter eſt uſus, hoc eſt larido, caſeo, p ſca, exemplo Scipionis Africani, & Auctoris ſui Trajani.* Noſter priore in Eutropium:

> *Nullius Eutr: pius,' quam qui ſe protulit, antè*
>
> *Direptas poſſedit opes ; nullumque priorem*
>
> *Perculit exſilio : ſolumque hec ritè peregit*
>
> *Auctorem damnare ſuum.*

Sic homo ſuæ auctoritatis, nomini ſervire obſtrictus. Spartianus, Eodem Libro: *Decoctores bonorum ſuorum, ſi ſuæ auctoritatis eſſent, catamidiari in theatro, & dimitti juſſit.*

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI, IN NVPTIAS HONORII AVGVSTI EPITHALAMION,

Animadverſiones.

SEgregavimus elegantiſſimas has Odas à Libro, quod Liber ſit Panegyricus Poetæ in ſollemnitate Nuptiali Auguſta dictus, ut præfatio docet. Carmina autem hæc verum Epithalamion, non aliis numeris conceptum, quam quibus puellarum ipſi chori uſi ad choream, aliaſq; feſtivitates: quæ cum unæ non fuerint, nec unis forte tempore, modoq; inſtitutæ, hæc etiã carmina vario ſunt metro concepta, quibus quidem lepidius, elegantius, dulcius, doctius, nihil ad nos in hoc genere pervenit, neque paucis demtis, optimi ævi quivis vates meliora dediſſet. Disjunctionem iſtam habuerunt Libri etiam Italici, quibus ſuam Editionem expreſſit Aldus Manutius. De Epithalamiis dudum alii, nec nos recoquimus vulgaria jam, etſi poſſent multimodis augeri:

EPITHALAMION.] Vnus Belga Liber FESCENNINA inſcripſit. Neutiquam abſurde. Potior mihi tamen ille titulus, cum nequaquam joca ipſa, Feſcenninique cantus hic ſint, ſed illa ipſa verba, quæ occentata novis nuptis. Tamen neque pugnavero, ſi ſint Feſcennina nuptiales quilibet cantus translata, quæ ex ſe rudes, incompoſitique verſus ſolis nequam dictis commendati, Livius, lib. VII. *Non, ſicut ante, Feſcennino verſui ſimilem, incompoſitum, temerè, ac rudem alternis jaciebant.* Horatius, lib. II. Epiſt.

Feſcennina per hunc invecta Licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.

Quæ loca docent alternos verſus fuiſſe, temere jactatos. Inde Ioci maligni, aut Satirici. Macrobius lib. II. Saturn. cap. IV *Triumviralibus temporibus Pollio, cum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait: At ego taceo, non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.* *Feſcenninum*, Deum ipſum Nuptialem dictum docere vult gloſſator vetus Prudentij. Eum intelligit Seneca Medea:

Hinc illinc juvenes mittite carmina,
Feſta dicax fundat convicia Feſcenninus.

Hymenæum enim ipſum ad Magnatum nuptias Cantorem faciunt Poetæ, adque id munus invitant. *Faſcenninum* eumdem dictum ſuſpicor ex Feſto: *Feſnoa * vocabantur qui depellere Faſcinum credebantur.* Alibi docui membranas habere *Faſcinous vacabatur*. Vnde

de *Faſcininum* ſcribendum auguror; Etiam apud Scholiaſten Prudentii fortè, is enim procul Feſti Epitomam reſpexit. Verba. *Feſcennina nuptialia ſunt carmina, dicta ab Vrbe Feſcenna, ſive quia Faſcinum pellunt: Item Feſcenninus Deus Nuptiarum dicitur. Feſcennina tamen, quod indicavi* modo, eſt ubi ſollemnitates omnes nuptiales denotant. Arnobius, lib.IV. *Quando & quoſdam Deos Nuptias celebraſſe, & feſtas habuiſſe frequentias, dicitis; & luſiſſe in his Deos, & quod participes Feſcenninorum non eſſent, perturbaſſe diſcordiis omnia.* A Jocis quidem illis disjungit Auctor ipſe has odas, cum ait, Carm.IV.

Dicant pervigiles carmina Tibiæ,
Permiſtiſque jacis turba licentior,
Exſultet; tetricis libera Legibus.

Et certè ſi eo titulo ſcripſiſſet, non dubito jocoſiores fuiſſe exituras, cum nec à laſcivioribus jocis Philoſophum noſtrum abhorruiſſe doceant Libri in Eutropium. Ipſa Feſcenninorum Licentia à Sabinis erat oriunda, ferebatque eam contracta fronte maritus, ut rem ſeriam agere videri volens. Lucanus, lib.II. in funeſtis Nuptiis.

Obſita funerea celatur purpura lana.
Non ſoliti luſere ſales, ne more Sabino,
Excepit triſtis convicia tecta, maritus.

Ab his jocis pes Poeticus Amphimactus, titulum accepit Feſcennii, auctore Diomede, Libro III. Cujaciani Libri, mutato genere, FESCENINOS, inſcripſerunt. Quos notate porro etiam licet toto Nuptialium feſtorum tempore non ceſſaſſe; ſed impudici ſermonis vernilitatem undique perſonuiſſe, tam in conviviis quam extra ea. Cyprianus, Diſciplina & Habitu Virginum, cap.XIV. *Quaſdam, inquit, non pudet nubentibus intereſſe, & in illa laſcivientium libertate ſermonum colloquia inceſta miſcere; audire quod non licet, dicere: obſervare & eſſe præſentes inter verba turpia & temulenta convivia, quibus Libidinum fomes accenditur. Sponſa ad patientiam ſtupri, ad audaciam ſponſus animatur Quid illic diſcitur? quid videtur? Quantum à propoſito ſuo virgo deficit, quando, pudica quæ venerat, impudica diſcedit? Corpore licet virgo ac mente permaneat; oculis auribus, lingua, minuit illa quæ habebat.* Ita etiam ultimo edita ſunt ſancti viri verba; Scripſiſſe tamen arbitror? *Corpore licet virgo permaneat: at mente, oculis, auribus, lingua, minuit illa quæ habebat.* Sanè niſi mens tangeretur per ſenſus, minime minuerentur poſſeſſa.

IN NUPTIAS.] Occultiorem harum Nuptiarum cauſſam fuiſſe memorat Zoſimus, ut principe non nimium ſollerte in generum adſcito, eo ſecurius ſummam rerum Stilico adminiſtraret, lib.V. de Odiis Eutropii & Stiliconis:

ἀλλοτρίως δὲ πρὸς ἑαυτοὺς ἔχοντες, ἐπὶ πάσης ἀδείας τοῖς τῶν ἀρχομένων κακοῖς ἐνετρύφων: ὁ μὲν ἤδη τὴν θυγατέρα Μαρίαν ὀνομείῳ τῷ βασιλεῖ γαμετὴν δεδωκώς, ὁ δὲ κυριεύων Ἀρκαδίου, καθάπερ βοσκήματος.

Vt ergo pejoribus artibus Arcadio Eutropius, inque peſſimos effectus, imperabat, ſic acquiſierat in Honorium ſibi poteſtatem Stilico per has Nuptias. Quæ & cauſſa fuit cur matrimonium hoc, contrà Puellæ ætatem properatum fuerit à Serena, uti & alterum Thermantiæ. De quo verba Zoſimi, ut ſentiunt, ſi forte Vera proponam: *Imperâtor Honorius, Maria Conjuge (jampridem) rebus humanis exemta ſororem ejus Thermantiam ſibi jungi petebat. In hoc Stilico quidem non aſſenſurus videbatur: ſed urgebat Serena, quæ has Nuptias ob hujuſmodi cauſſam confieri vellet. Cum Honorius ſibi Mariam jungeret, mater Puellæ, Serena, quæ eam nec dum nubilem ætatem attigiſſe cerneret, at neque ſibi poſſet imperare, ut differentur Nuptiæ, & immaturam maritali conſuetudini tradere, nihil arbitrabatur aliud, quam injuriam Naturæ facere; nacta mulierem talium negotiorum ſollertem artificem, ejus opera perficit ſut princeps cum filia*

his quidem viveret, torique unius ambo conſortes eſſent, verum ille nec vellet nec poſſet ea perficere quæ viri eſſent. Interim puella virgine mortua non abs re Serena quæ ſobolis Imperatoriæ conſequendæ percupida eſſet ob metum, ne ſibi de tantæ alioquin potentia decederet, id operam dabat ut Honorium alteri etiam filiæ copularet, quo facto, puella poſt paullo & ipſa interiit, cum idem ei, quod priori accidiſſet. Vera hæc an falſa, diſpicere non licet. Facile tamen conjectu, non ſine arcana cauſſa germanos duxiſſe Principem, & virgunculas ambas periiſſe. Virgines obiiſſe, diſerte notant Chronologi. Marcellinus Comes: *Stilico Comes, cujus filiæ duæ Maria & Thermantia ſingulæ uxores Honorii principis fuerant, utraque tamen virgo defuncta, ſpreto Honorio, Eucherium filium ſuum voluit Cæſarem ordinare.* Sanè nec noſter omnino Stiliconis Conſilia diſſimulat, cum cum Vxore palam & ubique celebrans, Eucherio abblandiens interdum, velut rerum aliquando potituris. Memorabilem hiſtoriolam inventi ſepulcri hujus Mariæ, Vel potius Thermantiæ, de quo viſe Adverſariorum noſtrorum Lib. CLXVII. cap. XIII. tetigimus ſuprà, ſed præſtat proponere integram de ea Epiſtolam Henrici Bullingeri, ad Joachimum quondam Vadianum, tantæ opinionis virum, ut verba etiam ejus emendare voluerit maximus Cujacius, ſcriptam. *Anno*, ait is, *Domini M.D.XLIV. Pridie Non. Februarii à foſſoribus, qui fulciendis fundamentis terram effodiunt, novæ Baſilicæ S. Petri, à Iulio PP. incoatæ, non longe à mole quadam rotunda, ubi Mauſolæum fuiſſe Honorii Cæſaris nonnulli putant, nunc vero in ſacrarii uſum ceſſit, repertum eſt ſepulcrum marmoreum, cujus operculum, & ipſum marmoreum, longum erat Pedes X. Latum VI. altum, unum & S. Vas ipſum cujuſdam amplitudinis, foris quadratum, intus obtuſos habebat angulos. Sublato operculo reperta ſunt oſſa duorum cadaverum, quorum alterum fuiſſe Mariæ. Sponſæ Honorii, Filiæ Fl. Stiliconis, ex certis indiciis colligitur, alterum quoque Thermantiæ, ejuſdem Honorii ſponſæ, & ejuſdem Stiliconis filiæ fuiſſe creditur, Quas utraſque virgines defunctas Hiſtorici tradunt, & Regio habitu ſimul cum dotibus ſponſalibus conditas eſſe, ex iis ornamentis, quæ apud cadavera inventa fuerunt, conſtat. Erant autem hæc cadavera palliis aureis involuta, ipſaque calvaria aureis cincta diadematis. Fila vero palliorum vetuſtate computruerant, externi limbi, ipſaque diademata auro ductili conſtabant, quare ex iis aurum conſervatum eſt: Oſſa adhuc cohærentia, ſimul cum veſtibus, ſtatim ad attactum ſenſumque aeris abierunt in pulverem. Aurum ex veſtibus collectum, & purgatum, ponderabat libras circiter. LXXX. In pectore alterius moſſa, racemi ſpecie, dependebat, compoſita ex auro, Adamante, Smaragdo, atque aliis gemmis. Appoſita erant & vaſa aliquot perforata, forma clepſydrarum, odoris gratia concinnata. Margaritæ grandiuſculæ LIII. ſed ſqualore ſic confectæ, ut digitis diſſiparentur: Annuli aurei, plures C. quibus maximæ gemmæ per orbem atque circumferentiam erant inſertæ, Iaſpides, Carbunculi, Adamantes, & reliqua. Cochlea aliquot, aurea, calamiſtra aurea, ſitella quadam argentea, mirabilis artificii vaſa aliquot Cryſtallina. Vas quoddam ſive concha, ex Achate Lapide; Item ornamentum quoddam panis fere ſpecie, conſtans ex duabus gemmis, quarum altera Carniolus erat, altera Topazius, quas connectebat Circulus, ſive Zona, aurea, diſtincta & ornata variis gemmis. In lapidum ſuperficie utrimque inſculpta fuere nomina, hoc fere modo*

STIL CHO
HONORI. MARIA
STILI VAIA

In

In altero latere eadem legebantur Honorii atque Stilichonis, atque etiam hæc nomina THERMANTIA SERENA. Delata ſunt mox omnia in Palatium vicinum, ad Pontificem Maximum, ubi nunc adſervantur. Hæc ex relatione duorum fidedignorum teſtium referre ſeſe, cum primum Roma venientium, addit ſequente Epiſtola idem Bullingerus, quæ caput tamen præcedentis eſſe debebat, & fuit utiq; olim. Non paullo aliter recenſet, qui tum Romæ, fuit. Barthol. Marlianus lib. V. capite XXI. Topogr. Vrbis, cui potius eſt ut fidem demus. Et quo Gruterus etiam aliter p. 287. Inſcripti CCLXXXII. Nominibus autem Honorii & Mariæ marmori inditis, percelli nemo debebat, ne dubitaret de hoc ſepulcro, titulorum enim nomine, utque Honorio & Stiliconi extremum Vale diceret jam ſepelienda puella, illa addita ſunt. Et diademata omnem dubitationem tollunt.

HONORII.] Honorium nomen habuiſſe ad vocabulum fratris Theodoſij, nobis perſuaſum eſt, licet patrem Theodoſiô ipſi Honorium ſcribat Victorinus. de quo ſupra. Ejus Honorii filia erat Serena, conjugis Stiliconiæ. Claudianus Pan. Serenæ:

geſtabat Honorius arcto
Te pater amplexu, quoties ad limina princeps
Theodoſius, privatus adhuc, fraterna veniret.

Et Zoſimus, lib. V.

Σέρηνα δὲ ἦν παῖς Ὁνωρίου, ὃς Θεοδοσίῳ, τῷ τῶν βασιλευόντων πατρὶ, γέγονεν ἀδελφός.

Et alibi. *Frater autem Theodoſii à patruo, Theodoſii* ſenioris fratre, communi id nomen habuit: non quidem novum Imperatoriæ familiæ, cum Valentiniani ſororem Honoriam agnoſcat ex veterioribus Suidas. Zoſimus autem illud incogitanter, quod Thermantiam idem fatum cum Maria expertam, paullo poſt nuptias Auguſtas obiiſſe & ipſam ait modo:

ἡ Σέρηνα βασιλείου γονῆς ἐπιθυμοῦσα, δέει δὲ μὴ τὴν προσοῦσαν αὐτῇ δυναστείαν ἐλαττωθῆναι, τῇ δευτέρᾳ θυγατρὶ συνάψαι τὸν Ὁνώριον ἔσπευδεν, οὗ δὴ γινομένου, τὴν υτᾷ μὲν ἡ κόρη, μετ' οὐ πολὺ, ταυτὰ τῇ προτέρᾳ παθοῦσα.

At non multis abinde paginis diſerte tradit ab interitu Stiliconis, aliquot abinde annis, Thermantiam eamdem domum remiſſam.

ὁ δὲ βασιλεὺς Ὁνώριος, τὴν μὲν γαμετὴν Θερμαντίαν, παραλυθεῖσαν τοῦ βασιλείου θρόνου, τῇ μητρὶ προσέταξε παραδίδοσθαι:

Quæ eſt craſſa oblivio, novæ omnino Hiſtoriæ cenſui adſcribenda. Prior vero ſententia ex ſcriptoribus Chriſtianis, & ſepulcro iſto, verior videtur. Non inepta memorari Joannis Camertis Obſervatio, non videri nempe tam propere amplexibus Honorii Mariam exemtam, quam videri velint Chronologi, de qua ipſe Claudius noſter Pæane Gildonico ſcribat.

Tyrio quâ fuſus Honorius oſtro
Carpebat teneros, Maria cum conjuge, ſomnos.

Modo ſciamus tamen Victoriam Gildonicam & Nuptias Honorii eumdem annum incidere. Qui Chriſtianus fuit Trecenteſimus Nonageſimus Octavus.

ODA I.

PRINCEPS PULCRIOR.] Ingens gratia pulcritudinis in viro Rege aut Principe. Et rationi congruum videtur, qui aliis imperet, alios ut multos ſpecie, cultui opportuna, antideat. Quo ſpectat quod de Virtute Maronis dictum, nullo ingenio nonnulli vituperant

Gratter

Gratior eſt pulcro veniens è corpore virtus Sane vetuſtiſſima eſt gnome Thengnidis noſtri: Quod pulcrum carum, quod nec pulcrum, hoc neque carum eſt τῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων. Euripides ex oraculo ſuo:

> πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννί-
> δος.

Neq; enim à Deo aut Natura aliter conſtitutum etiam eſt. Indeque forma à prudentiſſimis ſcriptoribus vel primo loco in Principibus oſtentatur. Plinius Paneg. Trajani: *Principi noſtro, quanta Concordia, quantuſque concentus omnium laudum, omniſque Gloria contigit, ut nihil ſeveritati ejus hilaritate, nihil gravitati ſimplicitate, nihil majeſtati humilitate detrahatur. Iam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor Capitis, dignitas oris, adhoc ætatis in deflexa maturitas, nonne longe lateque principem oſtentant. Ita deformiores contrà Principes deſpectui Romanis fuiſſe, adſuetis ſpecioſis videlicet, exempla non deſunt.* Tacitus Hiſt. I. de Galba: *Ipſa ætas Galbæ & irriſui & faſtidio erat, aſſuetis juventæ Neronis, ac Imperatores forma ac decore, ut mos eſt vulgi, comparantibus.* Imperatorem ſic implere dicitur, qui ipſa ſpecie eminet vulgo, & prior eſt cæteris Ammiano Marcellino l. XXVIII. de Gratiano: *Conſurrectum eſt poſthac in laudes majoris principis & novelli, maximeque pueri, quem oculorum flagrantior Lux commendabat, vultuſque & reliqui corporis jucundiſſimus nitor, & egregia pectoris indoles, quæ Imperatorem impleſſet, cum veterum lectiſſimis comparandum, ſi per fata proximiſque licuiſſet* De ſuo Stilicone noſter, primo Laudum.

> *Iam tunc conſpicuus, jam tunc venerabilis ibas,*
> *Spondebatque ducem celſi nitor igneus oris.*

Generali ſententia Nonnus lib. III.

> Θάμβεε φυλίκον εἶδος, ἀριφραδέων γὰρ ἀνάκτων
> Αὐτόματοι κήρυκες ἀναυδέες εἰσὶν ὀπωπαί.

Index generoſitatis, Venuſtas corporis. Saxo Grammaticus lib. II. Dan. Hiſtor. Nec humili natum loco liquet quem, certiſſima nobilitatis index, Pulcritudo, commendat, quod de Barbarorum ſententia ait Galterus verſificator lib. VIII. Alexandr.

> *Barbara ſimplicitas à majeſtate venuſti*
> *Corporis, atq; habitu, veneratur, & æſtimat omnes.*
> *Magnorumque operum nullos putat eſſe capaces*
> *Præter eos, conferre quibus Natura decorum*
> *Dignata eſt corpus, ſpecieque beare venuſta.*
> *Sed modico præſtat, interdum corpore major*
> *Magnipotens animus; tranſgreſſaque corporis artus*
> *Regnat in obſcuris præclara potentia membris.*

Laudabilis vero eximie decor ille corporis ubi animus Sapientia & Conſilio inſtructus eſt, quod raro accidere viſum Petronio Arbitro, ubi ait; *Raram facere mixturam cum Sapientia formam.* Sicque commendantur Heroes ab omni genere ſcriptorum. Witechindus lib. I. Saxon Orig. de Rege Henrico: *Cum ingenti polleret Prudentia Sapientiaque, acceſſit & moles corporis, Regiæ dignitati omnem addens decorem.* Idem lib. II. de Othone: *Equitatus gratiam Regia gravitate interdum exercens: acceſſit ad hæc & corporis moles* (majeſtatem dicere voluit Witechindus) *omnem Regiam oſtendens dignitatem, capite cano, ſparſo capillo, oculi rutilantes, inque modum fulguris cita repercuſſione ſplendorem quemdam remittentes.*

Talem formam capi volunt, cum Regiam laudant cæteri, quæ nimirum ipſo aſpectu Dignitatem animi præferat. Ita Sanctos Chriſti legimus Oris quoque & corporis venuſtate commendatos. Auctor Vetus Vitæ Frodoberti, Nobiliores enim ſponte omitto: *Fuit idem ſacratiſſimus vir non ſolum animo ſplendidus, ſed etiam venuſto & procero corpore ſpecioſus, ut illi etiam perhibent, qui ejus Sacratiſſimi corporis oſſa ſe adſpexiſſe ferunt.* Ita fuere gentes, qui, Euripidis velut Oraculo faceſſito, ad ſpeciem virtutemque Corporis Principes legerent. Nicolaus Damaſcenus.

Αλιτέμιοι Λίβυες, τὺς ταχυτάτυς αὐτῶν αἱρῦνται βαϲιλεῖς.

Et quidem juſtiſſimis prælatos, ſubdit enim: τῶν δ' ἄλλων τιμῶϲι τὸν δικαιότατον. De ſuis populis Abbo in Obſeſſæ Lutetiæ lib. I. Rex quoniam facie ſplendens, formaque venuſtus Creditur. Notanda quæ ſcribit Athenæus, lib. XIII.

ἐπαινεῖ δ', inqt, καὶ αὐτὸ τὸ κάλλος, καὶ γὰρ ἐν ταῖς εὐανδρείαις τὺς καλλίϲυς ἐκκρίνυϲι, καὶ τύτυς πρωτοφορεῖν ἐπιτρέπυϲιν. Ἐν Ἤλιδι δὲ καὶ κρίϲις γίνεται κάλλυς, καὶ τῷ πρώτῳ τὰ τοῦ θεοῦ φέρειν τεύχη δίδοται, τῷ δὲ δευτέρῳ τὸν βοῦν ἄγειν, ὁ δὲ τρίτος τὰ ἐπιθύματα ἐπιτίθηϲιν. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱϲορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μάλιϲτα ὁ κάλλιϲος καὶ γυνὴ ἡ καλλίϲη. Vbi ſubdit. καθίϲαϲι δὲ καὶ πολλοὶ τὺς καλλίϲυς βαϲιλέας, ὡς μέχρι νῦν οἱ Αἰθιόπες καλούμενοι αἰθίοπες.

De Indis eadem ſcribit Strabo lib. XVI. Epitomator Stephani.

κάθαινα. πόλις ἰνδική. τιμῶϲι δὲ τὺς καλὺς ἐπὶ πλεῖϲτον, ὥϲτε βαϲιλέα τὸν κάλλιϲον αἱρεῖϲθαι.

In Romanis Principibus ſummam ſpeciem commendant, Germanico Suetonius, Commodo Herodianus, Gratiano, Ammianus, Diadumeno Lampridius, Maximino Juniore Capitolinus, Numeriano Vopiſcus, Aliis alii. Qualis deceat Regem, qualibus inſtructa artibus, nemo docuerit pulcrius Themiſtio, cujus conſule Orat XIV.

περὶ τοῦ Αὐτοκράτορος ἐγκωμιάζοντος αὐτὸν πρὸς τὴν γερυϲίαν.

Nec deſunt exempla ſola corporis pulcritudine & firmitate ex infimo ad ſummum locum eductorum. Lege Herodianum in Maximino, Procopii Anecdora, Juſtino ἀναλφαβήτῳ. Fuit cum contra & peſſumdederit forma corporis ſtudioſos; quibus accenſeas licet Claudiani noſtri hoſtem, Rufinum, ſi qua fides aliorum exſcriptori, Nicephoro Calliſto, lib. XIII. Hiſtor. Eccleſ. cap. I Cui accenſere liceat multas de Mileſiis noſtris.

CORVSCO SIDERE.] Vibrationem oculorum innuere arbitror: ſunt & formæ totius quidam radii, quales in Gratiano, verbis modo adſcriptis, agnoſcit Ammianus. quem oculorum flagrantior Lux, vultuſque, & reliqui corporis jucundiſſimus nitor commendabat. Igneum nitorem vocat noſter primo Laudum Stilicon.

celſi nitor igneus oris.

Et iſthic mox Quæ digna formæ laus erit ignea? Herodianus, de Commodo:

καὶ τὴν ὄψιν ἦν ἀξιοθέατος, ϲώματός τε ϲυμμετρίᾳ, καὶ κάλλει προϲώπου μετ' ἀνδρείας, ὀφθαλμῶν δὲ γὰρ ἀριθμίαι, καὶ πυρωθεῖϲ βολαὶ, κόμη δὲ φύϲει, ξανθὴ, καὶ οὔλη. Pluribus infra ad Librum de Nuptiis.

SIDERE PULCRIOR.] Verba ſunt Horatii, lib. III. Od. IX.

Quamquam ſidere pulcrior
Ille eſt, tu levior cortice, & improbo
Iracundior Adria.

Frequens comparatio ad ſidera eximiarum formarum. Muſæus de Hero & Leandro.

Ἀμφοτέρων πόλιων ἐπικαλλέα ϲάϲτερες ἄμφω.

Incertus

Incertus Epigrammatarius ad Hypatiam. VII. Antholog.

Ὑπατία σεμνή, τῶν λόγων εὐμορφία,
Ἄχραντον ἄστρον τῆς σοφῆς παιδεύσεως.

Sic de Bove Theocritus Hercule Leonicida.

Φαέθων μέγας, ὅν ῥα βοτῆρες
Ἀστέρι πάντες ἔισκον, ὅθ' οὕνεκα πολλὸν ἐν ἄλλοις
Βουσὶν ἰὼν λάμπεσκε.

Eunapius, Maximo:

Εὐσέβιος δὲ παρόντος μὲν Μαξίμου τὴν ἀκρίβειαν, τὴν ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ λόγου, καὶ τὰς διαλεκτικὰς μηχανὰς, καὶ πλοκὰς ὑπέφευγε, ἀπόντος δὲ ὥσπερ ἡλιακοῦ φέγγους ἀστὴρ ἀπέλαμπε, τοσαύτη τις εὐκολία καὶ χάρις ἐπήνθει τοῖς λόγοις. Sophocles principio Electræ.

ὡς κἀμ' ἐπαυχῶ, τῆσδε τῆς φήμης ἀπὸ
Δεδορκότ' ἐχθροῖς, ἄστρον ὡς, λάμψειν ἔτι.

PLato, in Puerum abs ſe adamatum.

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν Ἑῷος,
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις Ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

Hoc eſt, Appuleio interprete.

Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aſter,
Heſperus à fato manibus, ecce, nites!

Virgilius, lib. VIII.

Ipſe agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis conſpectus in armis
Qualis ubi Oceani perfuſus, Lucifer, unda,
Extulit os ſacrum cælo.

Ælianus, Variar lib. XIII. cap. I. de Aſpaſia: quam in exemplum admirandæ formæ proponit:

οὐ γὰρ ἂν αὐτήν τις εὐκόλως οὐδεὶς εἶδεν, ἀλλ' ἀδοκήτων, καὶ ἀπροόπτως ἐπιφανεῖσα, διώκουσα θηρίον, ἢ ἀμυνομένη τινὰ, ὥσπερ ἀστὴρ, διάττουσα ἐξέλαμπεν, ἀστραπῆς δίκην.

Quomodo forma formoſa fulguri comparatur ab Heliodoro, lib. III. ubi ſermo de Theagene.

ὥστε ἔδοξεν ἂν ὑπ' ἀστραπῆς τὸ φαινόμενον πρότερον ἅπαν ἠμαυρῶσθαι, τοσοῦτον ἡμᾶς ὀφθεὶς κατέλαμψεν. Theocritus. Hyla.

κατήριπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ
Ἀθρόος, ὡς ὅτε πυρσὸς ἀπ' οὐρανοῦ ἤριπεν ἀστὴρ
Ἀθρόος ἐς πόντον.

Homerus, Iliad VI.

παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσ' ἀταλάφρονα, νήπιον αὔτως,
Ἑκτορίδην ἀγαπητὸν, ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ.

Ariſtænetus lib. II. Epiſt. IV.

χθὲς ἐν τῷ στενωπῷ τὸ σύνηθος ἀπεσύριττον τῇ δωρίδι, ἡ δὲ ὑπερκύψασα, ὡς λαμπρὸν ἀνέτειλεν ἄστρον.

Ita plurimi Græci Amatore μαρμαρυγὴν quampiam in amaſiorum venuſtate agnoſcunt.

Μαρμαρυγὴν χαρίτων vocat Muſæus, variis titulis inſignit, uber talium ad nauſeam, Nonnus, αἴγλην Lib. XI. μαρμαρυγὴν στίλβουσαν, lib. XXXIII. σέλας. lib. XXXIV. ἀπανθῆρα iterum XXXIII. &c. ἄνθος nuncupat Quintus Smyrnæus, lib. I. ἀμάρυγμα προσώπου, Synesius Hymno I. Quo ſermonis

nis modo *αἶθος πυρὸς* in Æſchylo legimus, Florem flammæ Lucretio, Mabilio, Mario Victore, Papinio, Capella: Floridos oculos Apuleio. II. Mileſiar. Porro *κάλλος σίλβον* Homerus in Paride, Iliad. III. *λαμπόμενον* Homerida Hymno Veneris agnoſcit. *ὀφθαλμοὶ πάντας καταστράψαντες* ſunt apud Heliodorum, lib. I. & II. *τὸ φλέγον τοῦ βλέμματος*, lib. III. *βολαὶ ὀφθαλμῶν*, lib. VII. *κύκλος μαρμαίρων*, penes Theocritũ, ſive Moſchum Europa. *Φαινόμενον κάλλος* in Eunapio Procemio Vit. Philoſ. *ὀφθαλμοὶ καθαρῷ πυρὶ διαλάμποντες* Ariſt. lib. I. Epiſt. I. *αὐγὴ κάλλεος* in Caſſiodoro lib. V. Epigramm. *αἴγλη*, Æliano. XIII. Variarum. *ὀφθαλμοὶ μαρμαρυγαῖς σίλβοντες* apud Orpheum. Hymno Aſtrorum. Vnde & natum ut formoſos Græci dicant *λαμπρούς*. Ariſtænetus. lib I. Epiſt. XXVIII.

πάντα πάρ τῶν ἀμέτρως καταβεβλακευμένων ἠθῶν, ὡς ἄγαν ἐπιτετυπωμένη τὴν λαμπρὰν ἑαυτῆς ἱμαίρουσα χάριν. Hoc eſt, *τὴν καλήν*. Quo & referendum elegans Angelorum *ἐπίθετον* apud Nazianzenum *λαμπροπυρσόμορφος*. Et ita Latini ſidus ipſam florentiſſimam formam nuncupant. Papinius II Silvarum.

Hic puerum, egregia præclarum ſidere forma

Ipſeus ante Dei ludentem conſpicit aras.

A quo imitatus Ennodius, Epithalamio Maximi.

Orbe captivo Venus alma fuſis

Dotibus florum, per amœna ludens,

Dum facit vernum precio, & micante

Sidere forma.

PRINCEPS CORUSCO SIDERE PULCRIOR.] Honorium ſimilem Theodoſio fuiſſe tradit Paullus Diaconus, lib. XV. De Theodoſii forma Victorinus iſthæc: *Fuit Theodoſius moribus & corpore Trajano ſimilis, quantum ſcripta veterum & picturæ docent. Sic eminens ſtatus, eadem membra, par cæſaries; os, abſque eo quod illi aliquantum vellendo ſteriles genæ, neque tam ingentes erant oculi, neſcio an & tanta Gratia tantuſque flos in facie, ſeu tanta dignitas in inceſſu. Mens vere ſimilis prorſus.* Videas igitur talem animo Honorium, quem formoſum, & monumenta vetera exhibent. Principis autem Romani eſt eſſe pulcrum. Vnde Imperatoriam ſtaturam, perfectam, intelligit Capitolinus Pertinace: *Fuit Senex venerabilis, immiſſa barba, reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore, Statura Imperatoria.*

PARTHIS SAGITTAS.] Sollertia ſagittandi nobiles Parthi. Dio. XL. *Armatura Parthorum, uſusque armorum talis eſt. Scuto nihil tribuunt, ſed ſagittis jaculiſque ipſi Equites utuntur, armatique majori ex Parte. Pedites inter eos ſunt pauci, iique infirmiores: ſed & ipſi ſagittarii, ad quod à pueritia exercentur, cœlo ipſis ſuo ac regione ad utrumque conducente. Regio enim plana ut plurimum eſt, cumque ad alendos equos, tum ad Equitandum aptiſſima. Itaque armenta tota equorum in bellis ducunt. Iam aer apud eos eſt ſicciſſimus, humoremq; nec minimum quidem continet. itaque ſagittarum uſum ipſis præbet intentiſſimum.* Etiam Servi. Juſtinus, lib. XLI. *Servos Parthi pari ac liberos cura habent, Equitare & ſagittare, magna induſtria docent.* Hinc ſagittæ Parthicæ in proverbium ductæ. Silius, lib X. *velocius inde.*

Aemonio Berea, pennaque citatior ibat

Quæ redit in pugnam fugientis arundine Parthi.

Sagittarum tanta copia utebantur, ut camelos iis onuſtos agerent in expeditionem malo ſuo experto M. Craſſo, teſte Appiano Parthica. Odium hujus gentis in Romanum nomen aliud dedit proverbium. Claudianus, Bello Gildonico, ubi Roma loquitur.

lugenda Getis, & flenda Suevis

Hauſimus: ipſa meos horreret Parthia caſus.

SAGIT-

SAGITTAS TENDERE.] Ita omnes Libri. Solus contra omnes noſter *MITTERE* Cujus tantam Rationem habere nolim hoc loco.

CERTIOR.] Felicior, velut non Fortunæ ſed artis totum opus eſſet. Parthes hujus artis fiducia inde à cunabulis pollere, auctor Ammianus, Lib XXV. Multis Procopius I. Perſicar. Jornandes Ger. cap. VI. *Parthi inter omnes penè Aſia nationes ſoli ſagittarij ſunt & acerrimi bellatores.* Emacula. *Parthi ſuper omnes.* *Vt eos ſolos* omnes excellere dicat, alioquin ſtultè mentiatur.

EQUES GELONIS.] Geloni immanes populi, ducunt chorum talium. Papinius Thebaide II.

> *in medios ſi cominus orſa tuliſſes*
> *Biſtonas, aut refugo pallentes Sole Gelonos,*
> *Parcior eloquio inciperis.*

Scythas inibi exponit Lutatius. Acerrimi bellatores. Ammianus lib XVII. *Rex Perſarum in confiniis adhuc agens gentium extimarum, jamq; cum Chionitis & Gelonis, omnium acerrimis bellatoribus pignore iſto rediturus, Saporis ſcripta recepit.* Idem Lib. XXXI. *Geloni perquam feri, qui detractis peremtorum hoſtium cutibus, indumenta ſibi Equisq; tegmina conficiunt, bellatrix gens.* Equitandi ſollertiſſimi. Lucanus lib. III.

> *hinc fortis Arius*
> *Longaq; Sarmatici ſoluens jejunia belli*
> *Maſſagetes quo fugit equo, volucresque Geloni.*

De ſitu horum, & urbe Gelono, vide Herodotum, lib. IV. Aliosq; Geographos.

IMPERIOSIOR.] *Imperium*, juſſio cum effectu. Sedulius lib. III. v. 19. *Quantum Imperij fert juſſio Chriſti!* Vehementior, acrior. Horatius lib. II. Sat. VII.

> *Quinam igitur liber? Sapiens, ſibi qui imperioſus,*
> *Quem neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula, terrent.*

Idem eodem ſenſu Imperioſam vocat Proſerpinam. Ammianus, lib. XXX. *Poſt quos excellentiſſimus omnium Cicero, orationis imperioſa fulminibus depreſſos eripiens.* Imperioſus, jus imperandi habens & exercens. Joannes Caſſianus lib. I. de Incarnat. D. *Sed viciſti propoſitum ac ſententiam meam laudabili ſtudio, & imperioſiſſimo affectu tuo.* Petrus Pictavienſis:

> *Ecce, velis, nolis; regalia ſceptra tenebis,*
> *Atq; Triumfator imperioſus eris.*

Odilo Cluniacenſis præfat. Collationum: *Opuſculum qualiterque digeſtum, veſtra juſſioni ſatisfaciens, vobis tranſmitto. Poterit autem Lector, ob tam imperioſam juſſionem mea præſumtioni ignoſcere. Imperium*, magiſterium in beſtias. Terentius Eunucho: *Eone es ferox. Quia habes imperium in belluas.* Paulinus lib. IV. de B. Martino. *fixa rebellant Imperio jumenta truci.*

QUÆ DIGNA MENTIS.] Scribe MENTI ex noſtro Codice, qui ſapit hic pulcrè contrà cæteros. Ardua mens, celſis rebus occupata. Prima Stiliconiar.

> *mens ardua ſemper*
> *A puero, teneris; etiam fulgebat in annis*
> *Fortunæ majoris honos.*

Sic de Ageſilao Diodorus Siculus, libro XV. Erat acer, nec niſi rebus arduis magnisq; occupatus.

FORMÆ IGNEÆ.] Regali. Ut Elementa cætera eminet ignis. Sic cenſebant nationes quæ Reges ſecundum formam eligebant. De Aethiopibus & Indis ſupra. De Illis etiam Nicolaus Damaſcenus.

εἶτα δ' διαδεξάμενος μὲν ἢ τὸν κάλλιστον ἐκ πάντων καὶ μαχιμώτατον αἱροῦνται βασιλέα.

Spartanorum legibus ea erat Pulcritudinis æſtimatio, ut conjuges ſevera gens facilè pateretur conſueſcere incolis & peregrinis, ob decorum corpus. Idem Scriptor.

ταῖς αὐτῶν γυναιξὶ παρακελεύονται ἐκ τῶν εὐειδεστάτων κύεσθαι, καὶ ἀστῶν, καὶ ξένων.

Pulcram rationem cur maximè generoſi ſpiritus habitent formoſa corpora, aſſignat Pacatus Panegyrico. *O digna, inquit, Imperatore nobilitas, ejus eſſe filium principem, qui Princeps eſſe debuerit: Qui hunc Romani (legam Humani) faſtigij apicem, non ſolum fortitudine & Sapientia, ſed decore etiam corporis & dignitate potuerit æquare! Velut una hæc forma Venerabilis, quam Fortuna ſua par eſt! Quam longè lateque conſpicua commendat Imperium! Vt planè in ambiguo ſit virtus te noſtris mentibus, an obtutibus vultibus* (Ita ſcribendum ex optimis Libris) *inſinuet. Non fruſtrà planè, opinione Sapientum, qui, naturalium momenta cauſſarum ſubtilius ſciſcitati, arcanis cœleſtibus nobiles curas intulerunt, anguſtiſſima quæq; ſpecies plurium trahere de cœlo creditur, ſive enim divinus ille animus, venturùs in corpus, dignū prius metatur hoſpitium, ſive, cum venerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo, ſive alterum ex altero creſcit, & cum ſe* (Legam *aut cum ſe*) *parta junxerunt, utraq; majora ſunt.* (Lego *maiora fiūt*). *Pateam arcanum cœleſte rimari: Tibi iſtud ſoli pateat, Imperator, cum Deo conſorte ſecretum; Illud dicam, quod intellexiſſe hominem, & dixiſſe fas eſt: talem eſſe debere qui à gentibus adoratur, cui toto orbe terrarum privata vel publica vota redduntur.* Sic legimus eum locum.

IGNEÆ] Cœleſti prorſus. Non eſt ulterius progredi laudem humanam. Nam & Deum Ignem definivit. Et cum ſenſuum ſit nobilitate princeps viſus, viſui objacens neceſſatiūq;, Lumen, hinc clariſſima quæq; cenſentur. Vide notata olim ad Galli Confeſſoris Sermonem. Sic ſummum bonum, ſummum Lumen, cum alioquin genus Dei ſit non habere genus, ſecundum Optatum, qui ſuper omnia genera ſit. Vide Joan. Cypariſſiotum, lib. VI. c. I. & Seqq. Chalcidium in PLatonis Timæum. CCCC XVII.

DARE CASTOREM.] Parere. Hoc enim eſt DARE Virgilius:

Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

Vide ad Quartum Conſul. Caſtor inter præcipuas formas, quippè Lucifer, quem Venus præ omnibus aſtris diligit. Oppianus. I. Cyneg. V. CCCLXII. θέζαν ἀγλαὰ κάλλη,

Τὺς πάρος ἀστράψαντας ἐν ἠμερίοισιν ἐφήβυς,

Νίρεα, καὶ Νάρκισσον, ἐϋμελίην θ' ὑάκινθον.

Κάστορα τ' ἀκρόζυθον, καὶ Ἀμυκοφόνον Πολυδεύκην.

Fortitudine omnibus idem Heroibus ſuperior. Theocritus Herculiſco.

Κάστορι δ' ὔτις ὁμοῖος ἐν ἡμιθέοις πολεμιστής,

Ἄλλος ἔην, πρὶν γῆρας ἀποτρίψαι νεότητα.

ACHILLI] Nota omnia de Virtute hujus. Formam ita deſcribit ISacius Porphyrogenitus:

ὁ Ἀχιλλεὺς εὔστηθος, μέγας τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, μακρόσκελος, σπανὸς ξανθὸς, εὐπρόσωπος, οἰνοπαὶς, γοργὸς ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, πολύθριξ, μακρόῤῥιν, τὺς πόδας ὀξὺς, καὶ τοῖς ἅλμασι δόκιμος. δεινὸς πολεμιστὴς, εὔχαρις, φιλίδονος, μεγαλόψυχος, καλλίφωνος.

Qui idem τὴν ὀξύτητα διάπυρον vocat, id eſt ingenio penitus igneo. Joſephus Devonius tris Deos unum impleſſe ſcribit.

Vultu Phœbum, animo Gradivum, Pelea membris.

Exſtat apud nos belli Troiani Rhapſodia MS. Auctore *Guidone de Columna*, ubi ex Dictys, ut ait, Græco, ita Achillis forma deſcribitur: *Achilles mira fuit pulcritudine decorus, flavis crinibus, ſed criſpatis: oculis glaucis groſſiſque, Amatorij aſpectus. Amplum ei pectus, ſcapula, brachia, robuſta, renes largi; ſtatura competentis proceritatis. Bellandi cupidus, largus donare, prodigus in expenſis.* Dictyn ipſum Græcum exſtitiſſe Tzatzæ temporibus, ipſe memorat.

DELOS APOLLINEM.] Apollinem Deum formoſiſſimum, ei Patriâ Delum, quis neſcit: Vide Hymnum Callimachi in utrumq;, Et Strabonem de Inſula.

LYDIA.] De Bacchi in hac Educatione, Nonnus, Dionyſiac. X. &c, Lydiam Honorum Baccho præferre, rem magnam dixit, quod ea gens Regum eximia amatrix. Virgilius, Georg IV.

> *Præterea Regem non ſic Pactolus & ingens*
> *Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes Obſeruant.*

LIBERUM.] Qui inter formoſiſſima Numina. Seneca Oedipo.

> *Lucida dum currēt annoſi ſidera mundi,*
> *Candida formoſi venerabimur ora Lyæi.*

Longus, libro II. Paſtoralium:

αἱ μὲν γυναῖκες ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν ἐπικουρίαν κεκλημέναι τῷ Δάφνιδι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπέβαλλον, καὶ ἐπῄνουν, ὡς ὅμοιον τῷ Διονύσῳ τὸ κάλλος.

Claudianus III. Conſul. Honor. *Cum tu genitoris amico Exceptus gremio mediam veherere per Vrbem. Quis non Luciferum roſeo cum Sole Credidit, aut junctum Bromio radiare Tonantē?*

PER ALTAS ILICES.] Inviam alijs ſilvam. Immanior tamen & Statiana locutio.

TU CUM PER ALTAS.] Indubiè vera Lectio, quam ſcripti Cujaciani Veteres editi perperam ſollicitant. TUM CUM reponendo Ineptè. Conſentientibus tamen Bentinianis & Cameriis Exemplaribus.

PRÆDA CITATUM.] Hanc enim ſentientem facere vult ipſum Equum. Sic de Plutonis Equis in Raptu Proſerpinæ.

> *Stabant ante fores juncti, ſævumque fremitant,*
> *Craſtina ventura ſpectantes gaudia prædæ.*

LUDENTQUE VENTIS INSTABILES COMÆ.] Magna Venuſtatis acceſſio II. de Raptu.

> *Brachia nuda nitent, lenibus projecerat Euris*
> *Indociles errare comas.*

Eleganter Heliodorus, cujus verba adſcribam, ſæpius indicata. Ut Theogenes Honorio conferatur lib. III.

ἀλλὰ τούτους τοιούτους ὄντας οὕτως ὑπερεῖδε καὶ παρέδραμεν ἡ τῶν παρόντων ὄψις, καὶ πρὸς τὸν ἵππαρχον, ἦν δὲ τὸ μέλημα τὸ ἐμὸν Θεαγένης, ἅπας ἐπέστρεψεν. ὥστε ἔδοξεν ἂν ὑπ' ἀστραπῆς τὸ φαινόμενον πρότερον ἅπαν ἠμαυρῶσθαι, τοσοῦτον ἡμᾶς ὀφθεὶς κατέλαμψεν. ἱππεὺς μὲν καὶ αὐτὸς, καὶ ὁπλίτης τυγχάνων, καὶ δόρυ μελίαν χαλκόστομον ἐπισείων. τὸ δὲ κράνος οὐχ ὑπελθὼν. ἀλλ' ἀπὸ γυμνῆς τῆς κεφαλῆς πομπεύων. φοινικοβαφῆ χλαμύδα καθειμένος, ἧς τὰ μὲν ἄλλα χρυσὸς ἐποίκιλλε, τοὺς Λαπίθας ἐπὶ τοὺς Κενταύρους ὁπλίζων. ἡ περόνη δὲ Ἀθηνᾶν ἠλεκτρίνην ἔστεφε, τὴν Γοργοῦς κεφαλὴν εἰς θώρακα προασπίζουσαν: προσέβαλλε δέ τι χάριτος τοῖς γινομένοις, καὶ ἀνέμου λιγεῖα ῥιπὴ μείλιχον ἐπιπνέουσα. τὴν μὲν κόμην ἠρέμα κατὰ τοῦ αὐχένος διαξαίνουσα, καὶ τοῦ μετώπου τοὺς βοστρύχους παραστέλλουσα. τῆς δὲ χλαμύδος τὰς ἄκρας τοῖς νώτοις τοῦ ἵππου, καὶ μηροῖς ἐπιβάλλουσα. εἶπες ἂν καὶ τὸν ἵππον αὐτὸν συνιέναι τῆς ὡραιότητος τοῦ δεσπότου, καὶ ὡς καλὸν κάλλιστον φέρειν τὸν ἡνίοχον αἰσθάνεσθαι, οὕτω τὸν αὐχένα κυμαίνων, καὶ εἰς ὀρθὸν οὖς τὴν κεφαλὴν ἐγείρων καὶ σοβαρὸν τὴν ὀφρὺν κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπινεύων, ἔφερέ τε καὶ ἐφέρετο γαυρούμενος. ἐξέπληττε μὲν δὴ καὶ πάντας τὰ ἑωρωμένα, καὶ τὴν νικηθέλον ἀνδρείας τε καὶ κάλλους ψῆφον τῷ νεανίᾳ πάντες ἀπένεμον.

Coma diffuſa præcipuè venantis habitum præpingit. Aeneid. I. Virgilius. humeris de more habilem ſuſpenderat arcum. Venatrix, dederatq; comam diffundere ventis.

TELLUS.

TELIS JACEBUNT SPONTE TUIS FERÆ.] Ut ſentiant formam Imperatoriam. Idem ſenſus in hoc Auſonij:

Quod Leo tam tenui patitur ſub vulnere lethum,
Non vires ferri ſed ferientis agunt.

τὸ Patitur enim voluntatem ferinotat. Martialis, ſive quis alius, in ſpectaculorum Collectione.

Quod pius & ſupplex Elefas te, Caſar, adorat,
Hic modo qui tauro tam metuendus erat.
Non facit hoc iuſſus; nulloq; docente magiſtro
Crede mihi, numen ſentit & ille tuum.

Sic diſtinctione lucet Epigramma, obſcurum etiam ſummis viris. Par ſenſus ibidem, Epigrammate.XXX.

Concita veloces fugeret cum dama moloſſos,
Et varia obliquas necteret arte moras.
Caſaris ante pedes ſupplex ſimilisque roganti
Conſtitit, & prædam non tetigere canes.

Quo loco quæ ſequuntur dedita velut opera explanant quod modo adſcripſimus. Sic non invitos piſces capi ab Imperatore, eſt adulatio Oppiani, Lib.I.Halieut.

ὁ δὲ ῥίμφα γενύν κατεδέξατο χαλκοῦ,
Ιχθὺς ἀνιάσας, τάχα δ᾽ ἕλκεται ἐκ βαπλῆ̃ος,
οὐκ ἀέκων, ὡς ὁ δ᾽ ἦτορ ἰαίνετο, ὄρχαμε γαίης.

Sic hoſtes noſtro vincuntur cupide. IV. Conſul. Honor.

Obviaquid mirum vinci, cum barbarus ultro
Iam cupiat ſeruire tibi?

SACRIS VULNERIBUS.] Non parum ineptè. Ex vecordia tamen jam inolita Principum.

LEO.] Heroica Venatio Principi datur. Aſcanius in Marone.

Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte Leonem.

MORTE SUPERBIOR.] Reſpexit ævo Barbaro Joſephus Devonius, lib.VI.

tantoq; ſub hoſte
Nulli turpe meri: pars, tamquam occumbere ceſſet,
Inflictis gaudet iaculis, & morte ſuperbit.

REVERSUM.]Ex Fato, alternis Semeſtribus. Vide Higinum, Apollodorum libro III. Mythologia eſt in his Orphei, ubi Adonin compellat.

Κύπριδος γλυκερὸν θάλος, ἔρνος ἔρωτος,
περσεφόνης ἐρασιπλοκάμου λέκτροισι λοχευθεὶς,
ὃς ποτὲ μὲν ναίεις ὑπὸ τάρταρον ἠερόεντα,
Ἠδὲ πάλιν πρὸς ὄλυμπον ἄγεις δέμας ὡριόκαρπον.
ἐλθὲ, μάκαρ, μύσταισι φέρων καρποὺς ἀπὸ γαίης.

VIRBIUM.] Vide Servium ad Aeneiden. VII.ad Lutatium Periochis Ovidianis, Metamorphos.XV. Cap.XLV. Pauſaniam Attica, Lactantium, lib.I.c.XVII. &c.

PLATANI.] Arbor umbrarum nomine commendariſſima. Notus furor Xerxis apud Aelianum lib.II. Variar. cap. XIV. Horatius de Romanis, lib.II.undiq; latius

Extenta viſentur Lucrino
Stagna lacu, Platanusque cælebs Evincit ulmos

Petronius, deſcriptione Paradiſi Erotici Nobilis æſtivas platanus diffuderat umbras.

Et baccis redimita Daphne, tremulaque cupreſſi. (mnis.
Has inter ludebat aquis ſpumantibus a-

Scho-

Scholiaſtes Horatij : Platanus, infrugifera arbor, magis ad amœnitatem poni ſolet. Ariſtænetus, lib. I. Epiſt. III.

τῇ λειμωνίῃ χαριέντως ἐν ἐρωτικῷ συνεσιάμην παραδείσῳ. καὶ μάλα πρέποντι τῷ κάλλει τῆς ἐρωμένης. ἔνθα πλάτανος μὲν ἀμφιλαφής τε καὶ σύσκιος· ὑμίτριον δὲ πνεῦμα, καὶ πόα μαλθακή, ἅρα θέρους ἐπανθεῖν εἰωθυῖα.

Luxum norat & Martialis li. III Epigramm. LVII. Vino irrigatam arborem ab luxurioſis exemplum in Macrobio lib. II. cap. IX. Hortenſius. Exoticam Romanis docet PLinius lib. XII. cap. I. Unde nobilem appellavit Petronius.

SUB PLATANI VOLES.] Ita editum Claveno, aſſenſu Scaligeri. Omnes cæteri CUBES. Græciſmo eleganti, rei admodum congruo, nec exturbabili. Exemplorum locutionis copia eſt notata ſuperioribus Libris, & ad Rutilium.

GELIDO SPECU.] Noſter gelida ſpecu. Divorum morem æmulatur hic Princeps. Alibi de Venere.

Forte Venus blando quæſitum frigore ſomnum

Vitibus intexti gremio ſucceſſerat antri.

TORRENTIOREM.] Rapidiorem, vel & urentiorem. Utraq; enim vis in voce. Papinius:

Tempus erat, cæli cum torrentiſſimus axis.

Hoc eſt urentiſſimus. Juvencus.

Cum cunctum torrens rapiet flamma ultima mundum.

Hoc eſt depluens, irruens, vice torrentis. Arator lib. I. Hiſtor. Apoſtol. *Iam medie torrēte die* Sic aries torrens Germanico Cæſari, Curſu rapido ingruens.

Inde ſubit aries, qui longè maxima torrens

Orbis, & ad finem ſpatij non tardior horam Perueniſ.

Ut quidem eum locum reſtituimus, ope veruſtiſſ. Editionis Bononienſi, Anni M.CCCC LXXIV. à doctis Cenſoribus mirè interpolatum. Sic *torrens, Luna*, velox, Higino Poetic. Aſtronom *Luna, cum ex toto mundo, & omnibus ſtellis, maximè proxima terra videatur, & ad acies noſtras perueniat, & quodam tempore torrens perueniat ad eumdem locum ſigni quo Sol vehitur.* Eodem pertinet πλεκτάνη χειμάρροος ſine omni circuitione dicta à veteri Jambographo, apud Dionyſium Longinum, cap. II.

περὶ ὕψους. Εἰ γὰρ ἦν ἐστεῦχον ὀψ:μαι μόνον,

Μίαν παρείρας πλεκτάνην χειμάρροον,

Στέγην πυρώσω, καὶ κατανθρακώσομαι.

Quod quamquam Longinus vitio poſuerit, Latini tamen ſæpiuſcule uſurparunt Lucano ſaxum torrens, lib. VII. *Abſtulit ingentes, ſato torrente, ruinas.* Torrens Aetna, lib. VI. *tota cauernas Egerit & torrens in campos defluit Aetna.* Sirius ipſe ſtella in ore Canis, pro ipſa Cane Poetis. Servius Aeneid. X.

SOMNO RESOLVERIS.] Græcis λυσιμελὴς ſomnus alluditur. Principum Sophorum ſententias vide apud Plutarchum, ſi is auctor, Ἀρεσκομ. lib. IV. cap. XXIII.

O QUANTUS URET.] Codex Noſter: *O quantus irei in Dryades calor.* Ineptè. Talia verò amantium furta non unis perſonis pluribus paginis deſcribit Nonnus.

ANCIPITI GRADU.] Dubio; ſuſpenſo inter ſpem & Merum. Talis Lotidem ſuperventurus Priapus apud Ovidium. I. Faſtorum.

Lotis in herboſa ſub acernis ultima ramis

Sicut erat, luſu feſſa, quieuit humo.

Surgit amans, animamq; tenens, veſtigia furtim

Suſpēſo digitis fert taciturna gradu.

Ffff FUR-

FURTIVA OSCULA.] Omnia quę clam ſiunt, furtiva. Pariter Oſcula apud Petronium: Quia conſideratorium hæſerant vultus, quicquid à ſpectaculo vacabat, commovebat obiter labra, & me tamquam furtivis ſubinde oſculis verberabat. Furari lectum Agathias. Anthol. I.

λατρεῖ@ ἀνὴρ λέκτρον ὑποκλέπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου. κλέμμα ἐρωτικόν, Aeliano. I. Animal. cap. II.

ὥσπερ οὖν δυσέρωτες ἄνθρωποι φίλημα, ἢ κνίσμα θηρώμενοι, ἤ τι ἄλλο κλέμμα ἐρωτικόν.

ACERBIS SCYTHIS.] Diris. Rutilius: *Quo magis eſt facinus diri Stiliconis acerbum*

CORDE] TOTO ſenſu, omni captu. Cor enim domus Rationis, & alti Sedes Conſilij, ut ait Hilarius in Geneſi. Alioquin vis ſapiendi. Sympoſius Aenigm. XII. de Vulpe.

Exiguum corpus, ſed cor mihi corpore majus.
Et fera ſum ſapiens, arguto callida ſenſu.

Excordes, Fatui prorſus. Arnobius: *Mortales illius ſeculi corde fuerunt vacui.* Eidem Cor, Sapientia divinatrix, aut ratio compos divinitatis. Libro II. *Vnde vobis Sapientia tantum traditum? unde acuminis & vivacitatis? Ex quibus ſcientia diſciplinis tantum cordis aſſumere, divinationis tantum potuiſtis haurire?* Pro Sale eſt Cor in Auſonijllo.

Qui reminiſco putat ſe dicere poſſe Latinè,
Hic ubi eo ſcriptum eſt, legeret cor, ſi cor haberet.

Sic *Corculum* olim, homo natura ſagax, ingenioſus, acutus Feſti Correptor. *Excors*, veſanus. Paulinus.

nomine divitis excors
Triſte levas criſpa fronte ſupercilium.

SCYTHAS.] Notum hos pro feris immanibusq; mortalibus dici. Dinarchus in Demoſthenem.

τὸν δὲ κατάπτυστον τοῦτον, καὶ Σκύθην χρήματα ἔχειν καθ' ὑμῶν, ἢ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσατε τοῖς ἄλλοις.

Multis Tertullianus lib. I. in Marcionem, qui inſtar ſit omnium.

MICANTEM TE PROPE.] Sideris inſtar. Alibi *ſideris inſtar Emicuit Stiliconis apex.* Horatius *micat inter omnes Iulium ſidus velut inter ignes Luna minores.*

ULTRO SERVITIUM PATI.] Adulatio Panegyrica. Sic Chamavus, Rex Barbarus, cum Imp. Julianus ab eo filium peteret obſidem, quem, Patre clam, in poteſtate habebat, exclamat, apud Eunapium in Hiſtoria, filium ſuum feliciorem fore ſervientem Cæſari, quã ubi domeſtico ſuo regno Imperaret.

γενομένης δὲ σιωπῆς, ὁ τῶν βαρβάρων βασιλεὺς ἀναβοήσας μέγιστον ὅσον, εἴτε ἔζημιοι, ἔφη, ὁ παῖς, ἵνα σοι δοθεὶς ὅμηρ@ ὦ Καῖσαρ, δουλείαν ἐντύχει τῆς ἐμῆς βασιλείας εὐδαιμονεστέραν.

Sic Oneſegius Scytha potiorem ducebat apud Attilam ſervitutem, quam Romanos Opulentiam. Priſcus Rhetor Hiſtor. Gothica:

ὁ δὲ Ὀνηγήσι@ ἔφη, μὴ μείζονα δὲ ἡγεῖσθαι, τὴν παρὰ Ἀττήλᾳ δουλείαν, ἢ τὸν παρὰ ῥωμαίοις πλοῦτον.

COLLOQUE POSCAT VINCULA LIBERO.] Incredibilis adulatio. At iterũ porrò Petrus Pictavenſis Panegyrico:

Cum tu diſcernis, Pietas ſic temperat iram
A te puniri quærat ut ipſe reus.

CAUCASUS.] Notus mons Scythiæ. Herodotus lib. IV. alij infiniti. Ei vicinas Amazonas collocat Tertullianus libro I. in Marcionem.

SEXV RECEPTO.] Muliebri ingenio. Juvenalis, Sat. VI. *faciunt majora coactæ.*

Ingenio ſexus, minimumque libidine peccant.

PATRIS ET IMMEMOR] Martis, cujus filia Hippolyte. Higinus, Fab. XXX. Cingulum

gulum quod Hippolytę raptum interLabores numeratur Herculis, Martis ipſius fuerat. Apollodorus, lib. II.

εἶχε δὲ ἱππολύτη τὸν ἄρεως ζωςῆρα, σύμβολον τοῦ πρωτεύειν ἁπάντων.

Vide PLutarchum Theſeo.

SECURIM.] Quæ armatura Amazonica. Noſter. II Rapr.

Thermodontiaca Tanaim fregere ſecuri.

SEMINUDO PECTORE.] Mamma exerta.

NEGATUM HERCULI.]Sunt enim qui tradant non niſi extinctæ detrahi potuiſſe etiam ab Hercule. Quintus Smyrnæus, lib. VI.

Ἀμφὶ δὲ οἱ μέγας ποποίηντο, θεῶν ἀπειρμένη εἶδ@,

Ἱππολύτη. καὶ τὴν μὲν ἀπὸ κρατερῆς σι χέρεσσι

Λαιδαλέος ζωςῆρ@ ἀμερσάμεναι μεμαῶτων,

εἷλκε κόμης ἵπποιο κατ' ὠκέ@.

Alij ſponte tradidiſſe dicunt Hippolyten, ſed dolo Iunonis occiſam Vide Apollodorum.

BELLUMQUE SOLUS CONFICERET DECOR.] Sunt enim & Speciofitati ſua arma, Telaque; unde arcus, Spicula, Sagitta, Amoris. De Muliebribus Anacreon.

Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,

Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων,

Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον

Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.

Muſæus Grammaticus, de Herone & Leandro.

Κάλλ@ γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς

Οξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστῶ.

Nonnus, lib. XXXIV. Dionyſ.

Μιμνε μοι, Χαλκομέδεια, τὸν ἱμείροντα μαχητὴν,

Ρύεται ἀγλαΐη σε, καὶ σὺ δρόμ@, οὐ τί σον αἰχμή.

Ἄνδρα βαλεῖν δεδάασιν, ὅσον σπινθῆρες ἐρώτων.

Idem, Libro XXXV.

Καὶ σου τεὸν βλεφάροισιν ὀϊστεύεις ὀλετῆρα,

Ἐγχὺς ἐνικήθη σεο κάλλεϊ, σεῖο προσώπε

Μαρμαρυγαὶ κλονέουσιν, ὅσον λαχῖνες ἀκόντων.

Idem. Libro XLII.

Εἰπὲ τί σοι ῥέξεϊ, μία παρθένος, οὐ δόρυ πάλλει

Οὐ ῥοδέη παλάμη ζωνύει βέλ@. ἔγχεα κοίρης

Οφθαλμοὶ γεγάασιν, ἀκοντιστῆρες ἐρώτων.

παρθενικῆς δὲ βέλεμνα ῥοδώπιδές εἰσι παρειαί.

Achilles Tat. κάλλ@ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταρρεῖ.

Exemplum pulcrum dat Amor Pieriæ.

Ἔνδοξος, inquit Polyænus, li. VIII. ὁ φρυγίας καὶ πιερίας ἔρως εἰρήνην αὐτῇ πολέμου παρέσχεν. Ariſtænetus, libro I. Epiſtol. XV. οὐδὲν πιθανώτερον πέφυκεν, οὐδ᾽ αὐτοσημότερον Ἀφροδίτης, ἴσασι δὲ οἱ βεβλημμένοι. καὶ τούτων ἡμῖν αὐτὴ ἡ φ@ οὐδὲ εἰς. αὕτη γὰρ καὶ πόλεμον διαλύει, καὶ δυσμενεῖς παρασκευάζει βεβαιότατα σπένδεσθαι πρὸς ἀλλήλους.

Vide eam Hiſtoriam ea Epiſtola non tam deſcriptam quam depictam.

BEATA QUÆ TE MOX FACIET VIRUM.]Maritum. Ex illo Martialis, lib. VIII. Epigr XLV.

Felix qua tenerum vexabit ſponſa mari- (tum,

Et qua te faciet prima puella virum.

Interpres Apollonij Tyrij: *Quare fratrem meum, matris meæ virum, nec inuenio.* Id eſt maritum. Ita Græcis γυνὴ, jam virum paſſa. Muſæus.

παρθένος ἠμάλιν, νυχίη γυνὴ

Apud Theocritū puella, puero modo ſubdita:

παρθένος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρπω.

Ut Latio *Mulier.* jam deflorata. Lactantius, lib. I. cap. XVII. *Si ergo adoleuit, ſi virgo fuit primò, poſteà mulier.* Arnobius. lib. V. *Virginitatem Danae cuſtodire nequiuit, ad mulieris nomen properauit Europa.* Sæpè Ariſtænetus. Aliquando γυνὴ Sponſa. Babrius. Ἀνὴρ γάλλον γυναῖκα πρὸς δόμους ἄγει. Noſtri locutio, virum facere, ἄνδρα ποιῆσαι, Longo eſt, Paſtoral. III. Et ἀνὴρ, maritus, aut Venerem jam expertus, lib. II. *Mulier, fæmina,* non amplius virgo, Ulpiano cap. XI. de Contrah. Emt. *Quod ſi ego me virginem emere putarem. cum eſſet jam mulier, emtio valebit, in ſexu enim non eſt erratum.*

IUNGET.] Iugo vitæ. Horatius de Venere. *cui placet impares Formas ſub juga ahenea Sæuo mittere cum joco.* Pertinent quæ de Junone Zygia non paucis notamus ad Appulejum, illo toties celebrato Indice, quem interpolavit Editio recens.

ODA. II.

Carminis genus in ſcriptis Exemplaribus huic Odę indicatum eſſe Anacreonticon, cum Sapphico Choriambico. Itaq; duo poſtremi ſingularum ſtropharum verſus uno protelo, unaque linea ſunt ſcribendi. ut animadverſum jam alijs. Noſter Codex ſervat vulgatum ordinem, ut & Claveriani, aſſentiente Scaligero. Quod autem Stephanus idem Claverius notat, conſueviſſe Poetas metra pro lubitu ordinare non capio; Quæ enim conſenſu ſcriptorum integra eſſe debebant, dimidiata nuſquam legi meminimus, niſi ubi peculiare genus conſtituendum decretum fuit, ut de Hexametro factum eſt illi quod Lugubre vocat Auſonius, uſurpavitque funebri Hymno Prudentius quamque Timotheus apud Macrobium, & Varro eodem etiam ſint ad alia uſi.

CUNCTA TELLUS.] Nuptiæ enim Imperatorum publicam inferunt Lætitiam, publica tripudia. Ita populus Coronas ſumebat, choreas ducebat per urbes, communi quodam generis humani feſto. Zoſimus, libro V. de Nuptijs Arcadij, Paranympho Eutropio Eunucho.

ὡς δὲ τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ πρᾶξιν ἐθεάσατο κατορθωμένην ὁ εὐνοῦχος αὐτῷ, χορεύειν τῷ δήμῳ, καὶ στεφανοφορεῖν, ὡς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐκ·λθε γάμοις. ἐσθῆτα δὲ βασιλεῖ πρέπουσαν, καὶ κόσμον ἐκ τῶν βασιλείων λαβών, ταύτην τε φέρειν δοὺς βασιλικοῖς ὑπηρέταις, ἦγε διὰ μέσης τῆς πόλεως, ὑγεμῶνος τοῦ δήμου, &c.

Itaq; Pæanam velut publicum generis humani cauit Claudianus, qualibus in victorijs Imperabantur velut Gaudia, & exſtat eodem genere ſcriptus carminis à Publilio Optatiano Porphyrio.

Poſt Martios Labores
Et Cæſarum perennes
Virtutibus per orbem
Tot laureis virentes,
Et Principis Tropæa,
Felicibus triumfis
Exſultet omnis ætas,
Vrbesq; flore grato
Et frondibus decoris,
Totis virent plateis.
Hinc Ordo veſte clara
Cum Purpuris honorum
Fauſto precantur ore,
Feruntq; dona læti
Iam Roma, culmen Orbis,
Dat munera & Coronas

Auro

Auro ferens coruſcas
Victorias triumphis.
Votaque jam theatris
Redduntur, & Choreis.
Me Sors iniqua lætis
Solemnibus removit.

Sic legendi primi hujus carminis verſus, in Editione P. Pithæi corrupti. Cum autem de Senatu Porphyrius loquitur καὶ ἐξοχὴν Ordinem eum appellat, ut eo loco mutare nihil debuerint Antonii Velſeri Codices. Veſtis clara togam recentem, niveam, notat, qualem lætitia publica ſumtam alibi his Animadverſionibus docuimus. Quod urbes ſumſiſſe coronas ſcriptum Porphyrio, firmat hac ipſa oda Claudianus, Et Martialis lib. VI. Epigr. LXXX.

NUPTIALI VERE.] Vere nubunt omnia. Lucretius lib. I. Seneca, ut diſertè inſcribunt membranæ veteres, Pervigilio Veneris. Tempeſtatis Serenitatem Imperatori faviſſe ait, ut Quatto ejus Conſulatu.

Imperii Luxilla fuit, præſagas abibat
Cunctanter, riſitque tuo Natura ſereno.

Indicat ſub Domitiano tam adulationem hanc ferè neceſſariam fuiſſe. Juvenalis, Sat IV.

ſed quid violentius aure tyranni,
Cum quo de pluviis, aut æſtibus, aut nimboſo
Vere locuturi fatum pendebat amici.

Vides ex his verbis, unde Tempora Serena Principum felicitati adſcripta, ut ſunt apud Papinium, Martialem, Claudianum, Sidonium, Corippum, Enoodium. Sic huic Claudiani voto in Ægypto, Chriſto nato, ſcribit Anaſtaſius Sinaita, lib. III. in Hexameron, quem vide.

TOROS HERILES.] Omnium rerum, ſolens ſuo more, Dominum facit Imperatorem Romanum. Sic Oppianus ad Baſſianum, ἄρχαμε γαίης Vide Ariſtidem Encomio Marci, Synefium ad Arcadium, Libro de Regno.

OMNE NEMVS CVM FLUVIIS.] Vera ſcriptura, quam Belgicorum Codicum tantum unus prætulit. Pariter Bentiniani, Claveriani, & Scaliger. Noſter Camertis & Aldi Editiones, τὸ *fluviis*, quod utique veriſſimum eſt, agnoſcunt. Reliqui *NEMVS cum foliis* admodum ſtultè. Camers quidem hoc ante altos etiam bene, quod verſus longos, ut debebant, poſuerit. *Fluviis* non incoucinnè datur Lætitia, ut Græci Poetæ ſæpius, & eorum imitatione alibi noſter. Quæ flumina velit dicere, mox.

LIGVRES FAVETE CAMPI.] Mediolani enim factæ Nuptiæ, ut conſtat ex ſequente Libro. Theodoſium notum ibi Lubentem fuiſſe.

VENETI MONTES.] Liguſtici, Euganeique. Sidonio lib. I. Epiſt. V. *Quibus oriuntur hic* nominata flumina, eodem auctore. Noſter Codex, *VENERI*, Inconcinnè.

SUBITISQUE SE ROSETIS.] Sponte enatis, ſponte terra prodeuntibus. Idem mens horum verborum in Nuptiis, ſecus perperam intelligente Lipſio.

Mavortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animantur frondibus haſtæ.

ROSETIS.] Vbi Conſitæ roſæ. Gloſſarium Græco-Latinum. ῥοδεὼν, Roſetum. Quod Græcè etiam ῥοδωνιὰ dicitur. Ammianus.

περὶ διαφορᾶς λέξ. ῥόδον καὶ ῥοδωνιὰ, καὶ ῥοδῆ, διαφέρει, ῥόδον μὲν γὰρ τὸ ἄνθος, ῥοδωνιὰ δὲ ὁ τόπος, ῥοδὴ δὲ τὸ φυτόν.

In eodem Gloſſario ῥοδοκαὶ θα roſetum etiam exponitur. Dicebatur Latinè & Roſarium. Onomaſticon priſcum, ῥοδωνιὰ, Roſarium. Quæ ambo ſunt apud Palladium Novembri, cap. XI. *Quamvis menſe Februario ſint conſerenda roſaria, tamen locis calidis, apricis, atque maritimis, hoc etiam menſe poterimus inſtituere roſeta. Roſeta tamen naturalibus ſint viciniora.* Roſaria conſita manu. Roſas enaſci

naſci pro voluptabili ſpectaculo dicit,luxu deliciiſque veterum in hoc flore præcipuis.

VESTIAT.] Nihil frequentius quam terræ germina veſtitum ejus appellari. Quomodo veſtiri ipſos flores. Divinitas ait in Evangelio. Macarius. Homil.

καὶ εἰσι βοτάναι, καὶ ἐν αὐταῖς διαφοραὶ πολλαί, αἱ μὲν ἐς ὑγείαν προχωροῦσαι, αἱ δ' ἐς εὐωδίαν μόνον, ἕκαστον δὲ τῶν δένδρων ἔνδοθεν ἐκφέρει τὰ ἐνδύματα, φαινόμενα φύλλα, καὶ ἄνθη, καὶ καρποὺς, ὁμοίως καὶ τὰ σπέρματα ἔνδοθεν ἐνδύματα φέρει φαινόμενα.

Sed ille potius de fructuum indumentis loquitur. Appuleius, lib X. *Specula plane tenui ſolabar clades ultimas, quod ver in ipſo ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret, jam purpureo nitore prata conveſtiret.* Sæpiſſime Poetæ Gentiles & Chriſtiani. Tertullianus de Pallio, cap. II. *Sic & terram, ſic recenſeas, Temporatim veſtiri amantem, prope ſit eandem negare, memor viridem, cum conſpicis flavam, mox viſurus & canam.* Sidonius, lib. I Epiſt. V. *Atheſin & Mincium, in ſuis etiam gurgitibus inſpexi, quorum ripa therique paſſim quernis accerniſque nemoribus veſtiebantur.* Veſtitur res quæcunque quocunq; inducitur. Virgilius, lib. VI.

> *Largior hic campos, æther, & lumine veſtit*
> *Purpureo.*

Tertullian. I. Marcion.

> *Mortalis quondam, nunc inviolabile & ingens.*
> *Veſtitus Lumen.*

CALAMISQUE FLEXUOSUS.] Malè Libet Noſter flexuoſis Eſt fluminis enim, non arundineti. Mintium Flexuoſum, idque tardis meatibus auctor ejus indigena, Maro, qui & arundineta ejus celebrat. Ecloga VIII.

> *Hic virides tenera prætexit arundine ripas*
> *Mincius.*

Georgico. III.

> *tardis ingens ubi flexibus errat*
> *Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.*

Ipſas arundines de Nuptiis illis præclaris, & votivis generi humano, colloquii facit Claudianus, quomodo Theocritus cupreſſus, in Devirginata Puella.

> Puella. Μίμνε τάλαν, τάχα τις τοι ἐπέρχεται: ἦχον ἀκούω,
> Daphnis. Ἀλλήλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

LENE MINCIVS.] LEVE, flagitat verſus, & ita membranæ Cujacianæ.

PADUS ELECTRIFERIS.] In Padi fluminis ripis ſitas arbores Electrum deflere vetus eſt Fabula. Ovidius, lib. II. Lucianus, Sermone Jovis ad Solem:

ὡς ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν, ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἵνα περ ἔπεσεν ἐκδιφρευθεὶς, ἤλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δακρύουσαι, καὶ αἴγειροι γιγνέσθωσαν ἐπὶ τῷ πάθει.

Alia apud eundem Procemio de Cygno & Electro. Eſt enim is libellus ingreſſio quædam ad majus aliqud volumen.

EPULISQUE JAM REPTETO.] Munificentia, videri vult, & factum etiam forte eſt, Imperatoria. In nuptiis magnatum ſportulæ dividebantur, tam caræ plebi Romanæ, ut earum gratia etiam Spoletum uſque eam excurriſſe tradat Ammianus Marcellinus, lib. XIV. *Quin trans maria hoc genus volitaſſe docet* Symmachus Lib. III. Epiſt. XXIV. *Nam, ut ſcis, ait intervallo maris atque terrarum, quo diſtinemur, non tibi prius conjugam quam ſobolem ſucceſſiſſe cognovi: Quippe unis litteris & nuntium ſi iola recens edita, & nuptialem ſportulam detuliſti:*

RESONET QUIRITE.] Indubie vera optimorum Codicum, in his & noſtri, ſcriptio. Decepit cæteros librarios inuſitatio numerus Perſius:

be

heu ſteriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit

Horatius lib. II. Od. III.

Quis te redonavit Quiritem Diis patriis

Quem locat notat vetus auctor Sergius, quidem & *Quiritis* in Petronio, uti & Priſcianus. *Facit verò non infeſtivo huc quod* Aurelianus Imperator ad Arabianum ſcripſit: *Neque enim Pop. Romano Saturo quicquam poteſt eſſe latius.*

DOMINIQUE LÆTA VOTIS.] Cum ex immenſo agmine puellarum una uxorem ducturo eligeretur, qua cum vitam ſuam tranſigeret, doctiſſimi ſcriptores vota pro ipſis Nuptiis acceperunt, uti hoc quoque loco Vota Honorii facit domumductio Mariæ Stiliconiæ. Notatum alibi pluſculis. Eodem pertinet quod Optare dicitur puella, cum conſentit in Nuptias proco alicui, velut ſumma ejus Libertate, votique unius pro omnibus. Quintilianus, Declamat. CCXLVII. *Raptoris-ivitis bona mariti uxor accipiat. Adoleſcens locuples rapuit. Priuſquam* OPTARET *puella, miſit ad eam propinquos, rogatum, ut nuptias haberet: auditis illa precibus, tacuit & flevit. Percuſſit ſe adoleſcens. Priuſquam exſpiravit,* OPTAVIT *illa Nuptias. Petunt Bona propinqui & uxor. Hoc argumentum ejus eſt declamationis.* Mox in ipſo Sermone. Ut puto, dicit hæc puella; Uxor ſum: *Nuptias enim optavi* OPTANDO *ſtatim maritum illum habere cœpi. Neceſſe enim illi erat marito eſſe, ſi viveret.* Et Concluſio matrimonii dicebatur *Optio*. Ibidem. *Dicit pars diverſa; non fuiſti uxor, non ſubſiſti cum illo.* OPTIONE *quidem tradita illi, ſed ſtatim diſceſſit poſt vocula.* Emacula. *non ſubſiſti enim illi.* Minimè enim dici poterat hoc feciſſe. Vide ſequentia, optimè emondatum dices.

AUREA SEPTEM GEMINAS.] Imitatum ex Papinio. XVII. Conſul Domit.

Exſultant Leges Latiæ, gaudentque curules,
Et ſeptemgemino jactantior æthera pulſet Roma jugo

Auream à ſplendore auratorum Templorum dicit. Rutilius, Itinerario. I. Noſter in Sextum Conſulatum Honorii.

CORONET APICES.] Feſto more. Silius Italicus, lib. XII.

Submiſſas tendunt alta ad Capitolia dextras,
Et feſta cingunt mentis penetralia Lauru.

Noſtro intelliguntur ſerta nuptialia, quibus poſtes ædium cingebantur, novis nuptiis deſtinatorum. Sic de ædibus Serenæ præcipit Phœbus, Libro iſto de Nuptiis.

Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto
Contendant, pars nectareis aſpergere tecta
Fontibus, & flammis lucos adolere Sabæos.

IBERI.] Hiſpania. Unde genus Theodoſio.

FUIT UNDE SEMEN.] Malè ita Bentiniani, Camers, & Scaliger. Cujaciani & noſter veritatem ſervarunt FLUIT UNDE Conſentientibus & Belgicis. Noſter hoc peculiare, quod EFFLUIT, dirupta velut in duos verſus voce præfert.

AULÆ,] Domui Regali, Familiæ, ſtirpi. Libro.

Cui Mariam differs? Fœdus mihi ſolve paternum
Redde ſuos Aulæ.

IMPERIO FOETA DOMUS,] Imperatoribus. Alibi. Imperii lux illa fuit Non ais peperiſſe ibi quampiam, niſi ut ſoboles imperio eſſet digna, & velut innata Imperium, majeſtatem Principalem dicunt ſcriptores temporum cadentium, ut ad Liutprandi legationem notamus in Adverſariis.

VIX NUMERAT TRIUMFOS.] Sanè ſi penitus res Theodoſii introſpicere velis. Vide Noſtrum tertio & Quarto Conſulatu Honorii poſt principia:

PUELLA MATREM.] Serenam nimirum.

rum. Theodoſii domum Laudatam à fœminino etiam ſexu vide in Laudibus hujus Serenæ. Ibi ſunt hæc.

Hæc generat qui cuncta regunt; nec laude virorum
Cenſeri contenta fuit, niſi matribus æque
Vinceret, & gemino certatim ſplendida ſexu
Flaccillam, Mariamque daret, pulcramq; Serenam.

CÆSAREUM FLAMINEO.] Inepta lectio, quam ſervant tamen libri, Noſter, Bentiniani, Aldini, Delriani, Camertis, Belgæ, ut chorum fatuorum agnoſcas. Mihi viſum FLVMINEO quondam, cum nobilitatem vetuſtiſſimam à fluminibus referre moris fuerit, notatumq; ſit ſupra. Verum cum totius commatis non alius ſit ſenſus, quam ut non minorem, quam ipſis ſit Cæſaris, nobilitatem per agnationem dicat Sponſæ, quæ de domo Cæſarea per ſexum fœmineum prodita, recurrat in eamdem, nubente videlicet ipſi principi Maria, Probanus Cujacianorum Codicum ſcripturam *Caſareum fœmineo ſtemma recurrat ortu.*

DECORENT VIRETA BETIN.] Scribunt *vineta*. Belgæ nonnulli, & quibus Andreas Schottus Codicibus uſus, ſed nemine neſcio contra Legem metri.

GENERISQUE PROCREATOR.] Tacite divinitatem domui Cæſareæ adſcribit, cum notiſſimum ſit Homeri ſcitum, Deorum Geneſin adſcripſiſſe Oceano. Monui ſuprà ad Quartum Conſulatum Honorii.

ORIENSQUE REGNA FRATRUM.] Quod ſolum defuiſſe ait felicitati Theodoſii, diſſenſu fratrum occulto, initio Belli Gildonici. Vide & ad III. Conſul Honorii.

PLACIDÆ LÆTENTUR URBES.] Craſſus error in Legem Pediam. Noſter Codex cum Belgarum è vulgo duobus *Placida locentur Vrbes?* Quam in proclivi correctio *placida jocentur Vrbes?* Claverius edidit *ferantur Vrbes.* Plebeiè, & nullo ſenſu tanto ſcriptore digno, quare Prudenter Scaliger tranſiit potius, loco aſteriſco notato. At noſtra emendatio Veritatem non dubiam reſtituit. Eædem noſtræ membranæ ſupra habent *Sub vitreis Oceanus luxurietur antris.* Concinne & edidit idem Aldus. Ita humidam Regiam Tiberini aulam vocat Conſ. Probini. Vrbes autem jocari præcipit, quia in virorum principum nuptiis fiebat, quod de Ricimeris & Aſcellæ ait Sidonius, lib I. Epiſt. V *negotia quieſcebant judicia, conticeſcebant, differebantur legationes, &c.*

QUÆQUE NOVO.] Doctrina nonnullorum ex Philoſophis. Solem in noctem extingui, reaccendi in diem: quam in Epicuro confutat Cleomedes. Ita ſolentes exinde loquuntur ſcriptores. Appuleius, lib II. *Vt primum nube diſcuſſa, Sol novus diem fecit, & ſomno ſimul emerſus & lectulo.* Corippus lib. II.

quando omnia pallent
Sidera, & afflatas ortum jubar aſpicit herbas,
Atque aperit novus aſtra dies.

Sic recentem vocat Phœbum orientem, Ovidius, lib. II.

Ardua prima via eſt, & qua vix mane recentes
Enituntur Equi: medio eſt altiſſima cœlo.

Cn. Mattius, apud Gellium lib. XV. cap. XXV

Iam jam albicaſſit Phœbus, & recentatur.

CORI.] Corus Argeſtes Græcis, ventus occiduus, adverſus flans Aquiloni. Vide Gellium, lib. II. cap. XXII. Appuleium, alios.

SONORUS.] A ſtridore tempeſtatum quas vehit. Vt Maro.

Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras.

Sonor alioquin etiam temperatus ſonus, ut Sonor melicus apud Lucretium.

SOLUS OVANTEM ZEPHYRUS. Proſperitatem & Bonum Eventum circumloquuntur hoc vento Poetæ. Papinius, Propemtico Celeris III. Silvarum.

Et Pater Aeolio frangit qui carcere ventos,

Cui varii flatus, omniſque per æquora mundi
Spiritus, atque hyemes, nimboſaque nubila parent,
Arctous objecto Borean, Eurumque, Notumque,
Monte premat; ſoli Zephyro ſit copia cœli.

Noſtro res Veneris peculiaris cauſſa. Genitabilis enim hic ventus. Lucretius initio operis.

ſpecies patefacta eſt verna diei,
Et reſerata viget genitabilis aura Favoni.

Hujuſque venti Spiritus credebatur laborum ferre requiem, hilariraris initium. Orpheus, Indigitamentis.

Αὖραι ποντογενεῖς, Ζεφυρίτιδες, ἠεροφοῖται,
Ἡδύπνοοι, ψιθυραὶ, καμάτου ἀνάπαυσιν ἔχουσαι,
Εἰαριναὶ, λειμωνιάδες, πεποθημέναι

Ideoque ad Venerum chorum complendum, ſummamque ſuavitatis hic quoque requiritur. Ariſtænetus, deſcriptione Paradiſi Amatorij.

καλὴ μὲν οὖν ἡ πηγὴ, ἀκραιφνὴς δ' ἢ καὶ ἡ τοῦ ζεφύρου πνοὴ, λεπτὸν ἅμα καὶ ὑπήνεμον ἐγχέουσα, ἐκ τῆς εὐωδίας πολὺ συνεπαγομένη τῶν ἀνθέων, τοῖς μύροις ἀντιπνεῖ τῆς γλυκυτάτης.

PERDOMINETVR ANNVM.] Sit perpetuum ver. Zephyrus hujus dux. Secundo Rufin. *Zephyris cum primum bruma remitti.* Et alluditur ſimul aureum ſeculum, quod perpetuum ver faciunt Poetæ. Ovidius.

Ver erat æternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.

Virgilius, Georgico. I.

ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri.

ODA III.

Vidi qui vituperaret hoc carminis genere celebrari Nuptialia. Ego, etſi Tragici videantur Anapæſti, ex ipſa tamen Tragœdia teſtimonium petam, ubi eis concinetur Epithalamiū, ubi Poetica Analecta produxero tamdem. Aptior tamen videatur diſtractio verſuum, qualis in Cujaciano Exemplari fuit, Hymænei rebus.

Solitas galea Stilico molli
Fulgere comas. Necte corona.

GALEA FVLGERE.] Comta arma in Heroicis Laudibus ejuſdem Ducis alibi quoque celebravit.

ſideris inſtar Emicuit Stiliconis apex.

MOLLI CORONA.] Nuptiali, nullo ſudore paranda. στέφος γαμήλιον vocat Bion in Anniverſario Adonidis Luctu.

SÆVUMQUE PROCUL.] Scriptus noſter, & duo Belgæ. VACVVM. Feriarum, puta, nihil iſthic quod agat habentem. Quomodo Papinius:

Et Muſa procul ite feriata.

Hoc enim eſt VACVVS. Horatius lib II. Serm II.

poſt tempus venerat heſpes.
Sive operum vacuus gratus conviva per imbrem.

Idem ad Lyram. *ſi quid vacui ſub Vmbra Luſimus tecum* Nihil tamen in Claudiano mutamus.

RELEGET.] Aliorſum mittat. Primo de Raptu, & alibi.

AVLA.] Regia domo. Sic Od. I. & lib. I. Laudum. Eucherius ad Valerianum: *Nonnulli quoque ex recentioribus exſtiterunt, atque hac noſtra ætate principes, qui ad cognitionem veri Regis propius acceſſerunt; ſummumque illum Dominorum ſumma cordis contritione confeſſi ſunt. Attentam divinæ majeſtati reverentiam, etiam uterque ſexus ex aula exhibuit.* Aula, Imperium. Auſonius.

Primus Regalem patefecit Iulius Aulam. Comitatus Imperatorius. Vt apud Suetonium, & notatum eſt ſupra.

PATRIS.] Stiliconis. Fine Odæ. Stilico ſocer eſt, Pater eſt Stilico. Parentem Principis Prudentius, publicum laudat Symmachus.

IVNGE POTENTE PIGNORA DEXTRA.] Jungebat dextras convenientium matrimonio, Pater, vel qui Parentis loco erat, aut Matris. Sic Venus in Epithalamio Palladii.

Aggreditur Cytherea nurum.
Tum dextram complexa viri, dextramq; tyranni,
Tradit, & his ultrò ſancit connubia verbis.

Trebellius Pollio, Gallienis: *Cum fratrum ſuorum filios conjugaret, & omnes Poetæ Græci Latinique Epithalamia dixiſſent, idque per dies plurimos, quum ille manus ſponſorum teneret, ut quidam dicunt, ſæpius ita dixiſſe fertur.* Sidonius Epithalamio Polemij.

Amborum tum diva comas viridantis oliva
Pace ligat, nectit dextras, & fœdera mandat.

Idem fine Ruritiani.

GENER AVGVSTI.] Qui Serenam adoptaverat, Theodoſii. Vide librum de Laudibus Serenæ.

QVÆ JAM RABIES LIVORIS ERIT.] Felicitate ſucceſſuum extinctum cum omni ſua rabie Livorem dicit. *Non eſſe* enim, interiiſſe denotat. Sic Gymnoſophiſtarum unus Alexandro reſpondit mortuos non eſſe. Velius Fidus Libello: *Rogo, Domine, permittas mihi in eodem loco, in marmoreo ſarcofago, quem mihi modo comparavi, ea corpora colligere, ut quando & ego ESSE DESIERO pariter cum illis ponar.* Cominius Firmus, Epitaphio Oppiæ:

Oppia jam non eſt, erepta eſt Oppia, Firmo.

Q. Curtius, initio Lib. VII. Philotam *ſicut recenti ut ſceleris veſtigiis jure ſupplicio affectum cenſuerant milites, ita poſtquam DESIERAT ESSE, quem odiſſent, invidia in miſericordiam vertit.* Salvianus lib. III. ad Eccleſ. Cathol. *Hoc eſt enim & rebus humanis penitus excedere, totum omnino, cum ſuo corpore, hominem, in præſentia rerum humanarum eſſe deſiiſſe.* Valer. Flaccus lib. VII.

Hunc quoque, QVI NVNC EST, crudelis, Iaſona neſcis
Morte perire tua?

Rabies Livoris, ipſe cum furit maximè. Alibi

Rabies Livoris acerbi
Nulla poteſt placare dies.

COLOR.] Afficta ſpecies. Fucus. Vincentius, Commonit. I. Phæbadius contra Arianos, Fauſtus, lib. I de Lib. Arbitrio. Gildaſius Excidio Britanniæ. Petrus Damianus, Epiſt. ad Hildebrandum. Ignatius Martyr Epigraphe Epiſt. ad Romanos. Lupus Abbas Ferrariæ, Epiſt. V. Ambroſius contra Symm. Capella lib. III. & V. Prudentius, lib. II. in Symmachum. Quorum verba dedimus Notis ad Phæbadium Libello mixtum in modum vitioſe Edito.

SOCER EST.] Res nota ex Zoſimo, aliiſque Jornandes. *Stilico Patritius & Socer Honorii; nam utramque ejus filiam, Mariam & Thermantiam, unam ſibi poſt unam* (Gothica Latinitas) *ſociavit. Vtramque virginem & intactam Deus ab hac luce migrare præcepit.* Vide ſuperius non uno loco ſcripta.

ODA IV.

IDALIVM JVBAR.] Veneri ſacer Heſperus; quia ad ejus exortum collocabatur puella in thalamum ſponſi. Catullus.

Veſper adeſt, Iuvenes conſurgite, Veſper Olympo
Exſpectata diu vix tandem lumina tollit.
Surgere jam tempus, jam pingues linquere menſas,
Iam veniet virgo, jam dicetur Hymenæus.

Nec

Nec producebatur prius nova Nupta, quam ad exortum hujus ſideris. Idem Catullus eodem ſuaviſſimo carmine, quod totum huc pertinet.

Heſpere, qui cœlo lucet jucundior ignis?
Qui conſponſa tuis firmes conubia flammis?
Quod pepigere viri, pepigerunt ante parentes.
Nec junxere prius quam ſe tuus extulit ardor.

Ejus exortus vovebatur ita omnibus ad vota properantibus. Seneca Medea.

Et tu, quæ gemini prævia Temporis,
Tardè ſtella redis ſemper amantibus.
Te matres avidæ, te cupiunt nurus,
Quamprimum radios ſpargere lucidos.

Eodem pertinet allocutio Sapphus.

ἕσπερε πάντα φέρεις,
φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα,
φέρεις ματέρι παῖδα.

Ejus enim rei auſpex conjunctio conjugialis. Medio verſu non aſſentimur Fabio Benevolentio, Fulvii Urſini amiciſſimo, legendum cenſenti φέρεις οἶν. Nam convivium loquitur Poetria, cum nota ſit veterum in prandendo frugalitas.

2. DILECTVS VENERI.] Vide Notas ad ſecundum de Raptu.

2. NASCITVR.] Sidera enim parere ſe dicuntur. Ut Pindaro dies filia Solis Theodorus Prodromus Solem noctem & diem parere dicit.

Καὶ νύκτα τίκτων, καὶ κίων τὴν ἡμέραν.

3. SOLLICITVS PVDOR.] Quem in omnium novarum nuptarum deſcriptione agnoſcunt & commendant Poetæ. Dum nimirum puella rudior alteriùs vulnus horret inepta loci. In noſtro Libro eſt *ſollicitus Timor* Contrà cæteros omnes, quem ut audiamus nullo auctore adigimur.

4. FLAMMEA.] Flammeum genus pepli aut velamenti, novis nuptis faciei velandæ luteo colore facti, illigatique, ne pudor & lacrymæ viderentur: quas tamen ipſa flammea prodere dicit Claudianus, nimia ſignificans. Capella, lib. IX.

Flammea ſollicitum quæ obnubere ſueta pudorem,
Regina deme pronuba.

Quid docet à pronubis tandem ea ſublata. Vide Scholiaſten Juvenalis Sat. VI. v. CCXXV. Plinium, Lib. XXI. cap. VIII.

IMPACATA LICET.] Omnes ſcripti Codices agnoſcunt hanc lectionem. Et eſt ſane vera. Summis enim viribus ungues etiam jam ſponſæ puellæ pro virginitate defendenda parare dicebantur. Martialis Capella, lib. IX.

Heſperus intactam ſerves licet uſque puellam
Nuptam videbis, Phoſphore.
Nec matris lacrymæ, preſſi nec viribus ungues
Nexus valebunt ſolvere.

Noſter, Epithalamio Palladii, v. CXXXV. Horatius, alii.

ARMAT SPINA ROSAS.] Hoc impar jugum natura factum ajunt, ut ne gratiſſimus odor ſine defenſione omni injuriæ pateret temeritati. Sympoſius Roſa, Ænigmate XLV.

Purpura ſum terræ, pulcro perfuſa colore,
Sepťaque, ne violer, telis defendor acutis,
O felix, longo ſi poſſem vivere fato.

Sententia ſimilis apud boni ſenſus ſcriptorem, ſtili & carminis pro ſeculo contemtorem, an ignariorem? Theodorum Prodromum: qui cum Κύριος id eſt Dominus inſcribatur, aut Domnus, temporum cadentium conſuetudine, homines cætera non indocti perſuadere ſibi potuerunt eſſe Cyrum illum, quem ævo floruiſſe, magniſque honoribus functum. Poetatum etiam non infeliciter, ſcribit Evagrius in Hiſtoria Eccleſiaſtica, perperam omnino. Verba ſunt.

τὴν καλλονὴν, ἄνθρωπε, τοῦ ῥόδου βλέπων,
Καὶ τὰς ἀκάνθας εὐθέως περισκόπει.
Κἀνθεῦθεν εἰς ἔννοιαν ἐλθὲ τοῦ βίου,
ὡς ὁ τρυγῶν γὰρ τὸ γλυκύπνοον ῥόδον,
Ἐκ τῶν ἀκανθῶν αἱμάττει τοὺς δακτύλους,
Οὕτως ἁπάντων ἀγαθῶν κοινωνία
Ἀλίζεται μὲν, ἀλλὰ μυρίοις πόνοις
Οὐκ ἔστιν ἄμοχθον γὰρ οὐδὲν ἐν βίῳ.

MELLA TEGVNT APES.] Eadem Mythologia Phyſica. Petronius Satirico: *Apes ideo pungunt, quia ubicunque dulce eſt, ibi & acidum invenies.* Boethius.

Habet omnis hoc voluptas
Stimulis agit fruentes,
Apiumque par volantum,
Vbi grata mella fudit
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

CRESCVNT DIFFILI GAVDIA JVRGIO.] Claudianus Mamertus, lib. II. de Statu Animæ, cap II. *Mortalium generi natura datum eſt, ut abſtruſa fortius quærat, ut negata magis ambiat, ut tardius adepta plus diligat.* Petronius.

Quicquid quæritur optimum videtur.

72. ACCENDITQVE MAGIS QVÆ REFVGIT VENVS.] Petronius, parte.

Nolo quod cupio ſtatim tenere,
Nec Victoria mi placet parata. Idem.
Ales Phaſiacis petita Colchis,
Atque Afræ volucres placent palato.
Quod non ſint faciles: At albus anſer
Et pictis anas enovata pennis
Plebeium ſapit. Vltimus ab oris
Attractus Scarus, atque arata Syrtis
Si quid naufragio dedit, probatur
Mullus jam gravis eſt. Amica vincit
Vxorem, roſa cinnamum veretur
Quicquid quæritur optimum videtur.

Ovidius, Metamorph. I. *Aucta fuga forma eſt.* Venus, ipſum opus. Alibi.

tum vivere caſte Aſperius cum prompta Venus.

Pugnæ autem illæ puellares ut plurimum fictæ, impiuſque, Amatorum judicio, qui parcat ideo plorantibus, aut mereatur iratas. Maximianus:

Parcere dilecta, juvenis, deſiſte puellæ,
Impius huic fueris ſi pius eſſe voles.
Vnguibus & morſu teneri paſcuntur Amores.
Vulnera non refugit res magis apta plaga.

Quæ conſpirant operam noſtri. In Noſtro Codice diſerte ſcriptum eſt.

Acceditque magis, quæ refugit, Venus.

Quod acutius Vulgato, non tamen τοῦ πάντου.

O QVOTIES HOC MIHI DVLCIVS.] Incurrant iſta Criticorum aculeos. Quæ enim virtus in Principe concubitum etiam legitimum poſtponente Gloriæ à victis hoſtibus, ſervata patria, ſtabilito imperio? Sane ſi de maturo ætate viro ſcripta hæc eſſent, non defenderemus nimiæ, ut ita dicam, Nuptialitatis. Jam de puero, puerilia vota præponuntur, qui licet iſthic nominet Parthos, ſpe tamen paternæ virtutis, eos nominat potius, quam ſuorum gratia facinorum: qui quæ Venationem & ludicras Equitationes nondum exceſſiſſe, præcedentia affirmant.

SARMATAS.] Paternas Victorias profuſe loquitur. Eatenus tamen verè, ut mera felicitate ipſo Imperio Honorius noſter non exciderit, cujus Proſperitatem non ipſius Virtuti ullæ, ſed Clementiæ divinæ adſcribunt Auctores. Multis Oroſius concluſione Operis. Procopius initio Gothicorum. Alii. Theodoſium multis magniſq; præliis Scythicas gentes ad ipſa initia Imperii fudiſſe, Socrates, Idatius, Zoſimus, Sozomenus, Theodoretus, Oroſius, Marcellinus, Nicephorus, Victorinus, Diaconus, Zonaras, aliique conteſtantur.

ASPI-

ASPIRATE NOVAM.] Alloquitur jam novos Conjuges, qui mos fauſta voventium. Galienus Imperator, cujus dulcia, docta, diſerta, Poemata utinam ad nos perveniſſent.

Ite agite, ô Pueri, pariter ſudate medullis
Omnibus inter vos: non murmura veſtra Columba,
Brachia non edera, non vincant oſcula concha.

Ita Legendum illis delicatiſſimis verſibus. Inſcite enim perſona eos referentis ſermoni Principis miſcetur *Ite, ait, ô pueri.* Sed & ſecundo ſcribendum arbitrer

pariter ſudate medullis
Omnibus intra vos.

Qui re & auctore ſit dignius.

FIDEM.] Mutuum amorem, fortunas, fataq; omnia conculcantem. Exempla ſunt in Hiſtorijs & Inſcriptionibus Priſcis. Sic Atimetus extremum ſuam ſalutat Homonæam:

Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus.
Quantulacunque mea debentur tempora vita,
Penſaſſem pro te, cara Homonæa, libens.

Et de Sabi ſua Ponticus.

Hac jacet æternū Sabis humata domo.
Cujus fatales penſare optaverit horas
Ponticus, huic conjux ultima dona dedit.

Juliam Procillam ipſam Fidem Monumento inſcripto honorare dicit Amaranthus:

Hunc tibi Perpetuo; titulum, chariſſima conjux,
Corporis exſtincti dedicat ipſa Fides, &c.

MANSURAMQUE FACEM.] Donec vita manſura. Apage iterationem ꝗ FIDEM, membranis nonnullis ingerentibus. In Noſtro tamen Lectio eſt, nequaquam aſpernabilis, commutatis voculis.

Aſpirate novam pectoribus facem,
Manſuramq; fidem tradite ſenſibus.

Sane cum alij Codices voculam illam iterent, ita relictum Claudiano exiſtimem. Re quoq; ipſa favet, potius enim Amorem conſpiratione ſibi mutua ingenerent Amantes, quam *FIDEM*, quæ ex perfecto demum Amore oritur. Pax, Amor, mille Poetarum locis, qui Cupidinem ſic ubiq; armant Ignis, ignibus nullis minor. Epitaphium Vetus.

Me cruciat conjux, miſerum me abſumit amantem
Sævus Amor, nullis ignibus inferior.

Pluribus ad Muſæum, iterata Recenſione. *Manſuram*, æternam. Virgilius III.

da mœnia feſſis & manſuram urbem.

Noſter Bello Gildonico.

Si mea manſuris meruerunt mœnia naſci
Iuppiter, auguriis.

Lucanus, Lib. VIII.

habes aditum manſura in ſeculo Fama.

TAM JUNCTIS MANIBUS.] Tam arcta copula. Nexus vocat Capella, verſibus modo adſcriptis. In Libro noſtro eſt *TAM VICTIS* noto errore librariorum.

19. EDERA.] Quæ in exemplum ducitur ſtrictę alligationis. Galienus Imperator verbis jam poſitis. Euſtathius:

καὶ ὅλ☉ ὅλην ὡς κιττὸς, ξυνεῖχον.

Horatius.

nec Damalis novo
Divelletur adultero,
Laſcivis ederis ambitioſior.

Catullus. Epithalamio Mallii. Veneris & Gratiarum manibus ſcripto.

Ad domum dominam voca
Conjugis cupidam novi
Mentem amore revinciens
Vt tenax hedera hac & hac
Arborem implicat errans.

Quintus Smyrnæus:

Ἀσπασίως δ' ἄρα τώγε παρ' ἀλλήλοισι κλιθέντε
Σφωϊτέρω κατὰ θυμὸν ἀνεμνήσαντο γάμοιο.

ὡς δ' ὅπη που κίσσοιο ἢ ἡμερὶς ἀμφιβάλωνται
Ἀλλήλοις περὶ πρέμνα, τὸ δ' ὥσπερ ἐς ἀνέμοιο
Σφῶν ἀπὸ νοσφὶ βαλέσθαι ἀπηθέες.

Studioſam Amoris hederam ab his arctiſſimis amplexibus vocat, pariterque vitibus jungit Lucianus Amoribus:

πανὶ γε μὴν δένδρῳ περιπεπ. ἐγένετο ὁ φιλέρως περισσέ. κιττός, ἀμφιλαφεῖς ἀμπέλοι πυκνοῖς κατήρτυντο βότρυσι.

Palmite vitem intelligit cui apta præ cæteris arbor populus. PLinius, libro XVI. cap. XXVII. *Harundinis Italia uſus ad vineas maximè Salicem verò circà, qua nulla aquaticarum utilior, licet populi vitibus placeant, & Cæcuba educent.* Gargilius Martialis, libro de Arboribus, cap. XVI. *Vitem maximè populus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus.*

QUERULA ALITE.] Columbam dicit: cujus in rebus amotum crebra mentio, ob ſimplicitatem, caſtitatem, & conſtantiam dilectionis mutuæ, in hoc genere avis contestatas. Hic de oſculis & ſuavibus admurmurationibus ſolùm ſermo eſt. Eodem pertinet verſus optimi auctoris priſci, Cn. Matij, perperam vulgo ſcriptus.

Columbatimq; labra conſerens labris.

Apud Gellium, libro XX cap. IX. Cum Scazon eſſe debeat Jambicus, & utique ſcripſerit, politiſſimus auctor.

Sinuq; amicam reficere frigidam caldo,
Labriuq; labra conſerens columbatim.

Sanè quæ fragmenta hujus ſcriptoris ab eodem Gellio, aliisq; Philologis, producuntur, oſtendunt, adeò eum bonum artificem hoc genus carminum fuiſſe, ut & putos eos ſcripſerit. Qualis eſt iſte:

Aquarium urceum, unicum domi, fregi.

Hinc autem *Columbari*, pro labella Columbarum more conſ. rere, Cilnius Mæcenas, fictor t. l. um inſignis, dixit: *Fœmina, cirro criſpata labris columbatur.* De eatumdem ſuavitate iu Amore Propertius, inſtar ſummi voti, pronunciat.

Non me Chaonia vincant in Amore Columba.

Idem libro II.

Exemplo juncta tibi ſint in amore columba.

Catullus.

Nec tantum niveo gaviſa eſt ulla Columbo
Compar, ſeu quicquid dicitur improbius.

Idem pro maximè gratioſo Amatore Columbum Album poſuit.

Perambulabit omnium cubilia
Vt albulus Columbulus Dionæus.

Sic *Veneri ſacra* ex aves, apud nonnullas gentium. Aelianus, libro IV. cap. II. de Siculis.

ἀθύρμα τῆς Ἀφροδίτης περιστερὰς εἶναι, ᾄδουσί τε ἐκεῖνοι, καὶ πεπιστεύκασι ξὺν πάντες οἱ ἄνθρωποι.

LINGUIS ASSIDUE REDDITE MUTUIS] Scriptus Noſter diſertè.

Linguis aſſiduò reddite nuntiis

Nihil mutandum. Linguæ non otioſæ in his Amoris colluctationibus. Tibullus.

Et dare anhelanti ſpumantibus humida linguis
Oſcula.

Appulejus, lib. II. & VII. Ovidius, III. Amorū, Elegiâ. VI. & quicquid eſt Græcorum Amatorum utroque ſtili genere.

ANIMUM CONCILIANTIBUS.] Epithal. Palladij: *Oſcula mille ſonent, lineſeant brachia nexu, Labra ligent animos.* Tria more amatorio commendantur, ἀναπνοή, φωνή, φίλημα. Achilles Tatius, Amoris Athleta fortiſſimus.

τὸ γὰρ ἔργον τῆς Ἀφροδίτης, ἢ ὅρον ἔχει ἢ κόρον, ἢ οὐδέν ἐστιν ἐὰν ἐξέλῃς αὐτοῦ τὰ φιλήματα. φίλημα δὲ ἢ ἀόριστον ἐστι, ἢ ἀκόρεστον,

στ. καὶ καινὸν ἀεί. τρία γὰρ τὰ κάλλιστα ἀπὸ τοῦ στόματος, ἀνάπνοή, φωνή, φίλημα.

Animorum iſta conciliatorum commiſtio quædam ſpirituum eſt, quam in Oſculis arctiſſimis agnoſcunt Venerum illi Curioſi myſtæ. Quare & animum, velut ex duobus unum factum, noſter dixit. Petronius Arbiter.

Et transfudimus hinc & hinc labellis
Errantes animas.

Manilius, libro V. Aſtronom.

Oſcula, & in proprias animam transferre medullas.

Appulejus, in Epigrammatis Amatorijs.

Tu mihi da contrà, pro verno flore, tuum ver,
Vt noſtra exſuperes munera muneribus.
Pro implexis ſertis complexum corpore redde,
Proq́; roſis Oris ſauia purpurei.
Quod ſi animam inſpires, jam dona & carmina noſtra,
Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Theocritus in Oariſti, ubi paſtor puellam devirginat.

Αἰθ' αὐτὰν δυναίμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.

Bion, Epitaphio Adonidis.

Τὸ σῦτον μὲ φίλασω, ὅσον ζώει τὸ φίλαμα,
Ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν στόμα, ἠ εἰς ἐμὸν ἧπαρ
πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ.

Eodem pertinet epigrammation Adoleſcentis Platonis, apud Gellium, libro XIX. cap. XI. Noctium Atticarum.

τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα, φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον,
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη.

Quod his Iambis redditum producit idem Gellius, ab amico, ut ait, quodam ſuo, adoleſcēte ὐκ ἀμύσσω, nobis autem ipſe videtur & auctor eſſe & exhibitor.

Dum ſemihulco ſauio
Meam puellam ſauior,
Dulcemq́; florem ſpiritus
Duco exaperto tramite:
Anima mea ægra & ſaucia
Cucurrit ad labias mihi.
Rictumq́; in oris peruium
Et labra pueri mollia.
Rimata itineri tranſitum,
Vt tranſiliret nititur.
Tum ſi moræ quid pluſcula
Fuiſſet in coitu oſculi,
Amoris igni percita
Tranſiſſet, & me linqueret.
At mira prorſum res foret
Fierem ut ad me mortuus,
Ad puerum intus viuerem.

Quos priſcæ, & Comicæ Romanæ Eloquentiæ verſiculos, ideò adſcripſi, ut ex Aldinis, & alijs melioribus Exemplaribus, emendatiores proponerem, quod an adſecutus ſim comparatione videbunt talium reliquiarum veteris venuſtatis ſtudioſi. Ponit eosdem & Macrobius, libro II. cap. II. Saturn. tacito, uti ſolet, Gellij prorſus nomine. Quod eum ſcriptorem in alijs etiam pleriſq; ſibi indulſiſſe certum eſt; ego verò in Somnij etiam Commentarione exiſtimo, quam partem eſſe Saturnaliorum ſuſpicari faciunt Manu exaratæ membranæ, in quarum Antiquiſſimis titulum reperio: MACROBII. THEODOSII. VIRI CONSULARIS. ET. ILLUSTRIS. COMMENTARIORUM TERTIÆ. DIEI. SATURNALIORUM. LIBER. PRIMUS INCIPIT. Ut non in libros opus illud ſuum, ſed in Dies diſtribuiſſe videatur Macrobius; ſingulorum autem dierum operas aliquot libris diſtinxiſſe; quorum tertium occuparint hi de Somnio Scipionis enarrato Commentarij. Quæ res & reliquorum tenori congruit, qui non aliter interiores Maronis ſenſus & doctrinam inquirunt, quam iſte Marci Tullij.

Poteſt

Poteſt autem ut ante exordium tertij hujus Saturnaliorum libri exciderit minutū quoddam Epiſtolium, quod hos Commentarios ordini Operis inſtituti conciliaverit; Tertius verò quartusque, ut hodie poſiti ſunt, vix unum librum faciunt, ubi cum præcedentibus & ſequentibus comparaveris. Nec Tertius omninò Secundum, talis quidem ſequi debet: Cum finis ſecundi dicat alterius diei operas apud Symmachum diſceptandas eſſe; principium autem tertij de Vettij domo, ubi conventum fuerit, ſermonem habeat. Omninò alijs libris inventis opus erit, ut is auctor concilietur ordini ſuo; quos inquirere adhortor quibus talium copia eſt: Utilis enim eſt ſcriptor, quamlibet aliorum excerptor, cum ſic etiam non pauca nos doceat nullibi Antiquitatis alibi exſtantia.

AMPLEXU CALEAT.] Belgicorum duo, & Noſter, libri *Amplexu careat.* Aldini *amplexu rubeat* Ego vulgatam, Cujacianis & Scaligeri judicio confirmatam, minimè muto. Nec opus eſt argutari cum Delrio, cum res ſit perſpicua.

27. ALTER VIRGINEUS.] Optima eſt hæc ſcriptura: Omnibus libris etiam confirmata; quam nolim mutari à doctis. Lanam nobilitari purpuræ tinctura clara res eſt ex immani pretio, & regiâ omniumque ſummâ dignitate ejus coloris. De eâ nobilitate loquitur Optatus Afer, libro V. *quis pronocatu*, Inquit, *ad res diuinas, res etiam comparemus humanas. Cum pretioſus inficitur color, natura ſæpè conuertitur. Dum continctione vellus candidum purpureſcit ſic, alba lana regalem tranſit in purpuram. Lana & colorem mutat & nomen: dicat artifex purpura quod tincta vellera per colorem promoueantur in admirabilem dignitatem.* Et hæc prima eſt nobilitas ſive nobilitatio ſtratæ in Lecto regio purpuræ. Alteram ſupervenire Claudianus ait tinctionem, de virginali ſanguine Mariæ, jam Auguſtæ: cujus ſervatum tanto ſponſo florem pudicitiæ hic ratione commendat Poëta. Eſt autem ſanguis, qui primum ſequitur concubitum, index virginitatis marito ſervatæ, etiam in ſacris litteris. De eo Nonnus, libro VI. Dionyſiacorum, ubi Nicæa ebria dormiens vitiatur à Baccho

παρθένε νήδυμος ὕπνος ἀπώλεσε
σεῖο κορείην,
Οἰκτρότερον στενάχουσα. τί ἧς ἴδες αἷ-
μα κορείης.

Et ipſa mox expergefacta Nicæa

εἶδε χαμεύνην
Νεβρείην νυμφιδίῃσι πυκαζομένην Διο-
νύσου.
Κρυπταδίων λεχέων αὐτάγγελον. εἶδε
καὶ αὐτὴν
Μίτρην παρθενίης χαμαὶ πλήθουσαν
ἐέρσης.
Καὶ ῥοδέας ἐχάραξε παρηΐδας.

Ne miretur autem quis veſtem eo ſanguine tinctam dici, ſciendum Antiquitati placuiſſe, tantâ copiâ quandoque eum profluere, ut etiam pavimentum proximum coloraret. Auctor ſive Interpres Hiſtoriæ Apollonij Tyrij. *Stimulante furore libidinis diu repugnanti filia ſua nodum virginitatis rupit, perfectoque ſcelere euaſit cubiculum. Sic ſceleſti patrui impietatem puella mirata, cepit celare, ſed in pauimento coitus ſigna videntur, ubi guttæ ſanguinis ceciderunt; cumque puella, quid faceret, cogitaret, nutrix ſubitò introiuit ad eam: Quam ut vidit flebili vultu, pauimentumque roſeo rubore perfuſum, ait: quid tibi vultus turbatus, vel animus tuus? Cruorem*, quod durius videbatur, eumdem appellat etiam Auguſtinus, libro II. de Peccato Originali, cap. XXXV. *Non virginitatis, inquit, integritas, ad concupiſcendos fœtus vi turbidi vitiatur ardoris; & eo modo non eſſet dolor, & cruor, virginis concumbentis.*

Clarum ergo ex his, mutare locum Claudiani non debuiſſe, virum judicio præſtantem, qui *Altè virgineus nobilitet cruor*, Legendum autumat, Notis ad librum VI. Saturnalium Macrobij.

Victor.

VICTOR.] Velut magna aliqua lucta eluctata. Madidum torum ob ſudorem dicit mutuum. Qui commendatur in Virginibus. Ariſtænetus lib. II. Epiſt. VII.

ἀσμένως δ' αὖ εἴληφα μάλα τὴν αἴτησιν τῆς κόρης ἐπλήρου. ὑφελκομένων ἐμφάνεια τοῦ στέρνου τὰ μῆλα, καὶ φιλημάτων ἀπέλαυον ἅμα γνησίων. φιλήματα γὰρ εἴωλα μὲν τὰ τῶν γυναικῶν, ἄπιστα δὲ τῶν ἑταίρων, ἀψευδῆ δὲ τὰ τῶν παρθένων, ἐοικότα τοῖς σφετέροις ἤθεσι. μέμικται δὲ ἀπαλῷ μὲν ἱδρῶτι, θερμῷ δὲ καὶ πολλῷ τῷ τοῦ πνεύματος ῥεύματι.

NOCTURNI VULNERA PRÆLII.] A defendente primum congreſſum virgine. Catullus:

> *Dulcia nocturna referens veſtigia rixa,*
> *Qua de virgineis geſſerat exſuviis.*

Ariſtænetus lib. I. Epiſt. X. de Acontio & Cydippe, quæ quidem omnium ejus ſcriptoris jucundiſſima eſt.

ὁ δὲ ἐν τῇ παρθένῳ βραχεῖα νυκτομαχήσας ἐρωτικῶς, τό γε λοιπὸν εἰρηναίων ἀπέλαυεν ἡδονῶν.

PLeni Amatorum Commentarij.

TURBA LICENTIOR] In Jocos, quib. Feſcennina conſtant, palam liberèque effuſos. Seneca Medea.

> *Feſta dicax fundat convicia Feſcenninus*
> *Solvat turba jocos*

Catullus. *Nec diu taceat procax*
> *Feſcennina locutio.*

LUDITE MILITES.] Ut præſente ſemper exercitu loquitur: Et quis neſcit urbana caſtra Principum? Revera militem ſemper Honoris præſentem neceſſitas ipſa conſuaſit. Militarium cum ducibus luſuum meminit mox, & in Libro.

> *Candidus interea poſitis exercitus armis*
> *Exſultat ſocerum juxta; nec ſignifer ullus*
> *Nec miles pluvia flores diſpergere ritu*
> *Ceſſat, purpureoq; duces perfundere nimbo.*
> *Hæc quoq; velati lauro, myrtoque, canebant, &c.*

INSONET AXIBUS.] Scripti duo Belgici. *auribus*. Malè omnino. Divo enim & Mundi principi, cœlum & terram applaudere autumat. Et paria univerſa hæc ſcriptio elegantiſſimarum Odarum ingerit, quas non dubito ad ipſam feſtivitatem decantatas fuiſſe. Ut Poetarum ſolebant varia cantica, etiam ſaltibus & Choreis exprimi. Ariſtænetus libro I, Epiſt. X.

αἱ δὲ τῆς παιδὸς ἡλικιώτιδες, ἐνεργὸν ὑμέναιον ᾖδον, οὐκ ἀναβαλλόμενον ἔτι, οὐδὲ διακοπτόμενον νόσῳ. καὶ ἡ διδάσκαλος ἐπέβλεπε τὴν ἐπῳδὸν. καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε χειρονομοῦσα τὸν τρόπον.

Illud hic in finem harum Odarum, aſſeverare auſim, nullum politius & gratioſius Lyricum carmen ab Horatij uſque ævo ad noſtrum perveniſſe, quam ſunt hæc Feſcennina. Auſonij ſanè non pauca hoc genus non contemnenda ſunt, ſed duriora, & Venere ferè carent. Boethij eruditiora quam elegantiora. Chriſtianorum Poetarum Sanctitate pleraque labaſcunt, & non admodum laborant ornatui extrinſeco; contenta Spiritum divinum, & Pietatem vivam etiam contemtis numeris, inſerere. Sidonius laborat ubique ſeculo, & gratos flores ipſis calathis perdit, quos anguſtiores adhibet; & frangit plerumque quæ nimis arctè conſtipat. Ennodius totus in nodis eſt. Terentianus, his ſuperior, inſtar Legitimi Grammatici, & tamen mirum quam nitidè, docere contentus, Comum & Venerem nec adfectavit quidem. Papinium excipio, qui tamen, pari re, meliora his nequaquam ſcripſiſſet. Cæterorum nomina vel ſola ſunt, vel huc parum faciunt.

CASP. BARTHII
AD CL. CLAUDIANI, IN NUPTIAS HONORII ET MARIAE. PANEGYRICUM, ANIMADVERSIONES.

Ad Præfationem.

SURGERET IN THALAMUM DUCTO CUM PELION ARCU.]Cum in thalamum exornaretur, & amplificaretur Pelion, nuptias inibi concelebraturis Thetide & Peleo, progenerando Achilli. Surgeret, Poeticum, velut ſplendore & honore majore indueretur, magis fieret conſpicuum. Ut in Laudibus Honorianis.

Dives Hydaſpæis augeſcat purpura gemmis.

Pelion, mons Theſſaliæ, ubi convivio nuptiali convenerunt ei, quod jam diximus, Dij. Noſter Papinium ſecutus eſt, ex I. Achill.

domus ardua montem
Exeat, & longo ſuſpendit Pelion arcu.

Hoc eſt naturali illa curvatione, & concameratione. Ovidius lib. III. Metamorphos.

Vallis erat piceis & acutâ denſa cupreſſu,
Nomine Gargaphie, ſuccincta cura Dianæ,
Cujus in extremo eſt antrum nemorale receſſu
Arte laboratum nullâ: ſimulauerat artem
Ingenio Natura ſuo: nam pumice vivo
Et levibus tophis nativum duxerat arcum.

Inibi nuptias celobratas marinæ illius divæ, teſtantur Fabulæ. Apollodorus lib. III.

γαμεῖ δὲ ἐν τῷ πηλίῳ κἀκεῖ θεοὶ τὸν γάμον εὐωχήμενοι καθύμνησαν.

Deſcriptionem thalami ejusdem uberiorem habes in Catulli Epithalamio, his nuptijs dedicato. Alioquin M os ille Theſſalus communis velut Schola Heroum virtutibus Ipſis dignis inſtituendorum. Aeneas Sophiſta. Epiſtola XVII. ad Dionyſium Sophiſtam.

πάλαι μὲν τὸ πήλιον κοινὸν διδασκαλεῖον ἦν ἡρώων ἐκεῖ, νυνὶ δὲ ἡ ὑμετέρα καὶ τῶν Μουσῶν πόλις.

Arcus, cameram notat. Et ita Apollonius Collatius, lib. I. de Excid. Hieroſolym.

Quis-

Q[uid] quid aterq; polus vaſto complectitur arcu.

Eum ſcriptorem pro antiquo aliquo Chriſtiano vate habent viri docti, & quidem doctorum principes, Joſephus Scaliger, Commentariis ad Euſebium, Iſaacus Caſaubonus ad Suetonium, Fr. Juretus Notis ad Paullinum Benedictum, Chriſtophorus Colerus, homo judicij & lectionis non contemnendus, ad Tacitum. Thomas Demſterus ad Corippum, Joannes Meurſius Gloſſario Græcobarbaro, Joannes Savaronius ad Sidonium, Julius Cæſar Bulengerus, in Imperatore, & Cõmentarijs alijs, cum reipſa tamen Italus ſit ſcriptor proavorum memoriæ; non enim dubium eum Apollonium Collatium eſſe, cujus Faſtos cũ Naugerio, Alciato, Caſtilionæo, cenſuræ ſubdit Iulius Cæſar Scaliger in Hypercritico. Nec ſtilus etiam is videtur, nec auctoris intentio, ut antiquitatem voluerint mentiri. Quid moverit tot, tamque eruditos homines ſuſpicari non poſſum.

2. TANTOS DEOS.] Omnes ferè adfuiſſe fabula eſt. Nec ſanè in liberales: de donis mentio apud Apollodorum. Vide Calabrum, lib. III. παραλειπομένω.

3. SOCER ÆQUOREUS.] Oceanus. Catullus, ad Peleum.

> *Tene ſuam Thetys conceſſit ducere neptem,*
> *Oceanusq; mari, totum qui amplectitur orbem?*

4. NUMEROSAQUE TURBA SORORUM.] Nereidum, quarum una Thetys, illius ſenioris Thetydis neptis, ut vides in verbis Catulli modo productis: qui eam & pulcerrimam Nereidum, & cum cæteris mari proſpicientem, Argonautis vellus aureum petentibus a Peleo amatam primum autumat.

5. CHIRON.] Illius erat regio Theſſalica, circa Pelium, ubi nuptiæ Thetyos præſentia Deorum celebratæ. Erat Chiron medicus, ut ſupra dictum. Sapiens cum primis ſuæ ætatis, & peritus Aſtronomiæ, unde & finxiſſe puto fabulam de Nuptijs Deæ, cum Peleum animo haberet gloriæ ſingulari commendare. Pulcra de ea re, & nullibi fortè aliàs obvia Scholiaſtes Apollonij, ad Argonauticorum Quartum.

Στάφυλος, inquit, ἐν τρίτῳ τῶν περὶ Θετταλίαν, ἱςορεῖ, χείρωνα, σοφὸν ὄντα, καὶ ἀςρονομίας ἔμπειρον, βουλόμενον τὸν πηλέα ἔνδοξον ποιῆσαι, μεταπέμψασθαι τὴν Ἄκτορος θυγατέρα. τοῦ Μυρμιδόνος, καὶ λέγειν διαπέμψαι, ὅτι μέλλει γαμεῖν τὴν Θέτιν ὁ πηλεὺς, Διὸς διδόντος αὐτῷ. οἱ δὲ θεοὶ μετ' ὄμβρου καὶ χειμῶνος ἥξουσιν εἰς τὸν γάμον. ταῦτα φημίσας, παρετήρει τὸν χρόνον, ἐν ᾧ ὑδάτων ἔμελλεν ἔσεσθαι ἐπομβρία, καὶ πνεύματα ἐξαίσια. καὶ δίδωσι πηλεῖ φιλομήλαν. καὶ οὕτως ἐπεκράτησεν ἡ φήμη, ὅτι τὴν Θέτιν ἔγημεν.

A talibus Sapientiæ interioris effectibus factum eſt, ut domum ejus fuerit Schola Heroica, eò confluentibus magnarum liberis, qui inſtitui à parentibus peregrè jubebantur diſciplinis: imo prorſus pro Oraculo quopiam ejus adyta conſulebantur. Sic χρησμὸν Chironis, de Orpheo neceſſario comite Argonautis, refert idem Scholiaſtarum doctiſſimus, ex Herodoro, ad librum I. *Ejuſdem* Apollonij.

ζητεῖται δὲ, inquit, διὰ τί ὁ ὀρφεὺς, ἀσθενὴς ὢν συνέπλει τοῖς ἥρωσιν. ὅτι μάντις ὢν ὁ χείρων ἔχρησε μὴ δύνασθαι τὰς Σειρῆνας παρελθεῖν αὐτοὺς Ὀρφέως μὴ συμπλέοντος. οὕτως ἡρόδωρος.

At quia exercitijs quoque Equeſtribus inſtruebat juvenes, famam Centauri indeptus eſt; quam parum æquè conſiderantes nonnulli poſteriorum ſeculorum ſcriptores pro fero & montano viro poſuere nomen ejusdem. Joannes Patriarcha Conſtantinopolitanus, Vita Ioannis Damaſceni: *Adhuc non quærebatur à patre Ioanne alius quidam Chiron in montibus*

educatus, medulliſq; cervorum paſci adſuetus, ſed vir inquirebatur omnigenis diſciplinis exer- citatus, & eloquentiâ animæ utilis præditus. Qui ſanè imperitius hoc extulit; cum, quantum humanis viribus fieri potuit, egregia huma- nitatis, & doctrinarum opera confecerit Chiron, universæ Antiquitatis teſtimonijs.

PRÆBERETQUE IOVI COMMU- NIA POCULA.] Ut hoſpes: communia, Dijs nimirum tum dignatis communibus epulis cum mortalibus uti. Nota ſunt Poëtarum figmenta. Peneus & Oeta notiſſimi & flumen Theſſaliæ.

TERPSICHORE FACILEM.] Muſam accinentem Hymenæum, aut Epithalamium facit, quia Apollo & Diana adſpernati conſor- tium cum cæteris dijs non venerant ad nu- ptiale Pelei feſtum Catullus.

Inde pater divûm ſanctâ cum conjuge, na- tisque
Advenit cœlo, te ſolum, Phœbe, relin- quens.
Unigenamque ſimul cultricem montibus Idæ,
Pelea nam tecum pariter ſoror aſperna- ta eſt,
Nec Thetidis tædas voluit celebrare ju- gales.

De qua re aliter alij Poetæ, & diſertè Calaber, ut vocatur, libro III. Paralipom. Ubi Apolli nem Iuno alloquitur.

τὸν δ᾽ ὁπότ᾽ εἰσενόησε Διὸς περικαλλέα πα- ράκοιτις,
Αὐτίκα μιν νείκεσσεν ἀτηροῖς ἐπέεσ- σιν,
Φοῖβε, τίη τόδ᾽, ἔρεξας ἀτάσθαλον ἤματι τῷδε
λησάμενος κείνοιο, τὸν ἀθάνατοι γά- μον αὐτοὶ
Αἱ θεῶ Πηλεῖ συνηράμεθ᾽, ἐν δὲ συ μετᾶσι

Δαινυμένοις ἤειδες, ὅπως Θέτιν ἀρ- γυρόπεζαν
Πηλεὺς ἤγετ᾽ ἄκοιτιν, ἁλὸς μέγα λαῖτμα λιποῦσης.
καὶ σοῦ φορμίζοντος ἐπήιεν ἀθρόα φῦλα,
Θῆρές τ᾽ οἰωνοί τε, βαθυσκόπελοί τε κολῶναι.

Ita legenda ſunt, & ſervanda ejus optimi ſcri- ptoris verba, ex caſtigatione eruditiſſimi Da- uſquei, qui non alio opere melius demonſtra- vit judicii ingeniiq; ſuam bonitatem, quam in ijs quæ ad egregium illum Poetam poſteri- tati reliquit.

MOLLES DUXIT.] Deos ad ſonum Ter- pſichoræ canentis dicit Choreas in antra Chi- ronis duxiſſe. Tria ſequentia diſticha non ſunt in membranis noſtris, ſupinitate ſcripto- rum omiſſa.

TENERIS NOSSENT CONGRUA VOTA MODIS.] Cum nuptiarum ſollemni- tates, & omina noſſent congruere cum illis egregijs cantibus. Hoc eſt agnoſcerent car- mina digna tali concilio, talique feſtivitati. Vota ipſas Nuptias deſignant, nimirum quod principalis humanæ vitæ ſocietas incatur ijs, qua bona pars felicitatis ipſius univerſæ de- pendeat. Teſtamentum Vetus, & jam B. Hie- ronymo notum. Nec dubiæ fidei, niſi nimium quidam ſapeient, Grunnij Porcelli: *Sorori meæ Quirinæ, ad cujus votum intereſſe non potui, do lego dari ordei modios XXX.* Vibius Helenius, Epitaphio Vibiæ Filiæ.

Vixiſſes, neu te, ſurgentem in vota tuo- rum:
Adſpicerem addictam manibus ire ſacris:

Hoc eſt in ſpem matrimonij & prolis. Ibi enim vota parentum pari modo ſunt ſponſalia & Nuptiæ liberorum. Nemeſianus, Ecloga Se- cunda.

Tum primũ dulci carpſerunt gaudia furto.
Hinc Amor, & pueris jam non puerilia vota.

Hoc

Hoc eſt conjugium. Appuleius, libro IV. Metam: *mutuo mihi pigneratus, votiſque nuptialibus, pacto conjugali, pridem destinatus*: Claudianus in Nuptiis hiiſdem iſtis, loquente Honorio,

quonam uſque verendus
Cunctatur mea vota ſocer?

Sic ſæpe capitur in Codice Juſtin. Diocletianus Imperator. L. XVI. de Nuptiis. Juſtinianus. L. X. & L. XXIV. de Secund. Nuptiis. Honorius, L. IV. de Spõſalibus. *Ego tamen in Claudiano malim hic fata agnoſcere. Agnoſcunt enim.* Scripſi olim de *fatis* hæc quædam, concinnentibus Terpſichoræ carminibus Epithalamiis: verum nulla mutatione contra ſententiam omnium librorum opus eſt; cum de talibus ſermocinetur Poeta, quæ non intellexerint ob agreſtes ſuos ſenſus Satiri & Fauni, & hoc genus Fatuorum Dæmonum; quos ſane fata ignoraſſe non ſit mirum, cum ſoli Jovi eorum cognitionem & diſpenſationem adſcripſerint.

AT SATIRI FAVNIQVE.] Vera utiq; hæc à Claverio adſerta ſcriptura eſt, quam recipere decebat Centauris expulſis, Scaligerum. Quippe quibus oppoſiti hic Satiris opus eſt.

NOTANT.] Vituperant; habent quod in iis reprehendant, mirificè & amplius ibi placentes ruralibus & montanis ſuis, ut Calpurnius vocat, jubilis. Recepit hanc lectionem, expulſo *negant*, quod omnes cæteri agnoſcunt, ex libris Cujacianis. Claverio indice, Jo. Scaliger: cui ideo potiſſimum adſentimur, quod Criticum illud *notare* non ſine feſtivitate ſtultam Dæmonum arrogantiam indicet, velut artificum Muſicæ penes ſeſe eſſe perſuaſi, illi Aſelli, jure ſuo cenſerent de divinis etiam Terpſichoræ modulationibus.

RHÆTVM, PHOLVM.] Nomina Centaurorum, de Chironis collegio: quos adversus Faunis longè judicio meliore fuiſſe, ſtringens nonnullos temporum ſuorum ineptos Cenſores, Claudianus notat. Ovidius de Rhæto, in eodem collegio Centauror. lib. XII.

Ecce rapit mediis flagrantem Rhætus ab aris
Primitium torrem
Ingemuit, duroque ſudem vix oſſe revellit
Rhætus, & ipſe ſuo madefactus ſanguine fugit.

De Pholo idem. *Et Pholus, & Menalus, & Abas prædator equorum.* Et is inter immanes Centauros, vel nobiliſſimus. Fauni autem inter Muſicos Deos, licet agreſti cantu. Valerius Flaccus, libro I.

Has ſtimulant, magnaque ratem per luſtra viaſque
Juſſi laude canunt, manifeſto in lumine, Fauni,
Silvarumque Deæ, atque elatis cornibus Amnes.

SEPTIMA LVX ADERAT COELO.] Nota tempus nuptiis Principum niſum, tam Chronicon Alexandrini in Anno III. Olympiadis CCCXLV.

τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ μηνὶ Φεβρουαρίῳ γέγονεν ὁ γάμος Θεοδοσίου ϗ τοῦ Μαυρικίου ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά.

Notarunt jam docti. Apparet hinc magnam existimationem Claudiani, cum hæc ſcriberet, fuiſſe, & Librum iſtum octiduo à Feſcenninis decantatum, ejuſque fuiſſe ſubditum. Series vero, argumentumque Epigrammatis hujus videtur. Primo Nuptiarum die Odas illas aureolas, quas jam illuſtravimus, cecinerat. Poeta, aut canendas dederat; quas Terpſichoræ hic adſcribit, quoniam Cythara ejus divæ eſt, Lyricorum moderatrix carminum. PLacuerat iis principi, placuerat ſummatibus etiam cæteris doctiſque viris. At non quibuſdam de rure, & obeſæ naris, balatronibus, mira de ſua ſibi eruditione & Poeſi pollicentibus & perſuaſis, quos Satirorum & Faunorum nominibus modo invexit; perſona ante Terpſichoræ, nunc Apollinis ſeſe induens: quorum utroque ſane non indigna locutus, ſuſtinet nunc quoque famam divinitatis.

QVO PERTRAHIT ORNOS.] Alludere dicas verba auctoris παραλειπομένων ſupra modo à nobis producta, de eodem Apollinis in iiſdem nuptiis cantu. Eſt enim is omnimodis Claudiano Antiquior.

VENTVRVMQVE.] Fatidico carmine; quale illud Parcarum apud Catullum.

Naſcetur vobis expers terroris Achilles,
Hoſtibus haut tergo, ſed forti pectore notus.

REGINAM RESONANT.] Nupſerat enim jam Regi Theſſaliæ Peleo.

Ad Panegyricum.

1. HAVSERAT.] Ex Maronis illo adumbratum.

At Regina, gravi jamdudum ſaucia cura,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

1. PROMISSÆ.] Eſt fictio Stiliconem adulantis: Siquidem aliis artibus hoc matrimonium conſtructum fides Zoſimi Hiſtoriis, qui & Serenæ conſilio factum ſcribit, ut nec vellet nec poſſet Mariam, iſtam Honorius pro marito tractare. *Promiſſio* nuptiale verbum, eſt ſponſio. PLautus Aulularia.

Filiam tuam mihi uxorem poſco, promitte hoc fore.

Ovidius, lib. VII.

Vt vero capitque loqui, dextramque prehendit,
Hoſpes, & auxilium, ſummiſſa voce, rogavit,
Promiſitque torum; lacrymis ait illa profuſis, &c.

IGNES.] Amorem, qui igni comparatur. Muſæus de Leandro.

καὶ κραδίην πάφλαζεν ἀκινήτω περὶ ὁρμῇ

Valerius Flaccus lib VI.

At Regina virum, neq; enim Deus amovet ignem,
Perſequitur luſtrans, oculiſque ardentibus hæret
Labitur, & ſæva trahitur dulcedine flamma.

Theocritus, Cyniſca ruſtice nimis hoc extulit.

Κνῦϕθα, δίμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις.

Ariſtænetus lib. II. Epiſt. V. γλυκύτατον πῦρ vocat. Sed hæc obvia. Elegantiſſimam deſcriptionem perciti amore & inflammati velut, hominis habes, quod Apollonium, libro III. Argonauticôn, unde tranſtuliſſe ſuam Didus, dicitur Maro, teſte Servio. Valerium Flaccum, libro VII. Ariſtænetum, Nonnum, Achillem Tatium, Heliodorum, Euſthatium, Theocritum, alioſque infinitos.

v. 2. PRIMOQVE.] Vnus liber ſcriptus *pronoque*, quod injurium ſententiæ, & indecorum tam principi quam auctori, merito explodimus.

3. SVSPIRIA.] Notiſſima, & ubiq; conteſtata Amoris indicia. Vide Alexandrum Aphrodiſienſem. Problemate XXII.

4. AMANDI.] Amori Etymon, ineptum quidem ad verbum, ſed re non futile, adſcripſit in talibus occupatus ſuperiorum ſeculorum pædor, ab *hamando*, quod attrahat, & ad ſeſe rapiat, dolo, & fraude qualibet, cupitos, hic affectus. Andreas Capellanus. *Dicitur amor ab hamo verbo, quod ſignificat capere vel capi, nam qui amat captus eſt Cupidinis ungulis, aliumque ſuo deſiderat capere hamo. Sicut enim piſcator aſtutus ſuis conatur è cubilibus attrahere piſces, & ipſos unco capere hami ſui, ita verè captus amore, ſuis alium ſibi nititur attrahere blandimentis. totiſque in id niſibus inſtat, duo diverſa quodam incorporali vinculo corda unire, & unita conſervare.* Capitali ille quidem ſententiæ veritate, ſi non verborum. quæ inquirere, & rebus undecunque accommodare gloriam habebant illi ſuperiorum aliquot ſeculorum Sophiſtæ, alium & cœpas loquentes, optimè

optimè autem animari, quod de Romanis priſcis M. Varro dixit.

6. MENS OMNIS ABERRAT.] Nihil ut videat & videre velit præter illam cupitam formam. Achilles Tatius, libro I.

νῦν δὲ τυφλώττω, καὶ πρὸς Λευκίππην μόνην τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχω.

Celeberrimo more imitus amantium, quorum omnes ſenſus in amatæ corpus de ſedibus ſuis exſulant. Id eleganter in Hero expreſſit Muſæus, circumducente ſecum, velut affixos ſibi, animos juvenum.

ἡ δ' ἄρα καλλιθέμεθλον ἐπὴ κατὰ νηὸν ἀλᾶτο,
Ἑσπόμενον νόον εἶχε, καὶ ὄμματα, καὶ φρένας ἀνδρῶν.

Et Nonnus, de Jove amante Semelen, libro VII.

Καὶ Διὸς αἰθερίοιο νόος, μετανάστιος ἔρπων,
Νηχομένη Σεμέλῃ συνενήχετο

Quamquam ineptè omninò: Ut videtur tota illa Dionyſius in ludibrium & pudorem ſolum Paganæ Theologiæ concinnata eſſe, ab homine veritatis divinæ docto & præcone. Hoc ſane quid aliud, quam apertum ſcomma eſt, Ætheriam illam mentem nare cum puella, & pediſſequam ei repere? Attendant hoc inſtitutum viri docti. Pariter idem, libro XXXIII. de Morrheo pereunte Chalcomedea.

αἰεὶ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα, πόθου δεδονημένος ἰῷ,
παρθένον ἴχνι βέβηκε, δυσίμερος ἴχνι μάρτυς.

De eodem, idem, velut furioſus, Poeta.

ἑσπόμενον δὲ
Χαλκομεδείῃ νόον εἶχεν, ὁμόστολον

Quem ille ſane tum non habebat. Idem, & Libro XLVIII. Lucianus, imaginibus.

εἰ δὲ κἀκείνη προσβλέψειεν τις, ἵσταιμη χανὴ ἀποστῆναι αὐτῆς, ἀπάξει γάρ σε ἀναδησαμένη ἔνθα ἂν ἐθέλῃ, ὅπερ καὶ ἡ λίθος ἡ ἡρακλεία δρᾷ τὸν σίδηρον.

Elegantiſſimè & appoſitiſſimè de Magnete ferrum trahente. Apollonius eadem mente, libro III. Argonauticorum, de Medea.

νόος δέ οἱ ἠΰτ' ὄνειρος
Ἑρπύζων πεπότητο μετ' ἴχνια νισσομένοιο.

Valerius Flaccus, libro VI. Argon.

haud alio remeat Medea tumultu,
Atque interGrajumque acies, patriaſque phalanges,
Semper inexpletis agnoſcit Iaſona curis,
Armaque, quique cava ſupereſt de caſſide, vultus.

Idem ante eodem libro, de eadem multis. Curtius, lib. VIII. de Roxane: *quæ, quamquam inter electas proceſſerat, omnium tamen oculos convertit in ſe.* Ariſtænetus, lib. II. Epiſt. II.

καὶ μετεστράφην πρὸς σε, καὶ ἅμα τῇ θέᾳ τῷ σῷ τετοξεύμαι κάλλει, ὡς γὰρ εἶδον οὐχ οἷός τε ἦν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄλλοσε μεταφέρειν.

Vbi enim amor, ibi oculus eſt, inquit Trecenſis Sermone de Vita B. Mauræ. Idem Ariſtænetus lib. II. Epiſt. XXI.

τοιγαροῦν, ὦ μέλισσα, ἐμὲ ἁρπάζεις, ἁρπάζει τὰ πάντων ὄμματα, καὶ περιέλκεις καινότερον τρόπον. Heliodorus libro I. καὶ ἡ ὄψις τῆς κόρης ἐφ' ἑαυτὴν ἀνεῖλκε, καὶ τοῦτο αὐτοὺς ὁρᾶν ἠνάγκαζεν, ὅτι ἐκείνην ἑώρων. Idem libro II. καὶ ὅπου δὴ φαινομένη νεῶν ἢ δρόμων ἢ ἱερῶν, καθάπερ ἀρχέτυπον ἄγαλμα πᾶσαν ὄψιν, καὶ διάνοιαν ἐφ' ἑαυτὴν ἐπιστρέφει. Idem, lib. IV. καὶ φανεῖσα πᾶν μὲν τὸ θέατρον ἐφ' ἑαυτὴν ἐπιστρέφει.

Mentem

Montem aberrare in formam adamatæ adeo verum eſt, ut etiam dormientis illa eadem idem, quem ſupra laudavi, ævi barbari non imprudens, neq; incivilis, Amorum autem conſultiſſimus, ſcriptor, Andreas Capellanus Poſſint hæc, hoc præcipue nuptiali campo, latius deduci, ſed nos quando evolveremus calamum undique irruente copia notarum, ſi ſemel ei eum addiceremus. aut immergere vellemus, uti quidem ipſi allubet.

7. IN VULTUS QUOS FINXIT AMOR.] Ita ex Cujacianis libris edidit, Claverium ſecutus, Joſephus Scaliger. Imitatusq; videtur multa alia noſtri, (eo præcipue carmine, Venantius Fortunatus, Carmine de Nuptiis Sigiberti Regis & Reginæ Brunechildis, lib. VI.

Regis anhelantem placidis bibit oſſibus ignem.
Molliter incumbens, & inhæſit flamma medullis
Regalis fervebat apex, nec nocte ſopora
Cordis erat requies, oculis, animaque recurrens
Ad vultus, quos finxit, Amor, mentemq; fatigans;
Sæpe per amplexum, falſa ſub imagine, luſit.

Sed & eo loco controverſa lectio eſt; libri enim alii *quos pinxit Amor*, diſerte præferunt. In Claudiani vero verbis ingens eſt Codicum ſcriptorum varietas, qui *vulnus quod fixit, vulnus quod pinxit, vultus quos pinxit vulnus quod finxit vulnus quod punxit vultus quos punxit vulnus punitur Amor & alias* præſtigias mutationum præferunt: quibus omnibus excidiſſe veram ſcripturam ego autumem, & Poetam reliquiſſe *in vultus queis fixit Amor* Quæ ſane lectio & elegantiſſima ad rem præſentem fuerit, & auctore tanto digniſſima. Per oculos enim atque adeo totum vultum Amor tela ſuarum affectionum vibrare & jacere in corda amatorum dicitur; id quod indicaverit his doctis verbis potius, quam expreſſerit, vates optimus. De ipſa re nos, delectando Lectori, aureola quædam collectanea iſthuc appingere volumus; quæ licet ex parte Commentatiuncula adoleſcenti ad Certin Maronianam jam ſint depoſita, auctiora tamen quin hic etiam legantur, nulla invidia, puto, aut Oculus Sophiſticus, obſtabit. δὶς γὰρ καὶ τρὶς τὰ καλὰ, dixit olim PLato. Et valde oportet à Gratiarum Comitate ſit alienus, quem hoc genus deliciæ, tot diverſis auctoribus debitæ, in uno velut cinno, non delectent. Sunt igitur, Veterum Amatorum ſcito, Oculi via, per quam Amor in pectora ſe Amaſiorum penetrat. Hugo Monachus in Clauſtro Animæ, (hunc enim ſtudio exteris proponere volo) libro I, cap. IIII. *Oculi prima tela ſunt impudicitiæ. Hæc ſunt ejus tela quibus vulnerantur multi, longè poſiti, Scriptum eſt enim: Noli intendere mulieri fallaci, ne capiaris palpebris, petulans eſt enim libido.* Vide PLatonem Sympoſio, PLutarchum Problematis. Muſæus de Amoribus Herus & Leandri.

Κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
Ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ.
Ὀφθαλμὸς δ᾽ ὁδός ἐστιν, ἀπ᾽ ὀφθαλμοῖο βολάων
Ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.

Achilles Tatius, lib. I.

ὀφθαλμὸς ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι.

Et idem libro V.

ἡ γὰρ τῆς θέας ἡδονὴ διὰ τῶν ὀμμάτων εἰσρέουσα τοῖς στέρνοις ἐγκάθηται, ἕλκουσα δὲ τοῦ ἐρωμένου τὸ εἴδωλον ἀεὶ, ἐναπομάσσεται τῷ τῆς ψυχῆς κατόπτρῳ, καὶ ἀναπλάττει τὴν μορφήν.

Hinc

Hinc μαλακὸν βλέμμα, quod recepit videlicet, & in aliis creare Amorem ſolet. Ariſtophanes Pluto.

> τὸ βλέμμα δ᾽ ὡς ἔχοιμι μαλακὸν, ἢ καλόν.

Ocelli enim duces ſunt & Strategi amatorii adfectus Ovidius de Salmaci, libro IV. Metamorph.

> *Salmacis exarſit, flagrant quoque lumina Nymfæ,*
> *Non aliter, quam cum puro nitidiſſimus orbe,*
> *Oppoſita ſpeculi referitur imagine Phœbus,*

B. Petrus Apoſtolus. Epiſt. II. cap. II. *Percipientes mercedem injuſtitiæ, voluptates exiſtimantes diei delicias: coinquinationis & maculæ deliciis affluentes, in conviviis ſuis luxuriantes vobiſcum. Oculos habentes plenos adulterii, & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum in avaritia habentes.* Julius Firmicus, Aſtronom. lib. V. cap. I. *eum ad Venereos coitus ad collecta per oculos deſideria ſemper compellent.* Belle in eamdem ſententiam oculos ſemper bibentes facit Paullus Silentiarius, qui indefeſſo opere Amoris venenum imbibant & attrahant.

> Ὀφθαλμοὶ τεο μέχρις ἀφύσσετε νέκταρ ἐρώτων
> Κάλλεος ἀκρήτου ζωροπόται θρασέες.

Quomodo ſemper tremere amatoribus dicuntur, affectum non capientes vagum atque inconſtantem. Adamantius Sophiſta, in Phyſiognomicis

ὀφθαλμοὶ κλυζόμενοι, κυμαίνοντες ἐν αὐτοῖς εἰς Ἀφροδίσια, καὶ εὐπάθειαν ἐπιδέχονται. quos ὑδαροὺς πεπληρωμένους vocat Paullus Ægineta, Medicus lib. III. cap. XVII. Ovidius de Arte Amandi.

> *Adſpicies oculos, tremulo fulgore micantes,*
> *Ut Sol in liquida ſæpe refulget aqua.*

Et inde mors tamquam per feneſtras penetrat in corpus hominis ſubruendis virtutibus. Baſilius Epiſcopus Latinus in Admonitionib. *Vide ne te ſeducat corporis pulcritudo, & decorem animæ tuæ amittat. Ne improbo oculo intuearis ſpeciem mulieris, ne intret mors in animam tuam per feneſtras tuas.* Oculi ergo viæ per quas affectus penetrant animos hominum. Heſychius Mileſius, ſic cæcum eſſe Homerum fabulatos autumat veteres, quod ſuperior fuerit cupiditatibus.

ἱστορεῖται Ὅμηρος γενέσθαι τυφλὸς, ὡς μὴ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἡ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται.

Poſthumius Junior, Imperator, ut placet nonnullis, Quintilianus, ut Ennodio. Declamat. I. *vitiis noſtris in animum per oculos via eſt.* Quod teſtimonium hinc ſublegentem nuperum editorem Anacreontis, ſi ridere voles, legas; is enim de Jacobo Durantio neſcio quem nobis Declamatorem fecit; ut errare ſolent in luce rerum clara, qui alienis pennis nitere volunt. Hinc verò philoſophatur Æneas Gazæus in aureolo ſuo Theophraſto, cæcos, numinis quodam favore, gigni nonnullos mortalium, ne vitiis adſpectu aditum facerent ad perditionem animæ. Maximus Tyrius, Sermone IX. ὁδοὶ δὲ κάλλους οἱ ὀφθαλμοί. Appuleius Metamorphoſ. X iſti tui oculi per meos oculos ad intima mihi delapſi præcordia meis medullis acerrimum commovent incendium. Quæ Phyſica quodammodo eſt Amoris deſcriptio. Publius Mimographus.

> *Amor ut lacryma, oculis oritur, in pectus cadit.*

Quod elego carmine expreſſit Orientius, mo-

do is auctor non ſit vel totus, vel aliquam tamen partem, ſuppoſititius. quod ſuſpicari ſuadent nonnullæ cauſſæ. Commonitorio.

Atque Amor, ut lacryma, quas fundi injuria cogit,
Ex oculis ſurgit, pectoris ima petit.

Et Idiota, ſcriptor pius admodum, tranſtulit in ſuas ſpeculationes de Amore Divino: *Oritur amor, dulciſſime Domine Ieſu, fons veri Amoris, velut lacryma, quæ ab oculis in pectus cadunt, quia ab intellectu Amor oritur, & cadit in cor per fidem.* Deſcribitur plenius ab Achille Tatio, libro primo, ubi adſpectus amaſii voluptas commendatur exactius etiam:

οὐκ οἶδας οἷόν ἐστιν ἐρωμένη βλεπομένη; μείζονα τῶν ἔργων ἔχει τὴν ἡδονήν, ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀλλήλοις ἀντανακλώμενοι, ἀπομάττουσιν ὡς ἐν κατόπτρῳ τῶν σωμάτων τὰ εἴδωλα, ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀποῤῥοὴ δι' αὐτῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥέουσα ἔχει τινὰ μίξιν ἐν ἀποστάσει, καὶ ὀλίγον ἐστὶ τῆς τῶν σωμάτων μίξεως, καινὴ γάρ ἐστι σωμάτων συμπλοκή, ἐγὼ δὲ ὅτι τὸ ἔργον ἔσεσθαι ταχὺ μαντεύομαι, μέγιστον γὰρ ἐστιν ἐφόδιον εἰς πειθώ, συνεχὴς πρὸς ἐρωμένην ὁμιλία.

Hinc oculos alicujus tentare, eſt niti eum Amore irretire. L. Florus, libro IV. cap. XI. de Cleopatra, talium artifice: *Prior ferrum occupavit Antonius: Regina ad pedes Cæſaris provoluta tentavit oculos ducis, fruſtrà: nam pulcritudo intra pudicitiam principis fuit.* Ariſtoteles auctor eſt.

τοὺς ἐραστὰς εἰς οὐδὲν ἄλλο τοῦ σώματος τῶν ἐρωμένων ἀποβλέπειν, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐν οἷς τὴν αἰδῶ κατοικεῖν.

Vide Athenæum, libro XIII. Oculos indidem *anſam Amoris* appellat Phavorinus, Rhetor & Philoſophus, apud Stobæum, Sermone LXIV.

προκέλευθον πόμπον ἐρώτων Oculum, Nonnus, libro V. Dionyſiacorum. Eleganter Heliodorus, libro III.

τεκμηριοῖ τῷ δὲ ὅτι τὸν λόγον, εἴπερ ἄλλο τι, καὶ ἡ τῶν ἐρώτων γένεσις οἷς τὰ ὁρώμενα τὴν ἀρχὴν ἐνδίδωσι, καὶ οἷον ὑπήνεμα διὰ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ πάθη ταῖς ψυχαῖς εἰστοξεύονται, καὶ μάλα γε εἰκότως τῶν ἐν ἡμῖν πόρων τε, καὶ αἰσθήσεων πολυκίνητόν γε καὶ θερμότατον οὖσα ἡ ὄψις, δεκτικωτέρα πρὸς τὰς ἀποῤῥοίας γίνεται, τῷ κατ' αὐτὴν ἐμπύρῳ πνεύματι τὰς μεταβάσεις τῶν ἐρώτων ἐπισπωμένη.

Ab oculis ergo, telis ſe quibuſdam peti Amatores ajunt, unde concipiant flammam deſideriorum in pectora, & velut exardeant imitus in adfectus. Anacreon, Oda XVI.

Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης,
Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν αὐτάς,
Ἐγὼ δ' ἐμὰς ἁλώσεις.
Οὐχ ἵππος ὤλεσέν με
Οὐ πεζὸς, οὐχὶ νῆες,
Στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος,
Ἀπ' ὀμμάτων βαλών με.

Euripides Hippolyto Coronifero.

Ἔρως, ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων
Στάζεις πόθον

Ariſtænetus, lib. I. Epiſt. I.

Λαΐδα ὁ ἔρως ἐπαίδευσε εὐστόχως ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς.

Euripides Hecuba.

ὡς τὴν λακαίνην, σύγγονον Διοσκόρων,
Ἑλένην,

Ἑλένην, ἴδοιμι, διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων
Αἴσχιστα περσίλην εἷλε, τὴν εὐδαίμονα.

Dio Chryſoſtomus, de Pulcritudine.

γυναῖκα εὔμορφον, λάμπον τὰ ἔχουσαν ὀφθαλμόν.

Sophocles de pari pulcritudine forma.

Ἔρωτος ἀστραπὴν ἦν ὀμμάτων ἔχει.

Heliodorus libro III.

καὶ οὕτως ἔχουσα πλέον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σέλας, ἢ τῶν δᾴδων ἀπηύγαζεν.

Anacreon, pictura formoſi.

Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,
Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης,
Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς κυθήρης.

Nam ille ignis fax erat amoris, incendium commovens medullis, de quo locutus eſt, ſupra adſcriptis verbis, Appuleius. Hi ſunt oculi ludibundi, de quibus Gellius, lib. III. cap V. ex Plutarcho, illecebris & voluptatis videlicet pleni, quibus agnovit Arceſilaus Philoſophus hominem dignum myſteriis Cybelles. Hincque mulieres dolores oculorum videtur appellaſſe Herodotus, cuius verba refert Caſſius Dionyſius Longinus libri περὶ ὕψους, numquam ſatis laudari, cap. III. quamquam id reprehenſione dignum cenſeatur, excuſetque demum ex perſona barbari hominis, quæ ita loquitur. Sic per oculos ſe ſolitum vulnerari, ſcribit Theophylactus Simocatta, Epiſtola XXXVI. nomine Eraſmii, miratus etiam abſentis fama ſaltim audita Melanippes, cor ſibi affectu concitum.

Μελανίππην, inquit, Διοδώρου ἀπόγονον ἐκπόπως ποθῶ, μὴ δὲ ὄναρ ποτὲ τὸ γύναιον θεασάμενος, ἀλλὰ μόνον ἀκούσας ὑπὸ πνεύματος ᾄδειν αὐτὴν θαυμαστῶς, καὶ βέβλημαι τὴν ψυχὴν μηδὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀδικούμενος, ὅπερ εἴωθα πάσχειν.

Sic caſſes ſive ſagenam, aut naſſam in oculis pulcerrimæ fœminæ agnoſcit Nicephorus Gregoras, libro II.

ἐν τούτοις ἡ μὲν βασιλὶς εἰρήνη τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν, ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ σύζυγος, πάνυ βαρέως ἐπὶ μακρὸν τὴν ἐκείνης ἤνυσε στέρησιν, ὀψὲ δὲ μὴ φέρων τὴν μόνωσιν, καὶ δευτέραν ἄγεται σύζυγον, αὕτη δὲ ἦν Ἄννα ἡ ἐξ ἀλεμανῶν, ἔτι νέα τῇ ἡλικίᾳ, ἀδελφὴ τοῦ ῥηγὸς Σικιλίας, Μαφρὲ, εἵπετο δὲ ἐκεῖθεν αὐτῇ καθάπερ τροφὸς καὶ παιδαγωγὸς ξὺν πολλαῖς ἄλλαις, καὶ γυνή τις, ὡραίαν ἐπαγομένη προσώπου, καὶ ὀφθαλμῶν, ὡς εἰπεῖν ἄφυκτόν τινα σαγήνην, ὄνομα Μαρκεσίνα, ἣ φίλτροις καὶ καταδέσμοις ἐρωτικοῖς, καὶ ἠθῶν ἀστειότητι κατὰ μικρὸν ὑπηγάγετο καὶ τοὺς βασιλικοὺς ὀφθαλμούς.

Sic apud Longinum, quæ Coræ dicuntur, hoc eſt Puellæ, pupillæ in oculis, à Græcis, eas impudicato homini eſſe πόρνας, ſive meretrices dicit Timæus Hiſtoricus. Coræ enim & Latinis dicuntur illæ pupulæ in oculis. Auſonius. Epiſtola XVI.

Cuique vigiles luminum.
Servire dignantur Coræ.

Et ſunt illæ Coræ indices pudoris, παρθένοι dictæ, alluſione ad nominis alterius ſignificationem, quod in Xenophonte utcunque faventibus Gratiis reprehendit idem Longinus, cap. Eodem Tertio. Jubar ſeu facem,

in oculis amatoriis, eodem alludens, agnoſcit Theocritus in Dyſerote:

> Οὐδέ τι τῶν πυρσῶν μαρμαρυγμα μύθιον, οὐτ' ἀμάρυγμα
> Χείλεος, οὐτ' ὄσσων λιπαρὸν σέλας, οὐ ῥοδόμαλον.

Apolllonius libro III. Argonauticorum.

> Τοῖος ἀπὸ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο
> Στράπτεν ἔρως, ἡδεῖαν ἀπὸ φλόγα, τῆς δ' ἀμαρυγῆς
> Ὀφθαλμῶν ἥρπαζεν

Ariſtænetus lib. I. Epiſt. X.

ἄμφω δὲ λαμπροῖς ὄμμασιν, οἷοι ἀστέρες, ἀνταύγοντες ἀλλήλοις, φαιδρότερον τῆς ἀλλήλων ἀπέλαυον ἀγλαΐας.

Auctor Paralipomenon, lib. I. de Pentheſilea.

> ἐπεί ῥά οἱ ἀμφὶ προσώπῳ.
> Ἀμφω σμερδαλέοντε καὶ ἀγλαὸν εἶδος ὀρώρει,
> Μειδιόων ἐρατεινὸν, ὑπ' ὀφρύσι δ' ἱμερόεντες
> Ὀφθαλμοὶ μάρμαιρον

Nonnus, libro XXXV. Dionyſiacon.

> Ἔγχος ἐμὸν πέλε κάλλος, ἐμὸν ξίφος ἔπλετο μορφή,
> Καὶ βλεφάρων ἀκτῖνες ἐμοὶ γεγάασιν ὀϊστοί.

Qua quidem armatura maximorum Heroum major pars periit, quam armis adverſis alibi, aut telis hoſticis. Sapienter enim idem Nonnus, Eodem etiam Libro.

> Οὐ τόσον αἰχμάζει ὅπλον ἀνέρος, οὐ τόσον αἰχμαὶ
> Ἀνέρες οὐτάζουσιν, ὅσον βάλλουσιν ὀπωπαί.

Phrynichus, vetus Tragicus, de Troilo.

> λάμπειν ἐπὶ πορφυραῖς παρῇσι φῶς ἐρώτων.

Longus, Paſtoralium primo.

πάντως γὰρ οὐδεὶς ἔρωτα ἔφυγεν, ἢ φεύξεται, μέχρις ἂν κάλλος ᾖ, καὶ ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν.

Quod idem ad Amatorium hunc oculorum ictum & ignem, interpretandum. Sic in Sacra etiam Hiſtoria, oculis cenſetur pulcritudo. Sulpitius Severus, libro I. *erant Labano duæ filiæ, Lia & Rachel, ſed Lia oculis deformior, Rachel pulcra fuiſſe traditur.* Hinc oculum non raro pro universa forma capias apud Poetas Græcos. Callimachus in Lavacra Pallados.

> Μὴ μύρα λωτροχόοι τᾷ Παλλάδι, μηδ' ἀλαβάστρως
> Οὐ γὰρ Ἀθηναία χρίματα μικτὰ φιλεῖ.
> Οἴσετε, μηδὲ κάτοπτρον, ἀεὶ καλὸν ὄμμα τὸ τήνας.

Hoc eſt ſemper Dea tota pulcra eſt: & rectiſſimè edidit, divinus ejus carminis interpres. Angelus Politianus.

> *vultu pulcerrima ſemper.*

Ὄμμα enim deſignat quicquid Deæ conſpici poteſt. Oculis talibus porrò inſidere dicebant Gratias. Ariſtænetus de Cydippa

καὶ τοῖς ὄμμασι χάριτες, οὐ τρεῖς, καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δεκάς.

Elegantiſſimè Longus Poemenicis, ἅλωσιν ὀφθαλμῶν dixit, cum alij ab alijs oculi capiantur velut.

τῆς

τῆς δὲ μεσημβρείας ἐπελθούσης ἐγίνετο ἤδη τῶν ὀφθαλμῶν ἅλωσις αὐτοῖς.

Nec abſimiliter Eunapius Aedeſio.

οἱ δὲ πρεσβῦται ξενίας τε ἑλληνικῆς καὶ τραπέζης τυχόντες, ὑπ' παιδία τῆς Σωσιπάτρας τῷ τε ϖεριττῶς καλῷ, καὶ λαμυρῷ δοχθέντες, καὶ ἅλοντες, &c. Heliodor. lib. II. οὐ γὰρ τὸν ἐντυχόντα μὴ ἡλωκέναι. Suavem locutionem Sophocles commentus eſt, florem oculis decerpere dictitans, Trachinijs.

ὁρῶ γὰρ ἥβην τὴν μὲν ἕρπουσαν ϖρόσω·
τὴν δὲ φθίνουσαν, ὧν ἀφαρπάζειν φιλεῖ
Ὀφθαλμὸς ἄνθος, τῶν δ' ὑπεκτρέπειν πόδα.

Elegantiſſimè Phœdrus formoſam puellam oculis venari viros dixit Fabula LXIII.

Quidam decedens tres reliquit filias
Vnam formoſam, & oculis venantem viros.
At alteram lanificam & frugi, ruſticam.
Deuotam vino tertiam, & turpiſſimam.

Et in oculis talium Amores eſſe, ſciſcit Theocritus, Epithalamio Helenæ, longè illo delicatiſſimo & ſuaviſſimo.

τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροι ἐντί.

Faſcinantes propterea oculos in ijsdem agnoſtic in Rhythmis barbaris quidem verbis, ſed mirè cordatis ſenſu, Gualterus Dyſſeus.

Inter actus ſeculi prauos, & decliues,
Intolerabilius nihil eſt quam fœmina diues.
Hec idcirco dixerim, ne quis ſine macula
Fœminas exiſtimet, quarum lingua jacula...
Faſcinantes oculi, digiti nouacula.

Harum oculi produnt Amorem, ex ſententia Antiphanis Comici priſci, qui eos iſtum, etiam invito eo qui captus eſt, manifeſtare autumat.

κρύψαι φᾳδία,
Ἅπαντά τ' ἄλλα τις δύναιτ' ἂν, πλὴν δυοῖν,
Οἶνόν τε πίνων, εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών.
Ἀμφότερα μηνύει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμάτων.

Sic mollem oculorum petulantiam, indicium ſimul & irritamentum Amoris, in formoſiſſima fœmina agnoſcit Petronius Arbiter, cujus libri ad fugiendos non ſequendos inconceſſos Amores ſcripti fuerunt. *Ipſe*, inquit, *Paris, Dearum libidinantium judex, ſi hanc in comparatione vidiſſet, tam petulantibus oculis; & Helenam huic donaſſet & Deas.* *Oculos ad petulantem laſciuiam aptos* Lycurgus Rhetor, apud Rutilium Lupum, libro I. *Cujus*, inquit, *omnes corporis partes ad nequitiam ſunt appoſitiſſima: oculi ad petulantem laſciuiam, manus ad rapinam, venter ad auiditatem, virilia naturæ membra, quæ non poſſumus honeſtè nominare, ad omne genus corruptelæ, pes ad fugam, prorſus, ut aut ex hoc vitia, aut ipſe ex vitijs ortus videatur.* Juſtinus, lib. I de Sardanapalo. *cum mollitia corporis, & oculorum laſciuiâ omnes fœminas anteiret.* Oculos autem in Amoris impotentiâ intabeſcere ait Maximus Tyrius, Sermone XLI.

ἐντρίβεται ὁ δύστηνος, καὶ λεαίνεται, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ συντήκεται.

Paul. Aeginetam vide lib. III. c. XVII. *qui oculos cauos, lacrymantes, & Amorem præferētes, velut pleni ſint eo, Amantium deſcribit.* Talis

 oculo-

oculorum petulantia, & motus obſcœni plena, & voluptatis cupidiſſimæ teſtis, notatur à Perſio, cum *Patranteis* eos appellavit, Patratio enim eſt rei Venereæ conſummatio, in veteri Gloſſario, & ipſam Voluptatis effectionem Theodorus Priſcianus indicat, libro II cap. XI. Quem imitatus vetus Poëta, lib. II. Epigrammarum, oculos cònvinciabundus, dixit.

ſunt luſci oculi atq; patrantes.

Quos eoſdem trementes Juvenalis dicere voluit.

oculosq; in fine trementes.

Qui ſcilicet tremore illam obſcœnitatem cõfiteantur. Tumentes oculos, amatorios, plenos, ſecundum Aegineram, voluptatis, capias apud Suetonium, lib. III. cap. VII *Semel omnino viſam ex occurſu adeò contentis & tumentibus oculis, proſecutus eſt; ut cuſtoditum ſit ne unquam in conſpectum ejus poſthac veniret.* Porrò ab interna hàc libidinis flamma, oculi nequam appellantur & à Dominuo Jeſu, Matthæi, cap V.

ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός, ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται, ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται.

Juvencus, lib. I. Evangelicæ Hiſtoriæ. pravum videre dixit.

ſi pura acies oculi, ſimplexque nitebit,
Clarè totius lucebunt corporis artus;
Sin verò nequam fuerit, pravumq; videbit
Obſcura incumbent ſuper omnia membra tenebræ.

Quomodo impurum oculum, Gallus Confeſſor, cap. XVI. *In commune autem cunctis præceptum dedit, ne, fratribus irati, conuitiorum maledicta in eos jacularentur, vel his occaſionibus non amputatis, ad homicidia laberentur. Et ne quis uxorem proximi ſui impuro contueretur oculo. & idcircò maculari poſſet adulterio* Eleganter verò *nequam* dicitur talis oculus, cum in voluptas quodammodò habitet, & degat. Adamantius Sophiſta, libro I. Phyſiognomicôn.

ὀφθαλμοὶ, οἷς ἡδονὴ καὶ γέλως ἐνοικεῖ, οὐ πάντες ἀγαθοί. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν τούτοις δολεροί, κρυχίνοι. κακομήχανοι, κακοῦργοι.

Nequitia, enim peculiari uſu ſignificationis, laſciviam & petulantiam notat, venuſtate quadam & vernilitate, conjunctam: Quales *morſicantes oculos*, nimium argutè Appulejus indigitavit, homo talibus utique magis deditus, quam deceat Philoſophum, & morum præceptorem; cujus ex univerſo ingenio mira quædam & ſingularis libido apparet, qua & talium artifex eſt velut peculiaris. Libro II. Meram. *tum illa cervicem intorſit, & limis ad me converſa, & morſicantibus oculis, a t.* Idem ſuaviter, ſiquidem in his ſuavitas eſt, lib. III. *Cum iſto fine Sermonis, oculos Fotidis meæ, udos ac tremulos, & pronâ lubidine marcidos, jam jamq; ſemiadopertulos, admiſſis & ſorbillantibus ſauijs ſitienter hauriebam.* Qui eadem re, *marcentes oculos* cònvenire ait Amantibus, lib. X. Pertinet huc quod Luxuriam, ut meretricem, vagam oculis, inter cætera convitia ejus, Prudentius dixit, Pſychomachiâ, Poëmate divino, & ingenioſiſſimo.

Oculis vaga, languida voce,
Perdita delicijs, vita cui cauſſa voluptas
Elumbrem mollire animum, petulanter amœnas
Haurire illecebras, & fractos ſoluere ſenſus.

Quo pacto evagati oculos, qui operam amatorijs dent futilitatibus & peccatis, dixit Bacchiarius, Epiſt. de Recipiendis Lapſis: *Appone præterea oculos tuos oculis ipſius, manus manibus, pedes pedibus; cuſtodi oculos ipſius ne in perditionem ſui ulterius euagentur* Et Vagationem oculorum, pro libidinantis animi affectibus Aponius ſumſit, libro II Commentariorum in Cantica Canticorum: *illum cibum legendo, ab omnibus immundis cogitationibus, præ-*

præſente Domino Chriſto, conſeruantur: ubi nullus turbidarum cogitationum clamor, nullius deſiderio diſtentantur, adulterij in ea nulla ſurreptio, nulla peruagatio oculorum, ciborum nulla concupiſcentia tranſcendit certum terminum conſtitutum: *Molles oculi* ſunt tales. fracti videlicet deſiderio libidinis, apud Pedonem, ut volunt, Albinovanum, Elegiâ in Obitum Mæcenatis, quæ tamen alterius potius eſſe deprehenditur. *Lumina proterua* Emporio Rhetori. adulteræ, inquit, protervalumina, impudens colos. Cui ſimilia multa in Declamationibus Quintiliani. Quo pertinet ἀγανοβλέφαρος Peithus Epitheton, apud Ibycum: Εὐρύαλε, γλαυκιῶν χαρίτων θάλος, καλλικόμων μελέδημα, σὲ μὲν Κύπρις, ἅτ' ἀγανοβλέφαρος πειθὼ, ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν.

Perſuaſio enim illis illecebris oculorum, nihil præter Amatorium effectum quærit, ὄμμα ἡδὺ Ariſtænetus appellat, libro I. Epiſtola VII.

Ἴστε ὄμμα, καὶ περ ἀγανακτοῦσης ἡδύ.
Ὀφθαλμοὶ, ἱμερόεν ἀστράπτοντες.

Theocritus, ſive is Moſchus eſt, Europâ.

Ὄσσε δ' ὑπογλαυκιόωντε ἱμερὸν
ἀστράπτοντες.

Oculi Ridentes. Nonno. lib. XLI.

Ὀφθαλμοὶ γελόωντες, ἀκοντιστῆρες ἐρώτων.

Valerius Cato, ut volunt, in Diris.

Vos nunc alloquitur, vos nunc arrides ocellis.

Calpurnius, Eclogâ. VI.

Candidus alter erat, læuique decentior ono.
Et ridens oculis, crinemque ſimillimus auro.

Hilares iidem Nemeſiano, Eclogâ. II.

Purpureas laudādo genas, & lactea colla,
Atque hilares oculos, & formam puberis æui.

Sed nobis, poſt tot paginas, tamdem etiam finis eſt faciendus, ne tus faciamus in te enſendis delitijs: quod ſiquidem jam dum factum eſt, opus erit deprecatione, apud ſtudioſos quidem elegantiarum veterum, reliquis enim illud Varronis oppingimus.

Senſiſtis? dicite, Labdæ?
Vesuos contemnite vini,
Anticipate, atq; addite calcar;
Stultos contemnite Docti.

7. MEDULLIS ERUPIT GEMITUS.] Ipſis animi penetralibus, infinita exempla in omnibus libris amatorum.

9. CONFESSUS SECRETA RUBOR.] In amantium vultibus varios colores, pro adfectus varij inſtabilibus ſtimulis, notarunt hoc genus infiniti ſcriptores. Eleganter Muſæus de Hero & Leandro, Apollonius lib. III. Valerius Flaccus, lib. VII. Argonaut. Ariſtænetus lib. II. Achilles Tatius, libro I. Longus lib. II. Heliodorus, lib. III & IV. Nonnus, lib. XLII. Aelianus. Var. lib. XII. cap. LVIII. Menophilus, apud Srobæū, Sermone LXIII. &c. Apud quos, cum alijs talibus, uberes talium deſcriptiones invenies: De rubore eleganter Papinius, lib. I Achilleidos.

Diriguit, totuque nouum bibit oſſibus ignem:
Nec latet hauſtus Amor, ſed fax, vibrata medullis
In vultus atq; ora redit; lucemque genarum
Tingit, & impulſam tenui ſudore pererrat.
Lactea Maſſageta veluti cum pocula fuſcant
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro,
Sic varius manifeſta notis, palletque, rubetque.
Flamma recens.

9. CONFESSUS SECRETA.] Animi ſecreta, & adfectus interni, vi vultibus velut exſcribunt argumenta ſuarum rerum. Scitè Pacatus Panegyrico; *adfectus animi proditorem*

rem vultum ait enuntiare Gulielmus Brito, libro II. Philippidos.

> *Nam rubor in vultu duplicatus prodit aperto*
> *Quam grauis illuſtrem trahat indignatio mentem*

Hieronymus, ad Furiam, de Servandâ Viduitate: *tanta confabulandi fiducia ſit; ut intrante alio, nec paueas nec erubeſcas. Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana.* Ovidius libro II. de Arte Amandi.

> *in vultu pignora mentis habet.*

Eleganter Achilles Tatius, libro VI. ὁ γὰρ νοῦς οὐ μοι δοκεῖ λελέχθαι καλῶς εἶναι ἀόρατος, τὸ παράπαν. φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς, ὡς ἐν κατόπτρῳ, ἐν τῷ προσώπῳ. Juvenalis, Sat IX.

> *Deprendas animi tormenta latentis in agro*
> *Corpore; deprendas & gaudia: ſumit utrumq;*
> *Inde habitum facies.*

Nazarius Panegyrico: *in ſerenis frontibus animorum indicia perleguntur.* Liutprandus, Hiſtoriar. lib. IV. cap. XV. *His auditis, quia ſpeculum facies eſt mentis, cordis verecundiam vultus rubore nudauit.* Boethius, libro I. de Conſol. Philoſ. *confeſſus rubore verecundiam.* Hilarius Arelatenſis, de Macabæis:

> *Vultuq; fatentur*
> *Se timuiſſe nihil.*

Minutius Felix Octavio: *ſegregatus, delere neſcio quid, vultu fatebatur.* Ita legendum inibi opinamur, cum *dolore* non ſit commodum ſatis, quod vulgo circumfertur. Sic Statius Domitianum adulans, in vultu ejus agnoſci Clementiam aſſerit.

> *Diſcitur ex vultu quantum tu mitior.*

Chalcidius, Commentario in Platonis Timæum: Deniq; ex oculorum habitu mens atque animus indicatur, iraſcentium, mœrentium, lætantium, &c. Vide Caſſiodorum, cap. XVI. libri de Anima.

11 PULCROS.] Diſtinctio nondum integrè ullibi propoſita, ita erit concipienda?

> *jam munera nuptæ*
> *Præparat, & pulcros (Mariæ ſed luce minores)*
> *Eligit ornatus*

Lux ſingularem, & velut cœleſtem quandam pulcritudinem denotat. Lib. III. de Raptu Proſerpinæ *ille ſuperbi*

> *Flammeus oris honos.*

Feſcenninis.

> *Quæ digna forma laus erit ignea.*

Sic Lux genarum apud Papinium. Vide quæ ad primam Odam notavimus.

12. VENERABILIS.] Conſecrata enim, & inter Deas relata Livia, Prudentius, lib. I. in Symmachum.

> *Adjecere ſacrum, fieret quo Livia Iuno.*
> *Non minus infamis thalami ſortita cubile,*
> *Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.*

Vide Dionem Caſſium, Libro LX. Sanctam eam domum ſuam habuiſſe etiam Tacitus libro V. Annalium reſtatur.

13. DIVARUMQUE NURUS.] Occulta adulatio: quaſi jure hæreditario àram vetuſtis Auguſtarum ſucceſſionibus ad Honorium hæc veneriat. Horum autem theſaurorum reliquiæ ac inventæ proavorum ætate fuerint, diſcas ex Epiſtolâ ſupra propoſitâ.

14. INCUSAT SPES ÆGRA MORAS.] In Amante hæc præcipua. Ariſtænetus, lib. I. Epiſt. X.

> ἅπαντος δ' οὖν ὁμοίως βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ. καὶ οὔτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἑωρακέναι, οὔτε νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης.

Saxo Grammaticus lib. III. Daniæ Hiſtor. cap. I. *Mora impatiens Amor.* Cum alioquin etiam ſpes nihil æquè invita patiatur, quam moram. Papinius Thebaide I,

> *ſpes anxia mentem*
> *Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.*

Cum

Cum quo Polyænus, Poëta, Epigramm. libro I,

ἐλπὶς ἀεὶ κλέπτει νόον

Extrahere enim Papinio iſthîc eſt ſuſpendere. Ut lib. III.

populumq; ducesque Extrahit incertis.

Spe videlicet ſuſpenſos attinet. Pari mente Horatius, lib. I. Epiſt. I.

diesque
Longa videtur opus debentibus, ut piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum.

Quem ſtantibus ſuis diebus, & Lunâ nō movente noſter reſpexit. Salluſtius Jugurthâ.

Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur. Seneca.

Omnisque nimium longa properanti mora eſt.

De amante ſic Heliodorus, libro I.

ἐπήνει δὲ καὶ ὁ Θύαμις, ἑκών τε, τὸ μέρος, καὶ ἄκων. ὑπὸ μὲν τῆς περὶ τὴν Χαρίκλειαν ἐπιθυμίας, καὶ τὴν παροῦσαν ὥραν ἀπέραντον χρόνου μῆκος, εἰς ὑπέρθεσιν ἡγούμενος.

Auſonius, Epiſtolâ XXIV.

longa omnia credunt
Qui ſimul eſſe volunt.

Ovidius pulcrè, Epiſtolâ Canaces.

Fugerat ore color, macies obduxerat artus,
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec ſomni faciles; & mox erat annua nobis,
Et gemitum, nullo læſa dolore, dabam.

Et de mora diei, aut temporum, pulcrè Paulinus, Natali. IX. Felicis, quem ſextum alij perperam faciunt.

Naſcere, quæ tardo ſemper mihi redderis ortu,
Mox at in occaſum properans fugis, ægre redire,
Ales abire, dies: nam te per longa morantem
Tempora, tum tardi nitens rota vertitur anni
Suſtineo intentis, affecto pectore, votis.

Andreas Capellanus, de primum Amante. *Incipit etiam quærere tempus, & locum, cum opportunitate loquēdi; ac brevem horam longiſſimum reputat annum, quia cupienti viro nil ſatis poteſt feſtinanter impleri.* Pariter Gulielmus Tyrius, lib. VII. cap. XXIV. *At verò, qui in exercitu remanſerant, pro itineris deſiderio, loca venerabilia ſcientes in proxima conſtituta, pro quorum amore & reuerentiâ, tot pericula tertio jam anno ſuſtinuerant, noctem ducebant inſomnem, votis ardentibus auroram depoſcentes, ut itinerarij ſui felicem conſpicerent clauſulam, & tam longæ peregrinationis beatam conſummationem poſſent intueri. Videbatur eis nox ultrà ſolitum vices ſuas producere, partemque lucis futuræ ſibi uſurpare indebitè, omnisq; mora animis ardentibus periculoſa videbatur, eratq; abominabilis, juxta id quod prouerbialiter dici ſolet Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur, & item illud; dilatione votum creuerat.* Baldricus Epiſcopus Dolenſis libro IV. Hiſtor Hieroſolymit. cap. VIII. *Vix autumabant diem illam affuturam, quam tamen affuturam non ignorabant quæ votis ſuis ſatisfaceret, quæ deſideratam ciuitatem eis oſtenderet. Exſpectabatur illud mane, & mox illuceſcendum non neſciebatur, ſed quoniam quaſi differebatur, idcirco dilatus affectus augmentabatur. Animo ſiquidem cupienti nihil ſatis feſtinatur.* Pertinet eodem proverbium Theocriticū, οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἄματι γηράσκουσι. Si tamen Proverbium eſt. Eſt autem dulcedo quædam in ipſa hac animorum ſuſpenſione, quam, licet non agnoſcas, cum in eâ ſis, doleas tamen quodammodo, eâ amiſsâ. Unde jucundum, affectum Spem merito mihi dixiſſe videtur, homo ingenij non ultimi, Mithredates, qui Bruti Epiſtolas collegit, & reſponſa illis ex civitatum populorumq; perſonis & ſtatibus affinxit, præfatione.

ἀλλὰ πρὶν χλυκὺ πάθος ἐλπίς, ἐν τῇ ἐπιτυχίᾳ διελέγχουσα μόνον, κολακεύουσα δὲ καὶ τὸ ἀποτέλεσμα.

14. LONGIQUE VIDENTUR STARE DIES] Faciunt hûc modo notata. Contrà verò celeres videntur anni labi, qui amatos nobis homines abducunt. Appuleius Floridis, blandiens ſuis Magiſtratibus. *Quid nobis cum iſtis proconſulum vicibus? Quid cum annis brevibus, & feſtinantibus menſibus?* O *celeres bonorum hominum dies! ô præſidum optimorum citata curricula.*

15. NON VOLVERE PHOEBE.] Noſter Codex *non flectere* Quod ad juvandam animi impotentiam, in amante ſperante indicandam, facere non parum dicas; velut ægrè eumq; labore tota flecteretur.

16. SCYRIA SIC TENERUM.] Deidamia. Propertius.

> *Scyria nec viduo Deidamia thoro.*

Hiſtoriam habes luculentè deſcriptam à Papinio Achilleidos libellis. Quo opere non completo ingentem Heroicam ſpem perdidit Latina Poeſis.

16. FLAMMABAT.] Amore vehementi. Qui igni & incendio par. Callimachus, de Apolline.

> ἠιθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.

Oppianus. Cynegetico. II.

> Δαιόμενος Νύμφης κυανώπιδος, ὠκυανίνης.

Nonnus, lib XXXIV. de Arcu Cupidinis.

> τόξον ἔχεις, τὸ δὲ τόξον ἐμῆς φρένος ἀπτόμενον πῦρ.

Auctor incertus, lib. I. Antholog. Epigramm. Græc.

> Δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἀναφθὲν σέλας. ἔνδοθι γάρ μοι
> Καιόμενον πολλὴν ἐξανύσει φλόγα.

Sic Amoris tela omnia plena igne. Unde a Muſæo vocantur ignivoma Moſchus Amore Fugitivo.

> Ἢν δὲ λέγῃ, λάβε ταῦτα· χαρίζομαι, ὅσσα μοι ὅπλα,
> Μὴ θίγῃς, πλάνα δῶρα, τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

Mæcius, Antholog. lib. IV.

> Οὐ δὴ βροτοῖς ἀφύλακτον ἐκφλιγῆς ἐν φρεσὶ πυρσόν.
> Ἄθρει νῦν ὑπὸ σῶν σβεννυμένων δακρύων.

Eodem modo ibidem & Marianus. Hinc ardere dicuntur, qui nimio fervore Amatorijs rebus incumbunt. Salvianus, libro VII. quis neſcit Africam totam obſcœnis libidinum tædis ſemper arſiſſe. Eleganter Chryſoſtomus, divino libro de Virginitate, cap. XXVII.

ὅτι γὰρ αὐθεκὼν δεῖ παλαίειν, καὶ μὴ μεῖζον ἅψαι, ὅτι ξίφος βαδίζειν, καὶ μὴ πλήττεσθαι. τοσαύτη γὰρ τῆς ἐπιθυμίας ἰσχὺς οἵα ἡ πυρὸς καὶ σιδήρου. κἂν μὴ οὕτω ψυχὴ παρεσκευασμένη, ὡς μηδὲ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὰς ἐκείνας ἀλγηδόνας, ταχέως ἑαυτὴν ἀπώλεσε.

Et hæc obvia ubique talium. Vide Nicolaum Clemangium, cap. I. excellentis libri de Filio Prod go.

17. FRAUDIS ADHUC EXPERS.] In eam conferendæ. παθητικῶς enim hoc capiendum; cum non illum decepetit virgo, ſed ille virginem.

19. ET MOX QUOS HORRUIT IDE.] Hæc eſt vera dubio procul ſcriptura hujus loci, quæ à blanda virgine adoleſcenti Achilli pectitos crines, ipſam Idam, montem Trojæ celeberrimum horruiſſe dicit. Invenit eam in libris Cujacianis Claverius; peſſimè autem mutavit Scaliger, reponendo

> *mox quos terruit idem*

contra omnes libros: nec vidit tantus vir Honorio in tremore illo Idæ ſumma quæque, ubi vir factus fuerit, exquiſitâ adulatione promittere Poëtam. Nos meritò, & ex ipſo auctore, hanc veterum librorum lectionem ſequimur, confir-

confirmati à Noſtro inſuper Codice, In quo diſertiſſimè pariter ſcriptum eſt

& mox quos horruit Ide

Et ab Editione Aldina, quam nunc in poteſtatem noſtram redegimus, olim fruſtrà deſideratam. Cui in cumulum accedunt & libri à Joanne Camerte publicati, qui eamdem omnino tenentur. Eamdem in duabus etiam ſibi inſpectis libris reperiſſe ait vir doctiſſimus, notis ad Syneſium, Calvitij. De Achille autem magnificè talia loquuntur Poetæ. Ut Horatius.

Filius quamvis Thetidos marinæ
Dardanas turreis quateret tremendâ
Cuſpide pugnax.

Et de eodem monte Papinius, quem haud dubiò reſpexit, more ſuo, noſter Libro ſecundo Achilleidos, ubi Ulyſſes rectum habitu virgineo alloquitur, & ut ſecum diſcedat, hortatur.

Tu Cœli, Pelagique nepos: te Dorica claſſis,
Te tua ſuſpenſis exſpectat Græcia ſignis.
Ipſaque jam dubijs nutant tibi Pergama muris.
Eia age, rumpe moras; ſine perfida palleat Ida;

Ut hoc monte totam Phrygiam intelligas utrobique Poetarum, quos ego conſanguineo quodam ſpiritu ad carmen pangendum veniſſe dicere ſoleo, etſi non paullo Papinius arrogantior.

19. THESSALICO PECTINE.] Quem domo ſuâ, è Regiâ uſque Theſſaliæ Achilles apportaverat, cum à matre mundo muliebri inſtrueretur, ut pro virgine degeret in Scyro. Nectere autem virgo amaſio capillos dicitur, more blandientium amaſiorum. Horatius ad Pyrrham.

Quis multâ gracilis te puer in roſâ
Perfuſus liquidis urget odoribus,
Grato, Pyrrha, ſub antro:
Cui flavam religas comam?

Puellæ ad hæc Eunuchis utebantur. Claudianus I. in Eutropium.

Eous Rector, Conſulque futurus
Pectebat dominæ crines, & ſæpè lavanti
Nudus in argento lymfam portabat alumnæ.

Et hæc ſcriptura Claudiani probatur libris Cujacianis, Noſtro, & majore parte Belgicorum, Camertis etiam & Aldi ex optimis Codicibus proditis Editionibus. Bentiniani autem quidam, & duo treſve cum Delriano, præferunt *nectebat pollice.* Unde ſuſpiceris ſcribendum.

Theſſalicos roſeo nectebat pollice crines.

Ut Theſſalici ſint, equeſtres, militares, adeoq; digni Chironis illa Theſſalica aula. Tamen mutandum nihil, auctoritate cæterorum motus, arbitrer, præcipuè cum à comâ ſæpè etiam Homero, alijsq; Poetis Græcis, commendetur Achilles. ῥοδοδάκτυλος foret illud in alterâ lectione celeberrimum formarum Græcarum epitheton.

20. VERENDUS.] Hoc epitheto amorem cum cultu quodam inſinuat Claudianus. Apulejus Florid. II. de ſuo illo Procos. *neminem, quod ſciam, Proconſulum Africa magis reverita eſt, minus verita.* Hoc eſt minus metuit, & ſimul magis amavit.

21. CUNCTATUR.] Quod enim cupienti datur, gratius eſt beneficium: Morâ autem gratia exſpirat Demetrius Phalereus, apud Rutilium Lupum, libr. I *Nam quod beneficium tempore, & cupienti datur, gratum eſt, utilitas enim ac voluntas accipiendi, honorem dantis facit ampliorem: at quod ſerò, & deſideranti dari datur, ingratum eſt, amiſſo enim tempore utilitatis, Cadit accipiendi cupiditas.* Ita edidit ea verba Franciſcus Pithæus. Vitiata omnino, & quæ ultima periodo contrà mentem auctoris eunt; quare Beati Rhenani membranæ melius *at quod ſero, & non deſideranti datur.* Tamen potius eſt ut aliud lateat, cum Pithæum ajant etiam vitioſas ſuorum librorum lectiones expreſſiſſe: Ad quas reponam. *At quod ſero, & deſiderare deſinenti datur.* Ut latuerit vox in ſimilibus præcedentium litteris.

22. QUAM PEPIGIT.] Sperata, pacta, ſponſa nomina ſunt jam matrimonio debitarum. Vide quæ poſt alios collegit Paullus Cypræus de Jure Connubiorum libro I. capite III.

24. QUÆSIVI VULTUM TABULIS.] Non ego,ait,de more libidinantium Regum, ob pulcritudinem filiam tuam mihi deſponſari feci, nec miſi qui ejus conſenſum procarentur, depictâ effigie meâ in tabulis, longè formoſiore: Notat morem ſeculi,ſponſos ſponſasq; legentium regum ad picturas, quas & ideo mox, aſſerenda à nobis lectionis veritate, lenas appellat. In invidiam haud dubiè Arcadij fratris hæc loquentem inducit Honorium; quippè decepti ante inescari pictâ puellæ effigie,fraudibus Eutropij Eunuchi, in matrimonium.Zoſimus,lib.V.

ἤστην δύο παῖδε προειρημένῳ, Θεοδοσίου προελόντος ἤδη, τοῖς αὐτοῦ παισὶ συναναστρεφόμενοι. τούτων δ' ἅτερος εἶχε παρ' ἑαυτῷ παρθένον, κάλλει χάμπυζαν ἐξαισίῳ. ταύτην Εὐτρόπιος, εἷς τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν ἐντυχών, ἀπαγγέλλεται παρῄνει τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ τοῦ κάλλους διεξιών. ἐπεὶ δὲ τοὺς λόγους ἡδέως ἑώρα δεχόμενον, ἔδειξε τῆς κόρης εἰκόνα. ταύτῃ τε πρὸς μείζονα τὸν Ἀρκάδιον ἐγείρας ἐπιθυμίαν, ἔπεισε τὸν ταύτης γάμον ἑλέσθαι, Ῥουφίνου μηδὲν ἐπισταμένου τῶν πραττομένων, οἰομένου δὲ ὅσον οὐδέπω τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τῷ βασιλεῖ συνοικίζειν.

Apage aliam lectionem, & interpretationem. Picturam amatæ puellæ à principe Turcarum Eudociæ Romani Imperatoris filiæ; exemplum eſt apud Nicephorum Patriarcham CP. in Breviario rerum poſt Mauritium ad Conſtantinum Copronymum pag.46.

25 LENA]Lenocinans.Hæc eſt omnium manuſcriptorum Codicum lectio, quam in Cujaciano etiam repertam minimè de uit extendere Claverium,cum non de facto ſuo,ſed eo quod facere pudorem habuerit, loquatur Honorius;& ita aliorum morem,quos modo luxuria damnavit, non potuerit commodius etiam perſtringere,quam hoc vocabulo,quod indignitatem rei cum turpitudine junctam acutè indicat. Sanè pictura illa *nuntia formæ* revera Lunæ officio fungebatur, concilians per illecebras, regalibus matrimonijs non parum indecoras, Principi, quam nequaquam niſi deceptus talibus lenocinijs, duxiſſet. Sic vero *Lena* vocabulo ad res inanimatas, aliasque,ſolentes uruntur boni ſcriptores. Sic Prudentius cultum ſive ornatum Lenonem ſolvendi pudoris dixit. Hamartigeniâ.

Dum ſcatebras fluviorum omnes, & operta metalla,
Eliquat Ornatus, ſolvendi Leno pudoris.

Idem eruditiſſimus ſcriptor, Aquilam, qua Juppiter Caramitum rapuit,Lenonem,appellavit, inceſtum illum concilantem, Romano.

Quid vult ſigillum, ſemper affixum Iovi,
Auis miniſtra? nempè velex armiger,
Leno,exoletum qui tyranno pertulit.

Nec minore elegantia vocem Lunam appellate animum induxit. Ovidius,lib.III.de Arte Amandi: quia illa non aliter ac venuſta facies hilaritate ſua Amorem conciliet animabus hominum.

Pro facie multis vox ſua lena fuit.

Sic Juventam Lenam appellavit Auſonius, quod flos corporis ætate florentis, facile in deſiderium amandi ducat aliquem. Epigrammate.LXXXIX.

Incipient operas conducti vendere mœchi,
Quos modo munificos lena juventa facit.

Paritérque Ovidius eodem libro, quem modò laudavimus, Moram etiam lenam appellavit

Grata mora venies, maxima lena mora eſt.

Ut lenocinantem mundum, in libidinem undiqua-

diquaq; proritantem, Eucherius Lugdunenſis. Homilia Exhortatoria contra diverſa vitia: *Apoſtolus imitatur Chriſtum per corporis mortificationem, per cordis humilitatem, imitatur illum dum deceptricem præſentis vitæ reſpuit jucunditatem, dum lenocinantis mundi illecebroſam deſpicit faciem, dum uſque ad mortem prædicat veritatem.* Sic lenocinia decipiendi dixit Otbertus, ſcriptor mire prudens, vita Henrici IV. *Nuntii autem formæ & aliter perlati ſunt ad Imperatores:* ut miſſi qui futuras conjuges ſpecularentur exactius, inter quos fuiſſe memini legatos Conſtantinopolitanorū principum, qui tegendis virgineorum corporum etiam partibus inſpectis, renuntiarent Imperatoribus quæ vidiſſent; cujus inhoneſtæ planè prorſuſq; inde indecoræ rei exemplum legere potes apud Gulielmum Tyrium, libro XVIII. Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ, c. XXXI. dorio à miſſione hac tabularum pictarum notandum eſt ſuperſtitionem quoque adorandorum pro diis hominum in gentes veniſſe; cum nimirum Reges inter mortui depicti à populis circummitterentur adorandi, ut quiſque virtutis opinione vivus excelluerat: qua de re legas Salomonem Regem, libri, qui Sapientia inſcribitur, cap. XIV. v. XVII.

25. VARIIS DUBIUM.] Ad formas ſemper novas mutandum: dum pulcerrimam picturis interpretibus, ſpeciem princeps exquirit.

27. FALSÆ CERÆ.] Colori, fucoque fallenti, & formoſiorem referenti puellam, quam erat. Cera enim hoc loci nihil aliud quam fucum vel pigmentum notat, aut calorem, qualibus pictores utuntur. Nec enim de Epiſtolis, aut nuptialibus tabulis hic ſermo eſſe poteſt, cum illæ ſint Amoris jam conciliati. Honorius autem noſter loquatur de modo primum conciliandi, ut clarum ex omnibus perindis. Ceram ita uſurpari ignoratum, diſtulit alioſum Scholiographos nonnullos Conſule notata nobis Adverſariorum libro XXXIIIX. cap IX.

28. NON RAPIO ALIENÆ FOEDERA TÆDÆ.] Utfecerunt multi retrò principes, jam inde ab Auguſto, qui Liviam Druſillam marito Tiberio Neroni, etiam ad tres menſes partui propinquam, palam eripuit, quod exemplum ſecuti deinceps tyranni abominabiles.

29. PATRISQUE RELICTA MANDATIS.] Non legitur hoc, quod ſciam, ullibi Antiquitatis. Tamen veroſimile eſt quam maximè. Nec dignior ad finitas legitum poterat, ſi maxime ſuperfuiſſet Theodoſius.

31. COMMUNEM PARTITUR.] Satis ſuprà à nobis notatum eſt, unde hæc perſpicuè poſſint intelligi. Theodoſio Auguſto frater fuit Honorius, ei Honorio ex Serena filia, conjuge Stiliconis, neptis, Maria quam ducit nunc Honorius Junior Imperator. Sic Theodoſius Senior ſive is Honorius fuit alter Proavus fuit Mariæ, Avus Honorii Cæſaris: melius tamen de adoptivo patre hæc capias, de quo mox.

31. FASTIGIA.] Imperatoriam Regiamque dignitatem. Seneca Conſol. ad Martiam. *Cum nihil pulcrius ſit in faſtigio collocatis, quam multarum rerum veniam dare, nullius petere.* Idem ad Neronem libro I. de Clementia cap. VIII. *faſtigio tuo adfixus es.* Vide plura ad Librum alterum de Raptu Proſerpinæ. Faſtigia, templa conſecrata in Deorum numerum relatis, vide notata, Jacobo Gutherio, libris de Jure Pontificio.

32. GESSIQUE PROCUM.] Vitioſa interſtinctio. Scribe.

> *faſtigia ſupplex*
> *Depoſui geſſique procum: de limine ſacro*
> *Oratum miſi proceres, qui proxima nobis*
> *Iura tenent. Stilico, fateor, non parva poposci.*

Miſiſſe ſe ait, ut nunc loquuntur Aulici, de Latere ſuo primates, oratum deſponſionem Filiæ. Omnia hæc in Stiliconis laudem exeunt, ut nihil non totius hujus ſcriptoris Intelligit Præfectos Prætorio, aut Conſules: Legati enim ſumma exiſtimatione viri eligebantur.

Ennapius Ædeſio: καὶ πολλάκις εἰώθεσαν πρότερον οἱ βασιλεύοντες τὰ κατὰ σοφίαν ἐπαινουμένους, ἐπὶ τὰς πρεσβείας χειροτονεῖν, ἢ πολλὰ στρατοπεδάρχας, ἢ ὅσοι γε μετ' ἐκείνους εἰς τὸ ἄρχειν ἐξηρημένοι ex aliis alia auctoribus, nec pauca, nec inſcita notavit in hanc rem. Andreas Tiraquellus, cap. XX Collectorum de Nobilitate; cujus meſſi falcem bona pars ſequentium, qui hujus argumenti quædam tractantur; immiſiſſe deprehenduntur.

36. SIBI TE GENERUM.] Gener enim Stilico Theodoſii, quia Serenam duxerat, quam adoptarat, fratris filiam, Theodoſius: Noſter Laudibus Serenæ verſu CIV.

37. CUI MARIAM DIFFERS.] Ita edidit Claverius. At Scaliger, adſentientibus omnibus libris veteribus *Cui Mariam debes* Solus Aldus Claverianam etiam amplectitur lectionem, quæ ſi cui omnino placuerit, ut ſunt homines reciprocipectores, addendam norit ſignationem interrogandi, ut cum indignatione percontetur Honorius, Amore ardens, cui, ſibi nondum datam, differat tandem puellam, à Patre Principe pactam, Principi filio, genero, debitam? Me vero auctore nihil mutabitur, & videtur illud Maronis adſpexiſſe:

Turnum jam debent hæc mihi ſacra.

Deberi enim dicunt Poetæ, velut datis ſyngraphis, quod alicui eſt deſtinatum. Lucanus, libro VIII.

proles tam clara Metelli
Stabit Barbarico, conjux milleſima, lecto,
ceu pridem debita fatis
Aſſyriis, trahitur cladis captiva vetuſtæ.

Papinius, Achilleide II.

Tene, inquit, magna vaſtator debite Trojæ,
Callida fœmineo genitrix velavit amictu?

38. AULÆ.] Domni Cæſareæ. Feſcennius.

Tractus ab aula, rurſus in aulam
Redeat ſanguis, Patris officiis.

36. CUI NOMINIS HÆRES SUCCESSI.] Notus jam frater Theodoſii Principis, Honorius. Laudibus Serenæ Fuit verò & Soror huic Serenæ Maria nomine, cujus ibidem meminit. v. LXIX.

40. DECUS TORRENTIS IBERI.] Serenam dicit, de cujus laudibus liber conſulendus, præfert enim & ibi eam Auguſtæ Flaccillæ.

41. INQUE TUO CREVI GREMIO.] Educatione tua. & cura materna. Educationem enim, voluntariam, & ex affectu non coacto, præferant aliqui generationi, velut neceſſariæ, qua de re pulcra fabula apud Latiniſſimum, licet peregrinum Romæ, Poetam, Phædrum; cui clauſula eſt *Facit parentes bonitas, non neceſſitas* Gremio autem, ut dixi, educatio indicatur, Moſchus.

καὶ τὸν ἔρωτα
Ἔτρεφεν ἐν κόλποισι.

Etſi eum verſum turpitudinis non excuſem. Amedæus, Antiſtes Lauſanenſis. Homilia VIII. *Deum verum de Deo vero ſola concipere meruit, quem Virgo peperit, Virgo lactavit, fovens in gremio, ejuſque in omnibus almo miniſtravit obſequio.* Hoc eſt educans eum ut parens vera. Tacitus, de Julio Agricola. *Mater Iulia Procilla fuit, in cujus ſinu indulgentiaque educatus, per omnem honeſtarum artium cultum pueritiam adoleſcentiamque tranſegit.* Julius Firmicus libro I. Mathematum: *Ecce ignavus ille vir & omni infamia maculationis pollutus, Sullam dico, qui à primo veſtigio pubeſcentis ætatis, in nutricum gremiis per damna venundati pudoris adolevit toties proſpere duxit exercitum.* Quippe in genibus matrum aut nutricum reſidentes infantes paſci conſueverunt. Venantius Fortunatus, libro VIII. carm. IV. de Virginitate.

Quamque ſuis genibus charam nutrivit alumnam,
Proficit ecce, ſuo conſtituenda loco.

Petrus

Petrus Chryſologus, Sermone I. *ecce quomodo ſine patre cenſus nudavit filium, non ditavit: cenſus filium tulit è gremio Patris, ejecit de domo, exemit patria, ſpoliavit fama.* Ibidem: *his edecti, inſtructi talibus, maneamus in domo patris, matris in gremio perduremus, cognatorum conſtringamur amplexibus, viſcera nos materna conſtringant, ne nos ad ſupradicta mala pertrahat adoleſcentia miſeranda libertas.*

42. PARTUQUE REMOTO.] Si ſolum, inquit, partum demas, tu mihi potius mater, quam Flaccilla. Sane Flaccilla admodum puero Honorio deceſſit, poſt quam Galliam, Juſtinæ Valentinianique filiam uxorem duxit Theodoſius. Vide Socratem, Epiphanium, Tripertitæ libro VIII. cap. XI. Si recte ſuppuro, vix duorum annorum potuit fuiſſe Honorius, cum obiret Flaccilla. Primo enim Conſulatu ejus Gallæ jam uxoris Auguſti meminit Marcellinus Comes, cum eum magiſtratum Honorio nondum tertium annum egreſſo Pater contulerit. Viſe Chronologos. Placillam autem hanc Theodoſii primam conjugem vocant alii, ut Georgius Cedrenus. CCLIX Michael Glycas CCCLVI. Alia poſt *Flaccilla* fuit, neptis hujus. Arcadii Imp. filia, de qua Proſper Chronico. Parentem autem ſummo titulo fidelis educationis ſuam Serenam vocat Honorius nota earum affectione, ut fidelitas parentis omnium ſuprema eſt. Symmachus lib. IX. Epiſt. XLIV. *amplectere amicitias domini & filii mei Flaviani, quem non ſolum parentis verum etiam teſtis fidelitate commendo.*

43. TU POTIUS FLACCILLA MIHI.] Par laus in Serenæ amore penes Theodoſium Imperatorem, Noſter Laudibus illius, v. CVI.

> *Defuncto genitore tuo ſublimis adoptat*
> *Te patruus, magnique animo ſolatia luctus*
> *Reſtituens, proprias, quam ſi genuiſſet, amavit*
> *Defuncti fratris ſobolem*

Sic omnino Serena Flaccillæ filium hic foviſſe dicitur. Stiliconem magis genitorem Honorio adſcribit, quam ipſe fuerit Theodoſius. Tertio Laudum, v. CXXII.

> *ſic caſta juventa*
> *Frena dedit; teneros his moribus imbuit annos,*
> *Verior Auguſti genitor, Fiducia belli*
> *Pacis conſilium*

Par etiam ſermo Chariclіæ virginis, ad Nutritium ſuum in X. Æthiopicorum, apud Heliodorum:

καὶ ἡ Χαρίκλεια τῆς σκηνῆς ἐξέδραμε, καὶ πᾶσαν τὴν ἐκ φύσεως τε καὶ ἡλικίας αἰδῶ παρωσαμένη, βάκχιον δὲ, καὶ μεμανὲς ἐφέρετο, καὶ τοῖς γόνασι τοῦ Χαρικλέους προσπεσοῦσα, ὦ πάτερ, ἔλεγεν, ὦ τῶν φύντων οὐδὲν ἔλαττον ἐμοὶ σεβάσμιε: τιμωρήσαι, ὡς βούλει τὴν ἀθέμιτον ἐμέ.

44. NON TRADIS ALUMNO.] Scriptus Noſter *non reddis* debitam velut, & jam ſuam. Quam veram lectionem antiquitus fuiſſe doceant etiam duo Belgæ Codicis, qui non tantopere ab ea recedentes *juveni non credentes* Legere malunt.

47. RISIT AMOR VOLATQUE.] Cur volantem & ridentem Amorem concinnent Poetæ, clarum ex Alexandro Aphrodiſienſi, Problemate LXXXVII. quod in hoc ſingulare, etiam adſcribere non pigeat, niſi prorſus ſit juſto prolixius, & liber nullibi non obvius. Alas ejus ſcitè irridet Eubulus apud Athenæum lib. XIII. quem vide.

47. PLACIDÆ MATRI.] Quæ gaudet ſemper riſu, & ſerenitate venuſtat omnia. Lucretius.

> *Te, Dea, te fugiunt venti te nubila cœli,*
> *Adventumque tuum, tibi ſuaves dædala tellus*
> *Summittit flores, tibi rident æquora ponti,*

PLaca-

PLacatumque nitet, diffuſo lumine, cœlum, &c.

Hanc enim Deam in perpetua Venuſtate & Tranquillitate Voluptatum ſummarum eſſe, ejuſque præſidem, fingunt Poetæ.

48. JACTANTIOR.] Animo elatior. Papinianum XVIII. Conſ. Domit.

ſeptemgemino jactantior æthera pulſet
Roma jugo

Adrianus, jactantiſſimus plebis Amator, apud Spartianum.

49. CYPRÆÆ RVPIS.] Inepta lectio. Mons obumbrat latus rupis: Scribe cum Scaligero Libris Belgicis & Delriano,

Cypri præruptus

Pro *Eoum Ionium* habent plerique noſtri libri; ſed id non admittimus ſitu ipſo, prope depicto, rem docente. Cyprum Veneri ſacram notiſſimum, Naram ad eam inſulam, auctor Heſiodus, Cypridis epitheton inde prognatum Poetis Græcis frequentiſſimum, quod *Cupra* Latine idiomate reddidiſſe videtur Pollio, apud Chariſium, libro I.

Veneris antiſtita Cupra.

50. VARIUMQVE CUBILE.] Scripti Belgæ Noſter, Bentiniani, Delrii, Camertis, & Aldi *Pharium*: quod cum Scaligero volentes merito recipimus. Proteus, Ægyptius vates, Pharo inſula fuit delectatus. Lucanus, lib. X.

Tunc clauſtrum pelagi cepit Pharon: inſula quondam
In medio ſtetit illa mari, ſub tempore vatis
Proteos, & nunc eſt Pellæis proxima muris.

Veneri autem Regiam pariter architectari auſus eſt Sidonius, æmulator Claudiani perpetuus, Epithalamio Ruririi & Hiberiæ: ſed more ſuo oſtentationibus & alluſionibus omnia corrupit.

52. CANDENTES.] Aerem tranquillum & compoſitum Veneris ſedi tribuit, quæ Dea fingebantur Serenitatis; nam bonæ conſtitutioni corporum, neceſſaria bona aeris temperies. Galenus in Arte Medica, capite LXXXV.

τῇ τοίνυν ἀρίστῃ κατασκευῇ τοῦ σώματος ἐπειδὰν ἄκρατον ᾖ τὸ περιέχον, ἁρμόσει συμμετρία, τῶν τε ἄλλων ἀκριβής, ὡς ἀρτίως εἶπον, ἡσυχίας τε καὶ κινήσεως, καὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, καὶ τῶν προσφερομένων τε καὶ ἐκκρινομένων, &c.

55. INDULGENTIA ÆTERNI VERIS.] Hoc enim Regnum Veneris, quo tempore jus dicere ea, & præſidere Voluptatibus omne genus dicebatur. Vide ſuaviſſimum carminum, Pervigilium Veneris.

56. IN CAMPUM SE FUNDIT APEX.] Hoc eſt in arce montis, & ſummo vertice planities campeſtris viſitur.

58. MULCIBER.] Omnium operum inſigniorum, & duraturorum opifex. De Sede Veneris pariter Sidonius.

Profecit ſtudio ſpatium: nam Lemnius illic
Ceu Templum luſit Veneri, fulmenque relinquens,
Hic ferrugineus fumavit ſæpe Pyragmon, &c.

60. INTUS PRATA MICANT.] Sic libri omnes, calamo quidem exarati, quotquot Variæ ad nos pervenerunt; at Camers, & Bentinus ex ſuis ediderunt *Intus rura micant.* Quos magna vis aliarum porro Editionum ſecuta eſt; Et videtur hæc lectio non paullo commodior, ne repetatur eadem vox, quo more non paullo commodior, ne repetatur eadem vox, quo more non ſcribit noſter. Scaliger τὸ *prata* ex Claverio recipere maluit, quam auctori optimo conſulere. Rura vero etiam pro amœniſſimis locis Poetæ dicunt, quod, non animadverſum, utique corrupit priſcam lectionem.

60. MANIBUS QUÆ SUBDITA NULLIS.] Subacta, ut Virgilius loquitur, hoc eſt domita, ut idem alibi. Arguit autem hæc locutio

locutio manifeſte *rura* initio hujus verſus ſcriptum eſſe à Claudiano, uti & nos affirmavimus; Prata enim nulla ſubactione opus habent.

61. PERPETVVM FLORENT.] Omnis generis fluctibus & floribus, unde fœcunditas eorum & Voluptas aliorum colligatur. Veneris autem cultus in nuptiis ſemper, & perpetua hilaritate. Val. Placcus.

Hinc Veneris thalamos, ſemperque recentia ſertis
Tecta petit

61. ZEPHYRO] Favonius ventus Veneris. Lucretius, lib. I. alii. Ejus conjux Flora, Ovidius V. Faſtorum. Gulielmus Brito, Libro VII.

Et jam finis erat hyemis, telluſque calore
Impregnata novo, floreis gignebat & herbas,
Quas colit, & Zephyro commendans, Flora, marito,
Orat ut almifluo ſpiramine purpuret hortos.

62. ALES.] Cantus volucrum requiruntur ad locum Veneri conciliandum. Petronius Satrico, deſcriptione talis.

Nobilis æſtivas platanus diffuderat umbras,
Et circumtenſa, trepidanti vertice, pinus.
Et baccis redimita Daphne, tremulaque cupreſſi;
Has inter ludebat aquis errantibus amnis,
Spumeus, & querulo verſabat rore lapillos.
Dignus amore locus: teſtis ſilveſter laſdon,
Atque Vrbana Progne; qua circum gramina fuſa
Et molles violas, cantu ſua rura colebant.

Vide Ariſtænetum, Achillem Tatium, & tales alios.

65. VICISSIM.] Mutuo. Epithalamio Palladii.

triplexque, viciſſim
Nexa ſub ingenti, requieſcit, Gratia, quercu.

66. FELIX ARBOR.] Frugifera, fecunda, ſterili, opponitur. De mutuis arborum conjugiis velut, certe amoribus, multa Phyſici. Quæ omnibus obvia huc transſcribere non eſt opus.

67. NUTANT AD MVTVA PALMÆ FOEDERA.] Vide notata nobis ex Michaele Glyca, Achille Tatio, Theophylacto Simocatta, Ammiano, Gregorio Nyſſeno. Adverſariorum, libro LVII. cap. II. Item Lib. CLXXVI cap. I. ex Ammiano. Et omnino PLinium lib. XIII. cap. IV.

68. ASSIBILAT ALNUS.] Amorem, & Amatorium quid in ipſis etiam arborum vento impulſarum, ſibilis, agnoſcunt Amatores. Theocritus.

Ἀλλήλαις λαλέοντι τέον γάμον αἱ κυπάρισσοι.

Vide Virgilium, Culice. Ariſtænetum, lib. I. deſcriptione Paradiſi Venerei. Manilium, lib. III. Longum, Poemenicôn I. &c.

70. GEMINI FONTES, HIC DVLCIS, AMARVS ALTER.] Amor felle & melle ſcatens, pulcrè hoc figmento introducitur. πικρὰ βέλη ejus habes apud Crinagoram, Epigrammatum Poetam. Exprimunt hoc Poetæ contrarios ejus affectus effectus, modo triſtitia, modo gaudio uberatis. Græci pulcre uno utrumq; epitheto complexi, γλυκύπικρον appellant. Muſæus, de Hero & Leandro.

Ἤδη γὰρ γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον ἐρώτων.

Nonnus, lib. XLII. Dionyſiacorum.

Σύνδρομον ἀγρώσσοντος νόον πέμπεσκεν ἀλήτην,
Κέντρον ἔχων γλυκύπικρον

Sappho, apud Hephæſtionem.

Ἔρως δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,

- Γλυκύπικρον, ἀμήχανον ὄρπετον.

Vſi eodem vocabulo etiam Orpheus, PLato, Plutarchus: Γλυκύδακρυς audit idem Amor apud Meleagrum, lib. VII. Anthologiæ: qui eidem & πικρὸν κέντρον eadem mente dat. γλυκὺν & πικρὸν ſimul agnoſcit eumdem & Longus, lib. II. Poemenicῶν. ὑπόπικρον ἡδονὴν, habes apud Ariſtænetum, libro I I. Lacrymoſum Amorem indigitavit Clinias, vetus ſcriptor apud Srobæum. Paria ſunt apud PLautum, Ciſtellaria. Catullum Anacreontem, Oda XLV. Salvianum, licet de alio Amore. Epiſt. I. Nec caret hoc figmentum omnino ratione ſua. Amoris enim ſedes ex membris internis hominis, iecur. Iecur vero tam amaritudinis, capax. Vide Alcinoum, Dogm. PLatonis, cap. XXIII. γλυκύπικρον Latinè dulcacidum reddere licet, & ita Gloſſarium priſcũ ὀξύγλυκυ. *Dulcacidum*. Quod uſurpavit Q. Serenus in libro de Parabili Medicina. Eodem reſpiciens Idiota contemplator, Amorem dixit Mel Felleum, vide licet PLauti notiſſimos verſus ex Ciſtellaria exprimens, Cap. XXXIV. libri de Amore Divino: *Amor carnalis inſatiabilis eſt, animum virilem effœminat. rationis oblivio eſt, & inſania eſt proximus. Talis Amor eſt laqueus Animæ, diſcrimen vitæ ſuavis mors, blanda percuſſio, mel felleum, pernicies delicata, dulce venenum, &c.* Et ipſas lacrymas Amatorum dulces agnoſcit Theophylactus Simocatta, Epiſtola. LXXXIV.

ἐρωτικοῖς δικτύοις οὐχ ἑάλως Σωσίπατρε, τῆς αὐθ᾽... ἐρῶν, φρονίμων ὀφθαλμῶν ... τεκμήριον νεάνιδος ἐρᾷν ... μὴ ... κάλλει νικώμενος, μείζονα γὰρ τῶν ... ἀπολαύσειν ἕξεις, ἐρωτικὰ δάκρυα ... ἡδονὴ γὰρ τὰ τῆς ... κεράσαι, καὶ περιττοὶ λυποῦντες οἱ ἐρῶντες, ποικίλοις γὰρ πάθεσιν ... Ἀφροδί...ς ... ἐγκεκεράσται.

70. DVLCIS.] Dulcedine gratioſum affectum, & placentem intelligas, ut Græcis γλυκὺς pro grato, accepto. Solon in Voto ad Muſas, ab iis orat, ſeſe poſſe.

Εἶναι μὲν γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖ-
σι δὲ πικρόν.

Sic capiendus γλυκὺς ille Carſilidis in Reſponſis.

τῷ ἕκτῳ ἠρώτησεν, τί ἂν ὡς ποιῶν γλυκὺς γίνεται; οὗτος εἶπεν, ὃ οὐ δύναται ἄλλος ἄνθρωπος ποιεῖν.

Cum vero felix Amor, aut Amator, in ejus militia rudis, dulcis perhibetur. Muſæus.

Θέρμετο δὲ κραδίην γλυκερῷ πυρὶ
παρθένος ἥρω.

Idem ſuaviſſimus ſcriptor:

Θελξινόων ἀγάπαζε μελίφρονα θεσ-
μὸν ἐρώτων.

Quomodo ſæpiſſime, & mira laxitate, Nonnus. Suavem agnoſcit in Amore flammam Ariſtænetus, lib. II. qui eodem & dulciſſimam. γλυκὺ φίλτρον eumdem indigitat Bion. Quibus ſimilia ſunt & apud Alcmanem, vbi de ſe teſtatur.

Ἔρως δ᾽ αὖτε Κύπριδος ἕκατι γλυκὺς
κατειβων, καρδίαν ἰαίνει.

Viſe & Apollonium. III. Valerium Flaccum, lib. VII. Argonaut. Dulcis aurem & formoſum alibi ſonat, ut dulcis facies apud Antipatrum Sidonium, in Amorem.

Νήπιε, μὴ δὴ δάκρυ καὶ γλυκερὸν
πρόσωπον
Βάλλε

Quod imitatus de Græcis Papinius in Silvis & uſurpavit alibi etiam Bion in Bucolicis.

AMARVS.] Amarus Amor cum inſel... Vt omnia ſenſibus noſtris adverſantia, hu... ſapori æquamus. Vide quæ notat Petrus Victorius, docti ſſimis Commentariis, in Ariſtotelis Rhetoricos Gratius, Cynegetico.

Moliturq; fugas, & ſedem ſpernit ama...

Sic amarus, qui in animo totus eſt exulcerato atque indignante. Hippocrates lib. II. de diæta.

ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ αἷμα ἐπιζεσάντων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐς τὰ περὶ τὸν θώρηκα τόπους χολώδεα: ἀγρυπνίαι τε συνεμπίπτουσι, δι' ἃς οὐ κινέεται ὁ νοῦς, περιλυπεῖ τε καὶ πικροὶ γίνονται.

Sic πικρὰ ἤθη, in hominibus ſemel de die tantum cibum capientibus, agnoſcit Ariſtoteles, apud Antigonum, libro de Mirabilibus auditu. Crinagoræ πικρὰ βέλη, ſunt infeſtiſſima. Statyllio Flacco πικρὸς ὄνειρος, pro pari. πικρὸς ζῆλος Chriſtodoro, πικρὸς ἔλεγχος κατόπτρου, apud Julianum, lib. VI. Anthologiæ, eamdem vim habent. Pari ſenſu πικρὰν μοῖραν Damaſcenus dixit, hymno εἰς Θεογονίαν. πικρὸς ᾅδης apud Marcum Hydruntis Epiſcopum idem deſignat. Sic hominem extremis miſeriis ærumnoſum, πικρὸν & κακοδαίμονα, pari vocum, poteſtate indigitat Cebes Thebanus in Tabula. Sic πικρὸς σοφιστὴς apud Æſchylum appellatur Prometheus, ipſis Diis diſputationibus ſuis odioſus. Sic πικρὸς γάμος, Heliodoro, infortunatæ nuptiæ, πικρὸς συνοικέτης apud Philonem Judæum, πικρὰ πορεία apud Zoſimum, libro I. πικρὰ ποίησις Lucianum, Diſſertatione cum Heſiodo.

72. CUPIDINEAS SAGITTAS.] Amoris Idolo affingebant tela felle & melle tincta veteres, indicaturi quam adverſis penitus cruciatibus ſint ſubjiciendi, qui manum dederint ſemel monſtroſo illi cupiditati. Anacreon Oda XLV.

> τὰ βέλη, τὰ τῶν ἐρώτων,

Vulcanus.

> ἐποίει, λαβὼν σίδηρον,
> Ακίδας δ' ἔβαπτε Κύπρις
> Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα,
> Ὁ δ' ἔρως χολὴν ἔμιξε.

PLura de Sagittis Amoris Commentario ad Muſæum.

73. MILLE FRATRES.] Non enim Amor unius Idoli eſt nomen, ſed innumeros tales pueros fingebant miſeri Idololatræ. Alexander Aphrodiſæus. Problemate LXXXVII. *Non eſt unus Amor, ſed plures,* ſeu *quia diverſi verum ſunt Amatores, aliter enim atque aliter amant, quemadmodum & divinus PLato ait, Amorem multorum capitum belluam eſſe, ſeu quia ſub multis Amores idem capit.* Mille autem Amores fonti alludere Claudianus facit, ut μυρίους ποταμῶν ἔρωτας Himerius agnoſcit Epithalamio Severi:

> τοὺς δὲ ποταμῶν ἔρωτας εἰ λέγειν ἐθέλοιμι μυρίους, μυρίος ἂν ἐπιρρέοι ποταμῶν ὄχλος τῷ λόγῳ, &c.

73. PHARETRATI FRATRES.] Papinianum, I. Silvarum de iiſdem Amoribus, Veneri ad Nuptias Comitibus.

> *Hic puer è turba volucrum, cui plurimus ignis*
> *Ore, manuque levi numquam fruſtrata ſagitta,*
> *Agmine de medio tenera ſic dulce profatus*
> *Voce pharetrati preſſere ſilentia fratres.*

74. GENS MOLLIS AMORVM.] Veluti natio quædam peculiaris, ſoli mollitiæ titulo notabilis & commendabilis. Amores n. molles, ubique audiunt. Domitius Marſus.

> *Ne foret aut elegis molles qui fleret Amores,*
> *Aut caneret forti Regia bella pede.*

In Noſtro ſcripto, & uno Belgico variat lectio. Ita enim uterque is libet. *Ore pares, habitu ſimiles* nihil mutamus, aſſenſi Scaligero, Claverio, Aldo, Delrio.

75. HOS NYMFÆ PARIVNT.] Populum nimirum, ſive plebem, aut vulgus Amorum: Hoc Nymfis genitricibus prognatum tradit & Philoſtratus Iconibus, ut nota-

vitante nos Magnus Turnebus, lib. XXVIII. cap. X. Adverſariorum. Veneris autem Filius verus ille Cupido. Alexander Problemate modo nominato. *Cupidines itaq; diverſi, quia & plures Veneres; ut Vulgivaga, & Supera.* PLatonis ſcito. Appuleius Apologia. *Miſſo dicere alta illa & divina Platonica, rariſſimo cuique piorum gnara, cæterum omnibus profanis incognita: geminam eſſe Venerem Deam, proprio quamque Amore, & diverſis amatoribus pollentem: Earum alteram vulgariam, quæ ſit percita populari Amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico trucique perculſarum animalium ſerva corpora complexu vincientem, alteram verò cœlitem Venerem, prædita qua ſit optimati Amore, Solis hominibus, & eorum paucis, curare, nullis ad turpitudinem ſtimulis, aut illecebris ſectatores ſuos percellentem, &c.*

76. ILLE DEOS.] Eadem Platonica Theologia, quam Venerem modo à Libidinum Dea aliam inferentem audivimus. Cupidinem etiam, ducem Amabilium Puerorum, qualem Claudianus hic indicat, ingerit, non inhoneſtum Numen aliquod, ſed veræ pulcritudinis, veræque virtutis amans: PLotinus Legendes, cap. II. Libri de Amore, qui eſt Enneadis Tertiæ Quintus.

περὶ ᾗ τοῦ, inquit, ὃν θεὸν ἔρωτα τίθενται, οὐ μόνον οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ θεολόγοι, καὶ Πλάτων πανταχοῦ, Ἀφροδίτης ἔξω ἢ λέγων, καὶ ἔργον αὐτοῦ εἶναι, καλῶν τε ἔφορον παίδων, καὶ κινητικὸν τῶν ψυχῶν πρὸς τὸ ἐκεῖ κάλλος, ἢ καὶ ἐπαύξειν τὴν ἤδη γενομένην πρὸς τὸ ἐκεῖ ὁρμὴν, περὶ τούτου μάλιστα φιλοσοφιστέον.

Quorſum & ibidem totum illud Veneris Superæ commentum, & convivium PLatonicum deducit ſcriptor acutiſſimus, utinam Veritatem amplexus.

75. COELUMQUE ET SIDERA.] Amori enim conſenſu hanc vim adſcribunt fabulatores. PLeni omnium talium libri. Ceiris, Quintus Smyrnæus, lib. XIII.

> θεὴ Κύπρις, ἥπερ ἁπάντων
> Ἀθανάτων δάμνησι νόον, θνητῶν τ' ἀνθρώπων.

Heſiodus, Theogonia.

> Ἠδ' ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
> Λυσιμελής, πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων
> Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Vide Moſtrum Magnete.

Hinc πανδαμάτωρ Muſæo; vide Simmiæ Rhodii, huic enim Hephæſtionis auctoritate, id poemarium debetur, Alas.

76. TEMPERAT.] Regit, moderatur. II. de Raptu, de Pallade.

> *Et Pandionias qua cuſpide temperat arces.*

77. LICENTIA.] Amore libero, & Legum contemtore, Licentia nihil non agendi mentibus, eo irretitis, ingeritur. Sic Euripidis ſententia eſt Juvenem Amore percitum, nec obſervari ſatis, nec cuſtodiri poſſe, Lege Sermonem LXII. Joannis Stobæi.

79. FLECTI FACILES IRÆ.] Cum ſint nimirum Amoris redintegratio. PLenæ omnes Amatorum & hiſtoriæ & Cantilenæ.

80. EXCUBIÆ] Ad fores Amantium Vides autem quæ monſtra pro numinibus habeat mens, ſemel Veritate neglectu, hominis, finem ſuum ponentis in ludibria affectuum.

81. GRATUS AMANTUM PALLOR.] Pallidus color amantium velut proprium indicium, Ovidius I. de Arte.

> *Palleat omnis amans; color & hic aptus Amori.*

Lucia

Lucianus, Jove Tragœdo. τὸ αἰσχρὸν εἶναι οὐκ ἄλλον ἢ ἔρωτος ἐστιν. Commentator Vetus Horatij, Epodo. XI. *Ex Amoris impatientiâ naſcitur triſtitia, ex quâ languor, ex languore pallor, ſilentium, & ſuſpiria, ex quibus ut certis ſignis, cognoſcitur Amor.* Vide Andreæ Capellani Regulas Amoris, quarum XV. eſt, *Omnem amantem conſueviſſe in amantis conſpectu pallere.* Quâ ratione etiam gratum, ut veri adfectus indicem, vocat Claudianus. PLeni hoc genere etiam recentium Italorum, Gallorum, Hiſpanorum, Poetarum libri, quorum figmenta ſanè exſuperant mollitie vetuſtatem.

82. TITUBANS AUDACIA.] Tremens, horrens, incerta ſui, prona audendi, & tamen cogitando rem aggredi timens. Exemplo ſit Medea apud Valerium Flaccum & Apollonium, Myrrha apud Ovidium & Mardonem, Ceiri. Alia ubivis ſuppetunt.

84. LEVIBUS PERJURIA PENNIS.] Velut res nullius ponderis. Amantium enim perjuria nullius eſſe vitij cenſent Poetæ, neque curæ ea arbitrantur Superis. Callimachus.

> ὤμοσεν, ἀλλὰ λέγουσιν, ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
> Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

Catullus, Propertius, Ovidius, paria: Tamen in Amatorijs recenſionibus, exempla ſæpius acriter punitorum perjuriorum.

85. ALTA CERVICE.] Arrogans Horatius de Juvene, primum Ephebos egreſſo. *Sublimis, cupidusq, & amata relinquere pernix.* De *Cervice alta*, vide Notata Libris ad Rufinum. Senium autem excluditur à Juventa, quod hæc Veneris rebus apta, illud non; & *Iuventa* quidem à decimoquarto uſque ætatis anno. Vide Alexandrum Aphrodiſæum, problemate. CXXV.

85. PROCUL ATRIA DIVÆ.] Pulcerrimi ſunt hi verſus, & neſcio an inventionibus talium Locorum nô princeps ſit omnium noſtri ſcriptoris operum hic libellus. Ejus quidem ſingularis & ſuaviſſima virtus eſt æqualitas ſermonis, quam in tam diverſis inventionibus & deſcriptionibus ſemper ſervatam mirari licet: quam quidem virtutem dum Lilius Giraldus atq; alij non attendunt, vitilitigant quod laudi ducunt cordatiores vel primariæ; ut videlicet idem ſit ubique totus ſcriptor, & nullibi non Gratiam ſervet Aequabilitatis. Nec facilè hoc aſſecutos offendas alios Poetas, excepto quidem Tibullo, cujus univerſa oratio unum perpetuum filum eſt ſermonis nuſquam non ſui, nuſquam non culti. Sed hæc diſputata ſunt nobis & alibi.

87. PERMUTANT RADIOS.] Auro videlicet fabrefacta.

88. ADMISCENS ARTEM PRETIO.] Ovidius de Regia Solis.

> *Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,*
> *Clara micante auro, flammasq; imitante pyropo.*
> *Materiam ſuperabat opus, nam Mulciber illic*
> *Aequora calarat medias cingentia terras. &c.*

Apollinaris Sidonius, de alio tali loco.

> *Interiore loco ſimulavit Mulciber auro*
> *Exſtantes latè ſcopulos, atque arte magiſtrâ*
> *Ingenij cultu, natura inculta feſellit.*

89. SMARAGDIS.] Gemma hæc noſtro ævo pretij non cum ſummis, ſummâ olim auctoritate fuit, adeò ut ſola cum margaritis vetita ſit privatorum veſtibus, Legibus Imperatorum ut notamus ad Quartum Conſulatum Honorij, ſuprà.

90. HYACINTHI RUPE.] Ad oſtendendam molem columnarum ſic montes Grajos exciſos dixit, parili re, Papinius. Theb. I.

> *Et nondum craſſo laquearia fulva metallo,*
> *Montibus aut latè Grajis effulta nitebant*
> *Atria.*

 94. A-

94. AREA.] Planities quævis. Vide ad Petronium. Species & atomata hic recenſita enarrati opus non eſt, ubique enim earum hiſtoriæ & uſus noti ſunt.

98. PASSUQUE SUPERBIOR.] Jactantior, ut ex ipſo inceſſu dideceris.

100. CÆSARIEM.] Dubitandum eſt, ait vir Illuſtriſſimus, an purè loquatur qui Veneris comam Cæſariem appellat. Sanè nos credimus, & fugiſſe hujus fidei Virgilium auctorem, qui anima ſummi Vatis meritò ſuo dicatur, miramur. Sanè Virgilij verba ſunt, Georgico IV quos libros emendatiſſimos, non ineptus forte cenſor, Lactantius, appellat.

> *Drymoq;, Xanthoq;, Ligeaque, Phyllodoceque,*
> *Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla.*

Cujus quidem unius teſtimonio ad defenſionem Claudiani noſtri acquieſcere poterat Lector, vel alioquin durior. Sed nos adjungimus Lucani etiam porrò aliud, quem Maroni proximum collocavit aliquando Antiquitas, qui ſi Poeta non eſt abſolutiſſimus, quod tamen Papinio aſſeveranti quis non crediderit? Latinus tamen eſt vel omnibus cenſoribus invitis, in cujus primo Libro Patria muliebri ſpecie Cæſari fingitur.

> *Cæſarie lacerâ, nudisque adſtare lacertis.*

Horum vatum ſummo ſubſidio fultus noſter, aliquoties ita hoc vocabulo uſus eſt ipſe, pari negotio. Ut hoc loci, libro II. de Raptu ProſerpinæV. CCXLIX. Libro III. V. LXXXVII. Quid quod Barbatiæ nemo eſt arceſſere Ovidium. qui non verecundatus Cæſariem Barbæ dicere, ne quis de comâ muliebri indignetur, Metamorphoſi XV.

> *Cæſariem longa dextrâ deducere barba.*

Venus autem etiam Cupidinis dominatrix fingitur cum ſit mater omnium Deorum, ſuperſtitione quidem plurium populorū, quos nominat Ptolemæus libro II. Quadripertiti, cujus verba produximus alio loco.

100. FORTE VENUS.] Traducta hæc videantur ex Apollonio Rhodio, Argonautico. III. ubi pariter ſcriptor eruditiſſimus de Venere, adventantibus Junone & Minervâ.

> δινωτὸν ἀνὰ θρόνον ἄντα θυράων
> Λευκοῖσιν δ' ἑκάτερθε κόμας ἐπιειμένη ὤμοις,
> Κόσμει χρυσείῃ διὰ κερκίδι, μέλλε δὲ μακροὺς
> πλέξασθαι πλοκάμους, τὰς δὲ προπάροιθεν ἰδοῦσα.
> Ἔσχεθεν.

102. SORORES IDALIÆ.] Nymphæ ornatrices, miniſtræ cultus Deæ. Tales ornatrices, politrices, cultrices, in familijs Romarum Venerum & Junonum. Vide Laurentij Pignotij Collectanea de Servitijs Romanorum.

103. NECTARIS IMBRES IRRIGAT.] Non uſqueadeo trita Eruditio ineſt huic locutioni, ut cum Hedyli illius lacernis certare poſſit. Debebat dici, vulgari quidem modo, comam irrigatam eſſe imbribus, cum Claudianus maluit ipſos imbres irrigatos dicere. Et hoc eſt de Marone, illo fonte omnis Latialis doctrinæ: cujus verba ſunt, lib. IV. Georg. V. CXV.

> *Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.*

Quo loco de irrigandi verbo, ejusq; ſignificatu duplici, ſcitè vetus Criticus, Junius Philargyrius, ſive alio eum cognomine nominandum cenſeas. Pari omnino modo, uti flammam dixit Catullus, Epithalamio illo delicatiſſimo,

> *ac tibi*
> *Pectore uritur intimo*
> *Flamma.*

Voluptatem diffluere, Prudentius, cujus gratiâ alij diffluunt, Hamartigeniâ.

> *Vita hominum cui, quicquid agit, veſania, terror,*

Supp

Suppeditant, ut bella fremant, ut fluxa
voluptas
Diffluat, impuro ferviſcat ut igne Libido.

Ita Noſter hoc libro V.CCV. *Segnitiem marcere* autumat, quæ marcentes nimirum facit alios.

quocunq; vocaverit uſus
Diviſa properate manu, neu marceat ulla.
Segnities

Sic flagrantiam ipſum Solis calere, pronuntiavit Appulejus, Metamorph. IV. non alio genere vellus colorem inſici Optatus Afer, libro IV. contrà Parmenianum. Sic Flere querelas dixit Boethius, lib. II. carmine II. de Conſol. Philoſophiæ.

ſi fundat opes
PLeno copia cornu,
Humanum miſeras non ideò genus
Ceſſit flere querelas.

Natare aquam, Manilius, libro III. cum natura.

Ordinibus certis ſociaret corpus in unum
Aeraq; & terras, flammamq;, undamque natantem.

Sic navigare, idem doctiſſimus ſcriptor, dixit, libro V.

circumſonat æquor
Dentibus, inq; ipſo rapidum mare navigatore.

Sic abſentiam reduci eruditiſſimus Tertullianus, de Reſurrectione Carnis, cap. XII *reducuntur & ſiderum abſentia, quas temporalis diſtinctio exemerat.* Sic colorum tinctores Julio Firmico, qui non colores, ſed iis tangũt lanas, lib. II. Mathes. *Si Luna in Veneris ſigno conſtituta feratur ad Martem, iſta conjunctio faciet linteones, aut tabernarios, aut colorum tinctores.* Sic limam expolire Sidonius & Capella dixere, ut ad illum notat doctiſſimus Savaronius, lib. II Epiſt. X Sic rumpere hiatum Petronius Arbiter, cum tellus hiatu rumpatur, Specimine Belli Civilis.

dextra conjungere dextram
Conatus, rupto tellurem ſolvit hiatu.

Famem ſe vaſtare Petrus Chryſologus, Sermone. CIII. Uri dolorem, Seneca, Hercule Oetæo.

forſitan pœnas petet
Irata Iuno, totus uretur dolor

Quod cave culpes cum doctiſſimo Heinſio, eſt enim eruditius dictum, quam ſonare vulgo auditur. Sic famem paſcere doctè dixit Eucherius Parænetico ad Valerianum, cum utiq; illam fugari paſta anima, ſcitum ſit: *Scriptura*, inquit, *dum intrinſecus radiat, pretioſiſſima quæq; gemma in profundum fulgorem conſiderantium demittit oculos: Hoc tu caligantem mentis aciem, nequaquam reſugas, inſueſce: hoc interno ac ſalubri cibo diſce anima famem paſcere.* *Imber* eſt irrigatio quælibet denſior, minor infuſione, ut apud Palladium, nobis notatum, libro XXXIX. Adverſariorum, capite VIII.

103. MORSU NUMEROSI DENTIS EBURNO.] Pectine eburno dicit depexam à puella comam Deæ. Fiebant pectines olim & è buxo, uti nunc quoque, Martialis, Apophoretis, ubi Pecten calvum alloquitur.

Quid faciet nullos hic inventura capillos
Multifido, buxus, quæ tibi dente datur?

105. ARBOS.] Rotulas & ſpiras comatum. Idem Martialis.

Unus de toto peccaverat orbe comarum
Annulus, incertâ non bene fixus acu.

Unde patet eos orbes acubus ſuffixos ſingulis ſuſtinuiſſe ſeſe.

107. PLUS.] Magis, amplius. Papinius.
ſummis
Cur plus ardua caſibus patetis?

Verum autem & teſtatum ſcriptoribus errorem illum comæ muliebris, non undiquaque exactæ compoſitæ, decentiorem habeni, ipſa accuratiſſima diligentia.

108. SPECULI NEC VULTUS EGEBAT.] *Quia tota erat domus cryſtallina.* Hæc

eſt gloſ-

eſt gloſſa in uno ſcriptorum exemplarium. Ad voluptatem adſpectu quærendam tale fuit conclave paratum Tiberio, crudeliſſimo, & turpiſſimo principi: Item Horatio Poetæ, ut auctor in vita Suetonius.

109. ET RAPITUR QUODCUNQUE VIDET.] Non inepta lectio. Tamen veriorem exiſtimo *quocunq; videt* cum non de alijs quibuslibet rebus, ſed de ſolo vultu Veneris ſermo ſit, qui Chryſtallinis aut gemmeis ſpecularibus rapitur quoque ſeſe colluſtrare in ſiſtit. Melius intelligas, quam eloquare dicti hujus acumen & elegantiam. Legiſſe ita & Julium Scaligerum notat Stephanus Claverius, ſed ita ut ipſe parum clarè indicet ſibi intellectam ſententiam. Clariſſimè autem eamdem lectionem agnoſcit Noſter Liber, ut & Aldi Editio; Belgicorum, Cujacianorum, Camertis, & Bentini Editionum, cum Caſtigatione Ioſ. Scaliger hic connivet diligentia.

109. SINGULA.] Ornamenta comarum: Vt unum de tribus peccaſſe notatur verbis Martialis ſuprà adſcriptis.

110. PROBAT.] Exigit ad ſpeculum. Explorate vocat Auſonius, Moſella.

Sic ubi compoſitos oſtentatura capillos
Candentem latè ſpeculi explorantis honorem.
Quam primum cara nutrix admonit alumna,
Læta ignorato fruitur virguncula Ludo,
Germanaque putat formam ſpectare Puella.

111. AMBROSIO SINU.] Fragrante immortalitatis ſuavitatem. Virgilius.

Ambroſiaq; coma diuinum vertice odorem.
Spiravere.

112. QVID TANTVM GAVISVS.] Melior fieri poteſt, ut videatur Ordo eſſe in Libro Noſtro. Quid gaviſus, ait, tantum?

114. SIDONIAS.] Cum Europam rapuit, notæ fabellæ.

115. PASTORALIA LUNAM.] In quæ antra amans Endymionem Luna cœlo deſcendiſſe perhibetur. Eum hominem principem Lunæ ſidus obſervaſſe, & rationes ejus docuiſſe, quibus ipſe addiſcendis XXX annos inſumſerat, obq; eam cauſſam pro Lunæ amaſio habitum fabulisq; proclamatum prodit verus ſcriptor Mnaſeas, cujus traditum tradidit nobis qui Germanici Aratæas Prognoſtica interpretatus eſt. Is ſcriptor ea pagina, qua hæc tradit, Prudentij teſtimonio, nomine licet tacito, utitur, unde alium, aut interpolatum, ab eo nobis eſſe quem Germanici ipſius nomine, etiam Scholiaſten, citat Lactantius, concludi poteſt.

118. LÆTARE PARENS.] Expreſſit in Ruritij Epithalamio hæc omnia Sidonius.

fulſit ut ille
Forte dies, matrem celeri petit ille volatu,
Cujus fax, arcus, coritus, pendebat; at ille
Cernuus, & læva pendens in margine palma,
Libratos per inane pedes adverberat alis.
Oſcula ſic matris carpens, ſomnoque refuſa
Semiſopora levi ſcalpebat lumina pennâ,
Tum prior his alacer cœpit: nova gaudia porto,
Felicis præda, genitrix: calet ille ſuperbus
Ruritius noſtris facibus, dulcique veneno
Tactus, votiuum ſuſpirat corde dolorem.

120. DUCEM.] Stiliconem, qui hoc nomine cenſetur à multis Hiſtoriographis & Chronologis.

120. CUSPIDE] Haſta, ſeu Sceptro. Etſi enim Stiliconem numquam Regem, Vxorem ejus tamen Reginam aliquoties appellat Claudianus noſter. Idq; ideo quia adoptatam

tam videri vult à Theodoſio, ut clarè te ſtatur in Laudibus ejus.

Sublimis adeptat

Te patruus.

Veteres verò Reges haſtis vice Sceptrorum utebantur, quod eruditiſſimus Scriptor alludit. Euripides. Hippolyto Coronifero.

> καὶ μὴν Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μολὼν
> μὴν εἰσόρους γῆς, ἧς ἐμὸν κρατεῖ δόρυ.

Hoc eſt imperio meo patentes terras. Idem prologo Hecubæ.

> Ὃς τὴν ἀρίστην Χερρονησίαν πλάκα
> σπείρει, φίλιππον λαὸν εὐθύνων
> δορί.

Nec ab alia ratione apud Sextum Pompejum legitur, in voce Cælibaris, Haſtam ſummam eſſe armorum & Imperij. Juſtinus ex Trogi libro XLIII. *Per ea adhuc tempora Reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixere. Nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere.* Eodem reſpexit noſter & libro II. de Raptu Proſerpinæ, ubi Minervam hoc verſu circumloquitur.

> *Et Pandionias quæ cuſpide temperat arces.*

Sic ultimis etiam, immo jam ferè nullis, quo ad rem quidem Romanam, temporibus, lancea erat inter Regalia decora & ſigna Imperij. Otbertus in vita Henrici Quarti. *Statim miſſo legato patri mandauit, ut ſi vitam ſeruare vellet, abſq; mora ſibi Crucem, coronam, & Lanceam cæteraq; regalia transmitteret.* Et ipſemet Henricus IV. Epiſtola ad Filium. *Antè captiuitatem abſtuliſti nobis Epiſcopatus; & quicquid de honore regni potuiſti, & prædia noſtra. & ipſam familiam, in captiuitate verò quicquid reſiduum erat, & lanceam & Crucem, & omnia regalia inſignia vi, & timore mortis.* Barbaris autèm tanta haſtę veneratio, ut ſubigere ſe provincias iis, velut primis armorum, dicant. Chaganus Rex Avarorum apud Theophylactum Simocattam, lib. VII. cap. X. Hiſtor. Mauric.

ἢ ὑμῖν, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ τῇ γῇ τῇ ἐμῇ ἢ περαιτέρω τοῦ πέπονθος πόδας ἐκτείνετε, ξένος ὁ Ἴστρος ὑμῖν, τὸ ῥόθιον τούτου πολέμιον. ὅπλοις ἐκτησάμεθα τοῦτον. τῷ δόρατι τοῦτον ἐδουλωσάμεθα.

Et haſta tradita ſignum erat Imperij conceſſi. Paullus Warnefridus, libro VI. Longobard. Hiſt. cap. LV. *Hildeprandum in Regnum levaverunt; cui cum contum ſicut moris eſt, traderent, in ejus centi ſummitate cuculus avis inſedit.* Vide eo loco eruditiſſimi Lindebrogij Animadverſiones. Haſta eſt cum univerſum bellum deſignet etiam. Scholiaſtes Anthologiæ ad Epigramma Albiani εἰς Ἀρχοντας.

> Κύλλος καὶ λάγρος δύο θέσσαλοι ἐγχεσίμωροι,
> Κύλλος δ' ἦν τούτων ἐγχεσιμωρότερος.

Ita ſcribẽdum eo Albiani loco, non ἐκ τούτων quod nihili eſt. Verba autem Scholiaſtæ ſunt.

παίζει εἰς τὸ ἐγχεσίμωρος. ἐνταῦθα γὰρ αὐτὸν πεφυκότα εἰς τὸ δόρυ σημαίνει. ἀλλὰ τὸν μωρὸν ἁπλῶς, καὶ ἀνόητον ἐν τῷ δόρει, τουτέστιν ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ ῥιψοκινδύνως ἑαυτὸν εἰς πᾶν ἐμβάλλοντα.

110. GALLOS ITALIAMQUE.] Præfectus erat Tutelæ Occidentis Stilico, ſed Italiam & Galliam nominavit præ cæteris provinciis ejus Claudianus, quoniam crebrius & atrocius vexatæ à barbaris: unde aſſertarum major Stiliconi gloria.

122. VOTIS.] Nuptijs. Notamus alibi.

124. PEPLUMQUE.] Vide Pollucem, lib. VII. cap. XIII.

125. BLANDO SPIRANTEM NUMINE.] Calentem nimirum adhuc de cinctu Veneris. Martialis.

> *Cello necte, puer, meros amores,*
> *Ceſton de Veneris ſinu calentem.*

Cætera de ceſto. Omnia ſunt vulgata, nihil dixiſſe recens eſt. Viſe tamen ad ea quæ ſpeciatim notat eruditiſſimus Rigaltius, Notis ad Onoſandri Strategicum, ubi Ronſardum, & alios Rythmorum recentes Poetas ſapere hac in re ſeirè docet.

125. IMPULSOS FLUVIIS.] Torrentes dicit, quos immaniſſimis Naturæ univerſæ negotijs ſolentes accenſent Poetæ.

127. IRATAQUE FLUMINA.] Inſcita lectio, cum jam de fluminibus, & quidem iratiſſimis, locutus fuerit. Futilitatem hanc ſervant omnes ſcripti, Editiq; melioris notæ, Codices: At Philippus Rubenius *fulmina* ſcribendum vidit, & indicavit Electorũ Commentarijs, cui ſubſcribimus. *Solvere* eſt in mollitiem, placiditatem, voluptatem, transdere. Quod illuſtramus alibi.

129. ECQUIS ERIT, PUERI.] Vera hæc ſcriptura, aſſerta Claverio & Scaligero, ineptè cæteri *Hem quis* Quod ſoni eſt mirificè ingrati. In Noſtro libro veſtigia ſunt veritatis. *Hac quis.* *Ipſam habent & duo* Belgæ.

129. RAPIDUM TRITONA.] Ut rapido curſu adſit, quoniam tantæ rei pondus & expeditio moram nullam fert. Rapitur, qui currit ſummo impetu. Papinius, Silvarum prima

nec tardo raptus propè flumina curſu
Fumat, & ingenti propellit Strymona flatu.

130. TRITONA.] Tritones peculiares, & jurati velut, vectores Veneris, quibus ſcilicet bona illa ſua credere poſſit, nec metuere ne ob amorem eorum, oriundam de formæ venuſtate, aliquid ipſa illis damni conſciſceret. Lucianus, Dialogis Marinis.

ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν Ἀφροδίτην δύο τρίτωνες ἔφερον, ἐπὶ κόγχης κατακειμένην.

Appuleius Miles. IV.

133. CONCHA.] Buccina Tritonibus domeſtica. Ovidius Metamorph. I.

Cæruleum Tritona vocat, & concha quæ
ſonaci
Inſpirare jubet.

Ita habent nonnulli melioris Notæ Codices. Vulgò *ſonanti.* Et ad verbum velut Appuleius, lib. IV. *jam paſſim maria perſultantes Tritonum caterva, hic concha ſonaci leniter buccinans, ille ſerico tegmine flagrantiæ Solis obſiſtit inimici, alius ſub oculis dominæ ſpeculum prægerit, currus bijuges alii ſubnatant, Talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatur exercitus.* Moſchus, Europa.

τοὶ δ' ἀμφί μιν ἠγερέθοντο
Τρίτωνες, πόντοιο βαθύρροοι αὐλητῆρες,
Κόχλοισιν ταναοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες.

Romæ ſe vidiſſe ſtatuam talis Tritonis, concham inſpirantis affabrè factam, ſcribit, ſollers & eruditus proavorum memoria ſcriptor Mariangelus Accurſius, Diatribis. Atque ejus viri nomen nos amare, præter quidem merita in rem litterariam non pœnitenda, jubet nos etiam ſancta memoria majorum noſtrorum, quorum uni proavo videlicet noſtro, cum eo arcta fuiſſe amicitia, ex mutuis litteris amborum, nobis domi conſervandis, apparet.

133. CIRCUMSONAT.] Ita libri pleriq; ſcripti omnes. At Unus de Belgicis, & Noſter *circumtonat.* Quomodo & Camers & Bentinus ediderunt, ſocio ſententiæ Aldo. Et ſanè aliquid Tritone & Poeta dignius hæc lectio nobis inferre videtur.

135. ÆGEAS SEU FRANGIT AQUAS.] Aliquot, ſcripti Belgici *Ogygias*, quibus conſentiunt à Schotto inſpecti, prodente ipſo, Obſervat. lib. II. cap. I.V. quod à glaucomate librariorum eſt, cæteris, cum Noſtro, Codicibus benè refragrantibus.

138. CARPATHIIS.] Lutatius PLacidus, ad Papinium, Theb. prima. *Mare Carpathium eſt Aegyptium, Nam Carpathus inſula eſt inter Aegyptum & Rhodum.* Commentator Horatij,

ratij, libro I. Od. XXXV. *Carpathium mare inter Aegyptum & Rhodum, dictum à Carpatho inſula.* Uterque ex Servio.

138. OBLUCTANTEM.] Detrectantem concubitum. Uti infrà.

139. FERUM.] Tritonem. Ferus equum ſonat Petronio, Virgilio, Ovidio, Prudentio, Phædro, Nonio Litteratori. Triton autem celebris marina vectura.

141. SESEQUE SEQUENTI.] Unus librorum Cujacii *ſeſeque petenti.* Quod ille maluit. At benè contrà Claverius, pro quo ſunt in univerſum omnes ſcripti, & melioribus litteris Editi Codices.

141. FURTA.] Clandeſtini Amores. Illuſtramus alibi.

142. VADIS.] Vadum Poetis quivis locus æquoris aut fluminis, Silius Italicus, libro II. Punicorum.

Cæruleo provecta vado jam Dardana puppis

Sic omnes alij. Phædro vero etiam placuit, citrà omnem exceptionem ævi Tiberiani ſcriptori, vadum agnoſcere in puteo. Fabula. LXVI.

tum vulpicula
Evaſit puteo, nixa celſis cornibus,
Hircumq; clauſo liquit hærentem vado.

Cujus, ut & aliorum talium gratia, quibus non ſervat uſum ſummorum ejus ætatis auctorum, eum velle damnare ſeculo ſuo, & in barbariem transdere, ſanè nobis integrum non erit, ubi conſiderabimus hominem Thracem, diu ſervum, non paullo debuiſſe inconſultius loqui, quam illos magnates, innutritos Atticis, & Educatos in Romani ſermonis delicijs; quarum non ſine labore utrarumque ſummam ſub magiſtris indepti utique ſunt, non hauſerunt ex communi ſermone loquentium. Illis cum caruerit, hunc autem ſecutus ſit, cum alijs talibus, ingenioſus ille & oppidò quam urbanus *alter Publius*, quis habebit mirum, aliter eum ſcribere, jocos ſuos, quam illi Romuli Nepotes commententur ſuas ſerias utroq; ſtilo diſſertationes? Exempla ſi vis: eccum Vitruvium, eum componas de Auguſtæo ævo alicui, videbis tantam diſſeritatem, ut ſi aliundè non conſtaret, ejurares ſacramento ingenti tempora. Sic Tiberij ætatem ſibi committe, Valerio Maximo Corn. Celſum, aut talem aliquem, quid cenſebis diſtare ſeculum? Sic compoſito & collecto calculo non paullo prudentius judicabis de ætatibus auctorum, quam ubi ſolum ſupercilium tuum, & libertatem quidvis ſcribendi, tua inani tibi de te opinione conceptam, ſecutus, volueris inaudita proferendo magnum te facere, ut à ſolidè doctis, & accuratè judicantibus, riſu excipiaris.

146. SEMIFER.] Sanè adſentiendum exiſtimo doctiſſimo Jano Duſæ, Latino uſu exturbanti hanc vocem, & *SEMIVIR* ubique ſcribendum aſſeveranti Rationum ſaties à nobis alibi & producta eſt, & porrò etiam fortè producetur

146. UNDOSI.] Noſter liber. *humoſi.* Quod non capio.

147. HISPIDA TENDEBAT.] Idem Codex *tendebant.* Quomodo autem Pedes biſulcos adſcribit Tritoni, qui piſcis & inferiore corporis parte? an hoc de veteri monſtello novum eſt portentum? Sed inconſideratius quærit hoc vetus Scholium, cum addat Poeta Tritonem priores pedes ſub ipſo ventre equinos habere, deſinere de cætero in priſtin. Icones tamen veteres non tales pedes his prodigijs adſcribunt, ſed branchias quasdam, crurum ſimilitudinem habentes, quales duas proponit in frontiſpicio Diatribæ in Auſonium ſuæ, ſuprà nobis laudatus, Mariangelus noſter Accurſius. Quæ tota, ſuperior quidem, vetus mythologica pictura ad Claudiani noſtri Poeſin pertinet.

150. RETRO SINUATUR IN ARCUM BELLUA.] Sententia eſt. Triton poſteriorem corporis ſui partem, quæ prorſus belluina, & piſcina eſt, curvat in arcum, ut quaſi ſub camera, arcuatâve aliqua porticu Venus invehatur, ne Solem rapidum ſcilicet in tranquillo præſertim mari, ſentiat. Sic umbraimina

quæri teadem & apud Appuleium, libro IV. *Tritonum caterua, hic concha ſonaci leniter buccinat, ille ſerico tegmine flagrantia ſolis obſiſtit inimici. &c.*

151. PURPUREIS MOLLITA TORIS.] Pulvinaribus, aut veſte ſtragula, qualibus tori ſterni conſueverunt. Quæ utiq; vera lectio eſt, cum *roſis* iterationem mox patiatur: quæ tamen lectio eſt in Noſtro, Libris Mariangelo, & alijs collatis. Maneo eam quam adſcripſi, & habent Cujaciani, Bentini, Aldiq; libri. Camers hactenus ijsdem aſſentitur, ut margini ſuo alleverit alios libros *comis*, præferre. Ex qua variatione agnoſcitur ignorantiam librariorum τὸ *toris* commutaſſe, ut eruditius dictum, quam quod ipſi de trivio caperent. Tori autem, Poetica diductione, ſignificant ſtratis toris ſimilia loca, Noſter alibi, *ſurgantque toris majoribus herba.* Quod notavit etiam Claverius. Cætera exempla obvia. Roſæ autem neq; ipſæ hic ineptæ ſunt, Nam in Epithalamio Palladi

roſeuq; cubilia ſurgunt Floribus

de ejusdem Veneris thalamo dixit.

153. ANTRO.] ποιητικῶς, à ſimilitudine Antri. Mirum cur Scaliger doctam hanc lectionem mutaverit, in illud *arcu* quod ſuprà paullo legimus. Abſentiunt illi, exceptis duobus, omne vulgus cæterum librorum de Belgio; Camertis, Bentini, Delrij, Aldi, Noſter Codex: & omnes meliores Editi.

155. DELIBANT ÆQUORA PLANTÆ.] Qualis alioquin greſſus Veneris ſuper æquora. Appulejus, lib. IV. *Sic effata Venus oſculis hiantibus filium diu ac preſſulè ſuaviata, proximas oras reſtui littoris petit, plantiq; roſeis vibrantium fluctuum ſummum rorem calcauit.* Et ita Amores etiam. Lucianus Dialogo Zephyri & Noti.

ἔρωτες δὲ παραπετόμενοι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλατταν, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ἐπιψαύειν τοῦ ὕδατος.

155. TRANQUILLUMQUE CHORIS QUATITUR MARE.] Nota verſum ſono exprimentem verborum tranquillam & pacificam quandam ſucceuſſationem.

157. SERTA PER OMNES NEPTUNI DISPERSA DOMOS.] Lucianus.

τρίτωνες ἔφερον ἐπὶ κόγχης κατακειμένην, καὶ αὕτη παντοῖα ἐπιπάττουσαν.

In eadem tali pompa, Veneris pontigradæ. Moris alioquin adventu illuſtrium virorum flores ſpargere. Sic honoris ſui gratia Phidippides apud Ariſtophanem, convicijs petitus, Nubibus. Cum Strepſiades dixerat

ὦ λακκόπρωκτε, Regerit ille πάττε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις. Steſichorus, apud Athenæū.

πολλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρσινα φύλλα, καὶ ῥοδίνους στεφάνους.

Adeo ut in Hiſtorijs legamus nonnullos tam crebris floribus perfuſos, ut eorum copia & pondere expirarint. Tota triclinia & conclavia, immo totas domus Cleopatram ſtraviſſe Roſis, ſcribit Athenæus, totas vias floribus Alexandrum, Curtius. Sed hæc aliorum ſunt operæ.

158. FRÆNATQUE ROSIS.] Sertis in vincula factis ex Roſis. Sidonius imitator.

Pone ſubit turmis flagrantibus agmen Amorum,
Hic cohibet Delfina roſis, viridique juuenco
Hic vectus, ſpretis pendet per cornua frænis.

Appulejus, de eadem re: *Adſunt Nerei filiæ Chorum canentes, & Portunus cæruleis barbis hiſpidus, & piſcoſo ſinu grauis Salacia, auriga parvulus Delfini Palæmon, jam paſſim maria perſultantes Tritones &c.*

159. ALTERNIS VIOLIS.] Melius Noſter, cum duobus de grege Belgicorum *Alternas violis* Quomodo ediderunt etiam Camers & Aldus.

162. AUDITO RUMORE.] Placet hæc lectio, quamlibet Scaliger contra *Tritone* ex nonnullis libris receperit. Nos verò putamus

mus, & ſæpius fingendum auditum Tritonem, ut non illico Nympharum omnis chorus exciius fuerit. Hoc vero rumore audito merito eum ſuper æquoris campos ſeſe extuliſſe.

126. TARTESIA TIGRIS.] Monſtra maris ſimilitudinem aliquam habentia tigridum. Non obviæ alioquin de facili marinæ hæ tigres.

163. RVPTVRVS] Veram hanc ſcripturam adſeruerunt doctiſſimi viri. Loquitur de piſce arieti bellicæ machinæ ſimili. Sed nec altera lectio inepta *rapturus* cum marinæ hujus belluæ tantam vim eſſe, ut, concitatis tempeſtatibus, integra navigia rapiat, ſcribat Aelianus Hiſtor. Animal. lib. XV. cap. II.

164. CÆRVLEÆ SVSPENSA LEÆNÆ.] Omnes noſtri libri *cærulea Leæna* habent Vulgatæ lectioni adſunt Scaliger, Cujaciani libri, Claverius, & aliæ Editiones. Noſtræ etiam Cameris & Aldus.

167. RARVM.] Pretioſum. τὸ γὰρ σπάνιον τίμιον, PLatonis eſt. Hieronymus in Vigilantium: *vehementius appetitur quicquid eſt rarius.* Seneca I. Benefic. *quod voles gratum eſſe, rarum effice.* Appuleius, Deo Socratis, &c.

167. GRAVIBVS BACCIS.] Margaritis. Avianus, Fabulis.

> *Protenus è rubris conchas proferret arenis,*
> *Queis pretium nitido cortice bacca daret.*

De earum captu vide Ludovicum Varromanum Romanum, libro III. Suavium peregrinationum, cap. II.

168. INTEXTVM.] Vitiata hic vulgo eſt interpunctio, in omnibus fere Editis, quam recte correctam Scaligero laudamus.

170. DOTO.] Bene Delrius, qui hoc nomen Parcarum male ominato alteri ſubſtituit, & ſecuti ſunt ex Cujacianis ſcriptis Claverius & Scaliger, Cameriis quidam libri Clote: quo pacto diſertim & Noſter, Aldus Lotho. Belgæ omnes cum vulgo.

170. VIMEN ERAT DVM STAGNA SVBIT.] Ovidius de eodem Coralio.

> *Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquora ſaxum.*

Sextus Philoſophus, Pyrrhonic. Hypotypos. lib. I. cap. V. *ovum in ave quidem molle, in aere autem durum. Lyncurium, in Lynce quidem humidum, in aere autem durum. Coralium, in mari quidem molle, in aere autem durum.* Vide Ovidium, libro XV.

172. NVDÆ VENEREM CINXERE CATERVÆ.] Aliquanto melius mihi ſcripti duo Belgici, Camerriſque libri *nuda Venerem cinxere caterva.* Jam enim enumeravit qui quæque id fecerint. Alii Manoſcripti libri nuda corona quod ſit picturatius quoque.

176. NOSTRO NVPTA JOVI.] Neptuno, qui ſecundus & pelagi Juppiter. Papinius Achilleide Prima.

> *dextramque ſecundi*
> *Quod ſupereſt, complexa Iovi*

180. ACHIVOS.] Ad ruinas Achaiæ. Lege Zoſimum.

183. SVBLIME VOLANS.] Figura per Eclogam Adverbiorum. Vide Julium Rufinianum fine libelli de figuris Lexeos.

185. AD MOENIA GALLIS CONDITA.] Vide in hanc rem Livium, lib. V. & Gaudentii Merulæ, non indocti hominis de Antiquitatibus Galliæ Ciſalpinæ, l. I. cap. IV. & quæ notavit Claudius Minos in Commentariis ad diſertiſſima Andreæ Alciati Emblemata. Vt eos taceam qui majoribus operibus ex profeſſo hæc tractaverunt.

185. LANIGERI SVIS.] Vera utique hæc ſcriptura, fundamentis enim locandis effoſſa tellure, cum Mediolanum conderetur, Lanatæ ſuis cadaver inventum eſt. Sidonius, lib. VIII. Epiſt. V. XII.

> *Rura paludicola temnis populoſa Ravennæ,*
> *Et qua lanigero de ſue nomen habent.*

Qui quidem ipſis Claudiani verbis ſolens eadem re utitur. Gunterus Ligurini Libro Secundo.

Quam Mediolanum Ligus incola nominat urbem,
Sive quod in media, quadam tellure, medulla
Omnibus ingenuis acerrima rebus abundet,
Seu quod ab invento trahat iſta vocabula porco,
Lanea qui medio portabat vellera Tergo.

Iſidorus, Originum, l.XV.c.I. *Galli Mediolanum, atq; alias urbes condiderunt, Vocatũ a. Mediolanum ab eo quod ibi ſus in medio lanea per hibetur inventa.* Exſcripſit ea totidem verbis Papias in Gloſſario. Princeps autem hanc lectionẽ indagavit Joannes Baptiſta Pius Scholiis ad Sidon. quam ex Cuiacianis libris (modo ſatis ſolito acumine inſpectis, cum cæteri omnes vulgato errori aſſentiantur) confirmavit Stephanus Claverius. Nec cauſſam forte habebat Martinus Delrius cur ſibi felicitatem hanc vindicaret; ſed poteſt facile eadem res duobus itidem incidere, ut exempla ſunt aliarum obvia. Tu, ſi lubet plures rei notatores inſpicere, videas Vinetum ad Auſonium, pag. CCI. Editionis Burdegalenſis, Savaronium ad Sidon. Schottum Obſervation. l.II. c.LV. Forcatulum Galliæ libro III. Scipionem Dupleixium lib. III. Memor. Gallicar cap. II. Ambroſium ſuæ correctionis auctorem producit Baptiſta Pius. Aula autem, ſive Familia Theodoſii bonum temporis ſpatiũ Mediolani fuiſſe nota eſt, ubi & is princeps obiit. Auſonius ita laudat ut parum à vicina etiam Roma premi aſſeveret, Claris Vrbibus.

OSTENTANTIA.] Loco inſignium: Quæ hodie quivis de plebe fere ſibi peculiaria habet & ſumit, olim magni, nec omnes quoque, Heroes, ſuis præmium & monumentum virtutibus præferebant. Ita Vrbes etiam pleræque veteres ſua habebant indicia domeſtica ingenuitatis avitæ aut domeſticorum decorum. Nota Athenienſium & Romanorum, ne ad alias nunc vrbes ſecedamus. Virorum vero Græcis fuiſſe clatum ex Ariſtomenis Meſſenii, Græcorum fortiſſimi hiſtoria cujus inſignia recenſet. Pauſanias libro IV. Videre poſſis & quæ ex Poetis notat Joſephus Caſtalio, Variarum Lectionum Collectaneis, Ex aliis ſcriptoribus Andreas Alciatus πα-ρέργων lib. V. cap. XIII.

185. SPISSATA RECEDVNT NVBILA.] Etiam ubi ſpiſſata erant, de tali gratia adventus Veneris Lucretius. Ovidius, Nonnus, & Poetarum nemo non. In Noſtro & aliis libris, eſt *pulſata.*

186. PVRIS AQUILONIBVS.] Purificis. Vt Albus Notus Horatio.

Albus ut obſcuro deterſit nubila cœlo
Sæpè Notus

187. IGNORAT DICERE.] Eſt figura in verſorum aut tranſpoſitorum verborum: Tantundem eſt enim ac ſi dixiſſet, miles ſeſe ignorare dicit, quales translationes non infrequentes ſcriptoribus priſcis. Tertullianus, vitioſiſſimo carmine in Marcionem. Libro. I. de hominibus à Satana ſeductis.

Terribilis Magica refugarum Audacia ductos
Confictam molem, mirantes ſpernere vitam,
Impulit in præceps

Cui ſermoni inſerta vocula *in* demet omnem difficultatem. Scribe:

Terribilis Magicis, Refugarum Audacia, ductos
Confictam in molem, mirantes ſpernere vitam,
Impulit in præceps.

Refugæ ſunt Diaboli, quos ſollemni convicio ita vocat ſcriptor obſcuritatis quidam genialis affectator. Mirantes ſpernere eſt ſpernentes mirari vitam, hoc eſt agnoſcere, venerari, & colere gratiam divinorum meritorum, in quibus vera vita eſt. Sic apud Ovidium Medea

dea, cum dicere vellet orbem ſe terrarum pro Jaſone nihili æſtimaturam, libenterque pro eo totum mutaturam, ita loquitur.

Quemque ego cum rebus, quas totus poſſidet Orbis
Æſoniden, mutare velim

Nulla erit commoda ſententia, niſi penitus contrariantem capias, quæ ſcilic. ea eſt, quam modo diximus. Locus eſt Metamorphoſi VII. Eodem moneor interdicto Valentis Acidalij, popularis mei, juvenis acuto ingenio, intercedere locutionis illius *mutare quid cum aliquo*, Latio prorſus expulſæ. Periculoſæ utplurimum ſunt pleræque tales deportationes, hæc vero, prorſus vitio facta eſt, cum vel hic Ovidii locus vim fieri vetet. Et Salluſtius, qui in Iugurtha *Albini milites pecora & mancipia mutaſſe cum vine advectitio* ſignatè ſcripſit, & PLautus, prologo Captivorum.

Si quem reperire poſſet cum quo mutet ſuum
Captivum

188. MAVORTIA SIGNA RVBESCVNT FLORIBVS.] Prodigio, ait, quopiam conteſtante Veneris adventum, ſigna militaria omen lætitiæ dediſſe, & ſponte ſua, floribus ex ſe natis, veſtita, Nuptialem Principum Feſtivitatem, Deæ geniali applauſu, conteſtata eſſe. Non igitur debebat hoc exemplo uti vir Clariſſimus, Iuſtus Lipſius, ad declarandum morem militibus uſitatum lætis & ſuccedentibus rebus ſigna militaria comendi omnis generis floribus. Namque hic aliud negotium non vertitur, quam ubi Lucretius ait adventu, ſive initu, Veneris, terram ſponte ſua floribus conveſtiri, id quod & in Faſtis Ovidium non inſimiliter extoliſſe, memoria habeo. Idem Naſo eodem prodigio Bacchici numinis præſentiam repræſentare voluit, libro IV. Metamorph.

Tympana cum ſubito non apparentia raucu
Obſtrepuere ſonis, & adunco tibia cornu
Tremulaque æra ſonant, & olent myrrhaque Crocique:
Reſque fide major, capere vireſcere tela,
Inque hedera faciem pendens frondeſcere veſtis,
Pars abit in viteis, & quæ modo fila fuerunt,
Palmite mutantur, de ſtamine pampinus exit.

Quomodo de eodem & Silius Italicus, libro VII. Punicorum. Talia autem florentium ſponte rerum omina pro feliciſſimis habebantur, Apollin. Sidonius, Panegyrico Anthemii.

ſub imagine frondis
Dextra per arentem florebant Omina virgam.

Et noſter ſubita roſeta his iiſdem nuptiis Honoris Alpibus producenda autumat, in Epithalamio, ſive Feſcenninis, ut ſubitas hic frondes in haſtis.

Ligures favete campi,
Veneti favete mentes
Subiti que ſe roſetu
Veſtiat Alpinus Apex.

Idemq; Conſulatu Manlii floribus riſiſſe Muſicos amnes autumat.

Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe
Largior, & docti riſerunt Floribus amnes.

Simile prodigium Barbaro ævo in Hiſtoria fabuloſa Turpino adſcripta Lib. I. cap. VIII. Vbi Chriſtianorum proxima, acie interficiendorum Haſtæ per noctem florent.

Errant igitur viri docti Juſtum Lipſium ſecuti in illa altera loci hujus interpretatione, velut de manu adſcitis ornamentis ſignorum loqueretur noſter hoc loco. Sunt autem nominatim notandi Stevvechius Commentario ad Ve-

ad Vegerium libro II. cap. VI Joan. Antonius Valtrinus de Militia Romana, lib. III. cap IX. Martinus de Roa Singular. lib. II. cap. XI. & c. Quibus erratiunculam hanc eo promtius ignoſcimus, quod Juſtum Lipſium bis ita cepiſſe hunc locum animadverti, Commentario videlicet ad Tacitum, Annal I. & Libro Quarto de Militia Romana, cap. V. Signa autem militaria rebus lætis alioquin corona, tares obvia: Notari vero poteſt, & pila militaria hoc genere culta. Martialis lib. VII. ep. IV.

Publica victrices teſtantur gaudia carta.

Martia Laurigera cuſpide pila virent.

Papinius, Silvarum V.

Omnia jam latas pila attollentia frondes.

Veritatem ſententiæ in Claudiano manifeſtam facere vel ſola illa verba poſſunt *animandi & ſubitis*, quibus nihil negotii eſt cum adſcititio ornatu, ſed loquuntur naturalem omnino, aut divinum certe potius. Qualibus capiendis aures Poeticas adferre oporteat, qui velit legimum cenſorem agere, quæ quidem quam omnino paucis dentur, uſus tot abſurditatum in aliis, clare docet.

192. IGNEUS HORROR THORACUM.] Lucem quampiam timendam à ſe fulgurans & vomens. Virgilius, lib. X.

Ardet apex capiti, criſtiſque à vertice flamma

Funditur, & vaſtos umbo vomit aureus ignes.

Adulatur autem Stiliconem, velut in perpetuis armis pro Republica excubantem; quod ſane & fecit vir ſuæ ætatis primarius.

194. STENT.] Me moveantur, quod fit in perpetua Expeditione.

195. FAS SIT CASTRA MEIS.] Feſcenninis.

Ceſſent litui, ſævumque procul

Martem felix tæda releget.

169. TIBIA.] Nuptialis Muſica. Appulejus in pompa Nuptiali & omni apparatu libro VI. *Nec mora, cum cœna nuptialis adfluens exhibetur: accumbebat ſummum torum maritus, Pſychem ſponſam gremio ſuo complexus: ſic & cum ſua Junone Juppiter, & per ordinem deinde toti Dei. Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum eſt, Jovi quidem ſuus pocillator ille Ruſticus puer, cæteris vero Liber miniſtrabat: Vulcanus cœnam coquebat. Horæ roſis & cæteris floribus purpurabant omnia: Gratiæ ſpargebant balſama: Muſæ voce canora perſonabant: Apollo cantavit ad citharam, Venus ſuavi Muſicæ ſuppari greſſu formoſa ſaltavit, ſcena ibi ſic concinnata, ut Muſæ quidem Chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, & Paniſcus ad fiſtulam diceret. Sic rite Pſyche convenit in manum Cupidinis.* Alia apud Plautum, Terentium, Capellam, Nonnum, Lucianum, & alios exempla paſſim obvia.

197. LYRÆ.] Nuptiis & hanc adhibitam, plena omnia. Cytharam habes apud Polyænum, Strategem. lib. IV. cap. VI. in Hiſtoriis Antigoni.

197. FESTUMQUE.] Libri alii *fauſtumque*. Ego potiorem habeo vulgatam ſcripturam.

198. SPIRENT.] Ad Copiam vini alludit. Cratheres autem ingentia vaſa erant, in medium ſtatuta, unde hauriebatur minoribus vaſis vinum, convivis propinandum. Tres autem Crateres ſtatui ſolebant, Primus Jovis Olympii, & Olympiorum Deorum, Secundus Heroum, Tertius, Jovis Salvatoris Perfecti. Vide Pollucem, libro Sexto, capite Secundo, & Scholiaſtes Homeri & Virgilii.

200. POTESTAS.] Summa illa Majeſtas, quæ abſoluta velut poteſtas eſt, volende potens ardua quæque, unde & Poteſtas abſolute appellatur, Petrus Chryſologus: *quantum ſecretum ſit cubiculi regalis, quali reverentia quo tremore locus habeatur, ubi ipſa Principis requieſcit poteſtas imperialis Aulæ manifeſtis decetur inſignibus.* Sic Oppianus Antoninum γαίης ὕπατον κράτος, appellat. Auguſtinus Confeſſionum lib. VI. cap. III. *Ipſum Ambroſium*

breſium felicem quendam hominem ſecundum ſeculum epinabar, quem ſic tanta poteſtates honorarent. Hoc eſt ſummi Magiſtratus. Valerianus Cimelenenſis, Sermone I. *Apoſtolus eum docet ſerviendum ſeculi Legibus, admonet neceſſario hominem futuris cavere temporibus. Si vis, inquit non timere poteſtatem, quod bonum eſt fac.* Hoc eſt magiſtratum vindicantem imperio maleficia. Hinc Petronius Fortunam rerum humanarum & divinarum Poteſtatem vocavit. Carmine de Bello Civili.

Rerum humanarum divinarumque poteſtas,
Fors, cui nulla placet nimirum ſecura poteſtas.

Sic in Limitũ Agrariorum jure Poteſtas ſummã auctoritatem & Imperiũ denotat. Front. *Ne id aliquando ſequamini, quod major poteſtas limitum recturarumve non confirmat.* Sic Poteſtates cœleſtes pro ſuperis Sacræ Litteræ, & eruditiſſimus Arnobius non ſemel dixerunt. Alia ex Paſchaſio Ratperto, Liutprando, Juvenco lib. IV. Optato Afro, libro III. Salviano, lib. VII. & aliis, notamus Alibi. Sic Potentiam, pro ipſo Imperio, abſolute dixerunt Latini ſcriptores. Aur. Victor de Cæſaribus, Caracalla. *Aegypti ſacra per eum deportata Romam, atq; aucta urbs magno acceſſu Via nova, & ad lavandum abſoluta opera pulcri cultus. Quibus cum confectis Syriam circumgrederetur, anno potentia Sexto, moritur.*

201. CONFUNDANT TURBÆ PROCERES.] Licentia Nuptiali. Papinius Epithalamio Violantillæ.

Vix dum emiſſa dies & jam ſocialia praſto
Omina, jam feſta fervet domus utraque pompa.
Frende virent poſtes, & florent compita flammis,
Et pars immenſa gaudet celeberrima Roma.
Omnis honos, cuncti veniunt ad limina faſces,
Omnis plebeia teritur prætexta tumultu;
Hic eques, hic juvenum quaſtus, ſtola mixta laberat, &c.

Quo loco non ſatis attente curioſi facinus & nos olim, & multi pariter ætate prima fervidiores, quos quæſtus illi juvenum offenderunt. Quomodo enim non in mentem illis & nobis venit, ut laborare ſtolas, ita queri dici juventutem, impatienter eogentem ſe ad ſpectaculum? cum præterea illius nullus ſit, qui non doleat decus hoc puellare alienis inducendum videre complexibus, cujus concubitum & conjugium, nemo non vel morte ſua pepigerit, ut illi conſpecta modo in Antiſtitio Veneris Seſtiaca puella apud Muſæum?

200. SOLVANTUR HABENIS GAUDIA.] Omnes habenæ gaudiis immittantur. Sic Irarum habenæ ſunt apud Maronem, quarum quadrigas commentus eſt Ennius. PLura in hanc rem alibi.

203. FESTAS, HYMENÆE, FACES.] Faces enim Nuptiales pingebantur in manu Hymenæi. Bion Luctu Adonidis.

ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς ὑμέναιος,
Καὶ στέφος ἐξεπέτασσε γαμήλιον

Catullus Epithalamio Mallii, alii infiniti.

203. GRATIA FLORES ELIGE.] Gratiarum hoc munus. Capella, lib. IX.

Ipſa etiam fulcru redimicula nectere ſueta
Flora decens trina eſt anxia cum Charite.

Quin & accinebant eædem nuptiis. Idem: *Poſt hos pſallentes Pitho Voluptas, & Gratia, admiſtis lyra vocibus, atque ipſa Harmonicu diſſultantes motibus, dextra lævaque advenere.*

204. CONCORDIA.] Invocata ad Nuptias, veteri Conſuetudine. Ælianus, Hiſtor. Animal. lib. III. cap. IX.

ἀκέω τὰς πάλαι ἐν τοῖς γάμοις μετὰ τὸν ὑμέναιον τὴν κορώνην καλεῖν, σύνθυμα ὁμονοίας τοῦτο τοῖς συνιοῦσιν ἐπὶ παιδοποιΐᾳ εἰδότες.

Vnde in Comœdia per ludibrium Servulæ nuptis novis ſuperiores precantur mulieres. Plautus Caſina.

> *Senſim ſuperattolle limen pedes nova nupta, ſoſpes*
> *Iter incipe hoc, ut viro tuo ſemper ſis ſuperſtes atque*
> *Vt potior pollentia ſis, vincaſque virum, victrixque ſies,*
> *Superet que tuum imperium*

Quæ ſcilicet ſollemnibus & uſitatis apprecationibus contraria ſunt. Alia vide apud doctos qui ritus Nuptiales illuſtrarunt.

206. NEU MARCEAT ULLA SEGNITIES.] Suprà hoc enarravimus, & nemo librorum veterum quoquam variat

206. FUNALIBUS.] Facibus à funibus denominatis. Virgilius Æn. prima *noctem flammis funalia vincunt.* Servius. *Funalia, quæ ſunt intra ceram, dicta à funibus, quos, ante uſum papiri circumdatos cera habuere majores. Vnde & funera dicuntur. Alii funalia appellarunt quod in ci endula lucet, quos Græci πυρσὺς vocant. Varro, de Vita P. R. Facibus aut candela ſimplici aut ex eo funiculo facto, earum veſtigia qui ubi ea figebant appellarunt funalia.* Mendoſa ſunt hæc Varronis verba, quia non intellexerunt exſcriptores Serviani, plures faces ordine, velut ad funem ductum, poſitas, dici funalia etiam, quod liquido ex hoc loco Claudiani apparet, cum ait *ordine ductis funalibus* opus eſſe ad illuſtrandam aulam Imperatoriam nuptialibus lampadibus. Scribendum vero arbitror *facibus, aut candela ſimplici, aut ea ex funiculo facta, earum faſtigia, quibus eas figebant, appellarunt funalia.* Sane cõmoda emaculatione. Servii vero ipſa etiam verba caſtiganda ſunt. Scribe, *alii funalia appellarunt quod in fune ut cicendula lucet.* Inſertis voculis, nam ab illa beſtiola ſplendote in deduxerint ad ſcintillam in funibus facium primum primum allucentem. Sed hoc eſt arbitrarium. Manca autem ſunt illa *unde & funera dicuntur.* Nam ſupplendum ex priſcis Editionibus: *unde & funera dicuntur, quod funes incenſos mortuis præferebant.* Vide & Iſidorum, libro XX. cap. X. in quo perperam editur etiam: *funalia autem Græci σχολακὶς, quod ſit ſcolicia, hoc eſt mortis* Scribe ex Vetere Libro: quod *ſint σχολιαὶ hoc eſt intorti. Funalia* fuiſſe quandoque Candelabra, Templis, aut aulis ſuſpenſa, quibus plures Lampades additæ, clarum ex Ovidio, lib. XII. Metamorphoſeon, in Pugna Centaurorum.

> *Primus Ophionides Amycus penetralia donis*
> *Haud timuit ſpoliare ſuis, & primus ab ade*
> *Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis*
> *Elatumque alte, veluti qui candida tauri*
> *Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri,*
> *Illiſit fronti Lapitha Celadontis*

Et Paullinus docet perſpicue, Natali Sexto Felicis.

> *Hi leves titulos lento poliant argento,*
> *Sanctaque præfixis obducant limina lamnis.*
> *Aſt alii pictis accendant lumina ceris,*
> *Multiforeſq; cavis hyemis lychnos laquearibus aptent,*
> *Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.*

Ipſas faces, aut quævis lumina notant funalia apud Pacatum Panegyrico. Valerium Maximum, lib. III. Victorem XXXVIII de Viris Illuſtribus, & alios innumeros. Quibus modo indicatis, locis notare poſſis ſummum anquis

quiſRomanorum moribus honorem habitum iis,qui à cœnis publico ſumtu ad funalia domum ducerentur, addaſque Servium eadem ſcribentem,loco citato.

207. SUSPENDITE LUMINA NOCTI.] Alludit Romanum morem convivandi. Noctem videlicet omnem ducere ad ſummum uſque mane perpotationibus.[P Lautus, Cicero,Seneca, Martialis, Horatius, Lucretius,Juvenalis,alii,plenis notis id enotant.Invehitur inſolenti fronte tamquam ſuo ævo inſolens. quo omnia tamen Baccho & Venere furebant in Campanis,Silius Italicus lib.X I. Punicorum. Niſi eum in invidiam ſuæ perditæ ætatis,caſtiorem etiam, Capuanum Luxum notare voluiſſe dixeris.

208. NITIDOS POSTES.] Domum entidatam, & fumis beneolentibus adolitam. Apollinaris Sidonius,lib.IX, Epiſt.XIII.

> *Manus uncta ſucco amomi*
> *Domet hiſpidos capillos,*
> *Arabumque meſſe pinguis*
> *Petat alta tecta fumus.*

208. NOSTRA MYRTO.] Myrtus enim Veneri dicata.Virgilius:

> *Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho,*
> *Formoſa myrtus Veneri*

Minervæ, Dianæ,Cereri etiam conſecratam ex Clemente, Artemidoro, Didymo, notat ad medium horum doctiſſimus Rigaltius.

208 POSTES OBDUCERE MYRTO.] More ſollemni Nuptialibus feſtivitatibus Moſter Epigrammate Magnetis.

> *Ducit flamma Chores, feſta frondentia myrto*
> *Limina cinguntur*

De alio hoc more coronandorum poſtium jam ad tædium multa ſunt conſcripta ab eruditis, Juſto Lipſio, Jano Bernartio Martino Roa,aliis longum enarrandis. Gratiis ad officium adſignat Martianus Capella,libro I.

209. NECTAREIS ADSPERGERE TECTA FONTIBUS.] Suaveolentibus. Hic enim mos honore divino aliquid imbuendi. Euſthatius lib.I. de Iſmene & Iſmenia. *Anlycomidem ingreſſus,non ut præco, ſed ut numen,exceptus ſum. Accurrit multitudo quæ vicos ornat,myrtis ſolum ſternit, unguentis aerem inficit,roſis floribusque omnia purpurat.* Nectar verò omne dicitur quod ſingularis & inuſitatioris alicujus dulcedinis eſt.Sic olere nectar Lucretius & Prudentius & Victor Maſſilienſis dixerunt,ut notamus ad Petronium. Sic Ridere nectar Chalcidius,in Timæum PLatonis interpretatione verſuum Alexandri Mileſii

> *alma ſuperne*
> *Nectareum ridens late ſplendet Cytherea.*

Nectareum ſaporem dixit Jorſaldus vetus Monachus,Carminibus quæ Bibliothecæ Cluniacenſium inſerta promulgata ſunt:

211. ADOLERE.] Incendere. Lutatius, Thebaide I.&c.

212. INFECTA CROCO.] Tapetia Serica dicit,ſtrata ſolo,& ſublata circum parietes,ſplendorem Aulæ datura;qualibus prolatis honorabatur adventus principum virorum. Nicetas Choniates,lib.I I I. Manuelis Comneni,de Antiochenis.

ὡς δὲ κωλυειν οὐκ ἦν, οὐδ' ἀναλίσκειν ὅλως τὰ δεδογμένα, οὐκ ἄνευ, οἱ μέσον τῶν πολιτῶν δὲ κεχυθέντες μετ' ὀχλικοῦ σχήματος καὶ φρονήματος ἐπανηγύριαζον, ἀλλὰ καὶ τὴν εἴσοδον αὐτοῦ ὑπὸ ποικιλωτέρων διασκευάζειν, τὰς τε ἀγυιὰς καὶ ἀμφόδους ἐπιπλοις καὶ τάπησι διεκόσμουν, καὶ δεσμοὺς νεοδρέπτοις κλωσὶ κατηλάζειν, τὰς τῶν λειμώνων καὶ ἀνθέων χάριτας εἰς τὸ ἴσον μέσον διακηπεύοντες,&c.

Exempla alia paſſim obvia, & noſtri ævi mos veterem ſervavit. Crocus autem a ro-

 mage-

mageniale. Nuptiis uſitatum ſpargi. Capella, lib.IX.

Conſcia jam Veneris nova ſerta parate,
Napææ.
Crocumque lecto ſpargite.

214. THALAMUM.] Romanis Græciſque moribus magna cura novorum conjugum genialis thorus ſtruebatur, & thalamus ornabatur maxima cura. Priſcus Rhetor in Legationibus, de ſplendore Aulæ Attilæ. *Hic præparata erant omnia ſedilia, circa parietes cubiculi ab utraque parte diſpoſita: In medio ſedebat Attila in lecto, è regione cujus alter erat ejuſdem Attilæ torus, pone quem facti erant quidam gradus, qui ad ejus cubile ferebant, linteis candidis, & variis tapetibus, venuſtatis & ornatus gratia, contectum, ſimile cubilibus, quæ Romani & Græci nubentibus adornare pro more habent.* Vides opulentiſſimi Regis torum non alius magis compoſuiſſe Priſcum. Eo alludit Petrus Damianus, initio Epiſtolæ III. ad Blancam. *Ad Regales nuptias Epulaturus accedam, & thalamos auro gemmiſque radiantibus adornatos videre deſidero, nuptialibus ſaginari dapibus avidiſſime concupiſco.* De Græcis Theocritus Oariſti Nonnus, Moſchus, &c. & notamus ſuper ambobus plura in Superſtitionibus. Fruſtra autem tota Antiquitate meliorem talis thalami deſcriptionẽ inquiras, quam quæ hic paucis verſibus præpingitur. Vide & Animadverſ. ad Papinium lib. VIII. Theb. v. DCVII.

214. DOCTO COMPONITE TEXTU.] Noſter liber *doctè componite textum.* Quod ſordidum præ illo altero.

220. SAXONE] Saxones inter invictas tum gentes referuntur, & eorum ſpolia velut quibuſdam Semideis erepta jactantur. Vide ad IV. Conſolarũ nobis obviam notata. Eam gentem tam nobilitare quam armis ab initio claruiſſe, ſcribit Nithard. Caroli Mag. Adnatus, nobiliſſimus ipſe ſcriptor, libro IV. de Diſſenſione ejus Filiorum. Gentem duram, pugnis aſperam, audacia ſingulari non aggredientem, Octertus in Vita Henrici Quarti Imperatoris. Virtute & agilitate terribilem, & ipſis Romanis periculoſam, Oroſius, lib. VII. capite XXXII. &c.

220. SOCIO STILICONE.] Hujus laudem ſemper miſcet Honorianis, & Theodoſii. Vide notata ſupra, & duerit eodem Inſcriptio Vetus ibidem nobis propoſita, index virtutum tanti Herois.

223. CRINITA SAGITTIS.] Mos gentium Eoarum, aut Africanarum capillis indere ſagittas. Libro I. de Laudibus Stilic.

Venerat & parvis redimitus Nuba ſagittis,
Et velox Garamas

Vide ibi. Et quæ ad Imaginem Solis notat Hieronymus Aleander.

MEROE.] Præter Geographos vide Oroſium, lib. I. cap. II.

224. ACHÆMENIO.] Perſico Achæmenia enim pars Perſiæ Vide Stephani Epitomam περὶ πόλ.ων, & Strabonem, libro XV.

225. ROMANAM PARTHIA PACEM.] Marcellinus Comes Chronico: *Richemere & Clearcho Conſulibus Legati Perſarum Conſtantinopolim advenerunt, pacem à Theodoſio Principe poſtulantes.* Id quod de Hiſtoria Poetice ad ſuntum Heroum ornatum extendit, omnibus in eum occaſionibus imminens Claudianus.

227. CUBILIA SURGANT.] Hoſtium ſpoliis ornatos etiam thalamos victorum hinc non inſcite notat Julius Cæſar Bulengerus, libro de Triumpho, &c. cap. I. Qui tamen fallitur hos verſus ex libro III. de Laudibus Stiliconis proferens.

231. TÆDASQUE PARARI NESCIA.] Occupatis nimirum numinibus in ipſius rebus, dum vacat ipſa, & fruitur innocentia ætatis. Hæc noſter ut Poeta; rei veritatem legas apud Zoſimum.

232. MORES.] Virtutes. Notamus alibi.

231. EXEM-

231. EXEMPLAQUE DISCIT PRISCA.] De eruditis veterum Romanorum filiabus, notavi quædam libro XXII. Adverſariorum. Philoſophicè autem noſter Antiquitatis cognitionem etiam in virgine Imperatrice collaudat; cui opinioni contraſentiũt alij, nam Ovidio non ſanè ex facilè quis perſuaſerit concurrere poſſe cum Pudicitia muliebrem eruditionem, quàmlibet exempla Antiquitatis non deſint. Sic PLatoni auditrix fuit *AXiothea*, diſſimulato habitu, ut ſcribit Themiſtius Sophiſta. Alias enumerare longum fuerit, quarum quaſpiam recenſet Tatianus Aſſyrius, Oratione contrà Græcos, qui licet tamen à Philoſophiæ interioribus myſtis abſentit, quod Sappho pro muliercula ſolum Amorum ſuorum decantatrice habet, cum alia longè eruditorum de ea Poetria opinio fuerit, ut vides ex elegantiſſimis Diſſertationibus Maximi Tyrij, & hoc noſtro, qui Regiæ Virgini cum primis ejus Poemata commendata fuiſſe autumat. Sed utiq; Tatianus hic majorem rationem vulgatæ famæ habuit, quam interioris Sapientum doctrinæ.

235. MÆONIUS SENEX, THRACIUS ORPHEVS] Homeri Poeſis, & ex ea doctrina, nemini ignota. Orphei Theologia quo pretio fuerit olim, paucis hodie conſtat. Nos tamen alibi eruemus de eo talia, ut eu primis Theologorum veterum fuiſſe liquido omnes confiteri habeant; & conati ſunt jam dum idem aliqui doctorum.

235. MITYLENÆO.] Ex ea enim urbe oriunda Poetria illa, omnium aliarum princeps. Moſchus, Epitaphio Bionis.

αἰλὶ δὲ Σαπφοῦς
Εἰσέτι σεῦ τὸ μέλισμα κινύρεται ἁ Μιτυλήνα.

Carmina autem Sapphus ad thalamum cani conſueverant. Ariſtænetus, lib. I. Epiſt. X.

τῇ δὲ Κυδίππῃ πρὸς ἑσπέραν ηὐτρεπίζετο γάμος. καὶ περὶ τῆς παστάδος τὸν ὑμέναιον ᾖδον, αἱ μουσικώτεραι τῶν παρθένων, καὶ μελιχόφωνοι τοῦτο δὴ Σαπφοῦς τὸ ἥδιστον φθέγμα.

Lesbij alioquin cantus commendati. Ipſa Sapho, citante Demetrio Phalereo.

ἐκ δὲ παραβολῆς, inquit, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐξέχοντος ἀνδρὸς ἡ Σαπφὼ φησί. πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Auſonius Ephemeride Lesbiam quietem in metro Sapphico laudat, ut notiſſimam mulcendis auribus, vel ad ſomnum conciliandũ. Et Oraculo Lacedæmonijs commendati cantores Lesbij. Heraclides Ponticus.

Λακεδαιμόνιοι τὸν Λέσβιον ᾠδὸν ἐπιμήνισαν. τούτου γὰρ ἀκούειν ὁ θεὸς χρησμῳδούμενος ἐκέλευσε.

De mulierum autem antiquarum doctrinæ ſtudijs locuples teſtimonium eſt Crotoniatarum, quas tempore Pythagoræ non ſecus ac viros Philoſophatas, auctor eſt Malchus, ſive Porphyrius, vita ejus Philoſophi. Mitylenæam Sappho celebrat etiam Sidonius, lib. IX. Epiſtola XVI.

237. MITIS IN ANTRO.] In voce mitis ſuſpicatus ſum quid latitare, montis nimirum alicujus vocabulum, aut tale quippiam aliud, cum nihil non adoleſcens indulgerem exactiori conſiderationi. Et ſanè illud *antrum* tam abſolutè poſitum innſitati nõnihil ſonat. Librorum tamen nullus quippiam mutat. De Mnemoſynæ, notæ fabulæ; vide PLutarchum περὶ παιδ. ἀγωγ. Quiq; talia profeſſi tractatunt.

239. JUCUNDIOR AER.] Adventu Deæ. Lucretius, lib. I. de Rerum Natura Ovidius Faſtis, *aer*

Protenus ex illa parte ſerenus erat : Loquente Venere.

240. FUNDIQUE COMARUM GRATUS ODOS.] Deos vertice odorato fingebant, divina quadam ſuavitate ſpiritus aerem complere. Callimachus Hymno in Apollinem.

αἱ δὲ κόμαι θυόεν τε πέδω λείβουσιν ἔλαια.

Virgilius de eadem Venere, libro I. Aen.

Ambroſiæq; coma diuinum vertice odorem
Spiravére.

241. CUNCTATUR STUPEFACTA VENUS.] Velut pulcriorem ſeſe conſpiciens ſic formam victricem Veneris in ſua amaſia agnoſcit Agathias in Anthologia VII. de Ariadna Citharistria.

Εἰ δὲ καὶ ἀγλαΐης κρίσις ἵστατο, μᾶλλον ἂν αὐτῇ
Κύπρις ἐνικήθη, κἂν ἐδίκαζε Πάρις.

Nonnus, lib. VII. ubi Nais de Semele.

Εἰ τόκον αὐτοτέλεστον ἄγων μορφούμενον ὕδωρ,
Ὁπλοτέρην ὤδινε θαλασσαίην Ἀφροδίτην.

Idem, libro XXXIII.

εἰ δὲ καὶ ἵμερον
Χαλκομέδην καὶ Κύπριν, ἴσω Διὸς ἄνακτος, νοήσῃς
Οὐ δύνασαι, φίλε κοῦρε, διακρίνειν Ἀφροδίτην.

Idem, Lib. XLVII.

χρυσομένη δ' Ἀριάδνη
Εἴκαθεν ἐς κρίσιν ἥκε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη.

Synesius, Poeta Epigrammatarius.

— ἠὲ χρυσῆς εἰκὼν ἡ Κύπριδος, ἢ Στρατονίκης.

Ariſtænetus, lib. I. Epiſt. XXVI. Polymniam & Venerem in Panareta agnoſcit junctas. Sic tam eximia ſpecie puellas Veneris filias autumabant per blanditias, ut notamus alibi. Præcipuè commentario ad Miſæum, quem mala fide tenent qui ante aliquot annos edendum ſuſceperunt.

242. NUNC FLAVAM NIVEO.] Diſſonum quid tinnire hæc videantur. Quomodo enim, aut qua parte corporis flava mater, ſi nivea vertice? Juvat nonnihil ſcriptus Noſter, qui catenus variat ut *Nec flauam præ ſe ferat.* Latet aliud quid, non enim ſuetus tam diſparia jungere auctor prudentiſſimus. An legas.

nunc ora puella
Flammea, nunc niueo miratur vertice matrem.

Ut ſumma pulcritudo igneo fulgori compatari ſupra notata nobis eſt ex non uno ſcriptorum optimorum. Nihil affirmavero, nec tamen facilè aliquid commodius quisquam protuderit. Juvat impensè quod Corippus pariter de filia Reginæ, matre præſente *Igne micant oculi* hunc locum exprimens, dixit, verbis mox ponendis. Et ſic ipſe infra.

Non crines æquant violæ, non lumina, flamma.

245. HÆC MODO CRESCENTI.] Vera hæc ſcriptura à Scaligero ex Cujacianis libris recepta eſt, & firmatur etiam commodè a Noſtro.

245. PLENÆ PAR ALTERA.] Stata ætate Regina, plenæ Lunæ æquiparatur, ob majeſtatem pulcritudini junctam. Niceforus Gregoras libro XI. in Nænia de Obitu Andronici.

σὺ δέ, ὦ θεία βασιλίς, πῶς τὸ σὸν καταλέλοιπας κλέος; πῶς καθάπερ διχόκυκλος σελήνη χθὲς ἐξελθοῦσα, σήμερον ἐπανῆλθες πανσέληνος;

Hoc eſt ex plena Luna dimidiata. Hæc autem de matre & filia junctis, non inſcitè miratur Corippus, lib II.

It ſacrum comitata latus pulcerrima proles,
Luce ſua plenam quæ poſſit vincere Lunam,
Aequiparans hŭmeris matrem: ſic luci cultu,
Sic niueu formoſa genis, ſimiluque parentis.

Ip

Igne micant oculi; nomen diſtabat & ætas,
Non tamen egregiæ diſtabat gratia formæ.
Arboris ut matris quæ de radice propago
Naſcitur, & celſis caput erigit ardua ramis,
Aequiparata novis materna frondibus umbra:
At mater propriam; florenti germine, natam
Gaudet habere parem, lætaſque attollit in auras
Felices ramos, & vertice deſpicit arva.

Lunæ autem comparata pulcerrima pulcritudo, ſæpius occurrit in libris veterum Auctorum. Petronius: *delectata illa riſit tam blandum ut videretur mihi plenum os extrà nubem Luna proferre.* Muſæus, in Amoribus Leandri & Herus.

ἡ δὲ θεῆς ἀνὰ νηὸν ἐπῴχετο παρθένος Ἡρώ,
Μαρμαρυγὴν χαρίεσσαν ἀποστράπτουσα προσώπου,
Οἷά τε λευκοπάρῃος ἐπαντέλλουσα Σελήνη.

Nonnus, lib. VII. Dionyſiac.

πείθομαι, ὡς θέλουσα μολεῖν ἐπὶ λάτμιον οὖρος,
Εἰς λέχος Ἐνδυμίωνος, ἀκοιμήτοιο νομῆος,
Ἀνέτευ αἰνίσσων ἐνὶ προχοῇσι Σελήνη.

Idem, libro X.

εἰ δὲ βοογλήνων ἀνέμων ἀμφέγγει κύκλῳ
Ὀφθαλμοὺς ἑλέλιζεν, ὅλη. σελάγιζε Σελήνη.

Idem, libro XVI.

πῇ δὲ περιγληνωμένων ἑλικάμων στίλ-
βοὸς δοχμίων
Αὐχένα γυμνωθέντα, σέλας πέμποντα Σελήνης.

Idem, Libro. XXXVIII.

εἰκὼ δ' εἷς, ὡς ὅτε δισσῆς
Μαρμαρυγὴν προχέουσαν ἀναπλήσασα κεραίης.
ἑσπερίη σελάγιζε δι' ὕδατος, ὀμπνια μήνη.

Libro XLVIII idem Poeta.

Ἀμφιπόλων ἤστραψεν ὑπέρτερος, ὡς ἐνὶ δίφρῳ
Αἰθερίῳ, πέμπουσα φιλαγρύπνων φλόγα ταύρων
Ἀντιφέλης ἀκτῖνας ἐρεύθουσα Σελήνη.

Illa, Petroniana locutione, quaſi per aquàm, quam ille per nubes dixit, uſus idem elegantiſſimus, utinam modeſtiæ vel alicujus Scriptor, libro V. Dionyſiacorum.

λοῦετο μὲν καθαροῖσιν ἐν ὕδασιν, λοεσμένης δὲ
Ὀφθαλμοὺς ἀμάρυσσεν ἐμοὺς αὐτόματος αἴγλη,
Χιονέας ἀκτῖνας ἀπαυγάζουσα ῥεέθροις,
Φαίνετο δ' ὡς περὶ χεῦμα παλιμπόρον Ὠκεανοῖο
Ἑσπερίη σελάγιζε δι' ὕδατος, ὀμπνια μήνη.

Quibus omnibus ne cogitari quidem meliora & venuſtiora poſſent, ſi citra fatalem illam ἀδολεσχίαν eſſet: quam materia tamen neſcio an non aliquà excuſa valeat ſemiinſanus & ſeſquiebrius ille Bacchi tympanotriba. Cōparatio à Luna alia etiam apud eumdem, libro IV. quam & ipſam adſcribemus, quoniam una eademque jactura, unus idemque labor eſt.

εἴποτε, δινεύων φρενοτερπέα κύκλον ὀπωπῆς,

Ὀφθαλ-

Ὀφθαλμοὺς ἐλέλιξεν, ὅλη σελάγιζε
Σελήνη,
φέγγει μαρμαίρουσα.

Sic & ab alijs ſcriptoribus forma formoſiſſima Lunæ componitur. Heſiodus, auctor τῶν μεγάλων ἠοίων, apud Pauſaniam Bœoticis.

Θηρῶν τ' εὐειδῆ, ἰκέλην φαέεσσι Σε-
λήνῃ.

Oppianus, Cynegetico. I. de Vxore Severi.

Ἀσυρείη κυθέρεια, ἢ οὐ λείπουσα Σε-
λήνη.

Quintus Smyrnæus, lib. I. de Pentheſilea.

ὡς ὅταν οὐρανὸς εὐρὺν ἐν ἀστράσι δῖα
Σελήνη
Ἐκπρέπει ἐν πάντεσσιν ἀρίζηλος
γεγαυῖα.

Tryphiodorus, excidio Ilii, de Helena.

ὡς ὁπότε πλήθουσα πυρὸς γλυκεροῖο
Σελήνη
Οὐρανὸν αἰγλήεντος κατεχρύσωσε
προσώπου.

Homerida quidam incertus in Hymnis.

ὡς δὲ Σελήνη
Στήθεσιν ἀμφ' ἁπαλοῖσιν ἐλάμπετο.

Heliodorus, libro III. Aethiopicorum.

τί οὖν δὴ σοι τὰ νῦν ἐδόξεν, ὦ ἀγαθὲ, ἀρχή τινα τῇ πομπῇ κόσμον ἤνεγκεν; εὐφήμησον, εἶπον, ὦ χαρίκλεις, ὥσπερ καὶ τὴν Σελήνην διαπρέπει τῶν ἄλλων ἥρωας ἀστέρων.

Idem eleganter, libro V.

ἀπ' εὐτελοῦς γὰρ καὶ ταύτα τῆς ἐσθῆτος, οἷον νέφος αὐγὴ σεληναίης διεξέλαμπεν.

Sic Arabs quidam in libro de Vita Muhammedis, qui cum Alcorano aliquoties editus eſt: *Mando igitur ut Mecham pergas, invenies enim illic gratiam, & ampla beneficia, unde cum ſplẽdore redibis, tamquam plenilunium.* Sed & hæc comparatio abinde aliquid Amatorium habet, quod amantium mulierum poteſtas olim Lunæ tradita. Tradit id Zacharias Calliergus, Scholijs in Theocritum.

πίνδαρος, inquit, φησὶν, ἐν τοῖς κεχαρισμένοις τῶν παρθένων, ὅτι τῶν ἱερῶν οἱ μὲν ἄνδρες εὔχονται τὸν ἥλιον, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν Σελήνην.

Atq; hæc prolixius memorata, non abhorrent tamen Gratiarum favorem.

245. MATRE.] Majores arborum minorum matres apud Poetas. Sic filiam ſilvæ arborem appellat Horatius, lib. I. Od. XV.

Pontica pinus.
Silvæ filia nobilis.

Simpoſius Aenigmatis.

Longa feror velox formoſæ filia ſilvæ.

247. PROMITTIT.] Oſtendit velut de longinquo. Sic enim ab hominibus ad alia utuntur hoc verbo optimi ſcriptores. Juvenalis.

dura per brachia ſeta
Promittunt atrocem animum.

Nemeſianus, Cynegetico.

Fortibus ut ſuccis teneras complere medullas
Poſſint, & validas jam tunc promittere vires.

Gratius Cynegetico:

non patria vulgo
Sparta ſuos, & Creta ſuos promittit alumnos.

Ruritius, libro I. Epiſt. V. *utrumnam ipſi flores germina, aut rurſus ipſa germina fluctus ſui qualitate promitterent.* &c.

248. PÆSTANA.] Noti campi Roſarum prærogativa. Columella. X.

quo ſidere primum
Naſcuntur flores, Paſtique roſaria gemment.

Servius Georgico. IV. *biferique roſaria Peſti. Paſtum eſt Calabriæ oppidum in quo uno anno bis naſcitur Roſa.*

250. RORIBUS VERNIS.] Quibus producitur, aperitur, alitur, Roſa. Vide Auſonii Roſas

Roſas, Idyllium, luculentum & ſuaviſſimum.

250. ROSÆ.] Roſis comparatur frequenter pulcritudo ſpecioſarum fœmellarum. Muſæus, de formoſiſſimâ Hero.

ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον

Anacreon ad Pictorem, de Amaſiæ ſuæ formâ.

γράφε ῥῖνα καὶ παρειὰς
ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.

Achilles Tatius, libro I.

τὸ στόμα ῥόδων ἄνθος ἦν, ὅταν ἄρχηται τὸ ῥόδον ἀνοιγνύντων φύλλων τὰ χείλη.

Ariſtænetus, lib. I. Epiſt. I.

λευκαὶ μὲν ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι, αἱ παρειαὶ, καὶ ταύτῃ τὸ φαιδρὸν ἐκμιμοῦνται τῶν ῥόδων.

Eamdem Roſam intelligit Bion Epithalamio Deidamiæ, cujus exſtat fragmentum.

ἐφαίνετο δ' ἠΰτε κώρα
καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο. καὶ τόσον ἄνθος
χιονέαις πόρφυρε παρειαῖς.

Et Nonnus, lib. XXXII. Dionyſiacorum.

Καὶ χρόος ἀγχικέλοιο παρήϊδος ἄνθος ἀμείψας.

Necnon Homerida quidam, in Hymnis.

ἐφ' ἱμερτῷ δὲ προσώπῳ
Αἰεὶ μειδιάει, καὶ ἐφ' ἱμερτὸν φέρει ἄνθος.

Achilles Tatius, denuò. Ναρκίσσου μὲν τὸ πρόσωπον ἔστιλβε χροιὰν, ῥόδον δ' ἀνέτελλεν ἐκ τῆς παρειᾶς. Idem, libro II. ἐγὼ δὲ ἐδόκουν τὸ ῥόδον ἐπὶ τῶν χειλέων αὐτῆς, εἴ τις τῆς κάλυκος τὸ περιφερὲς εἰς τὴν ζώματος ἔκλεισε μορφήν. Paulus Silentiarius.

χείλεα μίξας
χείλεϊ σῷ, ῥοδίνων ἀβρολέρῳ καλύκων.

Tam crebræ tranſlationes à roſis ad formoſas facies, ut inde Epitheton Theocrito natum ſit ῥοδόμαλος. Aelianus etiam de Aſpaſia lib. XIII. Var. cap. I.

ἦν δὲ αὐτῇ καὶ δέρμα ἁπαλὸν, ἐῴκει δὲ χροιὰ τῇ τοῦ προσώπου, ῥόδοις.

Eodem alludit & Heliodorus libro III. καὶ ἦν παρειὰν ἤδη τὸ ἄνθος ἔφευγε.

Hoc eſt rubor roſeus, aut ipſa illa roſa. Nonnus, lib. XVI. Dionyſiacorum & lib. XXXIV. Ariſtænetus, lib. I. Epiſt. X. Meleager, lib. VII. Anthologiæ, alijq; eadem ſimilitudine uſi.

252. ADMITTERE.] Eruditius utitur hoc verbo, quam primò adſpectu cenſeas. Eſt enim velut timeat virginitati admiſſarius, cum admittere nuptum aliquid deſignet. PLautus.

Ne tu ad equos fuiſſes ſcitus admiſſarius.

253. SIDEREÆ] Divinę. Alibi. *Sidereumq; gener.* Auguſtæ enim domus omnia ſunt Poëtis cœleſtia.

257. TEMPORE LONGO.] Alius dixerit, ne Honorius ſemper ſperaret, numquam potiretur gaudio ſuo. Longum ergò tempus pro perpetuo poſuit. Quomodo longævum deſignare perennem, notavit apud Maronem A. Gellius, de quo videas & notata doctiſſimo felicioreq; fortuna digno viro, Jano Parrhaſio Epiſtolicis Quæſtionibus.

260. FORTUNAM] Tibi debitam: Auguſtam dignitatem. Eâ enim notione Fortuna Auguſtorum in Antiquis Monumentis cōſpicitur & picta & ſcripta: Nimirum fatalis quidam & perpetuus Felicitatis tenor, velut debitus Auguſtæ domui. In hunc ergo adſciſcit hoc ſermone Venus Mariam.

260. RESUME.] Quod jam videlicet in cognatione cum Theodoſio habes, cujus Auguſtæ familiæ & fortunæ inſerta es.

264. HOC OVE.] Forma iſta ſolius Auguſti complexibus digna, & velut præparata à Natura & Providentia.

265. PROPIOR SCEPTRIS.] τὸ γὰρ εἶ-

ἄξιον πυρὸς ἄξιον πεσέμοιο. Vide quæ ad Feſcenninatum primam Odam Notamus.

265. AULA.] Imperio. Feſcenninis.

Tractus ab aulâ
Rurſus in aulam
Redeat ſanguis
Patrus officiis, &c.

266. NON LABRA ROSÆ.] Quæ hic divinæ formæ peculiaria decora deſcribũtur, ſi enarrare, & adſcitis locis ſcriptorum velim diſcutere, ingentem Commentarium egregiæ ſuavitatis & doctrinæ dictis impendam: Quis enim finis erit notandi omnia horſum pertinentia, ex Homero, Heſiodo, Aeſchylo, Sophocle, Euripide, Nonno, Apollonio, Q. Smyrnæo, Tryphiodoro, Colatho, Muſæo, Oppiano, Ariſtophane, Stobæo, Ariſtotele, PLatone, Aeliano, Alciphrone, Ariſtæneto, Achile Tatio, Longo, Theophylacto, Epigrammatum Græcorum libro VII. Pindaro, Anacreonte, Appulejo, Petronio, Catullo, Virgilio, Horatio, Ovidio, Propertio, Athenæo, Auſonio, Martiali, Theocrito, Callimacho, Capella, Euſthatio, & quicunq; ſcriptor Amatoriam aliquam formam vel ſcripſit, vel indicavit, vel commendavit, cum in ea re admodum frequens rota ſit Antiquiras? Singula qui ſcire, & deſcripta videre volet, ex Ariſtæneto, Achille Tatio, Euſthatio, Heliodoro, Longo, Petronio, & talibus conſtruat ſibi formam perfectæ pulcritudinis alicujus, & ejus membra deinde his Claudiani conferat, habebit Veneris verbis Veneris abſolutam ſtatuam. Nos aliorſum feſtinamus.

268. JUNCTO LEVITER.] Rectè ita Scaliger cum libris Belgicis, etiam invito Claverio. Melius etiam, puto, ex iiſdem diu ſcripti Codices:

Quam juncti leviter ſeſe diſcrimine confert
Umbra ſupercilij?

Quod ſanè acutius etiam, & ποιητικώτερον.

268. PUDOREM.] Cauſſam pro effectu poſuit, pudorem pro rubore.

τοῖς γὰρ αἰδουμένοις ἄνω ἔρχεται τὸ θερμὸν, σημεῖον δὲ, ὅτι γίνονται ἐξέρυθροι. Philoſophus ait, PRoblem. Sect. XL

270. AURORÆ DIGITOS.] Roſeæ manus & digiti pro parte non pœnitenda laudatiſſimæ formę, celebrantur ſcriptoribus ſuavitarum: Muſæus in Amoribus Herus.

οἷα τε χωομένη ῥοδέην ἐξέσπασε χεῖρα.

Nonnus, lib. XVI. Dionyſiacorum.

Δάκτυλα φοινίξοντα λαβὼν γαμψώνυχι δεσμῷ.
Κυπρίδος καμάτοιο παρήγορα

Coluthus, Raptu Helenæ.

τοῖον ἐφωνήσασα ῥοδοδάκτυλος ἔννεπε Κύπρις.

Heſiodus, Altero ἔργων.

Αὐτῆμαρ οἰδῆ ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

Cujus quidem peculiare ἐπίθετον exprimit hoc loco Claudianus. Lucianus Dialogis.

ὁ γανυμήδης δὲ καταπεμπέσθω αὖθις εἰς τὴν Ἴδην, καθαρὸς γὰρ, καὶ ῥοδοδάκτυλος καὶ ἐπισταμένως ὀρέγει τὸ ἔκπωμα.]

Homerus, Odyſſ. B. Nemeſianus, Eclog. II.

Dicite quo prato Donacen, quæ forte ſub umbrâ
Inveniam, roſeis ſtringentem lilia palmis.

Adeoq; hoc celebratum, ut ij non ſatis digni formoſorum nomine cenſeantur veteribus, quibus non fuerint roſeæ manus. Carcynus, ſcriptor vetus, apud Athenæum, libro XIII.

ταῦτα δὲ σὺ τολμᾷς λέγειν οὐ ῥοδοδάκτυλος ὤν.

Eſtq; velut proverbium, tu dicere hæc audes, non habens roſeos digitos?

271. HUMEROS DIANÆ.] Hi quoque in celebritate pulcritudinis. Homerida in Hymnis.

ὡς δὲ Σελήνη
στήθεσιν ἀμφ' ἁπαλοῖσιν ἐλάμπετο.

273. DO

273. DOTALI POTUIT.] Corona Ariadnæ, cœlo fixa. Aratus Phænomenis. Manilius, lib.I. Seneca Hercule Fur.

Mundus puellæ ſerta Gnoſiaca gerit.

276. SIDERA.] Nova videlicet novæ formæ.

281. IBIS REGINA SICAMBROS.] Ex Papinio.II.Theb.361.geminas ibis Regina per Vrbes. Sicambri pro indomitis, & bellicoſiſſimis populis. Pedo, ſive alius quis, ad Liviam, vix mihi quidem alius Ovidio.

Ille genus, Suevos, acre, indomitosque Sicambros
Contudit, inque fugam barbara terga dedit.

Vide doctiſſimi viri Chriſtophori Brovveri luculentas Animadverſiones ad Venantium Fortunatum.

282. RECESSUS.] Recondita loca. Vide ad Rutilium Numatianum. Illi autem Atlantæi receſſus tanti ſunt, ut hodie nõ paucorum Regnorum ſpatia teneant, de quibus lege Africam Joannis Leonis.

283. DOTABERE MUNDO] Talis dotis exemplum ſit præbita filiæ à PLautiano, cum ea nuberet Caracallæ; quam quinquaginta Reginis ſuperfuturam fuiſſe ſcribit, qui vidit, Dio Caſſius, excerptis libri.LXXVI.à Joanne Xiphilino.

285. CAPUT DISTINGUIT ACU.] Munus ſive officium talium acuum deſignat Hieronymus, Commentario in Tertium caput Eſaiæ: *habent mulieres acus ſuas, quibus ornatorum crinium compago tenetur, ne laxius fluant, aut inſparſos diſſipentur capillos* Notarunt ubertim jam alij.

285. SUBSTRINGIT AMICTUS.] Ut puella fiat tenuior, ſubtilior, gracilẽtior, quod matres ſtudere Terentius ait. Paria apud Prudentium paſſione Virginis Eulaliæ.

287. ANTE FORES.] Moris fuiſſe ut dona Auguſtæ futuræ, nimirum Regius ornatus, domum mitteretur, etiam neſcienti de Amore principis, vides ex nuptijs Arcadij, apud Zoſimum Comitem, lib.V. Nuptæ autem vehiculis domum ducebantur, ſollemni more. Lucianus Convivio, ſive Lapithis.

καὶ ὁ Νύμφιος δὲ, ἀκεσαμένη τὸ τραῦμα τοῦ Διονίκου, ἀπήγετο εἰς τὴν οἰκίαν, ταινίαις κατειλημμένος τὴν κεφαλὴν, ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναπεθεὶς, ἐφ' οὗ τὴν Νύμφην ἀπάξειν ἔμελλον.

Pompa eſt omnis apparatus nuptialis, ut doctè notavit J. Savãronius ad Sidonii librum I.Epiſt.V.

287. PILENTAQUE SACRAM.] Currus ſacros dicit deſtinatos transvehendæ ſponſæ, qualibus Antiſtitæ tantum utebantur olim. Tacitus, Annal.XII. *Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi, qui mos ſacerdotibus & ſacris antiquitus conceſſus.* Antiquitus verò nuptæ novæ pedibus procedebant, ducti à patrimis matrimisq; pueris, ut notum, & obſervat vir doctus B. Martinius, Variarum lib.I. cap.XIX. Qui adeo obliteratus poſtmodum eſt, ut ſpeciatim nuptialia carpenta commemorentur. Heſychius Presbyter libro IV. Commentariorum in Leviticum: *Hoc etiam patiuntur qui januas in die Nuptiarum cantoribus aut citharadis clauſerunt, qui plauſu, & organorum cantu, lampadibusq; nuptialibus deſtituta ſponſalia carpenta præmittunt, quiq; ſe amicos ſponſi dicentes curſibus ſacris, & tubis, & cultu feſtivitates privant, &c.* Carpenta talia ſacris deſtinata docet & Suetonius, decreta pro divinis honoribus indicans. Caligulæ, cap.XV. *Inferias his annua religione publicè inſtituit, & eò amplius matri Circenſes, carpentumq;, quo in pompa traduceretur.* Et talibus vehebantur veſtales virgines. Prudentius, lib.II. in Symmachum.

Interea dum torta vagos ligat infula crines,
Fataleſq; adolet prunas innupta Sacerdos,
Fertur per medias, ut publica pompa, plateas

 Pilen-

Pilento reſidens molli, ſeque, ore rete-
cto,
Imputat attonita virgo ſpectabilis urbi.

Matronas etiam pilentis per urbem vehi, honoris ipſarum ergo cœptas, ſcribit Feſtus, quod cum aurum deficeret, quo votum Apollini Delfico ſolveret Camillus, illæ de mundo ſuo contulerint.

289. TARDUMQUE CVPIT DISCEDERE SOLEM.] Catullus. *veſper Olympo*
Exſpectata diu vix tandem lumina
tollit.

290. NOBILIS.] Equos ſecundum ſtirpes cenſitos dudum notarunt docti ex Papinio, Martiali, Juvenali, alijs. Nos vetuſtiſſimum morem ex Theognide obſervamus alibi, Avos equorum cenſet Nemeſianus, Cynegetico. v CCXLII. Vide & notata doctiſſimo Jureto Commentarionibus ad Symmachum.

291. Odor.] Primus Afflatus Sic odorem lucis forte eſt ut dixerit Manilius, apud nos Adverſariorum lib IV. cap. III.

292. PHARSALIA RVRA.] Theſſali enim Equi optimi. Notamus alibi, & nonnihil collegit S. Arcerius Notis ad Aeliani Tacticum.

293. NOTOS AMNES.] Ad quos educatos: quos poſcit opem in iis ſuis doloribus. Non malè nonnulli libri *notos ignes* cum primum afflatum ſeu odorem amoris dicat clarè verſu CCXC. Noſter liber aliam prorſus rem infert, legendo.

totos hinnitu flagitat ignes.

Quæ ſanè inepta non eſt, ut fluit ſententia.

294. NARIBVS ACCENSIS.] Quinque integri Manuſcripti libri habent. *Naribus accenſus* Ego tamen nihil mutaverim.

296. CANDIDVS.] Miniſtri albati inſigne Principatus, ut indicant notata hoc loci Stephano Claverio. Ego tamen togatum hic exercitum innui exiſtimo, quoniam poſuiſſe eum arma autumat Claudianus; ut pacifico urbanoque habitu gaudium Principis fuerit conteſtatus. Vide lib. LXXXVII. Adverſar. cap. III. Sic in Epinicio Senatum veſte clara publicum gaudium teſtantem inducit Porphyrius Optatianus.

Poſt Martios Labores
Et Principis tropæa
Exſultat omnis ætas.
Vrbesq; flore grato
Et frondibus decoris
Totis virent plateis.
Hinc Ordo veſti clarâ
Cum purpuris honorum
Fauſto precantur ore

Regij verò milites etiam purpuram in veſtitu habebant. Beatus Dorotheus, Doctrina Prima.

ἕκαστος στρατευόμενος τῷ βασιλεῖ πορφύραν ἔχει εἰς τὸ χλανίδιον αὐτοῦ, ἐπειδὴ γὰρ ὁ βασιλεὺς πορφύραν φορεῖ, πάντες οἱ στρατευόμενοι αὐτῷ βάλλουσι πορφύραν εἰς τὸ χλανίδιον αὐτῶν. τουτέστι τὸ βασιλικὸν ἔνδυμα, ἵνα διὰ τούτου δείξωσιν ὅτι τοῦ βασιλέως εἰσί, καὶ ὅτι αὐτῷ στρατεύονται.

Albati milites apud Fortunatum, libro I, de Vita Martini.

Martiniq; chlamys texit velamine Chri-
ſtum,
Nulla Auguſtorum meruit hunc veſtis
honorem.
Militis alba chlamys, plus eſt quam pur-
pura Reges.

Vnde liquet commune tale fuiſſe militum geſtamen, quod in alborem majorem datum (de quo ſcripſimus alibi) vel reccoratum in honorem Honorij, ait Claudianus. Alioquin verò Albus etiam amictus teſtatur hilaritatem animi. Gregorius Magnus, Homilia XXIX. *Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri ſteterunt juxtà illos in veſtibus albis: In albis autem veſtibus gaudium & ſollemnitas mentis oſtenditur. Albæ enim veſtes exaltationi magis congruunt, quam humiliationi.*

298. PLVVIAE RITV.] Omnis ingens copia pluviæ voce indicatur. Philippus Presbyter

byter, in caput XX. Hiobi. *Quod vero ait, pluat ſuper eum, hoc verbo abunde in eum calamitatis miſeriam precatur effundi.* Sparſio & effuſio illa florum Regii honoris pars. Severianus Epiſcopus, Serm. de Nativ. Chriſti, *procedente Rege & plateæ mundantur, & omnis civitas diverſis floribus & ornatibus coronatur, ut nihil ſit quod minus dignum vultui Regis appareat.* Aliæ tales ſparſiones obviæ apud Pauſaniam lib. IV. Heliodorum III. Statium, Epithalamio Stellæ, Appianum, II. Civilium, Herodianum, libro I. Florum, lib. II. Euripidem Hecuba, Curtium, Lucianum, Dialogis marinis, infinitos alios.

300. VELATI LAURO.] Tamquam in triumpho. Martialis, lib. VII. Epigr. VII.

> *Feſta coronatus ludet convitia miles,*
> *Inter laurigeros cum Comes ibit equos.*

Myrtum jungit, ob feſtivitatem Nuptialem. Alibi.

> *Et calidis thalami ſuccedit Laurea ſertis.*

302. ANIMARUM PRÆMIA.] πλατονικῶς Philoſophiam enim ſuam ſemper ſuperſtitioni vulgatæ, ut ſerio & ubique Philoſophus:

307. QUOD DEDERAT GENITOR.] Acutius, & magis pro re facturum exiſtimo, qui ſcribere maluerit *dederas* Quod tu illi dederas, hoc ille tibi reddit in nato tuo, Coonubium nimirum Sanguinis. Video & vulgatum aliquid ſapere; tamen iſtud magis placeat.

306 PIGNORA TANTI PRINCIPIS.] Supra notavimus Stiliconem præ ſe tuliſſe utrumq; filium ſuæ Tutelæ à moriente Theodoſio Commendatum; quod ſane veriſimile etiam eſt, utique debuit is facere.

310. SUB HÆMO] Initio Principatus Thracas & Scythas domuit Theodoſius. Notamus ſupra, & clarum de Chronologis.

310. FUMANTEM.] Calido exuberante ſanguine.

302. NOTUS CLYPEO.] Ex illo Æneidos XI. de Ænea.

> *experto credite, quantus*
> *In clypeum aſſurgat, quo fulmine torqueat haſtam.*

315. SEMPER DISSIDET.] Vide primum de Laudibus Stiliconis. PLinius Panegyrico: *principi noſtro quanta concordia, quantus concentus omnium laudum, omniſque Gloria, contigit, &c.*

307. DECERENT.] Noſter, clarè. *decêrent.*

320. HIC ILLE EST.] Ambitionis præmium monſtrari digito prætereuntium, quod de ſe gloriantur Horatius & Martialis, Romanorum Vatum quiſq; ſuo genere princeps. Perſius.

> *pulcrum eſt digito monſtrari & dicier, hic eſt.*

Laertius Diogene. Sidonius Anthemio.

> *Hic eſt, ô Proceres, petiit quem Romula virtus.*

Vita Vetus Fulgentii, cap. XXIX. *Beatus Fulgentius per omnes vicos Carthaginenſis civitatis, ubicunque tranſibat, manibus & oculis demonſtrabatur, laudibuſque innumeris prædicabatur.*

320. TESTATUR ET OFFERT.] Notum teſtatur, ignotum offert, & tacito quodam clamore docet atque indicat.

321. POTESTATIS SPECIES.] Animus tot provinciarum Imperator, tot regionum tutor, Exercituum rector, elucet ſpecie corporis, & omnibus geſtibus, gravibus citra affectationem. Omnes Panegyriſtæ Græci & Latini in ſuis Heroibus paria decora commendant, parem formam dilaudant.

321. NON VOCE FEROCI.] II. in Stiliconem.

> *non quos promoveris alto*
> *Turgidus alloqueris faſtu*

Ibidem. *contingere paſſim Affarique licet*
> *te doctus priſca loquentem,*
> *Te matura ſenex audit, te fortia miles, &c.*

Quo loco notabuntur fortè alia. Hic enim Nuptiæ ſunt.

322. ALTO SIMULATA GRADU.] NON

NON IMPROBA GESTA.] Utraq; hæc reprehendit in inimico Stiliconis ſui, Rufino. Vt tota Poeſis hujus luculentiſſimi, & unici talium, ſcriptoris, laudandum eum, & novo præcone dignum, finem, ſervat, imminere vituperiis in vitia, Virtutibus merita nectere præconia. Quo obſervato, ſanè omnibus omnino verſuum conditoribus pretioſiorem hunc vatem habere decet, in quo nihil non & utiliſſimum ſimul ſit & jucundiſſimum. Sed hæc alias translata ſunt. Vide II. in Rufinum, CCCXLIII.

322 IMPROBA GESTU] Effœminata, laſciva, turpis. Vide notata ad Rufinum. De geſtu enim morum animique conjectura non futilis. Improbitas omnis veteæ Latinitati petulantia.

323. FINGIQUE LABORANT.] Vt ex ſeſe faciant, ut in eas ſeſe formas convertant. *Fingi*, eſt alias aliaſque formas induere, uti diffingere apud Horatium in alias formas inducere. Perſonatus autem ille fallus, & adoptatitia ſpecies longe à ſolida veraque virtute eſt, tam certe quam tectorium à ſtabili muro.

324. DONAT.] Nullo Labore quæſitum. Sane quos Heroas omnium maxime excelluiſſe, & incomparabiles virtutibus fuiſſe lectione cōperimus, eos videmus, non adſcititia, ſed naturali felicitate viguiſſe, non ſæpè labore quæſitis, ſed ingenitis bonis cęteris priores, quamlibet recta indoles per multum etiam cultui debeat, nec poſſit per adverſa facile ſine uſu, doctrina adjuto, eniti.

325. FORMOSVSQUE RIGOR.]Gratus, acceptuſque omnibus. Alibi lætæ Setietatis nomine idem elocutus eſt.

325. VULTUSQUE AUCTURA VERENDOS.] Venerabilitatem auctura vultui. Similis omnino eſt locutio illi apud III. Conſulatum.

Dives Hydaſpæis augeſcat purpura gemmis.

Hoc eſt pretium purpuræ augeatur additis gemmis.

326. CANITIES.]Stiliconis hanc commendat & alibi. Bell. Getico.

Donec pulvereo ſub turbine, ſideris inſtar
Emicuit Stiliconis apex, & cognita fulſit
Canities, gaviſa recens per mœnia clamor
Tollitur, ipſe venit

327. CONSORTE REMOTA.]Video facile ſententiam. Noſter tamen moris non habet per ænigmata loqui, aut intelligendum per divinationem indicare, quod cupit, ſed eloqui plane rem. Itaque cum conſortem ſenectus non unam habeat, & vero de certa hic ſermo habendus ſit, mihi omnino vitium videtur ſcripturæ ineſſe & ſcripſiſſe noſter:

vultuſque auctura verendos
Canities feſtina venit; cui ſorte remota,
Contingunt ſeny gravitas, vireſque juventa.

Laudat enim illam præfeſtinam canitiem, prudentiam junctim & virtutem, de ſenecta & juventa, ætatibus, participantem. Sortem autem remotam dixit, quod ultra humanæ morem & uſum tale quid ſuo Heroi obtigiſſe dicat. Nihil vetius *Contingūt* eſt in pluribus libris Belgicis, & vero dignius auctore illo difficiliore altero. Favet autem noſtræ reſtitutioni Noſter Liber, in quo clariſſime ſcriptum eſt *cum ſorte remota*. Variatum antiquitus docet etiam Joan. Camers, qui in aliis exemplaribus *en ſorte* ſcriptum fuiſſe annotat, cui concurrit & margo Editionis Bentinianæ. Laudat vero Theodoſium pariter Pacatus Drepanius: *bene igitur*, inquit, *cuncta quadrarunt, & cæteris, quæ innumera congruebant; anni quoque ſuum junxere ſuffragium: qui ſoli in homine perfecti bono duarum potiuntur ætatum, virtute juvenum, & maturitate ſeniorum* Vetus Proverbium tria optat.

Ἔργα νέων, βουλαὶ δ' ἀνδρῶν, δ' εὐχαὶ γερόντων.

Quem verſum miris modis, inque varias figuras verſat & reverſat in Schediaſmatum libris Henricus Stephanus.

329. ORNATUR FORTUNA VIRO.] Tantum

Tantum abeſt ut ille aliquid fortunæ debeat. Vide Animadverſa nobis ad Secundum Stiliconiarum, v. CCCLXIII. Vbi & hunc locum laudamus.

331. ODIVM TERRORE.] Quem enim metuunt, oderunt; quem oderunt quiſque periiſſe expetit. Vide Quartum Conſulatum Honorii.

332. DILIGIMVS PARITER PARITERQVE TIMEMVS.] Id quod ſummum artificium legendi alicujus Imperii aut regni arbitrantur cordati Prudentiſſimique ſcriptores. Ammianus, libro XXVII. *Hac inter Prætextatus præfecturam Vrbis ſublimius curans, per integritatis multiplices actus & probitatis, quibus ab adoleſcentia rudimentis inclaruit, adeptus eſt id quod raro contingit, ut, cum timeretur, amorem non perderet civium, minus firmari ſolitum erga judices formidatos.* Nithardus, de Carolo Magno, libro I. *Vir omni Sapientia & omni virtute humanum genus ſuo in tempore adeo præcellens, ut omnibus orbem inhabitantibus terribilis amabili pariter, atque admirabilis, haberetur, ad per hoc omne imperium omnibus modis honeſtum & utile effecit.* Rutilius Numatianus, libro I. de Reditu ſuo.

Rexerat ante puer populos Proconſule Panos,

Æqualis Tyriis terror amorque fuit.

Corippus, lib. I. de Laudibus Juſtini.

Te decet hic habitus, regnantum maxime, dixit,

Terribilis princeps & amabilis omnibus idem.

Pontius Diaconus, vita Beatiſſimi Martyris Cypriani. *Tantum Sanctitatis & Gratia ex ore ejus elucebat, ut confunderet intuentium mentes, Gravis vultus, & lætus, nec Severitas triſtis, nec Comitas nimia, Sed admixta utrinque temperies, ut eſſet ambigere vereri plus an diligi mereretur, niſi quod & vereri & diligi merebatur.* Julius Exſuperantius, de Sertorio. *Sed ubi in provinciam venit, ita ſtrenuè ſociorum animos, jam deficienteis, atque alia cupientes, in favorem partium ſuarum, modeſte tuendo, atque blandiendo perduxit, ut & carus eſſet, & tamen ab omnibus timeretur.* Exſuperantius is, Epitomator, uti volunt, Salluſtii, poteſt ut is ſit, qui à Rutilio pater Palladii laudatur, lib. priore Itinerarii, v. CCXIV. Cum ea ætate illud decertandorum auctorum priſcorum ſtudium jam increbuiſſet. Acutiſſimè autem illud dictum *Ipſe metus te noſter amat* Et veriſſime, metus enim ille carus eſt bonis, quo vel peccaturi aliquando in officio contineantur: Sic eum ipſo illo metu ſuo diligunt, cujus virtute fit ne, vel volentes peccare audeant. Et ſic in ſpeciem durius talia dici videntur, re ipſa optime ipſi naturæ conveniunt.

334. CUSTOS.] Alibi pluſculis obſervari veteres hoc vocabulo ſtrenuum, fidelemque tutorem libentes indicare.

335. OPTIME DVCTORVM.] In ſumma fide tutando Imperio.

335. FORTVNATISSIME PATRVM.] In collocanda filia Principi. Gloſſæ hæ ſunt ſcriptorum Exemplarium, ſanè non pœnitendæ.

336. DOMINO] Auguſto. Qui mos loquendi de Principibus jam inde à Nerone in uſum venit B. Lucas, Actuum. XXV. *Ipſo autem appellante Auguſtum, decrevi mittere: De quo quid certum ſcribam Domino, non habeo.*

338. CONTEMTO JURE.] Magiſtratu, Imperio.

340. THERMANTIA.] Vidit quidem ſimiles, immo eaſdem, ſed magna ſua felicitate. Vide Zoſimum. Nomen ipſum hoc non debet controverſum eſſe doctis, quamlibet mirifice in iis varient libri veterum ſcriptorum calamo exarati, quorum nonnulli primam literam perperam objiciunt, vel unico noſtri verſu locuplete teſte. II. Stilicon. CCCLIX.

arridet læto Thermantia fratri.

Qui quidem citra eam nullus conſtet. Et in Laudibus Serenæ.

Agnovit Patrui ſimilem Thermantia curam.

Quomodo & Zonaras, aliique. Diem Obitus notat:

notat Chronicon Alexandrinum, vid Lib.CXIX. Adv. cap.XX.

341. SIC VTERVS CRESCAT MARIÆ.] Vltimum votorum ad felices & auſpicatas nuptias. ſobolis proventus. Himerius Declamator.

ἐγὼ σὰς παρ' αὐτὸν τὸν θάλαμον τύχη, καὶ Ἔρωσι γενεθλίοις προσεύξομαι, τοῖς μὲν προξενεῖν εἰς τέλος, τῇ δὲ, διδόναι βίον, τοῖς δὲ παίδων γνησίων γένεσιν, ἵνα τῷ γαμηλίῳ κρατῆρι καὶ τὴν γενέθλιον σπονδὴν συνάψωμεν.

341. NATVS IN OSTRO.] Ipſo ortu ſuo ingrediens Principatum. In Honorio hanc nativitatem in purpuram celebravit Panegyricis ſuperioribus aliquoties, hic ſobolem patre non infeliciorem vovet. Pueri autem aliorum lineaminibus excipiebantur. Exemplum in Albino Capitolini. Cui iſtud contulimus lib.CLIV. Adverſar. cap.XX. Locus autem nativitatis etiam honorabilis ſapientibus. Sic filium obteſtatura ſancta mulier, in cubile illud eum ſeſſum ducit, ſuper quo editus fuerat in lucem, apud Chryſoſtomum, libro I. aureolorum quos de Sacerdotio vir eximius dedit.

342. PARVUS HONORIADES.] Blanditur pueri a[illegible] gignendi præſtitutioni imaginatiæ. Catullus Epithalamio Manlii.

Torquatus volo parvulus
Matris è gremio ſuæ
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem
Semihiante labello.

342. GENIBVS CONSIDAT AVITIS] Stiliconis dicit. Mos ut parentes recens natos liberos tollerent, genibus imponerent, vetuſtiſſimus. Moyſes Geneſ.XXX. Ingredere ad illam, ut pariat ſuper genua mea. Cap.L. filii quoque Machir, filii Manaſſe, nati ſunt in genibus Joſeph. Hiob. cap.III. Quare non in vulva mortuus ſum? Quare exceptus genibus, cur lactatus uberibus? Homerus. Iliad. IX.

συνεχὲς δ' ἐπεκέκλετ' Ἐρινῦς Μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέζεσθαι φίλον υἱὸν ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα.

Apud Romanos Græcoſq; eumdem agnoſcunt Comœdiæ, notaruntque alii pridem. Et nos alibi pluribus. Sic natam ſibi filiam Jovis Capitolini genibus impoſuit Caligula. Vide Suetonium. Id eſt pro filia ejus eam haberi voluit.

FINIS ANIM. IN NVPTIAS HONORII.

CASP.

519

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI, *DE RAPTV PROSERPINÆ LIBRVM PRIMVM.*

ANIMADVERSIONES.

Ad Præfationem.

ARGVMENTVM hujus Epigrammatis eſt, Poetam minutis & velut extemporalibus hactenus Poematis opera data, confirmatum Famæ, audere nunc majora, & Opus egregium condere velle, unde Gloriam ſibi inter prima nomina conſtcret. Huc tendit nauta iſte, qui prius quam magno mari ratem ſuam credat, in minutis fluviolis ſtagniſq; experimenta artis fecit, quibus confirmatus vela ad extremum ventis dare, & aperto ſe pelago eredere audet. Apparete autem facile hinc poteſt non vilis operæ opus Claudianum ſuſcepiſſe, ut & propoſitio arguit, totam videlicet Vitæ humanæ meliorem fortunam & diſciplinam cantaturum pollicentis. Similitudo autem de Nauta ſtagni oras aut flumina primum tutiora legente, non eſt injucunda ſummis ſcriptoribus, quorum imitatione ſibi eam Claudianus applicavit. Ovidius.

Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

Statius lib. VI. Theb. quem ſolens exprimit noſter.

Ceu primum auſura trans alta ignota biremis
Seu Tyrrhenam hiemem, ſeu ſtagna Ægæa laceſſunt,
Tranquillo prius arma lacu, clavumque, leveiſque
Explorant remos atque ipſa pericula diſcunt,
At cum experta cohors tum pontum irrumpere freta
Longius, ereptaſque oculis non quærere terras.

Ea eſt vera illorum verſuum lectio, vulgo temerata, dum biremis omnibus editionibus promulgatur. Inepte prorſus, dum plane enim caſſum redditur illud *cohors*, à quo pendet ſententia. Nemeſianus pariter, Cynegetico,

talique placet dare lintea Curæ

Dum non magna ratis vicinis ſueta teneri
Littoribus, tutoſque ſinus percurrere remis,
Nunc primum dat vela notis, portuſque fideles
Linquit & Adriacas audet tentare procellas.

Et Proſper, modo is ſit, Libro elegantiſſimo de Providentia.

Iſta quidem melius divinis edita libris
Cognoſcenda forent, ubi legis in æquore aperto
Promtum eſſet ventis dare libera vela ſecundis,
Sed quoniam rudibus metus eſt tentare profundum,
In tenui primum diſcant procurrere rivo.

Ambroſius lib. I. Officior. cap. X. *qui navim in mari regere gubernaculis ſtudet vel remis ducere prius in fluvio præludit.* Hilarius l. de Trinitate. *Cum forenſes lites Scholares materia tentaverint, tunc mittuntur ad tribunalium pugnas. Cum in ſtagnis domeſticis navem nauta intrepidus inſtruxerit, tunc magni & peregrini maris committitur procellis.* Eodem pertinet periculum in quo ſe eſſe ajunt auctores dum non ſatis validis lacertis opus aliquod arduum aggrediuntur, non ſecus ac qui rudi navicula maris fluctus fuerint ingreſſi. Benedictus Paulinus, lib. II. de Vita B. Martini.

Panditur, ecce, novum pelagus, flatuſque benigni
Rimoſam in medios fluctus traxere carinam
Ac dum placati rapiunt me gaudia ponti,
Irrumpit vaſtum temeraria cymba profundum,
Vix vel vicinis bene radens littora terris.
Nunc quid ago, & dubiam trepidus quo dirigo proram?
FLamina ſollicitant curſum, formido regreſſum.
Pergamus, quia terra procul, quo traxerit unda.

Præfationes recitandis carminibus à ſcena ſunt ſumtæ, ubi προαύλια quædam ingreſſum faciebant cantionibus & actionibus, vide Scaligerum lib. I. cap. LVI. Poetices Claudiani quidem ævo familiares Præconibus Laudum Regiarum, ut ex ejus more, utique perpetuo, Sidonii imitatione, aliiſque conſtat, adeo quidem ut & Oratoribus acceſſerint, velut videri poterit tum alibi tum apud Themiſtium Oratione XVI. &c.

2. RVDIBVS REMIS.] Rude eſt quicquid inexpertum propoſitæ rei eſt, ideoque ad eam ineptum etiam. Et hoc inde, quia nulla ars aut ſcientia non rudia habuit initia, ſecundum Xenophanis ſententiam.

Οὔτοι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ θνητοῖς ἀπέδειξαν,
Ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον.

Et Gratius, initio Cynegetici Deos auſpicia dediſſe ſola artibus hominibus ad eas exigendas induſtria opus fuiſſe docte docet.

primum auſpicium Deus artibus, altaque circum
Fundamenta dedit, tum partes quiſque ſecutus
Exegere ſuas, tetigitque induſtria finem.

Sic Puer, vitæ rudis, nullum illius uſum habens. Claudianus, Conſulatu VI. Honorii.

Teque, rudem vitæ, ſocium ſumebat honorum.

Sic rudes remi hoc loco, & rude æquor, non adſuetum vehendis navibus. Papinius, libro III. Silvarum.

Quis rude, & abſciſſum miſeris mortalibus, æquor
Fecit iter

2. SOL

2. SOLLICITAVIT AQUAS.] Sollicitari ad difficultatem pertinet, ab animatis ad inanima tradvctum. Primo hujus Operis.

tenerum jam pronuba flamma pudorem
Sollicitat

Laceſſere in eam rem dixit Horatius.

quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Idem de terra primum tentata Tibullus libro I.

Primus aratra manu ſollerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitavit humum.

v.3. DVBIIS FLATIBVS.] Incertam ventorum fidem inceſſere vult, ut *dubiam* omnis tempeſtatum vis, qua de re ad IV. Conſul. Honorii.

v.3. COMMITTERE.] Fidei velut eorum credere, Juvenalis.

I nunc & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno

v.3. ALNUM.] Papinius, Thebaide VI.

Alnus amica fretis

Lucanus, lib. III. *& fluctibus aptior alnus.* Hinc quæ firma velis aquis inædificare, alno impónas aut exſtruas docet Palladius Æmilianus lib. XII. de Re Ruſtica cap. XV. Ipſas provenire ad flumina notum, & Theophraſtus docet, Hiſtor. lib. III. cap. XIV.

4. NATVRA NEGAT.] Vti clarum ex corporum, ut Chriſtiani loquuntur, facturā. Similiter in alia re Juvenalis.

Si natura negat facit indignatio verſum.

Etiam contra conditionem videlicet hominis Amuſi Simili modo Horatius.

Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via.

Hericus Altiſſiodorenſis, libro VI.

cui ſubjacet omne
Quod natura negat

Veteres vero navigiorum uſum contra Voluntatem Deorum & conditionem humanæ Naturæ inventum ajebant. Xenocrates ſive Æſchines Socraticus in Axiocho:

ἀλλὰ τὸν πλωτικὸν καταλεξώμεθα παρεσιύμενον διὰ τοσῶν ἢ κινδύνων, καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν, ὁ γὰρ ἐπίγειος ἄνθρωπος, ὡς ἀμφίβιος αὐτὸν εἰς τὸ πέλαγος ἔρριψεν, ἐπὶ τῇ τύχῃ πῶς γενόμενος.

Vnde Deum freta Argonauticorum initio dixit eruditiſſimus Poeta Valerius Flaccus, cujus locum ſupra contra ſciolos ruebamur. Statius Propemtico libro III. Silvarum.

Quis rude, & abſciſſum miſeris mortalibus æquor
Fecit iter? ſolidaque pios telluris alumnos
Expulit in fluctus, pelagoque immiſit hiantes?

Columella Præfatione: *ut rupto fœdere naturæ, terreſtre animal homo ventorum & maris objectus iræ ſe fluctibus audeat credere?* Horatius lib. I. Od. III. Pedo apud Senecam, &c.

5. TRANQUILLIS VNDIS.] Lacum aut ſtagnum intelligit. Papinius modo nominato Carmine. Quem exprimere voluit noſter.

Vſque adeone parum lentas tranſire paludes,
Stagnaque, & anguſtos ſubmittere pontibus amnes,
Imus in abruptum

B. Hieronymus, de muliere ſepties percuſſa: *ſuper onerariam navem rudis vector imponor, & homo qui nec dum ſcalmum in lacu rexi Euxini maris credor fragoribus.*

5. CREDIDIT VNDIS.] Commiſit vitam iis ſuam. Vt navigantium audaciam

 deſcri-

deſcribant Poetæ aliique ſcriptores, credere ſe eos ajunt fluctibus, ventis, mari, quorum omnium tamen nullam prorſus eſſe fidem nemini non conſtet. Seneca:

Animam levibus credidit Auris.

Pedo, de Navigatione Germanici.

Seque feris credunt per inertia fata marinis.

Qui inertia fata tarda & morantia dixit, jus ſuum velut oblita, quæ nimirum deceat tantam audaciam non inultam relinquere, uti corripere mortem gradum eadem tali re. Horatius.

Semotique prius tarda neceſſitas
Lethi, corripuit gradum

Pendere profundo navigantes, nutui nempe marinæ tempeſtatis addictos, eleganter ait Avienus, Arato.

exſul ab Oris
Omnibus externas veheret per inhoſpita Gazas
Aequora, & incerto penderet ſæpe profundo.

Columellæ idem dicentia verba modo adſcripſimus. Sic Q. Cicero Epigrammate in Fidem Muliebrem.

Crede ratem ventis animum ne crede puellis,
Namque eſt fœminea tutior unda fide.

Fauſtus Reienſis lib. I. de Lib. Arbitrio: *proviſo gubernatore navim fluctibus credunt.* Gildas Sapiens, ut volunt, Querulo: *Age igitur conſcende maria, te tuoſq; pariter undis & ventis credito.* Interpres Apollonii Tyrii: *Hora noctis tertia navim adſcendit & tradidit, eſe.* Sic Pelago, ut dixi, fides prorſus adimitur, cui velut opprobrium cecinit Nemeſianus Cynegetico, *dum fidelem* terram dixit: Caſſilis in Reſponſis τί ἄπιςον, θάλαττα. Eſtque verum quod Ornatiſſimus ab Homero Poetarum Quintus, qui vocatur, Smyrnæus dixit ναύτῃ γὰρ ἀεὶ σχεδὸν εἰσιν ὄλεθροι. Et Anacharſis Scytha, nullo Sapientum veterum minor, μαθὼν τέτταρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεὼς, τοσοῦτον, ἔφη, τοῦ θανάτου τοὺς πλέοντας ἀπέχειν.

Scitius vero vere Sapientes qui navigiorum uſum etiam, non vacaturo pelago, divinitus hominibus datum decidunt. Auctor Libri Sapientiæ, cap. XIV. *Tua autem, Pater, Sapientia ab initio cuncta gubernat, quoniam dediſti & in mari viam & inter fluctus ſemitam firmiſſimam. Oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſanare, etiamſi ſine rate aliquis adeat mare. Sed ut non eſſent vacua Sapientiæ tuæ Opera, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas ſuas & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt.*

6. SECVRO TRAMITE.] *Trames* iter eſt tutum per medios errores, ambiguaſque vias. Fauſtus lib. I de Lib. Arbitrio *Hoc itaq; loco gemini inter ſe colluctantur errores, quorum unus ſolam Gratiam alter ſolum Laborem, relicto tramite atque menſura Veritatis, inſinuat.*

6. LITTORA LEGENS.] Nautica locutio, αἰτί *preterire, tranſire* Papinius, lib. III. *viridiſque legit devexa Proſymna* id eo loci notat Lutatius interpres. Virgilius.

Littoraque Epiri legimus

Minutius Felix Octavio: *oram curvi molliter littoris iter fabulis fallentibus, legebamus.*

7. LONGOS TENTARE SINUS.] Immenſos, longinquos. Sic μακρὰ θάλασσα Poetis Græcorum. Notavi alibi etiam his, puto Animadverſionibus. Sic longum Clamate Appuleius, *longitudines itinerum* Sidonius lib. VII. Epiſt I dixit. Avienus Arateis:

neque longis navita terris.
Inſinuare ratem jus fecerat

8. LENI CEPIT.] Nondum auſus vehementi tentavit primo leni vento quomodo vela credere poſſet. Summa in hoc Epigrammate eſt exactio, & ſcripta omnia ejus accuratiſſime.

v. 9. PAVL-

9. PAULLATIM PRÆCEPS AUDACIA CREVIT.] Videbatur olim ſcribendum paullatim in præceps audacia crevit. Cum prima & poſtrema componat. Sed nec ulla nunc correctione opus cenſeo cum acumen in eo inſit quod audaciam, quæ perpetuò præceps eſt nunc, paullatim creviſſe di. ar de induſtria, & nulli omninò libri addicunt mutationi. Probet tamen etiam illam correctiunculam, qui volet, quiq; cenſebit horridiorem eſſe hãc acuminis obtruſionẽ. (Imò *Præceps eſt, in præceps.* Mamertinus Actione Gratiarum: *Mitto Veteris qui Saxo Tarpeio Præcepi dati, quorum bona publicata, domus eruta, interdicta poſteris nomina.*) Vitioſè in pari re ſcripſiſſe exiſtimo Germanicum, ſiquidem locus ejus corruptione vacat.

Præcipiti tractu Vaſtis demittitur Undis.

De quo alibi. Verum dictu eſt audaciam paullatim excreſcere, ſi quæ res ejus eſt ſubeunda ad nutum. Marcus Florus Quirilianus Ennodio, Declamatione Prima pro Cœco. *Innocentia per gradus certos ab homine diſcedit, & ut in maximis trepidet audacia diu vires in minoribus colligit. Nemo indi cœpit quo incredibile eſt perveniſſe.* Porrò ut ex uſu crebro rerum ſit audacia eas aggrediundi, ita ex Audacia, numeris Rationis circumſcripta, ſit demum Fortitudo. Ita eleganter hæc diſtinxit. B. Auguſtinus, Confeſſionum lib. VI. capite VIII. *Clamor qui per ejus aures intravit, & reſeravit ejus lumina, ut eſſet quà feriretur & dejiceretur, audax adhuc potius quam fortis animus.*

10. DEDIDICERE METUM.] Non quidem eum didicerant, ſed tamen habebant, nempè à natura. Dediſcere rem eſt eam paullatim ſcientia & uſu amittere, aut deponere. Lucanus, libro I.

longoq; tega tranquillior uſu
Dedidicit jam pace ducem.

Sulpitius Lupercus.

Sævaq; dediſcit prælia torvus aper.

Petronius: *Ubi fabulas & ante ſecura latrocinia dedidiciſtis?* Vincentius Lirinenſis Commonitorio: *Dediſcant benè quod didicerant non benè.*

11. IRRUPIT PELAGO.] Papinius, lib. VI.

pontum irrumpere freta Longius
Exſultat, quod edidit Beatinus, contrà omnes libros eſt: Nec tamen ineptum. Eſt enim exſultatio impetuoſa hilaritas. Prudentius Pſychomachia. ubi Patientia triumfat Iram. *Exſultans vitium ſolita virtute vicimus* Catullus de ſe Ipſo. *Otio exſultas, nimiumque gaudes.* Nos nihil mutandum ducimus.

12. COELUMQUE SECUTUS.] Eleganter Nauta cœlum ſequi dicitur, qui ab aſtris pendet, ut loquitur Valerius Flaccus. Sic de cera Plinius Cæcilius, quæ ad arbitrium ducentis flexilis eſt. lib. VII. Epiſt. IX.

Ut laus eſt Cera mollis faciliſque ſequatur
Si doctos digitos juſſaq; fiat opus.

Cujus elegantia in τῷ *fiat* ſita eſt, velut juſſione ſola, citrà operam ejus qui fingar, opus deſtinatum fiat; quod eſt encomium facilitatis. Pariter & Lucanus libro IX.

calido non ocyus Auſtro
Nix reſoluta cadat, nec Solem cera ſequetur.

Idem, libro II. *nimiumq; ſecuta eſt*
Quà morbi duxére, manus.

Prudentius in Caſſiano.

Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.

Sic & Claudianus, primo hujus Operis.

quæ tale ſequatur
Conjugium, Stygioſque velit pro Sole receſſus.

13. ÆGEAS HYEMES.] Mare Ægeum, cujus tempeſtates pro ſævioribus Poetis. Papinius lib. V. Silvarum.

Super Ægeas hyemes abeuntis amici.

Quia Ægeum mare turbidiſſimum. Artemidorus Onirocrit lib. II. cap. XII.

αἶγες γὰρ οὔτε λευκαὶ, οὔτε μέλαιναι ἀγαθαί,

θαὶ, ἀλλὰ πᾶσαι πονηραί. λευκαὶ μὲν ὕπερ, μέλαιναι δὲ μᾶλλον, καὶ μάλιστα τοῖς πλέουσι, καὶ γὰρ τὰ μέγαλα κύματα αἶγας δὲ τῇ συνηθείᾳ λέγομεν, ᾗ λάβρος ἐπαιγίζων, φησὶν ὁ ποιητὴς περὶ ζεφύρου ἀνέμου λέγων, καὶ τὸ φοβερώτατον πέλαγος Αἰγεῖον λέγεται.

Exſtat Encomium hujus maris apud Ariſtidem peculiari oratione operantem laudi ejus, quod erat pervectus. Pro ingenti copia per proverbium dixit Ennodius Dictione data Aratori: *nos horum omnium fiſtula ſumus; tu ut per nos meritu tuis ſatisfacias, quaſi Aegeum pelagus aut Pegaſeus gurges illabere.* Qui combinatione tamen illa non præter ſolitum ineptit. Maris hujus violentiam vide apud Conſtantinum Porphyrogenetam lib. I. Thematum. cap. XIV. Inſcitiſſimè libri quidam qui mutant ab hac lectione Claudiani. Jungit verò Aegæum mari Jonio, quod tempeſtates tam atroces inibi oriri conſueverint, ut miſceantur ipſi illi ſinus. Silius Italicus libro XV.

Vt cum ſævo fretis immiſit prælia Corus,
Iſthmon curvatâ ſublime ſuberigit undâ,
Et ſpumante ruens per ſaxa gementia fluctu
Ionium Aegæo miſcet mare.

Hyems tempeſtas quælibet. IV. Conſul. *tenebris involverat atris Lumen Hyems.* Hyems Numen apud Maronem lib. III. Aeneid.

JONIASQUE.] Omnes libri Scripti. JONIUM. Quod ad unum Ant. Delrij mutaſſe Joſ. Scaligerum nollem. Virgilius. *in Ionio immenſo.* Domare à terra tranſlatum, quæ aratro domari dicitur.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI
DE RAPTV PROSERPINÆ
LIBRVM PRIMVM

Animadverſiones.

RAptus Proſerpinæ in Theologia vetuſtiſſima Nationum Veritatis Luce carentium unum eſt de præcipuis figmentis, quo pacto omnium diſciplinarum, vitæque ſubſidiorum genera à Deo acceperint mortales, præſertim ſationem frugum, quam ſecutus eſt ordo vitæ civilis & legitimæ. Ut non vile neque proletarium argumentum ſuo illo ingenio capitali tractandum ſumſerit Claudianus, ſed quod ad Laudem Dei, Mortalitatis emolumenta & utilitatem egregiè pertineat, uti dubio procul videremus, niſi abſolutioni ſubtractus eſſet fatis properantibus, quo & Propoſitio ipſa Libri primi, & Oratio Jovis initio tertij nos manifeſtè ducunt, non parum amplius deſiderantes in amiſſione aut interceptione hujus Operis, quam vulgo quivis putet. Mythologia ipſa ſi altius inquiratur magnam partem implicet totius humanæ Theologiæ, quam & alibi nos fortaſſe explicabimus & notarunt quadamtenus jam Viri litterati, ſed non capit inſtituti operis hoc loco diſtrictio. Pictura non parum congrua expoſitam antiquitus edidit ſuis Diatribis in Auſonium. Ovidium & Solinum vir doctiſſimus Mariangelus Accurſius, & indicavit Georgius Fabritius in bonæ frugis libello quem Romam inſcripſit, cap. XX. Eam hic expingere etiam extra rem ſit, cum Commentario non parvo enarranda ſit, ut intelligatur, & nos Argumentum hoc totum aliorſum ſepoſuerimus. Ipſas, ut hoc perviam moneam, illas Mariangeli illius Diatribas debebant indere Philologorum Collectaneis viri eruditiſſimi, quibus ambitioſis titulis præſcriptis alios tales non exſtantes jam apud Bibliopolia reduxerunt in mundum Litteratum.

V. 1. INFERNI RAPTORIS EQUOS.] Rectè ſive à Claverio ſive Cujacio obſervatum eſt inſigne artificium horum Claudiani carminum, tantum opus concinna gravitate ordientium, quæ granditate & aſſurgendo in numeros Raptoris velut prodeuntis vehementiam non tam indicant ſolum, quam & ſimul exprimunt, cum ſtridore & horrore quodam litterarum, torvum & tetrum illum effigurantium. Simile in Papiniano Exordio notamus Animadverſionibus in eum Poetam. Talis litterarum concurſus feritatem rei ex-

rei exprimit etiam in illo, lib. II. Inf. à *ſtimulat communis in arma Virginitas, crimenque feri Raptoris acerbat.* Infernus autem quodcunque ſubter terram cenſetur. Gloſſæ priſcæ. *Infernus*, καταπτερ⊙, καταχθόνι⊙. Raro Latinis ipſum locum Pœnarum inferorum denotat, ſæpius vi adjiciendi, ut cum Litteratoribus loquamur, aliquid ad eum pertinens. Ut *inferna Leges* apud Propertium.

> *Cum ſemel infernas intrarunt funera Leges.*

Infernum Regnum apud Columellam, lib. X.

> *Et nunc inferno potitur Proſerpina Regno.*

Sic *Infernus Raptor* hoc loco. Lucanus, libro VII.

> *Stygij qua numina regni*
> *Infernumq; nefas.*

Virgilius *Iunoni inferna dictus ſacer.* In Gloſſis Græcolatinis: Ἅδης *infernus*, quas Chriſtiani hominis vel exinde doceatis. Niſi ſi in illis *Inferus* ſcribendum putaveris ut in Gloſſario Latino Græco, *Inferus*, Ἅδης, & apud ſcriptores Elegantes. Petrus Chryſologus, Sermone. LXV *jam lege noſtrâ vinctum, jam in Iure noſtro manentem, infractis clauſtris Inferi, conatur eruere.* *Cujus vice Orcum* dicunt veteres Latini, ut PLautus, Lucretius &c. Ethnici verò etiam locum malè functis vita ſcivere in locis ſubterraneis paratum ad Pœnas, quem ſanè indicant Sacræ Litteræ talem. Eſaiæ XIV ὁ ᾅδης κάτωθεν ἐπικράνθη.

Amos Propheta, cap. IX. *Si deſcenderint uſque ad infernum inde manus mea educet eos, ſi adſcenderint uſq; ad cœlum inde detraham eos.* Moyſes, lib. IV. cap. XVI. *Sin autem novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os ſuum deglutiat eos deſcenderintq; viventes in infernum. ſcietis quod blaſphemaverint Dominum.* Quia verò & ſuprà terram tale quid Scriptura nonnumquam loquitur, duo inferiorum geminorum loca intelligi voluerunt expoſitores, de quibus videas Julianum Pomerium Prognoſticorum lib. II. cap. V. VI. &c. Cum aliis quæ ex illa Rhapſodiâ huc pertinent. Sic *Inferna* dicuntur loca ſpeciatim illa deſtinata pœnis damnatorum. Lucillus Presbyter: *Damno ſenſum illum qui dicit ignes & inferna non eſſe.* Infernus, Orcus ſive Ἅδης pro ipſis Pœnis inferorum. Sæpè David Rex in Pſalmis, Theodotus Abucaras Tractatu de Quinque Iominis. Sed quod dixi infera illa loca etiam Nationibus nota fuiſſe, ubique litterarum patet, Auctor Aethnæ.

> *vates*
> *Subterris nigros noverunt carmine manes.*

Et τὰ νέρθε Callimacho pœnæ ipſæ inferorum cum toto regno.

> ὦ χαρίδα, τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότ⊙.

1. RAPTORIS.] Propriè de Virginibus rapi, ut in libris Juris Romani, quippè quæ reſiſtere non poſſunt, & nulla alia vi habent opus. Sic ferus Raptor Idem PLuto, Infrà lib. II. *ſtimulat communis in arma*

> *Virginitas, crimenque feri Raptoris acerbat.*

1. AD FLATAQUE CURRU] Temerata, attonita, perculſa. Nam à vi ignium ſupernorum, à peſtilenti & vehemente quolibet ſpiritu *adflari* talia denotat Afflare fulminibus proprium fecit quod etiam quæ procul ſunt leni, & tamen valenti, aura, ignis ille ſubtiliſſimus attingat Servius in Aeneidem. I.

> *Eſt fulmen quod terreat, eſt quod afflet.*

Papinius lib. IX.

> *Fulminis haud citius radiis afflata ſupreſſis*
> *Combibit infeſtas & ſtirpe & vertice flammas.*

Ab his venit uſus ad ſidera. Petronius: *animos juvenum ad magna ſurgentes peſtilenti quodam ſidere afflavit* Julius Obſequens: *ipſe Pompejus, afflatus ſidere, interiit.* Immò quemvis calorem. Alcimus Avitus.

> *radiis afflata calore* (tum.
> *Aruit, & poſito ramorum tegmine, trun-*

Per-

Perindè quod quem ſubita quadam vi percellit afflare dicimus. Valerius Maximus lib. VII. cap. V. *Metellum Conſulatus repulſa adflavit.* Ut & venena, noxiâ quadam penetratione. Avienus.

Peſtiferâ afflatu ſerpens vagus inquinat æthram.

Columella, lib. VIII. cap. V. *cavendum ne à ſerpentibus afflentur.* Cum etiam peſtilentiæ quodam velut flatu veniant. Unde Ovidius, lib. VII.

Peſtiferis calidi ſpirarunt æſtibus Auſtri.

Uode πνεῦμα pro peſtilenti ipſo morbo accepit Artaxerxes Rex, Epiſtola ad Pætum.

μάσιξιν ἀξιῶ τὸ πάθος, ἄλωκε κτ̃ τὸν ὄχλον, καὶ πολὺς ἄλυς πνεῦμα μέγα καὶ πυκνὸν ἔχων.

Et tenuis quælibet res afflatui æquatur, ut Odor apud Papinium, lib II.

Ogygiæ ſi quando afflavit Iacchi
Dulcis odor.

Quo loco ineptit gloſſator priſcus non aptè locutum eſſe ajens Papinium. *Afflari* etiam dicuntur qui inſpirantur divinitus, quos θεοπνεύστους Nonnus θεοφορημένους, & ἐμπνοιαν δαιμόνιον ἔχοντας. Lucianus appellat, qualem furorem ſibi adflari Claudianus noſter hoc Procemio infrà loquitur: quod genus perculſorum hominum ab ſuis actionibus vacare, & Deum pro animâ habere ſcribit in Arcanis Ægyptiorum Jamblychus. Valerius Flaccus lib. II. de Vate.

facit ipſa verendam
Nam Deus, exflatu non inſcia gliſcit anhelo.

Sic & Sacri Chriſtlaniq; homines, Spiritu Dei afflari dicuntur. Alcimus Avitus, lib. III.

Hiſtoriam cujus cœleſti numine Lucas
Tradidit afflatus.

Ut autem hîc à PLutone ſuperos adflari dicit Claudianus, ſic infernum Tiſiphonen à Sole Valerius Flaccus lib. III.

trepidam Phaeton adflavit ab alto
Tiſiphonem

Quod ex illo eſt Maronis, de homine defuncto.

Dixit, & afflatus vicino Sole, refugit.

Alecto loquitur priore noſtri in Rufinum.

Iam cupio Stygiis invadere nubilus aſtra
Iam flatu violare diem.

Hoc enim nefas putabāt, functorum aliquem diem aſpicere. Tragici in Hercule Furente, & alibi.

1. CURRU.] Quo vectus PLuto erupiſſe inferis credebatur. Papinius lib. VIII. perſona Amphiarai.

fugiat ne triſtis in antrum
Cerberus, aut noſtros timeat Proſerpina Currus.

Quod de Theſeo omnino perperam intelligit Lutatij nomine Scholiaſtes, quem curru ad inferos veniſſe nullæ dicunt fabulæ.

2. TÆNARIO.] Infero. Tænarus Spartiatarum Promontorium, quo loco deſcenſum ad inferos fingunt Poëtæ. Nam re vera ibi ſpecum nullam eſſe, & in congruum omnino figmentum, ſcribit Pauſanias fine Laconicorum. Ovidius, lib IX.

Ad Styga Tænaria eſt auſus deſcendere portâ.

Seneca, Hercule Furente.

Denſis ubi æquor Tænarus ſilvis premit,
Hic ora ſolvit Ditis inviſi domus

Vide Suidam. Eadem ſe deſcendiſſe ad Inferos ſcribit Orphei nomine Poeta optimus, cujus Argonautica habemus.

Ἀλλὰ δὲ σοι κατέλεξ' ἅπερ εἴσιδον, ἠδ' ἐνόησα,
Ταίναρον ἡνίκ' ἔβην σκοτίην ὁδὸν ἄϊδος εἴσω,
Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ.

notat ChroniconAlexandrinum, vid Lib.CXIX.Adv.cap.XX.

341. SIC VTERVS CRESCAT MARIÆ.] Vltimum votorum ad felices & auſpicatas nuptias. ſobolis proventus. Himerius Declamator.

ἐγὼ σὰς παρ᾽ αὐτὸν τὸν θάλαμον τύχη, καὶ Ἔρωσι γενεθλίοις προσεύζομαι, τοῖς μὲν προξενεῖν εἰς τέλος, τῇ δὲ, διδόναι βίον, τοῖς δὲ παίδων γνησίων γένεσιν, ἵνα τῷ γαμηλίῳ κρατῆρι καὶ τὴν γενέθλιον σπονδὴν συνάψωμεν.

341. NATVS IN OSTRO.]Ipſo ortu ſuo ingrediens Principatum. In Honorio hanc nativitatem in purpuram celebravit Panegyricis ſuperioribus aliquoties, hic ſobolem patre non infeliciorem vovet. Pueri autem aliorum linteaminibus excipiebantur. Exemplum in Albino Capitolini. Cui iſtud contulimus lib.CLIV. Adverſar.cap.XX. Locus autem nativitatis etiam honorabilis ſapientibus. Sic filium obteſtatura ſancta mulier, in cubile illud eum ſeſſum ducit, ſuper quo editus fuerat in lucem, apud Chryſoſtomum, libro I. aureolorum quos de Sacerdotio vir eximius dedit.

342. PARVUS HONORIADES.] Blanditur pueri adhuc gignendi præſtitutioni imaginariæ. Catullus Epithalamio Manlii.

Torquatus volo parvulus
Matris è gremio ſua
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem
Semihiante labello.

342. GENIBVS CONSIDAT AVITIS] Stiliconis dicit. Mos ut parentes recens natos liberos tollerent, genibus imponerent, vetuſtiſſimus. Moyſes Geneſ.XXX. Ingredere ad illam, ut pariat ſuper genua mea. Cap.L. filii quoque Machir, filii Manaſſe, nati ſunt in genibus Joſeph. Hiob. cap.III. Quare non in vulva mortuus ſum? Quare exceptus genibus, cur lactatus uberibus? Homerus. Iliad. IX.

στυγερὰς δ᾽ ἐπεκέκλετ᾽ ἐρινῦς Μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέζεσθαι φίλον υἱὸν ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα.

Apud Romanos Græcoſq; eumdem agnoſcunt Comœdiæ, notaruntque alii pridem. Et nos alibi pluribus. Sic natam ſibi filiam Jovis Capitolini genibus impoſuit Caligula. Vide Suetonium. Id eſt pro filia ejus eam haberi voluit.

FINIS ANIM. IN NVPTIAS HONORII.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI, *DE RAPTV PROSERPINÆ LIBRVM PRIMVM.*

ANIMADVERSIONES.

Ad Præfationem.

ARGVMENTVM hujus Epigrammatis eſt, Poetam minutis & velut extemporalibus hactenus Poematis opera data, confirmatum Famæ, audere nunc majora, & Opus egregium condere velle, unde Gloriam ſibi inter prima nomina conſecret. Huc tendit nauta iſte, qui prius quam magno mari ratem ſuam credat, in minutis fluviolis ſtagniſq; experimenta artis fecit, quibus confirmatus vela ad extremum ventis date, & aperto ſe pelago credere audet. Apparere autem facile hinc poteſt non vilis operæ opus Claudianum ſuſcepiſſe, ut & propoſitio arguit, totam videlicet Vitæ humanæ meliorem fortunam & diſciplinam cantaturum pollicentis. Similitudo autem de Nauta ſtagni oras aut flumina primum tutiora legente, non eſt injucunda ſummis ſcriptoribus, quorum imitatione ſibi eam Claudianus applicavit. Ovidius.

Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

Statius lib. VI. Theb. quem ſolens exprimit noſter.

Ceu primum auſuræ trans alta ignota biremis
Seu Tyrrhenam hiemem, ſeu ſtagna Ægæa laceſſunt,
Tranquillo prius arma lacu, clavumque, leveiſque
Explorant remos atque ipſa pericula diſcunt,
At cum experta cohors tum pontum irrumpere freta
Longius, ereptaſque oculis non quærere terras.

Ea eſt vera illorum verſuum lectio, vulgo temerata, dum biremis omnibus editionibus promulgatur. Inepte prorſus, dum plane enim caſſum redditur illud *cohors*, à quo pendet ſententia. Nemeſianus pariter, Cynegetico.

taliquæ placet dare lintea Curæ

Dum non magna ratis vicinis ſueta teneri
Littoribus, tutoſque ſinus percurrere remis,
Nunc primum dat vela notis, portuſque fideles
Linquit & Adriacas audet tentare procellas.

Et Proſper, modo is ſit, Libro elegantiſſimo de Providentia.

Iſta quidem melius divinis edita libris
Cognoſcenda forent, ubi legis in æquore aperto
Promtum eſſet ventis dare libera vela ſecundis,
Sed quoniam rudibus metus eſt tentare profundum,
In tenui primum diſcant procurrere rivo.

Ambroſius lib.I. Officior. cap. X. *qui navim in mari regere gubernaculis ſtudet vel remis ducere prius in fluvio præludit.* Hilarius l. de Trinitate. *Cum forenſes lites Scholares materia tentaverint, tunc mittuntur ad tribunalium pugnas. Cum in ſtagnis domeſticis navem nauta intrepidus inſtruxerit, tunc magni & peregrini maris committitur procellis.* Eodem pertinet periculum in quo ſe eſſe ajunt auctores dum non ſatis validis lacertis opus aliquod arduum aggrediuntur, non ſecus ac qui rudi navicula maris fluctus ſuetintingreſſi. Benedictus Paulinus, lib.II. de Vita B. Martini.

Panditur, ecce, novum pelagus, flatuſque benigni
Rimoſam in medios fluctus traxere carinam
Ac dum placati rapiunt me gaudia ponti,
Irrumpit vaſtum temeraria cymba profundum,
Vix vel vicinis bene radens littora terris.
Nunc quid ago, & dubiam trepidus quo dirigo proram?
FLamina ſollicitant curſum, formido regreſſum.
Pergamus, quia terra procul, quo traxerit unda.

Præfationes recitandis carminibus à ſcena ſunt ſumtæ, ubi προαύλια quædam ingreſſum faciebant cautionibus & actionibus, vide Scaligerum lib.I. cap. LVI. Poetices Claudiani quidem ævo familiares Præconibus Laudum Regiarum, ut ex ejus more, utique perpetuo, Sidonii imitatione, aliiſque conſtat, adeo quidem ut & Oratoribus acceſſerint, velut videri poterit tum alibi tum apud Themiſtium Oratione XVI. &c.

2. RVDIBVS REMIS.] Rude eſt quicquid inexpertum propoſitæ rei eſt, ideoque ad eam ineptum etiam. Et hoc inde, quia nulla ars aut ſcientia non rudia habuit initia, ſecundum Xenophanis ſententiam.

Οὔτοι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ θνητοῖς ἀπέδειξαν,
Ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον.

Et Gratius, initio Cynegetici Deos auſpicia dediſſe ſola artibus hominibus ad eas exigendas induſtria opus fuiſſe docte docet.

primum auſpicium Deus artibus, altaq; circum
Fundamenta dedit, tum partes quiſque ſecutus
Exegere ſuas, tetigitque induſtria finem

Sic Puer, vitæ rudis, nullum illius uſum habens. Claudianus, Conſulatu VI. Honorii.

Teque, rudem vitæ, ſocium ſumebat honorum.

Sic rudes remi hoc loco, & rude æquor, non adſuetum vehendis navibus. Papinius, libro III. Silvarum.

Quis rude, & abſciſſum miſeris mortalibus, æquor
Fecit iter

2. SOL

2. SOLLICITAVIT AQUAS.] Sollicitari ad difficultatem pertinet, ab animatis ad inanima tradvctum. Primo hujus Operis.

tenerum jam pronuba flamma pudorem
Sollicitat

Laceſſere in eam rem dixit Horatius.

quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Idem de terra primum tentata Tibullus libro I.

Primus aratra manu ſollerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitavit humum.

v.3. DVBIIS FLATIBVS.] Incertam ventorum fidem inceſſere vult, ut *dubiam* omnis tempeſtatum vis, qua de re ad IV. Conſul. Honorii.

v.3. COMMITTERE.] Fidei velut eorum credere, Juvenalis.

I nunc & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno

v.3. ALNUM.] Papinius, Thebaide VI.

Alnus amica fretis

Lucanus, lib. III. *& fluctibus aptior alnus.* Hinc quæ firma velis aquis inædificare, alno imponas aut exſtruas docet Palladius Æmilianus lib. XII. de Re Ruſtica cap. XV. Ipſas provenire ad flumina notum, & Theophraſtus docet, Hiſtor. lib. III. cap. XIV.

4. NATVRA NEGAT.] Vti clarum ex corporum, ut Chriſtiani loquuntur, factura. Similiter in alia re Juvenalis.

Si natura negat facit indignatio verſum.

Etiam contra conditionem videlicet hominis Amuſi. Simili modo Horatius.

Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via.

Hericus Altiſſiodorenſis, libro VI.

cui ſubjacet omne
Quod natura negat

Veteres vero navigiorum uſum contra Voluntatem Deorum & conditionem humanæ Naturæ inventum ajebant. Xenocrates ſive Æſchines Socraticus in Axiocho:

ἀλλὰ τὸν πλωτικὸν καταλεξώμεθα παρειμένον διὰ ποσῶν ἢ κινδύνων, καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν, ὁ γὰρ ἐπίγειος ἄνθρωπος, ὡς ἀμφίβιος αὑτὸν εἰς τὸ πέλαγος ἔρριψεν, ἐπὶ τῇ τύχῃ πῶς γενόμενος.

Vnde Deum freta Argonauticorum initio dixit erudiciſſimus Poeta Valerius Flaccus, cujus locum ſupra contra ſciolos tuebamur. Statius Propemtico libro III. Silvarum.

Quis rude, & abſciſſum miſeris mortalibus æquor
Fecit iter? ſolidæque pios telluris alumnes
Expulit in fluctus, pelagoq; immiſit hiantes?

Columella Præfatione: *ut rupto fœdere natura, terreſtre animal homo ventorum & maris objectus ira ſe fluctibus audeat credere?* Horatius lib. I. Od. III. Pedo apud Senecam, &c.

5. TRANQUILLIS UNDIS.] Lacum aut ſtagnum intelligit. Papinius modo nominato Carmine. Quem exprimere voluit noſter.

Vſque adeone parum lentas tranſire paludes,
Stagnaque, & anguſtos ſubmittere pontibus amnes,
Imus in abruptum

B. Hieronymus, de muliere ſepties percuſſa: *ſuper onerariam navem rudis vector imponor, & homo qui nec dum ſcalmum in lacu rexi Euxini maris credor fragoribus.*

5. CREDIDIT VNDIS.] Commiſit vitam iis ſuam. Vt navigantium audaciam

 deſcri-

deſcribant Poetæ aliique ſcriptores, eredere ſe eos ajunt fluctibus, ventis, mari, quorum omnium tamen nullam prorſus eſſe fidem nemini non conſtet. Seneca:

Animam levibus eredidit Auris.

Pedo, de Navigatione Germanici.

Seque feris credunt per inertia fata marinis.

Qui inertia fata tarda & morantia dixit, jus ſuum velut oblita, quæ nimirum deceat tantam audaciam non inultam relinquere, uti corripere mortem gradum eadem tali re. Horatius.

Semotique prius tarda neceſſitas
Lethi, corripuit gradum

Pendere profundo navigantes, nutui nempe marinæ tempeſtatis addictos, eleganter ait Avienus, Arato.

exſul ab Oris
Omnibus externas veheret per inhoſpita Gazas
Aequora, & incerto penderet ſæpe profundo.

Columellæ idem dicentia verba modo adſcripſimus. Sic Q. Cicero Epigrammate in Fidem Muliebrem.

Crede ratem ventis animum ne crede puellis,
Namque eſt fœminea tutior unda fide.

Fauſtus Reienſis lib.I. de Lib. Arbitrio: *proviſo gubernatore navim fluctibus eredunt.* Gildas Sapiens, ut volunt, Querulo: *Age igitur conſcende maria, te tuoſq; pariter undis & ventis eredito.* Interpres Apollonii Tyrii: *Hora noctis tertia navim adſcendit & tradidit, eſe.* Sic Pelago, ut dixi, fides prorſus adimitur, cui velut opprobrium cecinit Nemeſianus Cynegetico, *dum fidelem* terram dixit: Caſilis in Reſponſis ἢ ἄπιςον, θάλαττα. Eſtque verum quod Ornatiſſimus ab Homero Poetarum Quintus, qui vocatur, Smyrnæus dixit ναύτῃ γὰρ ἀεὶ σχέδον εἰσὶν ὄλεθρος. Et Anacharſis Scytha, nullo Sapientum veterum minor, μαθὼν πέτλαρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεὼς, τοσῦτον, ἔφη, τοῦ θανάτου τοὺς πλέοντας ἀπέχειν.

Scitius vero vere Sapientes qui navigiorum uſum etiam, non vacaturo pelago, divinitus hominibus datum decidunt. Auctor Libri Sapientiæ, cap. XIV. *Tua autem, Pater, Sapientia ab initio cuncta gubernat, quoniam dediſti & in mari viam & inter fluctus ſemitam firmiſſimam. Oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſanare, etiamſi ſine rate aliquis adeat mari. Sed ut non eſſent vacua Sapientia tua Opera, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas ſuas & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt.*

6. SECVRO TRAMITE.] *Trames* iter eſt tutum per medios errores, ambiguaſque vias. Fauſtus lib.I de Lib. Arbitrio *Hoc itaq; loco gemini inter ſe colluctantur errores, quorum unus ſolam Gratiam alter ſolum Laborem, relicto tramite atque menſura Veritatis, inſinuat.*

6. LITTORA LEGENS.] Nautica locutio, *ἀντὶ τοῦ præterire, tranſire* Papinius, lib. III. *viridiſque legit devexa Proſymna* id eo loci notat Lutatius interpres. Virgilius.

Litteraque Epiri legimus

Minutius Felix Octavio: *eram curvi molliter littoris iter fabulis fallentibus, legebamus.*

7. LONGOS TENTARE SINUS.] Immenſos, longinquos. Sic μακρὰ θάλασσα Poetis Græcorum. Notavi alibi etiam his, puto Animadverſionibus. Sic longum Clamate Appuleius, *longitudines itinerum* Sidonius lib. VII. Epiſt I dixit. Avienus Arateis:

neque longis navita terris.
Inſinuare ratem jus fecerat

8. LENI CEPIT.] Nondum auſus vehementi tentavit primo leni vento quomodo vela credere poſſet. Summa in hoc Epigrammate eſt exactio, & ſcripta omnia ejus accuratiſſime.

9. PAULLATIM PRÆCEPS AUDACIA CREVIT.] Videbatur olim ſcribendum paullatim in præceps audacia crevit. Cum prima & poſtrema componat. Sed nec ulla nunc correctione opus cenſeo cum acumen in eo inſit quod audaciam, quæ perpetuò præceps eſt nunc, paullatim creviſſe dicat de induſtria, & nulli omninò libri addicunt mutationi. Probet tamen etiam illam correctiunculam, qui volet, quiq; cenſebit horridiorem eſſe hâc acuminis obtruſionẽ. (Imò *Præceps eſt, in præceps.* Mamertinus Actione Gratiarum: *Mitto Veteres qui Saxo Tarpeio Præceps dati, quorum bona publicata, domus erutæ, interdicta poſteris nomina.*) Vitiosè in pari re ſcripſiſſe exiſtimo Germanicum, ſiquidem locus ejus corruptione vacat.

Præcipiti tractu Vaſtis demittitur Undis.

De quo alibi. Verum dictu eſt audaciam paullatim excreſcere, ſi quæ res ejus eſt ſubeunda ad nutum. Marcus Florus Quintilianus Ennodio, Declamatione Prima pro Cæco. *Innocentia per gradus certos ab homine diſcedit, & ne in maximis trepidet audacia diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit quo incredibile eſt perveniſſe.* Porrò ut ex uſu crebro rerum fit audacia eas aggrediundi, ita ex Audacia, numeris Rationis circumſcripta, fit demum Fortitudo. Ita eleganter hæc diſtinxit. B. Auguſtinus, Confeſſionum lib. VI. capite VIII. *Clamor qui per ejus aures intravit, & reſeravit ejus lumina, ut eſſet quà ferretur & dejiceretur, audax adhuc potius quam fortis animus.*

10. DEDIDICERE METUM.] Non quidem eum didicerant, ſed tamen habebant, nempè à natura. Dediſcere rem eſt eam paullatim ſcientia & uſu amittere, aut deponere. Lucanus, libro I.

longoq; togæ tranquillior uſu
Dedidicit jam pace ducem.

Sulpitius Lupercus.

Sævaq; dediſcit prælia torvus aper.

Petronius: *Ubi fabulas & ante ſecura latrocinia dedidiciſtis?* Vincentius Lirinenſis Commonitorio: *Dediſcant benè quod didicerant non benè.*

11. IRRUPIT PELAGO.] Papinius, lib. VI.

pontum irrumpere freta Longius

Exſultat, quod edidit Bentinus, contrà omnes libros eſt: Nec tamen ineptum. Eſt enim exſultatio impetuoſa hilaritas. Prudentius Pſychomachia. ubi Patientia triumfat Iram. *Exſultans vitium ſolita virtute vicimus* Catullus de ſe Ipſo. *Otio exſultas, nimiumque gaudes.* Nos nihil mutandum ducimus.

11. COELUMQUE SECUTUS.] Eleganter Nauta cœlum ſequi dicitur, qui ab aſtris pendet, ut loquitur Valerius Flaccus. Sic de cera Plinius Cæcilius, quæ ad arbitrium ducentis flexilis eſt. lib. VII. Epiſt. IX.

Ut laus eſt Ceræ mollis facilisque ſequatur
Si doctos digitos juſſaq; fiat opus.

Cujus elegantia in τῷ *fiat* ſita eſt, velut juſſione ſola, citrà operam ejus qui fingat, opus deſtinatum fiat; quod eſt encomium facilitatis. Pariter & Lucanus libro IX.

calido non ocyus Auſtro
Nix reſoluta cadat, nec Solem cera ſequetur.

Idem, libro II. *nimiumq; ſecuta eſt*
Quà morbi duxére, manus.

Prudentius in Caſſiano.

Raptimque punctis dicta prapetibus ſequi.

Sic & Claudianus, primo hujus Operis.

quæ tale ſequatur
Conjugium, Stygiosque velit pro Sole receſſus.

12. ÆGEAS HYEMES.] Mare Aegæum, cujus tempeſtates pro ſævioribus Poetis. Papinius lib. V. Silvarum.

Super Aegeas hyemes abeuntis amici.

Quia Aegeum mare turbidiſſimum. Artemidorus Onirocrit lib. II. cap. XII.

αἶγες γὰρ οὔτε λευκαὶ, οὔτε μέλαιναι ἀγαθαὶ,

θαί, ἀλλὰ πᾶσαι πονηραί. λευκαὶ μὲν ἧττον, μέλαιναι δὲ μᾶλλον, καὶ μάλιστα τοῖς πλέουσι, καὶ γὰρ τὰ μεγάλα κύματα αἶγας ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν, ἢ λαβρὸς ἐπαιγίζων, φησὶν ὁ ποιητὴς περὶ σφοδροῦ ἀνέμου λέγων, καὶ τὸ φοβερώτατον πέλαγος Αἰγεῖον λέγεται.

Exſtat Encomium hujus maris apud Ariſtidem peculiari oratione operantem laudi ejus, quod erat pervectus. Pro ingenti copia pet proverbium dixit Ennodius Dictione data Aratori : *nos horum omnium fiſtula ſumus ; tu ut per nos meritis tuis ſatisfacias , quaſi Aegeum pelagus aut Pegaſeus gurges illabere.* Qui combinatione tamen illa non præter ſolitum ineptit. Maris hujus violentiam vide apud Conſtantinum Porphytogenetam lib. I. Thematum. cap. XIV. Inſcitiſſimè libri quidam qui mutant ab hac lectione Claudiani. Jungit verò Aegæum mari Jonio, quod tempeſtates tam atroces ibi oriri conſueverint, ut miſceantur ipſi illi ſinus. Silius Italicus libro XV.

Vt cum ſævo fretis immiſit prælia Corus,
Iſthmon curvatâ ſublime ſuberigit undâ ,
Et ſpumante ruens per ſaxa gementia fluctu
Ionium Aegeo miſcet mare.

Hyems tempeſtas quælibet. IV. Conſul. *tenebris involverat atris Lumen Hyems.* Hyems Numen apud Maronem lib. III. Aeneid.

JONIASQUE.] Omnes libri Scripti, JONIUM. Quod ad unum Ant. Delrij muraſſe Joſ. Scaligerum nollem. Virgilius, *in Ionio immenſo.* Domare à terra translatum, quæ aratro domari dicitur.

CASP.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI *DE RAPTV PROSERPINÆ* *LIBRVM PRIMVM*

Animadverſiones.

R*Aptus Proſerpinæ* in Theologia vetuſtiſſima Nationum Veritatis Luce carentium unum eſt de præcipuis figmentis, quo pacto omnium diſciplinarum, vitæque ſubſidiorum genera à Deo acceperint mortales, præſertim ſationem frugum, quam ſecutus eſt ordo vitæ civilis & legitimæ. Ut non vile neque proletarium argumentum ſuo illo ingenio capitali tractandum ſumſerit Claudianus, ſed quod ad Laudem Dei, Mortalitatis emolumenta & vtilitatem egregiè pertineat, uti dubio procul videremus, niſi abſolutioni ſubtractus eſſet fatis properantibus, quo & Propoſitio ipſa Libri primi, & Oratio Jovis initio tertij nos manifeſtè ducunt, non parum amplius deſiderantes in amiſſione aut interceptione hujus Operis, quam vulgo quivis putet. Mythologia ipſa ſi altius inquiratur magnam partem implicet totius humanæ Theologiæ, quam & alibi nos fortaſſe explicabimus & notarunt quadamtenus jam Viri litterati, ſed non capit inſtituti operis hoc loco diſtinctio. Pictura non parum congrua expoſitam antiquitus edidit ſuis Diatribis in Auſonium. Ovidium & Solinum vir doctiſſimus Mariangelus Accurſius, & indicavit Georgius Fabritius in bonæ frugis libello quem Romam inſcripſit, cap. XX. Eam hic expingere etiam extra rem ſit, cum Commentario non parvo enarranda ſic, ut intelligatur, & nos Argumentum hoc totum aliorſum ſepoſuerimus. Ipſas, ut hoc perviam moneam, illas Mariangeli illius Diatribas debebant indere Philologorum Collectaneis viri eruditiſſimi, quibus ambitioſis titulis præſcriptis alios tales non exſtantes jam apud Bibliopolia reduxerunt in mundum Litterarum.

V.1. INFERNI RAPTORIS EQUOS.] Rectè ſive à Claverio ſive Cujacio obſervatum eſt inſigne artificium horum Claudiani carminum, tantum opus concinna gravitate ordientium, quæ granditate & aſſurgendo in numeros Raptoris velut prodeuntis vehementiam non tam iudicant ſolum, quam & ſimul exprimunt, cum ſtridore & horrore quodam litterarum, torvum & tetrum illum effigurantium. Simile in Papiniano; Exordio notamus Animadverſionibus in eum Poetam. Talis litterarum concurſus feritatem rei ex-

Periadè quod quem ſubita quadam vi percelleret afflare dicimus. Valerius Maximus lib. VII. cap. V. *Metellum Conſulatus repulſa adflavit.* Ut & venena, noxiâ quadam penetratione. Avienus.

Peſtiferoq[ue] afflatu ſerpens vagus inquinat æthram.

Columella, lib. VIII. cap. V. *cavendum ne à ſerpentibus afflentur.* Cum etiam peſtilentiæ quædam veluti flatu veniant. Unde Ovidius, lib. VII.

Peſtiferis calidi ſpirarunt æſtibus Auſtri.

Unde πνεῦμα pro peſtilenti ipſo morbo accepit Artaxerxes Rex, Epiſtola ad Pætum.

μάστιξιν ἀξιῶ τὸ πάθος, ἄλωκε κατὰ τὸν ὄχλον, καὶ πολὺς ἄλυς πνεῦμα μέγα καὶ πυκνὸν ἔχων.

Ceterùm quælibet res afflatui æquatur, ut Odor apud Papinium, lib II.

Ogygiï ſi quando afflavit Iacchi
Dulcis odor.

Quo loco ineptit gloſſator priſcus non aptè locutum eſſe ajens Papinium. *Afflari* etiam dicuntur qui inſpirantur divinitus, quos θεόπνευστους Nonnus θεοφορουμένους, & ἐμπνοίαν δαιμόνιον ἔχοντας. Lucianus appellat, qualem furorem ſibi adflari Claudianus noſter hoc Proœmio infrà loquitur: quod genus perculſorum hominum ab ſuis actionibus vacare, & Deum pro animâ habere ſcribit in Arcanis Ægyptiorum Jamblychus. Valerius Flaccus lib. II. de Vate.

facit ipſe[que] verendam
Nam Deus, ex flatu non inſcia gliſcit anhelo.

Sic & Sacri Chriſtianiq; homines, Spiritu Dei afflari dicuntur. Alcimus Avitus, lib. III.

Hiſtoriam cujus cœleſti numine Lucas
Tradidit afflatus.

Ut autem hic à PLutone ſuperos adflari dicit Claudianus, ſic infernum Tiſiphonen à Sole Valerius Flaccus lib. III.

trepidam Phaeton adflavit ab alto
Tiſiphonem

Quod ex illo eſt Maronis, de homine defuncto.

Dixit, & afflatus vicino Sole, refugit.

Alecto loquitur priore noſtri in Rufinum.

Iam cupio Stygiis invadere nubibus aſtra
Iam flatu violare diem.

Hoc enim nefas putabāt, functorum aliquem diem aſpicere. Tragici in Hercule Furente, & alibi.

1. CURRU.] Quo vectus PLuto erupiſſe inferis credebatur. Papinius lib. VIII. perſona Amphiarai.

fugiat ne triſtis in antrum
Cerberus, aut noſtros timeat Proſerpina Currus.

Quod de Theſeo omnino perperam intelligit Lutatij nomine Scholiaſtes, quem curru ad inferos veniſſe nullæ dicunt fabulæ.

2. TÆNARIO.] Infero. Tænarus Spartiatarum Promontorium, quo loco deſcenſum ad inferos fingunt Poëtæ. Nam revera ibi ſpecum nullam eſſe, & in congruum omnino figmentum, ſcribit Pauſanias fine Laconicorum. Ovidius, lib IX.

Ad Styga Tænaria eſt auſus deſcendere portâ.

Seneca, Hercule Furente.

Denſis ubi æquor Tænarus ſilvis premit,
Hic ora ſolvit Ditis inviſi domus

Vide Suidam. Eadem ſe deſcendiſſe ad Inferos ſcribit Orphei nomine Poeta optimus, cujus Argonautica habemus.

Ἄλλα δέ σοι κατέλεξ' ἅπερ εἴσιδον, ἠδ' ἐνόησα,
Ταινάρου ἡνίκ' ἔβην σκοτίην ὁδὸν Ἄϊδος εἴσω,
Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ.

Eſt hoc Poëris decantatiſſimum. Vide Euripidem Herculc Furente. Virgilium, Georgico.IV. Papinium.II. Thebaid. Ovidium lib. X. Boethium de Cõſolat. Philoſ. lib. III. Carm. XII. Similis locus ſive inferorum Porta in Specu Acheruſio, de quo Xenophon Anabaſi. VI. *Sidera* dicit *Diem, Solem, Lucem*, de cujus vocis uſurpatione non ſatis omnibus perſpecta ſuprà.

2. CALIGANTES.] Tenebrarum enim Regnum apud Inferos. Sæpè ſcriptura. Caligo eſt abſentia Lucis, ut ait Evagrius Monachus in Sententijs. Lucis vero apud Inferos, niſi in Elyſiis campis, nihil. *Caligo* Nox eſt. Cicero Arato.

Atq; aram tenui Caligo veſtiet Umbrâ.

Ut optimè legit eruditiſſimus Grotius. Albricus de Deorum Imaginibus, capite X. *Credebant enim antiqui omnes animas ad Inferos deſcendere, ibique cum PLutone in caligine perpetuâ manere.* Sic μέγα σκότος ibidem agnoſcit Callimachus, verbis modò poſitis. Caligo, obtenebratio viſus, aut denſiores nebulæ. Higinus Fab. XIV. *ex his Lynceus ſub terrâ quaq; latentia vidiſſe dicitur, neque ullâ caligine inhibeatur.* Eidem Higino duo memorantur principia unde cætera omnia Deorum millia fuerint prodita, *Caligo & Chaos.*

CALIGANTESQUE.] Meritò penes eum tenebræ qui eſt omnis Lucis conſumtor, & cujus regni nemo renuntiavit umquam ſuperis ſtatum. Sic *atterrima Proſerpina* dicit Apulejus libro VI. Metamorph. *Nigrum Ditem* Silius Italicus, libro VIII. Punicorum.

Nigro fortè Iovi, cui tertia regna laborant,

Atque atri ſocia thalami. &c.

Quomodo & Papinius libro II. Sic hoſtem humani generis infeliciſſimum nigrum indigitant Chriſtiani Scriptores. Sedulius libro III.

Quin etiam rabidas nigrorum depulit iras

Spirituum

Idem. *Nec tantum hoc gaudete viri, quod Spiritus ater*

Subjacet

Juvencus, Libro II.

Occurrit miſeram cui mentem Spiritus ater

Horrendâ opplebat lacerans virtute furoris.

Arator, Libro I.

hoſteſq; à ſenſibus atros

Proijcit, ac nebulas larvalibus exuit artus.

Et in viſionibus tali colore Dæmonas videre Viri Sancti. Zacharias Pontifex Vita Benedicti, ex Gregorio Magno, cap. IV. εἶδεν ὁ ἅγιος, καὶ ἰδοὺ νεανίσκος τις αἰθίοψ τῷ εἴδει κρατήσας τὸ πτερύγιον τοῦ ἱματίου τοῦ ἀδελφοῦ ἐκείνου τοῦ ἐν τῇ προσευχῇ καρτερῆσαι μὴ δυναμένου ἦλθεν ἔξω τῆς Ἐκκλησίας.

Sic *nigros* dicebant mortuos Servius Eclogâ. V. *Candidus, id eſt Deus, ut contrà mortuos nigros dicimus.* Ad quem vide non inamœna apud Martinum Roam libro VI. cap. XV. Singularium.

2. PROFUNDÆ.] Inferæ. Papinius, Thebaide. I.

ſua dona profunde

Reddit habere Iovi

Lucanus, lib. I. *Ditiſq; profundi*

Pallida regna petunt.

Statij locum de inſatiabili perperam & hunc exponit Lutacius Placidus. Ipſe Statius, lib. VIII. *vidi ipſe profunda.*

Noctis iter:

3 JUNONIS.] Proſerpinæ, quæ Inferorum Juno Silius lib. XIII.

conjux Iunonis Averna.

Virgilius. *Iunoni inferna dictus ſacer.* Sic Juppiter inferorum PLuto. Quo pertinet alter ex duobus Juppiter Xenocratis, quem ὕπατον & νέατον finxiſſe ſcribit Clemens Alexandrinus, lib. V. Stromatum. Arnobius libro II

Iuppi

Iuppiter tam ſupernus quam Stygius. Lutatius idem ad Librum IV. Thebaidos: *Pythagoras dicit duo eſſe Hemiſphæria, quibus proprios Deos aſſignat, & facit ſuperioris Regem Iovem & Reginam Iunonem; Inferioris Ditem eſſe Iovem inferum. Proſerpinam Iunonem infernam: Et duas Veneres, unam ſupernam, & alteram Libitinam, & alios Deos binos conſtituit, Hecaten, ſicut Ditem Iovem, ita & hanc Stygiam Iunonē.* Junonis illius thalami ſunt ex Papinii ejusdem libr. IV. *Stygiaque ſeveros Iunonis thalamos & mœſta cubilia cerno.*

3. AUDACI CANTU.] Quia de rebus divinis non citrà temeritatem loqui humanum os cenſetur, aut eas omninò homo contingere. Horatius.

> *Audax Iapeti genus.*
> *Ignem fraude malâ gentibus intulit.*

Sic Chriſtiana myſteria decantaturus Sedulius lib. I.

> *nullisq; abolenda per ævum*
> *Temporibus conſtant virtutum ſigna tuarum,*
> *Ex quibus audaci perſtringere pauca relatu*
> *Vix animis committo meis.*

Pagani verò exinde *audaces* tales narrationes dicere poſſint, quod ſtudio myſteria eorum erant involuta ut timorem facerent auſcultaturis. Demetrius Phalereus.

τὰ μυστήρια ἐν ἀλληγορίαις λέγεται πρὸς ἔκπληξιν καὶ φρίκην ὥσπερ ἐν ἀδύτῳ καὶ νυκτί.

3. PRODERE CANTU.] Sic edidit Claverius. At Scaliger *promere* Cui aſſentitur vulgus univerſum Belgarum gregis, habetque Noſter, inſuper, cum Aldinis & Camerti Collatis. Mihi illud Claverianum magis arrideat propter res minimè vulgares hac tractatione comprehendendas.

4. MENS CONGESTA.] In ſe ipſam, nullis adſcititiis, aut aliundè accerſitis viribus; neque eſt inſolens dictu, unam, tamen, licet virium inconcluſarum, animam in ſeſe adigi, ut oblita omnium externorum vacet ſibi, & ita collecta & inſpirata Deo efferat in vulgus quę concepit illa ſui divina congeſtione. Hoc genus infiniti ſapientiſſimiq; ſcriptores agnoſcunt & prædicant, ut minimè omnium Claudiano ejus Gratia fuerit lis movenda ab ingenio ingenti Julii Scaligeri, ſic *egredi* in vulgus animam, & in ſe regredi poſſe ſapienter ſcivit Jamblychus in Arcanis Aegyptiorum, cap. XIIX. Sic Plato retulit credere nonnullos Sapientum ab obitu ex corpore animam in ſe ipſam *colligi* & *redire*, in Phædone, & refert Ioannes Stobæus Eclogis Phyſicis. Eodem pertinere exiſtimo quod ab Sexto Empirico traditur animas non poſſe effluere, corpore licet depoſito, ſed in ſeſe ipſis velut conſtipatas ſurſum verſus excedere, ea enim utiq; eſt congeſtio.

λεπτομερεῖς οὖσαι, καὶ οὐχ ἧττον πυρώδεις ἢ πνευματώδεις αἱ ψυχαὶ εἰς τοὺς ἄνω μᾶλλον τόπους κουφοφοροῦσι, καὶ κατ᾽ αὐτὰς διαμένουσι, καὶ οὐκ, ὡς ἔλεγεν ὁ Ἐπίκουρος, ἀπολυθεῖσαι τῶν σωμάτων, κάπνου δίκην σκίδνανται.

Ejusdem ſententiæ eſt quod de dormiente ſcribit Nemeſius, Chriſtianus Philoſophus, cujus aureolus liber de homine ob vocabuli affinitatem perperam Gregorio Nyſſeno alibi adſcriptus eſt, jam Angelo Politiano olim contradicente.

ὅτι δὲ καὶ ἀσυγχύτως μένει δῆλον ἐκ τοῦ τὴν ψυχὴν τρόπον τινὰ χωριζομένην ἐκ τοῦ σώματος ἐν τῷ ὕπνῳ, καὶ ὥσπερ νεκρὸν αὐτὸ κεῖσθαι καταλείπουσαν, μόνον δὲ ἐξαδμίζουσαν αὐτὸ τῇ ζωῇ, ἵνα μὴ παντελῶς ἀπόληται καθ᾽ ἑαυτὴν ἐν τοῖς ὀνείροις ἐνεργεῖν, θεσπίζουσαν τὸ μᾶλλον καὶ τοῖς νοητοῖς πλησιάζουσαν.

Idemque magis appoſitè ad Claudianum:

ὡς ἡ ψυχὴ ποτὲ μὲν ἐν ἑαυτῇ ἐστιν ὅταν λογίζεται, ποτὲ ἐν τῷ νῷ ὅταν νοῇ.

Et PLanè ita PLotinus Enneade. IV. Libro VIII. cap. I. Sic *ſolidari animam* per Amorem dicit Claudianus Mamertus, ejus myſteriorum conſultiſſimus, libro II. cap. V. *Apud ſe eam reſidere*, cum ſuis ſpeculationibus vacat, Gulielmus Tyrius, Prologo Hiſtoriæ: *Occupatus enim circa pluria animi motus interier ad diſcutienda diligentius ſingula ſolet debilior conſurgere, & parsitus tantam ſingulis non poteſt impendere diligentiam quantam totus apud ſe reſidens, uniformis, conſuevit unicis & ſingularibus aptare ſtudiis.* Sic intellectum ſe colligere, & ita vim ſuam perſpicere. Antoninus Imperator libro IV. τῶν εἰς ἑαυτόν. *Tibi*, inquit, *quacumque viſum fuerit horâ licet in te ipſum recedere; nuſquam enim neque tranquillier nec majoris otij ſeceſſus homine datur, quam ad animum ſuum: cogita intellectum, cum ſemel ſeipſum collegerit, ſuamq; vim perſpexerit, non permiſceri Spiritui leniter aut aſperè moto.* Et hanc collectionem agnoſcunt etiam Chriſtiani Myſtæ, Thomas de Kempis, ſanè eorum non poſtremus, libro I. de Imitat. Chriſti, cap. XII. *Quomodo poteſt ille diu in pace manere qui alienis curis ſe intermiſcet, qui occaſiones forinſecus quærit, qui parùm vel rarò ſe intrinſecus colligit.* Sic de Beato Antonio in ejus vita B. Athanaſius.

ὕπω δὲ μῖνες ἕξ παρῆλθον τοῦ θανάτου τῶν γονέων αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς παρερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν, καὶ συνάγων αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐλογίζετο περιπατῶν, πῶς οἱ μὲν ἀπόστολοι πάντα καταλίποντες ἠκολούθησαν τῷ σωτῆρι. Et τὴν γνώμην περὶ ἑαυτὴν εἴλειν Ariſtophanes pari ſenſu ſive collectionis ſive congeſtionis, eadem enim res eſt; Nubibus.

> Μὴ νῦν περὶ σαυτὴν εἶλει τὴν γνώμην ἀεί,
> Ἀλλ᾽ ἀποχάλα τὴν φροντίδ᾽ ἐς τὸν ἀέρα.

Sic colligere ſenſus Hericus Altiſſiodorenſis lib. VI. V. CCCIX.

> *Auribus explicitis, collectis ſenſibus, omnes*
> *Indebant animo felicia dicta capaci.*

Et cogere, libro II.

> *Prudentes aſſumto viri, ſenſuq; coacto*
> *Expendant hujus cauſſas & cenſa negotij.*

Contrudi mentem, craſtius omnino, Lucretius, Libro IV.

> *Principiò ſomnus fit ubi, eſt diſtracta per artus*
> *Vis animæ, partimque forâs ejecta receſſit;*
> *Et partim contruſa magis conceſſit in altum.*

In ſe ipſum totum converti, velut non moratum obſtacula carnis; Rogerius Capite II. de Contemtu Mundi: *Nihil*, inquit, *omninò ad beatam vitam acquirendam præſtantius eſſe videtur quam velut clauſis carnalibus ſenſibus &, quantum fieri poteſt, extrà carnem mundum effectum, quempiam in ſeipſum converti, id eſt ſuos animos atque ſenſus conſtipari, alienumque effectum à mortalibus curis ſibi & DEO loqui.* Quod eſſe intus in anima ſua dicit Macarius Homilia XXX.

ἀλλὰ σὺ ὅταν ἀκούσῃς περὶ ἀδὰμ καὶ περὶ τοῦ τετραυματισμένου, καὶ τοῦ Λαζάρου, μὴ ἀπολύσῃς σοῦ τὸν νοῦν ὥσπερ εἰς ὄρη, ἀλλ᾽ ἔνδον ἐν τῇ ψυχῇ σοῦ γίγνου ὅτι καὶ σὺ τὰ αὐτὰ τραύματα καὶ τὴν αὐτὴν δυσωδίαν καὶ τὸ αὐτὸ σκότος φορεῖς.

Idem pariter loquitur Sermone XXXI.

ὅτι τὸ ἄκρως καλὸν ὁ θεός ἐστι. πρὸς ὃν ὀφείλεις συναγαγεῖν τὸν νοῦν καὶ τοὺς λογισμοὺς, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐννοεῖν.

Pariterq; ipſa Veritas Lucæ capite XXI.

ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

Hoc eſt *redigite velut in theſaurum, & colligite*

ligite animas viſtras. Sic contrà extrà ſe ſpargi anima perhibetur, quæ ſuæ dignitatis oblita intrinſecæ abit in diverſa ſtudia rerum Vanitati ſubditarum. Petrus Damianus Epiſt. de Inſtitutione Monialis: *mox ut verba conferimus quadam paullatim lenocinia confabulationis adulterina ſurripiunt & omnem animi vigorem indecenter emolliunt, & ſeveritatis robur in excuſſum riſum & turpia joca diſſolvunt: Hic eſt enim quod mens extra ſe ſparſa confunditur, acies cordis obtunditur, lux divini Amoris extinguitur.* Multa eodem pertinentia exſtant apud doctiſſimum Scriptorem, Claudianum Mamertum, ut & PLotinum, Syneſium, Jamblychum: Sed quis finis ſit colligendi, cum rem ipſam Veritas demonſtret, & tot teſtes ſint pro ea, cum nec unus contra ſtet, nec conſcientia ſua non quemlibet convincat ex uſu ipſo & natura Animæ minime abſurde ſenſiſſe hoc & locutum eſſe Claudianum, hominem doctiſſimum & tum Vigentis Philoſophiæ, quæ ex PLatonica & Pythagorica, miſta conſtabat, conſultiſſimum, ut ex infinitis Poematum locis conſtat. Nec omittenda verò quæ in adoleſcenti Editione ad hunc locum diximus. Ea ſic ſonant. Non debebat hoc arguere inficetiarum vir maximus, aliter, quot in ſacris litteris erunt quibus aſſeri poſſit ejus integritas? Eſt ſane aliquid infinito proximum & ob id ſimile ſui perpetuo, Anima humana; ſed tamen velut cogi & arctius in ſe recedere non nequit quando rerum divinarum aggreditur conſiderationem. Id qui quotidie experitur non relinquit ſibi cauſſam dubitandi. Sic PLatonem ψυχὴν συνηθροιζομένην αὐτὴν εἰς αὐτὴν dixiſſe notavit J. Brodæus. Idem PLato:

λογίζεται δέ γε πȣ τότε κάλλιστα ὅταν αὐτὴν τούτων μηδὲν παραλυπῇ, μήτε ἀκοὴ, μήτε ὄψις, μήτε ἀλγηδὼν, μήτε τις ἡδονὴ, ἀλλ' ὅτι μάλιστα αὐτὴ κατ' αὐτὴν γίγνεται.

Omnino pariter B. Lucas in Actis Apoſtolorum cap. XVIII.

συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰȣδαίοις τὸν Χριςὸν Ἰησοῦν. Sic Ipſe Dominus Ieſus, Lucæ XII. *βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως ȣ̔ τελεσθῇ.*

Sic è Prophanis Sapientibus Marcus Antoninus lib. IV.

ὅλον δὲ τȣ̃το ἰδιωτικώτατόν ἐςιν, ἐξὸν ἧς ἂν ὥρας ἐθελήσῃς εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν, ȣ̓δαμȣ̃ γὰρ ȣ̓́τε ἡσυχιώτερον, ȣ̓́τε ἀπραγμονέςερον ἄνθρωπος ἀναχωρεῖ, ἢ εἰς τὴν ἑαυτȣ̃ ψυχὴν, μάλισθ' ὅςις ἔχει ἔνδον τοιαῦτα εἰς ἃ ἐγκύψας ἐν πάσῃ εὐμαρείᾳ εὐθὺς γίνεται. Idem poſt pauca: *ἀλλὰ τὰ σωματικά σȣ ἅψεται; ἔτι ἐννοήσας ὅτι ȣ̓κ ἐπιμίγνυται λείως καὶ ταχέως κινȣμένῳ πνεύματι ἡ διάνοια, ἐπειδὰν ἅπαξ ἑαυτὴν ἀπολάβῃ, καὶ γνωρίσῃ τὴν ἰδίαν ἐξȣσίαν.* Idem libro VIII. *Μέμνησο ὅτι ἀκαταμάχητον γίνεται τὸ ἡγεμονικὸν, ὅταν εἰς ἑαυτὸ συςραφὲν ἀρκεσθῇ ἑαυτῷ, μὴ ποιȣ̃ν τι ὃ μὴ θέλει κἂν ἀλόγως παρατάξηται.*

Cicero, lib. IV. Tuſc. Quæſtionum. *Quid eſt ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes in ſuum locum cogere.* Seneca, Epiſtola IX. *Qualis eſt Iovis* (animus) *cum reſoluto mundo, & Diis in unum confuſis, paullisper ceſſante natura, acquieſcit ſibi, cogitationibus ſuis traditus, tale quiddam ſapiens facit, in ſe reconditur, ſecum eſt, &c.* Boethius de Conſol. lib. III. cap. II. *Tum defixo paululum viſu, & velut in anguſtam ſua ſedem mentis recepta, ſic cœpit.* Quæ omnia illam congeſtionem noſtri tam luculenter probant, ut ipſam oculis animorum velut ſpectandam ingerant. Tale prorſus etiam eſt quod PLautus dicit *cogere animum conſilij comminiſcendi in pectus,* & quod à *cogendo* ſive *conſtipando* cogitationem noſtras nobis nuncupatas ſcribit, Lib. V. de LL. Marcus Varro, quibus ſimilia legere habes apud Philippum Presbyterum Commentario in cap. XV. Hiobi.

4. CRESSVS REMOVETE PROFANI.]

NI.] *Profani* perhibentur cujuſq; rei ignari, averſi ab ea, & indigni. Minut. Fel. de inſcitis & indoctis: *ſtudiorum rudes, litterarum profanos, expertes artium, &c.* Hos tales arcebant rebus ſacris, ut auctoritatem earum facerent majorem, & relligionem jam acceptam animis augerent veneratione, non admiſſis, niſi qui videbantur cultu irremiſſo digniores. Unde Horatius.

Odi profanum vulgus, & arceo.

Vide quæ collegerunt B. Briſſonius lib. I. de Formulis, Petrus Gregorius Syntagmate Juris lib. XXXI. cap. VIII. Sic exclamat Orpheus. de Deo Sermonem habiturus.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις
Πᾶσιν ὁμῶς, σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε μήνης
Μουσαῖε

Quos verſus ingenti uſu habuerunt ſcriptores antiqui, citantur enim à Clemente Alexandrino, Juſtino Martyre, Cyrillo, Euſebio, aliis. Sic Callimachus Apollinis ſacris committendis proclamat.

ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός.

Præcipuè Cereris ſacris, & Eleuſiniis, quorum hic res verritur talia proclamabantur, nempe myſterii reconditioribus omni fere cætera ſuperſtitione: Cujus proclamationis Formulam ad tria poſtea hominum genera ſive tres Sectas adactam fuiſſe, Atheos nimirum, Epicuræos & Chriſtianos, eleganter ex Luciano notat ad Capitolinum præſtantiſſimus Caſaubonus. Ad hanc ſuperſtitionem pertinet, quod nonnullis gentibus conſuetudo fuit reis quorumcunque criminum ſacris gentilibus interdicere. Nicolaus Damaſcenus de Cercetis.

Κηρύσσεται τοὺς ἀδικήσαντας ὅτι οὐ τῶν ἱερῶν ἀπείργουσιν.

Sic apud Chriſtianos ſacra myſteria decentaturus exclamat Nazianzenus.

ἀλλ' ἀπὸ τῆλε

Φεύγετε, ὅστις ἀλιτρὸς, ἐμὸς λόγος ἢ καθαροῖσιν
Ἠὲ καθαιρομένοισιν ὃ δ' ἔρχεται, οἱ δὲ βέβηλοι
ὡς θῆρες, χριστοῖο κατ' οὔρεος ἀκροτόμοιο
Λαμπομένου, Μωσῆ νόμον τ' ἐνὶ πλαξὶ γράφοντος
Αὐτίκα ῥηγνυμένοισιν ὑπὸ σκοπέλοισι δαμεῖεν.

Et ab hac interdictione ortum exiſtimo, quod qui templa petebant, cavebant ne qua profana re inquinarentur ante eorum ingreſſum. Gregorius Thaumaturgus Panegyrico Origenis:

οὐδὲ γὰρ τοὺς τοῖς ναοῖς προσιόντας εὐσεβείας εἶναι οἴονται ἐφάπτεσθαί τινος ὅλως τῶν βεβήλων.

Hunc autem, ut dictum, morem arcendi peregrinos aut profanos à ſacris habebant ſcriptores ad res quaslibet ſcitiores, ut de Carminibus ſuis eos profligat Horatius, & à Medicinæ myſteriis pariter Hippocrates. Alexander Trallianus, lib. X.

ἀλλὰ παρακαλῶ ὑμᾶς μὴ πρὸς τοὺς τυχόντας ἐμφαίνειν τὰ τοιαῦτα πρὸς δὲ τοὺς φιλαρέτους, καὶ τὰ τοιαῦτα δυναμένους φυλάττειν. ὅθεν καὶ ὁ θειότατος ἰδίων ὑποσχέσεως παρακελεύεται λέγων, τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται, βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις.

5. JAM FUROR.] Adflatum, perculſum, inſpirationem, dicit; quales adfectant, ſæpe etiam adipiſcuntur, Poetæ, & omnibus ſacris ad ſimulabantur à Vatibus, idque genus veterum Fatuis hominibus. Furor autem Poeticus eſt ἐνθουσιασμὸς ille divinus quo cœlitus adflata natio ſcribentium carmina de poteſtate ſua exit, & furentis animi, ut loquitur Petronius, gerit ſpeciem. PLato in Ione.

ὅτι

ὕτω δὲ καὶ ἡ Μοῦσα ἐνθέους μὲν ποιεῖ αὐτὴ, διὰ δὲ τῶν ἐνθέων τούτων ἄλλων ἐνθουσιαζόντων, ὁρμαθὸς ἐξαρτᾶται, πάντες γὰρ οἵτε τῶν ἐπῶν ποιηταὶ οἱ ἀγαθοὶ οὐκ ἐκ τέχνης, ἀλλ' ἔνθεοι ὄντες καὶ κατεχόμενοι πάντα ταῦτα τὰ καλὰ λέγουσι ποιήματα. Lucianus, περὶ θυσιῶν. παρακαλέσαντες τας Μούσας συνῳδοὺς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν, ὑφ' ὧν δὴ ἔνθεοι γινόμενοι, ὡς τὸ εἰκὸς, ᾄδουσιν. Orpheus Argonauticis.

Νῦν δ' ἐπεὶ ἀερόφοιτος ἀπήλατο
δαίμονος οἶστρος.

Quo abeunte nihil ſe ſufferti cantaturum putat, quæ Neronis locutio utique etiam ex hoc tali ſacro furore eſt interpretanda, ut monebimus alibi. Petronius præcipit legitimæ Poeſeos ſtudioſo: *Præcipitandus eſt liber ſpiritus, ut furentis animi vaticinatio appareat.* Papinius lib. XII. qui alibi ſæpe talem furorem & adflatum in ore habet.

Vix novus iſta furor, rediensque impleſſet
Apollo.

Impetum, quia videlicet præcipitatur velut mens, appellat Ovidius, lib. I. Faſtorum, de toto genere loquens.

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacra ſemina mentis habet.

De eodem, Idem in Obitum Tibulli.

Sunt etiam qui nos numen habere putant.

Videlicet quia præcordia, quod noſter de ſe ait, totum Apollinem conceperunt. In tali ἐνθουσιασμῷ conſtituti Heſiodus & alii Antiquiſſimi Muſarum illi myſtæ, à Muſis ſua ſe carmina accipere commenti ſunt. Vide Lucianum Διαλέξει πρὸς Ἡσίοδον. De Numine illo pulcrè Cicero pro Archia: *Poetam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi quodam divino ſpiritu afflari: quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poetas, quod quaſi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur.* PLato Apologia.

ἔγνων οὖν αὖ καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο, ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν ἀλλὰ φύσει τινὶ καὶ ἐνθουσιάζοντες, ὥσπερ οἱ θεομάντεις, καὶ οἱ χρησμῳδοί.

Doctrinam enim omnem ſe vincere, & inſpirati divino ſubſidio animum jactant Vates illi Muſici, cum ſcribunt ſua carmina, quæ laus tamen ad alios etiam Scriptores, non adſtrictos numeris, transfertur. Hippocrates Epiſtola de Democrito Philoſopho:

ἐπεὶ δὲ ἐπληνσίαζον ἔτυχε πότε ἐπελθὼν αὐτῷ ὅ τι δήποτε γράφειν ἐνθουσιωδῶς, καὶ μεθ' ὁρμῆς, εἰσήκειν οὖν περιμένων αὐτὸς τὸν καιρὸν τῆς ἀναπαύσιος.

Dum nimirum adflatus ille paullum reſpirare hominem pateretur. Talem hunc adflatum etiam Oratoribus legitimis adſcribit Dionyſius Longinus, dum ineptioribus, Amphicrati, Hegeſiæ, Matridi, demit, optimus talium Cenſor. cap. II. περὶ ὕψους.

πάγχ μὲν Ἀμφικράτης, inquit, τοιαῦτα, καὶ Ἡγησίας, καὶ Μάτρις, πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν.

Quod ſane pleriſque noſtro ævo vatibus, quorum plus eſt quam Armeniæ muſcarum, uſu venire res ipſa conteſtatur. Inepti illi autem vates priſci, qui oracula edebant carminibus, fingebant aut patiebantur talem adflatum, ut plane ex ſeipſis raperentur, quod non accidiſſe Prophetis Dei, ad demonſtrandum illuſionem in illis Dæmonum, probant Chriſtiani Doctores. Vide Oecumenium in Epiſtolam II. B. Petri, cap. I.

ὅτι οὐκ ἐξιστάμενοι οἱ προφῆται ἐχρησμῴδουν, δῆλον, &c.

Poetæ autem adflatum hunc videntur ea ratione maximè probaſſe, quod uberem & velut divinitus indultam fingendi licentiam eo ſibi

ſibi adſciverint, non invito vulgo æſtimationi eorum ſubſcribente. Julianus Oratione I. in Conſtantium.

ἔστι γὰρ οὐκ ἄδηλον τοῦθ' ὅτι τοῖς μὲν ποιηταῖς μοῦσαι καὶ τὸ δοκεῖν ἐκεῖθεν ἐπιπνεομένους τὴν ποίησιν γράφειν ἄφθονον παρέχει τὴν ἐξουσίαν τοῦ πλάσματος.

Quibus peculiari velut inſpirationi debitis, opponit mox artificioſam Rhetorum eloquentiam.

τοῖς δὲ ῥήτορσι δὲ ἡ τέχνη τὴν ἴσην παρέχει ἄδειαν τὸ μὲν πλάττειν ἀφελομένη, τὸ κολακεύειν δὲ οὐδαμῶς ἀπαγορεύουσα.

Eſtque velut exhilarans mentem Poetis ebrietatis divinæ ſpecies, qua emori illa ſordida quiete, & paupere quodam mentis paſtu, procedunt in liberiores epulas, & Choreas velut ingrediuntur cœleſtes, animo ſeſe ipſum exſultationibus ſuis vix capiente, qua de re pulcre Seneca cap. VII. libri de Tranquillitate: *animus aliquando in exſultationem libertatemque extrahendus, triſtiſque ſobrietas removenda paulliſper. Nam ſive Græco Poetæ credimus, aliquando & inſanire jucundum eſt, ſive PLatoni fruſtrà Poeticas fores compos ſui pepulit, ſive Ariſtoteli, nullum magnum ingenium ſine mixtura dementia fuit. Non poteſt grande aliquid & ſuprà cæteros loqui, niſi mota mens. Cum vulgaria & ſolita contemſit, inſtinctuque ſacro ſurrexit excelſior, tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali. Non poteſt ſublime quicquam inq; arduo poſitum, contingere, quamdiu apud ſe eſt. Deſciſcat oportet à ſolito & efferatur, & mordeat frænos, & rectorem rapiat ſuum, eoq; ferat, quo per ſeipſum timuiſſet eſcendere.* Sic miracula perhibebant ea omnia, quæ tali mentem veſania concitati videbant, non ſecus atque Bacchi flore iſti ſolent. Paulinus Benedictus Petrocorius lib. I. de Vita Martini, ubi totum ambitum non inepte deſcribit.

modo ſi veterum recolamus carmina vatum,
Cum ſubito attonitos quaterent miracula ſenſus,
Clamaret mi'crum vetere inſania Phœbum,
Nec ſineret falſas ſaltim requieſcere Muſas,
Delfica mentito quaterentur Apolline templa,
Cunctaque ſurdarum raperetur turba ſororum,
Excita ut i totum complerent monſtra Furorem.

Ita enim legenda poſtrema hæc ejus auctoris verba. Furor autem iſte genuina habebatur Poeſis, præ cujus virtute procul mendicaret velut & frivola agere videretur, quæcunque etiam Doctrina aut Inſtitutio tale quid promittere præſumebat. Ariſtides PLatonica Prima:

τρίτη δὲ ἀπὸ μουσῶν κατοχή τε καὶ μανία λαβοῦσα ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχὴν ἐγείρουσα καὶ ἀναβακχεύουσα κατά τε ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποίησιν μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα, τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει, ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη.

Id quod ex Democriti doctrina producit Horatius, Arte Poetica.

Ingenium manu quia fortunatius arte
Credit, & excludit ſanos Helicone Poetas
Democritus

Hunc furorem non *dictare* jam carmina, ſed *eructare* Poetis, cum impetu præcipitata ajebant, ut divinior omni cura virtus, elaboraret intus, modo expellenda, à qua longe abſit omnis doctrina. Dionyſius Longinus, capite XXX. de Erotoſthenis arte longe concedente tali Spiritui Archilochio.

ἡ δ' Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ, διὰ πάν-

των

των γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον, Ἀρχιλόχῳ πολλὰ καὶ ἀνομοιόμητα παραφύροντος, κἀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ, οὐχ ὑπὸ νόμον τάξαι δίζηλον. Quia videlicet res divina non patitur reſtrictiones Diſciplinarum. Diſtinguitur autem hic furor re & vocabulo addito ab aliis; Re, quia ad carmina tantum, utileſque inſtructiones vitæ, laudes virtutum, vituperia vitiorum dari cenſetur, quibus ſane tota conſtat antiqua Poeſis. Vocabulo autẽ Protreptici, quod exigat & inſtiget vi ſua metra in numeros, quibus utitur præ cæteris omnibus facultatibus Poetica. Cælius Aurel Tardarum lib. I. cap. V. *PLato in Phædro duplicem furorem dixit; unum fieri mentis intentione, ex corporis cauſſa vel origine: alterum divinum, ſive immiſſum, ejuſque Apollinem inſpiratorem eſſe, atque nunc vocari divinationem; ab antiquis vere appellatum furorem. Magna Græcorum vetuſtas Manian appellabat, quæ nunc Mantice dicta eſt. Idem alium inquit ex Libero Patre fieri, alium ex Amore; eum appellavit Eroticum. Alium ex Muſis, quem appellavit Protrepticum, quod ad carmen inſtigare videatur. Omne autem hoc genus non aliter fieri Iamblychus ſcribit*, quam ut Dæmonia extractis animabus de Corporibus hominum, ipſi vicem earum ea intrent, & ita aliis impotentia, eloquantur; qua re etiam improbarunt totum Chriſtiani ſcriptores, oriundum ſcilicet ab Spiritibus Saluti humanæ infenſiſſimis. Cyprianus de Vanitate Idolorum: *Spiritus inſinceri & vagi, qui poſteaquam terrenis vitiis immerſi ſunt, & a vigore cœleſti terreno contagio receſſerunt, non deſinunt perditi perdere, & depravati errorem pravitatis infundere. Hos & Poetæ dæmonas norunt, & Socrates inſtrui ſe & regi ad arbitrium dæmonis prædicabat. Hi ſpiritus ſub ſtatuis atque imaginibus conſecratis deliteſcunt, hi adflatu ſuo vatum pectora inſpirant, fibras extorum animant, avium volatus gubernant, &c.* Paullinus lib IV Martin. furioſa vatum pectora eo ſenſu per convitium vocat, quam ipſi laudem ſibi ducunt *veſana loquentes Dementes rapiant furioſa ad pectora Muſas Nos Martinus agat* Vide Auctorẽ Carminis quod Claudiano Mamerto adſcribitur. Paullinum Nolanum Epiſtolis ad Auſonium. Quamliber Cyprianus de Fatidicis potius loquatur furoribus; quos & ipſos tamen adſciſcere ſibi volunt Poetæ; & ipſo illo ſuo Peculiari mirifica Idolorũ monſtra commenti, quibus terrarum orbem in ridiculas ſuperſtitiones redegerant, dum inepti & maligni Spiritus Deos profeſſi, inceſtis, adulteriis, parricidiis, & nullo non criminum genere in dignos ipſis cultus, cæcam & ſub velo latentem, humanitatem, compulerunt; donec ſtatuto tempore exorta repente Veritas, & facta ipſa profana abolevit, & Poeſin meliori adflatu in ejus tranſtulit præconia, cujus conſilio eſt homo Dei ipſius Creatoris ſui Præco & Poeta, & quam ordietur orſuſque eſt iſthic Laudationem ejus, continuabit illic in ſempiternam ſuam Beatitudinem.

5. HUMANOS SENSUS.] Nihil enim horum relinqui in adflatorum pectoribus videri volebant, ſane ſis, Jamblychi illo ſcito, animæ ceſſerunt Dæmonibus. Lucanus, libro V.

artus
Phœbados irrupit Pæan, mentemque priorem
Expulit, atque hominem toto ſibi cedere juſſit
Pectore

Sic vero genere inſpirationis, prorſus igniri, & in flammas quaſdam transdari mẽtes Chriſtiani Scriptores ajunt, docti nimirum exemplo Apoſtolorum. Dorotheus, Doctrina. XXII. quem enarramus alibi.

6. TOTUM SPIRANT PRÆCORDIA PHOEBUM.] A Phœbo incitari ſe & compelli ad eructanda velut carmina, & iter Poeticum ingrediendum dicunt Vates. Joannes Gazæus, in Tabula Univerſi.

αὐτὰρ Ἀπόλλων

Ἀμφιπεριπλήγδην δολιχῷ σκιρτήματι μυθῶν
Εἰς πόλιν ἀστερόνωπον ἀκοντίζει με διώκων.
Καὶ φρενὶ βακχεύειν σοφίης ἐνοσίφρονι παλμῷ
Φοῖβος ἐποτρύνων οὐ παύεται, ὄφρα χορεύων
Οὐρανίην πάνηθυμιον ἀνυμνήσαιμι γενέθλην.

Totum dicit Claudianus ad magnificentiam carminis & Operis majeſtatem reſpiciens; Spiritus enim nunc totus, nunc tota mente capi dicitur, nunc magnus, nunc major, ſecundum Operis præſentis effectum. Sulpitius Severus de Vita Martini. cap. V. *Martinus flens ac ejulans accurrit, tum vero Sanctum Spiritum tota mente concipiens, egredi cellam, in qua corpus jacebat, cæteros jubet, &c.* Nazianzenus.

Πνεῦμα θεοῦ, σὺ δέ μοιγε νόον καὶ γλῶσσαν ἐγείροις
Ἀτρεκίης σάλπιγγα ἐρίβρομον, ὥς κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κατὰ θυμὸν, ὅλῃ θεότητι μιγέντες.

Avienus Periegeſi Dionyſiana.

Carmine nunc Aſiam formet ſtilus: incute doctam
Phœbe, Chelyn, totis Helicon inſpiret ab antris:
Maxima pars Orbis memorabitur

Gunterus, lib. III.

vix hac ſtimulatus Apolline toto
Vel Maro vel magnus verbis æquaret Homerus.

Claudianus, lib. IV. de Laudibus Stiliconis. v. DXCVIII.

Quis Muſis ipſoque licet Pæane recepto
Enarrare queat

Columella, lib. X. de Cultu Hortorum.

Iſta canant majore Deo, quem Delphica laurus
Impulit

Id de ſe non injuria gloriatus eſt Julius Cæſar Scaliger, licet forte in talia pronior, ut & ipſo impetu quam cura carmini.

Ἦν δὲ Σκαλανῶν θείων γένος, ἔρνος Ἄρκος,
Φοῖβον ὅλον κατέχων στήθεσι, παῖγμα τύχης.

Sic habitari pectora à diis ſuis dicebant. Silius libro XV.

magnoque habitata Gradivo
Pectora

Nec mirum cum ſuo oblivisci prorſus, & Dæmonem pro anima habere adflatos vates ſcribat Jamblychus, quod ei Caput eſt XXV. libri de Myſteriis, ut is hodie defloratus circumfertur. Sic Paulum habuiſſe in corde loquentem Chriſtum dicit Nilus lib. I. de Primatu Papæ.

PRÆCORDIA.] Alludere videtur inſpiratam vatem Maronis.

Bacchatur Vates magnum ſi pectore poſſet
Excuſſiſſe Deum, tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda, domans

7. DELUBRA.] Fana Pagana hoc titulo præcipuè ſignantur. Chryſologus. Sermone LI. *tota dæmonum poteſtas antiquis & veternoſis ſuis ſedibus gemens & tremens & ejulans effugatur. Commutantur in Eccleſias Delubra, in altaria vertuntur aræ, pecorum victimæ in vivam cordis hoſtiam transferuntur, &c.*

7. MOVERI SEDIBUS.] Quo genere majeſtatem ſuis nugis faciebant impuri Spiritus. Paullinus Benedictus verſibus ſuprà adſcriptis.

Delfica mentito quaterentur Apolline templa.

Lucanus lib. V. ubi falſo ſimulat adflari Phæmonoe.

nulloque horrore comarum
Excuſſa laurus, immotaq; culmina templi.

Apol-

Apollonius, Argon. II.]de Adventu Apollinis.

ἡ δ' ὑπὸ ποσσὶ
σείετο νῆσος ὅλη

De Eodem Ovidius, libro XV.

Et locus & laurus, &, quas habet ipſe, pharetra
Intremuere ſimul

Idem Libro IV.

Tecta repente quaſi, pingueſq; ardere videntur
Lãpades, & rutilis collucent ignibus ædes.

Quintus Smyrnæus, libro III.

ἐκ ϑ' οἱ ὄσσων
Πῦρ ἄμοτον μάρμαιρε ποσὶν δ' ὑπεκείνυτο γαῖα.

Et Callimachus pede ipſum Apollinem quatere dicit Templa.

οἷον ὁ τῶ 'πόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ,
Οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον, ἑκὰς, ἑκὰς, ὅστις ἀλιτρὸς
καὶ δή που τὰ θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει.

8. CLARAM DISPERGERE CVLMINA LVCEM.] Inepte hæc aliter quam de Dei luce totum templum implente intelligantur, cum ipſe doceat ſequentibus verbis *Adventum teſtata Dei* Sic autem lucem inſuetam comitari adventum Deorum ſciſcebant. Theocritus Herculiſco.

Καὶ τότ' ἄρ' ἐξέγροντο, φάος δ' ἀνα οἶκον ἐτύχϑη
Ἀλκμήνας φίλα τέκνα, Διὸς νόϑος ἀσπαρέως.

Ovidius lib. IV. Adventu Bacchi.

Tecta repente quati, pingues ardere videntur.
Lãpades, & rutilis collucent ignibus ædes.

PLautus de Adventu Jovis, Amphitruone.

Ædes tota conſulgebant tua, quaſi eſſent aureæ.

Nonnus lib. VII. Jove ad Semelen veniente.

Καὶ θάλαμος στεροπῇσιν ἐλάμπετο, καὶ πυρὸς ἀτμῷ
Ἰσμηνὸς σελάγιζεν, ὅλη δ' ἀμαρύσσετο Θήβη.

Inſciti qui lectionem mutant Claudiano.

9. DEI.] Non nominat quem, cum in genere omnes ita venire ſoliti fingantur. Sic Ovidius, Jovis verbis.

Signa dedi veniſſe Deum, vulguſq; precari
Cœperat

Intelligas de Apolline. Apollo enim & Sol & Liber, idem Deus, vide Macrobium & Servium multis, Sole autem nihil junctius ut & Libero ipſo, Cereri. Deum unum pro quovis dicit Teſtimonio Animæ, locutione vulgi. Vide Tertullianum de Teſt. Anim.

9. CECROPIDUM.] Athenienſium. Non enim procul Eleuſis ab Athenis. Vide Strabonem libro IX. alios præcipuè Pauſaniam, qui de Sacris Eleuſiniis quædam memoriæ traditurum, abſterritum ſe dicit ſomnio. Eleuſinia autem myſteria in honorem Cereris & Proſerpinæ quotannis celebrabantur. Vide doctiſſimas Notas Dion. Petavii ad Orationem XII. Themiſtii.

10. SANCTASQUE FACES.] Nam ad faces jactatas myſteria Eleuſinia obibantur. Lactantius, lib. I. cap. XXI. *Sacra vero Cereris Eleuſinia non ſunt diſſimilia, nam ſicut ibi Oſiris planctu matris inquiritur, ita hic ad inceſtum patrui matrimonium rapta Proſerpina, quam quia facibus ex Aetna vertice accenſis in Sicilia quæſiſſe Ceres dicitur, idcirco ſacra ejus ardentium tædarum jactatione celebrantur.* Procurrebant autem ſimul, & faces coruſcabant. Papinius IV. Silo.

Tuque Actæa Ceres, curſu cui ſemper anhelo
Votivã taciti quaſſamus lampada myſtæ.

Sen. Hippol. *Iactare tacitis conſcias ſacris faces*
De inſtitutione Theſmophoriorum Eleuſi, utque id oppidum conditum vide Lutatium ad II. Thebaidem. v. CLXXXI. Erant ſacra ipſa *Majora*, omnibus initiatis communia, *Minora* paucis myſtis nota, ut teſtis PLutarchus

Demetrio; Cætera longis logis alibi proſequimur. Erat Templum ipſum inibi Cereris caſtello incluſum, & munitum non incurioſe. Livius lib. XXXI. *Philippus Rex, Eleuſinem profectus, ſpe improviſo templi caſtellique, quod & imminet & circumdatum eſt templo, capiendi, cum haudquaquam neglectas cuſtodias animadvertiſſet, omiſit inceptum.*

12. ANGUES TRIPTOLEMI STRIDUNT.] Quos illi munerata erat Ceres. Vide Mythologos, non enim quiſquam à nobis, puto, fabularum recenſiones exſpectat. Triptolemum Inferorum Judicibus adſcribit Plato, Apologia Socratis; ejus ſatio Proverbium eſt apud Pætum Epiſtola ad Artaxerxem Regem de Hippocrate licet fictitia, antiqua tamen.

καθαίρει γὰρ οὐ θηρίων μὲν γένος, θηριωδῶς δὲ σωμάτων καὶ ἀγρίων πολλὴν γῆν καὶ θάλασσαν διαπειρῶν πανταχοῦ ὥσπερ ὁ Τριπτόλεμος τὰ τῆς Δήμητρος σπέρματα, τὰ τοῦ Ἀσκληπιοῦ βοηθήματα.

13. LAPSUQUE SERENO.] Placido, Clemente. Tales enim finguntur Dracones qui Deos vehunt. Serenus, ad Æſculapium.

Qui quondam placidi tectus ſub pelle Draconis,
Tarpeias arces atq; inclita templa petiſti.

Quare nec ſonum carminis mutare concedimus Julio Scaligero. *Serenus* a clementem, placidum, blandum, denotat. Silius lib. XIV.

Hieron tractare ſereno
Imperio vulgus pollens

Hinc factum ut pro cœlo pacato & clementi. *Serenū* abſolute dictitetur. Martianus Capella lib I. *Alia etiam, quæ fuerat ex argenti materia, præferebat ſerena fulgentia, & vernantis cœli temperie renidebat* Sic *Serena noctes* opponuntur turbidis à Lucretio, libro I.

Sed tua me virtus tamē, & ſperata Voluptas,
Suavis amicitiæ quemvis perferre laborem
Suadet, & inducit noctes vigilare ſerenas.

Vbi ſcilicet blandiſſimus ſopor alioquin, nec interruptus pugnantibus ventis, aut ullo turbine tempeſtuoſi aeris aut cœli. Sic Fulgentius Mythologiarum I.

Humor algens, quem ſerenis
Aſtra ſudant noctibus.

Qua interpretatione ſubvenire poteris in ea laboranti doctiſſimo & diſertiſſimo Mureto libro XVIII. Variarum cap. XIII.

14. ROSEAS.] A colore & placiditate. Inceſſit epitheton Scaliger; verum non quoſvis, ſed Cereris, ſed ejuſdem ſalutare numen vehentes, & omnibus gratioſiſſimum ejus amaſium, Dracones hoc inſigniverit, & ea quidem parte quæ revera talis eſt, fingiturque optime, nos Cenſorem non moramur. *Roſea* vero *lux* omnis grati ruboris, cujus coloris alii tituli ſanguineum aut terribile aliquid ſimul inferunt. Sic de Sole, Paneg. Probini.

elato ſurgant temone jugales
Efflantes roſeum frenis ſpumantibus ignē.

Varro Atracinus, de Luna. *ſpeculo q. roſanti*

Fraternas reparat per cœlum libera flammas.

Sic Auroræ gratividiſſimum fulgur non alio frequentius titulo à Poetis Græcis inſignitur, Martianus Capella.

Et jam tunc roſeo ſubtexere ſidera peplo
Cœperat Ambroſium promens, Aurora, ruborem.

14. CRISTAS.] Poetas ajunt criſtas de ſua illa notiſſima liberalitate affinxiſſe draconibus, cum nullæ iis ſint probatæ teſtimonio Jubæ Regis. Poetis accedit hac in re Cornificius, qui lib. IV. ad Herennium *jubatum Draconem* neſcio quem ferum circumvolitantem vocat. Sed & qui ipſi Orientis partium peregrini fuere, criſtatos Dracones eſſe teſtantur, inter quos ita ſcripſit ante hos Quadringentos amplius annos Jacobus Vitriacus, libro I. cap. LXXXIX. *Inter omnes ſerpentes maximus eſt Draco, qui abſtractus à ſpelunca ſua quandoque ſuper aerem fertur. Eſt autem criſtatus, ore parvo, & strictu arteriarum fiſtulis, quibus ſpiritum attrahit, & linguā exerit. dentibus verò non nocet, &c.* Hasa. criſtas ſupra & infra os habere Dracones, alii teſtantur Ælianus Hiſtor Animal. lib. X. cap. XXV. κάτεισι δὲ ἀπὸ τῆς ὑπήνης αὐτοῖς γένειον, ὡς εἰκάσαι τοῖς τῶν δεγρῶν.

δερκομένων αὐτῷ. At mares eorumdem tantum criſtatos, auctor eſt idem l. XI. C. XXVI.

ἴσχει γοῦν ὁ μὲν δράκων ὁ ἄῤῥην τὸν λόφον, καὶ τὴν ὑπήνην δασεῖαν.

Anguis jubari meminit Livius lib. XLI. citante Priſciano, libro IV. Imitatione verò roſeatum harum criſtarum *roſeos Dracones* ipſos dixit Auctor Carminis de Aerumnis Cereris, quem Alanum puto.

frigus aquarum
Captabant roſei, viciná valle, Dracones.

Et pariter Scriptura: Victorinus Martyr in Apocalypſi. *Ex quibus erat Chriſtus carnem ſumturus, Draco roſeus, ſtans & exſpectans, &c.* Et quid mirum tam benigne de Draconibus loqui, Claudianum, cum fuerint qui cultu digni habiti, ut ἀγαθοδαίμονες in deliciis habiti Alagabalo, auctore Lampridio.

15. HECATE TERNIS VARIATA FIGURIS] Tria enim Numina hoc ſolo comprehenduntur, quod eleganter enarravit Prudentius libro I. in Symm.

Denique, cum Luna eſt, ſublustri ſplendet amictu,
Cum ſuccincta jacit calamos, Latonia virgo eſt.
Cum ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia conjux.

Quos verſus perperàm Higini Aſtronomico Poëtico vulgatis Editionibus inferciũt. Virgil. *tria virginis ora Dianæ.* Ovidius.

Per triplices vultus arcanaque ſacra Dianæ.

Minutius Felix. *Trivia ternis capitibus & multimammiis horrifica.*

Silius lib. I. *nigra triformi Hoſtia mactatur Divæ.*

Valerius Flaccus lib. I. Argonaut.

Tergeminam tum placat heram, Stygiasque ſupremo
Obſecrat igne domos.

Statius: *Si te tergeminis perhibent variare figuris.* Auſonius.

Idyll. XI *Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.*

Lucanus lib. VI. *Exoritur* autem Hecate, quia illa ductrix rerum infernalium. Papin. lib. IV.

ipſe etiam, melior cum ſanguis, opertas
Inſpexi ſedes Hecate ducente, priuſquam
Obruit ora Deus.

Et Chaldæorum relligione illa ductrix Animarum Ordiuum. Michael Pſellus Commentario in Oracula Chaldaica:

τὴν ἑκάτην οἱ χαλδαῖοι θεὸν δοξάζοντες μεσαιτάτην ἀγουσι τάξιν, καὶ οἷον κέντρον ἔχουσαν τῶν ὅλων δυνάμεων. καὶ ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς αὐτῆς μέρεσι τιθέασι τὴν πηγὴν τῶν ψυχῶν, ἐν δὲ τοῖς ἀριστεροῖς τὴν πηγὴν τῶν ἀρετῶν. καὶ φασὶν ὅτι μὲν πηγὴ τῶν ψυχῶν ἕτοιμός ἐστιν εἰς τὰς ἀπογεννήσεις, ἡ δὲ πηγὴ τῶν ἀρετῶν ἐν ὅροις μένει ἔνδον τῆς ἰδίας οὐσίας, καὶ οἷον παρθένος ἐστὶ καὶ ἀμιγής, τὸ στάσιμον τοῦτο καὶ ἀκίνητον ἀπὸ τῆς τῶν ἀμειλίκτων λαβοῦσα δυνάμεως, καὶ ζώστηρι κοσμηθεῖσα παρθενικῷ.

16. EXORITUR.] Subitam præſentiam indicat. Q. Catulus.

Conſtiteram exorientem auroram forte ſalutans,
Cum ſubitò à lævâ Roſcius exoritur.

Statius. XVII. Conſ. Domitiani.

16. LENISQUE SIMUL.] Hoc eſt clemens, favens. Horatius ad Faunum.

Faune, Nympharum fugientum amator,
Per meos fines & aprica rura
Lenis incedas, abeasque parvis
Aequus alumnis.

Alii libri habent *lætusque*; Quod frequens Bacchoaccedit datori lætitiæ, ut Poetæ nominatur. *Lætus* autem, quod faciat lætos, ut alibi fingitur furens, quia faciat furentes, quo nomine & hic producitur. Scholiaſtes Thucydidis lib. IV.

τὸν Διόνυσον φασὶ μαινόμενον, οὐχ ὅτι αὐτὸς μαίνεται, ἀλλ' ὅτι ποιεῖ μαίνεσθαι.

Eleganter læti Bacchi figuram exprimit Avienus Periegeſi, qui cum nato eo comtum univerſum omne dicit, his luculentis verſibus:

Vera fides illic femori ſub imagine partus
Diſrupiſſe Iovem penetralia, proderet ortus
Vt ſacer, æthereâ fulgentem fronte, Lyæi,
Naſcenti Baccho riſit Pater; undique fulſit
Cœlicolum ſedes, convexaque pura tetendit
Feſta dies, tellus extendit dives adores,
Villoſum ſubitis tumuit pecus incrementis.
Ver habuere ſuum nova gramina, flore frequenti
Pinxit terra ſinus, ac Nymphis unda cucurrit,
Largior; internis etiam procul undiq; ab oris
Ales, amica Deo, largum congeſſit amomum:
Extemplò Liber ſubnectit nebride pectus,
Effuſaque comas hedera ligat, inde virenteis
Attollit thyrſos & blandi luminis igne
Os hilarat, totaque celer diffunditur æthrâ.

Ecce datorem Lætitiæ. θεὸν φιλοπαίγμονα, ϗ φιλογέλωτα ϗ χαριτοδότην vocat Cæſaribus Julianus, nos tamen à recepta hic Lectione nihil prorſus mutamus.

16. SIMUL PROCEDIT.] Cum Triptolemo nimirum Cereris miniſtro. Vel Cerere ipſa & Proſerpina. Tribus enim his initiabantur. Qui myſteria Eleuſiaca capiebant. Vetus inſcriptio: SACRATA. APUD. ELEUSINAM. DEO. BACCHO. CERERI. ET CORÆ. Bacchum Cereri jungi manifeſta eſt ratio, nec eget interprete. At verò cur Proſerpinæ jungatur, cum quodam noſtri vituperio inquiritur. Jungitur quidem ita & ab Artemidoro lib. II. cap XLIV. Ut & inde intelligas juncta etiam initia & myſteria horum Idolorum fuiſſe. Multæ aſſignari huic rei cauſſæ poſſint, ſi quis Antiquitatis ignarus ſcientiſſimum Poetam velit ſapientiam ſuam docere. Proſerpina eſt Luna, vtpote in Hecates perſona illi juncta. Luna autem ſoror Solis, nemini non dicitur Poetarum, & approbatur cunctis, Iam vtique Sol & Bacchus idem eſt Idolum. Virgilius.

vos ô clariſſima Mundi
Lumina, labentem cœlo qui ducitis annum,
Liber, & alma Ceres.

Vide Macrobium lib. I. Saturnal. cap. XIIX. Deinde quod à Proſerpina educatum per trienniumq; apud eam fuiſſe Dionyſum dixerint, quod vix dubito ad tempus illud referendum quo primo Vini uſus mortalibus ignotus fuit, inviditq; velut ſemina ejus terra. Orpheus Hymno.

καλέω Βάκχον, χθόνιον Διόνυσον,
Εγρόμϑμον κούρεις ἅμα Νύμφαις εὐπλοκάμοισιν,
Ος παρὰ περσεφόνης ἱεροῖσι δόμοισιν ἰαύων,
Κωμίζει τριετῆρα χρόνον, Βακχήϊον ἁγνόν.

Tum quod Bacchum nubenti Proſerpinæ alio utiq; tali myſterio, facem prætuliſſe ſcitum eſt. Pauſanias Atticis·

καὶ πλησίον ναός ἐςι Δήμητρος, ἀγάλματα δὲ, αὐτὴ, καὶ ἡ παῖς, ϗ δᾷδα ἔχων Ἴακχος.

Iacchi autem ſigillatim titulo cum Cerere & filia colebatur Bacchus, vt ex hoc loco noſtri, Pauſaniæq; his verbis liquet, & adſentitur Artemidorus, non Bacchi, non Dionyſii, ſed Iacchi numen jungens iisdem. libro II. capite XLIV.

Δημήτηρ δὲ ϗ Κόρη, ϗ ὁ λεγόμϑμος Ἴακχος τοῖς μεμυημένοις ταῖς θεαῖς ἀγαθόν τι καὶ ȣ̓ τὸ τυχὸν εσόμϑμον σημαίνȣσι.

Et ita

Et ita Cicero Lib. II. de Legibus. *Quid ergo agit Iacchus*, inquit, *Eumolpidaq; noſtri, & auguſtâ illa myſteria. Siquidem ſacra nocturna tollimus?* Vides *Iacchum* horum contubernio jungi, velut perpetuo affixum, & numine Divarum velut comprehenſum. Quin Iacchum hunc unam totam peculiarem ſibi diem habuiſſe quo produceretur, memini obſervare, quo lentum lenemq; ejus proceſſum fingens reſpexit doctiſſimus Poeta. Heſychius.

Ἴακχον τὸν Διόνυσον. ἢ μίαν ἡμέραν τῶν μυστηρίων, ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι, καὶ ἡ ᾠδή, τὴν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι. τινὲς δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Διόνυσον οὕτως ἔλεγον.

Itaque nulla fronte omiſiſſet hic Iacchum iſtum ſuum Claudianus. Porrò quod Sabazia nocturna ſacra Hecatæ cum Baccho fuerint communia, quod notavit Scaliger. Apud Nonnum libro XLIV. Dionyſiacor. Baccho in variâ appellatione auxilium ſuum poſcenti ſic reſpondet Luna, Proſerpina, Diana.

Νυκτιφαὲς Διόνυσε, φυτηκόμε, σύνδρομε μήνης,
Σοῖς σκοπέλοις ἀλέγιζε, μέλει δέ με ὄργια Βακχῶν.

Et quis tot Deorum Cereri & ejus propagini amicior fingi, aut gratior ſociari poſſit Libero, præſertim ad Nuptiarum pompam ornandam, quam iſte omnium feſtivitatum Choragus? De Productione ſollenni Iacchi cum Cerere Eleuſinijs vide conſcripta doctiſſimo amico noſtro I. Meurſij Eleuſinior. c. XXVII. Ubi in Edera Bacchi Comæ iſtic adſcripta error Claudiani notatur. Niſi tamen hic ſcitior nobis nunc, nec excluſit myrtus hederã: quod verius nos arbitramur.

LÆTUS PROCEDIT IACCHUS.] Ita major pars ſcriptorum Codicum, itemque ij quibus eſt Aldus vſus. Virgilius.

Lætitia, Bacchus, dator, & bona Iuno

Heſiodus.

δῶρα Διονύσου πολυγηθέος.

Quintus Serenus. *Cygnæos adipes hilari miſceto Lyæo.* Iulianus Imperator Cæſaribus. *Latè* autem vocabulo omne quod fl[...]ret eximiè cenſetur. *Læta ſegetes* apud Virgilium, & Columellam, libro X. *Læta Muſa* apud Germanicum Cęſarem, *Lætiſſimus locus* apud Paulum Oroſium lib II. cap. VI. *Lætus imber* apud Tertullianum. *lætum Iubar*, Alcimum Avitum, *Læta paſcua.* Drepanium Florum Pſalmis, & Aquilium Iuvencum.

PROCEDIT.] Pertinet ad pompam mediatè velut euntis. Nemeſianus, Cynegetico *juvat aurato procedere curru.* De Incedendo alibi in Tomo II. Adverſar. Bacchi autem iſte habitus in ſacris retulit expeditionis ejus in Indos armaturam, fuit enim ſummus Imperator Bellicus, & ſtrategemate aſſimilari habitus hoſtes devicit Polyænus, lib. I. Strateg.

Διόνυσος ἐπὶ Ἰνδοὺς ἐλαύνων ἵνα δέχοιντο αἱ πόλεις αὐτόν, ὅπλοις μὲν φανεροῖς τὴν στρατιὰν οὐχ ὥπλισεν, ἐσθῆσι δὲ λεπταῖς καὶ νεβρείοις δορὰς τὰ κισσῷ πεφυκασμένα θύρσους εἶχεν, αἰχμὴν κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις, οἷς ἐσήμαινεν ἀντὶ σάλπιγγος, καὶ οἴνῳ τοὺς πολεμίους ἰαίνων εἰς ὄρχησιν ἔτρεπεν, καὶ ὅσα δὲ ἄλλα βακχικὰ ὄργια πάντα δὲ ἦν Διονύσου στρατηγήματα, εἰς Ἰνδοὺς καὶ τὴν ἄλλην Ἀσίαν ἐδουλώσατο.

Quod ut verum forte ita paucis notum eſt.

17. CRINALI FLORENS HEDERA.] Apta crinibus. Docuimus hujus vocis uſum ſupra ex Virgilio. Rutilius Numarianus.

Erige crinaleis laurus.

Martianus Capella. libro Nono.

Crinalem ſpicum faretris depróme Cupido,
Libens capillum ſolvere.

Hedera autem ornamentum Bacchi. Herodianus, libro I.

Ἀντίγονος δὲ Διόνυσον πάντα μιμούμενος, καὶ κισσὸν μὲν περιτιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ καυσίας, καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ, θύρσον δὲ ἀν-

δὲ αὐλὴ σκήπτρου φέρει &c. Fortaſſis quia hedera capiti impoſita genus quoddam ebrietatis, ut & vino permixta, inducit, ut PLutarchus libro III Sympoſiacorum teſtatur. Tanta autem hujus fruticis ad Bacchum inclinatio, ut vix dum natum ab Ederis ingenuis circumplicitum & evinctum rumor fuerit, ſicuti ſcribit Euripides in Phœniſſis. Hanc ejus exemplo ferebant capillis omnes myſtæ. Catullus:

Vbi capita Mænades vi jaciunt hederigera.

17. PARTHICA VELUT TIGRIS.] Hyrcanæ Tigridis pellis, velamentum Baccho datum, Himerius Rhetor.

ἦλθεν ἐπ᾽ Ἰνδοὺς ὁ Διόνυσος. Ἰοῦ δὲ, ὁ μὲν στρατὸς Βάκχαι καὶ σάτυροι. τὰ δ᾽ ὅπλα νεβρίδες καὶ θύρσοι.

Cui inaurati fuerint ungues, vt fiebant, ornatus gratia. Statius, Achilleide. II

quid imbelles thyrſos mercatus & æra
Vrbibus in mediis, Bacchæaq; terga, mitraſq;
Huc tuleris, varioque adſperſas Nebrides auro.

Idem Papinius, libro Sexto. V. DCCXX.

Tunc genitus Talao victori Tigrin inanem
Ire jubet, fulvo, quæ circumfuſa nitebat
Margine, & extremos auro manſueverat ungues.

Idem, libro Nono.

Illum acies inter medias, jam cæde ſuperbum,
Venator raptabat equus, quem diſcolor ambit
Tigris, & auratis adverberat unguibus armos.

Ut Bacchi geſtamen, quod notiſſimum, Etiam ejus myſt rum. Avienus Orbis Periegeſi.

Orgia ludentes & nebride pectora cincti
Deduxere Choros.

Uti capratum pellibus incolas Cambaiæ ſuo tempore, uſos ſcribit Ludovicus Romanus, lib. IV. cap. II. Nebridarum familiam, unde nomen pellibus datum, vel à pellibus illi, memorat Arnobius, lib. V. *Nebridarum familiam pellicula cohoneſtavit hinnuli.* Porrò, quod ad ſuperiorem notam pertinet, potantes ſe in Gratiam Bacchi hedera coronatos inferre convivijs conſueverant. Anacreon.

Στεφάνους μὲν κροτάφοισι
Ῥοδίνους συναρμόσαντες,
Μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες,
Ὑπὸ βαρβίτῳ δὲ κούρα
Κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας
πλοκάμοις φέρουσα θύρσους,
Χλιδανόσφυρος χορεύει.

Hinc Baccho ipſi factũ cognomen κισσοφόρος. Pindarus, Olymp. II.

Φιλεῖ δέ μιν Παλλὰς αἰεὶ,
Καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα,
Φιλεῖ δὲ παῖς ὁ κισσοφόρος.

20. EBRIA VESTIGIA] More ebrioſorum, vt Bacchum decet. Sidonius Burgo Pontij Leontij.

conſurgit uterque
Fratris in amplexum, ſed paullò tardior Evam,
Dum pudet inſtabiles, ſi ſurgat, prodere plantas.

Pedes autem fere primos ex membris deficere ajunt ebrios. PLautus Pſeudolo. Feſtus Avienus Epigrammatis.

Vt Venus enervat vires, ſic copia Bacchi
Et tentat greſſus, debilitatq; pedes.

21. FULCIT VESTIGIA.] Noſter, Codex *fugit*, alij *firmat*. Ut ut legas, erit tamtumdem, nos à Scaligeri Editione non recedimus. Thyrſo autem in hoc negotium utebantur Myſtæ Bacchi, Principis ſui æmulantes morem. Phurnutus, Speculationis Mythologicæ cap. XXX *Thyrſus Satyrorum* (comitum Bacchi) *oſtendit ebrijs ſuos ipſorum pedes minimè ſufficere, illiq, fulcimento opus eſſe.* Apud quem & nebridum Mythologia.

21. VESTIGIA.] Pedes, Gratius Cynegetico.

Effuge qui latâ pandit veſtigia plantâ.

Manilius, Libro Quarto.

Cruraq; defendit juvenis, veſtigia piſces.

Ovidius libro V.

tenuit veſtigia tellus.

Gellius, lib. V. cap. XIV.

ODo, Abbas Cluniacenſis.

ſervis dominus veſtigia lavit.

FULCIT VESTIGIA.]Vt preſsè imprimantur Apollinarius, Pſalmo I.

Οὐδ' ἴχνος ἐσήριξεν ἀλιτροτάτοισι κελεύθοις.

THYRSIS.] Thyrſus eſt haſta hederis involuta, quales gerebant Bacchus decipiendis Indis, & ab eo Bacchæ. Juſtinus Martyr.

ὥσπερ αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν.

Silius Italicus lib. VII. Punicorum.

vitis, thyrſo delapſa virenti,

Niſæ feſtas redimivit palmite menſas.

20. INNUMERUM.] Sine numero, ultra numerum. Una enim vox eſt, nec benè Scaliger qui disjunxit. Tertullianus Exhortat. ad Caſtitatem, cap. VI. *Sed & benedicti, inquis, Patriarcha, non modo pluribus uxoribus, verum etiam concubinis conjugia miſcuerunt, ergò nobis quoq; propterea licet innumerum nubere?*

20. FAMULANTUR] Non opus eſt correctione Scaligeri *famulatur* idem enim prorſus dicit illa omnium exemplarium lectio.

20. VACUI AVERNI.] Ita dicuntur loca inferorum, quod omnium, ut ſequitur, capacia ſint, & tamen vacua, cum umbræ nihil expleant, erudita fictione Poetarum. Valerius Flaccus, lib. II. Argonaut.

fruſtrà vacui ſcrutaris Averni

Charè, vias

Papinius, Achilleide. I.

ſub inania natum

Tartara, & ad Stygios iterum fero viergere fontes.

Idem Thebaide XI.

inſano pratendis funera voto

Meq; premit fruſtrà, vacua ceu proximus Aula.

21. VULGUS INERS.] Nullius rei capax aut efficax. Vulgus omnis confuſa turba. Notamus multis alibi. *Averni*, quæ loca ſint vide apud Philoſtratum Apollonij libro II. capite V.

22. OPIBUS AVARIS.] Omnia ad ſe trahentibus. Seneca.

Poſthac avari Ditis apparet domus.

Qui haud dubiè ab illa immenſa opum copia talium & Latinis & Græcis nomen accepit ſuum. Tibullus.

Dives in ignava luridus Orcus aqua.

Sic *avarum mare* dixit Horatius, quod omnia injecta ſorbet.

Addunt avaro divitias mari.

22. ORBE.] Viventium. Notatum ſuprà.

22. STYX.] Horrendum numen & juramentum ſuperis, inferiorum fluvius, vide Apollodorum lib. XX. de Dijs, qui fuit de Inferis, apud Stobæum Eclogis Phyſicis CXXIX.

23. INTERFUSA VADIS] Novem ipſis. Virgilius. *palus innabilis unda*

Alligat, & novies Styx interfuſa coercet.

Quorum verſuum interpretationem pete ex Commentariolo Favonij Eulogij in Somnium Scipionis, ab Andrea Schotto promulgato. Claudianus autem vtraq; hoc flumine imitatur Statium, libro IV. Thebaid.

ſilveq; & nigra pateſcunt

Tartara, liventes Acheron ejectat arenas,

Fumidus atra vadis Phlegeton incendia volvit,

Et Styx diſcretis interflua manibus obſtat.

24. VORTICIBUS PHLEGETON PERLUSTRAT ANHELIS.] Ab incendio quo perpetuo uri & flagrare dicitur hic fluvius Imitatum ex Silio. lib. XIII.

latè exundantibus urit

Sævus aquis ripas Phlegeton, & turbine anhelo

Flammarum reſonans ſaxoſa incendia volvit

Liventem Stygem dicit velut venenatam, nam de talibus omnia dira fingere Poetarum licentia. Sedulius libro I.

ne de tellure cruenta

Livida mortiferis vellatis toxica ſuccis.

Silius Italicus, libro II.

Deformata gerit liventi membra veneno.

25. SACRARUM RERUM.] Abſconditarum à vulgo, venerandarum, & divinitati proximarum, magnarum. Cælius Aurelianus, lib I. Tardar. cap. IV. *Epilepſia appellatur ſacra ſiue quod diuinitus putetur immiſſa, ſiue quod ſacram contaminet animam, ſiue ob magnitudinem paſſionis, majora enim vulgus ſacra vocavit, inde ſacrum dictum mare & ſacra domus, velut Tragicus Poeta ſacram noctem, hoc eſt magnam, appellavit.* Valerius Flaccus, lib. I. Argonautic.

ſacer effera raptat

Corda pavor.

Idem libro. II. de Typhoeo.

ſacras revomentem pectore flammas.

Capella lib. II.

Sacra fulmina cur rutileſcant. Virgilius.

Auri ſacra fames.

Quam litteratores exſecrabilem interpretantur. Sic ἱερὸν νεκρὸν Capaneum occiſum fulmine in Supplicibus vocat Euripides.

ἢ χωρὶς ἱερὸν ὡς νεκρὸν θάψαι θέλεις.

25. PANDITE.] Sacrum verbum. Vide Suprà notata.

26. VESTRI POLI.] Sunt enim & illic ſidera. Vide lib. II. V. CCLXXXIII.

26. LAMPADE.] Flamma, face. Moſchus de Amore.

πολὺ πλεῖον δέ οἱ αὐτῷ

Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.

Prudentius, Pſychomachia. II.

Vena animi ſola feruet de lampade Chriſti.

Sedulius. *Nam Petri valida torquebat lampadis æſtu*

Febris anhela ſocrum.

Barbara ſecula *Lampare* hinc extuderunt. Ut in antiquo Carmine Treceuſibus Monumentis inedito.

Limpida lampantem præſultant agmina Petrum.

27. FLEXIT AMOR.) Malè mutant hanc lectionem. Statius lib. VIII. *Sed pectora flectas & melior ſis, quæſo. Deus.*

27. FEROX PROSERPINA.] Sanè meritò ferox unicum pignus ſummi numinis, tot procis petitum, uti noſter infrà memorat, & pro virginitate nihil non auſura Proſerpina. Quare vir ingentis ingenij hoc etiam Claudiano inceſſens poterat connivere quem alij tantoperè commendant. Sic *Virginem Minervam*, exempla enim levant invidiam, ferocem vocat Martialis, lib XIV. Lemmate Minervæ Argenteæ.

Dic mihi, virgo ferox, cum ſit tibi caſſis & haſta,

Quare non habeas Aegida? Pallas habet.

Virgilius lib. VI Virgini Vati fera etiam corda tribuit.

Bacchatur vates magnum ſi pectore poſſet

Excuſſiſſe Deum; tanto magis ille fatigat

Os rabidum, fera corda, domans

Et de Sanctiſſima Virgine Martyre, ferocem ingenij fuiſſe, dicit minimè temerarius talium Chriſti vates, Prudentius, Periſteph. III.

Infremuit ſacer Eulaliæ

Spiritus, ingeniiq; ferox

Turbida frangere bella parat. Vide ad Papin. II. Theb. v 715.

28. DOTALE CHAOS] Novus uſus, vetus tamen, vocis *Dotis*, quæ hoc loco id denotat quod à ſponſo accipit ſponſa, cū contra ſit in

ſtin uſu uſitatiore. Vide notata Adverſariorum lib. XXII. cap. VIII. Sic Dotem generi capias apud Ovidium. lib. IV. loquitur Perſeus.

Praeferrer cunctis certè gener, addere tantis
Dotibus & meritum, faveant modo numina, tento.

Poëta vetus, de fratribus Maevijs.

Dotalemq; petens Romam Cleopatra Canopo
Hinc Capitoline ſiſtra minata Iovi.

Sic Tacitus de Germanis: *dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert.* Alia Exempla noſtri & aliorum in Adverſatijs.

28. CHAOS.] Ipſa regna inferorum. Auſonius, ſive Paullinus, ego tamen illum ex charactere dicendi potius puto. Precatione. *cujus*

In cœlo ſolium, cui ſubdita terra ſedenti,
Et mare, & obſcura Chaos inſuperabile Noctis.

Quintus Smyrnaeus, libro XIV.

Καὶ τότ' ἀπ' ὠκεανοῖο θεὴ χρυσόθρονος ἠώς
Οὐρανὸν εἰσανέβησε, χάος δ' ὑπεδέξατο νύξ.

Magis propriè Chriſtiani ſcriptores *Chaos* vocant quod interjectum dicitur inter loca Damnatorum & Beatorum in Evangelio, ut Eucherius Homilia I. ad Monachos; *earum quas perperam & ſtultè vulgò Euſebio Emiſſeno adſcribunt.* Ex hac autem proportione patet longè nos amplius hujus operis deficere, quam in poſſeſſione habeamus.

29. ANXIA.] Sollicitudine animum affligens. Phœbadius: *en labor veſter en anxia ſollicitudo quo recidit. Aeſtuantis nimirum animi & ſeſe non explicantis hac eſt ærumna.* Capella.

Flora decens trina eſt anxia cum Charite.

Anxios dies ducere, Petrus Chryſologus, Sermone CLXXIII.

30. DATÆ LEGES POPULIS.] Hoc enim Beneficio Ceres junctim Leges dedit hominibus. Ovidius, libro V.

Prima Ceres unco glebas dimovit aratro,
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris,
Prima dedit Leges. Cereris ſunt omnia munus.

Callimachus Hymno.

Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες ἃ δάκρυον ἤγαγε Δηοῖ,
Κάλλιον, ὡς πολίεσσιν ἑαδότα τέθμια δῶκε, &c.

31. DADONIA QUERCUS.] Per excellentiam hæc habet inſtar omnium.

32. DUX EREBI.] Pluto. Statius, lib. VIII.

ſedens media regni infelicis in arce
Dux Erebi.

Infrà V. XLVIII hujus libri. De Erebo Feſtus, & ad eum Scaliger.

33. STERILESQUE DIU CONSUMERET ANNOS.] Incuſatur & hoc loco Claudianus quod ſterilitatem eo in regno indignari faciat Plutonem, vbi perpetua ea ſit. Ego vero Poetas, ut ſunt ambigui oris in talibus, minimè tam ſtrictè etiam apud inferos ſterilia conjugia ponere ſcio, quin & in locis mortis naſci faciāt ſobolem, vt Nympha ibi Orphne pepeierat ſanè Aſcalaphum. Ovidius, li. V. Metamorph.

ſolusq; ex omnibus illud
Aſcalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne.
Inter Avernales haud ignotiſſima Nymphas
Ex Acheronte ſuo furvis peperiſſe ſub antris.

35. NOMEN.] Ipſum Parentis, ut ſic dicam, ſtatum. χαὶ ὄνομα πολλάκι τέρπει ait Theocritus, & notamus multis alio loco. Noſter Bello Getico. *Me quoq; non impar natura Cura remordet. Nec ferro ſic corda rigent ut noſſe recuſem. Quam ſanctum ſoceri nomen, quam dulce mariti.*

36. BARATHRO.]Ipſum Inferorum locum Barathrum dicunt quà Græci quà Latini Poëtæ. Apollonius, lib. II. Argonaut.

> Τοὔνεκα νῦν, οὐδ' εἴκει δι' ἀΐδαο βερέ-
> θρων
> Στελλοίμην, ἔτι πάτρου ἀνάψο-
> μαι.

Quintus Smyrnæus:

> Σμερδαλέη δ' ἐνοπὴ μέχρις οὐρανὸν
> εὐρὺν ἵκανε,
> Μέχρις ἐπ' Αὐδονῆος ὑπερθύμοιο
> βερέθρων.

De Latinis Papinius lib. IX. Prudentius Cathem. XI. Catullus ad Mallium, Silius, libro IX. &c. Signat verò alioquin omnem lacum aut ſpeluncam profundiorem. Euthalius Diaconus in Vita B. Paulli.

> ὥρμησε μορμύρων ὥσπερ τις χείμαῤῥος λάβρος, περικλύζειν δοκῶν τοὺς ἐν Δαμασκῷ μαθητὰς, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας αὐτοὺς βάραθρον ἐκπέμψειν.

Quid ſpeciatim Barathrum habes apud Scholiaſten Ariſtophanis, & Suidam, Vide & Diomedem Grammaticum Lib. I. Barathro, ἄνθρωπος ἄξιος βαράθρου apud Thomam Magiſtrum.

38. SONTIBUS HYDRIS.] Paſtis ſanguine ſceleratè profuſo, ut de hoc genere loquuntur Poëtæ. *Sontes* noxios denotant, ut I. in Rufinum dixit de Alecto.

> *Noxiaq; effudit concuſſo crine venena.*

Sic nocentes viciſſim pro ſontibus ponuntur, lib. II. Rufin. CXCVIII.

> *ignavo tantum licuiſſe nocenti*
> *Miratur.*

Quarto Conſulatu Honorij. V.C. *(centi.*

> *Indomitum nihil eſſe pio, tutumve no-*

Primum autem Aeſchylum Furiarum capillis angues affinxiſſe, auctor eſt Pauſanias Attica; non igitur ſunt γνήσια quæ Orphei illius vetuſtiſſimi nomine ad nos Indigitamenta venerunt, in quib. exſtat hic verſus, Pœnas ipſas inclamans.

> Νυκτεριναὶ κοῦροι, ὀφιοπλόκαμοι,
> φοβέρωπες.

Vide Phurnutum, ſeu Cornutum potius. Mytholog. cap. X.

39. QUATIENS.]Facem inſtar ſigni Bellici extuliſſe Tiſiphonem dicit. Papinius, lib. V. Silvarum. Epicedio Patris.

> *Talia dum celebras, ſubitam civilis E-*
> *rynnis*
> *Tarpejo de monte facem, Phlegræaque*
> *movit*
> *Prælia, ſacrilegis ardent Capitolia flam-*
> *mis.*

Vide Euripidis Scholiaſtem Phœniſſis.

40. PINUM.]] Hæc infelix arbor ludibrio Poetarum faſces Furiarum inſtruit. Faces autem præcipua earum arma, unde πυρφόρους θεὰς Fabula modo nominata appellat Euripides. Lucianus ipſam earum matrem Hecaten cum face inducit Philopſeudi ſuo.

> εἶχε δὲ καὶ δᾷδα ἐν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ ξίφος ἐν τῇ δεξιᾷ ὅσον εἰκοσάπηχυ.

Achilles Tatius, libro I.

> ἐφίσταται δή μοι γυνὴ φοβερὰ καὶ μεγάλη, τὸ πρόσωπον ἀγρία, ὀφθαλμὸς ἐν αἵματι, βλοσυραὶ παρειαὶ, ὄφεις αἱ κόμαι, ἅρπην ἐκράτει τῇ δεξιᾷ, δᾷδα τῇ λαιᾷ.

Ubi non tam deſcriptam quam depictam cum ornamentis ſuis habes Tiſiphonem.

40. ARMATOS.] Suo quodam modo. *Pallentia* autem omnia infera, à colore mortis. Arator *reſplenduit umbris*

> *Pallida regna petens.*

42. PENE RELUCTATIS] Rectè eruditiſſimi viri hanc lectionem ſervarunt. Valet idem quod reluctatis auſis, aut reluctantibus. Sic Bello Gildonico. *Quos ubi luctatis procul effugere carinis.* Eſtq; conſtans omnium librorum ſcriptura. Fuit cum *reluxatis* ſcribendum arguerer, quia corpus illud univerſi nimio-

nimiopere ad amuſſim membrorum compactum eſt, ut eò ab humano luxatio commode poſſit transferri. Quid ſit *luxatio*, vide Cor. Celſum libro VIII, cap. XI. Sed nulla mutatione opus eſt.

43. PUBES TITANIA.] Gigantes poſt victoriam Phlegræam à Jove in carceres Avernales compacti.

45. AEGÆON.] Vnus fratrum terrigenarum. Sidonius.

Sternitur Aegaon, Briareus, Ephialta, Mimaſque,
Aſſueti Arctoas lambere calce rotas.

At Aegeonem contrà Gigantes Jovi auxiliatrem veniſſe auctor eſt Nonnus, Dionyſiaçon Libro XLIII.

Εἰ μάθες Αἰγαίωνα, τεῶν χραισμήτορα θεσμῶν,
Ζεῦ ἀνὰ Βάκχον ἔρυκε μεμίνοτα

Meminit ejus auxilii & libro XXXIX.

45. ARCTO DE CORPORE.] Conſtrictus nimirum erat arctiſſime. Nodi innexa ſunt vincula. Maro.

furor impius intus
Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento:

Vincula autem illa erant *adamantina*: Papinius lib. IV.

Quid tibi monſtra Erebi, Scyllas & inane furentes
Centauros, ſolidoque intorta adamante Gigantum
Vincula, & anguſtam centeni Aegeonis umbram, &c.

Quem locum reſpexit Claudianus noſter. Fuerunt autem alii apud Inferos Centimani, Deorum amici, quibus cuſtodiendos inibi eos Titanas dederunt. Apollodorus, Lib. I. οἱ δὲ τούτοις ὁπλισθέντες κρατοῦσι Τιτάνων, καὶ καθείρξαντες αὐτοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ τοὺς ἑκατοντάχειρας κατέστησαν φύλακας.

46. MOTU.] *Centimanos* Gigantas vel pueri norunt. Motus autem hoc loco notat Celeritatem, Promtitudinem. Infrà de Æthna, hoc libro.

nunc motibus aſtra laceſſit
Terrificis

Hoc eſt præcipiti turbine ejectis ſaxis aliiſque molibus. Sic Horatius. Vide infra ad lib. II. v. CIV.

49. ANTE PEDES.] Supplicantium habitum componit. Lucanus libro VII. verbis Pompei.

Imperii ſalva ſi majeſtate liceret
Volverer ante pedes

Hoc eſt ſupplex genibus veſtris acciderem. Petronius: *ſervus nobis diſpoliatus procidit ante pedes.* Appuleius Apologia: *ante pedes noſtros advolutus.* PLinius lib. I. Epiſt. XIIX. *ſocrus mea advoluta genibus.*

50. FUDERE SEVERAM CANITIEM.] Vltimum ſupplicantis ab humilitate indicium, crines evulſos projicere. Lucanus, libro VII.

Credite grandævum, vetitumque ætate, Senatum
Arma ſequi, ſacros pedibus proſternere canos.

Statius, lib. II.

Canitiem impexam dira tellure volutans:

Idem, lib. VI.

ſternit crines, iteratque precando.

Vel Parcas in luctu illo Publico, ob Regiam Ditis tumultuantem, dicit crinem ſolviſſe & laceraſſe; namque is mos rebus luctificis. Cebes in Tabula, ita Luctum ipſum fingit: ἣ τὰς τρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς, καλεῖται ὀδύνη. Tibullus lib. I.

Non ſoror, Aſſyrios cineri quæ dedat odores,
Et fleat effuſis ante ſepulcra comis.

Scholiaſtes Germanici, de Caſſiepæa; *unde & illam diſſolutis crinibus propter luctum ire aſſerunt.*

50. GENIBUSQUE SUAS.] Vetuſtiſſimus mos ſupplicantium manu altera Barbam, altera genua amplecti. Ejus diſertiſſima

mentio in multis Poetarum locis, hactenus non ſatis evidenter adnotata, nam attigere ſolum Adrianus Junius & ab eo alii. Homerus, Iliade. K.

> Ἦ καὶ ὁ μέν μιν ἔμελλε γενείου χειρὶ παχείῃ
> Ἁψάμενος λίσσεσθαι, ὁ δ' αὐχένα μέσσον ἔλασσε.

Planius idem, Iliade. A.

> Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων
> Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα,
> Λισσομένη προσέειπε Δία Κρονίωνα ἄνακτα.

Callimachus in Delum.

> εἶπατε πατρὶ
> Κοιμῶσαι μέγα χεῦμα, περιπλίξασθε γενείῳ
> Λισσόμεναι

Euripides Hecuba.

> Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γονάτων,
> Καὶ σοῦ γενείου, δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος.

Idem Medea.

> Ἀλλ' ἀντομαί σε τῆσδε γενειάδος,
> γονάτων τε τῶν σῶν, ἱκεσία δὴ γίγνομαι.

Idem Supplicibus.

> πρὸς γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι
> Ἀντόμαι ἀμφιπίτνουσα τὸ σὸν γόνυ.

Idem denuo Andromacha. Hebræorum eumdem morem diſcas ex hiſtoria Amaſæ à Joabo interemti, libro II. Regum, cap. XX. quem ſceleratus latro barba prehenſum, quod ſignum haberi volebat animi ipſi devoti, inopinato vulnere contrucidat. Sic apud Barbaros Romanæ Rei everſores in iciendis fœderibus barbæ apprehenſio ſummum habebat momentum. Chronologus Incertus ex Idatio, lib. III. cap. X. *Clodoveus Rex Francorum, & Alaricus Rex Gothorum, qui ſedem Tholoſa habebat, poſt multa prælia quæ invicem geſſerunt, intercedentibus legatis, cum pacem inire cœpiſſent, hujus Convenientia, ut Alaricus Barbam tangeret Clodovæi effectus patrinus perpetuam ad invicem pacem ſervarent, &c.*

50. ADMOVERE MANUS.] Corippus lib. III.

> *Quem Perſæ timuere feri, genibuſque minantis*
> *Admovere manus, pacem meruere precando.*

50. SUPPLICE VULTU.] Major pars librorum *fletu* Siquidem ea numina flere fas eſt. Nos ab Scaligero nihil mutamus.

51. QUARUM SUB JURE TENENTUR OMNIA.] Ipſe etiam Juppiter. Vide Æſchylum Prometheo vincto. Quintus Smyrnæus.

> οὕνεκα μοίραις
> Εἴκει καὶ μεγάλοιο Διὸς μένος

52. FERRATIS.] Ob neceſſitatem fatorum. Aurata autem penſa rebus lætioribus. II. Stilicon CCCXXXIV.

54. NOCTIS.] Tenebrarum, Noctis, Inferorum. Virgilius lib. X.

> *in æternam clauduntur lumina noctem.*

Martialis lib XII. Epigramm. XXXII.

> *Furias putavi nocte Ditis emerſas.*

Tertullianus lib. III. in Marcionem.

> *nox eſt mortis imago.*

Hilarius Generi. *Quo mage forma, dies, vita, nox Mortis imago.* Nox, δύσφημον, Strabo lib. III. CII. *Molitrix adverſorum*, Witichindo, non imprudenti ſcriptori, lib I. Orig. Saxon. Chriſtianis *Nox vita* hujus caligo, Heſychius lib. II. in Leviticum initio. Etiam tota hæc Vita, tenebris ignorantiæ ſubdita. Willeramus Cap IV Cantici Canticorum.

> *conſcendere montes*
> *Virtutum gaudent, his omnia terra fo-dent,*

Lil

Lilia ſcriptura, quæ ſpirant paſcua vitæ
Eſuriunt animo, donec ſub fine ſtatuto
Mundi Nox abeat, & verum mane niteſcat.

55. NOCTIS ARBITER.] PLuto. Seneca.

Tandem noctis, ait, vincimus, Arbiter.

Arbiter Imperatorem ſonat. Horatius, de Neptuno.

Quo non arbiter Adriæ
Major ponere ſeu tollere vult freta.

Avienus Periegeſi Dionyſiana.

Æolus Imperio ſummi Iovis arbiter alto
Impoſitus pelago eſt.

Idem eodem luculento Poemate.

Nec minus hic aliud monſtri genus Arbiter æthra
Edidit, adſiſtunt ſcopuli duo

56. FINEM CUNCTIS ET SEMINA PRÆBES.] Ex doctrina veterrimi illius Muſæi qui princeps ſcivit ab eodem omnia proficiſci & in idem omnia reſolvi, teſte Diogene Laertio, Libro I. Cicero, lib. II. de Nat. Deor. *terrena autem omnis vis atque Natura Diti Patri dicata eſt, qui Dis eſt, ut apud Græcos Pluton, quia & recidant omnia in terram & oriantur è terra.* Ita legendum eo loco Ciceronis, vulgò inepte *qui Dives* Nam quis fando audiverit Divitem pro Orco ſive Dite, nomine abſoluto nuncupari? *Dis* autem ἀντὶ *dives* eo modo quo vulgo ſonat non reperiri fruſtrà opinatur And. Alciatus. Terentius Adelphis.

Dis tu quidem eſſes Demea & rem ſtabiliſſes tuam.

Porro *Ditis* Patris ea perſona eſt cultu veterum, ut ex eius Imperio oriantur, & in id redeant omnia. Julius Firmicus de Error. Profan. Religion. *Terrenam vim omnem atque naturam Ditem Patrem dicunt, quia hæc eſt Natura terræ, ut & recidant in eam omnia, & rurſus ex ea orta procedant, quæ res Opulentiam Terræ Divitiaſque monſtravit.* De Jove paria ſcribit Orpheus in ejus Hymno. Ad hæc Claudiani vide & notata Cælio Rhodigino viro longe doctiſſimo, libro X. capite XIIX. Ant.

57. NASCENDIQUE VICES ALTERNA MORTE REPENDIS.] ἡ γὰρ τοῦ φθορὰ ἄλλου γένεσις, καὶ ἡ τοῦ γένεσις ἄλλου φθορά. Vide Lucretium lib. I. & III. Ariſtotelis lib. de Ortu & Interitu. Maximum Tyrium Sermone XXV. Alioſque Phyſicos Philoſophos.

59. GIGNIT MATERIES] ὕλη illa quam numquam deficientem, æquævum mundo, commentati ſunt. Panegyrico Mallij.

ſemperque fluentis
Materiæ cauſſas.

Vbi notata quædam exiſtimo.

60 CERTIS AMBAGIBUS ÆVI.] Mille annos definit Claudius noſter lib. II. in Rufinum, ſecutus Virgilium, Herodotus MMM. libro II. Silius aliter. Vide ad eum locum in Rufinum quædam. Ambages ſunt illi abitus reditusque in idem venientes. Tertullianus, de Reſurrectione Carnis, cap. LXIII. *Non ſola anima ſeponitur, habet & caro ſuos ſinus interim, in aquis, in ignibus, in alitibus, in beſtijs: cum in hæc diſſolvi videtur, velut in vaſa transfunditur: Si etiam ipſa vaſa defecerint, cum de illis quoque effluxerit in ſuam matricem terram, quaſi per ambages reſorbetur, ut rurſus ex illa repræſentetur Adam auditurus à Domino: Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, vere tunc compos mali quod evaſit, & boni, quod invaſit.* In Veteribus Editis eſt *junctis*. Non inſcite. Vt finem dicas pendere ab initio. Tamen nihil mutamus.

62. PACIS.] Amorem vocat IV. Conſul. Honor. Quo amplexa ſe per ſuas partes Vniverſi iſtius catena conſervat tenorem ſuum.

Nonne vides operum qui ſe pulcerrimus ipſe
Mundus Amore liget, nec vi connexa per ævum
Conſpirent, Elementa ſibi

Vide Timæum PLatonis, ejuſque Commentatores.

63. NE-

63. NOVITQUE COLUS.] Noſtra, dicere vult quod eleganter ſubintelligitur. Sic infra loquitur ad Siciliam Ceres.

charos uteri commendo labores.

Mei videlicet hujus.

65. INCESTIS.] Impuris, ſceleratis. Notamus alibi his libris.

66. POSCE JOVEM.] Atrocis animi perſonam habet PLuto, qui bello potius præſentario, quam miſſo nuntio volebat quæſitum conjugium, idque illicò, priuſquam quoſquam de hoc ejus cõſilio conſtare poſſet. Iuppiter autem plurimis Poetarum locis & auſpex & confector & ſancitor fœderum Conjugialium, ut notamus alibi planius.

66. VIX ILLE PEPERCIT.] Corrupta eſt in omnibus Codicibus hæc ſcriptura; aperta enim veritas ſcribendum:

vix illa: pepercit,

Erubuitque preces

Ut ſubitus tyranni motus ad bellum, ita & rerina ad meliora conſilia admoniti rever- Hoc velle Claudianum prorſus indicat ... uitur *Quamvis indocilis flecti* Quorum ... um in vulgata ſcriptura nulla eſt ſenten ... utilitas; ſic vero commendat Auctorit ... ercedentis Bello Parcæ, quã compoſitri ... m tantorum tumultuum ſummo ſtudio adornat Poeta. Pertinet eodem & comparatio cum Ventis ſequens, qui iidem repentino clauſtrorum obice objecto, tot illas ingentes minas momento perdunt. Prorſus nihil in hoc auctore vident, qui ſententię huic adverſabuntur.

v. 67. ANIMUSQUE RELANGUIT ATROX.] Scribendum cum noſtro Libro puto. *Elanguit*. Et eſt imitatio ſolita Papinii lib. XI v. 381. *his paullum furor elangueſcere dictis caperat.*

70. GETICA.] Thrax enim ventus Boreas. Notatum ſupra.

71. BELLA CUPIT]Procellis & Tempeſtatibus pugnant venti. Muſæus ſub finem, & nos Commentario ad eum renovato.

71. SONORO.] Maronis *tempeſtateſque ſonoras*

72. RAPTURAS.] De vehementi turbatione etiam immobilium rerum hoc utuntur ſcriptores. Virgilius. lib. II.

alii rapiunt incenſa feruntque
Pergama, vos celſis nunc primum à navibus itis.

Quod ſane ſuis illi manibus non poterant. Pertinet ea vox ſimul & ad celeritatem. Perſius,

nihil obſtat quin trabe vaſta
Aegeum rapias

Sic agros rapere, ut noſter campos, dixit Metellus Monachus:

Miles avarior abſque modo
Proxima rura ſibi ſolitus
Subdere quaque potente manu,
Sævus agros, violenter agens,
Alme Quirine, tuos rapuit.

73. VANESCIT INANIS IMPETUS.] Elegans loquendi genus, quod geminationem rei ſive Pleonaſmum occultum licet dicas *inanis vaneſcit* Si enim inanis, hoc eſt jam evanidus, jam vanuerat quidem.

74. FRACTÆ.] Retuſæ, confractæ. Notatum ſuprà.

75. MAJA GENITUM.] Mercurium accerſit Oratorem. Mercurius Rhetoricen & Oratoriam docuit homines, ejus beneficii ergo cultum Divinum adeptus, & Deorum Legationibus deſtinatus. Hermogenes Rhetor: *Mercurium facundum & Eloquentem, aiunt, cum contemplatus eſſet hujuſmodi ornatum & varietatem Vitæ humanæ negotiorum, verſtum, ne qua ſeditio & controverſia irreperet, Rhetoricen & artem dicendi hominibus tradidiſſe, ut hac videlicet in conſultatione, quod præſtabilius eſſet, perſuaderemus, in judicia controverſias tolleremus, in Laudem hoc & illud diceremus. Ex Mercurio igitur dicimus Rhetoricen ortum habuiſſe,*

habuiſſe, eumque ei Præſidere, & Genium ejus eſſe, quo pacto Calliopen Muſam Poetis inventricem habet. Scite vero apud Lucianum Mercurius de Officii ſui perplexabili inter Deos labore conqueritur Majæ matri;

ἔστι γάρ τις, inqt, ὦ μῆτερ, ἐν οὐρανῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; τί μὴ λέγω; ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω μόνος, κάμνων καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος; ἕωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα σαίρειν τὸ συμπόσιον δεῖ, καὶ διαστρώσαντα τὴν ἐκκλησίαν, εἶτα εὐθετήσαντα ἕκαστα παρεστάναι τῷ Διῒ, καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω, ἡμεροδρομοῦντα, καὶ ἐπανελθόντα ἔτι κεκονιμένον παρατιθέναι τὴν ἀμβροσίαν, πρὶν δὲ τὸν νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ τὸ νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον. τότε πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς κατεύδω, μόνος τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ παρεστάναι τῷ δικαστηρίῳ, οὐ γὰρ ἱκανά μοι τὰ τῆς ἡμέρας ἔργα, ἐν παλαίστραις εἶναι, κἀν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττειν, καὶ ῥήτορας ἐκδιδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συνδιαπράττειν, &c.

77. FERVIDA DICTA.] Qualia ferebat animus ira turbidus. Maro.

non me tua fervida terrent
Dicta, ferox; Dij me terrent

78. CYLLENIUS.] Vibius Sequeſter. *Cyllene mons Arcadiæ, unde Cyllenius Mercurius.* Mons autem ille Altiſſimus, Mercurio ſacer quo inferiores omnes nubes & Ventos ajunt, apex ſummitatis ad XV. fere, non integra tamen, Stadia eductus, ut à Dicanarcho (Niſi Dicæarchus eſt) Geometrice demonſtratum ſcribit Geminus capite περὶ ἐπισημασιῶν τῶν ἄστρων. CCXII. Quem vide.

78. ADSTITIT.] Ad repentem adventum intellige. Sic Maro, non advenire ſed adeſſe celerrimos dicit, lib. II.

portis alii bipatentibus adſunt

Libro III.

ſubita horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiæ

Libro VIII.

Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum,
Populeis adſunt evincti tempora ramis.

Et optimè libro XII.

corpora ſaltu
Subjiciunt in equos & ſtrictis enſibus adſunt.

Quod ideo notavi, quia vulgo parum advertitur.

76. ALES.] Hoc cenſetur, ob alas additas galero & pedibus, Mercurius ſæpius. Papinius primo Silvarum:

Et de Mænalia volucer Tegeaticus umbra.

Boethius, lib. II. de Conſolat.

Numen Arcadis alitis
Obſitum miſerans ducem.

77. SOMNIFERAM.] Homerus Iliad. Ω. & ex eo Silius libro III. Papinius, Thebaide I. Viſe Mythologos veteres. Omnia autem iſta dicas ex Papinio tranſlata indidem eſſe, ubi hi ſunt ornatiſſimi verſus.

Paret Atlantiades dictis genitoris, & inde
Summa pedum propere plantaribus illigat alis,
Obnubitque comas, & temperat aſtra galero,
Tum dextra virgam inſeruit, qua pellere dulces
Aut ſuadere iterum ſomnos, qua nigra ſubire
Tartara, & exſangues animare adſueverat umbras.

Ttttt 78. RU-

78. RUDI FULTUS SOLIO NIGRAQUE.] Picturam PLutonis ſpectandam velut proponit. Albricus de Imaginibus Deorum: *Erat imago PLutonis homo terribilis in ſolio ſulfureo ſedens, ſceptrum regni in manu tenens dextra, ſiniſtra animam conſtringens, &c.*

78. NIGRA MAJESTATE.] Nigra enim omnia Mortis, & nigror ejus colos. Lucretius.

Omnia ſubfundens mortis nigrore

78. VERENDVS.] Terribilis. Seneca.

magna pars regni trucis
Eſt ipſe dominus, cujus adſpectum timet.
Quicquid timetur

79. MAJESTATE.] Seneca.

In quo ſuperbo digerit vultu ſedens
Vmbras recentes; dira Majeſtas Deo,

Majeſtas enim quædam cum horrore gravitas eſt. Martianus Capella libro II. *triformis etiam diſcolorq; vertigo terribili majeſtate quadam rutilabat.* De ea re verboque alibi. *Nigra* autem omnia infera, quare & adſpectus eorum Regis; ſic *niger Phlegeton* apud Clementem libro primo Recognitionum, quem Joannes Sichardus non debebat in Pyriphlegetontem ar'bitrio ſuo commutare. Sic Nigram ſuperſtitionem pro mortifera dixit Papinius, lib. VI initio.

circum triſtes ſervata Palamonis aras
Nigra ſuperſtitio

Vbi in veteri ſcripto meo exemplari eſt gloſſa *funeralis.*

79. FÆDO SITU.] Non enim in lucem venerant eatenus umquam.

80. MOESTISSIMA NUBES ASPERAT.] Ipſam mortem deſcribere ſatagit, quæ à PLutone tamen aliud numen habebatur. Cujus officium erat theſauris Diris mortuos adnumerare. Idem Papinius, libro IV.

Ipſum pallentem ſolio, circumque miniſtras
Funeſtorum operum Eumenidas, Stygiasq́;
ſeveros
Iunonis thalamos & mæſta cubilia cerno.
In Speculis MORS atra ſedet, dominique
ſilentis
Adnumerat populos; major ſupereminet
ordo.

Sic de morte Virgilius lib. VI.

Sed nox atra caput triſti circumvolat umbra.

Ipſos autem bonos Deos *candidis nubibus amictos* introducebant Horatius.

Nube candentes humeros amictus
Augur Apollo.

Et Deum Optimum Maximum ſic deſcribit Rex David Pſalmo XIIX.

καὶ ἔθετο σκότ☧ ἀποκρυφὴν αὐτȣ̃, κύκλῳ αὐτȣ̃, ἡ σκηνὴ αὐτȣ̃ σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων.

Sic obambulare Deos nubibus amictos & notare facta injuſta hominum auctor eſt Heſiodus, in cujus dulciſſimi Poetæ ſcriptis mira eſt prudentia & Sanctimonia.

81. ASPERAT] Timendum facit, terrificat. *A ferro* quod aſperatur ritum. Papinius, libro IV.

Arcadii morem tenet ille galeri
Ille Lycaonia ritu caput aſperat urſa.

Quem ſecurus eſt noſter.

82. RIGET.] Velut immobilis. Seneca,

Frons torva, fratrum qua tamen ſpeciem gerat.

Ne plane non videas divinam.

83. ORE TONAT.] Virgilius libro IV.

crines effuſa ſacerdos
Ter centum tonat ore Deos

83. TYRANNO.] Seneca.

hic vaſto ſpecu
Pendent tyranni limina

Cujus

Cujus deſcriptionem ex Hercule Furente noſtri iſti committe.

83. SILENT ATRIA.] Vt Jove loquente cœlum.

85. INGENS JANITOR.] Cerberus. Virgilius VI. Seneca Furente. Statius II. Silius. II. III. Lucanus VI. Lucianus Dialog. &c.

86. LACRYMARVM FONTE.] Alluſam Cocyti Etymon. Platonem vide Phædone, Apollodorus, libro XX. de Diis.

κωκυτὸν δὲ ποταμὸν ἀνέπλασαν ἀπὸ τοῦ κωκύειν, ὅς ἐστι συγὸς καὶ συγνώσεως ἀπορ-ρώξ.

Vbi interpres Stobæi Phyſicorum, Gulielmus Canterus non bene tranſiit voces καὶ συγνώσεως neceſſarias ſententiæ, qualis auctori proponitur. Eſt & fluvius ejus nominis aquæ ingratiſſimæ, unde hic inferis adſcriptus. Pauſanias, libro I.

περὶ δὲ τῇ Κιχύρῳ λίμνη ἐστιν Αχερουσία καλουμένη, καὶ ποταμὸς Αχέρων, καὶ κωκυτὸς, ὕδωρ ἀτερπέστατον.

86. ACHERON TACITIS] Alioqui à planctibus & querelis nominatus. Vide Apollodorum apud Stobæum Phyſicis, pagina CXXIX. Vt verò hi Acheron & Cocytus verè flumina ſunt, ſic & Styx: de qua videas Herodotum. Nos otio abutamur talibus perſequendis, quæ tangere ſatis ſit.

88. TEGÆE.] Notiſſima appellatio Mercurii. Statius

Et de Mænalia volucer Tegeaticus umbra.

Sidonius.

Tegeaticus Arcas
Nunc plantis nunc fronte volat

88. COMMVNE PROFVNDIS ET SVPERIS NVMEN.] Vſibus amborum hac & illac commeans. Horatius

ſuperis Deorum
Gratus & imis

Vide Lucianum elegantiſſimo libello περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Sic ſervire utriq; ſorti Mercurium, ut dubium ſit Patri an Patruo ſit addictior, ſcribit Martianus Capella, lib. I &c. Quibus reſpexerunt utique fictores iſti ad naturam ſideris quod eo nomine cenſetur, variam, vagam, & iis ſtellis obſecundantem ad quas ſeſe applicaverit, uti multis tradit Veſtius Valens Fragmentis Aſtrologicis, Joannes Saresberienſis Policratio, quique alii tractarunt profeſſi talia. Nepos autem Atlantis Mercurius ex Maja filia. Simonides, citante Athenæo, lib XI.

Ἑρμᾶς ἐναγώνιος Μαίας εὐπλοκάμοιο
παῖς ἦν, τὸν ἔτικτε Ἄτλας

90. FACIS COMMERCIA MVNDO.] Vltro citroque negotia expediundo. Sic de negotiatoribus Aſiæ & Europæ Corippus, libro I.

Gratior ille fuit dominis locus, unde ſolebant
Vndivagum ſpectare fretum, curvaſque carinas,
Omnia vectantes gemini commercia mundi.

91. I CELER ET PROSCINDE NOTOS.] Statianum. Theb. I.

Portantes præcede notos, Cyllenia proles.

93 SI NOBIS NOXIA; VIRES.] Omnino merito locum hunc inceſſit Julius Scalig. ἀδύνατον enim vires amiſiſſe aliquem, robur retinuiſſe. Sed vitioſam lectionem arguunt libri ſcripti Belgici, in quibus eſt *ſic nobis noxia vires* Quam ſcripturam agnoſcunt etiam Noſter, Codex & Claverio collatus, aut uſurpatus, ut in Appendice ipſe teſtatur. Nihil igitur certius quam, præeuntibus illis ab Antiqua ſcriptura ducibus, ita hanc periodum reſtituendum.

tantumne tibi, ſæviſſime fratrum,
In me juris erit? Sic nobis noxia vires
Cum cœlo Fortuna tulit? Num robur & arma

104. CONSANGUINEO.] Sororio. Vide Jacobum Cujacium Obſervar. lib. XI. capite XXVI. Soror Jovis Juno, Arnobius, Seneca Fur. Virgilius, Ovidius lib. III Silius lib. XVII. Prudentius. I. Symm. Lactantius lib. I c. X.

105. LATONIA FURTA.] Unde Apollo & Diana.

106. CEREREM.] Unde Proſerpina, vide Arnobium libro V.

106. MAGNAMQUE THEMIN.] Hanc quoq; complexus eſt bonus ille Juppiter Heſiodus, ſi is eſt, Theogoniâ.

> Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν Θέμιν, ἣ
> τέκεν ὥρας.

Nam Jovis Filiam facit verus Heſiodus ἔργων. α. Quæ tamen inceſtatio non incongrua fabulatoribus Græcis.

> καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς
> ὀνοτάζων,
> Αὐτίκα, παρ Διῒ πατρὶ καθεζομένη
> Κρονίωνι,
> Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον.

Perpetim eam Jovi aſſidere canit Pindarus. VIII. Olympion.

> Ἔνθα σώτειρα Διὸς ξενίου
> πάρεδρος ἀσκεῖται θέμις.

Eamdem ſcitè πανδερκέα appellat Homero proximus Poeta, auctor Ἰῶν τῶν προλεγομένων, quem nos quis fuerit alibi indagabamus.

106. CREANDI.] Generandi. Ovidius.

> *Nec ſtirps prima fui genito ſum fratre*
> *creatus.*

Sic *Creatorem* ſæpè Ennodius pro patre uſurpat, in quo ſcriptore inexhauſta novè & detortè loquendi fuit cupiditas, ingenium vero non vulgare, cujus objecto faſcino multum & ſuo ille & ſequentibus aliquot ſeculis detrimenti dedit, conſectantibus ejus veſtigia ſcriptoribus, qui tum demum benè locutos & ſcripſiſſe ſe autumabant cum tanta eſſet eloquij innodatio, ut diceret ſermo alia omnia quam verba oſtenderent.

107. NATORUM TURBA CORONAT.] Sunt enim copioſi illi ornamentum unicum felicitatis Paternæ. David Rex & vates Pſalmo CXXVII.

> μακάριος εἶ καὶ καλῶς σοι ἔσται, ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου, οἱ υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης σου.

Propriè autem noſter, nam corona eſt in orbem circumſtans populus, ut auctor eſt Lactantius, lib IV C XXVI. Coronare eſt eximiè ornare, ſic Coronarum Philoſophiâ, Syneſius libro de Regno ad Arcadium; Coronæ dignitatum, noſtro Laudibus Serenæ. V. CLXXXIX. Leges Coronare civitatem Porphyrius Malchus, Vita Pythagoræ, X X V I.

πλούτου ϛεφάνωμα apud Pindarū CXCIII. apud quem Divitiæ & B[illegible]a fama *ſumma eſſe corona* perhibentur. CXCVIII. *Pietate Coronare* Corippus lib. IV. *vota clientum Penſat, devotosq; ſibi Pietate coronat.* Epitaphium Monicæ Matris B Auguſtini.

> *Gloria te major geſtarum laude Coronat*
> *Virtutum Mater fertilis hac ſobole.*

Filij mei, mea Corona, Martialis Lemoviceni auctor. Similia vide apud Aponium. XIII. Juvencum libro IV. C X V I I. Agobardum CCCLXX. Laurentium Novarienſem Homil. Arnobium, fine Pſalmi V. Fulgentium DCXXXVIII. Cyprianum. CCCLVIII. Radulphum Ardentem CCLXXIX. Quorum verba non vacat appingere *Corona* circulus eſt, itaque circulo quodam natorum ambiri Jovem ait. Sic fluvios facere coronam dicit Aethicus Coſmographiâ. CXI. Steph.

108. DESERTA AULA.] Alludit illa Didus apud Maronem.

> *ſi quis mihi parvulus aulâ*
> *Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.*

MOERENS.] Imperfecta enim domus ſine liberis, ut alibi loquitur. Et filiam ſic gaudia vocat matris V. CXCIV. hujus libri.

tibi gaudia noſtri
Sanguinis, & caros uteri commendo labores.

Gloriam, lib. II. V. XXXVI.

Quos inter Cereris proles, nunc Gloria matris
Mox dolor.

Sic glorioſum matris nomen vocat Firmicus de Error. Profan Relig. de Veſtalibus loquẽs: *Ignis coquos habeat non miſeras virgines ſacerdotes, quæ contemnentes ignis ipſius favillas, aut proſtituto peccare coguntur corpore, aut in virginitate perſeverantes perdunt honeſtam glorioſi nominis dignitatem.* id eſt ut matres numquam fiant. Sic qui ſine liberis ſunt orbi, æquiperantur Cæcis ἐοίκασι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ παισίν, ait Artemidorus libro I. cap. XXVIII. Et notamus fuse alibi. De liberis patrum Gloria Lege Stobæum Encomio matrimonij.

109. IMPLACIDAS.] Numquam quieſcentes.

110. NON ADEO TOLERANDA QUIES.] Non hueuſque ſe extendat ille noſter torpor notiſſimus; placet vero nunc otium illud ſeponere.

110. PRIMORDIA TESTOR.] Arcanas origines, myſteria initialia.

111. INTEMERATA.] Numquam pejerata, ſacroſancta. Auſonius de Sacris Chriſtianis.

Intemeratorum vim continuamus honorum.

Stygiam autem paludem intelligit Deorum ſacerrimum juramentum. Apollodorus libro I.

Στυγὸς ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐν ᾅδη ῥέον Ζεὺς ἐποίησεν ὅρκον, ταύτην αὐτῇ τιμὴν διδοὺς ἀνθ᾽ ὧν αὐτῷ κατὰ Τιτάνων μετὰ τῶν παίδων ἐμάχεσατο. Apollonius, Argonaut. II.

ὡς φαμένη, λοιβὴν Στυγὸς ὤμοσεν, ἥτε θεοῖσιν
Ῥιγίστη πάντεσσιν ὀπιδνοτάτη τε τέτυκται.

Homerus Odyſſ. ε. Minutius Felix Octavio. *Deorum Deum Stygem hinc* ſcitè appellat Ovidius, lib. III. Metamorph.

112. CIEBO.] In prælia. Maro.

Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

113. TARTARA.] Quicquid ſub terra tegnorum figebatur hoc habebat nomen. Scholiaſtes Heſiodi Theogonia. CCXLVI.

ἐν πρώτῳ τάρταρα τὰ ὑπόγεια μέχρι λέγει, τὰ ῥιγηλὰ ἀπὸ τοῦ τρόμου ἐμποιεῖν.

Ubi & aerem hoc nomine capi notat. *Tartarus Chriſtianis* eſt ipſa vis mortis æternæ, debellato per Chriſtum. Vide Chryſologi Sermonem. LXV.

113. SATURNI.] Qui miſer eviratus à filijs & in Avernalem erat carcerem, ſine ſpe emiſſionis, compactus, ſaltim Saturnalibus pauſam habens de compedibus. De eo mira multa finxerunt veteres Ut Pythagoræi, lacrymas ejus mare eſſe, quod tradit Clemens Alexand. Stromat V. Alia alibi.

116. VIX EA FATUS ERAT.] Summam expeditionis celeritatem arguit. Ariſtænetus. ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον. lib. II. Epiſt. VII. Sic ſæpiſſimè Appulejus *cum dicto* aliquid expeditum ait hoc eſt in ipſo dicti veſtigio. Apollonius, lib. IV. Argonaut.

ἔνθ᾽ ἔπος ἠδὲ καὶ ἔργον ὁμοῦ πέλεν ἐσσυμένοισιν.

Juvencus Presbyter.

Cum dicto Iudas numero ſtipante caterva
Advenit.

A modo, idem ſonat apud Paullinum Pſalmis. λόγου θᾶττον Heliodoro Libro VII. *Ab extrema parte verbi*, Petronius XXXI.

119. PATER.] Juppiter. Cui propriè conveniens hoc nomen, & hæret in ipſo titulo ejus. Maximus Tyrius, Sermone XXV. eum merito hoc nomine cenſeri docet, qui, Pater, Rexque omnium, Fons verus bonorum omnium appareat ex ipſa creatione & conſervatione

vatione omnium, quæ ſapiunt conſcientiam Chriſtianiſmi. Archilochus, apud Stobæum, Sermone CVI.I.

ἐπειδὴ ζεὺς, πατὴρ Ὀλυμπίων ἐκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτα, ἀποκρύψας φάος.

Jovis cognomina in Sphæra Aratæa recenſet Leontius Mechanicus.

γενέτωρ. φράτριος, ὁμόγνιος, ἑταιρεῖος, φίλιος, ἱκέσιος, ξένιος, ἀγοραῖος, βελαῖος, βροντῆος, καὶ τὰ ὅμοια.

Item Maximus Tytius Sermone Indicato. Etymon verò τοῦ *Iuppiter* velut juvans patet. Servius ad Virgil. Gellius lib. V. cap. XII. Inimicitiæ vero huic cum Saturno ex Aſtrologorum etiam pendent ſcitis, ſic Bethem cap. LXXVIII. Centiloquij ſcribit *Iovem ſolvere quæ Saturnus ligaverat*.

118. DIVERSOS DUCENS ANIMOS.] Rectè ita Scaliger, quod Poeticum & omnium librorum noſtrorum. *Diverſo* quod Claverius ex ſuo aliquo infert, novum, inuſitatum, peregrinum, & Claudiano indignum eſt. *Diverſos ducens* in diverſa: Ut in illo

ſe matutinus agebat

Hoc eſt matutino tempore. *Animos* pro adfectibus & mitè omninò penete Poetas ſolentes exemplorum copia docemus alibi.

118. SEQUATUR CONIUGIUM] Non invita. Sic locutus Propertius de conjugibus ad maritorum buſta morientibus, libro III. Eleg. XII.

Et certamen habent leti, quæ viva ſequatur,
Conjugium, pudor eſt non licuiſſe mori.

119. PRO SOLE.] Vice Solis. Fulgentius Continentiâ Virgilianâ. *Ergo Virtutem primum poſui pro qua virum laudandum aſſumſi.*

120. SENTENTIA.] Quicquid poſt diuturnam animi alterationem concluditur & pro rato habetur, dicitur ſententia. Silius libro XII.

Hæc poſtquam placita, & tenuit ſententia mentem.

Ovidius, Metamorphoſi primâ. *ſic ſtat ſententia.* Valerius Flaccus, libro I.

nulla magis ſententia menti
Fixa mea

Sidonius: *Tandem cunctanti ſedit ſententia.*
Capella. *Anxia cum trepidis nutat ſententia rebus.*

120. SEDIT.] *Placuit firmiter & conſtanter.* Statius, Thebaid. I.

tibi, ſumme Deorum
Terrarumq; ſator, ſocijs hanc addere mentem
Sedit

121. ÆTNÆÆ CERERI.] Hæc eſt omnium Scriptorum & Antiquitus Editorum librorum Scriptura, præ qua doctiſſimi viri Lilius Giraldus Lib. XIV. De Dijs, & Adr. Turnebus lib. VIII. cap XII. Adverſar. Legere maluerunt *Ennææ*, quod Ennææ Cereris mentio fit apud multos ſcriptores. Ego quidem memini eam legere apud Silium Italicum lib. XIII & XIV. Ciceronem in Verrem, Lucanû, lib. VI. Senecam, Hercule Furente, Callimachum, Sidonium Firmicum de Err. Prof. Relig. alios. Sed Aetnæam tamen etiam Cererem quid Rationis vetat admittere, conſentientibus tot libris, cum tota præcipue Sicilia ei idolo fuerit addictiſſima? Unde ipſam Proſerpinam Siculam vocat Iuvenalis, Sat. XIII.

Sicula torvus cum conjuge PLuto.

Diodorus Siculus lib. XI. de Gelone:

ἔπειθ' ἔλεγε δὲ ὕστερον καὶ τῆς τὴν Αἴτνῃ κατασκευάζειν ναὸν Δήμητρος.

Ubi vides & in Aetnâ cultam Cererem. Statius Thebaide. IV.

Aetnææ Cereri negat avia Dyme.

Quid quod raptus ipſe Proſerpinæ contigit apud Aetnam, teſte Higino, cap. CXLVI Ambigua igitur res fit. Aetna vero & urbs eſt Siciliæ, fuitve potius. Thomas Magiſter in Vitâ Pindari.

γέγραπται δὲ Ἱέρωνι βασιλεῖ Συρακουσίων ὃς καὶ κτίσας Αἴτνης ἐκέλευε πόλεως ἀπὸ.

ἀπὸ δὲ ὄρους αὐτὴν οὕτως ὀνομάσας. An & ſic ab Aetna dicta Ceres Aetnæa? Sic certè *Chremius Aetnæus* nuncupatus, cui primam Nemeonicarum Pindarum conſecravit.

121. PROLES OPTATA.] Luculenti corporis. Arnobius libro IV. *Non vero eſt verum*, Cererem cum ſolo Iove concubuiſſe, utcunque filiam tantum habuerit Proſerpinam, nam & equina forma cum equo factotem habuit Neptuno, ut ſcribit Pauſanias Arcadicis, & ex eo refert Scholiaſtes Anthologiæ Græcorum Epigrammatum, ad Librum. I. Cap. XLI.

122. LUCINA.] Diana vis pariendi hoc idolo intelligitur. Nec ſolum hominum, ſed etiam animantium. Ut Canum, Adæus Epigrammate in Calathi nam Caniculam, lib. I. Anthologiæ, cap. XXXIV. ei Dianam dediſſe facilem partum dicit.

> Μούναις οὔτε γυναιξὶν ἐπήκοος, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς
> Συνθήρους σώζειν Ἄρτεμις οἶδε κύνας.

123. VISCERA.] Materna. Lucanus, lib. II.

> *geminas excepi fata maritos*
> *Viſceribus laſſis, partuq; exhauſta.*

Hæc naturæ officinam perquam pulcrè dicit Zacharias Scholaſticus in Aureola diſputatione de Opificio Mundi:

> πῶς δὲ ὁ τὴν ψυχὴν μορφωθέντι τῷ σώματι δεσμῶν; ἵνα μικρὰ φανῇς ὑγρότητος καταβληθεῖσα ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ ζῶον λογικὸν θνητὸν ἀποτελεσθείη, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν;

124. ALTIOR EXSTAT MATRIBUS.] Superat eas veneratione. Cyprianus Sodomâ, modo is ſit auctor, licet eo non indigni, Poematis.

> *vix mœnibus exſtat.*

Papinius. Epithal. Stellæ. Loquitur Venus.

> *quantum Latonia Nymphas*
> *Virgo premit, quantumq; egomet Nereidas exſto.*

125. PROSERPINA.] Talis, tantaq; qualis hoc nomen habet. Sic Maronis ille.

> *Turnus ego, nulli veterum virtute ſecundus.*

De Etymo Proſerpinæ, quod fruges videlicet terra proſerpant. Vide Fulgentium Mytholog. lib. I. cap. IX. Fragmenta Varronis ex libro XVI. Rerum Divinarum. Arnobium lib. III. Iſidorum lib. VIII. Originum. Aliter Firmicum de E. P. R. qui à *Perſephone* corruptum putat nomen, ſanè non prorſus ineptè. Ut ut ſit mirum nonnullis antiquorum viſum, docet quod primam ſyllabã ſint qui corripiãt ut nominatim Seneca in Hercule Furẽ.e v. DXLIX.

Vidiſti Sicula Regna Proſerpina. Fœcunditatem autem matribus facere ſuperbiam res nota de Niobe, infeliciſſimâ ob illam. Tacitus Annal IV. de Sejano Agrippinam caluinniãte: *igitur contumaciam ejus inſectari, vetus Auguſtæ odium, recentem Liviæ conſcientiam exagitare, ut ſuperbiam fœcunditate ſubnixam, popularibus ſtudiis inhiare dominationi, apud Cæſarem arguerent.*

127. TORVA PARENS.] Cavet *vaccam* aut *bovem fœminam* nominare, ne humili aliquâ voce carminis virtutem contaminet. Id quam ſtudioſè declinaverint veteres in cenſione recentium Poetarum docuimus, qui omnino hoc nomine malè tanti nominis gloriam ſuſtinent. Amor vero Bucularum in prolem Poetis celebratus.

128. LUNATÆ CURVAVIT GERMINA FRONTIS.] Nondum integra cornua fronte produxit. Papinius, Achilleide primâ.

> *Ut pater armenti quondam Rectorque futurus,*
> *Cui nondum toto peraguntur cornua gyro.*

Idem lib. VI. Thebaidos.

> *Matribus, & nondum lunatis fronte juvencis.*

129. PRONUBA FLAMMA.] Nuptias inferens; jam inquit virum deſiderare cœperat.

129. PLENIS ANNIS.] Virgilius.

> *Iam matura viro, jam plenis nubilis annis.*

Alibi

Alibi noſter *tumentem virginitatem* dicit, à fructibus arborum maturis. Ut Statius *tumidam Virginitatem* libro II. *annos plena maturitatis* Petronius. PLenum alioquin quod juſti eſt ponderis, aut vigoris. Plena incolumitas apud Largium Deſignatianum Epiſtola Hippocratis, quam Marcellus Medicus memoriæ conſervavit. *Pacis plena lætititia*, apud Petrum Chryſologum, Sermone. LIII. *PLena dulcedo charitatis*, apud Cyprianum lib. de Opere & Elemos. cap. XVIII.

131. MIXTA TREMIT FORMIDINE VOTUM.] Votum virgineum ſunt nuptiæ, quas formidant timore amittendi floris; quæ mira brevitate extulit juncta. Qualem imitaturus Sidonius & alij mapalia poſt fecerunt. Videtur ad iſta Papinii ſui Claudianus alluſiſſe II. Thebaid.

> *tacita ſubit ille ſupremus*
> *Virginitatis amor, primæque modeſtia culpa*
> *Confundit vultus; tunc ora rigantur honeſtis*
> *Imbribus, & teneros lacrymæ juvere pavores.*

Vide Auſonium Centone, licet paullo impuriore.

132. PROCIS.] Procorum copia gloria puellarum. Theocritus Oariſt. loquitur ipſa paſtoralis puella.

> πολλοί με μνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἕαδε.

Ovidius, lib. IV. de Meduſâ

> *clariſſima formâ*
> *Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum.*

Revera autem non paucos habuit Proſerpina. Julius Firmicus de Err. Profan. Relig. *Unicam Cereris filiam quam Græci Perſephonen, noſtri immutato ſermone, Proſerpinam dicunt, ad conjugiale conſortium plures petebant: Mater ſollicitè de ſingulorum meritis judicabat* &c.

133. CLYPEO MELIOR.] De hoc genere loquendi vide Julium Rufinianum Rhetorem. XXXIV. Edit. Pithæanæ.

134. RHODOPEN.] Thraciæ mons, quæ tota olim regio ob Barbaram immanitatem gentium ſacra Marti. Modeſtus, de Vocabulis Rei Militaris: Statius I. Achilleide, Sidonius Panegyrico Anthemiano, v. XLVI. Phœbo autem notiſſimum ſagittis utendi artem adſcriptam, cui & ſuſpendebantur eædem. Aegis Poëta, lib. VI. Anthologiæ.

> καὶ σάλικας καὶ πηνὰ λαγωβύλα σοὶ τάδε Μήδων
> Φοῖβε, σὺν ἰξελαῖς ἐκρέμασεν καλάμοις.
> Ἔργων ἐξ ὀλίγων ὀλίγην δόσιν. ἢν δέ τι μεῖζον
> Δωρήσῃ, δώσει πολυπλάσια.

De regionibus quæ quibus Dijs ſacræ nota ſunt omnia.

138. SICULIS TERRIS.] Siciliæ res notiſſimæ, Hiſtoriam nominis non vulgarem habes ex Hellanico apud Conſtantinum Porphyrogenetam lib. II. Thematum capite X. quam adſcribere nihil attinet. Porrò Gloſſematis hæc Claudiani inquinata ſunt. In Noſtro codice Lacuna eſt ingens, quam & in uno ſuorum adnotavit Belga Editor. Et à verſu hunc præcedente uſque ad Ducenteſimum Sextumdecimum nec vola eſt carminum nec veſtigium. Ego duos verſus qui iſtum in vulgatis libris ſequuntur *Monachos* eſſe exiſtimo, & proinde in tenebras rursū clauſtrales ablegādos, quod idem judicium habeo de illo

> *Aethera deſeruit, ſiculaſq; relegat in oras*

qui eſt duorum jam dictorum poſterior, à Scaligero retentus. Itaq; ſic legenda hæc impoſterum arbitrere:

> *Flava Ceres; raptuſque timens, heu cœca futuri,*
> *Commendat Siculis furtim ſua pignora terris,*
> *Ingenio confiſa loci* &c.

Claverio videbatur medius locum ſuū tenere poſſe.

poſſe. Ego nullum minus exiſtimo; non enim culpam Siciliæ daturum puro Poetam Inſulæ laudatæ ipſi potius, nec conſciæ tanti ſceleris, ut Poetemur quidem. Id quod viſum contra fuit farctoribus, itaque hac ſententia impacta corruperunt ſanum locum, non ſine ſummo ſtupore ſuo. Sequitur verò plurium hic traditionem Claudianus, in Sicilia videlicet Raptam eſſe Proſerpinam, at propè Eleuſin in Agro Attico contigiſſe id Orpheus tradidit, in Thracia Appianus lib. IV. de Bellis Civilibus.

143. INGENIO CONFISA LOCI.] *Ingenium* eſt promtitudo & aptitudo ad aliquid amplectendum, diſcendum, tenendum, naturalis, quæ ab hominibus transfertur ad res etiam animarum carentes. *Ingenium* naturalis potentia ad videndas & ediſcendas res, Julio Severiano Rhetori: *Oratoris*, inquit, *artibus nemo inſtrui poteſt niſi cui ingenium & frequens ſtudium eſt. Primum animæ ſit oportet quadam naturalis ad videndas ediſcendasq; res potentia.* Minutius Felix Octavio: *Apparet ingenium non dari facultatibus, nec ſtudio parari, ſed cum ipſa mentis formatione generari.* Ubi ſimpliciter ingenium Felicitatem ejus deſignat. Appulejus Dogmate PLatonis: *ingeniumq; intimum de exteriori contemplatus eſt facie* Ibid. *acre in percipiendo ingenium.* Spartianus Adriano: *imbutusq; impensè eſt Græcis litteris, ingenio ejus ſic ad ea declinante.* Capitolinus Pio. *nobilis vultu, & placidus ingenio.* Ibidem, *eum omnes ejus Pietatem, Clementiam, Ingenium, Sanctimoniam laudarent.* Arnobius Libro Primo: *per diverſas artium diſciplinarumque rationes ingenia dirigunt.* Calpurnius Flaccus, Declamat. VI. *Sceleratis ingeniis & pluſquam civilia cupientibus non dominari inſtar ſervitutis eſt.* Boethius: *vivit uxor ingenio modeſta, pudicitia pudore pracellens.* Sidonius Burgo Pontij Leontij, pro acutis dolis dixit.

Atq; hac ingenio fraudatum luce Cyclopem.

Capella pariter acumen conorar. lib. I. *providum perſpicacis prudentia ingenium commendabat.* Alcimus Avitus, libro VI.

ingenij quam feliciſſima premit
Dexteritas

Atator de Animalibus.

Ingenium mites, vim meruere truces.

Paullinus.

Nec ſapiens magno gaudeat ingenio.

Quomodo Lactantius lib. I. cap. I. *magno & excellenti ingenio viri cum ſe doctrina penitus dedidiſſent.* Ubi non puto admirandum quod *penitus* edidit in Antvverpienſi editione Michael Thomaſius, aliarum rerum præſtantiſſimi ſcriptoris non ineptus Corrector. Sed ad id veniamus, quod inſtituimus, videlicet ab hominibus ad inanimas etiam res ingenij uſurpationem extendi Sic hoc loci ingenium loci legitur. Columella libro X.

Quodſi nec cœli nec campi competit humor,
Ingeniumve loci, vel Iuppiter abnegat imbres.

Papinius, Surrentino Polli. *locine*

Ingenium an Domini mirer prius?

Ovidius. IV. Faſtorū: *ad fruges ingenioſus ager.* Ingenium Avaritiæ apud Sixtum, ut volunt, Pontificem libro Contra Divitias. Ingenium aulæ. Tacitus Hiſtor. II. *ſpadonum gregibus & catero Neroniana aula ingenio.* Idem Annal. XVI. *Noctium Neroniarum ingenia* memorat. Statius, Thebaide III.

extremo in fine ligavit
Ingenium crudele necis

Mundi Ingenium, Appulejus Dogmate PLatonis: *Eoque nihil prateteà extrinſecus eſt relictum, quod corrumpere poſſit ejus ingenium.* Apud eundem ingenium metalli legitur, Metamorph. IX. Ingenium Naturæ apud Pacatum Panegytico. Bonarum artium ingenium apud Auſonium, Epiſtolâ XVI. ingenia artium a Diabolo inſpirata apud Tertullianum cap X. de Spectaculis. ingenia herbarum penes eundem leguntur libro de Habitu Muliebri. Ingenia Pœnarum de Reſurrectione Carnis cap. VIII. Crines ingenio ſuo flexi, nativa ſub criſpi elegantiâ, apud Petronium, Pectinis ingenium

bium exſtat apud noſtrum lib.II. V. XLI. hujus Operis. Ingenia pullorum apud Columellam lib. VIII. cap.IV. Ingenium Canum apud Claudianum noſtrum lib III.de Laudibus Stiliconis, V CCXCVIII. Ingenia Elefantorum apud Caſſiodorum lib. X. Var. Epiſt. X X X. Caſibus ſubitis mirificum ingenium eſſe, Martialis, ſive quis alius, dixit, Spectac. XIV.

O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!

141. TRINACRIA.] Strabo.

ἔστι δ' ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι, καὶ διὰ τοῦτο Τρινακρία μὲν πρότερον, Τρινακρὶς δ' ὕστερον προσηγορεύθη.

Triquetram hinc appellat Lucretius, lib.I. Martianus Heracleota. V CCCLXIII.

ἑξῆς Σικελία, νῆσος εὐτυχεστάτη,
ἣν τὸ πρότερον μὲν ἑτερόγλωσσα
βάρβαρα
λέγουσι πλήθη κατανέμεσθ' Ἰβηρικά,
διὰ τὴν ἐπὶ πλεῖστον δὲ τῆς χώρας
φύσιν
ὑπὸ τῶν Ἰβήρων τρινακρίαν καλουμένην
Χρόνῳ Σικελίαν ἀπαγορευθῆναι πάλιν
Σικελοῦ δυναστεύοντος.

Scholiaſtes Apollonij, libro IV. ἡ Σικελία ἐκαλεῖτο τρινακρία τὸ πρότερον διὰ τὸ τρεῖς ἄκρας ἔχειν, Πάχυνον, Λιλύβαιον, Πέλωρον. Idem ad verſum DCCCCLXV. ejusdē Libri. Τίμαιος τρινακρίαν φησὶ καλεῖσθαι τὴν Σικελίαν ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει. οἱ δὲ ἱστορικοὶ Θρίνακρον φασὶν ἄρξαι τῆς Σικελίας.

142. ITALIÆ PARS UNA FUIT.] Ita creditum, Antiquitus continentem Italiæ fuiſſe Siciliam, ſed interrumpentem pontum feciſſe inſulam, freto immiſſo. Vide Thucydidem libro VI. Juſtinum è Trogo, libro IV. Valerium Flaccum, Argonaut. I. Virgilium, lib.III, Lucanum Libro Tertio. Silium Libro X I V. Quos noſter auctores habet.

145. PARVAQUE DISCRIMINA. Julpianus, cap.XCIX. de verbor. ſignif. *Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto àb Italia dividitur.* Lucretius, lib.I,

Anguſtoq; freti rapidum mare dividit undis
Italiæ terrai oras à finibus ejus.

146. NUNC ILLAM SOCIA RUPTAM.] Ita correxit Scaliger. Optimi verò quique libri:

Nunc illam ſocia raptam tellure triſulcâ
Opponit Natura mari

Quæ lectio omnino vera eſt. Nunc illam ereptam alterius ſocietati ſive conjunctioni opponit triangulam mari Natura. Hoc eſt inſulam fecit tribus Capitibus in mare eminentem; Nihil facilius & certius. Jam ait propriam tellurem factam à Naturâ, ſicque mari oppoſitam.

147. CAPUT.] Promontorium. Ab uſu Antiquitatis Latinæ etiam nunc hæc vox occupat Idiomata inde Orientia.

148. IRAS.] Fluctus pelagi. Sic *rabiem* mox vocat. Periculoſum autem fretum quam maximè circa Siciliam, Homero & Thucydide teſtibus. Libanius Proſphonetico Juliani:

ὥσπερ εἰ πρῶτον πλέων ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ τὴν πρώτην ἀναγωγὴν ἐποιοῦ χαλεπωτάτου γε πορθμῶν, ὡς Ὅμηρός τε δηλοῖ καὶ Θουκυδίδης μαρτυρεῖ, &c.

152. ÆTNA.] Deflectit ad memorabiliſſimum omnium, quibus Natura inſulam illam inſignivit, Aetnam nimirum, ſanè miraculum Naturæ Longinus περὶ ὕψους. capite X X X I.

οὐ δὲ τοὺς τῆς Αἴτνης κρατῆρας ἀξιοθαυμαστότερον νομίζομεν, ἧς αἱ ἀναχοαὶ πέτρας δὲ ἐκ βυθοῦ, καὶ ὅλους ὄχθους ἀναφέρουσι, καὶ ποταμοὺς ἐνίοτε τοῦ γένους ἐκείνου, καὶ αὐτοῦ μόνου προχέουσι πυρός.

Non tamen ſola Aetna talis, ſed ut Veſuvius Italiæ, & alij montes aliarum Provinciarum,

rum, ut cujus maritimi, inter Mediam & Scythiam, ſi ſatis recordor, meminit Priſcus Rhetor in Legationibus. De cauſſis talium ignium vide Philoſtratum Apollon. lib. V. capite VI. &c.

153. NUMQUAM TACITURA.] Hoc eſt ſemper laudatura. Sic Maro Illaudatum Buſiridem vocat quem omnes meritò vituperabant. Sic de Cor. Tacito. Sidonius.

Et qui pro ingenio pluente nulli
Corneli Tacite es tacendus ori.

Hoc eſt omnibus es concelebrandus & laudibus vehendus.

154. ENCELADI BUSTUM.] Hunc immanem Gigantem Juppiter injecta Aetna domuiſſe dicebatur; qui ſub ea adhuc exſpiret flammas & ſaxoſa illa incendia. Vide Philoſtratum loco indicato. Oppianus, libro Primo Cynegeticorum.

ὅπ τοι σκέπας Ἐγκελάδειο
πυρσοῖς αἰθαλέοισιν ἐρευγμένιο κε-
ραυνοῦ
Σικελίης Αἴτνης ἀνεκάχλασεν ἀέναον
πῦρ.

Vide Quintum Smyrnæum lib. XIV. Severum Aetna. Typhæo alij adſcribunt idem, ut Valerius Flaccus, Ovidius, & ſermo hominum publicus apud Philoſtratum.

156. QUOTIES DETRECTAT ONUS.] Hinc egeri illa ſaxa & flammas eas fingebant. Valerius Flaccus libro II.

trux ille ejectat adeſi
Fundamenta jugi, pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, injectam feſſo cum pectore molem
Commovet experiens, gemituque reponit inani.

Porrò quæ ſequitur Aetnæ deſcriptio ex Virgilio III. Aeneidos: Silio, lib. XV. Punicorum, Pindaro Pythionic. I. expreſſa eſt, in quâ non male reprehendit Claudianum ſummus vir Julius Cæſar Scaliger, Phyſicum velut profeſſum induere, & modo propoſito Operis argumento digredi in alieniſſimas ab inſtituto diſſertationes; Quod antè eum puto & alios monuiſſe. De Aetna vero non tranſeundum libellum ſcripſit proavorum memoria Petrus Bembus, utinam ejus generis plures.

161. INDIGENAS NIMBOS.] Eo loco natos. Alibi.

Indigenas habitus nativa Palatia ſumunt.

Compoſuerunt jam docti has deſcriptiones. Et res proletaria eſt.

166. SCIT SERVARE.] Servat. Eſt Græcanicum. Ariſtænetus lib I. Epiſt. XVII.

ῥανὶς γὰρ ὕδατος ἐνδελεχῶς ἐπιστάζου-
σα καὶ πέτραν οἶδε κοιλαίνειν.

Lucianus in Anthologiâ de Fulmine.

οὐ δρύας οὐ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κα-
τάγειν.

Pacianus Parænet. *novit intercipere,* ἀρπ *intercipit.* Vide de Aetna Severi, ſi is eſt, ego vero non eſſe ſcio, Poemarium ejus tituli, & Auctorem etiam de Mundo quem interpretatus eſt Apuleius.

166. SERVARE FIDEM.] Inceſſit hæc Julius Scaliger, penè, ut verum dicam, ridiculè. Non enim promiſerat quicquam, ergo non potuit, ait, fidem ſervare! Quis vero umquam ita Poetas examinavit, aut quis Poetarum non agnoſcit fidem etiam in rebus inanimis, & fœdera, & conjugia adeo ipſa? Sanè ego nollem ſic notare locutionem omnis ævi exemplis niſam; & ſi talia neges Poetis, quis non ſcribendum putet Carmen ſine ullis porrò translationibus? Sed non eſt unius hominis ubique ſapere. Quis verò miraculo miraculum urgeat, ut miraculosè loquentem ſeponat? Satis eſt ſervare dici fidem flammam nivi, quam utiq; ei debebat, ut fieret miraculum, tu vero & Conſponſionem quamdam flagitas, quæ nec hominum eſt omnium, & prodigo adſcito, vis evertere omnibus conſpicuam veritatem, quoniam ſcitius eſt enarrata? Sic pari miraculo enarrando locuti ſunt optimi alij ſcriptores. Seneca.

Pax

Pax ante fida nivibus & flammis erit.

Seneca lib. LXXIX. *ſed reſervemus iſta, tunc quæſituri, cum tu mihi ſcripſeris quantum ab ipſo ore montis nives abſint, quas nec æſtas quidem ſolvit, adeo tuta ſunt ab igne vicino.* Tacitus fidem inter montem & nives agnoſcit Hiſtor. V. *Præcipuum montium Libanum erigit, mirum dictu, tantos inter ardores opacum, fidumque nivibus.* Sic amicum ignem frutilibus, quos lambebat, non & urebat, Cælius Sedulius libro I. v. CXIV.

Ignibus innocuis flagrans apparuit olim
Non audens ardere rubus, nec juncta calori
Materies alimenta dabat, nec torrida virens
Senſit damna frutex, ſed amici fomitis æſtu
Frondea blandita lambebant robora flammæ.

Ita enim legenda ea verba; vulgo male *Non ardeas ardere* Qui error tamen in optimis etiam membranis exſtat. Sic *fidem terminorum* dicunt Agrimenſores.

166. PARITERQUE FAVILLIS]Cum favillis. Omittitur Conjunctio *Cum* Vide O *miſſa* Indice ad Appuleium.

168. FVMO FIDELI.] Non noxio nivibus. Similia in Apono legas noſtri, & fœderatum aquæ ignem apud Alanum libro V. v. CCCVII. Porro de Ætnæ iſtis ignibus miraculum aliud refert Cteſias in Perſicis, dum illud Indiæ monſtrum confirmare vult, Solem illi XXXV. refrigerationem concedere, dum feſto ejus vacat. *Confirmare volens,* inquit Photius Patriarcha CP. *quod de Sole dixerat, cum Indiæ XXXV. dierum refrigerationem concedere ſcribit & flammam, quæ ex Ætna erumpit, medium regionis tractum, utpote qui à hominibus injuſtis colatur, numquam labefactare, cum cætera affligat.*

169. LAMBIT.] Molliter attingit. Sedulius verbis modo poſitis.

169. CONTIGVAS.] Vicinas. II. Ruſin. CCXIX.

Parcite contiguo, Ruſinus præcipit, hoſti.

171. VULCANIUS IGNIS.] Vulcanus ignis inventor, ut ſcribit Iſter, vetus auctor, libro I. Rerum Atticarum. Vide Harpocrationem voce *Lampadion.* Vulcanius autem hic ignis, quia officina ejus apud Ætnam fabrilia facientis fingebatur, quod ab aliis talibus montibus refellit Philoſtratus loco ſupra laudato. Aliud ſpecus ignivomum in Sicilia, Vulcano ſacrum, ejuſq; miram & relligionem & efficaciam lege apud Gratium Cynegetico, qui locus ſanè mirificè pulcrè ibi deſcriptus eſt. Ex Solino & Strabone alibi illuſtratus. Porro non indigna memoratu ſtultitia ſuperioris ſeculi hominum, qui cum in Novi, ut appellant, Orbis quibuſdam montibus talia erumpentium flammarum volumina offendiſſent, rati aurum liquidum inibi inventuros catenis ſeſe intromiſere crateribus, ſed diro eventu plerorumque, Legas Hieronymum Benzonem.

180. TVRRIGERAMQVE PETIT CYBELEN.] Cur Turrigera fingantur nemo melius enarret Lucretio, cujus hæc ſunt verba, de libro II.

Hanc veteres Grajum docti cecinere Poetæ
Sedibus in curru bijugis agitare Leones.
Aeris in ſpatio magnam pendere docentes
Tellurem, neque poſſe in terra ſiſtere terram,
Adjunxere feras quia quamvis effera proles
Officiis debet molliri victa parentum,
Muralique caput ſummum cinxere corona
Eximiis munita locis quod ſuſtinet Vrbes.

Alia à fabulis cauſſa tradita Arnobio, quem vide, lib. V.

181. VOLVCRI QVI PERVIA.] Rectè ita Scaliger, ſecutus Claverii Editionem & Quatuor Belgas Libros. Sic de Zethe & Calai Higinus cap. XIV. Fab. *Hi capita pedeſq; pennatos habuiſſe feruntur, crineſque cæruleos, qui pervio aere uſi ſunt.*

183. FRONTEM CRISTA TEGIT.] Virgilius Culice de Serpente alio.

cui criſta ſuperne
Edita purpureo lucens maculatur amictu.

185. SPIRIS.] Inepti libri qui mutant ab hac lectione. *Spiræ* ſunt flexus ſerpentum, Draconum, aut his ſimiles aliorum, quam vocem Latinam fecerunt optimi auctores. Virgil. Æn. II. Crebro uſurpant Poetæ Chriſtiani, Victor, Cyprianus, Alcimus, &c.

187. FLAVESCIT ARISTIS ORBITA.] Fruges undique ſuccreſcere & ſequi iter Cereris ait. Sic de vitifera Italia Sidonius Paneg. Anthemii.

Vbertas ſequitur, quacumque propinquat,
Inceſſu fœcundat iter, comitataque greſſum
Læta per impreſſas rorat vindemia plantas.

190. DECRESCIT.] Donec plane abſcondatur, pulcre Valerius Flaccus initio libri II. Argonauticorum.

192. RORE.] Lacrymis ſponte fluentibus, præſagio venturi luctus. Lib. III. ipſa Ceres queritur Cybelæ

quoties flaventia ſerta comarum
Sponte cadunt, quoties exſudat ab ubere ſanguis,
Larga vel invito prorumpunt flumina vultu
Injuſſæque manus mirantia pectora tundunt.

196. NVLLOS PATIERE LIGONES.] Ergo jam certa erat dandi mortalibus frumenti; niſi ſi per oblivionem dicas *Poeta* hoc excidiſſe, velut jam uſu ſationis noto mortalibus, quæ tamen poſt, jam amiſſa & quæſita longe lateque Proſerpina, demum data per Triptolemum?

197. VERSABERE VOMERIS.] Poetica arationis deſcriptio. Valer. Flaccus, lib. I.

Atque imum felix verſabat vomere Olympum.

198. SPONTE.] Solo cultu divino placata tellus primis cultoribus fruges dediſſe fingebatur. Germanicus Virgine:

neque per dubios avidiſſima ventos
Spes, procul amotas, fabricata nave, petebat
Divitias; fructuſque dabat, placata colono,
Sponte ſua, tellus.

198. CESSANTE JUVENCO.] Hic errorem videas Poetæ ſubeſſe: Quomodo enim ceſſationem à re promittat, quæ catenus non ſit nota aut facta?

200. SIC AIT.] Simul ut hoc dixit. Celeritatem vectutæ intelligit. Deorum enim voluntatem ſolam omnia ſequuntur. Capella.

praſcire Deis vacuum eſt, cunctatio nulla
Quod ſuperi voluere, liquet
ſic quod placet, atque neceſſe eſt.

Hoc eſt illico neceſſe eſt fieri, ſi quid ipſis placuerit. Similia de vero Deo Sedulius libro I. v. CCXXIII.

202. IDAM.] Montem Phrygiæ. Vnde Idæa olim illa regio. Sophocles Ajace Flagellifero. ὅτου πατὴρ μὲν τῆς δ' ἀπ' Ἰδαίας χθονός. Scholiaſtes. Ἰδαία τὸ πάλαι ἡ Τροία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς Ἴδης τοῦ ὄρους. Alius Ida mons in Creta; de utroque Scholiaſtes Callimachi Εἰς Δία.

201. AVGVSTA.] Cultu non ſpatio, non ornamentis ſed religione. Itaque non probo mutantes libros in *anguſta* qui talium faciles.

202. PINVS.] Sacra Deum matri. Vide doctiſſimi Turnebi Adverſariorum libr. XI, cap. XXII.

203. NVLLA AGITANTE PROCELLA.] Dearum enim ſedibus ventos & tempeſtates excludunt Poetæ. Vide Veneris aulam in Nuptiis Honorii.

203. LVCOS.] Pleraque Idola veterum in lucis culta obſervamus alibi. De Cereris luco cæſo notum infortunium Eriſichtonis.

Lucum

Lucum Dictymæ celebrat Antoninus Liberalis. Diris lucum Frontinus, Srrategemar. lib. I. cap. XI. Palladis Pindarus Olympionic. V. Homerus Odyſſ. Z. Apollinis. Livius, lib. XXXV. Er luci ſunt inrer loca præcipua cultorum Dæmoniorum, Chryſologus, Sermone LI. *Et non ad gentes missam? ubi ad unius diſcipuli mei vocem templa corruunt, ſimulacra fugiunt, conſumuntur aræ, cadunt Idola, cæduntur Luci, tota demenum poteſtas antiquis & veternoſis ſedibus ſuis gemens & tremens, & ejulans effugatur.* Sic & Hæretici Valentiniani in Lucis ſuas Nugas venerabantur. Auctor Vetus Vitæ B. Ambroſii, *in partibus Orientis, in quodam caſtello à Chriſtianis viris Synagoga Iudæorum & Lucus Valentinianorum incendio concremata ſunt propterea quod Iudæi & Valentiniani inſultarent monachis Chriſtianis.*

204. CONIFERI RAMI.] De ſola pinu puro ſermonem eſſe, qua conſtirerit torus iſte Lucus; Iraque melius edirum à Claverio, & firmarur libris manuſcriptis.

Stridula coniferis modulatur carmina ramis.

204. CARMINA.] Quæ in arborum venris inſpirarorum ſuſurris agnoſcunr Poetæ. Petronius. Bello Civili

non verno perſona cantu

Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur.

Longus, Paſtoralium. I.

εἰκάζειν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν ἠρέμα ῥέοντας, καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας. Theocritus Oariſt. Puella ἦχον ἀκούω.

Paſtor

Ἀλλήλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

205. THYASI.] Chori matris Deum, notiſſima omnia. Mythologiam plerarumque ejus ceremoniarum habes in fragmento Varronis, quod ex libro XVI. Rerum Divinarum citat B. Auguſtinus lib. VII. de Civitate Dei, cap. XXIII. & XXIV.

206. GEMVNT.] Obſcuro & gravi ſono. Virgil. de Ætna, lib. III.

liquefactaque ſaxa ſub auras

Cum gemitu glomerat

207. GARGARA.] Vide Macrobium Saturnalium lib. V. cap. XX. Idæ eſt vertex, fertilitate nobilis. Homerus Iliad. Θ. Ξ. Ο. Virgilius Georg. III. Valerius Flaccus II. Argon. Sidonius, alij.

208. MVGITVM.] Qualis boatus taurorum. Auſonius. Epiſt. XXV.

tentu reboant cava tympana tergis.

209. CORYBAS.] Corybas Jaſonis & Cybeles filius τοῦ πατρὸς εἰς θεοὺς μεταστάντος in Aſiam ſacra Deum matris princeps intulit, Vide Diodorum Siculum lib. V. Hinc perpetua ſucceſſione Corybantes dicti ejus Divæ ſacerdotes furibundi. Erat enim eorum officii ſimularo repentino furore in orbem currere & ferro ſonora arma pulſare. Quod dixi ſimularo, ſæpe in his falſum fuit. Nam & Spiritus malos ſibi dedicatos votoſque mortales quodam ἐνθουσιασμῷ exrernare res eſt confeſſa, idque de Braſilianis Idololatris ſuperiore ſeculo ocularus inſpector ſcripſir Joannes Lerius. A Corybantum furore deductum Græcis Κορυβαντιᾷν. Suida.

κορυβαντιᾷ, μαίνεται, ἠχεῖ ἢ δαιμονᾷ καὶ συγκορυβαντιάσαντες, συμμαίνοντες. Ariſtophanes Veſpis.

Ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἢ κορυβαντιᾷς

Dionyſius Longinus, cap. IV.

περὶ ὕψους, διὸ τὸ περὶ τὰς νοήσεις καινόσπουδον μάλιστα κορυβαντιᾷ οἱ νῦν. Zacharias Scholaſticus. κἂν οἱ τὰ πάντα κυκῶντες καὶ κορυβαντιῶντες ἄνω καὶ κάτω τὰ ὄντα στρέφωσιν.

Hos deſcribit & intelligit Aretæus Medicus lib. III. cap. VI. fine, ubi quoſdam perſuaſione relligionis furere & corpus ſauciare ſcribit, quia poſt quiere vivant, velut ſacris Deorum initiati.

210. BVXVS.] Has inflabant his ſacris operantes. Valerius Flaccus lib. II.

horriſona reſpondent Gargara buxo.

Sidonius.

Cum ſectus recalet Corybas, cui gutture rauco
Inguen per bifores regemunt cava buxa cavernas.

210. ÆRA SONANT.] Illiſi enſes. Sono æris ineſſe voces Dæmonum opinabantur nonnulli δ:κ·σισύφοι veteres. Malchus Porphyrius, vita Pythagoræ:

ἔλεγε τὸν ἐκ χαλκοῦ κρουομένου γινόμενον ἦχον φωνὴν εἶναί τινος τῶν Δαιμόνων ἐναπειλημμένην τῷ χαλκῷ.

212. OSCVLA.] Multa de Oſculationibus veterum diſſerere poteramus, jam inde è ſacris litteris & Perſarum vetuſtiſſimis moribus traducta, niſi Juſtus Lipſius, Marcellus Donatus, & alii, occupaſſent aliquã materiem. Quæ ſingularia non pauca habemus alibi promentur.

213. ARCE.] Cælo. Capella, lib. I. *ad culmina arcis aerea ille comitatus cum virgine propinquabat.* Nihil crebrius Poetis.

218. CECINIT.] Vaticinata eſt. Bello Gildonico.

multaque canunt præſagia noctes.

De Themidos vetuſtiſſimo oraculo notatum jam & aliis.

219. REM PERAGIT TEMPVS.] Mirum mihi ſæpius quid in hac locutione meditati fuerint homines docti, cum bonam partem, non videntur *peragi* ſcribendum ijs locis, quo auctores urgent rem præſentem neceſſitate opportuni temporis adigente. Si enim tempus *perageret rem*, quo pacto non ſine pudore hortaretur ad effectum ejus in opportunitate alius alium? Omnino ita ſcribendum & hoc loco.

Rem peragi tempus

Et ita Belgici plerique libri habent: Sic apud Maronem lib. V. Æneidos *nunc tempus agi res* Nullo modo Pierio Valeriano accedo *peragit* reducere molienti: Quid enim opus ambagibus planam, & prorſus auctorum, ſententiam oppugnantibus? Papinius, lib. V. v. CXL.

quin, ô miſera, dum tempus agi rem,
Conſulite

Quid ſtultius conſiliis Jovis, & opera Veneris, ſi tempus rem præſentem ageret? Haud dubio de veteri Poeta aliquo ob ſonum verſui pulcrè incidentem, mutuatus eſt Maro, quem ſecuti ſunt alii. Veram in Claudiano lectionem agnoſcunt etiam duo ſcripta Exemplaria, quæ contulit A. Schottus, ut ipſe teſtatur lib. II. cap. V. Difficil. Ciceronis.

220. ILLVDERE CAMPIS.] Ludere in campis, eleganter. Multa hujus generis Commentario Appuleiano notamus. Sic *illucere* uſurpat Tertullianus lib. de Pudicitia, cap. VII. *at quin totus hic mundus una omnibus domus eſt, in quo magis ethnico Gratia Dei illucet, qui in tenebris invenitur, quam Chriſtiano, qui jam in Dei luce eſt.*

221. CRASTINA PUNICEOS] Toto verſu craſtinum edixit. Sic Virgilius lib. XII.

cum primum craſtina cœlo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit,
Non Teucris agat in Rutulos: Teucrum arma quieſcant
Et Rutulum, noſtro dirimatur ſanguine Bellum.

Quod mirum in re ſeria.

224. NVLLVMQVE.] Neminem non mortalium ſubjacere regno Veneris arbitrabantur veteres. Theocritus Oariſt.

Οὐ φεύγεις τὸν ἔρωτα, τὸν οὐ φύγε
παρθένος ἄλλη.

227. MOLLESCANT.] Frangantur in delicias & Res Amoris. Gloſſæ, *mollis* μαλακὸς, ἁπαλός. Tertullianus, cap. X. de Spectac. *Eſt plane in artibus quoque ſcenicis Liberi & Veneris patrocinium: quæ privata & propria ſunt de ſcena geſtu & fluxu. Nam molliciã Veneri & Libero immolabant, illi per ſexum, illi per fluxum diſſoluti. Mollicia* enim omne genus excedentis teneritudinis. Sic *Mollitias* Velleius libro II, extremæ teneritatis delicias in Mæcenate vocat.

vocat. Hinc *molleſcere* effœminari. Vibius Sequeſter de Salmaei: *ex quo fonte qui bibit molleſcit.* Feſtus de eadem. *quam qui biberet vitio impudicitia molleſcat in undis.* Ovid lib. IV. *Ætatis ſubito molleſcet in undis.* Hinc & mollire eſt effœminare. Prudent. Pſychomachia.

vita cui cauſſa Voluptas
Elumbem mollire animum

Molles, qui deliciis inſepulti. Macrobius libro II. Sat. cap. IX. *Hortenſius, vir alioquin ex profeſſo mollis, & in pracinctu omnem ponens decorē.*

CVR VLTIMA REGNA QVIESCVNT?] Ex Ovidii verbis, ubi Venus Cupidinem affatur, Metamorphoſi V.

Tu ſuperos, ipſumque Iovem, tu numina Ponti,
Victa domas, ipſumque, regit qui numina Terra.
Tartara quid ceſſant? cur non matriſq; tuumque
Imperium profers?

DITISQVE SEVERI.] Et hunc enim domuit Amor. Moſchus, de Eo:

Βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα, καὶ εἰς ἀΐδεω βασιλῆα.

228. JUSSUQUE PARENTIS.] Non aliter Venerem comitatæ virgines. Et has latebat tamen machinatio. Minervam autem & Palladem Comites Proſerpinæ dant & Valerius Flaccus. lib. V & Papinius II. Achill.

229. MÆNALA.] Mons Arcadiæ. Dianæ ſacer, unde illa notarunt. Scholiaſtes Theocriti, Idyllio. α.

Μαίναλον ὄρος Ἀρκαδίας ἀπὸ Μαινάλου τοῦ Λυκάονος, ὡς Ἔρως, &c.

232. ADDVNT SE COMITES.] Hemiſtichum Virgilii Æneid. II.

230. DIVINO SEMITA GRESSU CLARUIT.] Non ipſas Divas ſuas comparavit truci aſtro, ſed ſemitam earum, per quam cœlo ſe deportant. Sic *Lacteum tramitem Deorum* in cœlum iter facit Ovidius Metamorphoſi prima. Et ſunt alia exempla quibus per ſidera deſcendere cælo dii finguntur. Hoc autem debebat animadvertere, qui Claudianum compoſitionis hujus ergo vellicat.

232. DELABITVR.] Hoc quoque nomine inceſſitur Claudianus, ſed à Scaligero; at hic quoque cogitare debebat, ſi hoc non accidit, ut ipſe notat, videri accidiſſe, & Poetarum hoc eſſe, nec noſtrum non habere auctores ſuæ aſſertionis. Ovidius lib. II. Metamorph.

ut interdum de cœlo ſtella ſereno
Quæ ſi non cecidit potuit cecidiſſe videri.

Virgilius, Georgico I. Id etiam ſæpe fieri ait, cujus non veniebat tum in mentem viro præſtantiſſimo.

Sæpè etiam ſtellas, vento impellēte, videbis
Præcipites cœlo labi

Qui de vento illud etiam affirmat audacius. Quid enim venti ad ſtellarum loca & ſtationes, qui nec montium altorum culmina attingunt, ut vides apud Geminum & alios? Hæc igitur ita excuſant Claudianum ut nec hiſcere velit Accenſator.

237. CYCLOPVM FIRMATA MANV.] Deorum Dearumque ædes ferro plerumque factæ finguntur. Virgilius de Furiis apud inferos.

Ferreique Eumenidum thalami

De Veneris ædibus noſter Nuptiis Honorii. Sidonius Epithalamio Ruritii, &c. Leni enim fabulatorum Commentarii.

237. STANT.] Horrent, permanent.

241. NOTIS.] Ingentibus follium flatibus, quos poſſis ipſis Notis æquiperare. Inepte notas aut indicia ſomnies.

241. ANIMÆ.] Flamina ventorum. *Animas* pro ventis capi obertim notatum doctis ad Arnobium & Appuleium. Sic Spiritum pro vento in ſacris litteris explicat Didymus, lib. III. de Spiritu Sancto, quem interpretatus B. Hieronymus.

241. FLVMINE TANTO.] Ita Scaliger. At haud dubio vera eſt Lectio *flumine* quę liquefacti vi follium inſpiratorum metalli ingentem copiam indicat. Claverius ex optimis ſuis libris veram etiam noſtram lectionem

Talis ille Maronis, rem enarrat ſimul & effert.

Optat aprum, aut fulvum deſcendere
monte Leonem

Idem. *Labitur uncta vadis abies* Ennius.

Atque Atque adſcendit muros Romana
juventus.

Auſonii idem dicit & ſonat iſte.

Subterlabentis tacito rumore Moſella.

Virgilii item alius.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit un-
gula campum.

Ennii pariter alius *omne ſonabat*

Arbuſtum fremitu ſilvai frondoſai.

Theocriti inſignis de apum ſuſurro.

ὧδε καλὸι βομβεῦντι ποτὶ σμήνεσσι
μέλισσαι.

Eleganter etiam ultimo ævo, Corippus ſtridorem ſerræ ſic exprimit, lib. IV. *tracta ſtrident ſcabredine ſerræ.* Sonum avis volitantis quicunque auctor Ceiris exprimit.

tenui conſcendens aera penna
Cæruleis ſua tecta ſuper volitaverit alis.

Et plauſum talem voluit Hericus Altiſſiodorenſis libro VI. Germanidos, de Seraphin Cœleſtibus.

Et ſenas pandunt blandis applauſibus a-
las.

Vide & Lib. CXXII. Adverſ. cap. Ult.

258. QUINQUE PLAGAS.] Vide Capellam lib. VI. Ovidium I. Geminum ISagoge.

258. SUBTEMINE.] Quid ſubtemen. Vide Varronem lib. IV de Lingua Latina, Senecam, Epiſtola XC. alios.

262. VIRIS.] Hominibus, quibus quandoque non accenſentur fœminæ. Ut *homme* hodie Galliis *virum tantum* notat. Vide elegantiſſimos Jacobi Durantii Varias. Nos altero Tomo Adverſariorum.

265. SACRARIA.] Loca remota, & mageſacra cæteris. Habuiſſe in ædibus talia Romanos magnates notavi alibi.

267. SUBITIS MADUERUNT FLETIBUS.] Tamquam præſagientia Luctum. Notavi duobus locis ſupra hoc libello.

269. VITREIS VADIS.] A ſplendore & perſpicuitate aquæ perpetuum Epitheton. Horatius. *O Fons Blanduſiæ: ſplendidior vitro.* Auſonius Moſella.

Spectaris vitreo per levia terga profundo.

Papinius *expavit vitreo ſub gurgite remos*

Silius *vitreas ſollers piſcator ad undas.*

Sedulius lib. III.

Libera per vitreos movit veſtigia campos.

Juvencus, lib. I Hiſtor. Evang.

Hæc memorans vitreas penetrabat gurgi-
tis undas.

Marius Victor, lib. I. Geneſeos.

Ætheraque, & vitreum pelagus, terraſq;
virentes.

Chryſtallinus fons Alcimo Aviro, lib. I. ἀργυρέους ποταμοὺς ubique in ore habent Græci Poetæ, Theocritus, Euripides, Steſichorus, Oppianus, &c.

269. CARDINE VERSO.] Veterum enim cardines ita facti erant, ut cum verterentur, januis apertis, ederent clarum ſonitum. Lucretius.

Aeraque quæ, clauſtris reſtantia vociferantur.

Metallo enim erant facti Cardines, marmore limina. Virgilius Ceiri.

Quam ſimul, Ogygii Phœnicis filia,
Charme,
Surgere ſenſit anus, ſonitum nam fecerat
illi
Marmoreo æratus ſtridēs in limine cardo,
Corripit extemplo feſſam languore puellā.

Papinius, Theb. X. v. CCLVIII.

271. PURPURA.] Color purpureus. Sic Manilius Pyropum dicit, lib. V.

Fœmineum rubro vultum ſuffuſa pyropo.

272. ILLUXERE FACES EBURNUM.] Expreſſa de his Papinii. I Achil.

fax vibrata medullis
In vultus atque ora redit, lucemque ge-
narum
Tingit, & impulſam tenui ſudore pererrat,
Lactea Maſſagetæ veluti cum pocula fuſcant

Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro.

Virgilius lib. XII. Ex Iliade omnes. Δ. *Detenuit udore* quod ait Papinius, ſimile eſt illi apud Muſæum noſtrum.

αἰδὼς ὑγρὸν ἔρευθος ἀποστάζουσα προσώπῳ.

275. MERSERAT UNDA DIEM.] Vide Cleomedem lib. II.

DIEM.] Solem. Lucretius *lucida tela Diei.* Radios Solis.

275. NOX HUMIDA.] A rore nocturno. Silius, lib. III.

Iamque per humentem noctis, Cyllenius, umbram,
Aligero lapſu portabat juſſa parentis.

276. CÆRULEIS.] Nigris. Papinius:

Et jam cærula nox ebibat Orbem.

Vide Servium.

283. SOPORATIS.] Tinct's vi quadam ſoporifera. Virgilius lib. VI. De Offa Cerbero objecta.

Cui Vates horrere videns jam colla colubris
Melle ſoporatam, & medicatis frugibus, offam.
Objicit, ille fame rabida tria guttura pandens, &c.

Prolixe aberrat vir doctiſſimus Adrianus Junius qui *ſoporatam* contra veterem ſcripturam reponere ſatagit, cum Sopor Larinis dicatur ipſa talis potio, quæ ſopori conciliando præbetur Quintilianus. Declamatione CC XLVI. cui titulus. *Soporatus fortis privignus. Bello imminente ſubjectum à noverca ſoporem, bibit.*

285. NOTA SIGNATUS ALASTOR.] Priſcos, ut hodie quoque moris, pecora notis inſignivisse teſtis Feſtus in *Signare* Virgilius Georgicis, Calpurnius Eclogis, alii. Quod vero Julius Scaliger in noſtro Sugillat Equos Ditis pridie ſentire prædæ Proſerpinam Domino ſuo futuram, ab Homero, Patre Eruditionum Poeticarum, utcunque ille contraniratur, nullo negotio poteſt excuſari, vel, & hoc non ſufficiente, equorum naturali prudẽtia, de qua non invenuſta collegit doctiſſimus Lipſius. De Equo Pallantis lacrymante Maro, Lib. XI. Sic Arionem Adraſti Equum præſagum pariter noſtro dicit Papinius, libro VI. Vide & notata ad Panegyr. Olybrii. v. CVI. Sic equos Achillis altius eunres concinnat auctor non ineptiſſimus, qui Pindarus de Bello Trojano vulgò nec quid, nec quare, inſcribitur; ſentientes nimirum ſucceſſus Dominii in ſubdito Hectore v. MXII. Ira proximis Idibus Martiis interiturum Cæſarem, aute eum diem defleverunt præſagi ab eo libertati dati, equi. Suetonius cap. LXXXI. Sic in funere Cyzici de ejus equus vadit cervice remiſſa Apud Valerium Flaccum lib. III. v. CCCXXXIV. De Anphiarai equis pariter Papinius, libro VII. v. 690. Poſſis dicere *ſpectare*, hoc loco capiendum velut *exſpectare*, dixiſſet, ut apud Germanicum in Virgine.

cum terrores auget nox atra marinos
Multum clamatos fruſtra ſpectaveritortus.

Sed omnino miri nihil eſt equos, ſuo tamen quodam modo, maximi numinis, prudentiores eſſe quibuslibet cæteris. Quod vel Poetæ non invitus dabit qui perſonam ejus conſideret, quam quæ nihil illi non liceat, quod ſit remotum à populo.

CASP.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI *DE RAPTV PROSERPINÆ* *LIBRVM SECVNDVM*

Animadverſiones.

AD PRÆFATIONEM.

PER intervalla ſcriptos & recitatos hos libros docet hæc Præfatio, quam ad hunc pertinere fidejubent libri ſcripti. Quamquam, ſi res mei arbitrij foret ego, ſi quoquam, ad totum Opus pertinere eam exiſtimatem, ex ultimis potiſſimum verbis, quæ arguunt ab Obitu Stiliconis diu nihil Muſicum edidiſſe Claudianum, Patrono videlicet deſtitutum; Cujus locum cum occupaverit poſteà Florentinus iſte, rediiſſe cum favente Apolline ad priora ſtudia. Sed hæ ſunt conjecturæ, vulgi tamen ſententia veriſimiliores. De Florentino ſanè eum eſſe adſentimur Claverio, quem notæ ejus oſtendunt, hoc tamen haud dubiè tenentes poſtremo ſuo tempore, jam Stilicone vivis exemto, decantatos Claudiano hos libros. Imitatur autem & exprimit hoc carmen Venantius Fortunatus lib. VII. Carm. I. ingenio & eruditione præſtans, ſed ævo & adfectatione ſcriptor in novam velut ſectam omnia miſcendi veniens, aliosq; inducens.

V. 1. ORPHEUS.] Palmam Muſicorum cantuum huic adſcribit Antiquitas, effectu ipſo eorum probanti præſtantiam, formatione nimirum & inſtitutione hominum ad meliorem vitam, de ferâ & beluinâ. Horatius.

Silveſtres homines ſacer, interpresque
Deorum,
Cædibus & victu fœdo deterruit Or-
pheus.
Dictus ob hoc lenire Tigres, rapidosque
Leones.

Non ſolùm autem vitam, ſed & animos inſtituit melioribus Muſis, inventione litteratum & in uſum traductione. Alcidamas Rhetor Oratione Ulyſſis de non prodito Palamede, Ubi & Epitaphium ejus vetuſtiſſimum proponit.

γράμματα μὲν δὲ πρῶτος Ὀρφεὺς ἐξήνεγκε παρὰ Μουσῶν μαθὼν, ὡς καὶ τὰ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ ἐπιγράμματα.

Μουσάων πρόπολον τῇδ' Ὀρφέα
Θρῇκες ἔθηκαν
Ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς, ψολόεντι βέλει

Οἰάγρου φίλον υἱὸν ὃς Ἡρακλῆα ἐ-
δίδαξεν, (φίλω.
Εὑρὼν ἀνθρώποις γράμματα καὶ ϛο-

Apud quem ſequentia verba corrupta ſunt turpiter.

Μουσικὴν δὲ τέννος, ὁ καλλιόπης, ὃν ἡ-
ρακλῆς φονεύει.

Scribendum enim Μουσικὴν δὲ Λῖνος, ὁ καλλιόπης, ὃν ἡρακλῆς φο. ούει. Nota res.

V. 2. OPUS.] Quo clarebat, quod ei erat velut proprium.

4. LUGEBANT DULCES.] Ita Claverius. Scaliger ex cæteris libris correxit ut nobis editum, quibus aſſentitur etiam Codex Noſter. Repetitio ejusdem verbi mihi non diſplicet. *Luctum* fluminibus aſſignat, toti regioni communem atteſtari volens, ut ſæpius Poetæ. Sic Bion Epitaphio Adonis.

καὶ ποταμοὶ κλαίουσι τὰ πένθεα τῆς
Ἀφροδίτης.

Et Moſchus in Bionis

καὶ Δώριον ὕδωρ
Καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα
Βίωνα.

Valerius Flaccus

ſubmiſſis ulularunt cornibus amnes.

5. ET DURI.] Rectè ità Scaliger. Nam *edurus* ut pulcrum verbum ita montibus neſcio an hoc loco congruum, cum rupium ſit potius. Exſtat id apud Maronē lib IV. Georg. V.CXLV Ubi nimium durum exponit Junius Pilargurus. Scaligero adſentiuntur alij omnes libri; illud alterum ex uno ſuorum protulit Claverius.

8. BISTONIAM.] Thraciam. Biſtoniam urbem Thraciæ agnoſcit Epitoma Stephani. *Biſtonum genti* imperaſſe Orpheum, auctor eſt qui ſub nomine ejus Argonauticōn librum ſcripſit. Scholiaſtes Apollonij libro II.

Βιστονίη] Θρᾳκικῆ. Βίστονες γὰρ ἔθνος Θρακῶν, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Βίστονος τοῦ Κίκονος ὡς φιλοστέφανος ἱστορεῖ.

Tyrannorum autem vecordiâ interruptos Orphei cantus, tandem, vindice malorum morum, Hercule ſuperveniente reſtitutos ait Claudianus, Tempora ſua notans.

9. INACHIIS.] Inacho conditis & rectis. Virgilijs. (*Argis*

Ecce autem Inachijs ſeſe referebat ab
Cara Iovis conjux.

Miſſus autem Junonis imperio à Rege Euriſtheo. Notæ Fabulæ.

10. PACIFERO.] Herculis enim omnis labor pacare orbem, ſubvenire per vim oppreſſis, monſtroſa facinora ulciſci: Quibus nominibus terrarum Orbem Fanis, Templis, arisq; implevit.

11. DIOMEDÆOS SANGUINE PAVIT EQUOS.] Ita Scaliger. Claverius, Pulmanianiad duos uſq; omnes, Noſter, Camers, Aldus.

Diomedæos gramine pavit equos.

Quæ lectio omnino Claudiani eſt. Namadſuetos ante hominum cadaveribus paſci, vivos etiam pro pabulo habere, dicit ab Hercule redactos in paſtum equinum, gramini nimirum veſcendo. Et quid in hoc ſit difficultatis neſcio. Diomedes iſtis ſuis equis inter crudeliſſimos Regum habetur. Claudian. I. Rufin. CCLIV.

O mites Diomedis equi, Buſiridis aræ
Clementes, jam Cinna pius, jam, Spar-
thace, lenis
Rufino collatus, eris.

Notæ fabulæ. Locum ubi domitus hic tyrannus adnotavit Heſychus Illuſtrius in Origi num Byzantinarum Commentario, ubi Zeu xippum nominatum intrà mœnia ejus urbi conſpicuum fuiſſe commemorat. Scalige quid ſuo illo

Diomedæos ſanguine pavit equos.

Quod & nos perperam edidimus, ejus Codi ces ſecuti, ſibi voluerit, nondum liquet; Nar ut Diomedem ipſum equis objectum inte ligas, utiq; *Diomedæo ſanguine* ſcribēdum fue rit. Quod viſum Jano Gebhardo Antiq. Lec li. I c. XX. Qui vulgatam probamq; lectione non cepit. Ea verò lectio ideò placere non p
teſt

teſt, quòd incertos faciat quodãmodo equos, quos omnino ſolos Diomedis illius intelligit Claudianus. Et verbum *ſanguinis* geminatur duobus verſibus proximis. Sed nos verba perdimus, veritate perſpicuâ, nil ijs indigente.

16. POLLICE FESTIVO EBUR] Virgil.

Iamq; eadem digitis jam pectine pulſat eburno.

17. VENTI STERNUNTUR ET UNDÆ.] Scaliger *frænantur*. Nos nihil mutare habemus in illo altero, Claverianis alijsq; libris confirmato. Sic verò de Orpheo Antipater Sidonius, Epitaphio.

> Οὐκ ἔτι χειμάσσας ἀνέμων βρόμον,
> οὐχὶ χάλαζαν,
> Οὐ νιφετῶν συρμοὺς, οὐ παταγεῦσαν ἅλα.

Hac autem Muſica Orphei potentia intelligũt Poetæ Barbaros cum& efferanes homines melioribus litteris inſtituiſſe, Dio Chryſoſtomus Oratione de Homero:

τοσοῦτον ἴσχυσεν ἑνὸς ἀνδρὸς Μουσικὴ, καὶ δοκεῖν ἔμοιγε τῇ δυνάμει ταύτῃ τάς τε Σειρῆνας ὑπερβαλέσθαι καὶ τὸν Ὀρφέα. τὸ γὰρ λίθους τε, καὶ φυτὰ, καὶ θηρία κηλεῖν, καὶ ἄγειν, τί ἐστιν ἕτερον ἢ τὸ βαρβάρους ἀνθρώπους ἀσυνέτους τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς οὕτως ἄγαν χειρώσασθαι, μήτε τῆς γλώττης, μήτε τῶν πραγμάτων ἐμπείρους ὄντας, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος, ἀλλὰ ἀτεχνῶς, καθάπερ, οἶμαι, πρὸς κιθάραν κηλουμένους.

18. ADSTRICTIS.] Admiratione. De Hebro vide Scholiaſten Theocriti Eid. VII. Sidonius hæc exprimit Pan. Anthem. *Cum ſtarent Hebri latices, curſuq; ligato Fluminis attoniti carmen magis unda ſitiret.*

19. SITIENTES CARMINA MONTES.] Phanocles, apud Stobæum Serm. LX I.

> ἐν δὲ χέλυν τύμβῳ λιγυρὴν θέσαν, ἣ καὶ ἀναύδους
> πέτρας, καὶ Φόρκου πικρὸν ἔπειθεν ὕδωρ.

Eam de Orpheo Elegiã manu Florentis Chriſtiani deſcriptã & emendatam nactus. in gratiam elegantiſſimi hominis ita interpretatus ſum. Atq; hæc verba mea integrare hîc prioris Editionis abſurditas facit, quæ intricatè loquens, ipſum carmẽ noſtrum, neſcio cujus interpolatoris facinore, voluit Chriſtiano Florẽti adſcribere: Tranſtuli autem iſtam Elegiam præſente Theodoro Adamo Sibero, viro eruditiſſimo. (Qui Græcam Elegiam manu Florentis Chriſtiani deſcriptam pro theſauro boni habebat, neſcius extare in Stobæo) intra unius horæ ſpatium.

> *Threicij vel ut Oeagri natum, Orphea, quondã*
> *Flexit Amor Boreâ progeniti Calais.*
> *Sæpè ille in ſilvis deſes cantabat opacis*
> *Vt requiem ex animo pelleret acer amor.*
> *Aſſiduè inſomnes frangebant pectora Curæ,*
> *Cum tenerum contrà conſpiceret Calain.*
> *Donec Biſtonides circumfuſæ, auſibus atris,*
> *Enſibus & longis diſſecuere virum.*
> *Nempè quod in Thracas pueril ẽ primus Amorẽ*
> *Fœmineam tulerat durus in invidiam.*
> *Proſcindunt igitur caput à cervice, Lyraq;*
> *Iunctum, unà abjiciunt Thraciũ in Oceanũ;*
> *Figentes clavo, mare uti ſimul ambo natarent,*
> *Ambo unà glaucis humida ab æquoribus.*
> *Iuncta Mare ad ſacrã vexit cano agmine Lesbum.*
> *It ſonus, argutis qualis abit fidibus,*
> *Littora per malè fida fretũq;: ibi dulce canẽtis*
> *Orphei Lesbiades contumulâre caput,*
> *Argutam addentes, quâ ſurdũ flexerat Orcũ,*
> *Et Petras, dulci capta canore, Lyram.*
> *Ex illo Cytharaq; canor vixq; aſſa canentum*
> *Inſulam amãt cunctis præ Oceani reliquis.*
> *Verum ubi comperiunt, Thraces, malè Martia facta*
> *Conjugum, init cunctos horrida triſtities.*
> *Vtq; rei memores homicidæ ritè manerent,*
> *Livida membra notãt ſtigmate ſanguineo.*
> *Sic hodiè memores pungũt quoq; corpora Pœnæ*
> *Biſtonidum, iſtius in vindicias ſceleris.*

22. PINUS AMICA.] Quercui amicam dicit pinum ſilveſtrem, propter conditionem eamdem utriuſq; arboris, ſcilicet quia neutra amit-

amittit folia, ad quod de ſilveſtri pinu, hoc eſt pinaſtro, tantum dictum volo. Vide Theophraſtum, lib. III. Hiſt. PLant. cap. IV. junctas creſcere, uſus docet.

23. DESPEXERIT ARTES] *Daphne* antequam lauru puella mutaretur. Notiſſimæ fabellæ.

24. ACTA] Rectè audio mutantes. Caſſius Parmenſis, modo non ſuppoſititius.

Evulſosq; ſuu ſcopulos radicibus egit.

Quod ſanè epigramma lucu lentum eſt, cujuscunq; etiam ſcriptoris. Nam Achillis Statij Poeſin cum video, longè eſt alia; ſat generoſa, ſi ſyllabas ſervet.

29. ACTUS HERCULIS.] Geſta magnifica & Heroica. Lucanus, lib. V.

licet ingentes abruperit actus
Feſtinata dies

Idem, lib. VIII. *Adde actus tantos monumentaq; maxima rerum* Vide LXI. Adv. c. II.

31. TIMIDÆ MATRI PRESSOS OSTENDERIT ANGUES.] Theocritus Herculiſco

ὁ δ' ἐς πατέρ' Ἀμφιτρύωνα
ἑρπετὰ δεικανάεσκεν, ἐπάλλετο δ'
ὑψόθι χαίρων.

Colebaturq; eo habitu Hercules. Pauſanias. κεῖνται δὲ ἑξῆς ἀπαῖτε εἰκόνες, καὶ Ἡρακλέους, ἄγχει δὲ, ὡς λόγος ἔχει, τοὺς δράκοντας. Atticâ.

32. FERO ORE.] Scribam *feros* Angues videlicet.

35. REDITURUS.] Veniſſe enim è Luna præcipitem in terras hunc Leonem fabulabantur. Vide dicta Politiano, Miſcellan. capite XVII. Epimenides.

καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ σελάνας ἠϋκόμοιο,
Ἃ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα,
Ἐν Νεμέαν ἄγαγ' αὐτὸν, διὰ Περσεφόνειαν ἄναξ.

Lutatius ad II. Thebaidem: *Luna omnia corpora gignit, quod vicina ſit cælo. Poetæ denique omnes aſſerunt Leonem de his polis ortum quam Hercules proſtravit. Vt etiam Olympus ait.* Herculis Labores repetere velle quæ Crambe ſit?

39. DEIICIS.] magnum opus infert hæc vox. Mar ..

Deijcit Herminium.

Martia'is de Leone. *Non niſi dejecta paſcitur ille fera.* Sic ibi legendum.

44. MADUIT.] Rectè hoc Scaliger recepit, ſervantq; vulgus omne Belgicorum librorum. Vulgo *rubuit* inconcinnè repetitur. Nubigenas Centauros fictos notiſſima res, ut & eorum fabulæ.

47. MUNDUS.] Cœlum. Varro fragmentis libri XVI. Divinarum. Vitruvius libro IX; cap. IV. Iſidorus Originum lib. XIII. cap. I. &c.

50. NAM MEA PLECTRA.] Melior omnino Belgarum librorum Lectio *Tu mea plectra moves* ut erectior, altera languidior & adnectens jam abſolutæ ſententiæ commas prorſus pigrum. Id verò mirificè hoc Pronomine erigitur. Habet hanc lectionem etiam Noſter Codex, eo quoque nobis nomine probatiorem.

52. PLACITO DUCIS AB ORE.] Ita Scaliger ſecutus Claverium. Belgæ cum Noſtro & Bentinis libris *placidos ducu in orbe Choros* habent, quod eſt facinus interpolatoris inepti. Vulgò, & Gamers Aldusq,.

placidos ducu ab ore ſoves.

Non inepta lectione, quam neſcio an nō præferam cæteris, Poetam leniter & ſuaviter Commendantem. Sic Papinius ultima ſilva, luctu obſitus.

nil jam placidum manabit ab ore.

CASP.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI,

DE RAPTV PROSERPINÆ

LIBRVM SECVNDVM.

ANIMADVERSIONES.

1. IMPULIT.] Vi velut quadam aperta die. Ductum a janua impulſa. Virgilius. Lib. VII.

regna Deum, cœlo, delapſa, morantes
Impulit ipſa manu portas.

1. PRÆMISSO.] Nondum toto ſuo. Eſt prædocta periphraſis.

2. NONDUM PURA DIES.] Mixta adhuc nocte. Eleganter creperam lucem talem appellat Martianus Capella. lib. II.

2. VIBRAVIT.] Vibrata eſt. Malè mutant correctores, cum uſus ſit peculiaris talis verbi hujus. Vide notas viri docti ad Silium.

3. LUDUNT.] Suſſiliendo velut. De Solis ortu & occaſu lege Cleomedem libro. II κυκλικ. θεωρ.

4. AUDAX ANIMI.] Statianum Silvis:
laudum feſtinus, & audax
Ingenij.

5. DIONÆA.] Veneris. Columella lib. X.

Iamq; Dionæis redimitur floribus hortus.
Cum Diona tamen mater fuerit Veneris.

5. RIGUOS SALTUS.] Locum ubi Rapta Proſerpina pulcrè deſcribit Julius Firmicus lib de Erroribus Prof. Relig. *Percus lacus in finibus Ennæ civitatis ſatis amœnus & gratus; cujus amœnitas ex florum amœnitate naſcitur: Nam per omnem annum viciſſim ſibi ſuccedentibus floribus coronatur; illic invenies quicquid Hyacinthi turget in calicem, illic comam Narciſſi, vel quod auream Roſam deſuper pingit, illic albæ hederæ per terram molliter ſerpunt, & cum purpureis violis ſuaviter rubens amaracus invenitur, nec coronam juſtam alba deſerunt lilia. Prorſus aptus locus qui gratiâ ſuâ puellares animos & invitaret pariter & teneret. In hoc loco cum à PLutone virgo propè veſperam fuiſſet inventa, vi rapitur.* Hęc ille: Cujus verba obiter pulcrè emaculavimus.

6. TER CARDINE VERSO.] Tertii numeri in præſagijs crebra obſervatio Theocritus, Idyllio XVII.

ἔκλαγε φωνᾷ
Ες τρὶς ὑπαὶ νεφέων Διὸς αἰετὸς
αἰ τὸς ὄρνις.

Papinius Achilleide Primâ.

ter monte, ter undis
Intonuit, ſævæq; dedit præſagia noctis.

Alij infiniti, in Sacris literis & myſterijs quāta

 numeri

numeri hujus ratio ducent verſus B. Ambroſij, quos refert Alcuinus Epiſtola VIII.

Omnia terna vigent ſub majeſtate Creantis,
Tres, pater & verbum, ſanctus quoq; Spiritus, unum.
Trinas ſcrutaris ſpecies crucis, una redemtrix,
Tertia lux Dominum remeantem à morte, recepit.
Trina dies Ionam tenuit ſub viſcere ceti,
Tres pueri cernunt Dominum flagrante camino.
Ter Sabaoth ſanctum referens benedictio pſallit.
Ter mergendus aquâ eſt cui Gratia plena lavacro.
Teſtibus adſtabilis conſtat tribus actio cuncta.
Terno menſe ſuis redeunt ſua tempora membris.
Tres ſunt ætates, flos & rubor, ægra ſenectus.
Tres medij in cauſſis, judex, defenſor, & actor.
Tres in ſecla gradus, ortus, tranſcurſio, finis.
Tres Spem quæ palpant requies, lux, gloria, Vita.

8. ÆTNA.] Aetnæ motus inter prodigia non proletaria. Petronius:

Armorum ſtrepitu cœlum furit, & tuba Martem
Sideribus tremefacta ciet: jamque Aetna voratur
Ignibus inſolitis, & in æthera fulmina mittit.

Lucanus, lib. I. Obſequens, cap XXVI.

11. TANTI CONSCIA FURTI.] Omnia quæ clam fiunt furta dicuntur, ſicut uberrim alibi & his etiã nonnihil libris notamus Aliter libri. Noſter *tanto conſcia voto* Claveriani tanti callida voti. Cum Noſtro faciunt quinq; Belgæ. Sanè votum vel maximum erat Veneris ſubactio Inferorum. Eligat lẽctor.

12. METITUR] Expendit, perpendit æſtimat. Cypr. de Deo poſt conditũ Adamum:

Metitur ſolum mordaces volvere curas.

Boethius, libro II. de Conſol. Philoſoph.

Rerum exitus Prudentia metitur.

Horatius. *Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt.* S. Victor in Nerva: *Cum ſemper egregium ſit metiri quantum queas, neq; ambitione præceps agi, tum in Imperio.* Martialis lib. XII. Epigramm. c. *Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.* Boethius libro III. capite II. *plurimi bonum fructum gaudio lætitiáque metiuntur.* Vellejus, lib. II. de Sejano. *nihil ſibi vindicantem, eoque aſſequentem omnia, ſemper infrà aliorum æſtimationem ſe metientem.* Oroſius, lib. II. cap. X. *mutationes rerum hac vel maximè varietate permetiens.* Papinius, Thebaide VI.

ibi corpore mixto
Metiri numerum, vultusq; habitusq; ſuorum Dulce viris

Sic & Græci. Sophocles Ajace,

Καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ
Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει,
Πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον
Ἴχνη τὰ κείνου.

15. ORBES.] Comarum rotulas ſpiras, in orbem flexas & acubus ſuffixas. Martialis:

Unus de toto peccaverat orbe comarum
Annulus, incertâ non benè fixus acu.

Hos innuunt cum flectere comam dicunt Poetæ, & flexam celebrant. Idem lib. II. Epigramm. XXXVI.

Flectere te nolim, ſed nec turbare, capillos.

Lib. III. Epigram. LXIII.

Bellus homo eſt flexos qui digerit ordine crines.

Lib. X. Epigramm. LXV.

Tu flexâ nimium comâ vagaris.

Manilius, libro V. Aſtrom.

Illis cura ſui vultus, frontisq; decoræ
Semper erit, tortosq; inflexum ponere crines.

16. ACU.

16. ACU.] Quam comatoriam dicunt, meminerunt præter cæteris adductos Pauſanias Atticis. Quintilianus lib. II. cap. V. *Diſcriminalem* ab hoc diviſionis officio vocat Hieronymus in Rufinum.

16. MARITO.] Vulcano. Notiſſimæ fabulæ. *Sudatus* ingenioſum & longum laborem noſtro ſæpiſſimè notat De fibula gemmea alibi.

18. PARRHASII LYCÆI.] *Lycæum* & *Parrhaſius* montes Arcadiæ ob Copiam feraarum Pani & Dianæ ſacri. A Parrhaſio Parrhaſia dicta tota Arcadia. Callimachus.

Ἐν δέ σε παῤῥασίῃ Ῥείη τέκεν.

Scholiographus: ἄρ**Ⓖ** ἀρκαδίας τὸ παῤῥάσιον ἀπὸ παῤῥάσου τοῦ Λυκάον**Ⓖ**.

Cætera ſunt trita Mythologis & Poetis.

19. PANDIONIAS.] Minervam dicit Athenarum conditricem & tutricem. Petronius *armigera Tritonidis arcem* eam Vrbem appellat Eumenius Panegyrico,

Athenarum conditrix Minerva.

Euripides ſupplicibus

Ἄμυνε μητρὶ πόλις ἄμυνε παλλάδος

Exemplum tutelæ fingit illuſtre Zoſimus in obſeſſa vrbe ab Alarico Gothorum Rege, quem videas, lib. V. Pandion notus Rex Athenarum, Pauſanias, libro I Euſebius Chronico:

19. CUSPIDE.] Sceptro. Nam veteribus Haſtæ pro ſceptris Vide quæ diximus ad Nuptias Honorij. Minerva Athenarum Præſes. Herodes Sophiſta in Inſcriptione.

πότνι' ἀθηνάων ἐπιηρατε τριτογένεια.

Hermogenes Rhetor ad Rhetoricen ſuam refert hoc præſidium Haſta telum peculiare Minervæ. Juvenalis. Satira. XIII.

Per Solis radios, Tarpejaque fulmina jurat,
Et Martis frameam & Cyrrhæi ſpicula vatis,
Per calamos venatricis, pharetramque puellæ,
Perque tuum, pater Aegæi, Neptune, tridentem.

Addit & Herculeos arcus, haſtamque Minervæ.

ARCES.] Peculiariter arx Athenarũ Minervæ conſecrata, infinitis teſtimoniis, Quin omnium civitatum arces hujus divæ tutelæ imputabantur. Catullus de Argonautis.

Diva quibus retinens in ſummis urbibus arces
Ipſa levi fecit volitantem flamine currum.

Arx autem Athenienſium erat in media urbe, Aphtonius Progymnaſmatis.

καὶ τὴν μὲν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν μέσ**Ⓖ** ἀθηνῶν περιείληφε χῶρ**Ⓖ**, ἄκραν δὲ τὴν Ἀλέξανδρ**Ⓖ** τῆς οἰκείας τέθειται πόλεως οἷς προσηγόρευσεν εἰργασθαι, πρὸς ἄκραν γὰρ ἔχεισε πόλε**Ⓖ**.

Quod attendere debebant Nicolaus Gerbelius & alij, qui Athenarum picturam quidvis potius quam veram exhibentes Arcem ſummæ urbi impoſuerunt. Viſe Collectanea Joannis Meurſij, amici noſtri.

22. SUMMA PEREMTUS.] Summam partem. Vide imitantem hæc Apollinarem Sidonium Epithalamio Polemij.

23. MORIENS ET PARTE SUPERSTES.] Suſpecta hæc. Libri tamen nihil mutant Omnino ignavior quam pro Claudiano locutio.

24. GYRO.] Pleriq; ſcripti libri *ferro*, nihil muto licet vulgatum. Idem enim ac ſi dixiſſet *haſtam terribili orbe ſurgere.*

25 SILVÆ.] Ingentis arboris. Nam & ſingulæ *arbores ſilvæ* perhibentur Poetis. Gratius Cynegetico.

Ergo age luxuriam primò fœtusque nocentes
Detrahe, frondoſas gravat indulgentia ſilvas,
Poſt ubi proceris generoſa ſtirpibus arbor
Se dederit &c.

Similiter de Clypeo Æneæ in X. Virgilius.

Immanem ærato circumfert tegmine ſilvam.

Portentosè vero Papinius.I.Achilleide.

ſeptemq; Ajax umbone coruſcet
Armentiq; greges, atq; æquum montibus orbem.

Inſtar, effigiē notat,eoq; quid amplius,ipſam nimirum rei dignitatem. Auſonius Parentalibus:

Voce ciere animas funeris inſtar habet.

Ovidius:*Sed ſcelus hoc meriti pondus & inſtar habet.*

26. FULGENTIS.] Auro mero factæ ductæque.

27. MULTUS IN ORE FRATER.] Apollinis ſpecies. Papinius, Achill.I.

plurima vultu
Mater ineſt

31. INDOCILES.] Aliter hæc capienda exiſtimo quam primus adſpectus velit Comas indociles dabat errare ventis. Non enim ſunt indociles errare,quæ plerumq; paſſæ erāt, imo ſemper, ut vix coronatæ per luſum. vide inf. v.CXLIX.hoc libr.*Projecerat errare* Helleniſmus eſt, quem multis ſupra & alibi illuſtramus.

31. ERRARE.]Ut aura & motus corporis jubent.Propertius lib.I.

Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos.

Claudianus I. Rufin. Alibi legem in comis puellarum agnoſcunt.

33.GORTYNIA.]Ad Cretenſium morem habitumq; formata.

35. DELOS ERRAT.] Alluditur fabula quæ ante Latonæ partum in ea Delum fingit erraſſe in mari, non fixam radicibus, inſtar aliarum inſularum, à partu autem Latonæ conſtitiſſe,ut ceteras. Meminerunt hujus Ariſtides, Callimachus hymno in Delum , Seneca Hercule Furente, Sidonius præfatione Panegyrici Avito dicti. Claudianus Quarto Conulatu Honorij,Statius primâ Thebaide,Strabo libro X. Philo ſeu quisquis eſt,de Mundo, Eumenius Panegyrico &c.

36.CERERIS PROLES.] Columella lib. X,ubi hujus florum lectionis meminit ſuaviſſimis verſibus, non tumidis, non ineptis.

Et qua Sicanij flores legiſtis Haleſi.
Cum Cereris proles veſtris intenta Choreis
Aequoris Ennæi florentia lilia carpſit,
Raptaque, Lethæi conjux mox facta tyranni;
Sideribus triſtes umbras, & tartara cœlo
Prapoſuit, Ditemq; Iovi, Lethumque ſaluti.
Et nunc inferno potitur, Proſerpina, Regno.

40. JASPIDE.] Fibula ex ea gemma.Papinius,lib.VII.

fibula raſilis auro
Tænariam fulvâ morde Iaſpide pallam.

Romanis talis crebro uſu. Trebellius Pollio, Gallienis:*cum Chlamyde purpureâ gemmatiſq; fibulis Roma viſus eſt.* Spartianus , Adriano: *cum veſtem humillimam frequenter acciperet, ſine auro ſumeret baltheum. ſine gemmis fibulas ſtringeret.* Adeo pro re magna recenſet hac cautiſſe: tam verò vulgò uſus talium increbuerat, ut Reſcripto Imperatorum fuerint inhibendæ:Leo Imp. L.Vn. Cod. nulli licere in frænis, lib. XI.*fibulis quoq; in Chlamydibus hi utantur quæ ſolo auro & arte pretioſa ſunt.* Vetitis nimirum gemmeis.

44. HYPERIONIO.] Hyperion Pater Solis. Heſiodus.

Θείω δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπεάν τε Σελήνην,
Ἠῶ θ' ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει,
Ἀθανάτοις τε θεοῖς τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι
Γείναθ' ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.

46. AURORÆ.] Pro die Auroram dixit, ſive Sole. Poteſt videre ad verba Moyſis de creatione Solis & Lunæ reſpexiſſe , ut alibi alia Sacra verba.

46. CUNABULA THETYS.]Omnium Deorum nutrix.Capella lib. I.

49.TI-

49. TITANA.] Solem. Petronius de Eclipſi Solis.

Deformi Titan vultus caligine texit.

50. PUBESCENTIBUS.] Elegantiſſime. Capilli enim ſimul fingebantur Apollinis & radii erant Solis.

51. CRISTATUM RADIIS.] Talis erat figura Solis in picturis & fictionibus priſcorum, Ovidius II. Metamorph.

Sol circum caput omne micantes
Depoſuit radios

Idem in Ibin. *& radiis circumdata Solis imago.* Seneca Oetbæo.

O *Decus mundi radiate Titan.*

Venantius Fortunatus tranſtulit ad B. Virginem.

Ore diem jaculans, radios de fronte

Dracontius: *radiato vertice Phœbi.* Ajebant duodecim eſſe radios, ſecundum menſes anni, & horas diei. Capella in doctiſſimo Hymno in Solem, Lib. II.

radiiſque ſacratum
Bis ſenis perhibent caput aurea lumina ferre,
Quod totidem menſes, totidem quod conficis horas.

Hinc & biſſeno ſidere textam loricam Soli induat Valerius Flaccus, quantumvis id potius ad Signa Signiferi pertineat. Radii autem iſti ab effigie Solis venerunt poſtea ad ſtatuas & imagines immo ipſa capita Principum Romanorum, nihil non divinitatis affectantium. Exempla apud Papinium, Thebaide Prima, Martialem, lib. I. Epigr. LXX. Quomodo radiis caput ornatum in publicum ſæpe prodiiſſe Galienum ſcribit Trebellius Pollio. Simile quid legis in Luciani Timone.

53. VITREI LIBAMINA POTAT.] Lunam paſci rore ſeu humore Oceani ait. Perſuaſione veterum quam illuſtrat doctiſſimus Delrius Comment. ad Senecæ Hippolytum, v. DCCXLVII.

54. CORNU.] Cornuta enim Luna fingitur Orpheus.

ταυρόκερως Μήνη, νυκτίδρομε

57. CRIMNISE.] Veriſſime hujus fluvii nomen hic reſtituit vir ſuo ævo doctiſſimus, Janus Parrhaſius, cum quo ſcripti Claveriani, Belgicique faciunt. Noſter habet *Armiſe* corruptum ex iſto, Veritati adſtipulantur & Delriani Codices. *Crimniſi* hujus in Sicilia ſua hac meminerunt Dionyſius Halicarnaſſæus libro I. Antigonus, Mirabilium cap. CXLVIII. ex Theophraſto, Plutarchus, Lycophron, Gemiſtus Plethon in excerptis PLutarchi & Diodori poſt pugnam ad Mantineam. Itaque nullum dubium de Veritate.

58 PANTAGIAM.] Vide Servium III. Æneide.

60. ADVENA ALPHÆUS.] Notiſſima fabula Alphei fluvii Arethuſam Siciliæ fontem amantis & inde, intemerato agmine, mare perambulantis ut miſceatur undis amaſiæ. Notatum eſt aliquid ſupra. Moſchi exſtat elegans Epigramma apud Stobæum ψόγῳ Ἀφροδίτης.

60. ADVENA.] Æmulatio Papinii, Theb. IV.

Terris, Alphee, Sicanis Advena

61. CYANE] Vide Ovidium lib. V.

Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas.

62. QUALIS AMAZONIDUM.] Comparatio ex II. Achilleide deducta videtur, cui pares & apud alios Poetarum. Lege Quintum Smyrnæum.

62. PELTIS.] Clypei Amazonum. Peltaſtę, qui his utuntur, quos Cetratos interpretatur Livius, libro XXXI. *nocte cetratos, quos Peltaſtas vocant loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat.* Commodum harum uſum docet & enarrat Diodorus Siculus, libro XV.

62. ADEMTIS.] Scaliger Pater violentiam hujus vocis inceſſit. Quaſi non & ſibi ipſis ademtas poſſit quivis intelligere cum de exſultatione poſt partam victoriam ſermo ſit omnibus conſpicuus. Sunt tamen libri qui *aduncis* referunt, quod recepit Joſephus Scaliger. Sanè non præter rem. Pallas enim & Dia-

na, quibus componit Amazonas Claudianus, cum fuerint hic ſuis quæque armis inſtructæ quid neceſſe eſt illas inermes ſtatuere? Aduncæ autem reapſe peltæ illæ Amazonicæ. Quintus Smyrnæus de Pentheſilea.

ἔϑετ' ἀσπίδα δῖαν, ἀλίγκιον ἄντυγι μήνης.

Virgilius. *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis*. Hinc Lunatum agmen vocat Papinius lib. V. Vide & Silium, libro VIII. Mihi vero tota iſta aliæque tales comparationes non admodum placent, cum hoc genus torum inſtitutum ſit ut potioris velut aſſimilatione præſentem rem illuſtret: Hic autem ad commendandam Dearum formam & agilitatem itur ad mortalium pompam.

66. THERMODONTIACA.] Tryphiodorus.

Αἱ δ' ἀπὸ Θερμώδοντος ἀρηϊφίλοιο γυναῖκες.

κραιπνὸν ἑλισσόμεναι περὶ κύκλον ἴθματα ἐμφακαμαζὲς,

παρθένοι ἀδάμαντι δαΐφρονι Πενθεσιλείῃ.

Vide Oroſium lib. I cap. XV. Tryphiodorus γυναῖκας ἀπὸ Θερμώδοντος vocat. Scholiaſtes Apollonii, libro II.

ὁ Θερμώδων ἐν τῇ Λευκοσυρίᾳ ἐστὶν, ἔνθα πρότερον Ἀμαζόνες ᾤκουν.

Vide & Silium, Libro VIII. Punicorum. Tanais Aſiam ob Europa ſegregans fluvius, ad quem habitabant Sauromatæ, gens mulierum ſuarum imperio parens Scylax Caryandenus, ἀπὸ Ταναΐδος δὲ ποταμοῦ ἄρχεται ἡ Ἀσία, καὶ πρῶτον ἔθνος αὐτῆς ἐστὶν ἐν τῷ πόντῳ Σαυρομάται. Σαυρομάται δὲ ἐστὶν ἔθνος γυναικοκρατούμενον.

68. HERMUS] Hermus Lydiæ ſeu Mæoniæ fluvius, cujus Baccho accepti meminit Nonnus libris XI. & XII Dionyſiac. De auro ejus Poetico omnia notiſſima

69. AURO MADIDÆ.] Veriſſima ſcriptura, quicquid varient libri. Hermi enim unda tota fingitur ἔγχρυσος; Ut ſimul auro & aqua ejus fluminis Nymphæ madeant. Sic Bacchus ad Ampelum Dionyſiac. XI.

ὄφρα κεν ἀμφω

καὶ χρυσῷ στάζοιτε καὶ ἠλέκτροισι λοέσσω.

Claudianus vero ſuam ipſe aſſerit ſcripturam ſimiliter loquens Panegyrico Mallii.

qui ſplendida potat

Stagna Tagi, madidoque jubas adſpergitur auro.

De Hiſpanis Equis loquens.

71. VULGUS.] Nymphas cum Ducibus ſuis. *Vulgus* omnis turba, ut iſta ſine ordine incedit. Avienus Arato.

non ſunt cognomina certa,

Sed permixta ſimul, vulgi vice, convolvuntur

72. ÆTNA] Scribe *Enna*. quota enim pars Ætnæ florida? Et quo pacto tam horribilis maximam partem mons, pater florum? Emendavit ita ante nos Delrius ad Solini cap. XI. Pati haſius etiam *Enna* probat. Cujus Cómentarium de induſtria non attigimus, rationibus alibi promtis. Stephanus Forcatulus qui errorem Claudiano impingit lib. II. de Imp. & Philoſ. Gallorum, non erat ſatis gnatus tractandi talium ſcripta, neque illi conſtabat quid veterum auctorum correctores libris novaiſſent. Fuerunt tamen qui & in Ætna raptam Proſerpinam tradiderunt. Lutatius Placidus in V. Thebaidem. *Venus indignata quod ſuum Numen Proſerpina contemneret ſpernens conjugia, intulit Amorem ut eam circa cacumen Ætnæ flores legentem rapi faceret, &c.* Senſus eſt iſte, verba Lutatii corrupta vulgo ſunt. Notandum autem Hennam, addita aſpiratione ſcribendam, uti ex Plinio obſervavit doctiſſimus & benemeritiſſimus Reipublicæ. And. Schottus Obſervationum lib. II, capite VIII.

76. ASSIDUIS] Locum enim cum ſemper floribus comtum credebant, numquam deficiente

deficiente ſucceſſione. Vide quæ ex Firmico ſupra produximus.

79. PUBESCANT.] Quæ novo germine luxuriant *pubeſcere* dicuntur. Papinius. III. Silvarum.

Pubenteſque roſa primos moriuntur ad
Auſtros.

79. HYBLA] Amœniſſimus Siciliæ locus. Columella lib. X.

Nunc & adorata peregrino munere planta
Sitaniis crocea deſcendant montibus Hybla.

82. QUICQUID.] Quocunque. Sæpiſſime ſic Poetæ. Alibi.

83. EXTERNIS] Scribe cum Claverio aliiſq; melioribus libris *extremis Vltimos enim terra colonos loquitur.* Quidam & *Sabæis* habent pro *Colonis.*

88. MADIDANTES.] Probum & rei præſenti aptiſſimum verbum, præ quo *manantes* nullius momenti eſt. Madidati dicebant veteres quod madore continuo quopiam impletur. Arnobius lib. I. *madidata ex imbribus arva ſuccreſcunt.* Idem lib. II *exſugerent vellitantes mammas, proluvie ſe linerent & madidarent ſua.* Victor Vticenſis, lib. I. *iſte panis confringatur in fruſta, madidetur aqua.* Appuleius lib. VIII. *hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere, ille ſpongiis madidatis tumores comprimere.* Cælius Aurelianus Tardarum libro I. cap. I *Pulmentum dabimus ſalſum, aſſum, vel coctum dabimus etiam cappares ſinapi madidatas.* Pontius Diaconus Vita Cypriani Epiſcopi: *ille cum poſt iter longum nimio ſudore madidatus ſederet quidam ex teſſerariis, quondam Chriſtianus, res ſuas obtulit.* Contrarium *torridare* exſtat apud Nonium in *Torris.* ſimilia *Gravidare,* Victorem in Adriano, *Sordidare,* Cyprianum cap. IX. de Unit. Eccleſiæ. Vide nos ad Apul.

89. MARITAT.] Fœcundat, velut conjugio amabili homo maſculus fœmellam. Marius Victor, lib II. Eadem re.

Dum ſe decoctu tellus pinguiſſima glebis
In fœtus movit varios, quos, imbre marito,
Parturiens, puſri diſſolvit rura meatu.

Elegantiſſime, cujus generis & alia appingere non erit extra rem, niſi forte Moroſophis de pulvere aliter quam litteratis videbitur. Amedæus Lauſanenſis Homilia I. *Eccleſia hortum dilecti ſe nominat, quem fontes Salvatoris irrigant, & rivi donorum inebriant, ut maritata amore Spiritus lætetur, in ſtillicidiis ejus germinans, & gaudeat in prole multorum filiorum.* Marius Victor idem lib. I.

Ad gremium ſacri nemoris, quod ſilva coronat,
Fons ſcatet, & diti prolē virtute maritat,
Quadrifido tumidum latus caput amne reſolvens.

Idem elegantiſſimus ſcriptor, libro III.

qua dulcibus undique fuſis
Rura maritat aquis, ripiſque umbrantibus inter
Labitur & teretes ſaltus, Iordanis, amœnat.

Alcimus. Avitus, Libro I.

At poſtquam, largo fœcundans germina potu,
Lympha, maritavit ſuiectis viſcera terræ.

Sidonius lib IX. Epiſt XVI. *Sic quoque tamen compotem officii prius agere curavi, quam duodecimum noſtrum, quem Numa menſem vos nuncupatis, Favonius flatu tepero fluviiſq; natalibus maritaret.* Prudentius de animo & corpore conjugio fertili junctis.

Animam deinde Spiritus connexibus
Pie maritam prolis expertem diu
Faciet perenni fertilem de ſemine.

Horatius. *adulta vitium propagine Altas maritat populos.* Columella, lib IV. cap I. Varro de Re Ruſt. lib I. cap. IX.

91. MEDIOQUE PATENT.] Totum quod inter cœlum & terram eſt ſerenari dicit. Supra pro *color rubor* eſt in Noſtro Cod. Verſu LXXXVIII. *Nectar* rorem fructificum notat. Appuleius libro IV. *jam enim loco proximus non illas roſas teneras & amœnas, divini roris ac nectaris madidas quas rubi felices, beata ſpina generant, &c.* Si idem nectaris fontem in gremio Veneris feſtiviter ſatis collocat, Locus eſt extremo.

extremo lib. V. Quia illa divina hominum Deumque Voluptas à Sapientibus, non ſane impura, fingitur.

94. PARTHICA QUÆ TANTIS.] Ipſe Dominus, adorandiſſimum nomen JESUS Salomonis omnem cultum longe concedere florum pulcritudini affirmat. Matthæi Sexto. καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει, οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει, λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι οὐδὲ Σαλομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων. Similia ſunt huic ſententiæ quæ notamus ad illud in Rufinum.

Natura beatis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognoverit uti

96. CINGULA GEMMIS.]Parthorum cingula gemmis conſpicua deſcribit pulcrè, ut ſolet Tertullianus cap. VII. libri de Habitu Muliebri, ita ut plus intelligas quam legas.

98. ARCU.] PLuvio, de eo ſatis ſcita ſcribunt Marius Victor lib. III. in Geneſin. Cyprianus, ſi is eſt, Sodoma. Alcimus Avitus libro IV. Quos ego Chriſti olores ſumma Voluptate canentes audio, cum jucundiſſimos flores divinorum myſteriorum carminibus eorum inditos lego, omni Ennæ iſtius apparatu dulciores

99. HYEMS.] Imminens imber, re ex denſitate nubium præſpicabili, quas diſcernit ſemita illa verſicolor. Viſe Phyſicos, & illos quos modo nomine citavi, Chriſti Poetas.

102. MOLLIBUS EDITA CLIVIS.] Minutis, qui facili preſſu ſcandi poſſunt. Sic in Apono.

Conſpicuo clivus molliter orbe tumet.

Vide ad eum locum. Virgilius, Eclog. IX.

qua ſe ſubducere colles
Incipiunt, molliquejugum demittere clivo.

103. NIVEO DE PUMICE.] Retinemus hanc lectionem, libris etiam melioribus agnitam. *Niveum pumicem* dat lætis fontibus, ut nigrum Spiraculis Ditis contrà Petronius, Bello Civili.

nigro ſqualentia pumice ſaxa
Mærent ferali circumtumulata cupreſſo.

104. MOBILIBUS.] Celeribus, præcipitibus I, Rufin. v. XCI. & CCCXXX. Horatius

& uda
Mobilibus pomaria rivis

Infra *nulla ruenti Mobilitas* Et de Tigri

fremit illa, marito Mobilior Zephyro

105. TORRENTES SOLES.]Tam de rapiditate quam torrente aut adurente vi intelligere potes. Pacuvius Antiopa.

Flammeo vapore torrens
Terra fœtum exuſſerat.

Torrens aries apud Germanicum Arato, *Torrens Luna* in Higino Aſtronomici lib. IV. Lucanus lib. VII.

Abſtulit ingentes, fato torrente, ruinas.

Torrenti ira turbundum æquiperat Euthalius in Vita Paulli.

108. CORNUS.] Haſtis aptiſſima. Virgil. II. Georg.

At myrtus validis haſtilibus, & bona bello
Cornus

108. TUMULOS TECTURA CUPRESSUS.]Proſerpinæ conſecrata ſpeciatim arbor. Servius Æn. III. De ea ad tumulos tes nota.

109. VENTURI PRÆSCIA LAURUS.] Hanc nimirum ab Apolline ſortita virtutem, ut coronentur ea vaticinantes, ipſaque eos juvet. Vide notata doctiſſimo amico noſtro Joanni Meurſio, ad Lycophronis Caſſandram. Carolo Paſchalio de Coronis libro VIII. cap. XIII.

111. PAMPINUS INDUIT ULMOS.] Ulmis enim junguntur & eriguntur vites. Virgilius: *ulmiſque adjungere vites.* Catullus eleganter Carmine Nuptiali. Auctores Rei Ruſticæ, PLinius lib XVII. cap. XVIII.

112. PERGUM.] Deſcriptio eſt ex Ovidio lib. V.

Haud procul Ennæis Lacus eſt à mœnibus altus
Nomine Perguſa, non illo plura Caÿſter
Carmina

Carmina Cygnorum labentibus audit in undis.
Silva coronat aquas, cingens latus omne, ſuiſque
Frondibus, ut velo, Phœbeos ſummovet Ignes.
Frigora dant rami, varios humus humida flores,
Perpetuum ver eſt, quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas aut candida lilia carpit
Pæne ſimul viſa eſt, dilectaque, raptaque, Diti.

114. PALLESCIT.] Viridiceſcit. Magna enim horum colorum vicinitas, unde *viridis pallor* apud Maronem Ceiri. Vbi plura notamus.

115. ADMITTIT IN ALTUM.] Pulcerrime Auſonius Moſella.

118. ELAPSA.] Elegantiſſime, ut aves ex cuſtodia.

120. PRÆSUDAT.] Roris matutini deſcriptio. Vide Nicephorum Blemmidem cap. XIV. Compendii Phyſices.

121. MEUS.] Stella enim illa Veneri ſacra, cujus & titulum ipſum aliquando gerit. Virgilius, lib. VIII.

Oceani perfuſus Lucifer unda
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes.

Claudianus Ode IV. Feſcennin.

Attollens thalamis Idalium jubar
Dilectus Veneri naſcitur Heſperus.

Moſchus. Ἕσπερε τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας. Cleomedes, Lib. I.

ὑπὸ τοῦτον Solem ὁ τῆς Ἀφροδίτης ἀστήρ ἐστι, καὶ ἐναντίαν τὴν περίοδον ἔχων, καλεῖται δὲ, ὅτε ἐπικαταδύεται τῷ ἡλίῳ, ἕσπερος, ὁπόταν δὲ προανίσχῃ αὐτοῦ ἑωσφόρος, ἔνιοι δὲ τοῦτον καὶ φωσφόρον καλεῖν εἰώθασιν. Valerius Flaccus lib II.

121. DOLORIS CARPIT SIGNA SVI.] Alii libri habent *cruoris* à quibus ſtat etiam Noſter. Tantumdem eſt, & ridiculi qui tantis odiis decertant, ſuper re omninò eadem. *Roſæ* ſanè de Veneris cruore nactæ finguntur colorem eum, qui plerumque nunc *Roſeus* appellatur. Habuerunt τὸ *cruoris* libri Medicæi, quibus uſus Angelus Politianus cui contradicit, ut *dolorem* defendat, Janus Parrhaſius. Verba quæ Politianus Latina fecit in Miſcellaneis, rem illuſtrantia, ita Græcè ſonant Aphtonii. ἤρα μὲν γὰρ ἡ θεὸς Ἀφροδίτη τοῦ Ἀδώνιδος, αὐτῆς δὲ καὶ ὁ Ἄρης αὐτῆς, καὶ τοῦτο ἡ θεὸς ὑπῆρχεν Ἀδώνιδι, ὅπερ Ἀφροδίτη Ἄρης ἐτύγχανεν, θεὸς ἤρα θεᾶς, καὶ θεὸς ἐδίωκεν ἄνθρωπον, πόθος ὅμοιος, κἂν τὸ γένος διήλλαττεν, ζηλοτυπῶν δὲ ὁ Ἄρης τὸν Ἄδωνιν ἀνελεῖν ἐβούλετο, λύσιν ἔρωτος τὸν Ἀδώνιδος ἡγησάμενος θάνατον, καὶ πλήττει μὲν Ἄρης τὸν Ἄδωνιν, μαθοῦσα δὲ τὸ πραχθὲν ἡ θεὸς ἀμύνειν ἠπείγετο, καὶ κατὰ σπουδὴν ἐμβαλοῦσα τῷ ῥόδῳ, ταῖς ἀκάνθαις περιέπεσεν, καὶ τὸν μὲν ταρσὸν τοῦ ποδὸς περιπείρεται, τὸ καταρρεῦσαν αἷμα τοῦ τραύματος τὴν τοῦ ῥόδου χροιὰν, εἰς τὴν οἰκείαν ὄψιν μετέθηκεν, καὶ τὸ ῥόδον τὴν ἀρχὴν λευκὸν γεγονὸς, εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται, μετῆλθε. Bion Epitaphio Adonidis, è Sanguine Adonis natum ait ruborem Roſæ.

Δάκρυον ἁ Παφίη τόσον ἐγχέει, ὅσσον ἄδωνις.
Αἷμα χέει, τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη,
Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν.

Doloris in MSS. repertum magis probat St. Pighius libello de Partibus Anni.

127. MELLIFER ELECTIS.] Verſus artificioſus. Sonus enim verborum apum herbis obſtrepentium ſonum imitatur.

128. PRATORUM SPOLIATUR HONOS.] Hemiſtichum hoc uſurpat ſibi Corippus Libro II.

Poſtquam facta quies, totum plebs læta per urbem
Sacra coronatis ornavit mœnia tectis,
Pratorum ſpoliatur honos, nemus omne refertum
Frugibus, & glauca frondes rapiuntur olivæ.

130. STELLATA.] Fulgens, radians, nitens. Symmachus, lib III. Epiſt. XI. *Ipſa vero pars materiæ digna laudari, quanto verborum auro ſtellat.* Capella libro II.

Nunc ſtellata poli conſpice limina,
Et candore ſacro ætheris utere.

133. TU NATUS AMYCLIS.] Vide elegantiſſimum libellum Coluthi de Raptu Helenæ. Fabulæ notiſſimæ vel ex Ovidio.

139. CEPHISSUS.] Bœotiæ fluvius, Delphos præterlabens, Claudian. I. Rufin. Neſtor Poeta, lib. I. Antholog. &c. *Arundo* fluviorum ſerium. Maro lib. VIII. &c.

137. ANTE ALIAS.] Ovidius

quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas aut candida lilia carpit,
Dumq; puellari ſtudio, calathoſq; ſinumque,
Implet, & æquales certat ſuperare legendo.
Pene ſimul viſa eſt dilectaque, raptaque, Diti.

140. AVGVRIVM FATALE TORI.] Novi enim nupti coronis ſollemni ritu ornabantur, nunc etiam ſuperſtite noſtris moribus. Catullus ad Sponſum Mallium.

Cinge tempora floribus
Suave olentis amaraci.

Claudianus thalami ſerta exinde vocat. Prima Stilicon. Hinc Veneris conſcia nuptialia, Capella, Libro IX.

Conſcia jam Veneris nova ſerta parate Napææ.
Crocumque Lecto ſpargite.

Hymenæum cum corona tali inductum notavi ad Epitha'. Palladii.

148. CANIBVS SCRVTATVR.] Vide Callimachi Hymnum in Dianam.

152. REPENS.] Subitus, improviſus. Tacitus, Hiſtor. II. *Atque illum, jam ſupremas curas agentem, repens tumultus avertit.* Livius, lib. I. *repens ex agris tumultus in urbem allatus pro nuntio fuit.*

163. VELVT OCCVLTVS.] Cuniculum actum ſubter mœnia, & in obſeſſam urbem irrumpentem, deſcribit. Sic. IV. Conſulatu. v. CCCXXXIII.

ruat emerſura juventus
Effoſſi per operta ſoli

Papin. II. Theb. 419 Ceu ſepta novus jam mœnia laxat Foſſor. Lutatius. *Foſſores dicuntur in exercitu Cuniculatores qui cuniculos faciunt, per quos introgreſſi milites murorum fundamenta convellunt.* Vide ibi notata. Martialis eumdem dolum indicat.

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris,
Oſtendit tacitas hoſtibus ille vias.

Et Dion Chryſoſtomus de Regno. Georg. Phranzes, lib. III. cap. IX. Gulielmus Tyrius ſæpius, & Gulielmus Brito. Cuniculum ſub mœnia Cumarum egit. ea tignis ſubfulſit, tigna igne mox exuſſit & ita propugnacula evertit Narſes, auctore Agathia, lib. I. cujus exemplo apud duos Gulielmos alioſque legendæ Hiſtoriæ patratæ videntur.

172. NON TVLIT ILLE MORAS.] Expreſſum ab Ovidio, lib. V. ubi regreſſus Ditis deſcribitur.

haud ultrà tenuit Saturnius iram
Terribileſque hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit, icta viam tellus in Tartara fecit.

172. TRABALI.] Ingenti. PLautus clavum trabalem pro maximo dixit.

177. LATIS.] Inepta lectio. Scribe *Latiis*

quod

quod nemo tamen neque correctorum neque exſcriptorum animadvertit. Quid enim *lata tropæa?* Ex an animus præcinctus eſſet, ſi illa lata non eſſent? inepte.

178. PADO ALNUM.] De alnis Padi in Feſcenninis. De Penei exundatione Theſſalico diluvio, Lucanus lib. VI. *Rhea* autem ſimiliter ſceptro rupes findit apud Callimachum εἰς Δία.

180. PENEO STAGNANTE.] Alioquin grandis hic fluvius, utpote in cujus nomen veniant Quattuor, aut duodecim adeo ipſi, alii. Vide Scholiaſten Apollonii libro III. pag. CLXII Steph.

186. MANU.] Vi, robore, potentia. Vide notata ſupra.

187. LATE DISCESSIT.] Callimachus.

> πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ, τὸ δέ οἱ δίχα
> πουλὺ διέστη.

190. PIGRUM.] A moribus plauſtrariorum. Germanicus.

> *Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra*
> *Bootes.*

Juvenalis, Satira V.

> *Frigida circumagunt pigri ſerraca Bootæ.*

193. CALIGINE PASCI.] Sic nigros equos Diabolo adſcribit Joannes Chryſoſtomus Oratione de Circo.

σκληρὸν γὰρ ἀληθῶς τὸ ὕμμα πονηρὸν ὁ διάβολος, ἐν ἅρμασι αὐτοῦ ἵπποι μέλανες ὑποζύγιοι μὲν ὁ Ἅδης καὶ θάνατος ἀκροατεῖς δὲ σκότος καὶ ἀπώλεια.

194. LUPATIS.] Vide Iſidorum libro XX cap. XVI. Originum.

199. TORRENTIUS AMNE HIBERNO.] Statius, lib. VI.

> *Qua bello ſic tela volãt, qua nubila cœlo?*
> *Amnibus hibernis minor eſt, minor impetus igni*

200. JACULUM PARTHI.] Seneca, ſeu quiſquis auctor, Thebaide.

201. SOLLICITÆ MENTIS.] Cogitationum celeritatem rem omnium velociſſimam ſcivit Thales, teſte Laertio, lib. I. Vide Caſſiodorum cap. I. Libri de Anima. Homerum, Odyſſ. ε. Quintum Smyrnæum libro XII. Heſiodum Scuto. Oppianum V. Alieut. Pſellum de Dæmonibus. Alanum lib. V. v. LXXIII. Gratium Cynegetico. Orpheum Hymno Furiarum, &c.

202. SANGUINE.] Quia reluctandum eſt impetuoſis fræno, ſanguineis ſpumis dicit fræna decolorata fuiſſe.

204. DIFFUGIUNT NYMFÆ.] Verſus rem mirifice exprimens.

206. CORNU.] Arcu. Male librorum inficetiæ *telo*.

209. ILLE VELUT.] Præ cæteris excellens. Notavit & illuſtravit copia exemplorum olim Gulielmus Canterus in Novis Lectionibus. Eſſe autem è Silio jam olim notavit Julius Cæſar Scaliger, lib. V Poetices, cap. XIV. Vide & Silii interpretem.

213. VILES IRAS.] Velut viliores quam quas attendere poſſit.

216. EUMENIDES MOVERE.] Simillime Juvenalis. Sat. VI.

> *uxorem, Poſthume, ducis?*
> *Dic qua Tiſiphone quibus exagitare colubris?*

217. CÆLUM INCESTARE.] Sic Statius, lib. XI.

> *Illas ut ſummo vidit Pater altus Olympo*
> *Inceſtare diem*

219. ALTERA LETHES NUMINA.] Alia quæ apud vos, in veſtro illo egregio mũdo, habentur pro numinibus. Lethes vocabulum generale eſt, & Numina ejus omnia Inferorum denotant; Quare inepte qui *Flumina* maluerunt; quid enim comparatio fluminum inferorum hic habet, cui conferatur? Recte Claverius uti nos adſcripſimus, & Scaligeri Editionem correximus, conſentiente & Noſtro cum Sex Belgis Codicibus.

221. NOCTE TUA.] Tua parte ſortitò tibi oblata. *Nox* omne quod inter viros non eſt. Sic PLutonem alloquitur Amphiareus, veniens rupta terra ad inferos in VIII, Thebaide.

ſubito me turbine mundi
Horret adhuc animus mediis è millibus hauſit
Nox tua

226. PRÆTENTASQVE APERIT CRISTAS.] Quibus illam horrendam figuram dedita opera contexerat. Suprà dixit palla fulgente obumbraſſe. v.XXVI.hujus Libri.

227. NIGROS ILLVMINAT.] Splendore haſtæ.

229. PACIFICAS RVBRI TORSISSET FVLMINIS ALAS.] Non dubito ex diſciplina Fulminum dignoſcendorum hæc dicta, uti nimirum rubrum illud conſecratum fuerit Paci, & hæc per illud cognita. Sic Jovis autem jaculari rubra fulmina, Vide Interpretem Horatii lib I Carm.II. *Fulminis alæ ſubitum* ejus adventum denotant, ut pinguntur eadem pennata. Sic Silius lib.VIII.

Affuit & ſacris interpres fulminis alis
Faſula

Et fulminibus affabricari fingebantur alæ à Vulcano. Valerius Flaccus, libro II. De eo.

Lemnos cara Deo, nec fama notior Æthna
Aut Lipares domus, has epulas, hæc templa peracta
Aegide, & horrifici formatis fulminis alis
Latus adit

Fulmen autem hoc favens propoſito noſter agnoſcit, uti aliud in Panegyrico Probini, quo Juppiter firmat Conſulatum fratrum.

Vt ſceptrum geſſere manu, membriſq; rigentes
Aptavere togas, ſignum dat ſummus hiulca
Nube pater, gratamque facem per inane rotantes
Proſpera vibrati tenuerunt omina nimbi,

Sic ad congreſſum Didus & Æneæ ait Virgilius, lib.IV.

fulſere æther & conſcius ignis
Connubij

Fœdera fulmine ſanciri erat proſperitatis indicium. Cicero in Mario,

Hanc ubi præpetibus pennis lapſuq; volantem
Conſpexit Marius, divini Numinis augur,
Fauſtaque ſigna ſuæ laudis, reditusq; notavit,
Partibus intonuit cœli pater ipſe ſiniſtris,
Sic Aquilæ clarum firmavit Iuppiter omen.

Deorum conjugiis auctor erat Iuppiter, ſuo quodam privilegio. Vide Carmen Quartum Libri Primi apud Martianum Capellam. Vt omnium fœderum, miniſterio Mercurii. Idem lib. Eodem de Mercurio.

Hic vibrata poteſt noſcere ſidera
Quæque elementa liget diſſona nexio.
Perque hunc ipſe pater fœdera ſancio.

230. SOCERVM.] Nulla mutatione opus. Et tuentur *ſocerum* omnes libri Belgici cum Noſtro, Bentino collatis, Aldo etiam.

230. NIMBIS FLAMMÆ.] Duo hæc elementa dicit fœdus nuptiale confirmaſſe inter Proſerpinam & Plutonem, reſpiciens ad Ignem & Aquam præferri ſolitos Nubentibus priſcis; quam rem ubertim notarunt qui dedita opera Ritus Nuptiales illuſtrarunt, ut & Cujacius Obſervationum libris, aliique ab illo.

234. SIS MEMOR.] Valedicentium vox, miſerabilem quodammodo abſentiam inſinuans. Plautus Milite, ubi diſcedit Palæſtrio,

Conſervi omnes conſervæque bene valete & vivite,
Bene quaſo inter vos dicatis, & mihi abſenti tamen.

Sæpe Epitaphia Vetera.

243. FREMANT.] Fremere proprium Leonum Licentius de Proteo.

Spumat aper, fluit unda, fremit Leo, ſibilat anguis.

Qui ſpumare aprū etiam pariter noſtro dixit.

244. POSITO.] Amiſſo. Horatius.

verſus, & cætera ludicra pono:

248. PLANCTUQUE LACERTOS VERBERAT.] Peculiaris magni planctus & lugendi ſpecies, lacertos verberare: *neſcio an ulli ad nos uſq; obſervata.* Dinamius Epiſt. ad Diſcipulum: *PLus lugent qui plus diligunt, & dum auxilium præſtare nequeunt pugnis pectus & lacerta tundunt.* Appulejus, lib. VIII *prolixum ejulat, diſciſſaq; interulâ, decora brachia ſævientibus palmulis verberat.* Virgilius libro VII.

palmis percuſſa lacertos
Auxilium vocat

Firmicus, de Erroribus Prof. Religionum: *tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum reſecant cicatrices.* Ovidius Metamorph. IV.

Sed poſtquam remorata ſuos cognovit Amores
Percutit indignos claro plangore lacertos.

Idem Libro IX.

à pectore veſtem
Diripuit, planctuq; ſuos, furibunda, lacertos.

Auctor Declamationum, quem libri veteres Marcum Florum vocant. Declam. X. *Mulier quæ ſanguinantes ad judices porrigit lacertos, quæ ſciſſo laniatoq; vultu, &c. magno dolore cogitur &c.* Petronius, Specimine Belli civilis.

Pax prima ante alias, niveos pulſata lacertos,
Abſcondit galeâ victum caput

Papinius, libro XII.

manant lacera ora cruentis
Vnguibus, & molles planctu crevere lacerti.

Arnobius, libro V. *dicite evirati iſti molleſque quidnam iſthoc, habeant negotii, ſolicitudinis, curæ, & cur, more lugentium, cædant cum pectoribus lacertos, & fortunam imitentur in lamentabili conſtitutorum ſorte?* PLuribus exemplis uti volui in re neſcio an ulli obſervata. Verba plangentis Proſerpinæ exactius conſiderata ingenioſiſſima ſunt, & perſonæ aptiſſima.

267. MATER IO] τὸ IO plangentis & in planctu vociferantis eſt. Quod neſcio an attenderit etiam quiſquam. Ovidius IV. Faſt.

Illa quidem clamabat, IO chariſſima mater,
Auferor

Papinius, Thebaide III.

Quantus equis, quantuſq; viris in pulvere craſſo
Sudor, IO quantum crudele rubebitis amnes.

Scitiſſimè in ſolo matris auxilio omnem ſpem habet ſimpliciſſima virguncula. Pueriles annos in ea agnoſcit Ovidius.

271. EXITIO.] Extremis miſeriis. Noto alibi.

273. FLETUQUE DECORO.] In virgine. Statius Achill. I. Ovidius &c.

275. LACRYMAS DETERSIT AMICTU.] Officio ſubito, quod ferebat res præſens. Boethius lib. I. de Conſolatione: *Hæc dixit, oculoſq; meos fletibus undantes, contracta in rugam veſte, ſiccavit.* Ineptè Claverius de Plutonis fletu.

278. VEXARE] Turbare, affligere. Curius Fortunatianus lib. III. Rhetor. *ſi leviter vexata fuerit vox, quid faciam?* Claudius Quadrigarius: *in hoc maximè Deorum vexatur iniquitas quod optimum quemq; non ſinunt inter nos diurnare.*

280. ILLE EGO.] Gloriantis. Virgilius, alij.

283. ALTERA NOBIS SIDERA.] Vide qui Elyſios campos deſcribunt, interque eos Tzetzam Scholijs in Heſiodum, quem exſcribit Muretus nomen ſupprimens, lib. V. Variarum cap. I. quod his dedit.

287. SEMEL.] Aureum ſeculum dicit.

289 QUOS.] Quales. Poeticum.

293. AUTUMNUM.] Proventum auctumnalem. *Autumnitatem* dicit Marcus Varro, ut prius & Cato cap. CLV. de Re Ruſtica. Aurea poma ſplendidiſſimum donum virginum. Virgilius.

Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

298. SEPTIMUS AURAS AMBIT ET ÆTERNIS.] Vide Macrobium doctiſſimis Commentarijs in ſomnium Scipionis, quæ pars ſunt Saturnaliorum, perperam divulſa, ut monuimus Adverſariorum Commentarijs, & res ipſa eſt.

300. VESTIGIA.] Pedes. Inconcinnior tamen lectio, & ſuſpicor *faſtigia* Claudianum ſcripſiſſe potius, quo indicarut ſublimitas Regia, de quâ hic ſermo eſt. Sic in Nuptijs Honorij, ſponſus ipſe loquitur.

faſtigia ſupplex
Depoſui, geſſiq; procum

Hoc eſt Imperatorium culmen. PLinius Panegyrico: *Magnificum eſt civibus jura, quid hoſtibus redderet? Specioſum certam fori pacem; quid immanes campos ſellâ curule Victoriuque faſtigio premere.* Vulgo ibi quoq; inconcinnè editur *victoruq; veſtigie.* Pariter Cicero Philippica II. Livius lib. II. Eutropius lib. VII *in amicos fidiſſimus, quos tantis evexit honoribus ut penè æquaret faſtigio ſuo.* Oroſius libro III. cap. XXIII. *multa nefaria egit per Caſſandrum, quem ad ſummum faſtigium per omnes honorum gradus provexerat.* Spartianus Adriano: *Senatus faſtigium extulit.* Idem: *quaſi ſervantes principis faſtigium inviderent.* Capitolinus Pio: *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit.* Pacatus Panegyrico: *Qui hunc Romani faſtigij apicem non ſolum fortitudine atq; ſapientia, ſed decore etiam corporis & dignitate potuerit æquare.* Juſtinus libro. I *faſtigium majeſtatu Regia*, Curtius lib X. Antipatrum affectare regium faſtigium, Suetonius cap. XXII. Caligulæ, ipſum Regum & principum exceſſiſſe faſtigium. Tacitus Annal. XII. Agrippinam ſuum faſtigium tollere altius: Seneca ad Martiam, in faſtigio collocatis veniam dare peccantibus convenire, Valerius Maximus li V. cap. I gradibus ad regium faſtigium erigi, Egeſippus lib. V. c XLVI. regale faſtigium & cap X IX. terribile ac ſuperbum faſtigium; dixerunt.

300. PURPUREI REGES.] Ovidius lib. VII.

medio Rex ipſe reſedit
Agmine purpureus.

Purpurei dicuntur Reges à purpura, colore eorum veſtimentis dato, ad eminentiam præ omnibus alijs poteſtatibus, niſi quæ Regias æmulatæ ſunt aut vicerunt. *βασίλειος* & *βασιλικὴ Purpura* apud Herodianum lib. I. & lib. VI. Sic *purpureis utebantur* cingulis, quale geſtandi jus inſtar regij inſignis datur Judæorum principi à Romanis, Lib. I. Maccabæorum cap. XI. Sic purpura vicem atramenti ſcribebant Imperatores Græci, uti notavit Nicolaus Alemannus ad Anecdota Procopij. Sic *purpureis* eidem calceis amiciebantur. Nicetas Choniates in Joanne Comneno. Baſilius Imperator ad Filium. Cap. LXIII. Georgius Phranzes, li. III cap. XVIII Gregoras XXXII. Gulielmus Tyrius DCCCLXXXV. Anna Comnena Alexiade LVI. De alijs notavit Joãnes Valerinus lib. VII. Milit. Rom. capite IX. Regum quoque filij purpureo utebantur habitu, ut vides exemplo Antipatri apud Ioſephum libr. XVII. cap. VII. Ἀρχαιολογ. *Calceis purpureis* etiam ſuperbiores erãt Romanorum Conſules, qui auratis utebantur. Caſſiodorus lib. VI. Epiſt. I. *Validam manum victoriali Scipione nobilita, lares proprios etiam calceis auratus egredere ſellam Curulem, multis gradibus eniſus, adſcende. &c.* Rubros geſtabant etiam Perſarum Reges Scholiaſtes Aeſchyli Perſis,

καὶ τὸ ὑπόδημα τοῦ ποδὸς χρυσόβαπτον ἢ ἐρυθρῶν.

301. TURBA CUM PAUPERE MIXTI.] Phocylides.

κοινὰ μέλαθρα δόμων αἰώνια, καὶ πατρὶς ᾅδης,
ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πτωχοῖσί τε καὶ βασιλεῦσιν.

PLinius li XIX cap. IV. Horatius I. Carm. IV. lib. II. C. XIX. lib. III. Carm I. PLautus Trinum-

nummo. Noſter II. in R. ſinum ἐν βάρεθρον Abbianus in Anthologia prima.

305. PARCAS.] Vide Niceram Choniatem lib. IV. Theſauri Orthodoxæ Fidei.

306. SIT FATUM QUODCUNQUE VELIS.] Poeticè, non enim, vel ſecundum figmenta, verè. Ineptè alij *factum*. Iſtud enim divinitatis eſt, cujus jam ante compos erat Proſerpina.

308. QUANTAS TRUCULENTIOR AUSTER.] Ex Sexta Aeneide.

311. STIPANTUR.] Denſantur, opplentur. VI. Conſulatu.

denſum ſtipantibus athera templis.

313. PASSUS MOLLESCERE.] Seſe videlicet. Quod eleganter omittitur. Exempla alibi promiſimus.

314. DISSIMILISQUE SUI.] Sana diſtinctionem.

facili paſſus molleſcere riſu
Diſſimiliſque ſui: Dominis intrantibus ingens &c.

Erat quippè alioquin ſeverus aſpectu, torva fronte, ut ſuprà vidimus.

316. FLUUNT INCENDIA.] Igne namq; fluere hunc torrentem Stygium fecerunt Poetæ. Sic ποταμὸς πυρὸς apud Æſchylum, & in deſcriptione Aetnæ ſimilia Severus (ſit enim hoc nomen) alijque.

317. LECTA DE PLEBE.] Huic officio deſtinata.

320. AULÆA TENENT.] Ad ornandam regiam nuptialem, quod fiebat intus & foris: Publicum prætereà gaudium, ad qualia hæc uſurpabantur. Pacatus Panegyrico: *quid portas virentibus ſertis coronatas, quid aulæis undantes plateas referam?* Salluſtius apud Macrobium, lib. II. Saturnalium, cap. IX. inter divinos honores recenſet. *Metellus in ulteriorem Hiſpaniam regreſſus per vias & tecta omnium viſebatur. Eum Quæſtor C. Vrbinus aliiq; cognita voluntate cum ad cœnam invitaſſent, ultrà Romanorum ac mortalium etiam morem curabant, exornatis ædibus per aulæa & inſignia, ſceniſq; ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis, ſimul croco ſparſa humus & alia in modum templi celeberrimi.* De *foribus coronatis* vide quæ ad Ceirin olim ſcripſimus, & notata viris doctis, qui hunc morem frequentes admodum illuſtrarunt.

321. IN THALAMIS VESTES.] Et hic mos nuptialis. Noſter nuptijs Honorij. Petronius: *Iam Pſyche puella caput involverat flammeo, jam Embaſicetas præferebat facem, jam ebriæ mulieres magnum agmen plaudentes fecerant* (Chorum intelligit, ſive concurſum matrum, quem & noſter mox innuit) *thalamumq; ingeſta exornaverant veſte.* Purpura in lectis uſos Romanos teſtes Martialis lib. XII. Epigr. XVII. &c. Heroas antiquos Virgilius, Aen. I. Lucanus, lib. X. Valerius Flaccus, Argon. II. Silius Italicus lib. X Papinius I. Thebaid &c.

320. CINXERUNT AGMINE MATRES.] Chorus quem intelligit Petronius modo adſcriptis verbis. Traduxit hæc ex II. Thebaide.

Interior ſacris calet & ſonat aula tumultu
Fœmineo, caſta matres cinxere corona
Argolides. pars virginibus circum undique fuſa
Fœdera conciliant nova, ſolanturque timorem.
Ibant inſignes vultuque habituque verendo,
Candida purpureum fuſa ſuper ora pudorem.

Erant enim duæ ſorores ibi ſponſæ.

325. FLAMMEA.] Vide Feſtum *Velatura* autem pudorem dicit innuens colorem hujus veli, qui erat croceus, ne pudor in vultu puellę cerneretur præ ejus ſplendore. M. Capella lib. IX.

Flammea virgineumque obnubere ſueta pudorem.
Regina deme pronuba.

328. CORONATI MANES.] Ex ritu Romano. Nuptijs enim Principum coronas ſumebat populus. Zoſimus, lib. V.

ὥστε τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ πρᾶξιν ἐθεάσατο κατωρθωμένην ὁ Εὐνοῦχος αὐτοῦ χορεύειν τῷ δήμῳ καὶ στεφανηφορεῖν ὡς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐκέλευε γάμοις.

Faciebant hoc indicandæ hilaritatis gratia, cum coronatio ſit lætorum nunciorum indicium. Auctor de Foſſione Iſthmi.

ὡς ἡ προσιοῦσα παῖς ὡς ἐπάγειν ἡ ἀγαθὸν ἔοικεν· ἐστεφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλὰς, ὥσπερ χορὸς εὔφημος &c.

Sed hęc nota jam doctorũ ambitioſis Curis.

331. RARESCERE NOCTEM.] Per facium nuptialium & genialium conviviorum ſplendorem.

332. VRNA.] More Athenienſium judicate inferorum Iudices finguntur ſortibus in urnam acceptis. Virgilius:

Quæſitor Minos urnam movet.

Papinius Silvis.

immenſis urnam quatit Aeacus umbris.

Idem lib. XI.

Si modo Agenorei ſtat Gnoſia Iudicis urna.

334. IMPIA.] Crudelia, immania. lib. III.

Impius errantem videat per rura per urbes
Iuppiter.

Epiſt ad Adrianum.

Quò mens, ignara nocendi,
Quò ſenſus abiere pij?

Alcimus Avitus de Morte.

Pauperis ad fletum nulla pietate movetur.

Pietas enim Miſeratio eſt. Proſper.

geminum eſt opus Omnipotentis.
Totum aut juſtitia eſt quod geris, aut Pietas:

Dracontius.

Magna Dei Pietas ſemper qui temperat Iram.

Figmenta ſequentia & notiſſima & perſpicua ſunt.

337. INVENIT TANTALVS] Concinnior lectio ſcripta.

Et Tantalus invenit undas.

Quam fac reducas.

338. SPATIOSOS.] Vide Virgilium lib. VI. Lucianum Philopſeude.

340. TANTVS ERAT.] Tantus in arma patet. Virgilius.

344. CRATERA PARANT.] Crater ingens vas erat vinarium, quod in medio ſtatuebatur, unde haurirent minutioribus poculis circumagendum vinum. Illuſtramus multis dedito ſtudio alibi.

347. FESTAS ALIO SVCCENDVNT LVMINE TÆDAS.] Magna in hoc etiam genere erat ſuperſtitio veterum, ne de igne funeſto accenderentur faces nuptiales, quod omen triſtiſſimum habebatur. Ovidius de Nuptijs Terei, lib. VI.

non pronuba Iuno
Non Hymenæus adeſt illi, non Gratia, lecto:
Eumenides tenuere faces de funere raptas,
Eumenides ſtravere torum, tectoque profanus
Incubuit Bubo, thalamique in culmine ſedit

348. PESTIFERI.] Vnde morbi & clades ad ſuperos ibant, cujus halitu decidebant aves. Notiſſima hiſtoria, vides Interpretes Virgilij.

348. INNOCVÆ.] Illæſæ, non obvio uſu. Claud. Mamertus ſive Paullinus:

ſpatioſo bellua rictu
Cepit, & innocuum vaſta ructavit ab alvo.

Egeſippus, libro III. cap. XXXII. *Cum ſoli innocui fuerint qui prælia gererent.*

Sic inſons. Horatius, lib. II. Carm XIX.

Te vidit inſons Cerberus aureo
Cornu decorum.

350. AMSANCTVS] *Lacus Lucaniæ, cujus haustus aves necat.* Vibius Sequeſter. Elegantur, ſi non immoderatè ſimul, [illegible] hoc, memoria proavorum. Iovianus Pontanus Meteororum cap. XXXII.

351. MV-

351. MUTATO GURGITE.] Qui alioquin lacrymis fluebat.

352. LACTE.] Ex ſacris Litteris. Ovidius de aureo Seculo.

> *Flumina jam Lactis, jam flumina nectaru ibant.*

355. MORITUR FLUCTU.] Ceſſante opera aquaticorum Dæmonum, quos pernicioſiſſimos memorat Pſellus Dæmonologia. Aqueæ naturæ. Peſſimum genus mortis in undis perire cenſebat Antiquitas; animam rata ſimul cum corpore interire eo modo. Noti Homeri verſus. Syneſio, Luciano, Aliiſque celebrati.

357. OPPIDA.] Civitatum incolæ, Notatum alibi. II. Rufin. LIV.

359. IMPEXOSQUE SENEX.] Malè mutant libri. Virgilius.

> *Terribili ſqualore Charon cui plurima mento*
> *Canicies inculta jacet, ſtant lumina flammâ.*

Ab hoc Dæmone multa dictu docta apud Poetas, ad res infelices & diras. Poeta vetus apud Varronem. Lib. VI.

> *Caſcum duxiſſe Caſcam non mirabile eſt.*
> *Quoniam Charon eas faciebat nuptias.*

Auctor nuptiarum infelicium, ut Juppiter proſperarum: Ita enim non incommodè poſſit is locus capi, licet aliter nobis viſum libro III. Adv. Capite VII. Sic mortuis inviſi Regibus Charonti libabatur, velut liberatori, ſuo illo avectionis officio, ut exemplum eſt apud milites Agrippæ, defuncti memoriæ inſultantes, in Joſepho. libro XIX. Antiquitatum, capite VII. *Charonæum malum*, morticinum, funeſtum, exitiale, ut Charonæus Spiritus. Pſellus Dæmonologia.

> *τὰ δ᾽ ἄλλα δαιμόνων γένη σοφὸν μὲν οἶδεν οὐδὲν, οὐδὲ ῥαδιουργεῖναι ἐπίσταται χαλεπὰ μέν τοι καὶ δεινῶς ἐστιν εἰδεχθῆ, καὶ τὸν χαρωνείου πνεύματος τρόπον βλάπτοντα.*

361. PROCESSERAT HESPERUS.] Ante viſum enim hoc ſidus nefas putabant ſponſum potiri ſponſa. Sappho fragmentis, Catullus Epithalamio Mallii, alii.

362. DUCITUR.] Nuptiale verbum; nefas enim ſolam ire. Tibullus.

> *Vt juveni primum virgo deducta marito*
> *Inficitur teneras ore rubente genas.*

363. TANGENSQUE CUBILE.] Nota morem non ſatis obſervatum.

366. EXORDIA.] Cantus. Notavi alibi, & ſuprà, puto.

368. DUCITE.] Votum nuptiale aut matrimoniale, qualibus adornabantur Epithalamia, ut vel de Galieni Imp. egregio fragmento notum.

372. PROFERTE.] Producite, in æternum protendite. Hoc enim, verbum longam ſeriem notat. Votum autem nuptialium ſummum productio liberorum, notavi ſupra ad Honorianas. Sidonius debere hos parentibus filias eleganter dixit. Pam. Anthem.

> *cui Princeps, cui mundus ab Euro*
> *Ad Zephyrum tunc ſceptra dabat, cui nubilis, atq;*
> *Vnica Purpureos debebat nata Nepotes,*
> *Elegit generum.*

Sine his non eſſe perfectam felicitatem arguens.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAUDIANI

DE RAPTU PROSERPINÆ

LIBRUM III.

Animadverſiones.

V.1. IUPPITER.] A quo Conſilium rapiendæ filiæ ducebatur. Vide Libro. I. v. CCXV. & ſeqq.

v.1. CINCTAM NIMBIS.] Indicium nimborũ, & nonniſi nimboſis nubibus apparentem. Vide lib. II. v. C.

v.1. THAUMANTIDA] Irin, quæ nuntia Deorum omnibus Poetis. Eam Jovi à curru curando concinnat Quintus Smyrnæus.

> τὺς δ' ὑπὸ θεσπέσιον ζυγὸν ἄγαγεν
> αἰόλος Ἶρις,
> ἅρματος αἰὲν ἐόντος, ὅν οἱ καμὼν
> ἄμβροτος αἰών,
> χερσὶν ὑπ' ἀκαμάτοισιν, ἀπειρέος ἐξ
> Ἀδάμαντος.

Eamdem elegantiſſimè *fibulam nimborum* vocat Cyprianus in Sodoma, velut undanti veſti de gemmis ſplendentem additam.

2. TOTOQUE DEOS.] Concilium Deorum, qualia deſcribuntur à Marone & Naſone, Homero, alijs. Tale fuit quod de Lupo Judice agitaſſe argumentum dedit primo libro Satirarum Lucilius.

3. ZEPHYRIS ILLAPSA.] Rectè ita Scaliger ex Codicibus Claverianis, quibus aſſentitur & Noſter. De ſuo autem *Zephyris* ſcripſit, cum in Libris fuerit *Zephyros* quod ego quidem non muto.

10. PROCERES.] Dij majores, majoribus officijs præfecti. Nobiles Deos vocat Ovidius 1. Metam. Sic Proceres inter Angelos cœleſtes agnoſcit Alanus libro V.

> *Hic habitant cives ſuperi, proceresq; Tonantis.*

11. LUCIDA PHORCI CANITIES.] Ipſe canus. Juvenalis.

> *venit & Criſpi jucunda Senectus.*

Malè imò ſtolidè mutant libri, non tamen & Noſter.

13. MANSURUM PROTEA.] Dæmonum mutabilitatem in alias atq; alias formas intellexerunt hoc figmento Poetæ, de ea legere habes elegantiſſimum Librum Michaelis Pſelli.

14. SENIBUS FLUVIIS.] Nam minutiores & juveniores illi non tangebant hoc honoris. Similantem iſta Sidonium notavit Delrius.

inde

556

inde priores
Conſedere Dei,fluvijs quoq; contigit illo
Sed ſenibus reſidere loco.

15. PLEBEIO.] Minores Deos dicit. Sic plebem in Angelis agnoſcit Alanus, ingenioſo ingenio ſcriptor, utinam aliorum temporum. Lib. V.

quaque magis latitant Archangelus orbi
Nuntiat,& cœli pandit myſteria terris.
Angelica plebis exercitus omnibus iſtis
Perſolvit jus obſequii, mundiq; minora
Prædicat, & nobis varios diſcurrit in uſus.

17. VDÆ NAJADES]Dæmonas Aqueæ naturæ his intelligere voluiſſe, puro fabuloſam veterum Theologiam. Pſellus: *Quotquot humidis in locis Dæmones vivunt, καὶ τὴν μαλθακώτεραν στέργουσιν ἀγωγὴν, in aves illi ſeſe & fœminas transformant, inde fit ut illos Græci Naiadas, Nereides, & Dryades θηλυκῶς appellent.*

17. TACITI.] Alij Codices *placidi*. Tantumdem operæ habet.

18. GRAVIS.]Venerabilis qualis majeſtatem habet. Maro.

pietate gravem & meritis ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant.

Tales fingit Faunos iſtos. Vulcatius Gallicanus; *per virum ſanctum ac gravem, Patrem, affectationem tyrannidis latuiſſe.*

18. ALTO.]Præſidium enim talibus Actibus ſedes altiores cæteris. Heliodorus, lib. I. Aethiopic.

ἐπεὶ δὲ ἥχθησαν, ἤθροιστο δὲ ὅλος ὁ ὅμιλος, ἐπί τινος ὑψηλοῦ προκαθίσας ἑαυτὸν ὁ Θύαμις, ἄνδρες, ἔλεγε, συστρατιῶται. &c.

Olympus in ipſo cœlo eſt cœlo aliquid præclarius, ut docemus ex Juliano & alijs alibi.

10. SATVRNIA OTIA.] Sub Saturno rege, placido fuerant torpore omnia. Martialis, ad eum lib. XII. Epigr LXIII.

Antiqui rex magne poli, mundiq; prioris,
Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat.

22. SENIVM.] Placidam & minimè impetuoſam ætatem. Talem ferè Deum fingebant ſibi Epicurei.

ὃς πρᾶγμα οὔτε αὐτὸς ἔχει οὔτε ἄλλοις παρέχει.

Vide exempla apud Nonium.

22. IGNAVI.] Nihil inhoneſtum infert iſta vox, ſed placidum & in ſe torpentem torporem, ſive tu *quietem* dicere mavis, exſortem curarum omnium & mœroris. Vide Ariſtophanem PLuto, *Actu II. Scena V. Ignaveſcere* animam ſimiliter legimus apud Tertullianum libr. de Ea. cap. LIII. Juppiter autem inito imperio non amaverat illud otium patris Saturni. Valerius Flaccus lib. I.

Siderea tunc arce pater, pulcerrima Grajum
Cœpta tuens, tantamq; operis conſurgere molem,
Lætatur, patrij neque enim probat otia regni,
Vnà omnes gaudent ſuperi.

Hinc, quod noſter hoc loci memorat, curis homines addixit, ut terram ſubigere, & excitare in artes animum diſcerent. Virgilius.

Pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe viam voluit, primuſq; per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda
Nec torpere gravi paſſus ſub regna veterno;
Ante Iovem nulli ſubigebant arva coloni.

23. SOPITOS] Somnum & torporem ut excuterent, coacti rebus ſuis & victui parando invigilare Quintus Serenus, cap. VI.

Noxia corporib. quædam de corpore noſtro
Progenuit natura, volens abrumpere ſomnos,

Senſibus, & monitis vigiles intendere curas.

24. SOLLICITÆ PLACVIT.] Aratus.

ὁ δ᾽ ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει, λαοὺς δ᾽ ἐπὶ ἔργον ἐγείρει,
Μιμνήσκων βιότοιο.

Vide Virgilium. Georg. I. Heſiodum Operibus. Gratium initio Cyuegetici, Manilium libro I. alios.

28. NEQVE ENIM LIVESCERE FAS EST.] Audiant qui mala Numinibus ſuis hodieque debere ſe ſomniant, contra quos laudo quæ ſcripſit vir doctiſſimus, ſingularíq; laude dignus Nicolaus Remigius lib II. de Dæmon. &c. cap. IX.

30. OBLIMAT.] Atterit, debilitat, impedit, attenuat. Virgilius.

ſulcos oblimat inertes.

Junius Pilargurus: *obturet, & occludat*. Horatius lib. I Sat. II.

Rem Patris oblimare malum eſt

Scholiaſtes. *deterere, conſumere, tractum à lima qua fabri utuntur.* Licentius ad Auguſtinum:

Quæ, ſocias a prius, veterum natura locorum
Diſtulit, & tereti limavit glarea mundo.

Limos oculos pro obliquis & hirquis notavit in Marcellino Petrus Pithæus, Adverſariorum lib. I. cap. II *Limare, libare*. Nic. Rigaltius ad Phœdri Fabulas: Ammiani *ſenſu collimatos oculos* dixit Appulejus, fine libri IX. Vſus ita hoc verbo & Barbarie extrema mirandi ingenij ſcriptor, Saxo Grammaticus, lib. II.

Ecce per infuſas humana tabe lacunas
Cæſorum excuſſi dentes rapiente cruoris
Profluvio toto, & ſcabris limantur arenis.

Tabem ijs verbis pro tabo, ſive ſanioſo ſanguine cape. Pomponius Mela libro III. cap. IX. *putiſcentium membrorum tabe concreſcens*. Papinius lib. VIII.

Atq; illum effracti perfuſum tabe cerebri
Adſpicit, & vivo ſcelerantem ſanguine fauces.

Lucanus, libro Septimo. *Elimatæ vires* attritæ ſunt apud Cælium Aurelianum lib II Tardarum, cap. ult. *cum corpus elimatis viribus debilitet lavacri frequentia.* Sæpius ita & Agrimenſores. Eſt tamen cum *oblimare*, pinguedine quadam obducere ſonet, ut in illo Virgilij modo adſcripto. Cicero li. II. de Natura Deor. *Aegyptum Nilus irrigat, & cum totam æſtatem obrutam oppletamque tenuerit, tum recedit mollitosque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit.*

32. RERVM VIAS.] Modos aggrediundarum & expediundarum. Vide Commentarium noſtrum ad Gratium.

32. INGENIOSA EGESTAS.] Neceſſitate ipſâ ſubacta ad invenienda, & excogitanda quibus opus habeat homo. Theocritus Piſcatoribus.

Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,

Petronius Satitico: *mirabile eſt ingenium paupertatis*. Manilius.

Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quemq;
Advigilare ſibi juſſit, Fortuna, premendo.

Appulejus, Apologia: *paupertas priſca apud ſecula omnium civitatum conditrix, omnium artium repertrix.* Lucianus Timone. Vide Ioannis Stobæi Sermonem XCIV.

33. ARTES PARIAT SOLLERTIA &c.] Manilianum.

Nec dum etiam doctas ſollertia fecerat artes.
Sed quum longa dies acuit mortalia corda
Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quemq;
Advigilare ſibi juſſit, Fortuna, premendo,
Seducta in varias certatim pectora Curas.
Et quodcunque ſagax tentando repperit uſus

In com-

In communem bonum commentum læta dederunt.

33. NVTRIAT VSVS.] Virgilius.

Vt varias uſus meditando extunderet artes.

Columella lib. I. *Vſus & experientia dominantur in artibus.* Cujus quæ eo loco ſequuntur prolixi Commentarii vicem Claudiano eſſe poterunt.

34. NATVRA.] Monitrix Jovis, & ejus conſilio faceſſens Papinius Achilleide I.

Stabat, anhela metu, ſolum, Natura, Tonantem
Reſpiciens

Talia ubertim, & nimia quidem, apud Alanum.

35. HVMANVM REVELARE GENVS] Melius abſirtorus hic verſus. Sed ab omnibus libris cauſſa ejus agitur. Vt ſermo humilior erigatur, ſcripſiſſe Claudianum autumes.

durumque. Tyrannumque,
Immitemque vocat

Sed hoc præter morem ejus eſt. Quatuor libri Belgici duranrque. Prorſus ejus mihi ingenuitas ſuſpecta eſt.

41. NOVERCÆ MORES.] Noti illi vel ut proverbio. Convitia quædam ex Poetis attulit Marcellus Donatus Dilucidationibus ad Tacitum.

42. MENTEM TRAXISSE POLO.] Multa hujus generis ad Nemeſianum & Boethii Conſolationem adoleſcentuli notavimus.

43. EREXISSE CAPVT.] Sapientium virorum argumentum, ſequendam homini cœlum intuentis capitis nobilitatem, quæ nihil moretur ſcilicet, jacentium rerum ſordes, ſed cœlum adſpirare debent cognatum. Sic animum ſuum alloquitur Gregorius Nazianzenus.

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάντων,
Μὴ δέ σε πηκήσῃ πρὸς κακότητα δέμας.

Claudius Taurinenſis contra cultum Imaginum: *Quid te ad falſas imagines inclinas & humilias? Quid ante inepta ſimulacra & figmenta terrena & captiva, corpus incurvas? Rectum te Deus fecit, & cum cætera animalia prona & cum cætera animalia prona & ad terram ſitu vergente depreſſa ſint, tibi ſublimis ſtatus & ad cœlum, atque ad Dominum vultus rectus eſt, illuc intuere, illuc oculos tuos erige, in ſupernis Deum quære, ut carere inferis poſſis, ad alta & cœleſtia ſuſpenſum pectus attolle.* Quæ ex Cypriano interpolata eſſe notat Jonas Aurelianus, eorum refutator. Vide de hoc monitu Salluſtium initio Catilin. Ovidium, Metamorph. I. Manilium lib IV. Aſtronom. Minutium Felicem Octavio, Xenophontem I. Memorabil. Lactantium de Ira Dei cap. VII. Boethium de Conſol lib. V. c. V. Victorem Præfat in Geneſin. Hilarium Arelatenſem ejuſdem Tituli Poemate. Ruſticum Elpidium Carminibus. Firmicum initio libri VIII. Matheſ. *Curvatis in terram animas* ad hanc earum erectionem reſpiciens per convitium dixit ignavas, ſordidas, Perſius, Satira II. Eodem pertinet quod homini non mutandum Zoroaſter ſcivit in Oraculis.

Μὴ δὲ κάτω νεύσῃς, κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται.

Vide ad eum Notata Plethoni XXVII. Pſello LVII. & LXXI. inclinati Voluptatibus animi ſunt tales apud Eugippium initio Severini. De glandivoris illis priſcis nota omnia, & Proverbia ſunt penes Parœmiographos, ſatis ſuperq; jam enarrata omnibus.

38. CHAONIO.] Epirum glandibus abundantem pro querceris quibuſvis dicunt Poetæ. Eſt & peculiaris regio *Chaonia.* Scylax. CXIX.

55. ACTÆA.] Attica. Actæa enim vetus nomen Atticæ, vide Pauſaniam, libro primo.

55. IMPERII MOLEM] Parum circumſpecte equidem hic fuit Claudianus noſter: Scilicet poſt factum jam vi Plutonis, & minis ejus extuſum ipſi fatum, ipſe ſancit demum quid velit fieri, & cum Terrarum Orbis

concuſſus fuerit, omneſque fluvii, Fauni etiam cum Nymphis in Concilium terra, cœlo, marique, convocati, judicium raptus vetat Bonus Juppiter ad Cererem deferri, quæ ſola ſcilicet cum matre Deorum tam alte ſterterit dum hæc fiunt, ut nihil eorum animadverterent. Similem, ſiquidem hoc excuſando noſtro ſit, in Papinio incogitantiã licet obſervare, qui in primo Thebaidos, quod opus & alioquin neſcio quam ſit accuratum poſt tot annorum limam, Jovem inducit cum Diis de Polynice Argos ducendo conſultantem, in altero autem libro Antiquiſſimam ſortem datam ait Adraſto de Leone & Apro generis ipſi futuris, quorum altero Polynices à multis jam annis ſocero illi ſuo debebatur, ut ille cujus vocem fata ſequuntur tum certe elinguis fuerit, cum Sors illa vetus ab alio quopiam procuderetur, ut in re tanta inepte obliviosſus, qui cum conſiliariis ſuæ Sapientiæ de re antiquitus concluſa poſt conſultarit.

59. SE LICET ILLA MEO.] Nobiliſſimam omnium Dearum, utpote non alio loco patris, quam ex meditullio ipſo celebri proditam, Palladem præ cæteris indicat, ne quæ alia poſcit amori ejus confidere. Vide de hac elegantem & eruditione denſum hymnum Martiani Capellæ lib. VI. in quo eximendo ingentem conſumas Commentarium.

61. GENITVM DIVINA SORTE PIGEBIT.] Quaſi poſſit in divinitatem cadere ulla mortalitatis cupiditas. Simili ineptia Bion de Venere.

> Φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι, καὶ ἔρχεαι εἰς
> Ἀχέροντα,
> καὶ ϛυγνὸν βασιλῆα, καὶ ἄγριον: ἁ δὲ
> τάλαινα
> Ζώω, καὶ Θεὸς ἐμμί.

Sic Juturna etiam in Duodecima Æneide.

65. AN PROPRIÆ CONSPIRENT TARTARA CAUSSÆ.] Hoc eſt ſentiet non deeſſe injuriæ ſuæ ulciſcendæ, & cauſſæ vindicandæ Tartara. Sic IV. Conſulatu Honorii.

> *nec vi connexa per ævum*
> *Conſpirant elementa ſibi*

67. CONCUSSIT SIDERA.] Perpetuum documentum rei conſtitutæ apud Jovem, jam inde de prima Iliade Homeri.

> ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρο-
> νίων,
> Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώ-
> σαντο ἄνακτος,
> Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέ-
> λιξεν Ὄλυμπον.

Quotum verſuum quanta olim fuerit gloria vide apud Valerium Maximum libro III. cap. VII. Sæpiſſime illos exprimunt & alludunt Latini Poetæ. Arnobius, libro IV. *Ergone ille Rector poli, Pater Deorum & hominum, ſupercilio & nutu totum motans & tremefaciens cœlũ, ex viro concretus & fœmina eſt?* Propius æmulatur Ovidium Claudianus, quem vide lib. I. Metamſ.

72. TELIS.] Inepte. Quid enim hæc ad divinitatem lædendam. Et ſanè craſſe hoc Homerus.

73. NIGRESCERE.] Signum Luctus. Euripides Oreſte.

> μελάμπεπλος, κουρᾷ τε θυγατρὸς πενθί-
> μῳ κεκαρμένος, &c. Notares.

75. LVCO DILECTIOR OMNI.] Vnde tranſlata erat.

76. VIRGINEOS VMBRABAT THALAMOS.] Cum ipſa Ceres adhuc à Jove violata non eſſet. Vide Carolum Paſchalium Collectaneorum de Coronis libro VIII. cap. XIV.

80. DEBELLAVISSE.] Ad furorem Dirarum commodiſſimum verbum.

81. INSERTA.] Cum ad eum talis non pertineret. Elegantiſſima lectio quam invito vulgo ſcriptorum librorum recte tenent Claverius & Scaliger, ex Cujacianis, agnoſcitque diſerte Noſter. Eſt pulcra de re Ruſtica aut arboraria, hortenſive adeo, tranſlati, quaado mnem rem utitur docta Antiquitas, quæ non ingenu.

ingenua eſt, ſed diverſæ naturæ, & aliunde ita inſita Sic *inſititius ſomnus* Varroni lib. I. de R. R. eſt meridianus, de nocte translatus in Diem, ad quam non pertinebat. Sic *inſertus* alienæ familiæ dicitur Servius Tullius in Monumento Æreo Lugdunenſi, quod proponit Vertranius Scholiis ad Tacitum. Sic Avienus Periegeſi. v. XXXI.

procul hinc Mæotida Thetyn
Intrat & inſerto freta pellit vaſta fluento.

Idem eadem pagina,

tellus ſeſe altera in Auſtrum
Porrigit, inſertoque ſinus interjacet agro.

Fulgentius lib. I. de Veritate Prædeſtinat. *Donum Spiritualis delectationis ac voluntatis infundas, extirpet, inſerta bonitate, malitiam, benignitatis dono pellat invidiam.* Appuleius, libro VII. *Sumta muliebri veſte florida in ſequiorem ſexum inſertus atque abſconditus per medias acies infrſſi militis tr nſabii.* Nithardus libro IV. *hinc inde ubique rapina & omnigena mala ſeſe inſerebant, illinc aeris intemperies ſpem omnium bonorum eripiebat*, Auguſtinus de Civitate Dei libro I. cap. X.

87. PVLCRIOR AVRO CÆSARIES.] Flavum capillitium commendatiſſimum veteribus. Papinius, Achilleide, I.

fulvoq; nitet coma gratior auro.

Petronius *& cedit crinibus aurum.* Ælianus Variarum lib XIII. cap. I. Euripides Medea. Galenus Arte Medica cap. LI. temperatæ craſeos indicium laudat,

συμμέτρου χρώσεως γνωρίσματα πρὸς ὅλω ξ ζώυ τλὼ ἕξιν, ἡ χροιὰ μὲν ἐξ ἐρυθρῦ καὶ λευκῦ συμμιγής, αἱ τρίχες δὲ ξανθαὶ μετρίως, καὶ οὖλαι τὰ πολλά.

88. IGNES.] Faces oculorum. Papinius.

Tranquillaque faces oculis

98. NATÆQUE PEREMTÆ.] Signat extremam calamitatem, licet citra interitum. Sic Anacreon Cupidinem clamantem inducit ab ape punctum.

Ὄφις μ' ἔτυψε μικρὸς,
ὄλωλα, μᾶτερ, εἶπεν,
ὄλωλα, κἀποθνήσκω.

101. NOMEN DVLCE TIBI.] Vide Salvianum, Epiſt IV.

103. FEROR.] Optime ſic Claverius & Scaliger. Ferri enim inviti eſt quem ſanum credebant omnes, ſuique compotem. Et alludit ad raptum ſimul. Sic infra. v. CLXXXIII.

106. SI TV SANCTA CERES.] Variant Libri. Ego tamen hanc lectionem optimo conſilio elegiſſe Scaligerum exiſtimo: Cum enim Deorum Dearumque nomina nominantur, nihil illis crebrius adjicitur *Sanctorum* nomine, quo ſoli ſcilicet nuncupantur & digni ſunt.

106. SI TE NON.] Et hoc optime Scaliger. *alii me non* Inepte, quid enim hoc ad Luctum movendum matri, aut auxilium quærendum?

105. MATREM.] Maternum affectum, Gildonico.

Maturamque ſimul fratremque hominemque cruentus
Exuit

106. CASPIA TIGRIS EDIDIT.] Ex Virgiliano illo. Dido ad Æneam.

Non tibi diva parens generis, nec Dardanus auctor
Perfide, ſed duris genuit te in cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanaque admorunt ubera Tigres.

Petrus Damianus Epiſt. II. *quod ſi nos pudore vel metu hæc declinare contemnimus, mox inhumani, rigidi, & quos Hircanæ genuerint Tigres ſaxei judicemur.* Abaris Epiſt ad Phalaridem, licet fictitia.

ἔδειξας φύσιν οἰκείαν ὕβρεως καὶ ὠμότητος, καὶ σε ἔτεκεν οὐ γυνὴ καὶ ἀνὴρ, ἀλλὰ λέαινα καὶ σῦς ἀγελ..., πειθεῖς γὰρ πάντα βίᾳ καὶ προσέτι ἰσχύι δόξῃ κακῇ καὶ ἀγριότητι.

110. TENDERE CONATVR PALMAS.]

MAS.] More ſupplicum. Virgilius Ceiri.

Ad cœlum infelix ardentia lumina tollens,
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.

Quem reſpexit Claudianus. Cæterum in MAnu Antiquis Fidei ſedes, quare ea tradita ſimul omnia contradere putabant, qui mos, licet in ſolam ſpeciem, ad Nos ab altiſſima Vetuſtate devenit. Ovidius lib. VI.

Et pignus fidei dextras utraſque popoſcit.

Hinc dextera manus ipſa Fides. Virgilius: libro VI,

quique arma ſecuti
Impia, nec veriti Dominorum fallere dextras.

Xenophon. Pædia. VI.

ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες σύμμαχοι μέχρι μὲν τοῦδε ἐπαινῶ τὴν Κύρου δεξιὰν, οὐδὲν γὰρ ψεύδεται ὧν ὑπέσχετο.

Hoſpitii inſigne dexteram vocat Tacitus Hiſtor. I. Et eamdem pacis palmam indigitat Proſper Aquitanus.

An dextram pacis palmam dare te pudet hoſti.

Abhinc deſcendit vetuſtiſſima relligio jurandi, manu alicujus tacta, Euripides Helena, Loquitur Menelaus:

Ἐπὶ τοῖς δὲ τοῖς νῦν δεξιᾶς ἐμῆς θίγε.

Reſpondet Helena.

Ψαύω θανόντος σοῦ τὸ δ' ἐκλείπειν φάος.

Atque hinc puto manaſſe etiam locutionem ſoli, quod meminerim, PLauto, uſurpatam *manum alicui adire* quo quempiam circumſcribere dicuntur homines fallaces. Nam *ad* veteri lingua *ob* valet, ut jamdudum doctis animadverſum; Sic igitur *manum adire* obire *fidem*, circumire, circumvenire, decipere.

119. NE FAMA LATEBRAS PRODIDERIT.] Juxta illud Phocylidis.

κάλλος δυσφύλακτον ἔφυ παίδων πέλεταιν.

121. DEPOSITVM.] Imitatio Papinii, apud quem Achilles deponi dicitur, quem mater Thetys virgineo habitu abſcondit. Achilleide I.

Cara mihi tellus magna cui pignora cura,
Depoſitumque ingens dubio cognovimus aſtu.

Et Libro II.

Et Thetidis mandata movent, prodique veretur
Depoſitum tam grande Dea

Sic *Orbis Depoſitum* Jonam Prophetam vocat Alcimus Avitus libro IV.

ſervatque furens ſuper omnia Pontus
Orbis depoſitum

Sic *depoſitam*, inque depoſito eſſe carnem morientium hominum fide Jeſu Chriſti reſurrecturam dicit Tertullianus, cap. LXIII. de Reſurrectione ejus: *Reſurget igitur caro, & quidem omnis, & quidem ipſa, & quidem integra. In depoſito eſt ubicunque apud Deum, per fideliſſimum ſequeſtrem Dei & hominum IESVM CHRISTVM.* Sanctiſſima enim fides depoſiti gentibus, præcipuè apud Piſidas. Nicolaus Damaſcenus.

ἡ δὲ μεγίστη κρίσις ἐστὶ παρακαταθήκης, τὸν δὲ ἀποστερήσαντα θανατοῦσιν.

128. INVITO PRORVMPVNT FLVMINA VULTU.] Notarum ſupra Thyeſte,

Quid me revocas feſtumque vetas
Celebrare diem? quid flere jubes
Nulla ſurgens dolor ex cauſſa?
Imber vultu nolente cadit,
Venit in medias voces gemitus, &c.

122. SI BVXOS.] Inſtrumentum quale fuerit notat Lutatius ad Thebaidem VII. BVXA.] *tibia vel ſcabellum quod in ſacris tibicines pede ſonare conſueverunt.* Buxos tamen aliud puto.

135. PROCVL IRRITA VENTI.] Hoc eſt obliterentur & ex memoria omni penitus auferantur. Euripides Hecuba.

ὦ θύ-

ὦ θύγατερ ὗ μοι μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα

Φροῦδοι, μάτlω ῥιφέντες ἀμφί σου φόνου.

Idem Supplicibus.

λόγων ἢ παρακέλευμα σῶν

Αἴθρ φερόμενον οἴχεται.

Anacreon. OD. XLI.

τὸ δ' ἄχος πέφευγε μιχθὲν

Ανεμοτρόπῳ θυέλλῃ.

Idem.

Εμῶν φρενῶν μὲν αὔραις

Φέρειν ἔδωκα λύπας.

Multi Latinorum Poetarum.

134. SUBJICIT.] Littera ob verſum ejecta. Vide notata Ludovico Carrioni Antiquar. Lect. lib. I. cap V. Sæpe ita media Barbaria Gulielmus Brito. Sic *Aſicis* uſurpat Appuleius Apolog. relatis verſiculis. Seneca Medea.

His adice pinnas ſaucia Stymphalidos.

137. I TAMEN ET NULLO.] Formula voventium felix iter. Habes apud Paullinum doctiſſimo Lyrico ad Nicetam.

143. ABSCONDERIT.] Decreſcentem per longinquitatem ſpatii ereſcentem. Valerius Flaccus lib. II.

Templaque Piſæa mergunt obliqua Diana.

Idem pulcrè & libro I.

ſtant littore matres

Claraque vela oculis, percuſſaque Sole ſequuntur

Scuta virum, donec jam celſior arbore pontus,

Immenſuſque ratem ſpectantibus abſtulit aer.

143. SIC ÆSTUAT ALES.] Horatius, Epodo I.

148. EXCUBIIS.] Virginalibus Excubus. Apollonius libro III.

αἵ οἱ δυωκαίδεκα πᾶσαι

Ἐν προδόμῳ θαλάμοιο θυώδεος ηὐλίζοντο

Ηʹλικες, ὔπω λέκτρα σὺν ἀνδράσι πορσύνουσαι.

150. AVLÆ.]Omnis Regia domus *Aula*. Gloſſæ *Aula* οἶκος βασιλικός.

151. NON EXPECTATO RESPECTU CLADIS.] Claverius edidit *exſpectata* Prius placet eum Scaligero & omnibus cæteris Codicibus.

152. AMICTVS CONSCIDIT.] Philippus Presbyter in Caput. I. B. Hiobi. *In veſtimento conſciſſo ſignificatio eſt luctus*. Vide notata ad priorem in Rufinum.

153. HÆSERVNT LACRYMÆ.] Quod ſolent in enormi luctu. Petronius. *adtoniti exſpectamus lacrymas*. Alibi notatur.

154. NEC VOX.] Indicium ſummæ confuſionis apud animum. Petronius: *Ego frigidior hyeme Gallica factus nullum potui verbum emittere*. Apollonius lib. III.

χὼ δ' ἄναυδοι ἐς ἀλλήλους ὁρόωντο

Ἀτῃ ἀμηχανίῃ τε κατηφέες

Minut. Felix. *Cum Octavius peroraſſet aliquandiu nos ad ſilentium ſtupefacti intentos vultus tenebamus*. Claudianus Sexto Conſulatu Honorii, Belli Getici v. CDLVII.

155. SVCCIDVI] *Succiduus*, jam jam in caſum pronus. Ovidius.

Poplite ſucciduo genua intremuere

PLautus: *tenebræ oboriuntur, genua ſuccidunt*. Eleganter verbo utitur Tertullianus cap. VI. de Corona Militis. *Vnde & eam Apoſtolus ait Vanitati ſuccidiſſe*. Velut oppreſſam pondere ipſius. Vt ſucciduum ſidus quod in genua nutare videtur Avienus.

Poplite ſuccidui qua ſideris ampla pateſcunt

Terga dehinc

Aliter Alcimus Avitus cui *Succiduum*, ſuccedens. Libro V.

Quid multis? fit virga prior, qua deinde Sacerdos

PLurima ſuccidue monſtravit tempore ſigna.

Tremorem autem ante omnia ajunt *genua infeſtare*, & proinde greſſui eſſe inimicum. Horatius I. Carm. XXIII.

Et Corde & genibus tremit.

Daniel Propheta, cap. V

τότε τοῦ βασιλέως ἡ μορφὴ ἠλλοιώθη, καὶ οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ συνετάρασσον αὐτὸν, καὶ οἱ σύνδεσμοι τῆς ὀσφύος αὐτοῦ διελύοντο, καὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ συνεκροτοῦντο, καὶ ἐβόαζεν ὁ βασιλεύς.

Hinc Calaber de Amazonibus, lib I.

Οὐκ ἀνδρῶν δεύονται, ἐπεὶ πόνος εἰς μέγα καρτος

θυμὸν ἀνεξέησε, καὶ ἄτρομα γούνατ' ἔθηκε.

160. SACRILEGO.] Impio. Vide notata ad Phæbadium. Diu autem poſt raptum veniſſe eò Cererem indicat araneæ textus. Situ enim araneoſæ fiunt res, Catullus, Carmine XXV. &c.

165. SICVBI SEDERAT OLIM.] Non poteſt enarrari emphaſis hujus tanti doloris, ſi vel per ſingulas partes Commentariis explicetur. De turturibus ſimilia ſcribunt Poetæ.

174. PRISCAS.] Senes ſeniores.

177. PATERNIS.] Jovis, cujus ex Cerere filia erat.

178. PROXIMA MATER.] Partu remoto. Vt loquitur de Serena, conlata Flaccillæ matri, educatrice Honorius in ſuis ſibi nuptiis.

179. PULVERE CANO.] Omnino ſcribendum *canos*. Auget enim hoc ſpectaculi miſeriam. Et agnoſcunt hanc lectionem Noſter omneſque Pulmaniani Libri, item Bentinus, Camers, Aldus.

181. MARITVS.] Non enim hoc regnante tale aliquid timuerim. Maritum appellat Iovem *hoc pravelans nomine culpam*.

187. ALCIONEVS.] Gigas quem ſub Veſevo latere memorat.

195. FVNVS.] Luctum funebrem. Sic ſupra peremtam ſeſe in ſomnis obtulit dicens eadem Dea fictitia Proſerpina. Claverii liber non agnoſcit hunc verſum, ut alii omnes: qui pars *Raptorem* alii *Auctorem* Noſter *Actorem* præferunt.

199. LEVIUS COMMUNIA TANGUNT.] Siquidem clades hæc fuerit ea ratione nobis cum Divis cæteris communis. Seneca.

Ferre quam ſortem patiuntur omnes

Nemo recuſat.

Heliodorus: μεγίστη παραψυχὴ ἡ τῶν ὁμοίων ἀκοή. libro I.

203. INCENSIOR ÆTHER.] Ita Claveriani. Noſter, aliique Libri. At Vnus ex Belgis melior *infenſior* Alius *imprehenſior*. Vtiq; *infenſior* ſcripſit Claudianus, quid enim opus argutiis? Et quid eſt caloris Phlegræ, aut quid ea incenſiorem eſſe ætherem?

206. CASTIQUE.] Melius Noſter *cuntique*.

209 TENEBRAS] Scribe *latebras* cum Bonis omnibus libris.

210. PRÆSCIERIT] *Reſcieris* ſcribe cum Noſtro.

216. ABSENTAVERIT.] Ita Scaliger. *Abſentare*, teſtibus Cypriano & aliis ad Sidonium illuſtravit doctiſſimus Savaronius. *At* Meliores omnes libri Claveriani, Belgæ, aliiq; *amandaverit* quod Librariorum nequaquam eſt, & nobis recipiendum ſuadent. Salvianus. lib. I *Cæterum Deus patrata univerſitate rerum removit à ſe cunctam terreſtrium rerum curam & ablegavit laborem, videlicet forte fugiens à ſuo loco amandavit.* Quis locus mendo non caret, & *commendavit* aliis libris repertum facit nos ſuſpicari *Fortem* hoc loco deſignare *Fortunam*, de quo alibi dicemus. Eodem verbo utuntur alii, & B. Ambroſius, nobis reſtiturus lib. XXXV. Adverſ cap. XXII. Eſt Liber non malus ex Belgicis, referens.

procul à patriis mandaverit aſtris.

Quem ſecutus legam *procul à patriis damnaverit aſtris* Idque corrumpendo loco & faſcinandis librariis fuiſſe exiſtimo. Sic Cyprianus *varium pluviis damnaverit arcum.* Priſcianus Periegeſi.

habitant qui finibus illis

Aere damnati triſti, nimioque rigore.

Appuleius lib. I.

perpetua pragnatione damnavit.

Lucretius Libro Quarto.

Stultitiaque ibi ſe damnet, tribuiſſe quod illi

Plus videat, quam mortali concedere par eſt.

221. IMPLET.] IV. Conſul. v. DX. Videad I. Rufin. ſub finem, multoties ita loquitur Papinius.

224. MERITVMQUE LOCI.] Dignitatem, virtutem, gloriam. Boethius: *homo divinum merito rationis animal.* Vide quæ notavit vir doctiſſimus Deſiderius Heraldus, ad Librum I. Arnobii. Ovidius.

Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta,

Succubuit meritis truxtamen illa viri.

Græcus Epiſcopus Epiſtola ad Ruritium: *Gratias Domino quod fidei veſtræ meritum, ſicut proficit devotione, ita creſcit & opere.* Cæſarius Epiſt. XIIX. *ad eumdem Ruritium me ſanctis & illuſtribus precibus ſimul & meritis Domino commendetis.*

229. PERSVADET.] Interpunge poſt hanc vocem.

Perſuadet: teneris heu lubrica moribus ætas.

Aetatem autem pro juventa dixit. De qua B. Chryſoſtomus.

περὶ θυμὸν καὶ περὶ ἐπιθυμίαν ἰνέμπλωτος μᾶλλον ἐστιν ὁ νέος. διὸ καὶ πλείονος δεῖται τῆς φυλακῆς, σφοδροτέρου τε χαλινοῦ. Homerus, Iliade. ψ.

Οἶσθ' οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι

κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Ariſtænetus, lib. I. Epiſt. XXI.

αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν νέων ταχεῖαι, καὶ αὗται πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι.

Vide cumprimis Marci Imper. morituri in primo Herodiani.

235. ALGET AGER.] Ita libri meliores cum Noſtro, & probavit Scaliger. Claverius ex ſuis *Albet* quod ſane potius eſt.

239. SEV MORTIFER ÆSTVS.] Quomodo poteſt putare æſtum ſolum fuiſſe, cum viderit Aurigam? Quare Claverius & Scaliger qui hoc invexerunt non fuerunt rum illi qui ſolebant. Scribe cum cæteris omnibus Codicibus

ſeu mortifer ille

Seu mors ipſa fuit

Sane nihil poteſt dici aptius ſimul & facilius.

240. LIVOR PERMANSIT IN HERBIS] *Livor* ille venenatus. Parrhaſius *luror*, quod contra omnes Codices eſt. licet ſit ſatis bonum. Scaliger ediderat *Lutor* ſed eo nobis opus non fuit. Et cur contra fidem Lectionis antiquæ bonumque ſenſum conjectando pugnemus?

242. ADFLATUM.] Quod vel aura ejus tangere potuit. Claverius edidit *à flatu*, ſed nobis nulla mutatione opus.

243. EXSPIRARE ROSAS.] Omnem amittere odorem. Sympoſius de Viola.

Spiritus eſt magnus, quamvis ſim corpore parvo.

Sic pubeſcere, ſeneſcere, interire, roſas, dicit Auſonius earum Elegidio, ſatis equidem amœno & luculento.

244. RAUCO.] Inamabili, abſono. Vt rauci inamabilia ſtrident.

246. PERSEPHONE NULLA EST.]

 Hoc

Hoc eſt amiſſa nobis, periit ut Comici ſæpius. Er recte Scaliger & Claverius hanc lectionem ex melioribus libris aſſumſerunt.

247 VOTO.] Omnibus ſimul tribuit injuriam ſuam; enormitas enim tanta eſt doloris ut diſpicere non poſſit.

252. LAPSA.] Inter manus velut, mutant nonnulli codices, ſed citra bonam mentem. *Veneno* dicit velut infectione quadam.

255. PERSPICUUS FONS.] Notandus uſus Monoſyllabi ſcire in finem carminis cadentis. Primo in Stiliconem.

> *Quot vel progrediens, vel conſpicit occiduus Sol.*

Priore in Eutropium.

> *Iamq; oblita ſui nec ſobria divitiis mens.*

258 ACCENSÆQUE MALIS.] In vindictam. Mira autem res unde anus iſta harum hiſtoriam & morem reſciverit.

258. NON IMPVNE CANORAS.] Iunge iſta.

261. TRACTVRA.] Velut in pœnam mihi.

263. DEMENS.] Externata animi, Ennius.

> *Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant*
> *Antehac, dementes ſeſe flexere viai?*

264. VULTU AD COELICOLAS.] Contaminata ſunt hæc. Lege.

> *Vltrò ad cœlicolas furiato pectore fertur.*

τὸ *ultrò* inconſultum aliquid ſinu perit. Claverii libri *Multum* Noſter *Vultuq;* nos noſtram ſententiam manemus, eſt enim Virgiliana tota hæc periodus.

265. HIRCANA.] Tigres ab Hircania celebrant nulli ſcriptores Solinus, Petronius, Martialis, Silius, Lucanus, Dracontius, *Niphates Fluvius & Mons Armeniæ* Vibio aliiſque.

266. ACHÆMENIO.] Perſico, Partho, quæ dum temporis nomina idem valuerunt. Stephanus. Ἀχαιμενία περσικὴ μοῖρα. Vide Strabonem & alios.

267. MARITO MOBILIOR ZEPHYRO.] Apage diſtinctionem Claverii. Vento concipere Tigres vulgi ſermo. Simpoſius Grypho Tigridis.

> *A fluvio dicor, fluvius vel dicitur ex me*
> *Iunctaque ſum vento, vento velocior ipſo*
> *Et mihi dat natos ventus, nec quæro maritum.*

268. MOBILIOR ZEPHYRO.] Oppianus, Cyneget.

> ὠκυπέρῃ πλέθει δὲ θοῶν πανυπείροχα θηρῶν,
> Αὐτῷ γάρ τε θέειν ἰκέλη ζεφύρῳ γενέτῃρι.

Vbi adjicit optimo judicio ſcriptor vanam eſſe fabulam. Vide quæ amicus noſter Ioannes Wovverius in Polymathia cap XI.

268. VIRENTIBVS DISPERSIT MACULIS.] Vrefferatam cognoſcere poſſis ex ipſis maculis, velut horrentibus autflagrantibus iracundia. Papinius, Thebaide II.

> *Qualis ubi audito venantum murmure Tigris*
> *Horruit in maculas, ſomnoſque excuſſit inertes.*

Egregiè ludit Joannes Bernartius qui maculas retibus commentandis producit in utroq; Poeta. *Viridem* pariter noſter alibi Pardum appellat. Diſpergit autem iram maculis cum crines varii colores ſubriguntur, quos laudavimus II. Eutrop v.CCXXXIV.

270. NIMIUMQUE HAUSTURA.] Hæc lectio eſt & in noſtro Codice. Claverius ex ſuis jam jamque Quod à cæteris ſane laré, abit. Scribendum puto primumque Vel vivumque quod magis placet imitatione Papinii Qui *ſpirantem* dicit.

270. HAUSTURA PROFUNDO ORE VIRUM.] Cui celeritate ſua ſupervenit. De ingluvie tali Papinius.

> *notiſque alimenta cruentis*
> *Spirantem fert ore virum*

270. VI-

270. VITREÆ TARDATUR IMAGINE FORMÆ.] Ambroſius, Hexaemeron lib. VI cap IV. *Ubi Tigris vacuum rapta ſobolis cubile reperit, veſtigiis raptoris inſiſtit. At ille, quamvis equo vectus fugaci videns tamen velocitate feræ ſe poſſe prævertì nec evadendi ſibi ullum ſuppetere poſſe ſubſidium, Technam hujuſmodi fraude molitur, ubi ſe contiguum viderit, ſpharam de vitro projicit; at illa imagine ſui luditur & ſobolem putat, revocat impetum, colligere fœtum deſiderans, rurſus inani ſpecie retenta, totis ſe ad comprehendendum equitem viribus fundit & iracundiæ ſtimulo velocior fugienti imminet. Ille iterum ſphæræ objectu ſequentem retardat, nec tamen ſedulitatem matris memoria fraudis excludit: caſſam fora verſat imaginem, & quaſi lactatura fœtus reſidit, ſic Pietatis ſuæ ſtudio decepta & vindictam amittit & prolem.* Alij non vitreum talem globum, ſed ipſum ex catulis raptis aliquem projicit, & matrem aſportantem conſueram à raptore decipi, tradunt, ut Pomponius Mela lib III. cap. V. Ad quem luculento Commentario Joachimus Vadianus hujus etiam Ambroſiani loci meminit, ſicut & Janus Parrhaſius ad iſtum noſtri locum.

275 CECIDERE.] Omnia quæ ab ordine & conſtantia vacillant aut mutant, cadere dicuntur. Gratius Cynegetico:

Demens cecidit violentia retrò.

Ennius. *Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant*

Antehac, dementes ſeſe flexère?

Petronius Satirico: *effeciſtis ut corpus orationis enervaretur & caderet.* Priſcianus Præfat. *cadentibus ſtudijs litterarum.* Seneca Pater, præfat. Controvers. *nec Dij tantum mali permittant ut cadat Eloquentia*

276. NOTI PUDORIS] Quippe auctrix proſtituendi corporis. Lactantius pulcrè de ejus pudore noto. libro I. capite XVII. *Quid loquar obſcœnitatem Veneris, omnium libidini bus proſtituta, non Deorum tantum, ſed & hominum? Hæc enim ex famoſo Martis ſtupro Harmoniam, ex Mercurio Hermaphroditum, qui eſt natus Andreginus, ex Iove Cupidinem, ex Anchiſe Aeneam, ex Bute Erycen; ex Adonide quidem nullum potuit, quod, etiam tum puer, ab apro ictus, occiſus eſt: quæ prima, ut in Hiſtoria ſacra continetur, artem meretriciam inſtituit, auctorque mulieribus in Cyro fuit, uti vulgò corpore quæſtum facerent. Quod idcircò imperavit ne ſola præter alias mulieres impudica & virorum appetens videretur.*

278. SOPOREM.] Somnum veteres quandoque pro concubitu dixiſſe, locis vulgo non animadverſis docemus alibi; quibus jungi poteſt & iſte, ſine invidia ſua, puto. Vide ad Petronium.

281. HOMINEM SITIENTIBUS ARIS.] Notæ aræ Dianæ Tauricæ, ubi immolabantur homines; notæ & Buſiridis hoſpitum mactatrices. De Pœnis idem Ennius tradit.

Pœnei ſunt ſolitei ſos ſacrificare puellos.

Qui mos inde haud dubiè ex Sidone aut vicinis locis venit. Nam eandem diram conſuetudinem accolas regni etiam Judaici habuiſſe ex Sacris litteris conſtat, à quibus eumdem aſſumſerint Boni illi filij promiſſionis. Et Generatim de Nationibus ſive Ethnicis ſcribit auctor Sapientiæ capite IV. *Non ſufficerat eis,* inquit, *erraſſe, circa Dei ſcientiam ſed & in magno viventes inſcitiæ Bello tot & tam ingentia mala pacem appellant. Aut enim filios ſuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes, neque vitam neque Nuptias mundas jam cuſtodiunt: Idololatria enim omnis mali cauſſa initium atque finis eſt.*

287. AN GRAVIS ALLOQUIO.] Suſpecta hæc mihi ea de cauſſa vox eſt, quia ſupra jam dixit nullum exſtare dictum Proſerpinæ contra amicitiam aut honorem Dearum: Libri nihil variant, quorum Noſter à verſu. CCLXXIX. hujus libri ad verſum CCCLXI. nihil prorſus habet. Deficit verò totus à verſu CCCCXXXVII.

291. ESSET ONERI.] Moleſtiæ. Alibi:

Arma oneri, fuga præſidio.

293. NULLA POTEST PLACARE DIES.] Inepta lectio; non enim de tempore aut die loquitur, ſed de quiete, & latibulo, & modeſtia filiæ ſuæ Ceres. Quare cum libris aliquot Belgicis ſcribendum:

Nulla poteſt placare quies.

Nulla, inquit, ſolitudo, nulla latebra, nulla tumultuum & turbarum fuga poteſt à nocendi propoſito invidiam avertere. Sic exclamat de Invidiâ Silius Italicus libro XVII. Punicorum,

O dirum exitium mortalibus, ò nihil umquam
Creſcere, nec magnas patiens exſurgere Laudes
Invidia.

Sanè pro exemplo tali ſuam iſta puellam ponere habet.

295. MATRI.] Maternos dolores ejus miſeratæ.

298. INTUMUIT.] Iracundia aut vehementia alia.

303. SI NOTA FERAM.] Variant hoc loco libri. Sed nullus eorum in melius, quare lectio iſta meritò ſervatur.

304. NON REPETAM QUÆSITA MANU.] Inconcinna hæc ſunt, & quomodo *quæſitam* non dixiſſet potius, hoc ſermone? Fuit cum vitium manifeſtum ita profligandum arbitraretur.

Non repetam, quin viſa manet.

Manus poteſt violentiam deſignare. Sed omninò ulcus ſubeſt.

306. AFFIRMO PRÆDAM.] Conſentio illi teneat inſtar prædæ, non reddat men juri, quam tenet ut ſuo. *Adfirmatores* Tertulliano eadem vi, qui teſtimonio ſuo negotium ratum habent, & certificant: De Anima. cap. XLVI *quanti autem Commentatores & affirmatores in hanc rem? Antiphon, Artemon, Straton, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, & Dionyſius Rhodius, Hermippus, tota ſeculi litteratura* Idem libro IV. in Marcionem, cap. VII. *indignum denique ut Romulus quidem adſcenſus ſui in cœlum habueris Proculum affirmatorem, Chriſtus vero deſcenſus de cœle ſui non inveneris ad nunciatorem? Adfirmatores qui* Juteconſultis docent prolixa interpretum Commentaria. Sunt autem Claudiani hæc talia utlitutarios auctoris Codices ſapiant, manum ultimam fato interveniente deſerentis.

311. CRINE FRUARIS SEMPER APOLLINEO.] Perpetua Juventus Apollinis hoc modo depingitur; ſic enim gaudet intonsâ ille comâ. Apollonius lib. II. Argonaut.

αἰεὶ τοι ἄναξ ἄτμητοι ἔθειραι
Αἰὲν ἀδήλητοι.

Vide Callimachi Hymnum, Martianum Capellam lib. I. Macrobium Saturnalium libro I. cap. XVII.

313. IMBRIBUS.] Lacrymis denſis, quas hoc modo Poetæ præſtant Perſonius

oculis nec defuit imber.

Quintus Smyrnæus.

εἷλκε βίῃ ἰκάβλω, τῆς δ᾽ ἄσχετα
δάκρυ᾽ ἀπ᾽ ὄσσων
πίδακος ὡς ἐχέοντο.

Φίνα σταλαγμὸς doctè vocat Euripides Hecuba.

314. QUID TANTUM EST DIGNUM.] Claverius optimo Codice abfuiſſe hunc verſum notat, & verò non dubitabile eſt eſſe ſpurium.

315. VANA.] Decepta, eluſa.

316. BELLA COELESTIA.] Totius cœli in te conſpirationem. Per cœlum ſæpius ſcriptores omnia ſua illa numina intelligunt.

318. DIEM.] Quàcunq; Sol lucet. Amor verò maternus etiam ipſum Orcum penetrat. Aemylianus Lib. III. Antholog. εἰς γραῖκας.

ἀλλ᾽ ἰ τὰ μητρὸς
φίλτρα καὶ εἰν ἀΐδῃ παιδοκομεῖν ἔμαθεν.

319. NON REQUIES NON SOMNUS ERIT.] Callimach' ad ipſā Cererem eadē re.

ὡ πι

ἡ παῖς οὐτ' ἄρ' ἴδες τῆνον χρόνον, οὐκ ἐλάσασθαι.

322. CUNCTABITUR.] A nobis. Nulla nobis cunctatio erit etiam objectam ſyrtim videntibus. De Sirtibus alibi longis logis.

322. FINES NOTI.] Omnem terrarum orbem peragraſſe inveniundæ Proſerpinæ fabulati ſunt Cererem. Zenobius Centur. IV. Adag. XX.

ἱστορεῖ Δίδυμος ὅτι Αμία μὲν ἡ Δημήτηρ παρὰ Τροιζηνίοις προσαγορεύεται, Αζησία δὲ ἡ Κόρη. ἀπὸ γοῦν τῆς ἱστορίας ἡ παροιμία περιέχθη. λέγεται δὲ ἐπὶ πολυχρονίῳ ζητοῦσι χρωμένων. Πλούτωνος γὰρ Περσεφόνην ἀποσπάσαντος ἡ Δημήτηρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν περιῄει, ταύτην ζητοῦσα.

326. PRIMO.] Supremo.

329. EXSTINCTA] Imprudenter quæ immortalis ſit Dea, & δῖα θεάων. Sed Poetis *exſtingui* ſummum mœrorem, etiam citrà mortem, denotat. Virgilius de Scyllâ Ceiri:

cum mœſta parentis
Formoſos circum virgo morerere capillos.

Quæ infortunio ſuo ſummo diu ſupervixit poſt.

333. NOCTIVAGO.] Nec noctu enim famoſiſſima iſta quæſitio interrupta eſt. Zenobius Cent. I. Adag. VII.

Περσεφόνην ὁ Πλούτων ἥρπασεν· Δημήτηρ δὲ μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήρχετο.

334. ACIN.] Acis fluvius Aetnæorum camporum. Silius Italicus lib. XIV.

Quique per Aetnaeos, Acis, petis aequora fines.

Vide Euſtathium ad Iliadem π. Hermolai Barbari notata ad PLinium, XLIII. De Amoribus ejus & Galateæ multis Ovidius.

336. INNEXIS RAMIS.] Sibi implicatis. De tali luco Callimachus:

Δένδρεον ἀμφιλαφὲς δι' ἀέρα κεῖν πόλις ἦλθεν ἴσως.

339. DATUR.] Narratur, traditur. Julius Scaliger hoc vituperans non attendit principes Romani ſermonis Terentium & Virgilium pariter locutos. Virgilius Eclogâ I.

Sed tamen iſte Deus qui ſit da, Tityre, nobis.

Terentius, Heautontimor.

Nunc quamobrem has artes didicerim, paucis dabo.

Papinius, Achilleide II.

datoq; paſſim varias rumore per urbes.

Idem, Thebaide VII.

Aſopus genuiſſe datur.

Valerius Flaccus, libro V.

viſaq; vobis
Theſſalici da bella ducis.

345. SUSPIRANT.] Propriè loquitur ſurſum ſpiritu fulminis inflatæ turgent. Sic Epithalamio Palladij, de ſagittis Veneris.

Pendentes placido ſuſpirant igne pharethra.

Similimè autem de Marſyæ pelle a Tiduo vento inflata Nonnus, cujus carmina citat Agathias libro IV. Hiſtor. Vide Lib. CLXX. Adverſar. cap X.

346. CÆI SPOLIIS.] *Zancli* libri optimi. Sit ſanè ille Gigas, licet nobis ignotior: quos infinita talia ipſo jure temporis latent.

349. MIMANTIS] Rectè ita correxerunt viri doctiſſimi Sidonius de iiſdem hiſce Gigantibus.

Sternitur Aegeon, Briareus, Ephialta. Mimasq;
Adſueti Arctoas lambere calce rotas.

Nonno lib. XXVIII Heros eſt ejusdem nominis.

350. OPIMA] Spolia à victore Duce ipſi detracta. Dio Caſſius Lib. XLIV.

σκῦλά τε ἤδη ὀπῖμα ἐς τὸν τοῦ Φερετρίου νεὼν ἀναθεῖναι ὥσπερ τινὰ πολέμιον αὐτοστράτηγον αὐτοχειρίᾳ &c.

Vide

Vide PLutarchum, Romulo. *Sunt* adhinc Poetis opima quævis luculentiora ſpolia. Silius Italicus, libro XVII.

tibi pugnaciũ geſtantur Opima
Marcelli.

353. TERRIGENUM.] Gigantum. Callimachus in Jovem:

πηλογόνων ἐλατῆρα.

Scholiaſtes: γιγάντων, παρὰ τὸ ἐκ πηλῶ γενέσθαι, τουτέστι τῆς γῆς.

Apollonius lib. II. Argonaut.

Ἀλλ' ὅ γε μὴν ὀλοοῖο Τυφωέος, ἠὲ καὶ αὐτῆς
Γαίης εἶναι ἔικτο πέλωρ τέκος, οἷά πάροιθεν
Χωομένη Διὶ, τίκτε

Scholiaſtes. ἐπεὶ λέγεται ἡ γῆ κατ' ὀργὴν, ὅτε τοὺς Τιτᾶνας κατεταρτάρωσεν ὁ Ζεὺς γεννῆσαι τοὺς γίγαντας.

Alij ergo & hi à Titanibus, penitioribus Fabulis, vulgò tamen confuſi.

355. NUMENQUE LOCO.] Luci habebant miſeris inſtar quoddam numinum I. de Laudibus Stiliconis.

lucosq; vetuſtâ
Relligione truces, & robora numinis inſtar.

Notarunt docti ad Tacitum, Corippum, alibi.

361. PER ITURA JOVEM.] Ita ex libro, ut ait, Claverius, quem ſecutus eſt Scaliger. Nobis illud *per Iovem ire* longius abire à Claudiano videtur. Scribam.

petat ira Iovem.

Quod dignum Genio auctoris & rei ipſius momentis.

361 INCERTA.] Ipſa iracundia. Iſta vero quæ ſequuntur lituras, ut dixi, auctoris ipſius ſapiunt.

366 BRACHIA.] Ramos extenſiores arborum.

367. RUDIBUS SILVIS.] Arboribus ut terra proſatæ ſunt. Notavi ſuprà ad utrumq; horum pertinentia.

375. APPOLLINEI NEMORIS NUTRITOR ORONTES.] Celeberrimum nemus in ſuburbiis Antiochiæ, Oronte fluvio prælabente, Daphnon nuncupatum à laurorum frequentia. Mentio hujus creberrima in ſcriptoribus vicinorum noſtro temporum. Ammianus fine libri XIX. *ambitioſum & amœnum* Suburbium vocat. Rufinus, libro X Hiſtor. Eccleſ. Egeſippus, libro I. capite XXX. Procopius libro II. Belli Perſici. Zonaras in Juliano. Tomo III. Capitolinus Marco, Chryſoſtomus, Sozomenus, &c. Julianus Miſopogone, Philoſtratus, alij infiniti. Cupreſſus ibi celebres notantur, & à Philoſtrato libro I capite XII. Apollon. quem viſe. Mentio hujus Daphnes etiam libro II. Macabæorum cap. IV. Orontes autem fluvius ad Antiochiam. Vide Gulielmum Tyrium. In *Orontes* autem voce addita paris ſonialia, captat verſiculi decentem ſtrepitum Claudianus, ut alibi. II. in Eutropium CCXXXIV.

fama contemtor Orontes.

388. ANIMARE.] Accendere. Ignem enim vivere, ſpirare, mori, exſtingui, ajunt. Sic Sidonius libro II. Epiſtol. II. *arcuatili camino ignis animatus pulla caligine inficit, &c.* Sed utique corrupta eſt hæc lectio, & *animarum* ſcripſit Claudianus. Luſtrare enim animas orco adſciſcendas dicebantur Dij inferi taxo accenſa. Et rectè ſic legendum ex optimo libro monuit in Appendice Claverius, adſcito Papinij loco ex Thebaid. VIII. Ubi nos.

389. CADMI.] Tragicis decantatas fabulas.

398. COMPRESSO MONS IGNE TONAT.] Non placent iſta. Nec enim ulla arborum biga hoc umquam præſtiterit.

409. NON TALES.] More Græcorum Heroum vetuſtiſſimo, quo Filiabus ſponſis præferebant faces matres. Vide Scholiaſte Apollonij lib. IV. & nobis ſupra notata. Hæc autem hactenus imperfecti operis durior ſunt

ſunt, & utique poſt obitum Scriptoris edita, in quibus laborare etiam velle inanis ſit operæ.

414. PROCORUM CINGEBAR STUDIIS.] Papinius, Thebaide II.

Non equidem obſcurum vobis plebique Pelaſga
Eſſe reor, quantis conubia noſtra procorum
Turba petat ſtudijs.

416. CEDEBAT NVMEROSA.] Suprà dixit:

numeri damnum Proſerpina penſat.

443. PLENO RIMATUR LUMINE CAMPOS.] Hinc natum morem filij familias peregrè mortui corpus noctu prælucentibus facibus in Cereris fanum inferendi, notat & illuſtrat Iacobus Gutherius libro I. de jure Manium.

444. IN ÆTHERE SILVIS.] Omnino vitioſa eſt hæc ſcriptura. Ait Claudianus Aetherem clamore, terram & mare luce funebrium ſuarum facium Cererem implere. Quare haud dubiò vera eſt lectio, licet intricatior ab auctore ipſo relicta.

omnis madet orbita fletu,
Omnibus admugit, quacunq; it in æthere, ſulcu.

Rotarum videlicet, non enim de alio quoquam loquitur.

Annatat umbra fretis, extremaque Lucis imago
Italiam Libyamq; ferit.

De fretis illuſtratis pariter Silius loquitur libro II.

Ardent tecta Deûm, reſpondet imagine flamma
Aequor, & in tremulo vibrant incendia Ponto.

Locus autem totus deſumtus eſt ex Papinio, hujus hi ſunt verſus de eodem etiam negotio. Thebaide XII.

Qualis ab Aetnæis accenſa lampade ſaxis
Orba Ceres, magna variabat imagine flamma
Auſonium Siculumque latus: veſtigia nigri
Raptoris, vaſtosque legens in pulvere ſulcos.
Illius inſanis ululatibus ipſe remugit
Enceladus, ruptoque vias illuminat igni,
Perſephonen amnes, ſilva, freta, nubila, clamant,
Perſephonen tantum Stygij tacet aula mariti.

446. SCYLLÆA PETIT.] Flammæ videlicet fulgor. Porrò deeſſe Quartum hujus operis Librum poſſis ſcire, ſi Claveriani Codicis Catalogum contempléte, ubi is tamquam amiſſus deſiderari notatur, de quo monuerunt & Parrhaſius & Crinitus. Nobis ſecus videtur, & ex propoſita ſerie tractandorum, non uni ſed pluribus omninò Claudianum libris à fato ſubtractum. Exſtat Carmen De Aerumnis Cereris ab eodem CLaverio editum, & diu poſt repetitum titulo *Legifera Cereris*, quo velut audax aranea Proſerpinæ raptæ telam, ſic noſtri Opus iſtud ſupplere obſcurus quidam verſilegus videtur: ſed illud tanti non eſt ut adnectatur, ne ſcilicet

interpoſitus vilis contaminet unco
Vrbica Lingonicus Tyriantina Bardocucullus.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI *GIGANTOMACHIAM*, Animadverſiones.

POLITUM ſatis Carmen, Dignumq; feliciore exitu, ſed Materia Vulgaris. Ideoq; nulla diligentia comparabilis cæteris. Græcè idem argumentum tentaſſe, vel & peregiſſe, noſtrum indicant verſus iſti, apud Arſenium in Apophthegmatis ſuperſtites.

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ ΕΚ ΤΗΣ ΓΙΓΑΝΤΟΜΑΧΙΑΣ.

Κύπρις δ' αὖτε βέλος φέρεν οὐχ ὅπλον. ἀλλ' ἐκόμιζεν
Ἀγλαΐην, θεμένη γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αἰδῶ,
πρῶτα μὲν ἀπλεκέας περόνῃ διεκρίνατο χαίτας,
Καὶ πλεκτὰς ἔσφιγξε, πυκνῷ πλέγματι σειράς,
Σίλβει δ' ὀφθαλμῶν ἱερτὺς ὑπεγέψατο κανθούς,
Δισσὰς δ' ἀνεμώλιο ῥαφὰς χαλάσασα χιτῶνας,
Πορφυρέων δ' οὐ κρύπτεν ὑφ' εἵματιν ἄνθεα μαζῶν,
Ὄμματος εἰς ἄγρην ἀπλουμένου. εἶχε γὰρ αὐτή
Πλέγμα νόθον, δόρυ μαζῶν, ὀφρυόεν βέλος, ἀσπίδα κάλλος,
Ὅπλα μέλη, θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν εἶδος ἑαυτῆς
Ὄμμα βαλεῖ, δέδμητο.

Qui quidem nimirum malè nos reliquorum deſiderium ferre faciunt. Ut & alii Græci quos ex Ἀνεκδότοις citat Claudius Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam. Argumentum quod dixi, paucis complectitur Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. XXVIII. Multis paratragœdiatur Nonnus initio Dionyſiacorum. Niſi ſunt recentia ingenia vetuſtatis damna ſarcire, non ſine succeſſ, modum modo noviſſent, & calcare potuiſſent verſum. Lege tamen Eilardi Alm:æ Libellus Quatuor, non requires alios.

V. 1. TERRA PARENS.] πηλήγονοι Gigantes Callimacho εἰς Δία. *Fraterculus Gigantis* Juvenali homo terra oriũdus, γηγενὴ[s]

convi

convicium inde apud Ariſtophanem Nubibus, Act III. Scen. I.

V. 1. COELESTIBUS INVIDA REGNIS.] Ex Terra & Tartaro natos Gigantas notat Higinus, conſenſu noſtri. Indignatam ſuperis terram, ex veruſtioribus, Albricus, cap. XII. *Irata Terra contra Deos Titanas dicitur parturiiſſe: Erantq; gigantes pedibus ſerpentinis.* Higinus, cap. CLII. *Tartarus ex Terra procreavit Typhonem, immani magnitudine ſpecieque portentoſa, cui centum capita Draconum ex humeris enata erant; Hic Iovem provocavit ſi vellet ſecum de Regno certare. Alij contra Titanas.* Opin ex cœli ſemine Gigantes procreaſſe ſcripſerunt, Apollodorus, lib. I. Qui & formam monſtrorum ponit; & alia cum hoc Poematio componenda: Vt & non pauca loca Luciani. Gigantum autem bellum, minimè Dijs facilè profligari, ut etiam præcipuorum inter eos aliqui interierint. Velut Liberum diſcerptum ſcripſit Orpheus, teſte Servio ad Georg I.

V. 2. TITANUMQUE SIMUL.] Iam enim vincti erant apud inferos. V. XXVIII.

> *Solvite Titanas vinclis, defendite matrem.*

Ubi perpetuo ſervari fingebantur. Noſter primo de Raptu. Quod Bacchum conciſum, iaq; olla decoctum ferculo inſtruxerint, fulmine eò à Iove adacti. Arnobius libro V. Et plenius Firmicus de Err. Prof. Rell. Ei pœnæ exemtus eſt, Dux eorumdem, Atlas, cœlum geſtare juſſus, Higinus, cap. CL. Quid ſint, quando nati, docet ex Empedocle, ſuaq; ſpeculatione, Phurnutus, capite XVII. Terræ & cœli ſoboles, unde omne genus hominum ortiundum, Orpheo Hymno. Quem vide multis Titanes gentem fuiſſe robuſtam & bello potentem tradit Lactant. lib V. cap. VI. Scholiaſtes Aeſchyli in Prometheo & Cœlo ſatos, & Ante Iovem regnaviſſe Titanas auctor eſt. Eoſdem decem annis cum Iove Belligeraſſe ait.

μυθεύεται ὅτι τιτᾶνες ἐξ οὐρανοῦ ἐκ τῆς γῆς ὄντες, ἀντῄεραν πόλεμον τῷ Διΐ, καὶ ἀντέστησαν αὐτῷ ἐπεὶ δὲ δέκα ἔτη ἐμάχοντο, καὶ λύσις τοῦ πολέμου οὐκ ἦν, ἀλλ' ἴσος ἦν τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς τιτᾶσιν ὁ πόλεμος, ὁ Ζεὺς συνέργους παρ᾽ ...: τὴν μάχην τοὺς τιτᾶνας κατεστροπώσατο, &c.

Titanes καταχθόνιοι θεοὶ, dæmones terrenos indicabant, ut exponuntur Moſchopulo. Iidem ἀγελαῖοι θεοὶ dicebantur ut notat Heſychius. ἀγελαῖοι θεοί. Τιτᾶνες. Titaniei & Gigantæi Dæmones. Origeni lib. IV. contra Celſum CCXXXII.

V. 3. COETU.] Bentinianus Liber *fœtu* Quem ſequitur Scaliger. Noſter τὸ *Cœtu* retinet. Nec eſt inepta ſcriptio, Aldo etiam ſervata. *Cœtus*, concubitus, quem dextrè hic poni docet vox *genitura* quæ ſtatim imminet, abſurdè enim genitura dicitur mater, fœtu jam, eoq; tam vario, nominato. Lucretius, libro III.

> *Nil tamen hoc ad nos, qui cœtu conjugioque*
> *Corporis atq; animi cõſiſtimus uniter apti.*

Auſonius Epigramm. LXX.

> *Præter legitimi genitalia fœdera cœtus,*
> *Repperit obſcœnas Veneres vitioſa libido.*

Sententia eſt per totum Tartarum, monſtris gignundis conditiones quæſiviſſe Tellurem.

3. COMPLEBAT.] Noſter littera una peccat COMPLEAT enim præfert.

4. NEFAS.] Impiam ſobolem in Deos. Poſſis tamen de mendo hic ſuſpicari, non enim cohæret ad Poetæ genium Omnia. Verſus integer abeſſe commode poteſt. Legas.

> *Inviſum gemit Aura nefas, Phlegramque retexit &c.*

4. PHLEGRAMQUE RETEXIT.] Imo fundamine eruit, producendis Gigantibus.

5. HOSTES.] Aetheris, in quem proferebantur.

6. FIT SONUS.] Repentini tumultus indicium. Virgilius, lib. IX. *Fit ſonus, ingenti concuſſa eſt pondere tellus.*

6. ERUMPUNT CREBRI.] Ita & noſtræ membranæ, Aldinæq; Editiones, cum Scaligero, Bentino, Claverio proditis. Vir doctus, Adrianus Behotius, in Apophoret. Libellis legere mavult *Erumpunt Erebo* minimè male, cum paullo antè crebri vox uſurpata ſit. *Eruptio* autem congrua tumultui monſtrorum. Facit quod Phurnutus ait dicto capite XVII. Poſt Elementorum generationem.

τὸ δὲ ἔρεβος σὺν αὐτοῖς γεγονέναι ἐρρήθη, ὁ ὁρμὴ ἐπὶ τὸ γεννᾶν. τὸ δὲ ἔρεβος ἐκ τοῦ χάους ἐγένετο.

6. NONDUMQUE CREATI.] Nervoſius membranæ *necdumq;* Pariter Aldus & unum Recentius exemplar Belgicum, quod ſolum habuit hoc fragmentum.

8. GEMINO LAPSV.] Singuli enim angues pro ſingulis pedibus erát. Inf. v. LXXXI. *femorum qua parte volutus Duplex ſemiferis connectitur ilibus anguis.* Apollodorus:

εἶχον δὲ τὰς βάσεις φολίδας δρακόντων. Alij loco capillorum, Nonnus, libro XXV.

> θυρσοφόρος δὲ
> Μοῦνος ἀπημύξας ὀφιώδεας ἴχνας ἀ-
> ρέξης
> Εὖτος ἐχέεις πᾶσι Διὸς πρόμος, ὧν-
> περ ἀπ' ὤμων
> Ἀμφιλαφεῖς ἑκάτερθεν ἀμοιβάδες
> ἔρρεεν ὕδραι
> ὕδρης Ἰναχίης πολὺ μείζονες.

9. PALLESCVNT SVBITO STELLÆ.] Vt ſolent contuitu inferarum rerum. Sæpè Tragici Græci & Latini.

10. DOCVITQVE TIMOR.] Numquam alias docilem, aut volentem. De Arcto & Trionibus omnia pueris nota.

12. VOLVERE PATI.] Membranæ ἡρωικώτερον Optavere Pati.

14. PVBES DOMITVRA DEOS.] Omen Belli proſperi arripit. Gildonico Bello.

> *Gildonem domitura manus.*

15. MVNDVM.] Cœlum, terram, aerem. *Mundus* τὸ πᾶν. Alibi his Animadverſionibus.

16. ILLE.] Quem dicere deteſtor. Nec dicendus, quod extremi odij. Teſtamentum Cotocottæ Porcelli: *nec nominando coco do, lego, ac dimitto, popam & piſtillum, qua mecum detuleram à querceto ad haram, liget ſibi collum de reſte.* Sulpitius Severus, Dial. III. *Si vel te quondam, vel me ſemper audire voluiſſet, & Martinum magis quam illum quem nominare nolo, fuiſſet imitatus, numquam à me tam crudeliter diſparatus jaceret.*

17. AGNOSCAT QVID TERRA.] Melius liber noſter *Cognoſcat quod terra poteſt.* ὑποσόλοικος vulgaris ſcriptura. Diſtinctio peccat poſteà, Lege.

> *Cognoſcat quod terra poteſt. Sic viribus ullis*
> *Vincor? Cur nobis Cybele meliora creavit?*

Sic nervoſum eſt, & ſæpè fefellit Librarios. In Eutropium. I. *Sic omnia volvis?*

> *Hoc regni Fortuna tenes?*

Primo de Raptu.

> *Sic nobis noxia vires Cum cœlo Fortuna tulit?*

19. QVI SEMPER ACERBIS.] In Libro eſt QVE.

21. VIVO SVB PECTORE PASCIT.] Eædem membranæ *nullo ſub pectore.* Acutius. Sed variationem videtur feciſſe vox RECIDIVO PECTORE, quæ non inſolens perierit.

22. PROMETHEVS.] Titanes ſuos loquitur, quos vinclis ſolvere ſtudet.

23. ATLANTIS APEX.] Dux Titanum, eam pœnam ſceleris retulit, ut immenſum cœli onus ſemper portaret. Notatum modo. Higinus. *Titanes cum conarentur in cœlum aſcendere eos Iovis cum Minerva & Apolline & Diana precipites in Tartarum dejecit. Atlanti autē, qui dux eorum fuit, cœli fornicem ſuper humeros impo-*

impoſuit, qui adhuc dicitur cœlum ſuſtinere. Ita verò Typhæus contra Jovem prælium initurus Atlantem ſe liberaturum clamat, ut Dii cogantur ſua opera cœlum ſuſtinere in II. Dionyſ. Idem & ipſe Terræ filius, ut Nonnus ibidem teſtatur.

23. ATLANTIS APEX.] Querela hæc ex Æſchyli Prometheo.

ἐπεὶ μὲ καὶ κασιγνήτου τύχαι τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς ὤμοις ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.

Verba ſunt Oceani, ubi de Typhæo pluſcula Elegantiſſimè. Formam ejuſdem monſtrorum monſtri notat Scholiaſtes:

ἡ γῆ πρὸς αὐτὴν μιγεῖσα τῷ ταρτάρῳ, τὸν ἑκατοντακέφαλον Τυφῶνα ἐγέννησεν, ἁπάντων θηρείων ἀγρίων ἔχοντα κεφαλὰς, καὶ τέρας δεινὸν καὶ παμμιγὲς χρηματίζοντα, καὶ ἐξ ὀφθαλμῶν σέλας καταπληκτικὸν ἀστράπτοντα, οὗτος πάλιν ἑτέραν τάχην τῷ Διῒ συνῆψε, κεραυνωθεὶς δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Συκελίᾳ περὶ τὴν Αἴτνην, τῷ ταρτάρῳ ἐκρύβη, ἐξ οὗ μυθολογεῖται πάντας τοὺς ἀνέμους σφοδροὺς κυίσκεσθαι, χωρὶς ζεφύρου καὶ βορρᾶ, θεογονεῖς γὰρ οὗτοι.

23. FLAMMANTIA PONDERA.] Cum laberentur ſidera, malleo ea refigere dicebatur. Vide Albricum cap. XXII. Mythologiæ.

24. GLACIES ASPERRIMA.] Deſcriptionem Atlantis plenam habes in Africa Joannis Leonis Afri. De frigore ait lib. I cap. XXVII. *Mons Atlas & frigidiſſimus eſt & ſterilis fert frugum portionem, omnique ex parte nemoroſus, omnia ferè totius Africa flumina procreat. Fontes hujus montis ſummo æſtu frigidiſſimi, adeo ut ſi quis manum aliquandiu huic aquæ immerſam teneret, nulli dubium quin eam prorſus perderet. Non tamen ubique aque magna eſt frigiditas, quadam enim loca habitare datur, &c.*

25. TITYON.] Fabulæ notiſſimæ. In ſcripto eſt TICION.

26. VISCERA NASCVNTVR GRAVIBVS CERTANTIA POENIS.] In manuſcriptis membranis eſt CERTANTIA PEBVS. Latere dicas aliud niſi illa lectio cordata ſit ſatis. Maro.

Tityon, terra omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus
Porrigitur, roſtroque immanis vultur obunco
Immortale jecur tundens, fœcundaque Pœnis
Viſcera, rimaturque epulis, habitatq; ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis

28. SOLVITE TITANAS VINCLIS.] Sane verò ſi cruciabiliter extincti morte ſolvi poterunt. Rem ita narrat Julius Firmicus: *Liber Iovis filius fuit, Regis Creta. Hic cum fuiſſet adultera matre genitus, nutriebatur apud Patrem ſtudioſius, quam decebat. Vxor Iovis, cui Iunoni fuit nomen, novercalis animi furore commota ad necem infantis omnifariam parabat inſidias. Proficiſcens peregrè pater, quia indignationes tacitas ſciebat Iunonis, ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis cuſtodibus (ſicut videbatur) tutelam credit filii. Tunc Iuno, opportunum inſidiarum nacta tempus, & ex hoc fortius inflammata, quia proficiſcens pater, & ſolium Regni puero tradiderat & ſceptrum: cuſtodes primum Regalibus præmiis, muneribuſque corrupit, deinde ſatellites ſuos, qui Titanes vocabantur, in interioribus Regiæ locat partibus; & crepundiis ac ſpeculo affabrè facto animos ita puerilles illexit, ut deſertis regiis ſedibus ad inſidiarum locum deſiderio pueriles animi duceretur. Illic interceptus trucidatur. Et ut nullum poſſet necis inveniri veſtigium, membra particulatim conſciſſa, ſatellitum ſibi turba dividit. Tunc, ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer crudelitas tyranni timebatur, decocta variis generibus pueri membra conſumunt, ut*

 hu-

humani cadaveris, inauditis uſq; in illum diem, epulis veſcerentur. Cor viſum ſibi ſoror ſervat, cui Minerva fuit nomen, quia & ipſa ſceleris fuit particeps, & ut manifeſtum eſſet delationis indicium, & ut haberet unde furentis Patris impetum mitigaret. Reverſo Iovi filia ordinem facinoris exponit. Tunc pater funeſta calamitate cladis, & acerba luctus atrocitate commotus Titanes quidem vario genere ſuppliciorum excruciatos, necat: nec prætermiſſum eſt in ultione filii, aut tormentum aliquod aut pœna: ſed per omnia pœnarum genera bacchatus, necem qualitercunque filii vindicavit. Alii ab his Gigantes, ut tota hæc ſeries demonſtrat. Gigantes & Heroes priſci, quos Titanas nemo dixerit, Cyrus Theodorus de Amicitia Exſulatum eunte.

κόλον ἦ τὸ πρὶν μακρὸν εἰς χεῖρας δόρυ
Αἴαντι τῷ γίγαντι τῷ πελωρίῳ.

Alioquin Gigantes peregrinorum barbarorumque hominum convitium aut titulus. Syneſius fine libri de Providentia:

ὅταν καὶ τὰ περὶ τῆς ἀγιστείας ἡμῶν καινοτομῇ· ἐπιχειρίσωσιν οἱ νῦν ὄντες ἐν ταῖς δυνάμεσι, μετὰ βραχὺ προσδέχου τοὺς γίγαντας, τούτους λέγων τοὺς ἀλλοφύλους, ἔσεσθαι ἐκποδὼν ποινηλατουμένους ὑφ᾽ ἑαυτῶν.

29. VESTRIS NEC PARCITE MEMBRIS.] Veram lectionem defendunt membranæ. *noſtris ne parc. m.* Terræ enim membra, non gigantum. Aſſentitur Aldus conſono Claverio. Male rem non expendentibus Scaligero, Bentino, aliis.

30. TELVM NON ESSE RECVSO] Scriptus Liber *telis non eſſe* Nullo uſu.

31. MISCETE POLVM] Agite, ferte. Valerius Flaccus, lib. I.

ipſe ſuo voluit commercia mundo
Iuppiter. & tantos hominum miſcere furores. Lib. VI
athera quantus
Tunc lituum concentus agit, lymſataque miſcet Militia.

Infra v. 64 Bened. Paullinus lib. II. de Vita B. Martini: *miſcere tumultu Anteriora domus penetralia.*

31. TVRRES SIDEREAS.] Munimenta. Turres enim amplæ etiam arces dicuntur, Libro II. Macabæorum, cap. V. Quidam cum fugiſſent in duas turres valde munitas, omne apparatum regugnandum habentes, Machabæus ad eorum oppugnationem converſus eſt. Sulpitius Severus Hiſt. Sacræ lib. I. Inde in parte turris Gader tabernaculum fixit. Thucydides lib. III.

ἐστράτευσαν ἐπὶ Μίνωαν, τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων, ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ πύργον ἐνοικοδομήσαντες οἱ Μεγαρῆς φρουρίῳ.

Robertus de Monte, Appendice Sigeberti: *Turris Iuren venit in manus Domini Regis, quam multum cupierat, quam nec pater ejus nec avus habuerunt.* Sic alii. Turres etiam viri fortes, ſingulari robore & virtute. Alcæus apud Suidam in Ἄρειος, ἄνδρες πόλεως πύργοι ἀρήιοι. Quod fragmentum producit etiam Scholiaſtes Sophoclis ad Tyranni verſum LII.

33. RAPIAT FVLMEN.] Vide multis Nonnum, lib II, Dionyſiac. Nomina Gigantum ſunt apud Higinum, quæ corrupta non male reſtituit vir doctus ad Annales Ennij. Typhœum ſive Typhona natum ἀπάντων θηρίων ἀγρίων ἔχοντα κεφαλὰς ſcribit Scholiaſtes Æſchyli ad Prometheum.

[illegible]. ALTER HABENAS.] Dicas in voce ALter, nomen latere. Vitioſe autem Codex ſcriptus *Alter arenas*

35. PORPYRION] Celebris inter Gigantes. Purpureum Latinis dicit Nævius apud Priſcianum lib. VI. *Rhuncus atque Purpureus, filii terras.* Ita enim & vetuſtiſſimi duo ejus auctoris Codices, qui apud nos ſunt. Idem celebratur inter primos à Scholiaſte Heſiodi in Theogoniam:

Γιγάντων ὀνόματα ταῦτα· Ἀλκυονεύς, Ἐγκέλαδος, Πορφυρίων, Μίμας, Ὄβριμος, Φοῖτος.

35. TE-

35. TENEBIS.] Membranæ *tenebit*. Puto Claudiani eſſe tenebunt.

36. ANIMOS ELUSIT INANES.] Temerarios, ut de Aloidis in Bello Getico. Vitioſe licet argute membranæ *animoſe luſit inanis*.

37. REVINCTVM.] Vinctum. Maro. lib. XII.

> *paribuſque revinxit*
> *Serpentum ſpiris, ventoſaſque addidit alas.*

Valerius Flaccus, lib. VI.

> *Implicitos, miſeraque in veſte revinctos*
> *Confodiunt*

40. VIOLARE MINERVAM.] Contemerare. Ei enim rei hoc verbum. Cicero Arato.

> *Vt quondam Orion manibus violaſſe Dianam*
> *Dicitur.*

42. PRÆNVNTIA IRIS.] Superos convocat, quia Superi Nationibus aer, æther, cœlum, Sol, Sidera: Hæc deſcendere numina dicebant in terram, cum plueret, tempeſtates, fulmina, fulgura, ferrentur. Iſta autem pleraq; prænuntiat Iris, itaque Deos convocare, Deorum nuntia eſſe dicitur. Nec ſine reliquiis Veritatis; cum in Geneſi dicatur Arcus cœleſtis favoris, divini memoriam ſervare & indicare mortalibus. Figura etiam prænuntia venturi Servatoris, de quo pulcre Alcimus Avitus fine lib. IV.

43. QVI STAGNA COLVNT.] Incaute. Non enim hi ſuperi, quamvis numinum loco, quamvis Dii, non tamen ſuperi.

44. CINGVNTVR] In Militiam prodeunt. Altero in Eutropium.

> *nunt aliis armorum incumbere curas.*
> *Se ſatis Armenio feſſum pro Limite cingi,*

46. LETHÆO VEHITVR CVRRV.] Membranæ *Lethen evehitur* Transvehitur nimirum, quem fluvium alioquin non tranſibat. Veriſſima lectio.

45. REX ILLE SILENTVM.] Scribe *Ille* cum Claverianis Libris, & noſtro, licet Scaliger, Aldus, membranæ Belgicæ, Bertinianæ, aliique diſſentiant.

47. TREPIDOQUE VOLATU.] Membranæ *trepidoſque volatus*, Minus bene.

50. CONCVRRVNT DEFENDEVE.] Vide ad Libros in Rufinum.

51. OMNIGENIS.] Codex ſcriptus *omerigeis*. Dicas latere quid aliud.

51. AD PATRIAS.] Πλατωνικῶς. Vnum enim Numen ſtatuit, ex quo origo omnibus cæteris. In Timæo ſic alloquitur illos, Chalcidio traduce: *Conditor Vniverſitatis Deus, obſervanda jubet ſancitque oratione tali, Dii Deorum, quorum opifex idemque Pater Ego: Opera vos ſiquidem mea; diſſolubilia quidè natura, me tamē ita volente indiſſolubilia.* Pulcre in Enarratione Chalcidius: *Praclare facit Regem Optimatibus ſancientem, ut lex illis etiam ad cateras poteſtates atque animas commearet. Opificem ſe & parentem eorum commemorans. Opificem quidem, utpote à quo ſint facti: Patrem verò, ut qui conſulat provide quatenus æterni ac beati ſint.*

54. NVMQVAM PERITVRA COHORS.] Conſilio Regis Jovis. Pertinent huc omnia in Poeta ſequentia, cumque ait *ô Debita ſemper Cœlo Progenies.*

54. O DEBITA SEMPER.] Membranæ ordinem invertunt, leguntque debita Cœlo Semper progenies, nullis obnoxia fatis. Sane nec *ni que* ullius eſt uſus.

55. NVLLIS OBNOXIA FATIS.] Id eſt abolitionibus, Nam alioquin Iuppiter ipſe communi Poetarum ſententia, ſubjectus fatis. Quintus Smyrnæus.

> οὕνεκα μοίρας εἴκει καὶ μεγάλοιο Διὸς μένος.

55. CERNITIS UT] Scriptum exemplar. *Cernitis*? En tellus noſtrum conjuratio. Sed vanitatem librarii arguunt facile ſequentia.

56. NOSTRVM ORBEM.] Tres Orbes ſtatuunt Poetæ. Cœleſtem, Terrenum, Plutonium. Docemus exemplis alibi.

58. DEDERIT.] Pepererit. Ad Feſcennina, & alibi Supra.

59. LON-

50. LONGO MANEAT.] Scribunt membranæ noſtræ.

longoque manet per ſingula victu
Tanto pro numero paribus damnata ſepulcris.

Scribe *longoque meet per ſingula luctu Tanto pro numero* p.d ſ. Sed veritas eſt in Belgis membranis

longo maneat, per ſecula luctu
Tanto pro numero paribus damnata, ſepulcris.

Nihil clarius. Et ita Scaliger optime edidit, emendandumque poſuerunt Codices Bentiniani.

60. IAM TVBA NIMBORVM SONVIT.] Jovis claſſica, Tempeſtatum fragores. Vnde ſonoras vocat Maro. Scripſeram olim *Nimborum* ſed nulla mutatione opus. Sic Nonnus, lib. II.

Ζεὺς μὲν ἱμασσομένων νεφέων βρονταῖον ἀραξας,
Ἀγγελον μύκημα μέλος σάλπιζεν Ενυοῦς.

61. BIS ÆTHER.] Syllabam peccare dicas. Non tamen mutant membranæ. Nec nos ſane, exempla poſuit unum atque alterum vir doctiſſimus, interpres Silii Italici, libro V. Punicorum, ubi monoſyllaba ſtudio producta. Neque binarius numerus in conflictibus cœleſtibus inauditus. Valerius Flaccus, libro IV. de Symplegadibus.

Bis fragor infeſtas cautes, adverſaque ſaxis
Saxa dedit, flamma expreſſo bis fulſit ab imbre,

Maro, lib. VI.

Bis conatus erat caſus effingere in auro,
Bis patria cecidere manus.

62 CONFUSAQUE RURSUS.] Animi dubia, mœſta atque perculſa. Plinius lib. I. Epiſt. XXII. *Erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium, ſi tu nihil quereris.* Petronius: *Confuſus hac denuo ſtatione Eumolpus non quaſivit iracundiæ cauſſas, ſed continuo limen egreſſus,* &c. Qui idem ſæpius. Fauſtus init. lib. I. de Lib. Arbitr. *Pelagii blaſphemias dudum Eccleſia Catholica fide proditas, eruditione cõfuſas, auctoritate calcatas.* Victor Vticenſis. lib. I. *Maximam vero, Chriſti famulam, confuſus & victus propria voluntati dimiſit.* Appuleius, lib. II. *Omnium ora in unum angulo ſecubantem, conferuntur. Qui cunctorum obſtinatione confuſus indigna murmurabundus volebat exſurgere.* Sic alii, & male qui inceſſunt locutionem.

63. NATVRA.] Ordo rerum, quem Jovem mundo impoſuiſſe dicit Sidonius.

Cum Iuvenem ſuper aſtra Iovem Natura locaret,
Suſpiceretq; novus regna vetuſta Deus.

Ipſa aliquando rerum machina univerſa. Præfat. Conſ. Manlii Noſter.

Iuppiter, ut perhibent, ſpatium cum diſcere vellet.
Natura, regni neſcius ipſe ſui. &c.

64. MISCET.] Conturbat rerum ordinem. Supra. v. XXXI. *Ite, precor, miſcete polum.*

64. MARI.] Membranæ *maris* Eminentes alioquin, tum latuiſſe ait. Nihil muta.

66. LITTORA NVDA.] Scopulis, & munimentis naturalibus. Poteſt & flumina intelligere, quæ cum ſcopulis & montibus evulſa mox ait.

67. CONNIXIS MANIBVS.] Membranæ *connexis.*

69. HEBRI CVM FONTE.] Scriptus. *Hebri non ſpente* Licet non inepta lectio, mutamus tamen nihil. Nomina locorum fluviorumque nemini ſunt ignota. Codex Belgicus, *cum ponte* Quomodo & Aldus, Codices Bentiniani. & Claverius. Nobis nil mutantibus aſſentitur recte Scaliger. Firmatque Sidonius, Epithal. Polemii. *Rhodopeq; Adamaſtor Strymonio cum fonte levat.*

60. SOCIAS.] Vno amne defluentes interrupit, evulſo medio loco.

72. IRRORAT ENIPEVS.] Membranæ *exornat* Malè.

73. SINE CVLMINE.] Montibus undiqne vorſis evulſis & abſtractis.

74. IT FRAGOR.] Vide Typhæi pugnam cum Iove.II. Dionyſiacon.

74. PVGNÆ SPACIUM DISCRIMINAT AER.] Obſcura locutio, nec elucidare vult ullus librorum. Dicat, puto, non tangere Gigantes Deorum ſedes, ob interſuſum aerem.

75. IMPELLIT EQUOS.] Membranæ *Implevit equos* Juvat varietatem Lectionis adnotare, cum rariſſimæ ſint hujus fragmenti veteres membranæ.

80. ENSE ADVERSO.] Scriptus Liber *averſo* Nihil muta.

83. TERNAS ANIMAS.] Duorum anguium. Vnius gigantis. Supra. Sidonius Excuſatorio ad Felicem:

Non hic terrigenam loquor cohortem,
Admixto mage vividam veneno.
Cui præter ſpeciem modo carentem.

Proceritatem Giganteam dicere laborat.

Angues corporibus voluminoſis
Alte ſquamea crura porrigentes,
In veſtigia fauce deſinebant.
Sic forma triplicis procax juventus
Tellurem pede proterens voraci
Currebat capitum ſtupenda greſſu.

Cujus iſta & ſequentia manifeſto Claudiani, de more, carmina exprimunt.

83. TVNC PVER INSVLTANS AVIDVS LANGVENTIA CVRRV.] Verſum integrum iſtum non agnoſcunt noſtræ membranæ. Non tamē deleverim. Concinnius modo legam. *Tunc ſuper inſultans avido languentia curru Membra terit* *Avidos* dicit Martis Equos, ut præſagos PLutonis, in Raptu. Quo loco plura notata ſunt. Super auget rem, & explet verſum. Papinius.

Quæ ſuperimpoſito moles Geniata coloſſo
Stat Latium complexa forum.

Quæ vera & ſola eſt digna auctore ejus loci Lectio. Nihil enim τὸ *complexa* niſi Geniati vox præceſſerit. Genii enim hoc, nullius alterius rei. Sed ſcribe.

Dum ſuperinſultans avido languentia curru
Membra terit, multumque Rotæ ſparſere cruoris,
Occurrit pro fratre Mimas.

85. MIMAS.] Exprimit Sidonius. Epithalamio Araneolæ.

Hic Lemnum pro fratre Mimas contra agida torquet.

Eſt Mons in Thracia ejuſdem nominis. Viſe Scholia Celrii ad Solinum, cap. XLIII. *Gigas* non incelebris Poetis: Alius Heros vetus apud Ammianum Lib. XXXI.

86. LARE VOLCANI.] Aliquot ejus Officinas notavimus ſupra. Revelatum os dicit vultum Gigantis, nudatum elevatione in jactum inſulæ. Fluvios, inſulas, montes, jactabant anguipedes iſti. Sidonius.

Miſſi dum volitant per aſtra montes,
Pindus, Pelion, Oſſa, Olympus, Othrys,
Cum ſilvis, gregibus feris, pruinis,
Saxis, fontibus, oppidis, levati.
Vibrantum ſpatioſiore dextra.

95. PALLANTA REFORMAT.] Sidonius Epithalamio Polemii & Araneoli.

96. NODIS.] Saxea induratione: Induratione in ſaxum.

98. JAM PÆNE LAPIS.] Membranæ, IAM PARTE

99. QVI SERPIT.] Eædem *Quæ ſerpit*

100. MARMOREA PESTE.] Multus in talibus Ovidius. Pariter Manilius, lib. I.

Ni veterem Perſeus cælo quoque ſervet Amorem,
Auxilioque juvet; metuendaque Gorgonis ora
Suſtineat, ſpoliumque ſibi, peſtemque videnti.

Sic enim ſcribendum cum conjectura Matthæi Lannoii, à Franciſco Iunio promulgata, in qua eſt diu poſtea & Gevartius libris Electorum. Ipſum conflictum, mutatis nonnihil telis & perſonis ſic in clypeo Minervæ exſcribit Sidonius Epithal. jam dicto:

293. NULLA POTEST PLACARE DIES.] Inepta lectio; non enim de tempore aut die loquitur, ſed de quiete, & latibulo, & modeſtiâ filiæ ſuæ Ceres. Quare cum libris aliquot Belgicis ſcribendum:

Nulla poteſt placare quies.

Nulla, inquit, ſolitudo, nulla latebra, nulla tumultuum & turbarum fuga poteſt à nocendi propoſito invidiam avertere. Sic exclamat de Invidiâ Silius Italicus libro XVII. Punicorum,

> *O dirum exitium mortalibus, ô nihil umquam*
> *Creſcere, nec magnas patiens exſurgere Laudes*
> *Invidia.*

Sanè pro exemplo tali ſuam iſta puellam ponere habet.

295. MATRI.] Maternos dolores ejus miſeratæ.

298. INTUMUIT.] Iracundia aut vehementia alia.

303. SI NOTA FERAM.] Variant hoc loco libri. Sed nullus eorum in melius, quare lectio iſta meritò ſervatur.

304. NON REPETAM QUÆSITA MANU.]Inconcinna hæc ſunt, & quomodo *quæſitam* non dixiſſet potius, hoc ſermone? Fuit cum virium manifeſtum ita profligandum arbitraret.

Non repetam, quin viſa manet.

Manus poteſt violentiam deſignare. Sed omnino ulcus ſubeſt.

306. AFFIRMO PRÆDAM.] Conſentio illi teneat inſtar prædæ, non reddat meo juri, quam tenet ut ſuo. *Adfirmatores* Tertulliano eadem vi, qui teſtimonio ſuo negotium ratum habent, & certificant: De Anima. cap. XLVI. *quanti autem Commentatores & affirmatores in hanc rem? Antiphon, Artemon, Straton, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, & Dionyſius Rhodius, Hermippus, tota ſeculi litteratura.* Idem libro IV. in Marcionem, cap. VII. *indignum denique ut Romulus quidem adſcenſus ſui in cœlum habuerit Proculum affirmatorem, Chriſtus vero deſcenſus de cælo ſui non invenerit adnunciatorem: Adfirmatores qui* Jureconſultis docent prolixa interpretum Commentaria. Sunt autem Claudiani hæc talia utlitutarios auctoris Codices ſapiant, manum ultimam fato intervenienre deferentis.

311. CRINE FRUARIS SEMPER APOLLINEO.] Perpetua Juventus Apollinis hoc modo depingitur; ſic enim gaudet intonſâ ille comâ. Apollonius lib. II. Argonaut.

> αἰεί τοι ἄναξ ἄτμητοι ἔθειραι,
> Αἰὲν ἀδήλητοι.

Vide Callimachi Hymnum, Martianum Capellam lib. I. Macrobium Saturnalium libro I. cap. XVII.

313. IMBRIBUS.] Lacrymis denſis, quas hoc modo Poetæ præſtant Petronius

oculis nec defuit imber.

Quintus Smyrnæus.

> εἷλκε βίῃ ἑκάβλω, τῆς δ' ἄθρόα
> δάκρυ' ἀπ' ὄσσων
> πίδακος ὡς ἐχέοντο.

Φίνυ σπλαγμὸς doctè vocat Euripides Hecuba.

314. QUID TANTUM EST DIGNUM.] Claverius optimo Codice abfuiſſe hunc verſum notat, & verò non dubitabile eſt eſſe ſpurium.

315. VANA.] Decepta, eluſa.

316. BELLA COELESTIA.] Totius cœli in te conſpirationem. Per cœlum ſæpius ſcriptores omnia ſua illa numina intelligunt.

318. DIEM.] Quàcunq; Sol lucet. Amor verò maternus etiam ipſum Orcum penetrat. Aemylianus Lib. III. Antholog. εἰς γυναῖκας.

> ἀλλὰ τὰ μητρὸς
> Φίλτρα καὶ ἐν ἀΐδῃ παιδοκομεῖν ἔμαθεν.

319. NON REQUIES NON SOMNUS ERIT.] Callimach' ad ipsā Cererem eadē re.]

ὑ πι-

ὁ πῖϛ ὗτ' ἄρ' ἔδεϛ τῦτον χρόνον, ὗκ ἐλοῦσατο.

322. CUNCTABITUR.] A nobis. Nulla nobis cunctatio erit etiam objectam ſitim videntibus. De Sitibus alibi longis logis.

322. FINES NOTI.] Omnem terrarum orbem peragraſſe inveniundæ Proſerpinæ fabulati ſunt Ceterum. Zenobius Centur. IV. Adag. XX.

ἱστορεῖ Δίδυμος ὅτι Αμάια μὲν ἡ Δημήτηρ παρὰ Τροιζηνίοις προσαγορεύεται, Αζησία δὲ ἡ Κόρη. ἀπὸ γοῦν τῆς ἱστορίας ἡ παροιμία περιήχθη. λέγεται δὲ ἐπὶ πολυχρονίῳ ζητουμένων χρωμένων. Πλούτων γὰρ περσεφόνην ἁπάσαντος ἡ Δημήτηρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν πλανωμένη, ταύτην ζητοῦσα.

326. PRIMO.] Supremo.

329. EXSTINCTA] Imprudenter quæ immortalis ſit Dea, & δῖα θεάων. Sed Poetis *exſtingui* ſummum mœrorem, etiam citrà mortem, denotat. Virgilius de Scyllâ Ceiri:

cum mœſta parentis
Formoſos circum virgo morerere capillos.

Quæ infortunio ſuo ſummo diu ſupervixit poſt.

333. NOCTIVAGO.] Nec noctu enim famoſiſſima iſta quæſitio interrupta eſt. Zenobius Cent. I. Adag. VII.

περσεφόνην ὁ Πλούτων ἥρπασεν· Δημήτηρ δὲ μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήρχετο.

334. ACIN.] Acis fluvius Aetnæorum camporum. Silius Italicus lib. XIV.

Quique per Aetnaeos, Acis, petit æquora fines.

Vide Euſtathium ad Iliadem π. Hermolai Barbari notata ad Plinium, XLIII. De Amoribus ejus & Galatææ multis Ovidius.

336. INNEXIS RAMIS.] Sibi implicatis. De tali luco Callimachus:

Δένδρεον ἀμφιλαφὲς διὰ κεν μόλις ἦλθεν ὀϊστὸς.

339. DATUR.] Narratur, traditur. Julius Scaliger hoc vituperans non attendit principes Romani ſermonis Terentium & Virgilium pariter locutos. Virgilius Eclogâ I.

Sed tamen iſte Deus qui ſit da, Tityre, nobis.

Terentius, Heautontimor.

Nunc quamobrem has artes didicerim, paucis dabo.

Papinius, Achilleide II.

dato paſſim varias rumor oper urbes.

Idem, Thebaide VII.

Aſopus genuiſſe datur.

Valerius Flaccus, libro V.

viſaq; vobis
Theſſalici da bella ducis.

345. SUSPIRANT.] Propriè loquitur ſurſum ſpiritu fulminis inflatæ turgent. Sic Epithalamio Palladij, de ſagittis Veneris.

Pendentes placido ſuſpirant igne pharetra.

Similimè autem de Matſyæ pelle a Tiduo vento inflata Nonnus, cujus carmina citat Agathias libro IV. Hiſtor. Vide Lib. CLXX. Adverſar. cap X.

346. CÆI SPOLIIS.] *Zancli* libri optimi. Sit ſanè ille Gigas, licet nobis ignotior: quos infinita talia ipſo jure temporis latent.

349. MIMANTIS] Rectè ita correxerunt viri doctiſſimi Sidonius de iiſdem hiſce Gigantibus.

Sternitur Aegeon, Briareus, Ephialta, Mimasq;
Adſueti Arctoas lambere calce rotas.

Nonno lib. XXVIII. Heros eſt ejusdem nominis.

350. OPIMA.] Spolia à victore Duce ipſi detracta. Dio Caſſius Lib. XLIV.

σκῦλά τε ἄττα ὄπιμα ἐς τὸν τοῦ Φερετρίου νεὼν ἀναθεῖναι ὥσπερ τινὰ πολέμιον αὐτοστράτηγον αὐτοχειρίᾳ &c.

Vide

Vide PLutarchum Romulo. *Sunt* athuc Poetis opima quævis luculentiora ſpolia. Silius Italicus, libro XVII.

tibi pugnaci geſtantur Opima
Marcelli.

353. TERRIGENUM.] Gigantum. Callimachus in Jovem:

πηλογόνων ἐλατῆρα.

Scholiaſtes: γιγάντων, παρὰ τὸ ἐκ πηλοῦ γενέσθαι, τουτέστι τῆς γῆς.

Apollonius lib.II. Argonaut.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἢ ὀλοοῖο Τυφωέος, ἠὲ καὶ αὐτῆς
Γαίης εἶναι ἔικτο πέλωρ τέκος, οἷα πάροιθεν
Χωομένη Διΐ, τίκτε

Scholiaſtes. ἐπεὶ λέγεται ἡ γῆ κατ' ὀργὴν, ὅτε τοὺς Τιτᾶνας κατεταρτάρωσεν ὁ Ζεὺς γεννῆσαι τοὺς γίγαντας.

Alij ergo & hi à Titanibus, penitioribus Fabulis, vulgò tamen confuſi.

355. NUMENQUE LOCO.] Luci habebant miſeris inſtar quoddam numinum I. de Laudibus Stiliconis.

lucosq; vetuſtâ
Religione truces, & robora numinis inſtar.

Notarunt docti ad Tacitum, Corippum, alibi.

361. PER ITURA JOVEM.] Ita ex libro, ut ait, Claverius, quem ſecutus eſt Scaliger. Nobis illud *per Iovem ire* longius abire à Claudiano videtur. Scribam.

petat ira Iovem.

Quod dignum Genio auctoris & rei ipſius momentis.

36[illegible] INCERTA.] Ipſa iracundia. Iſta vero quæ ſequuntur lituras, ut dixi, auctoris ipſius ſapiunt.

366 BRACHIA.] Ramos extenſiores arborum.

367. RUDIBUS SILVIS.] Arboribus ut terra profatæ ſunt. Notavi ſuprà ad utrumq; horum pertinentia.

375. APPOLLINEI NEMORIS NUTRITOR ORONTES.] Celeberrimum nemus in ſuburbiis Antiochiæ, Oronte fluvio prælabente, Daphnoà nuncupatum à laurorum frequentia. Mentio hujus creberrima in ſcriptoribus vicinorum noſtro temporum. Ammianus fine libri XIX. *ambitioſum & amœnum* Suburbium vocat. Rufinus, libro X Hiſtor. Eccleſ. Egeſippus, libro I. capite XXX. Procopius libro II. Belli Perſici. Zonaras in Juliano Tomo III. Capitolinus Marco, Chryſoſtomus, Sozomenus, &c. Julianus Miſopogone, Philoſtiarus, alij infiniti. Cupreſſus ibi celebres notantur, & à Philoſtiato libro I capite XII. Apollon. quem viſe. Mentio hujus Daphnes etiam libro II. Macabæorum cap. IV. Orontes autem fluvius ad Antiochiam. Vide Gulielmum Tyrium. In *Orontis* autem voce addita paris ſoni alia, captat verſiculi decentem ſtrepitum. Claudianus, ut alibi. II. in Eutropium CCXXXIV.

fama contemtor Orontes.

388. ANIMARE.] Accendere. Ignem enim vivere, ſpirare, mori, exſtingui, ajunt. Sic Sidonius libro II. Epiſtol. II. *arcuatili camino ignis animatus pulla caligine infecit, &c.* Sed utique corrupta eſt hæc lectio, & *animarum* ſcripſit Claudianus. Luſtrare enim animas orco adſuſcendas dicebantur Dij inferi taxo accenſa. Et rectè ſic legendum ex optimo libro monuit in Appendice Claverius, adſcito Papinij loco ex Thebaid. VIII. Ubi nos.

389. CADMI.] Tragicis decantatas fabulas.

398. COMPRESSO MONS IGNE TONAT.] Non placent iſta. Nec enim ulla arborum biga hoc umquam præſtiterit.

409. NON TALES.] More Græcorum Heroum vetuſtiſſimo, quo Filiabus ſponſis præferebant faces matres. Vide Scholiaſten Apollonij lib. IV. & nobis ſupra notata. Hæc autem hactenus imperfecti operis duriora ſunt,

ſunt, & utique poſt obitum Scriptoris edita, in quibus laborare etiam velle inanis ſit operæ.

414. PROCORUM CINGEBAR STUDIIS.] Papinius, Thebaide II.

Non equidem obſcurum vobis plebique Pelajgæ
Eſſe reor, quantis connubia noſtra procorum
Turba petat ſtudiis.

416. CEDEBAT NVMEROSA.] Suprà dixit:

numeri damnum Proſerpina penſat.

443. PLENO RIMATUR LUMINE CAMPOS.] Hinc natum morem filij familias peregrè mortui corpus noctu prælucentibus facibus in Cereris fanum inferendi, notat & illuſtrat Iacobus Gutherius libro I. de jure Manium.

444. IN ÆTHERE SILVIS.] Omnino vitioſa eſt hæc ſcriptura. Ait Claudianus Aetherem clamore, terram & mare luce funebrium ſuarum facium Cererem implere. Quare haud dubiò vera eſt lectio, licet intricatior ab auctore ipſo relicta.

omnis madet orbita fletu,
Omnibus admugit, quacunq; it in æthere ſulcis.

Rotarum videlicet, non enim de alio quoquam loquitur.

Annatat umbra fretis, extremaque Lucis imago
Italiam Libyamq; ferit.

De fretis illuſtratis pariter Silius loquitur libro II.

Ardent tecta Deûm, reſpondet imagine flamma
Aequor, & in tremulo vibrant incendia Ponto.

Locus autem totus deſumtus eſt ex Papinio, hujus hi ſunt verſus de eodem etiam negotio. Thebaide XII.

Qualis ab Aetnæis accenſa lampade ſaxis
Orba Ceres, magna variabat imagine flamma
Auſonium Siculumque latus: veſtigia nigri
Raptoris, vaſtosque legens in pulvere ſulcos.
Illius inſanis ululatibus ipſe remugit
Enceladus, ruptoque vias illuminat igni,
Perſephonen amnes, ſilvæ, freta, nubila, clamant,
Perſephonen tantum Stygij tacet aula mariti.

446. SCYLLÆA PETIT.] Flammæ videlicet fulgor. Porrò deeſſe Quartum hujus operis Librum poſſis ſcire, ſi Claveriani Codicis Catalogum contemplére, ubi is tamquam amiſſus deſiderari notatur, de quo monuerunt & Parrhaſius & Crinitus. Nobis ſecus videtur, & ex propoſita ſerie tractandorum, non uni ſed pluribus omninò Claudianum libris à fato ſubtractum. Exſtat Carmen De Aerumnis Cereris ab eodem CLaverio editum, & diu poſt repetitum titulo *Legifera Cereris*, quo velut audax aranea Proſerpinæ raptæ telam, ſic noſtri Opus iſtud ſupplere obſcurus quidam verſilegus videtur: ſed illud tanti non eſt ut adnectatur, ne ſcilicet

interpoſitus vili contaminet unco
Vrbica Lingonicus Tyrianthina Bardocucullus.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI *GIGANTOMACHIAM*,

Animadverſiones.

POLITUM ſatis Carmen, Dignumq; feliciore exitu, ſed Materia Vulgaris. Ideoq; nulla diligentia comparabilis cæteris. Græcè idem argumentum tentaſſe, vel & peregiſſe, noſtium indicant verſus iſti, apud Arſenium in Apophthegmatis ſuperſtites.

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ ΕΚ ΤΗΣ ΓΙΓΑΝΤΟΜΑΧΙΑΣ.

Κύπρις δ' αὖτε βέλος φέρεν οὐχ ὅπλον. ἀλλ' ἐκόμιζεν
Ἀγλαΐην, θεμένη γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αἴγλην,
πρῶτα μὲν ἀπλεκέας περόνη διεκείνατο χαίτας,
Καὶ πλεκτὰς ἔσφιγξε, πυκνῷ πλεγματι σειρῆς.
Στίλβει δ' ὀφθαλμῶν ἐρατὺς ὑπεγράψατο κανθοὺς,
Δοιὰς δ' ἀνέμοιο ῥαφὰς χαλάσασα χιτῶνας.
Πορφυρέων δ' οὐ κρύπτεν ὑφ' εἵμασιν ἄνθεα μαζῶν,
Ὄμμαλος εἰς ἄγρην ἀπλημένον. εἶχε γὰρ αὐτὴ
Πλέγμα νόρον, δόρυ μαζὸν, ὀφρυὸς βέλος, ἀσπίδα κάλλος,
Ὅπλα μέλη, θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν εἴδεος αὐτῆ
Ὄμμα βαλεῖ, δέδμητο.

Qui quidem nimirum malè nos reliquorum deſiderium ferre faciunt. Ut & alii Græci quos ex Ἀνεκδότοις citat Claudius Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam. Argumentum quod dixi, paucis complectitur Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. XXVIII. Multis paratragœdiatur Nonnus initio Dionyſiacorum. Niſa ſunt recentia ingenia vetuſtatis damna ſarcire, non ſine ſucceſſ , modum modo noviſſent, & calcare potuiſſent verſum. Lege tamen Eilardi Almæ Libellos Quatuor, non requires alios.

V. 1. TERRA PARENS.] πηλήγονοι Gigantes Callimacho εἰς Δία. *Fraterculus Gigantis* Juvenali homo terra oriūdus, γηγενὴς convi-

convicium inde apud Ariſtophanem Nubibus, Act III. Scen. I.

V. 1. COELESTIBUS INVIDA REGNIS.] Ex Terra & Tartaro natos Gigantas notat Higinus, conſenſu noſtri. Indignatam ſuperis terram, ex vetuſtioribus, Albricus, cap. XII. *Irata Terra contra Deos Titanas dicitur parturiſſe: Erantq; gigantes pedibus ſerpentinis.* Higinus, cap. CLII. *Tartarus ex Terra procreavit Typhonem, immani magnitudine ſpecieque portentoſa, cui centum capita Draconum ex humeris enata erant; Hic Iovem provocavit ſi vellet ſecum de Regno certare. Alij contra Titanas.* Opin ex cœli ſemine Gigantes procreaſſe ſcripſerunt. Apollodorus, lib. I. Qui & formam monſtrorum ponit; & alia cum hoc Poematio componenda: Vt & non pauca loca Luciani. Gigantum autem bellum, minimè Dijs facilè profligari, ut etiam præcipuorum inter eos aliqui interierint. Velut Liberum diſcerptum ſcripſit Orpheus, teſte Servio ad Georg. I.

V. 2. TITANUMQUE SIMUL.] Iam enim vincti erant apud inferos. V. XXVIII.

Solvite Titanas vinclis, defendite matrem.

Ubi perpetuo ſervari fingebantur. Noſter primo de Raptu. Quod Bacchum conciſum, iaq; olla decoctum ferculo inſtruxerint, fulmine eò à Iove adacti. Arnobius libro V. Et plenius Firmicus de Err. Prof. Rell. Ei pœnæ exemtus eſt, Dux eorumdem, Atlas, cœlum geſtare juſſus, Higinus, cap. CL. Quid ſint, quando nati, docet, ex Empedocle, ſuaq; ſpeculatione, Phurnutus, capite XVII. Terræ & cœli ſoboles, unde omne genus hominum oriundum, Orpheo Hymno. Quem vide multis Titanes gentem fuiſſe robuſtam & bello potentem tradit Lactant. lib. V. cap. VI. Scholiaſtes Aeſchyli in Prometheo & Cœlo ſatos, & Ante Iovem regnaviſſe Titanas auctor eſt. Eoſdem decem annis cum Iove Belligeraſſe ait.

μυθεύεται ὅτι τιτᾶνες τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ὄντες, αὐτὴν ἐγείρειν πόλεμον τῷ Διΐ, καὶ ἀντίστησαν αὐτῷ ἐπεὶ δὲ δέκα ἔτη ἐμάχοντο, καὶ λύσις τοῦ πολέμου οὐκ ἦν, ἀλλ' ἴσος ἦν τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς τιτᾶσιν ὁ πόλεμος, ὁ Ζεὺς συνεργοὺς περὶ τὴν μάχην τοὺς τιτᾶνας κατεστρέψατο, &c.

Titanes καταχθόνιοι θεοὶ, dæmones terrenos indicabant, ut exponuntur Moſchopulo, Iidem ἀγελαῖοι θεοὶ dicebantur ut notat Heſychius. ἀγελαῖοι θεοί. Τιτᾶνες. Titanici & Gigantæi Dæmones. Origeni lib. IV. contra Celſum CCXXXII.

V. 3. COETU.] Bentinianus Liber *fœtu* Quem ſequitur Scaliger. Noſter τὸ *Cœtu* tenet. Nec eſt inepta ſcriptio, Aldo etiam ſervata. *Cœtus*, concubitus, quem dextrè hic poni docet vox *genitura* quæ ſtatim imminet, abſurdè enim genitura dicitur mater, fœtu jam, eoq; tam vario, nominato. Lucretius, libro III.

Nil tamen hoc ad nos, qui cœtu conjugioque
Corporis atq; animi cõſiſtimus uniter apti.

Auſonius Epigramm. LXX.

Præter legitimi genitalia fœdera cœtus,
Repperit obſcœnas Veneres vitioſa libido.

Sententia eſt per totum Tartarum, monſtris gignundis conditiones quæſiviſſe Tellurem.

3. COMPLEBAT.] Noſter littera una peccat COMPLEAT enim præfert.

4. NEFAS.] Impiam ſobolem in Deos. Poſſis tamen de mendo hic ſuſpicari, non enim cohærent ad Poetæ genium Omnia. Verſus integer abeſſe commode poteſt. Legas.

Invisum gemit Aura nefas, Phlegramque retexit &c.

4. PHLEGRAMQUE RETEXIT.] Imo fundamine eruit, producendis Gigantibus.

5. HOSTES.] Aetheris, in quem proferebantur.

6. FIT SONUS.] Repentini tumultus indicium. Virgilius, lib. IX. *Fit ſonus, ingenti concuſſa eſt pondere tellus.*

Ccccec 2 6. E-

6. ERUMPUNT CREBRI.] Ita & noſtræ membranæ, Aldinæq; Editiones, cum Scaligero, Beurino, Claverio prodiris. Vir doctus, Adrianus Behotius, in Apophoret. Libellis legere mavult *Erumpunt Erebo* minimè male, cum paullo antè crebri vox uſurpata ſit. *Eruptio* autem congrua tumultui monſtrorum. Facit quod Phurnutus ait dicto capite XVII. Poſt Elementorum generationem.

τὸ δὲ ἔρεβος σὺν αὐτοῖς γεγονέναι ἐρρέθη, ὁ ὁρμὴ ἐπὶ τὸ γεννᾶν. τὸ δὲ ἔρεβος ἐκ τοῦ χάους ἐγένετο.

6. NONDUMQUE CREATI.] Nervoſius membranæ *necdumq;* Pariter Aldus & unum Recentius exemplar Belgicum, quod ſolum habuit hoc fragmentum.

8. GEMINO LAPSV.] Singuli enim angues pro ſingulis pedibus erãt. Inf. v. LXXXI. *femorum qua parte volutus Duplex ſemiferis connectitur ilibus anguis.* Apollodorus:

εἶχον δὲ τὰς βάσεις φολίδας δρακόντων. Alij loco capillorum, Nonnus, libro XXV.

θυρσοφόρος δὲ
Μοῦνος ἀπημίξας ὀφιώδεας ἴχνας ἀ-
ρούρης
Εἷς ὁ ἔχεις πᾶσι Διὸς πρόμος, ὤν-
περ ἀπ' ὤμων
Ἀμφιλαφεῖς ἑκάτερθεν ἀμοιβάδες
ἔρρυεν ὕδραι
ὕδρης Ἰναχίης πολὺ μείζονες.

9. PALLESCVNT SVBITO STELLÆ.] Vt ſolent contuitu inferarum rerum. Sæpè Tragici Græci & Latini.

10. DOCVITQVE TIMOR.] Numquam alias docilem, aut volentem. De Arcto & Trionibus omnia pueris nota.

12. VOLVERE PATI.] Membranæ γνησιώτερον Optavere Pati.

14. PVBES DOMITVRA DEOS.] Omen Belli proſperi arripit. Gildonico Bello.

Gildonem domitura manus.

15. MVNDVM.] Cœlum, terram, aerem. *Mundus* τὸ πᾶν. Alibi his Animadverſionibus.

16. ILLE.] Quem dicere deteſtor. Nec dicendus, quod extremi odij. Teſtamentum Corocottæ Porcelli: *nec nominando coco do, lego, ac dimitto, popam & piſtillum, qua mecum detuleram à querceto ad haram, liget ſibi collum de reſte.* Sulpitius Severus, Dial. III. *Si vel te quondam, vel me ſemper audire voluiſſet, & Martinum magis quam illum quem nominare nolo, ſuiſſet imitatus, numquam à me tam crudeliter diſparatus jaceret.*

17. AGNOSCAT QVID TERRA.] Melius liber noſter *Cognoſcat quod terra poteſt.* ὑποσόλοικος vulgatis ſcriptura. Diſtinctio peccat poſteà, Lege.

Cognoſcat quod terra poteſt. Sic viribus
ullis
Vincor? Cur nobis Cybele meliora creavit?

Sic nervoſum eſt, & ſæpè fefellit Librarios. In Eutropium. I. *Sic omnia volvit*
Hoc regni Fortuna tenet
Primo de Raptu.
Sic nobis noxia vires Cum cœlo Fortuna
tulit?

19. QVI SEMPER ACERBIS.] In Libro eſt QVE.

21. VIVO SVB PECTORE PASCIT] Eædem membranæ *nullo ſub pectore* Acutius. Sed variationem videtur feciſſe vox RECIDIVO PECTORE, quæ non inſolens periit.

22. PROMETHEVS.] Titanes ſuos loquitur, quos vinclis ſolvere ſtudet.

23. ATLANTIS APEX.] Dux Titanum, eam pœnam ſceleris retulit, ut immenſum cœli onus ſemper portaret. Notatum modo. Higinus. *Titanes cum conarentur in cœlum aſcendere eos Iovis cum Minerva & Apolline & Diana præcipites in Tartarum dejecit. Atlantis autē, qui dux eorum fuit, cœli fornicem ſuper humeros impo-*

impoſuit, qui adhuc dicitur cœlum ſuſtinere. Ita verò Typhæus contra Jovem prælium initurus Atlantem ſe liberaturum clamat, ut Dii cogantur ſua opera cœlum ſuſtinere ipſi. Dionyſ. Idem & ipſe Terræ filius, ut Nonnus ibidem teſtatur.

23. ATLANTIS APEX.] Querela hæc ex Æſchyli Prometheo.

ἐπεί με καὶ κασιγνήτου τύχαι τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς ὤμοις ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.

Verba ſunt Oceani, ubi de Typhæo pluſcula Elegantiſſimè. Formam ejuſdem monſtrorum monſtri notat Scholiaſtes:

ἡ γῆ πρὸς ὀργὴν μιγεῖσα τῷ ταρτάρῳ, τὸν ἑκατοντακέφαλον Τυφῶνα ἐγέννησεν, ἁπάντων θηρείων ἀγρίων ἔχοντα κεφαλὰς, καὶ πρὸς δεινὸν καὶ παμμιγὲς χρηματίζοντα, καὶ ἐξ ὀφθαλμῶν σέλας καταπληκτικὸν ἀστράπτοντα, οὗτος πάλιν ἑτέραν τάχην τῷ Διῒ συνῆψε, κεραυνωθεὶς δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Συκελίᾳ περὶ τὴν Αἴτνην, τῷ ταρτάρῳ ἐκρίφη, ἐξ οὗ μυθολογεῖται πάντας τοὺς ἀνέμους σφοδροὺς κινεῖσθαι, χωρὶς ζεφύρου καὶ βορρᾶ, θεογόνεις γὰρ οὗτοι.

23. FLAMMANTIA PONDERA.] Cum laberentur ſidera, malleo ea refigere dicebatur. Vide Albricum cap. XXII. M[illegible]ologiæ.

24. GLACIES ASPERRIMA.] Deſcriptionem Atlantis plenam habes in Africa Joannis Leonis Afri. De frigore ait lib. I cap. XXVII. *Mons Atlas & frigidiſſimus eſt & ſterilis fert frugum portionem, omnique ex parte nemoroſus, omnia ferè totius Africæ flumina procreat Fontes hujus montis ſummo æſtu frigidiſſimi, adeo ut ſi quis manum aliquandiu huic aquæ immerſam teneret, nulli dubium quin eam prorſus perderet. Non tamen ubique aquæ magna eſt frigiditas, quædam enim loca habitare datur, &c.*

25. TITYON.] Fabulæ notiſſimæ. In ſcripto eſt TICION.

26. VISCERA NASCUNTUR GRAVIBUS CERTANTIA POENIS.] In manuſcriptis membranis eſt CERTANTIA PEBUS. Latere dicas aliud niſi illa lectio cordata ſit ſatis. Maro.

Tityon, terra omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus
Porrigitur, roſtroque immanis vultur obunco
Immortale jecur tundens, fœcundaque Pœnis
Viſcera, rimaturque epulis, habitatq; ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis

28. SOLVITE TITANAS VINCLIS.] Sane verò ſi cruciabiliter extincti morte ſolvi poterunt. Rem ita narrat Julius Firmicus: *Liber Iovis filius fuit, Regis Cretæ. Hic cum fuiſſet adultera matre genitus, nutriebatur apud Patrem ſtudioſius, quam decebat. Uxor Iovis, cui Iunoni fuit nomen, novercalis animi furore commota ad necem infantis omnifariam parabat inſidias. Proficiſcens peregrè pater, quia indignationes tacitas ſciebat Iunonis, ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis cuſtodibus (ſicut videbatur) tutelam credit filii. Tunc Iuno, opportunum inſidiarum nacta tempus, & ex hoc fortius inflammata, quia proficiſcens pater, & ſolium Regni puero tradiderat & ſceptrum: cuſtodes primum Regalibus præmiis, muneribuſque corrupit, deinde ſatellites ſuos, qui Titanes vocabantur, in interioribus Regiæ locat partibus; & crepundiis ac ſpeculo affabrè facto animos ita puerilis illexit, ut deſertis regiis ſedibus ad inſidiarum locum deſiderio puerilis animi duceretur. Illic interceptus trucidatur. Et ut nullum poſſet necis inveniri veſtigium, membra particulatim conſciſſa, ſatellitum ſibi turba dividit. Tunc, ut huic facinori aliud ſcelus adderetur, quia vehementer crudelitas tyranni timebatur, decocta variis generibus pueri membra conſumunt, ut*

humani cadaveris, inauditis uſq; in illum diem, epulis veſcerentur. Cor viſum ſibi ſoror ſervat, cui Minerva fuit nomen, quia & ipſa ſceleris fuit particeps, & ut manifeſtum eſſet delationis indicium, & ut haberet unde furentis Patris impetum mitigaret. Reverſo Iovi filia ordinem facinoris exponit. Tunc pater funeſta calamitate cladis, & acerba luctus atrocitate commotus Titanes quidem vario genere ſuppliciorum excruciatos, necat: nec prætermiſſum eſt in ultione filii, aut tormentum aliquod aut pœna: ſed per omnia pœnarum genera bacchatus, necem qualitercunque filii vindicavit. Alii ab his Gigantes, ut tota hæc ſeries demonſtrat. Gigantes & Heroes priſci, quos Titanas nemo dixerit, Cyrus Theodorus de Amicitia Exſulatum eunte.

κῆλον ἢ τὸ πρὶν μακρὸν εἰς χεῖρας δόρυ

Αἴαντι τῷ γίγαντι τῷ Τελαμωνίῳ.

Alioquin Gigantes peregrinorum barbarorumque hominum convitium aut titulus Syneſius fine libri de Providentia:

ὅταν καὶ τὰ περὶ τῆς αἱρέσεως ἡμῶν καινοτομεῖν ἐπιχειρήσωσιν οἱ νῦν ὄντες ἐν ταῖς δυνάμεσι, μετὰ βραχὺ προσδέχου τοὺς γίγαντας, τούτους λέγων τοὺς ἀλλοφύλους, ἔσεσθαι ἐκποδὼν συνηλατουμένους ὑφ᾽ ἑαυτῶν.

29. VESTRIS NEC PARCITE MEMBRIS.] Veram lectionem defendunt membranæ. *noſtris ne parc.m* Terræ enim membra, non gigantum. Aſſentitur Aldus conſono Claverio. Male rem non expendentibus Scaligero, Bentino, aliis.

30. TELVM NON ESSE RECVSO] Seripius Liber *telis non eſſe* Nullo uſu.

31. MISCETE POLVM] Agite, ferte. Valerius Flaccus. lib. I.

ipſe ſuo voluit commercia mundo
Iuppiter, & tantos hominum miſcere furores. Lib. VI
æthera quantus
Tunc lituum concentus agit, lymfataque miſcet Melita.

Infra v. 64 Bened. Paullinus lib. II. de Vita B. Martini: *miſcere tumultu Amerieram domus penetralia.*

32. TVRRES SIDEREAS.] Munimenta. Turres enim amplæ etiam arces dicuntur, Libro II. Macabæorum, cap. V. Quidam cum fugiſſent in duas turres valde munitas, omne apparatum regugnandum habentes, Machabæus ad eorum oppugnationem converſus eſt. Sulpitius Severus. Hiſt. Sacræ lib. I. Inde in parte turris Gader tabernaculum fixit. Thucydides lib. III.

ἐστράτευσαν ἐπὶ Μίνωαν, τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων, ἐχρῶντο δ᾽ αὐτῇ πύργον ἐνοικοδομήσαντες οἱ Μεγαρῆς φρουρίῳ.

Robertus de Monte, Appendice Sigeberti: *Turris Iuren venit in manus Domini Regis, quam multum cupierat, quam nec pater ejus nec avus habuerunt.* Sic alii. Turres etiam viri fortes, ſingulari robore & virtute. Alcæus apud Suidam in Ἄρειος, ἄνδρες πόλεως πύργοι ἀρήιοι. Quod fragmentum producit etiam Scholiaſtes Sophoclis ad Tyranni verſum LII.

33. RAPIAT FVLMEN.] Vide multis Nonnum, lib. II, Dionyſiac. Nomina Gigantum ſunt apud Higinum, quæ corrupta non male reſtituit vir doctus ad Annales Ennij. Typhœum ſive Typhona natum ἁπάντων θηρίων ἀγρίων ἔχοντα κεφαλὰς ſcribit Scholiaſtes Æſchyli ad Prometheum.

[illegible]. ALTER HABENAS.] Dicas in voce ALter, nomen latere. Vitioſe autem Codex ſcriptus *Alter arenas*

35. PORPYRION] Celebris inter Gigantes. Purpureum Latinis dicit Nævius apud Priſcianum lib. VI. *Rhuncus atque Purpureus, filii terras.* Ita enim & vetuſtiſſimi duo ejus auctoris Codices, qui apud nos ſunt. Idem celebratur inter primos à Scholiaſte Heſiodi in Theogoniam:

Γιγάντων ὀνόματα ταῦτα, Ἀλκυονεύς, Ἐγκέλαδος, Πορφυρίων, Μίμας, Ὄβριμος, Φοῖτος.

35. TE-

35. TENEBIS.] Membranæ *tenebit*. Puto Claudiani eſſe tenebunt.

36. ANIMOS ELUSIT INANES.] Temerarios, ut de Aloidis in Bello Getico. Vitioſe licet argure membranæ *animoſe luſit inanes.*

37. REVINCTVM.] Vinctum. Maro. lib. XII.

paribuſque revinxit
Serpentum ſpiris, venteſaſque addidit alas.

Valerius Flaccus, lib. VI.

Implicitos, miſeraque in veſte revinctos
Confodiunt

40. VIOLARE MINERVAM.]Contemerare. Ei enim rei hoc verbum. Cicero Arato.

Vt quondam Orion manibus violaſſe Dianam
Dicitur.

42. PRÆNVNTIA IRIS.] Superos convocat, quia Superi Nationibus aer, æther, cœlum, Sol, Sidera: Hæc deſcendere numina dicebant in terram, cum pluvier, tempeſtates, fulmina, fulgura, ferrentur. Iſta autem pleraq; prænuntiat Iris, itaque Deos convocare, Deorum nuntia eſſe dicitur. Nec ſine reliquiis Veritatis; cum in Geneſi dicatur Arcus cœleſtis favoris, divini memoriam ſervare & indicare mortalibus. Figura etiam prænuntia venturi Servatoris, de quo pulcre Alcimus Avitus fine lib. IV.

43. QVI STAGNA COLVNT.] Incaute. Non enim hi ſuperi, quamvis numinum loco, quamvis Dii, non tamen ſuperi.

44. CINGVNTVR] In Militiam prodeunt. Altero in Eutropium.

nunt aliis armorum incumbere curas.
Se ſatis Armenio feſſum pro Limite cingi.

46. LETHÆO VEHITVR CVRRV.] Membranæ *Lethen evehitur* Transvehitur nimirum, quem fluvium alioquin non tranſibat. Veriſſima lectio.

45. REX ILLE SILENTVM.] Scribe *Ipſe* cum Claverianis Libris, & noſtro, licet Scaliger, Aldus, membranæ Belgicæ, Bentinianæ, aliique diſſentiant.

47. TREPIDOQUE VOLATU.] Membranæ *trepidoſque volatus*, Minus bene.

50. CONCVRRVNT DEFENDEVE.] Vide ad Libros in Rufinum.

51. OMNIGENIS.] Codex ſcriptus *omerigeis*. Dicas latere quid aliud.

52. AD PATRIAS.] Πλατωνικῶς. Vnum enim Numen ſtatuit, ex quo origo omnibus cæteris. In Timæo ſic alloquitur illos, Chalcidio traduce: *Conditor Vniverſitatis Deus, obſervanda jubet ſancitque oratione tali, Dii Deorum, quorum opifex idemque Pater Ego: Opera vos ſiquidem mea; diſſolubilia quidē natura, me tamē ita volente indiſſolubilia. Pulcre in Enarratione Chalcidius: Praclare facit Regem Optimatibus ſancientem, ut lex illis etiam ad cateras poteſtates atque animas commearet. Opificem ſe & parentem eorum commemorant. Opificem quidem utpote à quo ſint facti: Patrem vero, ut qui conſulat pravede quatenus aterni ac beati ſint.*

54. NVMQVAM PERITVRA COHORS.] Conſilio Regis Jovis. Pertinent huc omnia in Poeta ſequentia, cumque ait *ô Debita ſemper Cœlo Progenies.*

54. O DEBITA SEMPER.] Membranæ ordinem invertunt, leguntque debita Cœlo Semper progenies, nullis obnoxia fatis Sane nec *vaque* ullius eſt uſus.

55. NVLLIS OBNOXIA FATIS.] Id eſt abolitionibus; Nam alioquin Iuppiter ipſe communi Poetarum ſententia, ſubjectus fatis. Quintus Smyrnæus.

οὕνεκα μοίρας εἴκει καὶ μεγάλοιο Διὸς
μένος.

55. CERNITIS UT] Scriptum exemplar. *Cernitis?* En tellus noſtrum conjuratio. Sed vanitatem librarii arguunt facile ſequentia.

56. NOSTRVM ORBEM.] Tres Orbes ſtatuunt Poetæ. Cœleſtem, Terrenum, Plutonium. Docemus exemplis alibi.

58. DEDERIT] Pepererit. Ad Feſcennina, & alibi Supra.

59. LON-

73. SINE CVLMINE.] Montibus undique vorſis evulſis & abſtractis.

74. IT FRAGOR.] Vide Typhæi pugnam cum Iove.II. Dionyſiacon.

74. PVGNÆ SPACIUM DISCRIMINAT AER.] Obſcura locutio, nec elucidare vult ullus librorum. Dicat, puto, non tangere Gigantes Deorum ſedes, ob interfuſum aerem.

75. IMPELLIT EQUOS.] Membranæ *Implevit equos* Juvat varietatem Lectionis adnotare, cum rariſſimæ ſint hujus fragmenti veteres membranæ.

80. ENSE ADVERSO.] Scriptus Liber *averſo* Nihil muta.

83. TERNAS ANIMAS.] Duorum anguium. Vnius gigantis. Supra. Sidonius Excuſatorio ad Felicem:

Non hic terrigenam loquor cohortem,
Admixto mage vividam veneno.
Cui præter ſpeciem modo carentem.

Proceritatem Giganteam dicere laborat.

Angues corporibus voluminoſis
Alte ſquamea crura porrigentes,
In veſtigia fauce deſinebant.
Sic forma triplicis procax juventus
Tellurem pede proterens voraci
Currebat capitum ſtupenda greſſu.

Cujus iſta & ſequentia manifeſto Claudiani, de more, carmina exprimunt.

83. TVNC PVER INSVLTANS AVIDVS LANGVENTIA CVRRV.] Verſum integrum iſtum non agnoſcunt noſtræ membranæ. Nontamē deleverim. Concinnius modo legam. *Tunc ſuper inſultans avido languentia curru Membra terit Avidos* dicit Martis Equos, ut præſagos PLutonis, in Raptu. Quo loco plura notata ſunt. Super auget rem, & explet verſum. Papinius.

Quæ ſuperimpoſito moles Geniata coloſſo
Stat Latium complexa forum.

Quæ vera & ſola eſt digna auctore ejus loci Lectio. Nihil enim τὸ *complexa* niſi Geniati vox præceſſerit. Genii enim hoc, nullius alterius rei. Sed ſcribe.

Dum ſuperinſultans avido languentia curru
Membra terit, multumque Rota ſparſere cruoris,
Occurrit pro fratre Mimas.

85. MIMAS.] Exprimit Sidonius. Epithalamio Araneolæ.

Hic Lemnum pro fratre Mimas contra
ægida torquet.

Eſt Mons in Thracia ejuſdem nominis. Viſe Scholia Celrii ad Solinum, cap. XLIII. *Gigas* non incelebris Poetis: Alius Heros vetus apud Ammianum Lib. XXXI.

86. LARE VOLCANI.] Aliquot ejus Officinas notavimus ſupra. Revelatum os dicit vultum Gigantis, nudatum elevatione in jactum inſulæ. Fluvios, inſulas, montes, jactabant anguipedes iſti. Sidonius.

Miſſi dum volitant per aſtra montes,
Pindus, Pelion, Oſſa, Olympus, Othrys,
Cum ſilvis, gregibus feris, pruinis,
Saxis, fontibus, oppidis levati.
Vibrantum ſpatioſiore dextra.

95. PALLANTA REFORMAT.] Sidonius Epithalamio Polemii & Araneoli.

96. NODIS.] Saxea induratione: Induratione in ſaxum.

98. JAM PÆNE LAPIS.] Membranæ, IAM PARTE

99. QVI SERPIT.] Eædem *Quæ ſerpit*

100. MARMOREA PESTE.] Multus in talibus Ovidius. Pariter Manilius, lib. I.

Ni veterem Perſeus cælo quoque ſervet Amorem,
Auxilioque juvet; metuendaque Gorgonis ora
Suſtineat, ſpoliumque ſibi, peſtemque videnti.

Sic enim ſcribendum cum conjectura Matthæi Lannoii, à Franciſco Iunio promulgata, in qua eſt diu poſtea & Gevartius libris Electorum. Ipſum conflictum, mutatis nonnihil telis & perſonis ſic in clypeo Minervæ exſcribit Sidonius Epithal. jam dicto:

Lævam parma tegit Plegræ plena tumultus:
Hic rotat excuſſum vibrans in ſidera Pindum
Enceladus, rapide ſit mobilis Oſſa Typhæo.
Porphyrion Pangæa rapit, Rhodopenque Adamaſtor,
Strymonio cum fonte levat, venienſque ſupernè
Intorto calidum reſtinguit fulmine fulmen.
Hic Pallas Pallanta petit, cui Gorgone viſa
Invenit ſolidum jam lancea tarda cadaver
Hic Lemnum pro fratre Mimas contra Ægida torquet
Impulſumque quatit jaculabilis inſula cœlum,
Plurimus hic Briareus populoſo corpore pugnat,
Cognatam portans aciem, cui vertice ab uno.
Cernas ramoſis palmas fruticare lacertis.

101. SÆVUSQUE DAMASTOR] Adamaſtor. Sidonius verbis modo adſcriptis, Membranæ tamen noſtræ & Belgicæ primam litteram reſpuunt. Vt & Sidonianæ, collatæ Petro Colvio. Obiter ſcias Damaſcum civitatem nobiliſſimam Tropæum Jovis fuiſſe à victis Gigantibus, ut memorat ex Procopio Isacius ad Lycophronem.

104. MIRATVR.] Lege MIRATVS.

105. AVCTOREM.] Membranæ malè *Acterem* Verſus integer melius abſit, ſic in præcedente mutaveris etiam melius.

105. NVLLI BIS LICVIT.] Magna pœna viſe Palladis. Callimachus in Lavacra, ipſa loquente:

ἐγὼ δ᾽ οὐ τὸν τέκνον ἔθηκ᾽ ἀλαόν.
Οὐ γὰρ Ἀθαναίᾳ γλυκερὸν πέλει ὄμματα παίδων
Ἁρπάζειν. Κρόνιοι δ᾽ ὧδε λέγοντι νόμοι
Ὅς κε τιν᾽ ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται,
Ἀθρήσῃ, μισθῶ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.

Sed noſter ad ſaxificum clypeum reſpicit. De quo penes Perſeum acutè multa. Ovidius.

107. SVBLATA AVDACIA.] Vna cum auctore ſuo, dicere vult.

108. ET DIDICIT CVM MORTE DEAM.] Pariter alibi. Agnovit, dicere vult, divinam numinis inæmerabilemque majeſtatem.

108. PALLANEVS.] Recte Claverius *Palleneus*. Firmantque membranæ. Notus Gigas. Dæmon eſt alius apud Nonnum, Lib. XLIII.

Δαίμονα παλληναῖον Ὀρέστιας ἤλασε Βάκχῳ.

108. SED TVRBIDVS IDAM.] Scribe turbidus ira.

Palleneus oculis adverſa tuentibus atrox,
Ingreditur

Nihili hic *Ida* montis nomen cæcum enim furore gigantem inducit. Et quomodo Ingreditur Idam, aut Ida, qui montes protelo habebat? An *Ida Venus*? Sed quomodo cum Palladis clypeatæ Gorgone res agantur? Sed indubia eſt correctio. Scriptus noſter IDA refert. Quantillo errore?

112. CORPUSQUE PER UNUM.] In uno corpore. Locutio Maniliana.

114. SPIRIS.] Anguibus, quibus ibat loco pedum. Sidonius ſupra. Ovidius Faſt. V.

Terra feros partus, immania monſtra, Gigantes,
Edidit, auſuros in Iovis ire domum
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues,
Atq; ait: in magnos arma movete Deos.

115. PORPHYRION.] Immanis inter Gigantes, & ductor velut cæterorum. Apollodorus, lib. I.

ἠκόντιζεν εἰς τὸν οὐρανὸν πέτρας καὶ δρῦς ἐμμι-

ημμέ ας. Διέφερε ἢ πάντων Πορφυρίων τε καὶ Αλκυονεὺς, ὃς δὴ ϰ ἀθάνατος ἦν, ἐν ᾗπερ ἐγεννήθη γῆ μαχόμενος. Purpureum dicebat vetus Latium. Nævius.

inerant ſigna expreſſa
Titani quomodo, & bicorpores Gigantes
Mimas, Ephialtes, Rhoitus, atque Pur-
pureus,
Filii terras

Ita emendatum voluit vir doctus ad Annales Ennii. At vetuſtiſſimum exemplar Priſciani, cujus libro VI. Exſtant hæc verba: *Inerant ſigna expreſſa quomodo Titani bicorpores, Gigantes, magnique Atlantes, Rhuncus atque Purpureus, filii terras.* Scribendum puto. *Inerant ſigna expreſſa vivo modo* Atlantes perperam demit vir doctus. Ait ſigna ad vivum fuiſſe expreſſa. Vide Supra ad Bellum Geticum, verſu DCX. Ordinem ita componam.

Expreſſa ſigna juverant vivo modo
Magni Gigantes, Titanes bicorpores,
Purpureus, Atlantes, Rhuncus, atque, filii
Terras.

Rhuncum nunc ignobilem eſſe in monſtrorum numero, non eximit cum veritate Antiquæ celebritatis, cum apud Higiuum multi tales ſuperſint. Et in Culice Maroniano arbitror nominari, cujus nuſquam gentium alibi mentio.

117. ÆGÆUS.] Mare Ægæum. Valerius Flaccus, lib II.

Inſequitur niger, & magnis cum fratribus Eurus,
Intonat Ægæo, tenditque ad littora fluctus.

Ægon, Papinio, lib V.

nec illa Samo fama, Delove ſonanti
Pejor & innumeris quas ſpumifer aſſilit Ægon.

Ab Ægeo, Neptuni filio, patre Theſei, dictum, notat alio Thebaidis loco Lutatius.

119. LONGÆVO CUM PATRE THETIS.] Oceano, qui Deorum hominumque Pater. Nerei tamen & Doridis filiam, Oceani liberorum, Thetin facit Apollodorus, lib. I.

120. VERTICE.] Vortice, pelago nimirum. Vel verticem Deli innuit, Cynthum nimirum, Strabo, lib. X.

ἡ μὲν οὖν Δῆλος ἐν πεδίῳ κειμένην ἔχει τὴν πόλιν, ϰ τὸ ἱερὸν τοῦ Απόλλωνος, καὶ τὸ Λητῶον, ὑπέρκειται ἢ τῆς πόλεως ὄρος ὑψηλὸν ὁ Κυνθος, ϰ τραχύ.

122. PRIMUMQUE GEMENTI.] Puerperio vicino. In Delo enim peperit geminos ſuos Latona Antiquo honore inſulæ. Strabo:

Τετίμηται ἢ ἐκ παλαιοῦ διὰ τοὺς θεοὺς ἀπὸ ἡρωικῶν χρόνων ἐξαιρεμένη, μυθεύεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ Λητὼ τὰς ὠδῖνας ἀποθέσθαι τοῦ τε Απόλλωνος, καὶ τῆς Αρτέμιδος.

Vide Callimachi Hymnum, qui mihi quidem omnium ipſius (plures ſunt, quam vulgo notum,) princeps.

121. DOCUERE.] Membranæ noſtræ *domuere*.

123. LUMINA COELI.] Solem & Lunam. Dicas ex Geneſi prima Moyſchis locum alluſiſſe. Paria Hierem. XXXI. & apud Arat.

125. PÆANA.] Quod monſtris domitis nomen eſt nactus, ad quæ domanda & natus. Callimachus in Apoll.

Ἰὴ ἰὴ παιῆον, ἀκούομεν, οὕνεκα τοῦτο
Δελφός τοι πρώτιστον ἐφύμνιον εὕρετο λαὸς
Ημος ἑκηβολίην χρυσέων ἐπεδείκνυσο τόξων,
Πυθώ τοι κατιόντι συνήντετο δαιμόνιος θὴρ,
Αἰνὸς ὄφις, μὲν σὺ κατήναρες, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Βάλλων ὠκὺν ὀϊστὸν, ἐπηΰτησε ἢ λαὸς
Ἰὴ ἰὴ παιῆον, ἵει βέλος, εἶθύσε μήτηρ

Γείνατ' ἀοσσητῆρα, τὸ δὲ ἐξ ἔτι κεῖθεν ἀείδειν.

127. IN NOSTROS SINVS.] Theognis ad paludem ait rotundam, cum gaudio & maris & terræ.

> Φοῖβε ἄναξ ὅτε μέν σε θεὰ τέκε πότνια Λητώ,
> Φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη,
> Αθανάτων κάλλιστον, ἐπὶ τροχοειδέϊ λίμνῃ,
> Πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη,
> Ὀδμῆς Ἀμβροσίης, ἐγέλασσε γαῖα πελώρη,
> Γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς.

Multis Callimachus in Delum, qui & de Nymphis modo noſtro memoratis.

128. EN ITERVM CONVULSA FEROR.] Deſunt Poemati, quantum ejus memoria atavorum ſuperfuit, verſus Septemdecim; Nam antiquiſſimum Codicem Conſtantini Laſcaris, ſupputatione librarii ipſius non ultra CXLV. verſus habuiſſe, auctor Petrus Bembus, qui luſum exinde potius noſtri quam ingens opus fuiſſe rectè autumat. lib. I. Epiſt. Famil. VII. ad Angelum Politianum.

†.⊥.†.

CASP.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI *EPISTOLAS*,

ANIMADVERSIONES.

EPISTOLA PRIMA

AD ADRIANUM.

IN Veteribus Editis Titulus eſt: *Epigramma ſatisfactionis apud Hadrianum Prætorio Præfectum.* Nonnemo Præfationem; Epiſtolam major pars inſcripſit. Quos merito ſequimur, cum in noſtro Codice nullus exſtet apex inſcriptionis, compellat enim hominē, ut ignoſcat iracundia ipſius afflicto. Multa paria ſunt in Libanij Legatione pro Antiochenſibus, quibus cum hyberna ſua indulgere ſoleret Imperator, infenſus negabat præſentiam. PLurima in plurimis Ovidij ab exſilij loco ſcriptis Elegijs, quæ vel lapidem moverent ad ignoſcentiam.

V.1. USQUE ADEONE TUÆ.] Delictum fatetur, ut eliciat Clementiam. Ita pulcerrima ſententia Libanius dicta Oratione, dandam veniam parvis peccatis ut fiant meliores, qui deliquerant.

βιβιώκαμεν αἰνημένως, ὦ βασιλεῦ, πάντη, ἐπὶ τῆς ἔμπροσθεν ἐξουσίας. νῦν μὲν ὑπὸ ζυγὸν ἀκριφίστερον; προσοίμεθα Gr. dr.

ΣΥΓΓΝΩΘΙ ΜΙΚΡΑ, ΚΑΙ ΠΟΙΗΣΕΙΣ ΑΜΕΙΝΟΥΣ Η ΔΕΓΣ ΔΑΣΥΓΝΩΜΗΣ.

V.1. IMPETUS IRÆ.] Nihil crudelius, quam impetum, quæ ſumma eſt violentia, producere, Rationem ſcilicet audire nolentem. Barbari animi ſecundum impetum rem incipere, quam ille virtutem cenſet. Florus, li III. cap. III. *Et ſic cœpta initio florere viſa, conciduntur poſtremo.* Tacitus lib. III. Hiſtor. *Omnia inconſulti impetus cœpta, initiis valida, ſpatio languescunt.* Sed iſta alterius loci.

V.2. SUBITISNE.] Ita rectè nos olim, & emendavit de ſuis Codicibus Claverius. Subita autem odia, ex improviſo caſuq; incidentia, quæ miratur antiquam inolitamq; amicitiam tollere poſſe.

V.3. MENS IGNARA NOCENDI.] Heroica planè in ſumma fortuna. Celebrat eamdem in Panegyrico penes Manlium, & in Laudibus Stiliconis. Pariter Pedo Albinovanus de Livia:

Quid tenuiſſe animum contra ſua ſecula rectum?
Altius & vitijs exſeruiſſe caput?
Nec nocuiſſe ulli & fortunam habuiſſe nocendi,
Nec quemquã nervos extimuiſſe tuos?

4. QUO SENSUS ABIERE PII.] Ingenium dicat. Supra non ſemel dictum de hoc uſu vocis. At melior meo animo ſcripti noſtri Codicis Lectio.

Quo ſenſus abiere tui?

Ut mentem nocendi ignaram, & mite ingenium natura viro datum intelligat.

5. INVIDIÆ.] Calumniam dicit: per quam ſibi amicum abalienatum clarè teſtatur infrà cum dicit.

quemcumq; Deorum
Læſimus, inſultet jugulo, paſcatque furorem.

5. STREPITUS MALIGNI.] Rumores dicit. Idem enim deſignant hæ voces, ut Contra Auſonius: *Subterlabentis tacito rumore Moſellæ.* Ita Boethius lib. II. Conſol. *Quid autem tanto Fortunæ ſtrepitu deſideratis? Vos niſi ad populares auras, inaneſq; rumores rectè facere neſcitis, & relicta conſcientia virtutiſque præſtantia de alienis præmia ſermunculis poſtulatis.* Noſter IV. Conſ. Hon.

Rumorumve avidus; qui talia curat, inanes
Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.

Strepitus autem ſonus primus inconditus, minor fremitu, clamore, ſibilo, tonitru. Cælius ad Ciceronem, lib. VIII. Epiſt. II. *Acceſſit huc, quod poſtridiè ejus abſolutionis in Theatrum Curionis Hortenſius introiit, puta ut ſuum gaudium gauderemus. Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, rudenti ſibilus, tonitruum* Ita legenda enim & collocanda ea verba, & Tempeſtati maritimæ tumultum populi componit, itaq; Pacuvij voce doctiſſimus homo uti voluit. Cæterum iſtam hominis præpotentis in ſe ſuaſque res commotam vulgari rumore videri vult Claudianus, carmina nimirum ſua innuẽs ab aliquo ſiniſtre interpretata, & ita famæ tradita, cum candidè ipſe ſenſiſſet. Ita excuſat ſeſe homo ingenioſus, nobis tamen alia omnia perſpicientibus, utiq; enim malorum horum cauſſa ipſi fuit Epigramma virulentum in Adrianum iſtum, quem Alexandrinum ſecum facit hac Epiſtola, Pharij autem nomine Sacrilegum, Latronemq; inceſſit, inſcripto inſuper titulo, Epigramm. XXXVI. cujus hæc verba ſunt. DE THEODORO ET HADRIANO.

Manlius indulget ſomno noctesq; dieſq;,
Inſomnis Pharius, ſacra, profana, rapit.
Omnib. hoc, Italæ gentes, expoſcite votis,
Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

Nihil verius quam hos rumores iſtic dicere, Quia & ſub finem carminis ipſemet cauſſam infortuniorum adſcribit Muſis infelicibus, cum ait.

Eripe calcatis non proſpera cingula Muſis,
Scilicet inſigni de paupere vate triumfo.

Eſt autem pulcra ſatisfactio per confeſſionẽ, qua ulterior & melior nec ſperari poterat, quo pacto accuſando ſe excuſare aliquem ingenioſè dicit Lucidus presbyter, Epiſtola qua revocat ſubſcriptionem ſuam Erroneæ Fauſti Reienſis Diatribæ, ad multos Galliarum Antiſtites. *Correptio, inquit, veſtra, ſalus publica. & ſententia veſtra medicina eſt, unde & ego ſummum remedium duco, ut præteritos errores accuſando, excuſem, & ſalutifera confeſſione me diluam* Ita emaculanda ea verba.

6. DOLOR INCAUTUS.] Ob raptas res ſacras & profanas. Crudelitatem Adriani hujus indicant ſequentes Poetæ illatæ pœnæ.

Gratia defluxit, ſequitur feralis egeſtas,
Deſolata domus, caris ſpoliamur amicis.

Et Finis Epiſtolæ.

6. LUBRICA ÆTAS.] Juvenilis utique, vate noſtro nondum Stilıconi, Honorio, Serenæ, tantoperè commendato. Errant ergo qui *in ſenecta ætate* egeſtate preſſum Claudianum hinc colligere voluiſſe videntur.

7. TIMOR IMPULERIT.] Ne & mea cum cæteris raperentur. Quare non opus emendatione Adriani Behorij *Me tumor* Præcipuè cum ardor devius ſequatur.

8. DEVIUS EGERIT ARDOR.] Iracundam dicit Arrogantiam. Ira temeraria ardoris. Sic de Antiochenis Deprecator eorum Libanius ad Julianum.

κρατήσαιμι δ' ἂν εἰ πείσαιμί σε. μᾶλλον δὲ εἰ πείσαιμι, σὸν ἔσται τὸ κράτος οὐ παύσαντος τὸν θυμόν. καὶ οὕτω δὴ νίκην νίκῃ συνάψεις, τῇ διὰ τῶν ὅπλων, τὴν ἀπὸ τῆς ἡμερότητος. ἣν ἔπεμψέ με νῦν αἰτήσοντα πόλις ἀτυχὴς, εἰ δὲ βούλει, προπετὴς, πόλις ἐπὶ μὲν τοῖς σοῖς τροπαίοις ἡδομένη, ταῖς δ' αὐτῆς αἰτίαις αἰσχυνομένη.

9. TE TAMEN HAUD DECUIT.] Ex Eunucho Terentiana.

non te dignum, Charea,
Feciſti; nam ſi ego digna hac contumelia,
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen.

9. CONCURRERE TELIS.] Majorem nempè. Similia in Honorio & Gildone, Panegyrico hujus Belli:

Auferet ignavus clari ſolatia lethi
Te Bellante, mori? Decurret Honorius inde
Hinc Gildo? prius aſtra Chaos miſcebit Averno,
Vindictam mandaſſe ſat eſt; plus nominis horror
Quam tuus enſis aget; minuit præſentia famam.
Qui ſtetit, æquatur campo; collataq; neſcit
Majeſtatem acies.

9. HUMANÆ SUPEROS.] Inperturbabilem animum, Clementiamq; ſuadet homini exemplo Deorum, qui convicia mortalium rideant potius, quam ut ijs percellantur. Eadem infert Libanius. Quod, inquit, Apollō fecit ad Ilium, idem & ipſe & reliqui quotidiè nunc etiam agunt:

τῶν ἁμαρτανόντων μὲν, εἰς εὐχὰς δὲ καταφευγόντων φειδόμενοι. εἰ δὲ τῶν ἑκάστοτε τῶν εὐήθως ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων πεπληρωμένων βέβαιον εἶχεν τὴν ὀργὴν, καὶ μηδὲν ἦν ἱκανὸν πρὸς διαλλαγὴν, ἠρήμωντ' ἂν αἱ πόλεις. ὀλίγων κομιδῇ διαφευγόντων τὰ παρ' ἐκείνων βέλη. ἀλλ' οἶμαι, καὶ πλημμελοῦμεν, καὶ ἱκετεύομεν, καὶ σωζόμεθα. καὶ ὁ θεοείκελος ἀκριβῶς τοῦτο ἐστιν. οὐχ ὁ θεοῖς τὴν μορφὴν ἐοικὼς, οὐ γὰρ οἷόν τε. ἀλλ' ὅστις ἑτοίμως ἔχων εὖ ποιεῖν, οὐκ ἐπιθυμεῖ πανταχοῦ τιμωρεῖν.

Multa id genus noſter IV. Conſul. Honor. Et in Laudibus Stiliconis.

9. HVMANÆ SVPEROS.] Aliter concipit hæc noſter Codex. *(relut.*

Humani ſuperos numquam tetigere que-

Humani, homines. Varro Atacinus *& humano major Cato.* Alter Varro. *Natura humanis omnia ſunt paria.* Sed noſtro nihil mutandum.

10. NEC PENETRANT CONVICIA COELVM.] Eadem ratione ſancitum horumdem temporum Principibus, qui eorum uni ambobusve maledixerit, miſericordia proſequendum, aut contemtui habendum, nō ſtrictis pœnis ſubjiciendum, remq; totam ad ſupremę Poteſtatis arbitrium referendam. Lege unica ſi quis Imp. Maledixerit. Cod. Theodoſ. lib. IX. Tit IV. Juſtinian. Lib. Eod. Tit. VII.

10. SECVRVM COELVM.] Licet, ait, occinant ſuperis mortales peſſima verba, ipſi tamen ſecuri, quod volunt faceſſunt, neq; curāt miſerorū iracundiā. Eſt par ſenſus in diſticho Archilochi, qui ſcelerata opera in cœlo ſuum illum egregium Jovem patrare dicit ſecurum, non attendentem Poetarum nempè convicia, verbis non uno quidem fulmine dignis.

ὦ Ζεῦ σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος, σὺ δ' ἔργα
ἐπ' ἀνθρώπους ὁρεῖς, λεωργά τε καὶ ἀθέμιστα.

Hæc mens eorum Parij Poetæ verborum, licet in Clementis Alexandrini vulgatis exemplaribus aliter legantur, ex mente ipſius Clementis, ad quem conſule doctiſſimi Sylburgij

Scho-

Scholia. Parem in Auguſto ſecuritatem agnoſcit Horatius.

> *Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.*

Penetrare cœlum, locutio ſacrarum litterarum, cujus generis multæ in noſtro.

11. CONCEDE IACENTI.] Summum enim pœnæ genus, quod alibi ait, vidiſſe precantem. Virtutum pulcerrima Benignitas ergà jam afflictas. Libanius, Oratione noſtra:

κάλλιστον δὲ ἁπάντων ἡ πρὸς τοὺς ἀτυχοῦντας φιλανθρωπία, δι' ἣν πρὸς τοὺς ἄρτι παρεπαίσαντο οἱ Ἀθηναῖοι, ὅπερ τούτων πρὸς ἑτέρους ἠγωνίζοντο.

Concedere, ignoſcere. Iſidorus, Orig. lib. II. cap. V. *Conceſſio eſt cum reus omnis non id quod factum eſt defendit, ſed, ut ignoſcatur, poſtulat.* Nonius: Remiſſum ſignificat conceſſum. Alioquin *accedere*, aſſentiri. Valerius Flaccus libro III.

> *Ergo animum flexus dictis inſtantis Iaſon*
> *Concedit, ſociosque ſimul ſic fatur ad omnes.*

12. EN ADSVM.] Codex noſter trajicit voculas *Adſum en.* Oblatio ſui eſt ex Marone.

> *Me me, adſum qui feci, in me convertite ferrum.*

13. MANIBVS.] Heroum exempla proponit, mox Deorum ſubditurus. Achillem Quãlibet iracundiæ pertinacem, ignoviſſe tamen jacenti hoſti. Pariter Libanius:

Διὰ τοῦτο τοιγαροῦν μὲν τὴν μῆνιν Ἀχιλλέως ἀχθόμεθα, καὶ μετὰ τῶν πρέσβεων τῶν οὐχὶ πεπεικότων ἀδικεῖσθαι νομίζομεν. χαίρομεν δὲ τὸν Πρίαμον ὁρῶντες ἔνδον ὄντα παρ' αὐτῷ, καὶ συνδειπνοῦντα, καὶ οὐδενὸς ὢν ἐσπουδάζειν ἀπιχοῦντα. καὶ τοῦτον νομίζομεν ὡς ἀληθῶς ἐκ Θέτιδος, καὶ τῆς οἰκίας Αἰακοῦ.

13. ATROX ACHILLES.] Ante inexorabilis. Horatius de Eodem.

> *Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem,*
> *Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,*
> *Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.*

Talem unica *Atrocis* vox, infert. *Truculentum* nimirum, horrendum. Silius lib. II.

> *Inſtat atrox, terga increpitans fugientia, Victor.*

Sic atrox Herodes, infanticida inhumaniſſimus, Sedulio, lib. II. *Atrox Pelias*, Iaſonem irreconciliabili odio perſequens, Valerio Flacco, lib. I. *Lux atrox fulminis*, in Silio eodem lib. XVII. *Lux atrox micat, & præſens aſtare videtur viritim*

> *Creditur, intento perculſus Iuppiter igne.*

14. ORESTES.] Matris occiſæ furijs Clitemneſtræ per omnes ſcenas exagitatus. Vide Higinum. Fab. CXIX. Alios Mythologos, Tragicosque.

14. VLTRICES FVRIAS MATRIS.] Matricidis imminentes Suetonius Nerone capite XXXIV. Interfecta matre ſceleris conſcientiam ferre non potuit: ſæpè confeſſus exagitari ſe materna ſpecie, verberibus Furiarum ac tædis ardentibus Quin & facto per Magos ſacro evocare manes, & exorare tentavit. Euripides Oreſte.

> Τλήμων Ὀρέστης, ὁ δὲ πεσὼν ἐν δεμνίοις,
> Κεῖται· τὸ μητρὸς δ' αἷμά νιν τροχηλατεῖ,
> Μανίαισιν, ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεὰς
> Εὐμενίδας, αἳ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.

15. REDDIDIT ALCIDES PRIAMO.] Prior enim Agamemnone & Menelao Hercules cepit Trojam. Vide Epitomam Daretis, veterem ſanè, licet Ioſepho Devonio non ſine ratione adſcripſeris, & Apollodori, libro III. Priamo inde nomen, quod calyptra fuerit à ſorore redemtus è ſervitute Herculis. Vide eumdem Apollodorum, Lib. II.

16. PELLÆVM IVVENEM.] Alexandri humanitatem laudat. Libanius.

Ἀλ-

Ἀλέξανδρος πολλὰ παρὰ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἠδικημένος, τά τε πράγματα ταραττόντων, καὶ τοὺς δήμους κινούντων, καὶ Μαργίτην αὐτὸν ἀποκαλούντων, καὶ ὑβριζόντων, καὶ καταφρονούντων, τῷ μὲν εἶναι πάντων κύριος, ἀπέσφαξεν ἂν εἴπερ ἤθελε. δεξάμενος δὲ πρεσβείαν, εἴασε. Quæ hic ejus tanguntur, ubertim narrant Hiſtorici. Pellæus, à Pella oppido in quo natus cui ſummam celebritatem naſcendo dedit, ut ait Gregorius Presbyter in vita Greg. Nazianzen.

17. DARIVM.] Ineptè ſcriptus liber ET DARIVM. Quod eſt Grammatiſtæ ab Lectione Galteri recentis. De Sepulcro Regali Darij, ab hoſte dato, Arrianus, lib. III.

Ἀλέξανδρος δὲ τὸ σῶμα τοῦ Δαρείου εἰς Πέρσας ἔπεμψε, θάψαι κελεύσας ἐν ταῖς βασιλικαῖς θήκαις, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι πρὸ τοῦ Δαρείου βασιλεῖς.

Qui exinde ſciſcit vivo eum feliciorem exſtinctum.

ζῶντι μὲν Δαρείῳ τοιαῦτα ξυνηνέχθη. τελευτήσαντι δὲ ταφή τε ἡ βασιλική, καὶ τῶν παίδων ὁποία, καὶ βασιλεύοντος αὐτοῦ τροφή τε Ἀλεξάνδρου, καὶ παίδευσις, καὶ γαμβρὸς Ἀλέξανδρος.

Quod de Educatione liberorum potius debebat memorare in Alexandri Clementiæ præconio Claudianus. Pariter Curtius, fine Lib. V. *Alexander ad corpus demortui veniens, tam indignam illo faſtigio mortem lacrymis proſecutus eſt. demtaq; ſibi chlamyde, corpus illius contexit, regioq; ornatu cultum ad matrem Siſygambin, patrio regioq; more ſepeliendum, atq; regijs majorum* (ſuorum) *tumulis inferendum miſit.* Delenda vox virgis incluſa.

18 SOLATUS FATA.] Mortis Solatium ſcriptoribus ultimum quod morienti aut mortuo aliquis gratificatur. Phædrus, Fab. Nona.

Oppreſſum ab Aquila, fletus edentem graves,
Leporem objurgabat paſſer: Vbi pernicitas?
Nota inquit, illa eſt? Quid ita ceſſarunt pedes?
Dum loquitur ipſum accipiter nec opinum rapit.
Queſtuq; vano clamitantem interficit.
Lepus ſemanimis, mortis in ſolatio;
Qui modo ſecurus noſtra irridebas mala
Simili querela fata deplores tua.

Curtius, lib. IX. *Peuceſtes ſupervenit, quo viſo Alexander non jam vitæ ſuæ ſed morti ſolatium ſuperveniſſe ratus clypeo fatigatum corpus excepit.* Sic Solatium Vltionis, vindictæ, cadaveris, lacrymarum, ſalutis, ſunt in Appulejo, Quæ Index noſter illuſtrat, vulgaris operæ jam edito non attendente. *Solatia alioquin Voluptates.* Symmachus, lib. X. Epiſt. XXIX. *Hoc eſt ſpecimen animi continentis, ſibi negari quod alteri deferatur, & lætitiam cæterorum propriis anteferre ſolatiis.* Quibus verbis ſcitè illuſtratur quod de Stilicone noſter alibi jactat

in ſe vel pignora parco,
Quiq; neget nato, procerum quod præſtet honori.

18. SPATIOSIOR INDIA PORO.] Arrianus, lib. V.

Ἀλέξανδρος τούτῳ τῷ λόγῳ ἡσθεὶς, τήν τε ἀρχὴν τῷ Πώρῳ τῶν τε αὐτῷ Ἰνδῶν, ἔδωκε, καὶ ἄλλην ἔτι χώραν πρὸς τῇ πάλαι οὔσῃ πλείονα τῆς πρόσθεν προσέθηκε.

Curtius, extremo lib. VIII. *Aegrum curavit haud ſecus ac ſi pro illo pugnaſſet; Confirmatum, contra ſpem omnium, in amicorum numerum recepit. Mox donavit ampliore quàm tenuit.* Quæ verba ordine turbato ſunt. Quomodo enim contra ſpem omnium recepit amicum, quem tanta cura curavit? Scribe: *Aegrū curavit haud ſecus ac ſi pro illo pugnaſſet, contra ſpem omnium. Confirmatum in am.* Et hoc magnifici animi egregium facinus ex mille alijs in laudatiſſimo Principe. Qui peculiarem vituperatorem habet Senecam, ut ſapere nimirum videretur ſingulariter, homo tot modis vitioſus. Vix enim invenies Alexandri ſine culpa meminen-

tem. Sanè livor eo ingenio non multis exemplis non elucet.

20. CONDITOR HIC PATRIÆ] Alexandriæ, unde oriundus uterq; supplex Poeta & ultor nimius Poeticarum injuriarum, Adrianus. Ut condita Alexandria octoginta ſtadiorum ambitu, Curtius, lib. IV. *farina ſparſa deſignata*. Arrianus, Initio lib. III. Situm, Regias. Portus ad duo maria, Strabo lib. XVII. deſcribunt.

21. VIRTUS TUA DIGNA SEQUI.] Ultione Dijs relinquenda. Ira enim magnanimi principes caſtigabãt noxios, ne ſanguine pœnisve eorum paſci viderentur, ſed leniter punitorum delictorum ultionem dijs reſcribebant. Ambroſius de Theodoſio: *Sapè trementes vidimus quos objurgabat, & convictos ſceleris, cum deſperaſſent, ſolutos crimine. Vincere enim volebat, non plectere, æquitatis arbiter, non pœnæ judex, qui numquam veniam confitenti denegaret. Aut ſi quid eſſet quod occulta conſcientia involveret, Deo ſervabat. Hanc vocem ejus homines magis quam pœnam timebant, quod tanta Imperatorem ageret verecundia, ut mallet ſibi homines religione quam timore adſtringere.*

22. LÆSIMUS.] Occulta & ingenioſa ad veritatem Provocatio.

22. PASCATQUE.] Mali, inquit, vindicesq; Dæmones, ſi merui, excrucient me; tu modo manum abſtineto. de *Paſcendi* verbo non uno loco ſuperioribus his Notis.

23. GRATIA DEFLUXIT.] Dum tibi fuimus accepti, grati fuimus omnibus. Te adverſario nemo nos non proſequitur odio. Damnare omnes, qui Principibus viris jam non ſit acceptus, infinita ſeges exemplorum docet. Eleganter rem defluendi verbo notavit. Paullatim enim carpere nebulo homo Poëtæ aggreſſus eſt felicitatem Vide querelam Boethij exſulatum miſſi. I. Conſol.

28. EGESTAS] Omnibus velut ſacrum fugientibus, omnium ope retro relata.

24. SPOLIAMUR AMICIS.] In quibus fortunarum magna portio. Notum Alexandri dictum in Amicis divitias ponentis.

25. HUNC TORMENTA NECANT.] Inſanis igitur modis inſaniit iſthic Peculator. Paret fugitivum, aut alicubi latitantem ſcripſiſſe Epiſtolam Claudianum.

25. TRUDITUR EXSUL.] Trudendi verbum peculiare ei rei. In Eutropium Infauſtamq; ſuis truſere penatibus umbram Secundo Laudum Tiudis avaritiam. Ei non ſemel alijs locis, præcipueque Chriſtiani auctores, quibus *exſilio trudi* nimirum fuit paganis dominantibus familiare.

27. PRÆTEREUNT SUBJECTA FERÆ] Generoſæ nempè. Deorum, Hominũq; inductioni ſubjicit meliorum ferarum exemplum, ut immite pectus vel ſic perſuadeat. Stephanus Claverius Hemiſticha duo hic auctoritate ſui Libri trajecit. hoc pacto.

Prætereunt ſubjecta feræ, morſuque facultas
Emollit rabiem prædæ; torviq; Leones
Quæ ſtravisse valent ea mox proſtrata relinquunt.

Ita enim diſtinguenda ejus reſtitutio, quam veram ſanè agnoſcimus, etiamſi Scaliger recipere ſuperſederit. Ait generoſas etiam feras Animi victoria contentas, hoſtilibus corporibus nihil damni dare. Ita alibi.

non eſt victoria major
Quam quæ confeſſos animo quoq; ſubjugat hoſtes.

Sententiam hauſit ex vatibus antiquioribus. Ovidius.

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leoni,
Pugna ſuum finem, cum jacet hoſtis, habet.
At lupus, & turpes inſtant morientibus urſi.

Papinius, lib. VIII. Ut Leo Maſſyli cum lux ſtetit obvia ferri,

Tunc iras, tunc arma citat: ſi decidat hoſtis,
Ire ſuper ſatis eſt, vitamque relinquere victo.

Idem lib. VII. *quales ubi tela verſis*

Rectoria

Pectoris impulſu rapidi ſtravere Leones.
Protinus ira minor, gaudentq; in corpore capto
Securam differre famem.

Ita Heliodorus, lib. IX. ὑπαγορεύει γὰρ τοῖς χρηστοῖς φιλανθρωπίαν ὑποπίπτων πολέμιος.

Seneca, lib. I de Clement. c. 5. Muliebre eſt furere in ira: Ferarum vero nec generoſarum quidem, præmordere, & urgere projectos. Elephantes Leonesq; tranſeunt quæ impulerũt, ignobilis beſtiæ pertinax ira eſt. Gulielmus Brito, Lib. I Philippidos, ex Ovidio.

Qualiter irato ſatis eſt proſtraſſe Leoni
Corpora, pugna ſuum finem capit, hoſte jacente.

29. QUÆ STRAVISSE VALENT.] Probo ſcripturam noſtri exemplaris calẽt. Fervor enim ingens contra repugnantes, ſubſidit in ſubditos. Alibi *calet obvius ire.* Solus ille liber tenuit veritatem.

31. NOBILIORE FAME.] Quam ut paſcatur ſubjicientibus ſeſe. Reſpicit verba Papinij.

gaudentq; in corpore capto Securam differre famem. De nobilitate. ſup.

32. SECVIT.] Interrupit, irrupit. Horatius lib. I. Epiſt. XVI. *vir bonus eſt quis*

Quo multa magnaq; ſecantur judice lites.

Quamquam inepta ad Bonitatem ſententia, cum ubi copia talium ſit, quod certè fieri poteſt, nec multæ lites nec magnę ſint: Et vero in eum judicem conſentiri ſit fortunæ potius communis, quam quod virtuti ejus adſcribi poſſit.

32. NASCENTIA VOTA.] *Vota* ſunt votivæ dignitates, optata gaudia Symmachus lib. X. Epiſt. V. Intereſſe votis tuis animus affectat, ſed valetudo corporis longum excuſat excurſum. Cui *votivum* ibidem quod votis cupitur ejuſmodi. Spes vocant alij. Petronius: elatum ab Eumolpo filiũ pariter condicimus, juvenem ingentis Eloquentiæ & ſpei. Per Eloquentiam enim ad Dignitates ibatur. *Ingeſtus* cum moleſtia introſum ſignat, de quo ad Epithalamium Palladij.

34. SERENVS RESPICE.] Vt Sol videlicet, in tenebris enim afflicti & mœſti. Libanius de Juliano, ad quem iratum miſſus erat.

καὶ ἀνθρώπων πάντων ἠθροισμένων, τοῖς μὲν ἄλλοις ἦν πρᾶος, ἐφ᾽ ἡμᾶς δὲ χειμάῤῥου σφοδρότερος. ὥς θ᾽ ἡμῖν τὸν Κιμμερίων ἐκεῖνον τοῦ χρόνου γεγονέναι βίον, ἐν σκότῳ καὶ νυκτὶ συνεχεῖ.

Sic Cebes Thebanus in tabula, miſeros loco ponit στενῷ καὶ σκοτεινῷ. Serenus, clemens, à ſole inter æſtum & frigus mediam temperiem ferente. Valerius Flaccus ad Domitianũ.

nunc noſtra ſerenus Orſa juves.

Symmachus lib. X. Epiſt. XLI. Nec enim Serenum clementiæ veſtræ animum ſine his argutijs compuliſſet ſacro edicto populum convenire.

34. TANTA MORTE.] Tam ambitioſa, Morte aut everſione tot circumſtantijs quæſita. Clientem ſe vocat, priſco uſu. Patronorum enim amplum jus, & imperium imperioſum in clientes, ut res geſtæ Romanæ multis locis indicant: Adeo ut Onomaſticon vetus πελάτην exponat clientem, quem inter mercenarium & ſervum medium ponit. Julius Pollux lib. VII. cap. XXII.

πτωχός, πτωχεύων, ἀγείρων, προσαιτῶν, μισθωτὸς, μισθαρνῶν, πελάτης, θὴς, &c.

Medio ævo Vaſallos hodiernos ita dictos obſervamus exemplis ad Gulielmi Britonis Philippidem.

35. IN BREVIBVS.] Magnificis Heroibus magnos hoſtes deligendos, quibus ſuam inſumant iracundiam autumat, exemplo ventorum, eorumq; Moderatoris. Par ſententia in Epigrammate Luciani.

Οὐ θρίον οὐ μαλάχην ἄνεμος ποτὲ, τὰς δὲ μεγίστας
ἢ δρῦς ἢ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κατάγειν.

Senſus interior monet, ſummam fortunam ſummis caſibus eſſe obnoxiam, qui non tangant animos domosq; humiliores, toties exſuli Ovidio inculcatus. Syneſius ad Arcadium. de Regno.

ἀλλ' ὁρῶ γὰρ πόσι, βίοις αἱ τραγῳδιῶν σκηναὶ κεχορήγηνται, οὐκ ἀφ' ὧν δυστυχοῦσιν ἰδιῶται καὶ πένητες, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἰσχυροὶ καὶ δυνάσται, καὶ τύραννοι. οὐ γὰρ χωρεῖ μέγεθος συμφορᾶς οἰκία μικρά, οὐδὲ ὄγκον ἀτυχημάτων πτωχεία, τὸν δὲ λαμπρὸν ταῖς τύχαις, τοῦτόν ἐστι καὶ κινδύνοις ἐπιφανῆ γενέσθαι.

35. SESE PROBAT.] Vires ſuas experitur. Lucanus, lib. VIII.

Deſpexitque nefas, ſervatque immobile corpus,
Seq; probat moriens, atque hæc in pectore volvit:

Varro de Re Ruſt. lib I cap. XX. De omnibus quadrupedibus prima eſt probatio qui idonei ſint boves, qui arandi cauſſa emuntur.

36. BOREÆ CERTAMINA.] Confligere enim ventos, furentibus tempeſtatibus, ajunt Poetæ. Muſæus in Herone & Leandro.

ἀνέγρετο πάντοθεν ἡ γῆ,
Μαρναμένων ἀνέμων, ζεφύρῳ δ' ἀντέπνεεν Εὖρος,
Καὶ νότος ἐς βορέην μεγάλας ἐφίεικεν ἀπειλάς.

38. COELESTIS FLAMMA.] Fulmini vim potentis viri cōparat. Libanius Legatione:

ἐπεὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἑκατέραν ἐμιμήσω τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν, ἐμπιπλῶν μὲν ὥσπερ τις κεραυνὸς τοὺς ἀντιβλέπουσιν, οὐκ ἐπάγων δὲ τὸν σίδηρον τοῖς ἱκετεύουσιν.

Nota Poetarum Epitheta.

39. HOC PRO SVPPLICIBVS RAMIS.] Idem Libanius:

νῦν δέ σοι παρ' ἡμῶν ἀνθ' ἱερείων, καὶ καπνοῦ κνίσσης, σχῆμα ταπεινόν, καὶ ἱκετηβόλησις, καὶ δάκρυα. Νόσουν δὴ πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, ἧς τὴν πόλιν, ὥσπερ ῥώμην ἑκατέρων ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν, &c.

41. RAMIS FRONDE.] Frondoſum Olivæ ramum intelligit à ſupplicibus prætendi conſuetum. Sæpè Tragici Græci: Petronius: *ſtante utraq; acie, cum appareret futurum non tralatitium bellum, ægrè expugnavit Gubernator, ut Caduceatoris more Triphena inducias faceret. Data ergo acceptaq; patrio more fide, protendit ramum oleæ à tutela navigij raptum, atq; in colloquium venire auſa.* Sed hæc jam lippis & tonſoribus nota.

41. FRONDE MINERVÆ.] Qua oblata Dea belligerans leniebatur. Et Bellum enim ideo & Olea in tutela ejusdem Divæ. Mythologiam non vulgatem ejus habes in Allegorijs Homericis Heraclidis Pontici. Maro *Oleæq; Minerva Inventrix*. Vide eo loco Collectanea Interpretum.

42. PRO THVRE DAMVS.] Cultum divinum homini offert, quo ampliorem non poſſit, ſcriptum utiq; carmen ab interitu Stiliconis, ejuſque omnium clientum diſperſione aut cæde.

43. ME REDDE MIHI.] Omnibus ſpoliatus, nec ſe ipſum habere dicit. Sic odiſſe ſe ipſos dicuntur, qui in ſummo ſunt mœrore. Libanius Legatione:

ὅμοιοι τοῖς πενθοῦσι παίδων ἄωρον τελευτήν. δακρύοντες, ὀδυρόμενοι, μισοῦντες ἡμᾶς αὐτούς, τὸν δᾳδοῦχον, τὸν ἀέρα, τὸ ὕδωρ, τὰς οἰκίας, τοὺς ἐντυγχάνοντας &c.

Sic *à ſe exſulare* dictum Salviano, ſe non habere, Martiali. Vide ad priorem in Eutropium.

44. VVLNERIBVS.] Læſionibus quibuscunq;. Viſe ad Secundum in Rufinum.

44. VITAMQVE JVBE FAMAMQVE REVERTI] Paria enim hæc, immò potior etiam Fama. Libanius.

ἔγωγε δὲ εἶπον ἄν σοι εἰρωνεύη, βασιλεῦ, καὶ μείζω θανάτου τιμωρίαν εὑρὼν, ἀποκρ-

εὔξη

ρίζῃ τὸ πρᾶγμα, μὴ μοι χαρίζου τὰ τοιαῦτα, μηδ' ἐπονείδιστόν μοι ποιῶν τὸν βίον ἐπίτρεπε ζῆν. Ἀλλ' ἀνασταύρωσον, καταπόντισον, λεγέτω με τις κακῶς αἰσθανόμενον, νῦν δὲ οὐκ ἀποκτενεῖς, ὅπως μειζόνως ἐντάσῃς. Ἔστιν, ὦ βασιλεῦ, καὶ ζωὴ πολλάκις πικροτέρα πλούτης.

45. REMEAVIT TELEPHVS HERBIS.] Oraculum Telepho ſuaſeret, eum de vulnere ab Achille in Myſia inflicto convalere non poſſet, Ipſum Achillem adiret: ei ille obtemperans navigat Argos, & ab Achille, rum ibi rem gerente, curatur. Narrat Septiminus Romanus, verus & eruditus auctor, ad membranas à nobis integer reſtitutus Secundo Adverſariorum Volumine, Lib. II. de Bello Trojano. Achillem Medicinam edoctum in contubernio Centaurorum, ab eorum principe Chirone, Educatore ſuo, notiſſima fabula. Sanaviſſe Telephum Millefolio herba, auctor Appuleius, recentior Madaurenſi ſcriptor, vel iſte miris modis excisus, cap. LXXXVIII. de Herbis. Luſit in hiſtoriam pulerè Epigrammatarius Græcus.

> Τήλεφος εἰμὶ, κόρη, σὺ δὲ γίνεο πιστὸς
> Ἀχιλλεύς.
> Κάλλει σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς
> ἔβαλες.

Quod ob rotunditatem ita vertere libuit.

> *Telephus, ô virgo tibi ego, ſis tu mihi Achilles.*
> *Quæ facis hac Forma ſiſtere puncta potes.*

Alii immiſſa in vulnus haſta, qua factum id erat, curatum Peliden ſcripſere; Vt Verus Enarrator Horatianus ad Vltimam Epodum. Alii impulſa gladio ab haſtæ cuſpide ærugine, quomodo pictum Achillem auctor Plinius libro XXV. cap. V.

48. PLACIDAMQUE.] Mitem, qualis Medicorum. Levem manum vocat Altero in Eutropium:

> *Vulnera poſſeſſis alte ſuffuſa medullis*
> *Non leviore manu, ferro ſanantur & igni.*

Plura vide apud amicum noſtrum Joan. Gebhardum Lib. II. cap. X Crtar. Juvenil.

49. PEPVLIT QVOS FECERAT IPSE.] Mirum niſi vera Lectio unius Codicis Belgæ *quos fecerat haſta* Hac enim curatum vulnus, ſcriptorum conſenſus habet, nec alibi hujus iſto loco meminit Claudianus. Ovidius.

> *Vulnus Achilleo qua quondam fecerat hoſti,*
> *Vulneris auxilium, Pelias haſta, fuit.*

Propertius lib. II.

> *Myſus & Æmonia juvenis qua cuſpide vulnus*
> *Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.*

Alii.

50. CALCATIS MVSIS.] Extremo modo adflictis, pedibus ſubjectis. Ad vim ſpectat Fauſtus Reienſis lib. I. de Lib Arbitrio: *Pelagii Blaſphemias, jamdudum Eccleſia Catholica fide proditas eruditione confuſas, auctoritate calcatas.* Notatum Papinius. Achilleid. I. Jura, fidem, ſuperos, una calcata ruina. Claudian. II. Stilic.

> *fama qui vulnere nuper*
> *Calcatam flevere togam.*

Salvianus lib. V. *Legem legimus, & Legitima calcamus:* Apud Appuleium: *calcare religionem, fœdus tori, numina, adfectionem, præcepta, jus ſanguinis.* Prudent. Apoth.

> *Et modo ſupplicium recipit, modo, Libera, calcat:*

Orientius Common.

> *Contere calcatum mundi cum principe mundum.*

50. NON PROSPERA CINGVLA MVSIS.] Militaria omnia privilegia, ipſamq; Dignitatem. Diſtinctus Pop. Romanus, aut orbis, in Clerum, Militiam, vulgus & ſervos. Imperator Marcianus L IV. Cod. de Summa Trin. *Militum pœna proxima capitali, cinguli adem-*

ademtio. Ibidem. *Qui publice tractare de Religione auſus fuerit, ſi clericus fuerit, à conſortio Clericorum removebitur, ſi vero militia præditus ſit, cingulo ſpoliabitur, &c.* A cingulo nempe, quo enſes geſtabant milites, veritos cæteris, ut vel Encolpius Petronianus teſtis. Trebellius Pollio Galieno: *Cum cingula ſua plerique militantium, qui ad convivium venerant, ponerent.* Hinc ad omnem dignitatem traductum, qui quidem Magiſtratus jus haberent gladii. ζώνη ἀξίωμα, Suida, qui & δύναμιν, Sed alio reſpectu, interpretatur. Et οἱ ὑπὸ ζώνης poſito exemplo ab vulgo diſtinguuntur ἀναζητουμένας τῆς βασιλίδος ἐξωθεῖσθαι οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ ζώνλω. Juſtinianus Imp. Nov. XII *Inceſtas nuptias contrahentis pœna eſt confiſcatio bonorum, tam cæterorum quam dotis, exſilium etiam, & cinguli, ſi quo potitur, ſpoliatio. Hoc eſt univerſa dignitatis.* Epitaphium Vetus Pantagathi Epiſcopi Viennæ: *Arbitrio Regum Quæſtura cingula ſumſit, Stemmate præcipuus, plus probitate cluens.* Aliud Naamatii. *Poſt faſces poſuit & cingula Symmachus ampla.* Arator ad Parthenium. *Cingula plura geris, ſed quæ tu grandia reddis. Nam tibi quiſque datur mox ſibi creſcit honor.* Militiam vero notat, ut dictum, ſpeciatim, quia milites accincti ſemper. Caſſianus Inſtit. lib. I. cap. I. *Monachum, ut militem Chriſti, in procinctu ſemper Belli poſitum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere.* Idem, Lib. II. *Duplici igitur hoc, quo diximus, cingulo Chriſti miles accinctus, qui modus pſalmorum, agnoſcat.* Jovinus in Dedicatione Baſilicæ, apud Flodoardum lib. I. Hiſtor. Rhenæus. cap. VI.

> *Felix Militia ſumſit devota Iovinus*
> *Cingula, Virtutum culmen provectus in altum,*
> *Bisque datus meritis Equitum peditumque magiſter.*

Cingulum autem ſumtum cum aliqua ſollemnitate, invexit morem nunc Nobilitati noſtræ uſitatum, Enſis jus ſumendi accinctione alicujus Principis aut Magnatis, qui fuit ſamen Francorum etiam Auctor Expeditionis Palæſtinæ, Vltimo loco à Bongarſio poſitus ſed uſu ſtiloque primus: *Proceſſu Temporis, cum jam ætas robuſtior officium militare depoſceret, ad Enfridum de Turone, Illuſtrem Palæſtinæ Principem paludandus acceſſit & Francorum ritu militiæ cingulum ab ipſo ſuſcepit.* De quo multis nos ad Gulielmum Britonem. Claudianus iſthic dignitatem ſuam dicit per cingulum, erat enim Tribunus & Notarius, mox Militiam additurus. Ea gratia utraque res nobis exemplis adnotata.

52. ME PELLE SODALIS.] Male ita edunt. Scribe *ſodali* cum Manuſcriptis noſtro, Belgis, Bentinianis. Aldi etiam aliiſque priſcis Editionibus.

53. SCILICET INSIGNI DE] Abſolvit Ironiæ partem hoc verſu noſter Codex, & diſertè ſcribit.

> *SCILICET inſignes de paupere Vate triumfos?*
> *Scilicet egregiis ornabere victor Opimis?*

Quem cur non audiamus, cum eandem Lectionem unus etiam Belgarum Codicum firmet, & longè elegantior ſit tam vulgata, quam quæ quiverit naſci de cerebro Librariorum.

54. OPIMIS.] Congreſſus velut ipſi, ita magnam rem molitus. De Opimis omnia Nota, & Priſci Grammatici nemini non in manu.

56. LONGEQUE CARINIS NOTA PHAROS] In eos uſus exſtructa turris, albo lapide in editam petram, à Soſtrato Cnidio, cum inſcriptione:

ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΚΝΙΔΙΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ, ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΛΩΪΖΟΜΕΝΩΝ.

Vide Strabonem, lib. XVII. Aliam talem, majore utique impenſa, opere maxime Heroico & laudabili ad Oſtia Tiberis conſtruxit Claudius Cæſar. Vide Dionem Libro LX.

57. FLENTEMQUE VULTUM.] Ob Vatis periculum atque infortunium. Ægyptii

gyptii enim omnis cenſus eo tempore Poeſeos ſtudioſiſſimi, & tantum non inſanientes in eam. Eunapius Proæreſio.

Ἐπεὶ τά γε κατὰ ῥητορικὴν, ἐξαρκεῖ πρῶτον εἰπεῖν ὅτι τὸ Αἰγύπτιον, τὸ δὲ ἔθνος ἐπὶ ποιητικῇ μὲν σφόδρα μαίνεται, ὁ δὲ σπουδαῖος Ἑρμῆς αὐτῶν ἀποκεχώρηκεν.

Quod negat tamen ſuo ævo Dio Chryſoſtomus Troica ſive Orat. XI:

παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις μὴ ἐξεῖναι μηδὲ ἐμμέτρως λέγεσθαι, μηδὲ εἶναι ποίησιν τὸ παράπαν, ἐπίστασθαι γὰρ ὅτι φάρμακον τοῦτο ἡδονῆς ἐστι πρὸς τὴν ἀκοήν, ὥσπερ οὖν οἱ διψῶντες οὐδὲν δέονται οἴνου, ἀλλ᾽ ἀπόχρη αὐτοῖς ὕδατος πιεῖν, οὕτως οἱ τἀληθῆ εἰδέναι θέλοντες οὐδὲν δέονται μέτρων, ἀλλ᾽ ἐξαρκεῖ αὐτοῖς ἰκῆσαι ἁπλῶς.

Sed certum nobis totam enim ingenioſiſſimam diatribem oſtentandi experiundive ingenii tantum ſcriptam, mirorque in alia venite præſtantiſſimum Caſaubonum Alexandriæ cultus ingeniorum ſummus, Vrbe patria Claudiano. De quo multis ad Zachariam Scholaſticum, quem Æneæ Gazæo noſtro paris Operæ & Doctrinæ Comitem Illuſtravimus.

58. NOSTRA GEMAT NILVS] Fluminibus luctus adſcribitur, illuſtri aliquo homine oris ejus afflictato. Maro, Lib. VII.

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda,
Te liquidi flevere lacus.

Moſchus Epitaphio Bionis.

Αἰλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, καὶ Δώριον ὕδωρ,
Καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα.

Dion Adonidis.

Ὤρεα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες. Αἲ τὸν Ἄδωνιν.
Καὶ ποταμοὶ κλαίοντι τὰ πένθεα τᾶς Ἀφροδίτας.
Καὶ παγαὶ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι.

Ovidius de Orpheo

lacrymis quoque flumina dicunt increviſſe ſuis

EPIST. II.

AD SERENAM.

Hæc Epiſtola in Noſtro Codice præfixa viſitur Libro de Laudibus Serenæ. Vt & in Editione Aldina. Cum tamen ad eam Laudandam parum faciat, petatq; potius aliquid ab ea, noluimus turbare ordinem librorum omnium Cæterorum. In uno Belgarum inſcriptio fuit. EPISTOLA AD SERENAM REGINAM, VXOREM DVCIS STILICONIS. Quam & Pariſienſium Typographus olim non ignobilis Colinæus agnovit.

V. 1. ORPHÆA CVM PRIMÆ SOCIARENT LVMINA TÆDÆ.] Ita Claverius ex ſuis Libris, quam ſequitur Scaliger. At ubi ſecundæ tædæ Orphei? Negant has inferri. Ego verò ajo, & injuriam Orpheo vel per ſuſpicionem Lectoris fieri non debere, quem conſtat amiſſa Eurydice conjugia aſpernatum etiam ambientium muliebrium Ovidius.

multas ardor habebat
Iungere ſe vati, multa doluere repulſa.

Deinde quid ſibi hic, volũt *LVMINA an tũ primum lumina adhibita* nuptiis, aut *tæda* pro his non capientur, niſi ταυτολογίαν Claudiano inpingas. Et quæ tamdem Lumina tædæ junxerunt Orpheum. Ambæ emendationes nullius pretii ſunt, & nos vulgatam ſcripturam cum Bentini, Belgis noſtro Codice, Aldo, aliiſque mordicus tuemur.

Orphea cum primum ſociarent Numina tædæ

Hoc eſt cum primum rumor increbuiſſet auſpiciis Deorum Immortalium conjugio ſeſe commiſſurum vatem. Nihil planius meliuſq; hac Lectione.

2. RV-

2. RURAQUE COMPLERET THRACIA.] Inepte Libri quidam *Tertia* Noſter nulla ambigendi anſa veritatem habet, ut & Clavetiani, Bentiniani, cæteriq; Doctiſſimus Lav. Torrentius ad Horatium lib. III. Od. IX. *Threcia* ad veterem ſcripturam maluit, non inſcite. Nihil tamen mutamus, ſecundum uſum Temporis.

2. FESTUS HYMEN.] Fauſti ominis ergo, ut felix adeſſet, invocatus, licet non advenerit propitius, vel favere potens, ut ſatis arcentibus, apud Ovidium Lib. X.

Inde per immenſum croceo velatus amictu
Aethera digreditur, Ciconumque Hymenæus ad oras
Tendit, & Orphea necquicquam voce vocatur.
Affuit ille quidem, ſed nec ſollemnia verba
Nec lætos vultus, nec felix attulit omen.
Fax quoque, quam tenuit, lacrymoſo ſtridula fumo
Vſque fuit, nulloque invenit motibus ignes.

Hymen autem Numen conjunctionis, Mundum omnem, Cœlum Terræ. Animam corpori, Amori Amaſium, Sexum ſexui, conſocians. Martianus Capella.

copula ſacra Deûm.
Semina qui arcanis ſtringens pugnantia vinclis,
Complexu ſacro diſſona nexa foves.
Namque Elementa ligas vicibus, mundumque maritas,
Sexus concilias, & ſub Amore Fidem.

Ex Zoroaſtri & Magorum, (ei diſcipulorum) doctrina, de qua multis in Barbarica Philoſophia noſtra, cujus ultra Sexaginta libros jam dum anno CIↃ ab hinc decimo ſcriptos, oſtendimus olim viro docto & prudenti Franciſco Raphelengio.

4. DONA SVO VATI.] Delectatus enim ſilvis fuerat Orpheus. Mythologiam quod homines ferino victu & contubernio abſtraxerit habes apud Horatium. Potuit tamen & ea eſſe, quod de viſceribus ferarum futura prædicere inſtituit Auctor ſub ejus titulo Argonauticorum, ubi recenſet Opera & carmina inventioneſque ſuas.

Ἀμφὶ δὲ μαντείης ἐδάην πολυπείρο-
νας ὄγμους.
Θηρῶν, οἰωνῶν τε, καὶ ἣ σπλάγχνων
θέσις ἐστίν.
Ἠδ᾽ ὅσα θεσπίζουσιν ὀνειροπόλοισιν
ἀταρποῖς
Ψυχαὶ ἐφημερίων, ὕπνῳ βεβολημέναι
ἦτορ.

V. 5. QVIPPE ANTRI MEMORES CANTUS.] Conſentiunt omnes libri ut corrupti hic ſint, inprimis Cujaciani nihil ſapiunt. Emendatio, quæ vera ante nos incidit Adriano Behotio.

Quippe antri memores, cautes ubi ſæpe ſonora
Præbuerant dulci mira theatra Lyræ.

Ipſas enim cautes ſive petras adauxerat Orpheus, ut ſcenam quandam facerent, umbramque præſtarent cantaturo. Quintus Smyrnæus, quem ego ſcriptorem Mileſium Smyrnæum arbitror, antiquæ Poeſeos inſtauratorem, mire ejus rei ergo, licet non citra livoris adſperſionem, laudatum Eunapio. Libr. . III παρα-λειπομένων. Vbi Calliope conſolatur Therin ſuper Achillis cæde.

Κάτθανε δ᾽ υἱὸς ἐμεῖο, καὶ αὐτῆς ἀθα-
νάτοιο,
Ὀρφεὺς, οὗ μολπῇσιν ἐφέσπετο πᾶσα
μὲν ὕλη,
Πᾶσαι δ᾽ ὀκρυόεσσαι πέτραι, ποταμῶν-
τε ῥέεθρα.

Vmbram ſive antrum umbroſum canere exorſus, ſibi feciſſe canendo Orpheus perhibetur, Ovidius. Metamorph. X.

Collis erat, collemque ſuper planiſſima campi
Area,

Area, quam viridem faciebant graminis herba.
Vmbra loco deerat: qua poſtquam parte reſedit
Vmbra loco venit

Et paullo poſt in medio nemore conſediſſe ait, quod ipſe feciſſet.

Tale nemus vates attraxerat, inque ferarum
Concilio, medius turba, volucrumque, ſedebat. lib. XI. de Saxis.
Carmine dum tali ſilvas animoſque ferarum
Threicius vates, & ſaxa ſequentia traxit.

Vides Nemus, & cautes, antrumque ipſum Claudiani, ut de emendatione dubitare non poſſis. Sonoras cautes dixit, quod paradoxum corrumpendo loco fuit, ob redditam vocem, ut antrum Phœbi initio Sexti Conſ. Honor.

At ſi Phœbus adeſt, & frenis Gryphajugalem
Riphao, tripodas repetens, detorſit ab axe,
Tunc ſilva, tunc antra loqui, tunc vivere frondes.

Si cui vetus noſtra correctio magis placere poterit, ſciat minus audacem eſſe in commutandis omittendiſque litteris; nec incommode legas,

Quippe Antri memores, cantus ubi ſæpè ſonora
Prabuerant dulces, mira theatra, lyra.

Nobis tamen altera potius ἢ ποιητῦ eſt. Peſſime Claverius de ſuis Codicibus.

V. 6. MIRA THEATRA.] Naturalia, conſtipata ſilva, coacta rupibus, in modum formamque Theatri. Ovidius pariter, in cæde Vatis.

Ac primum, attonitas etiamnum voce canentis,
Innumeras volucres, angueſque, agmenq; ferarum,
Mænades, Orphei titulum rapuere theatri,
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris.

Ordine quo conſtiterant ſuo etiamnum ævo viſas Arbores, memorat Apollonius initio Argonauticorum.

Φηγοὶ δ' ἀγελάδες, κείνης ἔτι σήματα μολπῆς,
Ακτῆς Θρηϊκίης ζώνης ἐπὶ τηλεθόωσαι
Ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι, ἃς ὅγ' ἐπιπρὸ
Θελγομένας φόρμιγγι κατήγαγε πιερίηθεν.

Sic vero ſcena ſilveſtrem agnoſcit in luco deſcripto Virgilius. Æneid. I.

tum ſilvis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.

7. CAVCASEO CRYSTALLA.] Eorum enim incunabula in prævaltis perpetuique frigoris montibus, qualis Caucaſus. Vide Plinium lib. XXXVII. cap. II. & Chryſtalli de Scythia ſummus cenſus. Solinus, cap. XX. *Lynces cryſtallum apportaſſe ait*, ob perſpicuum Lyncurium etiam lapidem, cujus origo ex mictu ejus animantis. Theophraſtus περὶ λίθων. Nominare vero iſtum noluit.

8. GRYPHES HYPERBOREI PONDERA FULVA SOLI.] Aurum quod cuſtodire finguntur illa dubiæ fidei animantia, quæ alterum mundum gignere ſcite dicit Appuleius, lib. XI. De cuſtodia illa, Plinius, Mela, Solinus, Caſſiodorus, Servius, Hieronymus, Ælianus. & duo Patres Veritatis Hiſtoricæ, Herodotus & Philoſtratus.

9. VENERIS PRATO] Quod deſcribitur Epithalamio Honorii.

Intus prata micant, manibus qua ſubdita nullis,
Perpetuum florent, Zephyro contenta colono.

Columbas ei Deæ ſacras non attinet oſtendere, & Mythologiam ipſæ oſtendunt. Vt trans

Ffffff mare

mare eant de Sicilia & redeant, Venerem abeuntem, opinione incolarum, comitatæ ad decimum diem redeant, tradit Ælianus, libro IV. ubi ait.

ἀθύρματα Ἀφροδίτης περιστερὰς εἶναι ᾄδουσί τε ἐκεῖνοι, καὶ πεπιστεύκασι (τοῦτο) πάντες οἱ ἄνθρωποι.

Vox inclufa abſit melius eo loco, & mancum perperam reddidit interpres.

v. 11. NOBILIVM SORORVM.] Quippe de progenie Solis, qui in omnium oculis. De ſuccino nullo ad Padum eleganti cachinno Lucianus. De Pygmæis & gruibus, Phœnice, cæteriſque Fabulæ minime iſthic reponendæ.

14. GERMINA CARA MARIS.] Non mutanda lectio. Quicquid, ait, pretioſum in rubro mari naſcitur; Ejus gemmas commendavit Panegyricorum ſuprà non uno loco. Fatuè in uno Librorum *gramina cana.*

16. CINNAMA RARA.] Non qualia ad nos veniunt, nobiſque, ait, nota ſunt.

18. VECTIGAL CONNVBIALE.] Donum debitum. Alibi.

Sola novum Latiis vectigal Iberia terris
Contulit, Auguſtos.

Horatius, lib. III. Od. XVI.

Contracto melius parva cupidine
Vectigalia porrigam.

Vectigal alioquin quod debetur, quo non ſoluto, merx ipſa aut poſſeſſio perdebatur antiquiſſimo more Zenobius Adag. Centur. I. Ad. LXXIV.

Λεύκων τις γεωργὸς μέλιτος ἀσκὸς εἰς φορμὸν ἐμβαλὼν, ἐκόμιζεν Ἀθήναζε κριθὰς ἐν τοῖς φορμοῖς ἐμβαλὼν, ὡς ὑπὲρ κριθῶν ὀλίγον εἰσπραχθησόμενος τέλος. ἐξ ᾗ ὄντος πεσόντος οἱ τελῶναι βοηθῆσαι βουλόμενοι, ἔμαθον ὅτι μέλι ἐστὶ, καὶ ἀπηνέγκαντο αὐτὸ ὡς ἀτελώνητον. Idem refert Diogenianus.

19. HELICONIS REGNO.] Vt Pronuba ſocrus, Ornamentorum talium novæ Nuptæ collatorum mentio in Epithalamiis Honorii & Palladii, apud noſtrum, Manlii Catullum, Papinium Stellæ, &c. Heliconis regnum, ipſeque Helicon, Immortalitatem Memoriamque perennem meritorum denotat. Vide ſcripta ad Cynegeticū Nemeſiani. Theophylactus Simocrates lib. VII. Hiſt. Mauric. cap. VI.

Ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις νουμήνης ἐν τῷ ἀπεκχύματι φαίνεται, περὶ τούτων τῶν ἀγαθῶν τῶν δοκούντων συνιστάναι ἄστρων, οἱ μὲν φιλόσοφοι πρὸς μετεωρολογικὰς καταφεύγουσιν ἀφορμὰς, ἃς Σταγειρῖται καὶ Πλάτωνες ἐν τῷ Ἑλικῶνι τοῖς μνήμης βίβλοις ἐναπεγράψαντο.

Monti etiam ipſi Numen adſcribebatur. Nemeſianus.

Aonio jam nunc mihi pectus ab æſtro
Aeſtuat, ingentes Helicon jubet ire per agros.

Avienus Periegeſi

incute doctam
Phœbe chelyn, totis Heliccn adſpiret ab antris.

19. PROPRIAM.] Suam ſibi, ne clocutio Latinitate peccat, licet abuſi poſtea ſcriptores minus cordati Horatius.

Archilochum proprio rabies armavit
Iambo, &c.

21. DOMINAM OLYMPI.] Magni matronam Tonantis, ut nuncupatur Ovidio. Domina, Junonis peculiaris Titulus, Nonnus, lib. XLIV.

Πειθεῖ μαζὸν ὄρεξε μετ' Ἄρεα δεσπότις Ἥρη.

Dominam Peculiari titulo Dianam Græci dixiſſe videntur ex Pauſaniæ Arcadicis. Qui ſcriptor in Eliacorum priore nos illo libro quę Deæ Dominæ ſpeciatim perhibitæ, docturum ſe pollicitus, promiſſionis, puto memoriam non ſervavit. Non enim tale quid præſtant Arcadica Potius illud de Diana indicavit, nec pro certo docuit vel uno verbo.

23. NEC SPREVIT REGINA DEVM.]

DEVM.] Concinnius leges *Deam* Calliopæam nempe.

23. CARMINIBVS TOTIES LVSTRAVERAT ARAS.] Chorum cantans circa aram Iunonis duxerat. *Luſtrare*, celeriter obire, aut præterire, notat. Virgilius de Polite Pyrrhum Achillis fugiente:

> *Porticibus longu fugit, & vacua atria luſtrat,*

Juvenal. Sat. II.

> *Luſtravitque fuga mediam gladiator arenam.*

Circuire hic valet. Plinius de Hiena. lib. VIII. cap XXX. *Quibuſdam magicis artibus omne animal quod ter luſtraverit, in veſtigio hærere.* Solinus, cap. XXX. *Hiena quodcunque animal ter luſtraverit. movere ſe non poteſt, quapropter magicam ſcientiam ei ineſſe pronuntiaverunt.* Vel ad *luſtrationes* pertinet, quas carmine peregerit Orpheus, ambiens aut emundans Aras Junonis, Numenque propitians, talium artifex.

30. AUGENDIS THORIS.] Ditandis, honeſtandis. Plautus Mercat. aliquid cedò

> *Qui hanc vicini noſtri aram augeam, Syra.*

36. SVB PEDIBVS TEGITVR] Immenſitatem ſummo Proximi conjunctiſſimique Numinis, terreni prædicat? Quod Plautus ait *quantum terram tegit hominum Affine* eſt iſti.

42. AVRATÆQUE TRABES.] Splendida ædificia auratis trabibus circumloquitur. ut Papinius non ſemel, Propertius, alii. Vide nos ad primam illius Thebaiden. Noſtrum Bello Get. CCXXIII.

43. SVFFECIT MANDASSE DEAM.] Scripſerat ad puellæ parentes pro Claudiano Serena. Non opus fuit ultra ambiri puellam, quam amabat. Ceſſerunt parentes, conſenſit ipſa. Matrimonium confectum eſt Aliud agebat Claverius cum exemplum Legis primæ Cod. ſi Nuptiæ ex Reſcripto Principis petantur, huc traheret. Ibi enim *quas ſe intelligebant non mereri* nuptias ambientes perſonæ indicantur, quæque voluerint per mendacia exprocatis Reſcriptis cogere puellarum agnatos ad conſenſum. QVAS SE INTELLIGEBANT NON MERERI NVPTIAS A NOBIS EXISTIMANT POSTVLANDAS, SÆPE HABERE PVELLÆ CONSENSVM CONFINGENTES, &c. Quorum coercitio, nihil ad iſtam rem, ubi blando Imperio, id eſt rogatu? Vati conciliat Serena conjugium, nulla vi juſſionis, quamvis Poetice & adulatorie verba cadant, nulla fraude impetrationis interveniente. Sed vir doctus ad hanc Epiſtolam citra morem facetus eſſe voluit.

MANDASSE DEAM.] Blando Imperio, cujus vis tamen præſens erat. Sic Auſonius ad Theodoſium, Carminum Editionem poſtulantem.

> *Mortalia quærunt*
> *Conſilium, certus juſſa capeſſe Dei*
> *Scribere me Auguſtus jubet, & mea carmina poſcit*
> *Pane l.tens: blando vis latet Imperio.*

Eadem omnino res eſt. Sic enim & addit noſter *majeſtate petendi*

46. NOMINIS VMBRA TVI.] In Codice noſtro *Numinis* quod verius arguunt omnia.

74. SCRIBENTIS VOCE SERENÆ.] Tam enim litterea vox eſt ſcripta, quam quæ pronunciatur. Sic apud Optatum Afrum mortuus de tabula loqui perhibetur, cujus defuncti voluntas legitur. Sic *Affatus* noſtro alibi Epiſtolam notat affatus quod non mihi dirigis ullos Et in IV. Conſ. Honorii de Antiquis auctoribus Monumentiſque dicit

> *nec deſinat umquam*
> *Tecum Graja loqui, tecum Romana, Vetuſtas.*

Sic Martialis *carta loquetur anus* Et Petronius.

> *Hecales, quam Muſa, loquentibus annis,*
> *Battiadæ veteris mirando tradidit ævo.*

48. GENIVS REGNI.] Principis Felicitatem, Imperijque totius Divinitatem dicit, cujus particeps erat Serena. tantis vinculis Auguſtæ domui innexa. De *Genio* hoc genus

multa ad Rutilium Numatianum, quæ conſulas. Vt & I. Semeſtrium P. Fabri. Alioſque.

v. 48. VEL PIETATIS AMOR.] Pietas, Clementiam, Amor Favorem in Poetam denotat. Quare veteris Codicis veſtigia ſequendo, qui vocem PIETATIS diſciſſam profert. Claudianum reliquiſſe exiſtimo *Vel Genius Regni, vel Pietas & Amor.*

49. SVB LVCE TVI ORIS.] Divinam omnino facit, ut quæ vultu Lucem exſpiret. Ita de Principibus Panegyriſtæ, de Chriſtianis Præſulibus Vitarum Conditores. B. Lucas cap. VI. Actuum de Stephano:

εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.

50. CONJUGIS IN CASTRIS ET SENIO GENERI.] Inſcitiſſime ita Claverius. Scripti omnes & Editi *& ſolio generi* Imperatorem enim dicit Honorium, Magiſtrum Militiæ Stiliconem. Scitius etiam videntur membranæ ſcribere *Conjugis & caſtris, & ſolio generi* Vt vocula *SVB* iſta omnia reſpiciat. Et dura alioquin locutio In ſolio Generi celebrare diem optatum. Prorſus ita Claudianum reliquiſſe exiſtimo.

51. AVSPEX PVRPVRA.] Summa honorati nominis feliciſſimo omine. Auſpices adhibitos veterum nuptiis docuerunt pridem viri eruditiſſimi. Vide nos ad Sat. X. Juvenalis in Finem.

53. DESPONDERAT ANTE.] Deſponderi fecerat. Serenam ſuam dicit.

54. CONJUGIS EJUSDEM.] Mendoſa poſteriorem harum vocum ex variāte ſcriptura vetere dicas. Legitur in noſtris membranis *Conjugis hac eadem pronuba dextra daret* In Belgico *Conjugis eadem* diſerte legitur. Scripſiſſe arbitror.

> *Vt mihi quam ſcriptis deſponderat ante puellam*
> *Conjugis; Auguſta pronuba dextra daret.*

Auguſtam dicit Serenam, quam toties ante & poſtea Reginam, eodem ſenſu. Scripto & interceſſione conjugis Stiliconis deſponderat Claudiano puellam Serena. Vovet nunc ſponſus, ipſius ejuſdem Manu Reginæ, quod pronubæ faciebant, ſibi eamdem in matrimonium tradi. Poſſis & vulgatam Lectionem tolerabilem arbitrari, modo *qua* priore verſu legas. Nos tamen vere nobis emendaſſe videmur, cum minime tricas amet Claudianus: mira autes Conjugis & Auguſtæ junctorum faſcinaverit Librarios. Conjuges ſcitius etiam Honorium, Auguſtam, Serenæ filiam Honorio nuptam capere. De Pronubis dextris datis conjuges novos jungentibus, ſuperius ſatis notatum eſt. De Sponſalibus per litteras late Paullus Cypræus, vir eruditiſſimus; qui in hoc loco tamen errat Honorii Conjugem hic capiens cap. IX. §. XX. de Sponſalibus.

58. SIDEREO SVPERCILIO.] Exemplo Jovis Homerici, verſibus decantatiſſimis. Quæ ſequentes verſus canunt, certatim Principibus tribuunt Panegyriſtæ, Poetæ, Hiſtorici etiam.

EPIST. III.

AD OLYBRIUM.

V. 1. AFFATVS.] Epiſtolas, quibus miſſitandis ſollemne verbum *dirigere* abuſu ſequentium ſeculorum corruptum eſt. Vt divini affatus in L. VI. C. de Aquæductibus. Philoxenus affatibus, *συλλάβων γραμμάτων.* Epiſtola autem, vetere Turpilii ſcito, ea res eſt quæ ſola poſſit abſentes præſentes facere, referente & exigente B. Hieronymo ad Nicetam. Eamdem *σκιαγραφεῖν τὴν παρουσίαν* dicit Gregorius Nazianzenus. Vide Syneſium Epiſt. CXXXIIX. Ita Ruritius lib. II. Epiſt. V. *Occaſionem ſcribendi prætermittere non debemus, ut reddat nobis quamdam præſentiæ portionem ſermo mediatus: qui emittitur, & non amittitur, tribuitur & habetur, videtur diſcedere nec recedit.* Ita legendum eo loco, mire vulgo contaminato. Cui ſimilia ſi voles ejuſdem libri Epiſt. XXVI. Conſulas. Plura non congerimus *Affatus* pro Epiſtola, de ſeculo eſt, & notat ad Symmachum doctiſſimus Juretus. Eidem auctori alloquium, Epiſtolaris compellatio. Lib. III.

III. Epiſt. LXX. *Sæpius alloqui præſtantiam tuam non piget, quamvis nihil invicem ſermonis accepi, &c.*

V.2. ALTERNO POLLICE.] Poeticum; Cum pollice nemo ſcribat, manum intelligit. Notant & rident nonnulli crebritatem hujus uſurpationis in Claudiano, Ille tamen & ſuo jure fecit, & veterum exemplo. Papinij, Juvenalis, Perſij, loca, notavit ad iſtum Caſaubonus. Maro ipſe, Lib. XI.

Qualem virgineo demeſſum pollice florem
Non jam mater alit tellus.

NEC REDIT.] Mutuam vicem loquitur. Res vero clara familiariſſimum his ſummæ & Nobilitatis & Dignitatis inter proceres Romanos viris fuiſſe Claudianum, quare admiranda res de paupertate adeò queri. Sed ſcitum illud obſervaſſe magnates videntur iſti πενία τὰς τέχνας ἐγείρει Ne locupletatus obverteret Muſis cornua. Præterea ſententia Dionyſij uti potuerunt, qui Cantori placenti cum infinita promiſiſſet, nihil vero daret, poſtulanti reſpondit, Spe ſeſe delectantem contrà delectaſſe, uti apud Plutarchum legere eſt.

SALUS.] Caput Epiſtolæ Salutatio omni ævo, quam pro ipſa poſuit, vertunt tamen mores hodierni & iſtum Antiquitatis. Romani priſci formula utebantur *Si vales bene eſt, ego quidem valeo* Imitatione Tranſmarina, Pariter enim Græci. Antiochus Rex Zeuxidi, apud Joſephum lib. XII. Antiq. cap. III.

Βασιλεὺς Ἀντίοχος Ζεύξιδι τῷ πατρὶ χαίρειν, εἰ ἔρρωσαι εὖ ἂν ἔχοι, ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτός.

V.4. SEU CICERONE TONAS.] Fulmen Eloquentiæ illud incomparabile dicit. Sidonius non ſemel expreſſit. Lib. VIII. Ep. XI.

Saxa & robora, corneaſq; fibras
Mollit dulcilequa, canorus arte,
Arpinas modo quam Tonante lingua
Dictat, nunc ſtilus aut Maronianus.

Panegyrico Aviti.

Surgentes animi Muſis formantur, & illo
Quo Cicerone tonas.

Idem ſenſit Petronius cum indomitum dixit instar torrentis aut Tempeſtatis omnia repagula calcantem. *Grandiaq; indomiti Ciceronis verba minentur.* Ductum a Pericle, qui Concionans fulgurare & tonare dicebatur. Quintilianus lib. II. cap. XVII. *Nonne pulcrum vel hoc ipſum eſt, ex communi intellectu, verbiſque quibus utuntur omnes, tantum adſequi Laudis & gloriæ, ut non Loqui & Orare, ſed quod Pericli contigit, fulgurare ac Tonare videare.* Sic Torrenti æquatur Demoſthenes. Juvenal. Sat. X.

ſævus & illum
Exitus eripuit, quam mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.

Suam vim Eloquij ſtricto telo comparabat amens Caligula. Suetonius cap. LIII. *Peroraturus, ſtricturum ſe Lucubrationis ſuæ telum, minabatur.* Eloquentiam Ciceronis pariter profundo Gurgiti comparat Ennodius, libro I. Epiſt XVI. *Adhibita, credo, adverſus me fuiſſet Tulliani profunditas gurgitis, Chryſippi proprietas, Varronis elegantia.* Qui iſto ultimo Satiras Menippæas reſpexit, cum ſtilus Varronis alioquin elegantiam nullam quæſiviſſe videatur.

5. DIVITIIS ANIMI.] Opulentia Eloquentiæ Artiumq; inſtructi. Multa alibi paria de Eodem Olybrio, & Manlio Theodoro. De Opibus Oris & Animi multis alias.

7. QUI SCRIPTA FERAT.] Peſſimè Editio Claveriana, vitio Librariorum. *Ferrè* autem peculiariter Epiſtolis addicitur, & eſt *perferri* iſthic: Ut *perlatores* Ennodio, libro V. Epiſt. X. Qui Latores Sidonio & alijs, portitores Hieronymo.

8. PULVERULENTA.] Numquam, ait, pulvis ſedatur, tanta commeantium turba eſt.

9. FLUAT INGENIUM.] Uberet, quomodo *abundantiam* Tullianam idem Sidonius dixit, & de Lactantio Hieronymus in Chronico Euſebij. *Lactantius quaſi quidã fluvius Tullianæ eloquentiæ, vir omnium ſuo tempore eruditiſſimus.* Quod veriſſimum eſt Enco-

mium, & ab eo procul omnis Chriſtiana facundia eſt.

10. REPORTET.] Sollicitatum jam, non reſcribere queritur. Idem indicat τὸ *redit* in Secundo verſu.

12. SPATIO DEBILITATUR AMOR.] Quo creſcere debebat atq; augeri. Argumentum & res eadem apud Symmachum, Libro III. Epiſt II &c.

13. LUCEM JAM CONDAT HYDASPES.] Exclamatio admirationis & obteſtationis ab rebus impoſſibilibus, Ovidio uſitatiſſima, & mire decens facilitatem Elegiæ necesſatiam. Quæ quidem in Claudiano commendabilis eſt, nec poſteà Latio talis comparuit. Codex noſter omnia iſta Futuro Tempori adſcribit hoc modo.

Lucem jam condet Hydaſpes,
Et Tarteſſiaco Sol oriere vado.
Candeſcet Geticis Meroe cōverſa pruinis,
Claraq; ſe vetito proluet Urſa mari.

Quæ mutatio à vulgata ſcriptura non eſt Librariorum. Loca omnia notiſſima.

V 19. REMORATURASQUE SODALEM] Hic quoq; inſignis hactenus hallucinatio fuit omnium Librorum & Cenſorum Codex noſter *Quin age rumpe moras', ſolaturusq; ſodalem* Quomodo & alter Cujacianorum. Quorum prior remoraturusq; cum omnibus cæteris, Latet verbum quod æquipolleat τῷ *ſolaturus* neq; abſit ſyllabis & poteſtate τῷ *remoraturus* quod *mora* præcedens mentio ſubjecit hærentibus exſcriptoribus. Quod vero ſit iſtud niſi recreaturusq; ſodalē Quo aptius nemo aliud invenerit umquam. Sic itaque ſcripſiſſe arbitror Claudianum. *Recreatio* vero amici ab officio Epiſtolari toties ineſt Epiſtolis Græcorum Latinorumque ſcriptorum, ut indicari nemo velit vel unum locum. Claverio viſum ad inficetias vocis, etiam diſtinctione, ultra vulgum, rem intricare.

19. RECREATURUSQUE.] Ut ſit hæc Lectio melior vulgatis, nobis tamen minimè ſeſe probat totam. Potius enim quid latere arbitramur, quo Poeta promtitudinem ſuorum contrà Officiorum referat, eliciendæ videlicet Epiſtolæ omnia faciens. Libri in his Poematijs parum probæ notæ fuerunt, quotquot hactenus collati ſunt, neq; injuria exſpectamus flagitamusq; meliores. Etiam τὸ *doce* alia hic ingerere videtur.

22. DIGNA TUIS ANIMIS.] Etiam iſtoc non eſſe ſanum, tuentibus licet Cujacianis, Libri, Noſter & Belgæ, autumant. In his diſertè comparet.

Libru atq; animis inſinuanda meis.

Dicas τῷ *DIGNA TUIS* aſpernatos ſlibratios, ne bis idem ſcilicet ſcriberent. cum ſequentis verſus caput facere viderent vocem *DIGNATUS*, Et qui noſtrum Codicē ſcripſit, non intellexit ſcripta, certis indicijs, litteras tantum pingere doctus. τῷ *DIGNA TUIS* non ſufficiunt exſpectationi Lectoris, neque hilum habet congruæ mentis; unde enim inſinuandam ſuis animis dicat, qui totus jam erat paratus ſervire Olybrio, altera Lectio monſtrum alit, aut ineptiſſimi hominis eſt. Divinaverim Claudiano relictum.

Crebraq; fæcundo feſtinet Littera curſu,
Signatas animis inſinuando manus

Uti creſcat ab officio litterarū amor mutuus, commendans ſeſe invicem & recipiens per ſignata manu amica verba, affectuum & ſtudiorum plena. Non ſatisfacimus nobis hac audacia mutandorum citra libros verborum, licet non facile putemus quempiam ſine eorum ope quid melius exculurum. In utraq; Lectione nec hilum bonæ mētis eſt. Simpliciter ſcribas.

Digna tuis animos inſinuando meos

Ipſo ſtudio tibi gratificandi dignos ait animos ſuos qui inſinuentur Olybrianis. Poteſt ut hęc ſit Veritas. Nos tamen alia è libris exſpectamus.

23. CÆSAR SCRIPSISSE MARONI.] Exſtiterunt ergo Epiſtolæ tum quoque, quas laudat Auctor Dialogi de Corrupta Eloquentia: *Malo*, inquit, *ſecurum & ſecretum Virgilij ſeceſſum, in quo tamen neq; apud divum Auguſtum Gratia caruit, neq; apud Pop. Rom. notitia Teſtes Auguſti Epiſtola, teſtis ipſe Populus, qui auditis*

auditis in theatro verſibus Virgilij, ſurrexit univerſus, & forte præſentem, ſpectantemq; Virgiliũ veneratus eſt ſic quaſi Auguſtum. Auctor vitæ, ex Pediano, Suetonio, Servio, alijsq;, Cento: *Auguſtus & ſupplicibus, atq; etiam minacibus per jocum litteris, efflagitabat, ut ſibi de Aeneide, ut ipſius verba ſunt, vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret.* Tenuis ob Fortunam Maro, & quia in Rep. aut Luce hominum magnus eſſe contemſit. Nec vero iſti ſolum Poetæ Auguſtus hoc Officium præſtitit, verum & Horatio, poſt Maronẽ omnium φιλοσοφωτάτω, quem & ab Epiſtolis ſibi eſſe voluit, nec obtinuit tamen, auctore eodem Suetonio. Utinam eadem gravitate morum Ingenium ſuum incomparabile temperare potuiſſet Ovidius, pro Triſtium Ponticarũque Elegiarum Farragine nunc meliora & tanto auctore digniora opera haberemus.

ET TIBI DEDECORI SCRIBERE.] Variãt etiam hic Libri manu exarati. Omnium infeliciſſimè Claverius, qui Olybrium Muſam dictum ſuorum ineptijs credere voluerit. Citra controverſiam vera eſt Scriptura conſervata a Noſtro.

Et tibi dedecori jam mea Muſa? Vale.

Conſentit Belgarum princeps demto quod *non mea* habet. Et tibi jam, inquit, poſt tot experimenta Poeſeos noſtræ dedecori ſit, celeberrima illa, & Principibus Commendatiſſima noſtra Muſa? Vale. In ambiguo eſt, itaq; decens admodum, clauſula, quæ indignationis ſuſpicionem infert, ulciſcentis contemtum oggeſtione exempli, ultra quod ſapere velle fuerit deſipere, τὸ *jam* ingerunt quæ ſupra ſcripta & ſi jam noſtros Faſtidit Olybrius ignes.

EPIST. IV.

AD PROBINUM.

V.2. QUANDO DABIT GRATAS LITTERA NOSTRA VICES.] Diſplicebat repetitio τῦ *Noſtra*, cum ſuccurrunt ijdem duo Codices, Belgicus, & Noſter.

Quando dabit caras littera grata vices?

Quam lectionem non potuerunt fingere librarij. Eſt omnino τῦ ποιητῦ

V.3. UTRUMQUE TENET.] Reum nempe. Erigendus ſermo nota interrogandi.

Me timidum, vel te potius dixiſſe ſuperbum
Convenit? Alterius crimen utrumque tenet.

V.5. TRANSFLUXERE DIES.] Præſtituti nimirum. Vel quia Affectio mutua eis paucos venturas Epiſtolas ſibi ſpondebat, etiam non conſponſas. In membranis unis repertum *Tot fluxere dies* Simpliciore ſenſu, non, ut jam dictis patet, commodiore.

V.6. POENITET.] Piget. Cicero. Oratore: Potius bonitate verborum noſtrorum utamur quam ſplendore Græcorum. Niſi forte ſic loqui pœnitet Qua Tempeſtate Paris Helenam Nec enim ſemper præteritæ rei eſt hoc verbum. Horatius Epodo. XI.

conviviorum & pœnitet
In queis amantem & languor & ſilentium
Arguit, & latere petitus imo ſpiritus.

Hoc eſt piget puderq;.

8. HINC AMOR HORTATUR.] Melior ſonus verſusque ipſe, ſi leges, ut noſtræ membranæ clarè præferunt.

Hinc hortatur Amor ſcribere: Vincit Amor. Sic MS.

9. PRISCI SENTENTIA VATIS.] Sic promulgavit Claverius, ſic noſtri libri Scaligero viſum *CEI ſententia vatis.* Ea enim inſula Patria Simonidis. Auſonius. Cei Muſa Simonidei. Horatius, *Cea retractes munera Næniæ.* Alij Legere malunt *Coi.* Philetam capientes quem Coum faciunt Aelianus, Proclus, Propertius. Sunt qui *Chium* malint ali quem inducere. Latet nos auctor, neque abſentimus Codicibus manuexaratis qui incertum patriæ vatem repræſentant. Sententia ipſa nobilitata multorum auctorum uſu Ennij, Maronis, Ovidij, Ciceronis, Tibulli, Plutarchi, Nonni, Quinti Smyrnæi, quoſq; Sermone XLIX. repunit

ponit Joannes Stobæus. Contra tamen alij, & non ineptè Theoctiſtus neminem umquam virtutem audacia peperiſſe:

Θεράσει μὲν ἐδεὶς ἐδέπω, πὼ δὲ καὶ γυναιότητι, καὶ ὀπιεικέια ἀρετὴν ἐπεκτήσατο.

Sed illi alteri de Fortuna tantum loquuntur, Virtutem hoc loci ſuſq; deq; habentes.

11. AUDÆX AUT SI QUID PENITUS.] In Manuſcriptis Cujacianis fuit.

Audax ut. ſi quid vates peccaſſe videtur,
Arguar, ingrati non ſubiturus onus.

Eadem ſcriptura noſtris membranis ſupereſt. Si vates inquit ille, quem ſequor, peccaſſe videtur, audax ut arguat, minimè ingratitudinis probrum ſubiturus. Scaliger correxit.

Audax aut, ſi quid penitus peccaſſe videbor.
Arguar, i. n. s. o.

Quomodo Aldus alijque ante ediderũt. Idem ferè pretium. Sed nos proximè præcedens verſus manuſcriptæ lectioni magis faventes facit. Ingratitudinis onus quãtum putaverint Veterum Sapientes, enarrari hic nihil attinet. Lege Senecæ libros de Beneficijs, Xenephontem Cyripæd. I. Julianum & Themiſtium, utrumq; Oratione III. &c.

13. PRIMO TE CONSULE.] Concinnius Codex noſter *Romanos primum bibimus primùm*. Ita omnino ſcripſit Claudianus. τὸ *primum* eſt in Principe etiam Belgarum Codicum, Agnoſcuntq; Aldus & alij priſci Typographi. De re dictum ad Panegyricum Probini. Græca Poeſis CLaudiani ex parte in doctorum etiam Conditorijs ſupereſt, utinam brevi edenda, utinam vero integra aliquando potiunda. Specimen dant quæ ad Epiſtolam primam propoſuimus.

15. INCIPIENSQUE TUIS AFFATIBUS OMNIA COEPI.] Optimè membranæ noſtræ, Vnicæ abſtergendis maculis horum Poematiorum. Incipiensque tuis à Faſtibus Quomodo correxerat divinus Scaliger & ante eum ediderat, Aldus. *Faſtibus faſtu* ſonat, unde natus error. Ab Olybrij & Probini Conſulatu exorſus Latinè ſcribere Poeta, ijsdem commendat & devovet poſtrema ſuarum Muſarum Opera. Inſolentioris uſus auctorem habet Lucanum, & Antiquiores. Priſcianus lib. VI. *Faſtus quando pro Annali accipitur, à Faſtis & nefaſtis diebus ſic dictum, frequentius ſecunda eſt. Invenitur tamen & quarta. Lucanus in X. Nec meus Eudoxi vincetur Faſtibus annus. Quod tamen errore Lucani prolatũ dicit Servius in Comment. III. Lib. Virgilij, cum antiquiores quoque ſimiliter idem protuliſſe inveniantur.* (Ovidius Faſtorum inſcripſit Libros) *Nam apud Horatium duplicem invenio ſcripturam, & Faſtos & Faſtus, In III Carm. Per memores genus omne faſtos, & Faſtus in alijs Codicibus. Ovidius Faſtorum inſcripſit Libros. Varro in Ephemeride: Poſtea honoris virtutum Iulij Cæſaris cauſſa qui Faſtus porrexit, menſis Iulius appellatus eſt.* Hæc Priſcianus, verbis de Ovidio à nobis in locum ipſorum translatis, male legẽdis ibi ubi virgulis incluſa ſunt. Nam de utriuſque uſu Priſcianus loquitur. Sed & initio ſcribendum. *Quod male errore Lucani prolatum dicit Servius.* Servij nota & error etiamnum in nominato Commentario ſuperſunt, Servium in errore ſequuntur Agrætius & Beda Artigraphi. Eumdem autem uſum Faſtuum in Titulo ultimo Codicis Juſtinianæi L. Lagnoſcit, & Grammaticos ex Lucano, Ovidio, Valerio Maximo, probare dicit vir ſuo ævo admirandus ingenij Lectionis, doctrinæ, Andr. Aleiatus. Quam Legem emendandam ad ſcriptos Codices putavit poſtea Cujacius. Et ſic Columella lib IX. cap. XIV. *In hac ruris diſciplina ſequor nunc Eudoxi & Metonis antiquorumq; faſtus Aſtrologorum.* Vbi ante nos nato iſtorum quædam notaſſe nunc video, Georgium Merulam, & Philippum Beroaldum. Inepti vero qui Lucani locum emendandum aut qualitercunq; excuſandum cenſent, cum Priſciani Nota omnib. merito ſatisfacere debeat nec aliter etiam vetuſtiſſimi Codices atque Gloſſographi referant. In noſtro vetuſtiſſimo & commendatiſſimo *vincetur faſtibus.*] Pr
faſt

faſtu ἀρχαϊκιῶς. Pariter Lectionem ſervant, quibus uſus Robertus Stephanus. Et Philoxenus. Faſtus. *ἠμφολύγιον*.

15. OMNIA COEPI.] Inepta Lectio, & quorſum vidit Claverius, qui probare potuit? Incipiens à tuis omnia cœpi. Rectè Scaliger etiam contrà omnes libros *omina* voce millies ita in ſcriptoribus corrupta, ut bonæ parti priſcis librarijs penitus ignota fuiſſe videatur.

16. FATAQUE DELEBO.] Ineptum pariter hæc interpretari velle. *Delebo* etſi invitis libris ſcriptis omnibus rectè idem vir divinus. In eo autem erraverunt omnes, quod non viderunt Initio verſus ſcribendum *Votaq; debebo poſteriora tibi.* Omina cœpit Latinæ ſcriptionis ab Romanæ Nobilitatis principibus Adoleſcentibus, pariter Conſulibus. Dicas etiam *Probini* nomen hic alludere. His ijsdem bene ſuccedentibus primis vota etiam ſequẽtia ſe ſua dedicaturum dicit. Claverius edidit.

Fœtaq; delebo poſteriora tibi.

De lituris interpretata placere hæc potuerunt viro natis interdum ſagaciſſimæ, & diſſimulantis acumen & eruditionem minimè vulgarem; non raro autem etiam ſatis obeſæ. Ut vix perſuaderi poſſis unius hominis ejus Notas deberi.

18. ET PATRIA FLORENS SORTE, PROBINE, VALE.] Nihil hic dfficultatis, & de Probo, Patre Probini ſatis ad Panegyricum hujus: At codex noſter prodigioſe turbat:

Et patria Probine ſorte Italia

expreſsè referens. Suſpicamur inde primam ſcripturã ad Nomen hujus Magnatis alluſiſſe. Quaſi tale quid relictum fuerit Claudiano,

Ergo laceſſitus tamdem reſcribe roganti,
Atq; Probine, patris forte probate, Vale.

Nihil tamen mutamus, neq; ullo modo vulgatam ſcriptamq; cęterorum librorum lectionem collicitamus.

EPIST. V.

AD GENNADIVM PROCOSS.

Vel *ex Proconſule*, vt Cujacianum Codicem habuiſſe ex ipſo ejus Domino notat Stephanus Claverius. In Noſtro nemo Titulus erat, nec nobis notior iſte quovis neſcio quo. Notus Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus ex Hiſtoricis Eccleſiaſticis. Notus Medicus Romanus, Auguſtino familiaris, ſomnio ad aperiundos aut agnoſcendos oculos Animi adactus, auctore Antiſte Antiſtitum illo, Epiſtol. C. &c. Sed nihil illi ad iſtum. Epiſtolium ſeu Epigrammatium ipſum acumen habet; negâris Poemata, velut domo avolaverint, cum fortaſſe novum aliquod iſte Proconſul poſceret. Sanè rogatos non canere commune Cantorum Poetarumq; vitium ſemper fuit. Et quis umquam talem à Poeta excuſationem audivit: Omnino ſubeſt, ut veteres loquebantur, nolunras quædam.

V. 1. RUBICONIS AMOENI INCOLA.] Malim legere *accola*. De ſitu Rubiconis Lucanus. Strabo, PLinius, Plutarchus Pompejo & Cęſare, Appianus Civiliũ II. Suetonius Julio, Vellejus lib. II. &c. *Diviſerat* olim ab Italia Gallias. Vibius Sequeſter. *Rubicon Galliæ, juxtà Ariminum, olim dividens Galliã ab Italia.* Benè olim, cum jam ſuo ævo diviſionem illam exoleviſſe memoret Strabo, ut & Plinius.

V. 2. FAMA SECUNDA.] Sic de nobiliſſimis loquebantur, unum aliquem dementes; & vel ipſum Ciceronem, aut Temporum ſuorum alium principem Eloquentiæ Romanæ excipiat hic Claudianus. Martialis libro VII. Ep. XXVI.

Tuſca glandis, aper, populator, & Ilice multa
Iampiger, Aetola Fama ſecunda fera.

Sic autem Artes ipſas pro vitis ſoliti dicere. Ovidius lib. II. Pont. El. III. *Me tuus ille pater, Latiæ facundia Linguæ: Qui non inferior nobilitate fuit. Primus ut auderem committere Carmina famæ Impulit.* Sic *Vox prima*, primæ ſententiæ Senator. Lucanus lib. VIII. *quos inter Achoreus Conſilii vox prima fuit.*

4. HORRET AMATQUE.] Metuit & diligit, quæ ſunt Gubernatoris ſummi. Confundit ad augendam rem alibi in Stilicone

diligimus pariter, pariterq; timemus. Ipſe metus te noſter amat.

Et alibi de alijs.

6. TESTOR AMICITIAM] Membranę noſtræ *Teſtis amicitiam*

7. PENNIS CONFISA.] Eædem *pinnis* Optimè. Ut primum pinnæ enatæ non exſpectantes pennarum perfectionem. Eamdẽ Lectionem edidit Aldus. Indicat autem hic ſimul Claudianus ingenium ſuum promtũ atq; alacre, odiſſe curam, Poemata ſibi naſci non excludi, Natura vatem eſſe ſe, non cura. Pulcrè in eam rem & verè Auctor Dialogi de Corrupta Eloquentia: *Extemporalis audacia atq; ipſius temeritatis vel præcipua jucunditas eſt. Nam in ingenio ſicut in agro, quamquam alia diu ſerantur atq; elaborentur, gratiora tamen quæ ſua ſponte naſcuntur.* Retulit in numerum Epiſtolarum duo Epigrammata XXVI. nimirũ & XXXIII. in minuta Editione Jos. Scaliger, princeps ſuo ævo Litteratorum. Ea nos ſuis locis illuſtrabimus. Nec enim magis Epiſtolæ ſunt quam alia aliquot, Epigrammatum nomen ubique ſervantia.

EPIST. VI.

AD AETERNALEM.

Epigramma ſive Epiſtolium hoc ſcriptum videtur in Locum quemdam, cui fuerit affixum, unde reddita oracula: Nec enim ſua in perſona Claudianũ loqui crediderim. Si iſtud malis. Ut Phœbæi tripodes non niſi verſibus oracula elocuti, ſic ſe nihil à ſe impetrare poſſe dicat communibus verbis conceptum; Ita fieri ut in furore Poetico ſemper ſit. De Aeternali Proconſule monitũ ſive Claverio ſive Cujacio.

V. 3. CARMINA SUNT.] MS. noſter. *Carmina ſunt, non verba ferunt cõmunia Muſæ.* Ipſiſſima omnino veritate.

V. 3. VERBA COMMUNIA.] Vide Stephani Forcatuli Necyomantiam c XXIV.

EPIST. VII.

AD MAXIMUM.

Nihil mutat hic liber ſcriptus. Aculeum in cauda gerere Carmen videtur. Sive enim ſint, ſive non ſint neceſſe ait ſibi ſuavia putanda quę à Maximo mittereutur, ſiquidem eo animo frui velit. Maximum hunc ſuſpicemur Philoſophum fuiſſe cujus vitam deſcripſit Eunapius; Eumque patruum Claudiani. Fratrem enim ei Philoſopho Claudianum aſſignat is Sophiſta, qui in Aegyptum demigrans docuerit Alexandriæ.

ἦν μὲν οὖν τῶν εὖ γεγονότων, καὶ πλοῦτος ἀδρότερος ὑπῆρχεν αὐτῷ. ἀδελφοὺς δ᾽ εἶχε γνησίους, οὓς ἐκώλυεν εἶναι πρώτους, αὐτὸς ὤν, Κλαυδιανόν τε καταλαβόντα τὴν Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖ παιδεύσαντα.

Iterum ejus Claudiani meminit in Nymphidiano. Ita cum ævum, Platonica Philoſophia, quæ tum Pythagoricæ miſta florebat, & locus nativitatis tempusque in Noſtrum conſpirent, arbitramur Claudiano iſto Alexandriæ genitum, à parente inſtitutum ad Poeſin Latinam tandem veniſſe, & ita Aulæ adſcitum honoribusq; auctum.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI *EPIGRAMMATA*,

Animadverſiones.

NOMINE Epigrammatum quæ hinc ſequuntur, inſignite placuit doctis, cum ob elegantiam & argumentum elaboratum, addo etiam prolixitaté aliquot potius Eidyllia, Silvæ, aut Poematia inſcribi debuerint. Quamquam nec Epigramma circumſcriptos habuerit umquam Terminos, ſed inveniatur in unum aliquando verſum ſe coegiſſe, in plures multosque alibi exiiſſe, nulla Criticorum ſubſecuta nota, qui Libertatem ſuam huic generi Poematis minimè inviderunt. De Elegantia quod dixi adeo verum eſt, ut ea quæ uberiora ſunt, præcipuè Hexametro ſcripta, prorſus nulli toto iſto Latio Poematio concedere exiſtimem. Argumentum plerisque, non obſcœnæ Ludicræve illuſiones, ſed è Rerum Naturę miraculis quædam eximia; demas unum alterumque luſum, quibus non de ſuo ingenio Venereum quid ſpirat, aut, velut Sidonius & Capella loquũtur, libidinationibus ſuis ſubſcalpit, ſed vituperat malos mores, ut emendet. Non autem omnia etiamnum prodita in Lucem, quæ hujus tituli tam fœcundo faciliq; ingenio exciderunt, eamq; merebantur jam pridem, teſtantur docti, nobisque magis felices homines, quibus poſſidendi ij theſauri contigerunt, uti ad Petronij Arbitri Carmina Claudius Binetus, qui aliquammulta ſe aſſervare, nullibi publicè viſa, teſtatur, & nunc nuper Claudius item Salmaſius, ingens Litterarum lumen, Commentario ad Hiſtoriam Auguſtam. Eos, eorumve hæredes, ingens Bonum Factum ſit Deſiderijs noſtris, & omnium, maximi vatis ſtudioſorum, hìc quamprimum ſatisfacere, & æternitati ſuæ reddere digniſſima ea ab omnibus legi monumenta. Phœnix iſte in Noſtro Codice non comparet.

EPIGRAMMA I.

De Phœnice.

PHOENICE.] Nomen eum palma commune habet ales omnium Princeps, nec ſuperabilis tempore, aut ullo caſu, indicium Vincentis omnia cœleſtis animi, ſeſe per virtutem propriam, divinumq; aſpectum omni caducitate vindicantis. PLinius lib. XIII. cap. XII. quod de Palmis: *Clariſſimæ omnium quas Regias appellavere, ab honore, quoniam Regibus tantum Perſidis ſervabantur. At in meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem Syagri, proximamq; Margarides. Vna earum arbor in chora eſſe traditur, una & Syagrorum. Mirumq; de ea accepimus cum Phœnice ave, quæ putatur ex hujus palma argumento nomẽ accepiſſe, emori,*

ac renaſci ex ſe ipſa. Quo non animadverſo erratum non raro Græciæ interpretibus, palmarum res aliti adſcribentibus, uti Eraſmum & Xylandrum lapſos notavit diſertus doctusq; ſcriptor ſuperiorum temporum M. Ant. Muretus lib. XIII. variat. cap. XII. Nosque alij plureis. Ut autem incertus ſexus Phœnici, ita neq; de nominis genere conſtitutum quippiam, ſequiori modo, modo nobiliori adſcribente Auctoritate. Vulgo mari dicunt, ſunt quia ltero quoq; Græca imitatione. Tertullianus Carmine de Judicio Domini, quem locum ut conſanem integrum adſcribam:

Sidera cuncta cadunt, iterumque renata niteſcunt,
Et dies in denſa moritur cum lumine nocte.
Occidit & jam nox rebus mox Luce retectu.
Iamque ſuis alia atque alia dies ſurgit ab aſtris
Solq; cadit, ſplendorifero qui lumine clarus.
Lux venit umbrato venienti veſpere mundo.
Et renovata ſuo vivit fuligine Phœnix
Et ſua mox volucris, mirum, poſt buſta reſurgit,
Tempore nuda ſuis foliis quoque fruticat arbor.

Generatim verum eſt, quod alibi nobis dictum, melius foret cum eruditione tanta & indomita locutione ſua, Poeſi abſtinuiſſe in totum Tertullianum, quam, quod in ipſo fuit, prorſus contaminavit. Tamen & correctorum manus multum torſerunt côtortum, vitiarunt contaminantem ſeipſum: *Poterant abolere carmina omnia, & eorum loco torpraſtātiſſimos prorſa Orationisq Commentarios nobis tranſmittere.* In his verbis quanti nævi nativi & inſititij, horum tamen majore vi, qua re exigendi? Scribendum arbitramur.

Sidera cuncta cadunt, iterumque renata niteſcunt,
Inde dies denſa moritur cũ Lumine nocte.
Occidit & jam Nox, rebus Mox luce retectis.
Iamque ſuis alia atque dies ſua ſurgit ab aſtris,
Solque cadit, ſplendorifero quaſi lumine clauſus.
Lux perit, umbrato venienti veſpere mundo.
Et renovata ſua vivit fuligine Phœnix,
Et ſita mox volucris, mirum, poſt buſta reſurgit.
Tempore nuda ſuo folijs quoque fruticat arbor.

Solius ultimi verſus nævum auctoris eſſe arbitramur, *diem* ſi uniſyllabum relinquas, neq; ita nobiſcum ſcribas, omnem mentem, omne acumen ſuum auctori cum futilitate librariorum demas. *Dies alia* atque *ſua*, id eſt *eadem* neceſſario dicenda eſt, nec enim alias hilum inerit ſententiæ. Fuligine ſua renovatur Phœnix, quia tenue corpus cum languente Spiritu perit quaſi in fuligine, in quam etiam reſidēte aut fumum condenſante demum igne, renaſcitur. Hoc eruditiſſimè dictum. *Sita* volucris buſto ſuo tradita, jam compoſita & ſepulta, mirum, ipſo de rogo reſurgit. Hoc pulcrum, non tamen valdè neceſſarium. Solum crimen in ſyllabam ſupereſt, quod utique auctoris. Phœnicem eodem genere extulit vetus ſcriptor in Joanne Sareſburienſi, Lib. I cap XIII. *Phœnix ſingularis felicitatis ſucceſſus pollicetur; quale eſt quod nova Roma viſa Phœnice melioribus auſpicijs condita eſt.* Interpres Clementis Conſtit. Apoſt. lib. V. cap. VIII. *Ex cineribus novam Phœnicem formari.* Ipſum hoc Poema Claudiani ſanè ingenioſum, acutum, moderatumq;, quæ magna virtus in tam nobili materia, ut merito luculentiſſimum dixerit vir ſummus ingenij, judiciiq; raro non perſpicacioris quam cenſent pleriq; ejus ſcita convellentium, Julius Cæſar Scaliger, in Opere Poetices, cujus materiem volunt ex Italia Trans Alpes tuliſſe, Cælio Rhodigino debitam, ſanè eruditiſſimo viro, Gulę tamen melioris quam Stomachi. Tradente ejus filij Amicorum vel præci-

præcipuo Florente Chriſtiano ad Ariſtophanis Comœdias.

V.1. OCEANI SVMMO CIRCVMFLVVS ÆQUORE LVCVS.] Qua ipſe inquit, Oceanus finem habet, ut removeat habitationem Phœnicis omni contubernio humanitatis, nemo enim tum in illo Orientis Oceano quicquam cognitum, nec dum ut fines ejus fuerint. Ignotum ejus habitaculum ſentit Antiquitas, nec enim cognitum cuipiam unde veniat, cum in Aegyptum venit. Artemidorus lib. IV. cap. XLIX.

ὅταν αὐτὸν τὸ μοιείδιον ἄγῃ, ἄγεται εἰς Αἴγυπτον, ἔθεν, οὐκ ἴσασιν ἄνθρωποι, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ποιησάμενος πυρὰν ἀποθνήσκει. Eiſdem vere verbis Suida: περὶ δὲ ὀρνέου ἱστορεῖται ὅτι ὅταν αὐτὸ τὸ μοιείδιον ἄγῃ, ἔρχεται εἰς αἴγυπτον, ὅθεν οὐκ ἴσασιν ἄνθρωποι, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ποιησάμενος ἐκ κασίας καὶ Σμύρνης πυρὰν ἀποθνήσκει.

In eo emacula πυρὰν Quapropter non indicato loco Orientis avem caute alii appellant. Rufinus in Enarratione Symboli: *Et tamen quid mirum videtur ſi virgo conceperit, cum Orientis avem, quam Phœnicem vocat, in tantum ſine conjuge naſci vel renaſci conſtet, ut ſemper & una ſit, & ſemper ſibi ipſa, naſcendo vel renaſcendo, ſuccedat.* Tertullianus cap. XIII. de Reſurrect. Carnis. *Animalis eſt res & vita obnoxia: illum dico Alitem Orientis peculiarem ſed ſingulariter famoſum.* Aethiopiæ adſignat Achilles Tatius lib. III.

Φοίνιξ μὲν ὁ ὄρνις ὄνομα, τὸ δὲ γένος Αἰθίοψ, μέγεθος κατὰ ταῶνα.

Aſſyriæ Martialis lib. V. Epigr. VII. Sunt tamen, qui ut Arabem, ita de buſto renatum in Arabiam redire autumant plures. Clemens Apoſtol. Tradit. lib. V. cap. VIII. Poſt Hiſtoriam univerſam. *Ex cineribus vermem exiſtere, eumque concalefactum in novam Phœnicem formari, alitemque factum, in Arabiam, quæ eſt ultra Aegypticum ſaltum avolare.* Sic in eo legendum, non advolare. Vnde *Arabica avis* perhiberur, & in ea regione notatur. Plinius lib. X. cap. II. *Aethiopes atque Indi diſcolores maxime & inerrabiles ferũt aves, & ante omnes nobilem Arabia Phœnicem.* Origenes lib. IV. in Celſum:

ὑπὲρ εὐσεβείας τῶν ἀλόγων ζώων μαχόμενος ὁ Κέλσος, παραλαμβάνει τὸ Ἀράβιον ζῶον τὸν Φοίνικα, διὰ πολλῶν ἐτῶν ἐπιδημεῖν Αἰγύπτῳ.

Tacitus Annal. VI. de Ficto Phœnice. *Falſum hunc Fœnicem, neque Arabum è terris credidere, nihilque uſurpaviſſe ex his quæ vetus memoria firmavit.* Aurelius Victor Claudio. *Viſus apud Ægyptum Phœnix, quam volucrem ferunt anno Quingenteſimo ex Arabis memoratos locos advalare.* Solinus. cap. XXXVI. *Apud Arabas naſcitur avis Fœnix, Aquila magnitudine, capite honorato.* Quomodo naſcitur apud Arabas, qui in Ægypto ex ſuo buſto redigitur in vitam? ut ipſe ſubdit. Sane ſuſque deque multis locis is auctor habet momenta rerum quas deſcribit. Herodotus ex Arabia Ægyptum venire memorat, lib. II.

ἐξ Ἀραβίης ὁρμεώμενον, ἐς τὸ ἱρὸν τοῦ ἡλίου κομίζειν τὸν πατέρα ἐν σμύρνῃ ἐμπλάσσοντα,

Michael Glycas Annal. I. *Phœnix avis eſt Arabica, quæ & Vnigena, & comparis expers fertur in creatione rerum exſtitiſſe* Epiphanius Ancorato, cap LXXXV.

περὶ δὲ Φοίνικος Ἀραβικοῦ ὀρνέου πρόσεστί μοι τὸ λέγειν.

Philoſturgius apud Nicephorum Calliſti, lib. IX. cap. XIX. *Sed enim & Phœnix, decantatiſſima illa avis, apud Arabas eſt, & Pſitacum inde ad nos apportari ſcimus.* Indum alii faciunt, Epiphanius Phyſiolog. cap XI. ὁ Φοίνιξ τῆς Ἰνδίας ἐγγὺς κοιτάζεται. Vnde Gangeticus ales, Auſonio. Epiſtol. XX.

Nec quia mille annos vivit Gangeticus ales
Vincit centum oculos, Regia Pavo, tuos.

Lucianus Peregrino.

φοίνικα μετωνόμαζεν ἑαυτὸν, ὅτι καὶ φοῖνιξ, τὸ Ινδικὸν ὄρνεον, ἐπιβαίνει πυρᾶς λέγεται.

Auctor Epiſt. ad Præſidium XIX. inter ſuppoſitas Hieronymo. *Phœnix avis eſt in India, & per Quingentos annos de Libano implet ſe aromatibus.* Cautius Claudianus, loco, ut dictum, non nominato, Philoſtratum ſecutus qui ipſam Indiam ſupervolare in Ægyptum contendentem dicit, lib. III. cap. XIV. Apollon. Cum quo Scriptor Elegiæ de Phœnice, non equidem, quod alibi viſum nobis aliiſque, Venantius, cum longe ſit facilior, & Propior Romanæ Poeſi iſte, omnia conturbante ut docte videatur loqui. Verba ejus: ex noſtro ducta, vel & à noſtro adumbrata, facilè enim crediderim eum ſcriptorem Claudiano vetere-riorem eſſe, & ætatis Lactantianæ, cum ſolidiorem adhuc Latinam Linguam non corrumperet Chriſtiana Eloquentia.

Eſt locus in primo, felix, Oriente, remotus,
Quà patet æterni janua celſa poli.
Nec tamen æſtivos hiemiſque propinquus ortus,
Sed quà Sol verno fundit ab axe diem.
Illic planicies tractus diffundit apertos,
Nec tumulus creſcit, nec cava vallis hiat.
Sed noſtros montes, quorum juga celſa putantur,
Ter bis ſex ulnas eminet ille locus.
Hic Solis nemus eſt, & conſitus arbore multa
Lucus, perpetua Frondis honore virens.
Cum Phaetontæis flagraſſet ab ignibus axis,
Ille locus flammis inviolatus erat.
Et cum diluvium merſiſſet fluctibus orbem,
Deucalioneas exſuperavit aquas.

Ita enim legendi ſatis ornati cometiq; illi verſus, penitus nec Lactantio indigni. Inſcite vulgarur *remotus* primo verſu. Nam felicem ipſo ſeceſſu dicere voluit eum Locum. In Octavo Barbatum eſt *Per bis ſex ulnas eminet* Et ſpacium etiam vilius. Verba & vis verborum longe ultra Venantium, & totum eum præcedens ſeculum ſunt. Immo multa arguunt Gentilem Poetam, pauca refragantur. Inter iſta dicas quod *diluvium* iſtic tam ſimpliciter, velut de ſacris litteris notum habens, nominat. Scitius utique ſcripſiſſet.

Et cum diluvii merſiſſent fluctibus orbem,
Deucalioneas exſuperavit Aquas.

OCEANI ÆQUORE.] Ipſo Oceano, Poetica diductione. *Vel Oceani lucum* intelligas ut ſacer ſit illi omnium Deorum hominumque, ſecundum Homerum, proſatori. Velut in Sidonio.

Eſt locus Oceani longævis proximus Indis.

Oceani æquor, ipſe ille. Ibi ſæpiſſime Græci Poetæ vel unus Periegetes Dionyſius.

ςηθυνοῖο βαθὺν ῥόον ὠκεανοῖο.
ὠκεανοῖο παρὰ ῥόον ἐς φάνωται.
ἀκαμάτου φέρεται ῥόος ὠκεανοῖο,
&c.

Poſſis & pro Adjectivo, ut loquare cum Artigraphis, capere *Oceanum*, velut ſi *Oceanum æquor* dixiſſet. Avienus Periegeſi.

Vrget aquas, glaucoque rapax rotat agmine molem
Gurgitis Oceani

Idem in Arato *Oceanum ſtata flamina cœli Propellunt pelagus* Venantius lib. VII. *Quicquid a Oceanis circulus ambit aquis.* Et alia ita poſita ut *Hoſpitia Zodiaca* Capellæ, Libro primo. Autumna Tempeſtas. Gellius lib. XIX. c. VII.

CIRCUMFLUUS.] περίῤῥυτος. Sidonius Anthem.

At tu circumflua Ponto
Europa atque Aſia commiſſam carpis utrimque
Temperiem

Ita Catullus circumfluentem aliquem Opibu dix

dixit. Aliter Ovidius circumfluum humorem, qui Orbem circumambiat. Αμφίρυτον νῆσον pariter Dioniſius Periegetes.

V.2. TRANS INDOS EURUMQUE.] Euro Arabiam innuere poto. Ovidius.

Eurus ad Auroram Nabathæaque regna receſſit.

Stephanus.

Ναβαθαῖοι, ἔθνος τῶν εὐδαιμόνων Ἀράβων.

V.2. PRIMVS ANHELIS.] Auctor Elegiæ venuſtè.

Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina Portæ,
Et primi emicuit luminis Aura levis.

V.2. SOLLICITATVR.] Tangitur, quovis modo attingitur, tentatur, ut Onomaſticon. Vt alibi de equo

quem primus Amoris Sollicitavit odor.

V.3. VERBERA SENTIT.] Scita fictio. Verberat, quicquid etiam jucundè tangit, præcipue cum flagello aut ferulæ res adſimilatur. Papinius

toties Titonia queſtus
Præterit, & tenui ſpargit miſerata flagello. Idem de Somno.
extremo me tange cacumine virga.
Sufficit, aut leviter ſuſpenſo poplite tranſi.

Pari modo tenuem à verbere auram locum illum tangere dicit Claudianus.

4. CVM LIMINA CVRRV.] Prodeunte Solis Quadriga. Stultiſſime liber vetus unus curſu Ingens damnum in noſtro non comparuiſſe hoc Carmen.

5. VNDE RVBET VENTVRA DIES.] Flamma nimirum tore ſuo aut noctis abactæ paſta Oriens Sol ardet, currens radiat, Plinius lib. II. cap. XIIX *Vnde croceum colorem adſcribunt Orienti Poetæ, Eleganter Auroræ pudorem.* Mart Capella, lib II.

roſeo ſubtexere ſidera peplo
Cœperat. ambroſium promens, Aurora, Pudorem.

Pudoricolorem una voce appellat Nævius apud Gellium lib. XIX. cap. VII. *Arcem etiam ſive Carceres Solis, unde prodeat*, dicere Claudianus poſſit.

6. AFFLATA ROTIS.] Percuſſa velut vi venti. nam ea vis & Solis. Vergilius.

Sed me ſævus Equis Oriens afflavit anhelis.

Valerius Flaccus, lib. III.

trepidam Phaeton afflavit ab alto Tiſiphonam

7. REFVGO AMICTV.] Quem ſuper omnia extendere Poetis Nox perhibetur. Capella roſeo ſubtexere ſidera peplo *verbis modo poſitis.* Idem lib. VIII.

Texerat, exterior qui fulget, circulus Orbis
Ætheris aſtrifico lumina multa peplo.

Papinius lib. VIII.

Nox ſubiit, nigroque polos involvit amictu.

In Scriptura pariter. Eſaias Propheta cap. L.

Ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ ὡς σάκκον θήσω τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ.

Venantius.

Depereunt tenebræ Chriſti fulgore fugatæ
Aeterna noctis pallia craſſa cadunt.

Eodem reſpexit Maro cum de Nocte cecinit.

Involvens umbra magna terramque polumque.

Ab amplexu videlicet & circuitu. Vt idem alibi *furvis tellurem amplectitur alis.*

8. FORTVNATVS NIMIVM] Ad miraculum uſque. Valet & Benè. Curius Fortunatianus, lib. III. *Sunt quædam verba, quæ, quamvis obſoleta ſint, tamen vitanda non ſunt, ſi nimium propria ſunt, & illis melius expeditur oratio.* Vita Vetus MS. Sancti Simeonis: *Cum nimia eſſet Serenitas; tanta fulgura ſubito exſtiterunt ut templum ipſum ſcinderetur.* Appuleius lib. V. *Splendore nimio fulgurante lumen lucernæ vacillabat.* Arruntius Celſus apud Terentium Phormion. *Nimium quantum immane quantum expenit.* Ita ſæpius Plautus. Vide Nos ad Appuleium.

9. TI-

9. TITANIUS ALES.] Soli Sacer Phœnix, Plinius lib. X. cap. II. ex Manilio Senatore: Sacrum in Arabia Soli eſſe, vivere annis DCLX. Noſter II. Stilicon. CCCCXIX.

Conveniunt Aquilæ, cunctaque ex orbe
Volucres
Ut Solis mirentur avem.

Auctor Elegiæ.

Paret & obſequitur Phœbo memoranda
ſatelles,
Hoc natura parens munus habere dedit.

σύμβολον ἡλίου. Orus Apollo. Mittere ex ſe radios inſtar verè Soligenæ auctor Philoſtratus lib. III. Apollon. Ἱερὸν ὄρνιν. Simpliciter vocat Herodotus, lib. II. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς τοὔνομα Φοῖνιξ. Achilles Tatius lib. III.

τὸν ὄρνιν αὐτοῖς ἐπιδημήσαι τὸν ἱερὸν. φέροντα τοῦ πατρὸς τὴν ταφήν.

Tacitus lib. VI. Sacrum Soli id animal & ore ac diſtinctu primarum à cæteris avibus diverſum. Joannes Gazæus.

Ἡελίου ταχὺς ὄρνις εὔπτερος.

Θεῖον ὄρνιν eodem reſpectu vocat. Aelianus Lib. VI. cap. LVIII.

ὡς οὐ νῦν ἀλλὰ ἐς ὕστερον ὁ δὲ ὁ θεῖος ὄρνις ἀφίξεται.

Soli cur adſcribatur rationem adponit idem Joannes Gazæus, cujus integrum locum de hoc alite proponam, ſuaviter enim Nonnizat, & ſemel tantum eſt editus.

Ἐστὶ δ' ἴλης σοφὸς ὄρνις ἀπειρεσίων ἀπὸ
κύκλων
Φοῖνιξ χηλιέτηρος, ἀεὶ περίμετρος
ὁδεύων,
Ἠελίου ταχὺς ὄρνις εὔπτερος, ᾧ πο-
λὺς αἰὼν
Ἥβης μέτρον ὅπασσε πολύχρονον, αὐ-
τὰρ ὁ χαίρων
Γηραλέην βαρύγουνον ἀνηώρησεν ἀ-
νάγκην,
Καὶ πόρον ἐξ ἐτέων δολιχόδρομον ἡ-
νιοχεύσας
Γαστέρα παλίνῃ διώδεα θήκατο ποί-
αις,
Ἄνθεος εὐόδμου βαρῆνηφάγος, αὐ-
τόλικου τε
Κινυμένων πτερύγων ἀντώπιος ἄνθε-
ρε δίσκου
Καὶ φλογὸς ἁρπάζειν δεδαημένος
ἔμπυρον ὁρμὴν
Ἐς μόρον αὐτὸς ἑκὼν αὐτάγρετος
ἔδραμε Φοῖνιξ,
Τεφρώσας περὶ γυῖα, καὶ οὐδεὶ κέκλι-
το πότμῳ.
Καὶ νοερὸς πάλιν ὄρνις ἐδέξατο τὸν
σέβον ἥβης
Αὐτοφαὴς νεότητι, μαραινομένης ἀπὸ
τέφρης.
Ἠελίου τότε σῆμα περίδρομον, ὅτι
μογήσας
Ἦν χρόνος αὐτογένεθλος ἀποιχο-
μένων λυκαβάντων.

8. REGNA COLIT.] Regna cujuſque ubi ei bene propritimque vivitur. Virgilius.

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite cul-
men
Poſt aliquot (mea regna) videns mirabor
ariſtas.

Auſonius, Eidyllio III.

Salve herediolum, majorum Regna meo-
rum,
Quod proavus, quod avus, quod pater
excoluit.

Intellige πατροπαραχικὸν aut προπαραχικὸν χωρίον, progenitoriale prædium, Rem non ſparſam Labore ſed relictam, Martiali. Vide doctiſſimum Carolum Labbæum ad Conſtantini Porphyrogennetæ Novellam de Militaribus Fundis.

9. DEFENSVS.] Servatus ab ea, aſſer-
tus

tus, ne illi ſe committere opus habuerit. Aliquoties jam his Animadverſionibus illuſtratus hic verbi uſus.

9. PLAGA INIQVA.] Humani Laboris, qui noctu diuque univerſos mortales exagitat, iniquitate Fortunæ omnia volvente. Omnia plena queſtibus hoc genus. De Phœnice pariter Elegiæ auctor.

Non huc exſangues morbi, non ægra ſenectus,
Nec mors crudelis, nec metus aſper adit.
Nec ſcelus infandum, nec opum veſana cupido,
Aut Mars, aut ardens cædis amore Furor.
Luctus acerbus abeſt, & egeſtas obſita pannis,
Et curæ inſomnes, & violenta Fames.
Non ibi Tempeſtas, nec vis furit horrida venti,
Nec gelido terram Rore pruina tegit,
Nulla ſuper campos tendit ſua vellera Nubes,
Nec cadit ex alto turbidus humor aqua, &c.

9. INTACTAS ÆGRIS ANIMALIBVS.] Venit tamen in humanum mundum, conſenſu ſcriptorum, velut cum Saresburienſis ſupra poſitis verbis exſcripſit, viſum cum Byzantium fieret Conſtantinopolis, idque bono Omine. Contrà malum ejus conſpectus fuit, Tiberio morituro, ut eum inter alia portenta connumeravit Dio Caſſius Libro LVIII. εἰ δέ τι καὶ τὰ Αἰγύπτια πρὸς τοὺς Ῥωμαίους προσήκει, ὁ Φοῖνιξ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ὤφθη, καὶ ἔδοξε πάντα ταῦτα τὸν θάνατον τῷ Τιβερίῳ προσημᾶναι.

Tacitus verò lib VI. *Aſpici aliquando in Ægypto eam volucrem non ambigitur.* Sub Claudio Romam Traductum traditur & publice oſtenſum. Solinus cap XXXVI. *Quinctio Plautiano & Sex. Papinio Coſſ. Aegyptum Phœnix involavit, captuſque anno DCCC. Vrbis condita, juſſu Claudii Principis in Comitio publicatus eſt quod geſtum præter cenſuram, quæ manet. Actis etiam Vrbis continetur.* Et Tamen fictam rem pronunciat, neque ignoratam Plinius lib. X. cap. II. *Allatus eſt & in Vrbe Claudii principis cenſura, anno Vrbis DCCC. & in comitio propoſitus, quod Actis teſtatum eſt, ſed quem falſum eſſe nemo dubitaret.*

10. HVMANI CONTAGIA MVNDI.] Comprehendit verſibus modo productis auctor Elegiæ. Et diſticho Juvenalis, Sat. I.

Quicquid agunt homines, Votum, Timor, ira, Voluptas,
Gaudia, Diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.

Contagia, vitia. Eugippius Severini vita, cap. VIII. *Hæc inter cætera iniquitatis ſuæ contagia etiam rebaptiſare quoſdam conata eſt Catholicos.* Contagia, morbi ſerpentes, velut ab ipſo tactu. Levis enim & lenis tactus contagio dicebatur. Arnobius lib II. *Radiorum & Luminis intentione videamus, an rerum imagines advolent, & noſtris in pupulis ſidant? Vtrum ſapor in rebus ſit, an palati contagionibus fiat?*

11. PAR SVPERIS] Vitæ hominum genus, quod cum maximè laudat, diis proximum commendat doctiſſimus vates, Stellas, omnia corpora ultra Lunam dicit, immortalia, Mors enim infra Lunam. Ita autem immortalitas ſolita deſcribi. Ovidius.

Cum Sole & Luna ſemper Aratus erit.

Idem ſæpius.

VIVIDUS.] Vivacem vocat Papinius & Ovidius. *Et vivax Phœnix unica ſemper avis.*

Quæ ſibi præſternat vivax altaria Phœnix.

12. DVRANDO] Verbum quod ſummum robur & velut extraordinarium notat. Virgilius.

Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis. Silius lib. XI.

Romuleis duraſtis, ait ſecundare muris.

De Phœnice igitur aptum dici. & ita Mela, lib. III. *Phœnix ubi quingentorum annorum ævo duravit perpetua, ſibi ipſa incubat, ſolviturque.* De eodem Solinus, cap. XXXVI. *Probatum*

eſt quadraginta & quingentis eum durare annis.

12. TERIT ÆVUM.] Quod omnia ipſum ſolet. Tranſlatio à ſaxo aut alia re attrita tempore & uſu. Vincere ita Ovidius ait, lib. XV.

Inde ferunt totidem qui vincere debeat annos
Corpore de patrio parvum Phœnica renaſci.

Ita enim duo vetuſtiſſima exemplaria eo loco, vulgatur vivere Vulgarius.

12. REDEVNTIBVS.] è morte in vitam Orientius.

dum ſe longi ſequitur rota mobilis anni
Naſcitur & moritur, ſuccidit atq; redit.

13. NON EPVLIS SATVRARE FAMEM.] Nemo edentem vidit Phœnicem Plinius lib. X. cap. II. *Primus atque diligentiſſimus togatorum de eo prodidit Manilius, Senator ille maximis nobilis doctrinis, doctore nullo neminem exſtitiſſe qui viderit veſcentem.* Ovidius.

nec fruge nec herbis
Sed thuris lacrymis, & ſucco vivit Amomi.

Venti lenis aura paſci memorat Epiphanius. Phyſiol. c. XI.

ὁ Φοίνιξ τῆς Ινδίας ἐγύς κοιτάζεται καὶ ἀμφὶ τὰ πεντακόσια ἔτη τὸν βίον διάγει εἰς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, ἄβρωτος, καὶ ἀποτρέφεται δὲ ἐκ πνεύματος.

Auctor Elegiæ. *Non illi cibus eſt noſtro conceſſus in orbe. Nec cuiquam implumem paſcere cura ſubeſt. Ambroſios libat cœleſti nectare rores Stellifero teneri qui cecidere polo. Hos legit, his mediis alitur in odoribus ales*

14. PVRIOR SOLIS FERVOR.] Non ille qui humano orbi neceſſarius, in Mortis enim regnum cum primum venit Phœnix, cum ſenectutem poſiturus. Auctor Elegiæ.

Quæ poſtquam vita jam mille peregerit annos,
Ac ſe reddiderint tempora longa gravem,
Vt reparet laſſum ſpatiis urgentibus ævum
Adſueti nemoris dulce cubile fugit,
Cumque renaſcendi ſtudio loca ſancta reliquit
Tunc petit hunc orbem mors ubi Regna tenet.

Apage labem in ſecundo verſu, & ſcribe *Et ſic reddiderint.* Sed & alia bono illi Poetæ impacta dedecora, à librariis, nullo negocio tollentur. Vt paullo ſupra.

Poſtquam Phœbus equos in aperta refudit Olympi,
Atq; orbem totum protulit uſq; means.
Illa ter alarum repetito verbere plaudit,
Non errabilibus nocte dieque ſonis.

Elegans & ſummo vati debitum illud *orbem pretulit* At vero fatuum & prorſus improbæ notæ illud *uſque means* Cum canere ſemper & plaudere ad cantum alis, inſtar generoſiorum Gallorum ſcripſerit Poeta ſuam Phœnicem, Sic enim mox de ſingulis Horis.

Atque eadem celeres etiam di crimina horas
Igniferumque caput ter venerata ſilet.

In ſingulas nimirum horas. Quare ſcribe:

Poſtquam Phœbus equos in aperta refudit Olympi,
Atque orbem totum protulit, uſque canens
Illa ter alarum repetito verbere plaudit:
Non errabilibus Nocte dieque ſonis.

Vſque means ineptum arguit *nox* ſequens, non enim cum meare dicunt Poetæ Phœbum. Noſtra Lectio continuationem cantus pulcre producit. Hoc genus alia deturpant eam Elegiam etiamnum, ut verum ejus pretium parum æquis oculis videatur. Omnino neque *Lactantio* indigna eſt. Quem ex uno ſolo ejus, quod ſupereſt, carmine, egregiam Poetam fuiſſe ſcimus.

16. AR-

15. ARCANVM RADIANT OCULI JUBAR.] Radios emittere totum Phœnicem ſcribit Philoſtratus. Noſter oculos Soli ſuo æmulos cautius proponit, & conferendo hoc Poema traditis inſignium auctorum, miraberis judicium ſummi vatis, relinquentis omnia abſurditatis aut incredibilitatis. Vt ita loquamur, ſpeciem clarius ferentia, cum ſummi tamen ſcriptores plenis buccis hic inſaniant. Eumdem Oculorum Fulgorem infra ſtellam nimiſquam venuſte dicit. verſ. XXXVII.

> *Iam breve decreſcit lumen, languetque ſenili*
> *Segnis Stella gelu*

Nec enim mutanda ibi optimorum librorum ea ſcriptura. Arcanum Jubar, ſuave, neq; fervidum. Vt de Aurora Sidonius. Fundebant oculi radios, color igneus illis. Non tamen ardor erat.

16. IGNEVS ORA CINGIT HONOS.] Vt deſcripſerint volucrem noſtrum Auctorum veterum præcipui, proponemus ipſorum ipſis verbis. Herodotus non viſam ſibi axem, ſed de pictura profeſſus depingere, lib II.

ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς, τῷ οὔνομα φοῖνιξ. ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ. καὶ γὰρ δὴ καὶ σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι, δι' ἐτέων, ὡς Ἡλιοπολῖται λέγουσι, πεντακοσίων, φοιτᾷν δέ τότε φασὶ ἐπεάν οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατήρ. ἐστὶ δὲ ἐν τῇ γραφῇ παρόμοιος, ποσός τε καὶ ποιός τι, τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δὲ ἐρυθρὰ, ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος τὸ μέγεθος.

Plinius, lib. X. cap. II. *Aquila narratur magnitudine, aurifulgore circa colla, cætera purpureus, caruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciem caputque plumeo apice cohoneſtante.* Solinus cap. XXXVI. *Phœnix Aquila magnitudine, capite honorato in conum plumis exſtantibus, criſtatis faucibus, circa collum fulgore aureo, poſtera parte purpureus, abſque cauda, in qua roſeis pennis cæruleus interſcribitur nitor.* Philoſtratus auri modo fulgorem agnoſcit, ne repereret ſcilicet jam dicta. Epiphanius, Phyſiol. cap. XI.

Φοῖνιξ δὲ ταῶνος ὡραιότερος ὑπάρχει, ὁ ταὼν γὰρ χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ καταπεπταμένας τὰς πτέρυγας κέκτηται. ὁ δὲ φοῖνιξ ὑακίνθῳ καὶ σμαράγδῳ καὶ λίθων πολυτελῶν, πάντα γὰρ φέρει ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ σφαίρας κατέχει ἐπὶ τοῖς ποσὶν αὐτῆς.

Quæ verba infra emendabimus. Achilles Tatius lib. III.

Φοῖνιξ μὲν ὁ ὄρνις ὄνομα, τὸ δὲ γένος Αἰθίοψ, μέγεθος κατὰ ταῶνα, τῇ χροιᾷ ταὼς ἐν κάλλει δεύτερος, κεκέρασται μὲν τὰ πτερὰ χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ, αὐχεῖ δὲ τὸν ἥλιον δεσπότην, καὶ ἡ κεφαλὴ μαρτυρεῖ, ἐστεφάνωσε γὰρ αὐτὴν κύκλος εὐφυὴς, ἡλίου δὲ ἐστὶν ὁ τοῦ κύκλου στέφανος εἰκών, κυάνεός ἐστιν, καὶ εἰσὶν αὐτῷ πτερῶν ἀνατολαί.

Diſſentiunt hi poſtremi duo comparatione Pavonis, inferiorem hoc Tatius, ſuperiorem forma facit Epiphanius. Pro priore judicat Auſonius Epiſt. XX.

> *Longæva tantum ſuperamus honore ſenecta.*
> *Quid refert? Cornix non ideo ante cygnum.*
> *Nec quia mille annos vivit Gangeticus ales,*
> *Vincit centum oculos, regie pavo, tuos.*

Contra quem pro Epiphanio eſt Tzetzes, etiam magnitiem majorem faciens.

> Ὁ φοῖνιξ ὄρνεον ἐστὶν ἓν ἐν παντὶ βίῳ.

Ταῶνος ὡραιόπτερος ἢ μείζων ἀσυγ-
κρίτως.
Καὶ χρυσοπτεροδίστερος, θαῦμα
καινὸν ἢ ξένον.

Duplam Aquilæ magoitudinem Eidem adſcribit Ezecluelus Poeta. Struthiocameli auctor Elegiæ. Deſcriptionem elegantem dedit auctor] Elegiæ idem.

Mirandam ſeſe præſtat præbetque videnti,
Tantus ibi decor eſt, tantus abundat honor.
Principio color eſt, qualis ſub ſidere cœli
Mitia quem croceo punica grana legunt.
Qualis ineſt folijs, quæ fert agreſte papaver,
Cum pendens veſtit Sole rubente polus.
Hoc humeri, pectusque decens velamine fulgent,
Hoc caput, hoc cervix, ſummaque terga nitent.
Caudaque porrigitur fulvo diſtincta metallo,
In cujus maculis purpura miſta rubet.
Clarum inter pennas inſigne eſt deſuper, Iris,
Pingere ceu nubem deſuper alta ſolet.
Albicat inſignis miſto viridante ſmaragdo
Et puro cernu gemmea cuſpis hiat,
Ingentes oculos credas geminoſque hyacinthos.
Quorum de medio lucida flamma micat,
Aequatur toto capiti radiata corona,
Phœbæi referens verticis alta decus.
Crura tegunt ſquama fulvo diſtincta metallo
Aſt ungues roſeo pingit honore color.
Effigies inter pavonis miſta figuram
Cernitur, & miſtam Phaſidis inter avem,
Magniciem, terris Arabum quæ mittitur ales
Vix æquare poteſt, ſeu fera ſeu ſit avis,
Non tamen eſt tarda ut volucris quæ corpore magnæ
Inceſſus pigres per grave pondus habent.
Sed levis & velox, regali plena decore,
Talis in adſpectu ſe exhibet uſque hominum.

Hæc ille pluribus, maculatis miſere verſibus à fæce exſcriptorum, quam detexſit hactenus nemo. Secundo verſu Monachicum & vile eſt *tantus ibi decor eſt* Scribe Tantus ei decor eſt, tantus abundat honor. Tertio quid eſt *qualis ſub ſidere cœli?* Nemo hæc intellexit hactenus. Scribe.

Principio color eſt, qualis ſub ſidere, cœli,
Mitia quem in croceo punica grana legunt.

Color eſt qualis cœli ſub Sole, hoc rubicundi aut purpurantis contra fulgorem aureum, qualem in croceo legunt punica grana, cum mitia ſunt poma. Poetice eleganterque. Punicum colorem in croceo dicit, quo modo ſæpiſſime ſolenteſque loquuntur ſcriptores cum colorum res aut pigmentorum agitur. porro.

Qualis ineſt fol. q ſ. agr p.
Cum pendens veſtit Sole rubente polus,

Non

Non video hic ullum, ſcriptore ſuo dignam, elegantiam. *Polus veſtit papaver pendens Sole rubente.* Nugæ meræ ſunt Agreſte papaver inter ariſtas enaſci, puniceis folijs croceam Cererem diſtinguere, nemini ignotum. Id voluit, ut ſuperiori hæc comparatio reſpondeat noſter vates. Quare ſcribendum arbitramur.

Qualis ineſt folijs quæ fert agreſte papaver,
Cum ſegetem veſtit Sole rubente polus.

Ruber, flavus & puniceus, colores conveniũt, ut in ſuperiori diſticho. In illo *Caudaq; porrigitur* vocula *que* nullius etiam momenti eſt. Scripſiſſe puto.

Cauda retro erigitur, fulvo diſtincta metallo,
In cujus maculas purpura miſta rubet.

Radios ſolis imitari Phœnicis pennas Achilles Tatius modo nobis dixit Ita iſte caudæ pennas erigi ait ne quid pavoni cõcedat Phœnix, & auri ſplendore fulgurare totam, niſi quod maculas ei faciat miſta purpura Ipſa volucris ſpecies vulgata lectione lædi videtur, cui multum honoris decedit retro porrecta cauda. Nec ſequens diſtichon ullo modo intelliges niſi ita hic leges; erectam enim & conſpicuam erecto pennarum ordine caudam deſuper ambire atq. incingere ait Iridem quandam, cœleſti illi æmulam, qualem ſanè & in pavone videmus, cum ſuperbire vult. In illo.

Albicat inſignis miſto viridante Smaragdo,

Inſigniter eſt corrupta vox inſignis, & repetita de verſu retrò altero. Utiq, ſcripſit Poeta.

Albicat hinc jaſpis, miſto viridante ſmaragdo,
Et puro cornu gemmea cuſpis hiat.

Purum cornu, non maculoſum. ſed miſto viridante, colore Smaragdi. referens albicantem in puniceo, qui eſt nonnullarum Jaſpidum. Roſtrum volucris hic deſcribit puriſſimo cornu dilutum puniceum in viridante colore teſciens. Rem ob oculos cum ſenſu auctoris ponet fruſtum Matricis margaritarum, quod album cum ſit, aut albicans, ſive argentei coloris, iſtos duos ſuaviſſimè ſimul refert, quocunq; vertis. Tale roſtrum Phœnici adſcribit ingenioſus doctuſque hic auctor. Si non de roſtro, ſed ad præcedentem verſum Jaſpidem & Smaragdum iſthinc capere velis, pariter ſenſus erit elegans, Correctio autem manet indubitata, quam probant etiam ſequentia gemmarum genera. Oculos mox geminis ingentibusq; hyacinthis exæquat. Porrò.

Crura tegunt ſquama flavo diſtincta metallo,
Aſt ungues roſeus pingit honore color.

Crura diſtincta flavo metallo, ſquamę tegunt. Hic etiam macula ineſt, dicendum enim erat ante omnia quales ſquamæ, cum harum color alioquin ſit turpis, & niſi ſingularis, dedecoret omnem figuram. Legendum dicam *bis tincta* ſaturata nimirũ Puniceo colore, κατ' ἐξοχὴν ejus tincturæ. Nam & Claudianus *Tyrio pinguntur crura veneno* Sed hoc crudiuſculum ſit. Latet aliud quid. Nam & repetitio verborum *flavo diſtincta metallo* De ſuperioribus olet exſcriptorium facinus.

Capere tamen poſſis ac ſi dixiſſet crura tegunt ſquamæ diſtinctę fulvo metallo; propter vicinitatem transdata voce in alterius uſum quam conveniebat, de qua locutione ſuperioribus his Notis ſatis monitum. Magnitiem, magnitudinem dixit, ut minuties in uſu alijs. De ea voce ad Appulejum, & in Adverſarijs. Ineſt vero & illi diſticho mendum inſigne: Scribe.

Magnitiem terris Afrum quæ gignitur ales
Vix æquare poteſt, ſeu fera, ſeu ſit avis.

Struthio Camelum enim dicit, Africæ animal quod & feram & avem dicere poſſis. Ariſtoteles de Partibus Anim. lib. IV. cap. XII.

περὶ τοῦ ϛρουθοῦ τοῦ Λιβυκοῦ ὕϛερον θεωρητέον. Et cap. XIV. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει ὁ ϛρουθὸς ὁ Λιβυκός.

Ubi & de forma ejus ferina & volucrina. Idem Hiſtor. lib. IX. cap. XV.

τὸ μελαγκόρυφον καλούμενον φησὶ πλεῖστα τίκτειν μετά γε τὸν ἐν Λιβύῃ στρουθόν:

Sed verbis opus non eſt, cum hodieque catervatim in Africa commeantes ſint qui viderint, vide Joannem Leonem Africæ lib IX. Quod aves majores tardiores dicat, cauſſam Ariſtotelis cap. ultimo Librorum de Partibus animo habuiſſe videtur, ideò neq; fieri majores quam ſint, potuiſſe. Ultimus adſcriptorum verſuum contra mentem auctoris ſonat, etſi enim tum ſeſe exhibere velit, non tamen uſq;, dictum voluit, quare neq; eum mendo carere arbitramur. Scribe & conjunge ſequentia iſtis.

Sed levis & velox, regali plena decore:
Talis ubi adſpectu ſe exhibet uſu hominum
Convenit Ægyptus tanti ad miracula viſi,
Et raram volucrem turba ſalutat ovans.

18. HONOS] Gravis quidem & maſculus decor. Sic ſæpiſſimè Poetæ. De Phœnice Plinius: *criſtis faciem caputq; plumeo apice cohoneſtante.* Solinus: *Capite honorato plumis in conum exſtantibus.* Auctor Elegiæ verſibus modo propoſitis.

19. CRISTATUS APEX.] Talem Phœnici adſcribunt. Vide ſupra deſcriptionem. Plinius lib. VIII. cap. XXXVII. *In capite paucis animalium, nec niſi volucribus, apices, diverſi quidem generis. Phœnici plumarum ſerie, è medio eo exeunte alio, pavonibus crinitis arbuſculis; Stymphalides cirro. Faſianæ corniculis.*

20 LUCE SECAT.] Radijs inſtar Solarium. Vide dicta ſuperius ex Philoſtrato alijsque, & Elegiam.

21. TYRIO PINGUNTUR CRURA VENENO.] Purpureos pedes dat Phœnici ſuo. Eumdem colorem ijsdem adſcripſerat Epiphanius, ſed contaminarunt exſcriptores. Phyſiologi cap. XI

τιάραν δὲ φέρει ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ σφύρας κατέχει ἐπὶ τοῖς ποσὶν αὐτῆς.

Regium inſigne capiti Tiaram, regiũ item colorem pedibus dederat Epiphanius. Scripſit enim dubio procul

καὶ πορφύρας aut *πορφύραν κατέχει.*

Notus color in calceatu Imperatorio Regioque. Vide ſuprà ad ſecundum de Raptu, v. CCC. *Venenum*, tinctura, Purpura, Boethius lib. II. cap. V. *Nec Bacchica munera norat.*

Liquido confundere melli,
Nec lucida vellera Serum
Tyrio miſcere veneno.

Virgilius, Georg. I.

Alba nec Aſſyrio fucatur Lana veneno.

Horat. lib. II. Epiſt. I.

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Minio tincta crura Phœnici adſcribit Ezechielis Poeta.

22. ANTEVOLANT ZEPHYROS PENNÆ.] Summa velocitas Phœnicis. Nec decebat aliter Regem volucrum. Vide noſtrum infra. Alios.

22. CÆRULUS AMBIT FLORE COLOR.] Ineptiſſima & digna Pædotribis lectio. Cærulus color flore ambit? Quid hoc vult ſibi. An in *Cærulo Flos?* Quantum eſt ut male pereat futilium correctorum. Scripſit Claudianus.

Antevolant Zephyros pennæ, quas Circulus ambit
Floricolor, ſparſoque ſuper diteſcit in auro.

Circulus Floricolor alas (de his enim loquitur) Phœnicis ambit. Auctor Elegiæ.

Clarum inter pennas (alas pariter, inſigne eſt deſuper Iris,
Pingere ceu nubem deſuper alta ſolet.

Hic eſt circulus. In eumdem Smaragdinum. Jaſpidisq; & auri colorem itidem habes. Vide & Epiphanij aliorumque verba adſcripta jam. Emendatio indubitata eſt. *Floricolor*, varijs coloribus præditus, ut florum omne genus, qualem in Iride Auctor ille proponit.

23. DI-

21. DITESCIT.] A pretio metalli cujus color ineſt. Alibi. *Dives Hydaſpa is augeſcat purpura gemmis.*

23. HIC NEQUE CONCEPTO FOETU.] Nullo parente alio, niſi qui ex buſto ſuperſtes in novam avem, ſic pletiq;. Aliter tamen alij, nam & naſci in Arabia Phœnicem ait Solinus, & Herodotum ſecuti alij parentem myrrha clauſum ex Orientis oris in Aegyptum pervehere, illic ſepeliendum. Quibus fabuloſiora addunt alij, ut reliquias illas oſtendere probaturo earum Fidem Sacerdoti Achilles Tatius, ut Græci nugandi, data occaſione, finem invenire neſciverunt ſemper. Ita de nullo ſemine, concepru, Patre, ſed ex ſe ipſa ortu Pomp Mela lib. III. cap. IX. Non enim coitu concipitur, partuve generatur, *ſed pubeſcentium membrorum tale concreſcens ipſa ſe concipit, atque exſe rurſus renaſcitur.* Zeno Veronenſis, Sermone CIV. Qui & Vltimus: *Similiter Phœnix avis illa pretioſa reſurrectionis evidenter nos docet jura: quæ Nobilitatem generis ſui non à parentibus accipit, non liberis tradit, ipſa eſt ſibi uterque ſexus, ipſa omnis affectus, ipſa gnus, ipſa finis, ipſa principium. Non ex coitu naſcitur nec officio alieno nutritur, non invita, non imprudens moritur. &c.* B. Ambroſius in Pſalmum CXVIII. *Phœnix coitus corporei ignorat, Libidinis neſcit illecebras, ſed de ſuo ſurgit rogo, ſibi avus ſuperſtes, ipſa & ſui haves corporis, & cineris ſui fœtus.* Sic Alij. In Claudiano hic etiam nævus eſt *neque concepto fœtu nec ſemine ſurgit* Hæret abſoluta alioquin oratio. Scribe *Hic neque concipitur fœtu, nec ſemine ſurgit.* Sed pater eſt prolesq; ſui. *Surgere*, oriri, vltimam originem denotat Poetarum Filijs. Maro. Aeneid. I. *Nate Dea quæ nunc animo ſententia ſurgit.* Idem Lib. VI. *non ulla Laborum, O virgo, nova mi facies inopina reſurgit.* Lucanus lib. IX. *grata vice mœnia reddent Auſonida, Phrygibus, Romanaque Pergama ſurgent.* Lucretius. *medio de Fonte Leporum*

> *Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat.*

24. PROLESQUE SUI.] Scitius ſcripſiſſet *ſibi.* Et ita reponimus cum Libro Belgico. Ita Ovidius.

> *Vna eſt quæ reparet ſeque ipſa reſeminet ales.*

Eadem reſpicit Nazianzenus Orat. XXXVII. in Natura cum generationis modum agnoſcens ut ſe ipſa reparet regeneretq; avis. Nonnus lib. XL. Dionyſ.

> Χιλιετὴς σοφὸς ὄρνις ἐπ' αἰθέρι σῷ βωμῷ
> Φοῖνιξ τέρμα βίοιο φέρων αὐτόσπορον ἀρχὴν
> Τίκτεται ἰσοτύποιο χρόνου παλινάγρετον εἰκών.
> Αὖθις δ' ἐν πυρὶ γῆρας ἀμείβεται ἐκ πυρὸς ἥβην.

24. NULLOQUE CREANTE.] Generante. Ovidius.

> *Nec ſtirps prima fui, genito ſum fratre creatus*

25. EMERITOS ARTUS.] Joannes Gazæus verbis ſupra poſitis.

25. FOECUNDA MORTE REFORMAT.] Alcimus Avitus *vivax quæ colligit ales Natali cum fine perit.* Ita exemplum Partus Virginei ponitur Chriſtianæ Antiquitati hæc avis. Auctor Epiſtolæ Hieronymo abjudicatæ, quam ſupra laudavimus. Alij. Auctor Elegiæ.

> *Interea corpus genitali morte peremtum*
> *Aeſtuat, & flāmas parturit ipſe calor.*
> Et poſteà.
> *Inde reformatur, qualis fuit ante, figura:*

ALTERNAM.] Tertullianus de Reſurrect. Carnis, cap. XIII. *Phœnix ſe ipſum libenter funerans renovat, natali fine recedens & ſuccedens iterum Phœnix.*

26. NAMQUE UBI MILLE VIAS.] Aetas Phœnici vnius curriculi conſtitura dubia eſt in ſcriptoribus. Mille aſſerit Claudianus.

nus. Cum eo non pauci ſentiunt. Martialis, lib. V. Epigramm. VII.

> *Qualiter Aſſyrios renovant incendia nidos*
> *Una decem quoties ſecula vixit avis.*

Sic Nonnus & Joannes Gazæus, tamquam magiſter & diſcipulus, verſibus jam dum propoſitis Auctor Elegiæ.

> *Quæ poſtquam vitæ jam mille peregerit annos.* Auſonius Epiſt. XX.

Ipſis mille aliquot adjiciunt alij. Tacitus. *Sunt qui adſeverent mille quadringentos ſexaginta unum interjici.* Alia ætas apud Heſiodum & Auſonium Eidylliis. Millia ſex amplius Chæremon Antiſtes apud Tzetzam in Hiſtoriarum Chiliad. Alij non definiunt ætatem ſed quam longiſſimam velut proverbio faciunt. Origenes contra Celſum & cap. XIX. Philocaliæ:

> παραλαμβάνει τὸ Ἀράβων ζῶον, τὸν φοίνικα διὰ πολλῶν ἐτῶν ἐπιδημοῦν Αἰγύπτῳ.

Orus Apollo libro I. ψυχὴν ἐνταῦθα πολὺ χρόνον διατρίβουσαν χαίψαι βουλόμενοι φοίνικα τὸ ὄρνεον ζωγραφοῦσι. Lucianus Hermotimio. ὡς ὑπὲ αὐτὸν ἤδη κρίνειν ἐξιόντα εἶναί φησιν, ἣν μὴ φοίνικος ἔτη βιῷη. Certam tamen conſtitutam fuiſſe apparet inde quod Aegyptijs ejus adventus & reparatio Attarum fuerit diſtinctio & dimenſio. Syneſius Dione:

> σπανιώτερον δὲ δήπου τὸ γένος τῶν τοιούτων ψυχῶν, ἢ τὸ τοῦ φοίνικος, ὃν ταῖς περιόδοις μετροῦσιν Αἰγύπτιοι.

Plinius lib. X. cap. II. *Cum hujus alitis vita magni anni converſionem fieri prodidit idem Manilius, iterumque ſignificationes Tempeſtatum & ſiderum eaſdem reverti. Sed Quingenti anni plurimorum conſenſum habent,* & ita Tacitus: De numero annorum varia traduntur. *Maximè vulgatum Quingentorum ſpatium.* Pomponius Mela. *Ubi Quingentorum annorum ævo perpetua duravit ſibi ipſa incubat, ſolviturque.* Aeneas Gazæus Theophraſto. καὶ τὸ ὄρνεον ὁ φοῖνιξ εἰς πεντακόσια ἔτη βιῶναι λέγεται.

Ambroſius Hexaem. libro V. capite XXIII. *Phœnix quoque avis in locis Arabiæ perhibetur degere, atque usque ad annos quingentos longævitate procedere.* Clemens lib. V. cap. VIII. Apoſtol. Conſtit. *Ajunt avem quandam eſſe Soligenam, ſolamq; in mundo reperiri, Phœnicem appellant, narrantque eam poſt Quingenteſimum annum in Ægyptum advolantem conflagrare, redigi in pulverem.* Philoſtratus lib. III. cap. XIV. fine. Aurelius Victor Claudio: *viſus apud Aegyptum Phœnix quam volucrem ferunt anno Quingenteſimo ex Arabis memoratos locos advolare.* Ineptè editur, etiam ex MS libris. *Quinquageſimo*, uti & benè Gruterus noſter contra S hottianos notavit. Auctor Epiſtolæ ad Præſidiam. *Phœnix avis eſt Indiæ & per Quingentos annos de Libano ſe implet aromatibus, poſt accenditur.* Ovidius.

> *Hæc ubi quinque ſua complevit ſecula vitæ.*
> *Unguibus & duro nidum ſibi conſtruit ore.*

Clementis traditum reperit Cyrillus, Catecheſ. XVIII. Neque *benè Photius Patriarcha*, qui eum reprehendit, cum eodem argumento Reſurrectioni demonſtrandæ multi alij patres pariter utantur. De quingentis annis ſimiliter Epiphanius Ancorato; cap. LXXXV.

> Πεντακοσιοστὸν ἔτος διαπλῶν ἐπὰν γνοίη τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, εἰσαυτὸ σηκὸν μὲν ἐργάζεται ἀρωμάτων, καὶ φέρων ἔρχεται εἰς πόλιν τῶν Αἰγυπτίων.

Idem Phyſiol. cap. XI. ὁ φοῖνιξ τῆς Ἰνδίας ἰγδῦς κοιτάζεται, καὶ ἀμφὶ τὰ πεντακόσια ἔτη τὸν βίον διάγει.

Michael, ſive Joannem mavis, Glycas, Annal. I. *Deinde in pulverem exuritur &c. atque hoc, ut indicavimus poſt ſingulos quingentos annos fieri conſuevit.* Iſidorus Origin. libro XII. *Arabes ſingularem & unicam Phœnicem vocant.*

cant. Hæc quingentis ultrà annis vivens, ite-rum de cineribus ſuis reſurgit. Aelianus lib. VI. Animal. cap. LVIII.

αὐδὲ δὲ λογισικῶς. φοίνιξις συμβάλλειν ἰτῶν πεντηκοσίων ἴσασιν ἀριθμὸν, &c. Seneca Epiſt. XLII. *Vir bonus, tamquam Phœnix, ſemel anno quingenteſimo naſcitur.* Orus Apollo, lib. I. cap. XXXIV.

28. TOT FUERINT HYEMES.] Veram Lectionem ſervavit nobis hic Codex Belgicus. *Tot fuerint hyemes, toties ver curſibus actum, Quæ tulit auctumnus, dederit cultoribus umbras.* Cui conſpirat Editio Aldina, optimis libris debita. Diſplicet adhuc tamen τὸ *curſibus* quamvis *breve ver* in proverbio velut ſit. Mirum veram Lectionem τῶ *fuerint* apud Aldum non animadvertiſſe Scaligerum, Belgici enim ro10 hoc auctore, quos nos laudamus quidem, Codices; maximam partem collati ſunt poſt omnes Pulmanianarum Editionum repetitiones, nec Variæ eorum hactenus publicatæ.

29. TANDEM SUBJUNGITUR.] Subditur, vincitur; quaſi perpetuo cum ætate certamine cateaus indomabilis. Mirum mihi hanc Lectionem pro depoſita notatam aſteriſco à Scaligero An *ſubjungere* illi viſum minus bonum? Atqui ita Maro libro VIII.

Nulli fas Italo tantam ſubjungere gentem. Subjūgere, ſubdere ſimpliciter. Lucretius li. II. *Immortalia ſi volumus ſubjungere rebus Fundamenta, quibus nitatur ſumma ſalutis.* An translatio illi diſplicuit? At quid ea magis congruum, quam vt Temporis currui, omnia proterenti, *ſubjungi* dicatur tamdem longæviſſimum animans? Ita jurisdictioni *ſubjungere* αὐτὶ *ſubjicere*, Ciceroni dictum contra Rullum: Ut ſub veſtrum jus, Juriſdictionem, poteſtatem, Urbes, Nationes, Provincias, liberos populos, Reges, terrarum deniq; orbem, ſubjungeretis. Sic *edomari* tellurem à Phœnice dicit Inf. v. CIX.

30. LUSTRORUM NUMERO VICTVS] Non domitus in vniverſum in abolitionem, ſed ſuperatus, vt decederet ſtatiône & reparatetur. Sic Senectam vincere Phœnicem ſcriptores aiunt. Alcimus Avitus. Lib. I.

Longa veternoſi renovatur corporis ætas

Incenſamque levant incendia crebra ſenectam.

Sidonius, Panegyr. Anthem.

nec non pulſante ſenecta

Hinc rediviva petit vicinus cinnama Phœnix.

Papinius lib II. Silvar.

ſenio nec feſſus inerti

Scandet adoratos Phœnix felicior ignes.

Cum autem repareτur Volucer ipſe hac combuſtione, non ipſum ſed ſenem ejus, ſive ſenectam exuri eleganter dixit Dracontius Hexaemero.

Phœnici exactam renovat Deus igne juventam

Combuſtusque ſenex tumulo procedit adultus.

Conſumens dat membra rogus, ſine ſorte ſepulcri.

36. LANGUETQUE SENILI SEGNIS STELLA GELU.] Ita libri Cujaciani & Belgici. Stellam intelligit vigorem Sole oriundum, nam cognatum ſidus in verticem voluctri etiam ante collocavit *rutilo cognatum verticeſidus Attollit criſtatus Apex* Hunc cum ſidere ſuo apicem ſenio paullatim conſeneſcere dicit. Poteſt & oculorum fulgorem ipſum intelligere, de quo pariter ſuprà.

Arcanum radiant oculi jubar.

Futilis illa *ſtilla*, licet Scaligero & nobis olim comprobata, quod vel comparatio ſequens cum Luna vaneſcente arguat.

40. CONSCIUS ÆVI.] Exactè enim novit Tempus ſuum effluxiſſe, adeoq; ut nemo Sacerdotum Ægyptiorum æquè, excepto uno quem in eam tem afflatu divino inſtrui tradebatur. Aelianus pulcrè lib. VI. Animal. cap. LIIX. Etſi faciat plures ex uno ſemper eodemque Phœnice.

αὐτὸ δὲ λογιστικῆς οἱ Φοίνικες συμβάλλειν ἐτῶν πεντακοσίων ἴσασιν ἀριθμὸν, μαθητικοὶ φύσεως τῆς σοφωτάτης ὄντες. καὶ διὰ ταῦτά τι μήτε δακτύλων δεδεημένοι, ἢ ἄλλου τινὸς εἰς ἐπιστήμην ἀριθμητικῆς. ὑπὲρ ὅτου δὲ ἴσασι τοῦτο, καὶ εἰδέναι ἀνάγκη αὐτοὺς δημώδης ἐστὶν ὁ λόγος. τὸν δὲ τῶν πεντακοσίων ἐτῶν χρόνον πληρούμενον ἴσασιν Αἰγυπτίων οὔτις, ἢ οὐδείς. ὀλίγοι δὲ κομιδῇ καὶ οὗτοι τῶν ἱερέων. καὶ οὗτοι γοῦν πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τούτων οὐ ῥᾳδίως συμβῆναι ἔχουσιν. ἀλλ' οἱ μὲν ἐρεσχηλοῦσι σφᾶς ἑαυτοὺς ἐρίζοντες, ὡς οὐ νῦν ἀλλ' ἐς ὕστερον ὁ δὲ ὁ θεῖος ὄρνις ἀφίξεται. ὁ ὡς ἐχρῆν ἧκεν. ὁ δὲ ἄλλος ἐκείνων ἐριζόντων, ἀποσημαίνεται δαιμονίως τὸν καιρὸν, καὶ πάρεστιν. οἱ δὲ θύειν ἀνάγκη αὐτοὺς, καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι τὸν μὲν ἥλιον ἐν ταῖς λέσχαις καταδύειν ἄγουσι σχολὴν, οὐκ ἴσασι δὲ ὅσα οἱ ὄρνιθες.

42. ARENTES TEPIDIS.] Piſides Coſmurgia.

> Θεὸς δὲ ποῖος τῶν Ὁμήρου πλασμάτων
> Γῆρας ξέει φοίνικος ἐκ πυρουμένου,
> Λυπρῷ δὲ τὸν γέροντα τεφρώσας τάφῳ,
> Ζῶντα περιβάλλει τοῦ τάφου τὰ λείψανα,

Colles autem Aromatum aliarumque ſpecierum feraces intelligit Claudianus.

43. CUMULUM TEXENS.] Struem vocat Mela. lib. III cap. IX. *ſuper exaggeratam variis Odoribus ſtruem ſibi ipſa incubat.* Super palmam conſidere ait Naſo.

> *Ilicis in ramis, tremulaeque cacumine palmæ*
> *Vnguibus & duro nidum ſibi conſtruit ore.*
> *Quò ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas,*
> *Quaſſaq; cum fulva ſubſtravit cinnama myrrha,*
> *Se ſuper imponit, finitque inodoribus ævum.*

Omnem ſpeciem aromatum tradunt adhibete alij. Amedæus Lauſanenſis Sermone VI. de B. Virgine: *O Phœnix aromatiſans gratius cinnamomo & balſamo & narde ſuavius reginam in conſpectu tue delectans. O Phœnix congregans omnes ſpecies, & igne circumfuſa ſuper-eſſentiali, ut cœlum cœlorum & cœli poteſtates Angelicas mirifice repleas ſuavitatis incenſo.* Hæc illi. Alijs tamen alia traduntur. Moti Patrem, & paternum à nato buſtum in Aegyptum deferri auctor eſt Herodotus, quem velut magiſtrum fingendi magno agmine ſequuntur alij. Verba Herodoti, qui ipſe fidem dictis adimit, lib. II.

τοῦτον δὲ λέγουσι μηχανᾶσθαι τάδε, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες. ἐξ Ἀραβίης ὁρμώμενον ἐς τὸ ἱρὸν τοῦ ἡλίου κομίζειν τὸν πατέρα, ἐν σμύρνῃ ἐμπλάσσοντα, καὶ θάπτειν ἐν τῷ ἡλίου ἱρῷ. κομίζειν δὲ οὕτω. πρῶτον τῆς σμύρνης ὠὸν πλάσσειν ὅσον δυνατός ἐστι φέρειν, μετὰ δὲ πειρᾶσθαι αὐτὸ φορέοντα. ἐπεὰν δὲ ἀποπειρηθῇ, οὕτω δὴ κοιλήναντα τὸ ὠὸν τὸν πατέρα ἐς αὐτὸ ἐντιθέναι. σμύρνῃ δὲ ἄλλῃ ἐμπλάσσειν τοῦτο κατ' ὅ τι τοῦ ὠοῦ ἐγκοιλήνας ἐνέθηκε τὸν πατέρα. ἐγκειμένου δὲ τοῦ πατρὸς γίνεσθαι τὠυτὸ βάρος, ἐμπλάσσαντα δὲ κομίζειν ἐπ' Αἰγύπτου ἐς τὸ ἡλίου τὸ ἱρόν. Achilles Tatius lib. III. μερίζονται δὲ τὸν Φοίνικα Αἰθίοπες μὲν τὴν ζωὴν, Αἰγύπτιοι δὲ τὴν τελευτήν. ἐπειδὰν γὰρ ἀποθάνῃ, σὺν χρόνῳ δὲ τοῦτο πάσχει μακρῷ. ὁ παῖς αὐτὸν ἐπὶ τὸν Νεῖλον φέρει, σχεδιάσας οὕτω καὶ τὴν ταφήν. Σμύρνης γὰρ βῶλον τῆς εὐωδεστάτης, ὅσον ἱκανὸν πρὸς ὄρνιθος ταφὴν, ὀρύττει τε τῷ στόματι, καὶ κοιλαίνει κατὰ μέσον, καὶ τὸ ὄρυγμα θήκη γίνεται τῷ νεκρῷ.

χρῷ. ἐνθεὶς δὲ ἐναρμόσας τὸν ὄρνιν τῇ σορῷ, φέρει τὸ χάσμα γηΐνῳ χώματι ἐπὶ τὸν Νεῖλον.

Et reliqua, ibi legenda. etſi enim jucundæ ſunt, tædet tamen nugarum. Claudianus vero in Arabia comburere aut adeo patria quacũq; ſua dicit ſeſe, aut patrem, reliquias deinde Aegypto inferre. Et ſic Libro II. de Laudibus Stiliconis.

Sic ubi jucunda reparavit morte juventam
Et patrios idem cineres, collectaq; portat.
Unguibus oſſa piis, Niliq; ad littora tamdem
Unicus extremo Phœnix procedit ab Euro.

Origenes libro IV. Contra Celſum.

παραλαμβάνει τὸ Ἀραβικὸν ζῶον τὸν φοίνικα, διὰ πολλῶν ἐτῶν ἐπιδημεῖν Αἰγύπτῳ, καὶ φέρειν ἀποθανόντα τὸν πατέρα, καὶ ταφέντα ἐν σφαίρᾳ σμύρνης.

Tacitus pariter ſuis in locis ſe comburere ait. Alij ex ſuis locis venientem in Syria ſeſe exurere dicunt. Auctor Elegiæ.

Dirigit in Syriam celeres longæva volatus.
Phœnices nomen cui dedit ipſa vetus.
Secretosque petit deſerta per avia lucos, &c.

In ipſa Aegypto id facere alijs traditum. Artemidorus, lib. IV. cap. XLIX.

ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ μοιρίδιον ἄγῃ, ἄγεται εἰς Αἴγυπτον, ὅθεν, οὐκ ἴσασιν ἄνθρωποι, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ποιησάμενος ἐκ κασίας καὶ σμύρνης πυρὰν, ἀποθνήσκει.

Ad Nili fontes id buſtum conſtruere tradit Philoſtratus Libro III. cap. XIV. In Aegypto naſci & mori Orus Apollo.

44. BUSTUMQUE SIBI PARTUMQUE.] Omnia huc congruunt eorum ſcita qui ipſum ſe Phœnicem exurere dicunt, ſecus tradunt qui de Patre loquuntur. Acute hac de re loquuntur, quicunq; meminerunt. Vide & noſtrum Phœnicem.

45. HIC SEDET.] Incubat ſibi. Mela. verbis jam poſitis. Pulcrè auctor Elegiæ.

Pretenus in ſtrato corpus mutabile nido,
Vitaliq; tero membra quieta locat.
Ore dehinc ſuccos membris circumq; ſupraque
Injicit, exſequiis immoritura ſuis.

Ita omnes Editiones, ſed nihil certius quam ſcribendum *Vitaliq; rogo.*

46. CLANGORE SALUTAT.] Quod ſingulis horis facere auctor Elegiæ cõveniente figmento comminiſcitur. Blandum clangorem illuſtravit Duſa Filius ad Catullum. Quæ vera eſt lectio confirmata Cujacianis, licet liber Belga & Aldus *magno* legant. Vocem Phœnici omnium excellentiſſimam adſcribit Ezechiel Poeta.

φωνὴν δὲ πάντων εἶχεν ἐκπρεπεστάτην.

Eumdem nuſpiam conſidere, omnia loca pervolitare. Libanius Orat. IX. quæ eſt in necem Juliani:

ἀλλὰ πεθαμένον οἷον ἐν πόντῳ φοίνικι τῷ ὄρνιθι παρέστη, διὰ πάσης μὲν τῆς γῆς ἐκτεῖναι τὴν πτῆσιν. στῆναι δὲ μηδαμοῦ, μήτε ἀγρῶν μήτε ἀστέων.

Contra autem intueri Solem & ita incendi memoratur. Michael Glycas. *Græci memorant eum finem ſuum proſpicientem in Aegyptum ſeſe conferre, ac Soli obvertere, deinde in pulverem exuri de quo vermis naſcatur,* &c. Vide Joannem Gazæum verſibus ſupra exſcriptis. Clementem verbis mox ponendis.

47. EX SUPPLICE CANTU.] Clemens Conſtit. Apoſt. lib. V. cap. VIII. *Phœnicem appellant, narrantq; eam poſt quingenteſimum annum in Aegyptum advolantem, ſecumq; copiam cinnamomi, caſiæ, xylobalſami, adducentem, in loca, qui dicitur Solis ara, conſiſtere. Ibique converſam ad adſpectum Solis, et, ut aiunt, ſupplicem, ſponte conflagrare.*

47. PRÆSTATURA.] Præſtitura ex ritu & regula erat. Sic *conſtatura* legimus apud

Lucanum initio lib. II. *quantis ſit cladibus Vrbi Conſtatura Fides.*

Obſtatura. Papinius lib. VII. *Spesne obſtatura Pelaſgis hec vexilla, pater.* D. Brutus libro XI. Famil. Epiſtol. IX. *Vtrumque me praſtaturum puto ne aut Ventidius elabatur aut Antonius in Italia moretur.*

48. INCENDIA POSCIT.] ἁρπάζειν mavult Joannes Gazæus. Zeno Sermon. Vltimo. *Non invita, non imprudens, moritur; ſed cum maturum lethi tempus advenerit à ſemetipſa invitatis ſacris ignibus libentiſſimè concrematur.*

48. PHOEBUS HABENIS.] Primo ortu Solis res geritur. Auctor Epiſtolæ ad Præſidiam: *Implet aram ſacerdos ſarmentis, & ibi confert Phœnix aromata & electrum atq; imponit. Et primo Solis ortu Phœnix quidem movet pennas, Solis vero calore incenditur electrum, & ſic exuruntur aromata, & ipſa Phœnix incenditur.*

49. STAT SUBITO.] Verba transpoſita ſunt contra morem Claudiani. Senſus enim eſt. *Quem cum procul vidit Phœbus ſubito ſtat adductis habenis.*

49. ALUMNUM.] Alumnus Solis, avis Solis, Phœnix. Vide ad initium Poematis. Baccho eundem conſecrare videtur Avienus in Periegeſi. v. MCXXVI.

> *Naſcenti Baccho riſit pater*
> *internus etiam procul undiq; ab oris*
> *Ales amica Deo largum congeſſit amomum.*

50. FALSISQUE SEPULCRIS.] Ineſſicaci buſto. Nihil enim ad Phœnicem ſepultura. Dracontius Hexaemero.

> *Conſumens dat membra rogus ſine ſorte ſepulcri,*
> *Ignibus exſtinctis jam mortua flamma reſurgit.*

Alij funerati cum magna pompa. Orus Apollo, lib. I. cap. XXXIV.

οὗτος εἰς Αἴγυπτον ἐπὰν ὁ χρόνος τοῦ μοιρειδίου αὐτὸν καταλαμβάνειν μέλλῃ, διὰ πεντακοσίων ἐτῶν παραγίνεται, καὶ ἀποδοὺς ἐὰν φθάσῃ ἐντὸς τῆς Αἰγύπτου τὸ χρέων, κηδεύεται μυστικῶς, καὶ ὅσα ἐπὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν ζώων αἰγύπτιοι τελοῦσι, ταῦτα καὶ τῷ φοίνικι ὑπάρχειν ὀφείλει.

Hymnos etiam funebres eidem accini ſolitos auctor Philoſtratus. Vltra omnes nugatur Achilles Tatius.

ἕστηκεν οὖν ἐπὶ μετεώρου σκοποῦ, καὶ ἐπιδείχεται τοὺς προπόλους τοῦ θεοῦ. ἔρχεται δέ τις ἱερεὺς Αἰγύπτιος βιβλίον ἐξ ἀδύτων φέρων, καὶ δοκιμάζει τὸν ὄρνιν ἐκ τῆς γραφῆς. ὁ δὲ οἶδεν ἀπιστούμενος καὶ τὰ ἀπόρρητα φαίνει τοῦ σώματος, καὶ τὸν νεκρὸν ἐπιδείκνυται. καὶ ἔστιν ἐπιτάφιος σοφιστής. ἱερέων δὲ παῖδες ἡλίου τὸν ὄρνιν τὸν νεκρὸν παραλαφόντες θάπτουσιν.

51. NATALES HABITURE VICES.] Reparabilis ex ipſa Morte. Reparabilis ales Auſonio, Eidyll XIIX. Mortem ei natalem adſcribit Zeno Veronenſis dicto ſermone.

52. RENASCI EXITIO.] Duobus elegantibus Aenigmatis Phœnicem celebravit Sympoſius, quorum alterum tamen ſolum dedit, primus ejus auctoris editor. Sympoſius. Prius eſt.

> *Vita mihi mors eſt, morior ſi cœpero naſci,*
> *Sed prius eſt fatum lethi, quam lucis origo,*
> *Sic ſolos Manes ipſos mihi dico parentes.*

Alterum:

> *Nec ſum nec non ſum, morior ſimul atque renaſcor,*
> *Prabet & interitus tenera primordia vitæ,*
> *Sumque mihi & lethi & redeuntis originis auctor.*

Ita θνήσκοντα νεάζειν Phœnicem dicit Gregorius Nazianzenus Carmine III. de Inſtitutione ad Virginem.

ὡς δ'

ὡς δ᾽ ὄρνιν φοίνικα φάθης θνήσκοντα νεάζειν.

Sic in eodem ζῶντα τάφη λείψανα agnoſcit Georgius Piſides, cuius Coſmurgiam vidimus in Manuſcripto Codice Cyrillo adſcriptam. Zeno Veronenſis. *Sepulcrum nidus eſt illi, favilla nutrices, cinis propagandi corporis ſemen, Mors natalis dies. Denique poſt momentum feſto exultat in tumulo non umbra, ſed veritas, non imago ſed Phœnix, Non alia, ſed quamvis melior, tamen prior ipſa. Abinde argumentum & documentum perpetuum reſtaurationis* corporum à morte, & Reſurrectionis indidem Chriſtianis ſcriptoribus. Zeno eodem Sermone Vltimo. Æneas Gazæus in Theophraſto. Clemens Apoſtolicar. lib. V. cap. VIII. Cyrillus Catecheſi XIIX. Ambroſius in Hexaemeron lib. V. cap. XXIII. Tertullianus de Reſurr. Carnis, cap. XIII. Philippus Presbyter libro II. in Hiobum, Dracontius Hexaemero, Alii.

52. LETHO.] Hæc vero ſcriptura. Stupor fecit alteram *Lecto*

55. CORPUSQUE COACTUM.] Natura cogente id ſecedere, & renovari.

55. FLAVIS E CRINIBUS.] Mythologia radiorum Solis. Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XVII. *Apollo Chryſocomas cognominatur, à fulgore radiorum, quas vocant comas aureas Solis unde & ἀκερσεκόμης, quod numquam radii poſſunt à fronte lucis avelli, item argyrotoxus, quod enaſcens per ſummum orbis ambitum velut arcus quidam figuratur alba & argentea ſpecie, et quo arcu radii in modum emicant ſagittarum.*

57. VITALI FULGORE FERIT.] Soli hunc tribuit Claudianus. Ipſi avi occultæ vi Naturæ alii. Auctor Elegiæ.

Tunc inter varios animam commendat odores,
Depoſiti tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremtum
Aeſtuat, & flammas parturit ipſe calor.
Aerioque procul de Lumine concipit ignem
Flagrat, & anguſtum ſolvitur in cinerem.
Hos velut in maſſam cineres in morte coactos
Conflat & effectum ſeminis inſtar habet.

Qui verſus nec ipſi in eo auctore ſani ſunt. Cui enim commendat animam? Quid eſt ambuſtus cinis? Cur ſequuntur *hi cineres*? Sed opus habet auctor ille ex antro quopiam Codice alio, cum unicus tantum ejus hactenus extiterit. Ego emaculem.

Tunc Mythra in varios animam commendat Odores
Depoſiti tanti nec timet, illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremtum
Æſtuat, & flammas parturit ipſe calor.
Aerioque procul de Lumine concipit ignem
Flagrat & anguſtum ſolvitur in cinerem.
Hos velut in maſſam cineres, ſine morte, coactos
Conflat, & effectum ſeminis inſtar habent.

Orientis avis Phœnix, ejus patronus Sol, Totum Orientem à Perſis ducto ritu Solem Mythræ nomine & ceremoniis coluiſſe nemini ignotum eſt. Huic ergo commendare animam Phœnicem ait. *Peremtum* ποιητικῶς perimendum, notat. Auguſtus cinis, minutus, parvus. Nemo enim cinerem ambuſtum umquam vidit. Eos, inquit, cineres ſive ſuo interitu coactos conflat, iique effectum ſeminis poſtea habent. Vltimo proximum tamen verſum & ſic ego ſuſpicione mendi nondum libero. Sed nos moramur iſthic. Alis ipſum ſibi Phœnicem ignem genitalem conflare atque ſufficere ſcribunt alii. Epiphanius c. LXXXV. Ancorati.

ἐπὰν γνοίη τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελετῆς ἐνστάντα, σηκὸν μὲν ἐργάζεται ἀρωμάτων, καὶ

φέρων ἔρχεται εἰς πόλιν τῶν Αἰγυπτίων, ἡλιόπολιν, οὕτω καλουμένην, ὧν δὲ ἑρμηνευομένην ἀπὸ τῆς Αἰγυπτιακῆς διαλέκτου καὶ ἐβεργίδος, καὶ ταρσοῖς ἰδίοις τὰ στήθη τὰ ἑαυτοῦ μαστίξας πολλά, πῦρ ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ προφερόμενος, ἐμπίπτησι τὴν ὑποκειμένην ὕλην τῷ τόπῳ, καὶ οὕτως ἑαυτὸν ὁλοκαυτοῖ, καὶ πάσας τὰς σάρκας αὐτοῦ σὺν ὀστέοις.

Auctor Sermonum ad fratres in Eremo, Auguſtino inepte adſcriptorum, nec tamen valde recens, Serm. XIIX. *Quid enim agit Phœnix niſi quia dum ſeneſcit, ad partes calidiſſimas volat, ligna ſicciſſima congregat, & lignis congregatis alia ligna percutit, & ſic ignem accendit, & in eadem ſe comburi permittit.* Ineptiſſima lectio. Scribe *& lignis congregatis alis illa percutit.* Jungit operæ alitis Solis opem Iſidorus, ex alio majorum gentium auctore, lib. XII. Originum cap. VII *Collectis aromatum virgultis rogum ſibi inſtruit, & converſa ad radium Solis, alarum plauſu voluntarium ſibi incendium nutrit, ſicque iterum de cineribus ſuis reſurgit.* Aliter Tacitus, ipſum volucrem regenerando ſibi vitalem vim inſpuere. Annal. VI. *Ubi mors propinquat ſuis in terris ſtruere nidum, eique vim genitalem infundere, ex qua fœtum oriri.*

58. TELIS COELESTIBUS.] Vera hæc lectio, & quis Sagittas Apollinis neſcit, quiſque eas ignorat tela Dei jam inde ab Lucretio Poetis Latinis indigitari.

59. AGGER.] Struem Mela dixit, noſter ſupra cumulum. Altare Papinius III. Silv.

> *Qua ſibi præſternat vivax altaria Phœnix.*

Solinus, cap. XXXVI. *Rogos ſuos ſtruit cinnamis, quos prope Panchaiam concinnat in Solis urbem ſtrue altaribus ſuperpoſita.* Sed revera is ſcriptor, ut multa alia, non expendit recte veterum tradita, priuſquam ſuis ea litteris reponeret. Claudiani totum hoc Poemation ductum Naſonis videtur ſecutum, cujus hi ſunt de tota re verſus, lib. XV. Met.

> *Una eſt quæ reparet, ſeque ipſa reſeminet, ales,*
> *Aſſyrii Phœnica vocant: nec fruge, nec herbis,*
> *Sed thuris lacrymis, & ſucco vivit amomi.*
> *Hæc ubi quinque ſuæ complevit ſecula vitæ*
> *Ilicis in ramis tremulæque cacumine palmæ*
> *Unguibus, & duro nidum ſibi conſtruit ore,*
> *Quo ſimul ac caſias & nardi lenis ariſtas,*
> *Quaſſaque cum fulva ſubſtravit cinnama myrrha,*
> *Se ſuper imponit, finitque in odoribus avum.*
> *Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,*
> *Corpore de patrio parvum Phœnica renaſci.*
> *Dum dedit huic ætas vires, oneriique ferendo eſt,*
> *Ponderibus nidi ramos levat arboris altæ,*
> *Fertque pius cunaſque ſuas, patriumque ſepulcrum,*
> *Perque leves auras Hyperionis urbe potitus*
> *Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit.*

Quinto & Sexto horum verſuum Manuſcripti duo codices *Ilicet in ramis tremulæque cacumine palmæ, Unguibus & puro nidum ſibi conſtruit ore.* Ut ſtatim elapſis illis annis dixerit. Quam lectionem valde probo, abſurdum enim alioquin incertæ arbori Naturæ illud conſideratiſſimum miraculum ſtruem ſuam imponere; & de palma abſolutè auctor Elegiæ.

> *Tum legit aerio ſublimem vertice palmam*
> *Quæ gratum Phœnix ex ave nomen habet.*

De

De Scientia verò Phœnicis, & obſervatione elapſi anni Quingenteſimi peculiare ſcripſit caput Ælianus, LVIII. nimirum libro Sexto Hiſtor. Animalium. *Purum* os agnoſcunt etiam Codices totidem Herculis Cioſani, de quo tamen ambigua res eſt. Ramos autem & cacumina nidum occupare ad Alitis magnitudinem indicandam eum nidum dixit Ovidius. De ea quoque enim diſſonant veteres, nemo tamen infra aquilam Phœnicem dejecit.

60. CONSUMITQUE SENEM.] Piſides pulcre.

> Θεὸς ἢ ποῖος τῶν ὁμήρου πλασμάτων
>
> Γῆρας ξέει φοῖνιξ ἐκ πυρουμένου.

60. JUVENCOS LUNA PREMIT.] Ne qua in re officiatur videlicet tanto operi. Auctor Elegiæ

> *Tum ventos claudit pendentibus Aeolus antris,*
> *Ne violent flabris aera purpureum.*
> *Neu concreto polo nubis per inania cœli*
> *Summoveat radios Solis, & obſit avi*

61. PARTVRIENTE ROGO.] Quod miraculum ſummum maximumque. Ita Manes parentes Sympoſius adſcribit Phœnici.

62. CURIS NATURA LABORAT.] Iſta omnium omnino librorum lectio conſtans & immutata eſt, & quidem ſatis digna Claudiano. Quare quam nos olim volebamus *Parturiente rogo cunis* vel *cunas* neceſſaria non eſt, nec à nobis urgetur. Rem ipſam expreſſit Patrum Memoria, vel Avorum potius, Gulielmus Salluſtius Bartaſſius Ryihmorum Gallis Poeta admirabilis & longè eruditiſſimus. Lib. V. Cujus hæc verba ſunt, Claudiani noſtri multa omninò loca exprimentia.

> *Le celeſte Phenix commença ſon ouvrage*
> *Par le Phœnix terreſtre, ornant d' un tel plumage*
> *Ses membres revivans, que l' annuel flambeau*
> *De Cairan juſqu' au Fer ne void rien de plus beau,*
> *Il fit briller ſes yeux, il luy planta pour creſte*
> *Vn aſtre flamboyant au ſommet de ſa teſte.*
> *Il couvrit ſon col d' or, d' eſcarlatte ſon dos,*
> *Et ſa queue d' azur, puis voulut qu' Atropos*
> *Luy ſervit de Venus, & qu' une mort feconde*
> *Rendit ſon aage eſgal au long aage du monde.*
> *Car ayant veu gliſſer deſſous un ciel divers*
> *Et cent fois dix eſtez, & cent fois dix hyvers,*
> *Des ſiecles abbatu il luy prend une envie*
> *De laiſſer en depeſt à la flamme ſa vie*
> *De mourir pour renaiſtre, & d' entrer au tombeau*
> *Pour apres en ſortir cent mille fois plus beau.*
> *Lors perché ſur les bras d' une palme il entaſſe*
> *Le baume ſur le nard, le nard deſſus la caſſe*
> *Et ſur le point du iour de leurs branches baſtit*
> *Son urne, ſon berceau, ſon ſepulcre, ſon nid.*
> *Cependant qu' il attend qu' une flamme eſcive eſpriſe*
> *A l' odorant buſcher ſes os ſacrez reduiſe*
> *En genitale poudre, & que ces bois ardans*
> *Finiſſent non ſa vie, ains ſes caduques ans.*
> *L' eſchanſon Phrygien d' une prodigue aiguiere*
> *Ne verſe ſur les champs riviere apres riviere;*

Les

Les freidureux Trions ne couvrent ne verglas
Les bois Pheniciens, l' Autamne daigne pas
Paſſer le berd lybique, & l' autre Hyperboree
Retient dans Ses priſons capsif le froid Boree,
Cor adone la nature encontre tout effort,
Soigneuſe tient la main à ſa vivante mort,
Et douce, favoniſe, en fermant sans de bouches,
Ses funebres apreſts, ſa naiſſance, ſes couches
Meſme le clair Soleil ſar ſon lict doux flairant,
Iette un de ſe cheveux qui tous ſoudain ſ' eſprend
Aux rameaux de Sabée, & peu à peu conſume
De l' immortel Phenix & la chair & la plume.
Preſque en meſme moment de ce cendreux monceau
Naiſt un ver, puis un oeuf, puis un autre oiſeau.
Ain çois le meſme oiſeau, qui nè de ca ſemence
Deux cente luſtres nouveaux treſpaſſant recommence.
Au milieu du braſier ſa belle ame reprend,
Infini par la fin dans la tombe ſe rend.
De ſoimeſme ſe fait, par une mere proſpere,
Nourrice, nourriſſon, hoir, fils, & pere & mere.
Nous monſtrant qu' il nous faut & de corps & d' eſprit
Mourir touss en Adam, pour puis renaiſtre en Chriſt
L' unique oiſeau ramant par des ſentes nouuelles
Se void bien toſt ſuivi d' une infinite d' aisles,
Diverſes en grandeur, couleur, & mouvement
Aisles que l' Eternel engendre en un moment.

Hæc viri illius admiranda cantilena eſt ex myrotheciis Muſiciſve veterum Apothecis ingenioſe docteque hinc inde collecta. Cui, quoniam permittimus nobis hunc ludum in iſta materie, ſuum interpretem etiam Latinum addemus damno unius paginæ, delectandis lectoribus, ſi quis ingeniis noviciis vetus illud Noſtri eximium componere in jucunda admodum re voluerint. Gabriel Lermæus ita iſthæc elegantiſſimè ingenioſiſſimeque interpretatus eſt.

A Phœnice ſuum Phœnix æternus ab ævo
Eſt exorſus opus: plumis quem talibus auxit
Ornator, variumque notis diſtinxit amictum,
Nil ut ab Eois videat, Pax annua, meſſis
Pulcrius occidui toſtas ad Feſis arenas
Luminibus tremulos vibrantibus addidit ignes,
Sideream fixit ſuprema in vertice criſtam
Cæruleis caudam pennis, at murice dorſum
Pinxit, & ingenuo collum teres ambiit auro.
Eque ſuo voluit redivivum funere naſci,
Ut magni æquares vitalia ſecula mundi.
Namq; ubi mille hyemes vivax, totidemq; peregit
Æſtates, alia penitus ſub imagine cœli,
Iam ſenio tardus, jam fractus viribus ævi
Comparat in mediis vitam deponere flammis,
Languentem, tumulumque levem moriturus adire,
Pulcrior æthereas ut deinde reſurgat in auras,

Tunc

Tunc caſta reſidens ſuper ardua brachia palma
Thus cumulat caſiaque & olentia balſama nardo.
E queis Sole novo tenuem melitus acervum
Nidum una ac tumulum, cunabula condis & urnam.
Dumque novam pennis & odore fomite flammam
Provecat, in cinerem verſos quæ miſceat artus,
Nec vita finem ſed inertibus afferat annis
Threicio gelidus Boreas latet abditus antro.
Nec fluvios verſa defundit Aquarius urna,
Nec glacie violant rigidi nemora alta Triones:
Phœnicum, Libycas Auſter nec proterit oras.
Vnigena ſiquidem metuens Natura volucri
Neu pereat, neu fors eunis aboleſcat in ipſis,
Funeris ingentes & partus anxia curas
Suſtinet, & vita primos fovet alma Labores.
Quia unam Sol ipſe Comam jaculatur ab alto
Æthere, quæ ſenſim ramis illapſa Sabæis
Oſſa rapax, plumaſque leves populatur, & omnem
Immortalis avis penitus conſumit honorem.
Protinus è maſſa cineris vivacis in auras
Vermis it, inde ovum dehinc altera tollitur ales,
Aut eadem, quæ nata ſuo de ſemine rurſum
Depoſitis nitet exſuviis, atque integrat ævum.
Et mediis præſtantem animam rapit ignibus expers
Fenis fine ſuo, fauſti ſibi munere lethi
Et Soboles, & uterq; parens, & alumnus, & hæres.
Argumentum ingens proavito funere merſis
In Chriſto nobis repetendas Luminis Auras.
Nec mora cum liquido volucris jam credula cœlo
Innumeris cinctam ſeſe circumſpicit alis,
Quas pater omnipotens momento temporis omnes
Edidit, & motu varias & luce coloris.

Ita ambo iſti ſuaviſſimi olores, quorum poſtremum uno alteroque, collatione facta locis non puto deſcriptionem noſtram ingratam, ſiquidem in vivis adhuc eſt, habiturum.

62. NATURA LABORAT.] Sic Elementa laborant apud Aratorem, lib. II. Hiſt. Apoſt.

raptiſque Elementa laborant
Luminibus monſtrare virum

63. NE PERDAT AVEM] Conſenſu Antiquitatis, nec abſentiente, quem ſupra laudavi, Æliano; qui de una ſibi toties ſuccedente loquitur. Sæpius noſter, ut II. Stilicon. Epiſt. ad Serenam. Martiali inde incredibilis prodigii inſtar *frequens* Phœnix lib. V. Epigr. XXXVIII. Moſchapulus.

φοῖνιξ ὄνομα κύριον, καὶ δένδρυ, καὶ ὀρνεόντι μοναδικόν.

Voluit nimirum Deus etiam hoc ſuum Opificium in Natura eſſe, Avem nimirum Vnicam, quæ, nullo compare, ſe ipſa res eminaret. Ambroſius lib. V. Hexamer. cap. XXIII. *Deus avem unicam perire non paſſus, eam ſui ſemine voluit reparari,* Origenes contra Celſum. lib. IV.

καὶ τοῦτο, inquit, ἱστορεῖται μὲν, δύναται δὲ ἐάν τε ᾖ ἀληθὲς, καὶ αὐτὸ φυσικὸν τυγχάνειν ἐπιδαψιλευσαμένης τῆς θείας προνοίας καὶ ἐν ταῖς διαφοραῖς τῶν ζώων παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον, καὶ τῶν ἐν τῷ

νόζων καταſκευῆς, φθινον καὶ ἐπὶ τὰ ὄρνεα, ἐ ζῶόντι μονογενὲς ὑπέςηζεν ἵνα καὶ τοῦτο ποιήσῃ θαυμασθῆναι ἐ τὸ ζῶον ἀλλὰ τὸν πεποιηκότα αὐτό.

Eoque alludere etiam nomen volunt. Iſidorus Orig. lib. XII. cap. VII. *Phœnix avis Arabia dicta quod colorem Phœniceum habeat, vel quod ſit in toto orbe ſingularis & unica.* Cōfutat vero hanc traditionem, neq; unicā fuiſſe umquam, perſuadere contendit Maximus Martyr contra Severianos, cujus libellum vide apud David. Hoeſchelium, doctum virum & de Litteris optime meritum, Notis ad Photium.

93. FLAMMASQUE FIDELES ADMONET.] Fidem flammis tribuit, Vt in Raptu Proſerpinæ, ubi Ætnæ vorago deſcribitur.

Scit nivibus ſervare fidem,
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

66. ÆSTUAT.] Auctor Elegiæ.

Interea corpus genitali morte peremtum
Aeſtuat, & flammas parturit ipſe calor.

67. VICTURI CINERES.] Non amplius vivo alite, unde & alius & idem dicitur. Euſebius de Vita Conſtantini lib. IV. capite LXXII.

ἐ κατὰ τὸν αἰγύπτιον ὄρνιν, ὃν δὴ φασι μονογενῆ ἐντὰ τὴν φύσιν, θνήσκειν μὲν ἐπ' ἀρωμάτων, αὐτὸν αὑτῷ τὴν τελ τὴν θυηπολῦντα, ἀναβιώσκειν δ' ἐξ αὐτῆς σποδιᾶς, ἐ ἀναπτάντα τοιοῦτον, οἷος καὶ πρότερον ἦν, φῦναι.

Cineribus his Magos abuſos, ut nihil non, novi modo ſit prodigii, comminiſcuntur Poetæ, teſtari vult Lucanus, lib. VI.

Viſcera non lyncis, non diræ nodus hyenæ
Defuit
Aut viventis adhuc Libyci membrana ceraſtæ,
Aut cinis Eoa poſiti Phœnicis in ara.

67. NULLO COGENTE] Propria vi. Imago vera Servatoris. Sine morte coactos cineres pariter dicit Scriptor Elegiæ, ſuprà nobis emendatus.

68. PLUMAQUE RUDEM VESTIRE FAVILLAM.] Traditio tamen communis vermem prius oriri mox fieri, deinde interjecto dierum certorum ſpatio, fieri volucrem. De ovo quidem Auctor Elegiæ.

Hinc animal primum ſine membris fertur oriri,
Sed fertur vermis Lacteus eſſe color.
Crevit in immenſum ſubito cum tempore certo,
Seque ovi teretis colligit in ſpeciem.
Inde reformatur, qualis fuit ante, figura,
Et ruptis Phœnix pullulat exſuviis.

Artemidorus, lib. IV. cap. XLIX.

καυθείσης δὲ τῆς πυρᾶς μετὰ χρόνον ἐκ τῆς σποδοῦ σκώληκα γεννᾶσθαι λέγουσιν, ὃν ἤινα μεταβάλλειν αὐξανόμενον, καὶ γίνεσθαι πάλιν φοίνικα.

Eum de ovo quoque mentionem habuiſſe puto, ſed verbis illis ὃν ἤινα inde nunc corruptis. Lege. σκώληκα γεννᾶσθαι ὃν ὠὸν ἤινα μεταβάλλειν αὐξανόμενον. Vel ἀντ' ὠὸν π Quæ genuina emendatio videtur. Certe aliquid tale ſuadet ſermo ipſe ſcriptoris minimè ineptus. Epiphanius unum diem incremento & mutationi dat., tertium jam avolatui. Phyſiolog. cap. XI.

πάντα τὰ μέλη αὐτῆς σποδὸς γίνεται, τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ εὑρίσκει αὐτὴν πτερυγομένην οὖσαν τῇ τρίτῃ δὲ ἀναπεπτερυγμένη πτερύγων ἀπέρχεται πάλιν εἰς τὸν ἴδιον τόπον.

De Triduo pariter & diſtinctius Auctor Epiſtolæ ad Præſidiam: *Sic exuruntur aromata & ipſa Phœnix incenditur. Craſtino die de cinere gignitur vermis, Secundo pennas effert; Tertio ad Antiquam redit Naturam, & ſic ad ſua*

ſua loca revertitur. De verme etiam Plinius lib.X. cap.II. Clemens Romanus, lib.V. cap. VIII. Glycas Annal.I. Ambroſius Hexaemer. lib.V. cap. XXIII. exque Artemidoro Suidas, pariterque quoque emaculandus.

70. SVCCEDITQVE NOVUS.] Suus ſibi hæres, & nova eademque avis. Auctor Elegiæ in finem.

Ipſa ſibi proles, ſuus eſt Pater, & ſuus hæres,
Nutrix ipſa ſui ſemper alumna ſibi.

Quo loci fatuum eſt τὸ *ſemper* & omnino acutum aliquid latet. Sic juveneſcere occidendo ait Sidonius. Joannes Gazæus.

Καὶ νοερὸς πάλιν ὄρνις ἐδέξατο τὸν βίον ἥβης
Αὐτοφαὴς νεότητι

Ariſtides in Palinodia de Smyrna reſtituta:

ἡ πόλις δ' ὥσπερ ἐν δράματι καὶ δὴ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἀναφύεται μεταβαλοῦσα τὴν ἡλικίαν, ἡ αὐτὴ παλαιὰ καὶ νέα γινομένη ὥσπερ τὸν φοίνικα ἀναβιώσεσθαι λόγος αὐτὸν ἐξ αὑτοῦ, οὐ γὰρ δὴ τοῦτ' ἄρα δόξαι τῷ θεῷ ἕτερον φοίνικα ἀντ' ἐκείνου τε καὶ μετ' ἐκεῖνον γενέσθαι.

Alius & tamen melior idem, inquit Zeno Veronenſis.

72. PROTENUS AD NILUM.] Prima hæc cura cum parem ſe ſenſit labori. Tacitus. *Primam adulto curam ſepeliendi Patris. Neque id temere ſed ſublato myrrha pondere tentatoq; per longum iter, ubi par oneri, par meatui ſit, ſubire Patrium corpus inque Solis aram perferre, atque adolere.*

SACRARE.] Conſecrare, velut rem debitam. Mela: *cum adolevit oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat, atque in Vrbem, quam Solis appellant, fragrantibus nardo buſtis inferens, memorando funere conſecrat.*

AUCTOREMQUE GLOBUM.] Genitorem ſibi. Auctor Elegiæ.

Ante tamen, proprie quicquid de corpore reſtat,
Oſſaque vel cineres, exſuviaſque ſuas,
Vnguine Balſameo, myrrhaque, & thure ſoluto,
Condit, & in formam conglobat, ore pio.
Quam pedibus geſtans contendit Solis ad Vrbem
Inque ara reſidens percit in æde ſacra.

Inepte quidam verſu editur *Solis ad ortus* Nam de Heliopoli communis ſcriptorum ſententia.

74. PHARIÆ TELLURIS.] Nam in Patria Phœnici præterita acta auruma: Claudianus. In Ægyptum cum onere hoc proficiſci etiam Indos tradere ſcrib: r Philoſtratus.

75. ALIENUM TENDIT IN ORBEM.] A Patria. Omnia late loca pervolitare Phœnicem, nullibi ſiſtere, nec perſpici clare hominibus, alia fabulario eſt. Libanius Monodia in Iulianum:

ἀλλὰ πεπόνθαμεν οἷόν εἰ τῷ φοίνικι τῷ ὄρνιθι παρῆν, διὰ πάσης μὲν τῆς γῆς ἐκτεῖναι τὴν πτῆσιν, στῆναι δὲ μηδαμοῦ, μήτε ἀγρῶν μήτε ἀστέων, ἀμυδρὰ γὰρ οὕτως ἂν γένοιτο τοῖς ἀνθρώποις ἡ τοῦ ὄρνιθος ὄψις.

75. FUNUS.] Cadaver ipſum. Hoc enim propririm Funus. Aurelius Victor de Conſtantino Magno. *Rure proximo Nicomediæ exceſſit. Funus relatum in urbem ſui nominis.* Dracontius Hexaemero.

Mortua pars hominis quoties pars una jacebat
Funera vivæ gerens, vivax in morte cadaver

Papinius lib.X. *Funeraque orba rogis neglectaque membra relinquunt.* Vide Nos ad ejus lib. I. Thebaid. v.XXXVI Et alibi ad Manilium.

76. INNUMERÆ COMITANTUR AVES.] Regem nimirum, quem mox appellat. Tacitus. Multo cæterarum avium comitatu, novam faciem mirantium. Auctor Elegiæ.

Alituum ſtipata choro volat illa per altum.

Eleganter Achilles Tatius fine lib. III.

Φέρει τὸ χάσμα χηλῶν χώματι ἐπὶ τὸν Νεῖλον, οὕτως ἵπταται τὸ ἔργον φέρων, ἕπεται δὲ αὐτῷ χορὸς ἄλλων ὀρνίθων, ὥσπερ δορυφόρων καὶ ἔοικεν ὁ ὄρνις ἀποδημοῦντι βασιλεῖ, &c.

77. EXETCITVS INGENS.] Ezechiel, Poeta Verus.

> Βασιλεὺς δὲ πάντων ὀρνέων ἐφαίνετο
> ὡς ἦν νοῆσαι, πάντα γὰρ τὰ πλὴν ὁμοῦ
> Ὄπισθεν αὐτοῦ δειλιῶντ᾽ ἐπέσσυτο.
> Αὐτὸς δὲ πρόσθεν, ταῦρος ὡς γαυρούμενος,
> Ἔβαινε κλαιπνὸν βῆμα, βαστάζων ποδός.

Pulcrè & Corippus lib. I.

> *Huc omnes populi, pueri, juveneſque, ſeneſque, &c.*
> *Ales ut expoſitos cum Phœnix innovat artus*
> *A Buſto recidiva ſuo, concentus in unum*
> *Stans avium ſpectat, Solem, Soliſque volucrem,*
> *Dum veniat, Regemque novum clamore ſalutant.*

79. AUDET.] Merum à reverentia agnoſcit & Ezechiel.

80. REGIS ITER.] Ezechiel, Corippus, Achilles Tatius, verbis modo poſitis. Verius tamen Regem non agnoſcere ullum Aves. Artemidorus inde Sannium ſervo oblatum mutari in avem, libertatem portendere ait, Lib. II, cap. LXXIII.

οἱ μὲν γὰρ δοῦλοι ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ ἐλευθεροῦνται, ἐπειδὴ καὶ πάντες οἱ ἱπτάμενοι ὄρνιθες, ἀδέσποτοί τε εἰσὶ καὶ ἡγεμόνα οὐκ ἔχουσι.

81. NON FERVS ACCIPITER NON ARMIGER IPSE TONANTIS.] Ait utcunque Ruptores atq; crudeles volucres deſinere bellandi eum videnr Phenicem. Auctos Elegiæ.

> *Contrahit in cœtum ſeſe genus omne volantum,*
> *Nec prædæ memor eſt ulla, nec ulla metus.*

Hos autem duos nominavit Claudianus quod & facile primi ſint crudelium, & inter ſeſe hoſtes. Plinius, lib. X. cap. VIII. *Accipiter bellum internecinum gerit cum Aquila, cohærentiſque ſæpe prehenduntur.* Quo loco Chalcidem Ariſtotelis exprimit, lib. IX. cap. XII. Hiſtoriæ Animalium.

ARMIGER TONANTIS.] Hic Aquilæ titulus acceſſit, quod fulmine non percutiatur. Idem Plinius lib. X. cap. III. *Negant unquam ſolam hanc alitem fulmine examinatam, ideo armigeram Iovis conſuetudo judicavit.* Eſſe peculiare genus ab eodem Deo dictum quod cæterorum more rapto non vivat, auctor Ælianus lib. IX Animal. cap. X.

Ἀετὸς ζῷον πλεονεκτικὸν, καὶ δι᾽ ἁρπαγῶν ποιοῦνται τροφὰς, καὶ σαρκῶν ἐσθίουσι, καὶ γὰρ λαγὼς ἁρπάζουσι, καὶ νεβρὸν, καὶ χῆνα ἐξ αὐλῆς, καὶ ἄλλα, μόνος δὲ ἀετὸς ἐν αὐτοῖς ὅπερ οὖν καὶ Διὸς κέκληται κρεῶν οὐχ ἅπτεται, ἀλλὰ ἀπόχρη οἱ πόα, ὡς Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου διαγεύσας οὐδὲν ὅμως ἐμψύχων ἀπέχεται.

83. FLUVIO DE TIGRIDE.] Elegantiæ gratia, exque more Romano addita vox *fluvii* cum alioquin perſpicua de eo locutio. Horatius. *Phœbe qui Xantho lavis amne crines.* Noſter III. de Raptu *Lucus erat prope flumen Acin.* Sic Piſaurum flumen apud Aggenum Vrbicum. Sæpius ita Æthicus Antoninus. De Tigride Curtius.

86. AURO FRENAT EQUUM.] Dubitabam olim de ingenuitate trium horũ verſuũ nec enim tanto ambitu ſolet talibus immorari Claudianus. Tamen ſecus ſentio. Sunt tamen legendi ut in Belgico Codice ſcripti & Editione Aldina excuſi viſuntur. Hoc pacto.

Auro frenat equum, perfuſam murice veſtem
Aſſyria ſignatur acu, tumiduſque regendo
Celſa per famulas acies ditione ſuperbit.

Aſſyria acus texturam Babylonicam notat, nullibi litterarum ignotam. *Tumidus* regendo eſt ille Maronianus *tumidus novo præcordia regno.* *Tyria* acies fuere commentum naſutorum librariorum. Famulæ acies Dominium Parthorum Regum denotant, quib. pro ſervis omnes ſubditi. PLura in Commentario de diſciplina Parthorum, quem de Pagana Sapientia exemrum peculiariter exornavimus.

90. URBS TITANA COLIT.] Heliopolin dicere clara res eſt. Omnia quæ hic ſequuntur nota jam ſunt de prius dictis. Lege Pomponiũ Melam lib. III. cap. IX. PLinium lib. X. cap. II. Herodotum lib. II. Achillem Tatium fine lib. III. Ovidium, lib. XV. Metam. Tacitum Annali. VI. Auctorem Elegiæ, Epiphanium cap. LXXXV. Ancorati cap. XI. Phyſiologi. Origenem lib. IV. Contra Celſum. Quos in hanc rem reponere non vacat. Cum alioquin Commentatio hæc longa Inſtitutum Ordinem ſupergreſſa ſit.

91. THEBANO MONTE REVULSIS.] Thebas Aegyptiacas dicit, marmoris feraces. Quo factæ magnæ olim res, ut ingens illa Columna Pompej, nunc quoq; ſuperſtes, de qua vide Bellonium. Obſ. lib. II. c. XXI. ut & iſto marmore. Invehi templum ad Pompas pertinet, quibus pleroſq; Deos colebant Ethnici. Adonidis pompæ celebres à Theocrito, alijs aliorum Numinum. Herodotus Solis cultum in Heliopoli quartum Feſtum Ægyptijs ſolemne celebrat. lib. II.

94. FLAMMÆ COMMENDAT ONUS.] Auctor Elegiæ. *Tunc Mithra in varias animam commendat Odores Depoſiti tanti nec timet ille fidem.*

95. MYRRHATA LIMINA.] Inferiores partes Templi limina vocet, ut ſæpè Poetæ. Quæ myrrhæ odore adflata autumet. Sic Codices Cujaciani & Scaliger. At mihi nullo modo placet ea Lectio, cum *divinus fumus* aliam hic rem poſtulet, alium ignem videlicet. Veriſſima Codicis Belgici Scriptura

mirata relucent.
Lumina, divino ſpirant altaria fumo.

Ipſum ignem, ipſum Vulcanum, miratum res tantas, & pleniore luce illuxiſſe autumat. Vitiavit hunc verſum ſequentium ſenſus.

98. PENITUS COMPLETQUE.] Sic ex Libris Cujacianis Claverius. Cæteri penetrat completq; ſalubri Tempeſtate viros Hæc lectio non placet quidem, ſed minus tamẽ priore diſplicet; non enim vocula *que* ita incongruè abuti ſolet, ut verbo minus ad eam pertinenti adjiciat, qui mos eſt jejunorum verſificatorum, Claudianus. Planè autem non placet etiam altera Lectio, & ſuſpicor nomen loci illitere, ut & in illo *viros* quod ſequenti verſu legitur. Origo corruptionis ſit propriè poſitum τὸ *pervenire* quod tranſire hic ſignificaverit Claudiano. Scribam.

Et, Peluſiacas productus ad uſque paludes,
Pervenit Indus odor Blemias, completque ſalubri
Tempeſtate Filas

Filæ urbs, ſive Fylæ, Ægyptiaca, Straboni lib. XVII. Alijs Blemyes noti populi. Longè ergò lateque diſperſum vaporem tam magni nobiliſq; buſti dicere voluit, indicatis diverſi ſitus populis & urbibus. Peluſium ſitum in paludibus, & à luto ipſum dictum. Strabo. libro XVII:

Μεταξὺ τοῦ δὲ Τανικοῦ καὶ τοῦ πηλυσιακοῦ λίμναι, καὶ ἕλη μεγάλα καὶ συνεχῆ, κώμας πολλὰς ἔχοντα. Καὶ αὐτό τε τὸ πηλύσιον κύκλῳ περικείμενα ἔχει ἕλη ἅ τινες Βάθρα

καλᾶσι, καὶ πέλματα. ὤκισαι δὲ ἀπὸ θαλάττης ἐν πλείοσιν ἢ εἴκοσι σαδίοις. τὴν δὲ κύκλον ἔχει τοῦ τείχους σαδίων εἴκοσιν. ὠνόμασαι δ' ἀπὸ τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν πελμάτων.

Tempeſtas ventum, Spiritum ventorum auræve denotat morum. Inque mitem bonamque partem etiam alibi capitur noſtro. Ut Tempeſtas pretioſa Tagi pro proventu Auri, in ripis ejus fluminis Lecti.

99. NECTARE DULCIOR AURA.] A guſtu ad odorem Nectaris ſuavitas transfertur. Lucretius: *Et nardi florem, nectar qui naribus halat.* Marius Victor lib. I. Geneſ. *Vnum ex diverſo nectar componit odore.*

100. NIGRANTIS NILI.] A pingui luto quod vehit, vnde & pinguiſſimus Fluviorum perhibetur. Dionyſius Periegetes. v. CCXXI.

> Ἔνθεν ποταμοῖο κατέρχεται ὕδατα
> Νείλου.

Omnia hujus fluminis arcana peculiaribus Libris tractata à viris doctis, qui in omnium manibus ſunt. Quare nemo hic quicquam de oſtijs ejus exſpectet. Nigrum indicat Hebraicum etiam Nomen Schichor, & quod Melo olim Latinis perhibitus.

100. VAPORAT.] Adolet quodammodo, vapore velut tingit. Vide nos Adverſariorum Volumine I. Libro XXXVII. cap. VI.

101. SOLVIMUR.] Obimus. Mors enim ſolutio Formæ. Symmachus libro X. Epiſtol. XXXII. Licet Vertius Prætextatus Naturæ Lege reſolutus ſit. Pulcrè Vellejus lib. II. de Auguſto, cum omnem curam fata vincerent, in ſua reſolutus initia, animum cœleſtem cœlo reddidit. Vide nos ad Rutilium. Libro I. v. CXXXIX.

101. HÆRESQUE TUI.] Auctor Elegiæ.

> *Ipſa ſibi proles, ſuus eſt pater, & ſuus hæres.*

Alcimus Avitus lib. I.

> *Natali cum fine perit, nidoq; peruſto*
> *Succedens ſibimet quæſita morte reſurgit.*

103. MORITUR SENECTUS.] Eadem Dracontius, vt notatum ſuprà.

106. SCOPULIS STAGNANTIBUS.] Stagnante aqua affuſis. Ita enim hoc verbum vſurpatur. Papinius lib. X.

> *ſtagnant nigrantia tabo*
> *Gramina, ſanguineis nutant tentoria rivis.*

109. EDOMITA TELLURE.] Terræ omni lege, quæ abſcondit & in ſe recipit omnia quæ eam tetigerunt tangunt tangentq; ſola hac avi demta.

110. NEC JUS HABUERE NOCENDI.] Omnino ſcribendum *nec jus habet hora nocēdi.* Id eſt Mors, mortis articulus. Hunc enim Fatalem Horam, & ſimpliciter Horam dicunt ſcriptores. Horatius lib. I. Epiſt XVIII.

> *Ne fluitem dubia ſpe pendulus Horæ.* Catullus.
> *Te ſpectem, ſuprema mihi cum venerit hora.*

Ut & *Diem*. Valerius Flaccus lib. V.

> *poſitumq; feretro*
> *Congemuere, dies ſimul & ſuus admonet omnes.* Ovidius.
> *Cum volet illa dies, quæ nil niſi corporis hujus*
> *Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat ævi.*

Manifeſtum tamen & ſic deeſſe aliquot verſus huic luculento Poematio. Subjiceremus iſti & noſtrum Phœnicem, ſed ut editus eſt, nobis laxior juſto videtur. Habebit Lector recenſitum, non vt ex liturarijs cartis productus eſt, cum univerſo Opere Poematum, quę quidem nos ad Poſteritatem agnoſcemus.

EPIGRAMMA II.

Magnes.

V. 1. MUNDUM RATIONE SECUTUS.] Arcana ejus, velut fugiētia hominem, niſi Ratione inquirantur. Pariter de cœli Rationibus Manilius lib. I.

artem

artem experientia fecit,
Exemplo monſtrante viam, ſpeculataque longè
Deprendit tacitis dominantia Legibus aſtra.

Idem Rationem cepiſſe naturam dicit poſt.

Nec prius impoſuit rebus finemque modumque
Quam Cœlum adſcendit Ratio, cepitque profundis
Naturam rerum cauſſis.
viditq; quod uſquam eſt.

Carminis hujus dolendum nihil exſtare in membranis noſtris;itaq;eam tantum ſcriptam Lectionem conferimus quam membranæ unç Belgicę exhibent: Nec enim plures etiam inde nobis ſubveniunt. De Magnete mentio apud Theophraſtum, Orpheum, ſed non magnæ rei,deſcriptio in PLinio vberior,nec uno loco. Qui lib XXXIV. Concamerationis Arſinoitici templi in Aegypto à Dinocrate hoc lapide cœptæ ſed non perfectæ, meminit, pariter ſuſpendendæ ſtatuæ. Lucretius Libro VI. Dioſcorides lib.V.cap CLXIX. Auguſtinus, lib XXI.de Civ. Dei,cap.IV. PLato Jone. Oribaſius, Aetius, Aegineta. Marcellus, Galenus, Medici. Theodoretus Curat. Græcan. Serm. V.& IX. Cicero de Divinat. Alij. Nec nobis exſcribendi. Uſum quem hodie lapis iſte in re nautica habet, veteribus non incognitũ fuiſſe ipſis olim Tyrijs, Chinenſibusq; nunc & ante noſtra ſecula, perſpectũ, docere vult Nicolaus Fullerius Miſcellan.lib.IV.cap.XIX qua in re vir præſtantiſſimus conſentientem habet Albertum Magnum, qui primus exactius hujus Lapidis naturam viresq; deſcripſit.

6 COMMOVEAT MOTUS.] Scribe cum Libris Cujacianis & Belgico, *Concutiat motus.* Sonus enim in altero inſolens noſtri auctoris Poeſi:

9. COGNOMINE MAGNES.] A populis. Lucretio auctore, lib.VI.

10. DECOLOR, OBSCURUS, VILIS.] Candidus tamen etiam invenitur, ſed raro, quem propterea Magicis Amatorijsq; viribus donant Circulatores: De Omni Magnete talia Orpheus canit, & Gallis hodie inde Amantis vocabulum retinet.

12. FIBULA MORSU.] Virginalis habitus cum præcipuis ornamentum, fibula ex Gemma, Cujus in eam rem ſæpius meminit Claudianus.

14. TUNC SUPERAT.] τὸ *Tunc* vile admodum tinnit, nec mutat tamen vllus Liber.

15. RUBRA IN ALGA.] Erythræo mari. Cujus etymon & hiſtoriam vide apud eumdem modo laudatum Fullerium, lib. IV. Miſcellan.cap. XX. *Alga* autem & viridis & rubra, hæc adeo vt & purpureo colore infectioni ſervierit, vide Theophraſtum libro Quarto Hiſtoriæ,cap.VII. Indus autem lapis Magnes. Ut poſt majorum gentium auctores notat etiam Honorius Auguſtodun.Lib.I. de Imagine Mundi,cap.XIII.

16. FERRIQVE RIGORE VESCITVR.] Pabulò ſuo quopiam. Nemeſius de Homine, cap. I.

Διαφαλλάττει μὲν γὰρ λίθος λίθου δυνάμει τινὶ, ἀλλ' ἡ μαγνῆτις λίθος ἐξηλλυχέναι δοκεῖ τὴν τῶν ἄλλων λίθων φύσιν τε καὶ δύναμιν ἐν τῷ περιφανῶς ἕλκειν πρὸς ἑαυτὴν καὶ κατέχειν τὸν σίδηρον ὥσπερ τροφὴν αὐτὸν ποιήσασθαι βουλομένη. καὶ μὴ μόνον ἐφ' ἑνὸς σιδήρου τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἄλλον δι' ἄλλου κατέχειν ἐκ τοῦ μεταδιδόναι τοῖς ἐχομένοις πᾶσι τῆς δυνάμεως ἑαυτῆς.

Ubi quam vim alijs dare ait, deſcribitur ea ab Auguſtino lib XXI,cap.IV.de Civ. Tangitur Greg.Nazianzeno Carm.LXIII. Vide Ambroſium libelli de Arbore Interdicta, ad Sabinum.

15. DULCES EPULAS.] Amatorias quasdam. Theophylactus Simocata, Epiſtola XXVI.

τὴν μαγνῆτιν λίθον ἐρᾶν τοῦ σιδήρου φασί. καὶ τοῦτο ζῶν ἱστοροῦσι τὴν λίθον ἕζον τῷ ἐρωμένῳ καὶ συνέσιν. ὁπηνίκα γὰρ ἡ λίθος τοῦ ὁμοζύ—

μοζύγου χωρίζηται, παραυτίκα νεκροῦται, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν ἀποτίθεται. τοιαῦται περιπάθειαι, Δεξίκρατες, καὶ τοῖς ἀψύχοις ἐγγίνονται.

Malè Aldus hoc dulces epulas, hoc pabula novit. Vt & MS. Codex, in quo eſt hic dulces epulas, hic pabula. Illud vulgatum probum. *Has* ſui generis epulas, *hac* ſibi congrua, apta, pabula. Virgilius.

16. HINC RENOVAT VIRES.] Famulatu ferri uti Magnetem ajunt alij. Theodorus Prodromus:

> Ἐς τοῦ σιδήρου τὴν ἁπᾶσαν οὐσίαν
> Δούλην καθιστᾷ τῆς Μαγνῆτιδος λίθου;
> Οὐδὲν δὲ πάντως ἄλλο φιλίας δίχα
> Ἐμοὶ τὸ πᾶν ζῆ, καὶ κρατεῖται, καὶ μένει.

17. ASPERA SECRETVM. S. ALIMENTA.] Aſpera, alimenta, rigidi ferri ſcobs, ſine qua perire aiunt Magneti vires. Secretus vigor, occulta vis naturalis vita vegetans. Subtilem occaſionem inter Magnetem & Ferrum vocat Zahel Arabs Scriptor Initio Libri de Electionibus: *Scito quod omnipotens & altiſſimus creavit omnem creaturam, Mundum ſcilicet, & quod in eo eſt, ex quatuor naturis, & collocavit terram, & omne quod ſuper eam eſt, ex irrationali & Rationali, & ex mobili & immobili in circulo, poſuitq́; inter hac & Circulum, rem ſubtilem, quam ſciunt ſapientes; Vt illa ſubtilis occaſio quam poſuit inter magnetem & ferrum, ut qua eſt inter Patrem & Filium, inter cibum & comedentem.*

18. MORIENTIA TORPENT MEMBRA FAME.] Thaletis doctrina, magneti eſſe Animam. Ariſtoteles I. de Anima. cap. II.

ἔοικε δὲ καὶ Θαλῆς, ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι κινητικόν τι τὴν ψυχὴν ὑπολαμβάνειν, εἴπερ τὴν λίθον ἔφη ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ.

Marti autem conſecratus hic Lapis, unde effigiem ejus in Templo ferream, Veneris perſona, complexus, vt noſter mox deſcribit. Orpheus Pulcrè.

> Μαγνῆτιν δ' ἔξοχ' ἐφίλησεν θοῦρος Ἄρης,
> Οὕνεκεν ὁππότε κεν πελάσῃ πολιοῖο σιδήρου,
> Ἠΰτε παρθενικὴ γλαγόφροσι χερσὶν ἑλοῦσα
> Ἠΐθεον, στερνῷ προσπτύσσεται ἱμερόεντι.
> ὣς ἥγ' ἁρπάζουσα πελεὶ σφετερὸν δέμας αἰεί,
> Καὶ πάλιν οὐκ ἐθέλει μεθέμεν πολεμιστὰ σίδηρον.

Scribe primo verſu. Ἔξοχα Μαγνῆτιδ' ἐφίλησεν θοῦρος Ἄρης. Eſt vero & ſpecies Magnetis quæ ferrum repellit, cum altera retraxerit. Michael Pſellus.

ὁ Μαγνίτης λίθος ἐστὶ μέγας καὶ βαρύς, καὶ ἀνώμαλος, καὶ ὁ μὲν εἰς ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀναπτύει. Ἀνώμαλος.

Imperfectus. mendoſus, non enim perfecta gemma eſt, & ſpecie turpiore. Vnde Claudianus ſuprà

> *lapis eſt cognomine Magnes,*
> *Decoior, obſcurus, vilis.*

22. MAVORS.] Complexu horum ſimulacrorum conjugium Martis & Veneris luſiſſe ſacerdotes in eo Templo autumat, vt infinitis talibus Veneris fabulas ſpectandas exhibebant populo. Magnete autem ferroque alia hujus generis olim pro prodigijs facta. Iſidorus Orig. lib. XVI. cap XX. ex alijs. *Cum ferro Magnes lapis concordiam habet. Sola enim hac materia vim ab hoc lapide accipit, retinetq́; longo tempore. Ex eodem lapide Architectus quidam Alexandria Templum concamerauit, ut in eo ſimulacrum ferreum aere pendere videretur.* Auguſtinus, lib XXI. cap VI de Civ. Dei. *Vnde factum eſt ut in quodam Templo lapidibus magne-tibus*

tibus in ſolo & in camera proportione magnitudinis poſitis, ſimulacrum ferreum aeris illius medio inter utrumque lapidem, ignorantibus quid ſurſum eſſet & deorſum, quaſi Numinis poteſtate penderet. Rufinus, Hiſtor. Eccleſ. libro II. cap. XXXIII. *Natura Magnetis Lapidis hujus eſſe virtutis perhibetur, ut ad ſe rapiat & attrahat ferrum; ſignum Solis ad hoc ipſum ex ferro ſubtiliſſimo, manu artificis fuerat fabricatum, ut Lapis cujus naturam ferrum ad ſe trahere diximus, deſuper in laquearibus fixus, cum temperatè ſub ipſo radio ad libram fuiſſet poſitum ſimulacrum, & vi naturali ad ſe raperet ferrum, aſſurrexiſſe populo ſimulacrum, & in aere pendere videretur. Et ne hoc lapſu proprio proderetur, miniſtri fallacia, ſurrexit, ajebant, Sol, ut valedicens Serapi ſecedat ad propria.* Fuiſſe quadrigam integram Solis, uti is nimirum pingebatur, obſervat Proſper Aquitanus Lib. III. de Promiſſion. Dei, cap. XXXVIII. *Apud Alexandriam in templo Serapis hoc argumentum Dæmonis fuit. Quadriga ferrea, nulla baſi ſubſulta, nullis infixis uncis parietibus colligata, in aere pendens cunctis ſtuperem ac velut divinum ſubſidium oculis mortalium exhibebat. Quam tamen Lapis Magnes, qui ferrum ſibimet attributum ſuſpendit, eo loco cameræ affixus, totam illam machinam ſuſtentabat. Itaque cum quidam Dei ſervus inſpiratus intellexiſſet, ſtatim ut magnetem cameræ ſubtraxit, omne illud oſtentum cadens, confractum, comminutumque oſtendit divinum non eſſe quod mortalis homo firmaverat.* De Pari negotio Auſonius Moſella, illum Plinij Dinocratem innuens, libro XXXIV. cap. XIV. *Eodem Lapide Dinochares architectus Alexandriæ Arſinoes templum concamerare incoaverat, ut in eo ſimulacrum ejus è ferro pendere in aere videretur. Interceſſit Mors & ipſius & Ptolemæi, qui id ſorori ſuæ juſſerat fieri.* Verba Auſonij.

Conditor hic forſan fuerit Ptolemaidos aulæ
Dinochares, quadro cui in faſtigia cono
Surgit, & ipſa ſuas conſumit, Pyramis, umbras,
Juſſus ob inceſti qui quondam fœdus Amoris
Arſinoen Phariæ ſuſpendit in aere Templi,
Spirat enim tecti teſtudine Corus Achates,
Afflatamque trahit ferrata crine puellam.

Ita conſenſu quodam viri docti cum Auſonij locum ediderunt, & explicare ſcriptum voluerunt. At *Corus Achates* nullius prorſum hic pretij eſt, & de venti figmento minimè omnino opus. In Manuſcriptis duobus libris erat exaratum chorus Achates Quod nec ipſum non eſt futiliſſimum. Omnino ſcripſit Auſonius.

torvus Achates

Hoc eſt Magnes, qui invenuſtior & deformior eſt Achate, alioquin fere concolor, ideoque & erudite & propter verſum Acharen Magnetem appellavit. Colorem *Magnetis* vilem & decolorem etiam noſter ſupra dixit. Achatis formam commendant puncta velut oculi, alioquin concoloris Magneti: iſtis oculis cum Magnes careat, doctiſſimus vates cū torvum Achaten nominavit. De Achate ex alijs auctoribus Marbodæus.

Sit licet ipſe niger, Zonis tamen obſitus albis
Hic lapis ingenuas perhibetur habere figuras.

De Statua in eodem Alexandriæ templo à magnete pendente, eadem forte re, Nicephorus Calliſti. lib. XV. cap. VIII.

Parem hiſtoriam ſuſpenſi Mercurij ex Annalibus Trevirenſibus notat Amicus olim noſter Marq. Freherus, itemq; aliam de Caſſiodoro, ad iſtum Auſonij locum, ſed nec ei optimo doctiſſimoque viro emendatio vera obvenit. De Machometis ſarcofago, apud Mechamparia vulgares næniæ garriunt, ſed eas falſitatis convincit, vel unus Ludovicus Vartomannus, lib. I. cap. XI. & XII. Peregrinationum.

24. COMMUNIA TEMPLI.] Conju-

gium Martis & Veneris tam Planetarum illorum ſuavioris naturæ prolem denotat, quam Robur ipſum, ſtrenuitatem, Fortitudinem. Temperari oportere otio, voluptate, clementia. Indidem piæ Amore ſtellam Martis Veneris ſidus ſequi dicunt. Higinus in Aſtronom. Poetico: *Tertia eſt ſtella Martis quam alij Herculis dixerunt, Veneris ſequens ſtellam, hac, ut Eratoſthenes ait, de cauſſa: Quod Vulcanus cum uxorem Venerem duxiſſet, & propter ejus obſervantiam Marti copia non fieret, ut nihil aliud aſſequi videretur, niſi ſua ſtella Veneris ſidus perſequi à Venero impetravit. Itaque cum vehementer eum Amor incenderet, rem ſignificans, e facto ſtellam Pyreonta appellavit.* Ita etiam ex optimis libris hæc verba edidit Gulielmus Morellius. At ſcribendum: *Et propter ejus obſervantiam Marti copia non fieret; ut nihil aliud aſſequi ſineretur, niſi ſua ſtella Veneris ſidus perſequi, à Venere impetravit.* Illæque voces inſuper *à Venero* gloſſema ſunt. Multa non vulgaria ſunt in eo Higini opere, animadverſione pleraq; non indigna. Nos mythologias iſthic non perſequimur.

24. AURATI TEMPLI.] Ex Faſtu Romanæ ſuperſtitionis. Vide Sextum Conſulatum Honorij ad Finem.

25. MAGNETICA GEMMA FIGURAT.] Tornatili materia. Theophraſtus.

ὅλως μὲν ἡ κατὰ τὰς ἐργασίας, καὶ τῶν μειζόνων λίθων πολλὴ διαφορά. ἄλλοι πρισοὶ γὰρ οἱ δὲ γλυπτοὶ, καθάπερ ἐλέχθη, καὶ τορνευτοὶ τυγχάνουσι, καθάπερ καὶ ἡ Μαγνῆτις αὕτη λίθος, ἡ καὶ τὴν ὄψιν περιττὴν ἔχουσα, καὶ ὥςγε δή τινες θαυμάζουσι τὴν ὁμοίωσιν, τῷ ἀργύρῳ μηδαμῶς οὖσαν συγγενῆ.

26. DUCIT FLAMMA CHOROS.] Fax nuptialis. Non enim committebantur antiquitus Nuptiæ, citra præclaras faces, aut alioquin Ignis miniſterium. Petronius Satirico: *Conſurrexi ad officium nuptiale, jam Pſyche puella caput involverat flammeolo, jam Embaſicoetas præferebat facem, jam ebriæ mulieres longum agmen plaudentes fecerant, thalamumque ingeſta exornaverant veſte.* Notiſſima res, Undam adjiciebant, duobus neceſſariis Elementis auſpicato commendantes velut novos conjuges Lactantius lib. II. cap X. *Subſtantia ignis calor eſt, aqua humor. Alterum enim quaſi maſculinum Elementum, alterum quaſi fœmininum, alterum activum, alterum paſsibile. Ideo, ne à veteribus inſtitutum eſt, ut ſacramento Ignis & Aqua nuptiarum fœdera ſanciantur, quod fœtus animantium calore & humore corporentur atq; animentur ad vitam.* Valerius Flaccus, lib VIII. Argonaut.

Inde ubi ſacrificas cum conjuge venit ad aras
Aeſonides, unaque adeunt, pariterque precati,
Incipiunt. Ignem Pollux Undamque jugalem
Prætulit.

Vide qui de Nuptiarum Ritu Commentati, & Cujacium Obſervar. Lib. XI. cap. II.

27. MYRTO LIMINA CINGUNTUR.] Ut ſolitum Nuptialibus feſtis. Venus apud Claudianum in Nuptiis Honorianis.

Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto
Contendant.

Id Gratiarum ad Officium ſpectare putabatur. Capella ad Hymenæum.

Comere vernifluis florentia Limina ſertis.
Seu Conſanguineo Gratia Trina dedit.

Omnia plena ſunt exemplis.

Roſa autem Flos Veneris Anacreon. τὸ ῥόδον τὸ τῆς Κυθήρης. De Cubilibus in roſa vide notata doctiſſimo Caſaubono ad Hiſtoriam Auguſtam, Petro Ciacconio & Fulvio Urſino libris de Triclinio. Car. Paſchalio de Coronis.

30. DOTALIS.] Dotalia Larinis etiam quæ maritus aut ſponſus ſponſæ uxorive confert. Vide lib XXII. cap. VIII. Adverſar.

30. PURPURA VELAT.] Exſtructus purpura thalamus. Nuptijs Honorij.

Aſt alij thalamum docto componite textu.

Sta-

Stamine gemmato, picturatisque columnis
Aedificetur apex.

Et poſt paucos verſus.

Nobilibus Gazis, Opibusque cubilia ſurgunt
Barbaricis, omnes thalamo conferte triumphos.

31. SPONTE RAPIT.] Attrahit violenter Auguſtinus de Civit. Lib. XXI. capite IV. Magnetem lapidem novimus mirabilem ferri eſſe raptorem, quod cum primum vidi vehementer inhorrui. Quippe cernebam à lapide ferreum annulum raptum atq; ſuſpenſum.

32. COELIQUE THOROS.] Ubi à Vulcano Marti annexa reperta & affixa.

33. TANTUM SUSPENDIT ONUS.] Suſpecta ſcriptura τὸ *ſuſpendit*, vel adeo à Poeta aut te ipſa incongrua ſcriptio. Sic enim incumbat Venus Marti, cum tamen quale illud prius in cœlo (ſi dijs placet) connubium etiam iſtuc præfingere velit. Poſſis ſcribendum ariolari

Et tantum ſuccedit onus

Sed illud alterum utiq; ποιοῦ eſt.

37. VIVIS.] Vivos maximè referentibus.

38. GEMMA DE CONJUGE.] Amat enim Magnes ferrum. Achilles Tatius Lib. I. οὐ γὰρ ὁ ἔρως τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν, ὡς καὶ μέχρι ὀρνίθων πέμπειν τὸ πυρὸς μέχρι ὀρνίθων ἐφθην. τοῦτο γὰρ οὐ θαυμαστὸν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἔχει πτερόν. ἀλλὰ καὶ ἑρπετῶν καὶ φυτῶν. Ἐγὼ δὲ δοκῶ καὶ λίθων. ἐρᾷ γοῦν ἡ Μαγνησία λίθος τοῦ σιδήρου, καὶ μόνον ἴδῃ καὶ θίγῃ πρὸς αὐτὴν εἵλκυσεν ὥσπερ ἐρωτικὸν τι ἔνδον ἔχουσα, καὶ μή τι τοῦτο ἐστιν ἐρώσης λίθου, καὶ ἐρωμένου σιδήρου φίλημα, Inde Gallica appellatio.

39. AURA TENAX.] Spiritus, exhalatio. PLinius, lib. XXXII. cap. I. *Neceſſe habemus fateri hoc exemplo eſſe vim aliquam, quæ odore tantum, & quadam aura ſui corporis afficiat membra.*

40. GEMINIS METALLIS] Metallorum latè ſignificat appellatio, nam & marmora & ſpeciatim ſic dicta hoc nomine comprehenduntur. Vbertim ad Libros Iuris alibi.

41. DVRAS JVNGIT CONCORDIA MENTES.] Exquiſitè fatua Lectio, qua tantus vir, vates, & Philoſophus mentem dat rebus inanimis, ſaxo & ferro. Nihil dici poterat indignius PLatonico tantæ doctrinæ, vate tantæ circumſpectionis, tantæ ex[illegible] viro. Sed omne vitium eſt exſcri[illegible] qui ad ſaxea ſua ingenia etiam ſubtiliſſimos ſ[illegible]ptores redigere volunt, cum lubet. Mea opinione ſcripſit Claudianus.

Quis calor infundit geminis alterna metallis
Fœdera? Quæ duros jungis concordia Montes?

Lapidem nimirum & ferrum utrumq; monte avulſum montis ipſius nomine Poeticè cẽſet, præcipue rectè, cum & tota montium ingentium viſcera ferrifodinæ alibi occupent, & ingentes quoq; rupes mero magnete conſtantes nec veteribus fuerint ignoti. Ptolemæus lib. VII. Geograph. cap. II. verbis factis de aliquot Satirorum inſulis:

Φέρονται καὶ ἄλλαι συνεχεῖς δέκα, ἐν αἷς φασὶ τὰ σιδήρους ἔχοντα ἥλους πλοῖα κατέχεσθαι, μήποτε τῆς ἡρακλείας λίθου περὶ αὐτὰς γεννωμένης, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιούροις ναυπηγεῖσθαι, κατοικεῖν δὲ αὐτὰς ἀνθρωποφάγους καλουμένους Μανιόλας.

Auctor Libri de Brachmanibus B. Ambroſio adſcriptus. *Narrabat quoque ſi credere facile eſt, mille Inſulas Arabici & Perſici maris, & quas Mammolas* (Lege ex Ptolemæo quos Maniolos) *vocant, illi obtemperare. Hic ille quem magnetem appellant reperitur Lapis, qui ferri naturam ad ſe trahere vi ſua dicitur. Cum igitur navis aliqua clavos habens ferreos illuc applicuit, illicò retinetur, nec quoquam ire permittitur, vi neſcio quanam lapidis occulta impediente, ob id naves ibi ligneis clavis conſtrui dicebat.* Montes ergo Claudianus metallorum

pro ipſis dixit quorum alibi toti montes ſit, cum de tota utriuſque vi & concordia totius utriuſq; relagatur. Pariterque Papinius pro marmorum fultis, ipſos montes. Thebaide Prima:

Et nondum craſſo laquearia fulva metallo
Montibus aut latè Graijs effulta nitebant
Atria, congeſtos ſatis explicitura clientes.

Noſter Epigrammar. de Quadriga Marmorea.

Mons patiens ferri varios mutatur in artus

De [illegible] & [illegible] quibusdam Magnetis Plin[illegible] S[illegible]o intolerabilis eſt locutio [illegible] mentes m[illegible]allis, deinde & mentibus [illegible]ens. *Dubitare* tamen faci[illegible] & ego, niſi intervenerint librarij, Claudi[illegible]m nec ipſum excuſo.

44. BELLI REGEM.] Lucretius *belli fera manera Mavors Qui regit* Facilè accredo Cujaciano interpreti non ſine eo procœmio hæc ſcripſiſſe Claudianum.

47. STRICTIS MVCRONIBVS.] Alibi. Ira furens ſtrictis odium mucronibus explet.

48. MOLLITQVE TVMOREM.] Jam illud *mollire* lectum eſt. Scribe itaq; cum libris Bentini, Aldo, & Belga Codice *ſolvitque tumorem. Tumor autem Ira.* Maro tumida ex ira tum corda reſidunt. Ovidius. Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ. Heliodorus, libro II.

οἰδυμένη τῷ χόλῳ, καὶ ξύλῳ πυρακτωμένη:

Veneris ille occurſus Martisque placatio, etiam alijs debita, ſed talium obvia collatio.

54. VIVO CARENTIA SENSV MEMBRA.] *Statuas* ferreas & lapideas. In Lectione nihil mutandum Lapideus ſit qui non videat.

EPIGRAMMA III.

De Hiſtrice.

De Hoc animante qui talia ſcripſere, nec nos nectimus Collectanea. Viſe Ariſtotelem, PLinium, Solinum, &c. In Regno Taicami civitate Scaſſem, copiam venatoribus offerri, & agmine facto, jaculiſq; conferrim emiſſis, multum canibus nocere, auctor Paullus Venetus lib. I. cap. XXXIII. Nec noſtris ſanè oris ignoti ſunt. Mira tamen res fuit omni ævo, & pro miraculo exhibita, vt quod in Annalibus Colmarienſibus Anno M.CC.LXXVI. Notatur. Regina fecit produci in hortum prædicatorum in Baſilea, porcum ſpinoſum, ut viderent in eo Dei mirabilem creaturam. Eſt & flagelli genus, ſive Tormenti, apud Ariſtophanem Pace: Scholiaſtes.

ὑστριχὶς, ἡ ἐξ ὑείων τριχῶν μάστιξ, ἔστι δὲ καὶ ὑστριχὶς θηρίον τρίχας ἔχον, ὗς ὡς ἐν τῷ διώκεσθαι ἐξακοντίζει κατὰ τῶν διωκόντων.

V. 1. STYMPHALE.] Stymphalis palus Arcadiæ, Stymphalos ejusdem oppidum ubi aves illas fatales domuit Hercules. Scholiaſtes Apollonij, libro II. Fontem ejusdem nominis fluviumque agnoſcit Pauſanias, Vbi eumque & Lacum deſcribit. De avibus etiam, gruum eſſe magnitudine, arma ferrea facile perfodere, falli libri genere corpori inducto, cui inhæreat ungues, in Arabia degentes. Vide eum lib. VIII. De Rege Stymfalo Apollodorus.

V. 2. SPICVLA VVLNIFICO.] Ea monſtroſitas harum avium. Higinus in Athlis Herculis, cap. XXX. Aves Stymphalides in inſula Martis, quæ emiſſis pennis ſuis jaculabantur, ſagittis interfecit. Idem cap. XX. Argonautæ cum ad inſulam Diam veniſſent, & Aves ex pennis ſuis eos conficerent pro ſagittis, cum multitudini avium reſiſtere non poſſent, ex Phinei monitu clypeos & haſtas ſumſerunt, exque more Curetum ſonitu eas fugarunt. Apollonius lib. Secundo.

δὴ τότε ἀερθέντα ὄρνιν ἴδοντο
ὅς ῥα τιναξάμενος πτέρυγας κατὰ νῆα θέουσαν (ὤμῳ
ἧκ' ἐπὶ οἱ πτερὸν ὀξύ· τὸ δ' ἐν λαιῷ πέσεν
Δίῳ Οἰλῆος.

3. CRE-

V.3. CREDIBILIS FABVLA.] Narratio. Omnem enim notat Fabula. Sic Ariſtomenis Narratio quæ maxime vera putabatur *fabula* apud Appuleium, lib.I. Lib.II. *ſubſiſte paulliſper, & more tuæ urbanitatis fabulam illam tuam remetire.* Atque illi miſero adeo vera erat res, ut faciem penè totam laceratam inde circumferret. De eadem re poſt: cum primum Telephron fabulam poſuit, compotatores vino madidi cachinnum integrant. Idem Lib.IV. *tota illa prolata de formoſitatis æmulatione fabula gemens ac fremens inquit. Quæ miſera nimis vera fingebatur.* Fabulæ & Hiſtoriæ eædem eidem. Lib.VI. *Viſetur & in fabulis audietur, doctorumque ſtilis rudis perpetuabitur hiſtoria. Aſino vectore virgo regia fugiens captivitatem.* Lib.IX. *cognoſcimus lepidam de adulterio cujuſdam pauperis fabulam.* Sic *fabuloſus*, memorabilis Lib.X. *& illius quidem ſenis famoſa atque fabuloſa fortuna Providentia divina condignum cepit exitum.* Vopiſcus Probo: *Non inepta neque inelegans fabula eſt ſcire quemadmodum Imperium Probus ſumſerit.* *Fabulari*, loqui. Plautus Epidico.

quid ego ex te audio. Hoc quod fabuler

Vnde *Hablar* ſuum habent Hiſpani hodiernum.

V.5. AFFIRMAT.] Confirmat. Probat. Fidem iis facit. Cicero Acad.IV. *Nos probabilia multa habemus, quæ ſequi facilè, adfirmare vix poſſumus.* Appuleius lib.II. *Arcana fatorum ſtipibus emerendis edicit in vulgum, qui dies copulam nuptialem adfirmet, qui fundamenta mœnium perpetuet.* Inde *Adfirmatores*, quorum ope res probatur. Tertullianus lib.IV. cap.VII. in Marcion. *Indignum denique ut Romulus quidem adſcenſus ſui in cœlum habuerit Proculum adfirmatorem: Chriſtus vero deſcenſus de cœlo ſui non invenerit annunciatorem:*

V.5. OS LONGIUS ILLI ASSIMILAT PORCUM.] Qui in hiſtoriis viſuntur capite leporem referunt potius.

7. OCULIS RIGET IGNEUS ARDOR.] Membranæ noſtræ *oculos ruber igneus ardet.* Sed hoc carmen in eo Codice peſſimè omnium operum ſcriptum eſt. Sic pro *mentita minuta* habet pro *fabula ſpicula* ſomniat, &c.

9. EXIGVAM,] Lupi tamen magnitudine facit Oppianus, Cyneg.III,

τῶν ἤτοι μέγεθος μὲν ὁποῖα λύκοισι
δαφοινοῖς
Βαιὸν ὀλιζότερον, κρατερὸν δέμας.

Nemo autem tota Antiquitate mirandum hoc animans plenius meliuſque Claudiano noſtro deſcripſit.

12. ALTERA SVCCRESCIT.] Vitiatum hunc ſermonem non dubito, & res enim hæret, & dictio minime expedira eſt. Scripſiſſe vatem puto, ſummopere facilitatis ſtudioſum, & ubique obſervantem

ſtat corpore toto
Silva minax: jaculiſque rigens in prælia creſcit,
Picturata ſeges, quæ cum cute miſſa tenaci.
Altera ſuccreſcit, alternanteſque colorum
Cincta vices, ſpaciis internigrantibus, exit
In ſolida ſpeciem pinna

Emendationis rationem injecit Codex Belgicus, in quo *cute mixa* aperte ſcriptum. Quo viſo, injecit ſcilicet animo illud *quæ cum* Cujus ſubventione tota periodus emaculata & perſpicuirati ſuæ reddita eſt. τὸ *ſuccreſcit* mendoſum in utroque libro eſt Belgico & noſtro τὸ *internigrantibus* Vterque idem Codex habet, & veritiſſimum ex ipſa ſpecie jaculorum eſt, cum in vulgato *intus nigrantibus* nihil ſit bonæ mentis. τὸ *pinna* etiam certe correctum eſt ex utroque eodem exemplari. Speciem dicit, quia cava eſt intus ea pinna, non ſolida, & apparet tamen ſolida quacunque vertatur. Vide ſequentia:

15. TENVATAQVE FVRTIM.] Senſim, occulte, ut decreſcere ſpiſſitudinem vix ſentias. Gloſſæ Baſilicorum, *Furtim.* λαθρίως.

16. LÆVIS IN EXTREMVM.] Scripta Lectio. *Lenis.* Vtraque probabilis. Extremum acumen, acutiſſimum, ſummum. Vt acutius fieri non poſſit. Virgilius. *macie confecta ſuprema Ignoti nova forma viri* Et pariter alibi. Adeo autem acutæ & vulnificæ hæ primæ ut fide digni homines ſcripto affirment, unius ictu, ad trium digitorum latitudinem alte adacto vulnere, crus adeo læſum venatori, ut claudus fuerit factus. Vide Conradi Geſneri Iconas & deſcriptiones Animalium.

17. SED NON HÆC ACIES.] Videtur hic tamquam de hactenus indicta re loqui, itaque de ſuperiore correctione dubitari merito poſſit. In Vtroque libro v.13. *ſubtraxit* claris litteris legitur, quare ſuſpicor illud *fixa* non ſollicitandum, & ſcripſiſſe Claudianum.

ſtat corpore toto
Silva minax, jaculiſque rigens in prælia creſcit
Picturata ſeges, quorum cute fixa tenaces
Alba ſubit radix, alternanteſque colorum
Cuncta vices ſpatiis internigrantibus exit
In ſolide ſpeciem pinna.

Ita haud dubie reſtituta erunt ingenuitati ſuæ omnia. τὸ *altera* peperit olim quod eodem verſu ſequitur *alternanteſque* & abdicavit merito nunc, reſtituendæ loci totius veritati. Ita non dicet jam dicta Claudianus, & omnia ordine ibunt.

19. LONGE SVA MEMBRA REGIT.] Inepta lectio, quam libri tamen omnes ſervant, neque vitioſam vidit quiſpiam correctorum. Emacula *longe ſua membra tegit Pretegit*, inquit, è longinquo corpus, emiſſis eminus haſtilibus ſive jaculis ſuis.

21. INTERDVM FVGIENS.] Oppianus.

ἀμφότερον δὲ
Φεύγει δ' ἐμμενέως, καὶ ἀλευάμενος πολεμίζει.

24. VIBRATAQUE RAUCO.] MS. noſter. *urgataque* Facilis correctio virgataq; à pinnis ſimul & calore. Alioquin certe durum dictu *vibrare terga* Tamen mea ſententia nihil mutabitur.

26. STIMVLISQVE ACCENSA TVBARVM.] Maronianum.

Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

29. PARTVSQVE SVI TREMOR.] Optime corrigunt Scaliger & Claverius: *parcuſque* Id ingenium habere fetam prædicat. Ita & Michael olim Bentinus, & Aldus. Scripti vitioſi ſunt.

32. ERROR ABEST.] Ita quidem teſtantur & neoterici, & Oppianus ſcribit ob certitudinem ictuum canes non admoveri feræ à Venatoribus.

Ἰθὺς ἀκοντίζει μαλερὸν βέλος.
Ανθάκις ἔκτεινεν κύνα καρχαρόδον, ὧδε
κὲ φαίης
Αἰζηῶν πέζον δεδαηκότα τοξεύεσθαι.
Οὕνεκεν ὁππότε μιν θηρήτορες ἀντήσωνται
Οὔτι κύνας μεθιᾶσι, δόλον δ' ἐπιπηξάμενοι.

Aelianus. Animal. lib I. cap. XXXI.

τὴν ὕστριχα ἀκούω ταῦτα μὲν οὐκ ἔχειν, οὐ μὴν ὅπλων ὑπὸ τῆς φύσεως ἀμυντηρίων ἀπολελεῖφθαι ἐρήμην, τοῖς οὖν ἐπιοῦσιν ἐπὶ λύμῃ τὰς ἄνωθεν τρίχας οἱονεὶ βέλη ἐκπέμπει, καὶ εὐστόχως βάλλει πολλάκις, τὰ νῶτα φρίξασα, καὶ ἐκεῖναί γε πηδῶσιν ὥσπερ οὖν ἐκ τινὸς ἀφειμέναι νευρᾶς.

Quem quidem conſtat nec unam aliquando pinnam hujus animantis vidiſſe, cum capillos appellet. Sed tota ſcriptio Æliani Poeticæ fidei eſt, ſuavitatem & Gratias dictionis potius quærens quam ut Veritatis inquiſitæ traditione nobilitari voluerit.

33. NIL SPATIO FALLENTE.] Non fallente prorſus. Locutio Papiniana, ad quem de ea

de ea pluribus; & ſpectat jam umbilicos illud Opus noſtrum. Curtius lib. X. *Quis crederet ſævam paullo ante concionem obtorpuiſſe ſubito metu, cum ad ſupplicium videret trahi nihil auſis graviora quam cæteros?* Mendoſus Plinius in eadem re lib. VIII. cap. XXXV. *Hyſtrices generat India & Africa ſpina contectas ne herinaceorum genere. Sed hyſtrici longiores aculei, &, cum intendit cutem, miſſiles. Ora urgentium figit canum, & paullo longius jaculatur.* Scribe ex Claudiano & aliis *nec paullo longius jaculatur.* Idem vult legitque hic Solinus cum ait *canes vulnerat ingruentes.* Et noſter I.

Quicquid procul appetit hoſtem Hinc reor inventum

34. DOCTIQUE TEGIT.] Optime membranæ utræque, Aldus, Benrinus, Claverius SCALIger *regit* Viſum miraculo dirigi à cutis certitudine ait.

37. TAVRINOS VISCERE.] Ita optime reſtituerunt doctiſſimi viri, quod unam litteram non ſuſtulerunt. Omnino ſcripſit Claudianus *Taurino viſcere* Vt ſolus recte edidit ſummus Scaliger. Nervos arcuum dicit è taurino viſcere intendi. *Viſceris* uſus, primo numero, librarios fefellit. Et ſic tamen in uſu bene eſt. Lucretius lib. V.

genus omne
Viſceris in terris quodcunque & ſanguinis exſtet.

Ovidius, notante Priſciano:

E quibus una trahens hærentia viſcere tela.

Arnobius lib. VII. *Si aliquod viſcus aris fuerit traditum, ratione ardeſcit pari.* Prudentius Romano.

Vivum ſecatur viſcus, & recens cruor
Scalpella tingit.

Avienus Periegeſi.

Sic urroſarum ſpatioſa volumina ſeſe
Sponte ceraſtarum facils ſub viſcere curvant.

Valerius Flaccus lib. VII.

cum viſcere vultur adeſo
Tollitur è ſcopulis.

Errat ſuper hac voce Phocas in Arte.

40 BREVIS BESTIA.] Exigua, minuta. Sic Brevem Fortunam pro parva, minuta, non larga, colebant Romani, ut notatum Formularum Collectoribus. Ex Livio, Tacito, Suetonio, Cicerone, notatum jam aliis.

42. SE PHARETRA SESE JACVLO.] Similis verſus Muſæi de Leandro.

Αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόστολος, αὐτόματος νηῦς.

44. INDVSTRIA VITÆ FLVXIT AB EXEMPLIS.] Manilius.

Per varios uſus artem experientia fecit
Exemplo monſtrante viam.

Paullatim dicit utendo veniſſe rerum uſum in vigorem. III. de Raptu.

Provocet ut ſegnes animos, rerumque remotas
Ingenioſa vias paullatim exploret egeſtas.

46. CYDONAS.] Cretenſes, jaculis ſagittiſque celeberrimos. Sic ſupra Gortynia cornua arcus excellentiores dixit. Nota omnia, & ad IV. Conſulatum indicata.

EPIGR. IV.

De Torpedine.

Epigramma acutum pulcrumque, γνήσιον ἐκ πατρὸς παιδίον. Quod eleganris & feſtivi nomine jam olim inſignivit, Magnus Litterarum Antiquitatiſque & Eloquentiæ Antiſtes, Eraſmus Roterodamus, in Adagiorum Collectaneis. Claudiano celebratus piſcis iſte videtur quod nullibi quam in Nilo lautior repertus. Athenæus lib. VII. cap. XVII.

Νειλῷοι εἰσὶν ἰχθύες, νάρκη ἡδίστη, χοῖρος, σιμὸς, φάγρος, ὀξύρυγχος, ἀλλάβης, σίλουρος, &c.

Hoc autem conſtat Ægyptiis rebus datas majorem partem has ſilvas. Vt Statua Magnetica Alexandriæ, Phœnix Heliopoli ſe exurens, Nilus, iſta Torpedo. De Torpedine por-

portento ipſo omne genus auctorum. Sunt de recentioribus qui ſcribant magnam ejus piſcis copiam in Nilo reperiri, cui conſtet experientia tale ineſſe ingenium, ut ſi ab aliquo manu teneatur, ſi immotus maneat, nihil efficiat, ſin autem ſe paullulum moveat, adeo tenentis corpus eo motu torqueat, ut nervi, arteriæ, & quotquot habet in corpore membra, cum ſtupore ingentem ſentiant Cruciatum: ubi è manu dimittitur, omnis illico dolor & ſtupor recedat. Feruntq; eſſe exploratum, ſi inter mortuos piſces Torpedo viva ponatur, & inibidem ſe moveat, eos quos tetigerit, interno quodam & arcano motu ita cieri ut vivere videantur. Quod rerum cauſſas indagantibus ſane portentum obvenit miraculoſum. Vide Nicolaum Godignum de Rebus Abyſſinorum. Nigram Torpedinem, & ex ea egregium medicamentum celebrat Siburius, qui vulgo Scribonius Largus audit, Compoſ. XI. Oleum & ceratum laudat Ægineta Lib. III. capite LXXVIII. & Lib. VII. cap. XVII. Inter edulia laudat Aetius Tom. I. Libro II. cap CXLVII. Qui idem & uſum appoſitæ vivæ mortuæq; ad capitis dolorem & ſedem juvandam laudat Ibid. cap. CLXXXV. Quam rem Scribonius dicto loco planius enarrat nimirum cum per torporem capitis dolor amotus, illico tollendam Torpedinem, ne ſenſus ei parti plane intereat, & ſæpe duas treſve in promptu habendas. Quod genus curationis, & alia quoque tanti monſtri commoda tacuiſſe Claudianum valde miror. De eſu mentio & apud Oribaſium atque Actuarium. Ea de re mendoſus Luſus neſcio cujus, non ad modum vetuſtorum Temporum, ingenii male feriati, qui Hiſtorias Vtriuſque Scripturæ in Schemam cœnæ redactas Cypriano adſcripſit. *Iacobus*, inquit, *& Andreas intulerunt piſces. Suſtulit itaque aſellum Ieſus, Labeonem Moyſes, Lupum Benjamin, Mugilem Abel, Murenam Eva, Felamidem Adam, Locuſtam Ioannes, Gladium Cain, Capitonem Abeſſalon, Polypum Pharao, Turpitudinem Lia, Auratam Thamar, Scarum Agar, &c.* Emaculandum *Torpedinem* Cujus ratio in Lia ex ejus rebus expedita. De conditura Ejuſdem Apitius lib. IX. cap. II. Opere, quo multa docemur, utcunque ſuppoſititium ſit. Quod inter veſcos piſces venalis vulgo fuerit torpedo, teſtatur Timocles Comicus in Epichairecaco apud Athenæum lib. VI. Torpedinem πνικτὴν; ſub teſta coctam commendat Antiphanes pariter Comicus, apud eundem lib. VII. cap. XII Torpedò haud dubio ab effectu nomen habet, nam quem nos torporem vulgo, *Torpedinem* dicebant veteres. Salluſtius Oratione Macri ad Plebem. Hiſtoriar. III. Cujus erat Torpedinis decipi, & veſtrarum rerum ultro injuriæ gratiam debere?

V. 2. AVDIT ET EMERITO.] Ita vulgo. Bene emendatum doctis. *Audiit & merito* Itaque duo libri calamo exarati, Noſter & Belgicus. Superiore verſu iidem *dira non mira*. Hoc habent, illo ſpreto, libri priſci. Sic vero & Græci merito nomine νάρκην appellant. Oppianus ἐτήτυμον ὄνομα νάρκη.

3. MOLLIS.] Cartilaginem pro ſpina habens. PLinius lib. IX. cap. XXIV. *Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet, ut Raja, Paſtinaca, Squatina, Torpedo.*

3. OBNIXA NATATV.] Hæc etiam vera ſcriptura, quam docti ex ſuis libris probavunt. MS. noſter *ſegniſque obnoxia natu.* Belgicus *obnoxia tactu.* An dicat facilem comprehendi, ob torpidum natatum? manu prehendi obviam. Sed vide verſus Oppiani modo producendos.

4. SERPIT ARENIS.] Oppianus: Halieutic. II. Vnde hæc omnia.

> Οἷον καὶ νάρκη τερενόφρονι φάρμακον ἀλκῆς
> Ἔσπεται αὐτοδίδακτον, ἐν οἰκείοις μελέεσσιν,
> Ἡ μὲν γὰρ μαλακή τε δέμας ϗ πᾶσ' ἀμενηνὰ

Νῶθρς

Ναύθης τε βραδύτητι βαρύνεται, ὐδὲ κεφαλῆς
Νηχομένην ὁρέαν, μάλα γὰρ δύσφρασα κέλευθα
Εἰλεῖται, πολιοῖο δι' ὕδατος ἑρπύζυσα.

5. LATVS ARMAVIT.] Nihil mutandum. Idem Oppianus.

Ἀλλά οἱ ἐν λαγόνεσσιν ἀναλκείης δόλος ἀλκή
Κερκίδες ἐμπεφύασι περὶ πλευρὴν ἑκάτερθεν,
Ἀμφίδυμοι, τῶν εἴ τις ἐπιψαύσειε πελάσσας
Αὐτίκα οἱ μελέων σθένος ἔσβεσεν.

5. GELIDO VENENO.] Philes Jambis.

Ναρκᾶ μὲν ὖν ἄνθρωπος, ἣν ψύχος τ' ἀπῆ
Νάρκην τὸν ἰχθὺν εἴπερ εἰς χεῖρας λάβοι.

6. RIGENT ARMENTA.] Sic edidit Claverius. Belle autem correxit Scaliger cuncta rigent animata. In duobus Manuſcriptis Libris, & Editione Aldina armata Quod eſt ex illo corruptum, & emendatu facilimum.

7. NATVRAM JUVAT IPSA DOLIS.] Oppianus.

Ἡ δ' εὖ γινώσκουσα θεοῦ γέρας οἷον ἔδεκτο
Ὕπτιον ἀγκλίνασα μένει δέμας ἐν ψαμάθοισι,
Κεῖται δ' ἀστεμφής, οἷα νέκυς, ὃς δὲ κεν ἰχθὺς
Ἐγχρίμψῃ λαγόνεσσιν, ὁ μὲν λύτο, κάππεσε δ' αὔτως
Ἀδρανίης βαρὺν ὕπνον ἀμηχανίῃσι πεδηθείς.
ἡ δὲ θοῶς ἀνόρουσε, καὶ οὐ κραιπνή περ ἐοῦσα
Γηθοσύνη, ζωὸν δὲ κατεσθίει, ἶσα θανόντι.

Plinius lib. IX. cap. XLII. *Novit torpedo vim ſuam, ipſa non torpens: merſaque in limo ſe occultat, piſcium, qui ſecuri ſupernatantes obtorpuere, corripiens.* Antigonus cap. LIII. Hiſtoriæ Admirandæ; ex Ariſtotele:

τὴν δὲ νάρκην καθαλμίσσαν ἑαυτὴν, τὰ μὴ δυνάμενα τῶν ἰχθύων, ὅτ' ἂν σύνεγγυς ᾖ, κολυμβᾶν, διὰ τὴν νάρκησιν συλλαμβάνειν.

13. CURVIS FRÆNARI SENSERIT HAMIS.] Scriptus *curvis fr ſ. armis*,

14. NON FVGIT.] Idem Liber *Non furit* Quæ vera ſcriptura eſt ex re ipſa.

17. FLAMINA.] Ipſam auram torpore inficere, auctor Plinius lib. XXXII. cap. I. Et ex eo Iſidorus. Originum lib. XII. cap. VI.

18. SETAM.] Seta funiculus, cui hamus adfixus. Martialis.

Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta.

19. VIS ALTA MEAT.] Mira ſane efficacia torporis. Plinius. *Quin & ſine hoc exemplo per ſe ſatis eſſet ex eodem mari Torpedo, etiam procul & è longinquo, vel ſi haſta virgave attingatur, quamvis prævalidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari pedes. Quod ſi neceſſe habemus hoc exemplo fateri eſſe vim aliquam, quæ, odore tantum & quadam aura ſui corporis afficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis ſperandum eſt.* De rete obſervatum aliis. Ælianus lib IX. cap. XIII.

εἴ τις περιδράξαιτο τῆς νάρκης, ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ὀνόματος πάθος τὴν χεῖρα αὐτοῦ καταλαμβάνει, τοῦτο καὶ παιδάριον ὢν ἤκουσα τῆς μητρὸς λεγούσης πολλάκις, σοφῶν δὲ ἀνδρῶν ἐπυθόμην ὅτι καὶ τοῦ δικτύου ἐν ᾧ θηρᾶται ἔτεσιν, εἴ τις περιδράξαιτο, ναρκᾷ πάν-

πάντως, εἰ δὲ τις εἰς σκεῦος αὐτὴν ἐμβάλοι ζῶσαν, καὶ ἐπιχέει θαλαττίου ὕδατος, ἐὰν ἐγκύμων ᾖ, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ὠδῖνος ἀφίκηται, τίκτει, καὶ ἐν τῷ σκεύει τοῦτο ὕδωρ εἴ τις καταχέει χειρὶ ἀνθρώπου ἢ ποδὶ, ναρκᾶν τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα ἀνάγκη.

Theophylactus Simocata Quæſtione Phyſica IV.

ἀλλ' ἄγε δὴ τοὺς περὶ νάρκης φιλοσόφει μοι λόγους, καὶ ἡ σοβαρὰ τῆς Κορινθίου γλῶττα ναρκήσειε τὰ περὶ νάρκας μεγαλαυχουμένη προβλήματα, τοὺς θαλαττουργοὺς ἔφασκεν, εἴποτε νάρκη τῷ κύρτῳ ἁλῷ, τῷ χεῖρε πάσχων εὐθὺς τοῖς καλοῖς * ἀφελκομένη τὸν κύρτον, πῶς δῆτα, ὦ τᾶν, διὰ τῶν κάλων τὰς θηρευτὰς τὸ ζῶον ἀμύνεται;

Reſponſionem illic vide. Verba autem pene ipſa cum re ipſa ejuſdem auctoris exſcripſit, & in primum Annalium ſuorum ſibi Tomum retulit Michael Glycas, ſive tu Joannem nonem nominare eum mavis.

21. ARCANO FRIGORE.] Aere ipſo infecto, ut docere vult cum diſcipulo eodem ſuo idem Theophylactus, modo nominata Quæſtione. Vide Caſſiodorum Var. lib. I. Epiſt. XXXV.

24. REDIT EXARMATVS.] Abjecto piſce abire ejus effectum auctore ex præſente ſupra retulimus. Fuerunt tamen & remedia contra vim Ælianus Anim. lib. V.

εἰ κατέχει τις ἔτον Κηρναῖον, καὶ λάβοιτο τῆς νάρκης, ἐνταῦθα λήπου τὸ ἐξ αὐτῆς πάθος ἐκπέφευγε.

Res ipſa hic ex Oppiano pariter ducta.

πολλάκι δ' ἐκ παλάμης κάλαμος
πέσεν, ὅπλα τε θήρης.
πῆγος γὰρ κρύσταλλος ἐνίζεται αὐτίκα χειρί.

EPIGR. V.

De Mulabus Gallicis.

Mirifice me venuſtas hujus Epigrammatis afficit, atq; adeo quidem, ut quoties iſtud contemplor audire mihi videar aut cominus videre agaſonem quempiam ſive mulionem Sequanicum, qui Lemani lacus piſcem per Rhodani ripas Lugdunū vehat. Inter n. equas mulaſque ſuas ille non tam ſtimulis aut verberibus ſævit, quam murmure quodam & vario ſtridore impetat; Et dicto quidem audientes habet non univerſas modo, ſed ſingulas, quas & ſuis nominibus diſtincte nominat, appellat, vocat, revocat, revocat, increpat, dirigit, ſiſtit, impellit, in adverſa & prona moderatur, velut voce gerens vires tantarum beſtiarum corporibus pares, ut tanti, mea opinione, ferè ſit eo proficiſci, & cum re ipſa longè elegantiſſimi vatis carmina componere, quæ quidem non tam præſcribunt imaginem ejus, quam ipſam præfingunt. Epigramma ipſum membranæ noſtræ & Belgicæ unæ habent quidem, ſed ita vitioſe turpiterque contaminatum ex verere ſcriptura, quam nullo loco aſſecuti ſint librariū, ut collationis operam plane perdiderim.

MVLABVS GALLICIS.] Gallicana jumenta celebrat Appuleius lib. X. Equis enim inquit, Theſſalicis, & aliis jumentis Gallicanis, quibus generoſa ſoboles perhibet pretioſam dignitatem. Mularum indidem, peregrinantibus uſitatarum, meminit Sulpitius Severus Dial. II. de Virtutibus Martini. cap. IV. Equæ Celticæ laudantur Trebellio Pollioni in D. Claudio. Epigramma hoc totum, qui capitis ejus fuit, acutiloquentia ſuperare, certe cum eo certamen inire, voluit Ennodius, iſto, quod eſt CXXII.

Hoc volucrem Rhodani torrentis reſpice natum,
Sermonum frenis ſubdere colla tuis.

Iuſſa

Juſſa volat verbis, & verbis juſſa quieſcit,
Cujus captivum eſt auribus arbitrium.
Vincula neſcires ni vocis ſtricta lupatis
Perderet auditu luxuriam generis.
Cum ſtimulos clamor, mentitur clamor habenas,
Obſequium linguæ Libera membra ferunt.
Non opus eſt loris, ſed nexus, certa loquendi,
Dura catenatæ roſtra ligat pecudis.

Quid diſtent æra lupinis nemo tam fatuus qui non videat. Miſereat te ſeculi & invaleſcentis barbariæ, quæ tantillo intervallo adeo Romanam Eloquentiam corrupit. Sane nihil hic quod adverſum, ut Ennodii titulus jactat, metuat Claudianus.

V.I. MORIGERAS.] Dicto velut audientes, ut contra apud Maronem.

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Caſſiodorus, lib. IV. Epiſt. I. de Equis Regiam Sponſam vehentibus: *Incedunt molliter, ſeſſores ſuos non fatigant, quieſcitur potius in ipſis quam laboratur, compoſiti delectabili moderatione agilitate norunt continua perdurare.* Pulcre Valerianus. Homil. I. *Doceant nos ſervare ordinem diſciplinæ dociles Equorum animi, cum in girum ducti flexuoſis greſſibus membra componunt, & ſub unius habenæ retinaculo ita laxari ſe conſentiunt, ut & currendi & ſtandi modus ſub quadam Legum diſpoſitione ſervetur. Ita quos natura numero dividit, ſtudio diſciplina* (ſic legendum) *conjungit. Videte quam fortia boum corpora plauſtro ſubjaceant, quæ in tantum Imperio animum parant, ut tumentia naturaliter levi jugo colla ſupponant. Ita Diſciplinæ conſtitutionibus ſerviunt, etiam quæ in feritate naſcuntur.*

V.1. RHODANI TORRENTIS.] Proprium hoc rapidiſſimi amnis epitheton, & ita Ennodius. Indeque B. Hieronymus Hilarium Eloquentiæ Latinæ Rhodanum appellat. Quod nimirum rapide & nonnihil luculenter fluat, quem imitatus poſtea eſt Venantius Fortunatus lib. I. de Vita B. Martini.

Hilarius fama radios jaculabat in Orbem
Largior Eridano, Rhodano torrentior amplo,
Uberior Nilo, generoſo ſparſior Iſtro.

Convenit eodem Etymon etiam Rhodani. Vetus Grammaticus de Verbis Gallicis, quem recenſet P. Pitheus ſine Itinerarii Burdegalenſis Hieroſolymam: *Rhodanum, violentum. Nam Rho nimium, Dan judicem, Hoc & Gallice hoc & Hebraice dicitur.* Inepte quidem ille ad Etymon, commode tamen ad rem ipſam. Ego vero in Germanico Idiotiſmo quærendam Originem vocis exiſtimo, qui hodierno Gallicismo parens eſt. Ram *Rade Rode* aut addito *g. grade grode* Germanis velocem, agilem, rectum, ſtrictum, continua ſerie ſeſe expedientem denotat. Quo alludit & Gloſſarium Vetus Latino Germanicum. *Rhodanus*, Radlauff. Gulielmus Camdemus, Nobilis ſuæ Britanniæ Illuſtrator à *Rhedee* deducendum exiſtimat; quem videas.

V.2. IMPERIO.] Juſſu herili, qui *Imperium* dicitur in belluas. Ut Terentius Eunucho.

Eone, es ferox quia habet imperium in belluas.

Claudianus Feſcenninis. Eques Gelonis Imperioſior. Horat. lib. I. Carm. XVI.

ſive opus eſt Imperitare equis.

Paullinus lib. IV. de Vita Martini:

fixa rebellant
Imperio jumenta truci

Mulis ad Rhedas & eſſeda uſos Romanos conſtat. Gloſſarium Græco Latinum Καρουχάριος, *Muleciſiarius, Carrucharius.*

V.3. DISSONA QUAM.] Ut unaquæque nimirum ſuas proprias voces intelligeret. Aut ut ad varios flexus curſuſve variis mutatiſque vocibus adigeretur. Iſtud vult.

V.8. BARBARICOS SONOS.] Gallicos, quę gens proxima Romanis, primaq; nu-

ſcuit ſuam eloquentiam Latinæ, acutis dictis, & affectationibus breviloquentiæ, unde labes primum illata Latio, magnitudine ingeniorum totum veterem loquendi ſcribendiq; ordinem peſſumdedit. Hanc gentem ſpeciatim hoc convitio notarunt Romani. Suetonius Cæſare: *Civitate donatos & quoſdam è ſemibarbaris Gallorum in Curiam legit.* S. Rufus de Eodem: *Cum Barbaris ultra Rhenum poſitis, conflixit.* Silius Italicus de Maſſilia.

Barbarus immani qua territat accola ritu.

Vegetius: *Galli atque Celtiberi, pluresq; Barbariæ nationes.* Eumenius Panegyriſtes Heduos ait illos Pop. Romani fratres primos omnium inter immanes illas & Barbaras Galliæ gentes hoc nomen meruiſſe. Neque ipſi Galli talem appellationem magnopere fugiebant. Irenæus. Epiſcopus Lugduni. Libro I. *Non autem exequi res à nobis qui apud Celtas commoramur, & in barbarum ſermonem plerũque avocamur, Orationis artem, quam non didicimus.*

9. ABSENTIS.] Non enim in tergo alicujus mulæ, ſed in eſſedo, longius ab illis conſidet. Agebantur enim jumenta longis habenis, quæ etiam implicari poterant, iis in alienum locum vertentibus. Indicat locus Sulpitii Severi, Dialog. II de Virtutibus Martini, cap. IV. *Interim per aggerem publicum plena militantibus* (viris) *fiſcalis reda veniebat. Sed ubi Martinum in veſte hiſpida nigro penduloq; pallio circumtectum, contigua de latere jumenta viderunt, paullulum in partem alteram paveſacta heſerunt. Deinde funibus implicatis, (quibus, ut ſæpe vidiſtis, miſera illa animalia conglobantur) protentes illos ordines miſcuerunt, dumq; ægre expediuntur, moram fecere properantibus, qua permoti injuria militantes, præcipitatis in terram ſaltibus ſe dederunt. Ita tam longe moderantem mulas mulionem abſentem dixit Claudianus. Abſens*, præſens, modo non ita ſit ut debebat. Alcimus Avitus lib. I. de Inundatione Nili

incluſa latet ſub gurgite Memphis,

Et ſuper abſentes poſſeſſor navigat agros.

Ad celeritatem pulcre tranſtulit, velut adſit nec adſit, qui cito tranſitur, Papinius libro VI.

pereunt veſtigia mille
Antè fugam, abſentemque ferit gravis ungula campum.

10. LINGUA VIRILIS.] Gravis, iracunda, horrida.

11. ANGUSTAT SPARSAS.] Contrahit. Eo verbo utitur non ſemel alibi. *anguſtat Iaſpide pectus* Et *anguſtant aditum curvis anfractibus Alpes.* Papinius Lib. IV. *tumidos animam anguſtares in artus.* Lib. XII.

Neptunius agmina Theſeus Anguſtat clypeo.

Lucanus lib. IV. *Aeris alternos anguſtat pulmo meatus.* Lib V. *Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.* Catullus *iter cæſis anguſtans corporum acervis* Alcimus Avitus Lib. V. *Ægyptum anguſtat ſtipata juventus.* Barbaro ævo Auctore dicebant, ut patet ex Iſidori Gloſſario. Porro non indignum nota quod Marius Victorinus hoc & alia ejus generis præcipit geminato g, more Græcanico ſcribi *aggustat*, lib. I. Grammat. Quamquam neminem ſuæ ſectæ habeat diſcipulum.

12. HÆC SISTIT RAPIDAS HÆC PROPERARE FACIT.] Vituperavi ſuprà modo ſcriptum noſtrum Codicem, velut nullius boni toto hoc carmine feracem. At hunc locum melius erat excipere, quem utique earum membranarum ope tot jam ſecula inveterato errore teſtituimus ſuæ integritati. Legitur in iis.

Hæc ſiſtit rapidas hæc propera ſides.

Nulla controverſia ſcripſit Claudianus *hæc properat reſides.* Quod verbum nemini intellectum activa vi pro, quam vocant, deponentis, uſurpatum non potuerunt aſſequi Librarii, itaq; conſpurcarunt & ſententiam & verſum. *Properare aliquid* pro prorſus expedire, ſummi auctores uſurpant, etiam impropriè ſumtum, ne dum ut Claudio noſtro liceret propria ſua vi, pro *incitare*, ponere.

14. STRE-

14. STREPITUM.] Vocem quidem, ſed non concinnam aut humanam admodum. Tale illud
argutos inter ſtrepere anſer olores.
15. VINCLIS FAMULÆ.]Coactę ſervire per vincula & parere jubenti.
16. DITIONE.] Imperio. Superioribus Libris.
17. CONSENSUQUE PARES ET FVLVIS PELLIBVS HIRTÆ.]*Concordes* ſequitur ſequenti verſu, diſplicet ergo hic aliquid. Tamen conſenſu & corporum colore ſimiles dicit. In Codice noſtro partim prodigiosè legitur
Conſenſuq; parens & fulvibus pedibus hirtæ. Primam vocem non damnem.
18. ESSEDA.] Gallica vehicula, teſte Varrone. Sed & Germanica, cum eæ gentes pleraq; communia habuerint. Perſius
jam lutea Gauſapa captis,
Eſſedaque, ingentesque locat Cæſonia Rhenos.
Belgica vocat Virgilius III. Georg. *Belgica ſeu melius molli feret eſſeda collo.* Quin & *Britannica & Gothica* auctore Jornande. *Hiſpanica queque*;nam de Aſturibus Silius libro III. *Aut molli pacata celer rapit eſſeda collo. Gothica* vel *Vandalica* Paullus Diaconus, libro XVI. *Erant autem exſuvia quicquid adminiſtratorio principis ordini competebat, Id eſt throni aurei & eſſeda, quibus Regum uxores vehebantur. Romani* etiam primis Imperatoribus horum vſum receperant. Auguſtus apud Suetonium. *Nos in eſſedo panem & palmulas guſtavimus. Eſſeda* collocata & diſpoſita ad tranſeuntium vſum, diurnis ſcilicet itineribus, docet Martialis, qui quincto eſſedo dicit Bilbilin à Tarracone ſe venturum, Lib.X. Epigramm. CIV. Eſt apud me Gloſſarium Antiquiſſimum Fauſti Romani, quo & alibi non ſemel me uſum indicavi, in quo *Eſſedum baſterna Gallicum vehiculum,exponitur.* Ex eo Gloſſario multa, ſi non pleraque, ſunt quæ multis poſt ſeculis Papias collegit,quę quidem alicujus ſunt pretter vulgares quiſquilias, pretij.

18. MULTISONORA.] A vario ſtridore rotarum & clangore ferramentorum. Sidonius.Lib.II. Epiſt.XX.
Hinc ſeſe pedes atq; eques reflectit,
Stridentum & moderator eſſedorum.

EPIGRAM. VI.

De Apro & Leone.

V.1. TORVUS APER.] Id ei feræ perpetuum epitheton. Sulpitius Lupercus:
Sævaq; dediſcit prælia torvus aper.
V.1. SUPERBIS VIRIBUS.] Ita omnes libri:Legendum tamen *ſuperbi* Confiſos enim pro ſe quemq; ait ſummis ſuis inter feras viribus. Argumentum Epigrammatis eſt de Principatu certaſſe has belluas, ſed utramq; cecidiſſe. Mancum eſt in fine,aut hæc ſententia in eo latet, alioquin admodum magni frigoris.
V.2. HIC SETIS SÆVIOR,ILLE JUBA.] In noſtro Codice disertè ſcriptum Hic *ſeta.* Intelligit autem iracundiæ & crudelitatis conceptæ notam,in Leone jubæ, in Apro ſetarum ſurrectionem. De apro Oppianus, omnium Græcorum Poetarum citra controverſiam cultiſſimus,Cyneg III.
σφεδανῷ καὶ δ' αὐχένας ὀρθαὶ
Φρίσσουσι τρίχες, οἷα πελωρολόφων πηλήκων,
De Leone,Theocritus Hercule Leonticida.
ἄφαρ δὲ μάχης ἱμείρετο. πᾶς δὲ οἱ αὐχὴν
Θυμῷ ἐνεπλήσθη, πυρσαὶ δ' ἔφριξαν ἔθειραι
Σκυζομένῳ.
Et plures de vtroq; alij. Junguntur autem ferarum ſævarum & robuſtarum Principatu Aper cum Leone, exemplo Homeri. Iliad. XVII. accedente Pardo, qui quidem de Leonum proſapia ſit, vt exiſtimo.
Οὔτ' οὖν παρδάλιος τόσσον μένος, οὔτε λέοντος

Οὔτε σῦς κάπρου ὀλοόφρονος, οὔτε μέγιστος

Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι μέγα σθένεϊ βλεμεαίνει.

V.3. HUNC MARS.] Aprum videlicet. Qui Marti conſecratus, in cujus is effigie rivalem etiam ſuum occidit. Inde Ενυάλιος Oppiano.

V.4. DOMINATUR UTERQVE MONTIBUS.] Principium, ait, Ferarum montanarum vterq; habet. Oppianus de Apro.

κάπρος ἐνύλιος δὲ μέγ' ἔξοχος ἐν θήρεσσιν.

De Leone omnia nota. Ad ejus vero robur nihili dicas cæterarum ferarum vim. Conſtat enim eorum relatione qui ipſimet ſenſerunt. Audi Jonannem Leonem Afium, Libro IX. *Leo*, inquit, *animans ſilvaticum, cæteris perduelle; robore, animo, crudelitate, omnia excellit, nec feras tantum ſed & homines devorat. Pauci aliqui pleriuque in locis ipſos ducentos equites invadere audeant. Armenta ingentia nullo pavore aggreditur, quæ corpora capit, catulis in ſpelæa ſua proxima defert Eſt qui quinos aut ſenos equites interficiat. Quanto calidioribus locis degunt, tanto ſunt audaciores & rabidiores. Quicquid Leo prendit, etiamſi camelus ſit, roſtro aufert. Binis vicibus parum abfuit, quam præda illis ego forem, ſingulari Dei ope utraque liberatus.*

V.4. HERCULEUS SUDOR UTERQVE FVIT.] Id eſt inter Herculis Aila & Aper & Leo domiti referuntur. Quid feræ robori lau lando accedere poſſit, quam quod omnium Deorum robuſtiſſimo Laborem auxit. & quidem penè exitialem? Melior utiq; hæc ſcriptura, noſtro Belgicoque Codice firmata, quam quæ eſt ex Cujacianis Libris prodita à Claverio *ſudor utrique fuit* Et optimè ſummus Scaliger, qui eam Æditioni ſuæ caſtigatiſſimæ non admiſit. Mea tamen ſententia eſt, quam ſupra dixi Aut inſigne hic vitium latere, aut finem Epigrammati periiſſe. Vidimus nos in Principum Aulis commiſſos non ſemel Vrſum & Aprum, quater viciſſe aprum, ſemel Vrſum, ſed apro interfecto adeo confectum vt inedia mox perierit. Leonē & Vrſum ſemel, ubi urſum ſemovere cogebatur Beſtiarius, Leone utique alioquin perituro, ſed is erat admodum exiguus, his in oris genitus, robore & animo longe tranſmarinis inferior. Semel itidem Leonem & Aprum, Leo ingens erat, & Africanus omnium teſtimonio; pugna in ſeram uſq; noctem prolata, vicit tamdem Leo, & ſuperſtes fuit licet novem vulneribus læſus.

EPIGRAM. VII.

De Locuſta, fragmentum.

V.1. MEDIO FERA LVMINA SVRGVNT VERTICE.] °In exemplari noſtro diſertè ſcriptum eſt *fera lumina ſurgit* Vt dicas *ſurrigit* ſignificari. Sed vulgatam ſcripturam non ſollicitamus. Belgicus Liber toto fragmento nihil mutat.

V.2. ARMAVIT NATVRA CVTEM.] Eleganter Piſides Coſmurgia. Deſcriptionem tamen corporis adhuc quærimus, certè nuſpiam integram vidimus.

V. 4. CVSPIDIBVS PARVIS MVLTOS ACVERE RVBORES.] In cuſpides parvas rubores illos acuere. Scribendum enim *multos* ut ſententia conſtet verba tamen viciata eſſe evincit *ruboris* repetitio. In Noſtro Libro nihil novi, niſi quod ſuperiore verſu ſcriptum eſt *dubiiq; rubentem*. Vnde ſanè elegans ſenſus exit *cutem armavit natura, dubiis cuſpidibus rubentem* In Claverianis deinde ſive Cujacianis fuit. dumiq; rubentes Cuſpidibus pariunt multos ac vere colores. Scribe nobiſcum.

Armavit Natura cutem, dubiisque rubentem

Cuſpidibus, variant milito victore, colores.

Vario

Varios colores, milti ſuperante, ineſſe cuti dicit. Dum illi veriſimiles ſunt quidem, tamen illud alterum neq; Librariorum eſt, & multo magis & verum & aptum.

EPIGRAM. VIII.

Deſcriptio Armenti.

Fragmentum.

2. GERYONI.] Fabulæ notæ, nec hic repetendæ.

3. CLITVMNE LAVAS.] Nota etiam fontis hujus hiſtoria.

3. IN GVRGITE.] Quem facit ibi fons. PLinius Cæcilius lib VIII Epiſt. VIII. *Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus & opacus. Hunc ſubter fons Clitumnus exit & exprimitur, pluribus venis, ſed imparibus. Eluctatusq; facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit purus & vitreus, ut numerare jactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis.*

4. PIA VOTA JOVI.] Votivæ pecudes ibi lotæ, propter miraculum, fiebant enim albæ exinde. Mille jam iſta locis notata ſunt.

5. NON TALES.] Omnino ſcribendum. *Non talis* Quod manu ferè eſt ut poſſis palpare, at nemo umquam hactenus Emendatorum animadvertit. Jovi ipſi in Taurum mutato ſpeciem ſui armenti præfert Poeta. Fabulam pulcrè non tam ſcribit quam præpingit Achilles Tatius lib. I. Clit. & Leucipp. Bos ludens intelligitur arenas ſparſiſſe, ut invitaret ad adſcenſum Virginem. Ovidius.

> *Et nunc alludit, viridique exſultat in herba;*
> *Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis.*

6. REVEXIT.] Avexit potius. Sed hoc Poeticum.

7. NON CRETÆVS.] Fabula Paſiphaes formoſum taurum amantis intelligitur. Quæ quidem notiſſima.

> *Gnoſos, Creta, Ida, eadem res eſt.*

8. FERAS.] Solus noſter Codex veram ſcripturam hic aſſerit. *Feros.* Feræ non ſunt armentum, niſi translatè; Claudianus verò propriè hic loquitur. *Feri tauri*, velut ſpeciatim, licet ſæpius *Equi.* Vide ad Petronium.

9. MONSTRO DIFFVSVS IN ARTVS] Melius liber noſter monſtro commiſſus. Quam quis negabit veram ſcripturam eſſe, qui perpēdet? Sic Centauros ex alienigeneis mēbris compactam Poteſtatem vocat Lucretius lib. V. Et de Tritone, homine & piſce Noſter ipſemet alibi *Quà priſtu commiſſa viro.* Qui vel unus locus Codicis noſtri medicinam affirmaverit. Eſt. v. 147. Nuptiar. Honor.

10. CRIMEN MATRIS PRODIDIT ORE NOVO.] Ita edidit Claverius. Sed multo ſcitius ſcripti Libri, Scaliger, Aldus *condidit* Quod non intellectum ſtultiſſimè mutatum eſt, cum non abſcondendi vim loquatur, ſed proferendi, *creandi* velut & prodendi, quod cum gloſſa fuerit primò, poſt abiit in locum veri verbi. In eadem re pariter loquitur Seneca Hippolyto.

> *tacitum diu*
> *Crimen biformi partus exhibuit nota.*
> *Scelusq; matris arguit vultu truci*
> *Ambiguus infans.*

Quos verſus paullo antecedentibus illuſtre mendum latet, Scaligero, Grutero, Lipſio, Heinſio, Raphelengio, omnibus denique Emendatoribus inviſum. Verba ſunt Hippolyti ad Phædram, Paſiphaes filiā v. DC LXXXV.

> *Omnjus auſa matre monſtrifera malum!*
> *Genitrice pejor! illa te tantum ſtupro*
> *Contaminavit, & tamen tacitum diu, &c*

Omnino ſcribendum *illa ſe Tauri ſtupro* Quomodo enim monſtrifera, ſi tantum ſtupro? Prorſus occurrerunt hic oculatiſſimi mortalium. Pariter autem & Ovidius:

> *Creverat opprobrium generis, fœdumque patebat*
> *Matris adulterium monſtri novitate biformis.*

Jam.

Jam de *Condendi* verbo videntum. Id ea ſignificatione capiendum, qua diximus. Itaq; uſurpatum alijs. Valerius Flaccus libro I. Argon.

tum vobis ſi quod inauſum
Arcanumve nefas, & adhuc incondita lethi
Sors ſupereſt.

Hoc eſt ignota, inprodita. Optimè enim ita membranæ Carrionis. Manilius.lib.V.

Mercedem tanti belli quo condidit ipſa
Gorgone non levius monſtrum.

Appulejus lib.I.Met. *Hymettos Attica & Iſthmus Ephiraa, & Tanarus Spartiaca gleba felices aternum, libris felicioribus condita, mea vetus proſapia eſt.* Hoc eſt nobilitatæ, celebratæ.

10. ORE NOVO.] Inuſitata illa figura Minotauri.Lib.II.in Eutropium.

Infantumque novi vultus, & diſſona patrum.
Semina.

12. PORTARENT TOTVM.] Omnino vera eſt ſcriptura Cujacianorum Codicum *praſtarent totum.* Formoſitatem armenti talem facit, ut etiam ex Paſiphae perfectus Taurus prodiens minimè potuerit eam exæquare.

EPIGRAM. IX.

De Apono.

V.1. FONS.] In MS.Belgico *MONS.* Noſter nihil mutat, vt & aliorum libri. In Cujaciano inſcriptio fuit *de Aponi Fonte.* Nihil muto, nam & Caſſiodorus.libro II. Epiſtola XXXIX. *Delectat ſalutiferi Aponi meminiſſe potentiam. Caruleum fontem vidimus in formam dolij concavis hiatibus aſtuantem, & fornaces anhelantium aquarum circumducto tentilatio, Natura probabili diſpoſitione, coronatas.* Legas, circumducto *tentili aulao.* Ennodius de eodem lib.V.Epiſt.VIII.

Infuſo crepitat fons ſacer inde rogo.

Locus tot hodie libris conditus, vt dicta toties redicere velle ſtultitia fuerit.

V.1. ANTENOREÆ.] Antenoreus Gurges Ennodio dicta Epiſtola. Diſtat Patavio non integros quinq; Lapides ut alij, imò nec quatuor, ut nos menſi ſumus.

1. PORRIGIS.] Extendis. Rutilius libro I. De Reditu ſuo.

Porrige victuras Romana in ſecula Leges,
Solaq; fatales non vereare colos.

Corripere contrarium. Vt apud Horatium lib. I.Carm.III.

Semotiq; prius tarda neceſſitas
Lethi, corripuit gradum.

4. ET SIT NVLLA MANVS.] Ita pleriq; libri, duo manu exarati, Aldini, Baſilæenſes, Pulmaniani; vt mirer pro re nova hanc Lectionem proferre Claverium.

6. MEMORES NOTÆ.] Memoriæ ergo relictæ. Horatius lib.I.Carm.XIII.

Impreſſit memorem dente labris Notam.

7. NYMPHISQVE.] Fontium undarũq; præſidibus, ut & Antrorum. Inſcriptio Vetus ad Fontem.

Hujus Nymfa loci, ſacri cuſtodia fontis,
Dormio, dum blanda ſentio murmur aqua.

Quin Nymphæ ipſas aquas ſonant. Aliud vetus carmen in thermas.

Tranquillo Nympha decurrite fluminis ortu,
Huc Proba flagranti ſuccedit lumine Phœbo.

De Antris Longus in Paſtoralibus.

9. HVNC QVI TOT POPVLI PROVOCAT ORA LOCVM.] Sic ex Cujacianis edidit Claverius. Noſter. Hic qui tot populis provocat ore loqui. Codex Belgicus mirifice mutat:

Ludibrium quid enim fas eſt à vate relinqui
Hunc qui tot populi provocat ora loqui?

Priorem verſum ita edidit & Aldus. Deinde in altero

populis provolat ore, locum.

Omni

Omnino ſequimur exemplaria Cujaciana, præſertim cum Scaligero.

11. ALTO COLLE MINOR.]Non erectum,ſed ſuaviter acclivem dicit colliculum. De pari quodam Fortunatus li. I. Carm. XIX. ſuo eloquio

Hic brevis aſcenſus leni ſubit aggere clivum,
Carpit & obliqua mole viator iter.
Altior à planis arvis minor emicat altis
Nec humilis nimium neve ſuperbit apex.

Vitioſa ſcriptura. Omnino enim legendum *Altior arx planis* A qua vocula univerſa narratio pendet.

12.MOLLITER ORBE TUMET.]Non, ait,prærupto, ſed molliter clemente jacenteq; clivo.Minutius Felix : *Oram curvi molliter littoris, iter ſabulis fallentibus, legebamus.* Silius Italicus, lib.I. *Haud procul Herculei tollunt ſe mœnia muri,*

Clementer creſcente jugo.

Appulejus, lib.IV *Clementi deniq; transmiſſo Clivulo pervenimus ad locum deſtinatum.* Hilarius præf.Operis de Trinitate : *Nos quoque quedam gradiendi initia ordinantes, arduum hoc intelligentiæ iter clivo quaſi molliore lenivimus.* Tacitus, Annal. XII. *Tunc montibus arduis & ſi qua clementer accedi poterant, in modum valli ſaxa praſtruit.* Vegetius libro IV. capite III. *ut de plano civitatis mollius ad propugnacula poſſit aſcendi.* Ennodius dicto loco.

Tollitur acclivi tellus ſubducta tumore,
Leniter elato fulta ſupercilio. &c.

Ita ſub Barbarie Saxo Grammaticus, Daniæ lib.II.

Inſula non longè eſt præmollibus edita clivis,
Collibus ara tegens, & opima conſcia præda.

Contra iniquus mons, non facilis adſcenſu. Ovidius lib.X.

per juga montis iniqui
Ire comes, longaq; alit adſuetudine flammas.

12. TUMET.] Non erigitur,ſed proturget quodammodo. Ita tumores terræ, tumuli, minores collibus. Frontinus de Coloniis: *Ager Auſculinus finitur per terminos & terrarum tumores. Rigores dicunt alij, qui colles non ſunt,niſi XXX. Pedes patuerint.* Aggenus Urbicus, Quem *Agerium* Alciatus & alij melius vocant: *Rigor ſi plus de XXX. pedibus patuerit, jam collis eſt*

13. FOECUNDUS AQUÆ.] Genitivi uſus Græcus. Vide ad Appuleium.

13. QVACVMQVE.] Membranæ noſtræ *Quaſcunq;* Minus bene.

18. VBERA.]Loca terrę fœcundiora.Vide notas Juretianas ad Symmachi Auctuarium,& Vberiora noſtra ad Appuleiū Commentaria.

22. CONTEMTIS.] Rectè ita Claverius & Scaliger ex Cujacianis. Cæteri libri delirant,referendo *Contentis.*

23. EFFOSSI MARMORE.] Legendum *effoſſo.*

26. VEL CASVS VOMERIS EGIT OPVS.] Mirum quorſum viderint tot docti homines qui hanc Lectionem probare potuerunt. Quomodo caſus egerit aratrum,ut in ſilicem aut marmor ejus ſulci tranſirent, & id exſcinderet, velut tellurem arabilem? Claverius vero etiam teſtimonium Papinij advocat, quod contra ſyllabam inſuper agit, ut aratrum in ſilicem. Certa res emaculandum, ut nos olim conjecimus.

Herculei ſic fama refert, monſtratur aratri
Semita, vel Cacus vomeris egit opus.

Ille Vulcani filius,ignem ore ſpuens,ſolo Herculε viribus inferior, huc, inquit, fertur vomerem agere ſolitus. Indubitata Veritas verbis opus non habet.

33. NE TOTA NITERET.] Libri Cujaciani *ne merſa lateret.* Cæteri ſervant illud *tota* Vnde certa correctio *ne tota lateret.* Ait ne tota vis ſua, & lacus lateret ipſe, inſtar non ſubſiſtentis conſuluiſſe ſibi naturam, & oculis ſpectandum dediſſe qua pedibus adiri non poſſet.

36. TERGA AQVÆ.] Superficiem, ſupernam patteni. Sic Muſæus de Hero.

> *πάντοθι δ' ὄμμα τίταινεν ἐπ' εὐρέα*
> *νῶτα θαλάσσης.*

Nonnus, lib. III. Dionyſ.

> *φαληριόωντα κατέγραφε νῶτα θα-*
> *λάσσης.*

Avienus Ora Maritima.

> *dicit hic nihilominus*
> *Non in profundum terga dimitti maris*
> *Parvoq; aquarum vix ſupertexi ſolum.*

Sic terga terrę pro planicie. Baſilius Seleucienſis, Homil. XLIII. de Sole.

πάντα καθάπερ μελαίνης ἐσθῆτος ἀπογυμνώσας τὰ ἐκ τοῦ φωτὸς ἀμφιέννυσι χάρισι καὶ δείκνυσι τῆς ἠπείρου τὰ νῶτα ταῖς ἄνθεσι στεφανούμενα.

Et mirè Terga ruborum quorum nulla planicies tamen. Columella, lib. X.

> *Nec manibus mites ferulas, nec cruribus aqua*
> *Terga rubi.*

Quæ ſanè mira locutio eſt, & non frequentis exempli, ſi ſana ſcriptura quam tamen nec vetuſtiſſimus Codex murat. Conjeceramus ante hujus inſpectionem *Serta rubi.* Sed de arboribus ita Virgilius, quem ubiq; adorat Columella, Georg. II.

> *qua parte calores*
> *Auſtrinos tulerit, qua terga obverterit axi.*

38. VETERES HASTÆ; REGIA DONA.] Ob memoriam Regum ibi à morbis curatorum. Haſtæ Regia donaria, quia olim pro ſceptris. Vide ad Nuptias Honorij.

39. NIGRÆ TENEBRAS.] Scribe cum noſtro Codice & Editione Aldina, *tenebris.* Erunt omnia plana.

41. APPARENT INTRA.] Maronem exprimit.

45. CORONATOS.]Incinctos, incluſos, circulo naturali clauſos. Vide Collectanea Caroli Paſchalij de Coronis, lib. I cap. VIII.

45. VIVA SCENA.] Theatrum velut quoddam. Virgilius.

> *ſilvis ſcena coruſcis*
> *Deſuper, horrentiq; atrum nemus imminet Vmbra.*

Sic Ovidius de Orpheo, verbis ad Serenam Epiſtola ſuprà propoſitis. Naturale theatrum Auſonio in Moſella.

> *Et rupes & aprica jugi, flexuſque ſinuſque.*
> *Vitibus aſſurgunt, naturaliq; theatro.*

Rutilio portus undiq; incinctus Æquoreum theatrum, lib. I.

> *Molibus æquoreum concluditur Amphitheatrum,*
> *Anguſtoſq; aditus inſula facta tegit.*

46. EXSILI CORTICE.]Non craſſa, ait, tamen gradientes ferens. Tales apparent inſulæ.

47. CALCATVRQVE.]Melius cum Scaligero ſcripſeris *Calcantumq;* ex Codice uno Belgicorum, Editione M. Bentini. Et Aldina.

48. FIDA RVINA.] Locus declivis, firmus tamen. Pariter de rotundo mundi ſive terræ globo dixit Ovidius

> *fecitq; cadendo Vndiq; ne caderet.*

49. FACTA MANV DICAS.] Omnia quæ hactenus deſcripſimus, ait.

49. AMBITVS ET TENVIS.] Vocula & non comparet in Codice noſtro. Acutius introſpicienti comparet hæc ad vocem *ſtagna* referenda, & tranſpoſitum non bona negligentia exſcriptorum diſtichon. Sic igitur iſta collocanda ſunt.

> *Suſtentat trepidum fida ruina pedem.*
> *Hærent ſtagna loco, plenas aquantia ripas,*
> *Præſcriptumque timens exſiluiſſe modum.*
> *Facta manu credas, ſic leves circuit oras*
> *Ambitus, & tenuis perpetuusq; riget.*
> *Quod ſuperat, fluvius, devexa rupe volutus,*
> *Egerit, & campi dorſa recurva petit.*

55. NA-

55. NATIVO SPVMA MEATV.] Inepta lectio, nec ullius pretij. Quid enim ſpuma ad vecturam, & naturalem meatum? Claveriani libri, Scaliger, Belgicusque, cujus varias edidit Pulmanus, conſenſu eam tuentur. At alter, cujus nos primi ſumus arbitri, Noſterq;, & Aldina Editio, diſertè *ſpina* ſcribunt Vtrum hoc melius? Parum certè, niſi quod ducit tamen ad veritatis viam. Qui loca iſta contemplatus eſt, obſervaverit curvum primum hujus fluvij à lapſu meatum, non manu factum, ſed natura ductum, vnde citrà ullam controverſiam Claudianus ſcripſit.

Devehit exceptum nativo ſigma meatu.

Sigma Græca littera eam figuram habebat olim, quam nunc Latina Tertia. Ab ejus forma quod eam exprimit Sigma vocant Scriptores, ſive opificium, ſive locus, ſive ſit quippiam aliud. Vide notata doctiſſimis viris Joanni Savaronio, & Jacobo Sirmondo ad Sidoniũ. Ita vides clarè emendatum quod nemo hactenus intellexit.

56. PLUMBI.] Metallum hoc, ùt noſtris moribus, ita etiam olim vſitatum ad fiſtulas. Juvat Caſſiodorus lib. II Epiſtol. XXXIX. *recurva ſpatia memorans, quæ arte ait facta eſſe longiora* Sive tubos aquarios. Papinius libro I. Silv. Tiburtino Manl j Vopiſci.

Teq; per obliquum penitus qui laberis amnem
Martia, & audaci tranſcurris flumina plumbo.

57. MADIDIS FAVILLIS.] Ferventiſſimæ aquæ ejectamentis Pulcrè dictum, ſed contra vim ſenſus, favillæ enim cum madent jam non favillæ ſunt.

59. MVLTIFIDAS DISPERGIT OPES.] Omnino melius membranæ *hinc ſpargit opes.* Quod neceſſarium, cum de fluvio perennis ſermo ſit.

59. ARTEMQVE SECVTVS.] Non magno Labore opus fuiſſe autumat. Sic ubi Avienus in Ora Maritima vulgo balbutit, in finem ipſum.

Stagnum lambit urbem, & unda lambit oppidum.
Laremq; fuſa civitas pene inſula eſt.

Nos emendatum ita loqui juſſimus. (*oppidum,*

Stagnum ambit urbes, & unda lambit
Artem ſecuta, civitas, penè inſula eſt.

62. THOLOS.] Impendentes pontium velut cameras.

63. ACRIVS INTEREA.] τὸ interea in hac Claverij emendatione, nullius pretij eſt, quare neq; Scaliger attendit. Scribe ex noſtris membranis.

Acrior interius rauci cum murmure ſaxi.
Spumeus eliſo pellitur amne vapor.

Vel *igne vapor* ut eædem membranæ, & in interſtitio correctum habent Belgicæ.

65. FESSI SVDORE.] Lege Caſſiodorũ, qui attentè lectus his omnibus eſt interpres.

65. LACVNAS.] Lacus. Pariter de thermis Aquenſibus loquens Guntherus noſter Libro I. Ligurini:

tunc ducta cavis cannalibus unda
Confluit in quamdam, mira ratione, lacunam.

66. DAMNA MORÆ.] Amiſſo calore quem attulerant aquæ cum lacum ingrederentur. Pulcre totam rem, ex ore quidem ſui ævi deſcribit Caſſiodorus: *Inter alia Aponi bona illud quoq; ſtupendum eſſe didicimus, quod una fluentorum Natura diverſis miniſterijs videatur accommodata. Nam protinus ſaxo ſuſcipiente colliſa inhalat prima cellula ſudatoriam qualitatem. Deinde in ſolum mitigata deſcendens, minaci ardore depoſito, ſuavi temperatione molleſcit. Mox in vicinum producta, cum aliqua dilatione torpuerit, multo blandius intepeſcit: Poſtremò ipſo quoq; tepore derelicto in piſcinam Nerenianam frigida tantum efficitur quantum prius ferbuiſſe ſentitur.* Veteres autem balueis ita utebantur, ut ſudorem ſubitum, ſubito frigidæ uſu exciperent, quam benè iſthic non diſputabitur. Petronius Satirico. *Longum erat ſingula excipere. Itaq; intravimus balneum & ſudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus.*

67. SALVE POEONIÆ.] Vſum jam Medicum commendat. Celebrat eumdem ante hoc ſeculum, quem defectu Veterum, non indignum Poetæ nomine in multis laudes, Georgius Sabinus, popularis noſter, & aviquondam noſtri per Italiæ loca ductor, quod genus Aulę magiſtros ambitioſe hodie juventus peregrinas appellat.

Eſt Apono nomen Fonti: præſentius ægris
Nil, ubi Pœonia deficit artis opus.
Corporis hac reparat mortalibus unda vigorem,
Attulit acre quibus noxia damna gelu.
Cujus iners, ſtomachus ſumtas male digerit eſcas.
Languidus hæc intret balnea, ſanus erit.
Quæ ſteriles uteri non reddunt pignora, nuptæ,
Concipiunt Ap.ni quando lavantur aquis.
Felices nimium, fortunatosq; colonos
Proluit hic quorum fervidus amnis agros.
Non aliquo miſcent ægroti pocula ſucco,
Illa Machaonia damna nec arte levant.
Simplicibus curantur aquis, obnoxia morbo
Cum gravis ægrorum corpora languor adit, &c.

Tenues iſti & faciles Poetæ, ſi lectione ſcriptorum ſubacti fuiſſent, ut cultus naturæ acceſſiſſet, multo maxima præſtitiſſent, id videre eſt in Petro Lotichio, quo cultiores elegos recentiorum nemo ſcripſit.

68. DARDANII.] Ab Antenore Trojano.

70. PRÆSENS NVMEN.] Eo ipſo in loco quo colitur, opitulans. Petronius. *Regio noſtra tam præſentibus plena eſt numinibus, ut facilius Deum quam hominem invenias.* PLinius, lib. VIII. Epiſt. VIII. de Clitumno pariter fonte. *Adjacet Templum priſcum & religioſum. Stat Clitumnus ipſe amictus ornatusq; prætexta, præſens numen, atq; etiam fatidicum, indicant ſortes.*

75. PARES FLAMMAS.] Concordia diſparium Elementorum. Vide multis in hoc ipſo negotio Caſſiodorum, loco jam aliquoties indicato. Ennodius. *Hic pira gurgitibus ſcintillis fluctuat humor Vivitur alterna mortis amicitia.* Acutè ſed coactè.

80. CONSILIO.] Certa numinis ſeu Providentiæ auctoritate & cura. Sapientet iſta contraque temeritatem & vulgi & multorum Philoſophorum. Superiore verſu *remittetur* eſt in membranis.

81. ADSCRIBERE.] Rectè ita docti & MSS. male edunt alii *deſcribere.*

84. INTER PRIMA POLI TE QVOQVE SACRA DEDIT.] Vitioſa ſcriptura, quam pepererunt *aſtra* modo nominata, & telluris ſequens mentio. Rectè Libri Cujaciani, noſter, Belgicus,

Inter prima celi te quoque ſacra dedit.

Prima coli, primo cultu digna. Sacri omnes autem fontes, tam Gręcis quam Romanis moribus, Callimachus.

πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβάς.

Vetus Proverbium apud Laertium Diogene:

ἄνω ἱερῶν ποταμῶν χωροῦσι παγαί.

Jurabant per eos, cum Dijs junctim cæteris. Sophocles Oedipo Colonæo:

πρὸς νῦν σε κρηνῶν. πρὸς θεῶν ὁμογνίων
Αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικάθειν.

De Romanis Frontinus Initio Aquæduct. *Ab urbe Condita per annos CCCCXLI. Contenti fuerunt Romani uſu aquarum, quas aut ex Tiberi, aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebant. Fōtium memoria cum Sanctitate adhuc exſtat & colitur: ſalubritatem enim ægris corporibus afferre creduntur.* De gentilibus generatim exempla ſuppeditant Sacræ Litteræ. Si tamen τὸ *poli* retinere malueris, τὸ *ſacra* arcana, interpretaberis.

85. COR-

85. CORRVPTA NEC AVSTRI FLAMINA.] Vnde Peſtilentiæ. Idem Ovidius in lue Æginenſi diriſſima, lib. VII.

Lethiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri,
Conſtat & in fontes vitium veniſſe lacuſque.

De Sinio omnia trita.

94. FATA PROSPERIORA.] Ita omnes Codices noſtri, Editio etiam Aldina: Exempla rationis Proſodiacæ in Analectis Poeticis ubertim nobis producuntur. Nequaquam tamen ſcriptionem hanc Claudiani agnoſcimus, ſed ſcioli, volentis impietatem arcere à priſca probaque ſcriptura *fatis proſperiora* Quam ex Cujacianis Libris protulit Claverius. Contra fata enint omnia quæ de Parcis jam dicta ſunt. Itaque, & ex uſu frequente commendandi ita medicamenta cum Medentibus, iſtam lectionem ſequimur.

98. TRISTI GRAMINE.] Auſtero ſucco herbarum.

99. IMPUNE.] Sine tormentis Medicorum. Vide Caſſiodori verba, jam adſcribenda.

100. ÆGRO LUXURIANTE.] Caſſiodorus. *O magiſtri mirandum ſemper ingenium. Vt Natura furentis ardores ad utilitatem humani corporis temperaret, ut quod in origine dare poterat mortem, doctiſſime moderatum, & delectationem tribueret & ſalutem. Vnde non tantum delicioſa Voluptas acquiritur quantum blanda medicina confertur. Scilicet ſine tormento cura ſint horrore remedia,* SANITAS IMPUNITA*, balnea contra diverſos dolores corporis attributa.*

EPIGR. X.

De Balneis Quinctianis.

V. 2. ATQUE TUUM RURSUS CARPE REFECTUS ITER.] Vocem *rurſus* non agnoſcunt, ſed pro ea lacunam habent, membranæ noſtræ. Diſplicet ſane ob tot litteratum earumdem concurſum, reique iterationem, aliamque Claudiano ſcriptam ſuſpicor.

V. 3. NIMIUM MIRABERIS.] Impetium in ipſas aquas. Sic de Stilicone alibi. Juſſerat averſo fluvium migrare meatu Etiam hîc τὸ *nimium* ſuſpectum habemus. Nam in membranis expreſſe ſcriptium OMIVM Ve inſuerit viri nomen.

EPIGRAM. XI.

Nilus.

Argumentum hujus Poematii peculiaribus Libris notum eſt eſſe ab aliis tralatum, quibus ſepoſitis, neque inſpectis, quæ ad elegantem Lucem noſtri Scriptoris facientia incideut, adnotabimus, ſecuri nimiarum Notarum, uberiorum, cum animus tempuſque ferunt, non negligentes. Tria olim Nomina erant huic fluvio, Quartum eſt iſtud recentius. ISacius Tzetzes ad Lycophronem, ex magis priobis magiſque priſcis ejus Poetæ enarratoribus. τρίτωνος ἐκβολαῖσι τοῦ Νείλου ταῖς ἐκχύσεσι, καὶ ταῖς ἀναβάσεσιν. Τρίτων ὁ Νεῖλος, ὅτι τρὶς μετωνομάσθη, πρότερον γὰρ ὠκεανὸς ἂν ἐκαλεῖτο, δεύτερον δὲ ἀετός, ὅτι ὀξέως ἐπέρρευσε, τρίτον αἴγυπτος, τὸ δὲ Νεῖλος νέον εἶναι, ἐτυμολογούμενον ἀπὸ τοῦ νέους καταγειν ἰλὺν, ἢ χερσοῦν τὸ πέλαγος. De Tritonis nomine etiam Scholiaſtes Apollonii lib IV. Quo loco inſpecto flebilem illuſtrium tot ſcriptorum jacturam videbis, qui de hoc amne ſpe immortalitatis ſcripſerant ſinguli, Anaxagoram Nicagoram, Democritum Phyſicum, Ariſtonem Chium, Ephorum, Thaletem, Diogenem Apolloniatem, Hermippum, ſolis nominibus ſuperſtites. Nos Nili iſta vocabula non expandemus. Appellationem Hermippus à Triton e in Nilum Regi

tribuit. Idem Scholiaſtes. ὁ δὲ Νεῖλος τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο Τρίτων, μετωνομάσθη δὲ ἀπὸ Νείλου τοῦ Κίκλωπος, τοῦ Ταντάλου, βασιλεύσαντος τῆς χώρας· ὡς Ἕρμιππος φησί.

Mirum vero Quintum vocabulum omiſiſſe Lycophronis enarratoris, Melam, quod *Melonem* reddidere Latini, velut ex Feſto & Auſonio conſtat. De eo vide Plutarchi Nugonis librum de Fluminibus, ut & Euſtarium ad Dionyſii Periegeſin. v.CCXX. Vbi & de Etymo tractatur. Nilum νέαν ἰλὺν interpreratur Heliodorus Lib. IX. Magnitudine ſunt, qui principem omnium faciant, Aliis viſum tres ipſos excipere. Idem Euſtarhium ad eumdem Dionyſium, v.MCXL.

Γάγγην μέγιστον τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμῶν ἱστοροῦσι, μεθ' ὃν δεύτερον εἶναι λέγουσι τὸν Ἰνδὸν, καὶ τρίτον καὶ τέταρτον Ἴστρον καὶ Νεῖλον.

Neque iſte Solus divinitus ita irrigat terras, ut omnes tacere norunt. Idem enim agit Ganges Solinus, cap. LV. *Maximi in India amnes Ganges & Indus, quorum Gangem quidem incertis fontibus naſci, & Nili modo exundare perhibent.* Marius Victor, Lib.I. Geneſeos.

quorum primo ordine Phiſon
Gangetiſque replet populos, atque Indica regna,
Diſtendit limo, terraſque & ſemina volvens
Quæ facit arva ſerit Vide Arriani Indica.

Idem Euphrates. Idem Solinus. cap. XL. *Meſopotamiam opimat annua inundationis exceſſibus, ad inſtar Aegyptii amnis terris ſuperfuſus, invecta Soli fœcunditate iiſdem ferme temporibus quibus Nilus exit, Sole ſcilicet in XX. parte Cancri conſtituto.* Par aliquid de Indo dicas, auctore Cicerone, qui & de Euphrate iſtud illuſtrat, Lib Secundo de Natura Deorum: *Ægyptum Nilus irrigat, & cum tota æſtate obrutam oppletamque tenuerit, tum recedit, mollitoſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quaſi novos agros invehit. Indus vero, qui eſt omnium fluminum maximus, non aqua ſolum agros lætificat & mitigat, ſed eos etiam conſerit, magnam enim vim ſeminum ſecum frumenti & ſimilium dicitur deportare.* De Nilo ejuſque rebus ſcripſere olim infiniti Endorum & Ariſtonem ſua ætate commemorat Strabo, libro XVII. & ſparſim, incidente materie, auctores plurimi qui nunc ſuperſunt, Herodotus, Plinius, Strabo, Philoſtratus, Mela, Solinus, Diodorus, Lucanus, Heliodorus, Egeſippus, Ammianus, Philo, Plutarchus, Orus, Pauſanias, Virgilius, Caſſiodorus, Egeſippus, Capella, Marius Victor, Alcimus Avitus, Seneca, Aethicus, Plinius Panegyrico, Plurimi Patrum Græcorum Latinorumque. Ex recentibus ſeu novis, ut Quintilianus loqui mavult. Haitho Armenius, Baroſius Luſitanus, Joannes Leo Afer, Nogarola Comes Italus, J.B. Scortia Genuenſis. I. F. Vendelinus Germanus. De quorum Collectaneis nihil nos ducturos jam ſumus profeſſi. Irrigatio notiſſima, cujus Tempus ad noſtrum Calendarium ita ponit Haitho Armenius, cap. LIV. de Tartarorum rebus: *Nilus ſemel creſcit in anno, incipiens medio Auguſto uſque ad Feſtum Michaelis, quotidianis augmentis ſe ſubjicit. Cum ſummam ſurgendi tetigit, indigenæ rivis aquam undique verſum deducunt, ut nulla non ſpatia vi fluminis fœcundentur. XL. Diebus ita terram operit, inde decreſcere incipit & ſiccari terra. Dehinc ſeritur, & ſementis ſola annis irrigatione lætificata, imbribus nullis opus habet: Neque enim pluit cœlum iis regionibus ita ut vix aliquando hyems ab æſtate internoſcatur.* Tamen aratione & ſic indigere Ægyptum conſtat, ne quis & eam curam Fluviorum Principi adſcribat. Maximus Tyrius Diſſertat. XXXV.

οὐδὲ γὰρ ὁ Αἰγύπτιος τῷ Νείλῳ χαίρει μόνῳ, οὐδὲ παραδίδωσιν αὐτῷ τὰ σπέρματα,

πρὶν ἢ τῷ ῥέτρῳ ζεύξῃ βοῦν, πρὶν τέμῃ αὔλακα, πρὶν πονήσῃ μακρά. καὶ μετὰ τοῦτο ἤδη καλεῖ τὸν ποταμὸν ἐπὶ τὰ αὐτοῦ ἔργα, αὕτη μίξις ποταμοῦ πρὸς γεωργίαν καὶ ἐλπίδων πρὸς πόνους, καὶ καρπῶν πρὸς ταλαιπωρίαν.

Cui de aratione Inundationem præcedente contradicunt alii. Porro ut cœli moderatio Numinis Optimi Maximi nutu cæterarum regionum proventus dirigit, ita neque hæc Nili fœcundatio certiſſima ſemper fuit, ſed leguntur hiſtoriæ aſſervatores annum illum Cultorem officium ſuum neglexiſſe, nec ad condictum veniſſe. Sic in Scriptura decem annorum in Ægypto fames maxima, haud dubio emanſione hujus amnis conſtitit, ſic ante hos Quadringentos annos, quinque ipſos annos non adfuiſſe eumdem notat in Hiſtoria Conſtantinopolitani Itineris, Gunterus, Monachus Helvetius, cap. VI. *Quod ſi feciſſent*, inquit, *ſperabile ſatis erat tam ipſam magnificam civitatem, quam & maximam totius Aegypti partem facili compendio in eorum poteſtatem poſſe converti. Eo quod totus ferè populus terræ, vel conſumtus fame perierat, vel ſqualebat penuria, propter ſterilitatem ejuſdem terræ, cui Nilus frugiferas aquas, quibus eam rigare ſolet, annis, ut ajebant, jam quinque ſubtraxerat.* De novem ſive hiſtoria ſive fabula apud Apollodorum libro II. Nec ignotum publice, ad Impietatem populi largiri Nilum Deum, & ſubtrahere moribus ſibi eo faciente ſuam indigentiam. Philo lib. I. de Vita Moyſis:

Μωϋσῆς γένος μὲν ἐστὶν Ἑβραῖος, ἐγεννήθη δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐτράφη, τῶν προγόνων αὐτοῦ κατὰ ζήτησιν τροφῆς εἰς Αἴγυπτον πανοικὶ μεταναστάντων, γῆν πεδιάδα, καὶ βαθεῖαν, καὶ πρὸς πάντα γονιμωτάτην ὧν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις δεῖται, καὶ μάλιστα τὸν τοῦ σίτου καρπόν. ὁ γὰρ ταύτης ποταμὸς, θέρους ἀκμάζοντος, ἡνίκα τοὺς ἄλλους φασὶ μειοῦσθαι, χειμάρρους τε καὶ ἀνθηφύει, ἐπιβαίνων καὶ ἀναχεόμενος πλημμυρεῖ, καὶ λιμνάζει τὰς ἀρούρας, αἱ δὲ ὑετοῦ μὴ δεόμεναι φορᾶς ἀφθονίαν παντοίων ἀγαθῶν ἀνὰ πᾶν ἔτος χορηγοῦσιν, εἰ μή που μεσολαβήσῃ ἐν ὀργῇ θεοῦ δι' ἐπιπλάζουσαν ἀσέβειαν τῶν οἰκητόρων.

Plutarchus in Nilo: δι' ἐμφύλιον δὲ πόλεμον μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου, καὶ λιμῷ συνεχομένων τῶν ἐγχωρίων, ἔχρησεν ὁ Πύθιος τὴν εὐφορίαν ἐὰν ὁ βασιλεὺς ἀποτρόπαιον θεοῖς θύσῃ.

V. 1. FELIX.] Dicas ſumſiſſe Philoſophum à Philoſopho Juliano Imper. Cujus ſunt iſta Epiſt. I.

ὡς εὐδαίμονες, ἔλεγον, τῶν Αἰγυπτίων οἱ παῖδες, τὸν Νεῖλον ἔχοντες χορηγὸν τῶν ὅσα φέρειν εἶδεν ἐκεῖνος.

Vbi ſcribendum pridem diximus ὅσα φέρειν οἶδεν ἐνιαυτός. Cum vulgatum illud nulla peculiaritatis nota Nilum commendet.

V. 2. NON SPERAT.] Præſtolatur, exoptat, invocat, poſtulat. Non enim *metuit* ſonat hoc loco: quo tamen uſu celebre id verbum, vide notata Radulpho Fornerio Rerum Quotidian. lib. III cap XV. Scholiaſten Thucydidis init. ξυγγραφ. Nubes, nubila, pluviæ, nullæ in Ægypto. Lactantius libro II. cap. XIV. *Omnium primi, qui Aegyptum occupaverunt, cæleſtia ſuſpicere atque adorare cœperunt, & quia neque domiciliis tegebantur propter aeris qualitatem, nec enim ullis in ea regione nubibus ſubtexitur cœlum curſus ſiderum & defectus notaverunt.* Pulcre Philo exinde Nilum pro Deo habitum lib. III. de Vita Moyſis:

τῆς γὰρ χώρας οὐχ ὑετῷ, καθάπερ αἱ ἄλλαι, νιφομένης, ἀλλὰ ταῖς τοῦ ποταμοῦ πλημμύραις εἰωθυίας ἀνὰ πᾶν ἔτος λιμνάζεσθαι, θεοπλαστοῦσι τῷ λόγῳ τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι ὡς ἀντίμιμον οὐρανοῦ γεγονότα.

Nubium carentiæ, accedit quod omnium fluviorum ſolus Nilus vapores nullos exſpirare notetur. Heliodorus lib. II.

ἅτε:

Οὔτε σῦς κάπρος ὀλοόφρονος, οὔτε μέγιστος
Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι μέγα σθενέϊ βλεμεαίνει.

V.3. HUNC MARS.] Aprum videlicet. Qui Marti conſecratus, in cujus is effigie rivalem etiam ſuum occidit. Inde Ενυάλιος Oppiano.

V.4. DOMINATUR UTERQVE MONTIBUS.] Principium, ait, Ferarum montanarum vterq; habet. Oppianus de Apro.

κάπρος ἐνὶ λῖς δὲ μέγ' ἔξοχος ἐν θήρεσσιν.

De Leone omnia nota. Ad ejus vero robur nibili dicas cæterarum ferarum vim. Conſtat enim eorum relatione qui ipſimet ſenſerunt. Audi Jonannem Leonem Afrum, Libro IX. *Leo*, inquit, *animans ſilvaticum, ceteris perduelle; robore, animo, crudelitate, omnia excellit, nec feras tantum ſed & homines devorat. Pauci aliqui plerisque in locis ipſos ducentos equites invadere audeant. Armenta ingentia nullo pavore aggreditur, qua corpora capit, catulis in ſpelæa ſua proxima defert Eſt qui quinos aut ſenos equites interficiat. Quanto calidioribus locis degunt, tanto ſunt audaciores & rabidiores. Quicquid Leo prendit, etiamſi camelus ſit, roſtro aufert. Binis vicibus parum abfuit, quam præda illis ego forem, ſingulari Dei ope utraque liberatus.*

V.4. HERCULEUS SUDOR UTERQVE FVIT.] Id eſt inter Herculis Atla & Aper & Leo domiti referuntur. Quid feræ robori laudando accedere poſſit, quam quod omnium Deorum robuſtiſſimo Laborem auxit, & quidem penè exitialem? Melior utiq; hæc ſcriptura, noſtro Belgicoque Codice firmata, quam quæ eſt ex Cujacianis Libris prodita à Claverio *ſudor utrique fuit* Et optimè ſummus Scaliger, qui eam Editioni ſuæ caſtigatiſſimæ non admiſit. Mea tamen ſententia eſt, quam ſupra dixi Aut inſigne hic vitium latere, aut finem Epigrammati periiſſe. Vidimus nos in Principum Aulis commiſſos non ſemel Vrſum & Aprum, quater viciſſe aprum, ſemel Vrſum, ſed apro interfecto adeo confectum vt inedia mox perierit. Leonē & Vrſum ſemel, ubi urſum ſemovere cogebatur Beſtiarius, Leone utique alioquin perituro, ſed is erat admodum exiguus, his in oris genitus, robore & animo longe transmarinis inferior. Semel itidem Leonem & Aprum, Leo ingens erat, & Africanus omnium teſtimonio; pugna in ſeram uſq; noctem prolata, vicit tamdem Leo, & ſuperſtes fuit licet novem vulneribus læſus.

EPIGRAM. VII.

De Locuſta, fragmentum.

V.1. MEDIO FERA LVMINA SVRGVNT VERTICE.] In exemplari noſtro disertè ſcriptum eſt *fera lumina ſurgit* Vt dicas *ſurrigis* ſignificari. Sed vulgatam ſcripturam non ſollicitamus. Belgicus Liber toto fragmento nihil mutat.

V.2. ARMAVIT NATVRA CVTEM.] Eleganter Piſides Coſmurgia. Deſcriptionem tamen corporis adhuc quærimus, certè nuſpiam integram vidimus.

V.4. CVSPIDIBVS PARVIS MVLTOS ACVERE RVBORES.] In cuſpides parvas rubores illos acuere. Scribendum enim *multos* ut ſententia conſtet verba tamen vitiata eſſe evincit *ruboris* repetitio. In Noſtro Libro nihil novi, niſi quod ſuperiore verſu ſcriptum eſt *dubiuq; rubentem.* Vnde ſanè elegans ſenſus exit *cutem armavit natura, dubiis cuſpidibus rubentem* In Claverianis deinde ſive Cujacianis fuit. dumiq; rubentes Cuſpidibus pariunt multos ac vere colores. Scribe nobiſcum.

Armavit Natura cutem, dubiuque rubentem
Cuſpidibus, variant mille victore, colores.

Varios

Varios colores, milti ſupetante, ineſſe cuti dicit. Dum illi veriſimiles ſunt qui ſem, tamen illud alterum neq; Librariorum eſt, & multo magis & verum & aptum.

EPIGRAM. VIII.

Deſcriptio Armenti.

Fragmentum.

2. GERYONI.] Fabulæ notæ, nec hic repetendæ.

3. CLITVMNE LAVAS.] Nota etiam fontis hujus hiſtoria.

3. IN GVRGITE.] Quem facit ibi fons. PLinius Cæcilius lib VIII Epiſt. VIII. *Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus & opacus. Hunc ſubter fons Clitumnus exit & exprimitur, pluribus venis, ſed imparibus. Eluctatusq; facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit purus & vitreus, ut numerare jactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis.*

4. PIA VOTA JOVI.] Votivæ pecudes ibi lotæ, propter miraculum, fiebant enim albæ exinde. Mille jam iſta locis notata ſunt.

5. NON TALES.] Omnino ſcribendum. *Non talis* Quod manu fere eſt ut poſſis palpare, at nemo umquam hactenus Emendatorum animadvertit. Jovi ipſi in Taurum mutato ſpeciem ſui armenti præfert Poeta. Fabulam pulcrè non tam ſcribit quam præpingit Achilles Tatius lib. I. Clit. & Leucipp. Bos ludens intelligitur arenas ſparſiſſe, ut invitaret ad adſcenſum Virginem. Ovidius.

> *Et nunc alludit, viridique exſultat in herba;*
> *Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis.*

6. REVEXIT.] Avexit potius. Sed hoc Poeticum.

7. NON CRETÆVS.] Fabula Paſiphaes formoſum taurum amantis intelligitur. Quæ quidem notiſſima.

> *Gnoſos, Creta, Ida, eadem res eſt.*

8. FERAS.] Solus noſter Codex veram ſcripturam hic aſſerit. *Feros.* Feræ non ſunt armentum, niſi translatè; Claudianus verò propriè hic loquitur. *Feri tauri*, velut ſpeciatim, licet ſæpius *Equi*. Vide ad Petronium.

9. MONSTRO DIFFVSVS IN ARTVS] Melius liber noſter monſtro commiſſus. Quam quis negabit veram ſcripturam eſſe, qui perpēdet? Sic Centauros ex alienigeneis mēbris compactam Poteſtatem vocat Lucretius lib. V. Et de Tritone, homine & piſce Noſter ipſemet alibi *Quà priſtu commiſſa viro.* Qui vel unus locus Codicis noſtri medicinam affirmaverit. Eſt. v. 147. Nuptiar. Honor.

10. CRIMEN MATRIS PRODIDIT ORE NOVO.] Ita edidit Claverius. Sed multo ſcitius ſcripti Libri, Scaliger, Aldus *condidit* Quod non intellectum ſtultiſſimè mutatum eſt, eum non abſcondendi vim loquatur, ſed proferendi, *creandi* velut & prodendi, quod cum gloſſa fuerit primò, poſt abiit in locum veri verbi. Io eadem re pariter loquitur Seneca Hippolyto.

> *tacitum diu*
> *Crimen biformi partus exhibuit nota.*
> *Scelusq; matris arguit vultu truci*
> *Ambiguus infans.*

Quos verſus paullo antecedentibus illuſtre mendum latet, Scaligero, Grutero, Lipſio, Heinſio, Raphelengio, omnibus denique Emendatoribus inviſum. Verba ſunt Hippolyti ad Phædram, Paſiphaes filiā. v. DCLXXXV.

> *O majus auſa matre monſtrifera malum!*
> *Genitrice pejor! illa te tantum ſtupro*
> *Contaminavit, & tamen tacitum diu, &c.*

Omnino ſcribendum *illa ſe Tauri ſtupro* Quomodo enim monſtrifera, ſi tantum ſtupro? Prorſus cœcutierunt hic oculatiſſimi mortalium. Pariter autem & Ovidius:

> *Creverat opprobrium generis, fœdumque patebat*
> *Matris adulterium monſtri novitate biformis.*

Jam.

Jam de *Condendi* verbo videntum. Id ea ſignificatione capiendum, qua diximus. Itaq; uſurpatum alijs. Valerius Flaccus libro I. Argon.

tum vobis ſi quod inauſum
Arcanumve nefas, & adhuc incondita lethi
Sors ſupereſt.

Hoc eſt ignota, inprodita. Optimè enim ita membranæ Carrionis. Manilius.lib.V.

Mercedem tanti belli quo condidit ipſa
Gorgone non levius monſtrum.

Appulejus lib.I.Met. *Hymettos Attica & Iſthmus Ephiræa, & Tænarus Spartiaca gleba felices æternum, libris felicioribus condita, mea vetus proſapia eſt.* Hoc eſt nobilitatæ, celebratæ.

10. ORE NOVO.] Inuſitata illa figura Minotauri.Lib.II.in Eutropium.

Infantumque novi vultus, & diſſona patrum
Semina.

12. PORTARENT TOTVM.] Omnino vera eſt ſcriptura Cujacianorum Codicum *præſtarent totum.* Formoſitatem armenti talem facit, ut etiam ex Paſiphae perfectus Tau rus prodiens minimè potuerit eam exæquare.

EPIGRAM. IX.

De Apono.

V.1. FONS.] In MS.Belgico *MONS.* Noſter nihil mutat, vt & aliorum libri. In Cujaciano inſcriptio fuit *de Aponi Fonte.* Nihil muto, nam & Caſſiodorus.libro II. Epiſtola XXXIX. *Delectat ſalutiferi Aponi meminiſſe potentiam. Cæruleum fontem vidimus in formam dolij concavis hiatibus æſtuantem, & fornaces anhelantium aquarum circumducto tentilatio, Naturæ probabili diſpoſitione, coronatas.* Legas, circumducto *tentili aulæo.* Ennodius de eodem lib.V.Epiſt.VIII.

Infuſo crepitat fons ſacer inde rogo.

Locus tot hodie libris conditus, vt dicta toties redicere velle ſtultitia fuerit.

V.4. ANTENOREÆ.] Antenoreus Gurges Ennodio dicta Epiſtola. Diſtat Patavio non integros quinq; Lapides ut alij, imò nec quatuor, ut nos menſi ſumus.

1. PORRIGIS.] Extendis.Rutilius libro I. De Reditu ſuo.

Porrige victuras Romana in ſecula Leges,
Solaq; fatales non vereare colos.

Corripere contrarium. Vt apud Horatium lib. I.Carm.III.

Semotiq; prius tarda neceſſitas
Lethi, corripuit gradum.

4. ET SIT NVLLA MANVS.] Ita pleriq; libri, duo manu exarati, Aldini, Baſilæenſes, Pulmaniani; vt mirer pro re nova hanc Lectionem proferre Claverium.

6. MEMORES NOTÆ.] Memoriæ ergo relictæ. Horatius lib.I.Carm.XIII.

Impreſſit memorem dente labris Notam.

7. NYMPHISQVE.] Fontium undarúmq; præſidibus, ut & Antrorum. Inſcriptio Vetus ad Fontem.

Hujus Nympha loci, ſacri cuſtodia fontis,
Dormio, dum blanda ſentio murmur aquæ.

Quin Nymphæ ipſas aquas ſonant. Aliud vetus carmen in thermas.

Tranquillo Nympha decurrite fluminis ortu,
Huc Proba flagranti ſuccedit lumina Phœbo.

De Antris Longus in Paſtoralibus.

9. HVNC QVI TOT POPVLI PROVOCAT ORA LOCVM.] Sic ex Cujacianis edidit Claverius. Noſter. Hic qui tot populis provocat ore loqui. Codex Belgicus mirifice mutat:|

Ludibrium quid enim fas eſt à vate relinqui
Hunc qui tot populi provocat ora lo qui?

Priorem verſum ita edidit & Aldus. Deind in altero

populis provolat ore, locum.

Omni

Omnino ſequimur exemplaria Cujaciana, præſertim cum Scaligero.

11. ALTO COLLE MINOR.]Non erectum,ſed ſuaviter acclivem dicit colliculum. De pari quodam Fortunatus li. I. Carm. XIX. ſuo eloquio

Hic brevis aſcenſus leni ſubit aggere clivum,
Carpit & obliqua mole viator iter.
Altior à planis arvis minor emicat altis
Nec humilis nimium nec ſuperbit apex.

Vitioſa ſcriptura. Omnino enim legendum *Altior arx planis* A qua vocula univerſa narratio pendet.

12.MOLLITER ORBE TUMET.]Non, ait,prærupto, ſed molliter clemente jacenteq; clivo.Minutius Felix : *Oram curvi molliter littoris, iter fabulis fallentibus, legebamus.* Silius Italicus, lib.I. *Haud procul Herculei tollunt ſe mœnia muri,*
Clementer creſcente jugo.

Appulejus, lib.IV *Clementi deniq; transmiſſo Clivulo pervenimus ad locum deſtinatum.* Hilarius præf.Operis de Trinitate : *Nos quoque quadam gradiendi initia ordinantes, arduum hoc intelligentiæ iter clivo quaſi molliore lenivimus.* Tacitus, Annal. XII. *Tunc montibus arduis & ſi qua clementer accedi poterant, in modum valli ſaxa præſtruit.* Vegetius libro IV. capite III. *ut de plano civitatis mollius ad propugnacula poſſit aſcendi.* Ennodius dicto loco.

Tollitur acclivi tellus ſubducta tumore,
Leniter elato fulta ſupercilio. &c.

Ita ſub Barbarie Saxo Grammaticus, Daniæ lib.II.

Inſula non longè eſt prœmollibus edita clivis,
Collibus ara tegens, & opima conſcia prœda.

Contra iniquus mons, non facilis adſcenſu. Ovidius lib X.

per juga montis iniqui
Ire comes, longaq; alit adſuetudine flammas.

12. TUMET.]Non erigitur,ſed proturget quodammodo. Ita tumores terræ, tumuli, minores collibus. Frontinus de Coloniis: *Ager Auſculinus finitur per terminos & terrarum tumores. Rigores dicunt alij, qui colles non ſunt,niſi XXX. Pedes patuerint.* Aggenus Urbicus, Quem *Agerium* Alciatus & alij melius vocant: *Rigor ſi plus de XXX pedibus patuerit, jam collis eſt*

13. FOECUNDUS AQUÆ.]Genitivi uſus Græcus. Vide ad Appuleium.

13. QVACVMQVE.] Membranæ noſtræ *Quacunq;* Minus benè.

18. VBERA.]Loca terrę fœcundiora.Vide notas Juretianas ad Symmachi Auctuarium.& Vberiora noſtra ad Appuleiũ Commentaria.

22. CONTEMTIS.] Rectè ita Claverius & Scaliger ex Cujacianis. Cæteri libri delirant,referendo *Contentu.*

23. EFFOSSI MARMORE.]Legendum *effiſſo.*

26. VEL CASVS VOMERIS EGIT OPVS.] Mirum quorſum viderint tot docti homines qui hanc Lectionem probare potuerunt. Quomodo caſus egerit aratrum,ut in ſilicem aut marmor ejus ſulci tranſirent, & id exſcinderet, velut tellurem arabilem? Claverius vero etiam teſtimonium Papinij advocat, quod contra ſyllabam inſuper agit, ut aratrum in ſilicem. Certa res emaculandum, ut nos olim conjecimus.

Herculei ſic fama refert, monſtratur aratri
Semita, vel Cacus vomeris egit opus.

Ille Vulcani filius,ignem ore ſpuens,ſolo Herculе viribus inferior, huc, inquit, fertur vomerem agere ſolitus. Indubitata Veritas verbis opus non habet.

33. NE TOTA NITERET.] Libri Cujaciani *ne merſa lateret.* Cæteri ſervant illud *tota* Vnde certa correctio *ne tota lateret.* Ait ne tota vis ſua, & lacus lateret ipſe, inſtar non ſubſiſtentis conſuluiſſe ſibi naturam, & oculis ſpectandum dediſſe qua pedibus adiri non poſſet.

36. TERGA AQVÆ.] Superficiem, ſupernam patrem. Sic Muſæus de Hero.

πάντοθι δ' ὄμμα τιταίνειν ἐπ' εὐρέα
νῶτα θαλάσσης.

Nonnus, lib. III. Dionyſ.

φαληριόωντα κατέγραφε νῶτα θα-
λάσσης.

Avienus Ora Maritima.

dicit hic nihilominus
Non in profundum terga dimitti maris
Parvoq; aquarum vix ſupertexi ſolum.

Sic terga terrę pro planicie. Baſilius Seleucienſis, Homil. XLIII. de Sole.

πάντα καθάπερ μελαίνης ἐσθῆτος ἀπογυμνώσας ταῖς ἐκ φωτὸς ἀμφιέννυσι χάρισι καὶ δείκνυσι τῆς ἠπείρου τὰ νῶτα τοῖς ἄνθεσι στεφανούμενα.

Et mirè Terga ruborum quorum nulla planicies tamen. Columella, lib. X.

Nec manibus mites ferulas, nec cruribus
aqua
Terga rubi.

Quæ ſanè mira locutio eſt, & non frequentis exempli, ſi ſana ſcriptura quam tamen nec vetuſtiſſimus Codex mutat. Conjeceramus ante hujus inſpectionem *Serta rubi.* Sed de arboribus ita Virgilius, quem ubiq; adorat Columella, Georg. II.

qua parte calores
Auſtrinos tulerit, qua terga obverterit
axi.

38. VETERES HASTÆ; REGIA DONA.] Ob memoriam Regum ibi à morbis curatorum. Haſtæ Regia donaria, quia olim pro ſceptris. Vide ad Nuptias Honorij.

39. NIGRÆ TENEBRAS.] Scribe cum noſtro Codice & Editione Aldina, *tenebris.* Erunt omnia plana.

41. APPARENT INTRA.] Maronem exprimit.

45. CORONATOS.] Incinctos, incluſos, circulo naturali clauſos. Vide Collectanea Caroli Paſchalij de Coronis, lib. I cap. VIII.

45. VIVA SCENA.] Theatrum velut quoddam. Virgilius.

ſilvis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentiq; atrum nemus imminet Vmbra.

Sic Ovidius de Orpheo, verbis ad Serenam Epiſtola ſuprà propoſitis. Naturale theatrum Auſonio in Moſella.

Et rupes & aprica jugi, flexuſque ſinuſque,
Vitibus aſſurgunt, naturaliq; theatro.

Rutilio portus undiq; incinctus Æquoreum theatrum, lib. I.

Molibus æquoreum concluditur Amphitheatrum,
Anguſtoq; aditus inſula facta tegit.

46. EXSILI CORTICE.] Non craſſa, ait, tamen gradientes ferens. Tales apparent inſulæ.

47. CALCATVRQVE.] Melius cum Scaligero ſcripſeris *Calcantumq;* ex Codice uno Belgicorum, Editione M. Bentini. Et Aldina.

48. FIDA RVINA.] Locus declivis, firmus tamen. Pariter de rotundo mundi ſive terræ globo dixit Ovidius

fecitq; cadendo Vndiq; ne caderet.

49. FACTA MANV DICAS.] Omnia quæ hactenus deſcripſimus, ait.

49. AMBITVS ET TENVIS.] Vocula & non comparet in Codice noſtro. Acutius introſpicienti comparet hæc ad vocem *ſtagna* referenda, & tranſpoſitum non bona negligentia exſcriptorum diſtichon. Sic igitur iſta collocanda ſunt.

Suſtentat trepidum fida ruina pedem.
Hærent ſtagna loco, plenas aquantia ripas,
Præſcriptumque timent exſiluiſſe modum.
Facta manu credas, ſic leves circuit oras
Ambitus, & tenuis perpetuuſq; riget.
Quod ſuperat, fluvius, devexa rupe volutus,
Egerit, & campi derſa recurva petit.

55. NA-

55. NATIVO SPVMA MEATV.] Inepta lectio, nec ullius pretij. Quid enim ſpuma ad vecturam, & naturalem meatum? Claveriani libri, Scaliger, Belgicusque, cujus varias edidit Pulmanus, conſenſu eam tuentur. At alter, cujus nos primi ſumus arbitri, Noſterq; & Aldina Editio, diſertè *ſpina* ſcribunt Verum hoc melius? Parum certè, niſi quod ducit tamen ad veritatis viam. Qui loca iſta contemplatus eſt, obſervaverit curvum primum hujus fluvij à lapſu meatum, non manu factum, ſed natura ductum, unde citrà ullam controverſiam Claudianus ſcripſit.

Devehit exceptum nativo ſigma meatu.

Sigma Græca littera eam figuram habebat olim, quam nunc Latina Tertia. Ab ejus forma quod eam exprimit Sigma vocant Scriptores, ſive opificium, ſive locus, ſive ſit quippiam aliud. Vide notata doctiſſimis viris Joanni Savaronio, & Jacobo Sirmondo ad Sidoniũ. Ita vides clarè emendatum quod nemo hactenus intellexit.

56. PLUMBI.] Metallum hoc, ùt noſtris motibus, ita etiam olim uſitatum ad fiſtulas. Juvat Caſſiodorus lib. II Epiſtol. XXXIX. *recurva ſpatia memorans, qua arte aut facta eſſe longiora* Sive tubos aquarios. Papinius libro I. Silv. Tiburtino Manl j Vopiſci.

Teq; per obliquum penitus qui laberis amnem
Martia, & audaci tranſcurris flumina plumbo.

57. MADIDIS FAVILLIS.] Ferventiſſimæ aquæ ejectamentis Pulcrè dictum, ſed contra vim ſenſus, favillæ enim cum madent jam non favillæ ſunt.

59. MVLTIFIDAS DISPERGIT OPES.] Omnino melius membranæ *hinc ſpargit opes.* Quod neceſſarium, cum de fluvio perennis ſermo ſit.

59. ARTEMQVE SECVTVS.] Non magno Labore opus fuiſſe autumat. Sic ubi Avienus in Ora Maritima vulgo balbutit, in finem ipſum.

Stagnum lambit urbem, & unda lambit oppidum,
Laremq; fuſa civitas pene inſula eſt.

Nos emendatum ita loqui juſſimus. (*oppidum,*
Stagnum ambit urbes, & unda lambit
Artem ſecuta, civitas, penè inſula eſt.

62. THOLOS.] Impendentes pontium velut cameras.

63. ACRIVS INTEREA.] τὸ interea in hac Claverij emendatione, nullius pretij eſt, quare neq; Scaliger attendit. Scribe ex noſtris membranis.

Acrior interius rauci cum murmure ſaxi.
Spumeus eliſo pellitur amne vapor.

Vel *igne vapor* ut eædem membranæ, & in interſtitio correctum habent Belgicæ.

65. FESSI SVDORE.] Lege Caſſiodorũ, qui attentè lectus his omnibus eſt interpres.

65. LACVNAS.] Lacus. Pariter de thermis Aquenſibus loquens Guntherus noſter Libro I. Ligurini:

tunc ducta cavis cannalibus unda
Confluit in quamdam, mira ratione, lacunam.

66. DAMNA MORÆ.] Amiſſo calore quem attulerant aquæ cum lacum ingrederentur. Pulcre totam rem, ex ore quidem ſui ævi deſcribit Caſſiodorus: *Inter alia Aponi bona illud quoq; ſtupendum eſſe didicimus, quod una fluentorum Natura diverſis miniſterijs videatur accommodata. Nam protinus ſaxo ſuſcipiente colliſa inhalat primæ cellulæ ſudatoriam qualitatem. Deinde in ſolum mitigata deſcendens, minaci ardore depoſito, ſuavi temperatione molleſcit. Mox in vicinum producta, cum aliqua dilatione torpuerit, multo blandius intepeſcit: Poſtremò ipſo quoq; tepore derelicto in piſcinam Nerenianam frigida tantum efficitur quantum prius ferbuiſſe ſentitur.* Veteres autem balneis ita utebantur, ut ſudorem ſubitum, ſubito frigidæ uſu exciperent, quam benè iſthic non diſputabitur. Petronius Satirico. *Longum erat ſingula excipere. Itaq; intravimus balneum & ſudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus.*

67. SALVE POEONIÆ.] Vſum jam Medicum commendat. Celebrat eumdem ante hoc ſeculum, quem defectu Veterum, non indignum Poetæ nomine in multis laudes, Georgius Sabinus, popularis noſter, & avi quondam noſtri per Italiæ loca ductor, quod genus Aulę magiſtros ambitioſe hodie juventus peregrinas appellat.

Eſt Apono nomen Fonti: præſentius ægris
Nil, ubi Pœoniæ deficit artis opus.
Corporis hac reparat mortalibus unda vigorem,
Attulit acre quibus noxia damna gelu.
Cujus iners, ſtomachus ſumtas male digerit eſcas.
Languidus hæc intret balnea, ſanus erit.
Quæ ſteriles uteri non reddunt pignora, nuptæ,
Concipiunt Aponi quando lavantur aquis.
Felices nimium, fortunatosq; colonos
Proluit hic quorum fervidus amnis agros.
Non aliquo miſcent ægroti pocula ſucco,
Vlla Machaonia damna nec arte levant.
Simplicibus curantur aquis, obnoxia morbo
Cum gravis ægrorum corpora languor adit, &c.

Tenues iſti & faciles Poetæ, ſi lectione ſcriptorum ſubacti fuiſſent, ut cultus naturæ acceſſiſſet, multo maxima præſtitiſſent, id videre eſt in Petro Lotichio, quo cultiores elegos recentiorum nemo ſcripſit.

68. DARDANII.] Ab Antenore Trojano.

70. PRÆSENS NVMEN.] Eo ipſo in loco quo colitur, opitulans. Petronius. *Regio noſtra tam præſentibus plena eſt numinibus, ut citius Deum quam hominem invenias.* PLinius, lib. VIII. Epiſt. VIII. de Clitumno patuer fonte. *Adjacet Templum priſcum & religioſum. Stat Clitumnus ipſe amictus ornatusq; prætexta, præſens numen, atq; etiam fatidicum, indicant ſortes.*

75. PARES FLAMMAS.] Concordia diſparium Elementorum. Vide multis in hoc ipſo negotio Caſſiodorum, loco jam aliquoties indicato. Ennodius. *Hic pira gurgitibus ſcintillis fluctuat humor Vivitur alterna mortis amicitia.* Acute ſed coactè.

80. CONSILIO.] Certa numinis ſeu Providentiæ auctoritate & cura. Sapienter iſta contraque temeritatem & vulgi & multorum Philoſophorum. Superiore verſu *remitteris* eſt in membranis.

81. ADSCRIBERE.] Rectè ita docti & MSS. male edunt alij *deſcribere*.

84. INTER PRIMA POLI TE QVOQVE SACRA DEDIT.] Vitioſa ſcriptura, quam pepererunt *aſtra* modo nominata, & telluris ſequens mentio. Rectè Libri Cujaciani, noſter, Belgicus,

Inter prima coli te quoque ſacra dedit.

Prima coli, primo cultu digna. Sacri omnes autem fontes, tam Gręcis quam Romanis moribus, Callimachus.

πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβάς.

Vetus Proverbium apud Laertium Diogene:

ἄνω τῶν ἱερῶν ποταμῶν χωροῦσι παγαί.

Jurabant per eos, cum Diis junctim cæteris. Sophocles Oedipo Colonæo:

πρός νῦν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων
Αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικάθειν.

De Romanis Frontinus Initio Aquæduct. *Ab urbe Condita per annos CCCCXLI. Contenti fuerunt Romani uſu aquarum, quas aut ex Tiberi, aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebant. Fontium memoria cum Sanctitate adhuc exſtat & colitur: ſalubritatem enim ægris corporibus afferre creduntur.* De gentilibus generatim exempla ſuppeditant Sacræ Litteræ. Si tamen τὸ *poli* retinere malueris, τὸ *ſacra* arcana, interpretaberis.

85. COR-

85. CORRVPTA NEC AVSTRI FLAMINA.] Vnde Peſtilentiæ. Idem Ovidius in lue Æginenſi diriſſima, lib. VII.

Lethiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri,
Conſtat & in fontes vitium veniſſe lacuſque.

De Sinio omnia trita.

94. FATA PROSPERIORA.] Ita omnes Codices noſtri, Editio etiam Aldina: Exempla rationis Proſodiacæ in Analectis Poeticis ubertim nobis producuntur. Nequaquam tamen ſcriptionem hanc Claudiani agnoſcimus, ſed ſcioli, volentis impietatem arcere à priſca probaque ſcriptura *fatis proſperiora* Quam ex Cujacianis Libris protulit Claverius. Contra fata eunt omnia quæ de Parcis jam dicta ſunt. Itaque, & ex uſu frequente commendandi ita medicamenta cum Medentibus, iſtam lectionem ſequimur.

98. TRISTI GRAMINE.] Auſtero ſucco herbarum.

99. IMPUNE.] Sine tormentis Medicorum. Vide Caſſiodori verba, jam adſcribenda.

100. ÆGRO LUXURIANTE.] Caſſiodorus. *O magiſtri mirandum ſemper ingenium. Vt Natura furentis ardores ad utilitatem humani corporis temperares, ut quod in origine dare poterat mortem, doctiſſime moderatum, & delectationem tribueret & ſalutem. Vnde non tantum delicioſa Voluptas acquiritur quantum blanda medicina confertur. Scilicet ſine tormento cura ſine horrore remedia,* SANITAS IMPUNITA, *balnea contra diverſos dolores corporis attributa.*

EPIGR. X.

De Balneis Quinctianis.

V. 2. ATQUE TUUM RURSUS CARPE REFECTUS ITER.] Vocem *rurſus* non agnoſcunt, ſed pro ea lacunam habent, membranæ noſtræ. Diſplicet ſane ob ToC litterarum earumdem concurſum, teique iterationem, aliamque Claudiano ſcriptam ſuſpicor.

V. 5. NIMIUM MIRABERIS.] Imperium in ipſas aquas. Sic de Stilicone alibi. *Juſſerat averſo fluvium migrare meatu* Etiam hic τὸ *nimium* ſuſpectum habemus. Nam in membranis expreſſe ſcriptum OMIVM Ve infuerit viri nomen.

EPIGRAM. XI.

Nilus.

Argumentum hujus Poematii peculiaribus Libris notum eſt eſſe ab aliis tralatum, quibus ſepoſitis, neque inſpectis, quæ ad elegantem Lucem noſtri Scriptoris facientia inciderit, adnotabimus, ſecuri nimiarum Notarum, uberiorum, cum animus tempuſque ferunt, non negligentes. Tria olim Nomina erant huic fluvio, Quartum eſt iſtud recentius. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem, ex magis probis magiſque priſcis ejus Poetæ enarratoribus. τρίτων@ ἐκϐολαῖσι τοῦ Νείλου ταῖς ἐκχύσεσι, καὶ ταῖς ἀναϐάσεσιν. Τρίτων ὁ Νεῖλος, ὅτι τρὶς μετωνομάσθη, πρότερον γὰρ ὠκεανὸς ἂν ἐκαλεῖτο, δεύτερον δὲ ἀετός, ὅτι ὀξέως ἐπέρρευσε, τρίτον αἴγυπτος, τὸ δὲ Νεῖλος νέον εἶναι, ἐτυμολογούμενον ἀπὸ τοῦ νέους κατάγειν ἰλὺν, καὶ χερσοῦν τὸ πέλαγος. De Tritonis nomine etiam Scholiaſtes Apollonii lib IV. Quo loco inſpecto flebilem illuſtrium tot ſcriptorum jacturam videbis, qui de hoc amne ſpe immortalitatis ſcripſerant ſinguli, Anaxagoram Nicagoram, Democritum Phyſicum, Ariſtonem Chium, Ephorum, Thaletem, Diogenem Apolloniatem, Hermippum, ſolis nominibus ſuperſtites. Nos Nili iſta vocabula non expandemus. Appellationem Hermippus à Triton e in Nilum Regi

πρὶν ἢ τῷ ἀρότρῳ ζεύξῃ βοῦν, πρὶν τέμῃ αὔλακα, πρὶν πονήσῃ μακρά. καὶ μετὰ τοῦτο ἤδη καλεῖ τὸν ποταμὸν ἐπὶ τὰ αὐτοῦ ἔργα, αὕτη μίξις ποταμοῦ πρὸς γεωργίαν καὶ ἐλπίδων πρὸς πόνους, καὶ καρπῶν πρὸς ταλαιπωρίαν.

Cui de aratione Inundationem præcedente contradicunt alii. Porro ut cœli moderatio Numinis Optimi Maximi nutu cæterarum regionum proventus dirigit, ita neque hæc Nili fœcundatio certiſſima ſemper fuit, ſed leguntur hiſtoriæ aſſervantes annum illum Cultorem officium ſuum neglexiſſe, nec ad condictum veniſſe. Sic in Scriptura decem annorum in Ægypto fames maxima, haud dubio e manſione hujus amnis conſtitit, ſic ante hos Quadringentos annos, quinque ipſos annos non adfuiſſe eumdem notat in Hiſtoria Conſtantinopolitani Itineris, Gunterus, Monachus Helvetius, cap. VI. *Quod ſi feciſſent*, inquit, *ſperabile ſatis erat tam ipſam magnificam civitatem, quam & maximam totius Aegypti partem facili compendio in eorum poteſtatem poſſe converti. Eo quod totus ferè populus terræ, vel conſumtus fame perierat, vel ſqualebat penuria, propter ſterilitatem ejuſdem terræ, cui Nilus frugiferas aquas, quibus eam rigare ſolet, annis, ut ajebant, jam quinque ſubtraxerat.* De novem ſive hiſtoria ſive fabula apud Apollodorum libro II. Nec ignotum publice, ad Impietatem populi largiri Nilum Deum, & ſubtrahere motibus ſibi eo faciente ſuam indigentiam. Philo lib. I. de Vita Moyſis:

Μωύσης γένος μὲν ἐστὶν Ἑβραῖος, ἐγεννήθη δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐτράφη, τῶν προγόνων αὐτοῦ κατὰ ζήτησιν τροφῆς εἰς Αἴγυπτον πανοικὶ μεταναστάντων, γῆν πεδιάδα, καὶ βαθεῖαν, καὶ πρὸς πάντα γονιμωτάτην ὧν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις δεῖται, καὶ μάλιστα τὸν τοῦ σίτου καρπόν. ὁ γὰρ ταύτης ποταμὸς, θέρους ἀκμάζοντος, ἡνίκα τοὺς ἄλλους φασὶ μειοῦσθαι, χειμάῤῥους τε καὶ αὐθιγενεῖς, ἐπιβαίνων καὶ ἀναχεόμενος πλημμυρεῖ, καὶ λιμνάζει τὰς ἀρούρας, αἳ δὲ ὑετοῦ μὴ δεόμεναι φορᾶς, ἀφθονίαν παντοίων ἀγαθῶν ἀνὰ πᾶν ἔτος χορηγοῦσιν, εἰ μή που μεσολαβήσῃ ἐν ὀργῇ θεοῦ δι᾽ ἐπιπλάζουσαν ἀσέβειαν τῶν οἰκητόρων. Plutarchus in Nilo: διὰ ἐμφύλιον δὲ πόλεμον μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου, καὶ λιμῷ συνεχομένων τῶν ἐγχωρείων, ἔχρησεν ὁ πύθιος τὴν εὐφορίαν ἐὰν ὁ βασιλεὺς ἀποτρόπαιον θεοῖς θύσῃ.

V. 1. FELIX.] Dicas ſumſiſſe Philoſophum à Philoſopho Juliano Imper. Cujus ſunt iſta Epiſt I.

ὡς εὐδαίμονες, ἔλεγον, τῶν Αἰγυπτίων οἱ παῖδες, τὸν Νεῖλον ἔχοντες χορηγὸν τῶν ὅσα φέρειν οἶδεν ἐκεῖνος.

Vbi ſcribendum pridem diximus ὅσα φέρειν οἶδεν ἐνιαυτὸς. Cum vulgatum illud nulla peculiaritatis nota Nilum commendet.

V. 2. NON SPERAT.] Præſtolatur, exoptat, invocat, poſtulat. Non enim *metuit* ſonat hoc loco: quo tamen uſu celebre id verbum, vide notata Radulpho Fornerio Rerum Quotidian. lib. III cap. XV. Scholiaſten Thucydidis init. ξυγγραφ. Nubes, nubila, pluviæ, nullæ in Ægypto. Lactantius libro II cap. XIV. *Omnium primi, qui Aegyptum occupaverunt, cœleſtia ſuſpicere atque adorare cœperunt, & quia neque domiciliis tegebantur propter aeris qualitatem, nec enim ullis in ea regione nubibus ſubtexitur cœlum curſus ſiderum & defectus notaverunt.* Pulcre Philo exinde Nilum pro Deo habitum lib. III. de Vita Moyſis:

τῆς γὰρ χώρας οὐχ ὑετῷ, καθάπερ αἱ ἄλλαι νιφομένης, ἀλλὰ ταῖς τοῦ ποταμοῦ πλημμύραις εἰωθυίας ἀνὰ πᾶν ἔτος λιμνάζεσθαι, θεοπλαστοῦσι τῷ λόγῳ τὸν Νεῖλον αἰγύπτιοι ὡς ἀντίμιμον οὐρανοῦ γεγονότα.

Nubium carentiæ, accedit quod omnium fluviorum ſolus Nilus vapores nullos exſpirare notetur. Heliodorus lib. II.

ἀπο-

ἅτε ἐξ ὄμβρων οὐρανίων χορηγούμενος, καὶ θίγειν προσηνέστατος, οὐκ ἔτι μὲν θερμος ὡς ὅθεν ἤρξατο, ἔτι δὲ χλιαρὸς ὡς κεῖθεν ἀρξάμενος, δι' ἣν αἰτίαν καὶ μόνος ποταμῶν αὔρας οὐκ ἀναδίδωσι.

Idem tradit Ammianus lib. XXII. Vſque adeo autem veterum divinis honoribus cultum Nilum, ut Jovis propagine oriundum ſciverint. Ariſtides Hymno in Iovem:

τοῦτον οὐκ ὀρῶν ἐκφεύγουσι κορυφαί, οὐ πηγαὶ ποταμῶν, οὐ πόλις, οὐχ ἡ κάτω τῆς θαλάσσης ψάμμος οὐκ ἀστέρες, οὐ νὺξ ἔμπροσθεν ἵσταται, οὐχ ὕπνος τῶν τούτου μεγάλων τι καὶ μόνον ἑωρακότων τἀληθὲς ὀφθαλμῶν. ποταμῶν δὲ ὁ κάλλιστος καὶ ἀξιολογώτατος καὶ αὐτὸς ἄρα διιπετὴς Νεῖλος ἦν, ἅτε δὴ μιμούμενος τὸν πατέρα, καὶ οἷον ὕπαρχος ὑπ' αὐτοῦ τῶν κατ' αἴγυπτον τεταγμένος ἀντὶ τῶν Διὸς ὄμβρων αὐτὸς ἔπεισι καὶ πληροῖ τὴν γῆν.

Cœlo oriundum laudat Porphyrius apud Euſeb. l. III. Præpar. c. XI. Strab. l. XVII. Inde Juppiter prorſus. Martial. lib. IX. Ep. XXXIV.

Scis quoties Phario madeat Iove fuſca Syene.

Qua de re & cultu Nili pulcrè amicus noſter Laurentius Pignorius in Menſæ Iſiacæ Commentatione.

V. 3. PLUVIALI FRIGORE COROS.] Occiduus ventus, contra Aquilonem flans, Gellius, lib. II. cap. XXII. Hic Orientales oras nubibus congeſtis rigat. Lucanus lib. IV.

Ille ſuas nubes quaſcunque invenit in axe
Torſit quicquid cœli fuſcatur Eoi
Impulerat Corus

4. INVOCAT.] Tibullus Eadem re:

Arida nec pluvio ſupplicat herba Iovi.

5. ÆGYPTUS SINE NUBE FERAX, IMBRESQUE SERENOS SOLA TENET] Apollonius, lib. IV. Argonaut.

μητὴρ Αἴγυπτος προτερηγενέων αἰζηῶν,
Καὶ ποταμὸς Τρίτων καλλίρροος, ᾧ ὕπο πᾶσα
Ἄρδεται αἰερίη, Διόθεν δέ μιν οὔποτε δεύει
Ὄμβρος ἅλις, προχοαῖσι δ' ἀνασταχύουσιν ἄρουραι.

Venantius Fortunatus lib. VII. Carmin. IV. ad noſtrum. *Et ſine vere ferax Aegyptus* Abunde ſine imbribus pinguem annum dicit Valerius Flaccus lib. V.

Arſinoen illi, trepidaque requirunt
Otia læta Phari, pinguemque ſine imbribus annum.

Inde fluvium pluere Nazianzenus initio Orat. XXIV. Egeſippus lib. II. cap. IX. *Attexamus Aegyptum, abundantem opibus ſuis, nec indigentem pluvia cœleſtis, quæ ſibi ipſi imbres generat, & pluviarum ubertates creat. Denique cum ſit ferventior omnibus regionibus ſola non queritur de ſiccitate, & quod nulli alii loco ſuppetit, alit irriguo ſuas meſſes.* De fervore alii aliter, nam & ſine æſtu Ægyptum fœcundam celebrat Julianus Imp. itidem Nili Beneficio, Orat. III.

λέγουσι γὰρ δὴ Αἰγύπτιοι τὸν Νεῖλον παρ' αὐτοῖς εἶναι τ' ἄλλα σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τῆς χώρας, καὶ ἀπείργειν αὐτοῖς τὴν ὑπὸ τοῦ πυρὸς φθορὰν, ὁπόταν ἥλιος διὰ μακρῶν τινων περιόδων ἀστέροις γενομένοις συνελθὼν ἐμπλήσειε τὸν ἀέρα πυρός.

Idem tradiderat Egeſippus lib. IV. capite XXVII. Sed noluerunt librarii: *Aegyptus inadſueta imbribus regio, nec tamen pluviarum indiga, cui Nili irrigua ſpontaneos imbres miniſtrant. Utrimque ei Nilus eſt, cœli ubertas, terræ fœcunditas. Aera temperat, ſolum opimat, Nautis & agricolis juxta uſui.* Quantam autem vim hominum hic fluvius aluerit olim, notandum ex Joſepho, qui libro II. cap. XV. Alos præter Alexandrinam plebem, quam Urbem Roma ait non eſſe inferiorem, incolas Aegypti Septingentas & quinquaginta Myriadas facere

facere autumat. Quod civitatum millia alii poſuerint notatum ex Scholiaſte Theocriti & aliis alibi. Ægyptum Niliolim fuiſſe vocabulum, alii probarunt, & tradit Heſychius.

Αἴγυπτος, ὁ Νεῖλος ὁ ποταμός. ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα ὑπὸ τῶν νεωτέρων αἴγυπτος ἐκλήθη.

5. IMBRESQUE SERENOS.] Euripides Prologo Helenæ.

Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαί
Ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδας αἰγύπτου πέδον
Λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει
γύας.

Pulcre Philo Libro de Profugis:

ὁ γὰρ χειμῶνος ταῖς ἄλλαις χώραις οὐρανὸς τοῦτο αἰγύπτῳ θέρους ἀκμάζοντος ὁ Νεῖλός ἐστιν, ὁ μὲν γὰρ ἄνωθεν ἐπὶ γῆν τὸν ὑετὸν ἀποστέλλει, ὁ δὲ κάτωθεν ἄνω τὸ παραδοξότατον ὕων ἄρδει τὰς ἀρούρας.

Valerio Flacco Ægyptius proventus pinguis annus ſine imbribus. Non autem verum nullo metu egeſtatis eſſe Ægyptios, cum non ſatis alte, aut nimis increſcens Nilus Spes eorumdem confundat Ammianus, lib. XXII. *Abunde luxurians ita eſt noxius ut infructuoſus, ſi venerit parcior: gurgitum enim nimietate humectans diutius terras, culturas moratur agrorum, parvitate autem minatur ſteriles ſegetes. Eumque nemo aliquando extolli cubitis altius XVI. poſſeſſor optavit. Ubi & de proventu ſeptuaginta ex uno granorum. At ſi inciderit moderatius aliquoties jacta ſementes in loco pinguis ceſpitis cum augmento fere ſeptuageſimo renaſcuntur.*

6. SECVRA POLI.] Plinius Panegyrico. *Aegyptus augendis alendiſque ſeminibus, ita gloriata eſt, ut nihil imbribus cœloque deberet.* Vide omnino Herodotum lib. II. Hieme tamen pluere in Ægypto pro confeſſo traditur aliis.

7. GAVDET AQUIS QUAS IPSA VEHIT, NILOQUE REDUNDAT.] Nilus omnium omnino bonorum dator celebratur ſcriptoribus, quorum nemo non ſanctius & venerabilius aliquid de eo dicere contendit. Eo profluere bonorum omne genus velut proverbium erat. Libanius Orat. VII. Pro Ariſtophane.

πᾶς γάρ, ὦ βασιλεῦ, φιλοχρήματος, μικρὸν οὐδὲν ἐξ αἰγύπτου φέρεται, ῥεῖ γὰρ αὐτόθι μετὰ τοῦ Νείλου καὶ τὰ κέρδη.

Frugum pater perhibetur aliis. Themiſtius Orat. VII.

ἀλλὰ καὶ τὸν Νεῖλον ἄγαμαι τὸν Αἰγύπτιον, οὐχ ὅτι λῃίων πατὴρ ἀλλ' ὅτι ῥεῖ διὰ τῶν σοφῶν Αἰγυπτίων.

Heliodorus lib. IX. Sed quis modo erit Conſtipationum?

8. MEDIIS AB AVSTRIS.] Vide Scortiam, lib. I. cap. III. Sane indigena fluvius minime eſt, undecunque veniat. Vnde & *advena* Rhemnio, ſive Priſciano, de Ponderibus.

Eſt etiam terris, quas advena Nilus inundat,
Artaba.

9. CANCRIQUE CALENTIS.] Æthiopum ducis. Manilius, lib. V.

colit India Cancrum
Ardent Aethiopes Cancro.

10. FLVCTIBVS IGNOTIS.] Scriptus noſter *Fluxibus* quod melius. Non enim fluctus, ſed profluxus, ipſumque iter fluminis indicat. *Procurrit* ad impetum *pertinet*, de quo vide qui longis logis fluvium deſcripſerunt.

11. SECRETO DE FONTE CADENS.] Ita ignotus hic omni Antiquitati fuit, ut & proverbium fecerint inde. Præter notatos aliis, Nicephorus Gregoras Initio Hiſtoriæ.

ἄλλως δὲ οὐδὲ παρ' ὅσα γεγράφασι τοὺς ἄνδρας ψεύδεσθαι ἔφαμεν, τοῦτο γὰρ οὔτε τοῖς τὰς Νείλου πηγὰς ἰδεῖν τερατευομένοις προσείψαιτο ἄν τις ῥᾳδίως, οὐδ' ὅσοι τοὺς ἀντίποδας καὶ ἀντοίκους οἵ τινές ποτ' ἄρ' εἶεν ἐκεῖνοι τῷ λόγῳ παρεισκυκλοῦσιν.

Libꝛum de Nili Fontibus ſcripſerat Porphyrius. περὶ τῶν κατὰ Πίνδαρον τοῦ Νείλου πηγῶν. Notante Suida. Sed eo ſucceſſu, ut pro re ignotiſſima cenſeri non deſtiterint, ita enim Claudianus iſthic ſemper quærendos ait uti inveniantur numquam. Et Ammianus, lib. XXII. *Origenes fontium Nili, ut mihi quidem videri ſolet, ſicut adhuc factum eſt, poſteræ quoque ignorabunt ætates.* Quod vaticinium noſtro ævo delicuiſſe conſenſus Collectorum ſtatuit, quam firmiter, ipſi videant. Vide Joannis Barroſii lib. X. Rerum Luſitaniæ, quæque ex eo Latina fecit Commentariolo ad Melam Schottus noſter doctiſſimus.

13. HOC VIDISSE CAPVT.] Origines fluviorum, *Capita*. Siculus Flaccus: *Quidam rivi ab origine, hoc eſt à capite, donec in mare defluant, fines poſſeſſionibus præſtant.* Horatius. *Nunc viridi membra ſub arbuto Stratus, nunc ad aquæ Lene caput Sacræ.* Ovidius lib. II. de Nilo. *Occuluitque caput, quod adhuc latet.* Lucanus lib. X.

Arcanum Natura caput non prodidit ulli.

14. SINE TESTE CREATVS.] Herodotus. περὶ τῶν τοῦ Νείλου πηγέων οὐδεὶς ἔχει λέγειν.

15. FLUMINA PROFUNDENS.] Syllabam corripuit, raro exemplo Antiquitatis. Horatius ita lib. I. Sat. VII.

Græcus poſtquam eſt Italo profuſus aceto.

Proſper fine Libri de Providentia.

Qui cum ſincerum vivum de fonte liquorem
Guſtarint, ipſi profundent flumina ab alvo
Cordis, & irriguas præbebunt fratribus urnas.

Prŏfundum, extenſa prima ponit Tertullianus primo in Marcionem.

15. VAGO LAPSU LIBYAM DISPERSUS IN OMNEM.] Vitruvius libro VIII. c. II. *Mauruſia, quam noſtri Mauritaniam appellant ex monte Atlante Dyris; qui ortus ex Septemtrione progreditur per Occidentem ad lacum Heptabolum, & mutato nomine dicitur Nigir, deinde ex lacu Heptabolo ſub montes deſertos ſubterfluens per meridiana loca manat, & influit in paludem Coloe, quæ circumcingit Meroen, quæ eſt Aethiopum meridianorum regnum. Ab hiſque paludibus ſe circumagens per flumina Aſtaſobam & Aſtaboram, & alia plura, pervenit per montes ad Cataractam, ab eaq; ſe præcipitans per Septemtrionalem pervenit inter Elephantida & Syenem Thebaicoſque in Aegyptum campos, & ibi Nilus appellatur.* Quam verè examinarunt pridem alii. Cæterum multa adjici poſſunt Laudibus Nili quæ parum nota, neque tacta hoc Poematio. Ut quod Aqua ejus maſculos concipere facit. Scholiaſtes Æſchyli Supplicibus.

ἀλφεσίβοιον τὸ ζωοποιοῦν τὰ θρέμματα, ἢ ἔντιμον, μεταφορικῶς, λέγει δὲ τοῦ Νείλου, ἀρρενόγονον γὰρ τὸ ὕδωρ τοῦ Νείλου, ὅθεν ζῶς πιῶν ἔτεκεν ἄρρενα.

Quod piſces generat ducentarum Librarum pondo, lectum in Athenæo, lib. VII. de Latis, genere piſcium.

οἱ δὲ ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ γινόμενοι λάτοι τὸ μέγεθος εὑρίσκονται καὶ ὑπὲρ διακοσίας λίτρας ἔχοντες. Aliaq; infinita.

21. DOMITORQUE FERARUM CYRRHÆUS.] Locus difficilis, in quem variæ conjecturæ ex variis veterum Librorum Lectionibus produci poſſint, incertæ tamen omnes. Nobis nec nunc diſplicent ſcripta Adverſar. lib. XI. cap. XXIV. Ibi legenda. Githæum, quem ibi probavimus, apertè probat Editio Aldi, quæ optimos Libros jactat auctores. De diverſis autem populis omnino loquitur Claudianus. quapropter Veteris Codicis noſtri perſpicacitatem hic laudo, qui diſerte refert.

domitorque ferarum
Cirrhæus, quique alta colit ſub rupibus antra,
Qui Ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos.

E

Et genti compoſitis crinem vallata ſagittis.
Sic facile gentem notam aliis ſcriptoribus ex illis Cirrhæis facies, Autrorum incolæ Troglodita ſunt palam, Cæteræ degentes qua tranſcurrit Nilus. Nemini ignotæ.

26. COMPOSITIS CRINEM SAGITTIS.] *Nubianos* aut Meroes incolas dicit, quorum alibi nec ſemel meminit, cum ſuis ſibi crinalibus ſagittis.

28. VT TORRENS MERUIT.] Ita edidit Claverius, Reliquæ Editiones *Vt tempus* Claveriana lectio attaminat dictionem, non enim culte loquetur qui dicet, non meretur ſimiles cauſſas, ut torrens. Sed & alioquin illa nihili eſt. Libri, Noſter Belgicus, Bentiniani *Vt tempus meruit.* Solus iterum Aldus indubitatam veritatem produxit

Nec vero ſimiles cauſſas creſcentibus undis
Aut tempus meruit

Neque cauſſas ſimiles neque tempus habet augmentis aliorum fluminum, neque enim ſoluta glacie, neque hiemali aut pluvio tempore increſcit. Apage torrentem cui tam ſtricte exæquet maximum amnem. Jam dictum ſupra ex Haithone increſcere æſtate Nilum, qua torrente alia flumina notum eſt deficere. Anaſtaſius Sinaita in Hexaemeron libro III. *Recedit & recurrit Nilus ex Aegypto in diebus menſium Decembris & Ianuarii. Incipit enim effluere menſe Iunio, perq; cum totum & ſequenti creſcit, nempe Iulio. In Auguſto autem & toto Septembri inſtar pelagi inundat Aegyptum, facitque navigabilem ex antè arabili. Incipit decreſcere Octobri & Novembri. In menſe autem Decembri & Ianuario redditur priori alveo.* Theodoretus, Therapeut. IV.

καὶ μέντοι τοὺς ποταμοὺς σμικρυμένους ἐστὶν ἰδεῖν, ὅταν οὗτος ἀφεὶς τὰ νότια μέρη, ἐπὶ τὰ βόρεια τρέχῃ, καὶ τὸ θέρος ἐργάζηται, διά τοι τοῦτο καὶ τὸν Νεῖλον φασὶν οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς πλημμυρεῖν καιρὸν, ἀλλὰ μετιόντος τοῦ θέρους ἐπικλύζειν τὴν Αἴγυπτον, ὡς τοῦγε ἡλίου τὴν βορειοτέραν διαθέντος ζώνην καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ποταμοῖς ἐνοχλοῦντος, τούτου γε πλεῖστον ἀπέχοντος.

Ita pluviarum hiemalium vicem æſtivam cenſent inundationem Nili. Philo de Profugis:

ὁ γὰρ χειμὼν ταῖς ἄλλαις χώραις ὑερινός, τοῦτ᾽ Αἰγύπτῳ θέρους ἀκμάζοντος ὁ Νεῖλός ἐστιν, ὁ μὲν γὰρ ἄνωθεν ἐπὶ γῆν τὸν ὑετὸν ἀποστέλλει, ὁ δὲ κάτωθεν ἄνω τὸ παραδοξότατον ὕων ἄρδει τὰς ἀρούρας.

27. PRODUXERIT.] Auxerit, locupletaverit. Autumno abundare Nilum, Jordanem æſtate, tradit Jesus Syracides, cap. XXIV.

26. TVMESCIT.] Augetur undis. Manilius lib. III. *Niluſque tumeſcit in auras.* Aeſtate eum augeri jam dictum, & ſic Cleomedes quoque, lib. II.

ὑφ᾽ ὧν καὶ ὁ Νεῖλος πληθύνειν ὑπονοεῖται τοῦ θέρους.

Herodotus Euterpe, Heliodorus lib. II. Mela, Plinius, Strabo lib. XVII. &c. Errat Ambroſius qui vere autumat. Libro de Arca & Noe.

32. VNVM IN AMNEM.] Non ſollicito, In MS. tamen eſt *unum revocantur in agmen.*

33. QVOQVE DIE TITANA CANIS.] Mirum niſi qua nocte. Inepta ſcriptura quam promulgavit Claverius. Noſtri aliorumque produximus capite dicto Adverſariorum. Veram etiamnum arbitramur.

Cumque diem Titane Canis flagrantior armat

Canis exortu increſcere Nilum, res confeſſa. Lucanus, lib. X.

Nilus neque ſuſcitat undas
Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem
Ante parem nocti, libra ſub judice, Phœbum.

Armare diem id eſt calorem Titane Canem flagrantiorem dixit Claudianus, quod eo aſtro nullum ſit ferventius, augeatq; id geminetq;

Solis calorem: Quæ res non intellecta locum corrumpere adegit Librarios. Manilius, libro V.

Latratque Canicula flammas,
Et rabit igne ſuo, geminatque incendia Solis.

Idem lib. I.

Subſequitur rapido contenta Canicula paſſu
Quo nullum terris violentius advenit aſtrum.

Sed nulla controverſia vera hæc eſt Lectio. De Caniculæ ipſa vi contra vanitatem vulgi perpulcrè Geminus, cujus caput XIV. Legas.

34. RAPIT HUMORES MADIDOS.] Inſcitum madidos dici, quaſi eſſent & aridi: Minime ita loquutus umquam Claudianus. In membranis noſtris vitiosè.

Et rapto humores madidus.

Una littera commutata, redibit ſcriptio melior *madidis*. Venis videlicet, inſequentibus. Tamen alia omnino vox deſiderari videtur. Scribe.

Et rapit humorem ſidus.

Sol nimirum, quem *Sideris* nomine cenſeri ſupra docuimus, docentque Moſchopulus & Scholiaſtes priſcus Heſiodi, ut & Pindari Tamen neque ſic non aliud cenſemus illitere, quod nimirum ad *Fontes, amnes,* aut *terras* adeo referatur.

34 VENASQUE CALORE.] Perquam ſcitè Manilius lib. V.

Cum vero in vaſtos ſurgit Nemeaeus hiatus
Exeriturque Canis; latratque Canicula flammas,
Et rabit igne ſuo, geminatque incendia Solis:
Qua ſubdente facem terris, radioſque movente
Dimicat in cineres orbis, fatumque ſupremum
Sortitur, languetque ſuis Neptunus in undis,
Et viridis Nemori ſanguis decedit, & herbis,
Cuncta peregrinos orbes animalia quærunt,
Atque eget alterius mundus: Natura ſuiſmet
Ægrotat morbis, nimios obſeſſa per æſtus.
Inque rogo vivit, tantus per ſidera fervor
Funditur

39. NILO BRUMA VENIT.] Ut excreſcat & effundatur, alioquin ἀχείμων, quod frigus hiemale numquam ſenſerit. Nonnus lib. I. Dionyſiac.

Εὖτε θεοὶ πλεξέντις ἀχείμονος ὑψόθι Νείλου
Ὀρνίθων ἀκίχητον ἐμιμήσαντο πορείην.

37. DEFECTIS.] Languentibus. Phædrus Fab. XXI.

Defectus annis & deſertis viribus Leo

Sæpe Appuleius.

Martialis.

Dulcia defecta modulatur carmina Lingua
Cantator, cygnus, funeris ipſe ſui.

39. SESEQUE PATENTIBUS.] In MS. Codice eſt *petentibus*. Quod acutius, non tamen τοῦ πάντη puto.

40. REMIS SONUERE NOVALES.] Inde ortam in agris Geometriam volunt. Boethius lib. II. de Ea: Inventam eſſe Geometriam Aegyptii dicunt pro neceſſitate terminorum terræ, quos Nilus inundationis tempore effundebat. Ita legendum mihi. Nam à Nilo labefactatos terminos eos dicere vult. Vide Herodotum.

40. FLUCTUAT OMNIS AGER.] Herodotus lib. II.

ἐπεὰν

ἐπεὰν δὲ ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώραν αἱ πόλιες μοῦναι φαίνονται ὑπερέχουσαι, μάλιστα κῃ ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ κόλπῳ νήσοισι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύπτου πέλαγος γίνεται, αἱ δὲ πόλιες μοῦναι ὑπερέχουσι. πορθμεύονται ὦν ἐπεὰν τοῦτο γένηται, οὐκέτι κατὰ τὰ ῥέεθρα τοῦ ποταμοῦ, ἀλλὰ διὰ μέσου τοῦ πεδίου. Alcimus Avitus.

Et ſuper abſentes poſſeſſor navigat agros.

42. CERNIT CUM STABULIS.] Similia in primo Alcimi ejusdem acutis dictis.

Tertius inde Geon Latio qui nomine Nilus,
Dicitur, ignoto cunctis illuſtrior ortu.
quoties tumido perrumpit flumine ripas
Alveus, & nigris campos perfundit arenis.
V! ertas laxatur aqua cœloq; vacante
Terreſtrem pluviam diffuſus porrigit amnis.
Tunc incluſa latet lato ſub gurgite Memphis,
Et ſuper abſentes poſſeſſor navigat agros.
Terminus omnis abeſt, aquatur judice fructu
Annua ſuſpendens conjectus jurgia limes.
Gramina nota videt latus ſubſidere paſtor,
Inque locum pecorum viridantis jugere campi,
Succedunt nantes aliena per aquora piſces.

Alia Elevatio navium ſupra domus, quę contigit aliquando Alexandriæ, effluxu maris ſcaphis in tectis repertis. Nicephorus, lib. X. cap. XXXV. Hiſtor. Eccleſiaſt.

EPIGRAM. XII.

Portus Saronenſis deſcriptio.

Nihil variant toto hoc Epigrammatio Membranæ. Deſcriptionem Portus habes in Poetis alijs. Matone, Noſtro fine Belli Gildonici, Rutilio Numat. lib. I. v. CCXXXVIII. Media Barbaria Joſepho Iſcanio lib. I. Belli Trojani, &c. Inſignem in Libanio Ecphraſi Octava, pag. DCCXVII. Tomi Poſterioris. De Saronico Mela lib. II cap. III. ejusdemq; eruditiſſimus Commentator, Vadianus.

2. PRÆTENTA.] παθητικῶς. Cui mare obtenditur. Illuſtrant exempla alibi data.

3. REMOVENT AQUILONIBUS.] Ab ijs abſcondunt, tutantur.

EPIGRAM. XIII.

Deſcriptio Inſulæ.

Nihil mutant & hoc Epigrammatio membranæ. Scriptum cum cæteris id genus, videtur, ut cum uſus poſceret majoribus inderetur Poematis, quo tempore locus talis in oculis erat.

V. 2. INSULA QUÆ.] Scribe & diſtingue receſſu. Inſula qua reſides fl. m. c. Curvam in portum inſulam deſcribit eodem cum ſuperiore carmine argumento.

V. 3. FRACTASQUE PER UNDAS.] Molem earum retuſam. Horatius *Fractiuque rauci fluctibus Adria.* Sæpius ſic noſter, Papinius, Lucanus, Valerius Flaccus. Quæ brachia hoc Epigrammate, Cornua vocat ſuperiore. Portus hoc genus deſcriptionem ſive ecphraſin lege apud Libanium, unde poſſis Poema illuſtrare quocunq; etiam Spiritu aut Genio conceptum.

EPIGRAM. XIV.

De Concha Serenæ.

Recte ſummus vir Jacobus Cujacius vidit ad Fontem aliquem pertinere hoc Epigrāma, non de mundo muliebri Serenæ particulam.

Qua enim fronte Heliconiam Naida, fontem nimirum ipſam Pegaſeum, cōparet, & in iſtam talem commigrare concham jubeat Claudianus, quæ & manu teneri & nullo negotio profligari poſſit? Quamlibet non neſciamus teſtudines ingentes magno pretio habitas (qualem hic intelligere poſſit Claudianus,) adeo ut Imperatorij ſaltim infantes lavari talibus conſueverint. Capitolinus Albino. *Nam cum Cæſareana familia, hoc ſpeciale habuerit, ut parvuli domus ejus in teſtudineis alveis lavarentur, teſtudo ingens patri ejus, munere piſcatoru allata eſt.* Conchæ vero in ſupellectili fœminarum alioquin, & generatim quicquid ad lotionem, fucum, aut talia ſpectat, deſignare videntur. Juvenalis Sat. VI. de Imperioſa matrona.

conchas & caſtra moveri Nocte iubet.

Unde omne hoc genus Veneri dedicatum à nubentibus puellis uno ſub nomine, vide notata doctiſſimo Caſaubono ad Athenæum, libro VII. Concha Mariæ Stiliconiæ. Honorij Conjugis, in ſepulcro ejus inventa celebrarunt ocularis teſtibus, ex Achate elaborata. In Gloſſario Cyrilli lego. Κόγχη, Conſcapula. Emaculandum, Concha, capſula. Vas lotioni aptum, & deinde per ebrietatem pototium, neque minutum, indicat Juvenalis eadem Satira.

quid enim Venus ebria curat
Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit,
Cum perfuſa mero ſpumant unguenta falerno,
Cum bibitur concha, cum iam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exſurgit menſa lucernis.

Cujus ſuperius indicatum locum conſiderans plenius, pertinere ad hunc Claudiani ut rectè à Cujacio captus eſt, videbis, nimirum tales in uſu conchas fuiſſe, ut totis inibi corporibus lavari potuerint fœminæ. Exemplo nimirum Veneris cum Concha ſua in mari celeberrimę. Quales Λουτῆρες in Sicilia facti duo, ſinguli DCCC. librarum, celebrantur Nicephoro Patriarcha Clar. in rebus poſt Mauritium Græci Imperij, pag. CCXV. Verba integra ſunt.

Balnea nocte ſubit, conchas & caſtra moveri
Nocte iubet, magno gaudet ſudare tumultu.

Non enim de parvo inſtrumento lotionis hæc capi poſſunt. Et ſic cœpit media Barbarie Eroticorum ſcriptor Andreas Capellanus: *Poſt hac,* inquit, *Brito per prata cœpit equitare pulcerrima, & poſt decem ſtadiorum iter in pratum devenit amœnum, ubi omnium florum genera redolebant. In eodem quoque prato jocunda concha reſidebat argenti puriſſimi, in qua ſufficienter equi potus & paqula conſiſtebant. Menſuram trium cochlearium Conchulam ferre & eſſe obſervat Papias* Menſuræ pariter genus agnoſcit Heſychius. Capaces Conchas unguentarias dicit Horatius, prout videlicet luxuria unguento uti conſueverat. *funde capacibus Unguenta de conchis.* Nam & anguſtiores agnoſcit alibi. *Concha ſalis puri* Vaſa floribus ſervandis agnoſcit Martianus Capella lib. IX.

Ing, torum violas certatim fundite conchis,
Pulvinar almum comite.

In mundo muliebrique lautiori conſecratas Conchas Paullus IC. lib. III. Sentent. cap. VII. *Mundo muliebri legato ea cedunt per quæ mundior mulier lautiorq; efficitur, velut ſpeculum, concha, ſituli, item pyxides, unguenta, & vaſa in quibus ea ſunt.* Inter genera poculorū Idem Ibidem: *Argento potorio legato, omnia quæ ad poculorum ſpeciem comparata ſunt, debebuntur; veluti patera, calyces, ſcyphi urceoli, Oenophoria. Conchæ.* Eodem nomine cenſentur & capſulæ quibus pigmenta ſive ceras condunt pictores. Marcianus lib. VII. Inſtit. *Pictoru inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliaq; horum legato cedūt, item penicull, & cauteria, & concha. Concham* vero ad lotionem oris hanc præcipuè deſtina-

tam

ram Claudianus laudat, quomodo manibus lavandis aſcribit Auctor vetuſtiſſimus Puerilium Colloquiorum:

Ἔνδυσον με, δὸς ἐμοὶ ὑποδήματα. Ἔνεγκε ὕδωρ πρὸς χεῖρας Κόγχῃ.

Pedibus, Scholiaſtes Juvenalis, Sat. III. *pelves.*] *Conchas, in quibus pedes lavant, ut vaſa fictilia. ποδόνιπτρα.* In Regiis menſis talium vaſorum uſum alibi notamus. Paullinus Petrocorius lib. III. de Vita B. Martini. In Convivio Maximi Imperatoris.

> *Suſtentant vitreas cryſtalla capacia lymfas,*
> *Cumq; ipſa & concha ſpecies videatur & unda*
> *Non cohibere putes ſuſceptum clauſtra liquorem.*

De Concha majore & minore menſuris Cleopatra in Pigmentarijs, & ex ea Cælius Calcaginus lib. V. Epiſtola VI.

V. I. HELICONIA NAIS.] Caſtaliam fontem dicit, nomine eam colentis Nymfæ.

2. CONCHÆ DIVITIS.] Argenteam dicit, unde laveretur Regina. Sidonius, Libro IV. Epiſt. VIII.

> *Nam cum dignatur Regina hoc tangere vultus*
> *Candor in argentum mittitur è facie.*

Aut Cryſtallinam, velut Paullinus verbis modo propoſitis; pretij utiq; amplioris argenteâ Vide Plinium, vix credes quæ leges.

V. 3. ORBE FLVAT.] Ita rectè Cujaciani cæteriq; calamo exarati libri. Non benè Noſtræ membranæ *Ore* Quod neq; ſic probavimus lib. CII. Adverſariorum.

3. DOCTÆ SERENÆ.] Omnes ſuas Heroinas eruditionis laudat & commendat. Hic excellens ſcriptor, ea de re longa diatriba alibi. De numine Pegaſearum Aquarum omnia ſunt jam nota, nihil ſcripſiſſe benignum eſt.

EPIGRAM. XV.

De Cryſtallo Primum.

Placet ſequi his quantivis pretii Epigrammatis diſtinctionem Cujacianorum Librorum & Joſephi Scaligeri, ſummi talium cenſione judicii, maximique uſus & ingenij viri, Licet neq; noſtræ neque Belgicæ membranæ quippiam à vulgata continuatione Epigrammatum in Elegiam mutent.

V. I. POSSEDIT GLACIES.] Scriptum in ſemiperfectam Cryſtallum, quæ continuerit in ſe aquam, nondum in gemmam redactam. Glaciem in ea agnoſcunt omnes, etiam inde venire Phyſiologi. Dionyſius Periegeſi.

> Κεῖνε γὰρ ποταμοῖο παρὰ κρυμώδεας ὄχθας
> Τέμνοις Κρυστάλλου καθαρὸν λίθον, ὅν τε πάχνην
> Χειμερίην.

Dracontius in Hexaemero.

> *Qui ſcit quo niveus cryſtallus ventre creatur,*
> *Candida materies glacies meditatur hibernas.*

Papinius Epithal. Stellæ.

> *Raraq; longævis nivibus criſtalla gelari.*

Sidonius lib. II. Epiſt. XIII. *ſpumarent falerno gemmæ capaces, inq; cryſtallis calerent unguenta glacialibus.* De eo lege Plinium lib. XXXVII. cap. II. Solinum, cap. XX. Theophraſtum, & Orpheum de Lapidibus, Diodorum libro II. Biblioth. Etymologicon Magnum, Auguſtinum in Pſalmum CXLVII. Chalcidium in Timæum Platonis, p. 421. Sexcentos alios. Nos enim hîc non moramur. Magnitudinem Cryſtalli CL. pondo notant ſummam PLinius & Solinus. Ad quam accedit quam levare ſe vix potuiſſe de terra ſcribit in anno. MCC LXXVI. Annalium ſuæ civitatis conditor Monachus Columbarienſis.

1. NATURÆ SIGNA PRIORIS.] Ut non

non ſit ea amplius, & videatur tamen, inſtar aquę pellucida; Nec enim reſolvitur in aquam aut nivem iſta glacies.

2. SOLLERS LUSIT HYEMS.] Perludum adſtrinxit. Cinna in Smyrna:

Atque imitata nives ludens legitur cryſtallus.

Ludo ſcilicet Naturæ inſigni. Non enim audiendus vir doctus qui in varijs Lectionibus lectionem eam *lucente* commutatum adſuit.

v.4. MISTIS GEMMA TUMESCIT.] Ita rectè ex Cujacianis Libris Scaliger & Claverius. Tumeſcit, uterum velut fert, prægnans ſua ſibi aqua. Hic eſt verus ſenſus. In Noſtro libr. *tumeſcat* parū bellè legitur. MS. Belgicus

vivis gemma tumeſcit aquis.

Quod ad prægnationem eam etiam melius.

EPIGRAM. XVI.

De Cryſtallo ſecundum.

V.1. NYMPHÆ QUÆ TEGITIS] Belle emendarunt hæc eidem ſummi homines. Niſi quod geminanda eadem vox videtur, ut plus habeat acuminis, ut tota hæc Epigrammata ſolent. Optimè *cognato carcere non corpore.* Et ita etiam noſter MS. Codex. Geminant vocem *Nymfa* ambo Codices noſter & Belgicus.

2. QUÆ NUNC ESTIS.] Forma, colore, frigore. Chalcidius in Platonis Timæum: *Non in ſua propria natura perſeverans aqua ſolidatur, & fit terra, ſiquidem eſt humida. Sed quod ea, quæ ſubiacet, videlicet ſilva, contrariam naturam, hoc eſt ſiccitatem, ſuſcipiens, fit ex converſione terra, mutato repente habitu, mutataq; conditione apparens quod non erat. Sed & aquam in ſaxum ſolidari dicit, quia in glacialibus & gelidis locis aqua diu conſtricta mutatur in ſaxum, quod cryſtallus vocatur ab Alpinis gentibus montium Rheticorum. Eſt quoque in Aſia Tripolis civitas, aquis immenſum calentibus vaporata, quæ cum miſſa in formulas diverſas obriguerit, formatur in uvarum, pomorum, aliorumq; figuras.* Contradicunt tamen alij, cum in locis æque calidis Cryſtallus reperiatur, ut Cypro, &c. Vide Solinum, alios. Pulcrè & Anticlaudiani lib. V. Alanus.

in ſpeciem nubis expanſus in æthere ſumme
Pendeat, & donet ſitienti pocula flammæ.
An glaciem gerat in ſpecie, reddetque figuram,
Cryſtalli, perdatque ſuum liquor ipſe liquorem.

Claudiani tamen verba etiam clauſam cryſtallo aquam intelligere poſſunt. Exprimit autem iſta de Græco ſuo trium Hexametrorum Epigrammate.

5. QUIS TEPOR INCLUSUS.] In membranis noſtris diſertim ſcriptum Qui tepor Quod ſi *quemodo* ſonare velis, multum addes concinnitati verborum. Et reſpondet iſti ſic melius ſequens diſtichon.

EPIGRAM. XVII.

De Cryſtallo Tertium.

1. GLACIES ALPINA.] Non dubitaſſet Claverius de Alpino cryſtallo, ſi vel Plinium lib. XXXVII. cap. II. vel Chalcidij, quę modo adſcripſimus legiſſet. Sed quid miramur Alpes? Meis ego oculis vidi, mecumq; diu circumtuli fruſtillum Cryſtalli, quod inferiore parte, qua petræ adhæſerat, longe craſſior & minimè adhuc perſpicua ſilex erat, ſuperiore adeò clara gemma ut vix ulli terſiſſimæ cederet, id repertum me præſente in rupibus Rheni actæ impoſitis prope nobile Haſſiæ in Germania terra caſtrum, quod Rheinfelſam appellant, ſubdito oppido à Sancto Goaro ſive Guarino demominato imminens. Nec vero id ſolum, ſed qui nobis dono ferebat, vim talium non parvam poſſidebat. Miratus ſum ea vidēs fidem

fidem Antiquitatis,notam enim Solinum cap. LV.talium inter Adamantis genera meminiſſe,non majorum juglande, intra cujus amplitudinem erant omnia iſta fruſta, neque niſi ſexangula forma, qua pariter omnia viſebantur Solinus ſuum id traditum hauſit è PLinio, lib.XXXVII.cap.IV. Cujus verba mendoſiſſima è transſcriptore corrigenda ſunt. Ipſum Exſcriptorem exſcripſit Auctor Commentarij in Apocalypſin, B.Ambroſio perperam adſcripti, utpote qui Longobardorum populum commemoret,in cap XXII.

2. NIMIO JAM PRETIÓSA GELU.] Quod miraculum nempe faciebat. Non tamen è gelu Cryſtallum oriri ex aliorum opinioue ſuprà indicatum. Vide Solinum fine capite XX. Et ita ſub regnante Barbaris non omnino ſine Muſis Marbodæus, cap.XLII.

> *Criſtallus glacies multos durata per annos,*
> *Vt placuit doctis, qui ſic ſcripſere, quibusdam,*
> *Grandinis antiqua frigus tenet atq; colorem*
> *Pars negat, & multis perhibent in partibus orbis*
> *Cryſtallum naſci, quas nec vis frigoris ulla*
> *Nec glacialis hiems umquam violaſſe prebetur.*

Ea eſt vera Lectio horum verſuum, antiquis Editionibus affirmata. Male recentiores *Germinis antiqui frigus tenet* Quod nec videre potuit Janus Cornarius qui nullo judicio Macri nomine eum libellum edidit. Cum vero in membranis priſcis Cœnomanenſi Marbodæo inſcribatur, ſuſpicati nos aliquando ſumus, doctiſſimum ejus Civitatis Epiſcopum, Hildebertum, cum legiſſet in Plinio Evacem Arabum Regem tale quid ſcripti ad Neronem miſiſſe, eo nomine commentatum hunc librum, præcipuè cum in Bibliothecis multa ἀνέκδοτα ejus Antiſtitis adhuc lateant, cujus cenſus vitam Mariæ Ægyptiacæ, rythmicis quidem ſed mire doctis & ingenioſis Hexametris ſcriptam,alibi publicamus.

4. LATEX.] Hoc eſt ſummum miraculum horum Epigrammatum. De Eodem Solinum meminiſſe dicas,ſed male cap LV. *In quodam cryſtalli genere invenitur materia, in qua naſcitur ad aqua ſimilis ſplendorem liquidiſſimum, in mucronem ſexangulum utrimque ſecus turbinatus, nec umquam ultrà magnitudinem nuclei avellanæ repertus.* Hæc in eo Scriptore verba exſtant inter mediam Adamantis recenſionem. Præcedunt enim iſta. *Nunc reddemus quot quave adamantum ſint ſpecies. In quodam cryſtalli genere, &c.* Quę quomodo cohæreant nemo non videt: nec quicquam tamen indicat Delrius, librorum veterum collator. Tranſlata vero ſunt è Plinio libro XXXIV.cap.IV. Ubi ſic legitur: *Nunc genera adamantis ſex noſcuntur. Indici, non in auro naſcentis, ſed quadam cryſtalli cognatione. Siquidem & colore translucido non differt, & laterum ſexangulo lævore turbinatus in mucronem aut duabus contrariis partibus, quo magis miremur, ut ſi duo turbines latiſſimis ſui partibus jungantur, magnitudo vero etiam avellanæ nucis.* Hæc ſecutus Solinus de ſuo illum inclulum liquorem adjecit. Scribendum autem exiſtimo. *In quodam cryſtalli genere invenitur. Materia enim Inda naſcitur adæquè, ſimilis ſplendorem lucidiſſimum.* Cryſtallum Indicum omnibus præfert Plinius *Cryſtallo,* inquiens, *Indicæ nulla præfertur.* Adamantem autem iſtum ibidem gigni hic poſitis verbis idem deſignat. Sic emendatus eat Solinus ex Plinio. Hic autem ex illo viciſſim corrigendus,nihil enim certius quam ſcribendum fine hujus commatis. *magnitudo vero intra avellanæ nucis.* Sic hi ſe mutua opera adjuverint.

LIQUIDI SAXI.] Pars enim cryſtalli etiam aquæ relliquiæ.

EPIGRAM. XIIX.

Quod eſt Quartum de Cryſtallo.

1. SPLENDENTI FRAGMINE.] Vitiatam Lectionem eſſe facile perſuadent membranæ noſtræ in quibus apertè legitur *ſplendenti ſanguine* De vena ne mirere, inde enim ortam gemmam videri vult, & mox in eadem re fontem & rivum nominat. Mihi vero & τὸ *Limes* in ſequenti verſu ſuſpectum eſt, non enim de commiſſura, aut ullo limite ſermonem eſſe exiſtimo. Poteſt tamen ut magnus fuerit lapis, & tenuis limes hinc inde per corpus ejus univerſum conſervatam intus aquam duxerit; ut in τῷ *fragmine* ſolum aliquid lateat, vel in voce *Correptam*, uti *ſanguis ſplendens* ingenioſe cryſtallo adſcribatur. Meo animo ſcripſerit Claudianus.

> *Adſpice correptam ſplendenti fornice venam*

τὸ *fragmine* ſanè nullius pretij eſt. Vel *ſplendenti margine* Quod verius etiam cenſeo. Margo enim naturalis fontium fornix aut ambitus. Utcunq; hæc placeant, ex ultimi tamen Epigrammatis ſubventione nec τὸ *fragmine* aſperneris. Ibi enim *rude ſaxum*, & *Informis glacies* dicitur. Si tamen de uno eodemque loquuntur omnia.

6. NON TENUAVIT EDAX.] Cum jam dixerit, nec ventos timere, nec conſtringi calore aut frigore, de perennitate utiq; in poſterum hic loquatur. Scribe.

> *Aetatis ſpatium nec tenuabit edax.*

7. IMMUNIS.] Nullius rei officio aut munere impeditus quia ſui ſemper ſit ſimilis. Immunis, qui nihil patitur. Ovidius de mundo recens create.

> *Ipſa quoq; immunis, raſtroq; intacta, nec ullis*
> *Saucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus.*

Intactum exponunt Gloſſæ. Cum enim Philoxenus: *immunis* ἀνέπαφος Cyrillus: ἀνέπαφον *intactum exponit.* Ut eadem res fuerit Romano ori. Male autem diſtichon huc pertinens ſequenti Epigrammati affixit Scaliger. Prorſus ad iſtud retrahendum eſt.

EPIGRAMMA XIX.

Quintum de Cryſtallo.

1. NONNE VIDES.] Digito certam & oculis ſubjectam rem commonſtrantis, incepato velut viſu. Quarto Conſulatu Honorij.

> *Nonne vides operum qui ſe pulcerrimus ipſe*
> *Mundus amore ligat?*

Lucretius, lib. II.

> *Nonne vides etiam quanta vi tigna trabesque*
> *Reſpuat humor aquæ?*

Libro IV.

> *Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadentes*
> *Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa?*

Virgilius, Georg. I.

> *nonne vides croceos ut Tmolus odores*
> *India mittit ebur. molles ſua tura Sabæi?*

Et ita Græci. Aratus initio Prognoſticorum.

> Οὐχ ὁρᾶας ὀλίγη μὲν ὅταν κεράεσσι σελήνη
> Ἑσπερόθεν φαίνηται;

1. SPUMET.] Infuſo latice, vino puta. Sed de nativa intus aqua loquitur. In noſtris membranis ita legitur.

> *Nonne vides proprius cum ſpumet gemma lacunis*
> *Ut reſluos ducant pocula viva ſinus.*

Quæ ipſa omnino veritas eſt. *Viva pocula*, non manu facta, non arte expolita. Pocula vocat, quia humorem intus habent, vel & quod infundi nativæ cavitati poſſit. Qui non viderit præſentem gemmam talem, fruſtra omnia definiverit. Aldus edidit pocula nulla.

5. MI-

5. MIRA SILEX MIRUSQUE LATEX.] Diſtichon paſſum manus correctorum. Membranæ Cujacianæ. Et lapis eſt merito quod fluit eſtq; ſilex. Belgicæ.

Eſtq, latex merito quod fluit & lapis eſt.

Noſtræ.

Et merito lapides quod fluit & lapis eſt.

Aldini.

Et lapis eſt merito quod fluit & lapis eſt.

Voculæ duæ *Silex* & *latex* omnia hic agunt. Mihi Poeta reliquiſſe videtur ad Cujacianam ſcripturam.

Mira ſilex miruſque latex: Qui flumina vincit

Eſt lapis ex merito; quod fluit eſtne ſilex?

Hoc enim poſtremum miraculum eſt ipſum, neque poteſt definiri eſſe ſilicem quod fluat. Omnino vera reſtitutio eſt, neque plerisque locis non omnium principes ſunt illæ membranæ, nodosq; omnium deſperatiſſimos ſolverunt. Latex propritim Aquam denotat. Rheminius de Ponderibus & Menſuris.

Nam libra, ut perhibent, beſſem Sextarius addit,

Seu puros pendas latices, ſeu dona Lyæi.

Sedulius lib III. cap. I. Operis Paſchalis: *Terrenus abſceſſerat potus, ſcilicet ut cæleſtis intraret. Convertit ergo Chriſtus tunc latices, in vini ſpeciem tranſeuntes.*

EPIGRAM. XX.

De Cryſtallo Sextum.

2. ONUS.] Vides magnam molem fuiſſe, ut ſuprà ſuſpicabamur.

3. PERSPICUO.] Membranæ noſtræ *Proſpicuo* male.

3. NYMFAS.] Belgicus Codex cum noſtro limfas Et ſic ſupra. Neq, illud Cujacianorum Codicum adſpernetis: vide Adr. Behotij Apophor. lib. I. c. XVII.

6. OSCULA FIGIT.] *Fixit* agnoſcunt membranæ.

EPIGRAM. XXI.

Quod eſt de Cryſtallo Septimum.

2. RUBRO MARI.] Omnibus gemmis inde oriundis. Alibi.

& rubro dotanda mari.

4. SED RARAS INTER HABETUR OPES.] Ita pleriq; omnes libri, neq; de immaniſſimo Cryſtalli pretio ignota ſunt quæ Plinius alijq, tradunt. Ego tamen acumen h c fuiſſe, & paulla mutatione corruptum eſſe ſuſpicor, aut clauſula carmen defiei. Noſter Codex, cui familiare omnibus abſentire, juvat conjecturam. In eo enim diſertiſſimè erratum in hunc modum *nulla figura*

Gratia. ſex oves inter habetur opes.

Emaculem. *Sexta omnes* Ut ſexto numero inter raras opes cryſtallum ponat. Qua fide vel auctoritate, ignoro. Libuit tamen veritatem ſcrutari. Simpliciorem enim vulgatam ſcripturam quam pro tam generoſo vate, nemo inficiabitur.

EPIGRAM. XXII.

Prius Græcorum de Eadem.

Hoc ita interpretabamur adoleſcentuli.

Cryſtallus nive nata, manu fabrefacta virili,

Aeternum invariata tibi menſtrat imagine mundum.

Cælum amplexum intus ſævi fera marmora ponti.

In Anthologiæ Epigrammatum libro IV. Qui ſervavit duo nobis hæc Græca, appicta eſt Gloſſa ſemiveteris cujusdam Scholiaſtæ:

εἰκόνα κόσμου) ἤγουν αἰθέρα· οὕτω γὰρ φλογερός ἐστιν ὁ λίθος, ὥστε εἴ τις αὐτὸν ἐπάνω

θείη ὕλης, ἐξ ἐναντίας ἀστράπτοντος τοῦ ἡλίου, ἐγείρει καπνὸν, καὶ ὕλην καταφλέγει. ἔχοντος.) γέγραπται καὶ ἔχουσα.

EPIGRAM. XXIII.

Quod eſt Poſterius Græcum in Eandem.

Eadem opera ita iſtud tranſtulimus.

Dic age mi Cryſtalle, latex lapideſcere juſſus.
Quis ſtrinxit Boreas. Cui reſoluta? Noto.

EPIGRAM. XXIV.

In Seirenas.

Suavis materia in deſcribenda voluptate mortifera, communi incautorum hominum peſte, multis veterum luſus exegit, parum iis notos qui de induſtria Fabulas tractare aggreſſi, inceperunt tamen vix, quæ perficere profeſſi ſunt, vt manifeſto Sexaginta noſtri de Philoſophia Ethnica Commentarij docebũt. Unde huc aliquid, ne jejuna nimium prodeat commentatio, exceptum traducere allubuit. Natæ Seirenes de Cornu Acheloi fluvij, quod Hercules fregerat ei in Lucta, cum ob Deianitam congreſſi eſſent. Libanius Progymnaſmatis.

Δηϊάνειραν τὴν Οἰνέως ἐβούλετο μὲν γαμεῖν Ἡρακλῆς. εἶχε δὲ τὸν ποταμὸν Ἀχελῷον ἔρως τῆς κόρης. ὁ δὲ ἀμφοτέρους δεδοικὼς, οὐδέτερον χαρίζεται. στήσας οὖν ἆθλον τὴν θυγατέρα, διαγωνίζεσθαι ἐκέλευσε. καὶ Ἡρακλῆς ἐνίκα παλαίων, τὸ κέρας ἀνασπάσας τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὸ αἷμα ἔῤῥει, ἀφ' οὗ Σειρῆνες ἐγένοντο.

Ratio fictionis manifeſta ex eo quod in Amore ſuperatus irreconciliabili odio perſequitur victorem, neque læſus deſiſtere poteſt, quin dolo & ſuavitate ſermonis deceptum, quem virtute non poteſt, lædat atque exſtinguat incautum dulcidicentia. Ideoque nihil ſaluti æquè neceſſarium, quam vbi loca conſortiumque talium adiveris, contraria omnia dictis eorum agere, quo pacto à Sirenum cantu exemiſſe Argonautas dicitur Orpheus, Apollodorus lib. III.

παραπλεόντων δὲ Σειρῆνας αὐτῶν, Ὀρφεὺς τὴν ἐναντίαν μοῦσαν μελῳδῶν, τοὺς Ἀργοναύτας κατέσχε.

Aut adeo aures obturate, ſive cera quæ frigori non cedat facilè, ſive ſalſa aliqua materie, quæ ignem non metuat, id eſt acrimonia ingenii, & judicii conſtantia. Libanius idem Orat XIX. Pro Saltatoribus.

διεφθάρης οὖν καὶ αὐτὸς, ἢ κατὰ τὸν Ζαμόλξιν, ὑπὸ γῆς διαιτῶν, ἢ διέφυγες τὴν ἄλμην ἢ κηρὸν ἐμβαλὼν τοῖς ὠσὶν, καὶ τὰς Σειρῆνας παρέπλεις.

Quod ſi meliorem rationem audiant, inveterato odio feri mortales, tantum abeſt ut ſequantur perſuaſi, uti fractis contra artibus ſuis, ſe ipſos peſſumdent potius. Ita de Seirenum obitu Orphei perſona Argonauticis. v. MCCLXXX.

Δὴ τότε φορμίζοντος ἀπὸ σκοπέλου ἐφ' ἑστῶτος
Σειρῆνες θάμβησαν, ἑὴν δ' ἄμπαυσαν ἀοιδήν·
Καὶ ῥ' ἡ μὲν λωτοὺς, ἡ δ' αὖ χέλυν ἐκβάλε χειρῶν,
Δεινὰ δ' ἀνέστενάχησαν ἐπεὶ πότμος ἦεν λυγρὸς
Μοιριδίου θανάτοιο. σφᾶς δ' ἀπὸ ῥωγάδος ἄκρης
Ἐς βυθὸν ἐδίσκευσαν ἁλιῤῥοθίοιο θαλάσσης.

At hinc omnem noxiam dulcedinem hæc monſtra ſignarunt, ſummo nimirum odio hominum

minium ex Amoris rebus primum otiundo, cum rivalitas omnem facile in brutis pectoribus rationem deleret, eum perpetua & fatali adjecta conditione, perirent ipſa, quamprimum aliquis eorum fraudes evaſerit. Higinus cap. C X L I. *Sirenes Cereris voluntate, quod Proſerpina auxilium non tulerat, volatica ſunt facta. His reſponſum erat tam diu victuras, quam diu cantantes eas audiens, nemo eſſet prætervectus. Quibus fatalis fuit Vlyſſes. Aſtutia enim ſua cum præterna vigaſſet ſcopulos, quibus immorabantur, præcipitarunt ſe in mare. Conſtringiſſe ad Malum navis fecerat Vlyſſes indicans malas linguas niſi vinctum prorſus & obſtinatum virtuti animum ſuperare non poſſe.* Robur enim navis malus, & unica ejus officii gubernatrix ſuſceptrixque, quo auxilium cœleſte humanitati adeſt. Adjiciam de iis ut incident alia. Homerum fictione defendit, neque trivertiecem rupem Seirenas eſſe, quæ tres fuerint fictæ, contra Eratoſthenem docet Strabo, libro I. Geograph. Fuerunt Meretrices, fatalis adoleſcentiæ clades, exemplo Vlyſſis prudentibus cavendæ etiam vincto corpore. Methodius Sermone.

περὶ δὲ αὐτιξουσίου, ὁ μὲν Ἰθακήσιος γέρων, κατὰ τὸν τῶν ἑλλήνων μῦθον, τῆς Σειρήνων βουλόμενος ἀκοῦσαι ᾠδῆς, διὰ τὴν τῆς φωνῆς ἀκόλαστον ἡδονὴν, δεσμώτης ἔπλει εἰς τὴν Σικελίαν, καὶ τὰς τῶν ἑταίρων ἐνέφραττεν ἀκοὰς, οὐκ ἐκείνοις ἕνεκα τῆς ἀκροάσεως φθονῶν, οὐδὲ ἑαυτὸν δεσμῷ περιβάλλειν ἐπιθυμῶν, ἀλλ' ὅτι τέλος τῆς ἐκείνων ᾠδῆς τοῖς ἀκούουσι θάνατος ἦν, τοιαῦται γὰρ παρ' ἕλλησιν ἡδοναὶ Σειρήνων.

Pulcrè Fulgentius, in cujus libros Mythologicos infarctæ ſunt mille ſtupidorum Grãmaticaſtrorum næniæ, lib. II. cap. VII, *Seirenes Græca Tres tractoria* (ſic legendum, non *Trattatoria*) *dicuntur. Tribus enim modis illecebra Amoris trahitur, aut cantu, aut viſu, aut conſuetudine. Amantur enim quadam ſpeciei venuſtate, quadam etiam* (emacula, *quadam ſpecie venuſtate quadam cantilena, lenocinante, etiam conſuetudine*) *lenocinante conſuetudine. Quas Vlyxis ſocii obturatis auribus tranſeunt, ipſe vere religatus tranſit.* (dele vocem alteram repetitarum, aut ſcribe *religatus audit*) *Vlyxes enim Græce quaſi* ὅλων ξένος, *id eſt, omnium peregrinus dicitur. Et quia Sapientia ab omnibus mundi rebus peregrina eſt, ideo aſtutior Vlyxes eſt. Denique Sirenas, id eſt delectationum illecebras, & audivit & vidit, id eſt agnovit & judicavit, & tamen tranſit nihilominus: Ideo & quia audita ſunt, mortua ſunt.* In *ſenſu enim ſapientis omnis affectus emoritur. Ideo volatiles, quia amantum mentes celeriter permeant.* (ſcribe *prætermeant* vel ita cape.) *Inde gallinaceos pedes* (Lege gallinacei iis pedes) *quia libidinis affectus omnia quæ habet ſpargit.* Nam deniq; & Sirenes dictæ ſunt. σύρειν enim Græce trahere dicitur. Vltimo commate Scribam. *omnia quæ habet clam, ſpargit Denique & Sirenes.* Ita ſane temerati ſunt ab exſcriptoribus hi libri, ut auctoris nativa vitia etiam cedant in ſititiis, quod magnum eſt dicere. Hinc monſtra fixerunt alii, animantia rapacia, hujus nominis, quæ agnoſcere etiam volucrunt Scripturam, ut alibi dictum. Eo ſenſu Heſychius.

Σειρῆνες αἱ μὲν ἔξω γυναῖκας φησὶ μελῳδούσας, ὁ δὲ ἀκύλας στρουθοκάμηλον.

Aquilam interpretem Scripturæ dicit, qui Struthocamelos in Eſaia Sirenas reddiderit, cum οἱ ἔξω, id eſt, Ethnici, Virgines aut Mulieres finxerint cantatrices. Vide Beatum Hieronymum, qui nunc Hæreticos, nunc homines voluptati plane addictos nunc alia monſtra harum vocabulo intelligenda docet. Alii Clementius, qui vim Animæ Muſicam ceperunt. Suida.

Σειρῆνες αἱ τῆς ψυχῆς ἐναρμόδιοι καὶ μουσικαὶ δυνάμεις.

Quo nomine & Templa iis erecta habuit Antiquitas, ut fuit memoratum Straboni, dicto primo libro. Alii per eas neſcio quas ecoperunt machinas cantatrices. Moſchopulus.

Σειρῆνες, μηχανήματα τινὰ κατὰ γῆς ἐμυθεύοντο, οὕτως ὀνομαζόμενα, μέλος ἄῤῥητον ἀναπέμποντα, ἀφ᾽ οὗ Σειρήνεια μέλη.

Sitenem veſtem tenuem interpretatur Harpocration, à Siro, ſi bene memini, deducens, errore ridiculo, quaſi ignorabile fuerit textum Sericum, quod adeo pellucidum & tenue norant fingere veteres, uti vix videretur cuti inductum, quam artificioſam nuditatem, æſtibus inſultantem, dicit Petrus Chryſologus, & nos perſequimur ad Petronium. Chriſtiani his pulcrè adſimilant omnes mundi delicias, omnia ablectamenta ſeculi, quæ non poſſunt non diſtinere animum occupatum vel avertere a Deo. Pulcrè Paullinus, ſive quicunque auctor, non enim Nolanum puto, ad Jovium: *Eſto*, inquit, *Peripateticus Deo, Pythagoras mundo, veræ in Chriſto Sapientiæ prædicator, & tamdem tacitus vanitati pernicioſam iſtam inanium dulcedinem litterarum, quaſi illos patriæ obliteratores, de baccarum ſuavitate lotophagos, ut Sirenarum carmina, blanditorum nocentium cantus evita. Dicam non literas tantum ſed & omnes rerum temporalium ſpecies nobis eſſe lotophagos vel Sirenas. Nam & Voluptatum peſtifera dulcedo patriæ nobis oblivionem facit, & illecebræ cupiditatum illam Sirenarum fabulam cladis veritate imitantur. Nam quod illæ Sirenes fuiſſe finguntur id verè ſunt illecebræ cupiditatum, & blandimenta vitiorum. Habent enim in ſpecie lenocinium, in guſtu venenum, quorum uſus in crimine, pretium in morte numeratur. Has oportet ultra Vlyſſis aſtutiam cauti, non auribus tantum, ſed & oculis obſeratis & animo, quaſi navigio prætervelante, fugiamus, ne ſollicitati delectatione lethifera in Criminum ſaxa rapiamur, & ſcopulo mortis affixi, naufragium ſalutis obeamus.* Ita conciliata hæc monſtra, ut odiſſent homines, ſi quos autem caute ſe fugientes cernerent, eos allicerent. Methodius apud Epiphanium, Hæreſi LXXIV. contra Origenem:

καὶ γὰρ φθάνουσιν οἱ ἐξαπατῶντες πολλάκις τοὺς διδάσκοντας, καθάπερ καὶ αἱ Σειρῆνες τοὺς φεύγοντας αὐτὰς κρύπτουσι μακρόθεν τὸ μισάνθρωπον τῇ καλλιφωνίᾳ.

A ſumma illa, licet pernicioſa, ſuavitate cantus, exinde Proverbium, Concordia, aut dulcedo Seirenarum, qua nulla potior fingi poſſit. Petronius: *tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertentatum mulcebat aera, ut putares inter auras canere Sirenum Concordiam.* Ælianus lib. XII. cap. I. Variar.

φώνημα δὲ εἶχεν ἡδὺ, καὶ ἁπαλὸν, εἶπεν ἄν τις λαλούσης αὐτῆς ἀκούειν Σειρῆνος.

Lib. II. cap. XX. de Platone: περὶ τῶν Διονυσίων ἦ παρελθὼν ἤκουσε Σωκράτους, καὶ ἅπαξ αἱρεθεὶς ὑπὸ τῆς ἐκείνου Σειρῆνος, τοῦ ἀγωνίσματος οὐ μόνον ἀπέστη τότε ἀλλὰ καὶ τὸ γράφειν τραγῳδίαν ἀπέῤῥιψε.

Æſchines contra Cteſiphontem. Ariſtænetus Epiſt. Heliodorus Æthiop. Achilles Tatius. lib. III.

κἂν Σειρήνων τις γένηται πιθανώτερος, ὁ ἀνδροφόνος οὐκ ἀκούει. Lucianus de Electro. ὀλίγους μὲν κύκνους ἐνίοτε ἑωρῶμεν ἐν τοῖς ἕλεσι τοῦ ποταμοῦ, καὶ κρώζουσιν οὗτοι πάνυ ἄμουσον καὶ ἀσθενὲς, ὡς τοὺς κόρακας ἢ τοὺς κολοιοὺς Σειρῆνας μὲν εἶναι πρὸς αὐτούς.

Nomina earum recenſet Scholiaſtes Apollonii ad Libtum IV.

ἠκολούθησεν ἡ ὁδὸς, οὕτως ὀνομάζοντι τὴν νῆσον τῶν Σειρήνων. Νῆσον ἐς ἀνθεμόεσσαν ἵνα σφίσι δῶκε Κρονίων. Ὀνόματα δὲ αὐτῶν. Θελξιόπη, ἡ Θελξινόη, Μολπὴ, Ἀγλαόφωνος.

Meretrices fuiſſe notat & Iſidorus, etiam cantu expreſſas, lib. XI. cap. III. Vbi mythologia integra, ex aliis ſcriptoribus ponitur: *Sirenes tres fingunt fuiſſe, ex parte virgines, ex parte volucres, habentes alas & ungulas, quarum una voce, altera tibiis, tertia lira canebat. Quæ illectos navigantes ſuo cantu in naufragia trahebant. Secundum Veritatem autem meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam ad egeſtatem duce-*

dicebant, iis ficta ſunt inferre naufragia. Alas autem habuiſſe & ungulas, quia Amor & volat & vulnerat. Quæ inde in fluctibus commoraſſe dicuntur, quia fluctus Venerem creaverunt. Diabolo ipſi comparant, alii Chriſtiani ſcriptores, ut Wolbero ex antiquioribus commentator Cantici Canticorum in fine ipſo: *Dicuntur quædam marinæ beſtiæ, quæ Sirenæ nuncupantur, quæ dum navigantes dulcedine ſui cantus alliciunt & attrahunt, ſubito incautos & negligentes ſubmergunt. Hoc modo carnales quique in hujus mundi pelago quaſi navigantes carnalis vitæ dulcedine tenentur repente ſalutem animæ ſuæ negligentes, ab immundis Spiritibus ad æternam mortem rapiuntur.* Inconditas turpeſque Voluptates, ab Vlyſſe Sapientiæ dotibus inſtructo pulcrè vitatas Theophylactus Simocata, Epiſtola LXXXII.

καὶ τὰ τῆς ποιήσεως, inquit, παίγνια πάσης σύμπλεα σοφίας καθέστηκε, κηρῷ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους διαβῦσαι τὰ ὦτα φησὶν ὁ τοῦ Μέλητος ὅτε ταῖς ὁλκάσι πρὸς τὰς ἀγκάλας Σειρῆνας ἀνήγοντο, τὸν δὲ Λαέρτου δεσμοῖς ἀπεργάσασθαι ὡς ἐν εἱρκτῇ δυσφύκτῳ ἦν, μυθολογεῖται τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀπόρρητα. Σειρῆνας γὰρ δοκῶ τὰς ἀσχήμονας ἡδονὰς τὴν ποίησιν ἀπαλάττεσθαι, καὶ θαυμάζω λίαν τὸν ποιητὴν συγκείνοντα τοῖς πράγμασι τὴν ἀλήθειαν.

Extat Epigramma in eamdem rem Feſti Avieni, qui pleramque Poeſin Græcam olim Latinis numeris expreſſit, non indignū quod & hic legatur, etiam emaculatius; id omnia cantionum genera Seirenibus vindicat, indicio nullibi non metuendam in delectationibus peſtiferam moram. Verba ſunt.

Seirenes varios cantus, Acheloia proles,
Et ſolita miros ore ciere modos,
Illarum voces, illarum Muſa movebat
Omnia, quæ Thymele carmina dulcis habet.
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur,
Quodque foraminibus tibia mille ſonat;
Quodque leves calami, quod mollis cantat aedon,
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.
Illectos nautas dulci modulamine vocis
Mergebant avide fluctibus Ioniis.
Sanguine Siſyphio generatus donec Vlyſſes
Inſolita tutos præſtitit arte ſuos
Illevit cera ſociorum callidus aures,
Atque ſuas vinclis præbuit ipſe manus.
Tranſiliit ſcopulos & inhoſpita littora claſſis,
Illa præcipites deſiluere freto.
Sic blandas voces nocituraque carmina vicit
Sic tamdem exitio monſtra canora dedit.

Habitacula monſtrorum Sirenides inſulæ nuncupabantur, circa Sardiniam & Siciliam ſitæ. Martianus Heracleota v. CCXXII.

Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δὲ νῆσοι πελάγιαι
Κύρνος τε καὶ σχεδὸν μεγίστη λεγομένη
Μετὰ τὴν Σικελίαν, αἵτε πρὶν ποτὲ
Σειρηνίδες, Κίρνης αἱ νῆσοι λεγόμεναι.

Quicunque is ſcriptor fuit, nomen ſanè Romanum falſo præfert. Tres autem erant diverſæ nominibus, monſtroſis formis ſimiles, cantuque peſtifero pares. In de tricinium iis pulcrè adſcribit Symmachus Lib. I. Epiſt. XLI. *Non illius cœli aut ſoli illecebram retinax adventorum lotos æquaverit, & ſuada Circæ pocula,*

cula, & tricinium ſemivolucrium puellarum. Nomina ſupra ex Apolloniano Scholiaſta poſuimus, eadem commemorat Homericus Odyſſ. M. Qui Inſulæ vetus nomen, indicat, ex que fabula fabulam ſerit, etiam tribus vulgatis quartam adjiciens.

κατὰ τοὺς πολλοὺς Ἀχελώου καὶ Στερόπης τῆς Παρθάονος αἱ Σειρῆνες, κατ' ἐνίους δὲ Ἀχελώου καὶ Τερψιχώρης, μιᾶς τῶν μουσῶν, ἐλόμεναι δὲ τὴν παρθενίαν ἐμισήθησαν ὑπὸ Ἀφροδίτης, καὶ ἔχουσαι πτερὰ ἀνέπτησαν εἰς τὸ Τυῤῥηνικὸν κλίμα, καὶ νῆσον κατέσχον Ἀνθεμοῦσαν ὀνομαζομένην. Ὀνόματα δὲ αὐτῶν. Ἀγλαοφύμη, Θελξιέπεια, Πεισινόη, καὶ Λίγεια.

Homero duæ tantum notæ, nec nominatæ. Euſtathius in Periegeten, ubi & ſepultarum loca commemorat.

κατὰ μὲν Ὅμηρον αἱ Σειρῆνες δύο, καὶ ἀνώνυμοι, κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους ποιητὰς, τρεῖς, καὶ ὀνόματα αὐταῖς παρθενόπη, Λίγεια, καὶ Λευκωσία, αἳ παρὰ τὸ πλεῦσαι τὸν αὐτὰς Ὀδυσσέως καὶ μὴ θελχθέντος οἷς ἐμελῴδουν, νικηθεῖσαι τῇ ἀθυμίᾳ κατέῤῥιψαν ἑαυτὰς εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀποπνιγεῖσαι ἄλλη ἀλλαχῆ ἐξεβράσθησαν, ὧν ἡ Παρθενόπη πρὸς τῇ Νεαπόλει τέθαπται, πόλει Καμπανῶν εὐδαίμονι, καὶ ἐκεῖ τετίμηται.

Vt Parthenope ei loco, ita alteri nomen dedit Ligeia. Solinus cap. VIII. *Mox in Brutiis extructum Templum ab Vlyſſe Minervæ. Inſula Ligea appellata abjecta ibi* (emẽda *ab ejecto ibi*) *corpore Sirenis ita nominata. Parthenope à Parthenopes Sirenis ſepulcro, quam Auguſtus poſtea Neapolin eſſe maluit.* Leucoſiæ ſepulcrum memorat Martianus Capella lib. VI. cap. de Sardinia: *Contra Paſtanum Leucaſia eſt à Sirene ibi ſepulta nominata.* Nomina, cultum & Templa circa ſua loca tradit etiam Auctor περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων vulgo Ariſtoteles. Nota cætera, & de Proverbio è dulcedine vocis dictum ſuprà, quibus adjice quod Magiſtri ſui, ut bonum videlicet diſcipulum decebat, Epicuri dogmaticas Seirenes celebrat Diogenes Laertius Lib. X. ſummam dexteritatem ſuavitatemque eloquii & doctrinæ indicans.

τοῦδ' ἀνδρὸς, inquit, μάρτυρες ἱκανοὶ τῆς ἀνυπερβλήτου πρὸς πάντας εὐγνωμοσύνης ἥτε πατρὶς χαλκαῖς εἰκόσι τιμήσασα, εἴτε φίλοι, τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι δύνασθαι, οἵτε γνώριμοι πάντες ταῖς δογματικαῖς αὐτοῦ σειρῆσι προσκαταχεθέντες, πλὴν Μητροδώρου τοῦ στρατονικέως.

De qua uſque in cladem dulcedine, etiam Boethius lib. I. de Conſol. Vbi Philoſophia Muſas increpat. *Hæ ſunt*, inquit, *quæ hominum mentes adſuefaciunt morbo, non liberant. Sed abite quantocyus* (ita optimæ membranæ, vulgo *abite potius*, nulla vi) *Seirenes uſque in exitium dulces, meiſq; cum Muſis curandum ſanandumque relinquite.* Et meminerat Eucherius Epiſtola ſive Parænesi illa longe excellentiſſima ad Valerianum, ſi locus inquinatus non eſſet. Eduntur verba: *Duæ res præcipuæ ſunt quæ maxime homines in negotiis ſeculi vinctos tenent, & eblanditis ſenſibus captos illecebroſo amore conſtringunt. Opum Voluptas, & Honorum dignitas. Quarum prior non voluptas ſed egeſtas, ſequens non dignitas ſed vanitas appellanda eſt. Hæc utraque alternis nodis irretitis greſſus impedit, fallax complexa collegium. Hæ peſtifera pectoribus humanis blanda deſideriis vitia inſpirant defatigataſque mentes mortalium facili jucunditate ſollicitant.* Quæ ſigillatim poſtea exſequitur. Sed quid in poſtremo commate ſani acutive ſenſus ſupereſt? Vtique ſcripſit Eucherius allusu ſolito eruditionis ſecularis: *Hæc utraque alternis nodis irretitos greſſus impedit, fallax complexu collegium. Hæ peſtifera pectoribus humanis blanda, ceu Seirenes vitia inſpirant, defatigataſque mentes mortalium*

Unum fatali jucunditate ſollicitant: Sic loquetur tamdem Eucherius quæ res & uſus ejus cum ſermonis ſolito acumine poſtulabant.

V. 1. DULCE MALUM PELAGO.] Nautis imminens. Pulcrè Nonnus initio Libri II. Dionyſiac.

ὡς δ᾽ ὅτε τις Σειρῆνος ἐπίκλοπον ὕμνον ἀκούων
Εἰς μέρον αὐτοκέλευστον ἀώρελος εἵλκετο Ναύτης
Θελγόμενος μελέεσσι, καὶ οὐκέτι κῦμα χαράσσων,
Γλαυκὸν ἀκυμάντοισιν ὕδωρ λεύκαινεν ἐρετμοῖς.
Ἀλλὰ λιγυφθόγγοισι πεσὼν ἐπὶ δίκτυα μοίρης
Τέρπετο πηδαλίοιο λελασμένος.

Martialis. Seirenas hilarem navigantibus Pœnam.

1. VOLUCRES PUELLÆ.] Hæc earum forma pingebatur & ſcribebatur, ut pulcræ inter ſpecioſiſſimas puellas, cantu gratæ inter aves maxime canoras haberentur. Ælianus lib. XVII. Animal. cap. XXIII.

καὶ ἄλλα μὲν ποικίλα καὶ οὐ πάντη τὸ εἶδος εὔρητα, μελῳδίαν τε καὶ εὐστομίαν καὶ εὐγλωττίαν ἄμαχα, ὡς εἶναι μήτι καὶ παχύτερόν ἐστι, Σειρῆνας τινας ἢ καὶ τούτων γε ἐγγύθεν, καταπληροι γὰρ ὡς ἦσαν καὶ τοῦ μύθου κόραι, καὶ τοὺς πόδας ὄρνιθες ἐδόκουν, ποιηταὶ δὲ ᾄδουσι καὶ ζωγράφοι δεικνύουσι.

Auctor tam Pictorum quam Poetarum veterum Princeps, Doctorque, Homerus, de cujus fictione vide Theophylactum Simocattam Epiſt. LXXXII.

3. MUSICA SAXA FRETIS.] Non dubito mendoſa abhinc multa in hoc Epigrammatio, non adeo quidem alioquin elaborato, ut accuratam intentionem auctoris reſtari poſſit, Cum vero membranæ nullæ, niſi de quibus vulgatæ Editiones & Clavetiana, quam ferè expreſſimus, factæ ſunt, fragmentum iſtud habuerint, ſupervacuum dicas nemini approbandis conjecturis otium perdere. Notes potius quædam non prorſus vulgaria. Muſis erant qui ideo inferiores fingerent Sirenas, quod Sapientia ſine delectatione etiam amanda, & hujus titillationibus omnino præferenda eſſet. Clemens Alexand. I. Stromat.

Μούσας Σειρήνων ἡδίους ἡγεῖσθαι πυθαγόρας παραινεῖν, τὰς σοφίας ἀσκεῖν μὴ μετ᾽ ἡδονῆς διδάσκων, ἀπατηλὸν δὲ τὴν ἄλλην διελέγχων ψυχαγωγίαν, οὐκοῦν πλατύνειν τὰ φυλακτήρια χρὴ ποτὲ κενοδοξίαν ζηλοῦντας.

Quorum verborum primo commate ſcitius legas. τὰ τῆς σοφίας ἀσκεῖν μὴ μετ᾽ ἡδονῆς διδάσκων. Concertaſſe itaque inter ſe ajebant, victaſque & pennis ſpoliatas Sirenas, Muſas ſuperatrices ſpoliis ſe harum exornaſſe. Julianus Imperator. Epiſt. XLI.

ἀλλὰ οὐδὲ τὴν Θαμύριδος τοῦ Θρᾳκὸς τελευτὴν ἤκουσεν, ὃς ταῖς Μούσαις οὐκ εὐτύχως ἀντεφθέγξατο, τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρῆνας λέγειν, ὧν ἔτι τὰ πτερὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου φέρουσιν αἱ νικήσασαι.

Ei rei mythologia non incongrua ſit quam illuſtris Eques Anglus Franciſcus Baconius poſuit cap. XXXI. libelli de Sapientia Veterum. Jungenda autem hæc *habitabant Muſica ſaxa dulcia monſtra fretis, & pericula blanda maris.* Et ſic tamen ſpirant intruſionem correctoriam. Saxa habitaſſe convenit ei, quod traditur aliis, deſertos ſcopulos habitaſſe, adjecerint licet indidem non niſi cupiditate victis immodica nocuiſſe. Dio Chryſoſtomus, Oratione.

ἀδέξιοι μὲν γὰρ πάντες, αἱ δὲ Σειρῆνες ἄλλο τι ἐποίουν, ὡς ὁ μῦθος φησίν; οὐκ ἀπώλλυον τοὺς σφόδρα ἡσθέντας αὐταῖς; ἀλλ᾽ ἐκεῖναι μὲν ἔρημοι ἦσαν πελάγει, καὶ μακρὰν ἀπῳκισμέναι καθ᾽ αὑτάς, ἐπὶ σκο-

πέλυ πνὲς, ὥστε μηδεὶς ῥαδίως παρέβαλλε.

3. DULCIA MONSTRA.] Initio dulce malum appellavit. Boethius *uſque in exitium dulces.* *Monſtra* quia omnia marina animantia hoc cenſebantur, ut ſupra monitum: vel & ob figuram. Gallinaceis enim ſubtus ſimiles erant. Higinus Fab. CXXV. *Tunc ad Sirenas, Melpomenes Muſæ, & Acheloi filias venit, quæ partem ſuperiorem muliebrem habebant, inferiorem autem Gallinaceam.* Tam vero dulcia, ut ipſis calceamentis quædam ineſſet Gratioſitas, quo utique figmento inſania Amoris notatur, uti ea apud Poetas ſupereſt, quorum Anacreon voto aliquo magno poſcit Odario XX.

> Καὶ σάνδαλον γενοίμην
> Μόνον ποσὶν πατεῖν με.

Clemens Alexandrinus fine Stromatei IV. ὁ μὲν οὖν Εὐριπίδης, χρύσεαι δέ μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ, φησὶ, καὶ τὰ Σειρήνων ἱρόεντα πέδιλα ἁρμόζεται, βάσομαί τ' ἐς αἰθέρα πολὺν ἀερθεὶς, Ζηνὶ προσμίξων.

Quæ quidem verba nobis magis Pindaricum quid Euripidæum tinniunt. De Dulcedine Seirenum etiam Nonnus, initio l. XXII.

> Καὶ Σικελῆς ἐλίγαινεν ὑπὸ ζυγὰ ῥυθμὸν ἀοιδῆς
> Οἷον ἀνεκρέκετο μελιγλώσσων ἀπὸ λαιμῶν
> Τμιοπέλει Σειρῆνες.

Et Zacharias Scholaſticus de Mundo.

πλάτων καὶ οἱ λοιποὶ σοφοὶ τῶν ὑμετέρων περὶ γεγράφασι θεῶν, μᾶλλον δὲ πονηρῶν δαιμόνων, τὰς Σειρῆνας μιμούμενοι τὰς Ὁμηρικὰς, τῇ τῆς Μουσικῆς ἡδονῇ τῶν φιλακροωμένων κατακηλήσας τὰ ὦτα καὶ θανάτῳ ζημιώσας τοὺς πειθομένους.

Emendandus in Formæ iudicio Nicolaus Clemang.us malorum Temporum ſic ſatis bonus auctor. Epiſtol. LIV *Quæ ut ſuam pudicitiam oculis ſpectantium manifeſtent, toto propè exſerto pectore ſeminuda per vias iunt. Non debent perfidæ ſimulationis vel duplicitatis argui, quæ non aliud pectore calant, quam vultu produnt, ſed pectora & renes, ſi pedes haberent, occurrere putares. quæ velatis aliquantotenus* (ſic ſcribendum) *omis partibus, humeris ac toto ſinu patentibus & à Poetis ſolent fingi, & ab artificibus fingi.* Scribendum antumno: *Freti pecora & Sirenes, ſi pedes haberent* Pecora freti, *monſtra marina* dicit homo lectione multa ſubditus, exemplo Horatii, de Diluvio:

> *Omne cum Proteus pecus egit altos*
> *Viſere montes.*

Et de monſtris marinis marinis paria ſubjicit: *Adde quod in effigie cornuta fœmina Diabolus plerumque pingitur, per quæ omnia liquet mulieres in loco illo, non modo marini monſtri, feræ beſtiæ, ſed etiam maligni ſpiritus ſpeciem tenere.* Monſtruoſas & fabuloſas *cantatrices Seirenas* dicit Tertullianus lib. III. in Marcionem cap. V. & alibi cruenta ora *Seirenum* & *Cyclopum* conjungit.

4. TERROR QVOQVE GRATVS.] Illud *quoque* minime noſtri Scriptoris eſt. Sane undis nihil terribilius, quod ſciunt qui victrices aut prope tales experti ſunt. Neque Scriptura rerum creatarum quippiam his terribilius multoties ingerere habet.

5. INCVMBERET AVRA.] Nihil hic mutandum. Licet huc delatis carinis incumberet aura vehementiſſima, ferentesque venti à puppe impletis velis propellerent proram, una tamen vox ratem univerſam figebat.

6. VENTI FERENTES.] Rectiſſime divinus Scaliger etiam contra libros Cujacianos, qui FVRENTES perperam malue unt, *Ferentes* manibus velut aut corpore ſuppoſito. Omnis adjuvandi conatus ſic indicatur. PLinius Panegyrico. Ex *Aegypto navigia inania & vacua, hinc plena & onuſta, & ſimilia redeuntibus, hinc plena & onuſta, & qualia ſolent venire, mittantur, converſoque munere maris hinc potius venti ferentes & brevis curſus optetur*

Vide

Vide eo loco Notas præſtantis ingenii atque judicii Joannis Levincii.

7. FIGEBAT VOX VNA.] Obſtupefaciens nempe, Clemens Alexandrinus Stromat. II.

αἱ μὲν γὰρ ὖν τῶν Σειρήνων ἐπιτελέσεις δύναμιν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐνδεικνύμεναι ἐξίσπληκτον τοὺς παρατυγχάνοντας πρὸς τὴν τῶν λεγομένων παραδοχὴν σχεδὸν ἄκοντας ἐπιτρεπάζουσαι. Nota fictionibus omnia.

7. VOX VNA.] Concors plurium, unde Concordiam dixit Seiren Latina. Petronius. *Hæc ipſa cum diceret tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertemperatum mulcebat aera ut putares inter auras canere Sirenum Concordiam.*

8. NEC TENDERE CERTVM.] Nec iſta Claudianum niſi corruptum, ſapiunt. Procul enim facilitate ejus omnis difficilis, impedita, abhærensq; etiam qualitercunque, Oratio. Senſus utique qui in monitis Circes ad Vlyſſem initio: Duodecimæ Odyſſeæ, auditis Seirenibus animo abire memoriam domus, neque viſurum deinceps pignora ſua qui illarum vocibus aures præbuerit. Sermonis ordo ſit. *Iter etiam certum reditus non delectabat tendere* Sed conſpurcata res eſt.

9. ODIUMQUE JUVABAT.] Reditus putat, ut nihil dulce eſſet propter mortiferas illas voces. Vel & Sirenum, in cædem uſq; odia proſequentium.

10. MORTEM DABAT IPSA VOLUPTAS.] Sirenes genus ſerpentium prius mortem inferunt quam dolorem, inquit B. Iſidorus. Zacharias Scholiaſticus de Mundo peſtiferum poculum, melle illitum, vocat earum Cantus.

οὕτω τὴν ὀλέθριον ᾠδὴν τῶν θανατηφόρων Σειρήνων ἀποφυγγάνομεν, τοῦ δηλητηρίου τὴν κύλικα μέλιτι παραρτυθεῖσαν ἐπιχρισθεῖσαν ἐπιγινώσκοντες.

Pulcrè ad Res Cœleſtes *μυθολογεῖ* Clemangius Epiſt. I. *In mari magno ac ſpa mundi hujus, cantu Sirenum dulciſono delet obdormiſcimus. Hoc eſt, ſi quis metapheram intelligit, dum rerum temporalium blanda & fallaci ſuavitate nimium capimur atque illicimur, in iiſque patriæ obliti, requiem requirimus, quaſi in me molli ſtrato languido inertique otio torpeſcimus, & qui vigili ad patriam curſu tendere debueramus, dulciaque Sirenum carmina, perniciosè blandientia, ſurda velut aure vitare atq; declinare, illis capti & conſopiti, tum patriam fugimus, tum in periculum exitiale pertrahimur.* Quæ ut Antiquiorum ſunt Patrum, ita neque illius ingenii altiora, quod ut eo ævo ſæpius admiramur.

EPIGR. XXV.

In Amphinomi & Anapii Piorum fratrum Statuas.

V. 1. FRATRES.] Hiſtoria hæc memorabilis omni ævo, & Æneæ Magni Pietati æquabilis, mutatis nominibus reperitur in multis ſcriptoribus. Lycurgus in Leocratem.

λέγεται ἐν Σικελίᾳ ἐκ τῆς Αἴτνης ῥύακα πυρὸς γενέσθαι, τοῦτον δὲ ῥεῖν φασὶν ἐπὶ τὴν ἄλλην χώραν, καὶ δὴ καὶ πρὸς πόλιν τινὰ τῶν ἐκεῖ κατοικουμένων, τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὁρμῆσαι πρὸς φυγὴν, τὴν αὐτῶν σωτηρίαν ζητοῦντας, ἕνα δέ τινα τῶν νεωτέρων, ὁρῶντα τὸν πατέρα πρεσβύτερον ὄντα καὶ οὐ δυνάμενον ἀποχωρεῖν, ἀλλὰ ἐγκαταλαμβανόμενον, ἀράμενον, φέρειν. φορτίου δὲ οἶμαι προσγενομένου, καὶ αὐτὸς ἐγκατελείφθη, ὅθεν δὴ καὶ ἄξιον θεωρῆσαι τὸ θεῖον ὅτι τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς εὐμενῶς ἔχει. λέγεται γὰρ κύκλῳ τὸν τόπον ἐκεῖνον περιῤῥεῦσαι τὸ πῦρ, καὶ σωθῆναι τούτους μόνους, ἀφ' ὧν καὶ τὸ χωρίον ἔτι

 καὶ νῦν

ἐν προσαγορεῦσαι τῶν εὐσεβῶν χῶρον, ἢ ταχεῖαν τὴν ἀποχώρησιν ποιησαμένους, καὶ τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς ἅπαντας ἐγκαταλιπόντας ἀπολέσθαι.

Caranam urbem ad Ætnæ radices locum habet exempli periculoſiſſimi Hermogenes lib. II. de Inventione. Hiſtoriam recenſent plurimi, Stobæus, Strabo, Ælianus, Pauſanias, Valerius Maximus, Auctor Ætnæ, Martialis, Ariſtoteles & Appuleius de Mundo, Solinus, cap XI. Silius Italicus, PLutarchus, Seneca, Auſonius. De recentioribus conſule Cælium Rodiginum admirandæ eruditionis Opere, lib. XI. cap. XVII. Thomam Fazellum Rerum Sicularum Libro III. Scaligerum ad Ætnam, Dauſqueium ad S lium.

V. 1. VENERANDO PONDERE.] Appoleius. *Eos qui grandævos parentes, ereptos volucri clade ſuis cervicibus ſuſtinebant: illa flammarum fluenta divino ſeparata diſcidio, quaſi duo flumina ex uno fonte manantia (locum illum) ambire maluerunt, obſidione innocenti, inerant boni bajuli, religioſis ſarcinis occupati.* Conſule locum ipſum videbis duo verba virgulis à nobis incluſa putida eſſe gloſſemata; Sed & τὸ *inerant* nullius omnino rei eſt. Scribe. *Eruerunt boni bajuli* Hoc eſt eruperunt, Appuleio digno verbo, quod contrarium fuerit irruendi vulgato. Et hoc genus infinita latent in eo auctore, ſagaciore ingenio quam fuere omnia adhuc quæ ei operam navarunt, reſtituenda. Auctor Ætnæ: Tutus uterque pio ſub pondere.

2. HONORI COLI.] Pauſanias, lib. X. οὗτοι μὲν δεὶ ἡμᾶς καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι παρὰ Καταναίων ἔχουσιν. Solinus. *juvenes duo ſublatos parentes evexerunt inter flammas illaſi ignibus. Horum memoriam ita poſteritas muneratа eſt, ut ſepulcri locus nominaretur campus Piorum.* Idem multi alii tradunt, & alludit Scriptor Ætnæ. Qui ſtilo, ingenio, doctrinaq; non Severum, non Virgilium, ſed unum omnium maxime ſpirat Manilium, ſine carminis, ſed ut totum id etiamnum, mendoſiſſimo.

Incolumes abeunt tamdem, & ſua numina ſecum
Salva ferunt, illos mirantur carmina vatum.
Illeque ſepoſuit claro ſub nomine Ditis.
Nec ſanctos juvenes attingunt ſordida fata.
Sed vere ceſſere domus, & Iura Piorum,

Scribe, *Sed vera ceſſere domus & jura Piorum* Non illæ tantum in loco ſepulturæ, qui campus Piorum dicebatur, ſed veræ domus & habitationes eorumdem vita functorum in ſedibus Beatorum. Tertio verſu Lege.

Elyſioſque colunt claro ſub Numine Ditis,

Vbi clarior Sole Lux Ditis faventis. Ita enim celebrat ipſe ſua illa loca Pluto apud Clandianum in Raptu Proſerpinæ.

Amiſſum ne crede diem, ſunt altera nobis
Sidera, ſunt Orbes alij, LUMENQUE videbis
CLARIUS, Elyſioſque magis mirabere campos.

3. JUSTA QUIBUS.] Ita recte aliorum ſcripti Codices, conſenſu etiam noſtri. Neſcio quid Vulgatæ editiones abſurdi ingerunt.

5. ATTOLLANT ACCELERENTQUE.] Scribe cum Libris Cujacianis, Noſtro,

Attollunt vultus, accelerantque gradus.

7. GRANDÆVI] Auctor Ætnæ.

Auſpiciunt pigrumque patrem, matremque ſenemque
Eheu defeſſos poſuiſſe in limine membra,
Parcite avara manus dites attollere prædas
Illis divitiæ ſolæ, materque paterque
Hanc rapiunt prædam, mediumque exire per ignem
Ipſo dante fidem, properant.

Ita

Ita editum etiam ſummos viros caſtigatores profeſſis exemplaribus. Et Petrus quidem Pytheus opem ſcriptorum librorum cum operæ ſuæ dilatione profeſſus, deluſit ſpes cupidorum. Scaliger corrigit *matremq; ſenecta ſenecta membra* conjunctione vocum concinnanda autumans. At nulla ratio vetat legere, vt eſt in noſtro Codice cartaceo. *matremque ſedentem* Conſederant nempe, non pores limen egredi; quod finxit ad augendam inutilitate ſenum Pietate filiorum. Sed & illud melius ſequenti verſu idem Codex Heheu defectos Maxima varietas ejus libri, quæ multis notis emendandis optimam anſam dedit.

9. ET CLARA NATOS.] Peſſimè ſic vulgatur. Optimè omnes libri Scripti & à doctis caſtigati *cara natos*

10. INVOCET ORE DEOS.]Pro liberis tam pijs. Gloſſa ſcripti Codicis.

12. PALLUIT ORE COLOR.] Optimè noſtiæ membranæ & Aldus.

in attonito palluit are tremor.

Aes enim ipſi corpori æquat Claudianus. Vide Auſonij Epigrammata in Buculam Myronis, & Græca ex quibus ſua ille adumbravit.

14. ATQUE ONERI METUENS.] Veriſſima citra controverſiam Lectio. Claverius Edidit non ſine prodigio *omem metuens* Quod portentum in noſtro etiam libro comparet. Vera lectio remanſit Belgico & ex Parte Aldo.

21. CONSANGUINEOS.] Vide maximum Cujacium. Obſervat. libro XI. capite XXVI.

23. DISSIMILES ANNOS.]Ut in ſenibus juvenum, in his ſenum vultus compareat. Nõ ſatis dexterè adoleſcentuli nos iſta olim capiebamus. Conjectura tamen noſtra *animos* diſertè etiam in Noſtro exemplari comparet.

25. ET NOVA.] Prorſus nova vox hic ibidem viſitur.

Innova germanis paribus diſcrimina prabens
Diviſit vultus cum pietate Faber.

Quam licet prorſus novam non dicas excogitaſſe Librarios. Et eſt apta loco. Quot hujus generis perierint Librariorum futilitatibus, alibi diſſerendi campus. Meo tamen conſilio recepta Lectio non ſollicitabitur.

28. JUVENUM NUMINA.] Pro talibus ad exemplum colendi.

29. MEDIOS PROPERASTIS IN IGNES.] Melius membranæ medio properaſtis in igne Non enim redierunt in ignem tollere parentes.

32. ENCELADI FAUCES.] Fabulæ notiſſimæ.

33.REDUNDANTEM.] Undis, fluctibus, flumine, flammarum. Lycurgus verbis ſuprà adſcriptis. Auctor de Mundo.

καθάπερ ῥευμάτων ἐν Αἴτνῃ κρατήρων ἀναῤῥαγέντων; καὶ ἀνὰ τὴν γῆν φερομένων χειμάῤῥου δίκην. ἔνθα καὶ τὸ τῶν εὐσεβῶν γένος ἐξόχως ἐτίμησε τὸ δαιμόνιον, περικαταληφθέντων ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διὰ τὸ βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων γονεῖς.

Appulejus. *Sic ex Aetna verticibus flammarum flumina cucurrerunt, &c. Illa flammarum fluenta divino ſeparata diſcidio, quaſi duo flumina ex uno fonte manantia locum ambire maluerunt obſidione innocenti.* Auctor Aetnæ.

Et velut everſis ſubito fornacibus ignis
Evecta in longum rapidis ferveribus unda.

Sic ποταμοὶ πυρὸς apud Æſchylum. De quo multis alibi.

34. EXEMPLI PII MONUMENTA.] Rem cujus memoria futura pro Pietatis exemplo omnibus poſteris. *Exemplum*, res imitatione digniſſima. Epitaphium Vetus.

Exemplum perÿt, caſta lugete puella.

Tacitus Annal. de Fide ſumma Liberti erga patronum XIII. *Libertus ſuum illud facinus profiteri, ſe Patroni injurias ultum eſſe. Commoveratq; quosdam magnitudine exempli.* Sic Hiſtoria præcipuè Temporum Auguſtęorum.

36.ELEMENTA FIDEM]Fidelia fidelibus quaſi ex compacto. Auctor Aetnæ.

mediumq; exire per ignem
Ipſe dante fidem, properant.

Vide ad Libros de Raptu Proſerpinæ.

37. LACONAS.] Sic MS. Noſter. Notæ res Caſtorum.

39. VETUS ARGOLICOS.] Cleobis & Biton. Vide Hiſtoriam apud Herodotum, Lib. I. PLutarchum Solone. Lucianum Charonte. Ciceronem Tuſculan. I. Valerium Maximum Lib. V. cap. IV. &c.

41. FORTIS ANAPHI.] Contemtu Mortis obſequio Pietatis.

43. GENUISSE NIHIL.] Membranę noſtræ meruiſſe Illud verius. In ſcriptis libris nominis modo poſiti magna varietas, *Anaphi, Onaphi, Anapi* &c.

45. DEVIUS ARDOR.] Late ſparſus. A fluminibus curſu ſuo aberrantibus. Alibi Claudianus de Nilo

Devius & noſtri tentat jam transfuga mundi.

48. EMTUM EST INGENTI CLADE.] Paria in adulationem Neronis Lucanus, initio lib. I.

Quod ſi non aliam venturo Fata Neroni
Invenere viam, magnoque æterna parantur
Regna Deis
Iam nihil ô ſuperi querimur.

EPIGRAM. XXVI.

In Sphæram Archimedis.

Celebris Sphæra hæc Archimedis, ut res tum nova. Cujus uſus reique fuerit indicat. Lactantius, lib. II. cap. V. *Archimedes Siculus concavo ære ſimilitudinem ac figuram potuit machinari, in quo ita Solem Lunamq; compoſuit, ut inæquales motus, & cœleſtibus ſimiles, converſionibus ſingulis quaſi diebus efficerent, & non modo acceſſus Solis & receſſus, vel incrementa diminutionesq; Lunæ, verum etiam ſtellarum vel errantium vel vagantium diſpares curſus, orbis ille, dum vertitur, exhiberet.* Cicero prima Tuſculan. *Nam cum Archimedes Lunæ Solis, quinq; errantium, motus in Sphæram illigavit, effecit idem quod ille qui in Timæo Mundum ædificavit Platonis Deus, ut tarditate, celeritate diſſimilimos motus una regeret converſio. Quod ſi in hoc mundo fieri ſine Deo non poteſt, ne in ſphæra quidem eosdem motus Archimedes ſine divino ingenio potuiſſet imitari.* Julius Firmicus, Lib. VI. cap. XXXI. *Hic eſt ille noſter, cujus ingenio fabricata ſphæra, cœli lapſum, & omniū ſiderum curſus exemplo divinæ imitationis oſtendit.* Martianus Capella lib. VI. Carmine deſcribit, non prorſus inepto, niſi quà mendoſo, & leges ſponte egreſſo.

Conſtitit attonito ſpectans ſtellantia viſu
Et decuit crinis, pulvereiq; pedes.
Ipſa etiam læva ſphæra affulgebat honora,
Aſſimilis mundo, ſideribusque ſuis.
Nam globus ac circi, zonæque, ac fulgida ſigna
Nexa recurrebant arte locata pari.
Tellus quæ rapidum conſiſtens ſuſcipit orbem
Puncti inſtar medio hæſerat ima loco.
Hanc tener, & vitreis circumvolitabilis auris,
Aer complectens imbrificabat aquis.
Quas tamen immenſo, quo cingitur illa, profundo
Interriv ata marmore tellus erat.
Texerat exterior qui fulget, circulus orbis
Aetheris aſtrifico ſidera multa populo.
Hinc nitidus rutilum Titan ſuccenderat orbem,
Mox que imitata pium Lactea luna diem.
Hic igitur furvo oculos ſplendeſcere noctis
Cerneres, ex auro ut ſacra flamma micat.
Sic Cypris Oceani perfuſo ſidere limfis
Lucifero annuerat lumina tota ſuo.

Omnis

Omnia compar habet paribus ſub legibus ordo,
Nec minus hæc mira eſt quam domus alta Deûm.
Hanc mundo aſſimilem ſtupuit Trinacria tellus,
Archimedæa aſtrificante manu.
O felix Cura & mentis Prudentia major,
Corpore ſub noſtro æquiperare Iovem.

Secundo verſu inſcitè ubiq; editur *decuit crines*. Nos ex Membranis noſtris veritatem reſtituimus. Ex ejuſdem conſilio *aſalgebas* tertio redonavimus. Quarto *fuit* ubiq; circumfertur in Membranis eſt *fuit*. Unde veritatem ex facili adorati repoſuimus. Sexto ſcribendum *ſuſpicit*. Vndiq; enim gyro cœlī cingitur, & eum ſuperiorem habet tellus, quæ medio globo conſiſtit. Septimo ſcribendum arbitror.

Puncti inſtar medio ſeſe habet ima loco

vel *ima* quidem, pro quo vulgatur *una* disertè ſupereſt membranis noſtris. Decimo ita reperio in uno omnium optimo Codice.

Qua tamen immenſo tunc cingitur infra profundo
Interrivante marmore tellus hiat.

Optimè alterotuis priorē verſu emaculandum exiſtimo.

Qua tamen immenſo cum cingitur infima ponto.

Cum quâ extremas oras habet, tota cingatur uno ponto, interrivatis tamen velut canalibus undiq; hiat. Intelligit ſinus globum terræ diſtrahentes. Immenſa licentia ſequiora ſecula debacchata ſunt in hunc ſcriptorem. V. XVI. Idem Codex ita præfert.

Sic oculos furva ſplendeſcere noctis iures,
Cerneres ut auro vix ſacra flama micat.

Inſunt tantis alterationibus verarum lectionum veſtigia. Scribe.

Sic iures oculos furva ſplendeſcere noctis,
Cerne ſuo ex auro vim ſacra flama micat.

Aliud tamen ultim. verſui illicet. Verſu XXIII. clarè reſtituendum ex ijsdem membranis. *Archimedæa ſphærificante manu*. Machina hæc immenſam inter mechanicos laudem ſibi paravit Archimedes. Solinus, cap. XI. *Hic demus Archimedis, qui juxta ſiderum diſciplinam machinarius commentor fuit*. Nec tamen hac machina ſolum celebris fuit, ſed alijs in Obſidione Syracuſarum ab omnibus celebratis, item Hydraulica machina quapiam, quam Tertullianus laudat cap. XIV. de Anima. *Spectra*, inquit, *portentoſiſſimam Archimedis munificentiam, Organum hydraulicum dico, tot Membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, & una moles erunt omnia.* Alia aliarum rerum ſunt.

1. VITRO.] Mirum ſi vitro facta ea ſphæra. Ligneam memorat Sextus Empiricus contra Mathematicos lib. IX *Veram Lectionem in noſtro* arguit conſenſus ſcriptorum Codicum, & quod fragilem mox Orbem vocat. Sic *vitreum mundum* agnoſcit infrà in Curetium Epigramm XXXIX.

3. MORTALIS CURÆ.] In libro noſtro. *Circe*. Inepte. Notamus ne ineptior aliquis probatum ſuperveniat.

5. RERVMQUE FIDEM.] Conſtantiam. Gratius Cynegetico

non eſt humentibus uſus in armis
Nulla fides.

5. LEGESQUE DEORUM] Quibus ipſi Dij adſtringuntur. Hi enim Gentilium ab aſtrorum& mundi Legibus pendere fingebantur. Docta & vera Lectio quam ex libris Cujatianis rectè Claverius & Scaliger aſſeruerūt. Eamdem ante prodiderat ex bonis pariter membranis Aldus Manutius.

6. SYRACUSIUS SENEX.] Notum Senum nomine cenſeri Diſciplinarum ſectarumque Conditores. Sic Magiſtrum Syracuſium eumdem Archimedem appellat Rhemnius Fannius, ſeu Remus Favinus, vel & Priſcianus.

Argentum fulvo ſi quis permiſceat auro
Quan-

Quantumid ſit,quove id poſſis deprendere pacto,
Prima Syracuſii mens prodidit alta magiſtri.

8. FAMULATUR SPIRITUS ASTRIS.] Hoc omni ævo inimitabile Archimedi ingenium commentum fuiſſe tradit Antiquitas. Capella verſibus modo poſitis. Sextus Empiricus dicto libro IX. Contra Mathemat.

τὰ γὲ μὴν αὐτομάτως κινούμενα τῶν κατασκευασμάτων θαυμασιώτερά ἐστι τῶν μὴ ποιούντων. τὴν γοῦν Ἀρχιμήδειον σφαῖραν σφόδρα θεωροῦντες ἐκπληττόμεθα, ἐν ᾗ Ἥλιός τε καὶ Σελήνη κινεῖται, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀστέρων, οὐ μὴ Δία ἐπὶ τοῖς ξύλοις, οὐδ' ἐπὶ τῇ κινήσει τούτων πεπληγότες ἀλλ' ἐπὶ τῷ τεχνίτῃ καὶ τοῖς κινούσαις αἰτίαις.

12. MENTE HUMANA.] Quæ divina alioquin regebantur. Deus enim mẽs mundi, Ocellus Lucanus. Plinius lib II. Maro Georgicis, Plato Timæo. Æneas & Zacharias Philoſophi Chriſtiani de Vniverſo, &c.

EPIGRAM. XXVII.

De Quadriga Marmorea.

Vide ad hoc Epigramma Adverſariorum noſtrorum, jam quidem Editorum Librum XIV. cap. XX. Non indigebis ulteriore forſan interprete. In Quadrigis vero tantum ſtudium veterum ut etiam fuerint qui Magicas artes adhiberent, tanta exiſtimatio tantum deſiderium aurigationis dextræ inerat. Nam & illo fine tales effictas arbitror, qualis hoc Carmine deſcribitur. Sic quadrigis eburneis ludebat Nero princeps. Suetonius cap. XXII. *Equorum ſtudio vel præcipuè ab ineunte ætate flagravit. Inter initia Imperij eburneis quadrigis in abaco quotidie ludebat, ad omnes etiam minimos, Circenſes, commeabat ſeceſſu.*

V. 1. INNUMEROS] Varios, inexſpectatos. Melius *diverſos* dixiſſet.

2. SURGIT IN AURIGAM CURRUS.] Qui ante incedebat velut, ex curru fit currui imminens auriga. *Tortilis* & mutabilis in varios vultus machina ex curru pariebat aurigam, ex auriga denuo currum. Par locutio in illo Paneg. Probin.

immenſaq; cornus in haſtam Porrigitur.

Et IV. Conſ. Honor.

In cruorem rubuere gena.

4. DISCRIMINE NULLO.] In membranis noſtris clarè comparet nulla Forte acutius quid illitet *diſcrimine luſo* Aut aliud.

5. VIX REDIT IN CURRUM.] Clara emendatio Codicis quo olim Giraldus uſus. *VIR redit in currum* Ex viro denuo fit currus. Reſpondet enim hic verſus ſecundo. Vide Adverſaria dicto Loco. Contra erratum in Claudiano Mamerto lib. III. de Statu Animæ, cap. XII. in ſcripta Lectione, uti docent notæ ex ea Andreæ Schotti noſtri. Conjectaveram alibi. *Rex redit in currum.* Sed utiq; illa lectio veriſſima eſt.

6. EX ALIO SE QUISQUE FACIT.] Elegantiſſima & veriſſima & hæc ſcriptura merito ad Codices Belgas, Noſtrum, alioſq; accedente Judicio Scaligeri. Claverius ex Cujacianis *Ex alto ſe quiuq; jacit*, Non inepiè, nec tamen verè. Suo velut motu ſe ex aliena figura, ea mutata, quisque facit.

7. DUCTUSQUE PER ARTEM.] Per varium artificium in non vnum os deductus. In membranis noſtris eſt *ductamq;* Vt ſuſpiceris *doctamq;* genuinum eſſe, nos tamen nihil morandum arbitramur. Montem pro fruſto lapidis dictum jam ſupra notabamus ad Magnetem.

EPIGRAM. XXVIII.

Fragmentum.

In Caretium, alijs Epigrammatis vexat hoc etiam vibratum ordo & inſcriptiones e libris manuexaratis arguitur, Inſit ergo vel ænigmati turpitudo illis par, ſi argutari vel

Prim

Primus quidem verſus totus Maronis eſt de habitu Charontis Aeneid. VI. Vſurpatus; ſecundi poſterius hemiſtichium ejusdem de XII. eſt, de Aurigis Turni.

Circumſtant properi aurigæ manibusque laceſſunt
Pectora plauſa cavis, & colla comantia pectunt.

Si perſuadere ſibi quis poterit infamando Curtio compoſuiſſe Poetam hos verſus Maronis, non deerit adumbratio ſententiæ impudicæ. Priore quidem verſu ipſi patriq; objecerit ſordes & paupertatem, ut neceſſe habuerint amictum ſordentem atq; lacerum, prorſus in larvæ illius infernalis faciem, averſo nodo colligare, ne membrorum obſcœna nuditas omnibus eſſet ridicula. Altero autem ſumma inſit impuritas, cum libido indomita ſolẽtibus auctoribus Equinæ comparetur. Prudentius de Saturno.

Advena quos profugus gignens, & Equina libido
Intulit Italiæ: Thuſcis namque ille puellis
Primus adhinnivit, ſimulato numine, mœchus.

Oecumenius in Epiſtolam Judæ:

ὅσα δὲ φυσικῇ ἐρμῇ ἀδιακρίτως, ὡς τὰ ἄλογα, ἐπίστανται ζῶα, ταῦτα μεταδιώκουσιν, ὡς ἵπποι θηλυμανεῖς ἢ χοῖροι.

Et de Ipſo Opere Venereo. Martialis.

Hectoreo quoties ſederat uxor equo.

Quod alio tamen ſenſu conſtat potius. Petronius. *ab hac voce Equum Embaſicætas mutavit.* Artemidorus lib. I cap. LVIII. Eamdem rationem Equi & Uxoris aut amicæ habet. Sic feſtiviſſimus Anacrion amaſium ſuum alloquitur.

πῶλε Θρηκίη τί δή με
λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα
Νηλεῶς φεύγεις. δοκέεις δὲ
Μηδὲν εἰδέναι σοφόν;
Ἴσθι τοι καλῶς μὲν ἄν τοι
τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι.
ἡνίας δ᾽ ἔχων, στρέφοιμι
ἀμφὶ τέρματα δρόμου
Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι
Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.
Δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
Οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

Machon Comicus, apud Athenæum, libro XIII. Ovidius lib III de Arte Amandi.

Parva vehatur equo, quod erat longiſſima nunquam
Thebais Hectoreo nupta reſedit equo.

Ariſtophanes Veſpis.

κἀμέ γ᾽ ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας
Ὅτι κελητίσαι κέλευον, ὀξυθυμηθεῖσά μοι
Ἤρετ᾽ εἰ τὴν ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα.

Vide eo loco notas Chriſtiani Florentis. Pomponius Proſtibulo.

Quæ pedites nubere poterant, equites ſperant ſpurcæ.

Qui locus ex eo interpretandus quod ab Ovidio dictum citatur.

Dum timet alterius vulnus. inepta, loci.

Sic *inequitare* obſcœnum Arnobio lib. IV. Vide Machontis verſus dicto Athenæi Libro. Horatius lib. II. Sat. VII.

ſub clara nuda lucerna (*ſupinum.*
Clunibus aut agitavit equum laſciva

Plautus Ciſtellaria. *Adhinnire poſſim ego equulam hanc ſi detur ſola ſoli.* Arnobius lib. IV. *Mercurius primus qui in Proſerpinam dicitur genitalibus adhinnivisse ſubjectis.* Idem lib. V. *Etiamne matrem, etiamne filiam efferati pectoris appetitionibus adhinnivit?* Salvianus lib. VII. *Quiq; ad uxorem proximi ſui hinniebat.* Sic pulli egregij illi Magnæ Deorum Matris Sacerdotes, ut Pullarij, & Pullipremones, ab Auſonio, eorum Incubi conſcelerati *Calcaria* ſic Amoris in Lucretio lib. V.

Primigeri ſævit calcaribus iſtius Amoris.
Capiſtrum Venereum Nouno, Dionyſ. IV.

ὄιδεν ἀείρειν
Κυπρίδος ἀβρὰ λέπαδνα ϗ̀ ὀυ ζυ-
γόδεσμον ἀρότρων
Αὐχένα μοῦνον ἔρωτι ϗ̀ ὀυ Δήμητρι λι-
παίνει.

COLLA COMANTIA.] Alludit forte eo quod Philoſophaſtriilli & palliotenus Sophi comam vulgò nutriebant longiſſimam, uti ex Luciano, Gellio, alijsq; notum: Pari habitu ante inſignem illum Amorem juvenculæ ſponſæ deſcribitur in Dialogo Amarantho, nunc nupertimè edito, minimè tamen veri auctoris nomine, Stratocles. Argumentum igitur hujus fragmenti ſive Epigrammatij tale fingi poterit, quale eſt principij Satiræ ſecundæ penes Juvenalem. Videlicet Oretenus & pallio Philoſophari iſtos nebulones, aut ſcientiam rerum præferre memorabilium, poſtmodum cum ſoli ſint facere paria Cybeles apud Appuleium Gallis, aut Petroniano ſive Eumolpo ſive Embaſicætæ. Poſſis etiam ad Obſcænum linguę abuſum capere, quo infamavit Curetium antea Claudianus. Tamen meræ hæc omnia conjecturæ ſunt, & pro fragmento habebitur iſtud quicquid tandem ſit, niſi vindicaverint alicunde intercedentes judicio membranæ hactenus inſpectis omnibus meliores.

EPIGRAM. XXIX.

De Sene Veronenſi.

Inepté Aldus de *Senatore* cui adſtipulantur perperam membranæ Belgicæ. In noſtro Codice nullum veſtigium elegantiſſimi Epigrãmatis, quo intimis ſe ſenſibus affici diſertiſſimus Muretus, paternus noſter amicus, faſſus eſt Variarum libro XVII. cap. VIII. Operis elegantiſſimi pariter, quo Genio pauci talia ſcripſere. Mihi ſanè dulciſſimum & ipſam animam ſuavitate delibutam reddens obvenit hoc Epigramma. Unius agelli Dominus, contemtis omnium rerum humanarum ex faſtu & abundantia ludibriis in eo conſenuerat, neſcius inſidiarum, tumultuum, verſutiarum, fraudium, ſcelerum, univerſæ denique amentiæ, & malitiæ, quæ aliam omnem vitam verſant, iſtam ſolam nec tangunt. Id cum lego in mentem mihi veniunt multi, præclarique immo innumeri & beatiſſimi Chriſtianæ Religionis Aſceræ & Anachoretæ, qui unius vel cellæ vel cœnobij aut horti uli ſe ſepibus incluſos omni turba civili Amore veræ unicæque Tranquillitatis exemerant, uti totos adſcriberent Chriſto. In his tum pleriq; primis Ecclesiæ temporibus, tum ſub extrema ſimilem huic ſeniculo vitam vixiſſe putem Celeberrimum illum Occidentis Doctorem, Bedam. Is enim longiſſimum vitæ ſpatium in ijs monaſterijs exegiſſe, quæ ſupra quinque milliaria Anglicanæ dimenſionis non diſtiterint invicem, & ad eam perveniſſe, legendo, ſtudendo, ſcribendo, ætatem, vt eum longævis comparari poſſit. Nec enim verum eſt quod Continuator ejus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcribit. Sexageſimo anno exceſſiſſe. Neque diſpar hiſtoriola eſt apud Addæum Mitylenæum Poetam, nautæ, qui in vna navicula ſuum omne tempus inſumſerat, inſuper ejus materia exuſtus. Libro III. Anthologiæ.

Ο' γεριπεὺς Διόφαντ@ ὁ κύμασιν ἀλ-
καδα πολλὼ
Κ' ἣν χθονὶ πλὼ αὐτλὼ οἶκον ἔ-
χων πενίης,
Νή γρετον ὑπνώσας τὸν ἀμείλιχον
ἵκτο πρὸς ἅδλω
Αυπρετης, ἰδίῃ νηὶ κομιζόμεν@.
Ην γὰρ ἔχεν ζώης παραμύθιον, ἔσχεν
πέισοθ@
Καὶ φθίμεν@ πύματον πυρκαϊ-
ὴν σφέτερ@.

Neq; abſimilis Antiqui Sacrarum Litterarum in Saxonicum Idioma tranſlatoris, quem agre

agro ſuò colendo uno perpetim contentum, divinitus ad eam Poſteritati operam navandam inſtinctum carmine, ut tempora ferebāt, celebravit Hincmarus Archipræſul Rhemenſis; In eo ſunt iſta, Claudiano expreſſa.

O felix nimium proprie qui vivere cenſu
Prævaluit, fontemq; ardentem exſtinguere dira
Invidia, pacemque animæ geſtare quietam.
Gloria non illum, non alta Palatia Regum,
Divitiæ Mundi, non dira cupido movebat.
Invidioſus erat nulli, nec enim invidus ulli,
Securus latam ſcindebat vomere terram
Spemq; ſuam in modico totam ſtatuebat agello.

Cetera in ſyllabas injurioſa ſi legere, ibi legere malis. Felicitatem quod hujus ſenis commendat ab iſto animo Claudianus, dicas ex Solone hauſiſſe, de quo in Ludo Septem Sapientum Auſonius, ipſe Solon loquitur.

Rex an Tyrannus Lydiæ Crœſus fuit
His in beatis dives inſanum in modum,
Lateribus aureis templa qui divis dabat;
Is me evocavit: Venio, dicto obediens,
Meliore ut uti Rege poſſent Lydij,
Rogat beatum prodam ſi quem noverim.
Telana dico, civem non ignobilem,
Pro patria pugnans ille vitam objecerat.
Deſpexit: alium quærit, inveni Aglaum.
Fines qui agelli proprij numquam exceſſerat.

Vide eo loco Scholiaſten diligentē doctumque, ſtili tamen Auſoniani non admodum perſpicacem, Eliam Vinetum. De eodem ſenſit Scholiaſtes vetus Juvenalis ad Sat. XIV. v. CXIIX. *Sibi nulla exempla beati*] *Qualis Apollinis Oraculo declaratus eſt feliciſſimus Aglaus Arcas, qui numquam patrium agellum exceſſerat, cum à Deo quæreretur quis fidem veræ felicitatis impleſſet.* Scribe *Aglaus Arcas.* Valerius Maximus lib. VII. cap I. *Gyges regno Lydiæ inflatus Apollinem Pythium ſciſcitatum venit, an aliquis mortalium ſe eſſet felicior? Deus ex abdito ſacrario voce miſſa Aglaum Sophidium ei prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus ſed ætate jam ſenior, Terminos agelli ſui numquam exceſſerat, parvuli ruris fructibus contentus.* Veronam noſter ex Arcadia tranſtulerit, ob ſitum civitatis amœnum, licet & vera res eſſe poſſit, certe aliqua ex parte, aucta ſecundum Poeticum privilegium. Eam deſcriptam vide apud Liutprandum Hiſtoriar. ſui Temporis lib. II. cap. XII. Gunterum Ligurino, Alios, Compares ſeni iſti & Vatiam Senecæ, ex Epiſtol. LV. Sed ex parte, & invito Philoſopho.

1. FELIX QUI PROPRIIS.] Melius ſcriptus Liber Belgicus cum Aldo & alio Benini MS. *Patriis* Pertinet enim ad felicitatem iſtam hæreditario agro inſenuiſſe. Sic in Agricola beato Horatius laudat.

Paterna rura bubus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore.

Et inter ea quæ vitam felicem faciunt, Martialis lib X. Epigr. XLVII.

Vitam quæ faciunt beatiorem
Jucundiſſime Martialis, hæc ſunt:
Res non parta labore, ſed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis.

Hasque opes agnoſcit Heſiodus χρήματα θεόσδοτα omnibus præferens.

χρήματα δ' ὐχ ἁρπακτὰ θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.

Et Auſonius, ſuo ſibi placens hæredio.

Salve hærediolum, majorum cura meorum,
Quod proavus, quod avus, quod Pater excoluit.

Multa huc pertinet & de pulcra Laude ruſticationis apud Senecam Hippolyto.

2. IPSA DOMUS PUERUM QUEM VIDET, IPSA SENEM.] Manuexaratus

Codex quæ videt Quod contemnimus Jucunda autem memoria locorum in quibus transacta prima Pueritia. Auctor Epiſtolę ad Præſidium Diaconum de Cereo Paſchali, utique Hieronymus, ſed interpolatus : *Quod ſi exire cupienti mater obſiſtet in Limine, loquere ei verbis Domini tui: Mater mea, & fratres mei hi ſunt qui faciunt voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt. Si vernacula, quibus nutritus es flectere, & paterni ruris memoria, ipſius quoque domus anguli & ſecreta retinere te cœperint, in quibus infans volutatus es, luſiſti puer, adoleſcentulus laſciviſti, recordare omnes qui nunc accolæ eremi ſunt, cœleſtes illos choros per eosdem erupiſſe tramites.* Et ita maximè lamentabile talibus aſpelli. Ammianus lib. XXV. *Mœnia permixta ſunt lamentis & Luctu; & per omnia Civitatis membra una vox cunctorum erat gementium, cum laceraret crines matrona exul, fuganda Laribus in quibus nata erat & educata.* Exempla infinita.

3. BACULO NITENS.] Tripedis jam ſenectæ ſubſidio: cujus mythologia eſt apud Maximianum in Elegijs. Cor. Gallo ſtolidè nunc quoque accenſitis.

Ortus cuncta ſuos repetunt, matremque requirunt,
Et redit ad nihilum quod fuit ante nihil.
Hinc eſt quod baculo incumbens ruitura ſenectus
Aſſiduo pigram verbere pulſat humum.

4. UNIUS NUMERAT SECULA LONGA CASÆ.] Secula, ποιητικῶς longas ætates, multos annos, indicant; ſed & verè tamen dicantur. Vide de ejus vocis notione Cenſorinum & Servium. Jucundiſſimum autem illud *unius caſæ*. Et quanta voluptate putes tale tugurium aſpecturum ſenem, tantæ ſecum ætatis. Deinde etiam τὸ *numerat* peculiarem delectationem infert, eſt enim in eo exactio ad numerum prorſus digna ſenili curioſitate & ſollicitudine. Comparato etiam baculo cum reptatione, videbis ſpeciem utriuſq; ætatis gratiſſimam. Ut enim decrepitæ niti baculo, ſic eſt infantilis, reptare. Alibi noſter. *teneroq; amnis reptatus Achilli.* Quarto Honorij Conſulatu. *Cretaq; ſe jactet tenero reptata Tonanti.* Pacatus Panegyrico. *Terra Cretenſis parvi Iovis gloriata cunabulis, & geminis Delos reptata Numinibus.*

5. ILLUM NON VARIO TRAXIT FORTUNA TUMULTU.] Ignotam, ait, habet Fortunam omnem, ignotos ejus tumultus, quę levat & deprimit absq; ratione omnia vota ipſi ſe addicentium mortalium. *Tumultus*, omne quod extra citraq; ordinem fit & contingit. vide ad Librum I in Rufinum. Fortunæ ipſa natura eſt, inconſtantia, Tumultuatio, omnia ſine ordine gubernantis. Seneca Hippolyto.

res humanas
Ordine nullo Fortuna regit.

Vide Pacuvij elegantes verſus, ipſius fragmẽtorum Principes, apud Cornificium Libro II. Rhetoricorum.

6. NEC BIBIT IGNOTAS MOBILIS HOSPES AQUAS.] Inſtabilis ſemper & aſſuefaciendus cuiq; objectæ rei: quo pacto pulcrè Seneca hoſpitem multas domos nullas habere amicitias Et Eleganter Manilius, totius in orbis hoſpitio eſſe.

Sed juvat ignotas ſemper tranſire per urbes,
Scrutarique novum pelagus, totius & eſſe
Orbis in hoſpitio.

Notas aquas pro ſuaviſſima vita Maro habet, unde iſtas contrarias illas adſimilavit Noſter. Ecloga. I.

Fortunate ſenex, hic inter flumina nota
Et fontes ſacros, frigus captabis opacum

7. NON FRETA MERCATOR TIMUIT.] Summum mercaturæ periculum, quod mare metuere habent. Horatius.

Luctantem Icarijs fluctibus Africum
Mer-

Mercator metuens otium, & oppidi
Laudat rura ſui

Idem *currit mercator ad Indos Per mare pauperiem fugiens* Vide Ararum, Heſiodum, Avienum, Ovidium, deſcriptione Aurei ſeculi.

V 7. NON CLASSICA MILES.] Pariter in ruricolæ laudatione Tibullus.

Divitias alius fulvo ſibi congerat auro,
Et teneat culti jugera magna ſoli.
Quem Labor aſſiduus vicino terreat hoſte,
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.
Me mea paupertas vita traducat inerti
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Vide ibi notas nuper editas doctiſſimi Levineii.

V. 8. NON RAUCI LITES PERTULIT ILLE FORI.] Cauſſidicinam dicit, monſtrum Tranquillitati adverſiſſimum. Martialis inter vitæ beatæ requiſita.

Lis numquam, toga rara, mens quieta.

Rauci à perpetuis concertationibus. Idem. lib. IV. Ep. VIII.

Exercet raucos tertia cauſſidicos.

Paria in illis auctoris incerti de defectu Lunæ.

Legicrepi tundunt, latrant fora, claſſica turbant.

Vide & Satiram, quam vocamus, de Lite.

V. 9. INDOCILIS RERVM.] Negociorum, turbarum. Res, omnes civiles actiones, omnia fori negotia, unde *Prolata res* Ferias indicant. Auctor ad Piſonem.

ſi quando judice feſſo
Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus.

Noſter omnem uſum vitæ civilis ruſticulo ſuo ignotum dicit.

9. VICINÆ NESCIUS URBIS,] Nec ipſam noviſſe curans.

10. ADSPECTU FRUITUR LIBERIORI POLI.] Quem quidem omnibus Regiis palatiis & laquearibus opponas & præponas unum. Quanti enim cenſeas ſemper intueri poſſe cœlum, ex quo oriundus ſis, cuique natales tuos debeas? Vnde Spiritum duxeris? Quæ libertas comparari, immo qui carceres componi poſſint, libero conſpectui & oculis ſemper ſe ingerenti cœleſtis machinæ, citra incluſionem capitis, in quo habitat ratio ſola apta & potens tantarum rerum aſſequi intellectum, mirari ordinem?

11. FRUGIBUS ÆTERNIS NON CONSULE COMPUTAT ANNOS.] Simplicitatem ruſticam cum innocenti ad rem attentione ſecundum naturalem temporum obſervationem induit. Sunt enim proventus unici. unica gaudia Naturæ dona, & fructus telluris exculta, ſecundum quos tempus ſuum & inter ordinem componit. Baſilius Magnus Epiſt. ad Feſtum & Magnum:

Χαίρει γὰρ πόνων καὶ γεωργὸς ἀδρυνομένων αὐτῷ τῶν ἀσταχύων ἢ τῶν φυτῶν αὐξανομένων.

Infinita accumules ſi id agas. Conſulibus notare annos hominum cæterorum eſt. Tranquilli hujus & incurioſi negotiorum, alia ratio eſt. Quod ſequitur ſupra omnia eſt Simplicitatis argumenta.

13. IDEM CONDIT AGER SOLES IDEMQVE REDVCIT.] Nec cœleſtium corporum aut ſpatiorum mundi curam animo admittit, quæ res alioquin agnata quodammodo agriculturæ eſt. *Orbis* ſuus quo quis ſuo animo eum abſolvit. Sic Orbem Romanum Petronius aliique dicunt, eorum Imperium, velut ultrà nullus eſſet.

15. PARVO GRAMINE.] Extenuatio rei non incommoda, neq; mutem lectionem, adſentientibus Cujacianis & Aldinis libris. Meminit ingentem inſignemque quercum parvum fuiſſe gramen. Hyperbole eſt tarde enim creſcit quercus.

16. VERONA REMOTIOR INDIS.] Incurioſo ſermonum, neque enim alios popu-

los, *Vrbes, lacus*, animo admiſit umquã. In Codice ſcripto inſcriptio fuit. DE SENE, QVI VILLA SVA, QVAM IVXTA VERONAM HABVIT, NVMQVAM EGRESSVS EST.

18. ROBVSTVM AVVM.] Procul deliciis, procul etiam morbis Vrbanis & turbæ humanæ, ſecundum naturam vixerat, Itaque tertiam geneam, ſeu ætatem valente florenteque corpore tenebat, crudus ſenecta, integerque viribus. Agricultura & Temperantia à Vario laſcivoque victu matres nutriceſq; Sanitatis, multis Seneca, Stobæi Collectanea, & nemo non ſerio ſapientium. *Firmi lacertis* robur conveniens, non pingue, non ſubtile. *Firmitas corporis*, conſtitutio morboſæ & craſſæ contraria. Corn. Nepos Alcibiade: *Omnes Bœotii magis firmitati corporis quam ingenii acumini inſerviunt*. Sic firmiſſimi, optime conſtitutis membris Frontinus libro I. Strateg. cap. IV. *Delegit firmiſſimos quoſque quibus oleo ac mero calefactis precepit ut oram maris legerent* Firmitas itaque Sanitate potior aut robuſtior ea, neque delicata. Celſus lib. II. cap. XV. *In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum neceſſaria ſunt, quæ comprehendimus eo loco quo quemadmodum ſani noque firmi homines ſe gererent, percepimus.*

21. EXTREMOS IBEROS.] Adeo erant opinione veterum ut & Occidentem Solem illic audire ſibi viſi ſint Poetarum filii. Vide notas doctiſſimi R. Balforei ad Cleomedem, noſque alibi.

22. PLVS HABET HIC VITÆ.] Clauſula elegantiſſima, & tali carmine digna. Vita, quæ ſibi vivit, κατ᾽ ἐξοχὴν, velut ſola eo nomine digna. Æſchines Epiſtola V.

ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀζμιρίζω τῇ συμφορᾷ, καὶ γὰρ ἀρχὴν δοκεῖ μοι τοῦ βίου ἡ ἀπαλλαγὴ τῆς αὐτόθι πολιτείας.

Verba ſunt recens in exſilium miſſi. Pentadius.

vivere doctus
Vni vive tibi, nam moriere tibi.

Idem ſive alius priſcus Poeta.

Pars ego ſim plebis, nullo conſpectus honore,
Dum vivam dominus temporis ipſe mei.

Sic vivere, ſibi vivere, apud Martialem, Horatium, mille locis Inſcriptionum Veterum, ubi Mortui Vivos ad vitam beatam exhortantur, non ſine ſumma animi affectione illis poſtremis vocibus audiendi. De *alliteratione* quam vocant nec inepte vocant, inter VITÆ & VIÆ vocabula, vide Nos Commentario ad Petronium, quem jam deteximus, brevi promulgandum. Sententiam Claudiani adoleſcens memini expreſſam legere in Poematis Junioris Strozæ hoc non incongruo diſticho, Epigrammat. XXX.

Tecum habita, ut vivas: alibi quicunq; moratur
Non Vivit. Vita eſt vivere, Bembe, ſibi.

VITÆ VIÆ.] *Vita via* velut proficiſcentis tranſitus. Vide Baſilium in Pſalmum I.

EPIGR. XXX.

In Pauperem Amantem.

Scripta duo Epigrammata ad demonſtrandas ærumnas infelicitatemque Amantis, qui extremo malo humanitatis, paupertate nimirum, peiora ferat, dum non poteſt Amoris flammæ reſiſtere.

V. 1. DIRVSQVE CVPIDO.] Vere ſic noſter aliique ſcripti Codices. Cujaciani & Claverius durusque quod ſententiam contaminat, neque audimus. De Amoris intolerabili Cruciatu pleni omnes omnium Amatorum utriuſq; linguæ & ſtili libri, ut Petrarchas, Dantes, Ronſardos, Portæos, al oſq; hodiernorum Idiomatum non recenſeam.

2. TOLE-

2. TOLERANDA.] Tolerabilis aliquo modo, comparata illa ditditate. Alioquin fames jam inde ab Homeri teſtimonio omnium crudeliſſima peſtis. Vide Commentaria ad Civitatem divinam Auguſtini. Sanè Amor plures bonis, exiſtimatione, Vita, ſpoliavit, quam Paupertas, infinitis ubique rerum & literarum exemplis. Sententia Epigrammatis, *δύο κακῶν εἰς αἵρεσιν προκειμένων τὸ μετριώτερον αἱρετέον* ut loquitur Ariſtænetus libro I. Epiſt. XIII.

EPIGRAM. XXXI.

De Eodem.

V. 2. DELIGO.] Scripta lectio noſtra *diligo*. Illud verum affirmatumque Claverianis Libris Aldinis & Indicio Scaligeri. Corruptum ſæpius alibi hoc verbum. Vt in Procemio Epitomæ Rei Militaris apud Vegetium, ubi pro *dilectu* delectum vetuſtiſſimæ noſtræ membranæ diſertè ſcribunt. Summa autem nota miſeriæ Amori, paupertate pejorem eſſe, quæ ſummum alioquin & tale malum, ut & auditu ſit gravis. Oecumenius in cap. II. Epiſt. Jacobi: *ἡ πενία δυσχερὴς ἐστὶ καὶ μόνον ἀκουσθῆναι.* Infinita Stobæus, aliique Gnomologi.

EPIGR. XXXII.

De Sepulcro Specioſæ.

Inſcriptio veterum Librorum variat, non nemo enim adjicit carmen ſeriptum in ſepulcrum Specioſæ, ad viam publicam tumulatæ. Errore, notato à Steph Claverio. Belgicus Liber hactenus Lectionibus ſuis *ἀνέκδοτος* *SEPVLCRVM PENOSÆ* prætulit, manifeſta corruptione, ne videlicet & hunc titulum futilitas exſcriptoria non tentaret.

PVLCRIS STARE DIV.] Effictum ad illud Lucani *ſummiſque negatum Stare diu.* Claudius Quadrigarius eodem ſenſu: *Hoc maxime vexatur Deorum iniquitas quod optimum quemque non ſinunt inter nos diurnare.* Par ſententia in Auſonio. Trojan. Heroum Epitaphio XX.

Ocyus iſta ruunt quæ ſic cumulata locantur,
Major ubi eſt cultus, magna ruina ſubeſt.

Notum illud Naſonis

Invidiam quod habet non ſolet eſſe diu.

Pulcre & Plinius lib. XXI. cap. *Flores Natura in diem gignit odoreſque, magna, ut palam eſt, admonitione hominum, quæ ſpectatiſſime floreant, celerrime marceſcere.* Et Otbertus in Vita Henrici Quarti, *mirandus prudentia & ingenii ſcriptor*, magnam nullam Fortunam diuturnam autumat, quomodo maxima quæque ambigua Tacitus. Et de excelſis non inepte Guntherus, lib. V. ubi Terdonam alloquitur.

ceu corruit illa
Tu quoque victa cades, tanto graviore ruina
Quanto nunc aliis tibi firmior ipſa videris.
Parva cadunt levius, nec multa mole premuntur,
Magna ſub ingenti franguntur pondera lapſu.

Euripides Alcmæone, apud Stobæum Serm. XLVII.

Φεῦ, φεῦ, τὰ μεγάλα μεγάλα καὶ πάσχει κακά.

Invidiam Deorum ſeu Parcarum in Formoſos omnes Amatores canunt. Seneca Hippolyto.

Raris forma viris, ſecula proſpice,

Impu-

Impunita fuit. Te melior Deus
Tutum prætereat.

PARCARUM LEGE.] Hæc ut immineat omnibus, vitas Fortunaſq; humanas Ataneatum inſtar telis tenuiſſimis ſuſtinens, nemo melius dixerit ſalſiſſimo Philoſophorum, Luciano; cujus doctrinæ injuriam faciunt qui Providentiæ aut divinitatis irriſionem oppugnationemve adſcribunt, cum nihil ille omni ope agat potius, quam ut honorem ejus à fabulis & deliciis Sapientiam profeſſis vindicet. Qua de re alibi peculiari Opere. Ad Iſta vide ejus Charontem.

2. MAGNA REPENTE RVVNT SVMMA CADVNT SVBITO.] Artificium in verſu verborum quadam ruina rem ipſam exprimente dudum notarunt docti. Vide Popularis Noſtri Valentis Acidalii non injucundam Diatriben de Conſtitutione Carminis Elegiaci. Alios artificioſos pariter verſus ſuis locis notaſſe meminimus.

3. VENERIS SORTITA FIGVRAM.] Quæ dea fingitur nihil pariter invita pati, quam Formæ ſuæ aliam quamcunque componi. Exemplum in Pſyche Appuleiana & Poeticis fabulis aliorum. Ejus ergo Zelotypiæ intereſſe vult iſtam Claudianus. Summa autem Formæ commendatio patem habeti Venereæ. Muſcæus de Hero.

ἄλλη Κύπρις ἄνασσα

Idem.

Κύφερείδ☉ ἀρήτειρα νέη διεφαίνετο
Κύπρις.

Nonnus lib. VII. ubi Nais de Semela.

Εἰς πόνον αὐτοτέλεστον ἄγων μορφώμενον ὕδωρ,
ἑσπλοτέρην αἰδῖνι θαλασσαίην ἀφροδίτην.

Lib. XXXIII.

εἰ δὲ κεν ἄμφω
Χαλκομίδην & κύπριν, ἴσω λιβάνοισ, νοήσης
Οἱ δυνήσαι, φίλε κῦρε, διακρίναι
ἀφροδίτην.

Lib. XLVII.

κινυρομένη δ' ἀριάδνη
Εἴκαθεν ἐς κρίσιν ἦκε φιλομμειδὴς
Αφροδίτη.

Agathias de Ariadna Cythariſtria.

Εἰ δὲ καὶ ἀγλαΐης κρίσις ἵστατο, μᾶλλον
ἂν αὐτῇ
Κύπρις ἐνικήθη, κἂν ἐδίκαζε πάρις.

Atiſtænetus lib. I. Epiſt. XXVI.

πολυμνίαν καὶ Αφροδίτην ἔχουσιν οἱ θεοὶ ἐκείνας ἡμῖν, ὡς ἐφικτὸν, ἀπεικόνισ, ὑπ' αὐτῶν κοσμουμένη. Syneſius. τῆς χρυσῆς εἰκὼν τ Κύπριδ☉ ἡ Στρατονίκης.

Venus, quicquid eximie pulcrum ſpecie, Veneres pro Romanis puellis Lucretius libro IV.

Nec Veneres noſtras hoc fallit, quomagis
ipſa
Omnia ſummopere vita poſt ſcenia ce-
lant.

Sic ob dicendi vim & Gratiam, quæ tamen in eo mediocris omnino comparet Venus Eunapio perhibetur Plutarchus, prooemio Sophiſtarum.

ἐν οἷς Αμμώνιός τις ἦν ὁ ἐξ Αἰγύπτου πλουτάρχου τοῦ θειοτάτου διδάσκαλ☉, πλούταρχός τε αὐτὸς ἡ φιλοσοφίας ἁπάσης ἀφροδίτη καὶ λύρα.

4. EGREGIUMQUE DECUS INVIDIAM MERVIT.] Sic libri Noſter & vulgati. In Belgico *invidiam nutrit indita corrupta ſcriptura*. Simplex quidem hic ſenſus at omnino vetus, Poetaq; dignior, quem ſervarunt Cujaciana exemplaria.

Egregiumque decus, invidiamque tu-
lis.

Simul ſcilicet, unde & formoſiſſima fuit, cito petiit. Nihil certius quam ultra librari

ru

rum captum ſic ſcriptum reliquiſſe Claudianum. De Invidia Deorum alibi multis, & videre potes quæ ad Papinium notavit lib. III. Electorum cap. X. Amicus olim noſter, Joannes Gevartius.

EPIGRAM. XXXIII.

De Polycaſte & Perdica.

Fabulam ignoravit penitus Claverius, itaq; nomina mutatum venit. Eam ita proponit Fulgentius. Mytholog lib. III, cap. II. *Perdicam ſirunt Venatorem eſſe, qui quidem matris Amore correptus, dum utrinque & immodeſta libido ferveret, & verecundia novi facinoris reluctaretur, conſumetus atque ad extremam tabem deductus eſſe dicitur. Sed, ut Feneſtella in Archaicis ſcribit, hic primum venator fuit, cui cum ferinæ cædis cruenta vaſtatio, & ſolitudinum vagabunda errando curſilitas diſpliceret plusquam etiam videns contheroletas ſuos, Id eſt Actaenem, Adonin, Hippolytum, miſeranda necis functos interitu, artis priſtinæ affectui mittens repudium, agriculturam affectatus eſt. Ob quam rem matrem quaſi omnium genetricem amaſſe dicitur. Quo labore conſumtus etiam ad maciem perveniſſe fertur, & quia cunctis venatoribus de priſtinæ artis opprobrio detrahebat, ſerram quaſi maleloquium dicitur reperiſſe.* Matrem etiam Polycaſten habuit, quaſi Polycarpen, quod nos Latine (non tu quidem valde) multifructum dicimus, id eſt terram. In quo ſcribendum. *poſtquam etiam videas Contherotheras ſuos, i. e Actaenem, &c.* Venationum nimirum ſocios. Deinde agriculturam affectatus eſt.

V I. FLAMMARVM NVMINE COGAT.] Noſter Codex, Aldus, aliæque Editiones veteres habent *flammarum Munere* Illud placuit Cujacianis aſſentienti Scaligero. Et vero nobis. *Numine flammarum* Totum enim numen, tota vis Amoris in flammis, quibus omnia illius arma conſtat, vel notiſſimo Moſchi Eidyllio atteſtante. Editi etiam multi *Cogit.* Sed in illud conſentiunt MSS. Vide ad Papinium Lib. IV. Thebaidos v. 752.

V. 2. SANGUINIS AFFECTUM MATER AMARE TIMET.] Ratione inceſtæ libidini pugnante, ut Verbis modo poſitis in eadem re loquitur Fulgentius: Improbe ergo Liber Claverianus *amara* ſubſtituit, cui nullus hic locus. Caritatem maternam, libidinoſo amore mutare timet. Ita fere loquitur B. Ambroſius ad Paternum, Epiſt. LXVI. *Nubat avunculo ſuo neptis, & immaculatorum pignorum caritas illecebroſo amore mutetur. Affectum Sanguinis* Filium ipſe intellige, hunc enim amare horret mater, incenſa inceſti Cupidinis facibus, & ſic loquuntur integræ & inclinatæ Romanæ rei ſcriptores *affectus* cognationem, agnationemque omnem perhibentes Marcus Imperator: *Quod interim à te publicari nolo, ne aut ad ipſum Papirium, aut ad ejus affectus perveniat.* Capitolinus Maximinis: *Timentes igitur milites, quorum affectus in Albano erant.* Idem Gordianis: *affectus ſuos unice dilexit, filium & nepotem ultrà morem, filiam & neptem religioſe.* Idem Antonino Philos: *Antoninus quidē non eſt ſatis motus defectione Caſſii, nec in ejus affectus ſaviit.* Vulcatius Gallicanus Avidio Caſſio: *Nec tamen Antoninus graviter eſt iratus rebellione cognita, nec in ejus liberos aut affectus ſavit.* Salvianus Epiſtolis: Affectus dilectiſſimi. Idem: *affectus à ſuis convenit diligi.* Paullinus Pellæus in Euchariſtico. v. CCCCLVII.

> *Cum mihi plena domus caris affectibus*
> *eſſet.*

Interpres Clementis, lib. VII. *Te enim ſolum pro omnibus meis affectibus habeo, pro matre, pro patre, pro fratribus.* Servaſtus Lupercus contra Avaritiam.

> *Cognatorum animas promtum eſt patrum-*
> *que cruorem*
> *Fundier, affectus vincit avara fames.*

Hoc eſt jura omnia ſanguinis Idem Paullinus ſocrum, matrem, conjugem, ſe extuliſſe recenſens v. CCCXCII.

Perpetuum exilium diverſa ſorte dierum
Exige, jamdudum cunctis affectibus expers;
Prima ſocru ac matre dehinc & conjuge functa.

Ita editur mendoſiſſimo eo carmine. Emaculandum autem cenſeo.

jamdudum cunctis affectibus expers
Socru prima ac matre, dehinc & conjuge functa.

Plena omnia exemplis. Sequius ævum *adfectare*, corrumpere, devirginare, violare, ſignificare voluit. Commentator Horatii libro I. Sat II. *Permolere, violare, polluere, adfectare, ſubagitare, ut habemus in Terentio de ipſo actu turpi.* Immo omnis ultra modum adamatio hoc verbo cenſetur. Wilibaldus Epiſcopus Vita Bonifacii. *Cum primævo puerilis ætatis decore, multa ut ſolet, materna ſollicitudinis cura ablactatus atque enutritus eſſet, cæterorum poſtpoſito amore filiorum, affectatus eſt à patre.* Eo pertinet uſus Tertulliani, quem adnotavit Deſ. Heraldus, Digreſſionum lib. I. cap. XXXIII.

3. ANXIA NVTRIX.] Mater eadem & nutrix, quæ mammam dedit, dum pectori ſuo miſerum applicat, amore ejus percutitur. Cujaciani libri *puerum*. Quod ex ſequentibus ad Cupidinem verbis geminum puto.

6. ET IPSA DOLET.] Tui Amore inceſto. Parce, ait, talibus facinoribus, ne exemplo tuo incitata tui quoque impio amore mater Venus incendatur. Dolet, Amat. Amor enim infinitorum dolorum cauſſa & principium.

EPIGR. XXXIV.

De Zona Equi Arcadii.

Ita inſcriptionem ſuam huic Epigrammati reſtituerunt ex libris Cujacianis viri docti, qui & animadverterunt à Serena mitti, quæ à Theodoſio Magno adoptata, ut ex ejus Landibus apud noſtrum clarum, ſoror Principum rum regnantium habebatur. Eos merito lubentes ſequimur.

V. 1. PRINCEPS VENERANDE.] Membranæ noſtræ *memorande*.

V. 3. AVRO PHALERÆ.] De phaleris litem ex Suida, Gellio, Herodoro, Servio movit Aldus Manutius Nepos lib. III. Epiſt. Quæſtion. Quæ omnis ex eo ſedari poteſt quod Poetis quævis ornamenta phaleræ dicuntur. Ut vittis faleratum dicit Prudentius Pſychomachia. v. XXX.

phalerataque tempora vittis
Altior inſurgens labefactat.

Deinde præcipuè equorum, quorum morem, ut alia ſolent, vindicarunt poſtea ſibi omnis generis alii ſcriptores. Apud Romanos inſigne aliquod Regium aut Principale fuiſſe faleras, notatum nobis alibi, & indicat inſuper Herodianus lib. II de Severo:

εἰς ὕπνον κατηνέχθη, μέγαν καὶ γενναῖον ἵππον βασιλικοῖς φαλέροις κεκοσμημένον ἐδόκει βλέπειν φέροντα ἐποχούμενον τὸν Περτίνακα διὰ μέσης τῆς ἐν ῥώμῃ ἱερᾶς ὁδοῦ.

Quod ipſi primum Imperii Augurium facit auctor Politiſſimus. Plura aliaque vide apud Bulengerum Collectaneis de Imperatore, Libro III. cap. XLIX.

7. MORSV VERSARE SMARAGDOS.] Hujus gemmæ in ornamentis Equorum tanta poſt dignitas, ut præter Principes in eis uti nemini licuerit, conſule titulum L. Unicæ Cod. Nulli licere in frænis, &c. In noſtro vero Codice eſt *morſu exare* Unde liquet Claudianum ſcripſiſſe *vexare*.

8. TYRIO CROCO.] Purpura flagrante, inſtar croceatum flammarum. In eiſdem membranis diſerte exaratum eſt pariter *thoro* Ut *ſtratu* intellexerit Claudianus. ſed à vul-

à vulgata Lectione nihil mutamus. Croceum omne quod pulcrum veteribus, obſervante Scholiaſte Horatii.

6. FORMÆ SIBI CONSCIUS.] Alibi ſimilia dixit. Oppianus.

> Ἵπποις μὲν περὶ ἄλλα φύσις πόρε
> τεχνήεσσα,
> Ἡμερίων κραδίην, καὶ στήθεσιν αἰό-
> λον ἦτορ
> Αἰὲν γινώσκουσιν ἑὸν φίλον ἡνιο-
> χῆα.

Vide Matonem, III. Georg. Papinium.I. Silvar. Heliodorus lib.III.

εἴποις ἂν καὶ τὸν ἵππον αὐτὸν συνιέναι τῆς ὡραιότητος τοῦ δεσπότου, καὶ ὡς καλὸν κάλλιστον φέρειν τὴν ἡνίοχον αἰσθάνεσθαι. Vide ibi plura.

11. BREVITAS DONI.] Exiguitas. Notatum ſupra & alibi.

12. EQVOS] Hic deſinit Epigramma in MS. Cætera non comparent. Et omnī arguunt ſequens carmen ejuſdem argumenti eſſe alterum.

13. DECVS EOO FRATRI.] Clare vides ad Arcadium hæc pertinere. Vocula *decus* ita uſus eſt exemplo Matonis. De Arione & Cyllaro omnia notiſſima, ut & de Equis Parthorum aut Armeniorum, Halyque, quorum ſupra meminit. De Arione tamen forte non prorrita nos ad Papinium.

EPIGR. XXXV.

De Muneribus Honorio Imper. à Serena miſſis.

Vitioſum titulum indicavit Claverius, cum de chlamyde ſola argumentum habeat Epigramma. Commendat autem donum Serenæ, quo ornatat Honorium, ut non minus quam à Stilicone exſuviis hoſtilibus bellicus ejus cultus poliretur, uxor ejuſdem pacificum Herois pacificum Principis habitum excolere æquum bonumque duxerit.

1. NON SEMPER.] Remiſſiores curas exemplo Deorum inducto probat. Ita ſolent Poetæ. Pindarus de Deorum ſæviſſimo, Pythionic.I.

> καὶ γὰρ βιατὰς Ἄρης τραχεῖαν ἄνευθε λι-
> πὼν
> Ἐγχέων ἀκμὰν, ἰαίνει καρδίαν κώ-
> μαις.

Horatius de Jove Tempeſtatum inductore, Lib.II.Carm.II.

2. METVENDVM GENTIBVS.] Barbaricis, quas circa Ilium plurimas ſubegiſſe Achillem Homerus aliique memorant. Sic in Nuptiis Honorii de capillis ejuſdem,

> *& quos mox horruit Ida*
> *Theſſalico roſeos nectebat pectine crines.*

De terrore ejuſdem Horatius generoſiſſima Oratione:

> *Filius quamvis Thetyos marinæ*
> *Dardanas turres quateret tremenda*
> *Cuſpide pugnax.*

3. ARDENTIS ANTRA DEI.] Vulcanus ipſe ignis. PLautus. Vulcanum in cornu concluſum geris. De eodem Gratius noſter.

> *Deus illam molliter aram*
> *Lambit, & ipſe ſuos ubi contigit ignis honores*
> *Defugit ab ſacris, rurſumque reconditur antro.*

Idem autem Numen & igni & ferro à Veteribus præficiebatur. Coluthus Raptu Helenæ, de Eride.

> Ἡφαίστῳ δ' ὑπόεικεν ἀτυζομένη περ
> ἐοῦσα.

Ssssss 2 Καὶ

Καὶ πυρὶς ἀζβέστοιο, ἢ ἰθυντῆρα σιδήρου.

10. ONERABAT.] Non improbo hanc cæterorum Codicum Lectionem, infert enim veterum morem adeo magnis molibus gemmarum veſtimenta operire ſolitotum, ut etiam oneri eſſent geſtantibus. De eo alibi. At in noſtro Codice diſerte ſcriptum ornabat *cui aſſentiunt & Belgicus.* De Equis Achillis Iliad. T. Homerus Paralipom. γ. Quintus Smyrnæus.

12. DIVERSIS.] Solus omnium hactenus collatorum noſter Codex. Clariſſime & integerrime in eo eſt exaratum.

At tibi diverſis, princeps altiſſime, certant
Obſequiis, ſocer atque ſoror. Mavortia confert
Munera, Barbaricos, Stilico, Rhenique, triumfos.
Regina contenta modum ſervare Serena,
In tua ſollicitas urget velamina telas.

Soror Honorio Serena, adoptata enim ejus Patri Theodoſio Magno. Non indiget declaratione, laude omni commendabilis hæc Codicis noſtri ſincera probitas.

EPIGR. XXXVI.

De freno, phaleris, & cingulo Equi Honorii, à Serena miſsis.

Ita inſcripſit hoc Epigramma Scaliger, Simpliciter cæteri, & MSSti quoque. De Equo Honorii. Optime vir divinus. Ejuſdem autem argumenti eſt cum illo quod Arcadiana ornamenta Equeſtria modo commendavit. De Equo Imperatorio multis in Collectaneis ſupra laudatis Cæſar Bulengerus. De penſilibus ab Ephippio pedum ſuſtentaculis, quæ ferro aut orichalco, adeoque argento magnatibus fiunt, diſceptant docti, in uſu fuerint antiquis, an ſecus. Nos fuiſſe & non fuiſſe, id eſt nota ea ſubſidia, non tamen æſtimata aut frequentata exiſtimo. Negari enim non poteſt inveniri in veteribus monumentis picturis, & ſcriptis, numquam tamen mentio apud auctores ubi debebat fieri, ſi fuiſſent vulgo uſurpata. Vide quæ notarunt diſceptaruntque docti homines, Magius in Miſcellis, Marcellus Donatus, Dilucidationibus. Torrentius ad Suetonium, denique Samuel Dreſemius ad Joſephum Devonium. Quorum notis accedit nummus à nobis Vetus Leonis neſcio cujus Principis Conſtantinopolitani, qui pedem Eques tenui duplici filo inſertum oſtentat, idque utrumque.

2. NVMINIS.] Ne mira hæc appellatio Chriſtiani Principis videri poſſit, faciunt infinita loca Vtriuſque Codicis, aliæque Principum poſteriorum Conſtitutiones. Sic placuit quod ex eadem ipſa oratione conſtat, Theodoſio Pacatus, eum in os ipſum Deum pronunciaret. Dicas inſuper jure ſuo (ſi quid in Impietate improba Juris eſt) uti hominem Idololatram, cum quos videt Beneficos potenteſq; Principes, eo honore impertit, quem vulgo dabat ficticiis Deaſtris, quo olim Argumento niſus Alexandri faſtum in Deos referre Anaxarchus, teſte Arriano Anabaſi IV. Sed de re tota prolixiſſime alibi. Equorum patriæ ſatis notæ de Gratio, Marone, Oppiano, Nemeſiano, aliis, hic non iterandæ. Omnia autem hic quæ ſuperius in Encomio munerum Arcadio miſſorum, ut junctim duo carmina exierint.

6. PERSTRINGERE.] Non conculcare. Notæ Hyperbolæ Poetarum, Equos per ariſtas non inflexas currere, jam inde ab eorum parente Homero.

9. GEMMATA MONILIA.] Notanda equis dari ſolita. Appulejus Deo ſacraris. *Neq; in emendis equis faleras conſideramus & baltei polimina inſpicimus, & ornatiſſima cervicis divitias contemplamur: ſi ex argento & auro & gemmis monilia varia gaza dependent, ſi plena artu ornamenta capiti & collo circumjacent, ſi frena calata, ephippia fucata, cingula aurata ſunt.* Virgilius lib. VII.

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent,

Tecti auro, fulvum mandunt ſub dentibus aurum.

Utrumq; locum ante nos notavit Adr. Behotius, lib. I. Apophor. cap. IV Ubi & de gemmatis cingulis frænisq;. tamen nil quicquam ad Papinij locum, in quo cirrà controverſiam veritas à nobis reſtituta eſt *moles geniata Coloſſi.*

12. MANIBUS SUDATA.] Elaborata. Durior tamen locutio, niſi quod impenſum ſtudium elaborantis denotat. Sic ſudor, laborem notat Avieno, etiam in re animi, libello nimirum verſibus ſcripto.

Vt aperta vero tibimet intimatio
Sudoris hujus & laboris ſit mei,
Narrati nem Opuſculi paullo altius
Exordiemur.

Recte autem voculas *Serena* & *colorum*, juxta ſuo ordini ſuo reſtituit Claverius, Quamquam ante eum natum ſic ediderit Michael Bentinus, ſummis ſpebus ſubtractus juvenis, & reperierint ſæpius eam reſtitutionem Edd. Belgicæ.

14. PERSARUM GENTILE DECUS.] Ad morem Perſarum. Mille locis Barbara pompa & ſuperbia veſtitus phalerarumq; Perſicarum auctoribus celebratur. Perſico ritu exornatum Principem, Perſico ritu elaboratam Zonam dicit Serenæ.

15 MATERNIS STUDIIS] Jam marito igitur Honorio hæc ſcripta.

EPIGRAM. XXXVII.

De Byrrho & Caſtoreo.

Vilem veſtem quæ pretioſæ nomen ferat, ineeſſit. Byrrum enim Bibrum Caſtoreum haberi dicit, ſe vero pro tali neſcire agnoſcere, tum quod materiem videat, dum quod viliori pretio emta ſit quam tanta nomina ferant. Eam eſſe ſententiam hujus carminis liquet, quod perperam & nos & alij aliorſum alibi duximus duxeruntq;. Scio quod Byrrus fuerit pretioſa veſtis, utcunq; tralatitia. Caſſianus lib. I. Inſtit. cap. VII. *Anguſto pallio tam amictus humilitatem, quam vilitatem pretij compendiumq; ſectantes, colla pariter atque humeros tegunt, quod mafortes tam noſtro quam ipſorum nuncupatur eloquio, & ita Planeticarum atque Byrrorum pretia ſimul ambitionemq; declinant.* Quibus verbis vides aſtrictiorem veſtem fuiſſe, & ita Sulpitius Severus Dialog. I. *veſtem reſpuit groſſiorem, indumentum molle deſiderat, atq; hac caris viduis, ac familiaribus mandat tributa virginibus, illa ut byrrum rigentem, hac ut fluentem texat lacernam. Inde vero, ob pretium nimirum, honorabilium perſonarum habitus.* Ut Epiſcoporum, de quibus notarunt jam alii. Adde locum Meſſiani in Vita Cæſarij Arelatenſis, lib. II. *Ecce ſanctus Epiſcopus venit. Tunc ego ut credidi Deo mihi peccatori inſpirante birrum ipſius Domini mei apprehendi & vulneri meo impoſui.* Sed ut hoc verum, ita conſtat birrum alijs pro barbara vili, craſſaq; veſte captam. Eucheria lib. IV. Epigramm. Veterum.

Sericeum tegmen, gemmantia texta Laconum,
Pellibus hircinis æquiparanda liquar.
Nobilis horribili jungatur purpura birro,
Nectatur plumbo fulgida gemma gravi.

Et hinc jam quærenda ſententia Epigrãmatis hujus.

hujus. Birrum, veſtem craſſam, Bibrum dicebant nonnulli. Iſidorus lib. XIX. cap. XXIV. *Græcis id adſcribit. Birrus à Græco vocabulum trahit, illi enim Birrum Bibrum dicunt.* Hoc eſt quod ferre non poterat Claudianus, *Caſtoream nimirum veſtem, pretioſiſſimam illam, & tenerrimam, vili & craſſo birro nomen ſuum tradere.* Idem enim animal Bibrus ſive Fiber, aut Biber, & Caſtor. Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. XII. v. 34 *Caſtorem Bebrum dicit, qui cum viderit ſe obſideri teſticulos ſuos projicit* Papias. *Beber, bebri, maſculinum, quoddam animal.* Nec opus verbis pluribus. De animalis autem hujus pelle & crinibus, ut nunc quoque, pretioſiſſima fiebant olim ſive tegumenta ſive veſtimenta, vel & ornamenta. Pelles inde è Ponto petitas docet idem Scholiaſtes Juvenalis ad Satiram. II. *Bebriaci id eſt Pontici, unde pelles bebrinæ, Galba enim Ponticus fuit.* Quod Bebrorum ſeu bibrorum ibi copia & meliorum. Val. Probus in Georgicum I. *Pontus fert Caſtora. Quod animal cum etiam in aliis regionibus, quam in Ponto, naſcatur, non tamen eſt tanta vis teſtium, quanta Ponticorum Fibrorum.* Unde & Pontici canes dicebantur, ut & aliis notat Papias. Sed nos de pretio uſuque veſtium jam fibrinarum loquitur. Iſidorus lib. XIX. cap XXII. *Fibrina veſtis, tramam de fibris, lanam habens Caprinam.* Hanc ſubfibrinam dixiſſes. Erant quæ totæ fibrinis capillis conſtarent. Idem cap. XXVII. Ejusdem Lib. *Fibrinum, lana eſt animalium, quæ fibros vocant, ipſos & caſtores exiſtimant. Sic vocat ob mollitiem, quia capilli illi omni lana ſuperiores ſunt.* Caſtorium vocabant hoc genus veſtis, quam appellationem birro vulgi dari non patitur Claudianus, aut Caſtorinam. B. Ambroſius de Dignitate Sacerdotali, cap. V. *Quod ſi juxta ſenſum litteræ tantum reſpiciamus, non aliud ſacerdotes quam amictum quærimus clariorem. Verbi gratia: Caſtorinas quærimus & ſericas veſtes. Et ille ſe inter Epiſcopos credit eſſe altiorem, qui veſtem induerit clariorem.* Sidonius lib. V. Epiſt. VII. *Nam libenter incedunt armati ad Epulas, albati ad exſequias, pelliti ad eccleſias, pullati ad nuptias, Caſtorinati ad Litanias* Hoc eſt *caſtoreis induti.* Ita clara mens obſcuriſſimi hactenus Epigrammatis. Aliorſum nuperrimè ivit & doctiſſimus Salmaſius, Omiſſis ad Plinianas Animadverſiones, quem inibi videas.

1. UMBRA MANET.] Nequaquam res ipſa, ſed vile ſimulacrum. Hoc enim umbra in omni rerum genere denotat. Achilles Tatius libro VI.

ἀλλὰ τὸ πάντων ὑβριστικώτατον προσπεπλεγμένος καταφιλῶν οὕτως ἀνέδην ὡς ἄλλῃ γυνῇ, ἧς αὕτη τῶν γάμων ἡ σκιά.

Zacharias Scholaſticus lib. de Mundo.

ὁ ἄρα κόσμος ἐκ θεοῦ ἔχων αἰτίαν ἢ δύναμιν ποιητικὴν, εἰ μέλλει τὸ γινόμενον μὴ σκιά τις εἶναι.

Egeſippus lib. V. cap. XLI. *Vidimus etiam mortua terrarum naſcentia, humum aridam, virentium fructuum umbras inanes, foris gratiam, intus favillam.* Lucanus, lib. III.

Libertas populi, quem regna coercent,
Libertate perit, cujus ſervaveris umbram
Si, quicquid jubeare, velis.

Gaudentius, Tractatu. I. *Lex umbra erat futurorum bonorum eorum quæ jam in nobis impleta ſunt.* Arnulfus Lexovienſis, Epigrammatis.

Nam virtus vitii nec amat nec ſuſtinet umbram.

Contra illud Juvenalis, Sat. XIV. *Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra.* Eucherius Homilia in IV. Adventus. *Illius igitur baptiſmum, umbra quadam erat & ſignificatio melioris baptiſmi.* Cyprianus Epiſt. LXIX. cap. III. *Sed quamvis in falſis & ſpoliatis ſacerdotibus umbram tamen ipſam inanem ſacerdotalis nominis cogitans dixerit, neſciebam quia Pontifex erat.* Fridericus I. Imp. ad Othonem Friſingenſem: *Quæ ab excellentiſſimis viris edita ſunt, magis dici poſſunt umbra quam facta.* Radulphus Ardeus Homil. XLIII. in Evangel. & Epiſt.

Epiſt. *Et illud quidem imperfectum eſſe tamquam figuram & umbram; iſtud vero perfectum eſſe tamquam rem & veritatem.* *Inumbratus* inde, vero oppoſitus. Celſus JC. cap. XVIII. de Acquir. Poſſeſſ. *Si furioſo, quem ſuæ mentis eſſe exiſtimas, eò quod fortè in conſpectu inumbratæ quietis fuit conſtitutus, rem tradideris.* *Vmbratilis, vanus.* ut Umbratilis Conſul Tertullus apud Adonem Chronico, ſub Honorio. Ex Oroſio lib. VII. cap. XLII. *Vmbraticus* & Imaginarius præceptor Lactantio libro VI. cap. XII. *Vmbratus* ſpecie pietatis, inductus, fucatus apud Vigilium libro I. Contra Eutycheten, ita enim eo loco membranæ præferunt.

V. SI CASTOR NITEAT.] Inepta ſcriptura. Cur enim Caſtoreum non poſſit dicere ſi inſtar Caſtoris niteat? Omnino ſcribendum. *Ni Caſtor niteat niſi nitorem Caſtoris præferat, neque enim dicere Caſtoreum.* Sententia ſic eſt plana. Et ita locus benè habeat ex Codicibus Cujacianis emaculatus. Noſter, magno noſtro condolio, non habet Epigramma iſtud. In duobus Belgicis fuit ſic Caſtor vitet. In Aldina Editione *vires* Unde dicas olim fuiſſe *ſic Caſtor vivat*, aut aliud quid. Nobis meliores hic ſunt ij libri, qui & de cætero ad emendationem hujus ſcriptoris plus alijs omnibus contulerunt.

3. QUID SIT.] Scripta Lectio *quis ſit* Eadem res eſt.

3. POTESTIS.] Solus Aldus *poteſtur Edidit*. Nec inepte. cum ſic Maro, ut quidem ambitioſiſſime Grammatici nonnulli contra Politianum ſtatuunt. Nos tamen iſthic nihil mutandum cenſemus, non enim opus Pacuvio ad Claudianum. Et illud vulgatum ſcriptumq; ſatis aſſeverat ſequens verſus

EPIGRAM. XXXIIX.

In Alethium Quæſtorem.

Qu: Quæſtoria dignitas eo ævo fuerit, pridem notatū doctiſſimis viris ad Symmachum aliosq; ſcriptores. Illud hic ſummo viro, qui ex magiſtratus dignitate Poeticam etiam præſtantiam æſtimabat, nemini obſcurum. Quæſtorem Anaſtaſium Poetis faventem ſuo ævo laudat Panegyrico ad eum Creſconius Coripus. Paullum Quæſtorem & Poetam, niſi Quæſtor ei nomen quoq; fuit, Aldhelmus, ſive Adlhelmus potius, præfatione Aenigmatum. Palinodia hic eſt ſimulata Alethio Quæſtori cani, cujus carmina inſcitiæ notaverat. Hunc εἰρωνικῶς deprecatur, ut Horatius Canidiam, ſeq; deinceps plauſurum ejus ingenio prædicat, interibi doctis modis hominis faſtum traducens. Dicas eactum iſthic Manlium Theodorum, quem quæſtorem fuiſſe Panegyrico indicat, & alibi, Epigrammate nempe XLIV. eundem inceſſit: quem Poetam fuiſſe clarum ex notatis ſuperioribus commentariis, nec abludit nomen quod totidem litteris in *Manlius Theodorus* reperitur: cum vanitatem ejus viri indicet etiam Auguſtinus. Sed hæc conjectura eſt, quam nec ipſimet auctores moramur.

1. SIC NON ÆTHIOPUM.] Atteſtatio ironica damnorum aut miſeriarum ſuſtinendarum, ſi mentiatur. Si conſideres tamen, ambigua ſunt omnia. Poteſt enim facilè caeteomnibus his periculis, locis periculoſis abſtinendo, quæ adire nemo illum cogat; nec tanti crimen iſtud ve propterea exſilium metuere potuerit. Sententiam hauſit ex Thalyſiis Theocriti, ubi paſtor Panem alloquitur Arato amorem ſuum ſiſtat.

Εἰδ' ἄλλως νοήσαις, κατὰ μὲν χρόα
πάντ' ὀνύχεσσι
Δακνόμενος κνάσαιο, καὶ ἐν κνίδαισι
καθεύδοις;
Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χεί-
ματι μέσσῳ
Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος,
ἐγγύθεν ἄρκτω.

Ἐν

Ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιό-
πεσσι νομεῦσι.

Similiter Catullus, Carm. XLII.

Ni te perdite amo, atq; amare porrò
Omnis ſum aſſidue paratus annos
Solus in Libya Indiaq; toſta
Caſio veniam obvius Leoni.

2. SCYTHICO SUB JOVE.] Ubi perpetuum frigus, hieme vero internecinum.

3. NOCTEM DUCENTIBUS HOEDIS.] Hœdi pluviale ſidus. Multis Manilius.

5. FURIARUM VERBERE PULSUS.] Grammatici infeſtam iracundiam æquiparat Furiarum flagellis; ejus generis nos multa in libris Epigrammatum, quos olim ſuis interpolatos me invito ediditalius, tepexos vero & nobis dignos nos brevi emittemus. Ita vel hinc omnia unam eſſe Ironiam vides.

6. CARMINA.] Vel laborioſiſſimos & bonæ mentis inaniſſimos verſus, quales Grammaticorum eſt commentari; vel lituras & cenſiones dicit. Carminis enim vox omne dictum ſcriptumve denotat. Seneca Epiſt. XCVIII. Livius, lib. XXXIX. Cicero pro Rabino. Alij. Prior ſententia vera eſt. Pati ſuis rebus ſcriptisve Cenſorem Grammaticum immane ſit infortunium; quid erit ſi iratum?

VERBERE PULSUS.] Qualibus Furijs fremunt Grammatici. Hinc plagoſus Orbilius. Auſonius talem pulcre repræſentat in Protreptico:

ne metuas quamvis ſchola verbere multo
Increpet, & truculenta ſenex gerat ora magiſter.

7. NULLA MEOS TRAXIT.] Intellige ex te ipſa judicaſſe, non petulantia.

7. TRAXIT PETULANS AUDACIA.] Noſter Codex *petulans traxit audacia.*

8. LIBERIOR JUSTO.] Elegans ambiguitas. Idem codex *Liberior ſolito.* Nil mutamus; nec enim cæteri minus ſunt Codices.

10. GRAVE CRIMEN ERAT.] Idem Codex ſingulari acumine, ſi vero, habet: *quam grave crimen erant* Verſus ſcilicet illi. Sed nil mutamus à vulgato, quamlibet jejunè cadat ſententia, & vix bene Latinè. Judicent alij.

11. ORPHEOS ALII LIBROS.] Tanta hujus hominis auctoritas ferè ſemper fuit, ut neſcio an ullius major ex Theologis univerſæ Gentilitatis. Tractatum de eo ejusq; doctrina peculiarem in Barbarica Philoſophia, & Superſtitionibus damus. Merito hic ipſi Homero Philoſophiæ deditus Platonico Pythagoricæ Poeta eum anteponit, vix enim non adorant Orpheum Sectarum iſtarum Principes.

12. NEC TUA SECURUM.] Magno etiam judicio Virgilium Homero præponit. Ille vero uſq; adeo non ſecurus famæ fuit, ut neq; vivo neq; mortuo defuerint Zoili & Maſtiges. Vide vitæ ſcriptores, & Gellium. Fama quæ ejus fuerit perpetua ab omni ævo Encomia teſtantur, quorum quædam damus ad Auguſtinum.

13. IPSE PARENS VATUM.] Ovidius in Mortem Tibulli, Amor. III.

Adſpice Mæoniden, à quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pierijs ora rigantur aquis.

Manilius de eodem. Lib. II.

cujusq; ex ore profuſos
Omnis poſteritas latices in carmina duxit.

Notum figmentum Pictoris, vomere Homerum, inde colligere ſua cæteros Poetas. Similia de eodem humanitatis miraculo Dionyſius Halicarnaſſæus;

σκοπὸν αὐτὸν ἁπάντων ποιῶν, ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι.

Ejusdem perennem auctoritatem laudat Ammianus Marcellinus Lib. XXVII. Inſtar oraculorū ejus teſtimonijs pleriq; omnes Græci ſcriptores utuntur, In his Julianus Imperator. Et ſanè ut Chriſtianis Moyſis ſcripta, ita Philoſophis in eorum nempe invidiam, facte Homeri, præcipue ijs qui contra veritatem velita-

velitabantur. Ita interdictus Chriſtianus Poeta ab eodem Juliano, vti patet ex Edicto Parabaræ etiamnum ſuperſtite. Immo & Chriſtianis ſcriptoribus inque rebus ſerijs ejus Eloquentia pro omnium maxima. Sulpitius Severus de vita Martini: *Verè fatebor, non ſi ipſe ab inferis Homerus emergeret poſſet exponere, adeò omnia majora in Martino ſunt quam ut verbu concipi queant.* Sed hæc obvia, & alibi ediſſertata. Diſtichon hoc Claudiani citat ejus admiratorum ſequenti ævo vnus, Ennodius lib. II Epiſt. VI. *cum ſcriptum ſit* inquiens, ut de ſummæ auctoritatis auctore ſententiam proferens. Idem alludit Eugenius Toletanus præfatio in caſtigatum aut vitiatum Dracontij Opuſculum.

PRINCEPS HELICONIS.] σοφωτάτων καὶ ἀρχαιοτάτων Poetarum vel præcipuum cenſet Aeſchines contra Timarchum. Plato Jone.

ὅμηρος ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν. Idem θεσπέσιον περὶ τοὺς ἄλλους; vocat in Phædro. σοφώτατον Xenophon. ἀξιολογώτατον Xenocrates AXiocho, quem Dialogum tamen Aeſchini Socratico adſcribere malimus, ſecuti Judicium Harpocrationis, Pollucis, & Stobæi, vt alibi multis declaramus. Hermogenes lib. II. de Id.

ἄριστη δὲ γὰρ ποιήσεων ἡ Ὁμήρου, καὶ ὅμηρος ποιητῶν ἄριστος. Et poſt pauca: *ἄριστος ὢν κατὰ πάντα λόγου εἴδη, καὶ ποιητῶν ἁπάντων, καὶ ῥητόρων, καὶ λογογράφων, Ὅμηρος.*

Sed quis finis laudatiſſimi omnibus laudatis ingenijs: ita tamen ut inſint citra exceptionem multa affectum laudantium teſtantia.

17. ET PALLIDUS.] Scribe ex membranis noſtris *en pallidus.* Quod longè vulgato illo & elegantius & nervoſius.

18. SOPHOS.] Acclamantium favoris vox, & laus ſumma. Martialis lib. I.

Audieris cum grande Sophos dum baſia captas.

Sidonius, lib. VIII. Ep. VI. atq; ob hoc illi maximum σοφῶς, non Eloquentia prius quam verecundia dedit. Idem.

Certavere ſuum venerari Numina Numen,

Diſparibus modulis incinuiſſe Sophos.

Idem Paneg. Majorant.

Perſonat ergo tuum, cælo, rure, urbibus, undis,

Exſultans Europa Sophos.

Vide Notas doctorum ad eum, & Venantium Fortunatum.

19. IGNOSCAT PLACIDUS TAMDEM.] Ita rectè docti ex libris, & noſter conſentit. Male nos olim, nimiumque curioſe. *FLatus remittere* inſtat inflatæ belluæ erat, tanti enim vecordiam hominis hæc Palinodia habet.

20. ET TUTO.] Solus denuò noſter Codex Integritatem ſuam hic Claudiano vindicat. Scribit expreſſe. *Et toto recitet quodlibet ore:* Placet! toties illis inflatis buccis licet utatur, inquit, & fremat, tonet, clamet, vociferetur, baubetur, quicquid volet, nos parati ſumus *Placet* hoc noſtrum ubique illi offerre; ne videlicet tanti ponderis hominem cum tanto ſuo faſtu nobis incumbentem ferre cogamur.

EPIGRAM. XXXIX.

In Curetium.

V. 1. FALLACES.] Omnem Genethliacen contemnit, more veterum Philoſophorum. Duobus autem his Epigrammatis ne unum quidem apicem mutant membranę nobis collatæ, vti neq Belgici codices duo. Notiſſimum Aſtrologiam, præcipuè Genethliacam, ob plurimum abuſum, uſum ferè nullum, malè audiviſſe apud veteres, vti artem vanam & quæſtus gratia dicacem. Tacitus lib. I. Hiſtoria-

 rum:

rum: *Vrgentibus etiam Mathematicis, dum novos motus & clarum Othoni annum obſervatione ſiderum affirmant, genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra & vetabitur ſemper & retinebitur.* Eadem ferè verba apud Valerium Maximum lib.I. Multis Gellius lib.XIV.c.I. Sextus, aliiq; ſerio Philoſophi, Seneca Suaſoria IV. alij. Quos nominare longum. Talis genitoris filium, impuri oris hominem, ſalsè ludit Claudianus, hoc Epigrammatum pari.

2. VAGA SATURNI.] Obeſſe Saturni inconſtantiam, ſuperventurum autem Jovē. Qualibus ſententijs ſperantibus, quod ait Tacitus, fallacias illi homines nectebant. Saturno autem adverſatur Juppiter. Perſius, Sat. V.

Saturnumq; gravem noſtro Iove frangimus unà.

3 PAUCIS PROMITTERE NUMMIS.] Exempla talium æruſcatorum apud Appulejum Metamorphos. I. Lucianum non uno libello.

5. PERJURIA.] Senecæ in Apocolocynthoſi pro miraculo eſt Mathematicum vel ſemel verum dicere.

6. SPURCOS AVIDÆ.] Sic omnino ſcribendum, quod mirum nemini monitum. Deeſt enim meretrici epitheton, & adverbium iſtud hoc loco non nauct eſt. Et ſic rectè Aldus.

8. FLAGITIIS.] Criminibus quæ nec dicere velis. Veteres virium virgini illatum hoc nomine cenſuiſſe autumat Nonius. Omnem libidinem Iſidorus lib.V. c. XXVI. Ad immemorabilem libidinem uſus Comicorum & Jureconſultorum præcipuè frequentavit.

10. HAS EADEM NATI.] Claveriani libri *Has etiam nati.* Merito id contemſit Scaliger. *Eamdem* linguam pro eodem membro duorum corporum dixit.

EPIGRAM. XL.

In Eumdem.

Sane & nos cum viro docto vellemus neutiquam os illud fatale eximiorum virorum præconijs, & rerum magnarum doctrina ſputcitatibus duorum Carminum contaminaſſe caſtiſſimum alioquin vatem, neq; Poſteritati ſe traduxiſſe talibus vulgarium Poetarum nænijs. Tamen non ideo Bona cætera contemnemus, & iſta ipſa non alijs adſpiciemus, quam ijs oculis, quibus Satiricorum ſcripta audioribus verbis vitia inceſſentia, ſolemus. Nec enim ſuos mores hic ſeſe fœdis rebus delectando, faretur Claudianus, ſed notat & vituperat, æternisq; contumelijs inurit obſcœnos alterius, abhorrere ſeſe ab omni hoc luto palam conteſtatus. At ſi exemplis excuſandus vel ſic etiam erit, Auſonium ſerio & Chriſtianum, & Chriſtianiſs. Principum Inſtitutorem conſideres, dices iſta duo Epigrāmaria lac merum eſſe præ ſordibus Imperatorij Præceptoris. Hæ ſunt nimirum Satanici regni à debellata Gentilitate reliquiæ, quibus felicitas noſtri ævi, certè territorij, inclareſcit, quod dedi optimi ſtudijs procul à vita in profanorum hominum libris talia ſecurè damnare poſſimus; non indigna lectione eatenus, quatenus cavere, abhorrere, damnare, vel exinde diſcimus.

2. PATRE TUO.] Taſium notitiam profeſſo, & inde victitante.

3. DEDIT INCLEMENTIA MARTIS.] Militem & militari animo ſanguinenm hominem creans, furibundum. Vide Senecam ſuaſoria IV Veſtius Valens: *Martis ſtella ſignificat violentias, bella, rapinas, clamores, tumultus, adulteria, ſpoliationes, amiſſiones facultatum, exilia, alienationem à parentibus, captivitatem, corruptiones mulierum, inciſiones uterorum ut fœtus eximantur, inceſtas nuptias, ablationes bonorum, Mendacia, inanem ſpem, rapinas, furta*

furta, latrocinia, prædationes, concuſſionẽ, iram, pugnas, convitia, odia, controverſias, infers & violentam Mortem, & ſectiones & cruentationes, ſubitas febres, ulcerationes, ſcabiem, amarulentiam, vincula, tormenta, * *virilitatem, perjuria, errores, legationes impias.* Hæc omnia agnoſcere voluit Claudianus in Curetio, profeſſus ſcientiam ſiderum, cum adverſum ei Martem facit. Ubi aſteriſcum poſui *virulentiam ſcribendum* arbitror. Ad ſequentia Sidera Notationes ejusdem olim de Græco traducti ſcriptoris conſule.

4. DEBILIS ARCAS ERAT.] Naſcenti videlicet, Mercurij enim ſidus omnibus ingenij oriſq; dotibus præſes Idem Veſtius: *Stella Mercurij ſignificat diſciplinas, litteras, argutias, eloquentiam, fraternam conjunctionem, interpretationem, præconia, numeros, palæſtram, vocis curam. Attribuit mentem ac intellectum. Efficit Heres, quiq; ſacerdotia naneiſcantur, fictores, ſtatuarios, medicos, grammaticos, Iureconſultos, Oratores, Philoſophos, Architectos, Muſicos, vates, ariolos, difertos, &c.* Quibus omnibus debilitate hujus aſtri excludit Curetium Claudianus.

5. MORBUM.] Obſcœnam pruriginem, quę tanta infectione contaminarat genus humanum, ut medici viros curare cogerentur, ac virilitatem vulgo projicerent. Vide Cælium Aurelianum Lib. IV. Tardarum, cap. ult. Sic Morbum vocat noſter, exemplo Juvenalis, Sat. II.

> *hunc ego fatis*
> *Imputo, qui vultu Morbum inceſſuq; fatetur;* Iterum.
> *Hippo ſubit juvenes, & morbo pallet utroq;.*

Catullus pari ſenſu de Mamurra & Cæſare: *Morboſi pariter, gemelli utrique.*

πάθος Græcis. Theodoretus Therapeut. IX. ἐγὼ δὲ οἶμαι καὶ τοὺς λίαν ταῖς ἡδυπαθείαις δουλεύοντας οὐκ ἐπαινεῖν τὸ πάθος, ἀλλὰ δουλεύειν τῷ χρόνῳ τὸ ἔθος ἕξιν ἐργασαμένους.

6. LUNA VENUSQUE.] Luna naturalia, hoc eſt Libidinis partes in corpore humano adſcribit Veſtius idem. De Venere res nota. Idem Scriptor: *Venus de membris corporis habet collum, os, labra, olfactum, adverſas partes, à calce usq; ad verticem, itemq; eas quibus vulgo queq; illi operam dari dicitur.*

7. ATTRIVIT SATVRNVS OPES.] Mendicatores facere Saturnum idem auctor inter triſtes cæteros ejus aſtri effectus memorat. Quæ horæ hujus cæterorumque ſingulæ ferant, notavit Bethem Arabs, libello ei rei peculiari De Saturno conſule Marſilij Ficini, ſcriptoris melioris quam interpretis, & ſic tamen valdè docti, Philoſophiam omnem, Librum de vita cœlitus comparanda.

EPIGRAM. XLI.

In Iacobum Magiſtrum Equitum.

Epigramma utique ab homine Idololatra ſcriptum ironice in Chriſtianum Ducem, ridens Sanctorum in bellicis rebus alijsq; invocationes, tum ſuborientes hominis ſimul bibacitatem, & Poeticarum rerum inſcitiam. Non indignum Claudiano, in medijs ejus Epigrammatis etiam noſtris membranis agnitum, quod nos omnino ejus eſſe perſuaſi ſumus.

V. 1. PER CINERES PAVLI PER CANI LIMINA PETRI.] Scriptus Codex ita hunc verſum exhibet.

> *Per Cineres Petri, per ſancti limina Paulli.*

2. DVX JACOBE.] Metitur nomen ve debet, O enim extentum ſit. Moſchopulus, Ἰάκωβος ſcribendum proponit. Aliter alij, rati enim ſic.

5. OPE SANCTORVM] Scriptus Liber Ope *junthodi* Cum ſequens verſus Suſannam ponat, hic Poetam ſcripſiſſe autumo. Sic *ope Iuditha* Notum eam Heroinam avertiſſe cla-

dem patria, in montana vrbe ſervanda. Veriſſima Emaculario ingratijs omnium cæterorum Codicum. Judithæ res pulcro Opere Gallico celebravit Salluſtius Bartaſſius.

9. FERIAT.] Percutiat velut cœlitus. Alludit Hiſtoriam qua Angelus Aſſyriorum centum octoginta quinq; millia una nocte perimit. IV. Regum XIX. Sic Percutere, Ferire, & talia, cædem, abolitionem, denotant ſæpius, velut fulmine aut cœleſti vi patrante. Lucanus lib. V.

Tiro rudis, ſpecta pœnas, & diſce ferire
Diſce mori.

Hoc eſt occidere gladio. Claudianus Mamertus de Statu Anim lib. III. cap. XI. *Terram repromiſſionis intremus non otioſi neq; inertes, neq; vero trepidantes, ut ſiquid, falſiloqui vanitatis vitio progenitum aut latere tenus adſtrepuerit, aut obvium ſeſe dederit, Ieſu pravio aut adjutore feriatur.* Sic *ferire* ſe cum dicit Iuſtinus Senior Imp. quem quinquaginta auri libris mulctaret L. XXIII. C. de Teſtamentis. Terentius *Getæ ferietur alio munere* Inexſpectata quadam vi. Theodulphus in Paræneſi ad Iudices.

Perculit ut geminos infans Tyrinthius angues,
Ordine ſunt etiam geſta notata decem.

Capitolinus Maximino Patre.
Hoc eſt interfecit. Appulejus, lib. III. *Qui ſopitus jacebit, trucidetur, qui repugnare tentaverit, feriatur.* Sic *ſecare.* Vid. ad. 1. Rufin. v. 328.

9. ROMPHÆA.] Vide Adverſariorum lib. CXIX. cap. XII. ad Aſc. Pedianum. Notat Romphæa omnem vim bellicam. Sibylla.

ἀςὴρ λάμψει, ὃν ἐροῦσι κομήτην. Ῥομφαίας λιμοῦ, θανάτοιό τε σῆμα βροτοῖσι.

Et majorem gladium Autor vetus Iudæus, media ætate Latinus factus, Philonis Iudæi nomine, Biblicarum Antiquitatum, citatus à M. Glyca, Gobelino Perſona, & alijs talibus. pag. CXV. Edit. Comelin. David auſit in fundibulo lapidem, & percuſſit Allophylum in fronte ſua, & cucurrit ſuper eum, & evaginavit Romphæam ejus, & caput ejus tulit ab eo. Romphææ mentio apud Ennium agnoſcitur ab Agellio, lib. X. cap. XXV.

10. ROMANASQVE REGANT.] Tela regant manus, quod contra ſolet. Divinam opem intelligit, qualis celebratur Tertio Conſulatu Honorij.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adverſas acies, revolutaq; tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit haſtas.

Sal Epigrammatis in eo eſt ut dicat, parce carminum noſtrorum notationi, ſic agant pro te omnia Sancti omnes Sanctæq;, dum tu potas & pergræcaris ſtrenuè, adeoque ut crapula & vino interficias in convivio homines, & ſic non de funeſto Martis opere, ſed Comi & Bacchi, triumphum ſtrenuitate tua dignum ducas. Non intellexerunt hæc qui Lectionem mutarunt. Oportet autem bibacitatis hic homo notus fuerit, & tale de menſa ejus exemplum exſtiterit.

13. NVMQVAM.] Numquam tibi contingat tantum infortunium, ut commacules illam tuam delicatam urbanamq; manum hoſtili ſanguine.

EPIGRAM. XLII.

In Podagrum.

Pedes, & ſcandere, τεχνικὰ hic Grammaticorum ſunt. Videtur in eumdem Iacobum vibratum Epigramma, cum lacerandi verbo pariter utatur, & perpetuo helluone dignum ſit præmium Podagra. Nihil hic mutant membranæ noſtræ, ut nec Belgicæ.

V. 1. PEDIBVS.] Metro Manilius pulcrè, lib. II. *rudibus pueris mōſtratur littera primum. Tum conjuncta ſuis formatur ſyllaba nodis Hinc verbis ſtructura venit Perque pedes proprios naſcentia carmina ſurgunt.* Pedeſtris tamen ſermo Poetico oppoſitus. Vide doctiſſimi Iureti Notas ad Symmachum.

V. 2. LA-

V.2. LACERAS.]Conviciis proſcindis. extreme vitupeias, Appuleius, lib.V. *In auribus Veneris filii lacerans exiſtimationem, gannibat. Laceratum*, extremis modis contaminatum, Valetiano. Serm.I. *Nam quamvis hominum purum corpus immaculatumque cuſtodiat, Laceratam vitam ad Deum portat, cujus actus vultum infamat.*

V.4. PODAGER.]Podagricus. Vide notas doctiſſimi Salmaſii ad Hiſtoriam Auguſtam. Male Rubenius Electis, lib.II.c.33. Victor Vticenſis lib.II. 4916. *ad exilium eremi deſtinavit in quibus erant podagri plurimi.*

EPIGR. XLIII.

De Iracundo.

Hic etiam nihil mutant membranæ noſtræ & Belgicæ. Verſu primo Veteres Ed tiones nonnullæ *quodcunque ferit* ſcribunt, non inepte. Hoc enim deſignet omnia quibus quis ferire poſſit. Sic vero in ſeditione Appuleiana cives omne fortuito oblatum, quo feriri poſſit, pro telo habent, apud Appianum. ἐμφυλ. A. Virgilius lib.VII. *Quod cuique repertum Rimanti telum ira facit* Heliodorus lib.I.

τὸ γὰρ ἀφνίδιον τοῦ κακοῦ τὰς χεῖρας ἐκαινοτόμει, καὶ βέλεσι κεχρῆσθαι τοῖς ἐκπώμασιν ἐδίδαξεν, Seneca Hippolyto.

tela faciebant dolo.

Virgilius & lib.I.Æn.

Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Benedictus Paullinus lib.IV. de Vita Martini.

vicinas rapiunt ad verbera ſilvas
Saxa, ſudes, fuſtes, ſtimulos, quod cuique repertum
Rimanti telum ira facit, conſumit in ictus.

Ovidius. Heroid.

Qualibet iratis ipſe dat arma dolor.

Seneca lib.III. de Ira. cap.II. *Sine more, ſine auſpiciis, populus ductu ira ſua egreſſus, fortuita raptaque pro armis geſſit.*

1. DEMENTIA.] Philemon.

μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζόμεθα.

Vide ſupra ad Quartum Honorii Conſulatum. Omiſſum hic eſt Epigrammatis in Iracundum Commentarium, quod vide Notis ad Gul. Britonem lib.V.v.DXXXIII. Imo hic repetendum, nam ad Gul. Brit. multa ſunt omiſſa.

EPIGR. XLIV.

De Theodoro & Adriano.

Suſpicamur hoc illud eſſe Epigramma, quod ut expiaretur, Epiſtola ad Hadrianum deprecatoria opus habuit Claudianus. Nimis vero Poetice viros illuſtres traducit nebulas forte inimicitiarum Stiliconiarum ſecutus. Cum quo & concidiſſe videtur. Theodorus Alexandrinus iiſdem his temporibus celebratus Syneſio Epiſt.XXI. nihil, ut arbitror, cum iſto commune habet; quamquam nec decidam. Carmen Paſchale Quod ſequitur in noſtris membranis inter media Claudiani Opera invenitur, neque indignum eo eſt, ſi fuit Veritate umquam illuminatus, itaque ſcriptam & in Lectionem conſiderabimus, ſecuti aliarum Notationum cum res & materia omnibus animæ fixæ ſunt.

EPIGR. XLV.

Carmen Paſchale.

1. REDEVNTIS ÆVI.] Imitatio Pollionis Maroniani.

Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Quod ad Chriſtum ſcite redigat Conſtantinus Magnus Imperator penes Euſebium.

2. VOX SVMMI SENSVSQVE.] Sermo Prudentius Cathemerin VI. Æneas Gazæus ſine Theophraſti. *Senſus*, Sapientia. Nos multis ad Phæbadium. Cyprianus de Vanitate Idolorum: Indulgentiæ Gratiæ diſciplinæque arbiter & magiſter Chriſtus mittitur, Sermo & Filius Dei, qui per profetas omnes retro illuminator & doctor humani generis prædicabatur. Hic eſt Virtus Dei, hic in virginem illabitur, carnem, Spiritu Sancto cooperante, induitur, Deus cum homine miſcetur. Alii infiniti.

1. QVEM FVDIT AB ALTA.] MS. *fuderat alta* Quod non diſplicet, indicat enim occulte τὸν αἰώνιον χρόνον, æternitatem. *Semper* enim *fuderat*.

5. CORPOREA MVNDVM.] Inepta lectio, neque in tanta re excuſabilis mundum pro cœlo, cœlum pro Deo, Deum per mundum intelligere. Neque hic mundus deſignare poteſt purum, non enim niſi de ſumma Majeſtate agitur. Error eſt ab correptione veteris ſcripturæ, omnino enim legendum.

Paſſus Corporea Dominum veſtire figura.

6. HOMINEMQVE FATERI.] Humanam naturam. Sic in Laude Chriſti.

corporis hujus
Diſſimiles perferre modos, hominemque ſubire.

Sic ſæpe *Hominem Dominicum* eandem in Chriſto dicunt Patres. Vide ad Claudianum Mamertum, & alibi plenius.

7. QVEMQVE VTERO INCLVSVM.] Membranæ neq; noſtræ neque Belgicæ hunc ſpurium turbatoremque verſum agnoſcunt. Et vero pro tali ejiciuntur, omnia erunt, clara, perſpicua, Claudiani genuina: nullo enim modo alterius.

11. MVNDI REPERTOR.] *Opifex*, Excogitator. Pulcerrime. Virgilius. XII.

Olli ſubridens hominum rerumque repertor.

12. LATVITQVE SVB IMO.] Scribe *ſub uno* cum MS. & Aldo. Et ſic MS. Codex Burdigalenſis, quo uſus doctiſſimus Delrius, ut teſtatur ipſe Commentat. ad Senecæ Medeam.

16. QVIN ET SVPPLICII NOMEN.] Recte Cujaciani libri. *Mancipii*, de nexu multis ICtorum filii, Doctiſſimus Turnebus, & nos Adverſariorum Libris.

19. PVRGATA TELLVRE.] Sic recte ex iiſdem libris viri docti. In noſtro eſt *latantem Luce* Quod indignum te & Vate, indicium habet Veritatis. Veritatem loco modo nominato aſſerit idem Delrius.

20. AVGVSTVM FOVEAS.] Diſertiſſime eædem noſtræ membranæ. *Auguſtos* & vere, eum Claudiani ſit Carmen, & Honorium Arcadiumque dicat. Abinde *celebrent* ſcribendum inſequenti verſu.

EPIGR. XLVI.

Laus Chriſti.

Neque iſtud neque ſequens de Miraculis comparet in membranis noſtris. Iſtud tamen ex antiquiſſimo Codice ſe Claudiano aſſerere teſtatur Joan. Camers in Vita Poetæ. Cujus Editionem his Opuſculis comparare nequivimus. Pariter neque Belgæ libri, nec Aldin hoc Carmen agnoſcunt. Vtique tamen Claudiani eſt, par genio, acumine, eloquio, ſuperiori. Fide quoque Cujaciani Libri omnium Optimi. De ejus Chriſtianiſmo vide lib. I. Adverſar. cap. VII. Vbi & iſthinc quædam illuſtrantur & emaculantur.

V. 2. NVNC GENITVS QVI SEMPER ERAS.] B. Gregorius Magnus Hom VII. *Inveſtigari nullatenus poteſt quomodo i carnatur verbum, quomodo ſummus & vivi cator Spiritus intra uterum matris animat quem*

quomodo is qui initium non habet & exiſtit & concipitur. Multis Tractatores in Ferias Natalitias.

3. ANTE TVÆ.] Omnino lege *Nate tua matriſque parens.* Vide dictum caput Adverſariorum. Pulcre Alanus lib. V. Cyclopædiæ. Sed vide Adverſ. Quibus nihil nunc addimus.

EPIGR. XLVII.

Miracula Chriſti.

Nec iſtud, ut jam monitum, agnoſcunt noſtræ membranæ. Neq; ulla ineſt vel rebus vel Sermoni difficultas. Claudiano non indignum, cujus æquabilitatem, facilitatem, amœnitatemque egregie exhibet.

V. 2. SALVATA VIRGINITATE.] Vide Auguſtinum Civ. Dei. lib. XXII. c. VIII. Arnulphi Lexovienſis primum carmen, quod illo ævo longe melius. *Signatam virginitatem* manſiſſe pulcre dixit Prudentius: Angelum Paranymphum Gotfridus Viterbienſis, lib. XIV. Panthei. Multa huc ſpectantia & Amedæus Lauſan. Non inepta vel Cujacii vel Claverii opinio, ſingula hinc diſticha ſingulis miraculorum picturis fuiſſe ſubjecta. Delectabatur enim jam tum Ecclesia repræſentandis penicillo rebus & Hiſtoriis Vtriuſq; Teſtamenti. Notatur alibi multis.

V. 18. PORTITOR.] Geſtator, bajulus. Petrus Chryſologus Serm. CXXI. *Nec quatuor ut mortuo, ſed duo ſub uno vecte, quaſi projiciendo oneri portitores addicuntur inviti.* Sidonius lib. VI. Epiſt. IV. Veſtius Valens in Saturno: *facit agricolas & ruſticos, mercenarios, fabros, & Portitores. Quamquam ibi potius* τελώνης, ut à Philoxeno exponitur. Et Hæc ſunt prava Claudiani Poemata, quibus Laudes Herculis & Epiſtolam Paræneticam ad Olleam ſive Iovium Claudiani Mamerti, vel Paullini alicujus opus, adjiciunt. Neutrum horum cum ullo jure ad noſtrum Auctorem ſpectet, miſſum utrumque merito facimus. Sunt alia Claudiano adſcripta, ut in Marcum Epigramma inter Petroniarum fragmenta, quod illius minime tamen eſt: Duo in Aquilam & Bacchum ex Schedis veteribus à Claverio prodita, ipſo non indigna, quæ & eo nomine iſthuc adjecimus, agnoſcenda tanto auctore legendo ſubactis.

DE AQVILA.

CLAUDI CLAUDIANI

*

Menſa coloratis Aquilæ juvatur in alis
Quam florum diſtinguit honos: ſimilique figura,
Texitur, implumem mentitur gemma volatum.

LAVS LIBERI.

EIUSDEM.

LENIS, Vitiſator, proles Semeleia, Bacche,
Da Reditum nobis, ſic totis dulcia verbis
Mella fluant, totis ſpumet vindemia labris.

Scribe prioris primo verſu. *Aquila variatur in alis.* Diſerte enim diſtinctos colores infert. Alioquin *fucatur* ſcripſeris. *Quam Florum.*) Flores varii coloris in Aquilæ effigiem contextos menſam ex pictura opperuiſſe dicit. Poſteriores ſic legerim.

Da reditum nobis, ſic totis dulcia labris
Mella fluant, totis ſpumet vindemia prælis.

Vel & poſtremo ſervato, medii *verbis prælis* ſupponam. Quod & melius cenſeo. In Marcum illud, qui à nonnemine expeti poterit, ut ſunt ingenia hominum, ſic ſonat:

Mar-

Marcus amans puerum, natum mentitur amare,
Vultque pater dici neſcius eſſe pater
Et Pietate neſas, & Amorem velat Amore;
Se Pietas umbram criminis eſſe dolet.
Nate dies audit; nox & torus audit, amice.
Et pro temporibus nomina mutat Amor.
Stulte quid ignaro non dicit Cincia fratri?
Ne credas noctis digna latere diem,
Qui pater eſt huic filius eſt, à lumine primo
Filius, à thalamis incipit eſſe puer.

Nibil ad Claudianum, etiamſi doctum & in defectum fictum hoc carmen. Vltimum diſtichon aſſutitium aſſutitio eſt. *Marcus* ævo Claudiani non ita ponatur abſolute ad notandum *τὸν δεῖνα*. Verſu ſeptimo *Cynthia* legendum, octavo *noctis*. Sed ficta ſunt hæc ut à Criticis omnia naſo ſuo pervagantibus, emendarentur, & ita auctoritatem ſcriptoris acciperent, quam alioquin minime merebantur.

CASP.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI, *IN RVFINVM, LIBRVM I.* ANIMADVERSIONES.

Præfatio.

RUFINI nomen in Codicibus hujus auctoris Manuſcriptis ad unum omnibus uno F ſcribitur; & ſuperflua geminatio ex pronunciatione ipſamet apparet. Bene quoq; Græci omiſſa altera litera ſcribunt, quorum non abſque ratione in talibus ductum ſequimur, cum in Latina ſcriptione obſcuritas ſumma ſit vel ea ſola de cauſſa quod pronũciationem minime habeamus eam, quam ſecuti ſunt proximi Romano ævo, ne dum ipſorum Romanorum, quam toto cœlo aliam fuiſſe innumeris locis Ciceronis, Quintiliani, Gellij, & Grammaticorum docere liceat, ſi ei rei operam quis det. Fuit autem *Rufinus* iſte gente Gallus ut ſcribit Zoſimus Comes & ex Suida notat Stephanus Forcatulus de Imperio & Philoſophia ejus gentis libro VI. licet Hiſtoriam ejus apud Eccleſiaſticos ſcriptores. Chronologos, Zoſimum, Jornandem, P. Oroſium, alios habes. Nobis enim ſtatutum eſt in eis quæ ad illam pertinent Rhapſodias novas non facere, cum auctores horũ temporum in omnium manibus ſint, habeantque Collectanea Baronii in promtu, qui alieno labore ἀκριβέστερον cognoſcere omnia volunt.

V.1. DECIDIT ARCV.] Ad molem monſtri: Dejici dicuntur quæ non ſine labore ſternuntur Virgilius III. Georg. itidem de ſerpente, *cape ſaxa manu, cape robora, Paſtor, Tollentemque minas & ſibila colla tu mentem Dejice* In pari voce de eodem Rufino vulgo mendoſus eſt Jornandes Epiſcopus de Succeſſionibus. *Tunc Rufinus Patricius Arcadio inſidias tendens, Alaricum Gothorum Regem ut Græcias devaſtaret, miſſis clam pecuniis invitavit. Porro delectus Rufinus ab Italia militibus Arcadio cum Gaine Comite miſſis ante portas urbis detruncatus eſt. Caput ejus cum dextera manu Conſtantinopoli ad ludibrium circumductum, uxoreque ejus exſulata opes cunctas Eunuchus promeruit.* Scribendum enim. *Detectus* & ipſum potius quam fraudes ipſius dixit Atticiſmo temporum. Hæc autem integra verba aſſeripſimus, quia compendio omnem Rufini hiſtoriam narrat. Et ita, ut emacu'anda cenſuimus, tranſſcripta ſunt ab Othone Friſingenſi lib. IV. Chronicorum cap. XX. Et

Vuuuuu Gotifre-

Gotifredo Viterbienſi eadem hæc Jotnandis verba libro XVI Panthei.

CVM DECIDIT.] Fuit ſeriptus liber qui *ut* referret, ut teſtatur Andreas Schottus, nullum in mutatione operæ pretium, & tot cæteri contra ſentiunt.

2. CYRRHÆO.] Ad Delfos famoſum illum ſerpentem dejecit Apollo. Vide Callimachi Hymnum, Et Homeri paris inſcriptionis, ſive alterius cujuſpiam Homeridæ. Ovidium Metamorph. I. Cauſſa cædis quod cuſtos adytorum Delficorum Apollinem, divinandi ſcientiam tum primum edoctum, dicebat ingreſſu. Apollodorus libro I. Epitomæ. Ἀπόλλων δὲ τὴν μαντικὴν μαθὼν παρὰ Πανὸς τοῦ Διὸς καὶ Θυμβρέως, ἧκεν εἰς Δελφοὺς χρησμῳδούσης τότε Θέμιδος, ὡς δὲ ὁ φρουρῶν τὸ μαντεῖον πύθων ὄφις ἐκώλυεν αὐτὸν παρελθεῖν ἐπὶ τὸ χάσμα τοῦτον ἀνελὼν τὸ μαντεῖον παραλαμβάνει.

In quibus verbis de matre Panis aliam lectionem nimirum ὕβρεως ſecutus eſt interpres Benedictus Ægius. Merito autem à Pane hanc ſcientiam didiciſſe Apollo dicitur, cum per eum Deum omnium fons atque gurges intelligatur, cui mundus omnis eum celebri illo Amalthææ cornu ſubditus fuerit, ut vides apud Phornutum cap. XXVII.

ANHELA JUGO.] In membranis noſtris *hanela* & hoc & aliis locis ſcribitur. *Rogo* vero pro *jugo* nequaquam τοῦ ποιητοῦ eſt, quamvis cum veteri Editione Baſilæenſi præferat unus MSS. Belgarum.

3. QVI SPIRIS TEGERET MONTES.] Immmania de immani illo monſtro commenti ſunt Poetæ. Spiræ flexus quos flexibus implicant cum procedunt Dracones, Apollonius Rhodius libro IV.

> ὡς πότ' ἐκεῖνο πέλωρον ἀπειρεσίας ἑλέλιξε
> γυμβόνας, ἀζαλέῃσιν ἐπηρεφέας φολίδεσσι.

Totum Parnaſſum novem ſpiris circumdatum fuiſſe ab hoc Dracone, auctor eſt Callimachus in Delum v. XCIII.

4. TANGERET ASTRA JUBIS.] Pleriq; Belgicorum Codicum *tingeret* præferunt. In aliquibus alterum eraſum & hoc ſubſtitutum viſitur. Ego mutationi non aſſentiar, Codices ſecutus Cujacianos, & noſtrum, *Tingeret* recepit etiam Aldus. Nec placet.

V. 5. JAM LIBER.] Vnus ſcriptorum Belgicorum *tum*. In altero nota marginali: ſed eadem manu fuit *ſolutum*. Neutro loco quicquam mutamus.

NEXVQVE SOLVTO] Nexus quibus implicabat ſerpens arbores, ſolvebantur ejus morte. Papinius initio Lib. VI. Nihil ad rem alluſio Libertatis & nexus ſervilis.

7. CONCVSSÆQVE DIV SPATIOSIS TRACTIBVS ORNI.] Eſt traductum ex Papinio, cujus auctoritatem ſponte libens ſequitur Claudianus. Thebaide I. & ubiq; hic.

> *Poſtquam cærulei ſinuoſa volumina monſtri*
> *Terrigenam Pythona, Deus, ſeptem orbibus atris*
> *Amplexum Delfos, ſquammiſque annoſa terentem*
> *Robora, Caſtaliis dum fontibus ore triſulco*
> *Fuſus hiat, nigro poſcens alimenta veneno,*
> *Perculit, abſumtis numeroſa in vulnera telis.*
> *Cyrrhaiq; dedit centum per jugera campi*
> *Vix eamdem explicitum*

Pleraque omnia ex his ſatis turgentibus alioqui verſibus Claudianus tranſfūſit, ut de Ovidio non pauca Papinius. Pariter autem de Silvarum attritu & vaſtatione Silius Italicus lib. III. in Serpente Reguli.

> *Ecce jugo rapiens ſilvas & robora duro*
> *Contorta amplexu, tractaſque per invia rupes,*
> *Ater lethiferi ſtridebat turbine ſerpens.*

Sibilis talis belluæ lucos tremuiſſe & arbores ipſis

ipſis radicibus auctor Argonauticorum ſive Onomacritus, ſive Orpheus Crotoniata, ſive alius, certe antiquus, & Thracem illum mentiri volens verſu DCCCCXC.

> Ἔνθα δράκων ὁλκεῖσιν ὑπὸ πλατέεσσιν ἑλιχθεὶς
> Δικτύων ἀναειρεκάρα, βλοσυρόντε γένειον.
> Ἂν δὲ ὀλοὸν σύριγξ, ἐπὶ δ' ἔβραχεν ἄσπετος αἰθήρ.
> Δένδρεα δὲ σμαράγησε κραδαινόμενα ἔνθα καὶ ἔνθα,
> Κρίμνοθεν ἐκ ῥίζης, ἰάχησε δὲ σύσκιον ἄλσος.

10. LIQVIDIS PVRIOR IBIT AQVIS.] Nigro veneno fontes illos tumenteis facit, ob potantem inde draconem, cui atrum virus aſſcribunt pariter Papinius & Ovidius, quare non decido an potior non ſit quinque Codicum manu exaratorum lectio *nitidu*. Tantumdem eſt. Cephyſſus fluvius Delficus, per medium Phociorum urbem labens, ut ſcribit Vibius Sequeſter. Vide Solinum cap. XII. & Pauſaniam.

V.11. OMNIS IO PÆAN REGIO SONAT.] Prima Gratulatio incolarum Delficorum Apollini victori ſerpentis hæc verba applauſit. Callimachus.

> Ἰὴ ἰὴ παιῆον ἀκούομεν, οὕνεκα τοῦτο
> Δελφός τοι πρώτιστον ἐφύμνιον εὕρετο λαὸς,
> Ἦμος ἑκηβολίην χρυσέων ἐπιδείκνυσο τόξων
> Πυθώ τοι κατιόντι συνήντετο, δαιμόνιος θήρ,
> Αἰνὸς ὄφις, τὸν μὲν σὺ κατήναρες, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
> Βάλλων ὠκὺν ὀϊστὸν, ἐπηΰτησε δὲ λαὸς
> Ἰὴ ἰὴ παιῆον ἵει βέλος.

Hoc eſt ex interpretatione B. Vulcanii. *Io Io Peanpaulus jam perſonat aures. Id primum accinuit Phœbo gens Delfica carmen, Aurea cum affulſit certiſſima ſpicula torquens: Nam Draco Pythonem tibi quondam occurrit eunti. Immanis, crebro quem telorum impete victor Stravisti, fremitu populi acclamante ſecundo Io Io Pæan, jace tela* Poſtrema duo verba à nobis adjecta ſunt, perperam omnino ab interprete omiſſa, cum vel maxime illa ad rem faciant. Sic autem continuanda translatio, ne quis cavilletur dum partem caſtigamus totum corrumpere. ἰνθύ σε μήτηρ Γείνατ' ἀοσσητῆρα, τὸ δὲ ἐξ ἔτι κεῖθεν ἀείδει. *te enim aurea mater Auxiliatorem peperit: hinc carmen in uſu eſt* De Fabula ipſa vide Macrobium Lib. I. cap. XVII. Saturnal. Fulgentium Mythol. lib. I. cap XVI. Higinum Fabularum cap. CXL. Pæan autem ab ea Victoria hymnus quilibet ἐπινίκιος appellatus. Procluſ. in Poeticis, à Photio PC. defloratis. παιὰν δέ ἐστιν εἶδος ᾠδῆς εἰς πάντας νῦν γραφόμενος θεοὺς, τὸ δὲ παλαιὸν ἰδίως ἀπενέμετο τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτέμιδι ἐπὶ καταπαύσει λοιμῶν καὶ νόσων ᾀδόμενος.

V.12. TRIPODAS PLENIOR AURA ROTAT.] Tripodem habitare Apollo ipſe credebatur. Euripides in Iphigenia Taurica. ὦ Φοῖβε μαντεύων δ' ἐπὶ βάθρων ζαθέων, τρίποδι δ' ἐν χρυσέῳ θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ. Vides Deum ipſum in tripode conſidentem exinde reſpondere fingi. Eodem modo vaticinaturæ inſidebant eumdem. Idem Poeta in Ione.

> Θάσσει δὲ γυνὴ τρίποδα ζάθεον Δελ-
> φὶς ἀείδουσ' Ἕλλησι βοάς.

Vide Scholiaſten, & alterum Ariſtophanis initio Pluti. Poetæ cum feliciter carmen ſcriberent, domi ſe tripodem aut cortinam Apollinis habere dicebant, ut Sphingem illam Cic. non habere, cum ad Ænigmata non reſponderet. Sidonius lib. VIII. Epiſtola IX,

> *Et me ſcribere ſic ſubinde cogis*
> *Ac ſi Delfica Delio tuliſſem*
> *Inſtrumenta tuo, novuſque Apollo*
> *Cortinam, tripodas, Chelyn, pharetram.*

Et hinc capiendus ille apud Valerium Flaccum locus qui ignotabilis hactenus fuit, interpretibus, mira comminiſcentibus Libro I. Argon.

> *Phœbe mone, ſi Cumæa mihi conſcia Vatis*
> *Stat caſta Cortina domo, ſi laurea digna*
> *Fronte viret*

Hoc eſt ſi tua myſteria caſte celebro, teque familiare mihi Numen non minori reverentia colo quam olim Sibylla, quæ tibi maxime grata familiariſque fuit. Alludit ſcriptor doctiſſimus ingeniique minime vulgaris Virgilianum illud Eclogis *Cumæi venit jam carminis ætas.* Et Vatem ſe Veſpaſiani natum rerum futurum dicit; Nam Quæ Sibyllinis carminibus de Chriſto ex Iudæa oriundo, & Imperio novo Orbem terrarũ occupaturo, vaticinata erant, ea vulgus ad Veſpaſianos deducebat. Sueton. *Percrebuerat Oriente toto vetus & conſtans opinio, eſſe in fatis ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano quantum eventu poſtea prædictum patuit Iudæi ad ſe trahẽtes, rebellarunt.* Norant autem Nationes eam prædictionem Judæorũ libris contineri. Tac. lib. V. Hiſt. *pluribus perſuaſio inerat antiquis ſacerdotum literis contineri eo ipſo tempore fore ut valeſceret Oriens, profectiq; Iudæa rerum potirentur, quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant.* Hæc vero aut talia gnarus in Sibyllinis quoq; libris exſtare, ſe eorũ conſcium facit aut ab Ebræis prophetis, gente mirifice exoſa, in Sibyllas transtulit & Veſpaſiani rex ex vatum libris cantaturum ſeſe ait Valerius Flaccus.

V. 14. THEMIDOS ANTRA.] Ante Apollinem enim Themis Delfis colebatur, ut vides ex iis quæ de Apollodoro ſupra transſcripſimus.

Ibid. DEÆ.] Solus ex tot ſcriptis Codicibus Noſter *Dei* habet quam verã lectionem eſſe exiſtimo. Omne enim genus Deorum non ſolas Deas confluxiſſe ait Poeta. Probat tamen eamdem ſcripturam unus Pulmanianorũ, qui præcedente hunc verſu verſu legit *Muſarum carmine ducti*, quam veramq; ſcripturam Claudiani eſſe perſuaſus ſum. Et bene ex editoribus Aldus qui & ipſe τὸ *DEI* recepit. Fatuum ſit Deas hic nominari, quib. ſine Epigrammatis componit Proceres Romanæ Aulæ. Sententiam expreſſit Pindaro, carminum ſuavitate duci & affici etiam Deos. Muſarum delinitos cantileuis. Pythionica I. ϗ γ̀ βιατὰς Ἄρης τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν ἐγχέων ἀκμάν, ἰαίνει καρδίαν κώματι. Κῆλα ἢ ϗ δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λατοΐδα σοφίᾳ, βαθυκόλπων τε Μοισᾶν.

V. 16. CONVENIT AD NOSTRAM.] Ita omnes Codices, excepto ſolo noſtro in quo veſtram exaratum inveni. Sed Ratio omnis quoque ſtat à vulgata.

V. 17. QUI STABILEM SERVANT.] Senatum intelligit Vrbis Romæ. Conjectura olim moliebar *Dii ſtabilem ſervent*, voto Imperatoribus debito cum frigidior clauſula ſit, nec pro genio Poetæ videatur. Verum contra tot librorum auctoritatem nihil movemus, cum præcipue adoleſcẽtes adhuc fuerint Principes, cum Rufinus pœnas ſcelerati in Arcadiũ animi dedit. Porro ex principio prioris ſequentium librorum ſumſit Titulum ante annos CCC. AntiClaudiano ſuo *Alanus ab Inſulis*, ingenii illa omnium humanarum obſcuritate admirandi homo. Supernaturalia autem illo opere tractat, in volutis rebus per terminos, Idæarumq; Græca nomina, more Sophiſtarum Scholas tum regnantium, ut cum legeris minus quid voluerit fere ſcias, quam cum librum tetigeris. Titulus a. velut Comœdiæ aut Fabulæ cuipiam extra rem acceſſit, ut genus illud ævumq; judicio obruto ſtrophis diſputationum nihil in bonis literis extricare potuit. Et conſtat ſcriptũ ſuis perſonis. Omnino a. ingenio, ut dixi, auctor ille non caruit, ſermonis vero inconſulti, vagi, varii, flores affectans varii temporis, ſed qui emineant locis plerumq; non ſuis, nec ipſi decenter poſiti cætera quoque dedeceant.

AD

AD LIBRVM PRIMVM.

Gentilium hominum Sapientiſſimi quorum animi expertes veritatis cælitus diſcendæ, ex rebus creatis ordineq; earum & congruentia mirabili numen aliquod ſupra nos negocium curare ſuſpicientes potius quam certi eum in eam ſpeculationem altius mentem penetraſſent, ratiocinari ex facili potuerunt. Bonum id eſſe oportere potius quam malum, cum ſingulæ res creatæ & uſibus mortalium indultæ & eorum conſiderationi propoſitæ, mirandam quampiam benignitatem ex ſe proclamarent atque conteſtarentur. Bonum vero cum id eſſe foret utiq; neceſſe, quod omnibus bonis fons unicus eſſet & origo, porrò Rationem ducebant, bonorum mortalium, quiq; ad virtutem præter cæteros compoſita mente enitererentur majorem divinum Numen curam habere decere quam aliorum illorum, qui fœdo atq; belluino more particulam Cœleſtis in ſe flammæ voluptatum omnium vitijs conſpurcarent, & ad opes dignitatesq; per fas atque nefas ullo reſpectu æqui aut iniqui graſſarentur. Cum autem porro non raro uſu venire re ipſa experirentur, ut florerent pravi iſti & vecordes mortalium; illi autem qui virtutum ſtudio omnia poſtponerent, miris modis in vita affligerentur, & ab illis ipſis vecordibus, ſummis injuriis divexarentur; homines nulla certa perſuaſione de divina Natura imbuti, ex facili reſilierunt, & ipſum Religionis ante captæ fundamentum, Providentiam nimirum, ex Experientia confutare anniſi ſunt. Inde proceſſit triſtiſſimum in innumeris eorum Commentarijs argumentum, cui convellendo ſæpiſſimè etiam laborarunt noſtræ Fidei Antiſtites; ſi Bonitas Aequitasq; divina, Providentia quapiam res hominum introſpiceret aut gubernaret, utiq; Bonos Virtutiſq; aſſeclas florere, & uſibus omnium rerum affluere, ſoloſq; Reges eſſe oportere illos autem mirificis modis malorum tempeſtatibus ſurſum atq; deorſum agi, per omnes miſerias ferri, nihil non ærumnabilium anguſtiarum, ad ipſam uſq; deſperationem perpeti, Deniq; ob Bonam ſuam mentem omnibus ludibrio jactari. Neceſſariam itaq; ſequi, atque ex re ipſa concluſionem, Providentiam nullam eſſe quæ æquis oculis humanas res introſpiciat. Hæcq; generatim pluribus tradita ſpeculatione communi porro verſabantur. Addita ad confirmationem quorumlibet praviſſimorum ſumma felicitate, cujus illi partem impunè putarent, inſultare poſſe ſtoliditati ſimplicium, quam domi ſuæ quiſq; potentiorem experiebatur, quam utiq; bonum Numen, ſibiq; ſimilioribus favens potius, ſi quod curaret mortalia, utpotè naturæ ingenioque ſuo contrariam perpeti non poſſet ad clavos rerum ſedentem, & pro lubitu fanda nefandaq; omnia permiſcentem. His vero, ut quisque impi obiſſimus, & à cultu Divino, humanitateq; remotiſſimus, omnia tenentibus, ſequi pro certo id quod ante concluſum fuerat, Deũ neminem bonum gubernare curſum humanæ vitæ, verum omnia dubijs incertisque caſibus volvi atq; revolvi. Hæc quoq; conſideratio animum quondam Poetæ hujus ſubijt, cum eſſet Philoſophiæ deditus, nec vulgari eruditione excultus; diuq; hæſit incertus decidendæ ſententiæ prone contrane Providentiam divinam ſentiret. Inter cætera exemplum nefarij iſtius Rufini contra Curam Numinis mentem obarmabat, quippe eum coram ſuis videbat avaritia, libidine, crudelitate jus faſq; omne miſcentem proſperis hactenus rerum ſucceſſibus uti. vt in eo plane eſſet ut detruſo ab Orbis terrarum gubernamine Imperatore Romano, ipſe ejus locum teneret, & ita vota omnia humana in uno jungeret. Hæc dum mentem percellunt, & à Divinitatis aſpectu ad Caſus Fortunæq; cultum deducunt, ecce non jam opinionem illam verbis eximit, ſed re ipſa proturbat majeſtas Omnipotẽtis. Proximum enim jam ſolio Imperatorio in purum latronem ita dejicit, ut in tam altis gradibus nullo

nullo alio finecollocaſſe videretur, niſi ut eſſet unde profundius prorui valeret. Prior autem illa ex ſucceſſibus Malorum argumenratio videndum eſt quam Ratione ſola urenribus hominibus erebra in ore fuerit; nam eũ quisq; mala ſua ſentirer penitius, in hanc eamdem varijs verbis eruperunt, quæ conſiderare ideo jucundum atque vtile ſit, vt videamus quam nos ſimus illis beatiores, quibus darum eſt fururorum reſpectu contemnere felicitarem præſentium, & ea pariendo diſcere, quibus oportet verè Sapientes inſtructos eſſe. Fluunt autem ex ipſis animis hæc verba miſerorum, ideoque non indigna quæ perpendantur accuratius. Sic autem ſonant miſerorum. Artius Antigonâ.

jam jam neq; dij regunt
Neq; profecto Deûm ſummus rex omnia curat.

Fragmẽtum quidem hoc hujus ſcriptoris eſt, tamen cum verborum ſonum nomenq; Tragœdiæ cogitamus, non ſanè aliorſum hæc dixit Artius, ſive vt melius equidem ſcribi exiſtimo, Accius: Plautus Rudente Actu. I. Scen. III. vbi Palæſtra naufraga loquitur

Nimio hominum fortuna minus miſera memorantur
Quam reapſe experiundo ijs datur acerbum!
Hoc Deo complacitum eſt? me hoc ornatu ornatam
In incertas regiones timidam ejectam?
Hanccine ego ad rem natam miſeram me memorabo?
Hanccine ego partem capio ob pietatem præcipuam?
Nam hoc mihi haud laberi eſt, laborem hunc potiri,
Si erga parentem aut Deos me impiavi.
Sed ſi id paratè curavi ut caverem.
Tum hoc mihi indecorè, iniquè, immodeſtè.
Datis, Dij; nam quid habebunt ſibi igitur impij
Poſthac, ſi ad hunc modũ & innoxijs honor.
Apud vos? nam me ſi ſciam feciſſe
Aut parentes ſceleſtè, minus me miſerer.

Ecce fæmellam turbato animo, quæ injuſtos Deos, perperam mala ſibi piæ, proſpera impiis evenire deteſtata, Fortunę omnia tranſſcribit. Eandem ſententiam non paucis proponit Ariſtophanes in Pluto. Actu. II Scena V. Et Malachi Propheta, ipſis impiorum verbis, Cap. III. verſu XIV. Varro apud Cornutum, xvi non infimi, Cornutum tamen, bonumq; Perſij interpretem.

Marmoreo Licinus tumulo jacet; at Cato parvo.
Pompejus nullo: Credimus eſſe Deos?

Virgilius libro IV.

jam jam neque maxima Iuno
Nec Saturnius hac oculis pater aſpicit æquis.

Ovidius quidem nullis involucris ſed clariſſimo ſermone, qua quidem virtute ſtili omnibus omnino auctoribus prior eſt li. III. Amor. Eleg. VIII.

Dum rapiant mala fata bonos, ignoſcite faſſo,
Sollicitor nullos eſſe putare Deos.

Idem. *Eſſe Deos credamne? fidem jurata fefellit.*
Et manet in ſolito, qui fuit, ore decor.

Idem, ſive, vt docti alieno nomine ſibi blandiuntur, Pedo Albinovanus Elegia divina ad Liviam ſuper morte Druſi.

Heu modo tantus ubi es? tumulo portaris & igni.
Hæc ſunt in reditus dona paranda tuos?
Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te reducem digna videre fui?
Cæſaris uxori ſi talia dicere fas eſt.
Iam dubito magnos an rear eſſe Deos.
Nam quid ego admiſi? quæ non ego numina cultu
Quos ego non potui demeruiſſe Deos?
Hic Pietatis honos? artus amplector inanes
Et vocat hos ipſos flamma, rogusq; ſuos.

Pro-

Propertius lib. III Elegiâ V.

Pate quid ætatem numeras? quid cara natanti
Mater in ore tibi eſt; non habet unda Deos.
Ventorum eſt quodcunq; paras, haud ulla carina
Conſenuit, fallit portus & ipſe fidem.

Silius lib. VI.

Eſtis ubi, an iterum ſuperi, dat pectora ferro Regulus.

Multis Cicero lib. III. De Naturâ Deorum, à quo refertur Telamonis ex veteris poetæ Fabulâ verſus: *Telamon autem uno verſu locum totum conficit, utrum Dij homines negligant. Nam ſi curent bonis benè ſit, male malis, quod nunc abeſt.* Lucanus lib. VII. quem more ſuo expreſſit Claudianus.

ſunt nobis nulla profectò
Numina, cum cœco rapiantur ſingula caſu
Mentimur Regnare Iovem: ſpectabit ab alto
Aethere Theſſalicas, teneat cum fulmina, clades.

Martialis libro IV. Epigramm XXI.

Nullos eſſe Deos, inane cœlum,
Affirmat Selius, probatq;, quod ſe
Factum, dum negat hoc, videt beatum.

Cujus Epigrammatis is ſenſus eſt vt ſceleſtiſſimum faciat Selium, qui facinoribus malisq; moribus ſuis nihil non permittens, cum jam locuples factus ſit, ipſis Dijs oppedit, eosque nullos eſſe dicat, quibus invitis, ſi qui eſſent, ad rem lautam per peſſima exempla perveniſſet. Scribendum autem arbitror *dum negat hos* Nam τὸ *Affirmare* & *negare* oppoſita faciunt Epigrammati decorem. Nec negabat hoc, ſed affirmabat, illos vero ejerabat & conviciabatur inſuper homo nefario animo. Sic Cælius Ethnicus apud Minutium Felicē in Octavio. *quod ſi mundus divina Providentia, & alicujus numinis auctoritate regeretur, numquam mereventur Phalaris & Dionyſius regnum, numquam Rutilius & Camillus exſilium, numquam Socrates venenum.* Tacitus Annal. VI. Seneca ſive alius quis, Tragicus.

premit inſontes
Debita ſceleri noxia Pœna.
At perverſi reſident celſo
Mores ſolio, ſanctaque calcant.
Injuſta vice colla nocentes.

Vide eum pluribus Actu. III. Hippolyti.

Theognis Gnomologia, libro perturbatiſſimo hodie, & ita tranſpoſito vt citiâ ſummum laborem palantia membra vix conjungi reſtituique poſſint.

πῶς δὲ σέο, Κρονίδη, τολμᾷ νόος ἄνδρας ἀλιτροὺς
Ἐν ταυτῇ μοίρᾳ τόν τε δίκαιον ἔχειν;
Ἤν τ' ἐπὶ σωφροσύνην τρεφθῇ νόος, ἤν τε πρὸς ὕβριν
Ἀνθρώπων ἀδίκοις ἔργμασι πειθομένων.

Salvianus libro I. de Providentia & Gubernatione Dei. *Ajunt igitur à Deo omnia prætermitti, quia nec coerceat malos, nec tueatur bonos & ideo in hoc ſeculo pejorem admodum ſtatum eſſe meliorum: Bonos quippe eſſe in paupertate, malos in abundantia. Bonos in infirmitate, malos in fortitudine, Bonos ſemper in luctu, malos ſemper in gaudio Bonos in miſeria & abjectione; malos in proſperitate & dignitate,* &c. Cujus egregij ſcriptoris omnes illi aureoli libelli huc pertinent. Præcipuè verò ad hanc quæſtionem evolvendus eſt liber. III. vt & Lactantius elegantiſſime pleraque enarrans lib. III. cap. XVII. libro VII. capite IX. Boethius de Conſolatione libro I. capite IV. *Deteriora velle noſtri fuerit fortaſſe defectus, poſſe verò contrà innocentiam, ſpectante DEO, monſtri ſimile eſt. Unde haud injuria tuorum* (Philoſophiæ) *quidam familiarium quæſivit. Siquidem Deus, inquit, eſt: unde mala? Bona vere unde, ſi non eſt?* Lucianus Jove Tragœdo, vbi Momus loquitur.

καὶ, μὰ τὴν Θέμιν, ὅτι τῷ ἐπικούρῳ ἄξιον ὀργίζεσθαι, ὅτι τοῖς ὁμιληταῖς αὐτοῦ καὶ διαδόχοις τῶν δογμάτων εἰ τοιαῦτα περὶ ἡμῶν ὑπειλήφασιν, ἤ τί γε αὐτοὺς ἀξιῶσαί τις ἂν φρονεῖν, ὁπόταν ὁρῶσι τοιαύτην ἐν τῷ βίῳ τὴν ταραχήν; καὶ τοὺς μὲν χρηστοὺς αὐτῶν ἀμελουμένους ἐν πενίᾳ καὶ νόσοις, καὶ δουλείᾳ καταφθειρομένους; παμπονήρους δὲ καὶ μιαροὺς ἀνθρώπους πεπλημομένους, καὶ ὑπερπλουτοῦντας, καὶ ἐπιτάττοντας τοῖς κρείττοσι, καὶ τοὺς ἱεροσύλους, οὐ κολαζομένους, ἀλλὰ διαλανθάνοντας ἀνασκολοπιζομένους τε καὶ τυμπανιζομένους ἐνίοτε τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας εἰκότως τοίνυν ταῦτα ὁρῶντες οὕτω διανοοῦνται περὶ ἡμῶν ὡς οὐδὲν ὅλως ὄντων.

Cujus generis mox eodem Opuſculo exemplis Phocionis, Ariſtidis, aliorum, plurima. Ubi & de navi gubernatore orba non incommodo exemplo aliquam multa. Eucherius Parænetico ad Valerianum. *Ibi tibi & hæc memorabuntur; cum hic mali interdum bona capiant, boni malis affliclentur, qui futurum Dei iudicium non credunt, iniquum quod abſit, Deum iudicant.* Gaudentius Præfatione Homiliarum: *Nonnulli autem Prudentium ſecuti, Sapientiæ cœleſtis ignari, dum volunt Fortunæ adſtruere univerſa quæ creator omnium Deus iuſto moderamine providenter exercet ita loquũtur: ſi Dei providentia gubernaretur hic mundus, numquam promiſcuè bonos & malos tribulationum, dolorum, ærumnarum, atque ægritudinum plagæ conficerent: quia divinæ æquitatis non eſſet diſparibus meritis plagas irrogare conſimiles. Sed problematis huius invidia facile uſitato veritatis evacuatur exemplo.* Plura in eadem Epiſtola, vt vix aliquis ſcriptorum hoc argumẽtum paucis enarrare potuit. Odo Cluniacenſis, ſcriptor non multis veterum minor lib III. capite XXXIIX. Collationum. *Murmurationis malum ſive deſperationis per hoc inſidiante Diabolo maximè ſubrepit quod mali proſperantur, & boni comprimuntur; ex hoc enim fit, ut vel Deum non curare de benè geſtis infirmus animus ſuſpicitur, &c. Neque enim iſta mediocris quæſtio eſt cur bonis malè eſt & malis benè, quandoquidem ſancti prophetæ querimoniam de hoc ex perſonâ infirmorum facere videntur &c.* Vide totum illud caput, vt & ſequentia non paucis. Ennodius Declamat. V. *O Numina ſi vobis non eveniunt cuncta diſponentibus, diviſa poteſtas eſt, aut malorum eſtis auctores. Quod ſi humanarum rerum quemquam ex numero veſtro cura ſollicitat Felicitatem mihi redeuntis tribuite, aut errorem quem ſiniſtis ingrati, ſi cœlum vocanda piorum poſſeſſio, ſi propter momenta laſſita mortalibus orata tribuuntur, nolite beneficiis veſtris ſociare vindictam. Cur taliter ad effectum vota tetendimus ut pararetur cœlitum ſuffragio de occaſione proſperitatis adverſitas, &c.* Chriſtianè & pulcrè de eadem re Petrus Damianus Epiſtol. III capite II. vt olim editæ ſunt; nam recentior Editio ſanctiſſimi eruditiſſimique viri, alibi à nobis ut meretur laudabitur. *Hoc etiam in populo Dei frequenter agitur, cum prædicatis præmiis cœleſtibus ſævire in electos reprobi permittuntur, ut ſi vocati ad terram promiſſionis exire negligimus, preſſuris ſaltim ſævientibus impellamur.* Paria quoque ſunt apud Monachum S. Juſtinæ in rebus Ecelini tyranni libro II. cap. XVIII. 604. Et Lambertum Schaffnaburgenſem pag. CCIX. Eodem pertinent non ineptè verſus, vel ſanè verſus æmulantes periodi Theodori Prodromi χετλιαστικῷ in Providentiam, quorum partem vacat etiam appingere.

Ἄγροικος ἀνὴρ, καὶ προσοίκων πλαυτίῳ,
Σκαπανέως πρόσωπον ἄγριον φέρων,
Ἀΐδρις εἰς πᾶν τῶν καλῶν καὶ ἀμαθών,
Καὶ μηδ᾽ ὅπως κνήθοιτο γινώσκειν ἔχων,
Πιεῖν διδαχθεὶς καὶ μεθυσθῆναι μόνον,

ἢ καὶ

ἢ καὶ φαγέδαινα τῶν Σελευκίδων πεδίον,
Ἐν τῷ λαλεῖν δὲ σιελῶν χέων πίθους,
ἐκεῖνος οὗτος εὐπορεῖ μὲν ἀργύρου
Ὅλας δὲ πλίνθους ἐνδέδυται χρυσίου.
Αὔξει δὲ λαμπρὰς οἰκίας χρυσοστέγους,
Ἵππων δὲ γαυρῶν ἀγέλας ὅλας τρέφει,
Ἐκ Θετταλῆς γῆς, καὶ πέδων ἀρραβίας,
χρυσοῖς δὲ τούτους ἐνστολίζει φαλάροις.
προσέρχεται δὲ τῆς λεωφόρου μέσον.
ὑπὸ προπομποῖς ἀρχικῶς ἐσταλμένος,
καὶ προσκυνεῖται, καὶ θεοῦ τιμὴν ἔχει.
Ἄλλος δὲ σεμνὸς εὐγενὴς, τῶν ἐξ ἴσω,
Καλὸς μὲν εἶδος, καλλίων δὲ τὸν βίον,
Λόγων μαθητὴς, καὶ διδάσκαλος λόγων,
πανημέριος ἐνσχολάζων τοῖς βίβλοις.
παίδευσιν ἀσκῶν, καὶ τρυφῶν τι μανθάνειν
Ἀνέστιος προέστιν, ἄθλιος, πένης,
Μηδὲ τρύφους γοῦν εὐπορῶν πυρείου,
Τῆς ἀρετῆς δὲ φίλος ὢν καὶ τῶν λόγων,
Οὐδὲ βραχείας εὐτυχεῖ τιμῆς μέρος, &c.

Ἐντεῦθεν εἰσήγαγεν ἄλλος τὴν τύχην
Τοῦ αὐτόματον ἄλλος, Ἑλλήνων δύο.
Ἄμφω δὲ κοινῶς τὴν ἀκυβερνησίαν.
Ἐντεῦθεν ἠγνόησαν οἱ τὸ δὲ χρόνοι
Καὶ τῆς προνοίας χρῆμα τῆς σοφωτάτης.

Et tota illa invectiva paucis verſibus noſtri Poetæ abſolvi poteſt. Vide alia apud M. Tullium Tertio de Nat. Deorum. Senecam libello cur bonis mala accidant. Plotinum aureolis libellis de Providentia: quosq; cum hoc noſtro Poeta nominat Auguſtinus Dathus, vir ſuo ævo doctiſſimus libro X. de Immortalitate Anim. Stobæum Sermone CIV. qui huic indignationi proprius. Henricum Mediolanenſem verſificatorem, libro I. de Controverſia hominis & Fortunæ. In ſcriptoribus Chriſtianis præter hos quos modo nominavimus, crebra hujus pagani argumenti confutatio occurrit, in quibus legere exactam etiam potes examinationem. Lege Clementem Alexand. Stromatis, Iuſtinū Martyrem, Theodoretum Sermone IX. de Providentiâ. Iſidorum Peluſiotam libro II. Epiſtol. CXXXVII. Petrum Chryſologum Sermonibus Septem de Joanne Baptiſtâ. Aeneam Gazæum Theophraſto, quemlibet aureolum recēs veſte nova Latina induimus. Proſperū præfatione libri de Providentiâ & in illo ipſo. Baſil. Magn. in Pſal. I. Minutium Octavio, Athenagoram divino libello περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Cujus hæc verba prorſus non prætereunda videntur.

ὁ δὲ ἐκ τούτων (ψυχῆς καὶ σώματος) ἄνθρωπος, τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰργασμένων αὐτῷ δέχεται κρίσιν. τοῦτο δε οὔτε κατὰ τὴν δὲ τὴν ζωὴν εὑρίσκει συμβαῖνον ὁ λόγος. Οὐ γὰρ σώζεται τὸ κατ' ἀξίαν ἐν τῷ παρόντι βίῳ. Διὰ δὲ τὸ πολλοὺς μὲν ἀθέους, καὶ πᾶσαν ἀνομίαν καὶ κακίαν ἐπιτηδεύοντας, μέχρι τελευτῆς διατελεῖν κακῶν ἀπειράτους, καὶ

τυραννίον τοὺς κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἐξητασμένον τὸν ἑαυτῶν βίον ἐπιδειξαμένους ἐν ὀδύναις ζῆν, ἐν ἐπηρείαις, ἐν συκοφαντείαις, αἰκείστε καὶ παντοίαις κακοπαθείαις &c.

In ſacris ſalutis litteris non raro eodem infirmorum, vt loquitur Odo Abbas Cluniacenſis, querellæ occurrunt. Hieremias Propheta cap. XII.

δίκαιος εἶ, κύριε, ὅτι ἀπολογήσομαι πρὸς σέ. πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σε. τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται, εὐθύνησαν πάντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα ἐφύτευσαν αὐτοὺς, καὶ ἐρριζώθησαν. ἐτεκνοποιήσαντο, καὶ ἐποίησαν καρπόν. ἐγγὺς εἶ σὺ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ πόῤῥω ἀπὸ τῶν νεφρῶν αὐτῶν. &c.

Et non ſemel dedita opera apud Regem Prophetam Pſalm. LXIII. & XCII. Hiobum cap. XXI. Habacuc Profetam cap. I. Maleachi Profetam. cap. III. Et ea loca quæ indicavit Odo Collationum dicto lib. III. c. XXXVIII. Ab his elucet quid ſibi velit quod ait B. Auguſtinus lib. I. de Civit. Dei cap. VIII. *Si nullum peccatum nunc puniret divinitas, nulla eſſe Providentia divina crederetur.* Et hinc clarum quoque, cur beati homines malint in hac vita ærumnis affligi, quam ſecundum placitum ſuum vivere. Nimirum quia finis ea ſequitur quam male viventibus ſpondet Claudianus. Ejus ſententiæ hæc ſunt Nazianzeni, in Tetraſticho XXVIII.

> κρεῖσσον καλῶς βιοῦντα καὶ πονούμενον
> Παῤῥησιάζεσθαι τι πρὸς τὸν δεσπότην,
> Ἢ μὴ καλοῖς θάλλοντ' ἀπαιτεῖσθαι δίκην,
> Εἰ καὶ τὰ πάντα σὺν λόγῳ πορεύεται.

Quo loco ineptè Nicetas Dadybrenſis, neque injuriâ reprehenſus à Jacobo Billio, cauſſam tardæ Deorum punitionis pulcrè adſignat Theodectes, apud Stob. Ecl. Phyſ. Miſeria injuſtorum in Senectutem venit, ut omnibus ſint Ludibrio, ſecundum PLatonem. lib. X. de Republ.

V. 1. TRAXIT SENTENTIA] Opinio hinc inde diſtulit. Nam ſententia opinionem denotat, aut opinionem deciſionem. Expreſſitq; iſtud Maronis lib. XI.

> *Nunc adeo quæ ſit dubia ſententia menti*
> *Expediam.*

Expreſſit eadem Alanus in AntiClaudiano libro V.

> *Dum mentem phroneſis anceps ſententia motus*
> *Diſtrahit in varios.*

CURARENT SUPERI.] Omiſſa eſt vocula *ne* aut *an* abſolutam reddìtura interrogationem. Vide plurimis Commentaria noſtra ad Appulejum voce. *Omiſſa.*

INESSET.] Ita abſolutè hoc verbo ſolent uti ſcriptores. Non enim hic addit cui potiſſimum rei ineſſe debeat, ſed ex ſententia illam noſcendam relinquit. Virgilius lib VI.

> *Hic crudelis amor Tauri, ſuppoſtaq; furto*
> *Paſiphae; miſtumque genus prolesque biformis*
> *Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefanda.*

Claudianus noſter alibi, ejusq; imitator Sidonius non vno loco.

3. RECTOR] Expreſſit Juvenalis verſus Sat. XIII. ad verbum:

> *Sunt in Fortunæ qui caſibus omnia ponant,*
> *Et nullo credant mundum Rectore moveri.*

Eademque in Philoſophos ſcribit auctor Libelli ad Jovium, quem an Paulino adſcribere deceat, alibi ventilabimus. *Sed hanc ſententiam de illis video obortam magiſtris, qui Sapientia ſuâ ſuperbi Sapientiam Dei quærere dedignati à finibus veritatis exſules agunt, aſſertores opinionum ſuarum, qui miſſis per inane magnum mentibus evanuerunt, ſicut ſcriptum eſt & probatur, in cogitationibus ſuis, & pro ſuis arbitriis opera DEI (Lego Deo) & conſilia finxerunt*

xerunt: Illis mare vel cælum caſu regi commoverique videatur, qui mundum iſtum aut ſine Rectore vacuum, aut otiante neglectum DEO fortuitis lapſibus vel vi diſputant, ut nullo auctore compoſitum, ut nullo principio ita nullo fine compoſitum. Et hæc ſententia certiſſima eſt, vagum ſemel à fixâ veritatis regula animum evaneſcere tamdem penitus, quod fit cum nec ſibi conſcius aut intelligens efficitur, adeoque ignarus ſciat ne illa quæ didicit, immò videat quæ videt, vt plurimorum Philoſophorum Sophiſtarumq; animis accidiſſe videmus. Liber autem ipſe, vnde hoc depromſimus valde diverſus à ſtilo genioq; Paulini Nolani ſcriptorum eſt, quod idem & de carmine ſubdito pronunciandum putamus. Nec video cur magnoperè adverſemur Georgio Fabritio è Manuexarato Codice Claudianum Mamertum auctorem aſſerenti; cujus erudítio & quædam ſententiarum coactio vtrobique in his Epiſtolis apparet.

4. FLUERENT MORTALIA.] Inſtar mobilis à qualibet aurâ æquoris aquæve, nec vſpiam conſtantis per naturam ſuam, niſi eum corrumpenda eſt. Sic Latini ſæpè Tacitus Hiſtor. II. *Vnde primum creditur Cacina Fides fluitaſſe.* Manilius libro IV. *Tunc & opes & Regna fluunt* Similimè Claudiano noſtro Boethius libro I de Conſolat. cap. VI. *Fortunarum vices exiſtimas ſine Rectore fluitare?* Hinc *fluxus*, mollis, incertus, inſtabilis, Martialis. *Spadone cum ſit eviratior fluxo.* Salluſtius Catilina. *Divitiarum & Forma gloria fluxa atque inſtabilis.* Hincque *fluxum* extremè libidinoſum mollemque dicunt, vt vides loco Martialis modo aſſeripto. Eligius Sermone II. *Immunda vero animalia, fluxa videlicet diſſolutaq; quaq; ac male geſta cum immundis deputemus à malo declinando & bonum faciendo.* Qui locus Eligij ſanè medicinâ indiget, quæ enim ſunt, animalia male geſta? Scribe. *male paſta.* Quæ nimirum malum ἦθος velut paſtu quopiam hauſerunt. Portò *fluxi* iſti homines dicuntur fortaſſe ab obſcœno motu, de quo Arnobius libro VII. *Quid ceſſatis quin & ipſos dicatis Deos ludere, laſcivire, ſaltare, obſcœnas compingere cantiones & clunibus fluctuare criſpatis.* Quomodo loquitur & Alciphron libro I. Epiſt. XXXIX.

καὶ τοσοῦτον ἐτόλμων ἐξειργάσατο τῆς πυγῆς, καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφὺν τῇδε καὶ τῇδε ὥσπερ ῥέουσαν περιεδίνησεν, ὥστε ἀνακροτῆσαι πάσας καὶ νίκην ἀποφήνασθαι τῆς Θρυαλλίδος.

CASU.] Mala enim Fortuitum quidquam Providentiam Divinam magis decent. Quid caſus definit Gulielmus Hirſaugienſis lib. I. Inſtitut. Aſtronom. *Caſus eſt inopinatus eventus ex confluentibus cauſſis.* Vide inibi multa non inepta pro ſeo ævo, vixit enim Guilielmus ille anno. M.XCI. poſt natum Chriſtum, quo & mortuus eſt. Adde Joannem Damaſcenum lib. I. cap. III. Orthodoxæ Fidei. Euſebium lib. ult. in Hieroclem. Auctor modo productus ad Iovium. *Actusque noſtros quos ſummi Domini Poteſtas regit. & pro meritu noſtris vertit aut dirigit, vacuis Fortunæ Fatorumque numinibus tamquam æmulis Deo poteſtatibus ſubdidiſti, in quo ne te exiſtimes Deo detuliſſe, cum injurioſe potius, ut erat. Dei beneficium eſſe noluerit, dicens ideo hæc à divina Poteſtate ſecerni oportere, quia caſum magis quam Deum deceant mala.* Minimè verò Paulini eſt iſta Epiſtola. De Caſu nec ineptè Theodorus Prodromus χετλιαστικῷ in Providentiam. Atquod neq; Deus neque Providentia humanis ingeniis aut ratiocinatione vlla percipi poſſit, argumentis acutis docere nititur Sextus Pyrrhonius libro III. cap. I. Hypotypos. Qui & argumentum Claudiani iſtud *à malorum felicitate* infert, inque eo obhæreſcit.

5. FOEDERA MUNDI.] Panegyrico. in IV. Conſ. *Vt ſe pulcerrimus ipſe Mundus amore ligat.* Videbis Appuleium ejusque Auctorem Græcum de Mundo.

5. PRÆSCRIPTOSQUE MARIS FINES.] Scribendum conjeceram *mari* ea lectio

Xxxxxx 2

ctio eſt in membranis unis noſtris & quatuor Belgicis. Maris autem intemeratus limes in ſacris Litteris Potentiæ Providentiæq; divinæ argumentum invictum Hieremiæ V.

μὴ ἐμὲ οὐ φοβηθήσεσθε λέγει ὁ Κύριος. ἢ ἀπὸ προσώπου μου οὐκ εὐλαβηθήσεσθε τὸν τάξαντα ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ πρόσταγμα αἰώνιον, καὶ οὐχ ὑπερβήσεται αὐτὸ, καὶ ταραχθήσεται καὶ οὐκ δυναθήσεται, καὶ ἠχήσουσι τὰ κύματα αὐτῆς, καὶ οὐχ ὑπερβήσεται αὐτό.

Vide & Gregorij Cyprij Encomium Pelagi editum à Bonaventura Vulcanio. Et Hiobi cap. XXVIII. & XXXVIII. Item Titum Boſtrenſem lib. II contra Manichæos, ſub finem. Iulius Firmicus Initio Libr. VII. Qui omnium ſiderum curſus ordinesq; diſpoſuit, qui maris fluctus intra certos terræ terminos coarctavit, qui ignem ad ſempiternam ſibi ſubſtantiam inflammavit. Inde ductum eſt ſcriptoribus alijs. Minutius Felix: *mari intende, lege littoris ſtringitur.* Ad quem aliorum Chriſtianorum loca indicarunt eruditiſſimi viri. Cælius Sedulius addendus libro I.

Omnipotens, æterne Deus, ſpes unica mundi,
Qui cœli fabricator ades, qui conditor orbis:
Qui maris undiſonas fluctu ſurgente procellas
Mergere vicina prohibes confinia terra.

Quæque ibi ſequuntur, ſingula his Claudiani paria. Aldhelmus Proœmio libri de Virginitate.

Omnipotens genitor, mundum ditione gubernans,
Lucida ſtelligeri qui condis culmina cœli.
Nec non telluris formans fundamina verba.
Pallida purpureo pingis qui flore vireta,
Sic quoque fluctivagi refrenas carula Ponti
Mergere ne valeant terrarum littora limfis.
Sed tumidos frangant fluctus obſtacula rupis.

Qui ſcriptor corrupit hoc argumentum, tumidis & obſonis ſuis dilationibus. Non enim miraculum jam eſt rupibus obſiſtentibus pelagus non mergere terras, eſt vero mirandiſſimum plano loco littora alluens, imo inpellens tam immanibus fluctuum montibus, non exſcendere, aut vndique advolutum proluere. Sed ſcripſit forte Aldhelmus *obſtacula ripæ.* Quamquam & illud abſonum.

ANNIQUE MEATUS.] Obtarditatem per ſigna annum abſolventia verbo ſedato & conſiderato Solis curſum propoſuit. Eſtque Maronianum libr. VI.

cœlique meatus
Deſcribent radio & ſurgentia ſidera dicent.

6. LUCIS NOCTISQUE VICES.] Rectiſſimè *vices*; cum alternatim ſuccedant, nec ſit quod interrumpat ordinem. Sic Minutius Felix Octavio, quem ad verbum in hoc divino exordio penè expreſſit Poeta noſter: *Quid tenebrarum & Luminum dicam recurſantes vices, ut ſit nobis operis & quietis alterna reparatio.* Et Pariter plurimi alij ſcriptores. Iuvenalis Satirâ XIII.

Natura volvente vices & Lucis & Anni.

Sedulius libro I. de Sole

Nunc oritur, nunc occiduas demiſſus in oras
Partitur cum nocte vices, nec ſemper ubique eſt.

Columbanus, vetus & probus etiam inter Poetas, niſi cum aut ſpuria tanto auctori aſcribuntur, aut genuina, quæ fortè ſunt, malè corrumpuntur.

Omnia Tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,
Alternant Elementa Vices, & tempora mutant,
Accipiunt alimenta dies noctesque viciſſim.

Per-

Perperam vulgo *Alimenta* etiam ſecundo verſu legitur. Sic vices temporũ certò ſuccedentium per anni partes dicuntur à Latino Pacato Panegyrico, & Curtio lib. V. Arnobius lib. II. *non credentes vos frugem percepturos vicibus temporariis.* Sic Mago Agrimenſor, *Aquarum ductus per medias poſſeſſiones diriguntur, quæ à poſſeſſoribus ipſis vice temporum repurgantur.* De re autem ipſa paribus cum noſtro verbis locutus eſt Q. Julius Hilarion, ſed adeo vitioſe editis in voluminibus Bibliothecæ Patrum, ut quid ſibi velint divinare vix poſſis; Ea operæ pretium fecero ſi aſſcribam & ut corrigenda ducam moneam, ut hoc etiam lectoris ſtudium mihi obligem: *Cum ergo hic mundus, Creatore Deo, conſtitueretur, videretq; omnia ſuo juſſu ex nihilo apparuiſſe, mature Cœlum cum ornamentis ſuis id eſt Solem & Lunam & ſtellas propter vices & ſigna Temporum luce radiantes terram cum perfectione omnium ſeminum virore plenam diverſis coloribus floribus habentem divina pictura innana concluſione riparum ac montium ne tranſcendant, quaſi vallatione quadam obſeſſa, iſtinc etiam prelata motum habentia in ſe & omnem animam vivam. Poſthanc igitur perfectionem mundi placuit Omnipotenti Deo inſtituere hominem, quem præ cæteris animalibus aliud eſſe omnipotens Deus. Nam ſi illa juſſu & verbo ſuo creavit, hunc ſacris manibus finxit, qui liberum Dominumque ſuper univerſa ſua præfecit.* Pollicitus eſt Vatias in Hilationis hunc librum Lectiones H. Caniſius, quo promiſſo ſi ſtetiſſet, forte conjecturis opus non foret, at nunc puto iſta ita cõcepta ab auctore fuiſſe. *Cum ergo hic mundus, Creatore Deo, conſtitueretur; videretque omnia ſuo juſſu ex nihilo apparuiſſe, jam, videlicet cœlum cum ornamentis ſuu, id eſt, Solem Lunam, & ſtellas, propter vices, & Signa Temporum lucem variantes; Terram cum perfectione omnium ſeminum, virore, plenam, diverſicoloribus floribus balantem, divina pictura. Iam maria concluſione riparum ac montium ne tranſcendant, quaſi vallatione quadam obſeſſa. Iſthinc etiam prima prolata motum habentia in ſe & omnem animam vivam. Poſthanc igitur perfectionem Mundi placuit Omnipotenti Deo inſtituere hominem quem præeſſe cæteris animalibus voluit omnipotens Deus.* Sic intelligi poterit ordo & voluntas ſcriptoris. *Iſthinc poſt prima prolata*, hoc eſt, Poſt hoc temporis primum creatis animantibus cæteris, quæ in aere, aqua, Terraque degunt. Illa autem verba *divina pictura*, etiamnum mendo non vacant, Et ab abbreviatione, ut vocant, error natus videtur, ut forte & cætera. *Vices* vero temporum ordinariæ ſunt illæ ſucceſſiones, quæ cum mutantur contra naturam curſus rerum percellitur, & monſtra fieri perhibentur. Eucherius in Parænetico ad Valerianum de Senectute Omnium Rerum: *Hi ſunt in ultimis jam annis languores ſui. Hinc ſæpe illa cœli cernuntur ſigna, motuſque terrarum permutata temporum vices, monſtruoſa animantium fœcunditates, quæ omnia adhuc procedentis ſunt ſigna temporis, ſed jam deficientis.*

V.7. CONSILIO FIRMATA DEI.] Vide Theodoret. Serm. I. de Providentia Minutium Octavio, Manil. lib. II. Theoph. lib I. ad Autolicum, &c. Reliquorum qui de ordine & Admirabili rerum Harmonia commentati ſunt nomina vel ſola ingentem librum faciãt. Pleriq; eorum eo argumento Deum ſubſiſtere, & immenſa Sapientia omnia iſta conſtruxiſſe irrefutabiliter concludunt. Ipſe adeo Dominus quoties certa argumenta Omnipotentię ægris mortalibus proponere ſatagit, per inſpiratos divinitus vates, alioſq; ſuorum mandatorum Interpretes. Contemplari machinam rerum jubet, & cum de potentia ſua loquitur, eorum Conditorem, Conſervatorem, quin & Deſtructorem & Labefactorem ſe amandum atq; colendum, timendumque proponit.

V.8. LEGE MOVERI SIDERA.] Sunt illis ordinari præſcriptique curſus ſui & momenta procedendi, quæ leges vocant doctiſſimi ſcriptores. Manilius, lib. I.

Deprehendit tacitis dominantia legibus aſtra.

Macrobius in Somnium Scipionis lib. II. c. I. *In cœlo autem conſtat nihil fortuitum nihil temerarium provenire, ſed univerſa illic divinis legibus & ſtata ratione procedere.* Boethius libro I. Carm. V.

Legemque pati Sidera cogis.

Scire eleganterq; diſciplinam in iisdem quãpiam nobis proponit Valerianus ſcriptor ſanctiſſimus & doctiſſimus Concione I. *Tanta eſt diſciplinæ Ratio ut intra temporum metas lege conſcriptas ita indefeſſi itineris alternis vicibus ſiderum curſus agitetur, ut nec Luna defectionis ſuæ damna effugiat, nec Solem diurni luminis flamma deſtituat. Numquid ſine diſciplini eſt, quod tanti maris fluctus humili terrarum littore continentur, & in ſuo ſinu frequenter incitata Ventis altior aggere unda concluditur. Omnia profecto inſipiens natura confunderet niſi mundum diſciplina ratio gubernaret.* Quæ verba eo libentius aſſcripſi quia & præcedentia Claudiani mirifice enarrant.

8. FRUGES DIVERSO TEMPORE NASCI.] Minut. Felix. *quid cum ordo temporum hac ſtabili frugum varietate diſtinguitur, nonne auctorem ſuum patremq; teſtatur? &c.* Vide Theodoretum dicto libro, & Sermone IV. Alios innumeros.

9. VARIAM PHÆBEN.] Quia toties creſcit, decreſcit, colorem, vultum variat, hoc merita eſt apud Poetas Epitheton. Martianus Capella lib. VIII.

Et toties varia flammantia cornua Lunæ.

Eſt enim varium, quodcunq; inſtabile atque mutabile. Sic *Sol varius* apud Papin. lib. VIII. *Varius Annus* apud Boeth. Conſ. lib. I. cap. V. *Varia Tempeſtates*, Minutiũm Octavio, *Varia Sidera* penes Manilium.

9. ALIENO IGNI.] Solis videlicet. Hinc ψευδοσελῆ Lunam indigitavit Anaximander Mileſius primus, ſi ſatis memini, hujus rei obſervator, Apud Diogen. Laert. lib. II. Cleomed. lib. I. τὸ δὲ λαμπρυνεσθαι τὸν αὐτῆς ἀπὸ ἡλίου ἔχει τὴν λαμπηδόνα. Eleganter Higinus Poetico Aſtronomico *Luna ſi ſuo lumine uteretur, illud quoque ... guebatur, eam ſemper æqualem eſſe oportere. Præterea ſi ſuo lumine uteretur, hujus numquam fieri eclipſin oportebat.* Geminus. ἡ Σελήνη ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεται. Ἀεὶ γὰρ τὸ λαμπρὸν πρὸς τὸν ἥλιον ἐπεστραμμένον ἔχει, καὶ ὅταν παραλλὰξ τοῦ ἡλίου τὸ λαμπρὸν αὐτῆς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει. Καὶ ὅταν προδύνῃ τοῦ ἡλίου, καὶ ὅλαν ἐπικαταδύνῃ τῷ ἡλίῳ ἐπέστραπται τὸ λαμπρὸν πρὸς τὸν ἥλιον. Veſtius Valens. *At Luna quæ generatur ex Solaris Luminis refractionibus ideoque aliena Luce fulget, in genituris hominum vitam corpuſque ſignificat.* Arnobius lib. II. *Alieno ex igne an propriis luceat fulgoribus Luna.* Elegantiſſime a. Nonnus.

ἠελίου γενετῆρος ἀμειβομένη ἀμαρυγάς
πατρὸς ὑποκλέπτουσα παλίμφυες
αὐτογενὲς πῦρ.

Et pulcre hinc Parentem Lunæ Solem vocat Joannes Geometra ſcriptor recentior quidem ſed in compoſitione Epithetorum mirifice acutus, ad B. Virginem.

χαῖρε παναιγλήεντος ἀφ' ἠελίου
οἷα Σελήνη
πατρὸς ἀπ' ἠελίου φέγγος ἰφελκομένη.

Joannes Gazæus in Tabula univerſi, v. CCIV. ἀλλὰ φάος φαέθοντος ἀπαυγάζουσα Σελήνη Ἀργυρέη λάμπουσα χαράσσεται. Theodorus Prodromus in Amicitia Exſulante, v. LXIX. Et hinc capiendus Anacreon qui bibi Solem à Luna aſſerit. Odario. XIX.

πίνει θάλασσα δ' αὔρας
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν
Τὸν δ' ἥλιον Σελήνη.

Plura vide apud Martianum Capellam libro VIII Iſidorum Origin. libro III. cap. LII. Diodorum Siculum lib. III Higinum lib. IV. Poet. Aſtronomic. Plin. lib. II. cap IX. Quod de primo Anaximandro dixi infirmat Plutarchus ἀρεσκ. lib. II. cap. XXVIII. Ἀναξίμανδρος ἴδιον αὐτὴν ἔχειν φῶς, ἀραιότερον δὲ

Θάλης κ̀ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀπὸ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν Σελήνην. Sed in his talibus Horologia ſunt Philoſophi.

10. TELLVREM MEDIO LIBRAVERIT AXE.] Pulcre hoc enarrat Manilius & ornatiſſimis verſibus, quem vide l.IV. noſtrũ, de Raptu, in textu Proſerp., Alios innumeros.

11. TANTA CALIGINE.] Quoniam penetrari humanæ mentis accumine non poteſt, cæcum, tenebriſq; obſitum rerum ordinem facit. Sic omnia ſolebant veteres, quæ animo exigere non poterant. Callimachus Epigrammate XVII.

ὦ χαρίδα τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότος.

Claudianus lib. II, de Laudibus Stiliconis.

Eſt ignota procul, noſtraq; impervia menti
Immenſi ſpelunca avi, annorum ſqualida mater, &c.

Sic in profundo obſcuroque puteo Veritatem quærebat Democritus. Sic homines abſque Epicuræorum ſciris in tenebris inſtar puerorum errare Lucretius vociferatur.

VOLVI.] Argumentum contra Providentiam a felicitate malorum. Sextus Philoſophus lib III. Pyrrhon. Hypotypoſ cap. I. *Qui dicit eſſe Deum aut providere eum dicit rebus mundanis, aut non providere. Et ſiquidem providere dicit, aut omnibus aut aliquibus. Sed ſi quidem provideret, non eſſet neq; malum ullum, neque nocens ullus, neque ulla vitioſitas. Atqui vitioſitate plena omnia eſſe clamant non ergo omnibus providere dicetur Deus, &c.* Quæ illationes utcunque acutæ ſint uno tamen ictu diſſipari poſſunt. Nimirum Deum Malis iraſci, Bonos amare; neutros vero aut ulciſci aut beatos reddere in hac vita. Neque præmiorum apud eum, neque Pœnarum ab eo finem futurum; ejuſque juſticiam juſtiſſimam eſſe, ſed à nobis non poſſe comprehendi. At ajunt temporalibus virtutibus æterna præmia ſint propoſita, qua de re prolixius legatur Gregorius Magnus lib. IV. Dialogorum cap. XLIV. Argumento autem iſto etiam ſanctiſſimi viri & Veritate jam dum intellecta adeo perculſi ſunt, ut pene conciderint, quod de ſe Prophetarum ſummus Rex David profitetur. Pſalmo LXXII. Radulf. Ardens Conc. XIIX. in Evang. & Epiſtolas. *Quia rurſus quidem dum vident hic malos florere, & quod filii eorum ſunt ſicut novella plantationis in juventute ſua, filiæ eorum compoſita, circumornata ut ſimilitudo templi, Promtuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves eorum fœtoſa, abundantes in greſſibus ſuis Boves eorum craſſa. Non eſt ruina maceria, neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum. Et quod beatum dixerunt populum cui hæc ſunt. E contrario vident hic bonos affligi, pene moventur pedes eorum, à via recta. Secundum illud; mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia Zelavi ſuper inimicos pacem peccatorum videns. &c.*

14. VEXARIQUE PIOS.] Quocunq; modo affligi aut cruciari. Vide Gellium & Macrobium Servium ad Eclogam VI. Piorum autem eſt inter greges tribulantium premi. Proſper: *Namquam bella bonis numquam diſcrimina deſunt.* Prudentius Cathem IV. *Vexamur, premimur malis retamur Oderunt, lacerant, trahunt, laceſſunt. Iuncta eſt ſuppliciis fides inquit.* Vide Lactantium libro V. cap. XXIII. Et Cyprianus pulcre. *Lex Chriſtianiſmi Crux eſt.* Leo Magnus Sermone IX. *Quadrageſimali: numquam deeſt tribulatio perſecutionis, ſi numquam deſit obſervantia Pietatis.* Ut Agricolis laborem, nautis tempeſtatem, fœniſecis & meſſoribus ſudorem, hic pie viventibus familiares eſſe afflictiones ſcribit Baſilius Magnus in Epiſtolis.

15. RELLIGIO.] Qualiſcunque opinio de Diis, quæ eos tamen eſſe crederet, & curam humanarum rerum gerere, quorum neutrum cum crederent Epicuræi Relligionem omnem ex eorum ſchola oppugnat Lucretius cum ſcribit *quot contra ſæpius olim Relligio peperit ſceleroſa atq; impia facta.* Hoc eſt quicunque etiam cultus Deorum Ita etiam legendus is Lucretii locus, ut alibi docuimus. Sic *obſcœnas relligiones* Idololatriæ varia genera vocat Prudentius. Dicta autem religio ab relectione quod relegatur & frequentetur quod colitur, idq; etymon erudite alludit Arnobius lib. IV.

Nam

Non enim qui ſollicite relegit, & immaculatas beſtias cadit, qui acervos thuris dat concremandos igni, numina conſentiendus eſt colere, aut officia ſolus relligionis implere. Cultus verus in pectore eſt, &c. Vnde *Religens* Deorum citra ſuperſtitionem colente dicitur à veteri Poeta, enarrante Nigidio Figulo apud Aulũ Gellium l.IV Noct. Attic. c IV. Aliter Macr. l. III. c. III. Porro in uno eoq; antiquiſſimo Codice Belgicorum *Set* hac periodo repertum eſt, *Set cum res* Quam ſcripturam invenerunt Faernus in Terentio, in aliis alii. Ego adeo veteribus frequẽtatam obſervo, ut præter Maronem, Chriſtianorumq; Poetarum plerorumq; antiquiorum Codices qui penes nos ſunt, etiam in Petri Rigenſis Poematis qui circa annum abhinc CCCCXX. ſcripſit, eamdem Orthographiam offendam.

15. CAUSSÆQUE.] Opinionis, argumenti. Salvianus Procem. *Omnes admodum homines ſive utiles res ac probas, ſive inutiles atq; improbas ſtilo texerent, ſeriem tantum rerum nitore verborum illuſtrarunt, cauſſiſq; ipſis quas loqui vellent loquendo lucem accenderunt.* Jul. Hilar. *Nunc de annorum integro numero ratio vertitur, ubi non poteſt quis pro perfecto numero imperfectum ponere. Igitur jam veniamus ad cauſſam & ſuo ordine cuncta narremus.* Latiſſime hujus vocis uſum potuiſſe clarum ex Idiotiſmis hodiernis Hiſpanorum, Italorum, Gallorum, qui omnes retinent eam ſed ita utuntur ut nihil non appellatione ejus comprehendãt.

V. 13. DIU FLORERE] Vide Pſalmum dictum, & XCII. Diu autem improbos florere negat Demoſthenes Olynthiaca II.

οὐ γὰρ ἐστὶν, οὐκ ἐστὶν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι, ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν ἂν τύχῃ, τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται, καὶ περὶ αὐτὰ καταρρεῖ.

Quæ ſententiã divinius concipi vix equidem poterat. Illud vero longe veriſſimum eſt, *facilius ad indignos quam merentes fortuna bona devolvi.* Boethio auctore lib. II. de Conſ. cap. VI. Vt merito exinde Fortunam velut indignorum fautricem notavit Plin. li. II. c. VII.

15. NON SPONTE.] Quippe integri judicii homo, Platonicorum præterea præceptis imbutus; cum tam rudis tamq; fatuus vix ullus natus ſit, quin conſcientia ſuapte protecte convictus fateatur Deum creata omnia gubernare.

16. VACVO MOTV.] Inani rationis, minime Providentia quapiam ordinato. *Vacuum* dicitur quicquid temerarium, facile, caſſum rationis eſt, de quo alibi, hic nõ repetẽda.

QUI.] Scripti libri Belgæ & Cujaciani cum Noſtro diſertim *qua* referunt, quod neceſſitas connectendi ſermonis etiam exigit.

CURRERE.] Moveri hinc inde nullo rectore aut auctore, ut caſu conglobentur deinceps, & rerum formas extundant. Hæc enim doctrina erat Leucippi eumque ſecuti Epicuræorum gregis. Lucretius lib. II.

Seminaq; innumero numero ſumma atque profunda
Multimodis volitãt æterno percita motu.

SEMINA.] Inſecabiles quaſdam particulas aut minima quæpiam fruſtilla, ſive ἀτόμους quæ particulæ fruſtillaque per ſe non ſint, ſed primotũ inſtar atque compacta faciant omne genus corporum. Sic Latini ἀτόμους illos Epicuræorum vocant, ut Lucretius infinitis locis. *Idola* dixit Lucilius, *Idola atque atomos Epicuri credere malunt.* Virgilius ex eorum doctrina, Eclo. VI. quam paucis verſibus divine incluſit.

Namq; canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animæ, mariſque, fuiſſent.
Et liquidi ſimul ignis, ut his exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis.

Minut. Fel. Octav. *Sint principia omnium Semina natura in ſe coeunte denſata.* Mar. Victor, Poeta acutus & doctus libro I. Originum.

Nam non, ſacrilegi ſenſit quod Lingua furentis,

Caſus mentis inops, dum neſcia ſemina volvit,

Tam prudens centorſit opus

Papinius Thebaide III.

ſupera ſeu conditor aula

Sic dedit, effuſum Chaos in nova ſemina texens.

Ita Lactantius, Arnobius, Auguſtinus, alii. Sequentibus turbas dat Bentini liber unus. Ejus vero Rationem hic merito nullam habemus, cum quæ mutat ipſamet etiam non textui ſed marginalibus ſpaciis aſſignet Auctorem quod Leucippum huic doctrinæ dedi, nota, tes eſt. Heſych. Illuſt. πρῶτος δὲ ἀτόμους ἀρχὰς ὑπεστήσατο. Alii referunt ad Democritum. Minut. *Democritus quamvis primus atomorum inventor, &c.*

17. NOVAS FIGURAS.] Rudes illas quæ ſurſum & deorſum pervolantibus atomis reguntur & fiunt fortuito, ſecundum ſtultiſſimam Atheorum doctrinam. Heſych. idem de Leucippo, figuras iſtas explicat, corpuſcula nimiū dici minima variis tamen figuris prædita. φέρεσθαι κατ' ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπείρου πολλὰ σώματα παντοῖα τοῖς σχήμασιν εἰς μέγα κενόν, ἅπερ ἀθροισθέντα μίαν ἀπεργάζεσθαι δίνην, καθ' ἣν προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια, ἰσορρόπων δὲ διὰ τὸ πλῆθος, μηκέτι δυναμένων περιφέρεσθαι, τὰ μὲν λεπτὰ χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενόν, ὥσπερ διαττώμενα, τὰ δὲ λοιπὰ συμμένειν, καὶ περιπλεκόμενα συγκατατρέχειν ἄλληλα. Hoc vere eſt quod in ſacris litteris dicitur evaneſcere opinionibus qui ſcrutatur divina.

PER INANE.] Quod ſit hoc ſpacium docet nos ex opinione principis hujus ſectæ Galen. lib. I. de Elementis: *Itaq; atomi omnes, qua exigua quadā corpuſcula ſunt omni prorſus qualitate vacant. Vacuum vero ſpacium quoddam eſt, in quo ea omnia corpuſcula ſurſum atq; deorſum agitata perpetua motione quandoque ſimul, ſecundum aliquem modum complicantur, nonnumquam mutua inter ſe colliſione reſiliunt, que fit poſtea ut ex hujuſmodi corū conventu & mutua concretiones fiant, atque iterum ſecretiones, unde voluit Democritus tum aliorum omnium tum noſtrum quoque ipſorum coagmentari corpora atque eorum cum affectus tum ſenſus.*

18. SENSV AMBIGVO.] Idem enim in effectu ſentiunt, qui Deos non eſſe, quiq; hominū curam non gerere ſtatuunt; neq; quicquam hos ob illis ſegregat, niſi Pœnæ legibus in Atheos; communi fere generis humani conſenſu, ſancitæ. Atq; hæc vera omnium librorum manu exaratorū ſcriptura eſt, etiam ejus quem à Bongarſio contudit vir doctus, eamq; ſecuti ſunt Plantinianæ, & à Joſepho Scaligero caſtigata editio Raphelengiana. Aldina & Vetus Lugdunenſis perperam *neſcia veri*, hæc vero etiam à Bentino margini alliſā textui inſeruit *qua numina cenſet Ambigua, vel nulla putat vel neſcia veri*. Quam ſcripturam nec refutatione dignam arbitror τὸ *veri*, quod Aldus recepit, aliena manu in duobus Belgicis fuit etiam. Eſt nihilominus abſurdum, & ab abbreviatione τοῦ *noſtri* prognatū, puto. Nemo enim Philoſophus Deos neſcios veri umquā finxit, vel ſi quis finxit, tantæ tamen obſcuritatis fuit, ut hic mentio ejus eſſe non poſſit. Quies quidem Epicuræa, minime Veritatis ignorantiam inferi; neq; ſi mortalium curam negligunt, ideo Veri neſcia dicentur Numina. Exclamat quidē percitus Fortunæ tumultibus Lucan. lib. VII. *mortalia nulli ſunt curata Deo* Nemo autem, quod ſubeat, dixit *ignorata Diis Veritas rerum*. Verum eſt quod quæritur omnium ſectarum tantis ſtudiis.

20. TUMULTUM.] Velut civilem ſenſuum pugnam aut ſeditionē dicant, non enim bellum audet. Vt alibi *Non ita Romanum fati violentia Nomē Obruit ut veſtros nequeat punire tumultus.* Sic tempeſtates animi apud Otbertum in vita Henrici Quarti Imper. in finem. Et θόρυβος ψυχῆς apud B. Chryſ. lib. I. de Sacerdot. Rogerius de Contemtu Mundi c. II. *hac omnia conſiderantes Sancti viri quia nil mundi hujus appetūt nullis procul dubio in corde tumultibus premuntur.* Lucan. l. VII. *Nec magis attonitos*

nitos animi ſenſere tumultus Cum fureret Pentheus aut cũ deſiſſet Agave. Petron. *ergo pulſata tumultu Pectora per dubias ſcinduntur territa cauſſas*, Eſtq; Tumultus Metus μετὰ κατεπείξεως φωνῆς, ut θόρυβον ſuum Stoicorum princeps Zeno definivit, vide Laertium libro VII. Expreſſit hunc locum Alanus libro V.

Nec jam nativos curant memorare tumultus
Quos ligat aſſenſus diſcors, diſcordia concors.

Eſt enim diſſidentium cogitationum quędam pugna. Fauſtus Epiſc. Epiſt. VI. ad Ruricium. *Alterum abſtinentia genus eſt multo ſublimius multo pretioſius, cui nulla contradicere poſſit infirmitas: motus animi regere, & irrationabiles perturbationes, vel colluctantium inter ſe cogitationum tumultus interioris judicio refranare, & contra impugna, iones occultas, vel contrà domeſticos inimicos rivam quamdam iraſcentes fidei auctoritate conterere.* Quæ verba ita emaculamus: *& contra impugnationes occultas, velut contra domeſticos inimicos rixam quamdam incitantes fidei auctoritate conſiſtere* Eſt tumultus turbulenta quæpiam commiſtio atq; obniſio, ſi ita loqui licet. Vt apud Gaudentium in Tractatu primo, ejus ordinationis Die excepto: *Sed congruus ordo ſervatus, dum principi Apoſtolorum primus loquendi locus jure defertur, in tumultus quidam magis quam reſponſio videretur, ſi tunc univerſi certatim pariterq; reſpondiſſent.* Sic concurſus populi tumultus perhibetur Juvencus lib. II. Hiſtoriæ Evangelicæ.

Talia mirantis populi ſtipante tumultu
Vallatur

21. ABSOLVITQUE.] Intra cogitationem nimirum æſtimantis. Nam judiciũ quoddam advocarat taciti animi libra perpenſurus Deorum cauſſam. Sic cauſſa deorum ſæpius diſceptatur à ſtupidiſſimis Sophiſtis penes Lucianum: ſicq; conſilium ſeu Concilium cogitationum eſt apud noſtrum Auguſti I. Stilic:

per caſtra per urbes Iudicium virtutis erat
Per populos animi cũctantis libra cucurrit,
Tu legeris, tanteſq; viros quos obtulit orbis
Intra conſilium vincis ſenſumque legentis.

Gratianus Imperator Conſilium de Conſulibus nuncupandis inſtituiſſe dicit apud Auſonium Panegytico, ſecum ſolo, ſed id poſtea ad Deum retuliſſe. *Quum de conſulibus in annum creandis ſolus mecum volutarem, ut me noſti, atq; ut facere debui, ut velle te ſcivi, conſilium meum ad Deum retuli.* Nec aliter Appuleius de levitate muliebri ſe judicium inſtituiſſe intra ſe adhuc aſinum lib. VII. *& tunc quidem totarum mulierum ſecta moreſque de aſini pendebant judicio.* Sententia Claudianæ huic ſimilis eſt in Elegia Solonis, nimirum cum ob ſceleratam improbamque vitam pœnæ ſequuntur, ærumnarum molem non Diis aſſeribendam, ſed abſonæ vitæ meritis, cum Dii omnia juſte judicent. Apud Laertium lib. I.

Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέραν κακότητα
Μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπιμέμφετε.

Quod diſtichon non inepte vertit Ambroſius Camaldulenſis. Vel Benedictus Brognolus potius, cujus omnia ſunt Latina Carmina in verſione Laertii.

Si veſtro meritas pendentis crimine pœnas
Non culpa injuſtos rejicienda Deos.

Pariter abſolvit Deos malos ex ſuorummet facinorum meritis male plecti videns. Mercur. apud Æſchylum fine Promethei Vincti.

Ἀλλ' οὖν μέμνησθ' ἅτ' ἐγὼ προλέγω:
Μηδὲ πρὸς ἄτης θηραθεῖσαι,
Μέμψησθε τύχην, μηδέ ποτ' εἴπη
Θ' ὡς Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον
Πῆμ' εἰσέβαλε, μὴ δῆτ' αὐταὶ
Δ' ὑμᾶς αὐτάς, εἰδυῖαι γὰρ
Κ' οὐκ ἐξαίφνης οὐδὲ λαθραίως
Εἰς ἀπέραντον δικτύον ἄτης
Ἐμπλεχθήσεσθ' ὑπ' ἀνοίας.

21. ABSOLVITQUE.] Verbum judiciale Julianus lib. LV. Digeſtorum, cap. XIV. Indicatum ſolvi. *Quotiens ex ſtipulatione judicatum ſolvi ob rem non defenſam agitur cum fidejuſſoribus, non eſt iniquum caveri dominum priore judicio abſolvi, &c.* Mart. l. IV. Epi. XVI.

Magnus ab infernis revocetur Tullius umbris

Et te defendat Regulus ipſe licet
Non potes abſolvi.

Tribus autem his de rerum ordine ſucceſſionibusq; opinionibus omniũ Philoſophorum ſcita concluduntur, *Fato* nimirum, *Caſu*, & *Ordinatione* divina; quæ jũgit hoc loco Claudianus, ut videtur ex Epiſt. XVI. Senecæ cujus non pauca alludit hoc loco. Porro ſepoſitis duobus prioribus Deum eſſe omnium conditorem & Rectorem pulcrè demonſtrat Joannes Damaſcen. lib. I. cap. III. ubi minime contemnenda conſtipavit vir profunde eruditus talium Jodocus Clichtovæus: tamen ignobili errore Prudentium memorat ſuper Joanne Damaſceno quædam ſcripſiſſe, cum is nullo nomine divino Poetæ nobilis fuerit. Vtpote ſub Leone Iſauro annum Chriſti circa DCCXXXX, aut etiam poſt mortuus. Prudentii autem ætatem norint etiam pueri trecentis annis ſuperiorem.

21. CULMINA RERUM.] Summam auctoritatem magiſtratumque. Rutil. Numatianus, qui Claudiani ipſa verba non uno loco exprimit, Paganus Pagani; ſic *gradus* dignitatum, honorum apices, & mille talia præcipue ævi cadentis ſcriptores. Pariter Juvenal. de Sejano Sat. X. unde culmina ſua noſter hauſiſſe videtur. *ignoraſſe fateris*

Sejanum, nam qui nimios optabat honores
Et nimias poſcebat opes; numeroſa parabat
Excelſa turris tabulata, unde altior eſſet
Caſus, & impulſa præceps immane ruina.

Et de nobilioribus mox aliis.

Quid Craſſos, quid Pompejos evertit, & illũ
Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus.

Nulla non arte ita iniuſtis noſtri Poetæ adjunguntur hi quoque.

22. TOLLUNTUR IN ALTUM UT LAPSU GRAVIORE RUANT.] Vincentina vetus Editio *majore* contra omnium librorum & ſcriptorum & typis expreſſorum fidem. Eſt divina prorſus ſententia, hauſta ex non uno Sacroſancti Pandectis loco. Vide omnino finem cap. 3. & initium cap. 4. apud Prophetam Malachiam Pſalm. LXXI καὶ ἐγενόμην μεμαστιγωμένος ὅλην τὴν ἡμέραν καὶ ὁ ἔλεγχός μου εἰς τὰς πρωΐας, εἰ ἔλεγον διηγήσομαι οὕτως, ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτηκα, καὶ ὑπέλαβεν τοῦ γνῶναι τοῦτο κόπος ἐστὶν ἐνώπιόν μου. Ἕως ἂν εἰσέλθω εἰς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ θεοῦ καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν, πλὴν διὰ τὰς δολιότητας αὐτῶν ἔθου αὐτοῖς κακὰ κατέβαλες αὐτοὺς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι, πῶς ἐγένοντο εἰς ἐρήμωσιν; ἐξάπινα ἐξέλιπον, ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, ὡσεὶ ἐνύπνιον ἐξεγειρομένου κύριε ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις.

Et aliis infinitis locis, quorum collatio manifeſte docebit non ignarum ſacrorum Salutis myſteriorum hunc Poetam vixiſſe, etſi non nego malo ſuo pervicacem in tempore contemtorem. Verbotenus paria Minut. Felix in Octavio, cujus ſequitur libens auctoritatem. *Niſi forte vos decipit quod Deum neſcienteis divitiis affluant, honoribus floreant, polleant poteſtatibus. Miſeri! in hoc tolluntur altius, ut decidant altius, hi enim ut victima ſaginantur, ut hoſtia coronantur.* Et Lucian. Charonte, quem Claudianus exprimit: ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων ὡς ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον καταπεσούμενοι. Pertinet eodem Demoſthenes locus, etſi paullo mitius loquatur, quem ſupra retulimus, & Cæſaris hic libro I. de Bello Gallico: *Conſueſſe Deos immortaleis quos gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum ulciſci velint, his ſecundiores interim res, & diuturniorem impunitatem concedere.* Interpres.

φιλεῖ μὲν γὰρ τὸ θεῖον οὓς ἂν τ' ἀδικίας σφῶν πικρῶς τιμωρεῖσθαι θέλῃ, τούτους ἀζημίους τε καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον εὐδαίμονας ἐᾶν.

Quæ cum aliis ſententia arguit doctiſſimũ & cumprimis judicii virum Juſtum Lipſium qui τὸ ἠθικὸν prorſus deeſſe Cæſari diſſerit. Pariter Joſephus Devonius de Bello Trojano lib. I.

premit ultio nexas Tum gravior cum
ſera venit

Proſper Aquitanus Epigramm. XLVII.

Cum datur injuſto peccandi optata poteſtas
Vt mala mens, prave quod cupit, efficiat.
Ira Dei magna eſt qua multos ſic quoq; punit
Vt quibus exſultent criminibus pereant.
Creſcit enim occulte cum lõgo pœna reatu
Auſibus illicitũ ſi nihil obſtiterit.
Et magis erranti ne parcant flagra, timendum eſt,
Quam ne non fiat quod voluiſſe nocet.

Idem in longe elegantiſſimo libro contra ingratos.

Nullam habet in vobis ſalvatrix gratia ſedem
Inflato excluſa arbitrio, quod fronte ſuperba
Erigitis, ſpacio ut gravius majore ruatis.

Valerius Maximus lib. I. cap I. *lento gradu ad vindictam ſui divina precedit ira tarditatemq; ſupplicii gravitate compenſat.* Lotharius Diaconus lib. II. de Contemtu Mundi cap. XXV. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis qui quanto majorem ſua longanimitatis exhibet patientiam, tanto duriorem ſua ſententia infert vindictam.* Paullinus Petrocorius, initio lib. III. de Vita Martini, ubi de Maximo Tyranno *mala corde ſuperbo Proſperitas, rebus gravius ruitura ſecundis.* Eodem Libro de Alio: *Fallacem extulerat vana ad faſtigia mentem Celſius elati caſurus culmine cordis.* Apollinarius.

Τοῖσι πόνον δολίων ἀντάξιον ὤπαζας ἔργων
ὑψοῦ ἀειρομένους πέλαζας χθονίοισι θεμέθλοις.
Ἐξαπίνης πόθεν ὧδε δάμησαν μάλα χειρωθέντες;
Ἀμπλακίης σφιτέρης ὀλιγοδρανέοντες ὄλοντο.

Eodem referendus liber Plutarchi aureolus de ſera Numinis vindicta. Et divini verſus Solonis, quos & adſcribere non abs re ſit.

Αἰεὶ δ᾽ οὔ ἑ λέληθε διαμπερὲς ὅστις ἀλιτρὸν
Θυμὸν ἔχει, πάντως δ᾽ ἐς τέλος ἐξεφάνη.
Ἀλλ᾽ ὁ μὲν αὐτίκ᾽ ἔτισεν, ὁ δ᾽ ὕστερον, οἱ δὲ φύγωσιν
Αὐτοὶ, μηδὲ θεῶν μοῖρ᾽ ἐπιοῦσα κίχῃ.
Ἤλυθε πάντως, ἀναίτιοι ἔργα τίνουσιν
Οἱ παῖδες τούτων ἢ γένος ἐξοπίσω.
Θνητοὶ δ᾽ ὧδε νοοῦμεν, ὁμῶς ἀγαθός τε κακός τε
Ἐσθλὴν ἣν αὐτὸς δόξαν ἕκαστος ἔχει
πρίν τι παθεῖν, τότε δ᾽ αὖτις ὀδύρεται,
&c.

Ariſtoteles II. Rhetoric

πολλοῖς ὁ δαίμων οὐ κατ᾽ εὔνοιαν φέρων μεγάλα δίδωσιν εὐτυχήματα, ἀλλ᾽ ἵνα τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεστέρας.

Fauſtus Rheienſis olim Epiſcopus: *Nam quod non ſtatim in peccatores vindicat, patientia eſt non negligentia. Non ille potentiam perdet ſed nos ad pœnitentiam reſervabit. Vnde nimis timendum eſt ne quanto diutius exſpectat ut ceſſemus, tanto gravius damnet, ſi emendari noluerimus.* Ita legenda ſunt verba ejus ſcriptoris in Admonitione brevi, ſed aureola, quæ quinque vulgo locis contaminata circumferuntur. Perpulcre quoque Gaudentius Præfatione ſuarum tractatuũ. *Factum eſt aut. moreretur pauper & portaretur ab Angelis in ſinũ Abraha, dives vero mortuus ſiſteretur ad inferna ſupplicia & optat iſtius pauperis tincto in aqua digito refrigerari linguã ſuã id quod tamen promereri non potuit, in tormẽtis flamma inexſtinguibilis conſtitutus. Ad hanc ſervatur pœnã Proſperitas impiorum, & è contra ad illã Beatitudinem perducitur Iuſtorum tribulatio, ut cum beato Abraham Patriarcha in æterna vita requieſcere mereantur, qui anguſtias vitæ hujus fideli patientia tolerantes de ſeculo iſto migraverint.* Auguſtini celebratur ſententia, *Quanto ſtatus altior*

tior tanto ruina gravior. Ex nobiliſſima hac ſententia explicandum ſcitum figmentum Luciani in Charonte.

ὁρᾷς δ' οὖν ἀπὸ λεπτοῦ κρεμαμένους ἅπαντας; καὶ οὗτος μὲν (intellige ſceleratum aliquem & nefarium hominem) ἀναςπασθεὶς ἄνω μετέωρός ἐςι, καὶ μετὰ μικρὸν καταπεσὼν, ἀπορραγέντος τοῦ λίνου ἐπειδὰν μηκέτι ἀντέχῃ, πρὸς τὸ βάρος (propter copiam maleficiorum) μέγαν τὸν ψόφον ἐργάζεται.

Similia penes Juſtinum Martyrem cujus egregia hæc ſententia hinc elucidanda ὅςις πολὺν χρόνον ἀδικῶν ἀκόλαςος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέςατον. Horatium lib. II. Carmin. X. Juvenalem exemplo Sejani. Sat. X. Lactantium lib. I. cap. I. Plinium lib. II. cap. VII. infinitos alios. Et hæc quidem de Pœnis injuſtorum ita ſeſe habent; quos autem diligit Deus, eos nequaquam per ſcelerum impunitatem extollit, ſed cum admiſerunt quid, in loco emendantur, & noxiam pœna comes ſtatim ob oculos ponit atque exit. Macabæorum libr. II. cap. VI. Sapienter ſcribit auctor Sanctus & prudens.

παρακαλῶ τοὺς ἐν τυγχάνοντας τῇ δὲ τῇ βίβλῳ μὴ συςέλλεσθαι διὰ τὰς συμφοράς. λογίζεσθαι δὲ τὰς τιμωρίας μὴ πρὸς ὄλεθρον ἀλλὰ πρὸς παιδείαν τοῦ γένους ἡμῶν εἶναι. καὶ τὸ μὴ πολὺν χρόνον ἐᾶσθαι τοὺς δυσσεβοῦντας, ἀλλ' εὐθέως περιπίπτειν ἐπιτιμίοις. μεγάλης εὐεργεσίας σημεῖόν ἐςιν. οὐ γὰρ καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἀναμένει μακροθυμῶν ὁ δεσπότης, μέχρι τοῦ καταντήσαντας αὐτοὺς πρὸς ἐκπλήρωσιν ἁμαρτιῶν κολάσαι, οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔκρινεν εἶναι, ἵνα μὴ πρὸς τέλος ἀφικομένων ἡμῶν τῶν ἁμαρτιῶν, ὕςερον ἡμᾶς ἐκδικῇ. διόπερ οὐδέποτε μὲν τὸν ἔλεον ἀφ' ἡμῶν ἀφίςησι. παιδεύων δὲ μετὰ συμφορᾶς οὐκ ἐγκαταλείπει τὸν ἑαυτοῦ λαόν.

Tranſlata bona pars horum ex Salomone cap. XII. Sapientiæ. Cæterum attendendum etiam hic exiſtimo vſum τοῦ tollere, nam vanam ſuperbiam, & ambitioſum tumorem elegantius ſonat, quam præteriens aliquis percipiat. Sic apud Petronium.

> *Qui pelago credit magno ſe fœnore tollit*
> *Qui pugnas & caſtra petit, præcingitur auro.*

Hoc eſt inflatur magni lucri ſpe, ne curet pelagus ſæviens. Eum locum non ceperunt plerique erudititſſimi viri. Ut nec alterum verſum, nam *præcingi auro* eſt auri gratia procinctum ſeu militiam ſequi, non aurum Zona cinctū circumferre vt voluit vir doctiſſimus P: Petronius. Exemplorum magna vis conferri poſſit, ſed ea obvia ſunt, in Marone, Horatio, Ovidio &c. Juvencus libro IV. de faſtu Phariſæorum, pulcrè.

> *Accubitu primo Canis, faſtuque ſuperbo*
> *Atque ſalutantum vano tolluntur honore.*
> *Et nomen ſublime volunt geſtare magiſtri.*

LAPSU GRAVIORE.] Expreſſit Horatiū, lib. II, Carm. X.

> *celſa graviore caſu Decidunt turres.*

Juvenalis *unde altior eſſet Caſus.*

Celeberrima vero hæc ſententia etiam ſub media barbarie fuit, quam Rhythmis priſcis Germanicè expreſſam alibi produximus & citat præter alios Nicolaus Clemangius, homo ſuo ævo doctiſſimus Epiſt. XXXV.

14. VOS PANDITE VATI PIERIDES.] Veram hiſtoriam Poeticis coloribus deſcripturus ſequitur Petronij præceptum, afflatum quærens, non recitaturus ſolum rem geſtam quod, vt ille veriſſimè ait, longè melius id præſtetur ab Hiſtoricis. Cæterum Muſarum nomine antiquitus omnis Sapientia cenſebatur, neque ſolum verſuum concinnandorum peritia. Solon in Elegiâ.

> Ἄλλος Ἀθηναίης τε καὶ Ἡφαίςου πολυτέχνεω (τον.
> Ἔργα δαεὶς χειροῖν ξυλλέγεται βίο-

Ἄλλος Ὀλυμπιάδων μουσέων πάρα
δῶρα διδαχθεὶς
Ἱμερτῆς Σοφίης μέτρον ἐπιστάμε-
νος
Ἄλλον μάντιν ἔθηκεν ἄναξ ἑκάεργος
Ἀπόλλων
Ἔγνω δ᾽ ἀνδρὶ κακὸν τηλόθεν
ἐρχόμενον. &c.

Omnium politiorum litterarum præſides, omnis exactioris ſcientiæ duces, omnium cœleſtium indagatrices, vide Phurnutum Speculat. cap. XIV. Et inde Etymon Suida.

Μοῦσαι, ἡ γνῶσις ἀπὸ τοῦ μῶ τὸ ζητῶ· ἐπειδὴ πάσης τῆς παιδείας αὕτη τυγχάνει αἰτία.

LUES.] Peſtis mala. Homo malus potentiam nactus, ſævit inſtar mali morbi, contagione latè nocenti, quod tam de Eccleſiæ peſtibus, quam Publici alioquin ſtatus verum eſt. Gennadius Dogm. Eccleſiaſt. cap. LII. *Priſcilliani & Manichæi, variaque impietatis germina vel cæteræ iſtorum originis ſive ordinis peſtes, quæ duo principia ſibi ignota introducunt.* Seneca De Medeâ.

Abolere ferro peſſimam properè luem.

Portius Latro vt volunt, in Catilinam: *omitto peſtis hujus impuriſſimas voces.* Et: *ſi quam dignitatis ſpem in hac crudeliſſima peſte repoſuiſſet.* Idem Cladem vocat: *vigent in illâ clade res diverſiſſimæ.* Humbertus contra Græcos, qui ſcripſit annis abhinc quingentis amplius: *Cum vere vos ipſos & vobis commiſſos negligatis ut nefandos Iacobitas immo Theonpaſchitas ſeu alias Hæreticorum peſtes inter vos & penes vos habeatis.* Idem: *Illa tamen Eccleſia, quam Arrius corrupit, Macedonius proſtituit, quæ genimina viperarum, id eſt, Neſtorium, Eutychen, Monothelitas & Theopaſchytas & reliquas hæreticorum peſtes peperit adhuc à Nicolai Hæreſiarchæ complexibus abſtrahi non potuit.* Plura ad Virgilii Cirin olim nuperque ad Phœbadium.

ERUPERIT.] Purulentæ materiæ inſtar quæ affectis corporis locis erumpit. Aut fluvii alicujus magno impetu erumpentis. Avienus in Periegeſi.

25. STIMULIS.] Omnium affectuum perculſiones ſtimulis reddunt Poetæ, à jumentis ſtimulo adactis. Flammis æquantur affectus. Stimulabant vero flammis quæ in furorem vertere cogitabant Martialis.

Qui modo per totam flammis ſtimulatus
arenam
Suſtulerat raptas Taurus in aſtra
pilas:

Ita omnes Poetæ, nemo autem crebrius Bacchico & ſemifurioſo Dionyſiacorum actore dicam an cantore, qui κεστροῖς ſuis omnes paginas explet. Et pariter Tacitus Annalium XV. *erant quos pericula fratrum aut propinquorum propriis ſtimulis incenderent.* Ammianus de Invidiâ lib XXII. *ſuſpicabatur enim ad Chriſtianos egiſſe ſtimulatos invidiâ.* Odiorum CL. Mamertus lib. I. c. I.

INCANDUIT.] Ut furioſum pecus igneis ſtimulis agitatum. Eſt autem incandere, totum igne concipi, & velut in eum mutari; inſtar earum rerum quæ totę vbi nimium calori admotæ ſunt, igneſcunt, vt ſunt prunæ, pix, ſulfur, bitumen. Cato cap XCV. de Re Ruſtica. *coquito ſub dio. Nam ſi ſub tecto coquas, cum bitumen & ſulfur additum eſt, excandeſcet.* Theodorus Priſcianus lib. II. cap. XII. *maximè eo tempore quo æſtas calidior incanduerit.* Hinc ad iram hominem totum velut ignitum reddentem, transfertur, quippè quæ animum quoque ipſum excandefaciat. Apollinarius LXXII.

Οὕνεκά μιν βαρυμηνὲς ἐνὶ φρεσὶ καίε-
το θυμός.

Sidonius libro VII. Epiſt. XIV. *Cum ſibi quippiam de præſentia tua, quaſi te magis noſſent, præter æquum gloriarentur, incandis.* In vno Manuſcriptorum *præcanduit* ſcriptum eſt, vitiato ſermone. Sic libro II. in Stiliconem. *Diſcordia quippe cum fremuit numquam Stili-*

conis

conis canduit ira. Atrox, trux, feralis, inferis commodum. De Rapto libro I. De Plutone.

Erubuitque preces, animuque relanguit atrox.

26. ALECTO.] Obſervanda menſura hujus nominis, nō enim vſpiam puto primam litteram niſi productam legi: Quare non ſatis circumſpectè vir maximus Iſaacus Caſaubonus vbi in inſcriptione Herodis legitur.

ἀλλά μιν ἀπεῖφατο Νέμεσις καὶ
ῥόμβος ἀλάστωρ
Τίζοντι, συγκρίνω δὲ κυλινδήσι κακότητα.

putat reduci poſſe ῥύμβος Αληκτώ. Non enim uſpiam, ut dixi, hoc nomen niſi producta prima legitur.

26. PLACIDAS LATE CUM CERNERET URBES.] Hoc Invidiæ erat maximè contrarium, quæ gaudet malis ſucceſſibus rerum, vnde ejus ipſius motem ex Ovidio Furię tranſſumſit. Metamorph II.

Quacunque ingreditur florentia proterit arva
Exuritque herbas, & ſumma papavera carpit.
Afflatuque ſuo populos, urbesque, domosque
Polluit: & tandem Tritonida conſpicit arcem
Ingenijs, opibusque, & feſtâ pace virentem.
Vixque tenet lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.

Aliam Invidiæ deſcriptionem in Octavo Dionyſiacorum habes.

27. INFERNAS SORORES.] Omnes illæ peſtes noctis genus, vt mox memorat: cujus progenies etiam Furiæ. Lycophron Caſſandrâ, de Etheocle & Polynice.

Ημος ξυναίμους πατρὸς αἱ νηκτὸς κόραι
πρὸς αὐτοφόντην σρῆνον ὤπλισαν μόρου.

LIMINA TETRA.] Vivis abominabilia. Omne enim jam vita functum, vivis eſt abominabile. Vel Sapientiſſimi Laconum Legislatoris ſcito, vt & Numæ apud Romanos. Vnde Philoſophi neq; obviam fieri Cadaveribus volebant, exemplis in Eunapio notatis. *Tetrum* quod averſamur, vitabile, vel Nonio interprete, vnde eſt noctis epitheton apud Appulejum lib. VI. Malè ergo codex unus Bertino quondam collatus mutat in *ſava* Contrà omnes cæteros.

28 GLOMERANTUR IN UNUM.] Papinianum Thebaide. II.

denſi glomerantur in unum Ogygidæ

Eſt glomeratio convolutio ſine ordine. I. de Raptu.

qua tanta cavernas Vis glomeret.

29. EREBI.] Diſtinctio vitioſa Legendum. *innumera peſtes; Erebi quaſcun; ue ſiniſtro Nox genuit fœtu* Erebus enim Pater, Nox mater dictarū illarum peſtium. Auctor Satiræ de Lite, huc reſpiciens:

O dira lites, ô jurgia dira reorum,
O Furijs Ereboque ſata, mortalia ſemper
Continuo dirè laniatu corda ſecanteis.

29. SINISTRO FOETU] Infelici. Alluduntur ſcita genethliacorum, qui ſiniſtros dextrosque, hoc eſt felicitatis & infelicitatis indices aſpectus in naſcentibus conſiderant ſiderum. Eodem reſpicit illud Virgilij.

ſi quem
Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo.

Et Perſius Satira. IV.

Hunc ais, hunc dijs iratis genioq; ſiniſtro
Qui quandoque jugum pertuſa ad compita figit.

Prognatum videlicet. Idem vatum genium pro ſiniſtro meo animo nequaquam uti decebat, dixit *geminos, Horoſcope, varo Producis genio*

Sanè vt doctè loqueretur Perſius ne communes quidem ſenſus ſæpius conſuluit; Contra. dextra.

dextra ſoboles felicem ſonat. Papinius libro VI. Thebaidos.

Nunc aliam prelem manſuraque numine dextra Pignora.

Ea ratio in connubijs obſervata. Idem prima Thebaide. *ſuperis adjuncta ſiniſtris Connubia.* In Auſpicijs *lava* erat felix, ominoſa *dextera.* Idem Papinius Thebaide. III.

ſinas cœlo prænoſſe laborem:
Si datur, & duris ſedet hæc ſententia Parcis,
Solvere Echionias Lernæa cuſpide portas,
Signa feras, lævumq; tones. tunc omnis in aſtris
Conſonet arcanâ volucris bona murmura linguâ.
Sin prohibes; hic necte moras! dextrisque profundum
Alitibus prætexe diem.

Quod nec ipſum tamen certe certum. Nam pro ratione auſpiciorum variabatur, & ſæpè dextra ſumuntur pro felicibus. Aratus de Jove.

ὅδ' ἤπιος ἀνθρώποισι δεξιὰ σημαίνει

Apollonius libro I. Argon.

ἐπεὶ μάλα δεξιὰ Φοῖβος ἔχρη.

Unde Iuppiter nactus duo cognomina, *Lævus* & *Dexter*, modo commodus modo nocens. Perſius Satira. V.

cum verè dixeris, eſto
Liberque ac ſapiens, præteribus ac Iove dextro.

Papinius Thebaide. III. *Victoreis adigat leto Iovis ira ſiniſtri.* Nec Iuppiter ſolum, ſed alij quiq; divi. Arnobius libro IV. *Dy Lævi & Lævæ ſiniſtrarum tantum rerum ſunt præſides, & inimici partium dextrarum.* Peſtes illas quorum nomina ſequuntur enarrare hic non eſt operæ. Nox apud Poetas genitrix qualiscunque infelicis noxijque fœtus. Contentionis ſive Diſſidij apud Heſiodum, cujus Theogonia furiliorem & inepriorem librum nullum puro habuiſſe vllam ætatem, Rabiei apud Euripidem. Famæ mendacis & perverſi Rumoris apud Virgilium &c.

32. IMPATIENSQUE SUI MORBUS.] Morborum omne genus vnius appellatione notavit. Sic Lucretius. Libro III. *Nam dolor ac morbus lethi fabricator uterque eſt.* Hoc eſt, omne genus morborum mortem admovet. Sic vero impatiens quia excurere ſe ſibi velut laborat, cum in ſe tamen abierit ita vt exeuri indignando non poſſit, vel quia de malo in malum ſemper exſcendit & augetur.

32. LIVORQVE SECVNDIS ANXIVS.] Aliena felicitate cor ſuum edens. Ovidius.

Sed videt ingratos intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum, carpitque & carpitur unà
Suppliciumque ſuum eſt.

Vide Menandrum & Philemonem, alioſque apud Ioann. Stobæum S. XXXVI.

33. SCISSO MOERENS VELAMINE LUCTUS.] Expreſſit auctorem ſuum Papinium libro III. *ſtat ſanguineo diſciſſus amictu Luctus atrox, cæſoque invitat pectore matres.* Mos omnium ferè gentium antiquus ſcindere in luctuoſo aliquo nuncio, aut mœrore ſingulari, veſtimenta, cum pleræq; gentes aut vnis modo aut duabus tunicis corpora velarent. Hebræorum innumeris ſacrarum litterarum locis ineſt. De Perſis Herodotus lib. III.

Πέρσαι δὲ ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον κατηρείκοντο, καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διαχρέωντο. De Armenijs Xenophon Pædiâ III. ἐν τούτῳ δὴ ὁ μὲν παῖς αὐτοῦ (Armenii) ὡς ἤκουσε ταῦτα περιεσπάσατο τὴν τιάραν, καὶ τοὺς πέπλους κατερρήξατο: αἱ δὲ γυναῖκες ἀναβοήσασαι ἐδρύπτοντο ὡς οἰχομένου τοῦ πατρὸς καὶ ἀπολωλότων πάντων σφῶν ἤδη. De Suſianis Regis eorum exemplo, ſeu vxoris potius Regiæ, idem libro. V. ejuſdem divini operis.

ὡς οὖν τοῦτο ἤκουσεν ἡ γυνὴ περικατερρήξατό γε τὸν ἄνωθεν πέπλον, καὶ ἀνωδύρετο. De Græcis Muſæus in Erone. Heliodorus libro VI. Æthiopic.

τάς τε κόμας ἀφειδῶς λύεται καὶ θοιμάτιον περιρρηξαμένη, φέρε, ἔφη, καὶ ἡμεῖς δαίμονι τῷ εἰληχότι χορεύσωμεν κατὰ τὸν ἐκείνου τρόπον.

Alcman Poeta Lyricus apud Hephæſtionem.

Καταθνήσκει, Κυθέρει', ἀβρὸς Ἄδωνις. τί κε θεῖμεν,
Καττύπτεσθε κόραι, καὶ κατερύκεσθε χιτῶνας.

Aeſchylus Perſis. ῥήξας δὲ πέπλους] Scholiaſtes. διασχίσας δὲ τὰ ἱμάτια ἑαυτοῦ καὶ ἀνοιμώξας ὀξὺ καὶ μέγα ἔφθεγγε ταχέως.
Phlegon Trallianus de mirabilib. & Lōgævis.

ὡς δὲ εἶδεν ἡ Χαριτὼ τηλικαῦτα σημεῖα, ἀναβοᾷ καὶ διαρρήξασα τὸ ἱμάτιον, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς ῥίψασα τὸν κεκρύφαλον, πεσοῦσα δὲ εἰς τὴν γῆν καὶ περιχυθεῖσα τοῖς γνωρίσμασιν ἐξ ἀρχῆς ἐποιεῖτο πένθος.
Longus libro IV. Poem. ἰδὼν δὲ πάντα τὸ χωρίον δεδῃωμένον, καὶ ἔργον οἷον ἐχθρὸς λῃστὴς ἐργάσαιτο, κατερρήξατο μὲν εὐθὺς τὸν χιτωνίσκον, βοῇ τε μεγάλῃ τοὺς θεοὺς ἀνεκάλει.

De Romanis Appianus Civilium I. *His Cinna ad irritandam concionem dictis multaq; de miſerijs ſuis queſtus, poſtremo veſte ſciſſa de loco ſuperiore deſilijt humique proſtratus diu in medio jacuit.* Vide Dionem libro XL. Herodianum libro I. Ioſephum lib. XVIII. cap. VII. Dionyſium Alicarnaſſ. libro III, cap. XXIV. Et lib. VII. cap. LXI. Silius Italicus lib. XIII.

duris quamquam non cedere ſuetus
Pulſato lacerat vehementer pectore amictus.

De Scipione, Idem libro XVI. de Peloro, cui dum quadrigis certat elapſum erat flagellum.

in ſe verſus ab irâ
Auratam medio diſcindit pectore veſtem.

Propertius libro III. quamquam de Græca, Antiopa nimirum. Elegia XIV.

Sola tamen, quæcunq; aderant in corpore viribus.
Regaleis manicas rupit utraq; manu.

Nec Chriſtiani ſanè non ſolebant idem factitare, vel dolentia vel indignantia nimia. Hebræorum more. Arator libro II. Hiſtor. Apoſtolicæ.

Paullus adhac tunicam rumpit, feſtinus, apertâ
Sic prohibens ratione viros

Sedulius libro IV.

ritu plangentis alumni
Saucia diſciſſe nudavit pectora velo.

Iuvencus libro IV. *Talibus auditis ſcindit de corpore veſtem.* Quamquam & iſti de Iudæis potius loquantur. Procopius lib. I. de Bello Perſico. *Patricius omnia pollicitus hominem remiſit. Hic igitur veſte laceratâ & ſimilis ploranti in urbem ingreſſus ante Glonem conſiſtit.* Victor Uricenſis lib I. *Advenit mulier ad locum ubi maritus ſingularis erabat, conſciſſis veſtibus & crine ſoluto.* Agathias lib. I. de Lucenſibus.

γύναια δὲ πολλὰ διαπληκτιζόμενα, καὶ τὰς ἐφεστρίδας περιρρηγνῦσαι ἀνὰ τοὺς προμαχεῶνας ἐφοίτων.

Etiam ævi inclinantis à Romanâ inſtitutione, immo penitus mutati. Eugippius in Vita Severini cap. VIII. *His auditis Regina crudelis & impia, veſtibus dolore conſciſſis, talia clamabat:* Radulfus Ardentius Homiliarum. Hom. XXXII. *Porro in hoc quod poſtquam ait ſcindite corda veſtra, adjungit, & non veſtimenta veſtra morem reprehendit Iudæorum qui in afflictionibus ſcindebant veſtimenta ſua magis quam corda ſua, quorum etiam hodie ſimiles ſunt qui pœnitentiâ magis in exterioribus volunt oſtendere, quam in interioribus habere.* Atq; hinc eluceſcit

mos iſte cum Claudiani & Papinij verſibus, nec minus quod Cebes ſive Thebanus, (de hoc enim eruditiſſimi viri nequaquam ſine ratione ambigunt) ſive alius aliquis, in tabula Luctum ſine veſtibus inducit, e quo hauſiſſe noſter cum Papinio videtur, vt fuit Græcæ Philoſophiæ conſultiſſimus.

ἰδ᾽ ἄλλος ὗτος ὁ παρεστηκὼς αὐταῖς, δυσειδὴς τις καὶ λεπτὸς, καὶ γυμνὸς, καὶ μετ᾽ ταύτης τις ὁμοία αὐτῷ αἰσχρὰ καὶ λεπτὴ, τίς ἐστιν. ὁ μὲν Ὀδυρμὸς καλεῖται, ἔφη, ἡ δὲ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀθυμία.

32. IMPERIOSA FAMES.] Cujus ſupplicium acerrimum Salluſtius Epiſtolâ Pompeij lib. III. Hiſtor. vt notant JCti in Procemium Novellæ XXXII. Juſtiniani, quæ gladio acutiſſimo æquiparatur à Baldo ad Caput Pactum. III. Cod. de Collationibus. Plura ad Auguſtinum.

33. LETHO VICINA SENECTUS.] Quaſi pedem jam alterum in fovea habens, ideoque in nonnullis caſibus infirmitati Senectus æquiperatur, vt notat Abbas Canoniſtarum vel princeps, in c. magnæ Col. II. Et ſenes viciniores morti putantur cæteris, vt adſerit non uno loco Accurſius, gloſſatorum Coryphæus. Eamdem inter cætera orci monſtra collocat Seneca in H. Furente.

34. COECO VULTU.] Non enim videt præ furore. Unde & præceps hic, & in præfatione librorum de Raptu. *paulatim in præceps audacia crevit.*

35. CUI SEMPER ADHÆRENS.] Sic placere poſſit hæc ſcriptura, at cum ſequentia verba junxeris, non erit tolerabilis, quæ tam certè reſpicit, quam etiam iſta. Quare melior Duorum Cujacii, ipſo adſtipulatore, vnius noſtri, & ſex Belgarum Codicum *quem* Joſephus Scaliger, Aldus, & Bentinus *cui*. Ego alterum præferam, licet nec ignorem figuram eſſe Syllepſin quam Julius Rufinianus Correptionem vocat. Et in illo Virgil. *Optime Grajugenum cui me Fortuna precari & vitta comtos voluit prætendere ramos.* Cui enim nequaquam ad *precari* reduci poteſt. Vide Rufinianum.

SEMPER ADHÆRENS.] Quid mirum? *cum nihil parcere egeſtatis ſit initium*, vt loquitur Rhetor quidam incertus apud Rutilium Lupum libro II. Et Martialis libro III. Epiſtol. X. *Luxuriam premeret cum craſtina ſemper egeſtas.* B. Valerianus Homil. XIX. *Gula famulante ebrietate magiſtra eſt damnorum. Hinc nuditas hinc mendicitas, hinc egeſtuoſa paupertas.* Similiter apud Plautum Trinummo *Luxuria* & *Inopia* Matris Filiæq; perſonas gerunt. Et eleganter Petrus Chryſologus Homilia primâ: *Luxuria, ventri, Gula, fames Tortor apponitur, ut ibi ultrix Pœna ſæviat, ubi pœnalis reatus exarſerat. Ad talem finem ſemper voracitas tendit, ad talem pervenit terminum fugienda voluptatis effuſio. Filium data facit egere ſubſtantia, quæ divitem negata ſervabat.* Vide & Lotharium Diaconum lib. II. de Contemtu Mundi, cap. XX. Florus libro IV. cap. I. *Catilinam luxuria primum tum hinc conflata egeſtas in nefaria conſilia compulere.*

ADHÆRENS.] Quem adhærens. Eucherius Lugdunenſis Feria VI. Adventus. *Cunctis gentibus dominum manifeſtat, in quo ſemper exſultavit, in quo ſemper delectata eſt, quem* [illegible] *dilexit, cunctiſque viribus adhæſit.* Sic *ſemper* [illegible] Apulejus vt libro VI. *Tunc Pſyche multoties* [illegible] *luta, & uberi fletu rigans Deæ pedes ejus adv*[illegible]*que verrens crinibus ſuis multivestigia humumq*[illegible] *veniam poſtulabat.* Lib. III. *jugis precibus editis,* [illegible] *ac ſatis trepida me acquadam die percita.* [illegible] *ſti accurrit labantiq; currit* Lib. VIII. *& ecce ma*[illegible]*ndit.* Libro I. *ſpiritu totam ſe ſuper corpus e*[illegible] *cena poſita. Aſſidebat pedes vxor, & menſa* [illegible] Beroal- Peſſimè eo loco mutare quid volu[illegible] *ſe dapes* dus. Libro IV. *Tunc vulgus ignobi*[illegible] *as accurrere. Lib.* VI. *gratuitas conquirere, paſſim jacentes epu*[illegible] *tho-currere.* Lib. VI. *Accumbebat ſummum* Li- *rum maritus Pſychen gremi*[illegible] *complexus.* bro IV. *calidâ perfuſi &* [illegible] *men-ſas dapibus largiter inſtructas accumbunt.* Libro VIII. *neve ſermonem con*[illegible]*, nec menſam ac-* *cum-*

cumbas, nec toro acquieſcas. Libro IX. *multis omnino ſuaviis exceptum mulier cœnam jubet paratam accumbere.* Innumera aliorum exempla produci poſſint; & pertinent eodem quę notat Julius Rufinianus Rhetor in Libello de Schematis Lexeos. Parodia hos verſus exprimit Alanus lib. I. Anticl.

> *Et Ratio menſura boni quam ſemper adherens*
> *Felici greſſu felix comitatur honeſtas.*

Qui ſuo tempore ſic lectos Claudiani verſus comprobat annos.

36. EGESTAS.] Amplius eſt quam ſi paupertatem aut inopiam dixiſſet. Cicero Paradoxis: *Iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem ac mendicitatem numquam obſcurè tuliſti.* Undeegeſtuoſa Paupertas apud Valerianum verbis modo poſitis pro extrema & deterrima. Non vero aſſentior eruditiſſimo viro Auſonio Popmę qui Inopiam pejorem egeſtate cēſet. Ratio contra omnino eſt, inops enim qui opis indigus: egens, qui omnibus ideo caret, quia eget omnibus, & manifeſtè contradicit ipſi ab ipſomet productus alter Ciceronis locus Catilinaria II. *Præſidia noſtra cum illius latronis inopia, atque egeſtate debeo conferre.* Ineptum ſit in tam numeroſa oratione minus majori ſubnectere. Pariter Suetonius Nerone, ab eodem productus: *Inopi atque egens apud amitam Lepidam nutritus eſt.* Sic pro noſtrâ etiam opinione Symmachus libro X. Epiſtola X. *Diligentia tua & judiciali vigere delector. Sed inopia vel potius Egeſtas Ordinis Formiani, etiam curationis impatiens eſt.* Egeſtatem autem Luxum canit Comitari, vt ſtultiſſimū vitium & minimè verum ſuarum providum. Ita contra Abundantia ſequitur Prudentiam, vt filia matrem. Hermogenes Rhetor περὶ γλυκύτητος: ὅτε ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη εἱστιῶντο οἵ τε ἄλλοι θεοί, καὶ ὁ τῆς Μήτιδος υἱὸς πόρος, καὶ τὰ ἑξῆς.

37. COMPLEXÆ PECTORA MATRIS.] In vno manuſcripto Noſtro vera lectio remanſit. Is diſertè *complexa viſcera matris.* Quod certè non eſt vt a futili aliquo librario excogitatum putes. Videntur hujus Poetæ ab ipſomet auctore duæ Editiones antiquitus prodiiſſe, vnde tanta lectionum varietas ſubnata ſit. Scite viſcera matris Avaritię complexę ſunt Curę, intimis ejus penetralibus nimirum inſcitæ; & eſt mos auctorum filios filiasve, aut qui quæve eorum earumve loco, ob intimam charitatem, *viſcera* appellare, aut viſceribus ſuis amplexu ſtrictiſſimo conjunctos. Statius, lib. V. Silvarum.

> *Quem luimus tantis mœroribus? ecce lacertis*
> *Viſcera noſtra tenens, animâque avellitur infans;*

Quem locum planè animo habuiſſe Claudianus hæc ſcribens videtur, vt poſtea, diligens bonorum ſcriptorum Lector, Venantius Fortunatus libro I. De Vitâ Martini.

> *Obſequiis intenta piis, placabilis, in quâ*
> *Vita meam hac mihi dulcis erat ſolando ſenectam.*
> *Ecce perit, ſecumque trahit mea viſcera leto,*
> *Caniciemque Patris miſeranda in Tartara ducit.*

Porrò nec illud oblivione omittēdum quod, vt noſter inferno concilio addit Egeſtatem, ſic eam cunctari ante oſtia Erebi ſcribat Lucretius Libro III.

38. INSOMNOS CURÆ.] Similiter curas aviditati jungit Virgilius in Culice. *Curæ Quæ lacerant avidas inimico pectore menteis.* Quod eleganter dictum magisq; certè quam primo vultu quivis capiat. In homine enim avaro mens pugnat pectori, curisq; rerum coacervandarum, contra ſuum intellectum, vitæque ſuę neceſſitatem, & ęſtimationem, homo, vexatur. Quærit id avarus quod jam dū poſſidere ſe novit, neq; vtitur tamen, eum ſplendidioris vſus gratia comparaverit, pugnatq; videns ſciensq; ſecum velut cum jam defuncto; dum intermoritur iis rebus, quas ad vitam meliorem comparaverat. Inimico igitur pectore Curis ſuis mentem indulget, odio ſe ha-

bens vt delectet. Ab hac ſtultitia innumerę in-rer quærendum, tenendum, abutendum, atq; amittendum, Curæ naſcuntur ex Cutis, nec adeſt homini quod intrà manus eſt. Semper enim illud quæritur quod extrà poteſtatem eſt, idq; vltrà porius cenſetur quod citra Curam eſt, ne infelici nata de ſuo labore tormenta deſint.

FERRATA SEDILIA.] Inferorum habitacula ferrea. Virgilius libro VI.

Ferreique Eumenidum thalami.

TORVAQUE.] Omnes Codices Belgici, Noſter, Aldi, hanc vocem habent; & quidni? cum tam bello concilio merito debete debeat parem vultum locus, nequaquam cultoribus ſuis amœnior. Claverius *Totaque recepis*, & ita Bentinus, quod Scaliger merito non admiſit. Hac eadem voce pro crudeli, fera, immani, ſæpius vtitur Papinius qui, quas ſemel pulcrè poſuit, repetere indidem ſolet. Unde poſtmodum factum eſt, vt planè vicem impij atq; abominalis ſonet, uti vides apud Hericum. Albonem, & id genus alios.

41. ALECTO STETIT IN MEDIIS.] Melior ſonus quam ejus quod in duobus priſcis exemplaribus exſtat *medio*. Medio autem inſtat peroraturæ conſiſtit. Septiminus Romanus, libro I. De Bello Trojano: *Tunc Priamus inter regulos medius aſtans, facto ſilentio, optionem Helenæ offert, ſi ei videretur domum ad ſuos regrediendi.* Libro III. *Igitur Achilles poſtquam nihil, reliquum erat reges omnes ad conſidendum hortatur ipſe medius, atq; inter cæteros excelſior.* De eodem more Apollonius Rhodius Argonaut. I.

Στῆ δ᾽ ἄρ᾽ ἐνὶ μέσσῃ ἀγορῇ, ἀνὰ δ᾽
ἴσχεθε δεξιτερὴν
Ἦκα μόλις κυφοῖο μεταφρένου. ὦ δὲ
δ᾽ ἔειπεν.

Beatus Lucas Actorum I. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν εἶπεν. Ammianus libro XXIII. *coronaq; celſarum circumdatus poteſtatum, talia ore ſereno diſſeruit.* Claudianus Bello. Gildonico.

Dictis ante tamen princeps confirmat iturus
Aggere conſpicuus; ſtat circumfuſa juventus
Nixa haſtis, pronaſque ferox accommodat aureis.

Idem locus erat judicum, cognoſcentium. Papinius lib. VIII.

Dux Erebi populos poſcebat crimina vitæ
Nil hominum miſerans, iratusq; omnibus umbris.
Stant Furiæ circum variaque ex ordine Mortes.
Sævaque multiſonas exercet Pœna catenas.

Perorantium, cum tempus locusq; pateretur, Sedes in medio componebatur. Severus Sulpitius Dialogis: *Tum Gallum mediâ in ſede componimus, qui cum diu nobili ſua verecundia ſilentium tenuiſſet tamdem ita exorſus eſt.* Imperatorum locus in turmis medius. Lucanus libro I.

Vt nota fulſere Aquilæ, Romanaque ſigna,
Et celſus medio conſpectus in agmine Cæſar,

Virgilius lib. V. *Aeneas quibus in medijs ſic deinde locutus.* Appianus Civilium II. *Interim exercitus tamquam in hoſpitiis honorem ſecundum littus totus inſtructus eſt in aciem, Rege in medijs verſante, conſpicue veſte purpurea.* Hericus libro V. Germanidos.

aderat gens perfida fines
Iam transgreſſa ſuos, faciem telluris aperta
Impleratferratus eques: Rex agminis atri
Barbarus in medio, trucibusq; horrendus in armis.

Moribus Romanis medius locus honoratior, vt clara præter ab alijs indicata exempla ſunt apud Dionem lib. XXXVI. & Valerium Flaccum libro II.

VUL-

VULGUSQUE TACERE JUSSIT.] Nutu, manu, voce. De quibus ſingulis infinita ſunt Scriptorum loca; ſi coacervare placeret.

41. REPULIT.] Bene una littera ſcribunt caſca exemplaria. Etſi enim nec eſſariæ forent duæ, non tamen niſi una exprimebatur veteri ratione ſcribendi.

42. ANGUES.] Iis crinitæ fingebantur Furiæ. Raptu Proſerpinæ *Crinitaque ſontibus hydris Tiſiphone* Horatius lib. III. Od. XIII. *intortis capillis Eumenidum recreantur angues*. Silius lib. II. Omneſque alii Poetæ. Phornutus cap. X. Rationem ponit.

Φερικώδεις τὰς ὄφεις εἰσὶ, καὶ πνεῖ καὶ μάρξι τοὺς ἀσεβεῖς διώκουσι, καὶ ὄφιας πλοκάμους ἔχουσι, τῷ τοιαύτην φαντασίαν τοῖς κακοῖς ποιεῖν ὡς ἂν ἀποτίνουσι ποινὰς ἀντὶ τῶν πλημμελημένων.

Pauſanias in Atticis primum hujus figmenti auctorem ſcribit Æſchylum, ſed poteſt ut fallatur. Siquidem Orpheus Indigitamentis ita eas compellat, quem ſcriptorem antiquiorem eſſe Æſchylo cenſent Eruditi.

> Ἀλλὰ θεαὶ μοῖραι ὀφιοπλόκαμοι πολύμορφοι
> Περσύνοον μετάθεσθε βίῳ μαλακόφρονα δόξαν.

Pauſaniam non raro non ſatis comperta luculentis illis Commentariis tradere, alibi demonſtramus.

43. PERQUE HUMEROS ERRARE DEDIT.] Expreſſiſſe dicat Propert. lib. II.

> *vidi ad frontem ſparſos errare capillos.*

44. CORDE SUB IMO INCLUSAM.] Tectam hactenus & nutritam. Hoc Homerus de Regibus dixit. Iliade α.

> Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτι χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
> Εἴπερ γάρ τε χόλον τε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ
> Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ,
> Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσιν

Et ii quidem, ſi ita videtur, morem ſuum ſequantur. Aliter vero decet litterarum bonarum myſtas, de quibus pulcre ſcripſit Joannes Gazæus in Tabula Univerſi.

> χρέος ἐστὶν ἀοιδοῖς
> Μὴ δόλον ἤ τινα μῆνιν ἐνὶ στέρνοισι φυλάσσειν.

Tunc hoc verſu agnoſcunt quinque manuſcripti Codices Belgæ; nec non & noſter. Inepte Claverii editio *dum*. Mihi quod vulgatum eſt magis placet, mecumque Beutinus, Scaliger, Aldus faciunt.

45. RABIDIS.] Nec hanc lectionem muto, licet quatuor Belgæ libri *rapidis* præ ſe ferant. Nobiſcum ſentiunt quos modo nominavi, & Claverius.

46. PRODUCI.] Inoffenſo curſu. Loquitur animo habens fuſos Parcarum, de quibus ſecula ducebantur. Seneca.

> *Mutatur vilis pretioſo lana metallo*
> *Aurea formoſo deſcendunt ſecula filo.*

Ducere verbum eſt ei negocio aptum. Idem Seneca.

> *Candida de niveo ſubtemina vellere ſumit*
> *Felici moderanda manu, quæ ducta colorem*
> *Abſumſere novum*

Idem:

> *Nec modus eſt illis felicia vellera ducunt.*

Catullus.

> *Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.*

48. NOVA CORRUPIT.] Nova, incognita, non viſa, non nota hactenus. Suevius vetus Poeta, interque politiſſimos.

> *hoc genus in prælatis finibus Grajis*
> *Differuere, novos fructus mortalibus danteis.*

Quos in ea terra ad eum diem nemo hactenus videret. Proſper Tiro ſeu Aquitanus Grammaticum huic voci dat in Epigrammatis.

Inſolitum ſi quid labentia tempora promunt,
Hoc mirum mundus dicit, habetque novum.

Arnobius lib. I. *neque ulla irruperit novitas quæ tenorem perpetuum rerum diſſociata continuatione diduxerit.* Ibid. *cum novi fiat nihil, ſed ſint omnia vetera, & nullis antiquitatibus inaudita.* Auguſtinus de Civ. lib. I. cap. VII. *quod amore novo factum eſt, quod inuſitata rerum facie.* Pacatus Panegyrico. *tantumque rei credita eſt habere novitatis, ut niſi frequenter iſſet in litteras, apud poſteros videretur fides laboratura.* Boethius libro II. cap I. *Quid eſt igitur, ô homo quod te in mæſticiam luctumque dejecit? novum, credo, aliquid, inuſitatumque vidiſti.* Sic Græci quoque. Euripides Hecuba.

ἄπιστ' ἄπιστα, καινὰ, καινὰ δέρκομαι.

Dio Caſſius lib. XLIV.

καινὴν ἀνοσίας δόξης ὄνομα προσλαβόντων.

Et νεώτερον ita uſurpat Theocritus Herculiſco.

Ἐστὶ δὲ μὲν καὶ δῶμα νεώτερον, ἔστι, φίλ' ἀνδρῶν.

Idem enim eſt ac ſi νέον dixiſſet. Heſychio interprete. Cui ſcriptori qui teſtimonia veterum auctorum exſecuit piaculum inexpiabile fecit; plurima enim bonorum ſcriptorum loca paucis verbis illuſtrat doctiſſimus omnium Grammaticorum quæ niſi coram gloſſis ſuis videas, vix ſentias quam ſint erudita. Porro *novum* adeo pro inuſitato monſtroſoq; ſumitur: ut in Jure Civili etiam pro iniquo & Legibus juſtis contrario, in quam rem pulcre non pauca obſervavit Radulfus Fornerius Rerum Quotidian lib. III. cap. XXIV. *Mirum* interpretatus eſt Proſper loco modo poſito, quomodo mirum viciſſim pro *novo* legere habes apud Vitruvium de Architectura Proœmio lib. VII.

48. QUÆ NOVA CORRUPIT] Ita cæteri omnes libri. Duo vero Belgæ. *Quo nova* quattuor ipſi *corrumpit.* Quam ſcripturam utramque parum abeſt quin genuinam eſſe cenſeam. Quo enim eleganter ad vehementiorem orationem faciendam repetatur, & illud τῷ *perit* ſcitius conſonat, eodem tempore poſitum. *Quo*, autem, *quorſum*, qua de cauſſa. Publius ad Petronium. *Quo Carchedonios optas, ignes lapideos?* Horatius. *Quo mihi fortuna, ſi non conceditur uti?* Quem imitatus ante Quingentos ab hinc annos Gunterus lib. III. Ligurini. *Quo mihi divitiæ?*

49. INANIA VERBERA.] Flagrorum illa dicit de quibus Phornutus loco modo producto. His exagitari credebantur maleſici, à furiis aut manibus peremtorum. Suetonius Nerone cap XXXIV. *ſæpe confeſſus ſe agitari materna ſpecie & verberibus furiarum.* Et his quidem conſcientiæ ſtimuli deſcribuntur, qui quieſcere non ſinunt, ſed velut verberibus animum quatiunt, ne ſecurus ſit ullibi. Egeſippus libro I cap. VII. *tanti ſceleris immanitas animum exulcerabat, non ſomnus oculis, non quies in animo dabatur.* Scitum Conſcientiæ tribunal, Pythagoricum, ad quod quotidie Rationem actorum Deo enarrandam ſauciunt. Hierocles Commentario in Aurea Carmina.

πρὸς ἐξέτασιν δὲ καὶ εἰς ὕπνιον τρεπόμενος ὅπως ἂν πέρας τῶν μεθημερινῶν πράξεων τὸ τῆς συνειδήσεως καθιζόμενον δικαστήριον, ἀπαιτήσιμον ἆσμα θεῷ τὴν τῶν διαθέσεων ἀνάκρισιν ποιούμενοι, τῇ παρεισόδῳ, &c.

49. FACIBUS] Igneis ſtimulis. Has enim ad Furiarum armaturam conferebant poetarum filii. Pacatus Panegyrico. *Niſi vero tuum Venerabilis Gratiane Carnificem, diris comitatus ultricibus, obſidebas, & irata minax umbra ob os ejus oculoſq; fumanteis infernis ignibus tædas, & crepitantia torto angue flagra quatiebas, ne morti honeſta vacaret, &c.* Nam Furiarum habitum ſumere acciſi putabantur. Furiæ ipſæ πυρφόροι θεαὶ apud Euripidem, Valerius Flaccus libro I.

tu nuntia ſontum

Virge

Virgo Iovi, terras oculis quæ proſpicis æquis,
Vltriceſque Deæ, faſque & grandæva Furorum
Pœna parens, meritis Regi, ſuccedite tectis,
Et ſævas inferte faces. ſacer effera raptet
Corda pavor, nec ſola mei gravia aſſore nati
Arma, ratemque putet, claſſes, & Pontica ſigna,
Abſque indignatos temerato littore Reges
Mente agitet, ſemperq; metu decurrat ad undas
Arma ciens, mors fera viam, tentataque claudat
Effugia, & noſtras nequeat praecurrere Diras.

Vides in his verſibus quid facibus Furiarum indicent Poetæ. Hoc autem loco non vindices Diræ, ſed ultro Nocentes & mala inferentes inducuntur.

49. CINGIMUR.] Armamur. Quia ſine cinctura non eſt armari, cingi id ſignificat ipſum, & inſtar enſis cingi quicquid pro telo uſurpatur. Ita hoc loco cingi facibus, & alibi, cingi arcu. Sic *cingi lituo* Virgilius *ipſe Quirinali lituo parvaque ſedebat Succinctus trabea* Quod nec Higinus accuſator Maronis nec defenſor Gellius ſatis ceperunt. Vt vides Noctium Attic lib. VIII. cap. V. Virgil. lib. II. *quæ mens tam dira, miſerrime conjux, Impulit his cingi telis*

51. THEUDOSIUS TERRIS.] Ita malunt, quam vulgo ſemper hoc nomen profertur. Me quidem invito; qui non aliter quam ut natum hoc genus ſcribendum exiſtimo, Pronunciatione autem Poetica contrahendum nemo non videt; nec Proceleusmaticus ineſt, nec conveniunt exempla de Virgilio in Claverianis nobis petita. Eſt exquiſita adulatio etiam in Furiæ Sermone non omiſſa, Cœlum Jovis Pietati, Terras Theodoſii, ejuſque ſobolis Virtuti adſcribens. Qualis Virgilii.

Diviſum Imperium cum Iove Cæſar habet.

Exemplum Vetus & probum eſt apud Naſonem in Ibin.

Victima vel Phœbo ſacras macteris ad aras
Quam tulit à ſævo Theodotus hoſte necem.

52. PROLES ANTIQUA.] Soboles, ſucceſſio, γενεὴ, quam *prolem* vertunt de Græcorum fabulis Latini Poetæ. Aratus Phœnomenis.

Οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο

Germanicus Cæſar, non Domitianus, ut demonſtramus Adverſarior. libro X. cap X. & in Commentario Dubiorum.

Aerea ſed poſtquam proles terris data, nec jam
Semina virtutum vitiis demerſa reſiſtunt.

Quod ſit illa *proles* pulere enarrat Feſtus Avienus verſu CCCXXXIIX.

ruit hac quoque rurſum
Vivendi ſeries, ac ſucceſſere pudendo
Aerea ſecla habitu.

En autem non & hoc verſu legunt omnes MSSti noſtri. Nec bene Claverius qui immutat. De Genea vide Cenſorinum cap. VI.

53. VIRTUS.] Fortitudinem & Abſtinentiam dicit, quæ duo Numina propritim velut Virtutis, cum ſola ponitur, nomine intelliguntur. Horatius.

Virtus Scipiadæ, & mitis Sapientia Læli.

Nam in eo Imperatore duæ hæ virtuteis maxime celebrantur. Lucilius.

Virtus quærendæ rei finem ſcire modumque.

Hoc eſt Temperantiam ſectari ubique. Non enim ille verſus ad rem familiarem modo pertinet, ſed & ad cupiditatem, Libidinem, Ambitionem, Avaritiam, quod animadvertere debe-

debebat Lactantius lib. VI. cap. V. Lucilii integrum locum examinans. Alioquin cur ſubjunxiſſet Poeta eodem carmine?

Virtus divitiis pretium perſolvere poſſe.

Hoc eſt ſuo loco pretioq; opes apud animum ſuum ponere. In poſſeſſione autem Virtutis vere ſcitur quæ res quærendæ, quo fine modoque ſequendæ ſint. Nam cui illa adeſt, bonis non jam quærendis, quæ quidem mortales talia vocant, ſed utendis ad cjus præſcriptum, occupatur; nam, ut ait Plautus; *Virtus omnia in ſe habet, omnia aſſunt bona quem penes eſt virtus.*

FIDE PIETAS.] Duæ ſorores Juſticiæ, quam poſt aureum ſeculum cum iis ad cœlum abiiſſe Poetæ finxerunt. Juvenalis Sat. VI.

Paullatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit
Hac comite atque duæ pariter fugere ſorores.

Alii ſorores illas alias ponunt, ut Frugalitatem & Pudicitiam, ex neſcio quo vetuſtiore auctore Joannes Sareſberienſis Policrat. libro VIII. cap. XIII.

53. ALTA CERVICE.] Erecto animo, & ſucceſſibus rerum confidente. Sæpiſſime hoc genere loquendi ac animalibus hominibusve erecto capite incetentibus utitur hic Poeta. Bello Getico. *Aſpice Roma tuum jam vertice celſior hoſtem.* Epithal. Honor. *Hos inter petulans alta cervice juventus.* Contra IV. Conſ. Hon. *Attonitos reges humili cervice videres.* Iterum bello Getico: *Romanaſque alta famulas cervice petebat.* Conſulatu Honor. VI. *proſpexit eunteis Dejecta cervice Getas* Eſtque imitatio plurium de veterioribus. Propertius.

At tunc demiſſis ſupplex cervicibus ibam

Seneca Thyeſte:

Aequalis aſtris gradior, & cunctos ſuper
Altum ſuperbo vertice attingens polum.

Horatius.

Sublimi feriam ſidera vertice.

Emanuel Palæologus Oratione I.

ὃς γὰρ χθὲς καὶ πρώτιστα διὰ τὸν πλοῦτον ἐκόμπαζεν, αἴρων ὀφρὺν καὶ ἀκροβατῶν, καὶ τὸν αὐχένα τείνων. εἰς οὐρανὸν ὅλως ἐπαιρόμενος κατὰ τῶν αὐτοῦ βελτιόνων, &c.

Nicolaus Clemangius Deploratione Calamitatis Eccleſiaſticæ, de Alecto. *Quæ dudum elato lucem terraſque pererras Vertice* De Belluis traductum docet Florus uti de Elefantis libro I. cap. XVIII. *Non ſine ſenſu captivitatis ſubmiſſis cervicibus victoreis equos ſequebantur.* Hinc *cervicem* contra quem erigere, & illi adverſari, obniti, in ſacris Litteris, & uſurpat Conſtantinus Imp. cap. III. de Libertis & eorum liberis, *ſi manumiſſus ingratus circa Patronum ſuum extiterit, & quadam jactantia vel contumacia cervicem adverſus eum erexerit.* Similis eſt formula capite cœlum perſtringere. Syneſius in divina illa Epiſtola contra Andronicum, quæ eſt LVII.

τοιοῦτον ἐστὶ φύσις ἀπαίδευτος ἐπειλημμένη δυνάμεως τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐξαράττειν ἐπιχειρεῖ.

Hocque de feris barbaris & potentia immaniter utentibus dicere licet. Nam & alioqui cervix ſignum eſt potentiæ. Achmet Seccimus Oneirocriticῶn. cap. CXLIX.

εἰ δὲ ἐν τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ πάχος καὶ ἰσχὺν ἴδῃ, ἔσται δυνατὸς εἰς τὰς θυσίας αὐτοῦ. Et hinc ὑψαύχενος animo elatum atque ſuperbum deſignat. Sibyllina carmina, lib. VIII. ubi & κάμπτειν αὐχένα, ſuperbiam, faſtumque infringere deſignat, aut demittere.

Ἥξει σοί ποτ' ἄνωθεν ἴση, ὑψαύχενε ῥώμη,
Οὐράνιος πληγή, καὶ κάμψεις αὐχένα πρώτη.

Et *colla levare*, ſuperbire. Juvencus libro IV.

In vobis ſi quis ſublimia colla levabit
Decidet, & barathri mergetur ad intima cœno.

VAGANTUR.] Recte ita edidimus, & con-

confirmatur ab omnibus manu exaratis Codicibus Aldique & Scaligeri cenſoribus. Nec bene Claverius *vagatur*.

54. CANUNT.] A vocibus quæ elatæ canticoque quopiam conceptæ triumphantibus acclamabantur. Nam *Io io triumphe*, acclamabant milites. Varro libro V. de Lingua Latina. *Triumfare appellatum quod cum Imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti, io Triumphe, io Triumphe.* Hinc cani dicitur Triumphus. Ovidius libro I. Amor. El II.

Vulgus io magna voce triumfe canet.

Tibullus lib. II. *Miles io magna voce triumfe canet.* Ineſt Claudiani loco alluſio ad ſcommata, vulgo in triumfatos triumfatoreſque conjecta.

55. PROH DOLOR.] Solus Noſter Codex *propudor*. Quod velut majorem indignationem faciens, puto ab alia Editione Poetæ eſſe. Idem Libet verſu ſequenti *exſultare* legit, contra omnes cæteros, quo tamen opus non erat.

55. LIQUIDAS AURAS.] Cœlum purum, quod invidens Furia commemorat. Horatius *Ferar Penna biformis per liquidum athera.* Lucretius lib. V. *Et leviora aliis alia & liquidiſſimus ather.* Bello Gildonico. *Armiger ad liquidam cunctis ſpectantibus athram Correptum pedibus curvis innexuit hydrum.* In Lucretio levem ſonat, leviſſimum enim volens, *liquidiſſimum* dixit. In verſu Hoſtii, vetuſtiſſimi Poetæ, liquata vox facilem, fluentem, celerrimam, libro II. Belli Hiſtrici.

non ſi mihi lingua
Centum, atque ora ſient totidem, voceſq; liquata.

apud Macrobium libro VI. cap. III. Saturnal.

55. JUSTICIA INSULTAT.] Sic Pictati Tiſiphone apud Statium lib. XII. Cum liquidas modo aures Claudianus dixit, ſequitur & exprimit perſuaſionem veterum qui bona numina deſcentia cœlo, candidum quendam limirem per auras ſequi dicunt. Idem Statius de Pietate.

ſpeculataque Tempus
Auxilium tentemus, ait; licet irrita coner,
Deſiluitque polo. Niveus ſub nubibus altis
Quamquam mœſta Dea ſequitur veſtigia limes.

56. A STIRPE.] Ab ipſis, cum ipſis radicibus. Sæpe ſic ſacræ litteræ.

57. TENEBROSO E CARCERE LEGES.] Sane Theodoſio principe refloruit quodammodo Reſpublica Romana, unde alibi. *ponunt Caniciem leges, emendanturque vetuſta Accedunt que nova* Ob temporum priorum tyrannos, vix alias tanta copia ab omnibus exercitibus rebellantes. De hoc Principe cum maxima ſit diſſenſio ſcriptorum, Gentilibus, ducibus Eunapio & Zoſimo, velut duobus rabidis canibus, qua licet, ejus Vitam reſque geſtas vituperantibus. Chriſtianis in cœlum efferentibus; ego credibilius ſcripſiſſe neminem puto Victore, ſive Victorino.

E CARCERE.] Vocula E Sex manuſcriptis Codicibus abeſt, Noſter *in* præfert, velut in carcere quopiam ſtrangulatas. Nam id moribus Romanis fiebat.

58. INDECORES.] Sine vigore aut gloria. Decus Furiarum eſt quicquid dedecus bonorum Deorum & hominum.

58. REGNIS.] Unus Belgicorum, *terris*, Non opus mutatione, nec enim tam terras quam & terras & in iis regna quærunt Furiæ.

60. FURIAS DECEAT.] Mala omnia, nil omnino probum. Furiæ, immanes, atroceſque iras ſignificant, uti retinent Hiſpaniſmus, Italiſmus, & Galliſmus hodierni, ſed numero fere primo. qui & ipſe uſus Latio jam inclinatis debetur, ſic enim interpres Joſephi, ſcriptor nec Rufini nomen ubique ferens nec illo in multis indignus. Libro XVII. Antiquitatum cap. XIII.

61. CONVENTUQUE.] Concilio, conluvie potius. Philoxenus Gloſſis, Conventus.

 συνο-

συνοδία, σύνοδος, ἀγορὰ, συνέλευσις, ἄθροισις. Conventiculum etiam honeſta vox, licet abuſu plerumque in deterius capiatur. Arnobius libro IIII. *Nam noſtra quidem ſcripta cur ignibus meruerint dari? cur immaniter conventicula dirui? in quibus ſummus oratur Deus pax cunctis & Venia poſtulatur magiſtratibus, Regibus, exercitibus, &c.*

62. JAM CUPIO.] In everſionibus enim, vaſtationibus, &c. Voluptas Furiarum, & præcipue Alectus. Virgilius lib. VII.

> *Luctificam Alecto dirarum ab ſede ſororum*
> *Infernisque ciet tenebris, cui triſtia bella*
> *Iraque, inſidiæque, & noxia crimina cordi.*

63. FLATU VIOLARE DIEM.] *Violatio* rerum ſanctarum & caſtarum eſt. Flatus ſeu afflatus Furiarum aut inferorum diem violare credebatur. Vide ad illud libri primi de Raptu *afflataque curru Sidera Tænario.* Contra afflatum *Lucis* cœleſtis inferi non patiebantur, utpote functi jam vita. Virgilius. Et Noſter Bello Gildon. *Dixit, & afflatus vicino Sole refugit.* Valerius Flaccus libro III. Argonaut. *trepidam Phaeton afflavit ab alto Tiſiphonem*

64. FRÆNA MARI.] Omnipotenti Deo ut frænis quibusdam retinetur ne procurrat in omnem terram. Ovidius de fluviis. *Et defrænato volvuntur in æquora curſu.* Sæpe ſacræ litteræ. Sic de glacie Maro IV. Georgic. *curſus frænaret aquarum.* Nec aliter Græci Poetæ.

64. RUPTIS RIPIS.] Fractis, laceratis, vel transgreſſis.

65. RERUM VEXARE FIDEM.] Sic Claverianus Codex, ſic Noſter, & unus ex iis quos contulit Bertius, vel ejus ſucceſſor. Habuit ita & Belgicorum unus in margine. Sane ineptum eſt *laxare* cum ſtatim anteceſſerit, fruſtra Scaligero retinente. At ex iſto commode facias *luxare*, hoc eſt convellere, inſtar oſſium humanorum, quæ luxati dicuntur, cum ſedibus ſuis emoventur, vide Celſum librum VIII. cap. XI. *Fides* illa eſt mutua elementorum junctio, ex diverſis unam Naturam facient. Boethius.

> *Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis*
> *Arida conveniant liquidis, ne purior ignis*
> *Evolet aut merſas deducant pondera terras, &c.*

Amorem vocat noſter de Quarto Conſulatu Honorii. Vide Platonis Timæum & Commentarium Chalcidii.

66. TOTOS SERPENTUM EREXIT HIATUS.] Unum aliquem ſerpentem pluribus hiatibus præditum erexiſſe dicit. Eſtque ex illo Æneidos VI.

> *Quinquaginta atris immanis hiatibus hidra.*

Et juncto altero lib. VII.

> *quærentem dicere plura*
> *Reppulit, & geminos erexit crinibus angues.*

Hiatus totos pro totis ſerpentibus dixit, qui hiatu oris maxime timentur. Ita *orbes tortos*, pro iiſdem auctor Ætnæ, ſi ſatis memini. Potius quidem ille Virgilius quam Severus, contra quam voluit Joſ. Scaliger, idque ex eodem Senecæ teſtimonio quod pro hoc adducitur. Ita enim loquitur Seneca ac ſi peculiari opere Maro tale quid exſecutus eſſet, quod de Severo ex hoc teſtimonio adduci non poteſt, qui cum de Bello in ea regione propterque eam geſto ſcripſit, quid credibilius quam in eo opere Ætnæ deſcriptionem attigiſſe? De opere Quintilianus libro X. *Cornelius autem Severus, etiamſi verſificator quam Poeta melior, ſi tamen, ut eſt dictum ad exemplar primi libri bellum Siculum perſcripſiſſet, vendicaret ſibi jure ſecundum locum.* De Ætna quid ni meminerit hoc libro Severus, cum toto orbe celebertimum nomen Siciliæ vel ſolus hic mons dederit? Ideoque *Unicus* vocatus eſt à Meſſalla & Valgio quod miratur Seneca Epiſtola LI. Virgilium autem peculiari quodam labore de ea ſcripſiſſe ſic ſonant verba Senecæ, Epiſtola

ſtola LXXXIX. *morbo enim tuo daturus eras etiamſi nemo mandaret tibi donec Aetnam deſcribas in tuo carmine, & hunc ſollemnem in omnibus Poetis locum attingas, quem quo minus Ovidius tractaret nihil obſtitit quod jam Virgilius impleverat. Ne Severum quidem Cornelium uterque deterruit.* Vides *impleverat* de Marone dicere; Tamen cum in alio opere *impleſſe* innuat horum trium neminem ego commode iſti Poemati auctorem dari poſſe arbitror; Et quis exacte æſtimans, nec in gratiam Scaligeri connivens, illi ætati, ne dum Maroni, Ovidio aut Severo. Opus hoc adſcribat, quod Chriſtianiſmum etiam alicubi olet?

67. NOXIAQVE EFFUDIT.] Noxia venena, Græco modo ad diſtinctionem dixit, nam ut illis pharmaca λυγρὰ & ἐσθλὰ notiſſimo verſu Homerico dicuntur, ita Latini inter venena bona & mala diſtinguunt, cum quævis tinctio aut medicamentum eis deſignetur Paullus cap. CCXXXVI. de Verb. Signif. *Qui venenum dicit adjicere debet, utrum malum an bonum, nam & medicamenta venena ſunt, quia eo nomine omne continetur quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum eſſet, mutat.* Vbi quod de Græcis addit confirmatur exemplis Poetarum qui addunt malum. Vt Theocritus Heracliſco.

δεξάμενος φάρυγος πόθι φάρμακα λυγρὰ πεπύκται.

At quod de tinctione dixi, ejuſdem Jureconſulti locum firmat, nam mutantia colorem dicuntur venena. Avienus Arato verſu CCCXLVII.

Agenoreo color hinc mentirier oſtro
Incipit, Aſſyriumque bibunt nova vellera ſuccum.
Ebria ut extremo ſplendeſcat lana veneno.

Vbi *extremo* eſt ab extremis locis quæſito. Vt Petronius. *ultimus Ammon Afrorum excutitur* Nec mutanda lectio. Sed & extremum pro optimo, noviſſimoque dici potuit, plus quam ſemel enim tingebatur lana, & ultima tinctura ſplendorem accipiebat. *Eſtremadiſſimo* optimum hodie quoque Hiſpanis ſonat, retinentiſſimis inter omnes gentes Latiniſmi. Ferdinandus Suares Sivilienſis, in Colloquio Meretricum ex Petri Aretini Italico: *y luego en la manana me hizo cortar una ſaya de raſo veneciano morado, eſtremadiſſimo,* & mille alii. De veneno nonnulla alia vide apud Adverſariorum librum IX. cap. XXVIII. ad locum quemdam Ennodii.

67. ANCEPS MOTVS ERAT VULGI.] Ex Maroniano.

Stinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Quomodo aliquoties interpres Joſephi, libro XVIII. Antiq. Infinita ex Gnomologorum Commentariis queant produci, ſed aliorum talis opera eſt. Comparatio vulgi cum undarum tumultu eſt ſimilis apud Jeſaiam Prophetam cap. XVII.

68. DITIS JVRA VERETUR.] In duobus libris Belgicis & Noſtro, *tuetur*, quod quamquam olim ſpretum, potius tamen nunc illo altero videtur. Vereri enim jura Ditis non eſt eorum qui effrænata libidine omnia nefanda cupiebat. Tuentur ea, quia ſub ejus imperio vis eorum conſtabat. Itaque nolunt lacerari aut imminui ſeditioſis tumultibus.

69. RVMOR.] Sonus quiſpiam tumultuoſus nec diſtinguendus auditu, qualem ſcite maris tumoribus mox æquat. Eſt ergo Rumor obſcurus quidam ſtrepitus abſque certis vocibus audiendus. Qui uſus Iulio Scaligero minus placeat, modo auctorum nobis conſtet auctoritas. Sic Auſonius Moſella.

Et virideis Baccho colleis, & amœna fluenta,
Subterlabentis tacito rumore Moſellæ.

Sanè, rumor nihil aliud ſonat quam confuſum ſonum, vti eſt populi plauſus in theatro, qualem qui hic in Auſonio & Claudiano vituperat, contemnet etiam apud Horatium qui libro I. Epiſt. ad Ariſtium ſcribit.

Tu nidum ſervas, ego laudis ruris amœni
Rivos, & muſco circumlita ſaxa, nemusque:
Quid quæris? vive & regne, ſimul iſta reliqui
Quæ vos ad cœlum effertis, rumore ſecundo.

Hoc eſt plauſu populari, & vrbanis theatralibusq; laudibus. Quod manifeſtum ex Virgilio, qui fremitum vocat libro V. *Prima tenet plauſuq; volat fremituq; ſecundo.* Sic cum ſuſurri creſcunt rumoreis ex ijs fiunt, vnde exemplo Livij & aliorum optimorum auctorum ſcribit Saxo Grammaticus, Danorum Hiſtoriæ Libro V. *opinio tamen ſceleris primum ſuſurris alita eſt, dehinc excepta rumoribus.* Et Hugo Monachus in libro qui clauſtrum animæ inſcribitur, Lib. II cap. XXII. *In clauſtro non ſit rumor ſed lectio, in capitulo non lites ſed confeſſio.* Hincque apud veteres *rumare* talem rumorem ſeu ſonum obſcurũ ferre ſignificat, vt exponitur & ab Iſidoro, cujus frequentativum, *Rumitare* poſuit Nævius: Cum Horatio ſimul peccaverint Feneſtella, Ennius, Virgilius, quos pariſſimè locutos notat Nonius Marcellus. Hinc quoq; & ab hoc ſono pecudum *ruminare* deſcendit, intus nimirum motu palati obſcurum murmur edere, quod rumare dictitabant veteres, ut notat Feſtus.

IMPACATA QUIES PELAGI.] Quies quæpiam, quam tamen pacem, pacatamque dicere non poſſis, ob pelagus incertum, quod mox proverbio extulit *flavis incertus undis.* Et eſt Statij lib. VII.

Vt ſi quando ruit debellataque reliquit
Eurus aquas, pax ipſa tumet penitumque jacentem
Exanimis jam volvit hyems.

Uti *inpacata quies* hoc loco, ſic ſollers ignavia apud Marium Victorem præfatione Comment. in Geneſin.

contraria nempe
Quæ putat humana ſellers ignavia mentis,
Dum certant, plus pacis habent.

Tertullianus, ſive Cyprianus, Sodoma.

Huc illuc certam differt incerta ruinam.

Sulpitius Severus libro I. Sacræ Hiſtoriæ *ut liberius ſervirent.* Valerius Flaccus, Libro VII.

omnisque Aetia tellus
Fulſit, & ardentes ſtabula effudere tenebras.

Sic *inopes opes* apud Paullinum Natali. IX. & infinita talia ubiq; ſcriptorum.

71. FLAMINE FRACTO.] Ita Cujaciani, Aldini, Bentiniani, Lugdunenſesque antiqui. Tres vero Belgę, Delrianus, Noſterq: *flumine.* De flumine controverſia nulla eſt. At de *flumine* hoc eſt *æquore* ſic Valerius libro VII.

æquora non ſic
In ſcopulos irata ruunt, eademque recedunt
Fracta retro

Et Lucanus Libro I.

mollitum cætera rumpit
Turba vado fracti faciles jam fluminis undas.

Neſcio tamen an pro æquoreo fluctu voluerit *flumen* dicere. Quare alterum malim.

72. SÆVITQUE TUMOR] Relliquiæ tempeſtatis in immenſo æquore poſt eam tumore quopiam ſævitiam præteritam referentes. Sic *tumor æquoris* prædixit tempeſtatem. Avienus in Arato. v. MDCLXXVI

Quin & terrenis cape rebus certa frequenter
Signa procellarum: nam cum traxere tumorem
Aequora prolixum, cum littora curva reſultant, &c.

Vide

Vide quæ ad Arati Dioſemia notant docti. Papinius III. Silvarum propempt.

viſis tumuerunt puppibus unda Inq; hominem ſurrexit hiems

Sedulius, libro III.

Non erat illa feri pugnax audacia ponti
In Dominum tumidas qua ſurgere cogeret undas.

Papinium exprimens. Talis tumor in humano quoq; animo poſt fortunæ fulmina manet. Euripides Hecuba.

ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
Τοῦ πρὶν στερέντος εἶτα δῆτ' ἐγκύμεθα.

72. DUBIUMQUE PER ÆSTUM.] Incertum velut reſurgat an conſidat penitus. Virgilius Georg. I.

Hinc tempeſtates dubio pranoſcere cœlo
Poſſumus.

73. VESTIGIA VENTI.] Relliquiæ, ultima indicia.

74. ANIMI PROFANUS ERROR.] Cum animus ſede ſua motus errat velut, nihil neq; ſanctum neq; profanum æſtimat. Error animi, inſania. Virgilius Georg. III.

furijsque refecti
Ardebant, ipſique ſuos jam morte ſub ægra
Dy melior a pijs, erroremque hoſtibus illum,
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

75. SPUMIS FURIALIBUS.] *Ira furor brevis eſt*; de quo infra. *Spumare* iracundorum in extremis furijs. Gellius lib I. cap. XXVI. *neque in ſpumam ruboremq; efferveſco, neque pudenda dico aut pœnitenda, neq; omnino trepido irâ aut geſtio, hæc enim omnia, ſi ignoras, ſigna efferarum ſolent.* Arnobius libro IV. *proditâ per libidinem fraude intellectus & cognitus evolat, ardeſcit furiis atque indignationibus mater, ſpumat, anhelat exæſtuat, nec fremitum continere tempeſtatemque irarum valet.* Pulcrè Nonnus lib. X. ἄφρον ἀναβλύζων χιονώδεα μάρτυρα λύσσης.

Pleni exemplis omnium auctorum libri. Furialeis iræ non furioſæ, quia ingens iracundia inſaniam gignit. Nilus parænesi.

κόλαζε τὸν θυμὸν μανίας γὰρ ἐστὶ πατὴρ τὸ μέτρον ἐξερχόμενος.

Alia alibi his notis.

NON NISI QUÆSITUM.] Turpe & improbũ ſit de hac lectione dubitare. Quam & veteres Editiones agnoſcunt cum omnibus manuſcriptis.

77. ILLICITUMQUE.] Non hoſtilem ſed amicorum.

79. TERRUIT HERCULIS ORA.] Megæra inſaniam movebat. Papinius. Thebaid. I.

ſiquidem hanc perhibent poſt funera junctis
Eſſe fidem, quanta partitum extrema protervo
Theſea Peirithoo, vel inanem mentis Oreſtem
Oppoſita rabidam Pylade vitaſſe Megæram.

Ineptiſſima ſunt quæ in Scholijs veteribus eo loco ſub nomine Lutacij aut Lactantij leguntur, & infamant talia bonos Scholiaſtas, ſuntque ab editoribus in peculiarem locum deportanda, ne ad extremum bona cum ineptis vileſcent. Hac facie furiarum ſolebant Dæmones apponere Nationibus, exemplum apud Plutarchum in Dione, Lucianũ, & alios. Hinc eo habitu ſeſe ornabat Menedemus, Ludibrium Cynicæ Philoſophiæ, ſpeculatorem infernalem mentitus. Laertius libro VI.

80. DEFENSORES TERRARUM.] Omnem orbem terrarum pacavit Hercules. Seneca Apocolocynth. *tum Iuppiter Herculem quia totum orbem terrarum pererraverat, & noſſe videbatur omnes nationes jubet ire & explorare, quorum hominum eſſet*, &c.

81. POLLUIT.] Patricidio. Vide Euripidem & Senecam in Furente.

81. SPICULA.] Nullis ambagibus opus. Vide Ovidium lib. IV. &c. Intelligit ſagittas quibus conjugem liberosque peremit Athamas. Lege Apollodorum libro I. Higynum, Scholiaſtas Tragicorum, alios.

82. INTERBACCHATA.] Uno verbo agnoſcunt membranæ noſtræ.

83. ALTERNIS LUSIT JUGULIS.] Fabulæ notiſſimæ. Agamemnon à Conjuge Clytemneſtra in gratiam adulteri Aegyſthei occiſus eſt, ipſe prius adulterijs infamis. Clytemneſtra mariticidium victurus parricidio interficit Oreſtes, matrem filius, in vindictam paternæ cædis. Revera luſus furiarum.

84. TEDÆ.] Ita omnes libri veteres, & recentes qui vel a nobis excuſſi vel ab alijs, ſolus Noſter Codex *Theba*. Quod propter Thyeſten falſi convincitur.

HAC AUSPICE.] Nuptiæ honeſta atque eximia aliqua perſona auſpice conciliabantur moribus Romanis. Furia vero inceſtis iſtis atque impijs iſtis auſpex, vt in inceſtis Terei ſecuturo apud Ovidium libro VI. *Eumenides ſtravere thorum* Sic apud Muſæum in fauſtis nuptijs præfecta eſt Caligo, & nox pronuba. Romana auſpicia in Nuptijs celeberrima. Vide Briſſonij, Hotomani, aliorum, nuptiales Obſervationes.

85. O SOCIÆ.] Litteram exclamandi non agnoſcit ſolus iterum ex tot libris veteribus Codex Noſter.

87. NEC FAS EST NEC POSSE REOR] Æquæ poteſtatis hæc duo. Alioquin apud Furiarum maximam nullum fas. Latinis nefas idem ſonat quod ἀδύνατον. Horatius. *levius fit patientiâ Quicquid corrigere eſt nefas*. Tamen & Furijs ſua ſunt crimina, cum poteſtas ipſarum alienæ ſubdita ſint; Principibus vero abſolutis, quorum non eſt vt nomen habeat, niſi ſolus Rerum omnium Conditor & Repertor, nemo legem ſcripſit, vt ait de Cæſare Plinius Panegyrico; quem per adulationem etiam Deo parem faciebant. Verba Plinij: *In Roſtris quoq; ſimili religione ipſe te Legibus ſubjeciſti. Legibus Cæſar, quas nemo Principi ſcripſit.* Alibi eadem ratione Dominum Mundi vocat.

88. MUNDUM.] Humanum genus. Sæpiſſimè ſic ſacræ litteræ, & innumeri auctores.

89. INTENDERE.] In libro Palatino *immittere*, quod nemo alius Codex agnoſcit.

90. IMMANIUS HYRDRIS.] Immanitas omnium immaniſſima ſerpente terminatur. Nec latet hic non memoria Originum primarum. Proverbium ab alijs etiam celebratur, uam noſter non ſine notitia Sacri Codicis multa concepit, vt alibi adnotamus, quo ſpectat ποικιλώτερ@ ὕδρας apud Diogenianũ Centuria IV. Proverb. LXXII. Et *cane & angue pejus timere*. Hinc Hydrus δεινὸν ὄρχημα apud Tigretem Carem, ei enim inſcribi Batrachomyomachiam in priſcis exemplaribus notatum eruditiſſimo Nunneſio ad Phrynichum. Et monuit antè Henricus Stephanus Schediasmatis.

91. MOBILIUS.] Celerius ad rapinam & perniciem miſerorum. Mobilis ſonat præpetem, celerem. De eadem fera alibi *fremit illa marito Mobilior Zephyro.*

91. AUSTRIS.] Unus modo Belgarum *Euris*. Nihil mutandum. Alioqui vẽri omnes, non Auſtri, ſed Boreæ famuli. Nonnus libro XXXIX.

> ἀλλ' ἐπὶ χάρμῃ
> Οὐ τρομέω θεράποντας ἐμούς, ὅτι πλειότερ-
> της ἀκτῇ
> πάντες, ὅσοι πνείουσιν, ὀπάονές εἰσι
> Βορῆος.

92. FLAVIS INCERTIUS UNDIS.] Hæc eſt omnium manuexaratorum lectio, præter Cujacianos etiam Bongarſiani, vt notat vir doctus ad Corippum. τὸ *refluis* maluit etiam Scaliger. Et ſanè ratio ſuadet, tum loci Poetæ hujus. Ut III. Conſulatu. Hon.

> *Thetyos alterna refugas calcavit arenas, &c.*

Nec minus aliorum. Ovidius. Metam. VII.

Ausi-

Adjicit extremo lapides Oriente petitos
Et quas Oceani reſluum mare lavit arenas.

Dubium non eſt pelagi undas intelligi, cum proverbium quoque ſit mari eſſe ſæviorem. Idem Ovidius libro XI.

crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago ſi vitam ducere niter Longius.

Et aliud, mari mare immittere. Petronius.

& mihi fata
Hos inter fluctus quis raptis evocat armis?
Cui non eſt mors una ſatis? ne vincite Pontum,
Gurgitibusque feris alios immittite fluctus.

Qui locus in Editione Commentariorum corruptus eſt. Valerius Flaccus lib. VII.

quò verſa fides, quos veſtra volutant
Arma doloſ talium hic Pelian, alia æquora cerno.

Hoc eſt pericula non minora. Hoc dicebant *Bithalaſſum* facere. Fulbertus Carnotenſium Antiſtes Epiſtola XXVII. *Inter hæc omnia tendendum ad portum cœleſtis patriæ. Noli ergo tute ipſe tibi Bithalaſſum facere dubietatis ac duplicitatis in corde tuo miſcere.* Hinc ſæviſſima & portenroſiſſima monſtra mari nata fabulabantur, & hoc convicium erat. Ovidius Epiſtola Didus.

Te lapis & monteis, innataque rupibus altis
Robora, te ſæva progenuere feræ.
Aut mare, quale vides agitari nunc quoque ventis,
Quò tamen adverſis fluctibus ire paras.

Neque tamen quicquam in tot librorum ſcriptura abſurdi eſt. Omnem enim undam Poetæ flavam dicunt. Empedocles de flumine.

μέγα σὺν κῦ ξανθῷ Ἀχελώϊοντ ⊙.

De Mari Ennius Annalium XIV. *Verrunt extemplo placide mare marmore flavo.* Pacuvius apud Gellium libro II. capite XXVI. de fontanâ.

Cedo tamen pedem lymfis flavis flavum ut pulverem
Manibus yſdem quibus Vlyſſi ſæpè permulſi, abluam.

Manuſcriptus liber noſter ſonum verſui meliorem facit ſolus reducendo *flavis incertior undis Rufinus.*

92. RUFINUS.] Nomen ipſum multis ſceleratis viris olim habitum, ut alibi alijsque dictum. Quin ipſe ſe eo Satanas conſuit olim, ut eſt exemplum apud Helmoldum Chron. Slav. lib. I. cap. LVI.

92. DE MATRE CADENTEM SUSCEPI GREMIO.] Suſceptio ſollennis infantis recens nati in gremium Parentum, indicium prolis agnitæ & educandæ. Alioqui exponebatur. Poſt nutricibus ijsque competebat tollere, qui proximam parentibus dilectionem infantibus debituri erant, atq; hujus moris ſæpiſſimè meminerunt ſcriptores majorum gentium. Exempla producere poſſem infinita, ſed diligentia magna bonoq; judicio viri pleraque jam laudatuor, quos licet videas. Andream Tiraquellum ad L. ſi vmquam Cod. de Revocandis Donationibus Julium Cæſarem Bulengerum libro III de Imperatore. Scholiaſtes ſeu Commentatores Plautinos, Terentianos, Papinianos.

93. REPTAVIT PARVUS.] Trajiciunt duas has voces ſex Belgæ libri, & Noſter, raro alioqui aſſenſum iis præbens. Nec diſplicet.

94. TENERO PERQUE ARDUA.] Quinque libri Belgæ, Aldus & Scaliger *teneroque per ardua Quibus aſſentitur* & Noſter. Ea omnino vera ἡ ποιηὴ ſcriptura eſt; vitiavit diſtinctionem Editio Claveriana.

95. FINXERUNT MEMBRA.] Inſtar urſorum lambendo informeis parteis fingentium. Gellius lib VII cap. X. *Amici familiareſque P. Virgilij dicere eum ſolitum ferunt parere ſe verſus more atque ritu urſino, namque ut illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum informemque lam-*

lambendoque id poſtea, quod ita edidiſſet, conformaret & fingeret, proinde ingenij quoque ſui partus recenteis rudi eſſe facie & imperfecta, ſed deinceps tractando colendoque reddere ijs ſe oris & vultus liniamenta. Aelianus lib. II. c. XIX.

περὶ ζώων. Καί ποτε τὸ θαῦμα οὐ δὲ οὐ ζῷον ἴδιον. τεκεῖν βρέφος οὐκ οἶδεν ἄρκτος οὐδ' ὁμολογήσει τις ἐξ ὠδίνων ἰδὼν τὸ ἔγγονον, ζωογόνον εἶναι αὐτήν. ἀλλ' ἡ μὲν ἐλοχεύθη. τὸ δὲ εἰκῆ κρέας καὶ ἄσημόν τε ἀτύπωτον καὶ ἄμορφον. ἡ δὲ ἤδη φιλεῖ καὶ γνωρίζει τέκνον, καὶ ὑπὸ τοῖς μηροῖς θάλπει, καὶ λεαίνει τῇ γλώττῃ, καὶ ἐκτυποῖ εἰς ἄρθρα, καὶ μέντοι καὶ κατὰ μικρὸν ἐκμορφοῖ. καὶ ἰδὼν ἐρεῖς τοῦτο ἄρκτου σκυλάκιον.

Philes Jambis ejuſdem materiæ:

Ἄσημον ἄρκτος ἀποτεκοῦσα κρέας
Σοφῶς διαρθροῖ, καὶ τυποῖ καὶ φαιδρύνει,
Καὶ δημιουργεῖ πλαστικῶς τοῦτο βρέφος
Λεῖον λιθεῖσα δὲ μαλθακῆς γλώττης πόνῳ
Λασίοισι καὶ θάλψασα μηροῖς τὸν τόκον
Ἔννηκε θηλὴν μητρικὴν τῷ φιλτάτῳ.

97. ME TRADENTE DOLOS GESTUS, ARTEMQUE NOCENDI.] Quinque Belgici & Noſter item Bentiniani habuerunt *Meque etiam tradentes dolos arteisque nocendi edidit.* Ego vero cum Scaligero & Cujacianis vulgatam non mutandam exiſtimo. Tum quod τὸ *etiam* vulgate & verſus modo explendi natum videatur, tum quia *geſtus* non inepte attenduntur in fallendis mortalibus. Iis enim diſſimulare quid animo geras vel maxima pars, certè neceſſaria eſt malis artibus vſuro. Non aliter enim quam hiſtrio quod placet populo geſtibus ex aſſumta perſona exprimit, animum longè habens, doloſus quoq;, & nefariæ aſtutiæ homo, decipit fictis geſtibus miſctos. Licet notare in ſcriptoribus *geſtus*, ordinem gerẽdarum rerum ſignificare. Tertullianus initio Scorpiaci. *Magnum de modico malum Scorpium terra ſupparat; tot venena, quot ingenia, tot pernicies quot & ſpecies, tot dolores quot & colores Nicander ſcribit & pingit, & tamen unius omnium violentia geſtus de caudá nocere, quæ cauda erit quodcunq; de poſtumo corporis propagatur & verberat.* In homine probroſo alioquin geſtus levitas notatur. Saresberienſis Metalogici lib. I. capite II. *Ipſum vero vulgato deſignarem ex nomine & tumorem ventris & mentis oris impudentiam, rapacitatem manuum geſtus levitatem fœditatem morum quos tota vicinia deſpuit, obſcœnitatem libidinis, deformitatem corporis, turpitudinem vitæ, maculam famæ publicis aſpectibus ingerens denudarem, niſi me Chriſtiani nominis reverentia cohiberet.* Noſter lib. II. de Hoc Ipſo Ruſino. *Brachia fœmineo jactabat mollia geſtu.* Althelmus libro de Laude Virginum. *Si quisquam ſanctum cuperet temerare pudorem Geſtibus obſcœnis contrectans corpus honeſtam.* Idem de Octo vitijs. *Nec non ſcurrilitas & ſcævo ludicra geſtu.* Geſtus ſunt Actiones. Thomas de Kempis lib. II. de Imit. Chriſti cap. I. Notabili ſententia. *Qui intus bene diſpoſitus eſt & ordinatus non curat mutabiles & perverſos hominum geſtus.* Malim deinde *arteis* hoc loco ex ſcriptis libris Eleganter enim arteis geſtusq; nocendi, conjunxit. Artium quippè vocabulo ſciẽtiam maleficiorum, Geſtus, eorundem effectum, atq; vſum, circumloquitur. Aliud ab his artificium dolus notat. Non benè ergo mutant Libri.

98. EDIDICIT SIMULARE FIDEM.] Citantur hi verſus ab Auctore Expeditionis Friderici Barbaroſſæ in Terram Sanctam, ejus ipſius ævi; vbi ſcribit: *Imperator reverſus illis venientibus ante conſpectum ſuum hilarem vultum exhibuit, ac ſi de ipſorum peregrinorum adventu non modicum lataretur. O ſcelus inauditum! ô immanis perfidia! Revera juxta illud Claudiani: Edidicit ſimulare fidem ſenſusq; mina-*

minaces Protegere, & blando fraudem prætexere riſu. Legati ergò fruſtra exhilarati ad hoſpitia revertuntur. Hæc ille de Conſtantinopolitano Principe. Videmus vero hinc media etiam Barbatie hunc Poetam viguiſſe: illorum temporum maximè & Guntero Poeta qui innumera Claudiani in Ligurinum ſuum tranſtulit, Poema omnium ejus ævi & generis princeps. Par judicium & de Galtero, noſtri admiratore maximo. Diſtinctio in omnibus Editis laborat. Scribe

> *artesque nocendi*
> *Edidicit; ſimulare fidem, ſenſusque minaces &c.*

99. FRAUDEM PRÆTEXERE.] A veſtibus alijsve rebus quibus tegendis aut velandis aliquid induitur. Auſonius

> *quod multa ſupellex*
> *Virgea, quod fallax ſcuticam prætexit aluta.*

Claudianus alibi *prætexere Ramis Limina* Hinc ad abditæ & nobiliore ſpecie delitentes res traducitur. Gaudentius Tractatu I. *Sed ipſi dies noſtri quibusdam nebulis prætexuntur & non habent ſerenitatis lætitiam, dicente profetâ. Dies mei ſicut umbra declinaverunt.* Virgilius libro IIII.

> *Nec jam furtivum Dido meditatur Amorem.*
> *Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.*

Hericus Altiſſiodor. de Laudibus B. Germani libro IV.

> *Addit ſe comitem perverſo pectore quidam*
> *Nudus adusque pedes; pepulit miſeratio cunctos,*
> *Iungitur hoſpitio prætextus paupere prædo*
> *Interque innocues cubitum dat membra miniſtros*
> *Hos ſopor, hunc urget ſæva meditatio fraudis.*

RISU.] Fuit revera malitioſus, atq; truculentæ avaritiæ homo, quæ vitia per ambages Poeticas illi à Claudiano objiciuntur. Vide Zoſimum lib. V. At laudantur egregij corporis & ſingularis Prudentiæ à Niceforo Calliſti libro XIII, cap. I.

100. LUCRIQUE CUPIDINE FERVENS.] Servile ingenium lucro omnia facere. Pulcre Ammianus libro XXX. *poſt procinctus Parthici clades magnitudine indigens impenſarum, ut milites ſupplementa ſuppeterent & impendium crudelitati cupiditatem opes nimias congerendi miſcebat, diſſimulans ſcire quod ſunt aliqua quæ fieri non oportet etiam ſi licet. Tremiſtocles illius diſſimilis, qui cum poſt pugnam aſminaq; deleta Perſarum licenter obambulans armillas aureas vidiſſet humi projectas & torquem: tolle, inquit, tu, qui Themiſtocles non es, non quodlibet probans in duce magnanime lucrū.* Hæc autem omnium librorum ſcriptura eſt veterum, tam Editorum quam ſcriptorum, cui vt & verſui malè conſuluit Claverius edendo. *aurique c f.* De avaritiâ Rufini, quæ & aliorum ejus nominis velut hereditaria, vide Fräciſcum Juretum ad Symmachum libro. VI. Epiſtola XIV. *Prædonem annoſum & ærarij expilatorem* Symmachus eo loco nominat. Quem antea mirifice laudavit.

101. SATIARET] Legendum puto *ſatiarit*. Quod hoc loco Latinius. Arenas numero plurium extulit de quo vide Gellium libro. XIX. cap. VIII

102. TEMPESTAS.] Inundatio: ſi totus Tagus fluctibus ingrueret aurifetis. imitatur Papinium primo Silvarum, quamvis alia re.

> *Huic Hermum fulvoq; Tagum decurrere limo*
> *Nec ſatis ad cultus &c. juſſi.*

Mota vero quæpiam aut difficultas in his verſibus eſt, quales non ſunt ex ingenio & facilitate noſtri Poetæ. In ſcriptorum nullo quicquam opis. Fluviorum trium auriferorum fabula notiſſima. In Pactoli mentione inſigne mendum eſt apud Plutarchum, non quidem illum Chæronenſem, de Fluminibus:

> χρυσ⸗ ὁ Ἀπόλλων⸗ κ᾽ ἀπεθίπτωσης παῖς, τὴν μηχανικὴν τέχνην ἀσκήσας κ᾽ πάντα βίον

βίον συνεχόμενος νυκτὸς βαθείας τοὺς θησαυροὺς Κροίσου τοῦ βασιλέως ἀνέῳξεν, καὶ τὸν χρυσὸν ἐκκομίζων διεδίδου τοῖς οἰκείοις, καταληφθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φρουρῶν, καὶ καταληπτὸς γενόμενος ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν, ὃς ἀπ᾽ αὐτοῦ Χρυσορρόας μετωνομάσθη.

Præter rerum Naturam eſt a *Chio Chryſorrhoan* appellari, vt animadvertit etiam capitalis ingenij Receenſitor. Legendum exiſtimo.

καὶ καταληπτὸς γενόμενος σὺν ἑαυτῷ ἔρριψεν εἰς ποταμόν.

Litteræ ſimiles cæteris facillimè latuerunt in paribus. Sic patet cauſſa cur à Chio Chryſorrhoas nominatus ſit, abſtulit enim ſecum eas Gazas in fluvium præceps iens prædo regiarum opum.

103. MAJORE SITI.] Avaritiâ. Maro: *auri ſacra fames*. Infra. *creſcebat ſcelerata ſitis, prædæque recentis Inceſtus flagrabat Amor* Boethius. *Quæ jam præcipitem fræna Cupidinem Certo fine retentent? Largis cum potius muneribus fluens ſitis ardeſcit habendi?* Eſtque Græcorum.

105. QUAM FALLERE MENTES.] Duo Belgæ libri conſentiunt Claverio recipienti, *nam*. Ego τὸ *quam* malo quod cæteri MSS. & Noſter, vetereſq; editi eum Ratione ipſa tutantur. Minimè vero adhibenda nota rogandi eum eodem Claverio, ſed obſtupeſcentis admirantisque malitiam inuſitatam.

105. UNANIMES.] Quorum vna anima in duobus corporibus diviſa. Sanè ad exprimendam veram amicitiam vno hoc vocabulo omnia Latinitas complexa eſt, eamq; pariter magna vis ſcriptorum expreſſit. Ariſtoteles, auctore Diogene Laertio, interrogatus quid eſſet amicus; vna, reſpondit, anima in duobus corporibus habitans. Minutius Felix Octavio: *nec immerito diſcedens vir eximius & ſanctus immenſum ſui deſiderium nobis reliquit, utpote cum & ipſe tanto ſemper noſtri amore flagraverit, ut & in ludicris & ſerijs pari mecum voluntate concineret, eadem vellet vel nollet, crederes unam mentem in duobus fuiſſe diviſam.* Quo loco malim ſcribere *fuiſſe indiviſam*. Fuiſſe in duobus corporibus, ſed indiviſam, integram nimirum tamen in vtroq;. Si enim diviſa quomodo una? Et quomodo mirum aliquid aut ſingulare, diviſam in duobus eſſe corporibus? Planè ita Minutium ſcripſiſſe exiſtimo. Et ſimilimè Corippus lib. I. de Laud. Juſtini.

Divinis animis inerat dolor ille parentis,
Ante pios oculos mitis verſatur imago
Illa movet mentem, penitusque in pectore utroque
Indiviſa manens pia numine numina complet.

Pariter ad rem ipſam *unius mentis* qui maximè concordes. Arnobius lib. II. *vosque cæteri qui eſtis unius mentis*. Prudentius lib. II. in Symmachum.

nec enim fit copula Chriſto
Digna, niſi implicitas ſociet mens unica gentes.

Arator libro I. Hiſtoriæ Apoſtolicæ.

Ecce tot egregijs unum cor ineſſe catervis
Cernitis, ut quæ animam populus naneiſcitur unam.

Divus Lucas Actorum. V

τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία.

Clemens in Vita Petri, ſcriptor antiquus, etſi minimè genuinus inter ἀρέσκοντα θεῷ ponit pariter ἐν πολλοῖς σώμασι μιᾷ γνώμῃ στοιχοῦντας ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ θέλει τοῦτο καὶ περὶ τὸ πλησίον φρονεῖν, &c.

Gulielmus Brito libro III. Philippidos.

mens omnibus una
Conatus tota totas expendere vires.

Vigilius Pontifex Romanus ad Epiſcopos, apud Victorem Tunnunenſem Chronico: *Anima una & cor unum ſit nobis in Deo.*

106. PROGENIES HOMINUM.] Suſpicabamur errorem hic eſſe. Sanè dicam *hominem* ſcribendum quamvis vnus modo liber eam lectionem agnoſcat, idq; in margine: Si

priſca

priſca progenies talem hominem tuliſſet. τὸ *talem* alioquin validè frigidum fuerit. Progenies γενεὰν ſignificat, vt *prolem* ſuprà notavimus. Horatius lib. III. Carm. VI.

Aetas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

107. PIRITHOUM FUGERET THESEUS, &c.] Horum disjunctio monſtroſiſſimis ingenijs adſcribitur. Martialis libro VII. Epigramm. XXIII.

Cum Iuvenale meo quæ me committere tentas
Quid non audebis perfida lingua loqui?
Te fingente nefas Pyladen odiſſet Oreſtes,
Theſea Pirithoi deſtituiſſet Amor.

Auſonius ad Pontium Paullinum Epiſtola XXIV.

Impie, Peirithoo diſjungere Theſea poſſes,
Euryalumque ſuo ſocium ſecernere Niſo.
Te ſuadente fugam Pylades liquiſſet Oreſtem
Nec cuſtodiſſet Siculus vadimonia Damon.

Hiſtoriæ fabulæve vbique leguntur. De *Damone* intelligendi ſunt verſus Manilij libro II. Aſtronomici, *Optavitq; reum ſponſor non poſſe reverti*, &c. qui cum contaminatiſſimi ſint, alibi à nobis explanabuntur.

109. IPSA EQUIDEM.] Ita ſcribendum putem adjecta littcrula.

109. RABIDOQUE.] Conſentiunt libri omnes *rapido* ſcribendum: rapaci, igneo velut, atq; ad prehendenda mala nimioperè celeri atque apto. Recepit etiam Scaliger. Firmando ſit ſatis vel vnicus Senecæ locus Conſolat. ad Helviam. cap. XVI *propter iſtas quæ litteris non ad ſapientiam utuntur, ſed ad luxuriam inſtituuntur, minus eſt indulgere ſtudijs paſſus. Beneficio tamen rapacis ingenij plus quam pro tempore hauſiſti. Iacta ſunt omnium diſciplinarum fundamenta.* Lucani in eandem rem libris Adverſariorum ex alio Senecæ ejuſdem loco emaculamus. Sicq; doctiſſimus ævi ſui Poeta Hericus libro I. *ſtudiuque rapacibus omnes Ad ſanctam certo migrabant ordine vitam.*

110. PLUS.] Diutius, amplius. Vitilitigant hanc hujus particulæ uſum. At pariter Plautus, Latinæ Linguæ magiſter. Vide Commentaria ad Appulejum.

111. SOLUS HABET SCELERUM.] Hæc de Rufino capitali Stilieonis patroni ſui inimico, at omnium Virtutum cinnum apud ipſum ponit. Primo Laudum. *in te juncta fluūt, & quæ diviſa beatos Efficiunt, collecta tenes.*

112. ACCOMMODA.] Utilis, proficua, acceptabilis. Gloſſarium Philoxeni. *accommodatiſſimum.* ἐπιτηδειότατον. *Accommodare* aptare exponit Cor. Fronto. Palladius Aemilianus libro VIII. cap. VIII. *Aliud acetum digeſtioni & ſaluti commodum.*

113. REGALEM AD SUMMI.] Verſus mirificè rei majeſtatem ſpondæorum gravitate & concinnitate lentè procedentium ſyllabarum exprimens. Sic Horatius.

perſæpe velut qui Iunonis ſacra ferret.

114. NUMA GRAVIOR.] Proverbium hujus ſuperſtitionis Romanæ Antiſtitis gravitas dedit. Martialis.

Ardua res certè eſt opibus non tradere mores,
Et cum tot Crœſos viceris, eſſe Numam.

SIS DENIQUE MINOS.] τὸ denique arguit nihil ſanctius ſupereſſe. Sic Martialis.

Naſutus ſis uſq; licet ſis demq; naſus
Qualem noluerit ferre rogatus Atlas.

Nil majus in rerum natura dicere poterat quam cœlum immenſum, infinitum. De Minoe vide brevem ſed divinum Dialogū Platonis. Strabonem libro X. Euſthatium in Odyſſeam.

115. FLECTETUR.] In avaritiam: Minos inflexibilis juſtitia, præcipuusque ea omnium mortalium habetur, conſilio ipſius Jovis Leges ſanciviſſe, vide Platonem. Nec hic tamen conſentit antiquitas, nam Strabo ſcribit ab

alijs pro vecorde tyranno litteris traditum. Sic *rigidi* dicuntur virtutum cuſtodes inflexibiles. Horatius. *Virtutis veræ cuſtos rigidusque ſatelles.* Idem ab hac mente capiendus cum ſcribit de homine virtutis compote. *Quisquis ingenteis oculo irretorto ſpectat acervos.*

115. ORANTEM SEQUITUR CLAMOR.] Nota probati ſermonis acclamatio. Orpheus ſive Onomacritus, Argonauticis.

> ὡς ἔφαθ᾽· οἱ δ᾽ ἄρα πάντες ἐπῄνεον.
> ἐν δ᾽ ἄρα φωνῇ
> Λαὸς ἐπερρόθεεν Μινύαις ἐπικοίρανον
> εἶναι Ἀλκείδην.

116. PORREXERE MANUS.] Adfectus ferè omnes manibus protentis ſignificantur. Dolor apud Cebetem Tabula:

οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίρειν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν ἐκπεπτακότες τὰς χεῖρας.

Hic ſignum Favoris, acceptæ ſententiæ, opisque promiſſæ eſt. Lucanus lib. I. Pharſaliæ.

> *cuncta ſimul aſſenſere cohortes,*
> *Elatasque altè quæcunque in bella vocaret*
> *Promiſere manus.*

Xenophon. Anabaſi. V. teſtis manus protenſionem injunctam ad ſignum probatæ ſententiæ.

καὶ ὅτῳ δοκεῖ, ἔφη, ταῦτα, αἰρέτω τὴν χεῖρα, ἀνέτειναν πάντες.

Protendebant manum dicturi. Apollonius libro I. Argon.

> Δεξιτερὴν δ᾽ ἄμα χεῖρα ταρύσσατο,
> φωνήσαντι.

Erigebant dexteras milites ad ardorem pugnandi indicandum. Henricus Huntingdonienſis libro I. Hiſtoriarum. *Sic loquutus erexit dexteram cunctisq; tollens ad ſidera clamorem exercitus dextris erectis infremduit, & in ipſo clamore miſcentur hoſtibus.* Indicabat Imperator manu ſilentium, ut vides apud Heliodorum libro X. Innuitur manu protenta pax. Appianus Parthico: *Tum Surena cum optimatibus paullatim accedens ad tumulum arcum laxavit, & protendit dexteram, invitabatque Craſſum ad fœdera, dicens inviti eum Regis potentiam expertum.* Manum dabat qui ſe dedebat ut victum. Anna Comnena Alexiados libro VIII.

ὁ δὲ ἀρχισατράπης μυχούμετ τοῦτον καὶ πάλαι γινώσκων καὶ τοιαύτης ἀναγνωρίσεως, ἀποβὰς τοῦ ἵππου μεθ᾽ οὗ ἔτυχε προσελθὼν ἔφη· μὴ προέχετε τῆς σῆς σωτηρίας τὸν θάνατον, ἀλλὰ δίδοθι τὴν χεῖρα καὶ σώζου. ὁ δὲ μὴ πρὸς τοσούτους ἂν τύχειν εἶναι δυνάμενος δίδωσι χεῖρα τῷ μυχούμετ. Vide Xenophontem παιδείας. IV. Alia erant quæ manuum geſtibus indicare poterāt, ut numerum duorum eligendorum præſignat Roſcius, apud Dionem libro XXXVI. quod ad numerandi per digitos rationem pertinet, de qua Beda Angloſaxonum præſul in Libro de Ratione Temporum; cujus generis numerandi mentio poſt Juvenalem Sat. X. Quintilianum lib. I. Senecam Epiſt. LXXXVII. Tertullianum Apol. Sidonium lib. IX. Epiſt. X. Auguſtinum de Civit. Dei lib. XIIX. c. LIII. Hieronym. in Jovinian. Nicarchum. II. Antholog. Plutarchum, Plinium, Macrobium, Appuleiū, ut ab alijs quoq; nominatos etiam pones Martianum Capellam initio libri VII. *Digitis vero virginis recurſanteis & quadam incomprehenſa mobilitatis ſcaturigine verniculati. Quæ mox ingreſſa ſeptingentos decem & ſeptem numeros complicatis in eos digitis Iovem ſalutabunda ſubrexit.* Omnem ordinem à Decem uſque ad Mille Millia ære inſculptam expreſſit Pariſijs eleganter ad Bedæ præſcriptū An. MCCCCCXLIV. *Iacobus Bogardus*, quæ in noſtris Conditorijs pictura ſervatur.

118. NODAVITQUE ADAMANTE COMAS] Iis nempe opus erat in tergum rejectis ad expeditionem cujuſcunque negotij. Quare veteres ferro nodatis comis plerumq; procedebant, qui quidem pendulis utebantur. Exempla habes apud Varronem libro VI. de

Lingua

Lingua Latina. Manilium libro V. Silium libro IIII. Statium Thebaid II. &c.

119. POSCIT.] Ab ripa ipſius funeſtam pinum poſcit. *De Phlegetonte* vide Platonem cum ſuis ſibi interpretibus in finem Phædonis, & Mythologos.

122. PIGRAQVE VELOCES.] Mos Poetarum contraria jungere. Horatius. *ardentem frigidus Aetnam Inſiluit* Eſtq; erectio languentis Orationis, non ſecus atque Medici ajunt, contraria contrariis curari. Vegetius Veterinar. lib. I. cap. XI. &c.

123. EST LOCVS EXTREMVM PANDIT QVA GALLIA LITVS.] De Vlyſſis in Galliam itinere deque hoc loco non recoquo ea quæ dudum notarunt docti viri, Stephanus Forcatulus Galliæ Philologicæ libro VII. Brodæus lib. III. Miſcellaneorum, capite IV. aliique recentiores talium locorum & fabularum excuſſores. Haud dubium vero Galliam ideo nominare Claudianum, quod exinde ducti natales Rufino. Zoſimus lib. IV.

τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένων ἐν τιμῇ κατ' ἐξαίρετον ἤγετο Ρουφῖνος Κέλτις τὸ γένος.

Extremam Galliam dicit Oceano finitimã. Paulinus lib. I. Martini.

> *Sed cum funeſtus toto ſæviret in orbe.*
> *Error, ut extremos peterent hæc crimina Gallos.*

124. OCEANI PRÆTENTVS AQVIS.] Cinctus Oceano. Homerus Odyſſ. XI. ubi mirifica comminiſcuntur Explanatores, quæque numquam forte in mentem Poetæ venerunt. *Prætentus* cinctum ſonat. Avienus Orbis Ambitu:

> *Oceani Eoi prætento denique Bacchus*
> *Littore, & extrema terrarum victor in ora*
> *Ducit laurigeros poſt Indica bella triumphos.*

Virgilius libro III. *Sicanio prætenta ſinu jacet inſula contra Plemmyrium undoſum.* Idem libro VI. *penituſque repoſtas Maſſylûm gentes, prætentaque Syrtibus arva* circumfuſa interpretatur Servius. Paulinus Junior, De Martino lib. II.

> *Nec prætenta poteſt tranſire obſtacula Lector.*

Joannes Caſſianus lib. VII. de Incarnatione Domini, *quod evenire his ſolet, qui cum pelagus jam evaſerint, aut prætentas portibus Syrtes aut vicina littoribus ſaxa formidant.* Eſt prætendere propugnare Tertullianus de Pudicitia, cap. XVII *Provoca ad Apoſtolicam aciem eum aſpice Epiſtolas ejus, omnes pro pudicitia, pro caſtitate prætendunt, omnes in luxuriæ & laſciviæ & Libidinis jaculantur negotia.* Id eſt velut clypeum prætendunt.

125. SANGUINE LIBATO.] Neceſſario more ad evocationem umbrarum. Homerus.

> τοὺς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε ἔθνεα νεκρῶν
> Ἐλλισάμην τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα
> Ἐς βόθρον ῥέε δ' αἷμα κελαινεφές· αἱ δ' ἀγέροντο
> Ψυχαὶ ὑπὲξ ἐρέβευς νεκύων κατατεθνειώτων.

Sæpiùs mentio apud cæteros Poetas Latinos Græcoſque aliquotiens Lucianum, &c. Sacrificiorum omni genere divina mandata æmulatus eſt illudendo miſeris hominibus ante manifeſtatam Veritatem Satanas, de quibus vide eruditiſſimum & eloquentiſſimum ſcriptorem Arnobium libro VII. Judæorum autem indicia venturæ veræ hoſtiæ erant, quę ſanguine ſuo mundum redimeret, ut luculenter docet tota ſeries Scripturæ, & divinus Liber Mornæi cap. XXX. de V. R. C.

126. POPVLVM.] Omne genus. Nam apud Homerum legitur agminatim animas per bothrum adveniſſe.

128. SIMVLACRA PALLIDA.] Vmbras mortuorum quas fingebant miris formis veteres. Ovidius. *Perſequar & vultus oſſea forma tuos* Lucretius libro I.

Et ſi prætereà tamen eſſe Acheruſia templa
Ennius æternis exponit verſibus edens,
Quo neque permanent animæ, neque corpora noſtra,
Sed quædam ſimulacra modis pallentia miris.

Virgilius lib. VII. *Multa modis ſimulacra videt volitantia miris atque imis Acheronta affatur Avernis.* Sic cæteri Poetæ. Reapſe vero miris modis; nam in nullo eorum colore agnoſcunt tamen pallorem: De Marathone ſimilia tradidiſſe Pauſaniam obſervat Hieronymus Magius, Miſcellaneorum libro IV. cap XVII.

130. INFECIT RADIOS.] Patia in raptu Proſerpinæ, & apud Senecam Furente. Præterimus merito ut pervulgata.

131. BRITANNIA.] Vtpote vicina illi Galliæ loco. Illæ oræ olim fabuloſæ habitæ & factæ: Vt Oceanum ipſum terram ambientem ab Homero fictum dicere eſt auſus Herodotus.

132. REVOLUTAQUE THETYS.] Surſum verſum, contra æſtum venientem retroacta. Norant veteres cauſſas potius hujus Lunaris refluxionis quam docere poterant. Noſtro autem ævo ſunt qui ſigillatim omnia inquiſiverunt. Quos vide, ut & Scortiam de Nilo lib. 2. c. IX. Ita Claudianus alibi.

Thetyos alterna refluas calcavit arenas:

Varro libro VIII. de Lingua Latina. *Sed quid plura de aſtris ubi difficilius reperitur quid ſit aut fiat in motibus diſſimiliter. An in mari credo motus non habent diſſimilitudines geminas qui in XXIV. horis Lunaribus quater ſe mutant. At cum ſex horis æſtus creverunt totidem decreverunt, rur us iidem.* Vide Philoſtratum, lib. V. cap. I. Apoll. Stobæum Phyſicis. Baſilium Hexaemer. VI. Pulcerrime Lucanus hinc illuſtrandus libro I.

Quaque jacet littus dubium quod terra fretumque
Vendicat alternis vicibus, cum funditur ingens
Oceanus, vel cum refluis ſe fluctibus aufert,
Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet
Deſtituatque ferens; an ſidere mota ſecundo
Thetyos unda vagæ Lunaribus æſtuet horis:
Flammeus an Titan ut alenteis hauriat undas
Erigat Oceanum, fluctuſque ad ſidera collat
Quærite, quos agitat mundi labor; at mihi ſemper
Tu, quæcunque moves tam crebros cauſſa meatus,
Vt ſuperi voluere, late

Pomponius Mela libro III. cap. I. *Oceanus ingens & infinitum pelagus & magnis æſtibus concitum, ita enim motus ejus appellant, modo inundat campos modo late nudat ac refugit, nec ad alios aliosque invicem, neque alternis acceſſibus nunc in hos nunc in illos impetu verſum, ſed ubi in omnia littora, quamvis diverſa, terrarum inſularumque ex medio pariter effuſum eſt, rurſum ab illis colligitur in medium & in ſemetipſum redit, tanta vi ſemper immiſſum, ut vaſta etiam flumina retrò agat, & aut terreſtria deprehendat animalia, aut marina deſtituat.* Honorius Auguſtodunenſis de Imagine Mundi libro I. cap. XL. *Aeſtus Oceani id eſt acceſſus & receſſus Lunam ſequitur, cujus aſpiratione retro trahitur, ejus impulſu refunditur. Quotidie autem bis effluere & remeare videtur. Cum Luna creſcente creſcit, cum decreſcente decreſcit: Cum Luna eſt in Æquinoctio majores Oceani fluctus ſurgunt, ob vicinitatem Lunæ. Cum in Solſtitio, minores, ob longinquitatem ejus. Per decem & Novem annos ad principia motus & paria incrementa, ut Luna revertitur.* Vide ſis Naturalia inquirenteis alios. Cæſarem, libro III. de Bello Gallico. Ciceronem libro III. de Natura Deorum, &c. De fluvio *Inde* paria ſcribit Arrianus libro VI. Anabaſeos. Mirum verò & obſervandum quod Ariſtoteli traditum nullum animal niſi recedente Oceani æſtu exſpirare, quod ut in homine tantum compertum reſtringitur a Plinio lib. II. cap. XCVIII

133. RHE-

133. RHENUS PROJECTA TORPUIT UNDA] Sic Noſter, uno omnes excepto Belgæ, Scaliger, Aldus, Bentiniani, aliique Libri. At Claverius de Cujacianis edit *urna*; quem unus Belga juvat hactenus ut in margine ita referat. Ego vero tot Codicum ſcripturam bona ratione nixam non mutaverim; quam hauddubio mutavit is qui non intellexit, planiorem illam alteram commode ſubſtituens. At vero cum Rhenus aquas ſuas ſi quis alius fluviorum deorſum agat, miraculum facit Claudianus ipſa illa profluа aqua obtorpuiſſe, non ſecus atque mare æſtui jam imminens, & littora inundaturum. Juvat Etymon Rheni, quod Germanis intro verſum vel deorſum ſignificat, & notarunt docti ad Taciti Germaniam. Et ne quis de locutione diſputet, pariter integri ævi, ſummique ingenii Poeta, Valerius Flaccus libro VIII. Argonauticon.

Iamque alta cecidere juba, nutatque coactum
Iam caput, atque ingens extra ſua vellera cervix.
Ceu refluens Padus, aut ſeptem projectus in amneis
Nilus, & Heſperium veniens, Alphaus in orbem.

Alterum ſimilime extulit Sidon. Anthemio:

Terretur veniente Dea, manibuſq; remiſſis
Remus & urna cadunt

135. SEVERAS.] Seniles, Senes enim κατὰ πάντας ſeveri, ſupercilioſi, querulı, rixoſi. Horatius.

Multa ſenem circumveniunt incommoda, vel quod
Quarit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti:
Vel quod res omneis timide gelideque miniſtrat,
Dilator, ſpe longus, iners, aviduſque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti,
Se puero, caſtigator cenſorque minorum.

Cujus primum hunc verſum, ut alia innumera, expreſſit Juvenalis. Sat. X. *circumſilit agmine facto Morborum omne genus*

136. FICTO LANGUIDA PASSU.] Qualis ætate affectorum gradus. Serpere ſenes, non incedere ait Euripides Bacchis.

137. INVADIT.] Vadit in mutos. Figura ſermonis quam ſupra notavimus. Sic Apuleius libro V. *Nec Deus amator humi jacentem deſerens involavit proximam cypreſſum deque ejus alto cacumine ſic eam graviter commotus affatur* Vel ad violentiam impiiſſimi monſtri. ut Virgilius.

Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.

Idem Appuleius libro VI. de Latronibus: *puellaque ſtatim diſtenta vinculis cœnam quam poſtrema diligentia praparaverat, infelix anicula ferinis invadunt animis.* Priore loco de Cupidine loquitur Appuleius, cujus quidem integra illa de Pſyche fabula utcunque à Mythologis explicetur, revera tamen dedita opera anilis efficta quoque eſt aniliter, multiſq; partibus à legitima rerum, quas per nebulam tractat. dignitate peccat, neq; veræ Philoſophiæ ſive Platonicæ ſive alterius cujuſcunque ordinem ſervat, ut in Characterum Commentatio plene doceamus.

137. ELVSÆ.] Civitas Galliæ provinciæ Novempopuloniæ, quondam nobiliſſima, notior etiam, hæc ſcribente Claudiano, patria Rufini hujus Hodie *La ville d' Euſe en Gaſcogne.* Vide quæ ſuper ea notarunt Joſephus Scaliger Auſonianarum Lectionum libro II. cap. VII. & in Notitia Galliæ de Vocabulis apud Cæſarem minus intellectis, Sirmondus ad Sidonium libro VII Epiſt. VI. Eodemque loco Joannes Savatonius. Andreas Schottus ad Libellum Provinciarum Romanarum adjecto Antonini Itinerario, Brantius ad Cæſarem III de B. G. quorum notis addere quicquam ſane nunc placet.

138. OCVLIS LIVENTIBVS.] Ex Invidiæ Ovidianæ deſcriptione. Illud vero vitium

tium ex oculis ipſis mortalium apparet. Ovidius.

Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parva dedit, &c.

Eugenius Toletanus Præfat. Opuſculorum.

Obliquum noſtra viſum qui figis opella
Si mihi rite placet, qua tibi Cara manet?

139. TVNC TALIA.] τὸ *tunc* collectionem quampiam ſpiritus inſinuat, antequam oratio aliquid proponat. Sæpius ita Virgilius *Tunc ſic orſa loqui vates.* lib. VI *Tunc Venus, &c.* Qualia curioſe obſervanda apud Poetas fugiunt vulgus.

140. FRVSTRAQVE JUVENTÆ CONSVMIS FLOREM.] Ipſam vitæ ἀκμὴν, ſummum decus, tempuſque nobiliſſimum. Ætatulam vocat Appuleius hunc florem, quia breviſſimum vitæ tempus habet in ſeſe, ad apicem aut aſcendens cæteroqui aut deſcendens. Florem vocant Græci, & Latini. Vide Ovidium libro X. Curtium lib. VII. Portium Latronem modo non Latrocinetur id nomen, & Portius ſi r merus de novo ſterquilinio is ſcriptor, in Catilinam, Focam præfatione Vitæ Maronianæ. Manilium libro III. Ciceronem fragmentis carminum, Lucretium libro IV. Tibullum lib. I. Martialem lib X. Flos etenim cujuſque rei vigor ſummus. Clearchus apud Athenæum lib. XIII.

οὐδὲ παρθένων τῶν χρυσοφόρων, οὐδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πέφυκε, ᾗ γὰρ αἰδὼ ἄνθος ἐπιπρέπει. Manilius, libro IV.

toto nihil eſt æquale ſub ævo Perpetuoſq; tenet flores

Appuleius Poematis.

Aetatis florem floribus ut decores.

Papinius Achill I.

primumque imbelli carcere perdes Florem animi.

141. PATRIIS ARVIS.] *Eluſa* nimirum. Noſter Codex male *armis.*

142. SIDERA DONENT.] Fingit Furia Chaldæum aliquem aut aſtriſpicem, ut ex ſequentibus clarum. Sidera & numina capi valent. Auctor Ætnæ.

non eſt tam ſordida divis
Cura, nec humanas fas eſt demittere in arteis
Sidera, ſubducto regnant ſublimia cœlo.

Sic *Cœlum*, Deum ſonat. Petronius. *nemo cœlum putat, nemo juſiurandum ſervat.* Claudianus noſter Bello Getico.

quis jam poſt talia ſegnis
Ambigat, aut cœlo nolis parere vocanti.

Et Olympus. Idem eodem Poemate.

ſi temnis Olympum
A magno Stilicone cave

Potius tamen de influxibus loqui fingitur; ſuperſtitioſæ enim improbitatis hominem ſuis artibus ad facinora nefaria illicit; ut apud Tacitum Hiſtor. I. *urgentibus etiam Mathematicis dum novos motus & clarum Othonis annum obſervatione ſiderum affirmant.* Tria Verba poſuit quibus omnem de Eventibus humanam Speculationem Philoſophia complexa eſt. Fata quæ ſunt Stoicorum. Sidera, ſeu Deos, quæ Academicorum pluriumque eo redeuntium ſcita faciunt. Fortunam, quæ Epicuræorum, & ejus gregis cæterorum, de quibus junctim Seneca ſcribit ad Lucilium Epiſtola XVI.

143. TOTI DOMINABERE MVNDO SI PARERE VELIS.] Vnus ſolus Belgicorum liber *dotabere*, cæteri omnes veritatem ſervant lectionis vulgaræ. Et ſimile acumen apud Tacitum primo Hiſtoriarum. *Nil deerat Otho protendens manus adorare vulgum, facere oſcula, & omnia ſervilia pro dominatione.* Neque abit quod de Cæſare ſcribit Dio Caſſius lib. XXXVII. parum ſollicitum fuiſſe quorſum ſe demitteret, quamque humilitatem præ ſe ferret, modo per eam potentiam augeretur. In hoc autem loco Taciti, jactatio baſiorum non alia eſt quam ea quam manu

ori

ori ad mota repræſentamus hodieque cum eo geſtu cuipiam baſium reverentiæ, quod apud veteres habebatur, indicio velut ſpondemus. Nam & hoc erat cultus genus, & quidem etiam divini. Minutius Felix Octavio. *Cacilius ſimulacro Serapidis denotato, ut vulgus ſuperſtitioſius ſolet, manum ori admovens oſculum labys impreſſit.* Atque ita capiendum quod apud Ciceronem aliosque occurrit. *Iactare baſia* Phædrus ita Fabula LXXXVIII.

> *In plauſus conſurrectum eſt, jactat baſia*
> *Tibicen, gratulari fautores putat.*

Martialis lib. I. Epigramm. III.

> *Audieris cum grande ſophos, dum baſia jactas*
> *Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.*

Quibus locis viſe doctorum Commentaria.

144. PRÆSCIVS ARDOR.] Flammæ divinæ particula. Non enim humanarum virium præſcientia futurorum. *Ardorem* dixit, quia Deus Igneum quippiam Pagani ſciſcebant. Conſenſu etiam Veritatis Literarum. Martianus Capella lib. VI.

> *divumque hominumque ſacer Nûs,*
> *Celſior una Iove, flammantis circulus æthra*
> *Tuque ignis flos es, eluis & γλαυκῶπις ἀθήνη.*

Prudentius. *Deus igneæ fons animarum.* Idem. *Sic ignis æternus Deus Nam Chriſtus ignis verus eſt.* Ideoque ardor ille Claudiano dicitur, ut ab igne deſcendens. *Fons* enim Deus eſt animarum, & facultatum divinarum quæ eam contingunt. Vide Macrobium libro I. in Somnium Scipionis cap. XIV. Ita à Deorum cultu vaticinia petebantur, vide Jamblychum libro I. de Vita Pyth. cap. XXIIX. quæ utique divinitatis faventis indicia æſtimabantur. Lucian. Dial. cum Heſiod.

144. INEST.] *Adeſt.* Sic alibi *amethyſtus ineſt*

Valerius Flaccus lib. VI.

> *Tertius unanimis veniens cum millibus Auchus*
> *Cimmerias oſtentat opes, cui candidus olim*
> *Crinis ineſt, natale decus*

Virgilius:

> *Minotaurus ineſt Veneris monumenta nefanda.*

145. QVO THESSALA CANTV.] Theſſalia ſtudiis Magicæ deditiſſima, & ejus gentis incantationes celeberrimæ. Vide Apuleium lib. I. & II. Ariſtophanem, Euripidem, Horatium, Lucanum, Prudentium, Propertium, Tibullum, Sidonium, & immane vulgus aliorum. Herbis ad hoc genus præſtigiorum commodis abundare Theſſaliam ſcribit Theophraſt. & notarunt jam dum alii.

146. ERIPIAT LUNARE JUBAR.] Cœlo detrahat. Lunam enim cœlo detrahi carminibus Magicis credebant. Soſiphanes Meleagro apud Scholiaſtem Apollonii libro III.

> Μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς κόρη
> Ψευδὴς Σελήνης αἰθέρος καταιβάτις.

Auctor Carminis de Defectu Lunæ, quod primus publicavit Turnebus libro XIX. cap. III. Adverſ.

> *Non illam, ut populi credunt, nigrantibus antris*
> *Infernas ululans mulier prædira ſub umbras*
> *Detrahit altivago è ſpeculo*

Cleomedes libro II. cap. V.

τούτοις ἐξῆς τὸν περὶ τῆς ἐκλείψεως αὐτῆς ποιησόμεθα λόγον, ὅπως μὴ παραπλησίως ταῖς γρᾳδίοις καὶ ἡμεῖς δοξάσωμεν, ὁπόταν ἐκλείπῃ ἡ Σελήνη ὅτι φαρμακίδες εἰσὶν αἱ καθαιροῦσαι αὐτήν.

Auctor Adagiorum Vaticanorum, Centur. I. Adag. LXXI.

ἐπὶ σαυτῷ τὴν Σελήνην καθαιρεῖς. Ἀσκληπιάδης φασὶ τὰς Θετταλὰς ἐκμαθούσας τὰς τῆς Σελήνης κινήσεις παραγγέλλειν, ὡς ὑπ᾽ αὐτῶν μέλλοι κατάγεσθαι. τοῦτο δὲ πράττειν οὐ χωρὶς αὐτῶν κακώσεως, ἢ γὰρ καταθύειν τῶν τέκνων, ἢ τοῦ ἑτέρου τῶν ὀφθαλμῶν ἀπολύειν.

PLanius in Claudiano ſcripſeris Deripiat cœleſte iubar Vt Virgilius Georg. II.

Celaque prælorum fumoſis deripe tectis.

Lucretius libro VI. derumpere dixit

deruptaque ſaxa
Multaque ſub tergo terrai flumina tecta
Volvere vi fluctus ſubmerſaque ſaxa putandum eſt.

Notarunt plura qui de Magis congeſſerunt. Etiam Gallicè nuper Lancræus Præſes Burdigalenſis lib. I. cap. III. hoc loco producto & Poetarum aliis collato.

147. SIGNA SAGACIS ÆGYPTI] Characteres, Hieroglyphicæ notæ, varia rerum indicia quæ vulgus obſcuris ductibus figurarum conſignata, etiam cum edita eſſent, fallerent. *Sagacem Ægyptum* propter omnium fere artium initia inde petita nuncupat, hærentia nimirum ibi à primorum Patriarcharumque Iudæorum cultu, unde mater artium dicitur à Macrobio libro I. Saturn. cap. XV. Idem in Somnium Scipionis lib. I. cap. XIX. *Ciceroni Archimedes & Chaldæorum ratio conſentit, Plato Ægyptios omnium Philoſophiæ diſciplinarum parentes ſecutus eſt.* Arcanarum rerum magiſtra Ammianus libro XXII. multis, multis etiam Strabo libro XVII. Verſutia & ſagacitas notabilis. Suida Δεινός.

δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς αἰγύπτιοι ἐπὶ τῶν σφόδρα πανουργούντων, τοιοῦτοι γὰρ οἱ αἰγύπτιοι.

Gellius lib. XI. cap. XIIX. *apud veteres Ægyptios, quod genus hominum conſtat & in artibus reperiendis ſollertes exſtitiſſe, & in cognitione rerum indaganda ſagaces, furta omnia fuiſſe licita.* Religioſi quidem ea gens natura. Iſocrates Encomio Buſiridis.

μάλιστα δὲ ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν τὴν εὐσέβειαν αὐτῶν ἄξιον, καὶ τὴν περὶ τοὺς θεοὺς θεραπείαν & reliqua ibi legenda. Et Poetæ. Eunapius Proæreſio. ἐπεὶ τά γε κατὰ ῥητορικὴν ἐξαρκεῖ τοσοῦτον εἰπεῖν ὅτι ἦν Αἰγύπτιος, τὸ δὲ ἔθνος ἐπὶ ποιητικῇ μὲν σφόδρα μαίνονται, ὁ δὲ σπουδαῖος ἑρμῆς αὐτῶν ἀποκεχώρηκεν.

Superſtitioſiſſimi, ut ubique omnis generis ſcriptores teſtantur. Quare, licet Aegyptus domicilium Sapientiæ habeatur. Nicefurus Gregoras lib. VIII.

ἡ δὲ σοφία καὶ αὐτὴ πολλαῖς ταῖς ἀποικίαις ἐχρήσατο, αἰγύπτιος μὲν αἰτῆς, φασὶν, ἡ πρὶν ἑστία, εἶτα πρὸς πέρσας καὶ χαλδαίους διέβη.

Ipſique Aegyptii fama ſapientiæ inclyti. Cedrenus.

. εἰκότως οὖν ἐκ παραλλήλου, καὶ τῶν πάλαι γεγενημένως ἀρίστων σοφῶν ἐμνήσθη καὶ τοὺς Αἰγυπτίους προστέθεικεν, ὡς δοκοῦνται παρὰ πᾶσιν εἶναι σοφούς τε καὶ φρονίμους, &c.

Pauci tamen non vituperant mores ingeniumque eorum, malignitatis, invidentiæ, levitatis, contraq; inconſultæ pervicaciæ. Ammianus libro XXII. *Ægyptii venere complures, genus hominum controverſum & aſſuetudine perplexius litigandi ſemper lætiſſimum, maximeque avidum multiplicatum repoſcere. ſi compulſori quicquam dederit, ut levari debito poſſit.* Qui eodem libro eleganter *repoſcentes*, & *ſacramentorum irritos inficiatores* ſcribit his verbis: *Homines Aegyptii plerique ſuſculi ſunt & atrati, magiſque mœſtiores, gracilenti & aridi* ad

ad ſingulos motus excandeſcentes, & repoſcones acerrimi, &c. Molles prætetea pethibentur, innumeris auctorum teſtimoniis. Litigioſi. Ammianus, verbis modo aſſcriptis. Superſtitioſi Juſtinus libro I. &c. Latrociniis infames. Ammianus fine lib. XXII. Heliodorus Æthyopicis. Suida.

βυλεύσεται κἂν ἐν αἰγύπτῳ τυχεῖν μᾶλλον ἢ κεῖται κακῶς ὡς ἐπὶ κατάρας, ἐπεὶ ὡς λῃστευομένη διεβάλλετο ἡ αἴγυπτος.

Gens eſtiænis legibus pugnax. Tacitus Hiſtor. I. *viſum expedire Aegyptum provinciam aditu difficilem, annona fœcundam, ſuperſtitione ac laſcivia diſcordem & mobilem, inſciam legum, ignaram magiſtrâtuum domi retinere.* Proditores. Hirtius de Bell. Alex. *Aegyptii, aptiſſimum genus ad proditionem* Seditioſi, novatores. Vopiſcus Saturnino. *Sunt enim Aegyptii, ut ſatis noſti, viri venteſi, furibundi, jactanteis, injurioſi atque adeo vani, liberi, novorum rerum uſque ad cantilenas publicas cupientes.* Curtius lib. IIII. *Aegyptii vana gens novandis quam gerendis aptior rebus.* Imbelles. Niceforus Gregoras libro IV.

μηδὲ γὰρ εἶναι τοὺς αἰγυπτίους ἀγαθοὺς τὰ πολέμια ὅτι μὴ δειλοὺς ὡς τὰ πόλλα καὶ ἀνάνδρους.

Gulielmus Neubrigius Hiſtor. lib. II. cap. XXIII. *ſub rege Noradino regnum affectanteis Aegypti, eo quod Ægyptii opulentia quidem clari, ſed armis minus acres viderentur.* Invidi: Philo contra Flaccum: *Aegyptii rumpebantur invidia, quod ipſis nativum eſt vitium, & alienam felicitatem ſuum interpretabantur infortunium.* Perfidi. Florus lib. IV. cap. II. *Tandem receptus à claſſicis ſuis undique ſimul Aegyptios adortus, debellata perfida gente juſta generi manibus dedit.* Hinc αἰγυπτιάζειν malum malignumque eſſe proverbio locum fecit. Euſtathius ad Dionyſium Alexandrinum. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nebulas.

αἰγυπτιάζειν τὸ πανοῦργα πράττειν:

De Magicis eorum, de quibus hoc loci Claudiano ſermo, notum ex libro II. Moyſis, aliiſque ſacrarum litterarum locis. Lucanus libro VI.

Tunc Babylon Perſæa licet, ſecretaque Memphis
Omne vetuſtorum recolat penetrare magorum
Abducit ſuperos alienis Theſſalis aris.

Arnobius libro I. *Clandeſtinis artibus iſta omnia perfecit, Aegyptiorum ex adytis angelorum potentium nomina, & remotas furatus eſt diſciplinas.* Vide dictum Commentarium noſtrũ. *Babylonem* Perſæam dicit Lucanus quæ condita eo nomine in Ægypto erat à Cambyſe, ad differentiam alterius, de qua Diodorus Siculus libro I. Honorius Auguſtodunenſem, Gulielmus Tyrius lib. XXIX. cap. V. Vitriacus libro I. cap. XCV. Gulielmus Neubtingenſis libro II. cap XXIII. Lucani locum male vulgo capiunt, ut & Memphin cum altera Babylone confundunt. Signa Claudianus ſacram ſcripturam Ægyptiorum nuncupat, erat enim duplex myſtica & profana, auctore Herodoto libro II. Sacræ erant effigies, ſigna, ſculpturæ. Plinius libro XXXVI. cap. VIII. *Etenim ſcalpturæ illæ effigieſque, quas videmus Aegyptia ſunt littera.* Vitruvius libro I.

GENS CHALDÆA.] Magicis ſacrificiis tum quoque celebris. Conſ. Hon. de Marco Imperatore.

Tunc contenta polo mortalis neſcia teli
Pugna fuit, Chaldæa mago ſeu carmina ritu
Armavére Deos, &c.

Alibi quoque, & expreſſit Apollinaris Sidonius. Vt recte ſcribuntur nomina ejus auctoris etiam Mediolanenſi Editione priſca volente Anni MCCCCLXXXIIX. Porro quod modo de Babylone Ægyptiaca monui ad Lucani captum facit etiam ad Lucretii verſus intelligendos ex libro V.

Vt Babylonica Chaldæam doctrina refutans

Aſtrologorum artem contra convincere tendis.

Hic Babylonica Memphiticam ſeu Aegyptiacam artem deſignat, Chaldææ, quæ & ipſa Babylonica alioquin, & fruſtra eſt doctiſſimus Caſaubonus ad librum I Laertii ſuper his verſibus, tantum enim abeſt ut Chaldæos alios à Babyloniis philoſophis ſcribat Strabo, ut ipſos Babylonios philoſophos Chaldæos dictos tradat eo quem nominat Caſaubonus libro XV.

ἀφώριστο δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ κατοικία τοῖς ἐπιχωρίοις φιλοσόφοις, τοῖς χαλδαίοις προσαγορευομένοις οἱ περὶ ἀστρονομίαν εἰσὶ τὸ πλέον.

Addit quidem Strato.

προσποιοῦνται δέ τινες γενεθλιαλογεῖν, οὓς οὐ καταδέχονται οἱ ἕτεροι.

Sed ideo Chaldæi non minus Babylonii ſunt licet pars eorum genethliacen ſtudens à cæteris non probetur, nec minus Babylonii ſunt Chaldæi. Et de toto genere ſeu gente Lucretium loqui manifeſtiſſimum eſt. Giſanius non bene mutat lectionem, Lambinus verò vulgata loquitur, neque modum tangit. Nec tamen valde pugnaverim ſi quis Chaldæos non ex gente ſed arte nominatos, & ita diſtinctos velit pertendere, in quam rem venit locus Ciceronis quem non inepte, illuſtravit Muretus libro XV. Variarum. cap. VI.

149. FLVENTEIS ARBORIBVS SVCCI.] Primum numen; nobiliusq; nutrimentum generis humani Arbores poſt in abuſum Magicarum præſtigiarum venit. Plinius lib. XII. cap. I. *Arborum genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſervantur, ut Iovi Aeſculus, Apollini Laurus, Minervæ olea, Veneri Myrtus, Herculi populus, Quinetiam Silvanos Faunos que & dearum genera ſilvis ac ſua numina tamquam & cœlo attributa credimus. Arbores poſtea blandioribus fruge ſuccis hominem mitigavere.* Quo Plinij loco neſcio morſum quo referri poſſit *poſteà* illud. Sanè nullum locum habet in ordine rei narrandæ, & ſcribam. *Arbores poſita* Nam poſt ſylveſtrium mentionem eas dicit quæ poſitiva fruge mitioribus ſuccis, hortorum proventu hominem delectant, aut alioqui ſylveſtribus opponuntur. *Poſitio* autem ſatio eſt ſurculorum & verbum *ponere* ei rei velut conſecratam. Columella libro III. cap. XVII. *de poſitione ſurculi non minima diſputatio fuit inter auctores, quidam totum flagellum ſicut erat mari detractum, crediderunt ſationi convenire.* Magicæ illæ præſtigiæ ex medicamentis primum ortæ. Idem Plinius lib. XXX. cap. I. *Magicā natam primum è Medicina nemo dubitat, ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe velut altiorem ſanctioremque. quam Medicinam, ita blandiſſimis deſideratiſſimiſque addidiſſe vires Religionis, ad quas maxime etiamnum caligat humanum genus. De arboribus autem pro numinibus cultis.*

151. LETHALI GERMINE] Ita edidit Claverius, ita Scaliger, eum ſecutus, ita Aldus & dubitandum non eſt eſſe veram lectionem, quamvis Sex Libri Belgæ & Noſter *gramine* legant. Quod reijcit repetitio ipſamet.

151. CAUCASUS.] In eo monte omnium Magicarum herbarum potentiſſima Prometheis naſcitur. Apollonius Argonauticôn III.

πρωτοφυὲς τόγ' ἀνέσχε καταστάξαντος ἔραζε
Αἰετοῦ ὠμηστέω κνημοῖς ἐνὶ Καυκασίοισιν
Αἱματόεντ' ἰχῶρα, Προμηθῆος μογεροῖο, &c.

Eſt & cæterarum eodem facientium feraciſſimus, notiſſima Poetarum tradita.

152. VERNANT IN GRAMINE.] Sic omnes libri noſtri, mihi tamen dubium non eſt Poetam *gramina* reliquiſſe. *Vernant in gramina,*

gramina. Sic alibi *in Lintres fregére nemus.* Tertullianus de Pallio: *Langueſcit in juventutem.* Arnobius lib. VII. *Quis in gladios formavit ferrum?* Hieronymus Epiſtol. ad Sabinianum. *Deinde curris ad paſtorum locum, & Angelorum ſtrepitu deſuper concinente, in eadem verba teſtaris.* Suetonius Tito. cap. 8. *traductos per Amphitheatri arenam partim ſubjici in ſervos ac venire imperavit.* Appulejus libro I *parce in verba iſta tam abſurda tamque inania mentiendo.* Eodem: *pone lancea ferrum puer in mollitiem decorus inſurgit.* Idem libro II. *Ecce lapis Parius in Dianam factus tenet libratam totius loci medietatem.* Eodem: *inter medias frondes lapidis Actaeon jam in cervum ferinus Dianam opperiens viſitur.* Denuo. *ſuccinũ mirè cavatum in lapidẽ ut bibas.* Deinde: *eoq; in profundam quietem ſepulto me nomine ciero non deſierunt.* Libro III. *At ego ut primum illam laciniam prehenderam, fixus in lapidem ſteti gelidus.* Ita eo loco legendum Libro IV. *jacensque in mortuum, non fuſtibus non ſtimulis, ac ne cauda quidem & auribus cruribusq; undiq; vorſum elevatus tentavit exurgere.* Eodem. *de jumenti quadrupedis incurvo gradu rurſus erectus in hominem inſpectante nullo reſurgerem* Libro V. *plerumque detortos ac duratos in lapidem digitos ejus perfricans.* Libro VI. *quodſi verè Iuppiter mugivit in bovem poteſt in aſino meo latere aliquid vel vultus hominis vel facies Deorum.* Libro VIII. *qui ſtatim exſultantes in gaudium fracta rauca & effœminata voce clamoreis abſonos intollunt.* Nec puto dubitandum de hac correctione.

153. FEROX.] Ob cædeis plurimas. Callida Circe ob doloſas hoſpitum captiones.

154. SACRISQUE LITAVI.] Vitioſum hunc locum eſſe ex variantibus ſcripturis dicas. Alij enim MSS. *levavi*, alij *litatis* alij quod aſcripſimus habent. Vulgatum retinuit Scaliger. Claverius *citavi* edidit ex optimo libro, cujus varias ad unam omnes habere vellemus. Nulla erit difficultas diſtinctione correctâ.

ſacriſque litavi Nocturnis; Hecaten & condita funera traxi.

Et ſic ſcribendum arbitramur. Quid *ſit litare* non eſt opus controverti, videantur interpretes Maroniani & Macrobius Saturnal. lib. III. capite V. *Litatis ſacris* ſit ejuſdem Maronis de libro IV.

Tu modo poſce Deos veniam, ſacriſque litatis.
Indulge hoſpitio.

155. NOCTURNIS.] Noctu enim placabatur Hecates numen, aut illa exciebatur ad Magicas præſtigias. Vide Apollonium Argonaut. III. Hanc autem omnium humanorum actuum Moderatricem, potentiſſimamq; Deam faciebant nonnulli Antiquorum, ut multis verſibus Heſiodus in Theogoniâ. Virgilius, lib. IV.

Nocturniſque Hecate trivijs ululata per umbras.

Nonnus libro XLIV.

ὦ τέκος ἠελίοιο πολύστροφε, παντρόφε μήνη,
Ἁρμαλέος ἀργυρέοιο κασιγνήτειρα Σελήνη,
Εἰ σὺ πέλεις Ἑκάτη πολυώνυμος, εἰ νυχίηδε
πυρσοφόρῳ παλάμῃ δονέεις θυασώδεα πεύκην,
ἔρχεο νυκτιπόλος σκυλακοτρόφος.

Plura Orpheus Indigitamentis, Theocritus Pharmaceutria, Lucian. Necyom. alij.

156. CONDITA FUNERA.] Fallaces mortuorum figuras. Hoc enim inter ludibria eorum quibus Satanas faſcinabat mentem, poſſe eos jam ſepulta cadavera carminibus reducere in vitam. Tibullus libro I.

Hac cantu finditque ſolum, maneſque ſepulcris
Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.

Lucianus Necyomanthia: καὶ μοί ποτε διαχυπνοῦντι τούτων ἕνεκα ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα δεηθῆναί τινος τῶν μάγων τῶν Ζωροάστρου μαθητῶν καὶ διαδόχων, ἤκουον δὲ αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τε καὶ τελεταῖς τισιν ἀνοίγειν τε τοῦ Ἅδου τὰς πύλας καὶ κατάγειν ὃν ἂν βούλωνται ἀσφαλῶς, καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν.

Aeneas Gazęus Theophraſto Pluries omne genus Poetarum, quorum fabulis talia decantatiſſima.

157. QUAMVIS PARCARUM RESTARENT FILA.] Contra fati ordinem, contra tempus vitæ præfixum. Pariter Papinius libro VIII. nonquidem de Mago aliquo, ſed rumpente vitam adhuc ſtaminibus Parçarum integris.

quin cominus ipſa
Fatorum deprenſa colus, viſoque paventeis
Augure, tum demum rumpebant ſtamina Parcæ.

Vſqueadeo nihil licentia Poetarum non conturbat.

158. IRE VAGAS QUERCUS.] Nemeſianus. Ecloga IV.

Cantavit quod Luna timet, quo rumpitur anguis,
Quo currunt ſcopuli, migrant ſata, vellitur arbor.

Mendum eſt in Petronio Arbitro, ubi paria promittit anicula. *his ego callens*
Artibus Ideo frutices in gurgite ſiſtam.
Et rurſus fluvios in ſummo vertice ponam.

Legendum *Aegeo gurgite*, quod mare notiſſimum granditate & furore. Idæus gurges, non ſunt flumina illa decantatiſſima ad montem Idam Phrygiæ, nam de fluminibus mox, & Scamandrum & Simoenta vix amnium nominibus dignos ſcribunt qui viderunt, videatur Petrus Bellonius. Pariter Poetæ alij, de translatis arboribus & ſegetibus, campo nempè in ſuo.

FLAMINA STARE.] Hæc eſt vera ſcriptura, etſi contradicant Quiuque Belgici & noſter Codex. Benè recepta Claverio & Scaligero. De Ventis pariter Petronius, qui & ipſe ſubdit flumina, vt expreſſum à noſtro ſcias.

mihi pontus inertes
Summittit fluctus, Zephyrique tacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes, mihi flumina parent.
Hyrcanaque Tigres, & juſſi ſtare Dracones.

De fluminibus Apollonius quoque libro III. καὶ ποταμοὺς ἴσχον. Vide Lucianum pluribus locis, Manilium, Valerium Flaccum libro VII. Tibullum, I. Virgilium, Theocritum, & Nemeſianum, Pharmaceutr. Ovidium libro VI. &c. Ut Apulejum & taleis taceam. Cæterum hic unus eſt toto hoc elaborato & induſtrio Poeta verſus qui ſyllabam ante ST & ſimilia corripiat; nec tamen ſine auctoritate cæterorum, ęquè vel magis etiam laudatorum *Quin ut ſequentibus libris docebimus.* Ut ſupra notatum. Quin cum cautè caverit in cæteris uno loco ſibi eruditâ Maronis imitatione permiſit, apud quem nō exſtat niſi unito itidem, ut notarunt jam pridem docti; quod de majoribus operibus dictum ſit

159. CURVARI.] Contrariam cæteris omnibus libris noſtri lectionem qui *curvanti* agnoſcit, neſcio an non probandam dicam. Non enim ſapit librarium adeo eſt eruditior cæteris.

160. LOCUTUM.] Ita libri manu exarati, & exit res ipſa In ſenem enim non anum mutavit formam Megæra. Quare non ſatis benè liber noſter *locutam*.

161. PENATEIS.] Ipſum domicilium, ipſos poſteis. Virgilius lib. VIII.

Alloquere, ac noſtris ſuccede penatibus (*hoſpes.*

Papinius libro I. *Non miſſus Thymbrae tuos, ſupplexve penateis Advenio.*

Expreſ-

658

Expreſſit autem Ovidium:

ſi poſtibus altis Admovit digitos poſtes radiare videntur.

162. METALLO.] Auro. κατ' ἐξοχὴν. Seneca. *mirantur penſa ſorores*

Mutatur vilis pretioſo lana metallo,

Aurea formoſe deſcendunt ſecula filo.

164. AVARO PASCITUR INTUITU.] Summam cupiditatem oculi velut prælibant: & partem ex re cupita ipſo intuitu hauriunt. Martialis.

Rogabit unde ſuſpicer virum mollem?

Vnà lavamur, adſpicit nihil ſurſum

Sed ſpectat oculis devorantibus Draucos.

quod, niſi quatenus obſcœnitatis abominabile, venuſtiſſimè dictum eſt. Et Lucilius de concubitu ipſo. Libro IV.

Commanducatur totum complexa comeſtque.

165. AD PRIMA.] Græcanicum. *Prima* ſubſtantivè, ut cum Grammaticis loquamur, initia ſonant, primum locum apud Maronem libro. V.

Non jam prima peto Mneſtheus, neq; vincere certo. Eodem.

Prima tenet plauſuq; volat, fremituque ſecunde.

Idem Georgico. II. *Flet ad prima tenax* hoc eſt primo loco. Tacitus Ann. IV. *quia prima provenerant volutare ſecum quomodo Germanici liberos perverteret.* Sic ad omnia, omnibus modis ſonat. Auctor. Ceiris: *Fertur & incertis jactatur ad omnia ventis*

165. TUMEBAT.] Elatus ſuperbia, ob acceſſionem tantarum opum. Peſſimè Vnus liber. *timebat.* Victor libro III. in Geneſin. ſcriptor dignus qui ad membranas recenſeatur, culpa enim primi Editoris peſſimè interpollatus eſt; & ſunt MSS. exemplaria in Galliâ, ut teſtatur Franciſcus Juretus prioribus Notis ad Symmachum.

faſtu tumefacta ſuperbo Deſpexit Dominam

Aleimus Avitus libro. V. de ficu Matthæi. XXI.

Nec vanum præſe tumefacta ſuperbia nomen Noſtra ferat.

Idem Victor eodem libro.

Ergò agite ut vetitum norint quod poſſe negatum eſt.

Iam deſcendamus, tumefactaque corda ſuperbo

Conſenſu, varij turbemus vocibus oris.

Et ſic Græci. Euripides Hecuba.

ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος

ȣ̃ πρὶν στερέντος, εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα.

166. MÆONIUS.] Midas Rex Phrygiæ. Higynus. cap. CCLXXIV. *Midas Rex, Cybeles filius, Phryx plumbum album & nigrum primus invenit.* Lydiæve, ut alij. Vel utriuſque ut Ovidius, libro XI.

Ruricolæ cæpere Phryges, vinctumq; coronis

Ad Regem duxere Midam.

Ibidem.

Lydos cum latus in agres

Rex venit, & juveni Silenum reddit alumno.

Mæonia autem *Lydia.* Stephanus.

Μαιονία ἡ λυδία, ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ. ȣ παρὰ τὴν ἀχαΐδα γῆν ῥέοντος: τὸ ἐθνικὸν μαιόνιος, καὶ Μαιονία θηλυκόν. καὶ Μαίων ὁμωνύμως τῷ οἰκιστῇ ἀφ' οὗ ἡ χώρα. Et Phrygia. Strabo. libro X. noſter. II. Eutrop.

167. REVINCTOS.] Idem eſt ac ſi *vinctos* dixiſſet. Virgil lib. XII. *recalent noſtro Tiberina fluenta ſanguine adhuc, campique ingenteis oſſibus albent.* Quod tantumdem eſt ac ſi calent dixiſſet. Atque hoc ita inolevit, ut alij pariter ſcriptoreis maluerint compoſitis uti, quam ſimplicibus, ut hoc eodem Ammianus libro XXII. *& recalet apud quoſdam adhuc, licet artis conſideratio mundani motus & ſiderum dodique ſunt haud numero pauci,* &c.

168. MUNUS ACERBUM.] Noxium, nocuum, côtrarium ſibi. Acerbum ſcriptores, acidum,

acidum, & amarum, vocant quod maximè averſantur. Vide ad Gratium.

169. INVISO VOTVM DAMNAVIT.] Fulgentius Mytholog. lib. II. cap XIV. *Mida Rex Apollinem petijt, ut quicquid tetigiſſet aurum fieret. Cumque promeruiſſet, munus in ultionem converſum eſt, cœpitque ſui voti effectu torqueri. Nam quicquid tetigerat, aurum ſtatim efficiebatur; erat ergo neceſſitas aurea, locuplesq; penuria. nam & cibus & potus rigens auri materia marmorabat. Itaque Apollinem petijt ut male deſiderata converteret. Sed evidenter Poetæ alluſerunt * argutiam illa videlicet cauſſa quod omnis appetitor avaritiæ, cum omnia pretio deſtinat fame moritur.* Notavi aſteriſco vocem quæ haud dubito quin vitio exſcriptoris luxata loco non ſuo legatur. Scribe: *Sed evidenter Poetæ alluſerunt avaritiam illâ videlicet cauſſa, quod omnis appetitor argenti cum omnia*, &c. Non enim appetitur avaritia ſed per eam argentum, neque argentum alluſerunt hac fabella Poetarum Chori, ſed avaritiam ipſam. Mythologia ipſa ſatis erudita eſt. quod dixit *locuples penuria*, Ovidianum eſt

divesque miſerque.

169. INVISO AVRO] Ovidiusque.

divesque miſerque
Effugere optat opes, & quæ modo voverat, odit,
Copia nulla famem relevat, ſitis arida guttur
Vrit, & inviſo meritus torquetur ab auro.

Scitè verò glaciem fulvam, aurum ex aqua vinove factum nuncupat, ut niveam. Cryſtallum ex eodem elemento, vel nive concretum, in Epigrammatis.

170. ANIMI VICTVS.] Maronianum Georg IV. *immemor heu, victusq; animi reſpexit.* Sic Appuleius libro IV. *Sed Pſyche Virgo vidua domi reſidens deflet deſertam ſuam ſolitudinem, ægra corporis, animi ſaucia.* Idem libro V. *Tunc Pſyche miſella utpote ſimplex & animi tenella rapitur formidine verborum tam triſtium.* Et libro IX *jam ego tibi probè ſuaſum & confirmatum animi illum amatorem acrem vadimonio ſiſtam.* Septimius libro VI. Troj. *provectæ ætatis nec invalidus animi.*

170. SEQVIMVR QVOCVNQVE VOCABIS.] Exclamatio victæ voluntatis. Virgilius IV.

ſequimur te ſancte Deorum
Quisquis es, imperioque iterum paremus ovanteis.

Prudentius.

Sequimur tua dicta redemtor
Quibus atra morte triumphans,
Tua per veſtigia mandas
Socium crucis ire latronem.

173. INSTABILESQVE OLIM SYMPLEGADES]Cyanei ſcopuli, quia fingebantur collidi Symplegadum nomen nactæ. Strabo. libro III.

χαλεπὰς γὰρ τινας μυθεύει πέτρας καθάπερ τὰς Κυανέας φασίν. Ἐξ οὗ καὶ συμπληγάδες καλοῦνται.

Erat fabuloſus harum inſularum locus Boſphorum Tracium quem petiiſſe Rufinum ſuum ſcribit Claudianus Dionyſius.

Τοῦ δ' ἐπὶ Θρηϊκίου στόμα Βοσφόρου, ὅν πάρος Ἰὼ
Ἤλασ' εἰνεσίῃσιν ἐνήξατο πόρτις ἐοῦσα.
Στεινότατος δὴ κεῖνος ἁπάντων ἔπλετο πορθμὸς
Τῶν ἄλλων, ὅσ' εἰσὶ πολυκλύστοιο θαλάσσης.
Κυανέας ὅτι μῦθος ἀναιδέας εἰνάλι πέτρας
Πλαζομένας καναχηδὸν ἐπ' ἀλλήλῃσι φέρεσθαι.

Euſtathius. ὅτι περὶ τὸν Θρᾴκιον βόσπορον αἱ κυάνεαι πέτραι εἰσὶ, κατὰ κυελωνομίαν οὕτως καλούμεναι.

Pulcrè & verè Poeticè ex his Avienus.

Hic arctas interfauceis atque obvia ſaxa
Thracius anguſtas diſcludit Boſphorus oras

Boſpho-

Boſphorus Inachiæ ſubvector virginis olim.
Nam vicina ſibi ſtant littora, terraque parci
Faucibus oris hiat, prona ſinus evomit unda.
Proxima non alibi tantum diverſia cernas
Ceſpitis. hac pecoris dorſo ſternacis in æquor
Inachis illata eſt: ſic pectus canduit irâ
Pellicis, & tanto divam dolor extulit igni.
Illic inſtabili fama eſt ſale ſaxa moveri
Inferriq; ſibi flabris urgentibus oras.
Hic rigidas errare ferunt per marmora cauteis,
Et nunc era ſoli vaſtas prætendere rupes
Nunc aperire ſinum: gemit amplo murmure pontus.
Seu quod colliſas Thetis indignata per arces
Sæviat, objectis ſeu quod brevis exitus undis.

Quibus luculentis verſibus & hiſtoriam & mythologiam complexam habes. Breviſſimè tranſit has anguſtias Priſcianus.

Threicius ſequitur poſt Boſphorus, oſtia Ponti,
Hoc nullum perhibent terras anguſtius orbis
Eſſe latus dirimens: hic ſunt ſymplegades arctæ.

De Cyaneis Symplegadibus vide Orpheum Argon. Apollonium latè libro Secundo. Valerium Flaccum, & Scholiaſtas Apoll & Theocriti.

174. THESSALICIS.] Minyarum, quo nomine cenſetur flos univerſæ Græciæ ea tẽpeſtate. Catullus.

Cum lecti juvenes Argivæ robora pubis
Auſi ſunt vada ſalſa citâ decurrere puppi.

Apollodorus libro I. ὡς δὲ ἡ ναῦς κατεσκευάσθη, καὶ χρωμένῳ ὁ θεὸς πλεῖν ἐπέτρεψε συναθροίσαντα τοὺς ἀρίστους τῆς Ἑλλάδος.

Jaſon autem expeditionis auctor Theſſalus. Valerius Flaccus.

Debitus Eois dux Theſſalus appulit oris.

174. BOSPORUS ARCE.] Probo noſtrarum & ſex ſeptem Belgicarum membranarum ſcripturam *urbe* Non enim pro Poeta noſtro repertio illa. Celſam Conſtantinopolim templorum, arciumque & Palatiorum ſplendore dicit, ut alibi de Româ.

Quæ ſeptem ſcopulis Zonas imitatur Olympi
Aemula viciniis faſtigia conſerit aſtris.

175. OTHRYSIIS.] Thraciis, quæ in Europa. Auſonius Epigramm I.

Sed carmen non molle modis, bella horrida Martis
Othryſii, Threſſaque viraginis arma retractat.

Valerius Flaccus Libro I.

Nec verò Othryſius tranſtris impenditur Orpheus.

Martialis libro VII. *nunc ludite Muſæ Victor ab Othryſio redditur orbe Deus.* Papinius libro V. *miſeri quos non aut horrida virtus Marte ſub Othryſio aut medij inclementia Ponti Hauſerit!* Elegantem Thraciæ & ſimul brevem deſcriptionem habes apud Scylacem Caryandenum in Periplis. Marcianum, alios.

177. SVBREPSIT IN AVLAM.] Malis artibus. Pariter de hærede Rufini Eutropio.

Vt primum vetulam texere palatia vulpem.

Plura infrà. *Ilicet*, quia Furiæ advenrus mores mutabat: animo ejus illapſæ, quod innuit dicens *erge animi victus*.

178. RECTVM.] Regula juſtitiæ, juris adminiſtratio nuſquam flexa. Hunc vſum hujus vocis fuiſſe Latinis familiarem docent Linguarum inde deſcendentium Idiotiſmi. Gallicũ enim *droict* quod jus ſonat, directum utiq; ſeu dextrum originem habet, & proprius Italicum *diritto*, multo etiam ad ſonum verè

 Lati-

Larinum Hiſpanicum *derecho*. Virgilius

ſi quid Vſquamjuſtitia eſt & mens ſibi conſcia recti
Præmia digna ferant.

Ductum autem abinde quod regula juſtitiæ flecti nuſquam debeat nec claudicare. Rectus enim homo claudo, Loripedique opponitur. Juvenalis Satirâ. II.

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.

Inde Rectum, ipſa juſtitia. Horatius libro IV. Carm. IV.

Doctrina ſed vim promovit inſitam
Rectique cultus pectora roborant.

179. AMBITIO NASCI.] Expulſatrix juſtitiæ. Vbi enim regnat ſine reſpectu Juris honorum cultusq; ſtudium, neceſſe eſt perverti regulam. Vnde pulcrè in Laudibus Stiliconis.

Trudis avaritiam cujus fœdiſſima nutrix
Ambitio, quæ veſtibulis foribusque potentum
Excubat, & pretijs commercia paſcit honorum.

Sic hoc loco. *Venum cuncta dari*, Ambitione ingruente. Et Petronius.

Venalis populus, venalis Curia Patrum,
Ipſaque maieſtas auro corrupta iacebat.

180. PROFERT ARCANA.] Aulæ Regnique quæ plurima, totiesque ſcriptoribus nominata, & præcipuè Tacito: Hæc vero ſceleratus homo ob pretium hoſtibus populoq; proſtituit. At Sapientiſſimè Horatius I. Epiſtolarum: *Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius umquam Commiſſumque teges & vino tortus & irâ.* Benè vino tortus. Id genus tormenti hodieque; magnatibus uſitatum, neque antiquis defuit. Idem alibi.

Regibus hic mos eſt multis urgere culullis
Et torquere mero quem perſpexiſſe laborant.

181. CLIENTEIS FALLIT.] Summum crimen hominum potentium, uſque adeò vt vix ullum à Sacris Prophetis abominabilius proclametur, quam afflictos miſerosq; homines ſe & ſua fidei alicujus committenteis, ab eo decipi, & deprædari. Hoc idem parricidio prope æquat diviniſſimus Poetarum Maro. libro VI.

Hic quibus inviſi fratreis dum vita manebat
Pulſatusve parens, aut fraus innexa clienti.

Noſter alibi laudat in Stilicone *ignarum numquam læſura clientem lib. II.* Laudum.

180. AMBITOS A PRINCIPE.] Hæc omnium ſcriptorum librorum doctorumque hominum ſcriptura eſt. Solus Claverius *indeptos* edidit, & In uno eorum Codicum quos ante Centum jam annos contulit Michael Bentinus *auditos* fuiſſe notatur. Vulgatū illud nequaquam mutamus. Puto errorem natum ex eo quod media ſyllaba productim poſita ſit. Sed hujus exceptio manifeſta eſt auctorum teſtimonijs, licet parum cognita, & contrà etiam regulam; non enim abitum reditum aut talia dicuntur. At de hoc alia res. Ovidius Metamorph. I. *Iuſſit & ambita circumdare littora terra.* Quem verſum ſine exemplo ferè & ratione poſitum voluerunt tam alij docti, tum Valens Pimpontius ad Virgilium; contra quem nititur Priſciani auctoritate Hercules Ciofanus. Priſcianus jā olim de eo diſceptum inter Scaurum, Vellejum Celerem, & Hadrianum Cæſarem ſcribit. At exemplum ne unum quidem producunt omnes. Pimpontius etiam mendoſum locum ſuſpicatur, At ſunt tamen. Ovidius. Libro XV.

Fluctibus ambita fuerant Antiſſa Pharosque.

Valerius Flaccus libro V. Argonautic.

Aſpicit Aeeta Minyas ſtupefactus in urbe
Ambitumq; ſenem, promiſſaque vellera puppi.

Epitaphium Vetuſtiſſimum V.

Fidus

Fidus amicitiæ cuſtos, ambitor honeſti
Iuſtitiæ cultor, pacis amator eras.

Martianus Capella libro. II.

Hoc quoq; Nyſiacis quod ſparſum floribus ardet,
Multiplici ambitum redimitur lumine ſertum.

Paullinus Pellæus in Euchariſtico.

& neque cauſſas
Augendi cupidus nimis, aut ambitor honorum.

Deniq; Hericus ſub Carolo Calvo bonus pro tempore Poeta, & bonorum imitator eruditus libro III. de vitâ Germani.

votis ambita piorum
Succurrit Pietas benedicte munere farris.

180. VENDIT HONORES.] Paria de Eutropio in eum. At de Rufino, & Stilicone tamen ſimul, Zoſimus.

τῆς δὲ τῶν ὅλων ἀρχῆς εἰς Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον περιστάσης, ἀμφότεροι μὲν ὀνόματος ἐδόκουν ἔχειν τὸ κράτος· ἔργῳ δὲ πᾶσα τῆς ἀρχῆς δύναμις ἦν, κατὰ μὲν τὴν ἑῴαν παρὰ Ῥουφίνῳ, κατὰ δὲ τὴν Ἑσπέραν, ἐν τῇ Στελίχωνος γνώμῃ, δίκαι δὲ πᾶσαι παρ᾽ αὐτοῖς κατ᾽ ἐξουσίαν ἐπεραίνοντο, καὶ ἀπῄει κεκρατηκὼς, ὁ χρημάτων τὴν ψῆφον ὠνήμενος, καὶ ἄλλως οἰκειότητα τὴν τοῦ δικάζοντος ἐπισπώμενος εὔνοιαν. κτήματα δὲ, ὅσα τοὺς κυρίους ἐν τοῖς ἁπάντων ἐποίει στόμασιν εὐδαίμονας ὀνομάζεσθαι, μετῄει πρὸς τούτους, τῶν μὲν δωρεαῖς θεραπευόντων, καὶ τούτῳ τὸ συκοφαντεῖσθαι διαφευγόντων, ἑτέρων δὲ τὰ οἰκεῖα προϊεμένων ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν ἀρχῆς ἢ ἄλλον τινὰ πρίασθαι τῶν πόλεων ὄλεθρον. παντὸς δὲ εἴδους πονηρίας ταῖς πόλεσιν ἐπιπολάζοντος, ὁ μὲν ἁπανταχόθεν πλοῦτος εἰς τὴν Ῥουφίνου καὶ Στελίχωνος οἰκίαν εἰσέρρει, καὶ ἡ πενία κατὰ πάντα τόπον ἐπενέμετο τὰς τῶν πάλαι πλουτούντων οἰκίας.

Sequuntur quæ horum librorum argumenta eſſe poſſunt.

181. INGEMINAT CRIMEN.] Delator hominum, quorum errata veritati additis immenſis mendaciis in prodigialia crimina apud Principem extendit. Talis Sejani animus apud Tacitum Ann. IV. *inſtando odio Tiberij in Germanici ſobolem.* Plena Hiſtoria Auguſta talibus. Pulcrè verè Titus, qui traductos per Amphitheatrum Delatores flagellis cecidit in foro, & in ſervos vēdidit, ut auctor Suetonius cap. VIII. Etiam Marcus, qui ignominia Delatores notavit, auctore Capitolino.

182. IGNEM.] Odium, iracundiamque principis. Noſter Codex *ignes*. De Utroque Affectus omnes vehementiores flammis æquari alibi probamus longis exemplis.

183. NUTRIT.] Auget conſentiendo. lib. II. in Eutropium. *Targibilus ſimulare fugam, flatusque Leonis Spe nutrire leveis.*

184. STIMULANDO VULNUS ACERBAT.] Ab equis quos ſtimulis fodiebant veteres, ut Hiſpanorum hodieque mos eſt, & partis Gallorum Belgarumque.

185. VELUT INNUMEROS AMNES ACCEDERE.] Inſatiabilem Avaritiæ gurgitem pelago comparat. Qualiter Ariſtides de Romano Imperio:

ὥσπερ τοὺς ποταμοὺς θάλαττα, κοινὸς δὲ αὐτῇ καὶ τοῦτο πρὸς θάλατταν ἐστιν, οὔτε γὰρ ἐκείνη μείζων ὑπὸ τῆς ἐμβολῆς τῶν ποταμῶν γίνεται, ὡς συνειμηχανημένον τούτου σὺν αὐτοῖς εἰς ῥεῖν αὐτὴν ἔχειν τὸ μέγεθος, &c.

Veteres enim cujus finem nullum adſequi cogitando poterant, id mari ſimilimum cenſebant, quod nullâ humanâ ope enavigari poſſe videbant. Sic Deus Optimus Maximus, immenſa potentia ei Elemento æquatur. Nazianzenus de eo.

πέλαγος οὐσίας ἄπειρον, καὶ ἀόριστον νῷ μόνῳ σκιαγραφούμενον, λίαν ἀμυδρῶς, οὐκ ἐκ τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἀλλ᾽ ἐκ τῶν περὶ αὐτόν. Joannes Damaſcenus lib. I. Orthodox. c XII

ὅλον γὰρ ἐν αὐτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον, καὶ ἀόριστον, ὥς ὁ ἅγιος Διονύσιος φησιν, ὁ ἀγαθός.

Vide Epiphanium in Anchorato. Sic aliarum rerum βυθὸς & πέλαγος. Idem Damaſcenus lib. I. cap. III. de Apoſtolis.

τῇ τῶν θαυμάτων αἰγλῇ πρὸς τὸ φῶς τῆς θεογνωσίας ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς ἀγνοίας αὐτοὺς ἀνήγαγε. Euripides Hippolyto.

κακῶν δ᾽ ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ
Τοσοῦτον, ὥστε μήποτ᾽ ἐκ νεῦσαι πάλιν.

Menander apud Athenæum libro XIII.

εἰς πέλαγος αὐτὴν ἐμβάλλεις γὰρ πραγμάτων.

Sic infinitam cupiditatem meretricis cõparat mari Plautus, pater Leporum, in Truculento. & Charybdi Alciphron libro I. Epiſt VI.

κωμάζουσι γὰρ πρὸς αὐτὴν ἢ πρὸς θάλασσαν νεολαία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει, ἡ δὲ εἰς δέχεται καὶ ἀναλοῖ, χαρύβδεως δίκην.

Alia ratione opes quoq; ipſæ, humanorum ingeniorum ludibria communiſſima meretricibus eſt, maritimis fluctibus æquiparantur, ob mobilitatem nimirum & prorſus fluctibus incertiorem inconſtantiam. Amphilochius.

τὰ δὲ χρήματα
παίζει πλανῶντα τὴν φιλόπλουτον νόσον.
Ἄλλοις ἀπ᾽ ἄλλων προσγελᾶν πεφυκότα.
πόρνης ἀπίστου τὸν τρόπον μιμούμενα,
πολλοὺς ἐραστὰς ποικίλως μοιχωμένης,
Συόντα καὶ φθέγγοντα, καὶ κυλώμενα,
Τε...οις ἐκείνοι, οὐδενὶ δὲ γνησίως,

τὸ γὰρ βέβαιον οὐκ ἔχει πλοῦτος φύσει
Λάβροις θαλάσσης κύμασιν εἰκασμένη,
Κυρτουμένοις, πίπτουσιν, ἀστάτῳ φορᾷ.

186. NESCIT.] Non ſentit. Virg. Georg I. *Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſcivere hyemem.* Cur autem mare non creſcat tot fluvijs ingredientibus cauſſam dat ex alijs Niceforu Blemmydes Phyſicis

185. VNDANTEM ISTRVM.] Ob copiã. Eſt enim cumprimis ingẽs fluvius Danubius. Jornandes Geticorum cap. XII. *Danubius in Alemanicis arvis exoriens L X. habet à fonte ſuo flumina uſque ad oſtia in Pontum vergentia per mille ducentorum paſſuum millia hinc inde ſuſcipiens flumina in modum ſpinæ, quæ coſtas ut cratem intexunt, omnino ampliſſimus eſt: qui in lingua Beſſorum Iſter vocatur, ducentis tantum pedib. in altum aquam alveo habet profundam. Hic etenim amnis inter cætera flumina immanis, omnes ſuperat præter Nilum.* Hincque in magnorum fluminum recenſione Iſtium Nilo ſubjiciunt ſcriptoreis, vt Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους cap. XXXI.

185. ÆSTIVVM NILVM.] Ab Æthiopibus oriundum, vt putarũt veteres, vel quod æſtivo tempore augetur. Heliodorus libro. II.

ἐμοῦ εἰπόντος ὡς τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ τῶν ἄκρων τῆς αἰθιοπίας ἐσχάτων ἢ τῆς λιβύης ἀναλαμβάνει, καθ᾽ ὃ μέρος τὸ κλίμα τὸ ἀνατολικὸν ἀπολήγον, ἀρχὴν τῇ μεσημβρίᾳ δίδωσιν. αὔξεται δὲ κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν, οὐχ᾽ ὥς τινες ᾠήθησαν πρὸς τῶν ἐτησίων ἀντικρὺ πνεόντων, &c.

106. SEPTENO GURGITE.] Nihil teſtarius.

187. PAR SEMPER SIMILISQVE] Et magnitudine & figura. Symmachus lib. IV. Epiſtolâ XXXIV. *expende quanto labore reſpõdeam tot ingeniorum ſublimium varietati, Nam*

pares

pares eſtis, nec tamen ſimiles. Vide inibi Scholiaſten. *Manet* autem non *meat* ſcribunt omnes noſtri MSS. Et bene ſane.

188. FLUCTIBUS AURI.] Magnis confluxibus Zoſimus,

ὁ μὲν ἁπανταχόθεν πλοῦτος εἰς τὴν ἐκείνου οἰκίαν εἰσέῤῥει.

Sic apud Plautum Pſeudolo *maria frumenti* legimus, ubi vulgo gloſſa genuinam ſcripturam infuſcat.

Hedilium tecum age qua amica es frumentariis,
Quibus cunctis monteis maximi ac maria frumenti ſunt domi.

Ita enim jactabundi loquebantur de ſuis poſſeſſionibus. Catullus.

Mentula habet juſta triginta jugera prati,
Quadraginta arvi, catera ſunt maria.

Sic χρυσοῦ πόντον Phœnix vetus Poeta dixit:

Ἀνὴρ ἦς Νῖνος ἐγένετο, ὡς ἐγὼ κλύω,
Ἀσσύριος ὅς ἦς εἶχε χρυσοῦ πόντον,
&c.

Ita *pelagus ſcriptorum* Priſciano Præfatione operis Grammatici: *quemvis ad Herodiani ſcriptorum pelagus & ad ejus Patris Apollonij ſpacioſa volumina meorum compendioſa ſunt ſcripta librorum.*

188. EXPLERI CALOR ILLE NEQUIT.] Hoc maxime vexantur avaritiæ mancipia, ſemper poſſidendo plura cupiunt, nec minuitur habendi cupido ullis opibus. In ſcitis reſponſis Chiliſidæ, τί ἄπληστον; κέρδος. Proſper de vita Contemplativa libro II. cap. XV. Caſſianus libro VII. Inſtitut. cap VII. *Cumque illi & hoc ex voto ceſſerit avidior fames accreſcit auri, tantoque vehementius ſuſcitatur, quanto etiam ſumma lucri major apponitur. Cum pecunia etenim incremento rabies cupiditatis augetur. Agitur itaque infelix anima ſerpentinis nexibus obligata dum materiam malè congregatã nequiore cura concupiſcit augere, pe ſtem ſibi qua dirius inflammetur ipſe parturiens.* Ubi enarrat ſanctiſſimus ſcriptor quis calor ille ſit, peſtilens nimirum & ſerpens. Boethius libro II. de Conſolatione.

Nil jam parta videntur
Sed quæſita vorans ſæva rapacitas
Altos pandit hiatus
Quæ jam præcipitem frena Cupidinem
Certo fine retentent?
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardeſcit habendi.

Idem eodem libro: Nec opes inexpletam reſtinguere avaritiam queunt. Silius Italicus libro V.

quod gentibus auri
Numquam exſtincta ſitis? modo quem Fortuna fovendo
Congeſtis opibus, donisque referſit opimis,
Nudum Tartarea portavit navita cymba.

Capit enim omnia avarus, cum ſuaviter vivere paucis poſſet, & ideo perit, ut divinitus Xenophon tradit libro I. παιδ.

πολλοῖς δὲ οὐκ ἤρκεσεν αὐτοῖς τὸ μέτρον ἔχουσι τῆς ἡδίας, ἐπιθυμήσαντες δὲ πάντων κύριοι εἶναι, διὰ ταῦτα καὶ ὧν εἶχον, ἀπέτυχον, πολλοὶ δὲ τὸν πολύευκτον χρυσὸν κτησάμενοι διὰ τοῦτο ἀπώλοντο.

De cupiditate immenſa venuſte Theocritus, Eid. XVI.

Ἀλλ' ἶσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἀϊόνι κύματα μετρεῖν
Ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ,
Ἢ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδέϊ πλίνθον,
Καὶ φιλοκερδῆ, καὶ βεβλαμμένον ἄνδρα παρελθεῖν.

Rhetor incertus apud Rutilium Lupum lib. I. *qui parcus eſt utitur eo quod ſatis eſt, tu contra qui plus habes, magis eges.* Columb. ad Hunald.

Quid modo terrenis menteis intendere curis
Mortaleis cupiunt? quid turpia lucra ſequuntur?
Semper avarus eget, nec habet quod habere videtur.

Arator lib I. Hiſtoriæ Apoſtolicæ.

denique, quando
Auri ceſſat Amor, qui pectora ſemper adurit,
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum

Et dedecori ſua ipſi pecunia eſt. Hyperides apud Rutilium Lupum libro II. *Nam hominis avari atque aſoti, unum atque idem vitium eſt, uterque enim neſcit uti atque utrique pecunia dedecori eſt.* Salvianus lib. I. ad Eccleſiam. *Sic ergo habendæ ſunt divitiæ ſic petendæ, ſic tenendæ, ſic propagandæ, alioquin inæſtimabile malum eſt bonis à Deo datis non bene uti, & peſſimum ac feraliſſimum morbi genus divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui.* At de inſatiabili cupidine etiam plureis Sapientum. Seneca Furente.

nullo fine beatus
Gazis inhiant componit opes,
Et congeſto pauper in auro eſt.

Horatius Epiſtol. lib. I.

Semper avarus eget, certum voto pete finem.

Ovidius I. Faſtorum.

Creverunt & opes & opum furioſa Cupido,
Vt quo poſſideant pluria plura petent.

Ita legimus ſuis de cauſſis eum Ovidii locum. Seneca lib. I. Benef. *Aviditas non patitur quēpiam eſſe gratum, numquam enim improba ſpei quod ſatis eſt datur.* Cicero in Paradoxis. *numquam expletur neque ſatiatur cupiditatis ſitis.* Cornificius lib. II. ad Herennium. *Magno malo eſt hominibus avaritia idcirco quod magnis & multis incommodis conflictantur propter immenſam pecuniæ cupiditatem.* Sed & noſtri, mixtim enim nunc quædam apponemus, ut Bellaria ſolent. Prudentius Hamartigenia.

impuro ferveſcat ut igne libido,
Sorbeat ut cumulos nummorum faucibus amplu
Gurges avaritiæ, finis quam nullus habendi
Temperat, aggeſtis ſolventem vota talentis.
Auri namque fames parto fit major ab auro,
Inde ſeges ſcelerum, radix & ſola malorum,
Dum ſcatebras fluviorum omnes, & operta metalla
Eliquat ornatus, ſolvendi cauſſa pudoris.

Manilius libro IV.

nullo votorum fine beati
Victuros agimus ſemper, nec vivimus umquam.
Pauperiorque bonis quiſque eſt, quo plura requirit.
Nec quod habet numerat, tantum quod non habet, optat, &c.

Claudianus IV. Conſulatu Honorii.

cupido
Qua velut immanes reſerat dum bellua rictus
Expleri paſcique nequit

Pacatus Panegyrico: *ſpes inter hæc nulla prædonis explendi. Nec enim, ut natura fert, coptam ſatietas ſequebatur; creſcebat indies habendi fames, & parandi rabiem parta irritabant.* Paullinus Natali X. Felicis.

Spinæ ſunt animo, quia ſemper inanibus angunt
Antipites animat ſtimulis, quas jugiter urit
Defectus miſeri metus, & miſer ardor habendi.
Atque ita & inter opes inopes, quaſi Tantalus ille.
Inter aquas ſitiunt, nec habent quod habere videntur.

Nam

Nam partis metuunt uti; ſervata relinquunt,
Dumque alimenta parant, vivendi tempora perdunt.

Petronius Arbiter Satirico, quem divinus vir expreſſit.

Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua Vota premunt.
Divitis hac magni facies erit, omnia cernens
Qui timet, & ſicco concoquit ore famem.

Quibus verſibus vitiata eſt diſtinctio, quæ enim vota Tantali? Scribe *Tantalus infelix, quem ſua vota premunt, Divitis hac magni facies erit.* Infelix facies magni divitis. Fefellit librarium continuata trans limites pentametri ſententia. Sibyllinorum congeries lib. VIII. in quo Opere ſunt plurima omnis ævi momimenta, aſſuta vera fictis.

Ἀρχὴ πᾶσι κακῶν φιλοχρημοσύνη καὶ ἄνοια.
Χρυσοῦ γὰρ δολίοιο, καὶ ἀργυρέου πόθος ἔσαι.
Οὐδὲν γὰρ τούτων θνητοὶ μεῖζον προέκριναν.
Οὐ φάος ἠελίου, οὐκ οὐρανὸν, οὐδὲ θάλασσαν,
Οὐ γαῖαν πλατύνωτον, ὅθεν φύουσιν ἅπαντα.
Οὐ τὸν πάντα διδόντα θεὸν, γεννήτορα πάντων.
Οὐ πίστιν τούτων καὶ εὐσέβειαν προέκριναν.
Πηγὴ δυσσεβίης, καὶ ἀταξίας προοδηγός,
Μηχανίης πολέμων, εἰρήνης ἐχθρὰ τ' ἄνοια.

Et quæ plura in eo Centone ſequuntur. Pulcre Simplicius in Epictetum: *Avaritiam dirimere omnes neceſſitudines, & latronum eſſe, numquam rapinis exſaturandum.* Dionyſius Longinus περὶ ὕψους. cap. XXXIX.

ἡ γὰρ φιλοχρηματία, πρὸς ἣν ἅπαντες ἀπλήστως ἤδη νοσοῦμεν, καὶ ἡ φιληδονία δουλαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις καταβυθίζουσιν αὐτάνδρους ἤδη τοὺς βίους. φιλαργυρία μὲν νόσημα μικροποιὸν, φιληδονία δὲ ἀγεννέστατον.

De eorum ſtolidiſſimo hominum genere capiendum eſt quod ſcribit Themiſtius Oratione VI.

πλοῦτον ἄκαρπον καὶ ἀβλαστῆ, ὃ οἱ διαπορoῦντές τῳ λιμῷ ἀπολεῖσθαι.

Pulcerrime Emanuel Palæologus Imperator CP. Oratione I.

τουτὶ γὰρ δήπου τὸ πάθος ὧν ἂν καθάπαξ κρατήσειε, τούτων ταῖς ψυχαῖς ἐντήκεσθαι ἑαυτὸ δίκαιον ἵνα δίψαν, ἣν τὸ μετεχόμενον ἀεὶ δήποτε προσαύξον ὡς ὕλη πῦρ τι καὶ φλόγα ταῖς τῶν ἑαλωκότων φρεσὶ λυμαίνεται, οὐ γάρ ἐστι νοσοῦντα τὴν ψυχὴν, ὑγιῶς ἔχειν τὰς φρένας.

Signabo autem hæc, nam finis tamdem eſt faciendus, egregio dicto Joannis Sateſburienſis Epiſcopi ex lib. VIII. cap. IV. de Nugis Curialium, qui tamen aliunde, haud dubito, deſcripſit: *Nec tamen etſi prodigalitas videatur in culpa locum arbitror avaritiæ relinquendum. Nullum enim vitium deterius eſt, nullum deteſtabilius, præſertim in his qui principatum aut magiſtratum aliquem gerunt in Republica. Non enim res ipſa, ſed etiam opinio ejus vitanda eſt, & omnino impoſſibile eſt, ut fidelis videatur alicui, aut amore dignus qui ex merito apud graves & circumſpectos viros avaritiæ ſuſpicionem incurrit.* Et cap. XV. *E contra ingratiſſimum & odioſiſſimum vitium, quod nec effectu prodeſt aliis, nec affectu. Hæc eſt avaritia latentium indagatrix lucrorum, manifeſta præda avidiſſima verago*

vorago, neque habendi fructu felix, & cupiditate gerendi miſerrima. Quæ verba ſunt Valerii Maximi libro Nono cap. Quarto.

187. CUICUNQUE MONILE CONTEXTUM GEMMIS.] Sordidam publici prædonis rapacitatem dicit, etiam muliebribus ornamentis non parſuram. Sic minatur rapaciſſimum hoſtem taliū detractione Deus Opt. Max. Iſraelitis. Jeſaiæ III. De Maximo (Tyranno, an Principe? Principe quidem, & bono extra unum avaritiæ crimen ut teſtatur contra Adulatores Sulpitius Severus, qui idem ferocis tamen ingenii virum vocat in Martini Vita, cap XXIII.) paria Pacatus Panegyrico: *comportabantur interim ſpolia provinciarum, exſuvia exulum, bona peremtorum. Hic aurum matronarum manibus extractum, illic rapta pupillorum cervicibus bulla, iſtic dominorum cruore perfuſum appendebatur argentum.* Et poſt: *illud purius aurum ſplendidiusq; credebat, quod dediſſent dolentes, quod hominum lacryma non omnium aqua abluiſſent, nec è terrenis ſpecubus egeſtum, ſed è cervicibus jugulisq; caſorum eſſet effoſſum.* Plurima talia apud ejus generis ſcriptores. De Gildone noſter. Et in Eutropium libro I. v. CXCVIII.

Hic Aſiam villa pactus regit, ille redemit
Conjugis ornatu Syriam

Et ſolet Poeta nobiliſſimus, Maronis exemplo, quæ melius dici poſſe deſperat, ea bis terve iiſdem verbis, paullum quidem mutatis, proponere.

188. RUFINO POPULANDUS ERAT.] Sic Prædo annoſus idem dicitur, & voluiſſe ærarium urbanum ſpoliare à Symmacho lib. VI. Epiſtola XIV. *Dubitare vos video an Rufini Pœnam ſecuta ſit etiam publicatio facultatum, fides praſte eſt Imperialibus ſignata praceptis; & tamen pradonis annoſi merita pendentibus non fuit ambigendum quod ſpoliare urbis deſidrarit ararium.* Sed ſine dubio vera eo loco eſt Scioppii ex Cod. Beſſarionis lectio. *ſpolia orbis deſideraret.* Sic enim Claudianus noſter mox ad verbum *orbiſque ruinas Accipit una domus* & Zoſimus verbis, ſuprà à nobis poſitis. Quid mirum autem Præſidi alicui hoc crimen fuiſſe, cum Romani eam legem fere tenuerint, ſatis cauſſæ ad ſpoliandum aliquem, quod foret dives. Mithradates ad Arſacen apud Salluſtium IV. Hiſtoriarum. *Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus, cunctis una & ea vetus cauſſa bellandi eſt, cupido profunda imperii, & divitiarum.* Ibid. *Scio tibi magnas opes virorum, armorum, & auri eſſe, & ea re à nobis ad ſocietatem ab illis ad pradam peteris.* Poſt. *Romani arma in omnes habent acerrima in eos quibus victis ſpolia maxima ſunt. Te illa fama ſequetur auxilio profectum magnis Regibus latrones gentium oppreſſiſſe.* Nec fallit ab hoſte quæſita veritas, conſentiunt enim teſtes domeſtici. Petronius Arbiter.

Orbem jam totum victor Romanus habebat
Nec ſatiatus erat, ſi quis ſinus abditus ultra
Si qua foret tellus qua fulvum mitteret aurum
Hoſtis erat, fatiſque in triſtia bella paratis
Quærebantur opes

Quo nomine & accuſavit eos erudite & defendit duobus libellis doctiſſimus JCtus Albericus Gentilis, utinam faciliori aliquanto Eloquentia.

189. DOMINOQUE PARABAT EXITIUM FOECUNDUS AGER.] Eodem Bello Gildonico, Plinius & Pacatus Panegyricis, aliique id genus Principum præcones.

191. METUENDA COLONIS FERTILITAS.] Evertebantur enim fundis ſuis qui ſingulari aliqua fœcunditate nobiliores habebant.

192. LARIBUS PELLIT.] Similia omnia de Gildone.

perturbat avita
Quemque domo veteres detrudit rure colonos.

192. DE-

192. DETRUDIT AVITIS FINIBUS.] Pacatus Panegyrico. *fuit enim fuit delatorum genus, qui nominibus antiſtites revera autem ſatellites atque adeo carnificeis, non contenti miſeros avitis evolviſſe patrimoniis calumniabantur in ſanguinem, & vitas premebant reorum jam pauperum.* Fines poſſeſſiones ipſas notant, alioqui termini eas circumſcribentes. Impp. Diocletianus & Maximianus cap. XVI. Cod. Juſt. ad L. Falc. *ſi ex alienum hæreditarum defuncti ſubſtantia fines occupaverit.* hoc eſt ſummam. *Nam fines*, ut dixi ipſas poſſeſſiones notant, ut hoc loco. Celſus IC. cap XVIII. de Acq. vel am. Poſſ. *ſi vicinum mihi fundum mercator in mea turri demonſtret, vacuamque ſe poſſeſſionem tradere dicat, non minus poſſidere capi, quam ſi pedem finibus intuliſſem.* Hoc eſt ipſi fundo.

193. OCCUPAT HÆRES.] Gildonico:

> *Inſtat terribilis vivit, morientibus hæres*
> *Virginibus raptor, Nuptis obſcœnus adulter.*

Pulcte hoc in regia ſucceſſione amolitur à Juliano, Libanius in Baſilico:

οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων πλέον ἄξιον θαυμάσαι τῆς παρούσης ἀρχῆς τὴν δικαιοσύνην ἢ τὸ μέγεθος, οὐ γὰρ τοὺς κεκτημένους ἐκβαλόντες, εἰς ἀλλότριον κλῆρον ἐνέβησαν οὐδ' αὖ τὸ πλῆθος θεραπεύσαντες ἐωνήνται τὸ χρῆμα καθάπερ οἱ τῶν ἐξ ἀγορᾶς ὠνίων. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ καθ' ἕκαστον πατρῴας καὶ παππῴας, κληρονομοῦσιν οὐσίας, νόμῳ πρὸς τοῦτο καλούμενοι, οὕτω καὶ τούτοις ἄνωθεν ἐκ προγονίας ἡ βασιλεία περιήκουσα.

Miſerrima coactio etiam mortuorum ſub principibus impotentiſſimæ vecordiæ, ſi quis ſalvas ex aliqua ſaltim parte neceſſitudines ſuas vellet, teſtamento Principi hæreditatem vel integram, vel potiorem, cedere neceſſe habebat. Eam licet *Inſtitutionem* nominare, paucis adeo magnanimis, ut contemnere tyrannos etiam morientes poſſent; quorum exempla pro re magna notantur; Sufficiat vel unius Petronii, à Plinio memoratum lib. XXXVII cap. II. qui certus mori trullam CCC HS. emtam, in invidiam Neronis confregit. Cui contrarium C. Geminii Rufini memoratur à Dione libro LVIII. Is ſua ſe manu interfecturus, nihilominus teſtamẽto in Senatu recitato hæredem nuncupavit Tiberium, etiam poſt vulnus lethale mori ſe inſtar viri Senatui renuntians. Quod exquiſitius adulandi ſenem impuriſſimæ crudelitatis genus fuit; nam propinquis ſuis ita ceſſurum quæpiam facilius ſperaſſe videtur, cum & morte judicium de Imperatore conteſtatus foret, non aboliro teſtamento, quod communem cum Liberis Cæſarem inſtituebat. Inter ipſa cunabula creſcentis principatus, nondum licentia Imperandi facinoribus confirmata, cui ſummus Antiſtes fuit is idem Tiberius, Auguſtus inter patrem filiumque cogniturus juramento teſtari voluit, filii, ſi condemnaretur, hæreditatem non aditurum, ut narrat Seneca libro I. de Clementia, cap. XV. Adeo jam tum uſitatum Principes P.R. hæreditatis Bonorumq; participandorum gratia mala judicia judicare. Porro hæ ſunt etiam teſtamentorum inſidiæ quas inter cauſſas jacentium Humanitatis & Eloquentiæ priſcæ ſtudiorum ingeniis ſuis ævi imputat, Luculentus ſcriptor Caſſius Longinus ſine Commentarii περὶ ὕψους, etſi non de Solis Magiſtratum tenentibus ille loquatur, ſed communi ſeculi morbo.

ὅπου δὲ ἡμῶν ἑκάστου τοὺς ὅλους ἤδη βίους δεκασμοὶ βραβεύουσι, καὶ ἀλλότριαι θῆραι θανάτων, καὶ ἔνεδραι διαθηκῶν, τὸ δ' ἐκ τοῦ παντὸς κερδαίνειν ὠνούμεθα, τῆς ψυχῆς ἕκαστος πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι, ἆρα δὴ ἐν τῇ τοσαύτῃ λοιμικῇ τοῦ βίου διαφθορᾷ, δοκοῦμεν ἔτι ἐλεύθερόν τινα κριτὴν τῶν μεγάλων ἢ διηκόντων πρὸς τὸν αἰῶνα καθ' ἑκάστου ἀπολελεῖφθαι καὶ μὴ καταρχαιρεσιά-

ρεσιά-

ρεσιάζουσι πρὸς τῆς τοῦ πλεονέκτειν ἐπιθυμίας. Dicas de noſtro ſeculo vaticinatum.

193. CUMULANTUR OPES.] Inſtar rerum quæ magnis acervis concumulantur. Sic de Baſilio ſcribit Zonaras, inſtar horreorum, qualia plurima ſub terris veteres habebant, auri vim ſuis velut granariis defoſſam habuiſſe, Tomo III.

Φασὶ γὰρ ἐς εἴκοσι μυριάδας ταλάντων χρυσοῦ ἐναποτεθησαυρίσθαι αὐτῷ, τὸν γὰρ ἄλλον χρηματισμὸν οὐκ ἄν τις ὑπ' ἀριθμὸν δύναιτο ἀγαγεῖν, ὡς τῶν ταμείων αὐτοῦ πληρωθέντων ὑπὸ γῆν τὰ λοιπὰ θησαυρίσειεν ἕλικας ὀρύξας λαβυρινθώδεις.

Hoc eſt ad noſtram pecuniam. CXX. Milliones auri, ut non inſcite computat. Lipſio in ſimili re com iter reprehenſo, Julius Cæſar Bulengerus libro de Vectigalibus cap. LVII.

193. ORBISQUE RUINAS.] Divitiarum exſuctiones & conturbationes opum. Hæc enim eſt veterum librorum omnium lectio, Bentiniano uno excepto qui *rapinas* protulit. Sed de opibus ut cumulo aut ædificio aliquo congeſto uſus loquendi penes ſcriptores eſt; unde Conturbare quoque dicuntur qui bonis excidetunt, ut notant eruditi ad Petronium & Martialem. Eſtque à Lucano Lib. X. *nefando Marte paratus opes mundi quæſiſſe ruina*. Sic Manilius lib. IV.

> *Cumque ſui parvos uſus Natura requirat.*
> *Materiam ſtruimus magna per vota ruina.*
> *Luxuriamque lucris emimus luxuque rapinas,*

194. POPULI SERVIRE COACTI.] Venditos vult pretio; patum ſollicito Rufino quomodo provinciæ regerentur, modo pretium à Præſidibus ante ingreſſum, poſtque adminiſtrationem, & in ea, grande ad ſe rediret. Sic vendidiſſe Provincias ſcribit Eutropium.

> *quicquid ſe Tigris ab Armo*
> *Dividit, hoc certa proponit merce locandum,*
> *Inſtitor Imperii, Campo famoſus honorum.*
> *Hic Aſiam villa pactus regit, ille redemit*
> *Conjugis ornatu Syriam, ſuffixa patenti.*
> *Veſtibulo, pretiis diſtinguit regula gentis, &c.*

Hoc vere eſt deglubere oves, quod de eo dixit Tiberius qui plus ad eum ex provincia miſerat, quam poſcebatur, ut tradit Dio Caſſius libro LVII.

195. PLENAQUE OPPIDA.] Totum orbem hoc malo perire à cupiditatibus nimirum regentium ſcribit Caſſius Longinus libro modo nominato:

ἐπείτοιγε ἀφεθεῖσαι τὸ σύνολον ὡς ἐξ εἱρκτῆς ἄφετοι κατὰ τῶν πλησίων αἱ πλεονεξίαι κἂν ἐπικλύσειαν τοῖς κακοῖς τὴν οἰκουμένην.

Quandoquidem illa plus habendi & acquirendi immedica cupiditates prorſus laxata, ut qui carcere liberi emittuntur contra vicinos ipſum terrarum orbem cladibus incendere poſſint. Omnia iſta de Maximo luculenter Pacatus: *Stabat ipſe purpuratus ad lances, & momenta ponderum, nutuſque trutinarum pallens atque inhians exigebat. Numerari ubique pecunias, fiſci repleri, ara cumulari, vaſa cencidi. Cuivis intuenti non Imperatoris domicilium ſed latronis receptaculum videretur.*

196. TENEAS UTRUMQUE LICEBIT.] Hinc nata ſunt ejuſdem animi & coloris iſta Boethii: Philoſophi & Poetæ Chriſtianiſſimi, nec minus ideo eruditi. lib. II. Conſol.

> *Si quantas rapidis fluctibus incitus*
> *Pontus verſat arenas,*
> *Aut quot ſtelliferis edita noctibus*
> *Cœlo ſidera fulgent.*

Tantas fundat opes, nec retrahat manum
Pleno copia cornu.
Numquā dives agit qui trepidus gemens,
Seſe credit egentem.

197. OCEANUM.] Limites hoc credebant τῆς οἰκουμένης, tam inepti talium rerum indagatione, ut Britanniam quæ ex Galliæ confiniis conſpici eminus potuerit, aliom orbem putarint. Itaque Oceanum navigaturos jam Solem relinquere, & in Deorum non hominum ſedes ire dicebant. Pedo.

Quo ferimur: ruit ipſe dies, orbemque relictum
Ultima perpetuis claudit Natura tenebris,
Anne alio poſitas ultra, ſub cardine gentes
Atque alium, libris intactum, quærimus orbem?
Dii revocant, rerumque vetant cognoſcere finem
Mortaleis oculos, aliena quid æquora remis
Et ſacras violamus aquas Divûmq; quietas Turbamus ſedeis?

Et pro maximo apud Petronium eſt *gravidis freta pulſa carinis Iam per agravabantur.* Mithradates Epiſt. ſupra ex Salluſtio citata: *An ignoras Romanos poſtquam ad Occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertiſſe?* Quin Græci veteres uſqueadeo rerum talium ignari erant, ut Herodotus Homerum excogitaſſe inſtar cæterarum fabularum *Oceanum* quoque ipſum putaverit, ut indicamus ſupra, & infra ex alio ſcriptore notabimus. Ariſtides in Encomio Romæ.

ὅν γε μὴν ἠπίστουν τινὲς τῶν λογοποιῶν μὴ εἶναι τὸ παράπαν ὠκεανὸν μηδὲ περιῤῥεῖν τὴν γῆν ποιητὰς δ᾽ εὑρόντας τ᾽ ὄνομα ψυχαγωγίας ἕνεκα εἰς ποίησιν θεῖναι τοῦτον οὕτω καλῶς ἀνεύρετε ὥστε οὐδὲ ἡ ἐνταῦθα νῆσος ὑμᾶς διέφυγε.

Itaque ad Oceanum venire, erat ultimas τῆς οἰκουμένης oras tenere, quo & fabuloſa quæque removebantur. Claudianus ſupra hoc ipſo libro.

Eſt locus extremum pandit qua Gallia littus
Oceani prætentus aquis, ubi fertur Ulyſſis
Sanguine libato populum moviſſe ſilentum.

Auctor Carminis de Luna, quod Varroni Atacino adſcribere audent

Et trans Oceanum ferimur porro uſque, nivoſus,
Dum teneat Vaſco, nec parcat Cantaber horrens.

Hoc eſt in loca fidem vix merentia; talia enim trans Oceanum ponebant. Claudianus de Phœnice.

Oceani ſummo circumfluus æquore lucus
Trans Indos Eurumque viret

Tamen hac ſua ignorantia tantum ſibi præſumebant, ut undique enavigaſſe Oceanum viderentur. Martianus Capella libro VI. *Rotunditatis autem ipſius extima circumfuſus ambit Oceanus, ſicut navigatus undique comprobatur.* At de Trapobane, quam ultimam eo loco norant, neſcire tamen confitentur continens Novuſque orbis ſit, aut inſula, & ad noſtrum pertinens, ut ſcribit ex Hipparcho Pomponius Mela libro III. cap. VII. cujuſque verba gloſſis etiamnum oppleta, poſt Pintianum, Schottum, Vadianum, & alios niſi ſumus ingenuitati ſuæ reſtituere Adverſariorum libro XIV. capite XVII.

197. RUTILOS TIBI LYDIA.] Ob Pactolum Χρυσοῤῥόαν cognominatum. Notiſſimum Poetarum figmentum. Similia IV. Conſulatu Honorii.

Tu licet extremos late dominere per Indos
Te Medus, te Mollis Arabs, te Seres adorent,

Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira
Servitii patiere jugum, &c.

198. JUNGANTUR SOLIUM CROESI CYRIQUE TIARÆ.] Quattuor Belgici libri & unus noſter invertunt Regum horum nomina *ſolium Cyri, Crœſique tiara.* Sane nihil intereſt cum altero divitias cum altero divitias altero potentiam ſic quoque deſcribat. Vt tamen vulgatum non ſpernam facit quod Solium Crœſi celebret & I. libro in Eutropium.

Pollentem ſolio Crœſum victoria Cyri
Fregit

Tum quod Tiara potius Perſarum quam Lydorum ſit, & Cyrus prætetea multorum regnorum Princeps. Crœſi ſane divitiæ tantæ ut & in proverbium venerint. Philo Judæus fragmento περὶ προνοίας.

Μὴ τοίνυν ποτε ψευσθῆναι τῆς ἀληθείας, ὡς εὐδαίμονά τινα τῶν φαύλων νομίσαι εἶναι, κἂν πλουσιώτερος μὲν ᾖ Κροίσου, Λυγκέως δὲ ὀξυωπέστερος, ἀνδρειότερος δὲ τοῦ Κροτωνιάτου Μίλωνος, καλλίων δὲ Γανυμήδους.

Cyrus vero etiam inter ſummos Heroas, vel ſponſoribus divinis illis Xenophontis libris. Libanius in Baſilico.

Ξέρξην μὲν οὖν ἐῶμεν, εἰ δοκεῖ, τὸν ἀνοίᾳ τὰ μέγιστα δυστυχήσαντα, καὶ Καμβύσην τὸν εἰς μανίαν ἐκκυλισθέντα. Δαρεῖον δὲ, εἴ τῳ φίλον, παραθέντες ἐξετάσωμεν, καὶ Κῦρον ἐκεῖνον, οὗ τὸ θαῦμα μικροῦ συμπαντας κατέσχε.

Xerxen vero omittamus, ſi videtur, qui vecordia maximis rebus excidit, & Cambyſen in inſaniam provolutum; At Darium, ſi placet; comparatione expendamus & Cyrum illum cujus admiratio omnium fere animos concepit. Alexandro componit Gemiſtus Plethon libro II. Peloponneſiac.

καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, ὃς δι' ἀρετὴν τε καὶ φρόνημα ἡγεμονεύσας Ἑλλήνων, Ἕλλησί τε ὁμοῦ καὶ Μακεδόσι τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν περιεποίησε. Καὶ βαρβάρων δὲ Κῦρος ὁ Πέρσης, ὃς Πέρσας τοὺς αὑτοῦ πολίτας δι' ἀρετὴν αὑτοῦ ἅμα μὲν τῆς Μήδων ἀπήλλαξε δουλείας, ἅμα δὲ καὶ τούτων τε καὶ τῆς ἄλλης Ἀσίας ἡγεμόνας ἀπέφηνε.

Alexander quoque Rex Macedonum qui per virtutem ſimul & animi magnitudinem Græcorum princeps effectus ipſis pariter & Macedonibus Aſiæ comparavit Imperium. Nec non inter Barbaros Perſa Cyrus, qui Perſas ſuos virtute propria cum tyrannide Medorum liberavit, tum & horum & Aſiæ reliquæ dominos conſtituit.

199. NUMQUAM DIVES ERIS.] Verba ipſa hæc retinuit Boethius, loco modo adſcripto. Pulcre ex Rutilio Lupo lib II. *Nequaquam mihi dives eſt quamvis multa poſſideat qui neque finem habet cupiendi neque modum ſtatuit utendi. Nam & multum deſiderare eſt egentis ſignum, & nihil parcere Egeſtatis eſt initium.* Et media barbarie non plane ineptus verſificator Galterus ab Inſula (qui tempore Joannis Satesberienſis, ut ex hujus ad eum Epiſtolis diſcimus, vixit, tam autem poſtea clarus fuit, ut expulſis quibusvis bonis auctoribus, Scholas tenuerit, ut ſcribit in ejus vita Henricus de Gandavo,) libro X. Alexandreidos, ubi omnia iſta Claudiani non malis omnino verſibus repræſentavit.

Quo tendit tua, Magne, fames? quis finis habendi?
Quærendi quis erit modus? aut quæ meta laborum?
Nil agis, ô demens, licet omnia clauſeris uno
Regna ſub Imperio, totumque ſubegeris orbem,

Semper

Semper egenus eris: animum nullius egentem
Non res efficiunt ſed ſufficientia: quamvis
Sit medicum, ſi ſufficiat; nullius egebis.

Et hoc ex communi omnium Sapientum ſententia eſt, Divitias non in rerum copia, ſed animo poſſidentis eſſe quærendas, quam ſequentia magis illuſtrant.

200. SEMPER INOPS QVICUNQUE CUPIT.] Non opus eſt in ſententiam amici noſtri legi *qui cuncta* quod contra omnes libros eſt; & rem adeo ipſam: tam enim cupiditati ſervit qui parva quam qui maxima cupit, vterq; eget, anxio enim eſt animo & ea inhiat quibus torquetur poſſidendis. Et hæc traducta videntur omnia ex divinis monitis Senecæ Epiſtola XVI. quæ vacat univerſa adſcribere: *Ab Epicuro dictum eſt: ſi ad naturam vives nūquam eris pauper, ſi ad opinionem, numquam dives. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. Congeratur in te quicquid multi locupletes poſſederunt, ultrà privatum pecuniæ modum Fortuna te provehat, auro tegat, purpurâ veſtiat, & eò deliciarum opumque perducat, ut terram marmoribus abſcondas, & non tantum habere tibi liceat, ſed & calcare divitias, accedāt ſtatuæ & picturæ, & quicquid ulla ars Luxuriæ laboravit, majora cupere ab his diſces. Naturalia deſideria finita ſunt ex falsâ opinione naſcentia ubi deſinant non habent, nullus enim terminus falſo eſt.* Huc eadem referenda Epiſtola Apollonij, ut volūnt, Tyanæi, Sexta.

ἠρώμην πλουσίους τινὰς, εἰ περαίνονται; οἱ δ' οὐ μέλλομεν ἔφασαν. ἠρώμην οὖν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀνάγκης: ᾐτιῶντο τὸν πλοῦτον. σὺ δὲ ὦ τάλαν νεόπλουτος.

Interrogabam divites nonnullos, ecquid aliquando explerentur? Reſponderunt: numquam hoc nobis erit. Quærebam ergo cauſſam hujus neceſſitatis. Incuſabant divitias ipſas. Tu verò ô miſer qui recens dives factus es. Et hi enim numquam divitijs ſe potituros reſpondebant Philoſopho. Eodem pertinent verſiculi Notkeri Balbuli, generoſi hominis, Regioq; ſanguine Monachi.

Non ego poſco
Nunc peritura
Munera Gaza
Non quod avarus
Semper egendo
Congregat aurum
Quod ſapientum
Lumina cæcat
Et velut ignis
Flamma perurit
Improba corda:
Sæpè nefanda
Crimina multis
Suggerit auri
Dira cupido,
Lucra lucris tu
Accumulando
Deſine nummos Addere nummis.

Et ſcribebat iſta ætatis anno XC. homo ſui temporis doctiſſimus, cum ſumma ſenecta alioqui avidior ſit argenti. Vide Zenonis Vir. Quatuor Homilias in Avaritiam. Rogerium, ut volunt, aureolo libro de Contemtu Mundi. cap. IX. Pariter Auſonius.

Quis dives? qui nil cupit? Eſt quis pauper? Avarus.

Seneca Epiſtolis: *Cui cum paupertate benè convenit dives eſt, non qui parum habet, ſed qui plus cupit pauper eſt.* Apulejus Apologiâ. *Is plurimum habebit qui minimum deſiderabit, habebit enim quantum volet, qui volet minimum.* Lucretius inde elegantiſſimè concludit, lib. V.

Quod ſi quis verâ vitam ratione gubernet
Divitiæ grandeis homini ſunt vivere parcè
Aequo animo; neq; enim umquam eſt penuria parvi.

Paulinus Natali. X.

inter opes inopes, quaſi Tantalus ille
Inter aquas ſitiunt nec habent quod habere videntur.
Nam partis uti metuunt.

Hinc divinè dixerunt ſapientiæ ſtudioſi ſcriptores, ſupereſſe multis ſatis eſſe memini. Lucilius nimium Latinè atque nuda veritate.

Huic homini quæſtore alio eſt opus atque chorago
Publicitus qui mi atque è fiſco præbeat aurum.
Nam ſi quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe potiſſet,
Hoc ſat erat: nunc cum hoc non eſt, qui credimus porro
Divitias ullas animum mi explere potiſſe?
Denique, ut ſtulto, nihil eſt ſatis, omnia cum ſint.

Martialis lib. XII. epigr. X.

Habet Africanus millies, tamen captat.
Fortuna multis dat nimis; ſatis nulli.

200. FABRITIUS PARVO.] Nihil à vulgata vel ſcriptura vel diſtinctione mutandum. *Parvum* enim ſubſtantivè, ut loquuntur Artigraphi, capiendum. Ut infra, *Vivitur exiguo melius*. Dionyſius Cato lib. I. Diſt. VII.

parvo gaudere memento.

Sic *rectum* dicitur pro eo quod juſtitia ſuadet. Et ita Lucretius verſibus modo productis.

neque enim umquam eſt penuria parvi.

Fabritius vero Poetæ noſtro aliquoties exemplum contemtoris divitiarum. Vide Gellium lib. I. cap. XIV. Et ejus Orationem apud Dionyſ. Halicarnaſſæum in Exceptis Legationum. Sidonius Panegyrico Soceri.

rigidum ſic Pyrrhe videbas
Fabritium, ingeſtas animo cum divite fugit
Pauper opes, regem temnens cum ſupplice cenſu.

Lucanus libro X.

Pone duces priſcos & numina pauperis ævi
Fabritios, Curiosque graves, hic ille recumbat
Sordidus Hetruſcis abductus Conſul aratris.

Quos treis ejus imitatione Claudianus hoc loco protulit. Juvenalis. Sat. XI.

Cum tremerent autem Fabios durumque Catonem,
Et Scauros & Fabritios, rigidiq; ſeveros
Cenſoris moreis, etiam collega timeret.

Horatius lib. I. Carmin. XIII. *Fabritiumque Hunc & incomtis Curium capillis Utilem bello tulit & Camillum Sæva paupertas.* Virgilius lib. VI. *Scipiadas cladem Libyæ parvoq; potentem Fabritium.* Manilius lib. I. *Fabritius Curiusq; pareis & tertia palma Marcellus.* Columella libro I. *C. Fabritius & Curius Dentatus alter Pyrrho finibus Italiæ pulſo, domitis alter Sabinis acceptâ quæ viritim dividebantur captivi agri ſeptem jugera nō minus induſtriè coluerit quam fortiter armis quæſierat.* Hiſtoricorum tradita notiſſima. Vide Livium, Florum, Plutarchum, Pyrrho &c.

201. MUNERA REGUM.] Quæcumq; à Regibus dari poterant, non ſolum Pyrrhi illius, ſed quicquid regali ambitu morum regulæ nocere poſſe videbat. Quare non accedendum Delrio *Regis* contra omneis cæteros Codices reponere molito. Eſtque imitatio Maroniana, Georgic. IV.

Hic rarum tamen in dumis olus, albaque circum
Lilia, verbenasque premens, veſcumque papaver
Regum æquabat opes animis.

Idem parva in Culice, & Curtius de Abdolonymo, libro IV. aliique quos laudare in hanc rem alibi memini. Regum autem deliciæ ſunt in animo paucis honeſtis vitæ copiis contento. Walafridus Strabus, medio ævo, in Mammete.

quæcunque parentum
Cura paravit opes ſprevit, mentemque petivit
Mentem carne ſequens, manſit quæ ſemper in alto
Contemplata Deum, regumque æquabat opimas
Delicias in lacte gregis.

202. SER-

202 SERRANUS.] Vide Livium. Rutilius Itinerar. I.

Exiguus Regum Rectores ceſpes alebat
Et Cincinnatos jugera pauca dabant.
Hæc etiam nobis non inferiora feruntur
Vomere Serrani Fabritiique foco.

Notiſſima hiſtoria, & à Poetis alluſa ferè quos ad Fabritij nomen laudemque modo notavimus. *Sudabat* dixit ut ipſum manuum operi admoviſſe declaret. Salvianus libro I. de Gubernat. Dei. De iiſdem. *Non deſpiciebant tunc, puto, pauperes cultus cum veſtem hirtam ac brevem ſumerent, cum ab aratro arceſſerentur ad faſceis, & illuſtrandi habitu conſulari illis fortaſſe ipſis quas aſſumturi erant imperialibus togis madidum ſudore pulverem detergerent.* Divina ſunt & πολιτικώτατα quæ ibi ſequuntur, quorum cōſideratione haud dubito paupertatem nullis divitijs illos Heroas mutare voluiſſe. Quod ſi coram videre habitum talē daretur, magis etiam priſcam magnanimitatem miraremur. Aratorem quidem cum habitu ſuo pulcrè nobis deſcribit Euſtharius in Iſmenia & Iſmene. libro IV. *Ecce conjuncti terram proſcindunt boves, quos arator moderatur, vileis calceos indutus, laceramq; tunicam quam pictor expreſſit, lanuum capitis tegmen, nullius pariter pretij, niger vultus, non ut Aethyopis, ſed qualis torridis ſolibus colorari ſolet. Crines pileo aperti, retropenduli, pauci; barba demiſſa denſaq; dextra aratrum quo ſulcum ducit, læva boum ſtimulum geſtat, aratoribus pro ſtilo.* Talem hominem ſi à tali miniſterio venientem palmata auroque texta tunica ſudorem detergentem pingi curaveris, jam videbis Serranum Salviani & noſtri.

203. CASA.] Vilis, plebeja, de ruris ſimilitudine, immò in ipſo rure domuncula. Cum poſtrema Romani ævi civilitas contemtim de ſuis, de alienis poſſeſſionibus honorificè ſemper loqueretur, *Caſa* cœpit quamlibet in ſermone communi domum ſignificare; ut nunc apud Italos atque Hiſpanos. Hiſpani quidem vocem iſtum adeo extulere, ut *caſarſe* hodie pro matrimonium contrahere uſurpent, de quo in Originibus ejus linguæ pluribus. Caſas veterum ædificia cum Romano ſplendore comparata vocant nobiliſſimi ævi ſcriptoreis. Manilius lib. IV.

Troja ſub uno
Non everſa viro, fatis viciſſet in ipſis
Aut Lupa projectos nutriſſet Martia fratres
Roma caſis enata foret.

Propertius lib. IV.

Fictilibus crevere Deis hæc aurea templa
Non fuit opprobrio facta ſine arte caſa.

203. PUGNACEIS CURIOS.] Mareis vocat inde Horatius. *Et maribus Curijs & decantata Camillis.* In opprobrium ſeculi ſui. Erant enim qui vultu & inceſſu fœminas morbumque, ut Juvenalis appellat, fatebantur. Jam & remedia à Medicis quærebantur, & cauſſæ naturaleis in Phyſicorum libris, unde idem Poeta non tantum joco dixit

fatum eſt in partibus illis Quas ſinus abſcondit.

Certè Parmenidis verſus adducit, ſuamque de turpitudine infanda ſententiam ut in re neceſſaria aperit Cœlius Aurelianus libro IV. Tardarum cap IX. Verum hæc nihil ad hunc locum. Curium ſæpius gravitatis & magnanimitatis celebrant Lucanus, alijq;.

203. TEGEBAT.] Satis ſplendida ſi tegeret. Quare hoc τὸ νόθον videtur, utcunq; contradicant quatuor libri Belgæ; cum cæteri & res ipſa pro nobis ſtent.

204. HÆC MIHI PAUPERTAS AUGUSTIOR.] Vetuſtiſſima Philoſophia hæc eſt Sapientiam cenſere Naturæ bonis contentum eſſe, nec fines Felicitatis extrà eam in Divitijs aut Gloriâ ponere. Quare ad eam animum componentibus *Sapiens & Ruris cultor* eadem eſt perſona, & Chriſtianæ Sapientiæ hæc conſona. Prudentius.

O felix nimium Sapiens & Ruſticus idem
Qui terras animūq; colens, impendit utriq;

Curam

Curam pervigilem, quales quos imbuit auctor
Chriſtus, & aſſumtis dedit hæc præcepta colonis.

Virgilius.

fortunatos ſua ſi bona nerint Agricolas.

Sic naturæ ſe opes mirari, ijs contentum, alij dum vacent alijs, ait Auſonius Moſellâ. Sic inter documenta Chriſtiani hominis ſeu doctrinas potius vltima eſt apud Dacryanum, ſcriptorem veterem & Sapientiſſimum: *Paucis contentus eſto & ſimplicibus delectare, memor paupertatis quam pro te aſſumſit Filius Dei, eamque tibi commendavit.*

204. AUGUSTIOR.] Splendidior meo animo. Suida.

ἄυγυςα λέγονται τὰ τίμια, καὶ μεγάλα, ἢ ἐπίσημα.

Vide Suetonium initio libri II. In uno libro Bentiniano & Delriano altero fuit *opulentior*, quod cæteri omneis ſpernunt; & nos cum illis, eſt enim vulgarius iſto; vilis aliquis Poeta potius illo uſus eſſet. Summi autem homines paupertatem, bonæ mentis ſororem ſecũdum Petronium, etiam affectarunt. Vti exemplis vides apud Aelianum Var. lib. XI, c. 9.

205. CULMINIBUS.] Diverſa duo hæc vox notat. Ingentia & ſplendida ædificia ut pleriſq; locis auctorum; vilia, paſtoralia, humilima, ut notamus ex Marone Paullino, Manilio, alijs Adverſarijs.

205. TIBI QUÆRIT.] Terra marique luxuries Romana ciborum genera conquirit, non fami, ſed gulæ, quare inanes cibos dixit Claudianus. Cibi enim propritim ſunt alendo corpori, unde *Cibarius panis, cibarium oleum* apud Columellam libro XII. cap. L. Porro de cibis per omnem orbem quæſitis innumeri ſcriptores, præcipuè Seneca multis locis, Petronius, alijq;.

205. QVÆRIT.] Ob laborem ea placent. Petronius.

Ales Phaſiacis petita Colchis
Atque Afra volucres placent palato.
Quod non ſunt faciles, at albus anſer
Et pictis anas enovata pennis,
Plebeium ſapit; ultimis ab oris
Attractus ſcarus, atq; arata ſyrtis,
Si quid naufragio dedit, probatur.
Quicquid quæritur optimum videtur.

Salluſtius.

veſcendi cauſſa terra marique omnia exquirere.

Lucanus lib. IV.

Et quæſitorum terrâ pelagoq; ciborum
Ambitioſa fames.

206. LVXVRIES NOCITVRA.] Pro confeſſo inter eos qui humani ſtatus naturam inquirunt, morborum tam varia genera non aliunde quam ab ciborum varietate, & gulæ intemperantiâ venire; cum animal nullum ferè aliud tot ſit malis ærumnis & morbis obnoxium, quia victum eumdem omnia ferè ſemper ſequuntur. Sic apud Ariſtophanem paupertas bona ſua enumerans. Divitijs contra & Opulentia homines omni generi morborum obnoxios reddi aſſerit, fieri eos γαςρώδεις, παχυκνήμης, ἀσελγῶς, πίοντε, &c. in Pluto Actu. II. Scenâ V. Seneca Epiſt. XXIV. *ipſæ voluptates in tormenta vertuntur. Epulæ cruditatem afferunt, Ebrietates nervorum torporem tremoremq;, libidines, pedum, manuũ, articulorum omnium depravationes,* &c. Idem Epiſt. XCV. *poſtquam cibus cœpit non ad tollendam ſed ad irritandam famem quæri, & inventa ſunt mille conditura, quibus aviditas excitatur, quæ deſiderantibus elementa erant, onera ſunt plenis. Inde pallor & nervorum vino madentium tremor, & miſerabilior ex cruditatibus quam ex fame macies. Inde incerti labantium pedes, & ſemper, qualis in ipſa ebrietate, titubatio. Inde in totam cutem humor admiſſus, diſtentusque venter, dum male aſſueſcit plus capere, quam poterat. Inde ſuffuſio lurida bilis & decolor vultus, tabesq; in ſe putreſcentium, & retorti digitis articuli obrigeſcentibus, nervorum ſine ſenſu iacentium torpor, aut palpitatio ſine intermiſſione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? quid*

quid oculorum auriumq; tormenta? & cerebri aſtuantis verminationes, & omnia per quæ exoneramur, internis ulceribus affecta? Innumerabilia præterea febrium genera, aliarum impetu ſubeuntium, aliarum tenui peſte repentium aliarum cum horrore & multâ membrorum quaſſatione venientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, ſupplicia luxuriæ? Immunes erant ab iſtiuſmodi malis qui nondum ſe delicijs ſolverant, qui ſibi imperabant, ſibi miniſtrabant. Simplex erat ex ſimplici cauſsâ valetudo, multos morbos multa fercula fecerunt.

Chryſoſtomus de Virginitate, cap. LXIX. ἀλλ' ὁ σιτεῖσθαι πολλὰ πολλάκις ἡδύ, ἄπαγε, ἐξ ἀνὴ καρηβαρίαι καὶ γαστρὸς διατάσεις καὶ πνεύματος ἐμφράξεις καὶ σκοτοδινίαι, καὶ ἴλιγγοι καὶ ἀχλύες, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀτοπώτερα ἀπὸ τῆς τροφῆς ταύτης ἀναβλαστάναι δεινά. καὶ εἴθε μέχρι τῶν παρ' ἡμέραν λυπηρῶν τὰ τῆς ἀσχημοσύνης ἐκείνης καὶ τὰ τῆς ζημίας ἵστατο μόνον, νυνὶ δὲ μάλιστα τῶν νόσων οἱ συσίαλοι ἀπὸ τῶν τοιούτων τραπεζῶν ἔχουσι τὴν ἀρχήν. καὶ γὰρ ποδαλγίαι, καὶ φθόη, καὶ νόσος, καὶ παράλυσις καὶ πολλὰ ἔτι τούτων χαλεπώτερα ἀπολαβόντα τὸ σῶμα πολιορκεῖ εἰς ἐσχάτης ἂν ἀπνοάς, &c.

206. INEMTAS TERRA DAPES.] Priſcâ frugalitate, eaque beatiſſimâ. Horatius.

Et horna dulci vina fundit dolio
Dapes inemptas apparans.

Claudiani iſta ex ultimo ſecundo Georgicorum tranſlata ſunt, quibus concinit de primis hominibus Lucretius libro V. Aratus, Heſiodus, Ovidius, Avienus, in aurei ſeculi deſcriptionibus. Vide Senecam Hippolyto, & Lucanum eximijs verſibus libro IV. Pharſaliæ.

208. PICTURATÆ SATURANTUR.] Purpureæ illæ veſtes non ſolum tinctæ erant murice apud Romanos, ſed varijs etiam picturis textæ, acuq; ante tincturam pictæ; unde picturatas demum ſatiatas ait Claudianus. Eadem jungit Lucretius libro II.

Nec calidæ citius decedunt corpore febres
Textilibus ſi in picturis, oſtroq; rubenti
Iactaris, quam ſi plebeja in veſte cubandum eſt.

Saturantur, ad iterationem coloris, & malè mutant.

209. PRATI VIVA VOLUPTAS.] Vivum eſt & perhibetur omne quod nativũ eſt, neq; alieno fuco inquinatur, aut mutatur à naturâ ſuâ. Marius Victor ad Salmoneum.

Cui fratrum ad requiem frondoſa vitis in antro
Herbida ceſpitibus ſunt ſtructa ſedilia vivis.

Tertullianus libro III. in Marcionem. *Vivus quoque fontis aquas ingrata reliquit.* Juvencus libro II.

Vrceus eſt nullus nec ſunt tibi vincula funis
Vnde igitur poteris undam mihi tradere vivam?

Paullinus Panegyrico Celſi.

Tu precor ô fons Chriſte, meis illabere fibris,
Vt mihi viva tua vena reſultet aqua.

Ignis vivus apud Valerium Flaccum lib III.

Aſt illi ſubitus ventis, vivoq; reluxit Igne focus.

Vivus enim loco nativo ſuo cohærentem, & *viventem in eo deſignat.* Unde aqua viva pars eſt agri ejus in quo eſt, ut decidit Ulpianus cap. XI. quod vi aut clam. *is qui in puteum vicini aliquid infuderit, ut hoc facto aquam corrumperet, ait Labeo interdicto quod vi & clam eum teneri: portio enim agri videtur aqua viva.*

210. INGENIO VARIATA SUA.] Naturali venuſtate. Sic Petronius, *crines ingenio flexi.* Cn. Nævius: *ingenio conſita arbuſta.* Vide ad libros de Raptu Proſerpinæ.

211. FULGENTIBUS ILLIC SURGUNT STRATA TORIS.] Natura bona totis his verſibus quæſitis & effictis opponit. De iſto venuſtè Seneca Hippolyto, quæ & appingam.

 Non

Non illum auara mentis inflammat furor
Qui ſe dicauit montium inſontem jugis.
mille non quærit tegi
Diues columnis, nec trabes multo inſolens
Suffigit auro.
Sed rure vacuo potitur, & aperto æthere.
Innocuus errat & feſſus graui
Labare; niueo corpus Iliſſo fouet.
Nunc ille ripam celeris Alphæi legit,
Nunc nemoris alti denſa metatur loca
Vbi Lerna puro gelida pellucet vado.
Sedemque mutat: heic aues querulæ fremunt,
Ramiq; ventis bene percuſſi tremunt.
Veteresq; fagi. juuit aut amnis vagi
Preſſiſſe ripas, ceſpite aut nudo leuem
Duxiſſe ſomnos ſiue fons largus citas
Diffundit undas, ſiue per flores nouos
Fugiente dulcis murmurat riuo ſonus.
regies luxus luxus procul
Eſt impetus fugiſſe Sollicito bibant
Auro ſuperbi; quam juvat unaâ manu
Captaſſe fontem! certior ſomnus premit
Secura duro membra verſantem toro. &c.

Inibi quæ ſequuntur ijsdem verbis eadem dicunt, quæ apud Claudianum ſequuntur.

212. MOLLIS PANDITUR HERBA.] Tenax gramen ſcitiſſimè ob ſummam in eo cubandi voluptatem vocat Horatius Oda. II. Epodon. Et otia iſta nimium Philoſophicè dia omnino Lucretius libro V. de tibia paſtorali.

Auia per nemora ac ſiluas, ſaltusque reperta,
Per loca paſtorum deſerta atq; otia dia.

Talia ſtrata vel ad ſedendum vel ad cubãdum feliciora habentur a veris Philoſophis, omnibus thoris fortunatorum ad ſpeciem hominum. Democritus apud Hippocratem, hoc veniente legato. Epiſtolâ illâ divinâ ad Damagetum.

ἡ τῶν Ἀσκληπιαδῶν εὐγένεια πολύ γε σου τὸ κλέος τῆς ἐν ἰητρικῇ σοφίας πεφοίτηκεν ὡς ἐμέ. τί δὲ σε χρεῖος δεῦρ' ἤγαγεν, ἑταῖρε. μᾶλλον δὲ περὶ πάντων κάθισον. ὁρᾷς δὲ τὴν οὕτως οὐκ ἀηδῆ φύλλων θημῶνα ὡς χλοερὸς καὶ μαλακός ἐστι καθίσαι. καὶ προσηνέστερος τῶν τύχης ἐπιφθόνων θώκων.

Aſclepiadarum nobilitas, tuaq; in Medicina Sapientia gloria, crebris admodum ſermonibus ad nos peruenit. Quodnam vero, ò amice, negotium te huc ad nos adduxit? Quin potius omiſſis omnibus aſſideto. Cernis enim quam non ſit injucunda hæc folijs inſtrata ſedes, viridis inſuper & mollis, & ad inſidendum blandior obnoxiis inuidiæ Fortunæ thronis. Eo intelligendum Senecæ Tragœdi dictum gramina ducere ſomnos, quod capere non potuit vir ſummus.

213. SOLLICITVM.] Procul omnibus anxietatibus, Curis, ſollicitudinibus, animus compoſitus ad veram Sapientiam, ſumma eſt felicitas. Idem Democritus, de cujus hac ſententiâ ſcribit ſic Stobæus libro II. Phyſicarum. cap III.

Δημόκριτος καὶ Πλάτων κοινῶς ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται. γέγραφε δὲ ὁ μὲν οὕτως: Εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖ, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχὴ οἰκητήριον δαίμονος, τὴν δ' εὐθυμίαν, εὐεστὼ, καὶ ἁρμονίαν καὶ ἀταραξίαν καλεῖ.

Democritus & Plato communi ſcito in animo felicitatis ſummam ponunt. Et ille quidem ſic ſcribit. Animi beatitudo & miſeria non in pecore, nec in auro habitat, anima eſt ejus domicilium. Atq; hanc etiam animi tranquillitatem, harmoniam, ſymmetriam, & carentiam perturbationum vocat. Paria & eadem cum his Claudiani habes in Culice Maronis. Immenſi Cõmentarij ex coacervatis ſententijs Philoſophorum de tali Tranquillitate fieri poſſint.

214. TVRBA SALVTANTVM.] Ex Marone Georgico. II.

Si non

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Manè ſalutantum totis vomit ædibus undam.

Et hunc cultum ambitio miſerorum mortalium in numeros abſolvendæ Felicitatis referebat, adeo quidem ſuperbè, ut inter taleis ipſo vultu diſcrimen faceret magnificus aliquis Fortunæ hiſtrio, quod exẽplo Sejani docet Cor. Tacitus, fine libri Quarti Annalium. At animoſa felicitas, ſuiſq; conſtans in contemtu omnium vanorum virtutibus, hunc quoq; cultum egregiè deſpiciebat cum cæteris humani faſtus ludibrijs. Athanaſius in vitâ Antonij.

τῆς δὲ ψυχῆς πάλιν καθαρὸν τὸ ἦθος, οὔτε γὰρ ὡς ἀπὸ ἀνίας συνεσταλμένην ἦν, οὔτε ὑφ᾽ ἡδονῆς διακεχυμένον, οὔτε ὑπὸ γέλωτος ἢ κατηφείας συνεχόμενον, οὔτε γὰρ ἑωρακὼς τὸν ὄχλον ἐταράχθη οὔτε ὡς ὑπὸ τοσούτων κατασπαζόμενος ἐγεγήθει, ἀλλ᾽ ὅλος ἦν ἴσος ὡς ὑπὸ τοῦ λόγου κυβερνώμενος, καὶ ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἑστώς.

Eadem animi puritas, moreſq; ad eam compoſiti. Neque enim ille mœrore contrahi, neque voluptatibus diffluere, neq; riſu aut triſtitiâ contineri; neq; ad conſpectum populi conſternari, neq; tot hominum ſalutationibus exſultare. Sed totus ſibi ſimilis, ut ſub Rationis moderamine naturæq; ad præſcriptum conſtans.

LATAS ÆDES.] Ædificiorum etiam ſplendorem contemnit comparatum naturæ illi, vt ab Achille Tatio, Heliodoro, & Ariſtæneto vocatur, Paradiſo: Auſonius Moſellâ.

I nunc & Phrygijs ſola lævia conſere cruſtis,
Tendens marmoreum laqueata per atria campum.
At ego deſpectis quæ cenſus opesque tulerunt,
Naturæ mirabor opus; non cura Nepotum, (&c.
Lætaque jacturis ubi Luxuriatur egeſtas,

213. IBI PERSTREPIT] Non accedo libro Noſtro *ſibi referenti.*

214. AVIUM CANTUS.] Maxima acceſſio Voluptatis in animo ſoluto curis & ad quietem compoſito. Naturæq; opes ſequentia ſpretis acceſſorijs ab humana Cura. Divinè deſcribit Ariſtænetus libro I. Epiſt. III.

ἡδὺ καὶ ἀηδόνες περιπετόμεναι τὰ νάματα μελῳδοῦσιν. ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἡδυφώνων κατηκούομεν ὀρνίθων, ὥσπερ ἐμμελῶς ὁμιλούντων ἀνθρώποις. ἔτι κἀκείνους περὶ τῶν ὀμμάτων ἔχειν δοκῶ. ὁ μὲν ἐπὶ πέτρας ἀναπαύει τὼ πόδε καθ᾽ ἕνα. ὁ δὲ ψύχει τὸ πτερόν. ὁ δὲ εἰς τὴν γῆν κατανένευκεν ἀποσιτίσασθαί τι ἐκεῖθεν. ἡμεῖς δὲ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ διελεγόμεθα περὶ τούτων, ὅπως μὴ ἀποπτήσωνται, καὶ διασκεδάσωμεν τῶν ὀρνίθων τὴν θέαν.

Dulce & Luſciniæ fluenta circumvolitantes cantillabant. Sed & alias ſuaviſonas aviculas uſurpavimus auribus veluti modulatis canticis colloquenteis hominibus. Adhuc mihi ante oculos eas habere videor. Illa pedes alternè in ſilice requieſcit; illa alam refrigerat, ſiccat alia, eſt quæ ex aquâ quid trahit, eſt quæ cernua terram deſpectat, pabulo inde quippiam quæſitans. Nos intereà de his ſummiſſa voce muſſare, ſcilicet ne avolent aves, turbemuſq; ſpectaculum. Elegantiſſimus interpres ἀποσιτίσασθαι minus curioſè vertit *victum inde quæſitura* Quod nimium dicit, non enim de victu univerſo, ſed grano aut vermiculo aliquo quem paſtui quærit ſermo eſt. Achilles Tacius libro I.

ὄρνιθες δὲ οἱ μὲν χειροήθεις περὶ τὸ ἄλσος ἐνέμοντο οὓς ἐκολάκευον αἱ τῶν ἀνθρώπων τροφαί. οἱ δὲ ἐλεύθερον ἔχοντες τὸ πτερὸν περὶ τὰς τῶν δένδρων κορυφὰς ἔπαιζον οἱ μὲν ᾄδοντες τὰ ὀρνίθων ᾄσματα, οἱ δὲ τῇ τῶν πτερῶν ἀγλαϊζόμενοι στολῇ.

In nemore aves aliæ domeſticæ, humanoq; cibo manſuefactæ paſcebantur, aliæ liberæ in arborum

cacuminibus ludebant partim quidem ingenuo quaq; cantu perſonanteis, partim fulgore pennarum conſpicua. Et hæc & quæ ſequuntur parum dextrè vertit interpretes; ſed Achilli omnino alio opus eſt. Longus libro I. Paſtoralium.

ἦρ᾽ ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶνι, καὶ ὅσα ὄρεια. βόμβος ἦν ἤδη μελιττῶν, ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν, σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων, ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται, τὰς λόχμας κατῇδον ὄρνιθες.

Ver erat novum omniumq; florum genus per ſiluas & monteis & prata virebat. Iam apicularum bombus, canorarumq; auicularum ſonor aures permulcebat. Pecora novella ſaltibus ſciviebant; agni nempè per monteis ſaliebant, apes in pratis bombitabant, aves cantu arbuſtis obſtrepebant. Similia multa apud Euſthatium & alios hujus cenſus.

215. LABENTIS MVRMVRA RIVI.] Horatius: *Labuntur altis interim ripis aqua. Queruntur in ſiluis aues.*

Nemo non qui hujus ſolum vitæ meminerit.

216. VIVITVR EXIGVO MELIVS.] Hic jam ſummâ quapiam omnia comprehendit veram vitę voluptatem in parvo eſſe & ſecundum Naturam, cætera ludibria mentis humanæ rapere eam varijs illecebris ad inania deliramenta. Reſpexiſſe de proximo videtur iſta Lucani libro IV.

ô prodiga rerum
Luxuries, numquam parvo contenta paratu,
Et quaſitorum terrâ pelagoq; ciborum
Ambitioſa fames, & lauta gloria menſa
Diſcite quam parvo liceat producere vitam
Et quantum Natura petat, non erigit agros;
Nobilis, ignoto diffuſus Conſule Bacchus,
Non auro murrhaq; bibunt, ſed gurgite puro
Vita redit; ſatis eſt populis Fluviuſque Ceresq;.

Hoc eſt exiguum illud, & natura quod poſcit, panis & aqua, quibus contenti omnium tyrannorum contemtores vivere, omnis Fortunæ irriſores Deo deniq; cari & divinorum Spirituum conſorteis potuerunt Anachoretę priſci. Sed placet nonnullis etiam veterum Philoſophorum auſcultare, qui ratione ducti, eadem mente fuerunt. Turpilius Comicus:

Profectò ut quiſq; minimo contentus fuit
Ita fortunatam vitam vixit maxime.
Vt Philoſophi ajunt iſti quidvis ſatis eſt.

Manilius libro IV.

Quid tam ſollicitis vitam conſumimus annis
Torquemurque metu, cæcâque cupidine rerum?
Aeterniſque ſenes curis, dum quærimus ævum
Perdimus, & nullo votorum fine beati
Victuros agimus ſemper, nec vivimus umquam?
Cumque ſui parvos uſus Natura requirat
Materiam ſtruimus magna per vota Ruina? &c.

Seneca, Epiſtola XXV. *Tu nobis te, ut facis, fortem praſta, & ſarcinas contrahe. Nihil ex his qua habemus, neceſſarium eſt. Ad legem natura revertamur. Divitia parata ſunt. Aut gratuitum eſt quo egemus, aut vile. Panem & aquam Natura deſiderat, nemo adhuc pauper eſt, intrà qua quisquis deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Iove de felicitate contendat.* Vide ejus Epiſtolam Nonageſimam in hanc ſententiam ſanè ſingularem. Boethius de Conſolat. libro III. cap. III. *Quis autem modus eſt quo pellatur divitijs indigentia? Num enim divites eſurire nequeunt? num ſitire non poſſunt? num frigus hibernum pecunioſorum membra non ſentiunt? Taceo quod Natura minimum, quod avaritia nihil ſatis eſt.* Huc pertinet divinum illud Heſiodi.

Νήπιοι,

Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

Stobæus Eclogarum Ethicarum libro II. cap. IV. ex Plutarcho.

τὴν δὲ εὐδαιμονίαν ὁ Ζήνων ὡρίσατο τὸν τρόπον τοῦτον, εὐδαιμονία δ' ἐστὶν εὔροια βίου, κέχρηται δὲ καὶ Κλεάνθης τῷ ὅρῳ τούτῳ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασι, καὶ ὁ Χρύσιππος, καὶ οἱ ἀπὸ τούτων πάντες, τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι λέγοντες, οὐχ ἑτέραν τοῦ εὐδαίμονος βίου, καί τοι λέγοντες τὴν μὲν εὐδαιμονίαν σκοπὸν ἐκκεῖσθαι, τέλος δὲ εἶναι τὸ τυχεῖν τῆς εὐδαιμονίας, ὅπερ ταυτὸν εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν, δῆλον οὖν ἐκ τούτων ὅτι ἰσοδυναμεῖ τὸ κατὰ φύσιν ζῆν, καὶ τὸ καλῶς ζῆν καὶ πᾶν τὸ καλὸν κ' ἀγαθὸν.

Iam beatitudinem Zeno definivit ſecundum vitæ curſum, quod etiam Cleanthes in ſcriptis ſuis ſecutus eſt, & Chryſippus, horumque poſteri qui Vitam Beatam à Beatitudine non ſeparant, quamvis illam quidem habeant pro ſcopo, hanc autem pro fine. Ex quibus manifeſtum fit idem hæc valere, ſecundum naturam vivere, honeſte vivere recte vivere. Omneque bonum & omnem virtutem. Horũ nimirum omnium ſcitis ſumma felicitas hujus Vitæ eſt vivere ſecundum ſimplicitatem Naturę, quam nos amiſiſſe dum ſtudiis omnia difficilia nobis facimus, auctor eſt Seneca Epiſtola XC. Hocque eſt quod vult Pythagoras tum ſcribit ad Hieronem.

μέγα καὶ ἀσφαλὲς αὐτάρκεια, οὔτε γὰρ ἔχει τὸν φθονήσαντα, οὔτε τὸν ἐπιβουλεύοντα, διὸ καὶ δοκεῖ εἶναι ἐγγυτάτω θεοῦ ἡ διαγωγή. Διάθεσις ἀγαθὴ οὐ γίνεται ὑπὸ ἀφροδισίων, οὐδὲ ὑπὸ ἐδεσμάτων, ἀλλ' ὑπὸ ἐνδείας ἀγούσης πρὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν, ἡδοναὶ δὲ ποικίλαι καὶ ἀκρατεῖς δηλοῦνται ψυχὰς ἀσθενῶν ἀνθρώπων.

Magnum tutumque frugalitas. Neque enim invidiam incurrit, nec inſidias aut malivolentiam. Quamobrem proxima Deo ea vita videtur. Conſtitutio bona non gignitur ex Venereis Voluptatibus, neque gulæ deliciis, Sed ex egeſtate qua viro virtutem conciliat. Voluptates autem variæ atque & immoderatæ arguunt mentes hominum imbecilles. Vide Juſtinum libro XX. ex Trogo. Et hæc ſumma doctrinæ Epicuri interioris erat, ut ex Senecæ innumeris locis diſcere habes, immo ex omnibus qui citra malevolentiam de eo Veteres ſcripſerunt, quam ſequitur Apollonius Tyanæus Epiſtola IV. & omnes Stoici.

τῶν Ἐπικούρου λόγων ὁ περὶ ἡδονῆς, ait Apollonius, οὐδενὸς ἔτι συνηγόρου δεῖται τοῦ ἐκ τοῦ κήπου, καὶ τῆς ἐκείνου διατριβῆς, πέφηνε γὰρ ὢν καὶ κατὰ τὴν στοὰν ἀληθέστατος.

Ex Epicuri ſermonibus ille qui de Voluptate eſt, non amplius habet opus aſſertore, vel ex horto vel ex ejus converſatione. Nam & in Stoa Veritas ejus manifeſta putatur, & huc pertinet quod Regi Perſarum reſcribit Heraclitus.

ἐγὼ δὲ ἀμνηστίαν ἔχων πάσης πονηρίας, καὶ κόρον φεύγων παντὸς οἰκειούμενον φθόνου διὰ τὴν ὑπερηφανίαν, οὐκ ἂν ἀφικοίμην εἰς Περσικὴν χώραν, ὀλίγοις ἀρκούμενος κατ' ἐμὴν γνώμην.

Ego vero immemor omnis malitiæ, & Cupiditatem exoſus, plenam omni invidia propter Superbiam, in Regionem Perſiam umquam venero. Paucis opus habens, mea perſuaſione. Veteris Chriſtiani Abbatis Columbani verſus huc faciunt.

O nimium felix parcus cui ſufficit uſus
Corporis ut curam moderamine temperet æquo
Nec miſera capitur cæcaque cupidine rerum
Nec majora cupit quam quæ Natura repoſcit.

Et qud Radulfus Ardens, ſcriptor longe doctiſſimus, oggerit Homilia. XXIII. Trinit. *Fugiamus nos fratres, hoc grande vitium, non gulæ, ſed Naturæ ſatiſfacienteis. Iuxta illud Philoſophi*

phi Sint epulis vicisse famem Lucani eſt verſus libro II. PLura inibi.

215. BEATIS OMNIBUS ESSE DEDIT.] Seneca ad Helviam capite V. *id agit rerum natura ut ad bene vivendum non magno apparatu opus eſſet, &c.* Vide illum Epiſtola XC. quæ huic rei ſcripta videtur. Eſt Græciſmus in Locutione. Ariſtoteles. ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ ἐπιεικέσι ἢ φαύλοις εἶναι. Plato in Phœdro: ὑπάρχει σοι φύσει ῥητορικῷ εἶναι. ISocrates. προσήκει ἡμῖν βελτίοσιν εἶναι ἁπάντων. Sic Latini alii. Martialis. *Nobis non licet eſſe tam diſertis.*

216. SI QUIS COGNOVERIT UTI.] Non retexit Deus hominibus hanc ſcientiam ut excitaret otio & libidinum inertia. Heſiodus.

> κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.

Hæc autem neque nota fuit iis ſeculis quibus inquirere licebat omnem Sapientiam, in cauſſa inſanus divitiarum amor, qui honeſtas litteras premit, ex quibus hauriri talia debent, non ipſæ infami Avaritiæ ſubhaſtari, de quo queritur ſatis graviter Caſſius Longinus in petoratione aureoli libri ſui περὶ ὕψους.

217. SIMPLICE CULTU.] Virgilius Culice: Libera *ſimplicibus Curis* Hujus rei memoria *facile vivere* veteribus erat divitem eſſe. Uti docemus Adverſariis.

218. CLASSICA NON FREMERENT.] Tibulius lib. I. Eleg. I Boeth. Conſol. lib. II. carmine V. Aratus, Avienus, Phænomenis. Ovidius & Heſiodus lib. I. Quique autei Seculi meminerunt alii aut vitæ quietæ. Seneca Epiſt. XC. Verg Culice, &c.

218. FRAXINUS.] Haſtarum omne genus unius earum uſu excellentis arboris poſuit. Papinius libro VI.

> *belli potura cruores Fraxinus*

219. NON VENTUS QUATERET PUPPES.] Avaritia excogitavit maria navigiis transgredi, mercaturæ gratia, quam inter cauſſas turbatæ vitæ humanæ ponebant vel maximam veteres. Vnde pulcre de quiete aurei ævi Avienus ex Arato.

> *Ferventis late pelagi natura, ſalumque*
> *Fluctibus inſtabile, & glauci vada turgida Ponti*
> *Qua ſenior cano nutrit cum gurgite Nereus*
> *Delphinos virideis & phyſiteras anhelos,*
> *Ignorata ſuo ſecluſaque fine jacebant.*
> *Nulla fides undis, tumido commercia fluctu*
> *Nulla petebantur, neque longis navita terris*
> *Inſinuare ratem jus fecerat. Exſul ut oris*
> *Omnibus externas veheret per inhoſpita Gazas*
> *Aequora, & inſano penderet ſæpe profundo.*

Quorum verſuum primo Naturam pelagi dixit velut illa eſſet à Terreſtri humaniſque uſibus magiſtra, alia atque diſparata. Pariter in Periegeſi.

> *Hic denſata ſali ſtant marmora, pigraque Ponti*
> *Se Natura tenet, numquam ruit effluus humor.*

220. CRESCEBAT SCELERATA SITIS.] Pacatus de eadem cupiditate: *Spes inter hæc nulla prædonis explendi: Nec enim, ut natura fert, copiam ſatietas ſequebatur: creſcebat indies habendi fames & parandi rabiem parta irritabant. Vt agrorum ſitim potus accendit, ut ignis arentibus non obruitur, ſed augetur. Ita coacta publica egeſtate divitiis aviditatem jejuna mentis acuebant.* Qui idem mox Charybdi comparat ut noſter ſupra Pelago. *Noſter ille pirata quicquid undecunque convenerat ad nobis ſibique periturum in illam ſpecus ſui Charybdim congerebat. Charybdim loquor? quæ cum plena navigia ſorbuerit, dicitur tamen rejectare naufragia & conſortia fundo*

fundorateis, Taurominitanis littoribus expone-re. Bona noſtra ad ærarium una & perpetua via ibant, nullas eorum reliquias, nulla fragmenta, velſero victa faſtidio illa Communis verago re-tinebat. Æthnæ Boethius.

Sed ſævior ignibus Aethnæ
Fervens Amor ardet habendi.

Sceleratam ſitim impiam & abhorrentem communi vita vocat, Ea enim voce aliter quam vulgo utuntur eruditi ſcriptoreis. Rutilius Itinerario.

Obruerint citius ſceler ata oblivia Solem
Quam tuus ex noſtro corde recedat honos.

Arnobius libro II. *neſciens hoc facto ei cui videatur officere, dare ab ſe lucem, & ſceleratam eripi cæcitatem.* Virgilius Georgico II. *ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt.* Quem haud dubie aſpexit illo uſu Arnobius. Perperam *ſceleratas faces* Beciechemus olim quidam in Virgilio accuſavit Mantuaniratis, auctorem fingens Hieronymum, tum quia nuſquam id apud Maronem legitur, uti notatum eſt jam aliis, tum quod vim hujus verbi non ſatis ipſe vituperator cœleſtis ingenii intellexit, quæ late patet. *Sceleſtus* enim propria ſua origine ſacrum deſignat, ut ſacrum contra ſceleſtum quoque & horrendum, ita ſceleſtum ſeu ſceleratum horrendum quoque, qua re ad res ambiguas quoque transfertur, ut vides in verbis Rutilii & Arnobii, nam tenebræ aliquando ſunt non ſceleratæ, & Oblivio ſæpe minime deteſtanda, ut neque frigus, de quo Maro. Horatius libro II. Sat. III.

mille adde catenas.
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus
Cum Rapier in jura malis gaudentem alienis
Fiet aper, modo avis, modo ſaxum, &, cum volet, arbor.

Quo loco verſutum & ſagacem potius quam nefandum aut abominabilem capies. Sic apud Martialem barbarum & tetricum potius quam talem libro IX. Epigrammate LXIIX.

Quid tibi nobiſcum eſt, ludi ſcelerate magiſter.
Inviſum pueris virginibuſque caput.

Nam in eum deſtomachatus toto Epigrammate in fine nil niſi garrulum vocat; cum frigidiſſima talis clauſula fuerit, tam grandi convitio principium faciente. Pariter apud eumdem libro III. Epigr. L. *ſcelerata Poemata* ſunt importuna moleſta auribus, & inopportune ad menſas recitata.

Depoſui ſoleas, affertur protenus ingens
Inter lactucas Oxygarumque liber.
Quod ſi non ſcombris ſcelerata Poemata donas,
Cœnabis ſolus jam, Ligurine, domi.

Sed hæc pro Marone in Rejectorum Commentatio melius tractantur, nam ſcelerum omnium cauſſa caputque hæc ſitis de qua loquitur Claudianus.

221. PETENDI.] A Principe nimirum Arcadio.

223. PERJURIA.] Hominem Reipublicæ in parte ſibi commiſſa præſidentem maxime hoc genus dedecet, unde à Stilicone in ejus Laudibus longiſſime removet Claudianus, & à Juliano in Laudationis Libanius.

224. FOEDERE DEXTRAS.] Manus, ut noſtris moribus hodie, ſic priſcis quoq; ſeculis fidei & amicitiæ ſponſionem facit, & noramus alibi prolixe. Fœdera hic dicit Claudianus, quia juramenta manibus datis concipiebantur. Sic Menelaus juraturus Agamemnoni fratri, prius manum ejus poſcit, qua accepta juſiurandum exſequitur, apud Euripidem Iphigenia in Aulide. Sic Menelao jurat Helena data manu, nulli alii nupturam, apud eumdem, Helena.

ἐπὶ τοῖς ἢ τοῖς τὴν δεξιᾶς ἐμῆς θίγε,
Ψαύω θανόντος σου τὸ δ' ἐκλείπειν
φάος.

Valerius Flaccus lib. III. Argonauticorum.

Ipſe agit Aeſonida junctos ad littora greſ-ſus

Cyzicus

Cyzicus abſceſſu lacrymans; cui tradit amicis
Muneribus primas conjux Percoſia veſtes,
Tum galeam, & patria telum inſuperabile dextra
Addidit. Ipſe ducis pateras & Theſſala contra
Frena capit], manibuſque datis junxere Nepotes.

Hoc eſt progeniem etiam ſuam mutuis fœderibus conjunxerunt.

225. SEMEL.] Aliquando. Virgilius, *ſemel informem vaſte vidiſſe ſub antro Scyllam.* Aliis minus & *ſimul* notat. Interpres Iren. l.II. cap XXXIII. *adhuc etiam adhac qua dicta ſunt requireretur utrumne ſemel enixa ſit mater illorum ſemen, ut vidit angelos, an particulatim.* Qui ſcriptor ſane vetus eſt & veteris Gallicismi in eo, ut puto, multa phraſis. *Tanti*, tot ſignant, etiam optimorum ſcriptorum uſu, ut Manilii, Plauti, & aliorum teſtimoniis conſtat *Quiſque, quivis.* Sed locum hunc Claudiani, ſuſpicione mendi aut lacunæ nondum apud me liberant etiam tanto numero ſcripti Codices. Quid enim eſt dicere ſi quiſque è tantis poſcenti ſemel negaſſet? Si quippiam, toties poſcenti omnia, quis negaſſet. Et non eſt ingenium eloquentiſſimi Poetæ manca loqui.

226. GETULI JACULO.] Getuli Leones celeberrimi. Virgilius lib.V.

Sic fatus tergum Getuli immane Leonis
Dat Solio.

Supra his Commentariis.

227. LEÆNA.] Hoc genus fœminam ſæviorem mare faciunt, Unde toties ab iis comparatio apud Poetas. Calaber libro XII. de vulnerata ut noſter.

μέγ' ἴαχεν εὖτε λέαινα
ἥν ῥά τ' ἐνὶ ξυλόχοισιν ἀνὴρ λελιημένος ἄγρης
οὐτάσῃ ἠὲ βάλῃ, τῆς δ' ἐν φρεσὶ μαίνεται ἦτορ

πάντη ἀν᾽ οὔρεα μακρὰ πίλει ἢ οἱ ἄγχι τόσ' ἀλκή.

Et pro miraculo eſt apud Nonnum libro XV. de Nicæa.

μίῃ δ' ὑπὸ κοιλάδι πέτρῃ
Μίμνε μετιμβείζουσα λεχωίδος ἄγχι λεαίνης.
Ἠὲ γαληναίῃσιν ὑπ' ὀφρύσι μειλιχίη θὴρ
Ἀδρύπτοις γλυφίδεσσι δέμας λιχμάζετο κούρης.

Tibullus libro III. Elegia VI.

Armeniaſque Tigres & fulvas ille Leænas
Vicit, & indomitis mollia corda dedit.

227. HYRCANA BELLVA.] Tigrim dicit, quæ nobilis de Hyrcania, Dracontius.

Incertusque color Tigris per mille colores
Montibus Hyrcanis venit, atque effæta marito
Mittitur, ut vincat currens orbata procellas.

Virgilius

Hircanaque admorunt ubera Tigres.

Petronius.

Hircanaque Tigres & juſſi ſtare Dracones.

Martialis.

Tigris ab Hircano gloria rara jugo.

228. JURATA DEORVM MAJESTAS TERITUR.] Nihil omnino aut remoti ſut novi in hoc loco. Prius jurat omnium numinum majeſtatem, deinde proculcat eam pedibus, homo vecors & impurus, nihil non lucri gratia auſus; & venit in mentem legenti iſta Leno aliquis de Comœdia qui jurat & peierat unius nummi gratia quantum quiſque cupit, ut eum cedat. Peſſime Noſter MS. *calcata* geminat. Eſt hujus conſcelerati hominis perſuaſio ſimilis iis de quibus Juvenalis Satira III.

Tam

Tam facile & pronum eſt ſuperos contemnere teſteis
Si mortalis idem nemo ſciat: aſpice quanta
Voce neget, quæ ſit victi conſtantia vultus.

Pariter ibi contemnuntur ſuperi teſtes juramenti. Juppiter autem ἐπιόρκιος talibus præerat. Silius Italicus libro I.

Iuratumque Iovi fœdus, conventaq; Patrum
Sidonii fregere duces

229. NUSQUAM REVERENTIA MENSÆ.] Hæc eſt vera lectio duorum Belgarum uniuſque Noſtri Codicis, vulgo, *nunquam* quod non convenit. Reverentia menſæ jungitur divino cultui; non ſane principalis, neque de Cæſaribus hic ſermo, ut Claverio viſum, ſed proximam à Templis ariſque Deorum immortalium conſecrationem veterum Relligio habebat in menſæ communis participatione. Unde illa ſunt truculentiſſimi Regis apud Apollonium Rhodium libro III.

Εἰ δέ κε μὴ προπάροιθεν ἐμῆς ἥψασθε τραπέζης
Εἶτ' ἂν ἀπὸ γλώσσης τε τάμων, καὶ χεῖρε κεάσσας
Ἀμφοτέρας, οἴοισιν ἐπιπροέηκα πόδεσσιν,
ὥς κεν ἐρητύοισθε καὶ ὕστερον ὁρμηθῆναι
Οἷά τε καὶ μακάρεσσιν ἐπιψεύσασθε θεοῖσιν.

Vides etiam barbarum hominem, & rerum immanitatis exemplar, menſæ reverentiam ſervare, ne manum iis injiciat quos cæde dignos arbitratur. Itaque Rufinum invitatos ad menſam ſuam & numine adjurato extractos cum uxoribus & liberis tradidiſſe carnifici ob quæſtum ait. Et qui ſimul ederant, paris honoris habebantur. Scholiaſtes Apollonii lib. I. ὅτι ἡ κοινὴ τράπεζα τὴν αὐτὴν τιμὴν τοῖς μεταλαμβάνουσιν αὐτῆς δίδωσιν.

Reſpicit vero Silii verſus libro XVII. Punicorum de Syface, & eos tota hac periodo æmulatur.

Immemor is dextraque data junctique per aras
Fœderis, & menſas teſteis, atque hoſpita jura,
Faſque fidemque ſimul pravo mutatus Amore Ruperat

Eodem referendum quod Syneſius ait Epiſtola LVII.

οὕτω καὶ σκεῦος τὸ μὲν ἄτιμον τὸ δὲ τίμιόν ἐστι καὶ νομίζεται, κρίνεται γὰρ ἑκάτερον πρὸς ἥν τινα χρείαν παρέχεται, τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, δι' ἧς ὁ θεὸς τιμᾶται φίλιός τε καὶ ξένιος, καὶ τὸν Ἀβραὰμ ἡ φιλοξενία θεοῦ πεποίηκεν ἑστιάτορα.

Sic vos aliud obſcœnum aliud honori dedicatum eſt. Utrumque enim ex uſu, cui deſtinatur, æſtimatur. Menſa quidem ſacra res eſt, & per eam Deus hoſpitii & amicitiæ præſes colitur. Et Abraham hoſpitalitate Deum convivam accipere meruit. Tacitus Annali. II. *per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn, & poſtquam dolum intellexerat, ſacra Regni, ejuſdem familiæ Deos & hoſpitales menſas obteſtantem catenis onerat.* Sic menſis ſuis Romani proceres non aliter Deorum imagines præponebant atque altaribus ariſque Templorum. Ut Hercules ἐπιτραπέζιος eſt apud Papinium lib IV. Silvarum Carmine VI. Quale ſignum apud ſe fuiſſe ſuperſtes ſcribit, niſi fallor, in Antiquitatum Convivialium doctiſſimo Commentario Stuccius, Menſam Darii ſacram nominat Curtius libro V. qua pedibus ſuppoſita violari hoſpites Deos cenſet Alexander, &c. Sic in ſalis convictu habebant jus priſci, & eo illato menſam conſecrari arbitrabantur. Arnobius libro II. *in penetralibus Veſtæ ignis perpetuos foviſtis focos? ſacras facitis menſas ſalinorum appoſitu.*

& ſimulacris Deorum. Teti majeſtatem Deorum falſo juramento dicit.quia decipi putabantur perjurio. Silius Italicus Libro VI.

> *Sed pacis faciem & pollutas fœderis aras,*
> *Deceptumque Iovem ac dictanteis jura Latinos.*
> *Cernere erat, ſtrictas trepida cervice ſecures.*

Et ita Petronius.

> *Ipſaque majeſtas auro corrupta jacebat.*

230. NON CONJUX NON IPSE SIMUL.] Non explent odia cæſi conjugibus liberique mixtis ineorum ſanguine miſeri Parentes & mariti. Non convenit hæc uni alicui adſcribere cum Claverio, nam de avaritia Rufini ſermo eſt nefandis cædibus per orbem univerſum bacchante, ut ſatis tenor ipſe ſententiæ ſeſe ſequentis arguit. Iſta autem omnia & ſingula ſimilibus ex hiſtoriis, præcipue Ammiano & aliis ejus generis, etiam Panegyriſtis, illuſtrari nullo negotio poſſunt, & à Claudiano in Eutropio & Gildone pari omnino ratione atque ordine ſpectanda proponuntur. Malè in Editione Claverii ipſa ſcriptum eſſe, nec opus ambagibus.

231. ODI S.] His carere laudi contra dat Stiliconi, etiam in iis qui ſupplicium meriti non enim ſibi vindictam præſtant homines Cordati, ſed Legibus.

232. NOTOS.] Aitos, clienteis. *Egiſſe*, exſulatum. Vel eſt Græcanicum ἄγειν καὶ φέρειν, quorum ἄγειν ad animantium prædam, φέρειν ad rerum prædam pertinet. Vide Ammonium περὶ διαφόρων λέξεων. Junctaque hæc ſummam & capitalem atque immaniſſimam prorſus vaſtationem ſonant, atque direptionem Dion. Caſſius Longinus capite XXXIX.

καὶ τὰ Διὰ πρὸς τούτοις τὰ φέροντα τὸν νῦν βίον, καὶ τὰ κακὰ ἄγοντα καὶ φέροντα ταῦτα πάθη. Pſellus de Dæmonibus. ὁ γὰρ τὸ αὐτοῦ θρόνον θεῖναι ἐπὶ τῶν νεφελῶν καυχώμενος καὶ ἔσεσθαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ λέγων, καὶ διὰ τοῦτο ἐκπεπτωκὼς καὶ σκότος γενόμενος, αὐτὸς οὗτος τούτοις ἐμφανιζόμενος υἱὸν θεοῦ πρωτότοκον ἑαυτὸν ἀναγγέλλει. καὶ τῶν ἐπιγείων ἁπάντων δημιουργὸν ἄγειν τε καὶ φέρειν.

Qui enim thronum ſe nubibus impoſiturum gloriatur, altiſſimoque ſimilem futurum prædicat, eaque de cauſſa dejectus eſt in tenebras, is ipſe illis apparens ſeipſum primogenitum Dei eſſe ait atque terreſtrium omnium creatorem, qui pro animi arbitrio quæ in mundo ſunt omnia ſuſque deque ferat. Agere dictum eſſe poteſt, ut præcipitem ſe agi ab inimicis dicit Catilina apud Salluſtium. *Quoniam ab inimicis præceps agor incendium meum ruina reſtinguam.*

233. EXSTINGUERE.] Male hoc repetitur. Lege cum Codice Bentiniano: *exſcindere.*

234. NEC PERIMIT CELERI LETHO.] Explicat cauſſam ſequentibus *conceſſaque vita dolori.* Exemplum in Tiberio. Dio libro LVIII. *hac vero erat extrema miſeria qua alios quoque non paucos Tiberius afflixit. Nam & amicorum quempiam aliquando vincire juſſit, cumque deinde agi de hominis morte cœpiſſet, nondum id fieri poſſe dixit, quod necdum cum eo in gratiam rediiſſet.* Et eodem lib. *Inter eos qui tum necati ſunt Aſinius etiam Gallus fuit, cum quo vix tamdem, ita enim ipſe loquebatur, in gratiam redierat. Ita modo quodam inuſitato efficiebat ut vita nonnullis ſupplicium, Mors eſſet beneficium.* Par Caligulæ rabies, & pleni jam inde à Suetonio Romanorum Hiſtoricorum libri talibus monſtris & dicendo & faciendo. Vltimo ævo inſignes truculentia crudelitatis fuerint, Dracula Walachus & Ecelinus Marcæ Tarviſinæ Regulus, quorum hunc Monachus quidam S. Juſtinæ Paduanæ à Chri-

à Chriſtiano Vrſtiſio editus, illum Laonicus Chalcocondyles commemorant.

PARCENDI RABIES.] Peſſime Bentin. *porrenti*. Sidonius. *Optantemque mori gravius clementia fixit. Parcere ſæpe malum eſt ſenſumque inferre dolori.*

235. CONCESSAQUE VITA DOLORI.] Tyrannorum ars & Lætitia homines miſeros, quos excarnificare omni genere dolorum volunt, à morte prohibere, ne finem accipiant optatum tormentis. Phalaris vel Fictor ejus perſonæ, Epiſtola LXXXII.

νῦν δὲ εἰς τἆλλα μὲν οὐδὲ ὅσον ἡμᾶς ἐλύπησας, σὲ δὲ τὸ μηκέτι ἐν ἁρμόσαι σεαυτὸν τῷ παρ' ἡμῖν ἀπολέσθαι βασανιστηρίῳ, οὐδεμιᾶς γὰρ σοι δεῖ τελευτῆς ἐπὶ τοιαύταις κωλαζομένῳ συμφοραῖς, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, εἰ οἷόν τε μακροτέρου βίου.

Sceleratiſſimus homo miſero longiorem etiam vitam vovet quam natura fieri ea poſſet ut pœnas ejus delectari poſſit. Atque hoc eſt illud quod ait Claudianus, *ſuppliciis fruitur*. Animum enim paſcit, ut alibi ſcribit. *Pœnis & ſanguine paſci Turpe ferumque putes* Et alibi *Qui fruitur Pœna ferus eſt, legumque videtur Vindictam præſtare ſibi* Fructus enim rei elt quod magis ad Voluptatē pertinet Vitæ, quam ad uſum, Vnde *Vſusfructus* apud JCtos utroq; extenditur. Paria de Amatore *cui vita in Pœnam conceditur* habes apud Philoſtratum libro I. Apollon. cap. XXIII Alia in Seneca Poeta & aliis quos hoc Claudiani loco acuminis laudato, proponit Albericus Gentilis Diſput. IV. ad Juliam Majeſtatis.

237. MORS ADEONE PARVM EST.] Sane parum eſt immanitate facinorum cruciatus vitæ merente. Cæſar apud Salluſtium Oratione in Catilinam in Senatu. *De Pœna poſſum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miſeriis mortem ærumnarum requiem non cruciatum eſſe, eam cuncta mortalium mala diſſolvere, ultra neque curæ neq; gaudio locum eſſe.* Mors optatiſſimum perfugium vitæ ærumnoſæ. Herodotus lib. VII. Stobæus Serm. XCVI. Eſt vero exclamatio Virgilii.

Vſque adeone mori miſerum eſt?

238. CAUSSIS FALLACIBUS.] Per delatores & inſidiatores. Quia ſub alieno Imperio erat Rufinus, & alieno id nomine moderabatur, nectendæ erant cauſſæ ut homines innocentes in judicium traheret, ſubornatis qui crimina objicerent ut jure facultatibus ſpoliati videri poſſent. Cum autem in judicium protracti eſſent ipſe Index erat: itaque cum ſcirent ab illo perniciem ſtrui, & ad cauſſam decidendam ipſum præſidere, percellebantur animi. Hæc eſt ſententia quam enarrare oportuit ob homines quoſdam qui varo acumine talia diſtrahunt Omnino autem ad artes Rufini tum præfecti prætorio alludit quibus illuſtrem virum Tatianum evertit, de quibus Zoſimus.

239. CÆTERA SEGNIS AD FACINUS VELOX.] Talem aſtutiam exoſam Deo Sapientiſſimus mortalium Salomon Rex Proverbiorum VI. teſtatur. *Sex ſunt quæ odit Dominus, & Septimum deteſtatur anima ejus. Oculos ſublimes, Linguam mendacem, Manus effundentes innoxium ſanguinem. Cor machinans cogitationes peſſimas, Pedes veloces ad currendum in malum. Proferentem mendacia teſtem fallacem, & eam qui ſ.minat inter fratres diſcordiam.*

240. PENITVS REGIONE REMOTAS IMPIGER IRE VIAS.] Ita habent omnes Codices. *Regione* itaque eſt, habitatione omni, οἰκουμένῃ, remotas ab omnibus terram colentibus. *Regio* eſt clima cœli Gloſſæ. *regio* κλίμα. *Regionibus* κλίμαξιν. Horatius libro I. Sat IV.

Hic mutat merces ſurgente à Sole ad eum quo
Veſpertina tepet regio

Et ſignificat habitationem. Idem libro I. Epiſtola XV.

Quæ ſit hyems Veliæ, quod cœlum, Valla,
Salerni,
Quorum hominum regio, & qualis via

Itaque Rufinum inacceſſa etiam cultui mortalium loca penetraſſe ducente avaritia dicit. Sic de Romanis Petronius.

Orbem jam totum victor Romanus habebat
Quà mare quà tellus, quà ſidus currit utrumque,
Nec ſatiatus erat

Sed clarius idem dicit Pedo Albinovanus in navigatione Germanici.

Iam pridem poſt terga diem Solemque relictum,
Iam-pridem notis extorres finibus orbis
Per non-conceſſas audaces ire tenebras.

Regionem notum tramitem dicere Claudianus potuit, ut Virgilius Aen. II.

namque avia curſu
Dum ſequor, & nota excedo regione viarum.

Idem libro VII.

Nec ſidus regione viæ, littuſque fefellit.

Et lib. XI.

Huc juvenis nota fertur regione viarum.

Lib. IX.

fallitque Timor regione viarum.

Ergo viæ regione remotæ ſunt à commeantium hominum calle diverſæ. Alioquin *regio* pars eſt provinciæ, ut Troja regio Phrygiæ, teſte I Sidoro Orig lib. XIV. c. V. non aliter atq; verſus in regiones pedum diſtinguuntur, de quibus Diomedes libro III. Grammat. Sed hoc iſtud non facit.

241. IMPIGER IRE VIAS.] Ob avaritiam. Horatius.

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Aratus & Avienus in Virgine. Germanicus.

privataque tellus
Grata ſatis neque per dubios avidiſſima ventos
Spes procul amotas fabricata nave petebat.

242 RIPHÆO STRIDENS AQUILONE.] Aquiloni Riphæos montes & Thraciam pro domicilio conſenſu aſſignavit vetuſtiſſimorum Poetarum chorus. Simonides.

ἀϊχὺς ἀπὸ Θρήκης ὀρνύμενος Βο-
ρέης.

Ibycus.

ἀπὸ στεροπᾶς φλέγων Θρηΐκιος Βο-
ρέης.

Tyrtæus.

νικώῃ τε θεῶν Θρηΐκιον βορέω.

Sic Apollonius, Callimachus, Aratus, Heſiodus, Germanicus, Ovidius, Silius; Valerius Flaccus, Paulinus, Boethius. Eumdem Regem cæterorum ventorum licet perhibeas cum Nonno, libro XXXIX.

οὐ τρομέω θρασὺν εὖρον, ὅτι πλήζοντες ἀήτῃ
πάντες, ὅσα πνείουσιν ἐπήκοοί εἰσι
Βορῆος.

Avaritiam autem nulla pericula metuere, omnia terra marique cxqnirere non uno loco lamentatur, acerrimus ejus hoſtis, Seneca; acerrimus dico hoſtis, tamen non uſque ad lectum, quod de Euripidis in fœminas odio dixit Sophocles, ſed non ultra verba, ut teſtantur ſcriptores fidei non controverſæ. Itaque cum admiranda apud illum, immò mendacia etiam, verba, de paupertate lego illud mihi Juvenalis in mentem venit. *Præcepta meorum dicas tibi* Belle enim dicit Epiſtola XIIX. *Aude hoſpes contemnere opes* qui non toto quadriennio Centum & quinquaginta auri quas vocamus, Tonnas, teſte Tacito, coegit. Qui quingentas menſas citreas poſſedit, quarum ſingulæ ut minimum XII. millibus coronatorum, aliquæ XXV. immo XXX. æſtimatæ ſunt, ut ſubduxit Petrus Ciacconius de Triclinio. Sed hæc prolixe alibi,

643

243. EFFERA TORQUEBANT.] Supra. *Effera pratumido quatiebat corda furore.* Jam vero avaritiam etiam cumulabat crudelitate & ſanguinis ſiti.

244. NE PERDERET ULLUM.] Tamquam lucrum aliquod in cædum parratione habens. Ita *perdendi* verbo ſæpius utuntur optimi ſcriptoreis. Statius lib. V. Silo.

ne perderet ullum libertas tam parua diem.

Lucanus libro VIII.

Nuncius armorum triſtis, rumorque ſiniſter
Victus adeſt conjux : quid perdis tempora Luctus
Cum poſſis jam flere, times.

Plura ex Silio, Martiali, & alijs Commentarijs Adverſariorum. *Libido* non minus in Cædibus eſt quam opibus aut voluptate. Silius libro XIV. *ad cadeis Cyclopea corde libido* Et de crudelitate Annibalis libro X I. *Quoq; eſſet mir unda magis tam ſacra libido.* Arnobius. *libidinosè hominis inhiatum eſt cruori.*

245. NON FLECTITUR ANNIS NON ÆTATE LABAT.] Neque juventâ neque ſenectâ ætate furor cædisq; aviditas movetur. Pacatus Panegyrico. *Vidimus redactas in numerum dignitateu, & exutos trabeis Conſulares, & ſenes fortunarum ſuperſtiteis, & infantium ſub ipſo ſectere ludentium flendam ſecuritatem.*

247. ANTE PATRUM VULTUS.] Hoc maximum crudelitatis exemplum Virgilianus Priamus jam moriturus *non tamen abſtinuit* Pyrrho exprobrare.

Dij, ſi qua eſt cælo Pietas, quæ talia curet
Perſoluant grateis dignas, & debita reddant
Præmia, qui nati coram me cernere lethum
Feciſti & patrios fœdaſti ſanguine vultus.

Ubi atrocitatem maximè exprimit quod, obſervante Servio, non de cæde ſed de ſpectaculo querentem Patrem inducit. Exemplum in ſacris litteris Rex Sedecias, Hieremias Propheta cap. LII. *Et jugulavit Rex Babylonis filios Sedecia in oculis ejus & omnes principes Iuda occidit in Reblathâ.* Sic maximè atrox fratricidium Baſſiani Caracallæ, quia in ipſis penè viſceribus matris factum. Xiphilinus.

καὶ αὐτὸν περί τε τὴν μητέρα, ὡς εἶδε σφᾶς, προσκατα φυγόντα, καὶ ἀπό τε τοῦ αὐχένος αὐτῆς ἐξαρτηθέντα, καὶ τοῖς στήθεσι τοῖς τε μαστοῖς προσφύντα, κατέκοψαν, ὀλοφυρόμενον, καὶ βοῶντα μῆτερ, μῆτερ, τεκοῦσα, τεκοῦσα, βοήθει, σφάζομαι, καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπατηθεῖσα, τόν τε υἱὸν ἐν τοῖς ἑαυτῆς κόλποις ἀνοσιώτατα ἀπολλύμενον ἐπεῖδε, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐς αὐτὰ τὰ σπλάγχνα, τρόπον τινά, ἐξ ὧν ἐγεγέννητο, εἰσεδέξατο, καὶ γὰρ τοῦ αἵματος πᾶσα ἐπλήσθη, ὡς ἐν μηδενὶ λόγῳ τὸ τῆς χειρὸς τραῦμα, ὃ ἐτρώθη, ποιήσασθαι.

Eumq;, qui viſis percuſſoribus ad matrem perfugerat, ac jā tum ex collo pendebat, inhærebatq; pectori ipſius & uberibus, occidunt, lamentantē, clamantemq;, mater, mater, genitrix, genitrix, fer opem, occidor. Itaq; mater decepta filium ſuum occiſum nefariè in ſuo ſinu vidit, ejusque cadem quodammodo intra ea viſcera, ex quibus eum pepererat; recepit; namq; cruore ita perfuſa eſt, ut vulnus, quo manus ipſius læſa erat, nulla curaret. Quo quid fingi poteſt atrocius? Pariter Herodianus libro IV.

ὥςτε προσχέας τὸ αἷμα τοῖς τῆς μητρὸς στήθεσι μετήλλαξε τὸν βίον. Et Zoſimus lib I.

δυσχέρειαν δὲ ἔχων ἀναιρεῖ τὸν ἀδελφὸν οὐδὲ τῆς μητρὸς αὐτὸν προσδραμόντα ῥύσασθαι δυνηθείσης.

Plura ad Papin. V. Theb. CXXVI.

248. IBAT GRANDÆVUS NATO MORIENTE SUPERSTES.] Sceleratiſſimum hoc, tum ſua natura, tum ideo etiam tebantur Romani quod Ordinem fatorum eum facerent, ut pater ſine turbatis is non poſſet ante filium obire. Eumque *ordinem turbarè* ſuperorum ſuorum ne dum hominum crimen

appellabant. Papinius lib. V. Silvar. C. V.

nonne horridus ipſos
Inuidiâ ſuperos injuſtaque Tartara pulſem?
Nonne gemam te, care puer?

Martialis lib X. epigr. LXIII.

Hic feſtinatâ requieſcit Erotion umbra
Crimine quem fati ſexta peremit hyemi

Sic de ſe Quintilianus filio amiſſo, libro VI. *ut ſi me, quod æquum & optabile erat, fata intercepiſſent, præceptore tamen patre uteretur.* Mors enim prior nati iniqua eidem cenſetur. Sic impiam ſuam vivacitatē ibidem conviciatur. Ordo enim ille cenſebatur Providentiæ, ut qui genuerat, prior decederet, quem ſervaſſe Fortunam aliquando dicunt, ut Tacitus Annali. XVI. *Seruauitq; ordinem fortuna ac ſenior prius, tum cui prima ætas, exſtinguuntur.* Ordinem enim divinum de cujusq; letho diſponere cenſebant. Lucanus libro VIII.

Quod niſi fatorum leges, intentaq; juſſu
Ordinis æterni miſera vicinia mortis
Damnatum letho traherent ad littora Magnum.

Poetæ Proſerpinam ad poſtes ſuos exſcribere nomina avocandorum è vitâ cenſebant, non aliter quam patresfamilias cenſum ſuum, aut diſponenda de eo ad memoriam conſignabāt. Papinius Thebaide. IIX.

Nec dum illum aut truncâ luſtrauerat obuia taxo
Eumenis, aut furuo Proſerpina poſte notarat,
Cœtibus aſſumtum functis.

Cui ſimile eſt quod alibi dicit Horarius *populum Romanum ſua ætate nihil æſtimare niſi quod Libitina ſacrauit*, & alij in cenſum Libitinæ redigi, aut ei adſcribi. Quem ſuprà Pacati locum attuli non debui olim ſollicitare Noris ad hunc locum; cum enim Fortunatum ſuperſtiteis ſenes dicit Drepanius, omnia humana illis ademta intelligi vult, quaſi jam ſuperſint vitæ ipſi, ceterè vitæ cauſſæ. & ut loqui amabant veteres, fructu. Vt Mezentius apud Maronem. *Vixi, &, quem dederat curſum Fortuna, peregi.* Erita in Epitaphijs plurimis priſcis, etiam eo quod ſibi ipſe idem Virgilius ſcripſiſſe dicitur.

249. POST TRABEAS EXVL.] Conſulares viros in exſilium pulſos dicit, nec unum aliquem; aut de Poeta veritas Hiſtorica exigenda in unius alicujus perſona. Omneis ordines, honores, omnia jura, omnia deniq; divina & humana conturbaſſe avaritiam & crudelitatem Rufini declamat. Conſularium afflictio inter ſumma vecordiſſimorum tyrannorum facinora refertur. Pacatus. *Quod ſi cui ille pro cæteris ſceleribus ſuis minus crudelis fuiſſe cenſetur, veſtrum is veſtrum, Vallio Triumphalis, & Trabente Merobaudes, recordetur interitum. Quorum alter poſt ampliſſimos magiſtratus & purpuras Conſulares & contractum intrà unam domum quendam honorum Senatum ſeſe vitâ abdicare compulſus eſt, alteri manibus ſatellitum Britannorum gula domi fracta.* Non incongruè tamen ad Tatianum iſta referuntur, ut ejus exemplo alij cenſeantur perijſſe. Quoniam vero hujus viri everſio, & ſuperius alluſa eſt, Hiſtoriam ejus ex Zoſimo proponere non erit moleſtum, ut quæ ad Rufini judicia exprimenda inſtar omnium una ſit ſufficiens. Libro IV. Novæ Hiſtoriæ: *Verba* interpretis interpolata etiam: *Rufinus, quaſi qui facinus honeſtum patraſſet, Conſul deſignatur. Hinc Tatiano ejusq; filio Proculo, qui Rufinum aliâ nullâ de cauſſâ offenſum habebant, quam quod præfecturas gerentes; ille Prætorianam, hic Vrbanam, eas incorruptiſſimi à muneribus, &, quam maximè fieri poſſet, ex officij ratione adminiſtrauerant, negotia, nulla juſta de cauſſa faceſſuntur. Atq; uti perfici poſſent quæ in eos agitabantur conſilia prius magiſtratu abdicatur Tatianus, & in jus ducitur Rufino præfecto Aulæ deſignato. Ac in ſpeciem quidem conſtituti ſunt & alij, qui cum Rufino in ſocietatem huius Iudicij venirent ſed auctoritatem ſententiæ ferēdæ ſolus ille habebat. Quia vero Proculus animaduerſis inſidiis fuga ſibi conſulerat, & ſuſpectam Rufinus habebat induſtriam viri, metuebatq; ne quid*

quid noui molitus, arte quadam res ſuas conturbaret; Tatianum patrem fraude praſtitiſq; iuramentis circumuentum, ipſo etiam Imperatore perſuaſo ut tam Patri quam Filio ſpes maximas faceret, eoque modo de veri ſuſpicione abductum ad vana ſomnia, tamdem impellit ut filium per litteras reuocaret. Itaque Proculum, ſimul atq; comparuiſſet, correptū carcer excipit, & Tatiano patriam non exire juſſo, frequenter ad cognoſcendam Proculi cauſſam coitur. Tamdem Iudices ut inter ipſos & Rufinum conuenerat, Proculum morte multandum Sycas, quod ſuburbij nomen eſt, abduci iubent. Id princeps animaduertens miſit qui gladium ſcilicet ab ejus ceruicibus reuoc. r t At is, Rufini mandato parens tardius ijt, & capite iam truncato ſuperuenit. Parum omnino ſcelerum Rufini alludit Claudianus quod in hac hiſtoriola non recenſeatur.

249. TANTA] Tot. ait omnia verba minora eſſe tantis totque ſceleribus. Plautus Amphithr.

ita tanta mira in ædibus ſunt facta.

Ita infiniti alij.

250. Poſſet deflere.] Papinius libro V. Silvarum.

Adſit & alterno mecum clamore fatiſcat,
Vincetur Lacrymis Et infrà.
inferior vox omnis & omnia ſordent
Verba

251. IMMANES.] Vide Macrobium lib. I. Saturn cap. III. Tacitus de Caligulâ, libro VI.

immanem animum ſubdola modeſtia tegens.

252. SINIS ISTMIACA PINV.] Belgici libri *Cinis*. Noſter prodigioſè *Cyclops thimica* agnoſcit. De Sini autem ſeu Scini hoc Pauſanias Corinthiacis.

ἐςὶ δὲ ἐπὶ ᾧ ἰσθμοῦ τῆς ἀρχῆς, ἔνθα ὁ λῃστὴς Σίνις λαμβανόμενος πιτύων, ἦγεν ἐς τὸ κάτω σφᾶς. ὁπόσων ἢ μάχῃ κρατήσειεν, ἀπ᾽ αὐτῶν δήσας ἀφῆκεν ἂν τὰ δένδρα ἄνω φέρεσθαι, ἐν ταῦτα ἑκατέρα τῶν πιτύων τὸν δεθέντα ἐπ᾽ αὐτῇ εἷλκε, τῷ ᾧ δεσμοῦ μηθ᾽ ἑτέρωσε εἴκοντος, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρωθεν ἐπίσης βιαζομένου, διεσπᾶτο ὁ δεδεμένος τοιούτῳ δὲ φθαρῇ τρόπῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Θησέως ὁ Σίνις.

In prima Iſthmi fronte locus eſt ubi Sinis latro curuatu ad terram diuerſarum picearum ramis ad eos quos pugnando viciſſet arctis utrinq; vinculis alligabat, ut cum in ſuam naturam arbores redyſſent, miſerabilem illi in modum diſtraherētur. quo ipſe Sinis poſteà ſupplicij genere à Theſeo affectus eſt. Aliter alij non enim alligaſſe homines latronem; Apollodorus, vel Epitoma potius ejus, tantum enim abeſt ut Bibliothocā hujus ſcriptoris habeamus, ut ne quartam quidem partem eorum librorum qui à veteribus lauda tur, libro III.

δεύτερον δὲ κτείνει (*Theſeus*) Σίνιν τὸν πολυπήμονος καὶ Συλέας τ ς Κορίνθου. οὗτος πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο. οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων ἰσθμὸν ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι. οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν, καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι πανωλέθρως ἀπώλλυντο. τούτῳ τῷ τρόπῳ Θησεὺς Σίνιν ἀπέκτεινεν.

Theſeus Sinim poſteà Polypemonis filium & Sylea Corintho nata, interemit. Huic Pit yocamptes à curuandis pinu vocabulum fuit. Nam cum Corinthiorum Iſthmum inſediſſet viatores ad pinos flectendas inuitos compellebat, qui quod eas ob virium impotentiam inflectere non valerent, ardorum in cacumen rediuntium impetu ſublati peſſum peribant. Hoc eodem genere ſupplicij Sinin Theſeus ſuſtulit Pro lubitu alij aliter referunt. Sane hiſtoriam non fabulam eſſe credibile eſt, cum apud Turcos barbaraſque alias genteis genus ſupplicij hodie etiam ſupereſſe. Plutarchus verò & filiam huic Latroni, & Menalippum ex Theſeo genuiſſe auctor eſt

253. RVPE PROFVNDA SCIRON.] De hoc Latrone idem Pauſanias Atticis. *Nam alia*

alia ſaxā quæ Moluridi adiacent infamia & conſcelerata putant, quod cum ea accoleret Sciron, inde, quæcunq; nactus eſſet hoſpites, in mare detruderet; eos vero adnatans marina teſtudo conficere dicebatur. Sed Sciron eodem poſtea mortu genere ſcelus luit in idem mare proiectus à Theſeo. Virgilius in Ceiri.

> *Præterit abruptas Scironis protenus arces,*
> *Infeſtumque ſuis dira teſtudinis exit*
> *Spelæum, multoque cruentas hoſpite cautes.*

Ita habent omnes veteres Editiones in eo loco, neq; opus eſt mutatione, ut nos olim arbitrati ſumus, nam *ſuis* popularibus & cognatis ſignificat. *Sciron* enim Megarenſibus æque infeſtus erat atque cæteris Græcis. Neq; dubium de teſtudine Scironis loqui Virgilium, quam de Pauſania jam adduximus. Porro quoniam in mentionem hujus, unius omnium elegantiſſimi, Poematis incidi, non poſſum non ad ſatiem iis reſpondere qui nullis hactenus demonſtrationibus acquieſcere voluerunt, ne Catullum illi potius quam Maronem auctorem adſcribere velint, tati à ſtilo hujus lõgius abeſſe, quod nequaquam tamen argumenti ſatis habet, quo minus vincat veritas Videant igitur an non ſatis certum nobis documentum Virgilij auctoris det quod Ovidius ex hoc Poemate integrum ferè verſiculũ in Medeam ſuum, Drama omnium Romanorum maximè nobile, tranſtulit. Ex ea autem Tragœdia hunc citat Quintilianus.

> *Servare potui, perdere an poſſim rogas?*

Quem totidem penè verbis in Ceiri noſtra habes verſu. CCLXXVI. Jam vero illam Ovidij Tragœdiam Virgilianis verſibus contextam auctor eſt Tertullianus cap. XXXIV. libri de Præſcriptionibus contrà Hæreticos: *Vis hodiè ex Virgilio Fabulam, in totam aliam componi, materia ſecundum verſus, verſibus ſecundum materias concinnatis? Deniq. Ovidius Geta Medeam Tragœdiam ex Virgilio pleniſſimè expreſſit, meus quidam propinquus ex eodem Poeta inter cætera ſtyli ſui otia Pinacem Cebetis explicuit.* Ita legunt Pamelius alijque docti eum Locum Tertulliani, nec eſt cauſſa cur mutemus, cum ita in optimis quoque Codicibus repererit Angelus Politianus, longè perſpicaciſſimus talium, ut teſtatur in Miſcellaneis & in venuſto doctoque Poemate quod Nutricia inſcribit, cum de Ovidio ait.

> *Conſutum quoque Syrma trahit*

Nam quod *Getam* Ovidium dixit, affectatione Eruditionis fecit, ut ſolet recondita indicare quavis occaſione vir doctiſſimus. Sed omittamus & hoc argumentum Virgilianæ Ceiris. Irrefutabile contrà Catullum tempus ſcripti Poematis nobis ſuppeditat. Euſebij Chronicum Canonem conſule. Ceiris noſtra miſſa eſt ad Meſſallam, quem & verſu XXXVI. doctiſſimum juvenem appellat. Nomine vero ciet verſu. LV. Catullus autem fato ceſſit anno altero poſt natum Meſſallam nimirum Quarto Olympiadis CLXXX. Niſi itaq; hunc tam catum infantem facturus es ut in ipſis cunis adhuc faſcibus vinctus juvenum doctiſſimus appellari meruerit, jamdudum ſcilicet Jovis pullum aduſta nate referens, Catullo hoc Poema nullo genere aut colore adſcribere poteris. Maroni vero integri pluresq; ordine ſimul poſiti iſthic verſus & aliorum tranſlati, & phraſis ipſa optimè congruit nimirum inſigni ſuavitate ſummum artificem præ ſe ferẽs. Cum hoc autem & ætas omnium optimè facit. Vt ille deditus jam Philoſophiæ & ætate in ſenium inclinabunda Meſſallam vocet juvenem, quæ manifeſta ſunt ex ipſo Ceiris initio. Anno enim Tertio ejuſdem. CLXXX. Olympiadis Cremonæ ſtuduiſſe Maronem ſcribit idem Euſebius. Ex quo porro & illud colligere juvat, non ita brevi ante obitũ tempore carmen hoc detexuiſſe Virgilium. Nam eo obeunte Brundiſij anno ſecundo Olympiadis CXC. Meſſalla gerebat annum ætatis XL. ut fuerit ineptum tantæ maturitatis virum poſt tot Bello togaq; virilia facinora Juvenem appellare. Si convenirent cætera non improbaremus Oberti Giphanij aliarumq; nonnullorum doctorum opinionẽ, qui Cornelio Gallo hoc

hoc Poema adſcribere malunt. Sed de toto hoc negotio in Libris Dubiorum Scriptorum uberius. Ceitis autem hic locus poteſt & ad id alludere quod Plutarchus in Theſeo tradit Phæam Suem cognomento fuiſſe meretricem crudelem & latrocinantem. Quare putem inſerendam voculam *dira & teſtudinis*, ut de duobus ſpelæis Phææ & Teſtudinis, de quâ ſupra in hiſtoriâ eadem ex Pauſania monuimus, ſermo ſit. de Scirone ipſo vide Plutarchi modo nominatum librum. Sed *ſuis*, ut nos expoſuimus non eſt intolerabile, Niſi enim regio vicina fuit Scyronis rupibus ut vides ex Sophoclis verſibus quos enarrat Strabo libro Nono. Porro utriuſq; tam Sinis quam Scironis meminit, & Nicetas Choniates fine lib. IV. de Imperio Manuelis Comneni.

253. VEL PHALARIS TAURO.] Norunt omnes hæc portenta.

255. SPARTHACE LENIS.] Gladiatorum emotor, vi, fortiſſimus, inter exempla quoq; crudelitatis refertur. Apollinaris Sidonius lib. III. Epiſtolâ XIII. *at ſi ad occulta familiarium publicanda temporis ratio ſollicitet mox per hunc Sparthacum quæcunq; ſunt clauſa franguntur, quæq; obſerata reſerantur.* Idem alibi, & Claudianus.

256. ERIS.] Ita libri malè edunt *erit*.

257. DEJECERAT OMNES.] In Manuſcripto Noſtro & quatuor Belgis libris *amens* legitur. Nihil mutandum puta in vulgato. Omnes dejecti erant, quia verſutiam belluæ norant, occultiſſimè odia ſua gerentis, ne in herba perirent aliquando, aut cavere poſſe ut qui exitio deſtinabantur.

258. TACITIQUE SEPULTOS SUSPIRANT GEMITUS.] Oppreſſa libertate, nulli ſermones, ne gemitus quidem conceſſi ſunt aperti. Pacatus. *Miſeri vetabamur agere miſeros, omnes cogebamur mentiri beatos, & cum domi atq; ſecreto ſolis conjugibus ac liberis credidiſſemus furtivos dolores, procedebamus in publicum non noſtra fortuna vultu. audires enim dicere delatorem, quid ita ille triſtis incedit? an quia pauper ex divite eſt? non enim vivere ſe gratulatur?* Lucanus libro I.

gemitu ſic quiſq; latenti
Non auſus timuiſſe palam? vox nulla dolori
Credita: ſed quantum volucres cum bruma coercet
Rura ſilent, mediusq; jacet ſine murmure pontus.

Claudianus lib. II. hujus operis. v. LXXXVI.

Quis populi tunc vultus erat, quæ murmura furtim?
Nam miſeris nec flere quidem aut lenire dolorem
Colloquiis impune licet.

Idem Bello Gildonico.

ſi quiſquam vultu præſentia damnet
Liberiusve gemat, dapibus crudelis in ipſis
Emicat ad nutum ſtricto mucrone miniſter..

Tacitus Annali. VI. *neque diſcerneres alienos à conjunctis, amicos ab ignotis, quid repens aut vetuſtate obſcurum: perinde in foro, in convivio, quaq; de re locuti accuſabantur, ut quis prævenire & reum deſtinare properat.* Nec ſermonibus aut doloris vocibus ſtetit tyrannis, etiam lacrymæ puniebantur, & ex in fœminis, quæ nequaquam ijs moderari queunt. Eodem Annali. *Ne fœminæ quidem exſortes periculi quia occupandæ Reipublicæ argui non poterant, ob lacrymas incuſabantur, necataque eſt anus Vitia Fuſij Gemini mater quod filij necem fleviſſet.* De Amicis Sejani poſt: *Iacuit immenſa ſtrages, omnis ætas, omnis ſexus, illuſtres, ignobiles, diſperſi aut aggregati. Neq; propinquis aut amicis aſſiſtere, illacrymare, ne viſere quidem diutius dabatur, ſed circumjecti cuſtodes, & in mœrorem cujusq; intenti.* At illud omni exẽplo miſerius, additos cuſtodes qui per ſingulos dies deſcriberent omnes ſuſpectorum aut exoſorum gemitus, geſtus, murmura, voces. Scribit tamen idem Tacitus de Druſo inediâ à Tiberio vita expulſo: *Quin & invectus in defunctum probra corporis, exitiabilem in ſuos infenſum Reipublicæ*

animum objecit, recitariq; factorum dictorumq; ejus deſcripta per dies juſſit. Quo non aliud atrocius viſum, adſtitiſſe tot per annos qui vultum, gemitus, occultum etiam murmur exciperent. Ineptum ſit iſto Claudiani loco *gemitum* cum *taciti* jungere, ut taciti gemitus ſepultos ſuſpirare dicantur; ſed vera eſt ſententia ſuſpirare ſepultos gemitus. *Suſpirare gemitus dixit*, ut Tibullus amores. Lib. I. Eleg. VI. *Te tenet, abſenteis alios ſuſpirat amores.* Paria de profligatiſſimo Italiæ tyranno Ecelino ſcribit Monachus Sanctæ Juſtinę editus. Libro III. de geſtis ejus monſtri.

259. INDIGNARIQUE VERENTUR] Metu delatorum. Metus enim malæ necis, tormentorumque inſtantium lætitiam fingere cogit. Unde pulcrè Libanius in Laudibus Juliani Proſphonetico.

ἀλλ' εἰ πάντες ἄνθρωποι νοσήματι κοινῷ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερημένοι θεοῦ τινὸς ἐξαίφνης εὐνοίᾳ τὰς ὄψεις ἀπέλαβον, οὐκ ἂν μειζόνως ἐχόρευσαν. οὐ γὰρ φόβος ἠνάγκαζε πλάττεσθαι τὴν χαράν. ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἑκάστου ψυχῆς ἡ πανήγυρις ἤνθει.

Sed ſi cuncti homines communi morbo oculis capti Dei cujusdam benevolentiâ viſum recuperaſſent, haudquaquam hilarius choreas clauſiſſent. Non enim metus fingere lætitiam cogebat, ſed in animo cujusq; ſolemnitas gaudij florebat. Cæterum elegantiſſima etiam ſcriptura eſt quam in noſtro Codice reperio *indignatique.* Cum intus in imo pectore indignati fuerint, circumſpiciunt & verentur ne quis ſit intimarum etiam cogitationum delator. Eadem tamen mens vulgatorum verborum eſſe poteſt.

260. AT NON MAGNANIMI.] Pariter libro de Victoria contrà Alaricum.

Solus erat Stilico qui deſperantibus augur
Sponderat meliora manu, dubiaq; ſalutis
Dux idem vatesq; fuit.

Eſtque hæc transgreſſio ducta ex Lucano. libro. II. v. CCXXXIV.

At non magnanimi percuſſit pectora Bruti
Terror, & in tantâ pavidi formidine motus
Pars populi Lugentis erat.

260. VIRTUS STILICONIS.] Quicquid Zoſimus hinc inde ſpargat contra fuit vera virtus in hoc heroe, nec ego ejus fide digniorem teſtem probavero quam, Poetam divini Spiritus, minimeq; mendacem aut adulatorem Prudentium, qui noſtro licet aliena caſtra ſectanti concinit ſanè ſuper hoc negotio. libro II. in Symm.

dux agminis Imperijque
Chriſtipotens nobis juvenis fuit, & comes ejus
Atque parens Stilico. &c.

261. SOLUS MEDIOQUE.] Diſtinctio ſananda *metu: Solus, medioq; in turbine rerum.* Nec mutandum quicquam. In Noſtro & uno Belga: *medio ſolus ſed* In Quinque alijs *medio ſeſe ſed turbine* Diſtinctionem quam dixi recepit etiam Scaliger, quo gratior nobis eſſe debet. Sunt libri vel fuerunt apud Schottum ut ipſe teſtatur lib. II. Explicationum Ciceroniarum cap. V. in hoc verſu variantes; ſed eos etiam dum à Belgis allatos exiſtimo, in Judiculo enim Codicum duos ſe Jacobi Suſij evolviſſe notat alterū parvum, altero columnis, ut vocant, deſcriptum. Theodorus Pulmannus Sed eorum neutrius hoc loco, quem integrum ſanumq; diſtinctio exhibet, ratio habenda eſt.

261. TURBINE RERUM.] Bello, aut infortunio publico, Sic alibi ſæpius. Bello. *Hic celer effecit brumane longior una Eſſet hiems* Et alibi. Pariter Sidonius libro VI. Epiſtola. X. *Hic cum familia ſua depradationis Gothica turbinem vitâs in territorium veſtrum delatus eſt.* Sic turbidè agere eſt cum tumultu & offenſione pacis publicè. Vide Collectanea Jureti ad Symmachum libro X. Epiſtola XXXVI. *Turbines* equitum immittere & *procellas* dicit Livius.

262. FR-

261. FERAM.] Ob avaritiæ ingluviem. Sic in Quarto Conſulatu. *cupido.*

In iecur ac tractus imos compulſa receſſit
Qua velut immanes reſerat dum bellua rictus
Explere paſcique nequit.

Martialis libro XII. Epigramm. LIII.

Largiris nihil incubaſq; Gaza
Vt magnus draco, quem ferunt Poetæ
Cuſtodem Scythici fuiſſe luci.

262. VOLUCRIS.] Non adjutus monſtroſis equis, aut portentis ut Deorum natos fingunt Poetæ. Contrà omnes antiquos Heroas Stiliconem laudat. & ita non ſemel alibi.

263 HIC CUNCTIS OPTATA QUIES HIC.] Sic omnes manuſcripti libri agnoſcunt præter Noſtrum, qui diſerte *hac* utroq; loco, licet absq; diphthongo, refert.

264. TURRIS ERAT.] Perfugij locus tutus; Rex Pſalmographus, Pſalmo LX. & aliquoties ſacri Prophetæ. Nec ſine uſu Græco & Latino. Euripides Alceſtide.

ἢ παῖς μὲν ἄρσεν πατέρ' ἔχει, πύργον μέγαν.

Dugalus contra Claudium Taurinenſem: *Hinc Beatum Paulinum Sapientia & Sanctitate præditum, quaſi quandam Farum lucidiſſimam & turrim inexpugnabilem imprimis prætendimus.* Haymo lib X. Hiſt. Ecclеſ. cap. VI. *Sed & Ambroſium turrim adverſus hæreticos validiſſimā multa oppugnatione fatigat.* ἔρκος, hoc modo ſive vallum, Trojæ, Hectorem, dicit Aceratus, ἕκτορ Ὁμηρείοισιν ἀεὶ β βοημένε βίβλοις Θεισδόμυ. Τεῖχος ἔρκος ἰσχυρότερον.

Plura alibi. Vide Baſilium Seleucienſem II. de Davide.

265. CLYPEUSQUE.] Etiam hoc ex plurimis locis ſacræ ſcripturæ. Uſum autem clypei deſignat *trucem porrectus in hoſtem.* Quæ & ipſa ſunt Pſalmographi verba. Alibi Claudianus noſter. de eodem Stilicone. IV. Conſul.

quem fratribus ipſe
Diſcedens clypeum defenſoremq; dediſti

Vide eo loco. Sic Abbo de Obſidione Lutecię libro II. hunc locum exprimens.

Gozlinus domini præſul, mitiſſimus Heros,
Aſtra petit, Domino migrans: rutilans velut ipſa,
Noſtra manens turris, Clypeus, nec non bis acuta Romphea.

Petrus Damianus Epiſtola ad Hildebrandum: *Ille autem ex diverſitate nominum defenſionis ſibi faciens ſcutum aliud eſſe ait ſcacum, aliud telā.* Scrapion Scholaſticus contrà Manichæos: *Lupus erat Paullus, & repertus eſt Paſtor, mactabat. Et hodie ſcutum & tamquam propugnator gregis ſanguinem fundere voluit.*

PORRECTUS.] Vibratus, extenſus. Claudianus Mamertus lib. II. cap. XI. *arbitrabere, utrumnam iſtud in impios prophetici ſermonis oraculum an in te ſit porrectum.*

266. HIC PROFUGIS SEDES.] Noſter liber & hic & ſequentibus ſemper *hac* agnoſcit, quod contrà omnes cæteros eſt, licet non abſonum.

269. HÆREBAT.] Oppoſita immobili mole. Sic alibi *nullis Victoria nodis Haſit* Virgilius. *Hectoris Aeneaq; manu victoria Graium Haſit.*

270. HIBERNO TUMIDUS CUM VERTICE.] Ita omnes Editiones & MSta Exemplaria. Nec tamen ego mōtem aliquem hibernum dici ſed fluvium exiſtimo, & Claudiani ſcripturam eſſe *vertice* : χειμάῤῥος, enim ποταμὸς Græcorum deſcribitur, torrens hiberna glacie & concurſu nivalium aquarum auctus. Pariter legendum apud Virgilium exiſtimo, libro VII.

frondibus atrum
Vrget utrimq; latus nemoris, medioq; fragoſus
Dat ſonitum ſaxis & torto vertice torrens.

Nam & rei hoc & ſentētiæ, & ſono magis congruū. Et ita antiquiſ. exēplar Palatinum habet.

 vulgo

vulgo autem inepte *verticee* excuditur. Juvat etiam liber MS. noſtræ Bibliothecæ, in quo gloſſa eſt. *torte*) tortuoſo. Quod minimè quidem vertici convenit. De hyberno torrente pariter Dioſcuris Theocritus.

> ἤυτε πέτροι ὀλοοίτροχοι ὕστε κυλίνδων
> χειμάῤῥυς ποταμὸς μιγάλαις περιέξεσε δίναις.

Quintus Smyrnæus.

> χειμάῤῥοις ποταμοῖσιν ἐοικότες οἵτε φέρονται
> Ἐξ ὀρέων καταχηδὸν ἀειρομένου ὑετοῖο
> πολλὰ δὲ δένδρεα μακρὰ καὶ ὁππόσα φύει ὄρεσιν
> Αὐτοῖς σὺν πρώνεσιν ἔσω φαρέουσι θαλάσσης.

Alias deſcriptiones habes apud Lucretium libro I. Silium libro III. & lib. XVII.

270. PONTESQVE REVELLIT.] Pariter Lucretius.

> *aqua fertur natura repente*
> *Flumine abundanti, quod magnis imbribus auctum*
> *Montibus ex altis magnus decurſus aquai*
> *Fragmina conÿciens ſilvarum, arbuſtaque tota,*
> *Nec validi pontes poſſunt venientis aquaî*
> *Vim ſubitam tolerare, ita magno turbidus imbri*
> *Molibus incurrens validis cum viribus amnis*
> *Dat ſonitu magno ſtragem, volvitque ſub undis.*
> *Grandia ſaxa, ruit, qua quicquid fluctibus obſtat.*

Vides ingenuam deſcriptionem procul fuco omni, quem addiderunt magnifici vates.

271. FRANGITVR OBJECTV SCOPVLI] Ex illo Virgilij. *obiectu laterum quibus omnis ab alto Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.*

272. CIRCVMTONAT.] Noſter *ſonat*. At melior omnium cæterorum lectio quam ſequimur. Virgilius lib. III. *horrificis iuxta tonat Aethna ruinis*. Idem Georgico. I. *Eurique Zephyrique tonat domus*. Sidonius pariter. *Seſtias ora Helleſpontiacis circumclamata procellis.* Alij.

274. TVOS HVMEROS.] Pariter primo Stiliconiarum.

> *Ancipites rerum ruituro culmine lapſus*
> *Aequali ceruice ſubis*

Pariter Pacatus & alij panegyriſtæ. Calpurnius Ecloga. I.

> *Scilicet ipſe Deus Romana pondera molis*
> *Fortibus excipiet ſic inconcuſſa lacertis*
> *Vt neque tralati ſonitu fragor intonet Orbis,*

Orbem uterque pro Imperio Romano dixit, tamquam extra illum nullus foret. Sic noſter alibi. *Orbe ſub Auguſti.*

275. CEV SIDVS DVLCE.] Pariter ibidem Calpurnius, Et Curtius libro X. *Proinde iure meritoque Populus Romanus ſalutem ſe principi ſuo debere profitetur, cui noctis, quam pene ſupremam habuimus, novum ſidus illuxit. Huius Hercule, non Solis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cum ſine ſuo capite diſcordia membra palarent. Quot ille tum extinxit faces, quos condidit gladios, quantam tempeſtatem ſubita ſerenitate diſcuſſit. Non ergo revireſcit ſolum, ſed etiam floret imperium. Abſit modo invidia, excipiet huius ſeculi tempora eiusdem domus, utinam perpetua, certè diuturna poſteritas.* Variò diſtrahunt eruditiſſimi viri hæc verba ut Curtij ætatem ex ijs hauriant. Vtcunq; autem concludendum arbitrentur Ego Curtium cum toto flore Eloquentiæ ſuæ non multo Antiquiorem Claudiano noſtro arbitror, utpotè cujus dictio Declamatorium acumen ad Panegyriſtarum affectiones jam dum inclinet, ſiquidem veritati præjudicia prævalere non ſuſtineamus. Certè tam veterem eſſe quam volunt pleriq; minimè credidero, cum

tot

tot Grammaticorum nemo ullus ejus mentionem faciat, præcipue non paucis in eo apparentibus dignis nota & obſervatione. Et quæ frons Quintiliano fuerit inter Hiſtoricos illum non referenti, ſi ante eum vixiſſet. Minime omnium eo Eloquentiæ Magiſtro antiquior eſt Curtius. Me ſi quis audiet hæc verba de Theodoſio exaudiet. Novum enim Sidus, novam domum innuit; duo filii firmitatem ejus. At antiquum jam Imperium, immo pene exoletum, verba illa *non ergo revireſcit ſolum ſed etiam floret*. Contritum enim quodammodo tot tyrannorum incurſibus & innumeris ante hunc principem tumultibus ab eo demum auctoritatem reſumſit. Eam ſpeciem Rei Romanæ fruſtra in Veſpaſiani aut Claudii ætatibus quæras, at ubique refloreſcentem invenies ſubmotis à Theodoſio tot tyrannis. Et quoties pariter de eodem ævo loquitur Claudianus noſter? Nec obſtat purius genus loquendi in Curtio, cum & inclinet illud, utcunque blandientes ſibi eruditiſſimi homines oculos claudant, & pleriſque ſeculis unus aliquis ſcriptor extiterit, qui majeſtatem Romani Eloquii comtius tueatur, & altius fouet, quam vulgus cæterorum. Quod de Rhetorum catalogo à Suetonio deſcripto, aut ejus potius capitibus infertur, ſatis equidem hæc ipſa verba confutant, nam quocunque ea vertes inconfutabile poſteriorum temporum argumentum habent quod de Imperio refloreſcente modo illuſtravimus, Viri Clariſſimi, Lipſius, Briſſonius, Bongarſius, ad Juſtinum, De Rebus Perſicis, ad Tacitum, Rutgerſius, T. Popma, ſecus ſentiunt ſcio; ſed diſputandi uberior à nobis alio Locus deſtinatus eſt. Neque obſtat quod Lipſius ex lib. III. de Tyro longa pace florente infert; fuerunt ea tempeſtate quam nos dicimus bella, ſed nihil ad Tyrum; neque non ſolent per adulationem talia de particularibus locis ad omnem Rempublicam extendi. Romanæ vero etiam glorioſum eſt Tyrum pace diutina floruiſſe, cæteris partibus afflictis. Scimus occaſiones talium & quæri à ſcriptoribus & extendi. Quid quod ſub exceſſu Theodoſii ſcribere potuit, cum omnia Imperii tranquilla, ſi Victorino credimus, qui eum vidit. *Sicque in pace rebus humanis annum agens Quinquageſimum apud Medielanum exceſſit, utramque Rempublicam utrique Arcadio & Honorio quietam Relinquens.* Hæc in mentem venientia huc adſcripſimus, ceſſuri ſuper judicio noſtro, ſi quis docuerit meliora. Illud tamen ſimul quoque cogitet velim unde tanta tanto ſcriptori obſcurius venerit, tanta nimirum materiæ nobilitate, tamque paucis Romanorum ingeniis tractata. Certe illi clementior Romano ævo Barbaries ipſa fuerit, qua media & denſiſſima nomen ejus celebre fuit, ut verſificator Galterus plurima expreſſerit, & laudetur inter celeberrima nomina à Joanne Saresberienſe Policratici libro VIII. cap. XVIII. Eſt apud nos ſcriptus liber Jacobi de Ceſſolis Lombardi de Ludo Scachiorum, qui primum Curtii librum in teſtimonium citat, ſed falſo nuda Septimo id quod producit reperitur. Vixit is Jacobus annis abhinc CCCC.

276. OSTENDERE DEI.] Oſtendi eſt ſubito à Diis adferri. Ut de Marcello Virgilius:

Oſtendent terris hunc tantum fata.

Auſonius, Profeſſore VII.

Non manſuris ornate bonis
Oſtentatus raptuſque ſimul
Solſtitialis velut herba ſolet.

Sic alibi de Stilicone, Bell Get.

ſub turbine ſideris inſtar
Emicuit Stiliconis apex

277. GEMINIS QUÆ LAPSA PROCELLIS.] Lapſabunda. Simile de duabus tempeſtatibus navem concutientibus legitur in Themiſtio. *Cæca* ſignificat obſcuram, non videndam, vide eruditos ad Lucretium.

278. INACHIUS QUONDAM:] Omnes manuſcripti Belgæ & Noſter *rubro* vicem *quondam* agnoſcunt. Quod cum Scaligero recipimus etiam. Rubrum autem pontum fuiſſe in quo expoſita cuſtodiæ Draconis

Andromeda, doret vel Manilius, qui fabulam perquam eleganter deſcribit libro V.

At ſimul infecti ventum eſt ad littora Ponti
Mollia per duras panduntur brachia cautes.
Adſtrinxere pedes vinclis

Sane in ea deſcriptione felicitatem ingenii & ſeculi oſtendit Manilius, cujus integros duos treſve libros ad membranas Palatinas & Editionem vetuſtiſſimam Bononienſem ſumma expendendi omnia diligentia in Adverſariis recenſemus. Infeſtum autem Pontum rubrum dicit, ut auctor Priapæorum *Frontem cruentos Faunos*, à ſimilitudine, quæ rei ipſi proxime accedebat. Hæc eſt vera procul dubio ſcriptura Lugdunenſibus libris edita, comparatis ad MS. ab Antonio Molinio Matiſconenſi, ut præ ſe fert præfatio, cum veteres Baſilæenſes & Scaligeri & Juntiana perperam *infeſti Ponti* reduxerint. Sane nec veteres libri hic ſapiunt, niſi tamen Gamblacenſis, qui nunc eſt in poteſtate Caſp. Gevartii, non eſt ſatis accurate inſpectus. Scaliger enim eum Codicem numquam vidit.

279. PECUS.] Omnia marina monſtra pecori Neptuni adſcribebant, & iis paſtorem Protheum. Horatius de diluvio. *Omne cum Protheus pecus egit altos Viſere monteis*, Etiam monſtroſos pleroſque homines eo natos. Gellius libro XV. cap. XXI. Fabula Perſei apud Higynum cap. LXIV. Apollodorum libro II. Ovidium libro IX. Sed neminem melius Manilio, niſi quod limpida ejus & ſuavis oratio mendis etiamnum turbata eſt, ad quam vide Adverſariorum lib. VIII, cap. II.

280. RIGIDA.] Ab effectu quod obrigeſcebant in Lapides qui eam intuebantur.

281. SUSPENSÆ VIRGINIS.] Ita omnes libri ſcripti. Editi nonnulli *conjugis*. Quæ lectio inepta non eſt, nam deſponſa jam erat Perſeo Andromeda. Sponſa vero pro conjuge etiam Jureconſultorũ deciſionibus ignota non eſt. Suſpenſionem autem elegantiſſime deſcripſit Manilius, cum dixit.

Et cruce virginea moritura puella pependit.

Velut in patibulo expanſa. Antonius D'el Rio qui Joviani Pontani deſcriptionem Manilianæ præpoſuit, uti & Ovidianæ, oſtendit quam non acutiſſima aure ad Poetas judicandos cõſederit. Vide librum IV. Vraniæ, verba ſonantia invenies, at geſta & fabulæ ordinem languida, laxa, Poetica tamen modo tantos auctores non aſpiceret, Nam & Ovidius minime tali loco ſui oblitus eſt, & neſcio an ullus minus aptus ſit tumido & male laxo ambitu deſcribi.

283. EGIT.] Adegit. Papinius libro III.

Quid me Perſei ſecreta ad culmina montis
Ire gradu trepido, ſupereſque irrumpere cœtus Egiſtis?

283. TACEAT.] Sic Panegyrico Probini & Olybrii

Taceat Nereida nuptam Peleus

Sidonius Pan. Anthemii. Herculi vero adularot principes ſuos infra non uno loco confert, & eum ſecutus Sidonius. Sic Tito aut Domitiano adulatur ignotus Poeta in Spectaculis.

Herculea laudis numeretur gloria, plus eſt
Bis denas pariter perdomuiſſe feras.

Martialis lib IX. Epigr. LXIV.

craſſius etiam.

Herculis in magni vultus deſcendere Cæſar
Dignatus, Latia dat nova templa via.

Neque aliter Horatius & Papinius. Alii Herculis Nepotes faciunt quos laudare volunt ut Theocritus in divino carmine Ptolemæi Encomio.

283. ACTUS.] Nobilia & memoria digna geſta. Lucanus libro V. *licet ingenteis abruperit Actus Feſtinata dies fatis.* Idem libro VIII.

Adde

Adde actus tantos monimentaque maxima rerum.

Licet & *acta* dicere, eadem poteſtate. Cor. Severus:

> *Iam redeunt animis ingentia Conſulis acta*
>
> *Iurataque manus deprenſaque fœdera noxæ.*

Ergo bene πράξεις Apoſtolorum utroqi nomine inſcribuntur. Iunge notata Adverſariorum libro III. cap. XIII.

284. CLEONÆUM LEONEM.] Ad Cleonas erat Leo ille famoſiſſimus, inter Labores Herculis non poſtremus. Apollodorus breviter omnia enarrat, libro II.

πρῶτον μὲν οὖν Euriſthcus ἐπέταξεν αὐτῷ τοῦ Νεμέου λέοντες τὴν δορὰν κομίζειν. τοῦτο δὲ ζῶον ἦν ἄτρωτον ἐκ τυφῶνος γεγεννημένον, πορευόμενος οὖν ἐπὶ τὸν λέοντα εἰς Κλεωνὰς ἦλθε, εἰς δὲ τὴν Νεμέαν ἀφικόμενος, καὶ τὸν λέοντα μαστεύσας, ἐτόξευσε πρῶτον, ὡς δὲ ἔμαθεν ἄτρωτον ὄντα, ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον, ἐδίωκε, συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον αὐτοῦ τὴν ἑτέραν ἀνῳκοδόμησεν εἴσοδον, διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἐπεισῆλθε τῷ θηρίῳ, καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ κατέσχεν ἄγχων ἕως ἔπνιξε, καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμιζεν εἰς Μυκήνας.

Primum itaque Euryſteus illum Nemaei Leonis pellem afferre juſſit. Hoc vero animans Typheno natum invulnerabile erat. Contendens igitur in Leonem Cleonas pervenit. Poſt ubi Nemeam appulit, quaſitumque Leonem reperit, ſagittiſque immiſſis invulnerabilem comperit; clavam ſubſidio ſumens inſequitur. At fera in ſpeluncam bipatentem fugiente, ingreſſum alterum obſtruxit, altero ſe immiſit. Mox manibus collo injectis aſtrictam tenuit quoad uſque ſtrangularet, dein humeris impoſitam Mycenas aſportavit.

Multa mentio Cleonæi hujus monſtri apud Latinos, Vnde Cleonæi rictus velut proverbio pro fortiſſimis induviis. Hercules enim firmiſſimis lacertis fingebatur. Priapæorum Poeta. *Phœbus comoſus Hercules lacertoſus.* Martianus Capella libro I. *Dehinc quidam roboris inauditi, exſtirpandiſque ſemper adverſitatibus preparatus, ejuſque miros lacertos, rictuſque Cleonaeos Iuno limis cernebat.*

285. ARCADIÆ APER.] Erymanthæus. Apollodorus ibidem. Eſt autem mons Arcadiæ Erymanthus, vel Vibio Sequeſtro interprete.

287. COMPRESSA MATRE REBELLIS.] Late hanc fabulam exſequitur Lucanus, ut velut dedita opera eam deſcribens Libro IIII. Vnde & Fulgentium libro II. cap. VII. ut alios non nominem. Albricus barbaro ævo ſatis argutus Mythologus. *Antæus erat Gigas filius Terræ, cui mater conceſſerat ut quoties terra proſtratus occumberet, viribus duplicatis exſurgeret. Cum hoc Hercules pugnans in lucta, eumque bis proſternens, comperit illum exſurgere fortiorem. Vnde illum brachiis apprehendens elevatum à terra conſtrinxit ad pectus, & tam diu tenuit ſuſpenſum donec deficiens expiraret. Ponitur autem Antæus ſub forma libidinis. Et naſcitur libido de terra & tactu terra fortior redditur, quia libido tactu validior excitatur. Sed à glorioſa ſuperatur virtute, quia denegato tactu ad altiora virtutum mens elevata libidinis concupiſcentiam exſtinguit.* Nihili quidem tales Etymologiæ ſunt confictæ ab ignariſſimis Græcæ linguæ, ſed ingenia tamen talium acuta oſtendunt. Eo enim tempore in talibus ſumma habebatur doctrinæ, nec abſtinent Poetæ alluſionibus ad eas, immo opplent omnes paginas. Vixit Albricus iſte Anno abhinc ultra Quadringentiſſimum, nec dubito Anglum illum eſſe qui alioquin Albricius audit.

289. RESONABAT CRETA.] Celebrabatur, famoſa erat. Virgilius libro VII.

> *Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu,*

Hoc eſt celebrat. Servius reſonare facit interpretatur. Barbara ætas *reſonatos* pro appellatos

pellatos poſuit, nimio uſu & abuſu Latinæ vocis. Abbo de Obſidione Luteriæ, libro I. *Arietes Carcamuſas vulgo reſenatos.* Talia noſſe decet non ut laudes, verum ut intelligas. Tanta enim Infelicitatis Romanæ linguæ fuit, ut ab iis corrumperetur à quibus diſcenda poſt fuit.

293. LATIA QUICQUID DITIONE SVBACTVM VIVIT.] Videri vult omnia viva ſubdita Romanæ ditioni eſſe. Quamvis enim rem aliter ſe habere ſcirent, ita tamen loquebantur. Rutilins ad Romam.

Quantū vitaleis natura tetendit in axeis
Virtuti tantum pervia terra tua.

Vides omnia viventia eum dicere. Pari Ambitinne Juſtinianus Imperator occidentem, & Orientem, & à Latere, Sole illuſtratas terras ſuæ ditinni ſubditas ait Novella LXIX.

ταῦτα ἐννοήσαντες τὸν παρόντα θεῖναι νόμον ᾠήθημεν χρῆναι, παραγορεύομεν πᾶσι τοῖς ἐν ἐπαρχίαις οἰκοῦσιν, ὁπόσοι τῶν ἡμετέρων κατακούουσι σκήπτρων ἐπὶ ὑπηκόου πάσης, τῆς τε εἰς ἀνίσχοντα βλεπούσης, τῆς τε πρὸς δυόμενον ἥλιον, τῆς τε ἑκατέρωθεν οὔσης, &c.

Fateor aliter quoque hæc verba capi valere ſed cui notins magniloquentiæ Romanæ ſtudium & hanc ſententiam agnoſcet tam apud Juſtinianum quam Claudianum noſtrum. In noſtro autem Codice mendoſe dictione oxatatum eſt, cæteri omnes ſani ſunt hoc loco.

294. PRIMIS GANGES HORREBAT IBERIS] Occidentem primūm vocat à dignitate Romani Imperii, cujus ſedes illic vetuſtiſſima. Sic Primum Occidentem non loco ſed auctoritate dicit, Nam alioqui prior Oriens, ut Virgilius de Ænea.

Arma virumque cano Troja qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lavinaque venit Littora

Ita enim interpretatur Sextus Victor in Originibus: *intelligendum eſt Virgilium quoque non ignoratione veteris Hiſtoria ſed ſuo more primum dixiſſe Saturnum, non ante quem nemo, ſed principem; ut : Troja qui primus ab oris Cum dubio procul conſtet ante Aeneam priorem Antenoram in Italiam eſſe pervectum, eumque non in ora littori proxima, ſed in interioribus locis id eſt Illyrice urbem Patavium condidiſſe. En cauſſam cur primes Iberos dixerit.*

294. HOC NEQUE GERYON TRIPLEX.] Non eſt inter tot libros qui muset quicquam præter noſtrum, is *neque tu Geryon* refert; nobis contra cenſentibus.

295. TURBIDUS ORCI JANITOR.] Cerberus extractus inter labores Herculis. Virgilius lib. VIII.

Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci.
Oſſa ſuper recubans antro ſemiſa cruento

Ianitor Orci pro eo Poetis.

Silius lib. II.

formaque triſauci
Perſonat inſomnis lacrymoſa janitor aula

Fingebatur enim ad Fores inferorum. Paullin. Panegyrico Celſi, carmine erudito & ſuavi.

Non commenta loquor vatum, terrentia parvos,
Latrantem in foribus per tria roſtra canem.
Terrentemq; umbras triſti ſqualore Charontem,
Vipereis ſævas crinibus Eumenidas.

297. SED MORIBUS IMPAR] Nemo hoc neſciat diſpares mores eſſe vitiorum atque virtutum; Quare non puto inſuper habendam noſtri libri ſcripturam *mentibus diverſis ſtudiis populi nimirum.* Sic ſupra. v. LXIIX. *Anceps motus erat vulgi.* Eſt enim motus velut tumultus aut ſeditio. Virgilius X.

At vero Rutilis impar ea pugna videri
Iamdudum, & vario miſceri pectora motu.

Lucanus libro IX.

ne

Tunc reſpicit omneis
In cœtu motuque viros

Et ſane non de motibus, ſed de pugna contrariarum inter ſe partium loquitur Poeta. *Sublime* autem certamen dixit quod ad clavos Reipub. gereretur, omnium animis in Eventum arrectis, & glorioſum, celebre, notat. Horat. *Sublimi feriam ſidera vertice.* Virgilius lib X.

quem pu'ſi priſtina Turni
Aggere murorum ſublimem gloria tollit.

Propertius lib. III.

Quo me Fama levat terra ſublimis & à me
Nata coronatis Muſa vehatur equis.

Hæc de Stilicone vera ſunt initio; quæ ad finem geſſit, falſa an æque talia, nemo facile deciderit.

296. VIS HYDRÆ.] Collectio in unum verſum pluribus modo narratorũ. Et hæc modo ſuo coustricta orationem magnificam non dedecet, Eſtque ita aliquoties à noſtro Poeta cum gratia uſurpata. At Apoll. Sidon. qui virtutes hujus non deſerit ingenio, Eloquentia autem & Judicio minime attingit, ſæpius orationem talibus collectionibus, dum acumen earum captat, fregit, & contorſit velut, totum ditatem affectans; loca ipſa quivis colligere poterit. Sidonii ingenio, ſane felici, condonari talia poſſunt, utpote cujus carmina, præcipue Hendecaſyllabi, majeſtatem Romani Eloquii aliquo modo ſervant, At Ennodius quique eum ſecuti, & his contractionibus ſententiarum, & aliis ſtili vitiis, quæ ex imperitia & Judicii pravitate ſubnaſcuntur, prorſus barbaram larvam eidem induerunt.

298. ACCCENDIT PRÆLIA.] Expreſſit in alia re Sidonius Panegyr. Anthemii

Dux fugit, inſequeris; renovat certamina, vincit.
Clauditur, expugnas: elabitur, obruis.

299. INFECTO COELO.] Aere. Lucretius lib. VI.

mortifer æſtus
Aeris emenſus ſpatium campoſque natantes.

Cætera ſunt ex his Ovidii de Peſtilentia Æginenſi, libro VII. ubi longe elegantiſſima eſt deſcriptio.

Principio cœlum ſpiſſa caligine terras
Preſſit, & ignavos incluſit nubibus æſtus.
Letiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri.
Conſtat & in fonteis vitium veniſſe lacuſque:
Milliaque incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe, atque ſuis fluviis temeraſſe venenis.
Strage canum primo volucrumq; oviumq; boumque,
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.

Quin & famoſiſſima illa lues quam Thucydides & Lucretius deſcribunt, ita cæpit ut per aerem ex Æthiopia veniſſe crederetur, & fluviis ita aucta eſt ut infectos illos à Peloponeſiis in Attica crediderint, auctore eodem Thucydide. Auſtri vero flatibus cœlum inquinatur aliquando, Cor. Celſus libro I. cap X. *cum vero hæc in omni peſtilentia faciunda ſunt, tum in ea maxime quam Auſtri excitarunt.* Hos peruſtos ventos dicit Claudianus, Ovidium ſecutus.

303. URBESQUE RAPIT.] Habitatores. Sic in Sacris literis. Marci I. *exibat ad eum univerſa Hieruſalem.* Papinius lib. IV.

Hujus Apollinea currum comitantur Amyclæ

Sic Alii de regionibus. Horatius:

Græcia Barbariæ lenta colliſa duello.

Æmilius Probus in Themiſtocle:

Europa ſuccubuit Aſiæ.

304. DESUDAT IN AMNEIS.] Quatuor Belgæ *diffundit* cum uno Beniniano. At illa vera lectio in Noſtro, Cujacianis, cæteriſque ſupereſt, & à nobis cum Scaligero penitus retinenda videtur. Male autem Noſter *annos* aut *annes.* Cujus libri, Varias adnotare libet, quod plerumque à cæteris ſecedat, præcipuè à vulgo.

alia ſaxa quæ Moluridi adiacent infamia & conſcelerata putant, quod cum ea accoleret Sciron, inde, quoscunq; nactus eſſet hoſpites, in mare detruderet; eos vero adnatans marina teſtudo conficere dicebatur. Sed Sciron eodem poſtea mortis genere ſcelus luit in idem mare proiectus à Theſeo. Virgilius in Ceiri.

Præterit abruptas Scironis protenus arces,
Infeſtumque ſuis dira teſtudinis exit
Spelæum, multoque cruentas hoſpite cauteis.

Ita habent omnes veteres Editiones in eo loco, neq; opus eſt mutatione, ut nos olim arbitrati ſumus, nam *ſuis* popularibus & cognatis ſignificat. *Sciron* enim Megarenſibus æque infeſtus erat atque cæteris Græcis. Neq; dubium de teſtudine Scironis loqui Virgilium, quam de Pauſania jam adduximus. Porro quoniam in mentionem hujus, unius omnium elegantiſſimi, Poematis incidi, non poſſum non ad ſatiem ijs reſpondere qui nullis hactenus demonſtrationibus acquieſcere voluerunt, ne Catullum illi potius quam Maronem auctorem adſcribere velint, rati à ſtilo hujus lõgius abeſſe, quod nequaquam tamen argumenti ſatis habet, quo minus vincat veritas. Videant igitur an non ſatis certum nobis documentum Virgilij auctoris det quod Ovidius ex hoc Poemate integrum ferè verſiculũ in Medeam ſuum, Drama omnium Romanorum maximè nobile, tranſtulit. Ex ea autem Tragœdia hunc citat Quintilianus.

Seruare potui, perdere an poſſim rogas?

Quem totidem penè verbis in Ceiri noſtra habes verſu. CCLXXVI. Jam vero illam Ovidij Tragœdiam Virgilianis verſibus contextam auctor eſt Tertullianus cap. XXXIV. libri de Præſcriptionibus contrà Hæreticos: *Vis hodiè ex Virgilio Fabulam, in totam aliam componi, materia ſecundum verſus, verſibus ſecundum materias concinnatis? Deniq. Ovidius Geta Medeam Tragœdiam ex Virgilio pleniſſimè expreſſit, meus quidam propinquus ex eodem Poeta inter cætera ſtyli ſui otia Pinacem Cebetis explicuit.* Ita legunt Pamelius alijque docti eum Locum Tertulliani, nec eſt cauſſa cur mutemus, cum ita in optimis quoque Codicibus repererit Angelus Politianus, longè perſpicaciſſimus talium, ut teſtatur in Miſcellaneis & in venuſto doctoque Poemate quod Nutricia inſcribit, cum de Ovidio ait.

Conſutum quoque Syrma trahit

Nam quod *Getam* Ovidium dixit, affectatione Eruditionis fecit, ut ſolet recondita indicare quavis occaſione vir doctiſſimus. Sed omittamus & hoc argumentum Virgilianæ Ceiris. Irrefutabile contrà Catullum tempus ſcripti Poematis nobis ſuppeditat. Euſebij Chronicum Canonem conſule. Ceiris noſtra miſſa eſt ad Meſſallam, quem & verſu XXXVI. doctiſſimum juvenem appellat. Nomine vero ciet verſu. LV. Catullus autem fato ceſſit anno altero poſt natum Meſſallam nimirum Quarto Olympiadis CLXXX. Niſi itaq; hunc tam carum infantem facturus es ut in ipſis cunis adhuc faſcibus vinctus juvenum doctiſſimus appellari meruerit, jamdudum ſcilicet Jovis pullum aduſta nate referens, Catullo hoc Poema nullo genere aut colore adſcribere poteris. Maroni vero integri pluresq; ordine ſimul poſiti iſthic verſus & aliorum tranſlati, & phraſis ipſa optimè congruit nimirum inſigni ſuavitate ſummum artificem præ ſe ferẽs. Cum hoc autem & ætas omnium optimè facit. Vt ille deditus jam Philoſophiæ & ætate in ſenium inclinabunda Meſſallam vocet juvenem, quæ manifeſta ſunt ex ipſo Ceiris initio. Anno enim Tertio ejuſdem. CLXXX. Olympiadis Cremonæ ſtuduiſſe Maronem ſcribit idem Euſebius. Ex quo porro & illud colligere juvat, non ita brevi ante obitũ tempore carmen hoc detexuiſſe Virgilium. Nam eo obeunte Brundiſij anno ſecundo Olympiadis CXC. Meſſalla gerebat annum ætatis XL. ut fuerit ineptum tantæ maturitatis virum poſt tot Bello togaq; virilia facinora Juvenem appellare. Si convenirent cætera non improbaremus Oberti Giphanij aliarumq; nonnullorum doctorum opinionẽ, qui Cornelio Gallo hoc

hoc Poema adſcribere malunt. Sed de toto hoc negotio in Libris Dubiorum Scriptorum uberius. Ceteris autem hic locus poreſt & ad id alludere quod Plutarchus in Theſeo tradit Phæam Suem cognomento fuiſſe meretricem crudelem & latrocinantem. Quare putem inſerendam voculam *dira & teſtudinis*, ut de duobus ſpelæis Phææ & Teſtudinis, de quâ ſupra in hiſtoriâ eadem ex Pauſania monuimus, ſermo ſit, de Scirone ipſo vide Plutarchi modo nominatum librum. Sed *ſuis*, ut nos expoſuimus non eſt intolerabile, Niſi enim regio vicina fuit Scyronis rupibus ut vides ex Sophoclis verſibus quos enarrat Strabo libro Nono. Porro vtriuſq; tam Sinis quam Scironis meminit, & Nicetas Choniates fine lib. IV. de Imperio Manuelis Comneni.

253. VEL PHALARIS TAURO.] Norunt omnes hæc portenta.

255. SPARTHACE LENIS.] Gladiatorum emotor, vir fortiſſimus, inter exempla quoq; crudelitatis refertur. Apollinaris Sidonius lib. III. Epiſtolâ XIII. *at ſi ad occulta familiarium publicanda temporis ratio ſollicitet mox per hunc Sparthacum quæunq; ſunt clauſa frangun tur, quæq; obſerata reſerantur.* Idem alibi, & Claudianus.

256. ERIS.] Ita libri malè edunt *erit*.

257. DEJECERAT OMNES.] In Manuſcripto Noſtro & quatuor Belgis libris *ament* legitur. Nihil mutandum puta in vulgato. Omnes dejecti erant, quia verſutiam belluæ norant, occultiſſimè odia ſua gerentis, ne in herba perirent aliquando, aut cavere poſſe ut qui exitio deſtinabantur.

258. TACITIQUE SEPULTOS SUSPIRANT GEMITUS.] Oppreſſa libertate, nulli ſermones, ne gemitus quidem conceſſi ſunt aperti. Pacatus. *Miſeri vetabamur agere miſeros, omnes cogebamur mentiri beatos, & cum domi atq; ſecrete ſolis conjugibus ac liberis credidiſſemus furtivos dolores, procedebamus in publicum non noſtra fortuna vultu. audires enim dicere delatorem, quid ita ille triſtis incedit? an quia pauper ex divite eſt? non enim vivere ſe gratulatur?* Lucanus libro I.

gemitu ſic quiſq; latenti
Non auſus timuiſſe palam? vox nulla dolori
Credita: ſed quantum volucres cum bruma coercet
Rura ſilent, mediuſq; jacet ſine murmure pontus.

Claudianus lib. II. hujus operis. v. LXXXVI.

Quis populi tunc vultus erat, quæ murmura furtim?
Nam miſeris nec flere quidem aut lenire dolorem
Colloquijs impune licet.

Idem Bello Gildonico.

ſi quiſquam vultu præſentia damnet
Liberiusve gemat, dapibus crudelis in ipſis
Emicat ad nutum ſtricto mucrone miniſter..

Tacitus Annali. VI. *neque diſcerneres alienos à conjunctis, amicos ab ignotis, quid repens aut vetuſtate obſcurum: perinde in foro, in convivio, quaq; de re locuti accuſabantur, ut quis prævenire & reum deſtinare properat.* Nec ſermonibus aut doloris vocibus ſtetit tyrannis, etiam lacrymæ puniebantur, & eæ in fœminis, quæ nequaquam ijs moderari queunt. Eodem Annali. *Ne fœminæ quidem exſortes periculi quia occupandæ Reipublicæ argui non poterant, ob lacrymas incuſabantur, necataque eſt anus Vitia Fufij Gemini mater quod filij necem fleviſſet.* De Amicis Sejani poſt: *Iacuit immenſa ſtrages, omnis ætas, omnis ſexus, illuſtres, ignobiles, diſperſi aut aggregati. Neq; propinquis aut amicis aſſiſtere, illacrymare, ne viſere quidem diutius dabatur, ſed circumjecti cuſtodes, & in mærorem cujuſq; intenti.* At illud omni exẽplo miſerius, additos cuſtodes qui per ſingulos dies deſcriberent omnes ſuſpectorum aut exoſorum gemitus, geſtus, murmura, voces. Scribit tamen idem Tacitus de Druſo inediâ à Tiberio vita expulſo: *Quin & invectus in defunctum probra corporis, exitiabilem in ſuos infenſum Reipublicæ*

animum objecit, recitariq; factorum dictorumq; ejus deſcripta per dies juſſit. Quo non aliud atrocius viſum, adſtitiſſe tot per annos qui vultum, gemitus, occultum etiam murmur exciperent. Ineptum ſit iſto Claudiani loco *gemitum* cum *taciti* jungere, ut taciti gemitus ſepultos ſuſpirate dicantur; ſed vera eſt ſententia ſuſpirare ſepultos gemitus. *Suſpirare gemitus dixit*, ut Tibullus amores. Lib. I. Eleg. VI. *Te tenet, abſentes alios ſuſpirat amores.* Paria de profligatiſſimo Italiæ tyranno Ecelino ſcribit Monachus Sanctæ Juſtinę editus. Libro III. de geſtis ejus monſtri.

259. INDIGNARIQUE VERENTUR.] Metu delatorum. Metus enim malæ necis, tormentorumque inſtantium lætitiam fingere cogit. Unde pulcrè Libanius in Laudibus Juliani Proſphonetico.

ἀλλ' εἰ πάντες ἄνθρωποι νοσήματι κοινῷ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερημένοι θεοῦ τινὸς ἐξαίφνης εὐνοίᾳ τὰς ὄψεις ἀπέλαβον, οὐκ ἂν μειζόνως ἐχόρευσαν. οὐ γὰρ φόβος ἠνάγκαζε πλάττεσθαι τὴν χαράν. ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἑκάστου ψυχῆς ἡ πανήγυρις ἤνθει.

Sed ſi cuncti homines communi morbo oculis capti Dei cujusdam benevolentiâ viſum recuperaſſent, haudquaquam hilarius choreas clanſiſſent. Non enim metus fingere lætitiam cogebat, ſed in animo cujusq; ſolemnitas gaudij florebat. Cæterum elegantiſſima etiam ſcriptura eſt quam in noſtro Codice reperio *indignatique.* Cum intus in imo pectore indignati fuerint, circumſpiciunt & verentur ne quis ſit intimarum etiam cogitationum delator. Eadem tamen mens vulgatorum verborum eſſe poteſt.

260. AT NON MAGNANIMI.] Pariter libro de Victoria contrà Alaricum.

> *Solus erat Stilico qui deſperantibus augur*
> *Sponderat meliora manu, dubiaq; ſalutis*
> *Dux idem vatesq; fuit.*

Eſtque hæc transgreſſio ducta ex Lucano, libro. II. v. CCXXXIV.

> *At non magnanimi percuſſit pectora Bruti*
> *Terror, & in tantâ pavidi formidine motus*
> *Pars populi Lugentis erat.*

260. VIRTUS STILICONIS.] Quicquid Zoſimus hinc inde ſpargat contra fuit vera virtus in hoc heroe, nec ego ejus fide digniorem teſtem probavero quam, Poetam divini Spiritus, minimeq; mendacem aut adulatorem Prudentium, qui noſtro licet aliena caſtra ſectanti concinit ſanè ſuper hoc negotio. libro II. in Symm.

> *dux agminis Imperijque*
> *Chriſtipotens nobis juvenis fuit, & comes ejus*
> *Atque parens Stilico.* &c.

261. SOLUS MEDIOQUE.] Diſtinctio ſananda *metu: Solus, medioq; in turbine rerum.* Nec mutandum quicquam. In Noſtro & uno Belga: *medio ſolus ſed* In Quinque alijs *medio ſeſe ſed turbine* Diſtinctionem quam dixi recepit etiam Scaliger, quo gratior nobis eſſe debet. Sunt libri vel fuerunt apud Schottum ut ipſe teſtatur lib. II. Explicationum Ciceronianarum cap. V. in hoc verſu variantes; ſed eos etiam dum à Belgis allatos exiſtimo, in Judiculo enim Codicum duos ſe Jacobi Suſij evolviſſe notat alterũ parvum, altero columnis, ut vocant, deſcriptum. Theodorus Pulmannus Sed eorum neutrius hoc loco, quem integrum ſanumq; diſtinctio exhibet, ratio habenda eſt.

261. TURBINE RERUM.] Bello, aut infortunio publico. Sic alibi ſæpius. Bello. *Hic celer effecit brumaque longior una Eſſet hums* Et alibi. Pariter Sidonius libro VI. Epiſtola X. *Hic cum familia ſua depradationis Gothicæ turbinem vitâs in territorium veſtrum delatus eſt.* Sic turbidè agere eſt cum tumultu & offenſione pacis publicè. Vide Collectanea Jureti ad Symmachum libro X. Epiſtola XXXVI. *Turbines* equitum immittere & *procellas* dicit Livius.

262. FE-

261. FERAM.] Ob avaritiæ ingluviem. Sic in Quarto Conſulatu. *cupido.*

In iecur ac tractus imos compulſa receſſit
Qua velut immanes reſerat dum bellua rictus
Expleri paſcique nequit.

Martialis libro XII. Epigramm. LIII.

Largiris nihil incubaſq; Gaza
Vt magnus draco, quem ferunt Poetæ
Cuſtodem Scythici fuiſſe luci.

262. VOLUCRIS.] Non adjutus monſtroſis equis, aut portentis ut Deorum naros fingunt Poetæ. Contrà omnes antiquos Heroas Stiliconem laudat, & ita non ſemel alibi.

263. HIC CUNCTIS OPTATA QUIES HIC.] Sic omnes manuſcripti libri agnoſcunt præter Noſtrum, qui diſertè *hac* utroq; loco, licet absq; diphthongo, refert.

264. TURRIS ERAT.] Perfugij locus turus; Rex Pſalmographus, Pſalmo LX. & aliquoties ſacri Prophetæ. Nec ſine uſu Græco & Latino. Euripides Alceſtide.

ϗ παῖς μὲν ἄρσην πατέρ' ἔχει, πύργον μέγαν.

Dugalus contra Claudium Taurinenſem: *Hinc Beatum Paulinum Sapientia & Sanctitate præditum, quaſi quandam Farum lucidiſſimam & turrim inexpugnabilem imprimis prætendimus.* Haymo lib X. Hiſt. Eccleſ. cap. VI. *Sed & Ambroſium turrim adverſus hæreticos validiſſimã multa oppugnatione fatigat.* ἕρκος, hoc modo ſive vallum, Trojæ, Hectorem, dicit Aceratus, ἕκτορ Ὁμηρεί:ων ἀεὶ β βοημένε βίβλοις Θειοδόμου, τεῖχος ἕρκος ἐρυμνότερον.

Plura alibi. Vide Baſilium Seleucienſem II. de Davide.

265. CLYPEUSQUE.] Etiam hoc ex plurimis locis ſacræ ſcripturæ. Uſum autem clypei deſignat *trucem porrectus in hoſtem.* Quæ & ipſa ſunt Pſalmographi verba. Alibi Claudianus noſter, de eodem Stilicone. IV. Conſul.

quem fratribus ipſe
Diſcedens clypeum defenſoremq; dediſti

Vide eo loco. Sic Abbo de Obſidione Luteciæ libro II. hunc locum exprimens.

Gozlinus domni præſul, mitiſſimus Heros,
Aſtra petit, Domino migrans: rutilans velut ipſa,
Noſtra manens turris, Clypeus, nec non bis acuta Romphea.

Petrus Damianus Epiſtola ad Hildebrandum: *Ille autem ex diverſitate nominum defenſionis ſibi faciens ſcutum aliud eſſe ait ſcacum, aliud eſſeā.* Serapion Scholaſticus contrà Manichæos: *Lupus erat Paullus, & repertus eſt Paſtor, mactabat. Et hodie ſcutum & tamquam propugnator gregis ſanguinem fundere voluit.*

PORRECTUS.] Vibratus, extenſus. Claudianus Mamertus lib. II. cap. XI. *arbitrabere, utrumnam iſtud in impios prophetici ſermonis oraculum an in te ſis porrectum.*

266. HIC PROFUGIS SEDES.] Noſter liber & hic & ſequentibus ſemper *hac* agnoſcit, quod contrà omnes cæteros eſt, licet non abſonum.

269. HÆREBAT.] Oppoſita immobili mole. Sic alibi *nullis Victoria nodis Hæſit* Virgilius. *Hectoris Aeneaq; manu victoria Graium Hæſit.*

270. HIBERNO TUMIDUS CUM VERTICE.] Ita omnes Editiones & MSta Exemplaria. Nec tamen ego mõtem aliquem hibernum diei ſed fluvium exiſtimo, & Claudiani ſcripturam eſſe *vertice*: χειμάῤῥος, enim ποταμὸς Græcorum deſcribitur, torrens hiberna glacie & concurſu nivalium aquarum auctus. Pariter legendum apud Virgilium exiſtimo, libro VII.

frondibus atrum
Vrget utrimq; latus nemoris, medioq; fragoſus
Dat ſonitum ſaxis & torto vortice torrens.

Nam & rei hoc & ſentẽtiæ, & ſono magis congruũ. Et ita antiquiſ. exẽplar Palatinum habet,

Hhhhhhh 2 vulgo

vulgo autem ineptè *vertice* excuditur. Juvat etiam liber MS. noſtræ Bibliothecæ, in quo gloſſa eſt. *torto*) tortuoſo. Quod minimè quidem vertici convenit. De hyberno torrente pariter Dioſcuris Theocritus.

> ἠΰτε πέτροι ὀλοοίτροχοι οὕστε κυλίνδων
> χειμάῤῥους ποταμὸς μεγάλαις περιέξεσε δίναις.

Quintus Smyrnæus.

> χειμάῤῥοις ποταμοῖσιν ἐοικότες οἵτε φέρονται
> Ἐξ ὀρέων καναχηδὸν ἀειρομένου ὑετοῖο
> πολλὰ δὲ δένδρεα μακρὰ καὶ ὁππόσα φύετ' ὄρεσσιν
> Αὐτοῖς σὺν πρώνεσσιν ἔσω φορέουσι θαλάσσης.

Alias deſcriptiones habes apud Lucretium libro I. Silium libro III. & lib. XVII.

270. PONTESQVE REVELLIT.] Pariter Lucretius.

> *aqua fertur natura repentè*
> *Flumine abundanti, quod magnis imbribus auctum*
> *Montibus ex altis magnus decurſus aquai*
> *Fragmina conijciens ſilvarum, arbuſtaque tota,*
> *Nec validi ponteis poſſunt venientis aquaî*
> *Vim ſubitam tolerare, ita magno turbidus imbri*
> *Molibus incurrens validis cum viribus amnis*
> *Dat ſonitu magno ſtragem, volvitque ſub undis.*
> *Grandia ſaxa, ruit, qua quicquid fluctibus obſtat.*

Vides ingenuam deſcriptionem procul fuco omni, quem addiderunt magnifici vates.

271. FRANGITVR OBJECTV SCOPVLI] Ex illo Virgilij. *obiectu laterum quibus omnis ab alto Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.*

272. CIRCVMTONAT.] Noſter *ſonat.* At melior omnium cæterorum lectio quam ſequimur. Virgilius lib. III. *horrificis iuxta tonat Aethna ruinis.* Idem Georgico. I. *Eurique Zephyrique tonat domus.* Sidonius pariter. *Seſtias ora Helleſpontiacis circumclamata procellis.* Alij.

274. TVOS HVMEROS.] Pariter primo Stiliconiarum.

> *Ancipites rerum ruituro culmine lapſus*
> *Aequali ceruice ſubis*

Pariter Pacatus & alij panegyriſtæ. Calpurnius Ecloga. I.

> *Scilicet ipſe Deus Romanæ pondera molis*
> *Fortibus excipiet ſic inconcuſſa lacertis*
> *Vt neque tralati ſonitu fragor intonet*
> *Orbis,*

Orbem uterque pro Imperio Romano dixit, tamquam extra illum nullus foret. Sic noſter alibi. *Orbe ſub Auguſti.*

275. CEV SIDVS DVLCE.] Pariter ibidem Calpurnius, Et Curtius libro X. *Proinde iure meritoque Populus Romanus ſalutem ſe principi ſuo debere profitetur, cui noctis, quam penè ſupremam habuimus, novum ſidus illuxit. Huius Hercule, non Solis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cum ſine ſuo capite diſcordia membra palarent. Quot ille tum extinxit faces, quot condidit gladios, quantam tempeſtatem ſubita ſerenitate diſcuſſit. Non ergo reviroſcit ſolum, ſed etiam floret imperium. Abſit modo invidia, excipiet huius ſeculi tempora eiuſdem domus, utinam perpetua, certè diuturna poſteritas.* Variò diſtrahunt eruditiſſimi viri hæc verba ut Curtij ætatem ex ijs hauriant. Vtcunq; autem concludendum arbitrentur Ego Curtium cum toto flore Eloquentiæ ſuæ non multo Antiquiorem Claudiano noſtro arbitror, utpotè cujus dictio Declamatorium acumen ad Panegyriſtarum affectiones jam dum inclinet, ſiquidem veritati præjudicia prævalere non ſuſtineamus. Certè tam veterem eſſe quam volunt pleriq; minimè crediderο, cum

tot

tot Grammaticorum nemo ullus ejus mentionem faciat, præcipue non paucis in eo apparentibus dignis nota & obſervatione. Et quæ frons Quintiliano fuerit inter Hiſtoricos iſtum non referenti, ſi ante eum vixiſſet. Minime omnium eo Eloquentiæ Magiſtro antiquior eſt Curtius. Me ſi quis audiet hæc verba de Theodoſio exaudiet. Novum enim Sidus, novam domum innuit; duo filii firmitatem ejus. At antiquum jam Imperium, immo pene exoletum, verba illa *non ergo revireſcit ſolum ſed etiam floret.* Contritum enim quodammodo tot tyrannorum incurſibus & innumeris ante hunc principem tumultibus ab eo demum auctoritatem reſumſit. Eam ſpeciem Rei Romanæ fruſtra in Veſpaſiani aut Claudii ætatibus quæras, at ubique refloreſcentem invenies ſubmotis à Theodoſio tot tyrannis. Et quoties pariter de eodem ævo loquitur Claudianus noſter? Nec obſtat purius genus loquendi in Curtio, cum & inclinet illud, utcunque blandientes ſibi erudítiſſimi homines oculos claudant, & pleriſque ſeculis unus aliquis ſcriptor extiterit, qui majeſtatem Romani Eloquii comius tueatur, & altius ſonet, quam vulgus cæterorum. Quod de Rhetorum catalogo à Suetonio deſcripto, aut ejus potius capitibus infertur, ſatis equidem hæc ipſa verba confutant, nam quocunque ea vertes inconfutabile poſteriorum temporum argumentum habent quod de Imperio refloreſcente modo illuſtravimus, Viri Clariſſimi, Lipſius, Briſſonius, Bongarſius, ad Juſtinum, De Rebus Perſicis, ad Tacitum, Rutgerſius, T. Popma, ſecus ſentiunt ſcio; ſed diſputandi uberior à nobis alio Locus deſtinatus eſt. Neque obſtat quod Lipſius ex lib. III. de Tyro longa pace florente infert; fuerunt ea tempeſtate quam nos dicimus bella, ſed nihil ad Tyrum; neque non ſolent per adulationem talia de particularibus locis ad omnem Rempublicam extendi. Romanæ vero etiam glorioſum eſt Tyrum pace diutina floruiſſe, cæteris partibus afflictis. Scimus occaſiones talium & quæri à ſcriptoribus & extendi. Quid quod ſub exceſſu Theodoſii ſcribere potuit, cum omnia Imperii tranquilla, ſi Victorino credimus, qui eum vidit. *Sicque in pace rebus humanis annum agens Quinquageſimum, apud Mediolanum exceſſit, utramque Rempublicam utrique Arcadio & Honorio quietam Relinquens.* Hæc in mentem venientia huc adſcripſimus, ceſſuri ſuper judicio noſtro, ſi quis docuerit meliora. Illud tamen ſimul quoque cogitet velim unde tanta tanto ſcriptori obſcurius venerit, tanta nimirum materiæ nobilitate, tamque paucis Romanorum ingeniis tractata. Certe illi clementior Romano ævo Barbaries ipſa fuerit, qua media & denſiſſima nomen ejus celebre fuit, ut verſificator Galterus plurima expreſſerit, & laudetur inter celeberrima nomina à Joanne Sareſberienſe Policratici libro VIII. cap. XVIII. Eſt apud nos ſcriptus liber Jacobi de Ceſſolis Lombardi de Ludo Scachiorum, qui primum Curtii librum in teſtimonium citat, ſed falſo nuda Septimo id quod producit reperitur. Vixit is Jacobus annis abhinc CCCC.

276. OSTENDERE DEI.] Oſtendi eſt ſubito à Diis adferri. Vt de Marcello Virgilius:

Oſtendent terris hunc tantum fata.

Auſonius, Profeſſore VII.

Non manſuris ornate bonis
Oſtentatus raptuſque ſimul
Solſtitialis velut herba ſolet.

Sic alibi de Stilicone, Bell Get.

ſub turbine ſideris inſtar
Emicuit Stiliconis apex

277. GEMINIS QUÆ LAPSA PROCELLIS.] Lapſabunda. Simile de duabus tempeſtatibus navem concutientibus legitur in Themiſtio. *Cæca* ſignificat obſcuram, non videndam, vide eruditos ad Lucretium.

278. INACHIUS QUONDAM.] Omnes manuſcripti Belgæ & Noſter *rubro* vicem ꝑ *quondam* agnoſcunt. Quod cum Scaligero recipimus etiam. Rubrum autem pontum fuiſſe in quo expoſita cuſtodiæ Draconis

Andromeda, docet vel Manilius, qui fabulam perquam eleganter deſcribit libro V.

At ſimul infecti ventum eſt ad littora Ponti
Mollia per duras panduntur brachia cautes.
Adſtrinxere pedes vinclis

Sane in ea deſcriptione felicitatem ingenii & ſeculi oſtendit Manilius, cujus integros duos treſve libros ad membranas Palatinas & Editionem vetuſtiſſimam Bononienſem ſumma expendendi omnia diligentia in Adverſariis recenſemus. Infeſtum autem Pontum rubrum dicit, ut auctor Priapæorum *Frontem cruentes Faunos*, à ſimilitudine, quæ rei ipſi proxime accedebat. Hæc eſt vera procul dubio ſcriptura Lugdunenſibus libris edita, comparatis ad MS. ab Antonio Molinio Matiſconenſi, ut præ ſe fert præfatio, cum veteres Baſilæenſes & Scaligeri & Juntiana perperam *infeſti Ponti* reduxerint. Sane nec veteres libri hic ſapiunt, niſi tamen Gamblacenſis, qui nunc eſt in poteſtate Caſp. Gevartii, non eſt ſatis accurate inſpectus. Scaliger enim eum Codicem nunquam vidit.

279. PECUS.] Omnia marina monſtra pecori Neptuni adſcribebant, & iis paſtorem Protheum. Horatius de diluvio. *Omne cum Protheus pecus egit altos Viſere monteis.* Etiam monſtroſos pleroſque homines eo natos. Gellius libro XV. cap. XXI. Fabula Perſei apud Higynum cap. LXIV. Apollodorum libro II. Ovidium libro IX. Sed neminem melius Manilio, niſi quod limpida ejus & ſuavis oratio mendis etiamnum turbata eſt, ad quam vide Adverſariorum lib. VIII. cap. II.

280. RIGIDA.] Ab effectu quod obrigeſcebant in Lapides qui eam intuebantur.

281. SUSPENSÆ VIRGINIS.] Ita omnes libri ſcripti. Editi nonnulli *conjugis*. Quæ lectio inepta non eſt, nam deſponſa jam erat Perſeo Andromeda. Sponſa vero pro conjuge etiam Jureconſultorũ deciſionibus ignota non eſt. Suſpenſionem autem elegantiſſime deſcripſit Manilius, cum dixit.

Et cruce virginea moritura puella pependit.

Velut in patibulo expanſa. Antonius D'el Rio qui Joviani Pontani deſcriptionem Manilianæ præpoſuit, uti & Ovidianæ, oſtendit quam non acutiſſima aure ad Poetas judicandos cõſederit. Vide librum IV. Vraniæ, verba ſonantia invenies, at geſta & fabulæ ordinem languida, laxa, Poetica tamen modo tantos auctores non aſpirent, Nam & Ovidius minime tali loco ſui oblitus eſt, & neſcio an ullus minus aptus ſit tumido & male laxo ambitu deſcribi.

283. EGIT.] Adegit. Papinius libro III.

Quid me Perſei ſecreta ad culmina montis
Ire gradu trepido, ſuperoſque irrumpere cœtus Egiſtis?

283. TACEAT.] Sic Panegyrico Probini & Olybrii

Taceat Nereida nuptam Peleus

Sidonius Pan. Anthemii. Herculi vero adulator principes ſuos infra non uno loco confert, & eum ſecutus Sidonius. Sic Tito aut Domitiano adulatur ignotus Poeta in Spectaculis.

Herculea laudis numeretur gloria, plus eſt
Bis denas pariter perdomuiſſe feras.

Martialis lib. IX. Epigr. LXIV.

craſſius etiam.
Herculis in magni vultus deſcendere Cæſar
Dignatus, Latia dat nova templa via.

Neque aliter Horatius & Papinius. Alii Herculis Nepotes faciunt quos laudare volunt ut Theocritus in divino carmine Ptolemæi Encomio.

283. ACTUS.] Nobilia & memoria digna geſta. Lucanus libro V. *licet ingenteis abruperit actus Feſtinata dies fatis.* Idem libro VIII.

Adde

Adde actus tantos monimentaque maxima rerum.

Licet & *acta* dicere, eadem poteſtate. Cor. Severus:

> *Iam redeunt animis ingentia Conſulis acta*
> *Iurataque manus deprenſaque fœdera noxa.*

Ergo bene πράξεις Apoſtolorum utroq; nomine inſcribuntur. Iunge notata Adverſatiorum libro III. cap. XIII.

284. CLEONÆUM LEONEM.] Ad Cleonas erat Leo ille famoſiſſimus, inter Labores Herculis non poſtremus. Apollodorus breviter omnia enarrat, libro II.

πρῶτον μὲν οὖν Euriſtheus ἐπέταξεν αὐτῷ τοῦ Νεμέου λέοντος τὴν δορὰν κομίζειν. τοῦτο δὲ ζῶον ἦν ἄτρωτον ἐκ Τυφῶνος γεγενημένον, πορευόμενος οὖν ἐπὶ τὸν λέοντα εἰς Κλεώνας ἦλθε, εἰς δὲ τὴν Νεμέαν ἀφικόμενος, καὶ τὸν λέοντα μαστεύσας, ἐτόξευσε πρῶτον, ὡς δὲ ἔμαθεν ἄτρωτον ὄντα, ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον, ἐδίωκε, συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον αὐτοῦ τὴν ἑτέραν ἀνῳκοδόμησεν εἴσοδον, διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἐπεισῆλθε τῷ θηρίῳ, καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ κατέσχεν ἄγχων ἕως ἔπνιξε, καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμιζεν εἰς Μυκήνας.

Primum itaque Euryſteus illum Nemaei Leonis pellem afferre juſſit. Hoc vero animans Typhone natum invulnerabile erat. Contendens igitur in Leonem Cleonas pervenit. Poſt ubi Nemeam appulit, quaſitumque Leonem reperit, ſagittiſque immiſſis invulnerabilem comperit, clavam ſubſidio ſumens inſequitur. At fera in ſpeluncam bipatentem fugiente, ingreſſum alterum obſtruxit, altero ſe immiſit. Mox manibus collo injectis aſtrictam tenuit quoauſque ſtrangularet, dein humeris impoſitam Mycenas aſportavit. Multa mentio Cleonæi hujus monſtri apud Latinos. Vnde Cleonæi rictus velut proverbio pro fortiſſimis induviis. Hercules enim firmiſſimis lacertis fingebatur. Priapæorum Poeta. *Phœbus comoſus Hercules lacertoſus.* Martianus Capella libro I. *Dehinc quidam roboris inauditi, exſtirpandiſque ſemper adverſitatibus preparatus; ejuſque miros lacertos, rictuſque Cleonaos Iuno limis cernebat.*

285. ARCADIÆ APER.] Erymanthæus. Apollodorus ibidem. Eſt autem mons Arcadiæ Erymanthus, vel Vibio Sequeſtro interprete.

287. COMPRESSA MATRE REBELLIS.] Late hanc fabulam exſequitur Lucanus, ut velut dedita opera eam deſcribens Libro IIII. Vnde & Fulgentium libro II. cap. VII. ut alios non nominem. Albricus barbaro ævo ſatis argutus Mythologus. *Antaus erat Gigas filius Terra, cui mater concesſerat ut quoties terra proſtratus occumberet, viribus duplicatis exſurgeret. Cum hoc Hercules pugnans in lucta, cumque bis proſternens, comperis illum exſurgere fortiorem. Vnde illum brachiis apprehendens elevatum à terra conſtrinxit ad pectus, & tam diu tenuit ſuſpenſum donec deficiens expiraret. Ponitur autem Antaus ſub forma libidinis. Et naſcitur libido de terra & tactu terra fortior redditur, quia libido tactu validior excitatur. Sed à glorioſa ſuperatur virtute, quia denegato tactu ad altiora virtutum mens elevata libidinis concupiſcentiam exſtinguit.* Nihili quidem tales Etymologiæ ſunt confictæ ab ignariſſimis Græcæ linguæ, ſed ingenia tamen talium acuta oſtendunt. Eo enim tempore in talibus ſumma habebatur doctrinæ, nec abſtinent Poetæ alluſionibus ad eas, immo opplent omnes paginas. Vixit Albricus iſte Anno abhinc ultra Quadringentiſſimum, nec dubito Anglum illum eſſe qui alioquin Albricius audit.

289. RESONABAT CRETA.] Celebrabatur, famoſa erat. Virgilius libro VII.

> *Dives inaceſſos ubi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu,*

Hoc eſt celebrat. Servius reſonare facit interpretatur. Barbara ætas *reſonatos* pro appellatos

Tunc reſpicis omneis
In cœtu metuque vires

Et ſane non de moribus, ſed de pugna contrariarum inter ſe partium loquitur Poeta. *Sublime* autem certamen dixit quod ad clavos Reipub. gereretur, omnium animis in Eventum arrectis, & glorioſum, celebre, notat. Horat. *Sublimi feriam ſidera vertice.* Virgilius lib X.

quem pu'ſi priſtina Turni
Aggere murorum ſublimem gloria tollit.

Propertius lib. III.

Quo me Fama levat terra ſublimis & à me
Nata coronatis Muſa vehatur equis.

Hæc de Stilicone vera ſunt initio; quæ ad finem geſſit, falſa an æque talia, nemo facile deciderit.

296. VIS HYDRÆ.] Collectio in unum verſum pluribus modo narratorũ. Et hæc modo ſuo conſtricta orationem magnificam non dedecet, Eſtque ita aliquoties à noſtro Poeta cum gratia uſurpata. At Apoll. Sidon. qui virtutes hujus non deſerit ingenio, Eloquentia autem & Judicio minime attingit, ſæpius orationem talibus collectionibus, dum acumen earum captat, fregit, & contorſit velut rotunditatem affectans; loca ipſa quivis colligere poterit. Sidonii ingenio, ſane felici, condonari talia poſſunt, utpote cujus carmina, præcipue Hendecaſyllabi, majeſtatem Romani Eloquii aliquo modo ſervant, At Ennodius quique eum ſecuti, & his contractionibus ſententiarum, & aliis ſtili vitiis, quæ ex imperitia & Judicii pravitate ſubnaſcuntur, prorſus barbaram larvam eidem induerunt.

298. ACCCENDIT PRÆLIA.] Expreſſit in alia re Sidonius Panegyr. Anthemii

Dux fugit, inſequeris; renovat certamina, vincis.
Clauditur, expugnas: elabitur, obruis.

299. INFECTO COELO.] Aere. Lucretius lib. VI.

mortifer æſtus
Aeris emenſus ſpatium campoſque natantes.

Cætera ſunt ex his Ovidii de Peſtilentia Æginenſi, libro VII. ubi longe elegantiſſima eſt deſcriptio.

Principio cœlum ſpiſſa caligine terras
Preſſit, & ignaves incluſit nubibus æſtus.
Letiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri.
Conſtat & in fonteis vitium veniſſe lacuſque:
Milliaque inculteis ſerpentum multa per agros
Erraſſe, atque ſuis fluviis temeraſſe venenis.
Strage canum primo volucrumq; oviumq; boumque,
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.

Quin & famoſiſſima illa lues quam Thucydides & Lucretius deſcribunt, ita cæpit ut per aerem ex Æthiopia veniſſe crederetur, & fluviis ita aucta eſt ut infectos illos à Peloponeſiis in Attica crediderint, auctore eodem Thucydide. Auſtri vero flatibus cœlum inquinatur aliquando, Cor. Celſus libro I. cap X. *cum vero hæc in omni peſtilentia faciunda ſunt, tum in ea maxime quam Auſtri excitarunt.* Hos peruſtos ventos dicit Claudianus, Ovidium ſecutus.

303. URBESQUE RAPIT.] Habitatores. Sic in Sacris literis. Marci I. *exibat ad eum univerſa Hieruſalem.* Papinius lib. IV.

Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ

Sic Alii de regionibus. Horatius:

Græcia Barbariæ lenta colliſa duello.

Æmilius Probus in Themiſtocle:

Europa ſuccubuit Aſiæ.

304. DESUDAT IN AMNEIS.] Quattuor Belgæ *diffundit* cum uno Bentiniano. At illa vera lectio in Noſtro, Cujacianis, cæteriſque ſupereſt, & à nobis cum Scaligero penitus retinenda videtur. Male autem Noſter *annos* aut *annes.* Cujus libri, Varias adoptare libet, quod plerumque à cæteris ſecedat, præcipuè à vulgo.

305. AVIDUS PRÆDO.] Symmachus lib.IV.Ep.XIV. & notavi ad v.CLXXXIIX.

307. AUDET.] In omnibus Belgicis libris, in Noſtro etiam, & à Scaligero receptũ eſt *ardet*, ſecus Claverius & Aldini. Ego τὸ *ardet* agnoſco pro genuino. Et ſic alibi *alacres ardentcum ſternere Tauros* Nec paucis aliis locis.

GENTEIS] Alienos ab imperio Romano. Barbaros. Et ita alibi uti gentium appellatione obſervant Albericus Gentilis in Lectionibus Virgilianis.

308. GENTEIS ISTRUMQUE MOVET.] Propter Rhadagaiſum Scytham hoc dicit, qui à Rufino cum C C. millibus Scytharum & Gothorum in Italiam excitus venit Oroſius libro VII. cap. XXXVII. Freculfus Tomo II. lib. V. cap. I. Alii Is autem Radagaiſus à Stilicone exercitu deleto captus eſt; Rufinus autem tum jam receperat meritas pœnas, ad urbis CP. obtruncatus. Oroſius poſt cædem Stiliconis Hiſtoriam ſuam texens Stiliconem colluſiſſe his evocandis ſcribit, quem hoc genus cæteri magno agmine ſequuntur. Numerus ipſe hoſtium, cædes, Duxque Romanus, varie prorſus traduntur, ut Religionis diſſenſu, quoque ſuæ parti devoto.

309. RECEPTAT.] Recipit. More Poetarum. Virgilius lib. X. *haſtamque receptat Oſſibus hærentem.* Sidonius Anthemiano. *gaudentes exceptant verbera mala.*

310. DESCENDIT.] Daciam montanam innuit. Et omnis iſte tractus Getis, Dacis, Tauriſcis, Tracibus, quondam cultus, montibus præaltis habitatus, vide Strabonem libro VII. Plinius libro IV. cap. XII. *Germanorumq; confinium, campos & plana Iazyges, Sarmatæ vero monteis & ſaltus pulſi ab his Daci ad Pathiſum amnem à Maro (ſive is Duria eſt) à Suevis regnoque Vanniano dirimens eos; adverſa Baſternæ tenent* Loquitur autem ut ſuo tempore hæ gentes fuere, talium oppido peritus, ut qui de Bellis Germanicis X X. volumina ediderit, & ibi militarit, teſte Cæcilio Nepote; Mirum vero eſſe non debet alios ſcriptores parum talibus gentibus illi conſonare cum illarum inteſtina bella & effuſiones tot populorum omnia ſæpius mutarint.

310. MIXTIS.] Vnus enim jam dum Plinii ætate idemque populus erat.

311. CORNIPEDES IN POCULA VULNERAT.] Omnium fere Thraciæ Scythiæque gentium apud Poetas conſuetudo ſanguine equino, lacti mixto pro potu uti. De Maſſagetis pariter Seneca Oedipo:

Lactea Maſſagetas qui pocula ſanguine miſcet.

Sidonius Panegyr. Aviti de Getis, quorum nomen tum generale erat.

ſolitoſque cruentum

Lac potare Getas, & pocula tingere venis.

Alia obvia Poetarum loca. De Scythis & Nomadum populis Clemens Alexandrinus lib. III. Pædagog. Pulcre vero, ut tum tempora erant, deſcribitur ab Ennodio, qui auctor magnitudine ingenii non parva damna Eloquentiæ, quantum quidem ejus reſtabat, dedit, & merito Innodius ab Arnulfo Lexovienſi dicitur, modo enim impedite loquatur, rem factam habere cenſet? Panegyrico Theodorici: *Hos non montana ſtrues non fluminum objectio non negati egeſtas alimenti in arctum neceſſitatis lege continuit, dum credunt ſatis eſſe ad delicias equini pecoris lac potare. Quis ferat adverſarium, qui pernicis jumenti beneficio curret & paſcitur? Quid quod & illis animalibus indicunt ſtudioſa famis patientiam, per qua eſuriem vitare didicerunt. Quemadmodum fit ut jejuna cornipedis ſiſſor visceribus cibos extrahat. quos illa ne conderet diligentia inſtruente proſpexit.* Affectate quidem loquitur Ennodius, ſed cauſſam tamen qua barbari infanteis ſuos ad hoc genus cibi aſſueſecerint, docet. Deſcriptio alia non carens acumine apud Patrem hujus Sidonium, Panegyrico Anthemii, qui quod de infantibus dixi, ad talia aſſuefactos, docet clare his verbis.

Excipit hic natos glacies, & Matris ab alvo

Artus

Artus infantum mollet vix civica durat
Pectore vix alitur quiſquam, ſed ab ubere tractus,
Plus potat per vulnus equum. Sic lacte relicto,
Virtutem gens tota bibit

312. MÆOTIN ALANUS.] Ioſephus libro VII. Haloſ. cap. XXVII. Iſidor. Orig. lib. XIV. cap. IV. Gens fera, bellicoſiſſima; æneis portis ad Mæotin non egrediendam ab Alexandro clauſa, (ſi qua fides non nimium certis Hiſtoriis,) jam arma eorum Europæ fatalia agnoſcente, quæ poſtremo fuerunt Romano Imperio. Egeſippus libro V. cap. L. *Per idem tempus Alani gens fera & diu noſtris ignota, quod interiorum locorum difficultate & clauſtro portæ ferreæ, quam Magnus Alexander prærupto Tauri Montis impoſuit jugo, cum cæteris feris & indomitis introrſum gentibus cohibebantur. Incolebant Scithycum Tanaim, finitimasque ejus & Mæotidis paludes, velut quodam carcere clauſi memorati Regis ingenio ut ſuas terras exercerent, alienas non incurſarent.* De Alania montibus clauſa regione, & gente Alanorum ab Alexandro incluſa paria ſcribit Benjamin Tudelenſis in Itinerario, quod utcunque Arias Montanus Latinum fecit. Quam Hiſtoriam ſuis auctoribus relinquo. Nam Hebræi mira de fortitudine Alexandri comminiſcuntur, ut cum Ioſephus Gorionides eum ſolum noctu civitatem quampiam iniiſſe & debellaſſe ſcribit lib. II. cap XVII. Rebelliones quidem & & excurſionum molimina huic populo vetera apud Romanos: Iam dum Antonino Pio principe. Capitolinus. *In Achaia etiam atq; Ægypto rebelliones repreſſit Alanos molientes ſæpè refrænavit.* Idem in Marco: *Gentes omnes ab Illyrici limite uſque Galliam conſpiraverant Soſibes, Sycobotes, Rhoxolani, Baſternæ, Alani, Peucini, Coſtoboci.* Immo jam ævo Domitiani Perſis incumbebant, ut vides apud Suetonium cap I. Deinde Adriani timore & pecunia ſemoti ſunt. Xiphilinus qui eoſdem cum Maſſagetis facit.

ὁ μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων πόλεμος ἐς τοῦτο ἐτελεύτησεν· ἕτερος δὲ ἐξ Ἀλανῶν, εἰσὶ δὲ Μασσαγέται, ἐκινήθη ὑπὸ Φαρασμάνου, καὶ τὴν μὲν Μηδίαν ἰσχυρῶς ἐλύπησε, τῆς δὲ Ἀρμενίας τῆς τε Καππαδοκίας ἁψάμενος, ἔπειτα τῶν Ἀλανῶν τὰ μὲν δώροις ὑπὸ τοῦ Ὀλογαίσου πεισθέντων, τὰ δὲ καὶ Φλάβιον Ἀρριανὸν τὸν τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντα φοβηθέντες ἐπαύσαντο.

Confecto ad hunc modum bello Iudaico, bellum Alanorum, hi ſunt Maſſagetæ, Pharaſmanes movit, vexataque Media, Armeniam atque Cappadociam invaſit. Poſt Alani adducti partim Vologaſi muneribus partim timore Flavii Arriani, qui Cappadociæ præerat, quieverunt Bene vero Maſſagetæ. Et ſic Niceph. Gregor lib. VI.

πέμπουσι τινὲς τῶν ὑπὲρ Ἴστρον Μασσαγετῶν, Ἀλανοὺς ἡ κοινὴ τούτους καλεῖ διάλεκτος.

Nam ut quæq; gens talium copioſior in procinctum ibat, ita reliquæ nomina ejus ingrediebantur. Sic Ammiani Marcellini ætate, aliæ plures in Alanorum nomen venerant, ut ſcribit ipſe libro XXXI. alioquin finitimi erãt Maſſagetis. Gratianus quidem Imp. magnus horum amator, donis honeſtans eos & cuſtodiæ corporis admovens, militum odium ſibi confecit, ut late ſcribit Zoſimus Novæ Hiſtoriæ libro IV. Claudiani vero ævo Socii erant Romanorum, & inter eorum ordines aſſcripti, ut ex ipſius Bello Getico apparet, & ante poſtque victoriam Stiliconis de Rhadagaiſo teſtatur idem Zoſimus libro V. Dictos autem *ALanos* à *Lano* fluvio qui ſit ultra Danubium argutatur Iſidorus lib. IX. cap. II. Originum. Sed vanè ut & docti obſervarunt. Alania enim montana regio quæpiam eſt, unde nomen hoc venit. Ammianus libro XXXI. *In immenſum extentas Scythiæ ſolitudines Alani habitant, ex montium appellatione cognominati*, Stephanus. Ἀλανὸς ἔθνος Σαρματίας. Ita emendandum in eo ſcriptore. Et pariter Euſtathii in Diony-

ſium. Non verum autem quod notat Caſaubonus, eruditorum ſummus, ad Suetonium, hanc gentem ſub Flaviis primum principibus Romanis innotuiſſe. Nam mentio clara apud Lucanum libro VIII. qui & Pompeio hoc nomine notos facit, libro VIII.

peterem cum Caſpia clauſtra
Et ſequerer duros, æterni Martis, Alanos.

Et Libro X. inter populos ſævos & bellicoſiſſimos ponuntur.

quem non violaſſet Alanus
Non Scytha, non fixo qui ludit in hoſpite Maurus.

Immo non negem aliis quoque ſcriptorum locis inlatere, ſed corruptum fere nomen in Albanorum vocabulum, quod ij notiores, & viciniores. Sane quos ſupra poſitis verbis Xiphilinus *Alanos* hos *Albanos* vocat Zonaras in eadem hiſtoria, citans inſuper Dionis auctoritatem. Tomo II. de cætero ipſa Xiphilini uſurpans, uti ſolet, verba. Quin in Imperio Leonis Iſauri eoſdem cum Albanis facit.

εἶτα ἐστάλη παρ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀλανοὺς, ἢ ἀλβανοὺς, οὕτω γὰρ τοῖς παλαιοῖς ὀνομάζονται, ἐστάλη δὲ συγκινήσων αὐτοὺς κατὰ τῶν ἀβασγῶν ἀποστάντων τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς.

Qui tamen error eſt manifeſtus. Nam diverſas genteis fuiſſe res ſituſque ipſe demonſtrat, & Sole clarius lucet vel ex his ſolis Valerii Flacci verſibus, libro VI. Argon.

Miſerat ardentes, mox ipſe ſecutus, Alanos,
Heniochoſque truceis, jampridem infenſus Anauſis
Pacta quod Albano conjux Medea tyranno.

Ubi vides contrarias in bellum venire. Scytharum tamen gens utraque, nam populi plurima ſub ſpatioſiſſima, ejus nominis terra. Et Alanos cum Zinchis, Gothis, Roſſiſque eo claudit Georgius Pachymerius libro V. Suo ævo Chriſtianos fuiſſe, à Scythis Barbaris ſub actos, ægreque ſervviſſe, ſcribit Gregoras lib. VI. Laus non vulgaris apud Laonicum Chalcocondylam libro IX. *Verum Alani ad Caucaſum uſque ſe extendunt qui præ reliquis habentur viri fortiſſimi, & bellicarum rerum peritiſſimi. Hi conficiunt loricas optimas, fidem ſequuntur Domini noſtri Ieſu Chriſti. Lingua utuntur peculiari, arma habent quæ ex ære parant & Alanica appellantur. Magnam brevi ſibi pararunt potentiam, etiam opes plurimas indeptie.* Ex cujus ſcriptoris libro VIII. ubi deſcribuntur *Albani* videre licet tum quoque diverſiſſimas genteis fuiſſe. *Alanos* Caucaſigenas vocat Sidonius lib. IV. Epiſt. I. forte quod eorum lingua tale quid mons ille ſonarit, unde ipſis quoque deinde nomen, & vides ex Laonico diutiſſime eum habitaſſe. Bellica autem laus hujus gentis celebratur à Claudiano noſtro alibi non uno loco; quin refero quod Marius Victor canit ad Salmoneum celeritatem ejus laudans.

ſi quid vaſtavit Sarmata, ſi quid
Vandalus incendit, veloxque abduxit Alanus.

Et rapacitatem arguit Salvianus libro IV. *Gens Saxonum fera eſt, Francorum infidelis; Gepidarum inhumana, Hinaorum impudica. Numquid tam accuſabilis Francorum perfidia, aut tam reprehenſibilis ebrietas Alemanni, quam ebrietas Chriſtiani, aut tam damnabilis rapacitas Alani, quam rapacitas Chriſtiani.* Ita enim legendum, non vero *Albani*, Tamen & gravi armatura excellens. Jornandes Geticis cap. L. *Nam ibi admirandum reor fuiſſe ſpectaculum ubi cernere erat cunctis pugnantem Gothum enſe furentem, Gepidam in vulnere ſuorum cuncta tela frangentem, Suevum pede, Hunnum ſagitta præſumere Alanū gravi, Herulum levi armatura aciem inſtruere.* Eum locū Jornandis neſcio an ſanum arbitrer; cum n. diverſarum nationum arma diverſa, quibus maxime vigeant, exprimat, cur cuncta Gepidis, & quidem tela, dat? Ego mendum exiſtimo, & *longa tela* fuiſſe vere ſcriptum. Ea enim ſola reſtant nominaris ſagittis & enſibus. Truculenti autem erant Alani, & barbaræ nationis retinentes, unde immitibus populis accenſentur à Paulino Natali Octavo Felicis.

Hunc

Hunc ego ſi Geticis agerem malè ſubditus arvis
Inter & immiteis celebrarem latus Alanos.
licet inter barbara vincla
Liber amor placitis caneret mea vota loquelis.

Et tum quidem militabant jam Romanis. Quod diu feciſſe notandum ex ſcriptore coætaneo Friderico Barbaroſſæ, qui ejus expeditionem Sacram ſcribit. IS in exercitu ISacij Imperatoris Græci Alanos mercede cōductos militaſſe ſcribit. *Omni pernicie Atrociores* vocat Victor ſeu Victorinus in Theodoſio, & à Gratiano jam dum ad ſe ingenti auripondere transductos. Porrò cum Alanis etiam Turcos fuiſſe ad Romanum Imperium vexandum memini legere apud Sigebertum Gemblacenſem Chronologum, licet neſciā unde id hauſerit, imo clarum eſt ex Legationibus decerptis de Menandro Protectore, quamquam poſt non paucis annis; uti nec ſuccurrit unde ſit quod apud Gotifredum Viterbienſem libr. XVII. Panthei eſt, Valentinianum pulſis ad Mæotia Alanis edixiſſe quæ eos gens alia delere poſſet, eam X annis Tributo liberam futuram, idque feciſſe Germanos, & inde nomen Francorum hauſiſſe, idem quidem confirmat Sigfridus Presbyter libro Secundo Epitomes Chronicæ. Et verſibus decantavit Gulielmus Brito libro I. Philippidos. Hos, Vandalis cæſis, ab Gothis Romam vaſtantibus, tantum fuiſſe forteis, ut ne planè everterentur ſcribit Renatus Profuturus apud Gregorium Turonenſem libro II. Cap. IX. unde conſtat & non vulgarem juvandæ rei Romanæ operam Alanorum fuiſſe. Fuere autem plures eorum gentes, (& abſona illa ſcriptorum de Francis deletoribus fabula) quas enumerare longum teſtatur Ammianus libro XXXI. apud quem de moribus, armatura, ſpecie, patria plurima leges.

313. GAUDET PINXISSE GELONUS.] Vibius Sequeſter: *Geloni Thraciæ populi picti corporis parte.* Quomodo vero *partem corporis?* aut quam? Sanè ferro Geloni pro fuco pingebant corpora. Virgilius Georgic. II.

Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonos.

Servius. *Stigmata habenteis.* Et id clarè ei genti peculiare facit Claudianus. Morem autem plenius illuſtrat Solinus. Quare vitioſa puto Sequeſtri illius verba qui ſcriptor eſt, vetuſtior quam vulgo putant, & alia quoque commentatus eſt, ut ſuſpicamur Latetque aliquid doctius. Puto alluſum ad Plinij verba libro XXII. cap. I. *Maresq; etiam apud Dacos & Sarmatas corpora ſua inſcribunt.* In noſtris membranis legitur *punxiſſe* quod tamen cæteræ abigunt omnes.

314. RUFINO COLLECTA MANUS.] Contra Stiliconem pro Honorio Orientem recipere cupientem, Zoſimus libro V. narrat omnia quæ huc faciunt. Nam multitudinem Barbarorum illam immenſam Rufinus excitaviſſe ſcribitur, licet mors ejus adventum hujus præverterit.

τοὺς τὴν Ἀρκαδίου βασιλείαν οἰκονομοῦντας ὁρῶν Στελίχων ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν ἔχοντας, διενοεῖτο, κοινωνῷ χρησάμενος Ἀλαρίχῳ τῇ ὀνοείου βασιλείᾳ τὰ ἐν Ἰλλυρικοῖς ἔθνη, πάντα προσθεῖναι, συνθήκας δὲ περὶ τούτου πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος εἰς ἔργον ἄγειν ὅσον οὐδέπω τὴν ἐπιχείρησιν προσεδόκα. προσδεχομένου δὲ Ἀλαρίχου τῷ παραγγέλματι πειθαρχήσειν ῥοδογάϊσος ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν ἴστρον καὶ τὸν ῥῆνον κελτικῶν τε καὶ γερμανικῶν ἐθνῶν ἐς τεσσαράκοντα συναγαγὼν μυριάδας εἰς τὴν Ἰταλίαν ὥρμητο διαβῆναι, οὗ προσαγγελθέντος ἡ μὲν πρώτη πάντας κατέπληξεν ἀκοή. τῶν δὲ πόλεων ταῖς ἐλπίσιν ἀπεγνωκότων, καὶ αὐτῆς τε τῆς ῥώμης εἰς ἔσχατον κινδύνου συνταραχθείσης ἀναλαβὼν ὁ Στελίχων ἅπαν τὸ ἐν τῷ Τικήνῳ τῆς Λιγυστικῆς ἐνιδρυμένον στρατόπεδον, (ἦν δὲ εἰς ἀριθμοὺς συνειλεγμένον

τριάκοντα) καὶ ὅσον οἷός τε γέγονε συμμαχικὸν ἐξ ἀλανῶν καὶ Οὔννων περιποιήσασθαι, οὐκ ἔφοδον τῶν πολεμίων ἐκ ἀναμείνας αὐτὸς ἐπεραιώθη τὸν Ἴστρον ἅμα παντὶ τῷ στρατεύματι. καὶ τοῖς βαρβάροις ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσὼν ἅπαν τὸ πολέμιον πανωλεθρίᾳ διέφθειρεν. ὥστε μηδένα σχεδὸν ἐκ τούτων περισωθῆναι πλὴν ἐλαχίστους, ὅσους αὐτὸς τῇ ῥωμαίων προσέθηκε συμμαχίᾳ. ἐπὶ ταύτῃ μέγα φρονῶν ὁ Στελίχων εἰκότως τῇ νίκῃ, μετὰ τοῦ στρατοπέδου παρὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, στεφανούμενος ἐπανῄει, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν προσδοκηθέντων κινδύνων τὴν Ἰταλίαν ἐλευθερώσας.

Cum Stilico videret eos qui Arcadij imperium aminiſtrabant animis in ſe infeſtis eſſe, adjuncto ſibi Alarico ſocio, cunctas Illyrici nationes Honorij imperio adjcere deſtinabat. Quam rem cum Alarico pactus opportunitatem exſpectabat, uti re exſequeretur quamprimum quod animo propoſuerat. Alarico ad mandata intento Rhadaigiſus ex TransDanubianis & Transrhenanis Celticis Germanicisq; nationibus collectis millibus hominum quadringentis, irrumpere Italiam parat. Re famâ deditâ, primus rumor miſerè omnes perculſit. Deſperantibus jam omnibus urbibus, Româq; velut extremo periculo imminente anxia Stilico aſſumtis univerſis copiis, Ticino Liguriæ impoſitis, Erant autem triginta numeris conſtituta, cum aliis ſociorum auxilijs, quæ ab Alanis & Hunnis contrahere poterat, præveniens hoſtium adventũ cum univerſo exercitu Iſtrum trajecit, barbarosq; necopinantes aggreſſus, omnes hoſtium copias ad internecionem cecidit. Adeoq; feliciter ut è tanto numero propè nullus evaderet, exceptis perpaucis quibusdam quos Romanis auxiliaribus adſcivit, Ob hanc Victoriam non abs re magnos Stilico animos gerens undiquaque ab omnibus ferè coronato exercitu redibat, cũ præter omnem ſpem formidine ultimarum rerũ Italiam exemiſſet. Hæc incomparabilis victoria odia Orientalium Stiliconi levia fecerant, ſi domeſticis malis tam felix exire potuiſſet. Sequitur enim ſtatim apud eumdem ſcriptorem cædes ejus ex anno patrata quo Arcadius etiam obijt, quà ſane Imperium Occidentis procubuit. Nec poteſt ſcriptor levis & hinc inde odijs nutans Zoſimus quin merita præconia mortuo exſolvat.

315. INNECTITQUE MORAS.] Idem hoc de Alarico objicitur vel imputarunt Stiliconi ab Oroſio & ejus aſſeclis Chronologis. Me ſi quis ſententiam roget, dicam non credere: Non occidit Alaricum, non delevit ejus copias, ais, cum poſſet? Sanè prudenter. Et contra Rufinum enim, & contrà Conſtantinum, tyrannos, irrumpentesque barbaros, eo uti volebat; quod Conſilium ejus clarè apparet ex Zoſimo. Cum enim omnes ferè ſuaderent bello Alaricum perſequi, ille data pecunia placandum dixit, cum Radagaisũ modo deleviſſet. Quo fine? Ut molitionibus ineptorum hominum, Rufino & Eutropio ſuccedentium, in Arcadio moderando, obviam iret, utq; Conſtantinum jam Arelate regnantem eo m ſſo provincia expelleret. & hoc quidem urgebat cum extrema pericula illum Felicitati ſuæ exemerunt. Eucherio, ais, imperium parabat. Minimè vero, cum & hoſtis ipſius Zoſimus teſtetur numquam Tribuni Notariorum dignitatem illi altiorem indulſiſſe, unde ſanè ad Imperium nullus omnino gradus erat. Hoc maximè veriſimilia in Herois fortiſſimi & modeſtiſſimi hiſtoria ſecundum Claudianum noſtrum narrat Zoſimus. Nam quæ de Serena ipſi contraſentiente, & talibus innectit minimè credibilia ſunt, & ſi ſint nihil ad fidem Stiliconis vitiandam, neque aliud quam quovis pacto odium in Stiliconem explere voluiſſe arguunt, cui quodammodo factus erat ex Præceptoris Eunapij canis virulenti, & Sophiſtæ odioſi, ſecta, ſtudioq; paganiſmi. Eunapium penè deſcripſiſſe Zoſimum, ſaltim ut abſtineret convitijs in Stiliconem ſcribit Photius P C.

317. ULTA DUCIS SOCII LETHUM.] Martinus Delrio, vir doctiſſimus, in Notis hunc

hunc locum ſibi nō intelligi fatetur nec minus idem ad I. Stiliconiarum Promotum capiendum exponit. Quas igitur gratias hic pollicetur indici, poſtmodum ipſe a ſe promeruit. Eſt enim *Promotus*, de quo hic ſermo Dux reipublicæ utiliſſimus, ſcelere Rufini impactum colafum ulciſcentis, interfectus, non aliter quam Drusus poſtquam alapam duxiſſet Sejano ut ſcribit Tacitus Annali. IV. licet aliter Dio libr LVII. Qui ſuſpicione apud nos mendi non vacat. Ejus hiſtoriam habes apud Zoſimum libro IV. *Ex ijs autem quibus erant commiſſi magiſtratus ſummo apud Theodoſium loco erat Rufinus Natione Celta Palatinorum ordinum magiſter. Huic enim princeps omnia credere, cæteros parvi æſtimare. Quod animos Timaſii & Promoti nonnihil pungebat qui poſt tot exhauſta pro Rep pericula poſt iſtum cenſerentur. Rufinus autem hoc nomine ſibi placens & animo elatus quoddam verbū in Conſilio publico paullò ferocius in Promotū jactat. Id ille non ferēs excuſſa palma os homini verberavit. Rufinus ad principem ingreſſus oſtenſa facie in tantam iram eum impulit ut diceret, niſi conceptam in Rufinum invidiam ponerent, brevi Principem viſuros. His auditis Rufinus qui alioquin cæteris infeſtus eſſet ob Ambitionem & Primi loci cupidinem Imperatori perſuadet Promotum extrà aulam aliquo ablegaret, ut militaribus exercitijs præfuturum. Eo obtento barbaros inſidiis diſponit dū in Thraciam Promotus proficiſcitur illi mandata faceſſentes, tale nihil timentem aggreſſi trucidant. Virum & avaritiæ contemtu, & ſinceru in rem Romanam virtutibus inclitum.* Nec vero vilis teſtis Symmachus qui libr. III. Epiſt LXXIV. ad eum ſcribit: *Multas in te virtutum natura congeſſit, quas ſi quis trutinet penſiore judicio, neſciat utrum bona fortitudinis magis an mentis excellant.* Notarunt ad eum quædam docti viri ut & Claverius hoc Claudiani loco; qui ſingulari Codicum (forſan & operæ) Cujacianorum felicitate mactus multa ſanè nequiter clauſa in hoc Poeta clave diligentiæ recluſit: Nam & nomina Interpretis Auctorisq. nonnihil fataliter conſpirant.

318. IMPIUS ILLE PRODITOR.] Plerique libri calamo exarati habent tranſpoſitas voces *Proditor ille Impius Nihil pretij opera in mutatione.*

319. HUNNORUM ALLATURUS.] Sic plerique libri Belgæ habent & rectè peſſimè quidem Bentiniani *ablaturus*. Hunnos enim accerſiiſſe Rufinum; rebus Getarum Stiliconis victoria acciſis, dicit, verò an ex communi fama neſcio; certè cum Rufinus occideretur non longè aberant. Paulus Diaconus Hiſtoriæ Miſcellæ libro XIII. *Eo tempore Hunni tranſeuntes Iſtrum fluvium devaſtabant Thraciam.* Alij ſcriptores horum temporum. Potiò Hunnorum militia tum apud Romanos magni æſtimabatur, Stilico enim ipſe armigeros ex ijs lectos habebat. Zoſimus libro V.

Σάρος δὲ καὶ σώματος ῥώμῃ καὶ ἀξιώσει τῶν ἄλλων συμμάχων προέχων, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων βαρβάρων ἀνελὼν καθεύδοντας ἅπαντας οἳ Στελίχωνι προσεδρεύοντες ἔτυχον Οὖννοι καὶ τῆς ἑπομένης αὐτῷ πάσης ἀποσκευῆς γενόμενος ἐγκρατής, ἐπὶ τὴν τούτου σκηνὴν ἐχώρει, καθ' ἣν διατρίβων ἀπεσκόπει τὰ συμβησόμενα.

Sarus autem qui & robore corporis & dignitate cæteris fœderatis præſtaret, opera militātium ſub imperio ſuo Barbarorum necatis, per quietem omnibus Hunnis qui Stiliconis aſſidui Satellites erant, omnibusq. eum ſequentibus impedimentis potitus ad tentorium ejus pergit, in quo tam degens eventum rei ſpeculabatur.

320. MOX SE CONJUNGERE.] Conjuncturos eſſe. Eſt figura commutati tēporis in ſermone, qualis auctoribus optimis familiaris. Et notarunt plurimorum in eam rem loca, amicus olim noſter Valentinus Gulielmus Forſterus in Lectionibus Juris Subſecivis, Bartientus in Silva Variorum, Rittershuſius ad Gunterum, ad Papinium Bernartius, ad Curtium Acidalius, in Antiquæ Lectionis libello Auſonius Popma.

320. INVISIS.] Principi, Reique Romanę, quibus illudebat Proditor imperij. Quammodo figuram loquendi in Claudiano notavimus, eſt & Græciſmo aliter explicabilis, quē quidem Latini ſequuntur volentes ſæpè, infinitivum ita uſurpandi. Ita Appulejus ſæpiſſimè; vide alia ad Bellum Gildonicum.

321. EST GENUS EXTREMOS.] Hunnorum deſcriptio hæc videtur eſſe eruditis. Nec ſanè abit à forma illorum; quamlibet equidem aſpicere paullum. Ammianus libro XXXI. *Hunnorum gens monumentis veterum leviter nota ultrà paludes Mœoticas glacialem Oceanum accolens omnem modum feritatis excedit. Vbi quoniam ab ipſis naſcendi primitijs infantum ferro ſulcantur altius genæ ut pilorum vigor tempeſtivus emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, ſeneſcunt imberbes abique ulla venuſtate ſpadonibus ſimileis, compactis omnes firmisq; membris & opimis cervicibus prodigioſe deformes, & pandi, ut bipedes exiſtimes beſtias, vel qualeis in commarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incomtè in hominum figuras. Sic & in ſua vita uſu ſunt (ita legendum) aſperi, ut neq; igni neq; ſaporatis indigeant cibis, ſed radicibus Herbarum agreſtium & ſemicrudâ cujusvis pecoris carne veſcantur, quam inter femora ſua & equorum terga ſubſertam fotu calefaciunt brevi. Aedificijs nullis umquam tecti, ſed hæc velut ab uſu communi diſcreta ſepulcra declinant. Nec enim apud eos vel arundine faſtigatum reperiri tugurium poteſt. Operimentis induuntur linteis, vel ex pellibus ſilveſtriũ murium conſarcinatis. Semel obſoleti coloris tunica collo inſerta non ante deponitur aut mutatur quam diuturna carie in pannulos defluxerit defruſtata. Galeris incurvis capita tegunt hirſuta crura corijs munientes hœdinis, eorumq; calceis formulis nullis aptati vetant incedere liberis greſſibus.* Vide cætera. Quoniam vero Claudianus noſter beſtiarum iſtarum ſemihominum formam pluribus deſcribit, nos quoque ſuper eorum forma aliorum ſcriptorum quorumdam, non enim omnium licet, verba ponemus. Apollinaris Sidonius præcipuè faciem os oculosque egregiè deſcribit. Anthemiano.

Gens animis membrisq; minax ita vultibus ipſis
Infantum ſuus horror ineſt, conſurgit in arctum
Maſſa rotunda caput, geminis ſub fronte cavernis
Viſus adeſt oculis abſentibus, acta cerebri
In cameram vix ad refugos lux pervenit orbeis,
Non tamen & clauſos, nam fornice non ſpatioſo
Magna vident ſpatia, ut maioris luminis uſu
Perſpicua in puteis compenſant puncta profundis.
Tum ne per malas excreſcat fiſtula duplex
Obtundit teneras circumdata faſcia nareis.
Vt galeis cedant, ſic propter prælia natos
Maternus deformat Amor, quia tenſa genarum
Non interjecto fit latior area naſo.

Attilam ſummum ex omni ęvo eorum ducem ad hanc Sidonij formam acceſſiſſe notandum ex ἀποσπασμαλίῳ Juvenci Calani Dalmatæ: *Erat autem Attila Rex ſuperbus inceſſu, huc & illuc circumferens oculos, ita in omnibus ſuis arrogans ut eius iactantia ſuperbia ex corporis geſtibus quibuscunq; etiam incognitis facilè cognoſceretur. Corpore fuit brevis, ſtatura tamen prope iuſta, lato pectore, capite grandi, oculis minutis, longisque & acutis auribus, hirſutis & hiſpidis crinibus, rara barba, ſed, more ſuo, demiſſa canis quidem aſperſus, ſimus naſo, colore ſubrufus. moribus ferus, audacia pronus Et verè originis ſuæ barbaræ ſigna vel liniamenta demonſtrans, ore parvo, latis tamen labijs, ut ferè ab omnibus camina dicerentur, uno dentium, qui foras eminebat plus iuſto faciem dehoneſtãte quantillum.* Ita collocanda ſunt verba eius ſcriptoris confuſa in Editione H. Caniſij. Ab

uno

uno autem & Rege, qui procul dubio cæteris etiam venuſtior fuit, utpote & barbam alens, quod de reliquis negat Ammianus, reliquorum formam facilè quivis agnoſcet. Et cæteri quidem Scytharum gentem Hunnos faciunt pro tali ſe gerentem, ut & Priſcus Rhetor Attilæ Legationem deſcribens, at Eunapius Scythas ab ijs deletos in Legationum fragmentis memorat, & idem Priſcus ſejungit pariter ut diverſas genteis. Fuerunt autem & Hunnorum diverſa genera nam Hunogutos, & Hunnos cidaritas apud eumdem Priſcum legere eſt. Inter reliqua Hunnorum immania diſcimus ex eodem Priſco filias quoq; ſuas duxiſſe uxores, uti exemplo Aſcæ & Attilæ demonſtratur. Verba Priſci.

καὶ ἄχει τινὸς τῷ βαρβάρῳ συμπροελθόντες, ἑτέραν ὁδὸν ἐτράπημεν, τῶν ξεναγούντων ἡμᾶς βαρβάρων τοῦτο ποιεῖν παρακελευσαμένων, ὡς τοῦ Ἀττήλα εἰς κώμην τινὰ παρεσομένου, ἐν ᾗ γαμεῖν θυγατέρα Ἐσκὰμ ἐβούλετο, πλείστας μὲν ἔχων γαμετάς, ἀγόμενος δὲ καὶ ταύτην κατὰ νόμον τὸν Σκυθικόν.

Quem ſcriptorem qui Attilæ mores noſſe volet, legat; inprimis verò memorabilis ejus convivij deſcriptio eſt cui Priſcus ipſe interfuit, ex quo clarum pleroſq; magnatum titus hodie per Europam uſu frequentes Barbarorum illis non eſſe abſimiles forte & oriundos inde. Collocatio enim menſæ, ordo convivarum, poculorum præbitiones, ſalutationes, ſurrectiones bibentium, Salus Regis præbibita, Ferculorũ illationes, & poſitiones, Acroamata, & reliqua cum hujus temporis pleriſq; conſonant. Cæterum Hunnorum formam ſic quoque deſcribit Jornandes, quem Calanus Jordanim vocat. Geticarum, capite XXIV. *Hunni quos bello forſitan minimè ſuperabant, vultus ſui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate fugabant; eo quod erat eis ſpecies pavendâ nigredine, ſed velut quadam, ſi dici fas eit, deformis offa, non facies, habensque magis puncta quam lumina. Quorum animi fiduciam torvus prodit aſpectus, qui etiam in pignora ſua primo die nata deſæviunt. Nam maribus ferro genas ſecant, ut antequam lactu, nutrimẽta percipiant, vulneris cogantur ſubire tolerantiam. Hinc imberbes ſeneſcunt & ſine venuſtate ephebi ſunt, quia facies ferro ſulcata tempeſtivam pilorum gratiam per cicatrices abſumit.* A quo deinceps de fabuloſa eorum origine dira narrantur, ſed minimè credenda, utpote præter cætera ab homine ſcripta cujus gens minimè poterat Hunnorum amica eſſe. Eadem verba retinuit Jornandis exſcriptor Paullus Diaconus, vel Landulfus Sagax libro XII. Hiſtoriæ Miſcellæ. Habitationes Hunnorum non aliunde melius quam ex Priſco diſcas, de quibus ita Sangallenſis Monachi in Vita Karoli Magni, initio libri II. ut fabuloſa plurima vulgo de hac gente vulgata fuiſſe videre facile poſſis, ut ſolent immania immaniora ſermonibus timentium fingi. Porrò ad formam pertinet quod Claudianus noſter dicit in Rufinum. II.

qui nos aut turpibus Hunis
Aut impacatis famulos praſtabit Alanis.

Et Coripus.

Illa colubrimodis Avarum gens dira capillis
Horribilis viſu crudaque aſperrima bellis
Imperio ſubjecta tuo, ſervire parata.

Non enim alij *Avares* ab *Hunnis*, neque interpres ullis ambagibus opus habebat. Vide Tamen Theophylactum Simocattam in Hiſtoriâ Mauritianâ. Paullus Warnefridus lib. II. Langob. cap X. *eo quoque tempore comperta Hunni qui & Avares, morte Clotharij Regis ſuper filium ejus Sigibertum irruunt.* Dictiq; eo nomine à Rege quopiam Idem libro I. cap. XXVII. *Albein vero cũ Avaribus qui primum Hunni poſteà de Regis proprio nomine Avares appellati ſunt fœdus perpetuum innuit.* Crebra poſt horum mentio apud Menandrum Protectorem, Theophylactum, Juvencum Calanum, Glycam, Aimoynum lib. II. cap. XI. & alios. Francicarum terũ ſcriptores, & Græcos

Kkkkkkk Lati-

Latinosque pleroſque alios. Eos poſtea Ungaros faciunt Gothfridus Viterbienſis & alij. Scriptura autem nominis ambigua eſt, Veteres enim Codices plerumq; ſine aſpiratione ſcribūt, ut in Claudiano ſemper Noſter. *Thunnos* eumdem populum creditum docet Euſthatius Commentario ad Dionyſium Periegeten. v. DCCXXVIII.

SCYTHIÆ VERGENTIS IN ORTUS.] Ex illis tractibus notiſſimum pleraſq; omnes eas gentes veniſſe, quæ Romanum Imperium peſſumdederunt, Gothos, Alanos, Herulos, Gepidos, Hunnos, Gothunos, Caycos, & magnam vim aliarum, quarum ipſa etiam nomina Romano ori portentoſa ſint. Memoria autem dignum eſt notare quo pacto primum multitudo immenſa Iſtrum transjecerit, cum nullo negotio à Romano milite ripis arceri voluerint. Scribit eam hiſtoriam Zoſimus lib. IV. Valentem videlicet permiſiſſe ut inermes amnem tranſirēt, quod dum facere orſi eſſent, præfectos cū præſidio eo miſſos in pueris mulieribusque formoſis eligendis occupatos neglexiſſe ſtrictiorem ripæ curam, unde cum armis barbaros transmiſiſſe, illicoq; agminibus factis omnem provinciam occupaſſe, mox ſignis collatis ipſum Imperatorem interemiſſe. Scythiæ ſpatioſiſſima regio quatenus pateret, præter Geographos notat Curtius lib. VII. *Caterum nos & Aſia & Europa cuſtodes habebis, Bactra, niſi dividat Tanais, contingimus, ultra Tanaim & usq; ad Thraciam colimus, &c.* Duplicesq; jam apud vetuſtiſſimos auctores habebantur Europæi atq; Aſiatici, Europæi quidem ampliora loca alteris habitantes, ut auctor ex Commentarijs Ptolemæi & Ariſtobuli Arrianus initio libri IV ἀναβάσεως. Vide latè Jornandem Geticis cap. V. tanta autem amplitudo Scythiæ fuit æſtimata ut Hippocrates eam pro universa Europá dixerit, uti cum interpretatur Erotianus in voce Αβίκ. Et Pompejum per Scythiam tamquam per mare, aſtris ducibus, veniſſe, ſcribit Florus lib. III. cap. V.

324. QUO NON DEFORMIUS ULLUM.] Minimè ſollicitarim hanc lectionem. At ſex libri calamo exarati Belgæ & Septimus Noſter clarè unà cum Aldo *famoſius* habent, quod recepit etiam Scaliger. Vulgatum minimè mutaverim.

325. OBSCENAQUE VISU.] Talium enim obviæ facies pro malo omine malo habebantur. Priore in Eutropium:

cum pallida nudis
Oſſibus horrorem dominis præberet imago.
Decolor & macies occurſu læderet omnes,
Aut pueris latura metus, aut tædia menſis,
Aut crimen famulis, aut procedentibus omen.

Unde quæ notamus ad eum locum.

326. NUMQUAM CESSURA LABORI.] Ammianus libro XXXI legendus.

327. VITANDA CERES.] Velut ex lege quapiam. Radicibus enim tantum herbarum, & ſemicruda cujusvis pecoris carne veſcebantur, ut ex Ammiano retulimus.

328. FRATRESQUE NECARE.] Hanc lectionem res ipſa & fratrum cædes parricidijs conſtructa expoſcere videtur, quam retinuit etiam Scaliger Noſter *frenisq; ſecare*, unde non hoc ſeculo diverſitatem hanc natam videre licet. Itaq; & Aldus. Belgæ Quatuor, connumerato Delriano MS. *frontemque ſecare*, quomodo edidit & Claverius. Ego vero minimo minus probo; quorſum enim frons ſecta criminis immaniſſimi loco componatur parricidio, juramento quopiam jactato! Fruſtra autem hæc Claudiani ad Hiſtoricam veritatem exigas, cum enim fictè pleraq; Rufini facinora exaggeret, & hoſteis ab eodem Romano Imperio inductos, quam maxime atroces poteſt, deſcribit. Poteſt & τὸ *SECARE* retineri quod Poeticè valet *occidere*. Ut *ferire* alibi. Epigram. Sic Geticas ultrix feriat Romphæa catervas.

329. NEC PLUS NUBIGENAS.] Non ipſi, ait. Centauri arctius natura juncti equis erant quam Hunnorum gens aſſuetudine Equitandi. Curabant Hunni omnia negocia equinis inſidentes, & vix ſtare firmiter ſolo poterant. Ammianus. lib. XXXI. *ad pedeſtres parum accommodati ſunt pugnas, verum equis prope affixi duris quidem ſed deformibus, & muliebriter iisdem nonnumquã inſidentes funguntur muneribus conſuetis. In ipſis quivis in hac natione pernox & perdius, emit & vendit, cibumq; ſumit & potum, & inclinatus cervici anguſtæ jumenti in altum ſaporem, adusq; varietatem effunditur ſomniorum.* Et deliberatione ſuper rebus propoſita ſerijs hoc habitu omnes in commune conſultabant. Zoſimus libro Quarto.

τοῖς ὑπὲρ τὸν ἴςρον κατῳκημένοις σκύθαις μάχλω ἐπῄεσαν, μάχλω μὲν πεζὴν ὔτε δυνάμενοι τοπαράπαν ὔτε εἰδότες ἐπαγαγεῖν, πῶς γὰρ οἱ μήτε εἰς γλῶ πῆξαι τὺς πόδας οἷοίτε ὄντες ἑδραίως, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἵππων καὶ διαιτώμενοι καὶ καθεύδοντες.

Sidonius Anthemio.

> *Vix matre carens ut conſtitit infans*
> *Mox præbet dorſum ſonipes, cognata reare*
> *Membra viris, ita ſemper equo, ceu fixus, adhæret*
> *Rector: Cornipedum tergo gens altera fertur*
> *Hac habitat.*

Quod Ammianus ait Hunnos in equis cibum cepiſſe confirmat exemplo Attilæ eorumdem Regis Priſcus Rhetor in Legationibus:

πλησίον δὲ τῶν Ονηγησίυ οἰκημάτων γενόμενον ὑπεξελθῦσα ἡ τῦ Ονηγησίυ γαμετὴ μετὰ πλήθυς θεραπόντων τῶν μὲν ὄψα τῶν δὲ καὶ οἶνον φερόντων (μεγίςη δὲ αὕτη παρὰ Σκύθαις ἐςὶ τιμή) ἠσπάζετο τε καὶ ἠξίυ μεταλαβεῖν ὧν αὐτῷ φιλοφρονυμένη ἐκόμισεν. ὁ δὲ ἐπιτηδείυ ἀνδρὸς χαριζόμενος γαμετῇ, ἤσθιεν ἐπὶ τῦ ἵππυ ἥμενος, τῶν παρεπομένων τὸν πίνακα, ἀράντων· ὀργυῖᾳ δὲ ἦν ὕψος) ἐς ὕψος ἀράντων βαρβάρων.

330. MOBILITAS.] Celeritas. Altero de raptu. *ſed nulla ruenti Mobilitas.* Et libro III. *fremit illa marito Mobilior Zephyro.*

331. INSPERATIQUE RECURSUS.] Zoſimus libro IV.

πελλάσεσι δὲ καὶ ἐκδρομαῖς καὶ εὐκαίροις ἀναχωρήσεσιν ἐκ τῶν ἵππων κατατοξεύοντες ἄπειρον Σκυθῶν εἰργάσαντο φόνον.

Paria de Parthis Plutarchus in Craſſo, Appianus Parthicis.

332. SPUMANTIS AD HEBRI.] Alludit doctiſſimus Poeta turbines & volutiones crebras hujus fluvij, ob quas, anteà quam Hebrus Caſandri Regis filius patrem falſa novercæ accuſatione cædem intentantem fugiens, in eo periret, Rhombus vocabatur, vide Plutarchum de Fluminibus, libro fabulatũ veterum eleganti cinno. Alludit eodem is auctor cum initio cap. De eo ſcribit.

ἕβρος ποταμός ἐςι τῆς Θράκης, προσηγορίαν εἴληχὼς ἀπὸ τῆς συςροφῆς τῆς καταφορᾶς τῦ ὕδατος.

Subjicit vero idem Plutarchus quicunque tamdem, (non enim Chęronenſis) de Rhombi nomine fabulam.

333. TENDIT AQUAS.] Probo lectionem Sex Belgicarum Codicum. *tendis more enim ſuo Stiliconem alloquitur.*

333. ANTE TVBAS FERRVMQVE.] In uno MSto eſt *tubas aciemque*, cui conſentit alius alter Bentinianus. Parum intereſt utram lectionem ſequare; ego officij mei oblivisci in proponenda utraque non debui.

334. NVBIFERO SEV TV PROCVMBIS IN HÆMO.] Propter altitudinem, qua quidem omnes ejus regionis montes excellit Hęmus, proximo Rhodope, ut auctor eſt Strabo libro VII. Procumbere autem ibi Martem & habitare facit propter perpetua bella quibus inter ſe gentes illæ digladiabantur. Inde Lucanus *æterni Martis Alanos dixit.* Quædam

notabimus huc pertinentia. *Thracas defende tuos.*

335. CANA GELV RHODOPE.] Mons Thraciæ, nivibus diu ſervatis nobilis in ſcriptoribus. Theocritus Thalyſijs.

> εὖτε χιὼν ὥς τις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' αἷμον
> Ἤ ἄθω, ἢ ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα.

Vide Zachariam Callietgum eo loco in Scholijs. Martis domicilium Poeticum: Claudianus alibi:

> *Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem, &c.*

336. REMIGE MEDO SOLLICITATVS ATHOS.] Manuſc. Noſter. *remige non dum.* In Belgicis plerisq; *Nudo* quod alia manu correctum in *Modo* quæ quin ſit genuina ſcriptura dubitandum non videtur accedente imitatione Sidonij, cujus verſus mox ponemus. Quomodo autem Xerxes Perſa effoſſo Atho ex continentem tenentibus urbibus inſulas fecerit, ipſumq; montem remige ſollicitaverit lege apud Herodotum Diodorum Siculum libro XI. Hoc facinus cum Græca vanitate in immenſum augeretur, tamquã rem maximam celebrare cœperunt, & incredibilem Poetæ, ut & alij ſcriptores. Virgilius Culice.

> *Non perfoſſus Athos nec magno vincula ponto*
> *Iacta, meo quærent jam ſera volumine famam.*

Agathias libro IV.

Ξέρξην ἐκεῖνον τὸν ἱππήλατον μὲν δεικνύντα τὴν θάλατταν, ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι ναυτιλλόμενον.

Zoſimus libro I.

ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος ὠρύττετο δὲ ὁ Ἄθως ἅμα τῇ θαλάττῃ καὶ τὰς ναῦς ἐνδεχόμενος. Sidonius.

> *Quas pelagi fames non ſic tenuiſſe vel illum*
> *Crediderim, cui ruptus Athos, cui remige (Medo*
> *Turgida ſilveſam currebant vela per Alpem.*

Idem.

> *Aut, cum millia mille concitaret,*
> *Inflatum numeroſitate XerXen,*
> *Atque hunc fluminibus ſatis profundis*
> *Confeſtim ebibitis adhuc ſitiſſe.*
> *Nec non Thermopylas & Hellis undas,*
> *Spretis obiicibus ſali ſolique.*
> *Inſanis equitaſſe cum catervis.*
> *Admiſſoq; in Athon tumente ponto*
> *Iuxtà frondifera cacumen Alpis*
> *Sculptas claſſibus iſſe per cavernas.*

Juvenalis Sat. X *creditur olim Velificatus Athos & quicquid Græcia mendaX Audet in Hiſtoriâ credimus altos Defeciſſe amneis, epotaq; flumina Medo Prandente.* Commentarius Priſcus. *Xerxen dicit Perſarum Regem qui Athonem montem in Thracia dicitur perforaſſe, & immiſiſſe terris novum mare, pontum contabulaſſe navibus, atq; ita exercitum in Achaiam tranſtuliſſe.* Arnobius lib. I. *ut ille immanis Xerxes mare terris immitteret & greſſibus maria tranſiret, noſtri nominis effectum eſt injuriâ?* Plura apud Cteſiam, Iſacium Tzetzam, in Lycophronem. Alterum Chiliade. I. Hiſt XXXII. Juſtinum lib II. Oroſium li. II. cap. IX. Aemylium Probum Themiſtocle. Iſocratem Panathenaico. Plutarchũ Themiſtocle. Lucretium libro III. Lucanum libro II. Pulcerrimè Ariſtides Platonicâ II. Qui rem velut oculis ſpectabilem proponit. Martianus Periegeſi etiam legendus, & Lyſias Oratione XXXI. Seu Epitaphio Auxiliarium Corinthiorum. Manil. lib. I. & lib IV. & Alij. Immenſa autem hujus montis altitudo miras quoque fabulas in medium dedit, vide Solinum. c XVII.

337. PANGÆA.] Vibius Sequeſter. *Pangæus Thraciæ & Macedoniæ mons.* Ita edidit nuper eruditiſſimus Mauſſacus. At Aldini veteres libri. *Thraciæ in Theſſalia.*

338. ACCINGERE MECVM.] Socium enim Stiliconem Marti dat in profligandis hoſtibus ad felicitatem indicandam. Infra. *Hinc Stilico turmas illinc Gradivus agebant.* Et ſanè longiſ-

longiſſime ab hujus Herois virtute & felicitate cæteri ejus ævi Principes viri abfuerunt, quo occiſo lævam manum, vel dextram potius, ſibi præcidit altera Honorius, Poſtinde ſervus ſuorum ſervorum.

339. THRACAS DEFENDE TUOS.] Thracia fertilis Heroum ora, ut ab Sidonio appellatur Marti propritim à ſcriptoribus dedicata erat, utpote hominum præ cæteris animoſorum mater ut ſcribit Nicefotus Calliſti libro XI. cap. XIV. Manilius lib. IV.

Thrace Martem ſortita colonum

Papinius Achilleide I. *Mavortia Thraco.* Ob ſæviriam, pura, gentis. S. Rufus: *ſæviſſimi omnium gentium Thraces.* Dionyſius Halicarnaſſ. de Examinat. Orat. *Demus itaque Græcum vel fingamus Barbarum eadem natura diviſione eſſe. Barbarum quidem ut Thracem truculentum. Ponamus altera ex parte Græcam indolem, &c.* Vnde eives Martis Sidonius vocat *tali ordine viſa Cives Martis agunt.* Et is inibi natus. Modeſtus Compendio rei militatis. *Dacos autem & Myſos, & Thracas, inter bellicoſos ſemper fuiſſe manifeſtum eſt, ut ipſum Martem fabula apud eos natum eſſe confirment.* Ibidem ſepultum eumdem auctor eſt Alanus Commentario in Prophetias Merlini libro VII. De cultu ex veterioribus. Jornandes in Geticis, cap V. Vbi & de nato inibi Marte teſtimonio Maronis.

340. VESTITA SPOLIIS DONABERE QUERCU.] Tropæum innuit, qualia Marti poſt victoriam è quercu erigebant qui hoſtem pepuliſſent. Virgilius, libro XI.

Ingentem quercum deciſis undique ramis
Mezenti ducis exſuvias tibi magne tropæum
Bellipotens aptat rorantes ſanguine criſtas, &c.

Sidonius Anthemio.

micat haſta minax, quercuſque tropæis
Curva tremit, placidoque Deam ſub faſce fatigat.

Plura vide notata ab eruditiſſimo Heraldo ad Tertulliani Apologeticum, & Digreſſionibus ei Commentario ſubnexis. Julio Cæſare Bulangero de Tropæis. Nos quoque alibi plura minus vulgata.

340. VESTITA.] Tecta, induta. Sic & aliter variis modis abutuntur veſtiendi verbo ſcriptores Græci pauci. Latini vero plurimi. Docemus alibi multis..

341. PATER.] Ex Romanorum perſona loquitur. Erynna Lesbia. Χαῖρέ μοι ῥώμα θυγάτηρ Ἄρηος. Quem verſiculum perperam alіorſum alii vocant. Mars autem præcipuum numen Romanorum à Romulo ejus filio, ut notiſſimum, Vnde & in prologis Plautinis *Mars Reipublicæ Romanæ præ omnibus aliis Diis propitius vovetur.*

341. SCOPULISQUE NIVALIBUS ANNI.] Inibi habitatio Martis. Papinius, lib. VII. à quo etiam miniſtros videtur noſter mutuo ſumſiſſe.

Hic ſteriles delubra notat Mavortia ſilvas,
Horreſcitque tuens, ubi mille furoribus illi
Cingitur adverſo domus immanſueta ſub Aemo.
Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur
Limina, ferratis incumbunt tecta columnis.
Læditur adverſum Phœbi jubar, ipſaque ſedem
Lux timet, & dirus contriſtat ſidera fulgor.
Digna loco Statio: primis ſalit Impetus amens
E foribus, cæcumque Nefas Iraque rubentes.
Exſanguesſque Metus, occultiſque enſibus aſtans
Inſidiæque, geminumque tenens Diſcordia ferrum
Innumeris ſtrepis aula Minis. triſtiſſima Virtus
Stat medio. lætuſque Furor, vultuque cru-

ſium. Non verum autem quod notat Caſaubonus, eruditorum ſummus, ad Suetonium, hanc gentem ſub Flaviis primum principibus Romanis innotuiſſe. Nam mentio clara apud Lucanum libro VIII. qui & Pompeio hoc nomine notos tacit, libro VIII.

peterem cum Caſpia clauſtra
Et ſequerer duros, aterni Martis, Alanos.

Et Libro X. inter populos ſævos & bellicoſiſſimos ponuntur.

quem non violaſſet Alanus
Non Scytha, non fixo qui ludit in hoſpite Maurus.

Immo non negem aliis quoque ſcriptorum locis inlatere, ſed corruptum fere nomen in Albanorum vocabulum, quod ij notiores, & viciniores. Sane quos ſupra poſitis verbis Xiphilinus *Alanes* hos *Albanos* vocat Zonaras in eadem hiſtoria, citans inſuper Dionis auctoritatem. Tomo II. de cætero ipſa Xiphilini uſurpans, uti ſolet, verba. Quin in Imperio Leonis Iſauri eoſdem cum Albanis facit.

εἶτα ἔσταλτο παρ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀλανοὺς, ἢ ἀλβανοὺς, οὕτω γὰρ τοῖς παλαιοῖς ὀνομάζονται, ἔσταλτο δὲ συγκινήσων αὐτοὺς κατὰ τῶν ἀβασγῶν ἀποστάντων τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς.

Qui tamen error eſt manifeſtus. Nam diverſas genteis fuiſſe tes ſitusque ipſe demonſtrat, & Sole clarius lucet vel ex his ſolis Valerii Flacci verſibus, libro VI. Argon.

Miſerat ardentes, mox ipſe ſecutus, Alanos,
Heniochoſque truceis, jampridem infenſus Anauſis
Pacta quod Albano conjux Medea tyranno.

Vbi vides contrarias in bellum venire. Scytharum tamen gens utraque, nam populi plurima ſub ſpatioſiſſima, ejus nominis terra. Et Alanos cum Zinchis, Gothis, Roſſiſque eo claudit Georgius Pachymerius libro V. Suo ævo Chriſtianos fuiſſe, à Scythis Barbaris ſubactos, ægreque ſerviiſſe, ſcribit Gregoras lib. VI. Laus non vulgaris apud Laonicum Chalcocondylam libro IX. *Verum Alani ad Caucaſum uſque ſe extendunt qui pra reliquis habentur viri fortiſſimi, & bellicarum rerum peritiſſimi. Hi conficiunt loricas optimas, fidem ſequuntur Domini noſtri Ieſu Chriſti, Lingua utuntur peculiari, arma habent qua ex are parans & Alanica appellantur. Magnam brevi ſibi pararunt potentiam, etiam opes plurimas indeptie.* Ex cujus ſcriptoris libro VIII. ubi deſcribuntur *Albani* videre licet tum quoque diverſiſſimas genteis fuiſſe. *Alanes* Caucaſigenas vocat Sidonius lib. IV. Epiſt. I. forte quod eorum lingua tale quid mons ille ſonatit, unde ipſis quoque deinde nomen, & vides ex Laonico diutiſſime eum habitaſſe. Bellica autem laus hujus gentis celebratur à Claudiano noſtro alibi non uno loco; quo refero quod Marius Victor canit ad Salmoneum celeritatem ejus laudans.

ſi quid vaſtavit Sarmata, ſi quid
Vandalus incendit, velox que abduxit Alanus.

Et rapacitatem arguit Salvianus libro IV. *Gens Saxonum fera eſt, Francorum infidelis; Gepidarum inhumana, Hunnorum impudica. Numquid tam accuſabilis Francorum perfidia, aut tam reprehenſibilis ebrietas Alemanni, quam ebrietas Chriſtiani, aut tam damnabilis rapacitas Alani, quam rapacitas Chriſtiani.* Ita enim legendum, non vero *Albani*, Tamen & gravi armatura excellens. Jornandes Geticis cap. L. *Nam ibi admirandum reor fuiſſe ſpectaculum ubi cernere erat cunctis pugnantem Gothum enſe furentem, Gepidam in vulnere ſuorum cuncta tela frangentem, Suevum pede, Hunnum ſagitta praſumere Alanū gravi, Herulum levi armatura aciem inſtruere.* Eum locū Jornandis neſcio an ſanum arbitrer; cum n. diverſarum nationum arma diverſa, quibus maxime vigeant, exprimat, cur cuncta Gepidis, & quidem tela, dat? Ego mendum exiſtimo, & *longa tela* fuiſſe vere ſcriptum. Ea enim ſola reſtant nominatis ſagittis & enſibus. Truculenti autem erant Alani, & barbaræ nationis retinentes, unde immitibus populis accenſentur à Paulino Natali Octavo Felicis.

Hunc

Hunc ego ſi Geticis agerem malè ſubditus arvis
Inter & immiteis celebrarem latus Alanos.
licet inter barbara vincla
Liber amor placitis caneret mea vota loquelis.

Et tum quidem militabant jam Romanis. Quod diu feciſſe notandum ex ſcriptore coætaneo Friderico Barbaroſſæ, qui ejus expeditionem Sactam ſcribit. IS in exercitu ISacij Imperatoris Græci Alanos mercede cōductos militaſſe ſcribit. *Omnipernicie Atrociores* vocat Victor ſeu Victorinus in Theodoſio, & à Gratiano jam dum ad ſe ingenti autipondere transductos. Porrò cum Alanis etiam Turcos fuiſſe ad Romanum Imperium vexandum memini legere apud Sigebertum Gemblacenſem Chronologum, licet neſciā unde id hauſerit, imo clarum eſt ex Legationibus decerptis de Menandro Protectore, quamquam poſt non paucis annis; uti nec ſuccurrit unde ſit quod apud Gorifredum Viterbienſem libr. XVII. Panthei eſt, Valentinianum pulſis ad Mæotia Alanis edixiſſe quæ eos gens alia delere poſſet, eam X annis Tributo liberam futuram, idque feciſſe Germanos, & inde nomen Francorum hauſiſſe, idem quidem confirmat Sigfridus Presbyter libro Secundo Epitomes Chronicæ. Et verſibus decantavit Gulielmus Brito libro I. Philippidos. Hos, Vandalis cæſis, ab Gothis Romam vaſtantibus, tantum fuiſſe forteis, ut ne planè evertetentur ſcribit Renatus Profuturus apud Gregorium Turonenſem libro II. Cap. IX. unde conſtat & non vulgarem juvandæ rei Romanæ operam Alanorum fuiſſe. Fuere autem plures eorum gentes, (& abſona illa ſcriptorum de Francis deletoribus fabula) quas enumerare longum teſtatur Ammianus libro XXXI. apud quem de moribus, armatura, ſpecie, patria plurima leges.

313. GAUDET PINXISSE GELONUS.] Vibius Sequeſter: *Geloni Thraciæ populi picti corporis parte.* Quomodo vero *partem corporis?* aut quam? Sanè ferro Geloni pro fuco pingebant corpora. Virgilius Georgic. II.

Eoaſque domos Arabum, pictoſque Gelonos.

Servius. *Stigmata habenteis.* Et id clarè ei genti peculiare facit Claudianus. Morem autem plenius illuſtrat Solinus. Quare vitioſa puto Sequeſtri illius verba qui ſcriptor eſt, vetuſtior quam vulgo putant, & alia quoque commentatus eſt, ut ſuſpicamur Latetque aliquid doctius. Puto alluſum ad Plinij verba libro XXII. cap. I. *Mareſq; etiam apud Daces & Sarmatas corpora ſua inſcribunt.* In noſtris membranis legitur *punxiſſe* quod tamen cæterę abigunt omnes.

314. RUFINO COLLECTA MANUS.] Contra Stiliconem pro Honorio Orientem recipere cupientem, Zoſimus libro V. narrat omnia quæ huc faciunt. Nam multitudinem Barbarorum illam immenſam Rufinus exciviſſe ſcribitur, licet mors ejus adventum hujus prævertetit.

τοὺς τὴν Ἀρκαδίου βασιλείαν ἐγκεχειρισμένους ὁρῶν Στελίχων ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν ἔχοντας, διενοεῖτο, κοινωνῷ χρησάμενος Ἀλαρίχῳ τῇ Ὁνωρίου βασιλείᾳ τὰ ἐν Ἰλλυριοῖς ἔθνη, πάντα προσθεῖναι, συνθήκας δὲ περὶ τούτου πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος εἰς ἔργον ἄγειν ὅσον οὐδέπω τὴν ἐπιχείρησιν προσεδόκα. προσδεχομένου δὲ Ἀλαρίχου τῷ παραγγέλματι πειθαρχήσειν ῥοδογάϊσος ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν ἴστρον καὶ τὸν ῥῆνον κελτικῶν τε καὶ γερμανικῶν ἐθνῶν ἐς τετταράκοντα συναγαγὼν μυριάδας εἰς τὴν Ἰταλίαν ὥρμητο διαβῆναι, οὗ προσαγγελθέντος ἡ μὲν πρώτη πάντας κατέπληξεν ἀκοή. τῶν δὲ πόλεων ταῖς ἐλπίσιν ἀπεγνωκότων, καὶ αὐτῆς τε τῆς ῥώμης εἰς ἔσχατον κινδύνου συνταραχθείσης ἀναλαβὼν ὁ Στελίχων ἅπαν τὸ ἐν τῷ Τικήνῳ τῆς Λιγυστικῆς ἐνιδρυμένον στρατόπεδον, (ἦν δὲ εἰς ἀριθμοὺς συνειλεγμένον

τριάκοντα) καὶ ὅσον εἰκὸς ἦν γέγονε συμμαχικὴν ἐξ Ἀλανῶν καὶ Οὔννων περιποιήσασθαι, τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων οὐκ ἀναμείνας αὐτὸς ἐπεραιώθη τὸν Ἴστρον ἅμα παντὶ τῷ στρατεύματι. καὶ τοῖς βαρβάροις ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσὼν ἅπαν τὸ πολέμιον πανωλεθρίᾳ διέφθειρεν. ὥστε μηδένα σχεδὸν ἐκ τούτων περισωθῆναι πλὴν ἐλαχίστους, ὅσους αὐτὸς τῇ ῥωμαίων προσέθηκε συμμαχίᾳ. ἐπὶ ταύτῃ μέγα φρονῶν ὁ Στελίχων εἰκότως τῇ νίκῃ, μετὰ τοῦ στρατοπέδου παρὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, στεφανούμενος ἐπανῄει, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν προσδοκηθέντων κινδύνων τὴν Ἰταλίαν ἐλευθερώσας.

Cum Stilico videret eos qui Arcadij imperium aminiſtrabant animis in ſe infeſtis eſſe, adjuncto ſibi Alarico ſocio, cunctas Illyrici nationes Honorij imperio adjicere deſtinabat. Quam rem cum Alarico pactus opportunitatem exſpectabat, uti re exſequeretur quamprimum quod animo propoſuerat. Alarico ad mandata intento Rhadaigiſus ex Trans Danubianis & Transrhenanis Celticis Germanicisq; nationibus collectis millibus hominum quadringentis, irrumpere Italiam parat. Re famâ deditâ, primus rumor miſerè omnes perculſit. Deſperantibus jam omnibus urbibus, Româq; velut extremo periculo imminente anxia Stilico aſſumtis univerſis copiis, Ticino Liguriæ impoſitis, Erant autem triginta numeris conſtituta, cum alijs ſociorum auxilijs, quæ ab Alanis & Hunnis contrahere poterat, prævertens hoſtium adventũ cum univerſo exercitu Iſtrum trajecit, barbarosq; necopinantes aggreſſus, omnes hoſtium copias ad internecionem cecidit. Adeoq; feliciter ut è tanto numero propè nullus evaderet, exceptis perpaucis quibusdam quos Romanis auxiliares adſcivit, Ob hanc Victoriam non abs re magnos Stilico animos gerens undiquaque ab omnibus ferè coronato exercitu redibat, cũ præter omnem ſpem formidine ultimarum rerũ Italiam exemiſſet. Hæc incomparabilis victoria odia Orientalium Sriliconi levia fecerant, ſi domeſticis malis tam felix exire potuiſſet. Sequitur enim ſtatim apud eumdem ſcriptorem cædes ejus ex anno patrata quo Arcadius etiam obijt, quà ſane Impetium Occidentis procubuit. Nec poteſt ſcriptor levis & hinc inde odijs nutans Zoſimus quin merita præconia mortuo exſolvat.

315. INNECTITQUE MORAS.] Idem hoc de Alarico objicitur vel imputatur Stiliconi ab Oroſio & ejus aſſeclis Chronologis. Me ſi quis ſententiam roget, dicam non credere: Non occidit Alaricum, non delevit ejus copias, ais, cum poſſet? Sanè prudenter. Et contra Rufinum enim, & contrà Conſtantinum, tyrannos, irrumpentesque barbaros, eo uti volebat; quod Conſilium ejus clarè apparet ex Zoſimo. Cum enim omnes ferè ſuaderent bello Alaricum perſequi, ille data pecunia placandum dixit, cum Radagaisũ modo deleviſſet. Quo fine? Ut molitionibus ineptorum hominum, Rufino & Eutropio ſuccedentium, in Arcadio moderando, obviam iret, utq; Conſtantinum jam Arelate regnantem eo miſſo provincia expelleret, & hoc quidem urgebat cum extrema pericula illum Felicitati ſuæ exemerunt. Euchetio, ais, imperium parabat. Minimè vero, cum & hoſtis ipſius Zoſimus teſtetur numquam Tribuni Notariorum dignitatem illi altiorem indulſiſſe, unde ſanè ad Impetium nullus omnino gradus erat. Hoc maximè veriſimilia in Herois fortiſſimi & modeſtiſſimi hiſtoria ſecundum Claudianum noſtrum narrat Zoſimus. Nam quæ de Serena ipſi conticeſcente, & talibus innectit minimè credibilia ſunt, & ſi ſint nihil ad fidem Stiliconis vitiandam, neque aliud quam quovis pacto odium in Stiliconem explere voluiſſe arguunt, cui quodammodo factus erat ex Præceptoris Eunapij canis virulenti, & Sophiſtæ odioſi, ſecta, ſtudioq; paganiſmi. Eunapium penè deſcripſiſſe Zoſimum, ſaltim ut abſtineret convitijs in Stiliconem ſcribit Photius P. C.

317 ULTA DUCIS SOCII LETHUM. Martinus Delrio, vir doctiſſimus, in Notis hunc

hunc locum ſibi nō intelligi fatetur nec minus idem ad I. Stiliconiarum Promorum eapiendum exponit. Quas igitur gratias hic pollicetur indici, poſtmodum ipſe a ſe promeruit. Eſt enim *Promotus*, de quo hic ſermo Dux reipublicæ utiliſſimus, ſcelere Rufini impactum colafum ulciſcentis, inreifectus, non aliter quam Druſus poſtquam alapam duxiſſet Sejano ut ſcribit Tacitus Annali. IV. licet aliter Dio libr. LVII. Qui ſuſpicione apud nos mendi non vacat. Ejus hiſtoriam habes apud Zoſimum libro IV. *Ex ijs autem quibus trant commiſſi magiſtratus ſummo apud Theodoſium loco erat Rufinus Natione Celta Palatinorum ordinum magiſter. Huic enim princeps omnia credere, cæteros parvi æſtimare. Quod animos Timaſii & Promoti nonnihil pungebat qui poſt tot exhauſta pro Rep. pericula poſt iſtum cenſerentur. Rufinus autem hoc nomine ſibi placens & animo elatus quoddam verbū in Conſilio publico paullò ferocius in Promotū jactat. Id ille non ferēs excuſſa ſa palma os homini verberavit. Rufinus ad principem ingreſſus oſtenſa facie in tantam iram eum impulit ut diceret, niſi conceptam in Rufinum invidiam ponerent, brevi Principem viſuros. His auditis Rufinus qui alioquin cæteris infeſtus eſſet ob Ambitionem & Primi loci cupidinem Imperatori perſuadet Promotum extrà aulam aliquo ablegaret, ut militaribus exercitijs præfuturum. Eo obtento barbaros inſidijs diſpoſitis dū in Thraciam Promotus proficiſcitur illi mandata faceſſentes, tale nihil timentem aggreſſi trucidant. Virrum & avaritia contemtu, & ſinceru ta rem Romanam virtutibus inclitum.* Nec vero vilis teſtis Symmachus qui libr. III. Epiſt. LXXIV. ad eum ſcribit: *Multas in te virtutum natura congeſſit, quaſi quis trutinet penſiore judicio, neſciat utrum bona fortitudinis magis an mentis excellant.* Notarunt ad eum quædam docti viri ut & Claverius hoc Claudiani loco; qui ſingulari Codicum (forſan & operæ) Cujacianorum felicitare mactus multa ſanè nequiter clauſa in hoc Poeta clave diligentiæ recluſit: Nam & nomina Interpretis Auctoriſque nonnihil fataliter conſpirant.

318. IMPIUS ILLE PRODITOR.] Pleritque libri calamo exarati habent tranſpoſitas voces *Proditor ille Impius Nihil pretij opera in mutatione.*

319. HUNNORUM ALLATURUS.] Sic plerique libri Belgæ habent & rectè peſſimè quidem Benriniani *ablaturus*. Hunnos enim acceſſiſſe Rufinum, rebus Getarum Stiliconis victoria acciſis, dicit, verò an ex communi fama neſcio; certè cum Rufinus occideretur non longè aberant. Paulus Diaconus Hiſtoriæ Miſcellæ libro XIII. *Eo tempore Hunni tranſeuntes Iſtrum fluvium devaſtabant Thraciam.* Alij ſcriptores horum temporum. Porrò Hunnorum militia tum apud Romanos magni æſtimabatur, Stilico enim ipſe armigeros ex ijs lectos habebat. Zoſimus libro V.

Σάρος δὲ καὶ σώματος ῥώμῃ καὶ ἀξιώσει τῶν ἄλλων συμμάχων προέχων, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων βαρβάρων ἀνελὼν καθεύδοντας ἅπαντας οἱ Στελίχωνι προσεδρεύοντες ἐτύγχανον Οὖν οἱ καὶ τῆς ἑπομένης αὐτῷ πάσης ἀποσκευῆς γενόμενος ἐγκρατὴς, ἐπὶ τὴν τούτου σκηνὴν ἐχώρει, καθ' ἣν διατρίβων ἀπεσκόπει τὰ συμβησόμενα.

Sarus autem qui & robore corporis & dignitate cæteris fœderatis præſtaret, opera militātium ſub imperio ſuo Barbarorum necatis, per quietem omnibus Hunnis qui Stiliconis aſſidui Satellites erant, omnibusque eum ſequentibus impedimentis potitus ad tentorium ejus pergit, in quo tam degens eventum rei ſpeculabatur.

320. MOX SE CONJUNGERE.] Conjuncturos eſſe. Eſt figura commutati tēporis in ſermone, qualis auctoribus optimis familiaris. Et notarunt plurimorum in eam tem loca, amicus olim noſter Valentinus Gulielmus Forſterus in Lectionibus Juris Subſecivis, Barrientus in Silva Variorum, Rittershuſius ad Guntherum, ad Papinium Bernartius, ad Curtium Acidalius, in Antiquæ Lectionis libello Auſonius Popma.

320. INVISIS.] Principi, Reique Romanę, quibus illudebat Proditor imperij. Quammodo figuram loquendi in Claudiano notavimus, eſt & Græciſmo aliter explicabilis, quē quidem Latini ſequuntur volentes ſæpè, infinitivum ita uſurpandi. Ita Appulejus ſæpiſſimè; vide alia ad Bellum Gildonicum.

321. EST GENUS EXTREMOS.] Hunnorum deſcriptio hæc videtur eſſe eruditis. Nec ſanè abit à forma illorum; quamlibet equidem aſpicere paullum. Ammianus libro XXXI. *Hunnorum gens monumentis veterum leviter nota ultrà paludes Mæoticas glacialem Oceanum accolens omnem modum feritatis excedit. Vbi quoniam ab ipſis naſcendi primitijs infantum ferro ſulcantur altius genæ ut pilorum vigor tempeſtivus emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, ſeneſcunt imberbes abſque ulla venuſtate ſpadonibus ſimileis, compactis omnes firmisq; membris & opimis cervicibus prodigioſe deformes, & pandi, ut bipedes exiſtimes beſtias, vel qualeis in commarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incomtè in hominum figuras. Sic & in ſua vita uſu ſunt (ita legendum) aſperi, ut neq; igni neq; ſaporatis indigeant cibis, ſed radicibus Herbarum agreſtium & ſemicrudâ cujusvis pecoris carne veſcantur, quam inter femora ſua & equorum terga ſubſertam fotu calefaciunt brevi. Aedificijs nullis umquam tecti, ſed hæc velut ab uſu communi diſcreta ſepulcra declinant. Nec enim apud eos vel arundine faſtigatum reperiri tugurium poteſt. Operimentis induuntur linteis, vel ex pellibus ſilveſtriū murium conſarcinatis. Semel obſoleti coloris tunica collo inſerta non ante deponitur aut mutatur quam diuturna carie in pannulos defluxerit defruſtata. Galeris incurvis capita tegunt hirſuta crura corijs munienteis hædinis, eorumq; calceis formulis nullis aptati vetant incedere liberis greſſibus.* Vide cætera. Quoniam vero Claudianus noſter beſtiarum iſtarum ſemihominum formam pluribus deſcribit, nos quoque ſuper eorum forma aliorum ſcriptorum quorumdam, non enim omnium licet, verba ponemus. Apollinaris Sidonius præcipuè faciem os oculosque egregiè deſcribit. Anthemiano.

Gens animis membrisq; minax ita vultibus ipſis
Infantum ſuus horror ineſt, conſurgit in arctum
Maſſa rotunda caput, geminis ſub fronte cavernis
Viſus adeſt oculis abſentibus, acta cerebri
In cameram vix ad refugos lux pervenit orbeis,
Non tamen & clauſos, nam fornice non ſpatioſo
Magna vident ſpatia, ut maioris luminis uſu
Perſpicua in puteis compenſant puncta profundis.
Tum ne per malas excreſcat fiſtula duplex
Obtundit teneras circumdata faſcia nareis.
Vt galeis cedant, ſic propter prælia natos
Maternus deformat Amor, quia tenſa genarum
Non interjecto fit latior area naſo.

Attilam ſummum ex omni ęvo eorum ducem ad hanc Sidonij formam acceſſiſſe notandum ex ἀποσπασματίῳ Juvenci Calani Dalmatæ: *Erat autem Attila Rex ſuperbus inceſſu, huc & illuc circumferens oculos, ita in omnibus ſuis arrogans ut eius iactantia ſuperbia ex corporis geſtibus quibuscunq; etiam incognitis facilè cognoſceretur. Corpore fuit brevis, ſtatura tamen prope iuſta, lato pectore, capite grandi, oculis minutis, longisque & acutis auribus, hirſutis & hiſpidis crinibus, rara barba, ſed, more ſuo, demiſſa canis quidem aſperſus, ſimus naſo, colore ſubrufus, moribus ferus, audacia pronus Et verè originis ſuæ barbaræ ſigna vel liniamenta demonſtrans, ore parvo, latis tamen labijs, ut ferè ab omnibus camina dicerentur, uno dentium, qui foras eminebat plus iuſto faciem dehoneſtāte quantillum.* Ita collocanda ſunt verba eius ſcriptoris confuſa in Editione H. Caniſij. Ab

uno

uno autem & Rege, qui procul dubio cæteris etiam venuſtior fuit, utpote & barbam alens, quod de reliquis negat Ammianus, reliquorum formam facilè quivis agnoſcet. Et cæteri quidem Scytharum gentem Hunnos faciunt pro tali ſe gerentem, ut & Priſcus Rhetor Attilæ Legationem deſcribens, at Eunapius Scythas ab ijs deletos in Legationum fragmentis memorat, & idem Priſcus ſejungit pariter ut diverſas genteis. Fuerunt autem & Hunnorum diverſa genera nam Hunoguros, & Hunnos cidaritas apud eumdem Priſcum legere eſt. Inter reliqua Hunnorum immania diſcimus ex eodem Priſco filias quoq; ſuas duxiſſe uxores, uti exemplo Aſcæ & Attilæ demonſtratur. Verba Priſci.

καὶ ἄχρι τινὸς τῷ βαρβάρῳ συμπροελθόντες, ἑτέραν ὁδὸν ἐτράπημεν, τῶν ξεναγούντων ἡμᾶς βαρβάρων τοῦτο ποιεῖν παρακελευσαμένων, ὡς τοῦ Ἀττήλα ἐς κώμην τινὰ παρεσομένου, ἐν ᾗ γαμεῖν θυγατέρα ἴσκαμ ἐβούλετο, πλείστας μὲν ἔχων γαμετὰς, ἀγόμενος δὲ καὶ ταύτην κατὰ νόμον τὸν Σκυθικόν.

Quem ſcriptorem qui Attilæ mores noſſe volet, legat; inprimis verò memorabilis ejus convivij deſcriptio eſt cui Priſcus ipſe interfuit, ex quo clarum pleroſq; magnatum ritus hodie per Europam uſu frequentes Barbarorum illis non eſſe abſimiles forte & oriundos inde. Collocatio enim menſæ, ordo convivarum, poculorum præbitiones, ſalutationes, ſurrectiones bibentium, Salus Regis præbibita, Ferculorũ illationes, & poſitiones, Acroamata, & reliqua cum hujus temporis pleriſq; conſonant. Cæterum Hunnorum formam ſic quoque deſcribit Jornandes, quem Calanus Jordanim vocat. Geticarum, capite XXIV. *Hunni quos bello forſitan minimè ſuperabant, vultus ſui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate fugabant; eo quod erat eis ſpecies pavendâ nigredine, ſed velut quadam, ſi dici fas eit, deformis offa, non facies, habensque magis puncta quem lumina. Quorum animi fiduciam torvus prodit aſpectus, qui etiam in pignora ſua primo die nata deſæviunt. Nam maribus ferro genas ſecant, ut antequam lactis nutrimẽta percipiant, vulneris cogantur ſubire tolerantiam. Hinc imberbes ſeneſcunt & ſine venuſtate ephebi ſunt, quia facies ferro ſulcata tempeſtivam pilorum gratiam per cicatrices abſumit.* A quo deinceps de fabuloſa eorum origine dira narrantur, ſed minimè credenda, utpote præter cætera ab homine ſcripta cujus gens minimè poterat Hunnorum amica eſſe. Eadem verba retinuit Jornandis exſcriptor Paullus Diaconus, vel Landulfus Sagax libro XII. Hiſtoriæ Miſcellæ. Habitationes Hunnorum non aliunde melius quam ex Priſco diſcas, de quibus ita Sangallenſis Monachi in Vita Karoli Magni, initio libri II. ut fabuloſa plurima vulgo de hac gente vulgata fuiſſe videre facile poſſis, ut ſolent immania immaniora ſermonibus timentium fingi. Porrò ad formam pertinet quod Claudianus noſter dicit in Rufinum. II.

qui nos aut turpibus Hunnis
Aut impacatis famulos præſtabit Alanis.

Et Corippus.

Illa colubrimodis Avarum gens dira capillis
Horribilis viſu cruduque aſperrima bellis
Imperio ſubjecta tuo, ſervire parata.

Non enim alij *Avares* ab *Hunnis*, neque interpres ullis ambagibus opus habebat. Vide Tamen Theophylactum Simocattam in Hiſtoriâ Mauritianâ. Paullus Warnefridus lib. II. Langob. cap X. *eo quoque tempore comperta Hunni qui & Avares, morte Clotharij Regis ſuper filium ejus Sigibertum irruunt.* Dictiq; eo nomine à Rege quopiam Idem libro I. cap. XXVII. *Alboin vero cũ Avaribus qui primum Hunni poſteà de Regis propris nomine Avares appellati ſunt fœdus perpetuum innuit.* Crebra poſt horum mentio apud Menandrum Protectorem, Theophylactum, Juvencum Calanum, Glycam, Aimoynum lib. II. cap. XI. & alios. Francicarum rerũ ſcriptores, & Græcos

 Lati-

Latinoſque pleroſque alios. Eos poſtea Ungaros faciunt Gotfridus Viterbienſis & alij. Scriptura autem nominis ambigua eſt, Veteres enim Codices plerumq; ſine aſpiratione ſcribũt, ut in Claudiano ſemper Noſter. *Thunnos* eumdem populum creditum docet Euſtharius Commentario ad Dionyſium Periegeten. v. DCCXXVIII.

SCYTHIÆ VERGENTIS IN ORTUS.] Ex illis tractibus notiſſimum pleraſq; omnes eas gentes veniſſe, quæ Romanum Imperium peſſumdederunt, Gothos, Alanos, Herulos, Gepidos, Hunnos, Gothunos, Caycos, & magnam vim aliarum, quarum ipſa etiam nomina Romano oti portentoſa ſint. Memoria autem dignum eſt notare quo pacto primum multitudo immenſa Iſtrum tranſjecerit, cum nullo negotio à Romano milite ripis arceri voluerint. Scribit eam hiſtoriam Zoſimus lib. IV. Valentem videlicet permiſiſſe ut inermes amnem tranſirẽt, quod dum facere orſi eſſent, præfectos cũ præſidio eo miſſos in pueris mulieribusque formoſis eligendis occupatos neglexiſſe ſtrictiorem ripæ curam, unde cum armis barbaros transmiſiſſe, illicoq; agminibus factis omnem provinciam occupaſſe, mox ſignis collatis ipſum Imperatorem interemiſſe. Scythiæ ſpatioſiſſima regio quatenus patuerit, præter Geographos notat Curtius lib. VII. *Cæterum nos & Aſia & Europa cuſtodes habebis, Bactra, niſi dividat Tanais, contingimus, ultra Tanaim & uſq; ad Thraciam colimus, &c.* Duplicesq; jam apud vetuſtiſſimos auctores habebantur Europæi atq; Aſiatici, Europæi quidem ampliora loca alteris habitantes, ut auctor ex Commentarijs Ptolemæi & Ariſtobuli Arrianus initio libri IV ἀναβάσεως. Vide latè Jornandem Geticis cap. V. tanta autem amplitudo Scythiæ fuit æſtimata ut Hippocrates eam pro univerſa Europâ dixerit, uti eum interpretatur Erotianus in voce Αβ΄ν. Et Pompejum per Scythiam tamquam per mare, aſtris ducibus, veniſſe, ſcribit Florus lib. III. cap. V.

324. QUO NON DEFORMIUS ULlum.] Minimè ſollicitarim hanc lectionem. At ſex libri calamo exarati Belgæ & Septimius Noſter clarè unà cum Aldo *famoſius* habent, quod recepit etiam Scaliger. Vulgatum minimè mutaverim.

325. OBSCENAQUE VISU.] Talium enim obviæ facies pro malo omine malo habebantur. Priore in Eutropium:

> *cum pallida nudis*
> *Oſſibus horrorem dominis præberet imago.*
> *Decolor & macies occurſu læderet omnes,*
> *Aut pueris latura metus, aut tædia menſis,*
> *Aut crimen famulis, aut procedentibus omen.*

Unde quæ notamus ad eum locum.

326. NUMQUAM CESSURA LABORI.] Ammianus libro XXXI legendus.

327. VITANDA CERES.] Velut ex lege quapiam. Radicibus enim tantum herbarum, & ſemicruda cujusvis pecoris carne veſcebantur, ut ex Ammiano retulimus.

328. FRATRESQUE NECARE.] Hanc lectionem res ipſa & fratrum cędes parricidijs conſtructa expoſcere videtur, quam retinuit etiam Scaliger Noſter *freniq; ſecare*, unde non hoc ſeculo diverſitatem hanc natam videre licet. Itaq; & Aldus. Belgæ Quatuor, connumerato Delriano MS. *frontemque ſecare*, quomodo edidit & Claverius. Ego vero minimo minus probo; quorſum enim frons ſecta criminis immaniſſimi loco componatur parricidio, juramento quopiam jactato? Fruſtra autem hæc Claudiani ad Hiſtoricam veritatem exigas, cum enim fictè pleraq; Rufini facinora exaggeret, & hoſteis ab eodem Romano Imperio inductos, quam maxime atroces poteſt, deſcribit. Poteſt & τὸ *SECARE* retineri quod Poetice valet *occidere*. Ut *ferire* alibi, Epigram. Sic Geticas ultrix feriat Romphæa catervas.

319. NEC PLUS NUBIGENAS.] Non ipſi, ait. Centauri arctius natura juncti equis erant quam Hunnorum gens aſſuetudine Equitandi. Curabant Hunni omnia negocia equinis inſidentes. & vix ſtare firmiter ſolo poterant. Ammianus. lib. XXXI. *ad pedeſtres parum accommodati ſunt pugnas, verum equis prope affixi duris quidem ſed deformibus, & muliebriter iiſdem nonnumquã inſidentes funguntur muneribus conſuetis. In ipſis quivis in hac natione pernox & perdius, emit & vendit, cibumq; ſumit & potum, & inclinatus cervici anguſtæ jumenti in altum ſoporem, adusq; varietatem effunditur ſomniorum.* Et deliberatione ſuper rebus propoſita ſerijs hoc habitu omnes in commune conſultabant. Zoſimus libro Quarto.

τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατῳκημένοις Σκύθαις μάχην ἐπῄεσαν, μάχην μὲν σταδίαν οὔτε δυνάμενοι τοπαράπαν οὔτε εἰδότες ἐπαγαγεῖν, πῶς γάρ; οἱ μήτε εἰς γῆν πῆξαι τοὺς πόδας οἷοί τε ὄντες ἑδραίως, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἵππων καὶ διαιτώμενοι καὶ καθεύδοντες.

Sidonius Anthemio.

Vix matre carens ut conſtitit infans
Mox præbet dorſum ſonipes, cognata reare
Membra viris, ita ſemper equo, ceu fixus, adhæret
Rector: Cornipedum tergo gens altera fertur
Hac habitat.

Quod Ammianus ait Hunnos in equis cibum cepiſſe confirmat exemplo Attilæ eorumdem Regis Priſcus Rhetor in Legationibus:

πλησίον δὲ τῶν Ὀνηγησίου οἰκημάτων γενόμενον ὑπεξελθοῦσα ἡ τοῦ Ὀνηγησίου γαμετὴ μετὰ πλήθους θεραπόντων τῶν μὲν ὄψα τῶν δὲ καὶ οἶνον φερόντων (μεγίστη δὲ αὕτη παρὰ Σκύθαις ἐστὶ τιμή) ἠσπάζετό τε καὶ ἠξίου μεταλαβεῖν ὧν αὐτῷ φιλοφρονουμένη ἐκόμισεν. ὁ δὲ τῇ ἐπιτηδείου ἀνδρὸς χαριζόμενος γαμετῇ, ἤσθιεν ἐπὶ τοῦ ἵππου ἥμενος, τῶν παρεπομένων τὸν πίνακα, ἀργύρεος δὲ ἦν οὗτος) ἐς ὕψος αἰρόντων βαρβάρων.

330. MOBILITAS.] Celeritas. Altero de raptu. *ſed nulla ruenti Mobilitas.* Et libro III. *fremit illa marito Mobilior Zephyro.*

331. INSPERATIQUE RECURSUS.] Zoſimus libro IV.

περιελάσαντες δὲ καὶ ἐκδρομαῖς καὶ εὐκαίροις ἀναχωρήσεσιν ἐκ τῶν ἵππων κατατοξεύοντες ἄπειρον Σκυθῶν εἰργάσαντο φόνον.

Paria de Parthis Plutarchus in Craſſo, Appianus Parthicis.

332. SPUMANTIS AD HEBRI.] Alludit doctiſſimus Poeta turbines & volutiones crebras hujus fluvij, ob quas, antea quam Hebrus Caſandri Regis filius patrem falſa novercæ accuſatione cædem intentantem fugiens, in eo periret, Rhombus vocabatur, vide Plutarchum de Fluminibus, libro fabularũ veterum eleganti cinno. Alludit eodem is auctor cum initio cap. De eo ſcribit.

Ἕβρος ποταμός ἐστι τῆς Θρᾴκης, προσηγορίαν εἰληχὼς ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῆς καταφορᾶς τοῦ ὕδατος.

Subjicit vero idem Plutarchus quicunque tamdem, (non enim Chæronenſis) de Rhombi nomine fabulam.

333. TENDIT AQUAS.] Probo lectionem Sex Belgicarum Codicum. *tendis movet enim ſuo Stiliconem alloquitur.*

333. ANTE TVBAS FERRVMQVE.] In uno MSto eſt *tubas aciemque*, cui conſenſerit alius alter Bentinianus. Parum intereſt utram lectionem ſequare; ego officij mei obliviſci in proponenda utraque non debui.

334. NVBIFERO SEV TV PROCVMBIS IN HÆMO.] Propter altitudinem, qua quidem omnes ejus regionis montes excellit Hæmus, proximo Rhodope, ut auctor eſt Strabo libro VII. Procumbere autem ibi Martem & habitare facit propter perpetua bella quibus inter ſe gentes illæ digladiabantur. Inde Lucanus *æterni Martis Alanos dixit.* Quædam nota-

longiſſime ab hujus Herois virtute & felicitate cæteri ejus ævi Principes viri abfuerunt, quo occiſo lævam manum, vel dextram potius, ſibi præcidit altera Honorius, Poſtinde ſervus ſuorum ſervorum.

339. THRACAS DEFENDE TUOS.] Thracia fertilis Heroum ora, ut ab Sidonio appellatur Marti propritim à ſcriptoribus dedicata erat, utpote hominum præ cæteris animoſorum mater ut ſcribit Niceforus Calliſti libro XI. cap. XIV. Manilius lib. IV.

Thrace Martem ſortita colonum

Papinius Achilleide I. *Mavortia Thrace.* Ob ſævitiam, puta, gentis. S. Rufus: *ſæviſſimi omnium gentium Thraces.* Dionyſius Halicarnaſſ. de Examinat. Orat. *Demus itaque Græcum vel fingamus Barbarum eadem natura diviſione eſſe. Barbarum quidem ut Thracem truculentum. Penamus altera ex parte Græcam indolem, &c.* Vnde cives Martis Sidonius vocat *tali ordine vita Cives Martis agunt* Et is inibi natus. Modeſtus Compendio rei militaris. *Dacos autem & Myſos, & Thracas, inter bellicoſos ſemper fuiſſe manifeſtum eſt, ut ipſum Martem fabula apud eos natum eſſe confirment.* Ibidem ſepultum eumdem auctor eſt Alanus Commentario in Prophetias Merlini l bro VII. De cultu ex veterioribus. Jornandes in Geticis, cap V. Vbi & de nato inibi Marte teſtimonio Maronis.

340. VESTITA SPOLIIS DONABERE QUERCU.] Tropæum innuit, qualia Marti poſt victoriam è quercu erigebant qui hoſtem pepuliſſent. Virgilius, libro XI.

Ingentem quercum deciſis undique ramis
Mezenti ducis exſuvias tibi magne tropæum
Bellipotens aptat roranteis ſanguine criſtas, &c.

Sidonius Anthemio.

micat haſta minax, quercuſq; tropæis
Curva tremit, placidoque Deam ſub faſce fatigat.

Plura vide notata ab eruditiſſimo Heraldo ad Tertulliani Apologeticum, & Digreſſionibus ei Commentario ſubnexis. Julio Cæſare Bulangero de Tropæis. Nos quoque alibi plura minus vulgata.

340. VESTITA.] Tecta, induta. Sic & aliter variis modis abutuntur veſtiendi verbo ſcriptores Græci pauci. Latini vero plurimi. Docemus alibi multis..

341. PATER.] Ex Romanorum perſona loquitur. Erynna Lesbia. Χαῖρέ μοι ῥώμα θυγάτηρ Ἄρηος. Quem verſiculum perperam aliorſum alii vocant. Mars autem præcipuum numen Romanorum à Romulo ejus filio, ut notiſſimum. Vnde & in prologis Plautinis *Mars Reipublica Romana præ omnibus alijs Diis propitius vovetur.*

341. SCOPULISQUE NIVALIBUS ANNI.] Inibi habitatio Martis. Papinius, lib. VII. à quo etiam miniſtros videtur noſter mutuo ſumſiſſe.

Hic ſteriles delubra notat Mavortia ſilvas,
Horreſcitque tuens, ubi mille furoribus illi
Cingitur adverſo domus immanſueta ſub Æmo.
Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur
Limina, ferratis incumbunt tecta columnis.
Læditur adverſum Phœbi jubar; ipſaq; ſedem
Lux timet; & dirus contriſtat ſidera fulgor.
Digna loco Statio: primis ſalit Impetus amens
E foribus, cæcumque Nefas Iraque rubentes,
Exſanguesque Metus, occultiſque enſibus aſtans
Inſidiæque, geminumque tenens Diſcordia ferrum.
Innumeris ſtrepit aula Minis, triſtiſſima Virtus
Stat medio, lætuſq; Furor, vultuq; cruen-

Mors armata ſedet. Bellorum ſolus in arm

Sanguis, & incenſis qui raptus ab Vrbibus Ignis.

342. CLAMORE.] Quo gaudere Mars ſæpiſſime Homero fingitur. Deſcriptionem in eo videbis, Quinto Smyrnæo libro I. & VIII. ubi μέγα δ' ἴαχε τρωσὶ κελεύων, &c. Θῦρος ἄρης βαρύμηνις, ἀνέκραγε in Dionyſiacorum Quarto.

343. PER GALEAM BELLONA.] Hæc armatrix & auriga Martis. Papin. l. VII.

regit atra jugales

Sanguinea Bellona manu longaque fatigat Cuſpide

Quin prorſus ipſi in conjugium datur Valerius Flaccus libro II.

Accelerat Pavor & Geticis Diſcordia demens

E ſtabulis, atraque genis pallentibus Ira,

Et Dolus, & Rabies, & Leti major imago

Viſa truces exſerta manus, ut prima vocatu

Intonuit, ſignumq; dedit Mavortia conjux.

Hanc nulli pugnantium parti favere fingebãt, ſed cædibus ubiq; delectari, vides apud Quintum Smyrnæum libro VIII. παρεκλ. Quamquam ibi de Metu Martis & Theridis. Adeo quidem ut & humanis eam victimis placarent, auctore Minutio Felice in Octavio. Plures cultas eo nomine docemur ab Arnobio. Cum Quinto facit Silius Italicus lib. V. qui *medias alternatim acies permeare* ſcribit. De ea cum ait *ſparſam flavam ſanguine multo ſparſa comam* Et Quintus Smyrnæus

ἀνὰ μέσσον Ἐνυὼ

Στρωφᾶτ' ἀλγινόεντι λύθρῳ πεπαλαγμένη ὤμους

Καὶ χεῖρας, ἐκ δ' οἱ αἰνὸς ἀπὸ μελέων ῥέεν ἱδρώς.

Eo reſpicit quod hujus Dæmonis ſacerdotes ſeſe ferro vulnerabant, cruoris viſu eã delectari credentes, cujus rei exemplum eſt in ſacris litteris, alibi illuſtratur.

NEXUSQUE ROTARUM.] Quibus nectebantur currui rotæ. Puto clarum intelligi quem παραξόνιον vocant Græci. Pollux libro I. cap. V.

τὸ δὲ κωλύον ἐκπίπτειν τὴν τροχὸν ἐμπηγνύμενον τῷ ἄξονι, παραξόνιον.

Vel ipſum adeo παράξονας illius vinculum quod ἐμβολοδέτης nuncupatur, eodem auctore. Apud quem decimo tertio mare dicti capitis currus veteris deſcriptionem habes per partes ſuas. *Nexus* autem tendere eſt lora capitibus axis adnectere, quibus currus trahebatur, non enim temonibus erat alligata ea lora, ſed capitibus axium ut clarum ex nummis aliiſque picturis priſcis.

343. TENDE PAVOR.] Hic armigerorum Martis unus. vide Homerum, Heſiodum Scuto & omne genus cæterorum Poetarum. Filius idem. Artemidorus Onirocrit. lib II. cap. XLIV.

Δεῖμος καὶ φόβος ἄρεως υἱοὶ, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἄρης, στρατηγοῖς καὶ στρατιώταις καὶ μονομάχοις, καὶ λῃσταῖς, καὶ κυβευταῖς πᾶσι συμφέρουσι.

Deris pariter Soror fingebatur Martis, ut vides apud Quintum Smyrnæum libro VIII.

ἐπεγέρσιτ' Ἐνυὼ

Δῆριν ὀπηκλονέουσα, κασιγνήτην πτολέμοιο.

Pavoris uberiorem deſcriptionem vide VII. Thebaide v. CIX.

344. URGETE MANUS.] Operas, pro quibus manus ipſas dicunt ſcriptores. Vide quæ notamus ad Quartum Conſulatum Honorii.

345. ARBORE.] Tropæa de lignis facta, & quem ad finem vide apud Carolum Paſchalium in Elegantiſſimis colectaneis de Coronis libro VII. cap. XIV.

346. CRISTAS.] Galeas hoſtium criſtatas. Virgilius libro XI.

Mezenti

Mezenti ducis exuvias, tibi magne Tropaeum
Bellipotens, aptat rorantes ſanguine criſtas.

347. COMMUNES SEMPER LITUI.] Vt interruptum curſum victoriarum Stiliconis deſignet. Alii rerum ejus ſcriptores aliter, hic autem noſter paria in Laudibus Stiliconis.

348. CURRU.] Hæc utique vera Lectio. Nec audimus Codices mutantes.

349. CAMPO.] Aciei. Vide quæ notamus ad librum de Bello Gildonico.

350. TURBAS.] Conjectaveram *turmas* eum eam lectionem firmari video à Codice Noſtro. Et eſt ſane magnificentior vulgari altera, quam facilitas correctoria perperam recepit. *Agebant* in eodem Codice, & pleriſque cæteris eſt, quod & ipſum recipimus.

351. ET CLYPEIS ET MOLE PARES.] Clypeus, cum armari fere totum corpus tegat ejus molem ipſe ingens præcipue repræſentat. Virgilius, lib. XI. *experto credite quantus In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.* Papinius lib. VII. v. 310. Molem autem dicit ut humano corpore majorem Heroem ſuum faciat. Virgil. *ingenti mole Latinus Quadrijugo vehitur curru.* Silius Italicus lib. XV. *Moles illa viri magnoque habitata Gradivo Pectora* Valerius Flaccus libro VI. *Te quoque venturis ingens Arta ſmene ſeclis Tradiderim, molem belli.* Papinius de Statua Equeſtri Domitiani. *Quæ ſuper impoſito moles geminata Coloſſo Stat Latium complexa forum.* Ita enim in eo verſu legimus. Sidonius *effulgens trabealis mole metalli Annum pande novum* Figmentum autem eo pertinet ut opinio divinitatis quædam Stiliconi concilietur. Deis enim formas quidem humanas, ſed communibus tamen hominum majores, aſſcribunt, & ita viris Principibus Sapientia & Virtute. Malchus ſeu Porphyrius Vita Pythagoræ.

ἐπεὶ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐπιβὰς ἐν Κρότωνι ἐγένετο φησὶν ὁ Δικαίαρχος ὡς ἀνδρὸς ἀφιγμένου πολυπλάνου τε καὶ περιττοῦ καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπὸ τῆς τύχης εὖ κεχορηγημένου, τήν τε γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον καὶ μέγαν. Longus Paſtoralium libro II. καὶ αἱ αὐτῷ ἐφίσανται τρεῖς Νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαί. Achilles Tatius libro Primo. ἐφίσταται δή μοι γυνὴ φοβερὰ καὶ μεγάλη. Xiphilinus Trajano. Τραιανῷ δὲ ὄναρ ἐγεγόνει πρὶν αὐταρχῆσαι τοιόνδε, ἐδόκει ἄνδρα πρεσβύτην ἐν ἱματίῳ καὶ ἐσθῆτι περιπορφύρῳ δακτυλίῳ τινὶ σφραγῖδα αὐτῷ ἐπιβεβληκέναι.

Vbi vides etiam ætatem grandem talibus adſcriptam. Phædrus libro IV. Fabularum. *duo juvenes ſparſi pulvere Sudore multo defluentes corpora Humanam ſupra formam.* Et ita Chriſtiani quoque. Julianus Pomerius Prognoſt. libro I. cap. XV. *aſtitit deprecanti & jam pene morienti juvenis honore & majeſtate venerabilis ſtatu excelſus & clarus adſpectu.* Alia notarunt Giſanius ad Lucretium in Χαρίτων μία. Turnebus Adverſar. libro XXX. cap. XXXIX. Lipſius ad Tacitum. Locum Papinii, quem aliter quam omnes hactenus interpretes legimus, ad eum & in Libris Adverſariorum explicamus.

351. STAT CASSIS UTRIQUE.] *Stare* horrorem infert, velut conſtitiſſet minabundus, vel ut minaretur fulgor in galea. Scripſerat de hoc verbo caput A. Gellius lib. VIII. Noctium Atticarum, ſed is liber ad nos totus non venit. Legendi vero qui ſuperiore ſeculo in vacuum venire voluerunt elegantiſſimi utterque ingenii non incelebris. J. Durantius Variarum Lib. II. cap. XV. J. Gulielmus Veriſimilium lib. I. c. XXI. ut & Adr. Turnebus libro XXXIII. Adverſar. cap. XXXII.

352. SIDEREIS HIRSUTA JUBIS.] Inſtar ſiderum fulgorem quempiam emittens. Sæpius de Heroum ſuorum armis tabaSilius Italicus Virgilius libro X.

Arde-

Ardet apex capiti, criſtiſque à vertice flamma
Funditur, & vaſtos umbo vomit aureus ignes.

353. SATIATUR VULNERE CORNUS.] Ita loquebantur veteres de armis Heroum, quæ inſtar animantium quorumdam cupere cædem hoſtium dicebant. Plautus Milite.

Nam Ego hanc macharam mihi conſolari volo,
Ne lamentetur, neve animum deſpondeat
Quia ſe jampridem feriatam geſtitem,
Quæ miſera geſtit fartum facere ex hoſtibus.

Hoc eſt pingueſcere cæde & ſanguine hoſtili. Militariter enim & Thraſonicè fartum facere potius quam ſatiari, ut Claudianus hoc loco, dixit. Viri doctiſſimi ex Codice Camerariano Plauti locum aliter legunt, ſed nobis invitis, qui errorem librarii in voce *fratrem* agnoſcimus. Non enim *fratrem ex heſtibus facere* niſi uni convenit, at glorioſus jactator cædes agminum ingentium], quibus ſatiaretur, ſcilicet de more, acies ferri ſui loquitur, & alioquin duriſſima illa eſt interpretatio ſi exacte excutias; ſi enim dixiſſet *geſtit conſanguineum facere ex hoſtibus*, magna fuiſſet inconcinnitas numeri & contra communem fere rationem, at translatio acutior Camerario glaucomam fecit. Quod autem dixi de armis ut animantibus loqui ſcriptores, pariter omnino Divinus Eſaias cap. XXXIIII. *Quoniam inebriatus eſt in cœlo gladius meus. Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe, de ſanguine agnorum & hircorum, de ſanguine medullatorum arietum.* Anna Alexiados libro I.

το ξίφος αὐτοῦ μεθύσει ἀφ' αἵματος, οὕτως ἦν φιλοπόλεμος ὁ νεανίσκος.

Farcti autem ſunt maxime ſaturi, cibo potuq; diſtenti. Pacianus Parænetico. *Quid dicitis, pœnitentes; ubi eſt veſtra carnis interitus? An quod in ipſa pœnitentia lautiores ſemper inceditis? convivio farti, balneis expoliti, veſte compoſiti?* Porro cornum aptam haſtilibus nemo neſcit, unde ſpernenda eſt gloſſa tribus MSS. inhærens alios legere *conus* hoc Claudiani noſtri verſu, & ea voce ſummitatem galeæ capiendam; cui quidem hic non plus negotii eſt quam Buttubatiæ Nævii.

354. ACRIOR INTEREA VOTO.] Hoc eſt ſucceſſione voti. Ita enim ſæpiſſime *Votum* pro optati, ut Higinus loquitur, felici eventu uſurpant ſcriptores. Sic *vetrons*, quod minus notum, felicem ſonat, Appuleius lib. V. *cunctiſque ocyus tecum relatis votivu nuptiis hominem te jungemus homini.* Et ſic contra devotare eſt infelicem aliquem reddere. Idem Appuleius libro IX. *at te, inquit, nequiſſimum & perjurum caput dominus ille & cuncta cœli numina, quæ dejerando temere devotaſti peſſimum peſſime perdant.* Hoc eſt ex proſperis inclementia reddidiſti.

355. MULTISQUE MEGÆRA LUXURIATA MALIS] Plerique omnes manuſcripti Codices *multe male* præ ſe ferunt. Nos vero cum Claverio, Scaligero, & Aldo, omnino mutandum ducimus.

355. IN ARCE.] Aulæ Imperatoriæ, ut ſupra v. 52. vel & poli aut cœli, quæ ubiq Poetis in ore eſt. Arx vero quivis tutus munitus & editus locus. Vide ad Panegyricum Manlii Theodori. Virginis enim ſedes in ſummo æthere, quæ eo nomine Aſtreæ ſubvolavit. Avienus Arato.

cœlum pernicibus alis
Diva intrat, ſpatiumque ſibi ſubvecta per auras,
Unde procul terras ſumma vix cerneret æthra
Propter anhela libens late capit aſtra Bootæ.

Arx hæc Cœlum omnium cœlorum in ſacris Litteris dicitur, ut Nehemiæ IX.

357. EN TIBI.] Etiam Furiæ ipſius omnium malorum auctricis ſermone blanditur principibus ſuis, aureum ſeculum eorum temporibus tribuens, homo ad adulandum factus.

357. REVOCATAQUE SECULA

RUR-

RURSUS.] παρέλκει τὸ *rurſus.* Vitruvius lib.X.cap.XIII. *E medioliſ autem fiſtulæ ſunt continenter conjunctæ ligneæ cervicibus pertingenteſque ad nareis quæ ſunt in arcula, in quibus axes ſunt ex torno ſubacti, & ibi collocati, qui, cum recipit arcula animam, ſpiritum non patientur obturantes foramina rurſus redire.* Apuleius libro III. *nec qui laverim qui terſerim, qui domum rurſum reverterim præ rubore memini.*

358. BARBARICIS.] Barbararum nationum irruptionibus, quas excivisſe Rufinum ſupra dixit. In Noſtro libro vitioſe ſcriptum eſt *taceant.* Mœnia enim flammis everſa dici nihil novi. Nehemias Propheta cap.I & cap. II. Virgil. *alii rapiunt incenſa feruntque Pergama.*

363. SORTEMQUE MEAM.] Portionem, quaſi ſorte diviſæ eſſent regiones. Hominum autem regiones ſortem Furiæ dicit cum ſacris litteris, quibus Diabolus princeps Mundi, Dei autem regnum non de hoc Mundo, dicitur. Sors locus ſortito datus I. de Raptu loquitur Pluto.

Tertia ſuprema patior diſpendia ſortis.

365. SEDES VICINA LEONI.] Ceſſit videlicet, quod ἀπὸ κοινοῦ advocandum ex ſequenti verſu. Et ita libri ſcripti. At mihi concinnius videbatur legi *ſedeas.* Atq; neſcio an non ἐξ ἐπιμέτρου hanc ſcriptionem eſſe dicam.

366. GELIDÆ.] Claveriani libri, ſi recte eum capio, *egelidæ* præferunt. Cæteri omnes ſcripti & antiquitus excuſi, ut adſcripſi, excepto quodam Vicetino qui *Geminæ* refert. Claveriana lectio ſequenda videtur, ſiquidem ita in libris eſt.

367. ISTE TUUS.] τὸ *iſte* ignominioſum eſt. Eo enim utuntur ſcriptores cum ludibrio adverſarium habent, aut contemtus gratia nomen reticent. Sic ſæpiſſime Arnobius genteis alloquens, *ô iſti*, inquit, *quid dicitis?* hoc eſt ô fatui, ô excordes, ô impii atque abominandi. Et eſt Græcanicum, vide Adverſariorum libro XXXVIII cap. II. Ex locis Apuleii & Æſopi.

370. IPSVMQVE FATIGAT ÆTHERA.] Virgil. *& ſidera territat armis.*

369. NEC VILI MORIENS CONDETVR ARENA.] Extrema & miſeria & Pœna. Horatius lib. I. Od. XXVIII. Petronius exemplo Licæ; alii innumeri. De Pœna hoc loco Claudianus, & ipſa Veritas Eſaiæ capite XIV. *Omnes reges gentium univerſi dormierunt in gloria vir in domo ſua; Tu autem projectus es de ſepulcro tuo quaſi ſtirps inutilis pollutus & obvelutus cum his qui interfecti ſunt gladio & deſcenderunt, &c.* Vide & Tertium Regum cap. XIV. Arenę autem tenuis inſperſio quamvis ſepultura non erat, jus tamen ejus obtinebat perſuaſione Paganæ ſuperſtitionis. Vnde Archytas precatur apud Horatium.

Quamquam feſtinas non eſt mora longa, licebit
Injecto ter pulvere curras.

370. JAMQUE ADERIT.] Quaſi divinitus rebus infelicibus Soſpitator adventurus. Eſt vero & vere dictum ex ætate Honorii, qui decennis vix dum erat decedēte Theodoſio & Rufino Orientis imperiū commendanti, tuendum, ut auctor eſt Zonaras Tomo III. Et alii, ut exputari de Chronologia ſerie facile. Promiſſum autem Honorio ex Sibyllinis verſibus fingit, exemplo Maronis. Honorii nomen gratiſſimum fuiſſe populo clarum vel ex eo quod in militiam è Barbaris allecti Honoriaci vulgo ſint nuncupati, ut vides apud Oroſium lib. VII. cap XL. & non uno loco Notitiarum Imperii.

371. FRATRE CORUSCO.] Glorioſo, illuſtri. Rutilius lib. II. *ſola coruſca ſoror.* Sidereum ſæpe Heroem vocat eodem ſenſu. Alluditur ſimul juvenilis decor, quem ubique in principum ætate illa laudat adulator. Ita Sidereus princeps Papinio. Sidereus vates. Maro Columellæ Lib. X.

373. ET CUSPIDE.] Lego cum uno ex MS. *Qui cuſpide proteret.* Eſt enim ποιητικώτερον.

375. ASPER.] Glacie concretus, frigidiſſimo enim loco ſitus, unde & quondam arcturo huic fluvio nomen fuit, ut auctor Plutarchus junior περὶ ποταμῶν. Juniorem, cur dicam vide Adverſariorum Lib.CXLII. cap.VI.

376. PONTEMQUE PATI COGETUR ARAXES.] Fluminis pernicitas & violentia proverbium quoddam de re maxime operoſa & glorioſa Poetis dedere. Araxem ponte ſternere. Virgilius lib.VIII. *pontem indignatus Araxes.* Papinius Silvarum I. *patiens Latij jam pontis Araxes.* Ita certatunt ſummi tres Heroici apud Latinos Poetæ Claudianum poſt Expreſſit Sidonius Panegyr. Anthemii, 440. *non ut mihi preſſus Araxes Impoſito ſub ponte fluat Ara*is autem nomine poſtremis ſeculis *Parthia* ſeu *Perſia* omnis cenſebatur. Hildebertus Cenomanenſis & Turonenſis Epiſcopus, de urbe Roma.

Ille labor, labor ille ruit quem dirus Araxes
Et ſtantem tremuit & cecidiſſe dolet,
&c.

Citat eos Hildeberti verſus Gulielmus Malmesburienſis libro IV. Hiſtoriæ Anglicæ.

377. GRAVIBVS FERRI.] Hæc eſt omnium omnino ſcriptorum excuſorumque Codicum ſcriptura, quam nos perperam olim mutare voluimus; eſt enim Genitivi uſus Græcanicus oppido quam familiaris bonis ſcriptoribus & idem ac ſi *ferro* dixiſſet. Sic Horatius lib.III carm.XXXVII. *abſtinebo Dixit irarum calidaque rixa.* Titinnius Pſaltria. *Quo te avertiſti faſtidii mei, mea delitia.* Alia exempla apud Nonium cap IX. Q.Septimius libro VI. *ſenior & jam provecta ætatis nec tamen invalidus virium.* Avienus Ora Maritima. *pelagia eſt inſula. Herbarum abundans* Claudianus noſter IV.Conſul Honor. *feſtinaque voti.* Statius V. Silvarum. *laudum feſtinus & audax Ingeny* Silius lib.II. *cacus fati* Livius Andronicus apud Priſcianum libro VII *agra ſanitatis Herois* Prudentius *ô miles invictiſſime Fortiſſimorum fortior.* uti quidem cum locum optime mihi legere viſus Joan. Druſius lib.V. Obſervation. cap.XXIII. Claudianus noſter in Eutropium I *aliquis gravior morum.* Salvianus lib.VII. *ſanctior decretorum, ſeverior pudicitia. Lætus præſentium.* Symmachus libro I. Epiſtola XXVII *preſſor temporum, inſignis libidinum,* Tertullianus de Pallio. *Dubius conſilij* Juſtinus libro II ex Trogo. *Alienus lucis, veritatis* Cyprianus Epiſt. *arctari cuſtodia* Victor Uticenſis libro I. *multa luxuria ebrius* Symmachus lib.I. Epiſt.VIII. *ſpretus vigoris* Silius Italicus libro XII. *Saucius fama* Auſonius Profeſſoribus. Læta operum plebes, idem Moſella. *Lætus opum paciſque meæ.* Valerius Flaccus libro III. *rerum prudens Experientia* Gratius Cynegetico. Præcipue frequenter autem hoc genere utitur Symmachus, cujus loca & nonnumquam ideo ſunt corrupta.

377. RELIGATA CATENIS.] Exemplo Virgilii *furor impius intus Sæva ſedens, ſuper arma & centum vinctus ahenis Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento.* Intelligit autem altiſſimam pacem quam Theodoſius Magnus confecit Imperio priuſquam exceſſit, de qua Victor, ſive Victorinus, in Compendio, Oroſius lib.VII. cap.XXXIV. aliique Hiſtorici & Chronographi.

378. DRACONVM.] Serpentum. Confunduntur duo iſta ſcriptoribus Græcis & Latinis. Etiam Hebræis, ut Salomoni Sapientiæ cap.XVI. Aratus οἷος ποταμοῖο ἀπορρὼξ Εἱλεῖται μέγα θαῦμα δράκων Avienus. *Ceu circumflexo ſinuantur flumina curſu Squameum agmen agens Draco volvitur* At Germanicus.

Has inter medias abrupti fluminis inſtar
Immanis ſerpens ſinuoſa volumina torquet.

Et eſt reapſe ſerpentis effigies, non Draconis.

379. TONSA COMAS.] Victarum gentium effigies in dehoneſtamentum detonſæ in triumphum ducebantur; Hinc *tonſam* victum, triumfatumque deſignat. Propertius.

Quorum ſub titulis Africa tonſa jacet.

Multa in eam rem notarunt doctiſſimi viri qui de Triumfo & ejus generis Commentaria reliquerunt.

380. TELLVS COMMVNIS ERIT.] Vt fuiſſe aureo ſeculo tradunt quicunq; illud Poetæ deſcripſerunt, ex quibus ſequentia omnia apud Claudianum illuſtrari poſſint, ſi quis operam dare voluerit conferendo Aratũ Phænomenis, Heſiodum primo Ἔργων, Ovidium Metamorph. I. Germanicum, Avienum Aſtronomicis, Virgilium Pollione; ſcriptorem incertum, ſed minime recentem, quem vulgo Fabium Pictorem inſcribunt, ego autem excerpta eſſe de primis Oripinum M. Catonis libris exiſtimo, & ei rei cauſſas in Commentario Dubiorum reddo.

381. DISCERNETVR AGER.] Sidonius *indeſcriptoſque per agros Fragrat odor*

383. STAGNANTIA PASSIM VINA FLVENT.] Elegantiſſime hoc expreſſit Sidonius. *Et ſine ſenatis invidit pampinus uvis.* Nec minus venuſte Auctor Æthnæ. *Ipſe ſuo flueret Bacchus pede* Pariter vero Deus Optimus Maximus populo ſuo promiſit Terram lacte & melle fluentem, hoc eſt naturali ubertate præcellentiſſimam. Chalcidius in Timæum Platonis, ſcriptor materiæ ſcriptique gratia diſſimulans, utplurimum Chriſtianiſſimum. *Hebræis quoq; conſilium datum eſt à Deo cum prædictione rerum futurarum, in iſtum modum. Si præceptis meis parebitis bona terrarum omnia penes vos erunt; Lac itaque melliflui fluctus non deerunt. Si contemſeritis, pœnarum imminentium ſeriem divina vox proſecuta eſt.* Ex ea vero promiſſione quis negabit Ovidium ſuum ſuaviſſimum illum verſiculum duxiſſe.

Flumina jam lactis jam flumina nectaris ibant,
Flavaque de viridi ſtillabant ilice mella.

OLEIQUE LACUS.] Appoſite ad naturam olei. Idem vero voluit Sidonius ſcribens. *exorto flumina melle Dulcatis cunctata vadis oleique liquores Iſſe per attonitas bacca pendente trapetas.* Junxit autem vinum oleo quod his duobus, pane quidem adintellecto, contenta poſſit eſſe vita humana Julianus Imperator Miſopogone.

μάλα ἐγέλασας, ἄρτου, καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου τῇ σώφρονι πόλει δεῖν φάμενος, κρεῶν δὲ ἤδη τῇ τρυφάσῃ.

385. QVÆRETVR HONOR.] Propter ſonum malim *honos* quod retinuit Codex nobis collatus; quamvis cæteri omnes vulgatis conſentiant.

VIDEBVNT VIRIDES.] Riſum viridibus dat quia oculis humanis is color gratiſſimus, & ſolius præterea hominis ridere eſt; nam quod alia nonnulla animalia ſonum cachinni exprimunt, non magis ſane rident quam loquuntur cum murmurant alia.

Præfationem, quam nonnulli Libri huc collocant, illuſtratam vide ante Bellum Gildonicũ.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI,

IN RVFINVM, LIBRVM II.

ANIMADVERSIONES.

INitio hujus libri maximæ res geſtæ Theodoſio ſtringuntur, velut tyrannorum expellendorum & Imperii filiis conſtituendi gratia in terris fuiſſet is Imperator quo negotio utroque confecto in cœlum recesserit. Nos eas ex auctoribus Chriſtianis, & Zoſimo enarrandas hoc loco non ducimus, non enim Tempora exeutere, aut Poetam ſive veridicum ſive adulatorem ad Hiſtoricam ſpeciem veritatis exigere pretium fuerit. Cum ſpecies revera Hiſtoriæ ubique ſit potius, quolibet partibus ſuis calamum præſtante, ſufficiatque eatenus fidem adhibere talibus, ut Chriſtianæ Veritatis ſucceſſio conſtet, non vero quæcunque tenebrionum deliria eredibiliora fiant. Poeta autem ipſe hoc unum omnibus numeris agat ut Heroas ſuos, quos laudandos ſibi propoſuit, egregie commendet Majeſtatem Romani Imperii & Sermonis ſervet comiter & potenter, adverſarios vero quam acerbiſſime atque eloquentiſſime vituperet. Eum nos collata & examinata veterum Codicum ſcriptura genuinæ ſuæ venuſtati & ſplendori nativo redonare pergemus, & obiter quæque minus obvia lectori enarrabimus.

V. 1. IAM POST EDOMITAS ALPEIS.] Hoc eſt prorſus planeque domitas, uti jam nulla ulteriore pugna opus habeant. Vim enim ſummam literula infert. Sic in Tertium Honorii Conſulatum:

Ille leveis Mauros nec falſo nomine Pictos
Edomuit

libro I. de Laud. Stilic.

totidemque diebus
Edomuit Rhenum quot vos potuiſtis in annis.

Et ab hoc, parente ſequentium Auctorum, imitati hunc uſum alii plurimi. Sidonius Anthemiano.

Illicet edomiti bello, prædaque carentes
Mox ipſi ſua præda jacent

Oroſius libro VI. cap. XII. *Exhauſtis atque edomitis Gallis ſecurus Cæſar cum legionibus in Galliam rediit.* Iornandes Geticis cap. XXXIX. *poſt victorias tantarum gentium poſt orbem ſi conſiſtatis edomitum ineptum judicaverim.* Proſper. Epigram. XCVI.

Sed quæ mens recto famulam ſub jure tenebit
Edomita ut regnet carnis in officiis.

Coripus libro III.

Sub quo Vandalici ceciderunt ſtrage tyranni
Edomitique Getæ

Adreval-

Adtevaldus ſcriptor vetus & probus de Benedicto libro I. cap. I. *Romani Imperij inſignis potentia dum edomitum orbem jure perduellionis abſtinere vellet, ampliſſima regnorum ſpatia in provincias coloniaſq; deſcendere ratum habuit.* Fauſtus Epiſcopus Reienſis Epiſtola VI. ad Ruricium: *ut exterior & terrenus homo vomere crucis edomitus commodè infirmitate macreſcat.* Petrus Damianus Epiſtolâ II ad Hillebrandū. *Libet itaq; ſub quadam mentis energia quaſi diu ſtipitibus attritos agitare pedes duruq; cathenis edomitas elevare cervices.*

1. ALPES.] Victoriam Theodoſij de Eugenio intelligit. meminit ejusdem in Tertio & Quarto Conſulatu Honorij,alijsque Panegyricis.

2. DEFENSAQUE REGNA HESPERIÆ.] Ab Arbogaſto.III.Conſul. *Proh crimen ſuperûm longi proh dedecus ævi. Barbarus Heſperias exſul poſſederat urbes*, &c.

2. MERITA.] Victorijs enim aditi cœleſteis ſedes gentiles cenſebant ex quorum dogmatis ubiq; etiam de optimis & Chriſtianiſſimis Principibus loquitur Claudianus. Inde Scipio Victorijs clariſſimis partis gloriatur apud Ennium.

Si fas endo plagas cœleſtum ſcandere cuiquam

Mi ſoli cœli maxima porta patet

Sed & de viris bona pace egregijs eadem Philoſophantur.Cicero Somnio Scipionis *Omnibus qui patriam conſervarint, adjuverint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo ſempiterno fruantur.* De Sapientibus idem erat judicium, ſtudio enim Sapientię mereri cœleſtia templa putabantur. Martianus Capella libro II. *Anima beatorum veterum qua jam cœli templa meruerant greſſus Majugena ſequebantur.* Silius Italicus lib.XV.

fœdere certo

Degeneres tenebris animas damnavit Avernus.

At quem ætherei ſervatur ſeminis ortus.

Cœli porta patet.

Qui verſus Silij Italici cum de eodem Scipione loquantur de quo & Ennianum diſtichon, vel ex ijs clarum eſt ita Ennium ſcripſiſſe ut nos retulimus non *ſi fas cadendo cœleſtia ſcandere cuiquam eſt*. Ut vulgantur hi verſus apud Lactantium libro I. cap. XIIX. Exploſi quidem jam olim ab eruditiſſimo Pithæo lib.I.Adverſ. cap. XI. De fortibus viris pariter Manilius libro I.

forteis animæ dignataq; nomina cœlo

Corporibus reſoluta ſuis, terraque remiſſa,

Huc migrant ex orbe,ſuumq; habitantia cœlum.

Aethereos vivunt annos.

3. SIDERE.] Apotheoſin intelligit Claverius; cujus opinionem tamen vulgo hæſiſſe potius quam ceremonias priſcas uſu frequentabas ſub principibus ſeriò Chriſtianis credibile eſt. Theodoſio autem decedente jam Baſilicas pleraſque omnes tenebant Antiſtites Chriſtiani, nec ſuperſtitio conſecrationum Paganarum ſupererat. Et exſtat Oratio in hunc funebris Beati Ambroſij, quæ ut Chriſtianè defunctum nō ut Romano ritu in Deos relatum laudat. Nummorum quidem inſcriptiones & talia retinuerint Principes, publici vero ritus, iſti rei exoleverant jam dum.

3 MUNDUS.] Divinas animas mortalium virtute præditorum è ſtellis oriundas, & in eorum numerum redire perſuaſio Philoſophię Humanæ. Cicero Somnio Scipionis: *Homines enim ſunt hac lege generati qui tuerentur illum globum quem in hoc templo medium vides, quæ terra dicitur. Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera & ſtellas vocatis, quæ globoſa & rotunda, divinis animata mentibus circulos ſuos orbeiq; celeritate mirabili conficiūt.* Singulisq; animabus ſingula aſtra aſſcribebat Plato, cujus doctrinam ubiq; ſequitur Claudianus. Alcinous cap. XVI.

ἐπεὶ δὲ περὶ τοῦ ἀνθρωπείου γένους, ὡς συγγενεστάτου θεοῖς πάλιν φροντὶς ἦν τῷ πατρὶ πάντων, καὶ τοῖς τούτου ἐγγόνοις θεοῖς, κατέπεμψεν ἐπὶ τὴν γῆν τὰς τούτου τοῦ γένους

ψυχὰς ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις. ἐμβιβάζας δὲ ὡς εἰς ὄχημα ἄστρον, τὸ σωμάτων ἁπάσας, νόμους τοὺς εἱμαρμένους εἰπεῖν αὐτοῖς νομοθέτου τρόπον, ὅπως αὐτοῖς ἀναίτιος ᾖ.

Quæ in libris ipſius Philoſophi & qui eos enarrant, Dogmataque ſequuntur, plenius. Mundus cœlum ſonat. Sic Manilius mundum meruiſſe dixit Auguſtum poſt Cæſarem, cujus filius audire geſtiebat. Libro primo.

Hunc mihi tu Cæſar patriæ princepsque paterque
Qui regis Auguſtis parentem Legibus orbem
Conceſſumque Patri mundum Deus ipſe mereris,
Das animum.

Qui verſus vel ſoli teſtantur, ut centum argumenta etiam his ſolidiora omittam, & docere poſſunt minimè Aſtronomicum illud Poema ad aliud quam Auguſti ævū pertinere poſſe; Tum enim primum conceſſus erat Cæſari, ab Julo oriundo, ſingulari Romani nominis, ut videri volebant, apud ſuperos æſtimatione. Jam verò ejus filij & ſucceſſoris Auguſti tanta merita erant in genus humanum, ut ipſe ſibi illis vindicaret cultum divinum, non conceſſione aliena opus haberet. Quod comparatione adulatoria Cæſaris & Auguſti extulit Manilius, hunc jam vivum videntemq; Deum appellans, (pro quo & cultus ſanè fuit) ut patri præferret. Quæ vero merita illa ſint duobus verbis explicavit cum dixit *Auguſtis legibus* Iis enim in novam velut formam univerſus terrarum, Romanus certè, orbis conceſſerat, & regebatur; itaq; molem hanc Imperij ab uno homine tot præclaris legibus moderari videntes, merita ipſius Divinis cultibus rependenda omnes cenſebant; à quibus ſanè abſunt longiſſimè cæteri principes, utcunq; Trajanum Plinius, Severum Herodianus, alios alij laudent. Sed hæc alterius loci ſunt. *Mundum* me tuiſſe etiam Melibœum ſuum ait Nemeſianus Ecloga. Prima. Mundus vero totum eſt cœleſte machinæ corpus. Stobæus Eclog. Phyſicar. libro I.

κόσμον δὲ εἶναι φησὶ ὁ Χρύσιππος σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων, ἢ τὸ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων σύστημα, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων.

Venit hæc appellatio à Pythagora. Idem Stobæus. Seu potius Plutarchus cujus περὶ ἀρεσκόντων ipſa verba Stobæus exſcribit.

πυθαγόρας φησὶ γεννητὸν κατ' ἐπίνοιαν τὸν κόσμον, οὐ κατὰ χρόνον. ὃς καὶ πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν κόσμον, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως.

Et hi quidem mundum τὸ πᾶν appellabāt, alij rurſum eum ab Vniverſo ſegregabant, ut Diogenes, Meliſſus, & alij. Idem Stobæus.

Ἐμπεδοκλῆς τὸν τοῦ ἡλίου περίδρομον εἶναι περιγραφὴν τοῦ πέρατος τοῦ κόσμου, Σέλευκος ὁ ἐρυθραῖος, καὶ ἡρακλείδης ὁ ποντικὸς ἀπείρατον τὸν κόσμον, Διογένης καὶ Μέλισσος, τὸ μὲν πᾶν ἄπειρον, τὸν δὲ κόσμον πεπεράσθαι.

Et infinitæ ſunt diſceptationes tales Philoſophorum. Solum cœlum hoc loci notat. Seneca de Corona Ariadnes. *Mundus puella ſerta Gnoſiaca gerit* Alia vide apud Ocellum Lucanum libro περὶ φύσεως κόσμου, Vitruvium libro IX. cap. IV. & alios infinitos.

4. JAMQUE TUIS STILICO ROMANA POTENTIA CURIS, ET RERUM COMMISSUS APEX.] Dubium vix eſt ex Imperij partitione & conſenſu plerorumq; ſcriptorum Theodoſium decedentem Rufino Orientis, Stilichoni vero Occidentis curam ſub adoleſcentibus Principibus commendaſſe. Claudianus vero Soli Stiliconi utrūque orbem adſcribit, quia noverat hoc eum adfectare, & Theodoſij hanc mentem fuiſſe perſuaſum voluiſſe populo. Zoſimus libro Quarto.

πεπλευτήσαντος μετὰ τὴν δευτέραν καθαίρεσιν ἐν Ἰταλίᾳ Θεοδοσίου στρατηγὸς ὢν τοῦ παντὸς στρατεύματος ὁ Στελίχων, εἴπερ δυνατὸν αὐτῷ καὶ πολεμικώτατον ἦν, τοῦτο κατέσχε. τὸ δὲ ἀπεσκληκὸς καὶ ἀπόβλητον χωρεῖν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἠφίει, καὶ ταῦτα διαθεὶς, ἔχων δὲ πρὸς Ῥουφῖνον γκότως, ἵνα δύναμιν αὐτῷ ἀντίῤῥοπον κατὰ τὴν ἑῴαν ἔχειν βουλόμενον ὡς Ἀρκαδίου ἔσεσθαι διανοεῖτο, διαθεῖναι κατ' ἐξουσίαν καὶ τὰ κατ' ἐκεῖνον ἐθέλων. Ἔλεγε γὰρ ἐπιτετράφθαι παρὰ Θεοδοσίου τελευτᾶν μέλλοντος τὰ κατ' ἄμφω τοὺς βασιλέας ἔχειν ἐν πάσῃ φροντίδι.

Vides hic Zoſimum ambitioni tanti viri adſcribere utriuſq; Limitis Curam. Et ita initio ejusdem libri Rufinum non minus Arcadio quam Honorio Stiliconem præpoſitum dicit. At mendax & convitiator homo, niſi canem potius dicas paganum, cujuſque maximi viri allatratorem, oblitus ſui ipſius cum mortem Stiliconis poſt deſcripſiſſet, non ex ambitione ipſius ſed ſua ſententia hęc loquitur contraria.

σοῦ ἀπειλῇ πάσῃ καὶ φόβῳ ταύτης αὐτοὺς Στελίχων ἀποσήσας τῆς ἐγχειρήσεως τρόπον ἕνα αὐτὸς τὸν τράχηλον ὑπέσχετο τῷ ξίφει, πάντων, ὡς εἰπεῖν, τῶν ἐν ἐκείνῳ δυναστευσάντων τῷ χρόνῳ γεγονὼς μετριώτερος. Θεοδοσίου γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου συνοικῶν ἀδελφιδῇ, καὶ ἀμφοῖν αὐτοῦ τοῖν παίδοιν τὰς βασιλείας ἐπιτραπεὶς, τρεῖς δὲ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἐστρατηγηκὼς, οὐκ ἐφάνη ποτὲ στρατιώταις ἐπὶ χρήμασιν ἄρχοντας ἐπιστήσας, &c.

Quid tali homini credas, qui dicto libri ejusdem hujus initio nihil non Stiliconi venale fuiſſe declamaverat? Sed hoc quoq; Eunapij doctoris habuit, qui quandam velut lectam Hiſtoriæ Sophiſticæ fecit, Stiliconem Theodoſiumq; lacerantium, ut vides apud Photiū, qui tamen Zoſimum Eunapio pudentiorem agnoſcit; certè tectiorem nos, non benevolē̄tiorem, niſi quod invito etiam veritas non numquam excidit. Ineptum autem arbitror adeo ſollicitè hujus nominis aſpirationem ſervare, ut typographi nonnulli faciunt, qui barbarius eo modo, quod alioqui Latina elegantia abhorret, conficiunt.

5. RERUM COMMISSUS APEX.] Credibile ſanè hoc eſt, nam & Arcadius tū tutore magnoperè ob ætatem non egebat, vicennium jam agēs; ut fermè aſſentiar Illuſtriſs. Baronio, qui Suidam & alios de Rufino, tutore ipſi ab ab Theodoſio relicto, ſcribentes, erroris etiam hinc convincit. *Apex* Summam dignitatem notat, ut vertex apud Ammianum libro XXII. *Alexandria vertex eſt omnium civitatū quam multa nobilitant* &c. Sedulius de D. N. Jesu Chriſto: *una eſt cum Patre poteſtas Par ſplendor, communis apeX.* Hilarius. *Primus apeX rerum, primus ſator, omnia condens.* Marius victor *Tu victor, virtutis apeX.*

6. UTRAQUE MAJESTAS.] Majeſtas Imperatoria jā olim pro ipſo principe ſumta, velut nominari ipſum minus eſſet. Tacitus Annal. V. *queſtus apud Patres quod ſenatoris unius fraude Imperatoria maieſtas eluſa publicè foret.* Ante quidem Populi Romani aut Reipubl. erat, ut notum vel ex formula, *Maieſtatē P.R. comiter conſervare.* Ejus vero poteſtate & auctoritate omni in Principem collata, hoc quoq; ſplēdidi nominis hujus perſonę acceſſit. Sic *Auguſtalis Maieſtas* apud Juſtinianum cap. III. Cod. Ubi & apud quem Cognitio Imperatoria; apud Tacitum loco modo producto, Juſtinian. Prœm. Inſtitut. Eſt *maieſtas* venerabilitas quædam, ipſo aſpectu animos invadens, præter vulgarem formam cœleſte quid & inuſitatum præ ſe ferens. Livius libro V. *adeo haud ſecus quam venerabundi intuebantur in ædium veſtibulis ſedētes viros præter ornatum habitumq; humano auguſtiorem, maieſtate etiā quam vultus gravitasq; oris præ ſe ferebat, ſimillimos dijs.* Dei enim propria *maieſtas*, quæ ad differentiam *Altiſſima* appellatur, ut ab Imperat. Leone & Anthemio c. XI. Cod de Ferijs.

6. GE.

6. GEMINÆQUE EXERCITUS AULÆ.] Hunc diviſiſſe, partibus licet jam tumētibus, inter fratres Stiliconem in ejus laudibus recenſet libro II. v. XCVI.

7. NEC ENIM PATIUNTUR SÆVA QUIETEM CRIMINA] Conſcientiæ læſæ more, quæ quietem non habet, ſed è ſcelere in ſcelus tranſit. Salluſtius de Catilinâ: *animus impurus Dis hominibus infeſtus, neque vigiliis neq; quietibus ſedari poterat*. Pſeudo Egeſippus, ſive interpolaricius Joſephi Epitomator, lib. I. cap. VII. *tanti ſceleris immanitas mentem ulcerabat, non ſomnus oculis, non quies animo dabatur*, &c.

8 POLLUTÆQUE NEGANT MANSUESCERE FAUCES.] A feris ſanguinarijs, quas ſemel hauſtum ſanguinem ſemper ſitire aiunt. Victor Caligula. Hieronymus ad Innocentium de muliere Septies ictâ: *igitur Conſularis paſtus cruore luminib. ut fera quæ guſtatum ſemel ſanguinem ſemper ſitit, duplicari tormenta iubet*. Lucanus libro Primo.

nullus ſemel ore receptus
Pollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces.

Idem libro IV.

ſitorrida parvus
Venit in ora cruor, redeunt rabiesq;, furorque,
Admonitaque tument, guſtato ſanguine, fauces.

Boethius de Conſolat. libro III. carm II.

Quamvis Pœni pulcra Leones
Vincula geſtent, manibusq; datas
Captent eſcas, metuantq; trucem
Soliti verbera ferre, magiſtrum,
Si cruor horrida tinxerit ora,
Reſides olim redeunt animi,
Fremituq; gravi meminere ſui.
Laxant nodis colla ſolutis
Primusq; lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.

Quas olim hic Lucani emēdationes dedimus, eæ opportunius legentur alibi.

9. TERRAS.] Mundum, humanas res Alibi. *Quam bene diſpoſitum terris ut dignus iniqui Fructus conſilii primis auctoribus inſtet.* Eſt inter Belgicos Codex priſcus qui legit

infandis iterum bellis accendere terras.

10. PACEM TURBARE TUMULTU.] Non ſollicito hanc lectionem, tumultui enim turbatio eſt aptiſſima. Noſter liber *vexare* ſubſtituit citrà cæterorum voluntatem.

11. QUANAM RATIONE TUEBOR.] Similimè. I. in Eutrop *quanam ſcapulas tutabimur arte*. Servilia ingenia utraq; deliberatio arguit.

12. FLUCTUS.] Mala cumulo quopiam ingruentia & obruentia rationem fluctibus æquantur. Euripides Hippolyto Coronifero.

κακῶν δ', ὦ τάλας, πέλαγος εἰσορῶ
τοσοῦτον, ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν.

Muſæus. *ἵστατο κυμαίνουσα πολυκλαύστοισι μερίμναις.*

Ariſtænetus lib. II. Epiſt. V.

ποικίλα τῆς διανοίας ἀποσκιρτᾷ κινήματα. καθάπερ αἴγλη τις ἡλίου πάλλεται συχνὰ περὶ τοῖχον ἐξ ὕδατος ἀνταυγοῦσα κατὰ σφαγίδος ἢ λέβητος κεχυμένου καὶ ἀστάτῳ φορᾷ τὴν εὐκίνητον συστροφὴν ἀπεικονίζεται τῶν ὑδάτων.

Quæ comparatio eſt Apollonii Argonauticon. III. & Virgilio alibi & Silio Italico tranſlato. Sic de æſtu ſeu fluctibus animi idem Ariſtænetus alibi. lib. I. Epiſtolâ. IX.

πῶς οὖν τὸν δείλαιον. ἀλλ' οὔτε θαλάττης τρικυμίας οὔτε πόθου κορυφούμενον σάλον διαρκῶς ἀφηγεῖσθαι.

Et Epiſtolâ XXVII. Ejusdem.

κλυδωνιζόμενος ἐκ τοῦ πόθου.

Sic de vino Eratoſthenes.

οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ'
ἂν ἐς ἄνδρα
ἔλθῃ κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα
Βορρῆς ἠὲ Νότος.

Sic

Sic ῥεῦμα timoris. Arrianus Epictet. lib. IV. cap. IX.

εἶτα καταγνὺς, μὴ ἀπογνῷς σεαυτοῦ, μηδὲ πάθῃς τὸ τῶν ἀγεννῶν ἀνθρώπων, οἳ ἅπαξ ἐνδόντες εἰσάπαν ἐπέδωκαν ἑαυτοὺς, καὶ ὡς ἀπὸ ῥεύματος παρεσύρησαν.

Sic tempeſtas ſive hyems furorem animi deſignat, ut & κῦμα. Sophocles Ajace:

Νῦν γὰρ ὁ δεινὸς ὁ μέγας ὠμοκρατὴς αἴας θολερῷ
κεῖται χειμῶνι νοσήσας.

Et Ajax ibidem furore captus.

ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης ἀμφίδρομον κυκλεῖται. Et σαλεύειν eidem eſt luctu confici in Electrâ.

προὔδοτος δ' ἡ μόνα σαλεύει Ηλέκτρα τὸν ἀεὶ πατρὸς
δειλαία στενάχουσ' ὅπως ἁ πανόδυρτος ἀηδών.

Sic κλύδων κακῶν apud Heliodorum lib. II. καὶ ἄλλως ἡμεῖς νωθέστεροι συνιέναι τὸ δέον πλείονι κλύδωνι κακῶν βεβυθισμένοι. Et lib. III. καὶ ἁπλῶς κλύδων μέν τις εἶχε φροντισμάτων, ἄυπνός τε τὸ λειπόμενον ἐξαλαιπόρουν τῆς νυκτός. Et κύματα ἐπιθυμίας affectus turbulenti. Chryſoſtomus de Virginitate cap. IX.

ἀντὶ γὰρ προβάλλων προστήσας τὴν εἰρομένην μίξιν, καὶ ταύτῃ τὰ ἐπιθυμίας δεχόμενος κύματα ἐν γαλήνῃ πολλῇ καθίστησιν ἡμᾶς, καὶ διατηρεῖ.

Antoninus Imperator lib. XII.

ἔξωθεν περιῤῥέουσαν δίνην dicit curam rerum corpus tangẽtium. Sic τρικυμία κακῶν eſt cumulus quidam variorum infortuniorũ. Hipparchus Pythagoricus:

ὅτι δυνάμενοι κατανοῆσαι τόν τε τῶν παρεόντων βίον καὶ τὸν τῶν προεξεστακότων ἐν ὅλαις συμφοραῖς καὶ κακῶν τρικυμίαις καὶ νῦν ἔν τι πολλοῖς, καὶ περὶ τοῦ ἐσομένου.

Sicque vita omnis humana nihil cenſetur niſi Pontus, mutabilitate rerum omnia alternante. Agapetus in Scheda Regia cap. LXX. &c.

13. PREMOR HINC ODIIS] Domeſticorum Aulæ procerum. Nec mirum omnium odia incurrere qui avaritię ſtudio omnia poſtpoſuerit. Ipſum etiam principem infenſum habebat, ſi vera ſunt quę ſubjungit iſthic Claudianus.

15. MATURA.] Quæ caveri vix jam poſſint quin in caput meum cadant; non de longinquo minantia, ſed coram imminentia. Sic *maturum malum* Plauto, cujus ſervulus nequam jam velut certus erat.

SURGUNT UNDIQUE.] Suaptè velut natura. A nubibus in tempeſtatem undique conſurgentibus, aut vndarum fluctibus. Virgilius, lib. VI. *tua ne ſpoliata armis excuſſa magiſtro Deficeret tantis navis ſurgentibus undis*, &c.

16. IMPOSITI RADIANT CERVICIBUS ENSEIS.] Exemplo Damoclis à Dionyſio invitati. Horatius lib. III. Od. I. *Diſtrictus enſis cui ſemper impia Cervice pendet* Perſius *auratis pendens laquearibus enſis Purpureas ſubter cervices terruit* Deſcribit poſt Ciceronem, non inconcinne Apollinaris Sidonius lib. II. Epiſt. XIII. Alludit eodem & Salvianus libro II. *Sed præſentia tormenta ſenties, atq; imminentem jam cervicibus tuis divinæ ſeveritatis gladium ſuſtinebis.*

17. CUNCTA NOVO CONFUNDERE LUCTU] Incendium ruina reſtinguere, quod nefarie jactavit Catilina, convictus ſcelerum exitio propinquus. In Noſtro exemplari legitur.

Quid reſtat mihi cuncta novo confundere luctu.

In quo duo ſequenteis verſus perperam tráspoſiti leguntur.

19. SOLATIA LETHO EXITIUM COMMUNE DABIT.] Seneca Troadibus.

Lentius luctus lacrymaq; mordens
Turba quas fletu ſimili frequentas,

Semper ab ſemper dolor ipſe magnus
Gaudet in multos ſua fata mitti.
Seque non ſolum patuiſſe Pœnæ.
Ferre quam ſortem patiuntur omnes, Nemo recuſat.
Dulce in immenſis poſito ruinis
Neminem lætos habuiſſe vultus, &c.

20. POTESTAS.] Tyrannis. *Poteſtas* quandoq; injuſtam & vi uſurpatam dominationem notat, qualem in Rufino proponit Claudianus noſter. Julius Firmicus de Erroribus Profanarum Rellig. de Jove: *Per omnia Pœnarũ genera bacchatus necem filii qualitercunq; vindicavit, affectu quidem patris, ſed tyrannicâ poteſtate.* Hoc eſt crudelitate, vi, impotentiâ. Sic potentatus vim ſonat. Juſtinianus Imp. cap. I. de Raptu Virg. *Sin autem poſt commiſſum tam deteſtabile crimen aut potentatu raptor ſe defendere, aut fugâ evadere potuerit.*

22. OBJICE.] Male uno jota hæc vox ſcribitur, cum producitur: Per licentiam enim altera ejicitur, quod cum in *ſubicere adicere* viderint in hac miror non animadvertiſſe doctos.

25. DIVISISIT.] Hæc utiq; vera ſcriptura. Liber Noſter, & unus Belga *dimiſit* Delrianus *demiſit*. Cum Noſtro Aldus. Sed nos Scaligerum & Claverium ſequimur, nihil mutantes. Ratio eſt in voce *Diſpoſuit*.

26. NEFAS.] Bellum nefarium. Lucanus libro VII.

fugiens civile nefas rediturāq; numquam
Libertas ultra Tigrim Rhenumque receſſit.

27. TERGA DANUBII.] Glacij ſolidata, & alioquin Græcanicum νῶτα θαλάττης, ſæpiſſimè eo utitur Nonnus Dionyſiacis, & nemo non aliorum Poetarum.

28. EXPERTAQUE REMOS.] Sæpius remis navigata. *Expertus* enim crebrum uſum denotat. Sic Virgilius. *Sin aliquam expertus ſumtis ſpem ponis in armis. Hanc tutare domum.*

30. CASPIA CLAUSTRA.] κλεῖδας vocat Euſtathio recenſente Dionyſius Periegetes.

ὁπεῖον δὲ περὶ τῶν Κασπίων πυλῶν λέγεται, ἃς καὶ κλεῖδας τῆς Ἀσιάδος γῆς καλέσει ὁ Διονύσιος, &c.

30. ORIENTIS OPES.] *Anatolia*, nam Conſtantinopolitanis Imperatoribus rerum potientibus. Aſia minor ἀνατολὴ appellabatur. Conſtantinus Porphyrogenetes libro I. Thematôn.

πρῶτον μὲν οὖν τοῦ καλουμένου ἀνατολικοῦ, εἰ δοκεῖ, μνημονεύσωμεν, ἐν ταῦθα τῆς ἀνατολῆς θέματος ἤγουν τῆς μικρᾶς Ἀσίας.

Poteſt tamen univerſus Oriens barbarorum incurſibus impetitus intelligi.

31. PASCUA CAPPADOCUM.] Ea enim regio paſcua magnam partem non Cerealis, & idcirco equorum copia nobilis. Solinus cap. XLVII. *Cappadocia terra ante alias altrix equorum & proventui equinæ accommodatiſſima eſt, &c.*

32. PARENS ARGÆUS EQUORUM.] Argæus mons Cappadociæ, equitibus celebris cumprimis Claudianus in Laudib Serenæ.

delectus equorum
Quos Phrygia matres Argæaque gramina paſta
Semine Cappadocum ſacris præſepibus arcent.

33. JAM RUBET ALTUS HALYS.] Noſter. *rubet intus alu.* De Haly fluvio Herodotus, Strabo, Plinius, Mela, Conſtantinus Thematum lib. I. &c.

34. INIQUO MONTE CILIX.] Taurum Ciliciæ montem ob difficultatem tranſitus iniquum vocat, eſt enim maximus. Ovidius lib. X. *per juga montis iniqui Ire comes, longâq; alit aſſuetudine flammas.* Sympoſius Aenigmate XXXIII. *Taurus.*

Et Cilicum immenſus mons ſum, & mons nomine ſolo.
Et vehor in cœlis & in ipſis ambulo terris.

Ita

Ita legitur prior horum verſuum in editione prima Joachimi Perionij, Pithæus autem & Scholiaſtes Caſtalio. *Et Cilicum mons ſum ſed non ſum nomine ſolo.* Planè ignotum hactenus aliquid latere arbitror. *Taurus* enim & τὸ αἰδοῖον maſculum deſignat, cujus alluſio utique in hoc verſu deliteſcit. Sic enim quatuor ſignificationes ipſas cõjungit etiam Diomedes cujus verba produxit Caſtalio. Quare ſcribendum. *Et Cilicum immenſus mons ſum & mens nomine polo.* Paullum *polum* ſcribebant veteres. Immenſus ergo mons Cilicum Taurus dicitur à Sympoſio; dicitur vero & *mens nomine polo*, ſive parvo, hoc eſt *mentula*. Taurus enim tam hanc quam illum notat. Nec tamen & τὸ *ſolo* caret ratione aut argutia, ſiquidem nihil mentis in ea re eſt quæ deminuto ejus vocabulo appellatur. Atq; ſic de hoc veteris & boni Poetæ loco ſentimus, cujus generis non pauca in eodem alia latent. De Tauro Ciliciæ monte vide Herod. libro III. Silium Italicum lib. XIII. & Geographos.

34. ADSVETVMQVE CHORIS.] Syrorum mollities & deliciæ notiſſimæ, præcipuæ Antiochiæ, quam alluit Orontes. Vnde Juvenalis pulcrè de moribus ijs Romanam ſeveritatem ſuperantibus.

> *Iam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes.*

Ingens volumen de luxu hujus accolarũ confici poſſit. Vide Iulianum Miſopogone.

34. GETICIS EVROPA CATERVIS LUDIBRIO DATVR.] Omnibus ejus generis populis barbaris parumq; tum cognitis. Geticæ enim gentes appellabantur, Honorio rerum potiente, Gothi, Vandali, Viſigothi, Gepides, Sarmatæ, Melanchlæni, ut tradit Procopius lib. I de Bello Vandalico. Vide de antiquiore ævo Strabonem.

37. FRONDENTIS AD VSQVE DELMATIÆ.] Silvoſæ. Vide Geographos. Scriptura autem hujus nominis hæc vera eſt, librariorumque, non auctorum eſt, *Dalmatia*

83. OMNIS QVA.] Concinnius ſcribas. *qua.* Omnis tellus intra Pontum & Mare Adriaticum ſita; quæ ſit illa videre potes in tabulis, & apud Melam; ſanè nobiliſſima regio, nec pro Scytharum aut Geticarum gentium contuberniis. Vaſtationis hujus alibi quoq; meminit, & in primis de Bello Getico.

41. INSTAR ANHELANTIS LIBYÆ.] Codex Noſter hoc quoq; loco ſeorſum à cæteris præfert *anelantis Libra Libya* autem pars ſemper torrida, arenis ſqualenibus & æſtuantibus obſita, nullum humani cultus veſtigium agnoſcit. Vnde *anhelantem* quaſi æſtu fatiſcentem vocat. Martianus Capella libro IV. *Hac autem ex arenis Libya anhelãtu adducitur, quod & capillitium impleXum docet, & amicticia venenorum.* Vide Macrobium in Somnium lib. II. cap. VII. Arrianum lib. III. Curtium lib. IV. Lucanum, libro IX. &c.

42. SOLIBVS.] In uno Codice Belgicorum gloſſa eſt: *caloribus Solis.*

43. RETICET PELION.] Mira de Panis cantibus & Theſſalorum paſtorum in hoc ſive ſpelæo ſive monte fabulantur Poetę Gręci & Latini. Meminit noſter & alibi.

44. CVRSVS SOLLEMNIS.] Solemnis temporis curſus, aſſueti jam populationibus & incurſibus Barbarorum, nihil novi ſibi videbantur pati. Alibi *gurgitem avi* vocat.

47. SENSVMQVE MALIS DETRAXERAT VSVS.] Nimirum quæ diu paſſi ſumus, vix ſentimus, & tempus ipsũ conſumit doloris ſenſum. Cicero Familiar. libro IV. *Nullus dolor eſt quem non longinquitas temporis tollat atque minuat.* Terentius Heautont. *Dies adimit ægritudinem hominibus.* Seneca Epiſt. LXXIIX. *ipſo dolore ſenſum doloris amittunt.* Apud quem multa in hanc rem.

49. EHEV QVAM BREVIBVS.] Divina exclamatio quam in libris Poeſeos pluribus enarramus. Confirmationem hujus ſententiæ undiq; ingerit Dei omnipotentis Ordo, cui placet momento uno evertere multis annis parata. Lege præter cæteros Plutarchum in Paullo.

54. VRBS ETIAM.] Homines eam inhabitan-

bitantes. Sic ſolent loqui ſacræ Litteræ. Walfridus Abbas, ſcriptor vetus & bonus Commentario in Cap. XIX. D. Lucæ. *Condolebat Dominus interitum perfidæ civitatis quam neſciebat ipſa ſibi eſſe venturum. Non exiſtimandũ eſt quod fleverit Dominus pulcra mœnia civitatis aut ædificia murorum aut altitudines turriũ, ſed per metaphoram habitatores deflet civitatis. Eſt autem metaphora tropus ut Græcorum ac Latinorum docet peritia, per quam ſcriptura plerumque loqui videtur, ſcilicet per inhabitatum ad habitantem, &c.* Et ita Latini Græcique ſcriptores alij. Statius lib. IV *Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ.* Appulejus lib. III. *Ac dum primum angiportum inſiſtimus ſtatim civitas omnis in populum effuſa mira denſitate nos inſequitur.* Gregentius.

καὶ καθεχθέντων αὐτῶν ἐπέστη περὶ κύκλῳ αὐτῶν πᾶσα ἡ πόλις ἀθρόως.

Heliodorus libro VIII.

ὡς δὲ ἐγένετο οὐδὲν ἔτι καὶ πλεῖον ἡ πόλις ἐξεπεπτάρακτο.

Sulpitius Severus Dialogo. III *fugato Aviciano læetata eſt civitas.*

54. QVÆ DICITVR ÆMVLA ROMÆ.] Ita ἀντίπαλον τῇ ῥώμῃ πόλιν Carthaginem appellat Strabo, de qua ipſa cum hos verſus capit, vir impenſè doctus, & lectionis multæ Ioannes Savaronius ad Carmen VII. Sidonij, memoria lapſus eſt. Conſtantinopolis utique Romæ æmula, nova, Secunda, renaſcens, Roma. Nam & ipſa toti Orbi Domina. Conſtantinus Imp. lib. II. Thematum.

δίκαιόν ἐστι προκατάρχειν τῆς Εὐρώπης γῆς τὸ Βυζάντιον, τὴν νῦν οὖσαν Κωνσταντινούπολιν. ἐπεὶ καὶ πόλις ἐστὶ βασιλεύουσα τοῦ παντὸς κόσμου ὑπερέχουσα, ὡς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ βασιλέως ἐπωνυμίαν κληρονομήσασα.

Quin & Babylon & Roma & Sion nova. Leo Sapiens Imperator.

Βύζαντος ἄνακτ', ἐστία Κωνσταντίνου,

Ῥώμη, Βαβύλων, καὶ Σιὼν αὖ καινία. &c.

Fuit tamen minor ejus auctoritas Antiquæ, licet Nova Roma appellaretur. Eutropius Lãgobardus de Privilegiis Imperatorum: *Poſt adventum Domini Romanum Imperium ſe Byzantium contulit, quæ à Cæſare Conſtantino Magno Conſtantinopolis vocata eſt, quæ quia Romano gloriabatur Imperio, Nova Roma dicta eſt. Sic tamen ut antiqua Roma glorioſa preponeretur cæteris.* In Conſtitutionibus Impp. poſt Conſtantinum ſæpiſſimè *nova Roma* tritum omnibus.

Pulcrè Sidonius Panegyrico Anthemij.

> *Salve ſceptrorum columen, regina Orientis,*
> *Orbis Roma tui: rerum mihi principe miſſo*
> *Iam non tu ſolum veneranda Quiriti*
> *Imperii ſedes,* &c.

Effictã ad æmulationem, quod ait Claudianus, veteris Romæ. Codinus de Conſtantino.

νόμους τε καὶ συμβόλαια καθ' ἑκάστην τεθεὶς ἀπὸ τοῦ βελτίστου καὶ δικαίου τείχεσι τε μεγίστοις περικλείσας τὴν πόλιν, καὶ διαφόροις κοσμήσας τρόποις εἰς ζῆλον τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης περιφανεστέραν ἐπίδειξιν.

Ornamenta ex Veteri eo delata ſcribunt Hiſtoriarum conditores, ſimilia Rhapſodia Francicarum quæ Aimoyno ſive Anonymo cuipiam adſcribitur, lib. IV. capite XXXII. de neſcio quo alio, qui Byzantium Romana prædã ornatius facere voluit. Nec minus Conſtantinopolis caput Orientalis Imperij, quam Roma Occidentalis, Radulfus Glaber libro I. Hiſtoriarum cap. IV. & V.

55. ET CHALCEDONIAS CONTRA DESPECTAT ARENAS.] Situm Conſtantinopolis ex adverſo Chalcedonis deſcribit. De ejus elegantia elegãter Syneſius ſive Themiſtius Philadelphis. Arenas autem dixiſſe videtur alluſione ad magnam vim earum, quã in altum projectã ampliorem urbē Imperator fecit. Gulielmus Malmesburienſis libro IV. Hiſtor. Anglicæ: *At vero Conſtantinopolis circum-*

cumflua Ponto, Europa atque Aſia carpit utrimque libratam temperiem; quod Aquilonares hiatus mulceat è proximo veniens Aſiaticus Eurus. Porrigitur ergo urbs ingentibus mœniis, ſed eam anguſtat convenarum innumerus populus. Quapropter rupium molibus & arenarum cumulu profundo injectis longe itur in ſalum & novo commento tellus inventa veteres contrahit undas. Stupet itaque mare peregrinos vitreo in gurgite campos, urbemque ſuam totis terrarum commodis cingit & paſcit. Stupidum mendacium quod idem ſcriptor eodem loco de Danubio tradit, immiſſum certo tempore urbi ad cœnum ejiciendum, *Danubius, qui & Iſter, occultis canalibus urbi ſub terra influit diebuſque conſtitutis ablato peſſulo inductus cœnum platearum pelago importat.* De ſitu multis Joan. Xiphilinus ex libro LXXIV. Dionis Caſſii. De arena vero, immo univerſam illam deſcriptionem Gulielmus Malmesburienſis ille ſumſit ex his verſibus Sidonii ad Vrbem ipſam Conſtantinopolim.

at tu circumflua Ponto
Europa atque Aſia commiſſam carpis utrimque
Temperiem; nam Biſtonii Aquilonis hiatus
Proxima Chalcidici ſenſim tuba temperat Euri.
Interea te Suſa tremunt, ac ſupplice cultu
Flectit Achamenius lunatum Perſa tiaram,
Porrigis ingentem ſpatioſis mœnibus urbem
Quam tamen anguſtam populus facit: itur in aquor
Molibus, & veteres tellus nova contrahit undas.
Namque Dicarchaa tranſlatus pulvis arena
Intratis ſolidatur aquis; durataq; maſſa
Suſtinet advectos peregrino in gurgite campos.
Sic te diſpoſitam, ſpectantemque undique portus,
Vallatam pelago, terrarum commoda cingunt,
Fortunata ſatis, Roma partita triumfos.

Eadem urbs mater Imperii, audit, non aliter atque ipſa Roma, cujus triumfos partitam dicit Sidonius. Vide Syneſium ſeu Themiſtium Oratione ſupra nominata. Vt autem illo ævo hæc erat Romæ proxima, ſic ante Conſtantinum Patria Poetæ noſtri, Alexandria. Ariſtides Encomio Romæ.

ὃ δὴ καὶ μόνον ἄξιον τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἔργον καὶ μνημεῖον κατέλιπε, πρὸς Αἰγύπτῳ τὴν ἐπώνυμον πόλιν, ταύτην εὐποιῶν ὑμῖν ᾤκιζεν ὅπως ἔχητε, καὶ τῆς μεγίστης μετὰ τὴν ὑμετέραν κρατοίητε.

Conſtantinopolis autem illa gloria ut Romæ proxima eſſet diu duravit, & terra illi adjacens *Romania* diu poſt nominata eſt. Guntherus Monachus Pariſienſis Cœnobii in Helvetia, circa annum Chriſti MCC. cap. XV. Hiſtoriæ captæ à Balduino *Qua viſione Conſtantinus territus juſſit urbem ampliari loco & muris ac turribus emuniri donec in eam quam nunc habet pulcritudinem juveneſcens, Roma ut ajunt, ſimilis efficeretur. Vnde & ipſa urbs quandoque altera Roma dicta eſt, & terra ei adjacens hodieque Romania vocatur.*

57. PROPIUS LUCERE FACEIS.] In caſtris hoſtilibus, aut excurſionibus Barbarorum flammis omnia vaſtantium. Sexto Conſulatu Honorii.

Mox & per Latium ſtellarum more videbam
Barbaricos ardere focos

Hinc non raro ſtrategemata fallēdo hoſti excogitata, ignibus caſtrorum mentitis aut diſſimulatis. Nam ab his æſtimabantur copiæ. Cæſar lib. II. de Bello Gallico: *ad caſtra Cæſaris omnibus copiis contenderunt, & à millibus paſſuum minus II. caſtra poſuerunt; qua caſtra ut fumo atque ignibus ſignificabatur amplius millibus paſſuum IIX. in latitudinem patebant.* Alii mille. Variant autem in voce *propius* li-

bri Belgæ, ſed nulla ratione, quare nec de eorum ullam habemus.

59. PORTVS MVNIRE CARINIS.] Nullus omnium Codicum hic aliquid mutat, nec opus ſane. Junctæ enim & concatenatæ rates idem præſtant quod catenæ. De his alio qui portibus obtendi ſolitis Appianus Punico: οἱ δὲ λιμένες ἐς ἀλλήλους διεπλέοντο, καὶ ἔσπλους ἐκ πελάγους ἐς αὐτοὺς ἦν εἷς εὖρος ποδῶν ἑβδομήκοντα, ὃν ἁλύσεσιν ἀπέκλειον σιδηραῖς.

64. VINCTAS IRE NVRVS.] Codex Manuſcriptus Jacobi Suſii *manus* habuit notante Schotto. Nodorum Ciceronian. lib. II. cap. V. Miſerabilior rei atrocis facies eſt in *tū nurus*, quod minime mutandum.

64. PER VADA.] Plus eſt quam ſi *in* dixiſſet. Nam tractum per vada nec uno ſtatim loco merſum dicit. Hoc non intellexerunt qui accuſarunt Latinitatem.

67. PVERIQVE CRVORE MATERNOS VNDARE SINVS.] Paria in facinoribus Rufini ſupra priore libro. Immaniſſimum ſupplicii genus in conſpectu parentum trucidare liberos, Exempla apud S. Prophetam Hieremiam cap. LII. Plutarchum Phocione Theophylactum Simocattam rebus Mauritij, Appianum de Ciceronis inter Triumvirorum ſcelera cæde Xiphilinum Geta, Virgilium Æn. II.

74. VICIBVS.] Vltro citroque viciſſim, per pares vices. Martianus Capella ad Hymenæum. *Namque elementa ligas vicibus, mundumque maritas, Atque auram mentis corporibus ſocias.*

76. ARMATA CLIENTVM AGMINA.] Potentiam hominis impuri privata majorem inducit. Stipati enim clientibus incedebant principes, qui nec à ſedentibus aberant. Corippus libro IV.

> *& ſeptus lumine ſedit*
> *Ante pedes Domini faciunt qui juſſa clientes*
> *Adſtabant læti, vultuque & veſte nitebant.*

Exempla multa in factionibus vigente Republica, ut Pompeji, Clodii, &c.

78. REVOCAT FVLVAS IN PECTORE PELLES.] Conjeceram: *pectora*, ita edidit Claverius. Cæteri omnes libri Belgæ, Noſter, Aldi, Scaliger, cum vulgato ſentiunt.

PELLES.] More atque habitu gentium Septemtrionalium fere omnium, ob frigoris vehementiam in locis patriis, unde habitus moreſq; ſuos Romanis provinciis intulerunt, a ducibus ipſis imitatos per vecordiam, ut de Rufino ingerit Claudianus. Ovidius lib. III. Triſtium Eleg. X.

> *Pellibus & ſutis arcent mala frigora braccis*
> *Oraque de toto corpore ſola patent.*

Vide alia apud Rutilium Itinerarii libro II. Xenophontem Anabaſi VII. Veſtis ipſa talis barbaro itē vocabulo *maſtruca* appellabatur. Prudentius de Alarico *patris nomen juraverat Iſtri maſtrucis proceres veſtire togatos.* Vide Iſidorum libro XIX. Originum, &c. Talem hominem ſuo habitu, & ad verſum Ovidii productum exeultum non infelici Emblemate ſpectandum exhibuit Andreas Alciatus, maximi vir ingenii, & inter Iureconſultos politioribus litteris Antiquam Prudentiam illuſtrantes merito non poſtremus, Poeta etiam cum multis ſolam hanc laudem quærentibus, felix.

81. ASSIMILAT.] Ita recte duo libri Belgæ. Neq; audio viros doctos qui ab ſimulando hoc verbum deducunt, cum ſimilare dixerint veteres, & hoc non ſimulationem, ſed ſimilitudinem affecter & proponat. Eo uſi multi ſcriptores, neque video cur corrigentibus aſſenſum præbere debeamus. Plautus Ciſtellaria.

> *Aſſimilate amare oportet, nam ſi ames extempulo,*
> *Melius illi multo quam amas conſulas.*

Ovidius,

> *Grandia ſi parvis aſſimilare licet.*

Quo loco fatuitas magna *aſſimulare* dicere, ut nemo

nemo monitus videt. Virgilius libro X. *jubaſque Divini aſſimilat capitis.* Idem libro XI. *formam aſſimilata Camertæ.* Quomodo ſcribendum etiam contranitente Priſciano in libro VIII.exiſtimo. Petronius de Mimo.

Mox ubi ridendas incluſit pagina parteis
Vera redit facies, aſſimilata perit.

Auſonius Epigr.CXI.

Illa ego ſum Dido vultu quam conſpicis hoſpes
Aſſimilata modis pulcraque mirificis.

Quorum prior verſus ita mendoſe in omnibus libris legitur. Scribe:

Illo ego ſum Dido vultu quem conſpicis hoſpes.

Inepte vero ſimulationem hic quoque exaudias. Prudentius libro Secundo in Symmachum.

Aut vos pictorum docuit manus aſſimilatis
Iure Poetarum numen componere monſtris.

Fauſtus Rhegius libro I.de Lib. Arbitrio. *Videamus cui impietati geminum hunc errorem aſſimilare vel conferre poſſimus.* Favonius Eulogius Commentario in Somnium Scipionis: *non fabuloſa, ut ille, aſſimilatione commentus eſt, ſed ſollertis ſomnij rationabili quadam imaginatione compoſuit.* Capella lib. VI, in Hymno Palladis.

Celſior una Iove, flammantis circulus æthra,
Quam docto aſſimilant habitu, qui agalmata fingunt.

Aponius Commentario in Canticum Canticorum: *nam qui ſe altiſſimo Deo adſimilare, & in angelum lucis transfigurare non metuit, quo modo ſe ſolem etiam Iuſtitia non mentiatur?* Priſcianus Periegeſi

dextera nervum
Aſſimilat recto trahitur nam linea ductu.

Et infinita alia loca auctorum conduci poſſunt, quibus omnibus ſi *ſimulare* reducas, multum demſeris, aliquibus etiam ſenſum conſpurcaveris. Dicebant vero & *Similare* Latini, cujus ignoratio errores tot peperit. Tertullianus lib.I.in Marcionem cap.IV. *Cui me ſimilabitis, Divinis namque comparabuntur humana, Deo noſtra.* Quo certe loco nulla ratione *ſimulare* illud plebeium & ad effigiem rei exprimendam non ſufficiens, reducere poſſis & diſſimilare. Radulfus Ardentius Homilia XXXV.in Epiſt.III.Quadrag. *Virtutibus non auctoritate ſibi ſimilem creavit hominem, ſed homo peccando ſe male à Deo diſſimilavit, & ſe male ei ſimilavit*

81. MENTEMQVE PALAM TESTATVR AMICTVS.] Ian Gulielm. Veriſim.lib.I.cap.XV. Barbariæ faventem, proditricem Romani Imperii, notiſſimæ hiſtoriæ D.Alexandri Græcum habitum mutantis Perſico, & id genus aliæ, quas otioſus nullo opere congeras. Idem crimen Stiliconi imponit Rutilius Numatianus in Itinerario libro II.

Immiſit Latia barbara tela neci
Viſceribus nudis armatum condidit hoſtem;
Illatæ cladis liberiore dolo.
Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat
Et captiva prius quam caperetur erat;
Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis, &c.

Politicum monitum illuſtrare pluribus, quod tamen non ſecundum Poetæ mentem in ore vulgi eſt ex hoc verſu, non eſt harum anguſtiarum. Non vero opus eſt lectione qua nobis olim videbatur *amictu.* Cum omnes Codices in vulgatam conſentiant, & nihil omnino ſit in ea inconcinnum.

82. AVSONIOS CVRRVS.] *Curules.* Non vero concluditur hinc Conſularem poteſtatem ſumſiſſe Rufinum in eum annum, cum illius potentia tanta fuerit ut omnes magiſtratus ſub ſe habuerit, itaque regnum etiam quaſi de proximo affectavit. Loquitur autem per curules de omni Romano Imperio, quia ſtante Republica (cujus formam in ſermone ſemper ſequitur Claudianus, juxta quod etiam alibi ait *numquam libertas gratior exſtat: Quam ſub Rege pio*) ſummum inter ea erat Curule.

rule, Conſulatus nimirum. Curulis magiſtratus, omnis major, quia minoribus jus non erat curru in curiam vehi, ſed pedibus itabant, unde & pedarii oppoſiti illis appellabantur. Vide quæ ex Gabio Baſſo refert Gellius libro III. cap. XIIX. Atque hæc notanda fuerunt ad Clavetianam annotationem; & ne quis lectionem certam ſtare deinceps prohibeat, quam omnes libri MSS. hactenus evoluti aſſerunt, mutare vero voluerunt Fornerius & Demſterus, quorum hic illius lectionem refert, & laudat, ſe tamen & hanc interpretatum ait commode Notis ad Corippum. Legit autem Fornerius *Auſonius curas* Minime bene Omnium enim majorum magiſtratuum adminiſtratio in manu Rufini erat.

82. JURA.] Præfectus Prætorio erat Rufinus, nomine, re ipſa moderator univerſi Orientalis Imperii; Ita autem de ſummo principatu ſolebant loqui veteres *Ius regere* eum, qui abſolutam velut aut ei proximam poteſtatem gereret, qualem ſane habebat Præfectus Prætorio, utpote à quo appellari non poterat, uti auctor Chariſius Arcadius JC. Cap. unde Off. Præf. Prætor. Vide Caſſiodorum lib. VI. Sigonius Panegyrico Aviti.

Intemerata mihi præfectus jura regebat.

Rufinum Patricium vocat Marcellinus Comes, quo nomine velut pater principis cenſebatur, ut alibi his Commentariis notabimus.

82. REGENTEM.] Eſt inter Belgas ſciolus liber qui *tenentem* mavult. Me inviro, & bona ſententia, parique uſu aliorum ſcriptorum. Manilius lib. IV.

Dum bene compoſitis victor civilibus armis
Iura toga regeret

Sidonius Panegyrico modo nominato:

Iura igitur rexit, namque hoc quoque par fuit, ut tum
Aſſertor fieret Legum qui nunc erit auctor.

Rutilius Numatianus libro I Itinerarii.

Si non diſplicui, regerẽ cum jura Quirini
Si colui ſanctos, conſuluique Patres.

83. SUMERE DEFORMES RITUS.] Nemo tam rudis lectione ſcriptorum priſcorum, qui quanta differentia inter Romanæ Reipubl. inſtituta moreſque, & earum gentium, qui illam peſſumdederunt, fuerit, neſciat. Quare potiorem hanc lectionem conſenſu omnium exterorum librorum ſancitam exiſtimo, quam eſt ea quæ in noſtris membranis conſpicitur *rictus veſtemq; Getarum.* Illam enim omnes mores indicantur Barbarici, in quos tranſiiſſe videri vult Rufinum.

84. INSIGNEM LATII HABITUM.] Quo Latialis imperii pars diſcerneretur ab aliis aliarum gentium. Munia autem & officia pleraq; Romanorum à Togatis expediebantur, quod Toga veſtis forenſis, & in foro negociorum cura, unde per ſummum nefas pellitum juri dicundo præſediſſe Rufinum ait. *Toga* vero ex uſu eo ipſa forenſia negocia denotat. Martialis in vitæ Beatæ deſcriptione.

Lis numquam, toga rara, mens quieta.

Cicero. *Cedant arma togæ* Hoc eſt forenſi Eloquentiæ, & Judiciis Vrbanis. Ovidius.

Sunt fora ſunt lites, ſunt, quos tuearis, amici,
Vade per urbanæ ſplendida caſtra Togæ.

Non vero tantum Iudex, ſed & ejus aſſeſſores, ipſique officiales *togati* aderant Juridicundo. Prudentius divino carmine, paſſione Romani.

Faſces, ſecures, ſella, prætexta, toga,
Lictor, tribunal, & trecenta inſignia, &c.

Alloquitur B. Martyr Judicem Romanum cum omnibus ſuis inſignibus & pompis.

85. MÆRENT LEGES.] Omnes affectus humanos in Legibus agnoſcunt ſcriptoreis. Vide eruditiſſimi Juretti notas ad Symmachum libro II. Porro *jura* ſupra Imperia poteſtates, notant. Vt alibi.

Poſtquam jura ferox in ſe communia Cæſar Tranſtulit

Et hanc ſignificationem animo habuit Fr. Accurſius Gloſſatorum veterũ Coryphæus, homo

mo ingenii prorſus ſtupendi, qui in tantis diſciplinarum tenebris ipſam diſciplinarum diſciplinam accuratiſſime intellexit, cum non *Iuriſdictionem* ſed *Iuriſditionem* ſcribendum cenſuit, quique eum ſecuti ſunt alii, nimirum in hac mutata ſcriptura illud tralaticiũ agnoſcentes, *Iuriſdictio ſive modica coercitione nulla eſt*. Non enim Ius eſt ſine ditione, hoc eſt Imperium, ſiquidem poteſtatem Iuris vocabulo exaudiri volumus, uti hoc loco. Sed ego Antiquitatis rationem aliud poſtulare exiſtimo.

PELLITO JUDICE.] Bentinianorum Codicum unus *pollute*, quod nequaquam attendimus. Pellitos enim videre proceres, Romanos indicium certum erat Imperii barbaris occupati, & eorum vicem gerebat hic latro. Sic Prudentius de Radagaiſo Rege Scytharum, ſcribit juramento ſe obligaſſe, Romanos præſides pellibus barbaricis veſtire.

Tentavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam patrio veniens juratus ab Iſtro,
Has arces æquare ſolo, tecta aurea flammis
Solvere, maſtrucis proceres veſtire togatos.

Pelleatum *Dacam* hac notione vocat Paulinus longe elegantiſſimo carmine ad Nicetam:

Et Getæ currunt & uterque Dacus
Qui colit terræ medio, vel ille
Divitis multo bove pelleatus
Accola ripæ

Quod cum pene reſpuat Latinitatis uſus, ego virum doctiſſimum ad Germanicam appellationem talium veſtimentorum reſpexiſſe exiſtimo, quin & fortaſſis ad eam compoſito vocabulo ſcripſiſſe *pelciatus*. Regum autem Scythicorum & Gothicorum veſtitum æmulabatur Rufinus, vel fingitur ſane æmulatus, ij enim habitum eum etiam Romanis provinciis potiti, ſervabant, quem domi patrio more geſſerant. Proſper Aquitanus, ſive alius quis ſcriptor libelli aureoli, de Providentia.

ad Scythiæ proceres regeſque Getarum
Reſpice, queis oſtro contempto & vellere
Serum
Eximius decor eſt tergis horrore ferarum.

85. CAPTIVÆ LEGES] Velut à Barbaro in poteſtatem redactæ. Quin occiſæ aliquando memorantur. Arnobius libro VII. *Reſponſum deinde ab aruſpicibus editum res ſævas triſtiſſimaſque portendi, ab incendiis, cadibus, ab legum interitu & juris occaſu*. Captivum autem omne miſerum, ærumnoſum, Italis, Hiſpanis, Gallisque hodie quoque, à frequentibus ſcilicet, peſſumdato Romano Imperio, captivationibus, ex uſu Latinitatis occidentis. Vide quæ notamus ad Auguſtinum de Civitate Dei lib I. cap. I.

87. NAM MISERIS NEC FLERE QUIDEM.] Summa tyrannis etiam doloribus factis fletu interdicere. Impune autem addit, quia pœna pecuniaria lacrymæ æſtimabantur. Sic Latinus Pacatus de Maximo: *Fleri non licebat amiſſa, metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus, & ad illorum vicem qui guſtato Sardorum graminum ſucco feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes. Eſt aliquod calamitatis delinimentum dediſſe lacrymas malis & pectus laxaſſe ſuſpiriis, nulla major eſt pœna quam eſſe miſerum nec videri.* Habeo omnia paria in hoc Pacati loco, quo ſcribendum tamen arbitret *metu reliquiarum* Vix enim erant jam raptorum reliquiæ pro quibus metuebant miſeri prædonis iram. Lacrymæ vero malorum levamen aliquod. Seneca Agamemnone. Actu III.

Lacrymas lacrymis miſcere juvat
Magis exurunt quos ſecretæ
Lacerant curæ, juvat in medium Deflere

Apud eumdem in Troade Vlyſſes beneficii loco eas concedit neceſſarius Aſtyanactis.

miſereri tui
Vtinam liceret! quod tamen ſolum licet
Tempus moramq; dabimus arbitrio tuo:
Implere lacrymis fletus ærumnas levat.

Et Euripides:

Nnnnnnn ὁ κα-

ὁ χάμιων δακρύων μεϛὸς ἔχει κυφότητα μοχθίων.

92. BARBARVS ILLINC HINC RVFINVS AGIT.] ἄγει καὶ φέρει. arbitrio ſuo ſurſum & deorſum torquet & fatigat. Vide ſuperiore Commentario ad librum I. v. CCXXXII. Lucanus Charonte.

ὁρῶ ποικίλην τινα τύρβην, καὶ μεστὸν ταραχῆς τὸν βίον, καὶ τὰς πόλεις γε αὐτῶν ἐοικυίας τοῖς σμήνεσιν, ἐν οἷς ἅπας μὲν ἴδιον κέντρον ἔχει καὶ τὸν πλησίον κεντεῖ, ὀλίγοι δὲ τινες, ὥσπερ σφῆκες ἄγουσι καὶ φέρουσι τὸν ὑποδεέστερον.

Vltimo ævo, immo jam protſus nullo, ſic Metellus Poeta in Quirinalibus. *Miles avarior abſque modo Sævus agros violenter agens Alme Quirine tuos rapuit*

95. HEV PATRIÆ STILICO.] Vir doctus, & bono magiſtro, optimoq; Codice, inſtructus, Stephanus Claverius de Patria hic Stiliconis inquirit. Verum non opus ullis ambagibus, cum Patrem Patriæ tum verum in eo Heroe agnoſceret univerſus Orbis Romanus. Sic Arpinas Cicero Pater Patriæ Romanæ, Sic alii innumeri. Nec nego etiam ob tot pignora Conſtantinopoli degentia Patriam eam dici Stiliconis.

96. THALAMIS PROPRIVM GENIALIBVS OMEN.] Gratum, conveniens, debitum, acceptum. In uno Codice Bentiniano & duobus Belgis *primum* fuit, quod quamvis olim viſum fuerit recipiendum, nunc tamen non utſerim. In Noſtro *genitalibus*, quod ab imperito & inepto exſcriptore eſt. *Genialis* autem uſque adeo thalami nuptialis proprium eſt epitheton, ut etiam ſine eo lectum ſponſalem notet, ut apud Juvenalem Satira X.

dudum ſedet illa parato
Flammeolo. Tyriuſque palam Genialis in *hortis Sternitur*

97. EREXIT REGIA TÆDAS.] Vt fauſtum omen coeuntibus novis nuptis daretur, faccis nuptialis moris erat alte elevari à matribus ſponſarum. Claudianus alibi.

Per tadas quas ipſa tuo Regina levavit
Conjugio

99. SPERATE.] Æmulatur deſiderium nubentium. *Speratus* enim ſponſum ſonat. Afranius Fratriis. *curre & nuntia Venire & meum ſperatum adduce.* Pari affectu licet contrario Manilius, lib. IV. de Annibale. *Speratum Annibalem noſtris cecidiſſe catenis.* Vide Nonium *Sperata.* Par illud Æneæ in ſomnis apud Maronem Æneide II. *quibus Hector ab oris Exſpectate venis*

100. TE PRÆLIA VISO LANGVESCENT.] Summam virtutis exiſtimationem circumſcribunt hoc modo auctores optimi. Silius Italicus libro XIV. *laus ſola datur ſi viſo vincitis hoſte,* Et tale illud Cæſaris. *Veni, Vidi, Vici.*

101. AVRORA.] Oriens. Sic III. Conſulatu LXVIII. Quarto CXXX. Sexto LXXXIV.

102. REMITTI.] Regelari licet dicere cum Columella qui iiſdem fere cum Claudiano verbis ſic ſuaviſſime ſcribit libro X.

Poſt ubi Ripheas torpentia frigora brumæ
Candidus aprica Zephyrus regelaverit aura.

Do exercitu Stiliconis Hyperbolica ſunt omnia; verum tamen variis gentibus conſtitiſſe, & ductorem ipſum inſigniter amaſſe. Zoſimus ſcribit ipſum Stiliconem eas copias non duxiſſe in Orientē, ſed cohortes aliquot, perſuaſo Honorio opem Arcadii rebus fatiſcentibus ferendam, ſub Gaine eo conſilio ſolo ex Italia Conſtantinopolim miſiſſe ut Rufinum interficerent.

103. PHÆBI PROPERABAT AD ORTVS.] In Noſtro Codice ſcriptum eſt: *Solus* quod eſt corruptum à gloſſatore qui Phœbum Solem erat interpretatus.

108. ARMENIÆ ALÆ.] Miles inde oriundus. Poſt huic genti peculiare thema datum inter præſidia Romana, vides apud Conſtantinum Imperatorem libro I Thematum cap. Secundo. Pulcrum capillum eidem dat & I. Sol. v. CLVI.

108. VI-

103. VIBRATIS CRINIBVS.] Ferro criſpatorum inſtar vibratoſum. Orientalium autem nationum pleræque vibrato crine natura gaudebant. Oneſicritus.

ἧς ἀγχίτερμιν ἡλιῷ διφρηλατῶν
Σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος.
Εἰς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ συνέστειψεν κόμας
Μορφαῖς ἀναυξήτοισι σύντηξας πυρός.

De Æthyopibus Ariſtoteles Hiſtoria Animalium.

αἰθίοπες οἱ ἐν τοῖς θερμοῖς οὐλότριχες εἰσὶ· καὶ γὰρ οἱ ἐγκέφαλοι, καὶ ὁ ἀὴρ ὁ περιέχων.

Quod lectum & apud Heliodorum, ſi tamen ſatis memini. Martialis Spectaculis.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Aethiopes.

De Syris Manilius lib. IV.

At Syriam produnt torti per tempora crines.

De Afiis Capella libro IV. *Hac autem ex arenis Libyæ anhelantis adducitur quod & capillitium implexum decet, & amicitia venenorum.* Septimius Serenus in Moreto.

Afra genus tota patriam teſtante figura
Torta comam, labroque tumens

Aliarum gentium natura & mos patiis. Romanæ autem matronæ variis orbibus intortis capillum ædificabant, ut & pueri molles, qualem unum alterumque depictum dedit L. Pignorius amicus noſter in Commentario de Servis. Eos vero capillos in pueris ſtudebant rufos facere, ut auctor eſt Plinius, quem Valerianum appellant, libro I de Medicina parabili cap. VII. & notamus pluribus alibi.

104. HERBIDA COLLECTÆ FACILI VELAMINA NODO.] Ita Claverius repoſuit ex Codice illo præclaro, ut ait; quamquam tot egregiarum mutationum copia dubitare aliquem de illo libro ſatis diligenter inſpecto faciat. Sic tamen & Bentinianorum aliquis habuit, ut proditum in Editionis Bebelianæ margine. Sane nos huic lectioni non contradicimus, quam & Scaliger recepit. *Herbidus* coloris herbei viridem deſignat, qui non inuſitatus in veſtibus priſcorum. De Glaucia verna Melioris Atedii Papin. Silv. lib. II. Car I.

modo puniceo velabat amictu
Nunc herbas imitante ſinu, nunc dulce rubente Murice

Martialis lib. V. Epigrammate XXIII.

Herbarum fueras indutus Baſſe colores
Iura theatralis cum ſiluere loci.
Quæ poſtquam placidi cenſoris crura renaſci
Iuſſit, & Oceanum certior audit Eques:
Non niſi vel cocco madida vel murice tincta
Veſte nites, & te ſic dare verba putas.

Quod Epigramma fere integrum adſcripſi, quia ex eo diſcimus viridem colorem in veſtitu vilem habitum & pauperiorum apud Romanos, Græcis mulieres meretrices, & delicatæ modo talibus veſtibus utebantur. Artemidorus Onirocrit. lib. II. cap. III.

γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει, μάλιστα δὲ ἑταίρᾳ, ἢ πλουσίᾳ, ἡ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐργασίαν, ἡ δὲ διὰ τὴν τρυφὴν ἀνθηραῖς ἐσθῆσι χρῶνται.

At Romanis matronis veſte verſicolore interdictum erat, ut notavi libro XII. Adverſariorum. Servile quoque erat apud Romanos tinctis veſtibus uti, unde Baſſum illum inceſſendi cauſſam habuit Martialis, quippe qui candido habitu non veſtiebatur, ut docet Artemidorus eodem loco. Excipitur tamen in oppulentis tinctura cocci, ut notiſſimum. Porro *Herbidum* viridem ſonare voluit & Prudentius Pſychomachia:

Has inter ſpecies Smaragdino gramine verno
Prata virent, volvitque vagos lux herbida fluctus.

Sidonius libro II. Epiſtola X.

Ac ſub Verſicoloribus figuris
Vernans herbida cruſta Sapphiratos
Flectit per praſinum vitrum lapillos.

Marius Victor ad Salmoneum

frondoſa vitis in antro
Herbida ceſpitibus ſunt ſtructa ſedilia vivis.

Itaq; non inconcinna eſt lectio, nec nos eam contra nitimur. Omnes tamen ſcripti Belgici & noſter τὸ *fervida* ſervant; quod exponere poſſis fervorem facile admittentia, minime undoſa, ut auram capere poſſint & ventilare corpus velut flabello; neque eſt tam ineptum iſtud quam videri voluit Claverius, nam & *fervida veſtis* ſplendentem notare poteſt, ut aurum apud Martialem libro X. Epigrammate LXXIV.

Cum Scorpus una quindecim graves hora
Ferventis auri victor efferat ſaccos.

Et candentes, flammeique ſplendoris aurei apud Apuleium. lib. IX. Mihi olim conjectura ſub manu naſcebatur *Pervida*. hoc eſt aciem luminis tranſmittentia. Quomodo Saxo Grammaticus lib. II. Daniæ.

Sectus & in g, ro remanet mihi pervidus umbo.

Sed nulla mutatione opus eſſe docet Cujacianus Codex.

110. TRUCES FLAVO VERTICE GALLI.] Laudem animoſitatis & bellicoſitatis Gallis largiuntur omne genus ſcriptores priſci, Quos ubertim notarunt Antiquitatum Hiſtoriarumque ejus generis Collectores. Flavum iiſdem, ut & Germanis, capillum multi adſcribunt; cujus imitatione exquiſita cura ſuum tingebant Romani, quod & ipſum notiſſimum. Truces vocat imitatione Lucani libro VII.

Ituraei curſus fuit inde ſagittis
Inde truces Galli ſolitum prodiſtis in hoſtem.

Duras mentes Gallis aſſignat Lampridius in Alexandro Severo. Animos crudeles, corpora plusquam humana, Florus lib. II. Hiſtor. Qui idem tanta eorum corpora fuiſſe tradit ut ad ſtragem urbium nati videri poſſint lib. I, cap. XII.

111. QUOS RHODANUS VELOX.] Rhodani nobiliſſimi Gallorum amnis velocitas teſtata ſcriptoribus priſcis, Araris autem tardior, unde pro miraculo magico memoratur à Lucano lib. VI.

Nilum non extulit aeſtas,
Maeander direxit aquas, Rhodanumque morantem
Praecipitavit Arar

Tibullus lib. I. El. VII.

Teſtis Arar, Rhodanuſque celer magnuſq; Garumna.

Accedit Etymon nominis in Veteri Dictionario Gallicarum vocum, cujus fragmentum publicavit Petrus Pithœus cum Itinerario Burdegalenſi, ubi hæc verba leguntur: *Rhodanum, Violentum, nam Rho nimium, Dan judicem. Hoc & Gallice hoc & Hebraice dicitur.* Inepte quidem Grammaticus iſte ad Etymon, recte autem quo ad rem ipſam. Ego vero originationem in Germanica lingua, eaq; veteri, quaerendam exiſtimo, nam Gallicismus & vetus & hodiernus inde trahitur, ut alibi oſtendimus. Vide & Adverſariorum librum X. cap. XVII De Rhodano pariter noſter Epigramm.

Aſpice morigeras Rhodani torrentis alumnas.

Et Ennodius qui cum eo carmine certare voluit.

Hic volucrem Rhodani torrentis reſpice natam.

Venantius Fortunatus libro I. de Vita B. Martini.

Hilarius Fama radios jaculabat in orbem
Largior Eridano, Rhodane torrentior amplo,
Veterior Nilo, generoſo ſparſior Iſtro.

Vbi

Ubi *generoſo gentium fæcundo* ſignificat; innumera enim paullo ante hominum millia Danubium tranſiverant. Eſt autẽ hoc de Hilario teſtimonium ſumtum ex verbis Hieronymi, quæ illuſtrat Nicolaus Faber, vir ſummus, præfatione ad Fragmenta ejus Hiſtorica, ultimo P. Pithæi beneficio poſteritati aſſerta. De Rhodano neq; ineleganter Papias Magiſter in Gloſſariorum veterum Compẽdio: *Rhodanus Galliæ fluvius dictus ab oppido quod Rhody coloni collocaverunt, qui rapido concitatus curſu Tyrrheni æquoris fretum ſcindens non modicum ſæpè navigantibus facit periculum, dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decertant.* Qui verba Iſidori ad unum omnia transſcripſit lib. XIII. cap. XXI. Vide & Solinum capite VIII. Polyhiſtoris & Plinium lib III. cap. IV.

111. ARARIS TARDIOR.] Plinius, *multo Galliarum fertiliſſimus Rhodanus amnis ex Alpibus ſe rapiens per Lemanum lacum ſegnemque deferens Ararim, nec minus ſeipſo torrentem Iſaram.* Et ſic mutata per incantationes rerum naturâ intelligendus Lucani locus ſupra productus, qui *Rhodanum Arari confuſum* dicit, quod factum aliquando etiam vi pluviarum exemplum eſt apud Gregorium Turonenſem lib. V. Hiſtoriarum cap. XXXIV. Etiam hujus fluminis etymon clarum apud Germanos.

112. ET QUOS NASCENTES EXPLORAT GURGITE RHENUS.] Germanicarum, & Gallicarum nationum accolæ, Rhenenſis tractus, moris habuiſſe dicuntur infantes genitos recens fluvio imponere, ut ſi natare ſcirent, vel enataſſent alveum, pro legitimâ ſobole haberentur, contrà ſi cederent flumini. Eum morem nobis tradiderunt, partim tamen nomine aliarum quoq; nationum, Virgilius libro IX. Aeneidos Apoll. Sidonius Panegyrico Anthemiano. Anthologia Græcorum Epigram. lib. I. cap. XLII. Ariſtoteles Politicorum, lib. VIII. Julianus Epiſt. ad Maximum, & Orat. III. Chriſtianarum. Galenus. De Tuenda Sanitate libro I. Theophylactus, Nazianzenus, alij, quorum verba ne illuſtriâdę tantæ rei adſcribam faciunt eruditiſſimi memoriæ noſtræ homines qui dudum factum eſt cum ea propoſuerunt: Joannes Brodæus ad Florilegium Græcum J. Lipſius ad Tacitum, Antonius Delrio ad hunc noſtrum, Gerardus Falcoburgius ad Nonni Dionyſiaca. J. Savaronius ad Sidonij Carmina, Dion. Petavius ad modo laudatam orationem Juliani, Steph. Forcatulus de Gallorum Imperio & Philoſophiâ lib. V. Scipio Duplexius in Prolegomenis Hiſtoriæ Francicæ, pag. 715. Quos conſulere cuivis in proclivi.

113. QUOSQUE RIGAT.] Nemo manuſcriptorum Codicum non agnoſcit hanc lectionem. Ego tamen induſtrioſi doctique hominis Th. Pulmanni verba non obliterabo qui ad marginem Editionis Baſilæenſis anni. M DXXXIV. hæc adſcripſit. *Giſanius in Epiſtolâ ad me ſcriptâ legit ligat pro circuit, ambit, amplectitur. Vt paullo poſt; quicquid ligat ultima Thetys. Et infrà eodem hoc libro. Sic ligat immenſa virideis indagine ſilvas Venator.* Hæc Bonus noſter Pulmannus. Ego autem auctor non ſim ullius mutationis.

112. RETRO PERNICIOR] Impellente refluxu Oceani, ut verſu ſequente docetur. Eam verò repulſionem fieri ad ſpatium Leucarum Centum memini legere in Itinerario vetuſtiſſimo, & Claudiano antiquiore, Burdigala Hieroſolymam, edito à P. Pythoco. *Civitas,* (ait is ſcriptor.) *Burdigala, ubi eſt fluvius Garonna per quem facit mare Oceanum acceſſa & receſſa per leugas plus minus centum.* Ad immanem hanc repulſionem manifeſtè alludit Etymon nominis, quod Germanico Idiomate totum retro verſum, & penitus reſupinatum deſignat. Pulcrè Sidonius:

At cum ſummotus lunaribus incrementis
Ipſe Garumna ſuos in dorſa recolligit æſtus
Præcipiti fluctu raptim redit.

Multiplicatam æquoreis undis dicit Auſonius. Epiſt. X.

Aequoris undoſi quà multiplicata recurſu
Garumna pontum revocat.

 Vide

Vide Pomponium Mellam libro III. & ad eum eruditiſſimos, quos inepte prolixitatis alij incuſant, Commentarios Joachimi Vadiani, ut & amici quondam noſtri, M. Freheri, ad Moſellam Auſonij.

115. MENS EADEM.] Una & eadem voluntas. Imperator Juſtinianus, ſive Tribonianus potius. in Inſtit. ex JCto magis priſco. *Teſtamentum eſt teſtatio mentis.* Hoc eſt voluntatis. Nec enim ſtricte ad vocabulum Iureconſultus alludit, ſed quia mens voluntatem certam notat, eam potius quã hanc dixit. Alioquin eſt Etymi explanatio non grammaticorum regulis ſed rei ipſi met debita, qualis eſt Diogenis Cynici, hominis minimè inſulſi de pera apud Laertium lib. VI.

ἀνάπηρυ ἔλεγεν ὐ τὺς κωφὺς ἢ τυφλὺς ἀλλὰ τὺς μὴ ἔχοντας πήραν.

Nemo hoc conceſſerit verum eſſe examinans ad Originationem vocis; attamen re ipſa & opinione ſcitisque Diogenis verum erat ἀνάπηρον eſſe qui peram non habeat. Et Modeſtinus ICtus cap. I. qui teſtam. fac. poſſ. *mentem ſententiam* explicat cum ſcribit: *Teſtamentum eſt voluntatis noſtra juſta ſententia.* Itaq; rectiſſimè ſcripſit Iuſtinianus ex auctore alio *teſtamentum eſſe mentis teſtationem*, & penitus inſulsè alijs pari compoſitione coalitis vocibus id irriſit Laurentius Valla. Dicat enim *Calciamentum* quid commune habeat cum ſententia mentis, quæ humaniore hac voce uſurpatur, & videbit ſe ridendo ridiculoſiſſimum exiiſſe. Unam vero mentem dici, jam inde ab Ariſtotele in ijs qui conſentiunt plurimorum ſcriptorum teſtimonijs alibi notavimus.

115. ANIMIQUE.] Mentem ab animo ſejungit, Philoſophica doctrina. Vide Notas ad Eucherij Lugdunenſis Paræneticum ad Valerianum.

116. VULNERA.] *Injurias.* Vetus eſt verſus uſus crebritate in proverbium quoddam redactus.

ξίφ☉ πιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν ὕβρις.

Sic Saucius, famæ læſæ homo. Auſonius Profeſſore VI.

tuendis additus clientibus
Famæ & ſalutis ſaucia.

Pulcrè de injurioſo ſcommate animum vulnerante Iulianus Imperator, adhuc Chriſtianus, Oratione III.

πόσῳ τὸ δὲ χεῖρμα λοιδορία; ὡς θυμοδακὲς ἀληθῶς, ἢ ἀμύντον ψυχὴν μᾶλλον ἢ σίδηρος χρῶτα.

Sic Papinius lib. I. Thebaidos.

aſt illi ſaucia dictis
Flammato verſans inopinum corde dolorem.
Talia Iuno refert.

Auguſtinus libro de geſtis Pelagij. c. XXXV. *ut animi omnium qui illorum ſcelerum famã uſquequaque volitante graviter vulnerati ſunt Dei miſericordiã conſequente ſanentur.* Gregorius Nyſſenus in vitã Thaumaturgi:

προσήκει τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν πρὸς τῶν ἀκριβῶς μετιόντων δημοσιεύεσθαι ὡς ἂν μήποτε φιλοτιμία καὶ τὴν ψυχὴν τρωθείη.

Eutropius lib IX. de Iuliano: *in amicos liberalis, ſed minus diligens quam principem decuit, fuerunt enim nonnulli qui vulnera ejus gloria inferrent,* Ubi diligens vicem deligens ſonat. Rufinus lib. I. in Hieronymum. *Ad hæc vulnera quæ infliguntur ex linguã medicus penè nullus eſt.* Arnulfus Lexovienſis Epiſtolã VII. *Abbati eſt à nobis abjudicata purgatio ſeptimã quidem (L. ſeptena) manu trium ſcilicet Abbatum. Et trium monachorum ſacerdotum nota opinionis & nominis quorum juramentis vulnerata fama neceſſarium poſſet remedium comparare.* Vulnus autem quævis labes, Iuvencus lib. IV. Hiſtor. Evangelicæ.

Et falſi ſurgent populorum labe prophetæ
Hac inter ſi quis protectum à vulnere pectus
Ad finem ſervare queat, ſublimia lucis
Aeternis vitæ ſertis redimitus, adibit.

Eras

Ejus Poetæ valdè bonæ apud nos ſunt membranæ, quibus nuper à capite ad calcem collatis didicimus quantum ſibi in hoc genere ſimplicium & candidorum auctorum permiſerint clauſtralium exſcriptorum ineptiæ.

117. PRÆSENS TUMOR.] Iracundiæ reliquiæ, à mari translatum, ut ſupra libro I. *Cen murmurat alti Impacata quies pelagi, cum flamine fracto Durat adhuc ſævitque tumor.* Contra motus obſcuri, qui tumultum præcedunt, pariter tumores. II. Stil. *Mittitur & miles quamvis certamine partes Iam tumeant.* Ira autem tumori ſimilima, unde ea commotam mulierem totam in fermento eſſe dicit Plautus. Virgilius

tumida ex ira tum corda reſidunt.

118. CONSPIRAVERE.] In unam venere ſententiam. Alibi *conſpirant Elementa ſibi.*

119. XERXEM TOTO SIMUL ORBE SECUTUS] *Orbis*, maximum Imperium. Ut *Romanus orbis* apud Vlpianum cap. XVII. de Statu Hominum. Vires autem univerſi Orientis Xerxen traxiſſe credibile eſt ad ſuperfundendam quodam velut diluvio Græciam. Iſocrates Panegyrico.

μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης τῆς ὕστερον στρατείας ἣν αὐτὸς Ξέρξης ἤγαγεν, ἐκλιπὼν μὲν τὰ βασίλεια, στρατηγὸς δὲ καταστῆναι τολμήσας, ἅπαντας δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας συναγείρας· περὶ οὗ τίς οὐχ ὑπερβολὰς προθυμηθεὶς εἰπεῖν, ἐλάττω τῶν ὑπαρχόντων εἴρηκεν.

Pariter Lycurgus in Leocratem ἀπάσης τῆς Ἀσίας στόλον appellat.

Omnes tum homines in Græcos conjuraſſe ſcribit Ariſtides pari cum Claudiani ſenſu. Oratione de Concordiâ ad Civitates Aſiaticas.

καὶ συστάντων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἁπάντων, ὡς εἰπεῖν, ἀνθρώπων, ὥστε τὴν μὲν θάλατταν ἐμπλησθῆναι τριήρων, τὴν δὲ γῆν πεζῶν, εἶναι δὲ τὴν προσδοκίαν τῶν κακῶν ἐν κέρδους μέρει, τὸ μὴ αὐτά γε πω παρεῖναι, οὐκ ἐπήρκεσαν οἱ χρήσοντες, ἀλλὰ ἀπιόντες μὲν γῆν καὶ θάλατταν μεταφάλλοντα, ἀπιόντες δὲ ἥλιον κρυπτόμενον τοῖς τοξεύμασι καὶ ποταμοὺς ἐπιλείποντας, πίνουσι τοῖς ἐπιοῦσι καὶ ἔθνη καὶ πόλεις ὅλας ἀναλισκομένας εἰς δεῖπνον λόγον τῷ βασιλεῖ &c.

Tanta autem Xerxis venientis inſolentia fuit, ut velut victæ jam Græciæ etiam provincias amicis in ſatrapias diſpertiretur. Emanuel Palæologus Oratione Prima.

ὁ σοβαρὸς καὶ ὑπερνεφῶν, καὶ γεγαυρωμένος ὁ τοσαῦτα ἐμβατεύων εἰς τὰ Ἑλλήνων πράγματα ὅσα καὶ τὴν τῶν δε γῆν τοῖς σατράπαις διανέμειν εἰς ἀρχὴν, ὥσπερ ἂν εἰ ταύτην πάλαι παρειλήφει, &c.

120. RAPVISSE AMNES.] Diodorus Siculus libro XI.

ὥστε μηδὲν θαυμαστὸν εἶναι τὸ λεγόμενον ὑπὲρ τοῦ πλήθους τῶν ὑπὸ Ξέρξου συναχθέντων. φασὶ γὰρ τοὺς ἀενάους ποταμοὺς διὰ τὴν τοῦ πλήθους συνέχειαν ἐπιλιπεῖν, τὰ δὲ πελάγη τοῖς τῶν νεῶν ἱστίοις καταλυφθῆναι, μεγίστας μὲν οὖν δυνάμεις τῶν εἰς ἱστορικὴν μνήμην παραδεδομένων αἱ μετὰ Ξέρξου γενόμεναι παραδέδονται.

Quantæ vero numero eæ copiæ fuerint à pluribus ſcriptoribus variè relatum eſt, quorum collectanea ſuadeo videas ſi Græcorum commenta libet mirari apud Briſſonium libro III. Perſicorum. Juvenalis eamdem de exhauſtis amnibus hiſtoriam innuit Sat. X.

credimus altos
Defeciſſe amnes, exhauſtaq; flumina Medo Prandente.

Noſter de Stiliconis copijs paria I. Laudum.

121. TELIS VMBRASSE DIEM.] ἥλιον κρυπτόμενον. Ariſtides verbis modo productis, Seneca cap. IV. Quod in Sapientem non cadit injuria: *Quid tu putas, cum ſtolidus ille Rex*

Rex multitudine telorum diem obſcuraſſet, ullam ſagittam in Solem incidiſſe? aut demiſſis in profundum catenis Neptunum potuiſſe contingi? Iratus enim Soli Xerxes tanta copia telorum eum peti juſſit, ut dies etiã obſcuratus fuerit. Tamen terra mariq; poſtmodum victus eſt, pedeſtribus equeſtribusq; copijs ab Lacedæmonijs, claſſe ab Athenienſibus Conſtantinus Porphyrogenetes libro II. Themate VI.

ἀφ' οὗπερ ἐπ' ἀμφοτέρων ὁ Πέρσης ἡττήθη, Ξέρξης ἐκεῖνος ὁ περιβόητος, πεζῇ μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ὅτε Μαρδόνιος ἐκεῖνος σὺν παντὶ τῷ λαῷ ἐπεπτώκει. νηΐτῃ δὲ στόλῳ ὑπ' Ἀθηναίων ὅτε Θεμιστοκλῆς ἐναυάρχει τοῦ στόλου.

123. CVM CLASSIBVS IRET PER SCOPVLOS.] Deciſo monte Atho, Ponte vero ſtrato Helleſponto. Exſtat Epiſtola Xerxis pluſquam inſani ad Montem Athonẽ, apud Plutarchum libro de vitandâ irâ.

Ἄθω δαιμόνιε οὐρανομήκης, μὴ ποιεῖν ἐμοῖς ἔργοις λίθους μεγάλους καὶ δυσκατεργάστους, εἰ δὲ μὴ τεμὼν ῥίψω σεαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν.

Multa alia hujus generis collegit Briſſonius libro III. Perſicorum Collectaneorum. Quibus addatur locus Juliani Imperatoris poſteà, tum vero adhuc Chriſtiani, Oratione prima ad Conſtantium.

Ξέρξης μὲν ἐπειρᾶτο πλεῖν καὶ πεζεύειν ἀπεναντίας τῇ φύσει ὥσπερ οὖν ὁ τοῦ καὶ κερτῶν ἠπείρου φύσεως καὶ θαλάττης ἀνδρὸς ἑλληνος ἧττατο σοφίας καὶ ῥώμης στρατιωτῶν οὐ τροφὰν μεμελετηκότων οὐδὲ δουλεύειν, ἀλλ' ἐλευθέρως ἄρχεσθαι καὶ πονεῖν εἰδότων, &c.

124. VIX ALPES TRANGRESSVS ERAT.] Stilico cum Gallicis & collectitijs alijs copiis; quibus omnibus tamen Romanarum Legionum mos erat.

125. BARBARVS.] Exercitus Barbarorum quem à Rufino evocatum conſediſſe ad muros urbis Conſtantinopolitanæ ſuprà dixit.

126. TREMENS.] Melius hoc quam quod præferunt duo Libri Belgæ *timens*.

127. TVTOQVE INCLVDIT PASCVA GYRO.] Non video cauſſam ullam cur iſta mutem, quia enim pleriq; barbarorũ iſtorum equeſtres erant, ut in moribus Hunnorum deſcriptis ſuprà vidimus, air maximè paſcuis ſibi prævidiſſe, incluſis intrà foſſarum, idq; duplex circumduxiſſe. Simul innuit copiarum multitudinem barbararum; Noſter vero liber ſcribit *totoq; excludit paſcua gyro*. Ac ſi dicas ita ſe contraxiſſe metu, ut nullum ſpatium nõ planè neceſſarium incluſerint caſtris. Quem cæteri omnes contradicunt.

128. ASPERAT ALTERNIS SVDIBVS.] Eſt deſcriptio barbarici munimenti foſſa circumducta duplici vallum ex egeſtu humo compingere, ei vallo ſpacio plauſtri unius diſtantes pali erant infixi, in vacuum ſtatuebantur plauſtra, eorijs taurinis obtenta, quam *carraginem* barbaricam vocant Ammianus lib. XXXI & alij. Deſcripſerunt autem viri talium commentaria conſtipantes ex induſtria.

129. CÆSIS JUVENCIS.] Juvencorum pellibus. Sic boves mortuos pro flagellis ex eorum oſſibus confectis dixit Plautus in Aſinaria Actu. I. Scen. I.

Apud fuſtitudinas, ferricrepinas inſulas,
Vbi vivos homines mortui. incurſant boves.

Quem locum non ſatis explicarunt viri diligentiſſimi. Quia enim *incurſant* dixit oſſa taurina intelligi voluit, quibus coagmentatis faciebant mancipijs caſtigandis flagella aſperrima veteres. Appulejus lib. VIII. Metamorph. *Dea vehiculo meo ſublata, & humi repoſità tunctis ſtramentis me denudatum ac de quadam quercu deſtinatum flagro illo pecuinis oſſibus concathenato verberantes penè ad extremam confecerant mortem.* Sic utique interpretandum illum Plauti locum crediderim cum immanitas in ſervos tanta fuerit olim, ut raro non clemen-

mentia major in pecudes. Superiori autem verſu cum Claverio, Scaligero, Aldo, & duobus Belgicis libris *locata* eſt ſcribēdum, Quod ad τὸ *plauſtra* referendum ex ſuperiori noſtra expoſitione nemo non videt. De plauſtrali tali vallo Theophyl. Simocatta lib. VII. cap. II. Hiſtor.

130. AT PROCUL.] Abruptus ſermo auget rei pondus, & imitatio eſt Maroniana, Papinio non ſemel quoq; uſurpata, ut notamus alibi. Virum enim doctum, qui de ſuo Codice malit *exſanguem Rufinū* ipſe ſonus verborum rejicit. Is eſt Thomas Demſterus.

131. INFECTÆ PALLORE GENÆ.] Optimè. Sicq; Scaliger, Claverius, Aldus, at omnes ad unum Belgę libri, ut & Noſter *terrore pra ſe tulerunt*. Nos nihil mutamus, nihil enim hoc aliud quam interpretamentum τῷ *pallore* quod librarius credidit obſcurius.

132. ORE GELATO INCERTUS.] Metu atq; deſperatione ob conſcientiam ſcelerum. Nimius timor congelat velut membra. Cicero in Arato *tremulo quatietur frigore corpus*. Apollinaris Sidonius lib. I. Epiſtolâ XI. *Ad hanc ipſe ſententiam cum verecundè capite demiſſo gratias agerem concienatorū mei cœperunt ora pallere in quæ paullò ante poſt iram triſtitia ſucceſſerat, nec ſatis defuit, quin gelarent, tamquam ad exſertum prabere cervices juſſa mucronem.* Petronius. *Ego autem frigidior hieme Gallica factus.*

133. AN TANTOS SESE TRANSFERRET IN HOSTES.] Non percepimus ſatis olim hunc locum. Dubitat enim Rufinus utrum palam caſtris hoſtilib. accedat, *trāsferret ſe* tranſiret. Utrum tranſiret in tot hoſtes ab ſe Reipublicæ factos, & ita palam hoſtem profiteretur. *Transferre ſe*, tranſire. Poeticum. Ut *ſe portare*, ire. Cicero in Arato. volare valet.

At juxta ſe aquila ardenti cum corpore portat.

Sic *vehere ſe equo* dixit Appulejus libro I. Mileſiarum. Neq; aliter *Vectare ſe*, pro bona valetudine uti, ambulare benè, ut ſequior ætas locuta eſt, Tertullianus.

134. QUID NUNC DIVITIÆ.] Philoſophica admonitio & digreſſio. Qualium occaſiones nuſpiam amittit ſapiētiſſimus Poeta, & revera Philoſophus, cujus unius monita & copioſiora & meliora ſunt omnium cæteris toto Latio exſtantium. Similia multa apud Lucretium ſunt, Opum quamlibet magnos acervos animi curas non emendare.

135. CONGERIES.] Inconditus immaniſque acervus. Qualibus divitiarum undique congeſtarum copiæ à Poetis æquantur. Columbanus carmine ad Hunaldum, qui hæc penè verba retinuit.

Quid triſtes memorem gemitus, quid tædia mentis?
Somnus abeſt oculis, illum ſonus excitat omnis,
Quid nunc argenti, fulvi quid proderit auri
Improba congeries multos collecta p annos.

Vides quanto pretio hic ſcriptor media etiam barbarie ſanctiſſimis, & ſolumtum doctis, viris fuerit. *Congeries* eſt temeraria congeſtio. ut *cōgeries petrarum quas ſcoroſienes* ruſticè dictas auctor eſt Mago Agrimenſorum unus, congeſtiones appellat Julius Frontinus Commentatio de Coloniis.

136. PURPUREIS COLUMNIS.] Marmore coloris punicei. Libro de Nuptijs Honorij de Regia Veneris ab Vulcano exſtructa.

gravibusque ſmaragdis
Suppoſuit caſas hyacinti rupe columnas.

Illas enim gemmas marmorum variegatis poſituris æmulabantur veteres, multa in hanc rem Sidonius, Papinius, Seneca, & nemo non eorum qui ædificia veterum, aut marmorea, aut marmoreis cruſtis induta, deſcripſerunt. Quinq; autem marmorum colores præcipuè amaros docet Sidonius. *Hic lapis eſt de quinq; locis dans quinque colores, Purpureus, viridis, maculoſus, eburnus, & albus.* Idem punicea marmora Synnadis laudat Burgo Pontij, v 137.

136 EFFULTA.] Vide quæ de hoc notavit doctiſſimus amicus noſter J. Gebhardus Curarum Juvenilium lib. III. cap. XXIV.

Ooooooo 137. A-

137. ATRIA.] Horum maxima cura in magnificis ſtructuris, propter clientium multitudinem, quorum agmina in iis patronum præſtolari ſolebant. Statius.

Montibus aut latè Graijs effulta nitebant
Atria,] congeſtos ſatis explicitura clientes.

Ineptè enim ibi corrigunt *alte* ut & idem Gebhardus animadvertit. Eſt vero Philoſophicum qui amplas domos ſupervacuis delicijs, & excelſo compoſitoq; animo minis dignis accenſebant. Hierocles in Carmina Aurea.

σκεύη οὐ χρυσᾶ οὐδὲ ἀργυρᾶ ἀλλ' ἐκ τῶν εὐπορίστων ὑλῶν, οἰκίαν οὐ πολυτελέσι λίθοις κατηνθισμένην, οὐδὲ περιττῶς εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ἐξειργασμένην, ἀλλὰ σύμμετρον τῇ τοῦ σώματος χρείᾳ. ἢ γὰρ μεγάλου δεῖται πίνακος εἰς μικρὸν ὄψον; ἢ δὲ ῥυπαροῦ μέλλοντος ἀφανεῖν τὸ ὄψον, οἴκου δὲ ὑπὲρ τὴν χρείαν ἢ δεῖ. τοῖς μέλλουσιν ἐν μιᾷ γωνίᾳ αὐτοῦ κεῖσθαι.

Maximus in his atrijs luxus erat magnatũ, adeo vt & à Sole inſtar Theatrorum inductis velis defenderent. Corippus lib. III.

Clara ſuperpoſitis ornabant atria velis
Vela segunt peſteis.

Adque ea non uno, ſed aliquot veſtibulis introibatur. Idem Corippus.

Verum ut cõtracto patuerunt intima velo
Oſtia, & aurati micuerunt atria tecti.

Vide quæ ex Sulpicij Severi Dialogo III, & a-hijs notamus alibi. Et Senecam lib. VI. de Benef. c. XXXIII.

137. AD SIDERA.] Sic de magnificis ædificijs Hyperbolicè loquebantur. Rutilius Numarianus de Roma. *Non procul à cœlo per ſua tecta ſumus.* Noſter VI. Conſ. Honor Infinita alia nullibi non obvia, aliorum occupent otia.

137. AUDIT ITER.] Sonitum ſtrepitumq; venientis; imaginatione malæ conſcientiæ. Petronius. *Dÿ deæque quam malè eſt extrà Legem viventibus, quod ſemel meruerunt ſemper exſpectant.* Sic iſti omnis ſonus referebat adventum Stiliconis. Par eſt fictio ſervuli nequiſſimi in Dramate Hiſpanico Cœleſtina, quæ magnopere inter figmenta ejus gentis ingeniorum commendatur; vbi vetulæ maleficæ & Lenæ ſagaciſſimæ auribus inſonare titulum perpetuum ipſius *Puta vieja* ab omnibus ictibus malleorum & alio quovis ſonitu officinarum, commemorat Parmeno. Verba quæ memini, adſcribam. *Si paſſa por los perros aquello ſuena ſu ladrido: Si eſta cerca las aves otra coſa no cantan. Si cerca los ganados, balando la pregonan. Si cerca las beſtias, rebuznando dizen: puta vieja. los ranas de los charcos otra coſa no ſuelen mentar. Si va entre los herreros, aquello dizen ſus martillos, carpinteros, y armeros, herradores, caldereros, arcaderos. Todo oficio de inſtrumento forma en el ayre ſu nombre. Cantan a los carpinteros, peynan la los peynadores, texederos, labradores &c. Que quieres mas, ſino que ſi una piedra toca con otra luego ſuenan Puta vieja.* Talis hic Rufinus vbiq; audire ſcelerum ſuorum titulos videtur ſibi. Paria Solomon Sapientiæ. c. XVII.

138. SPATIOQUE VIARUM. METITUR VITAM.] Alliteratio vocularum jucunda ſi non affectata. Stilico vero eo conſilio Italia moverat vt occideret Rufinum. Zoſimus; qui non ipſum tamen profectum, ſed miſiſſe Gainem ſcribit.

ἐπεὶ δὲ παραγίνεται πρὸ ἄχρημα Γαΐνας τὸν ἔγνω Ῥουφίνῳ κατασκευάσαι τρόπῳ τοιῷδε. πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται λόγους Ὀνώριον, ὡς προσήκει πέμψαι τινὰ στρατιωτικὰ στεῖλαι πρὸς Ἀρκάδιον τὸν ἀδελφὸν ἐπαμυνοῦντα τοῖς ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῇ τούτου κεκακωμένοις ἔθνεσι. καὶ ὅπερ ἐγνώκει πράττειν ἐπιτραπεὶς, ἔταττε τοὺς ἐπὶ τοῦτο σταλησομένους. Γαΐνην δὲ αὐτοῖς ἐπιστήσας ἡγεμόνα, ὅσα ἐπὶ Ῥουφίνου διενοεῖτο ἐξεῖπε.

139. TORQUETUR PESTE FUTURA.] Virgilianum. de Cleopatræ timore, li. VI.

Illam inter cædes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens undis & Iapyge ferri.

139. NEC RECIPIT SOMNOS.] Salluſtius de Catilina. *animus impurus, diis hominibusq; infeſtus neq; vigilijs neque quietibus ſedari poterat*. Egeſippus libro I cap. VII. *tanti ſceleris immanitas mentem exulcerabat, non ſomnus oculis, non quies animo dabatur.* Quæ & ſupra modo adſcripſimus.

140. SÆPE CUBILIBUS AMENS EXCUTITUR.] Conſcientia meritorum. Cor. Tacitus Annal. XIV. de Nerone poſt matricidium: *Cremata eſt nocte eadem convivali lecto & exſequiis vilibus, ſed à Cæſare perfecto demum ſcelere magnitudo ejus intellecta eſt; reliquo noctu modo per ſilentium defixus, ſæpius pavore exſurgens, & mentis inops lucem opperiebatur, tamquam exitium allaturam.*

141. POENAMQVE LUIT FORMICINE POENÆ] Conſcientia meritorum noxium animū inſtar carnificis ipſius torquente. Ovidius pulcrè hoc extulit.

> *Multa miſer timeo quia feci multa protervè*
> *Exemplíq; metu torqueor ipſe mei.*

Cicero pro Roſcio: *Nolite putare quēadmodum in fabulis ſæpenumerò videtis, eos qui aliquid impiè ſceleratèq; commiſerint agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maximè vexat, ſuum quēq; ſcelus agitat amentiaq; afficit, ſuæ malæ cogitationes conſcientiaq; animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæq; furiæ, quæ noctem dieùq; pœnas à conſceleratiſſimis repetant.* Vide Quintilianum lib. XII. c. I. Et declamatorem neſcio quem non ſanè avum hujus Quintilianum tamen, vel Ennodio teſte. Declamat. XII. Salomonem imprimis Sapientiæ XVII.

141. SED REDIT IN RABIEM.] Vulgatæ Editiones *faciem*, quomodo & MS. Noſter & Belgæ præter duos omnes cæteri. Sic & Aldus & Scaliger. Nec nos aſſentimur Claverio qui alterum textui inſevit. *In faciem* redire ij qui dicuntur qui antiquum ſuum ἦθος quodam infortunio ſequeſtratum repetunt, aut ſimulatione abjecta priſtinos mores reducunt. Lucanus lib. II.

> *Et jam Plejas hebet. feſſi jā plauſtra Bootæ*
> *In faciem puri redeunt languentia cœli.*

Noſter. IV. Conſ. Hon. *Amiſſâ ſpecie raptiſque inſignibus ambo In vultus rediere ſuos.*

Nam facie priore repetita in eam redire dicimur. Noſter Epigrammate illo acutiſſimo quod in priore Editione minimè à nobis perceptum eſt.

> *Vir redit in currum.*

Viri enim forma ibi obliteratur, reducitur currus ſeu quadrigæ. Facies enim formam hominis univerſam notat, quod ijs diſcernantur omnes. Horatius.

> *Nunc & qui color eſt puniceæ flore prior roſæ.*
> *Mutatus Ligurinum in faciem verterit hiſpidam.*

Ita mutatus maximo Stiliconis metu Rufinus, non ultra malos ſuos mores abſtinnit quam primus terror externavit, redit mox ad conſuetudinem facinorum, & qui vitæ modo incertus erat jam de Imperio invadendo Principem alloquitur. Nihil ergo mutandum. Sic reſumſiſſe ingenium ſceletum ſubjungit.

142. INGENIUM.] Ingenitum amorem malorum morum. Vide ad libros Raptus. Sic ſceleratum ingenium dixit Calpurnius Flaccus Declamat. VI ingenia malorum artium. Tertullianus de Spectaculis cap. X. &c.

143. SACRASQVE FORES PRÆDIVITIS AVLÆ INTRAT.] Magnæ potentię indicium intrare cum lubet ad principem. Vide notata Julio Cæſari Bulengero libro II. de Imperatore Romano. cap. XVIII. Cæterum epitheton iſtud aulæ, vox nimirum *prædivitis* mihi hoc loco valde ſuſpecta eſt, licet neminem librum videam qui eam mutet. Quorſum enim attinet aulam hic prædivitem nuncupari, niſi ut otioſo epithero verſus expleatur; nemo enim hoc expectabat poſtquā ſacras jam fores dixerat? Præterea à *prædives* frigidum ſpirat, nec ex ingenio tanti Poetæ. Omnino ſuſpicor aliud quid in hac voce deliteſcere: Fortaſſe tale quid uti nomine *pravie* irrupiſſe thalamum Arcadij efferum hominem dicat.

Sic penitus propter conſenſum tot librorum placet retineri vulgatam ſcripturam, putem inter omnia maximè excellens Regiæ cõclave innuere voluiſſe Claudianum, ut etiam in Sacrarium ipſum & ſecretiſſimum Arcadij thalamum introiiſſe Rufinum cenſeat; nullam enim vel minimam etiam occaſionem gravãdi ejus audaciam omiſit ingenioſiſſimus vates.

144. PER FRATRIS.] Exquiſita adulatio Honorij, quem in mediis Arcadij rebus non ſolum illi, licet natu minorem, præponit, ſed planè Deum facit. Ut ſuperiori libro: *Iamque aderit lætopromiſſus Honorius ævo.*

144. FATA PARENTIS ÆTHEREI.] Quinq; Belgici Codices & Noſter, *facta*. Ego tamen nihil mutãdum cenſeo. Inteierat enim jam divis Theodoſius, & conſcius fatorum cœlo res humanas regentium, ut vel initium hujus libri teſtetur.

145. FLOREMQVE TVI TE DEPRECOR ÆVI.] Summa obſecratio ipſius atteſtatio cui ſupplicas, & cum is formoſus, blanditias ſimul inferens. Exẽpla notiſſima. Florem autem ævi annos jam maturos generationi vocat, nam minoris ævi per *ſpes* ſolebant rogare. Appulejus lib. X. *Sed ubi flos ætatis nuptialem virgini diem flagitabat, quod ſolum potuit filio ſuo tacitum ſecretum aperuit.* Honorij autem non ἀκμὴν ipſam dixit, ſed *jubar regale*; hoc eſt futuræ claritatis lucem quandam jam cum cæteris omnibus præmicantem, *Iubar* enim Latinis Luciferum, ſtellam omnium venuſtiſſimam, ſi quid Poetis credimus, deſignat. Servius ad Aeneidem. IV. *It portu iubare exorto delecta iuventus, nato Lucifero: Nam propriè iubar Lucifer dicitur, quod iubas Lucis effundit. Vnde & Luciferum iubar videas coniungi.* Nemeſianus, poeta luculentus, & ſolidè eruditus, adeo ut dubitem ullumue ex minorum gentium univerſis illi præferendum exiſtimem, Cynegetico: Porrò ſic adjurabant rogantes corporum nobiliſſimam partem, oculos. Tibullus lib. IV.

te per dulciſſima furta
Perque tuos oculos, per Geniumq;, rogo.

Quibus & manus admovere moris erat. Appulejus libro Tertio. *Tandem denique reverſus ad ſenſum præſentium arrepta manu Fotidis, & admota meis luminibus, per te oro te, inquam, dum dictat occaſio magno & ſingularis me affectionis tuæ fructu perfrui.* Et caput ipſum. Syneſius Epiſt. LXXIX.

παρέντι δὲ οὕτω χρῆται, νὴ τὴν ἱερὰν ὑμῶν κεφαλὴν, ὡς ἐπειδή μοι συνέπεσεν ἀποβαλεῖν τῶν παιδίων τὸ φίλτατον.

Dexteram. Maro *Per ego has lacrymas, dextramque tuam te* &c.

146. ERIPE ME GLADIIS.] Quaſi jam iis cinctus orat, aut cædis inſtrumenta iam coram videns expedita. Sic in judicio Romæ habito de Milone Lucanus lib. I.

gladij cum triſte minanteis
Iudicium inſolita trepidum cinxere corona.

Pariter undique ſibi imminentem Stiliconis militem meruit Rufinus. Fulgur enim gladii pavidas menteis metu cædis externat; unde Claudianus alibi de Honorio:

gladij nec triſte timentem
Fulgur, & ad primas tendentem brachia criſtas.

Alioquin *gladii* inſidias notant, qua facie etiam hic accipit Rufinus, invidiam fortiſſimo Stiliconi facturus videlicet, ut ſæpiſſimè Cicero & alii de Catilina

147. GALLIA CONJVRATA.] Vniverſæ Galliarum copiæ. Alibi *in iugulum toto deſcendimus enſe Barbariæ.* Imitatus hoc loco eſt Horatium I Carm. XVI.

mala ducis avi domum
Quam multo repetet Græcia milite
Coniurata tuas rumpere nuptias.

148. LIGAT] Ultra Thulen enim mare impervium. Pomponius Mella. Solinus, Marcianus Capella, Plinius, Strabo, Iſidorus, Ptolemæus, Servius, Papinius, Arnobius, Stephanus, Suida, Dionyſius & ad eum Euſtathius plurimis de hac inſula conſuli poſſunt.

149. VOLITAT GENS SI QUA.] Ad vitam vagam & erraticam earum gentium reſpi-

reſpicit minus cultatum atque legibus certis parentium, quæ quamvis tales fortaſſe non fuerint, finxit tamen rumor, & jactantia hominum peregre venientium, qui inuſitata & inaudita narrant ut magnos ſe ſtolidæ plebi faciant. Sic ille miles apud Plautum prorſus volaticos homines commentus eſt, qui pinnis ſuis inſtar turturum enecare ntur.

150. MOTA MIHI.] In meam perniciem. Multa hujus generis infrà notamus.

150. TANTIS CAPIENDI CREDIMUR ARMIS.] Duo libri Belgæ & Noſter *dignu capiendi credimur armis.* Sane, ait, vel adverſario videmur digni quibus capiendis univerſum Occidentem moveat. Nec vulgaris tamen lectio inepta eſt etiam. Aldinus vero Codex aliam ſcripturam innuit cum refert *digni capiendi* Vt ſuſpicio fit Claudianum reliquiſſe *digni capiendis credimur armis.* Et queratur non incommode Arcadio principi ſuo, ſe, qui tam ſtudioſe ipſum Cæſarem, poſt exceſſum Parentis, tueatur & colat, alteri iſti videri dignum qui pro hoſte habeatur publico. Atque hæc lectio mihi τῶ παντὸς videtur, quamvis nullus tot librorum veterum illam agnoſcat. Et quid nunc de captivitate loquatur, cum jam cædem dixerit? Nec hoc modo loco Aldina editio omnibus libris præferenda eſt.

152. GEMINUM COELI SIBI VINDICAT AXEM.] Vulgati libri *geminum Stilico,* at ita ut adſcripſi hic omnes Bentiniani, Noſter Claveriani, & Belgæ. At Scaliger *Stilico* retinuit, Aldo etiam diſſentiente. Nos manuſcriptis conſentientibus adhæremus; neq; enim diu dum factum eſt cum dixit Rufinus. *liceat Stiliconis iniquas Evitare manus* Alibi autem non ſemel Claudianus utrumque cœli convexum imperio Fratrum aſſcribit. II. Stil.

> *At Stilico non divitias aurique relictum*
> *Pondus, ſed geminos axes, tantumque reſervat*
> *Depoſitum teneris, quantum Sol igneus ambit.*

Tertio Conſulatu Honorii *utrumque fratrem* alloquens. *Veſtri Iuris erit quicquid complectitur axis.* Quæ duo loca afferendo huic ſane ſufficiunt, præcipue autem prior.

154. LIBYAMQUE COERCET.] Noſter ſolus ex MSS. libris *pererrat.* Male omnino. Attamen illum aliunde corruptum exiſtimo.

155. HISPANIS GALLISQUE JUBET.] Nova omnino neque trita ratione uſus hoc loco τῷ *jubet* lib. III, de Laudibus Stiliconis v. LXXXV. *Ipſa jubet ſignis, bellaturoque togatus Imperat.* Vide plura eo loco. Sic *provinciam* alicui *jubere,* pro *tradere* aut *commendare* eſt Salluſtianum Jugurtha. *At Marius, ut ſupra diximus, cupientiſſima plebe Conſul factus poſtquam ei provinciam Numidiam populus juſſit, antea jam infeſtus nobilitati tum vero multus atque ferox inſtar.* Et ſic Silius lib. VII.

> *Et belli ſummam primaſque jubebat habenas.*

Plinius lib. X. cap. XXI. *Hi magiſtratus noſtros quotidie regunt, domoſque ipſis ſuas claudunt aut reſerant. Hi faſces Ro. impellunt aut retinent, jubent acies, aut prohibent victoriarum omnium toto orbe partarum auſpices.* Alioqui idem abſolute eſt *Iubere,* quod regnare, imperare, præeſſe, uti hoc loco Claudiani. Seneca Medea.

> *Si judicas cognoſce, ſi regnas jube.*

Ita etiam ornatiſſimus auctor Lucius Florus libro III.

155. NON ORBITA SOLIS NON ILLUM NATURA CAPIT.] Exemplo Cæſaris de quo Lucanus. De Alexandro Magno Juvenalis Sat. X.

> *Vnus Pellæo juveni non ſufficit orbis*
> *Aeſtuat infelix anguſto limite mundi*
> *Vt Gyaræ clauſus ſcopulis, parvave Seripho.*

Sic Paulli prædicationibus anguſtum terrarum orbem non ſuffeciſſe ſcribit Baſilius Seleuciensis, Oratione II. Sic de Romanis Petronius Satirico.

Orbem jam totum victor Romanus habebat

Qua mare qua tellus, qua ſidus currit utrumque

Nec ſatiatus erat

Hæc autem, callida adulatione, licet Rufini hoſtis verbis, ira profert Claudianus uti ſimul etiam honori Stiliconis cedant. Notum Maronis de Aſcanio Eulogium. *Nec te Troja capit* Quod Alexandro Magno olim dedit Philippus Pater regum ſollertiſſimus. Cætera Rufini virulentiæ & timori adſcribenda ſunt.

155. ORBITA SOLIS.] *Qua ſidus currit utrumque.* Petronius. Vtrumque enim ſidus Oriens & Occidens Sol eſt. Rutilius Itinerar. I. *Qua fert atque refert Phœbus uterque diem* Eſtque Petronianum illud ironicum in Philoſophiam Epicuri, qui quæ futilia atque inepta de corporibus cœleſtibus ſciverit vide apud Cleomedem libro II. κυκλ. θεωρ.

156. NATVRA.] Amplius dicit. Natura enim etiam Deos Veterum complectitur & corpora Sole ſublimiora, quæ omnia ambitionem & avaritiam Stiliconis emenſa animi impotentia calumniatur Alioqui natura ordo eſt rerum omnium. Ocellus.

ὅτι ἡ ἡ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη τὸ συνεχές.

Nimirum genitorum & gignendorum. Philoſophi excipiunt Fortunam & Neceſſitatem, citra quas omnia naturæ ſunt.

πάντα γὰρ τὰ ὁρώμενα ὅσα μήτε ἀπὸ τύχης μήτε ἀπὸ ἀνάγκης, μήτε ἐστὶ θεῖα μήτε τοιαύτην αἰτίαν ἔχει, φυσικὰ λέγονται.

Jam verò homini eſt cum nec Fortuna ſufficit, ut Cæſari apud Lucanum libro III.

neque enim jam ſufficit ulla

Præcipiti Fortuna viro

158. NON REDDERE CVRAT.] ἔμφασις magna eſt in voce *curat* omni enim cura atque ope eo niti dicit ne quid reddat ſemel arreptum, de quali homine jocò mores impotentium magnatum tangens Romanus Ariſtophanes finxit ridicula agnomina, quod ſemel Arripides Numquam poſtea Eripides. *Curare* ita notandum in uſu ſuo ſcriptorum. Præcipue ſic Chriſtiani. Vincentius Lirinenſis Commonitorio, *in ipſa Catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, ut id teneamus, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt.* Eugippius in Severino, cap. XXIV. *Qua nocte Heruli inſperato irruentes oppidumque vaſtantes plurimos duxere captivos, presbyterum vere memoratum patibulo ſuſpenderunt, quo audito ſervus Dei graviter doluit præmonitus non curaſſe.* Gallus Confeſſor Sermone Conſtantiæ habito. *Quos homines Ratione præditos, præceptis inſtructos, minis coercitos proprio dereliquit arbitrio, ut imitatione Dei prava & iniqua contemnerent, ac recta & æqua retinere curarent.* Gildaſius in Objurgatorio. *Præcepta Chriſti ſpernentes & ſuas libidines votis omnibus implere curantes, ſedem Petri Apoſtoli immundis pedibus uſurpant.* Dionyſius Exiguus ad Felicianum: *Procli Epiſcopi litteras ad Armenios deſtinatas, Latino ſermone veſtris auribus exhibere curavi.* Dugalus contra Claudium Taurinenſem: *non magnopere de hoc excutiendo vel inquirendo curavi ſed tantum ſenſus diſpar, & Catholica contrarius fidei me movit.* Walafridus Strabus in Hortulo.

Flumina pura cadis inferre capacibus acri

Curavi ſtudio

Abbo Cernuus libro I. de Obſidione Lutetiæ.

Chriſticolæ pugnant belloque reſiſtere curant.

159. SCILICET ILLE QUIDEM TRANQUILLA PACE FRUATUR.] Neſcio an quiſquam mentem hujus loci hactenus intellexerit. Scaliger ſane & Claverius qui interrogationis notas diſtinctis commatis appoſuerunt, aliorſum abierunt, quibus minime opus eſt. Sic enim penitus contra mentem Rufinus ſuam loquatur. Quomodo fruitur pacis tranquillitate Stilico, ille bello armiſque

que ulturus publicum dedecus, ideoque jam in procinctu? Hoc ne illi iſte tam callidus calumniator objiciat, quod nec verum eſt, & ſi ſit, pro ipſo ſit, nec cauſſam in auribus principis graver? Immo vero hoc ipſum iſtud eſt quod ambit quæritque Delator, quietem in ſuis partibus colere debere Stiliconem, dum illæ non tanguntur barbarorum incurſibus, ſeſe eum virum eſſe qui Orbi commendato ſua ipſe prudentia & animoſitate præeſſe poſſit. Quare vera hujus loci ſcriptura hæc erit.

> *Si licet, ille quidem ſecura pace fruatur,*
> *Nos premat Obſidio! Quid partem invadere tentat?*

Quamdiu ait, quæ ejus curæ tradita eſt provincia, ab hoſtibus publicis non incurritur, quieſcat ſane, & felicitate fruatur, nec noſtris ſeſe partibus ingerat. Et quid aliud quærat niſi ut te meq; excuſſis, ſeſe univerſo Imperio dominum hac occaſione imponat?

TRANQUILLA PACE FRUATUR.] Quinque libri Belgæ eum Noſtro *fruetur*, ſed vitioſe, quod vel inde apparet, quod iidem omneſque cæteri *premat*, non *premet* præ ſe ferunt. In Noſtro inſuper eſt *tranquilla in pace fruetur.* Quaſi τὸ *frui* abſolute bene lauteque vivere ſignificare nobis debeat, quomodo doctorum aliqui accipiendum ajunt illud Juvenalis. Satira Prima.

> *Exſul ab octava Marius bibit, & fruitur,*
> *Diis Iratis*

Sed utique Satyricus irridet Deorum ſuorum iram, per quam libertatem ſui curandi majorem accepetit Marius, & interpretatio lectioque noſtra Claudiano genuina eſt.

160. QUID PARTEM INVADERE TENTAT.] Ridicule Bentinianus quidam liber. *Spartem*. Arcadii eo loquitur Rufinus. Pars enim eſt proportio hæreditatis uni alicui aſſignata Gregorius Magnus Homilia XXXVI. *Is enim qui patrem reliquit & partem ſubſtantiæ quam perceperat, prodige expendit, poſtquam eſurire cœpit, in ſe reverſus eſt.* Alioqui cum *partem* dicimus, eam intelligimus cui nos favemus. L. Florus libro III. cap. V. *regem fugientem media nactus Armenia uno prælio confecit. Nocturna ea dimicatio fuit & Luna in partibus.* Hoc eſt favens Romanis. Subdit enim: *quippe quaſi commilitans cum à tergo hoſtibus, à facie Romanis ſe præbuiſſet.* Tamen & contraria acies indicatur. Suetonius Auguſto: *ſed ut cognovit Antonium poſt fugam à M. Lepido receptum, cæteroſque duces & exercitus conſentire pro partibus, cauſſam optimatum ſive cunctatione deſeruit.* Male eo loco codex Manuexaratus; *Patribus.* Sed & Orientalis, Occidentaliſque partes mundi ſunt, in quas velut diviſus, dimidiumq; ita Arcadii, & mox ſibiipſi Rufinus adſcribit. Auguſtinus lib. IX. Confeſſionum cap. VII. *Tunc Hymni & Pſalmi ut canerentur ſecundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt.* Codicem Cujarianum *parem* habuiſſe notat Claverius, unde, & ex Bentiniano illo altero, clarum jam olim lectionem hujus loci ambigui juris habitam, invadi autem dicitur quod non jure occupari nititur quis. Orbertus Leodienſis Epiſcopus in Vita Henrici Quarti: De ejus filio exhæredato: *Imperator minorem filium, invaſore prius ex decreto Curiæ exhæredato, hæredem regni ſui conſtituit.*

159. ILLYRICOS FINES.] Græciam. Nam prope Theſſalonicam erat tum exercitus Stiliconis. Illyricum autem ipſum Honorio adſcriptum & Occidentali parti fuiſſe non eſt dubium, tam propinquum videlicet Italiæ. Cum omnem Europam juncta Africa Honorio traditam collati Zoſimus fine lib. 4. & Theodoretus lib. V. cap. XXV. tradant.

161. EOA REMITTAT AGMINA.] Contradicit ſibi. Nam in laudibus Stiliconis alibi recenſet militem à Theodoſio relictum æque inter fratres ab eo diviſum. Libro II.

> *ne non Auguſta ſupellex*
> *Ornatuſque pares geminis hæredibus eſſent;*
> *Mittitur & miles, quamvis certamine partes*

Iam

Iam tumeant, hoſtem muniri robore ma-
vis

Quam violare fidem

Sed etiam manifeſta Calumnia Rufino pudori non eſt: Ex mente quidem Poetæ noſtri qui de traditione militis etiam non juratus eſt teſtis.

162. HASTAS.] Exercitus. Quia haſta antiquiſſimum telum de quo alibi. Sic Libanius in Proſphenetico ad Julianum ſuum.

εἶθ' οἱ μὲν εὔχοντό σε περὶ τὸν ῥῆνον μένειν, οἱ δ' αὖ περὶ ῥῆνον διαβῆναί σε τὸν πάγεντα, καὶ σφισι μὲν ἔτ' ἐρον ἀντιταχθῆναι, σὲ δὲ καὶ πέρσαις τὴν αἰχμὴν ἐπιδεῖξαι.
Hoc eſt Exercitum in Perſas convertere.

164. QUOD SI DISSIMULAS.] Omnes Manuſcripti libri, præter Claverianos, de quibus nihil indicatur, *diſſimules* habent. Quatuor autem Belgici etiam *diſſimiles*.

165. MANES ET SIDERA TESTOR.] Hominis deſperati Iuramentum, qui hæc relinquere, illos adire, jam pro certo habet, niſi quod poſcit impetret.

166. HÆC CERVIX NON SOLA CADET.] More potentium & ferocium hominum plurimos involvere pernicie ſua minatur. Ita Catilina incendium ſe ſuum ruina reſtincturum. Florus lib. III. cap. V. de Mithradate. *totum pene Orientem & ſeptemtrionem ruina ſua involvit.* Exempla in Hiſtoriis obvia.

167. MISCEBITUR ALTER SANGUIS.] Ipſum principem dicit, quem nominare non audet indicat tamen τῷ *alter.* Nec huic modo minatur, ſed & Stiliconi, quem victurum quidem Barbaros ſuos ominatur, tamen eos adeo ſibi obligatos, ex egregiis, videlicet illis pactis, quæ ſecuti in Græciam venerant, nihil non prius auſuros.

169. HÆC UBI DICTATUR FACINUS.] Epiſtola principalis concipitur, qua mandatur Stiliconi cedat partibus Arcadianis. Epiſtolæ proprium *dictari.* Ita ſequior ætas *Dictatum* pro ea habuit ex tempore velut concepta. Quamquam veteres non tam ſcripſiſſe quam dictaſſe Epiſtolas alibi à nobis exemplis Cæſaris, Ciceronis, & aliorum, doctum. Sic *dictatum* Pometii memoratur à Gennadio Catal. capite. XCVIII. *memini legiſſe me olim ejus Dictatum ad quemdam nomine Principum de Contemtu mundi & rerum tranſitoriarum hortatorium. Dictatum* Juliani Anteceſſoris cujuſdam de Conſiliariis edidit cum collatione Legum Moſaycarum & Romanarum Petrus Pithæus. *Dictatores* libellorum, qui eos vēdebant, ad quaslibet actiones compoſitos, apud Iuſtinianum cap. XXXIX. de Appellationibus. Sic *actio* ipſa *dictari* dicitur à Paullo. cap. XXXII. de Receptis qui Arbitr. receper. *Dicere* autem vim per ſe maximam habet, ut hic *dictare* Imperatoris; ita *legem dicere.* Symmachus lib. IV. Epiſtol. XXXIV. *Hanc omnibus gaudiis humanis natura legem dixit, ut cura Voluptatem ſequantur.* Et eſt Imperatorium, aut maximum magiſtratum gerentis I. Stilic.

inveniens animo, quæ mente gerenda,
Efficiens patranda manu: dictare paratus.

Quæ ſcriptis peragenda forent

Dictationes, virorum gravium litteræ. Conſtantinus Imp. Epiſtola ad Ablabium in fragmentis Actorum Concilii Arelatenſis, à P. Pytheo editis: *Sed cum dictationis tuæ ſcripta legiſſem, quæ ad Nicaſium & cæteros ſuper hiſdem ſimulationibus gravitas tua mittenda crediderat evidenter agnovi &c.* Nec aſſentimur viro doctiſſimo Franciſco Iureto qui eo Symmachum libro VII. Epiſt. CXXVIII. lectionem turbat. Nam Epiſcopi non tam *ſcribebant* quam *dictabant*, & laus erat dictationibus pollere, quam verecunda reverentia quapiam Ablabio Conſtantinus tribuit. Aldhelmus de Laude Virginitatis, cap. VII. Laudat quempiam *dictandi facultate* præditum. Et *Dictatio* ipſum aliquod opuſculum ſacrum æque atque regium notat. Auctor Vitæ Fulgentii cap XXVIII. *Mox enim ut eſt dictatio ipſius finita protinus eſt longiſſima captivitatis catena diſrupta.*

pta. Qua voce ſcriptum auctoritate ſolida munitum intelligitur; non aliter atque in Ludis Litteratiis *Dictata* ſunt quæ pueri ediſcũt. Aſconius Pedianus in Divinationem *libellum veterem vult intelligi attuliſſe Cæcilium, unde magiſter dictata pueris præbibere conſueviſſet*.

170. INVITO PRINCIPE.] Metus cauſſa. Noſter *inviſo*. Nihil mutandum.

171. JAM LÆTIOR HOSTE PROPINQUO.] Magnanimitatem Herois ſui prædicat tendentis in hoſtes, quos Conſtinopoli admoverat Rufinus. Propinquos autem ei uibi fuiſſe notabis ex v. LVIII. hujus ejuſdem Libri. Pariter Æneas Mezentii præſentia potitus, Æneide X.

Aeneas agnovit eum, lætuſque precatur;
Sic pater ille Deum faciat, ſic altus Apollo,
Incipias conferre manum

173. ACCENDIT VOCE COHORTES.] Hoc enim in animis hominum, præcipue virtute præditorum, oratio valet, quod ſufflatus in igne ſepulto aut qui conſederit. Valerius Flaccus lib. IV.

incenſa mente feruntur
In medium ſanguis Iovis & Neptunia proles

Auguſtinus de Civitate Dei libro I. cap. XXVII. *Quid igitur cauſſa eſt cur in eis exhortationibus tempora conſumamus quibus baptizatos alloquendo ſtudeamus accendere ſive ad virginalem integritatem, ſive ad continentiam vidualem.* Ruricius lib II. Epiſt. XXV. *præ obſcuritate dictorum non incendit ingenium.* Arnobius libro I. Ammianus lib. XIV. Lucanus libro I. Oroſius libro I. cap. XXI. Eademque vis lectionis. Auguſtinus Confeſſionum libro VIII. cap. VI. *inveniſſe ibi Codicem in quo ſcripta erat vita Antonii, quam legere cæpit unus eorum & mirari, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia ſeculari, ſervire tibi.* Sic cæteri etiam affectus accendi dicuntur. Virgilius Ceiri.

Non metus incenſam potuit retinere Deorum.

Statius libro VI.

Præſudare parat ſeſeque accendere virtus.

Heliodorus libro VIII.

καὶ ὅλως διακαὴς ἦν ὁ Σατράπης, θυμοῦ καὶ ἀθυμίας ἅμα ὥσπερ εἰς ἄρκος ἐμβεβλημένος.

VOCE.] Eloquentiæ hæc vis. Perpulcre Cicero II. de Oratore: *Eſt enim Eloquentia una quædam de ſummis virtutibus, quamquam ſint omnes virtutes æquales, & pares. Sed tamen eſt ſpecies alia magis alia formoſa & illuſtris ſicut hæc vis quæ ſcientiam complexa rerum ſenſa mentis & conſilia ſic verbis explicat, ut eos qui audiant quocunque incubuerit, poſſit impellere, &c.* Hanc quoque Stiliconi ſuo Claudianus aſſcribit. Vide Eloquentiſſimam Orationem Ariſtidis quæ Platonicarum prima inſcribitur.

173. NEC MULTO SPATII DISTANTIBUS ÆQUORE VALLIS.] In Noſtro eſt *valli*. Etiam in τῷ *ſpatii* neſcio quid ſuperfluum patet. *Nec* enim verum eſt caſtra caſtris tam vicina fuiſſe. Et verſum quidem totum damnare non auſim, at eo remoto neque ſententiam quicquam damni pati negari non poteſt. *Aequor* autem planities eſt, vide Nonium, & Iſidorum Originum, vel, ut in duobus veteribus libris oſtendimus, Etymologiarum, libro XIV.

174. SPUMIS IGNESCERE FRÆNA.] Poetarum eſt phantaſia, qui igneum quidpiam in equorum concitatorum flatu agnoſcere videntur ſibi. Gratius.

Os magnum ex patulis agitatos naribus ignes Spirent

Nemeſianus.

Fumant humenteis calida de nare vapores
Nec pes officium ſtandi tenet

Claudianus Quarto Conſulatu Honorii.

Vt que tuis primum ſonipes calcaribus arſit

Igneſcunt patula nares, non ſentit arenas
Vngula, &c.

177. PURPUREIS VNGUIBUS.] Draconum nota vexilla: Illa ſignis ipſis circumvolitabant, Nemeſianus Cynegetico clare docet.

videorque mihi jam cernere fratrum
Auguſtos habitus, Romam, clarumque Senatum
Et fidos ad Bella *duces, & milite multo*
Agmina, queis forteis animat devotio mentes.
Aurea purpureo longe radiantia velo
Signa micant, ſinuatque truces levis aura Dracones.

Modeſtus in Epitoma Rei Militaris, quam Vegetio excerptam dicas, niſi Vegetio antiquiorem eſſe, ex fine ſuſpicari poſſis. De quo in Dubiis.

178 COELUM SÆVIRE VOLATU.] Nihil cauſſæ cur hanc lectionem aſpernemur. *Cœlum* univerſum aerem, quam late viſibus noſtris patet, deſignat. Supra libro I *Ac velut infecto morbus crudeſcere cœlo Incipiens* In duobus libris *Delriano* altero, altero uno ex Suſianis, *fervere* conſpicitur. Quod quamvis nec ipſum abſonum, nos tamen reliquos Codices & judicia doctorum manemus. De Draconibus dudum alii, & nos alibi.

179. FERRI NITOR.] Splendor armorum, decus egregium militis, quod non ignotavit Pytho Polynices Comici ferri ſui aciem poliri jubens, ut aciem hoſtibus in acie præſtringeret ſcilicet. Onoſander in Strategico cap. XXVIII.

μιμελημένον δ' ἔσω τὸν στρατηγὸν λαμπρὸν ἐκπαττειν τὸ στράτευμα τοῖς ὅπλοις, ῥᾳδία δ' ἡ φροντὶς αὐτῆ, παρακαλέσαντι τὰ ξίφη θήγειν, καὶ τὰς κόρυθας, καὶ τοὺς θώρακας σμήχειν, δεινότεροι γὰρ οἱ ἐπιόντες φαίνονται λόχοι τοῖς τῶν ὅπλων αἰθύγμασιν, καὶ πολλὰ τὰ δι' ὄψεως δείγματα προσεμπίπτοντα ταῖς ψυχαῖς παρέχει τὸ ἀντιπάλμον. Noſter III. Conſ. Honor.

Fervet criſtatis exercitus undiq; turmis
Quiſque ſua te voce canens, perſtringit ahena
Lux oculos, nudique ſeges mavortia ferri
Ingeminat ſplendere dum

Statius Thebaide VIII.

ſtant vertice ceni,
Plena armenta viru, nulli ſine præſide currus,
Arma loco, ſplendent clypei, pharetraque decora,
Cingulaq; , & nondum deforme cruoribus aurum.

180. TENEROQUE AMNIS REPVATVS ACHILLI.] Alibi.

Cretaque ſe jactet tenere reptata Tonanti.

181. RESONAT CLAMORE.] Sic vulgatur. Sed omnes Belgæ Codices, Noſterque cum illis, conſentiunt in Radiat. Quare ſcriptura erit integre ſic concipienda.

teneroque amnis reptatus Achilli
Et nemus Oetheum radiat: Clamore nivalis
Oſſa tonat, pulſoque fragor geminatur Olympo.

Radios ab armis in flumine & ſilva agnoſcit. Propertius de Pugna Actiaca.

Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus,
Armorum & radiis picta tremebat aqua.

Oeteum Noſter Codex non bene mutat in *Aethereum*. In duobus Belgicis gloſſa eſt veteris cujuſdam magiſtri doctum illum Cornipedem Chitonem eſſe à quo armorum & Sapientiæ diſciplinis ſit inſtructus Achilles adhuc impubes.

CLAMORE.] Vide Onoſandrum capite XXIX.

182. INTUMUIT VIRTUS ET LUCIS PRODIGUS ARSIT IMPETUS.] Ex Papinio ſunt hæc prius ex libro III. Thebaidos.

Tunc quoque laſſa tumet virtus multumque ſuperbit
Pectore deſpecto

Alte-

Alterum hemiſtichum debetur libro VIII. ejuſdem Operis.

At poſtquā rabies, & vita prodiga virtus
Emiſere animos

Infinita talia ſunt in hoc Poeta, quæ qui conferre voluerit videbit aliam longe veterum etiam ingenioſiſſimorum curam fuiſſe, quam qua hodie in Parnaſſum aſcendere viles & meræ animæ nituntur. Illi vix quicquam ponebant quod non poſitum eſſet prius, & vel generoſiſſimos ſpiritus egregia diſciplina compeſcebant. At noſtrum hoc genus nec legit quicquam, nec præter ſyllabas ulla ſcientia inſtructum, quicquid in buccam venit effutit, miſcet quadrata rotundis, vara valgis. Unde & ipſa divina ſcientia, mater nutrix, & ornatrix, omnium cæterarum, & divinitatis præ omnibus particeps, hodie in ſervitutem rapitur ab hominibus vere trium litterarum; quorum ſcripta adeo jejuna atque arida ſunt, adeo vana & futilia, ut nihil turpius fieri poſſit. Quare & merito ſuo palearum illi inſtitores, exſangues, exſucci, ineruditi, inamœni, infelices, improbi, planeq; ad omnem eruditionem inepti homines, qui florem eruditionis humanæ, adyta divinæ Poeſeos, vilibus ſuis ſchedis ad oſtia magnatum proſtituunt, mendicitatem perpetuam pro ſalario habent; & quidem talem ut cæterorum mendicantium miſeratio ſubeat. Largitores, nummos vero quos his balatronibus honeſti doctique homines in viri plerumque & ſemicoacti, importunitate improbiſſima, impetrantur; non prius manibus emittant quam exſecrati belluas ineruditiſſimas fuerint. Sanè neque injuſta ratione: ſi enim numerum verſus alicujus ſine ulla doctrina, ſine ullo ingenio, ſine omni ſtudio, implere poſſe; & ea ratione frigidiſſimis laudibus aliquem undecunque oblatum aſpergere, Poetam facit; nemo bubulcus non fortunæ ſuæ melior faber dicendus erit, nemo beneficiis dignior, cum inani, caſſo, futili & improbo hoc non artificio, ſed morum & diſciplinarum ludibrio, nihil probi agatur in vita humana, nihil omnino improbi omittatur, modo fieri id poſſit, & uno nummo compenſetur. At veræ Poeſeos longe alia ratio ſemper fuit, hæc enim flos ille & apex eſt, quo poſt maturitatem omnium ſcientiarum, poſt diſciplinarum nobilium combibitum nectar, & ſucum interiorem digeſtū, anima humana tamdem ad ſuperorum laudes & viciniam participandam excreſcit, efflorecque, & grata Diis hominibuſque canit, præconiis ſuis ad virtutis cultum generoſiſſimas quaſq; mentes excitans, Maledictionibus à rebus infandis deterrens; nectens Coronam Gloriæ non intermoriturıs frondibus; Apollineo nemore petitis, in eorum vertices, qui receſſerunt a colluvie communi & ſpretis terreſtribus inquinamentis, æthereos puroſq; ad Virtutum ſitos, cultus, dies vivunt; Aut gubernatorum ritu rebus cæterorum hominum præſidentes, aut Tranquillitati omnibus vitiis inacceſſæ recedentes. Talis veri Apollinis & Sacrarum Muſarum antiſtes erat Claudianus noſter, qui poſt Platonis myſteriorum & Chriſtianiſmi cognitionem, ingenium felix & floridiſſimum omnium omnis generis Græcorum Latinorumq; ſcriptorum Lectione ſubactus, acceſſit tamdē ad ſummorum ejus ætatis virorū præconia, quibus immortalē, nec niſi cum mundo ipſo marceſſibilē gloriam nobiliſſimis ſuis Panegyricis conciliavit, apud omnem litterarum amantium Poſteritatē ad vituperia vero infamium nebulonum, qualibus nunquam caruit ullum virtutibus illuſtrius ſeculū, quib. deteſtandis id egit ut nullum penitus ſit futurūm tempus Theodoſiorum, Stiliconum, Proborum, Malliorum, laudibus favens; quod non ſimul Eutropios & Rufinos exectari velit, & meritis conviciis condemnare. At mirari ſubit Judicia doctiſſimorum hominum qui in tanto viro Materiæ ignobilitatem accuſare ſibi permiſerunt. Qui ſi hominis vere Philoſophi, & vere Poetæ mentem & Officium penitus conſideraſſent, hac quoque parte illius felicitatem utiq; commendaſſent. De Chriſtianiſmo quod dixi, ejus non expertē fuiſſe Claudianum licet contradicente pro tempore Auguſtino, à quo cæterorum teſtimonia pendent, alibi pluribus, puto, evincemus.

184. HAUD ILLOS RUPES HAUD.] Codex noſter bis *aut* agnoſcit, ideo puto quia eam voculam ambiguam ſcripſerunt veteres, modo per delta modo per t. ut hodieq; eam in priſcis membranis exaratam invenimus. Senſus eſt illius notiſſimi, *invia virtuti nulla eſt via* Et in Quarto Conſulatu Honorii. *involvite Pelion Oſſa Non dabitis murum ſceleri, qui vindicat ibit Omnia ſubſident meliori pervia cauſſa.* Silius Italicus libro XV.

virtus te ſæva jubebit
Per medias volitare acies mediosque per ignes
Arma feres primus, primus te in mœnia tolles
Hoſtica, nec ferro mentem vincere nec auro.

Sic inſignis contemtus periculorum in Honorio etiamdum puero. Bello Gildonico.

At juvenem ſtimulis immanibus effera virtus
Exacuit, jam puppe vehi jam ſtagna ſecare Fervet

Silius libro IV.

juvat ire periclis
Ad decus, & dextra memorandum condere nomen.

Nec enim virtus vera ſine periculis agnoſcitur. Pindarus Olymp. VI.

ἀκίνδυνοι δ᾽ ἀρεταὶ
οὔτε παρ᾽ ἀνδράσιν, οὔτ᾽ ἐν ναυσὶ κοίλαις
τίμιαι, πολλοὶ δὲ μέμνανται καλὸν εἴ τι πονάθῃ.

185. SI TUNC HIS ANIMIS.] Eſt inter Belgicos liber qui ſartam tectamque hanc lectionem contaminare nititur ſcribendo.

Quod ſi tunc animis acies collata fuiſſet.

Sed ejus merito nullam rationem habemus. Curioſis indicium debemus.

186. PRODITA NON TANTAS.] Verum eſt Græciam proditam Alarico ab Rufino, cujus rei ordinem videre debes in Illuſtriſſ. viri Annalibus, & Epitomen dedit Nobis ad hunc verſum Claverius. De miſera tum Græciæ facie pulere, qui eo tempore vivebat Syneſius, & ex eo aliiſq; amicus noſter Joan. Meurſius Commentario de Fortuna Atticæ. Dubitari tamen non abſque ratione poteſt, an Stiliconis quoque ſcelus aliquid concurrerit. Scribit enim Oroſius qui tum vivebat libro VII cap. XXXVII. *Quid uterque Rufinus & Stilico egerit quidque agere conatus ſit exitus utriuſque docuit, cum alius ſibi alius filio ſuo affectans regale faſtigium, ut rebus repente turbatis neceſſitas Reipublicæ ſcelus ambitus tegeret, gentes barbaras ille immiſit, hic fovit. Taceo de Alarico Rege cum Gotis ſuis ſæpe victo, ſæpe concluſo, ſemper dimiſſo.* Atque hunc cæterorum velut magiſtrum diſcipulorum ingens caterva ſequitur. Zoſimus etiam damnis quidem Græciæ, ejectis Barbaris ſubveniſſe Stiliconem, ſed relliquias ipſorum ſuis militibus agendas ferendaſq; dediſſe, non ſane multum mitioribus quam ipſi fuerint hoſtes.

187. VIGERENT.] Ita omnes libri, præter eum quem proxime nominavi. Is abſone *fuiſſent* & hoc loco & ſequenti verſu non *arces* ſed *agri* refert, ſocio quidem, quoad poſterius facimus, & alio quopiam. Verumque nihili eſt.

188. MARE FUMASSET GEMINUM.] Corinthus bimaris. Seneca Medea.

Gemino Corinthus littore opponens moras
Cremata flammis maria committat duo.

Sidonius.

Tendis & in bimarem, felicia regna, Corinthum.

Horat. lib I. Carm. VII. vide Strabonem libro VIII. Marcianus Heracleota, Quem docti vocant.

ἡ Κο-

ἁ Κόρινθος δὲ κόλπος ἐστὶν ἐχόμενος
ὅτε Κεγχρεάτης, οἱ τὸν ἰσθμὸν εἰς στενὸν
Συνάγουσιν ἑκατέρωθεν ὑπειργόμενον.
εἶτ' ἐστὶ πελοπόννησος ἑξῆς κειμένη
Κόλπους βαθεῖς ἔχουσα, καὶ πολλὰς ἄκρας.

Per *Pelopeia oppida* Peloponneſum univerſam intelligit, Quæ Pelopis inſula alioqui appellatur. Bacchylides apud Scholiaſten Pindari.

ὦ πέλοπος λιπαρᾶς νάσου θεότιμοι πύλαι.

Loquitur Bacchylides de Corintho, quæ velut porta quædam Peloponneſi, propter geminum introitum maritimum. Pindari modo nominatus Exegetes.

πρόθυρον ποντίου καὶ θύραν εἰώθασι καλεῖν τὴν Κόρινθον, διὰ τὸ ἀρχὴν ἢ τέλος εἶναι τῆς Πελοποννήσου στελλομένοις.

Corinthus autem nobiliſſimum caput Achaię etiam Romanis temporibus fuit, Imperio jam maturo. Appulejus libro X. *Oriundus patria Corintho quod caput eſt totius Achaiæ provinçia.* Plura & accurata ſcriptor diligentiſſimus & maximè æſtimandus Pauſanias. Cecopiæ matres neminem fugiunt eſſe Athenienſes, vide Apollodorum, Higinum, Diodorum, Euſebium &c.

191. FERA TRAXISSENT VINCULA.] Captivandi, ut loquitur, mirificam in Gothis cupiditatem, de quibus iiſdem & eidem etiam Regi parentibus Claudianus noſter hoc loco, notat Auguſtinus de Civitate Dei lib I. cap. I. De Græcorum fœminis & Alarici uxore noſter fine Belli Getici.

Coniugis invicto dudum quæ freta marito
Demens Auſonidum gemmata monilia matrum,
Romanasq́, altâ famulas cervice petebat,
Scilicet Argolicas, Ephyreiadasq́, puellas
Cœperat, & pulcras jã faſtidire Lacænas.

193. SCELERIS CAUSSAS AUFERRE FUTURI.] Sceleſti belli, ut notabamus ſuprà ex Lucano, pariter Virgilius Pollione. Quod divinum carmen eo tempore ſcriptũ eſt quo ſalus rebus humanis reddita, ijsq; verbis, ut non niſi cœlitus aſpiratum ca Poetę expreſſerit quæ ipſemet neſcivit. In Noſtro legitur *futuras*. Minimè benè.

194. INTER EQVOS INTERQVE TVBAS]Inter equeſtria exercitia, & progredientium ardorem, dum jam equos quisque hortatur, & tuba ſignum datur ad invadẽdum hoſtem. Sic ſupra caſtra jam caſtris collata dixit, licet aliud ſonent hiſtoriæ.

195. MANDATA FERVNTVR REGIS] Indicavi olim concinnius legi poſſe *Regia* & ita omnino ſcribendum auctoribus omnibus Belgis & noſtro Codicibus manuſcriptis. Sic quoq; Scaliger & ante integrum ſeculum edidit Aldus. Regem pro principe, regia mandata pro Imperatorijs capienda, nemo neſcit. Infrà hoc libro. *Quod nolit Rex ipſe velit.*

197. SIMVL IRA VIRVM SIMVL OBRVIT INGENS MOEROR.] Virgilianum, ut duo concurrentes affectuum violenti motus oſtendant animi perculſionem.

198. IGNAVO NOCENTI.] *Nocens* ſcriptoribus jam convictus ſcelerum & condemnationi proximus. Claudianus IV. Conſulatu Honorij *Indomitum nihil eſſe pie tutumve nocenti.* Infrà hoc lib. v. CCCXVII.

Talibus acclamat dictis infame nocentum Concilium.

199. MIRATVR.] In noſtris membranis legitur: *Mirantur.* Ut hoc ad exercitum ipſum referatur. Nihil tamen mutandum verius eſt.

200. FORTIA COEPTA DESERAT.] Ille Codex quem ſupra variantem indicavimus, ſed malo ſuo, hoc loci *facta cœptis* ſubſtituit. Contra omnes cæteros, nec nobis volentibus.

201. ILLYRICIS.] Illyricum tum temporis ampliſſima erat ex XI Regionibus in quas Imperium Rom. erat diſtinctũ. In eo enim XIX. erant Provinciæ. Inter eas, Creta, Achaia, Ma-

cedonia, Theſſalia, Dacia, utraque Pannonia, Dalmatia, Epirus. Quare clarum eſt cur Illyrica damna dicat Claudianus vaſtatam Græciã. Viſe Notitiam Provinciarum Schottianam.

202. PRÆCEPTIS OBSTARE TIMET.] Alibi in Heroe ſuo reverentiam etiam pupillorum principum commendat, his aureis verſibus. II. de Laudibus.

Quem tu ſic placida formas, ſic mente ſevera,
Ut neque deſidiæ tradas, dum pronus ad omne
Quodlibet obſequeris, nec contrà nixus ovantem
Confringas animum, ſeu cernas conſona regno,
Ceu juvenem doceas moles quid publica poſcat
Ceu ſanctum venerere ſenem, patriiſque gubernes
Imperium monitis, dominum ſubmiſſus adores.
Obſequio moderere ducem, Pietate parentem.

204. AD ASTRA ADTOLLIT PALMAS ET AB IMO PECTORE FATUR.] Longè antiquiſſimus mos orantium Deum, manus cœlo attollere, qui ex Moyſis libris apparet, etiam Gentilibus frequentatus. Vide Auctorem de Mundo & ejus interpretem Appuleium. Horatius:

Cœlo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcente Lunâ, Ruſtica Phidile.

Orpheus Argonauticis, ſive is Onomacritus ſive Crotoniata eſt.

ἄκρης ἐκ σκοπιῆς ὁ γέρων ἀνὰ χεῖρας ἀείρων
φυλλείδης ἠρᾶτο, θεὺς δ᾽ ἐπικέκλετο πάντας.

Apollonius libro I. Argonauticôn.

αἱ δὲ γυναῖκες
πολλὰ μάλ᾽ ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἄειρον Εὐχόμεναι.

Exempla plurima apud Suidam in Marco Antonino, Arnobium libro Primo Minutium Felicem Octavio, Oroſium lib. IV. capite IV. Virgilium Ceiri, alios infinitos. Magna autem Felicitas Claudiani in exprimendis moribus, geſtibus, dolore & indignatione Heroici hominis, qui virtutis ardore calens vindictam hoſtilem imperio non minus obſequitur, præponens principis auctoritatem affectui & cõmodo omni.

205. NUMINA.] Nota eruptionem Heroicam pectoris indigna pati videntis. Incipit enim audacter à ſemiinjurioſa adverſorũ Numinum compellatione. Talis vehementiæ eſt repetitio illius Si. Si juvat, ſi placet, ab indignitate rei non poteſt avelli vox.

206. IMPERIUM.] Romanum Regnum. Id peculiariter hoc titulo gaudet, & gaviſum eſt uſq; ad Extrema Tempora. Sic Principes Conſtantinopolitani cum de ſe & majeſtate ſua loquerentur, non ſe ipſos, ſed Imperium ſuum nominabãt. Nicefotus Imperator apud Luitprandum Othonum in Orientem Legatũ: *Sed vafer ille juravit mihi per ſancti ſui virtutem Imperii nil me tali paſſurum.* Et Leo Imper. apud eumdem lib. I. Hiſtoriarum, capite III. *Quibus Imperator, cito, inquit, ut in medium proferatur poteſtas imperii mei etiam atque etiam imperat.* Et ita non ipſum Principem nominare ſed *Imperium* fas erat collocuturis. Idem Luitprandus in Legatione: *Cremona Eridano fluviorum Italiæ Regi ſatis vicina, & quia Imperium tuum Chelandia eo mittere properat profuit mihi te vidiſſe.* Et hiſtoriarum libro I. cap. IV. *Ecce autem magnitudo Imperii tui quaſi occultè oſtium reſerans clanculumque ingreſſa, libram auri appoſuit ſupra ſingulorum pectus.* Auctor Expeditionis Friderici Barbaroſſæ: de Iſatio Imperatore. *Et erat continentia litterarũ ipſum de præſumtuoſo Imperatoris & peregrinorum adventu in Græciam contrà ſui voluntatem Imperii plurimum indignari.* Joannes Porphyrogenetes Epiſtolâ ad eumdem Fridericũ, apud Othonem Friſingenſem lib. I. de Geſtis Frid. cap. XXIV. *nobiliſſime & dilecte Imperii mei amice*

amice Rex littera tua nobilitatis affectus ſignum ad me delata &c. Græco ſermone βασιλείαν dicebant, tamquam nulla uſpiam alibi præter hanc Regalis poteſtas ſupereſſet. Cedrenus. Leo Tacticorum capite primo.

οὐ βασιλικὴ δορυφορία καὶ ἐξουσία, οὐ τῆς ἐξουσίας δυναστεία, ἢ πλουσία, οὐ τῆς πλουσίας ἐπίδειξις, καὶ ἀπόλαυσις οὐδὲ ὅσα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπιθυμητῶν καὶ ἡμίων τὴν ἡμετέραν οὕτως ἐφραίνει βασιλείαν, ὡς ἡ τῶν ὑπηκόων εἰρήνη καὶ εὐμοιρία.

207. PENITVS.] Longè concinnius legas *penita de ſtirpe* alterum ταυτολογεῖ. Nec moramur Libros.

209. HVMANI GENERIS.] Quod complexum Romanum Imperium putabatur, adeoq; cum hoc ipſo vivere, florere, vigere, III. de Laudibus Stiliconis ſic de Roma ſcribit.

Hæc eſt in gremium victos quæ ſola recepit
Humanumque genus communi nomine fovit.

Rutilius lib. I. Itinerarij.

Quantum vitalis Natura tetendit in axes
Tantum virtuti pervia terra tua.
Feciſti patriam diverſis gentibus unam
Vrbem feciſti quod prius Orbis erat.

209. DELERI SECVLA.] Humanum genus, quod modo enarravimus Romano Imperio per ambitionem cenſeri. Sic Lucanus libro VII.

ſunt nobis nulla profectò
Numina, cum cæco rapiatur ſecula caſu.
Mentimur regnare Iovem.

Ambitio autem illa Romanæ ditionis magnificis verbis extendendæ adeo faſcinavit ſummorum etiam ſcriptorum animos, ut Polybius ſuo ævo ſcribere non ſit veritus omnem ferè orbem habitabilem Romanis parere, quod quamvis non incommoda τῆς οἰκουμένης interpretatione lenire voluerit JS. Caſaubonus neſcio tamen quomodo negari poſſit longè ambitionem judicãdi ſanitatem præſtrinxiſſe. Et ferat æquo animo ſuo ævo Polybium hæc ſcribere, qui Dionyſium Alicarnaſſæum levitatis reum agat, qui tantis poſt incrementis auctum Imperium Romanum ſua tempeſtate univerſo orbi habitabili dominatum dicat? Sanè neq; abſolutè Polybius τὴν οἰκουμένην nominat. Sed lib. VIII. πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης ὑπὸ μίαν δυναστείαν compacta ſcribit; quam hyperbolen nequaquam excuſaveris. Sed & alia in iis Commentarijs τρισμεγίστου illius non ſatis ultimam manum ſapiunt; ut cum mox pag XX. Zoſimum corrigit vel erroris accuſat, (ambigitur enim de iſto,) qui Sexcentis annis à Condita Vrbe Romam vix aliquam Italiæ partem ſibi ſubjeciſſe ſcribit. At ſexcenti illi anni ſunt Zoſimi commentum adeo pingue atque craſſum, ut conſtet ſexcentis annis Romana arma ad terminos qui tum cognitus erat, orbis eſſe prolata. Julianus Imperator Cæſaribus:

ἐμοὶ μὲν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, γενέσθαι ἐν τηλικαύτῃ συνέβη πόλει μετὰ τοσούτους ἄνδρας, ὥστε τὴν μὲν ὅσην οὐ πώποτε ἄλλη πόλις ἐβασίλευσε, βασιλεῦσαι. ταῖς δὲ ἀγαπητὸν καὶ τὸ τὰ δεύτερα κομίσασθαι, ἥτις γὰρ πόλις ἀπὸ τρισχιλίων ἀνδρῶν ἀρξαμένη ἐν οὐδὲ ὅλοις ἔτεσιν ἑξακοσίοις ἐπὶ γῆς ἤλασε πέρατα τοῖς ὅπλοις.

210. EFFRÆNA MARIS.] Nam velut frænis aut habenis curſum Oceani detineri à Deo credebant, ne prolueret univerſum orbẽ. Vide ad illud li. I. ſupra *Præſcriptosq; mari fines.* Ovid Metamorph. I *& fontibus ora relaxant*
Et defrenato volvuntur in æquora curſu. Sic ſacræ litteræ, præcipuè Oratione Manaſſis Regis poſt infanda facinora ad Deum reverſi.

211. PHAETON CONFVNDAT HABENAS] Tali modo periturum mundum ariolabantur veteres, ut ſidera ordinario ſuo curſu emota omnia forent combuſtura. Lucanus.

cum compage ſolutâ
Secula tot mundi ſuprema coegerit hora:

Antiq.

Antiquum repetent iterum Chaos. omnia miſtis
Sidera ſideribus concurrent, ignea pontum
Aſtra petent, tellus extẽdere littora nolet,
Excutietq; fretum. fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum bigis agitata per orbem
Indignata diem poſcet ſibi, totaq; diſcors
Machina divulſi turbabit fœdera mundi.

212. LIMITE NVLLO DEVIVS.] Idem Lucanus de errore Phaetontis in Iliaco. *raptum tranſverſo limite cœli Flammati Phaetonta poli videre.* Citat Lutacius ad Papinium.

213. HOC AVCTORE PVDET.] Imitatio eſt ejusdem Lucani contrariæ ſententiæ in adulationem Neronis prolatæ.

ſcelera ipſa nefasque Hac mercede placent.

215. VOS ARSVRÆ VRBES.] Imitatio Maroniana. Aeneide. II.

216. PERMITTO CLADIBVS ORBEM.] Imitatio Lucani lib. VII. *morbosque fluentis*

Inſanamque famem, permiſſasque ignibus urbes.

Summa autem Laus Stiliconis imminentem orbi terrarum perniciem non ſine ipſius permiſſione imminitti ſpatiis ſuis poſſe.

217. REDEAT JAM MILES EOVS.] Occultior ſenſus hic latet quam quem videre potuerint interpretes. Miles jã Eous, hoc eſt jam Romanarum & verè virilium patrium transfuga, jam Orientalium morum famulus, redeat, præceptis imbellium hominum & aulę improbæ velut devictus. Orientalium luxus & mollities nota, & alibi noſtro exagitata. Tamen verum etiam eſt mixtum Orientalibus militibus exercitum hunc Stiliconis fuiſſe, qui non veniebant primum in partes Arcadianas ſed redibant. Hoc libro. v. CCCLXIX. ita loquitur miles.

Vnde redy neſcis? patiarne audire ſatelles Qui leges aliis libertatemq; reduxi?

Eugenium enim ex magiſtro litterarum Imperatorem hoc exercitu devicerat Theodoſius. Et Gallias Alpinosque tractus ejusjoge liberaverat. Videbatur vero Stilico cæterum militem ſecum reduxiſſe, Legionem modo unicam in Rufini regione reliquiſſe, ex eo verſu CCLVII dicitur. *Vt ſeſe legio vidit disjuncta relinqui.* Sed Poeticè illud dictum, cum nõ unam ſed plures agnoſcat v. CCCXII.

Nunc Epulas tempus, ſocii, nunc larga parare
Munera, donandumque novis legionibus aurum.

Suſpicamur tamen vera per exprobrationem quampiam occultam *Eoum* appellare ſuũ militem, veluti ab homine deinceps molliori & effœminato regendum, ejusq; imperio aſſentientem.

218. PARENDVM EST.] Omnes libri Belgici. Et inſuper membranæ noſtræ non bono modo *Parcendum.* Quod omnino reſpuit verſus ſequens.

219. CONTIGVO.] Tam propinquo ut velut manu contingi poſſit. Primo de Raptu: Lambit contiguas innoxia flamma pruinas. IV. Conſulatu Hon. *aquas, quas beſtibus antè Contiguas alio Stilice deflexerat arcu.* Eſtque, ut dixi, à *contingere*, quod dicitur de rebus quę extrema ſua ſimul habent, ut loquitur Hugo Eterianus de Regreſſu Animarum: *veruntamen anima non contingit corpus, Nam contingere propriè eſt extrema tantum habere ſimul.* Hericus Altiſſiodorenſis lib. V. *Contiguus quid tam ſuccedere mœnibus horres.* Virgilius *Huns ubi contiguum miſſa fore credidit haſta.* Servius. *Poſtquam illum vidit veniſſe intra iactum teli, ſcilicet ut poſſit feriri.*

221 CERAVNIA.] Epiri monteis famoſi naufragijs & tempeſtatibus. Lutatius ad Thebaiden X. *Ceraunia montes Epiri excelſi qui illis propius navigantibus infeſtant.* Vnde Lucanus *Scopuloſa Ceraunia nauta Summa timent.* Horatius. *Infameis ſcopu'os Acreceraunia* Servius ad Aeneidem. III. Vide Acronem ad Hor. I. carm. III. Plinium lib. III cap. XI *Saxum Ceraunum* vocat Propertius lib. II Elegiâ XVII. Iſid. lib. XIV Origin. c. VIII. Solin. c. VII. &c.

222. IL-

222. ILLISA TONITRUA CORIS.] Φυζικὸν hoc. *Vento* enim calor humori, immo ignis impactus undæ gignit tonitrua. Lege Lucretium libro VI. prius, & ibi.

> *Eſt etiam quemvis extrinſecus incita venti*
> *Incidit in validam maturo fulmine nubem,*
> *Quam cum perſcidit, extemplo cadit igneus ille*
> *Vertex, quod patrio vocitamus nomine fulmen.*

Porro in Noſtro Codice duo hi verſus trajecti ſunt.

223. EREPTAQUE PRÆLIA.] Diſcedente Stilicone.

224 POPULUS DEFENDIT UTERQUE.] Miles tam Arcadianus quam Honorianus. Arcadianum poteſt ut ſuprà vocaverit *Eoum militem*. Sic *Vtraque caſtra* moviſſe Stiliconem dicit verſu. CIV. Et in querelâ Rufini v CLXI. *Eoum militem* repoſci vides. Unde neſcio an ſuperior v. CCXIIIX. Interpretatio noſtra ſatis ſit commoda, cū remittere Eoum modo militem voluerit Stilico. Non eſt vero quicquam mutandum, ut perperam cēſuimus in priore Editione. *Populus* enim quamvis multitudinem notat ut multis in Adverſariorum Commentariis notamus. Sic Xenophon ϛρατιωτων δῆμον dixit lib. VI. Pędias. *Populus*, mixtum vulgus, etiam animalium ut notat elegantiſſimus Rubenius Electorum libro I. cap. XIV. Vide & doctiſſimum, capitalisque judicii & ingenii virum, Sirmondum ad carmen CXXIIX. Ennodij. Populus, exercitus varijs gentibus aut hominibus conſtipatus. Oroſius lib VII. cap. XXXVII *Rhadagaiſus omnium antiquorum præſentiumq; hoſtium longè immaniſſimus, repentino impetu totā inundavit Italiam. Nam fuiſſe in Populo ejus plus quam ducenta millia Gethorum dicuntur.* Cum contemtim quædam velut colluvies infima dicitur, *plebs vulgi* appellatur. Bacchiarius de Recipiendis Lapſis: *Quid tibi videtur illud quod ſcriptum eſt in Beati Esdra libris ubi dicuntur reverſi de captivitate Babylonia, & reſtructis templi Dominici fundamentis non ſ lum plebs vulgi, verum etiam ſacerdotalis familia?*

226. NON ILLAUDATA LACESSIT SEDITIO.] Poterat alio nomine hoc certamen indicare. Verum hoc Poetarum maximorum eſt, aliquid cōtrarium accerſere, & ipſum velut vitium quadam virtute nova induere. Horatius.

> *Splendidè mendax, & in omne virgo Nobilis ævum.*

Ita legendus ex vetuſtiſſ. membranis, ille Horatii verſus, non *nobilis* ut vulgo. Dicere enim vult ingenioſiſſimus Poeta æternæ Gloriæ velut nuptui datam eam virginem, quia thorum genialem noluit novi mariti ſanguine conſcelerare, quod tot ipſius ſorores fecerant. Pariter de mendacio veritatis laudibus velut induto Paullinus Junior in Vita B. Martini ipſo principio libri II.

> *Donec compoſitis verbis, lacrymisque coactis*
> *Vicerunt nimium mendacia juſta rigorem.*

Cui ibidem paullò poſt *numeroſa Seditio* memorabilis conventus ad Epiſcopatui inferendum Martinum. Ut Animadverſiones noſtræ docent.

Sic fidele mendacium legimus apud alterum Paulinum iſto aliquot ſeculis antiquiorem, Natali Quinto Felicis.

> *famulis domini tuto fuit hoſpita tecto*
> *Cælatusq; pie cœcus illuſit iniquos,*
> *Fraude bonâ fallax animo mentita fideli.*

Sic benè *degenerem dixit* idem Paulinus lib. I. Martinidos.

> *Nobilior patribus, tam clarus qui patre Chriſto*
> *Sprevit ſacrilegos benè degener in Patre ritus.*

Sic injurioſè ſedulū Auſonius. Profeſſore III.

> *Amoris hoc crimen tui eſt*
> *Quod digna nequiens promere, officiū colo*
> *Injurioſè ſedulus.*

Qqqqqqq Sic

SicClaudiano certus error in aſtris agnoſcitur, Panegyrico Mallij *quam certus in aſtris Error* Sic *σωφροσύνα λύσαν* amorem, niſi fallor, vocat Anacreon. Sic *bellicoſam pacem* Marius Victor initio Comment. in Geneſin *Dum certãt plus pacis habent* Sic *liberius Servire* Sulpitius Severus libro I. Sacræ Hiſtoriæ quæ notabamus ſupra ad lib. I. v. LXX.

228. LACERTIS.] Manibus potius quam lacertis. Eſtq; de pilis dictum quæ extenſis Lacertis excutiebantur. Lucanus libro VII.

gelidusq; in viſcera ſanguis
Perculſa pietate coit, totaq; cohortes
Pila parata diu tenſis tenuere lacertis.

De excuſſione idem libr. IV. *Excuſſis umquam ferrum vibraſſe lacertis Pœnituit.*

230. VIBRATO IMPONERE FERRO.] Nihil difficultatis in hac lectione. Cum tamen Noſter liber, & omnes quotquot ſunt Belgæ, Aldusq; ſic legant *Quisnam audet ſtricto leges imponere ferro?* At ſeens Claveriani ex quibus nulla variatio indicatur. Nihil mutamus in vulgato. Par ſenſus apud Silium libro I.

notum quid cæde calentibus armis
Quantum ira liceat, metusque quid audeat enſis.

Et valde eam confirmat lectionem Lucanus, qui pariter de militibus imperatore pugnam detrectante libro VII.

Quod mundi gladios à ſanguine Cæſaris arces?
Vibrant tela manus, vix ſigna morantia quicquam exſpectat.

231. INFLAMMATA SEMEL NESCIT MITESCERE VIRTUS] Commodius fortaſſe hic verſus poſt tres, ſequentes nunc, poſitus legatur. Cum ſubjiciat cõgruè miles illud *Non patiar.* Sed in tanto librorum omnium conſenſu ſatius eſt nihil mutari. Quare *nec frigeſcere* illud, quod olim eruimus, nunc placet. Nec enim virtus philoſophica quæpiam aut animi beatitudinem concernens hic intelligenda eſt; ſed militaris potius ferocia & ira ſequens mucronem jam ſtrictum. Nam virtutis vocabulo Poetæ fortitudinem militarem, animum cædis hosticę avidum, contemtoremq; lucis, ſæpiſſimè indicant.

232. JAMJAM BARBARICOS.] Legunt omnes libri Belgici *Iam mihi* Quam lectionem ſequendam arbitror propter ea quæ ſequuntur. *Non patiar.* Itaque ante annos plus centum promulgavit Aldus Manutius. Suprà *Quis mihi nudatos enſes, quis tela lacertis Excutit?* Noſter vero Liber *pila* mutat hoc verſu in *tela*, cui merito refragamur. *Pilum* enim præcipuè Romanum telum & eo ante cætera exercebantur milites Romani, ut ſcribit Vegetius lib. II. c. XV. Deſcriptionem exactam habes apud Polybium lib. VI.

233. ULTROQUE MANUS MUCRONE FURENTE DUCITUR.] Quæ alioqui mucronem ducebat. Ita capiendum quod paullo antè ex Lucano produximus. *Vibrant tela manus* contrà communem enim legem ait manus à telis vibratas ut hic Claudianus *ductas*. Notum eſt Homeri illud

αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

Quod obſcœno ſenſu detorſit Juvenalis.

αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος.

Pariter Valerius Flaccus libro Quinto.

Iamque virum trahit ipſe chalybs.

Ducitur autem mitem tractionem notat, ut colorem *ducere* uvam dixit Virgilius. Et ita Seneca in Hercule Oeteo.

Ceſpes Tyrio mollior oſtro
Solet impavidos ducere ſomnos,
Aurea rumpunt tecta quietem.

Hoc eſt contrà quam aurea tecta quæ curis perpetuo plena ſunt quietem tyrannis invidẽt, homini pauperi & naturalibus bonis contento ipſa naturalis ſoleri amabilitas & ſecuritas ſomnos ducit. Nihil ita difficultatis in eo loco quem vir acutiſſimus Daniel Heinſius Barbariæ damnare voluit. Idem eſt ac ſi dixiſſet, trahunt, alliciunt, invitant. Quomodo eodem verbo infinitis locis uſi caſtigatiſſimi quique ſcriptores, quorum numero tamen ego eam

Tra-

Tragœdiam non cenſeam. Porrò nec obliterandum univerſum gregem Belgicorum Codicum *ultrixque manus* præferre, conſentiente & noſtro. At Claveriani, Aldusq; *ultro*. Nos τὸ *ultrix* cum Scaligero approbamus.

235. NON PATIAR.] Ex abrupto. Qualis ſermo indignationem præpingit. Conſuetudinem autem cædis hoſtilis indicat cum ait *ſiccum gladium vagina recuſat.* Ut Plauti Miles *cujus machæra gaudet fartum facere ex hoſtibus*, &c.

236. BELLI CIVILIS IMAGO.] Terror, formido. Virgil. *plurima mortis imago.* Valer. Flaccus lib. VI. *Qua Deus & melior belli reſpexit imago.*

237. CONSANGINEAS ACIES.] Ex Lucano & Papinio. *Olim*, tamdiu ut nullius diſſenſionis jam memoria exſtet.

238. NON DISSOCIABILE CORPUS.] Corpus, conjunctio plurium inter ſe congruentium. Sic Corpus operum Poeticorum Ulpianus cap. LII. de Legatis III *Si Homeri corpus ſit legatum & non ſit plenum, quantacunq; partes hodie invenientur, dabuntur. Nummorum* Alexander Severus cap. I. C. Inſt. de Noxal. Act. *Si exſtat corpus nummorum quos ablatos ex patris tui hereditate allegas.* Hoc eſt ſumma inviolata, corporis inſtar cui nullum ex mēbris deeſt. Ut hic militum ſic *naviculariorum* apud Arcadium & Honorium Impp. cap. XXIV. de Excuſat. Tut. *Artium omnium* Romæ conſtituta *corpora* in Alexandro, cujus modo reſcriptum poſuimus, auctor eſt Lampridius. Sic de Romano Imperio univerſo Corippus lib. II.

Romanum Imperium corpus benè ponitur unum
Compoſitum multis, quod fas eſt dicere, membris.

239. QUOLIBET IRE.] Probo lectionem MS. noſtri Codicis *quàlibet.* Plus enim eſt in iſto. Et pariter Editio Aldina.

240. HYBERBOREO DAMNATAM SIDERE THULEN.] Adeo quidem ut ἀρκτικωτάτην τῶν ὀνομαζομένων dicat Euſthatius ad Dionyſium, & toto hiberno tempore ibi Solem non videri. Vide eruditiſſimi viri J. Vadiani Commentarium in Tertium Melæ. *Sidus* conſtitutionem aeris notat, de quo pluribus ad Quartum Conſulatum.

241. INCENSAS LIBYÆ ARENAS.] Lege Lucanum libro IX.

242. STAGNA.] Oceanum. Aeneide. X. *quam magnus Orion Cum pedes incedit medii per maxima Nerei Stagna* At contra contemtim ille apud Lucanum libro II.

Oceanumq; vocans incerti ſtagna profundi.

Quaſi Oceano hoc indignum ſit ut ſtagni nomine cenſeatur.

244. CALCARE NOTUM.] Meridiem, Auſtralem terram. Cujus tanti receſſus ut poſt tot experimenta, & veteribus incredibilia itinera, ne nunc quidem pateat. Eam poſt terga etiam Noti collocat, gnarus nimirum Coſmographiæ non vulgariter, Lucanus lib. X.

liceat uſque ſub Arcton
Regnemus, Zephyriq; domos, terrasq; premamus
Flagrantis poſt terga Noti. cedemus in ortus Arſacidum Domino.

245. SECRETAQUE LITTORA NILI NASCENTIS.] Malè tam propinquo loco repetitur vox littoris Quare non inficior me aſſentiri unicò licet Codici Belgico qui ſuperiori verſu legit, *rubrique receſſus Aequoris.* Adeo in minimis etiam attendendis aliquādo operæpretium facimus. De Nili origine ne notemus facit qui cum duobus libellis inquiſivit Joannes Baptiſta Scortia.

245. MUNDUM POST TERGA RELINQUAM.] Quæ ſumma omnia itinerum ὑπερβολικῶς cenſebatur. Pedo Albinovanus in Navigatione Germanici ſuum mendacium ultrà extēdit. *Iam pridem poſt terga Diem Solemque relictum.* Etſi eo verſu nondum nos conjecturæ puerilis debet pœnitere *Diem ſollemne* Nam & incredibiliora ſunt quæ ſequūtur, & ταυτολογία manifeſta eſt in *SOLE* & *DIE.*

246. TENTORIA FIGET.] Ita omnes cæteri. Noſter ſolus, *ponet.*

247. HEIC PATRIA EST.] Fortiſſimi viri jam propinqui adfectibus, (ut poſterior ætas omnes caros ſanguine junctos appellavit) ſuis, ut amorem Ducis & virtutem ſuã demonſtrent, etiam Patriam ubiq; in ejus comitatu ſe habituros ajunt modo ne ab iis ſeparetur. Sic de fortiſſimis viris loquuntur egregij ſcriptores. Ovidius I. Faſt.

Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor
(patet.
Vt volucri vacuo quicquid in orbe

Ariſtophanes Pluto.

πατρὶς γὰρ ἐστι πᾶς' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Cicero Tuſculan. V *ad omnem rationem Teucri vox accommodari poteſt. Patria eſt ubicunq; cui benè eſt.* Oroſius de hominis Chriſtiani exemplo pulcrè lib. V. cap. II. *Mihi autem prima qualicunq; motus perturbatione fugienti, quia de confugiendi ſtatione ſecuro, ubique patria, ubiq; lex & relligio mea eſt.* Apollonius Tyanæus Epiſtolâ LII.

καὶ τοι οὐ λέληθεν ἡμᾶς ὡς καλῶς ἔχον ἐστὶ πᾶσαν τὴν γῆν πατρίδα νομίζειν, καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀδελφοὺς καὶ φίλους ὡς ἐν (ita emaculandum exiſtimo) γένος μὲν ὄντας θεοῦ, μιᾶς δὲ φύσεως.

Sic Crates Patriam ſe ſuam in animi magnitudine habere Alexandro reſpondebat, ſciſcitanti utrum ſuam illam teſtaurari vellet. Diogenes Laertius libro VI.

πρὸς ἀλέξανδρον πυθόμενον εἰ βούλεται αὐτοῦ τὴν πατρίδα ἀνορθωθῆναι, ἔφη, καὶ τί δεῖ; πάλιν γὰρ ἴσως ἀλέξανδρος ἄλλος αὐτὴν κατασκάψει. ἔχειν δὲ πατρίδα ἀδοξίαν καὶ πενίαν ἀνάλωτα τῇ τύχῃ. καὶ Διογένους εἶναι πολίτης ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ.

Sic ad neſcio quem Epiſcopum ſcribit Fauſtus Reienſis in Epiſtolis: *Gratias ad vos dum vobis de patriâ ſcribemus, qui nobis patriam in peregrinatione feciſtis qui indefeſſa liberalitate patria deſideria temperaſtis.* Et Ruricius, ſcriptor & prudens & doctus, libro II. Epiſtol IV. qua mortem filiæ ſuæ luget: *in unius neceſſitudinis gradu complurium mihi neceſſitudinum ſolatia ſublata ſuſpiro. Solam tamen patriam quæ mihi per ipſam acquiſita fuerat, non amittam. Qui hanc mihi potiſſimum terram quam illa corpore ſuo occupavit patriam judicabo.* Eodem pertinent divini verſus noſtri Poetæ, panegyrico Mallij ad Juſtitiam.

nitidus quiſquis te ſenſibus hauſit
Inruet intrepidus flammis, hiberna ſecabit
Aequora, confertos hoſtes ſuperabit inermis.
Ille vel Aethiopum fluvijs ſolabitur æſtus,
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aer.

248. AVIDAM DIFFERTE MANVM.] Vim, cædem, irruptionem. Valerius Flaccus libro VI.

in patrijs bellare pruinis
Prædarique juvat; talemque hanc accipe dextram,
Dixit, & Aedonis nutritum miſſile ventis Concitat.

249. CUMULUS.] A rebus facilè corruentibus. Vel innuit antea ſe gravatum invidia, ut hic velut cumulus omnibus cæteris accedat. Sed ego ſummam tanti Ducis Prudentiam innui exiſtimo, parcant animis, parcant manu rem exſequi, invidiam iſtius minacis balatronis ſuâ ſponte conciſuram. Cumulus arenæ congeries, facilis turbatu. Propertius lib. III. Elegiâ XV. *Me tegat arborea devia terra coma. Aut humet ignota cumulus vallatus arena.*

250. MIHI.] Meo commodo, fructu, emolumento. Lucretius ad Venerem *tibi rident æquora Ponti.* Plura ad Quartum Conſulatum Honorij.

250. JUVENTUS.] Militaris. Bello Gildonico pubem vocat. *notiſſima Marte Robora præcipuos electa pube manoplos.* Ibidem.

ſtant

ſtant circumfuſa juventus
Nixa haſtis, pronaſque ferox accomodat aures.

251. ITE MEI QUONDAM SOCII.] Miſerabilem abſceſſum fingit artifex militum animis tractandis. Qualem etiam capitalis hoſtis Zoſimus fatetur. Eſt vero ſimplicitas ficta ut vera in illo paſtoritio apud Maronem.

Ite meæ quondam, felix pecus, ite capellæ.

251. SOCII.] Commilitones. Ut ſolebant Imperatores appellare blandimento quopiam ſollemni ſuos milites, exemplis ubivis promptis. Pariter Imperatores Nerva & Trojanus apud Ulpianum capite IV. De Teſtamento Militis. Notanda eſt vox minus uſitata, ſed apprimè pulcra *Commilitium.* Salvianus libro I. de Gubernatione. *Agis iter ſine itinere, viatrix ſine via, prævio Deo, divino commilitio honorabilis.* Et *commiles* pro commilitone. Gloſſarium Cyrilli. Συϛρατιώτης *commiles.*

251. NEC PLURA LOCUTUS.] Velut dolore abſceſſus impeditus. Prudenter & cautè. Verba autem talia debent eſſe qualia deſcribit in Eodem Stilicone altero Laudum.

figenda quæ ſenſibus addis
Verba, quibus magni geminatur gratia doni.

Scilicet qualia *audita creſcunt in pectore*, quod, de amatrice ait Valerius Flaccus libro VII.

253. PEPULERUNT IGNE.] In Noſtro legitur: *repulerunt.* Ignis autem maxime Leoni infeſtus & odioſus. Oppianus Cyneget. IV.

ἔξοχα γὰρ δείδοικε πυρὸς μένος ἠΰ-
κομος λὶς
Οὐδ' ἐπιδεῖν τέτληκεν ἀζκαρδαμύ-
τοισιν ὀπωπαῖς,

Philes Iambis περὶ ζώων ἰδιότητος

ζώων δὲ πᾶν πόῤῥωθεν ἐκφυγὼν γέ-
νος
αὐτὸς τὸ πῦρ δέδοικεν, ὡς φύσει ζώων.

Plinius libro VIII. cap. XVI. Alii. Iubas inclinant patefacti, aut cedentes Leones. Papinius lib. II. Silv. V. timuere Leones, Tunc cunctis cecidere jubæ

254. LUMINA VELAT.] Non claudit, quod nimii foret terroris.

257. GALEASQUE SOLUTIS HUMECTAT LACRYMIS.] Unus inter omnes Manu exaratos libros *ſalutas* habet. Quæ ſcriptura mihi non aſpernabilis videtur, quamvis *ſolutæ lacrymæ* non abſurdæ ſint; immo ego in id inclino ut priorem genuinam exiſtimem, cum veriſimile ſit tanto amore in Ducem, ſolviſſe in gratiam diſcedentis & valedicentis galeas, & ita etiam ſolutas lacrymis perfudiſſe, quod ſane majorem earum copiam deſignat, quam ſi non fuiſſent ſolutæ. Notandum autem veterum galeas non omnes vultu aperto fuiſſe, ſed partem antiquiſſimarum penitus quoque clauſam, ut hodie ii gerunt quos Cataphractos ſive *Curaſſiers* appellant. Cui rei qui contradicunt inepte faciunt. Sic ſane lacrymæ galeati videri non poſſunt apud Papinium Thebaide X I. quas tamen Stiliconi oſtendiſſe credibile eſt Exercitum.

Solve genas, licent vultus fortaſſe ſupremum
Noſcere dilectos, & ad hæc lamenta videre
Anne fleas

Et clare Sidonius nares contectas docet de Roma. Pan. Anthemii.

incluſæ latuerunt caſſide turreis, &
Obtundit teneras circumdata faſcia nareis Ut galeæ cedant

Facies clauſas innuit expreſſe Alcimus Avitus libro V.

Incluſa galeis facies, & ferrea veſtis
Cinxerat iratas armorum luce tenebras

Colorem faciei præ galeis non viſum docet Silius Italicus libro XIV.

tenuata jacendo
Et maciem galeis abſcondunt ora, maluſque
Ne ſit ſpes hoſti, celatur caſſide pallor.

Quibus omnibus adducor ut unum illum Codicem velut aliis nonnullis locis ita & iſto veritatem nobis conſervaſſe exiſtimo. De communi autem galea tantum vultus veteri arma-

tura patebat. Valerius Flaccus libro VI. ultimo de Medea.

Semper inexpletis agnoſcit Iaſona curis.
Armaque, quique cava ſupereſt de caſſide vultus.

258. THORACVM.] Vnus liber Belga *Thorace.* Duo *thoraces.* Nihil mutamus.

260. AMOREM.] Ineptiſſima gloſſa eſt in MS. uno Suſiano. *belli.* Non enim de eo ſed de in ducem ſuo affectu incomparabili loquuntur milites.

261. TRADIS.] Deſeris, prodis velut & hoſti exponis. Vide ſuper hoc uſu hujus verbi Notat ad Quartum Conſulatum. v. LXXI.

261. TUAS DEXTRAS.] Tibi tam fideles. *Dextra* enim fidem innuit. Valerius Flaccus libro VII.

Haud tam mendacem promiſſa repoſcere Regem
Dignatur, nec ſi ipſe ſibi terga ingerat ultro
Qui pepigit, velit in pacem, dextramque reverti.

Alioquin dexteræ principum, viri ijs devoti & fidiſſimi. Poeta incertus in Obitum Mæcenatis.

Regis eras genus Etruſci, tu Cæſaris almi
Dextera, Romanæ tu Vigil urbis eras.

Sæpe Livius.

263. NOS ADEO VILES.] Simile in expoſtulatione Tydei cum Etheocle apud Papinium Thebaide Secunda.

horum miſeret quos ſanguine viles
Proijcis excidio bene Rex

Simillimum in altercatione militari cum Cæſare apud Lucanum libro V.

Quo te dure tulit virtus temeraria, Cæſar,
Aut qua nos viles animas in fata relinquens
Invitis ſpargenda dabas tua membra procellis.

QUID NOBIS PATRIAM.] Hac collocanda diſtinctio; & eſt abruptus ſermo. Quid, ait, nobis patriam recenſes? *Quid juvat,* &c. Nam alioquin τὸ *juvat* cum τῷ nobis componere eſt Solœciſmum orationi immittere. Militum pars Græca erat, quam relinquebat Stilico Græciæ ſuæ.

268. TE SINE DVLCE NIHIL.] Virgilianum lib. VII.

haud quicquam mihi dulce meorum
Te ſine, frater, erit

269. FORMIDATA TYRANNI TEMPESTAS.] Mores hominis improbi turbulentos, impuros, varios, ſævos, & truculentos, tempeſtati maritimæ comparat. Sic ſupra de eodem Rufino dixit Furia lib. I.

prodigium fluvis incertius undis.

271. AVT IMPACATIS.] Pacem exoſis Quatuor libri *implacatis.* De turpitudine Hunnorum ſupra ad librum primum.

272. FAMVLOS PRÆSTABIT.] Loquitur ex ambitione barbarica immanium illarum & ferarum gentium, quarum principes. Sic Attila Hunnorum Rex cum iraſceretur duces Romanorum ſervos ſuos appellabat, qui tamen ipſo dignitate non erant inferiores, etſi Principi Romano ſubjecti, ut ſcribit Priſcus ejus ævi Hiſtoricus.

ἤδη καὶ χαλεπαίνοντα εἰπεῖν ὡς ἐκείνῳ μὲν οἱ αὐτοῦ θεράποντες εἰσὶ στρατηγοὶ, αὐτῷ δὲ οἱ τοῖς βασιλεύουσι ῥωμαίων ὁμότιμοι.

Et paullo ante de eodem dixit. εἰ δὲ καὶ πάρθους καὶ Μήδους καὶ πέρσας προσαγάγοιτο, οὐκ ἔτι ῥωμαίων ἀνέξεσθαι τὴν αὐτοῦ σφίσι μένων ἀρχὴν, ἀλλὰ θεράποντας σαφῶς ἡγησάμενον χαλεπώτερα ἐπιτάξειν καὶ οὐκ ἀνεκτὰ ἐκείνοις ἐπιτάγματα.

Quid putas horum principem militibus non facturum, qui Duces Romanos pro ſervis habeat? Habebat autem tum temporis Attila titulum Romani Ducis, ut ex eodem Priſci fragmento apparet. Porro cum de Alanis hic loquatur in mentem mihi vocat Claudianus optimi

optimi ſuo ævo Poetæ Herici Altiſſiodorenſis verſus non inconcinnos, qui ejus gentis ducem temporibus Germani florentem, urſo, impacato pariter animanti, comparat, libro V.

Pertaſus tumida mores & crimina gentis
Vaſtandam rigidis tandem permiſit Alanis.
Rex erat his Eochar, quovis crudelior urſo.
Quid cædes memorem aut furialia facta tyranni? &c.

Eum nos Poetam cum cæteris ejuſdem generis quales ſunt Paulinus de Vita Martini, Gulielmus Brito, Joſephus Iſcanus, Beda, Aldhelmus, Walafridus Strabo, Alcuinus Flaccus, Hilpericus, Abbo, ſatis antiquus, quamquam Barbarior, Gunterus, princeps fere omnium talium, Auctor Belli Saxonici, Wipo, Saxo, Petrus de Riga, Henric° Mediolanenſis, Theodulfus Aurelianenſis, Frecülfus, Hincmarus, Bernardus Morlanenſis, Fulbertus, Petrus Bleſenſis, Rhabanus Maurus, Saliſberienſis, Galterus, Tortarius Mathæus Vindocinenſis, Arnulfus Lexovienſis, Alanus ab Inſula, Petrus Pictavenſis, Auctor Vitæ Caroli Magni, Auctor Fabularum, Hartmannus, Notkerus, Sangallenſes, Metellus, Hildebertus Cenomanenſis, Iuſtinus Lippienſis, & alii non pauci, Sexto volumine omnium Poetarum Corporis, cum ſuis Notis dabimus, cum cæteros uno junctim Gloſſario illuſtrare & in ora hominum reducere concluſum ſit.

272. PENVRIA FERRI.] Confidentia hæc loquentis pro omnibus unius militis ea eſt ut dicat malle ſe occidere Rufinum, quam exauctorationem ab eo exſpectare.

275. FIDEM.] Sacramento militari datam. Ejus formulam antiquam habes apud Gellium libro XVI. cap IV. Notarunt uberrim Militiæ Romanæ Illuſtratores.

277. TIBI DEBITA PRIDEM VICTIMA.] Quaſi ex pacto quopiam aut conſponſione. Sic Virgilius libro XII.

Turnum jam debent hæc mihi ſacra.

Zeno Veronenſis ſcriptor adeo doctus & acutus ut eum Appuleium ego Chriſtianum nominare ſoleam Sermone de S. Arcadio: *Arcadius hujus inopinati ſacrilegii horrore perculſus paululum diſtulit pugnam jam debitus ad coronam.* Valerius Flaccus. *debitus Aeau dux Theſſalus appulit oris.* Lucanus libro VIII. *ceu pridem debita fatis Aſſyrius, trahitur cladu captiva vetuſta.* Victimam dixit quia Heroum iræ victimis placabantur. Alibi Stiliconem Theodoſio integras gentes ſacrificas ſe ait, non paucos juvenes, inſtar Achillis aut Auguſti.

278. LONGE.] E longinquo. Alibi de uſu hujus vocis.

279. TANGEBAT MACETVM FINES.] Macedonia tum erat inter provincias XIX. quibus Illyricum cenſebatur. Notitia Provinciarū; In quo libello multa adhuc ſunt parum lucentia. Ut cum VI. Thraciæ provincias ponit, quarum una Scythia, altera Europa. Contrahendum enim numerum res ipſa clamat & ex VI. V. faciendum. Europæa enim Scythia una tantum provincia eſt, cum in Aſiaticam & hanc immanis illa regio dividatur, ut ex iis auctoribus, vides quos ad ſuperiorem librum verſu CCCXXIII. notamus. *Macetum* autem Macedonum, Macetia, Macedonia. Heſychius: μακετία μακεδονία. Gratius Cynegetico.

Quid Macetum immenſos libeat ſe dicere contos?

Alii *Macetiam* partem Macedoniæ fuiſſe tradunt, ut Marſyas Hiſtoricus apud Conſtantinum Porphyrogenetem libro II. Thematum cap. II. In Præfectura autem Macedonia duplex erat, ſub Conciliario altera urbium. XXXI. Altera ſub duce, Urbium VIII. de qua utraque idem Conſtantinus.

280. THESSALONICA TUOS.] Prima hæc omnium urbium à Conſtantino modo nominato Imperatore collocatur. De hujus ſplendore Julianus adhuc Chriſto militans Orat II. ad Conſtantinum.

μακεδόνες ἢ ἁπάντων ἦρχον, ὧν ἐπ' ἐκείνῳ

ἐκείνῳ κτησάμενοι πόλεων καὶ ἐθνῶν ἔτυχεν, ἄρ' οὖν ἔτι χρὴ δεῖξαι μειζόνων τεκμηρίων δηλοῦν ὡς ἔνδοξος μὲν ἡ Μακεδόνων καὶ μεγάλη τὸ πρόσθεν γένοιτο, ταύτης δὲ αὐτῆς τὸ κράτιστον ἡ πόλις ἐκείνη, ἣν ἀνέστησαν πεσόντων, οἶμαι, Θετταλῶν τῆς κατ' ἐκείνων ἐπώνυμον νίκης.

Civitatem Ampliſſimam & Macedoniæ principem vocat Nicefoꝛus Gregoras libro Secundo. In hac Rufinum cæſum, vel prope eam ſane, prolixe errat cum ſcribit in prolegomenis Auguſtini, vir doctiſſimus, Ludovicus Vives. Quarum enim itineris recenſet abhinc Claudianus à militibus confectum, quam is in eorum conſpectum venerit? Et diſerte Marcellinus Comes: *Rufinus Patricius Archadio principi inſidias tendens Alaricum Gothorum Regem miſſis ei clam pecuniis, infeſtum Reipublicæ fecit, & in Græciam miſit. Porro detecto dolo ſuo Rufinus ab Italicis militibus olim cum Gaina Comite Archadio miſſis ante portas urbis merito trucidatus eſt. Caput ejus manusq; dextra per totam Conſtantinopolim demonſtrata.* Zoſimus libro V.

τῶν δὲ στρατιωτῶν ἤδη πλησίον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὄντων φθάσας ὁ Γαΐνης ἀπήγγειλεν Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν.

Errat in eadem hiſtoria inſigniter Georgius Cedrenus, ſcriptor oſitans magis quam diligens, qui Rufinum inter eos collocat quos moriturum Arcadium dicit morti tradidiſſe. Quæ ſane intolerabilis hallucinatio eſt. De Conſtantinopoli pariter Iornandes in Succeſſionibus. *Rufinus ab Italia militibus Arcadio cum Gaina Comite miſſis ante portas urbis detruncatus eſt. Caput ejus cum dextera manu Conſtantinopoli ad ludibrium circumductum.* Paullus Diaconus libro XIII. *Dum Imperator Arcadius ſecundum conſuetudinem ad portas (Conſtantinopolis) occurriſſet exercitui remeanti, tunc milites Rufinum præfectum Imperatoris peremerunt.* Quæ verba eadem omnia retinuit Freculphus Tomo II. libro V. cap. I. Clarius Otho Friſingenſis libro IV. Hiſtor. cap. XX. *Rufinus vero poſtmodum detectus ante portas urbis, Conſtantinopolitana decollatur, caputq; ejus cum dextera manu ad ludibrium in urbe circumfertur.* Et quid attinet pluribus teſtimoniis uti?

281. SENSU DOLOR HÆRET IN ALTO ABDITUS.] Homericum, Iliade A. de Regibus.

εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι

Vitioſus autem hoc loco eſt Codex Noſter qui *ambitus* & *perſtruit* præ ſe fert. Belgæ ſaniores quorum nemo quippiam mutat.

282. VINDICTÆ PRÆSTRUIT IRAS.] Idem dicit libro I. Supra

commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum ſtimulando vulnus acerbat.

Quamvis in alia re.

283. SPECTATURQUE.] Exſpectatur, probatur. Omnia agit ne Stiliconem auctorem cædis faciat, ſed militem ſuaſponte eam patrantem.

284. CORDA MINANTIA.] Interiorem affectum & ſenſum.

285. TANTI CONSILIUM VULGI POTUISSE TACERI.] Modeſtus Compendio Rei Militaris: *Rare enim manet abſconditum quod ad notitiam multitudinis jam pervenit.*

287. MENTISQUE CALOREM.] IoMS. in noſtro *mortiſque* ſcriptum eſt. Locus licet à cæteris libris minime ſollicitetur, mihi jam olim tamen ſuſpectus eſt. Mentis calorem non rumpi. Nimirum in fervorem & iram quæ effutiat dicenda. Sed ſi *mentis Calor* Impetum

petum ſonat, rumpere aut erumpere dicendum erat. Immo calor mentis Temperiem ſonat ſuam, reticendo tanto negocio aptam. *Mentis calor* eſt fervidum propoſitum intra mentem conceptum; Sed quomodo id non rumpi dicit, dum ſiletur, cum faceſſatur facto non ſermone? nec rumpatur niſi effectu? Mentis calor, generoſitas, vigor, ejus. Petronius. *Nec perditis addictus obruat vino Mentis calorem*

288. SERMONE VIÆ.] Qualianimus laxari aſſolet, cum diu comites qui ſocium iter faciunt, Qui hunc neſcit, numquam comite idoneo ullibi iter fecit qui non cavit, ſæpe captus eſt.

289. TVRBAM.] Quomodo ſi univerſi conſcii fuerunt? Non enim erat hoc pacto cui effutirent, cum omnes idem propoſitum animo haberent. Sciendum affuiſſe Rufinum quoque partium aliquos, quod ſi non alios, eos certe qui Edictum Arcadii legionibus attulerant, quos duxiſſe exercitum duce abiente videri vult. Sed & hoc vanum eſt, Gainam enim virum ſtrenuiſſimum principem poſt Stiliconem hujus militiæ fuiſſe conſentiunt Hiſtorici.

290. ARCANVM POPVLO.] Acute. Qualia in hoc Poeta incomparabilis gratiæ ſunt, quia nec affectata nec nimia. At qui hunc paribus argumentis ſecuti, Sidonius. Ennodius. Fortunatus, cum viderent decorem, uſum neſcierunt, qui ſane neque in frequentia neque in affectatione integer manet. Populus agmen magnum quodvis notat, uti *populus ſtatuarum* apud Caſſiodorum libro VII. Epiſtola XIII. Vidde dicta ſupra.

291. RHODOPE.] Non ſolus mons cum hoc nomine cenſebatur. Sed & ex Provinciis Thraciæ ultima. Vide Notitiam earum, modo Laudatam.

291. THRACUMQUE PER ARDVA TENDVNT.] Vide Conſtantinum. II. Thematum cap. II.

292. HERCVLEI COGNOMINIS VRBEM.] Heracleam; quam ſecundam Thraciæ illuſtrium civitatum cenſet Conſtantinus modo nominato loco. Primam inter omnes hujus nominis, quarum XXIII. recenſet, ponit Stephani Epitomator. Et ea ſane hic capienda, non enim Herculeum nomen ſervabat Conſtantinopolis, quam maximi principis vocabulo tum floreutiſſimam, eo cenſere velle nomine, quo ultra viginti alia oppida paſſim nota erant, & præterea non ab ejus ipſius Herculis appellatione, ſed comitis tantum, quanta quæſo obſcuritas, ne quid aliud dicam? Sane interjungit iter agmine ad Heracleam delato Claudianus, & cum in eam urbem appuliſſet, jam demum certum victoriæ facit Rufinum, hominem conſcientia facinorum adeo timidum, ut non facile longinquo adhuc adverſarii milite fuerit rebus ſuis conſiſurus. Et Heraclea iſta non procul e at Byzantio. Spatium inter utramque nobilitatem cæde Aureliani, qui in via veteri ejus loci occiſus teſte Eutropio lib. IX.

293. MAGNA CERVICE.] Alibi enarratum. Stoliditatem hominis in duobus extremis proponit, nimia elatione, & nimio metu. Scitum eſt veterum Sapientum homines extreme audaces, extreme etiam timidos eſſe, contraque. Et hoc eſt quod Seneca paucis dicit Epiſtola LX. *Stultitia nil pacatum habet.* Apud quem multa alia Sic Papinius Theb. II. *cervixque recepto Sanguine magna redit*

294. OMNIA TVTA RATVS.] Adulatur Stiliconem. Vno enim illo abſente curſum integrum facinoribus ſuis ſpondet Ita Senex ille Gothus monitus ad Alaricum, Bello Getico.

ſitemnis Olympum
A magno Stilicone cave, qui ſemper iniquos
Fortuna famulante premit

295. SCEPTRVMQVE CAPESCERE.] Regnum ſive Imperium Conſtantinopolitanum. Sceptrum quod ejus partis principes geſtabant Regiorum inſtar cæterorum erat, præter quod in ſummo crucis effigiem habebat, ut videre licet in iconibus quas do-

ctiſſimi viri Nicephori Gregoræ Hiſtoriæ præfixerunt,

296. HORTATVR VOCE.] In membranis Noſtris viſitur *affatur*. Alterum probo.

297. VICIMVS, EXPVLIMVS.] Ἐπινίκιον velut ſibi ipſe canit. Paria Cicero poſt atrociſſimum hoſtem civitate expulſum Catilinariæ. II. initio. Quas orationes ego Philippicis etiam nobiliores, non magis in ore Antiquitatis fuiſſe ſæpius miratus ſum. Sed hujus cauſſa penes invidiam gloriationum ejus eſt. Riſi nuper incidens in duas contrarias nomine Catilinæ ſcriptas, quarum priorem egregie ſcilicet, ne de ingenuitate dubitaretur, excuſavit Editor Aſcenſius, ex tempore ſcriptam eſſe. Non nego tamen longe meliorem eſſe alteram, & ſatis, niſi fallor conjectura, veterem. Neque enim priſcis etiam ævitatibus defuerunt ingenia otioſa fingendis ludendiſque poſteritati moſtellis occupantia ſuam quietem. Nec parum vereor ne Portius noſter Latro ejuſdem farinæ ſit.

300. QVIS FERAT ARMATVM.] Vſurpavit hoc, Saresburienſis vulgo hodie audiens Joannes, in Euthetico, ut ipſe inſcripſit eam Elegiam, ad librum Policraticum.

> *Quis ferat armatam quæ ſola triumphat inermis,*
> *Armatamque manum vincere ſola ſolet.*

Sic enim legendum illud diſtichon verſu CCXLIX. Simile etiam in Epigrammate Quadrageſimo primo Auſonii *Cui Venus, armatam tu me, temeraria, temnis? Quæ quo te vici tempore nuda fui.* Verſu retro ab hoc tertio membranæ Bentinianæ prætulerunt *poſcere* vicem τῷ *vincere*. Sed non eſt opus mutatione.

302. INCASSVM STILICO.] Vnæ membranæ Belgicæ. *in caſum* Sane ſuſpicio non de nihilo ſit aliud quid delitescere. Cum illud *Inane* Stiliconis audaciam notat.

304. NE SOSPITE RVPES.] Bentimanus liber. *me conſule* Nihil mutandum. Dum enim vita ſibi integra fuerit, Stiliconem Italia ſua deinceps manſurum ait.

306. QVARE FERAX ENSEM.] Virgil. *non me tua fervida terrent Dicta ferox*

308. QVISQVAM CONATVS ADIRE HAS JACTAT VITASSE MANVS.] Adire manus noſtras. Noſtram potentiam ſollicitare. Plautina phraſis non multum huic abſimilis cui *adire manū* fere ſoli inter omnes Latinos ſcriptores valet decipere quempiam. Non repeto hic quæ ſcripſi Adverſar. libro XXIV. cap. V.

309. ORBE TE MEDIO.] Græcia meditullium fere Romani Imperii.

310. NVNC EPVLAS TEMPVS SOCII.] Non ſolum de privatis quibuſdam epulis loquitur maſtigia, ſed de publicis populo dandis; ad novi, quem ſibi bona fide ſpondet, Principatus fauſtum & favorabile initium ſcilicet. Populo enim epulum, militibus donativum ſpondet, inſtar Principum priorum. Suetonius Tiberio cap. XXI. *Prandium deinde populo mille menſis, & congiarium trecenos nummos viritim dedit.* Immo & congiario ipſi quandoque carnes addebantur. Lampridius Alexandro: *Congiarium populo ter dedit, donativum militibus ter. carnem populo addidit.* Notatum ὅλῳ ϑύλακι alii,

311. DONANDVMQVE NOVIS LEGIONIBVS AVRVM.] Tanta horum donativorum vis atque conſuetudo fuit, ut iis fere Imperatorum & auctoritas & vita ipſa cenſeretur, militibus præſertim Vrbanis, & inter hos Prætorianis, in eos faventibus qui pecunioſi eſſent & largi. Plena omnis hiſtoria Auguſta. Ampliſſimas ſummas talibus inſumtas patet exemplo Marci & Veri Antoninorum, quos ſingulis militibus vicena millia nummum auſpicio Imperii donaſſe auctor eſt Iulius Capitolinus. Eas donationes ſingulis poſt annis, ineunte vere nimirum, repetitas docet Theophylactus libro III. Hiſtor. capite IV.

312. OPPORTVNA MEIS.] Aug[illegible] ſto nimirum de more exercitui ex Occid[illegible] redituro obviam ituro Eam conſuetud[illegible] Principum cum ex aliis licet diſcere, tum ex [illegible] ipſa

ipſa hiſtoria. Paullus Diaconus lib. XIII. *Dum Imperator Arcadius ſecundum conſuetudinem ad portas urbis occurreret exercitui remeanti milites Rufinum Præfectum Imperatoris peremerunt.* Quæ verba ille deſcripſit ex Epiphanio Scholaſtico Tripartitæ libro X. cap. I. iſte vero ex Socrate. Porro ad ambitionem hanc hominis infandi melius præpingendam ſtatura quoque ejus & forma apprimè facit, quam utramque inſignem fuiſſe auctor eſt Nicephorus Calliſti libro XIII. cap. I. ex Antiquioribus.

313. QVOD NOLIT REX IPSE VELIT] Tantum jam ſibi tribuit ſceleratus homo, ut exercitu circumfundere principem & participationem Imperii extorquere præſumat. Atque hoc eſt quod inſidiis Arcadium appetiſſe dicit Marcellinus Comes, cujus verba ſupra ad verſum CCLXXX. à nobis propoſita ſunt. Omnes libri hunc verſum agnoſcunt, citra quos ſuſpectum forte habeam; Et poſſit abeſſe; ſapit Sophiſtam aliquem aut hominem de ſchola ſequiorum temporum. Nunc non ſollicito.

314. REX.] Imperator. Princeps. Ita *Regia mandata* dixit ſupra, & ſæpius alibi: *Regia Vrbs* Conſtantinopolis ſæpè Iuſtiniano, quomodo non raro ſcriptores Panegyricorum. Apud Græcos frequentius Βαςιλεὺς quam apud Latinos Rex principem Romanum ſonat. Notaſſe & abſtinuiſſe Latini aliquamdiu videntur, quia exactis vrbe regibus cautum diriſque devotionibus ſancitum, ne quis ſe ejus gentis REGEM appellaret, ut præter alios, & ex aliis, ſcribit Appianus, veterum ſcriptorum Eclogarius, nec tamen inprudens libro II. Εμφυλ. Nec defuit ſua vis imprecationibus majorum ad poſteros. Quo enim tempore barbara Regum Iura & Mores & tyrannici cum diademate (quam exſecrabilem faſciam vocat moritura conjux Mithradatis Mommia, apud Plutarchum in Lucullo.) animos Romanos in Orientalem faſtum mutarunt, eo potiſſimum labefieri imperium & retro diſciplina cum ſua ferri cæpit. Dixi raro Latinos Principes Romanos Regio nomine cenſere, ſed memini tamen legere, etiam primis temporibus. Valerius Flaccus libro VI.

> *Romanas veluti ſæviſſima cum legiones*
> *Tiſiphone, Regeſque movet; quarum agmina pilis*
> *Quorum Aquilis utrimque micant*

Auctor Collectionis Chronologicæ ex Idacio, Theromacho, aliis, quem edidit H. Caniſius libro II. *Romanorum ſecundus poſt Iulium ſingulare Octavius aſſumit Imperium, qui primum Auguſtus Cæſar appellatus eſt. Regnavit annos LXII. menſes VI. Poſt quem Auguſti appellati ſunt Reges Romanorum.* Auguſtinus Confeſſion. lib. IX. cap. VII. *annus erat aut non multo amplius cum Iuſtina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequeretur.* Hilarius fragmentis Hiſtoricis: *hocque renovatum, quo etiam in Romani Imperii provinciis quies carpitur, Rex angitur, palatium fervet, Epiſcopi circumcurſant, officiales volitant.* Paulinus Iunior ſive Benedictus ſimul, ſive Petrocorius ſolum, certe Nolano longe Iunior, libro I. Martin.

> *Ordine tranſcurſo ſanctus de more citatur,*
> *Reſpuit inſtantis præſentia munera Regis.*

Ibidem ait Martinus.

> *Trade aliis, princeps, terrena hæc munera, nummo*
> *Me majora manent majoris præmia Regis.*

Non ergo neque poteſtas Romanis principibus Regia, neque nomen ipſum, licet devotatum majoribus defuit, ut nos olim aſſeruimus, & Eruditiſſimus Dauſqueius Notis ad Baſilium Seleucienſem cenſuit. Græcis autem nulla cautione idem *Rex* qui Imperator, etiam cum de primis illis loquuntur, qui cum poteſtatem ſupra omnia quæſiſſent, nomen tamen abhorrebant. Gregorius Nyſſenus in vita Gregorii Thaumaturgi.

ἡ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου πόλις ἐστὶν, ἣν βασιλεύς τις ἐπίσημος τῶν τὴν ἀρχὴν τοῦ

ῥωμαίοις κρατυνομένων, καίσαρ τὸ ὄνομα, ἔρωτι καὶ πόθῳ τῆς χώρας ἀλλὰς ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Νεοκαισάρειαν καλεῖσθαι ἠξίωσε.

Oppianus de M. Antonino Halieut.I. καὶ πατρὶ καὶ υἱεῖ παμβασιλῆος. Ariſtides, Lucianus, alii; Nam Græcorum Principum pleniſſimæ ſunt hiſtoriæ. Et ita Reges appellantur iidem à Latinis etiam ævi ultimi auctoribus. Sangallenſis Monachus libro II. de Vita Caroli Magni.

317. PERPETVIS CREVERE RAPINIS.] Conſtanter ita cæteri codices At Noſter diſertis litteris *perpetuis nituere rapinis* Quæ lectio nihili non eſt. *Nituere*, pinguedinem hominum peſſimorum & in criminoſis factis ſaginam notat.

> *Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes*
> *Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.*

Nec tamen mutationis auctor ſim. Illud alterum enim ad dignitates pertinet, quas vendidiſſe ſui ſimilibus tradit Rufinum ſuperiore libro. Vtrumque poteſt Poetæ eſſe.

319. DELICTA FUERE NEXUS AMICITIÆ.] *Connexi* dicuntur animis maxime conſentientibus amici, Nexus, amicitia ipſa. Ruricius lib II. Epiſt.I. *Charitatis integra ſincera transfuſio cujus ego vinculis colligatum à vobis eſſe gaudeo, & talibus catenis vinctus exſulto.* Paullinus ad Nicetam.

> *ſola regione linquis*
> *Semper adnexa ſine fine tecum Mente futuros*

Vigilius Pontifex Romanus apud Victorem Tunnunenſem. *Orate pro me fratres in Chriſti Dei noſtri caritate connexi.* Venantius lib IX. *Fœmina chara ſibi mente nexa.* Iotſaldus Monachus: *Qui tibi præcipui nodis cingebar amoris.* Paullus Oroſius præf. *generali amori tuo ſpeciali amore meo connexus, voluntati tuæ parui* Alii infiniti. Paria autem de egregiis ſodalitiis Eutropii Eunuchii, & Gildonis Africæ uſurpatoris alibi ſcribit.

321. QVAS DEVORET VRBES.] Ciceronianum. Pro domo ſua. *Non enim te arbitror cum poſt meum diſceſſum, omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus, & tetrarcharum ac regum bona, ſpe & avaritia devoraſſes, & argenti & ſupellectilis meæ cupiditate eſſe cæcatum.* Idem libro III in Verrem. *non reperietis hominem timide nec leviter hæc improbiſſima lucra ligurientem; Devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit.* Catullus.

> *Quid hunc malum, fovetis, aut quid hic poteſt*
> *Niſi uncta devorare patrimonia.*

Et eſt Græcanicum, vigetque vulgatibus verbis apud Germanos, quorum lingua omnium translationum tranſmarinarum eſt capaciſſima & amantiſſima.

324. LABORES.] Quibus fine non ſunt umquam mortales niſi cum dormiunt Exemplum eſt Maronis Aeneide XI.

> *Aurora interea miſeris mortalibus almam*
> *Extulerat lucem, referens opera atque labores.*

Alia notamus alio loco. Sequentibus verſibus eum præter τὸ *ager* quod plerique in *agrum* mutant, nobis tamen renitentibus, codices Belgæ nihil varient, Noſter tamen miras turbas facit. Sic enim Sex iſtis verſibus in eo exaratur.

> *Nox gremio, nigraſque ſoper diffuderat alas,*
> *Ille diu A curis animum ſtimulantibus agrum*
> *Labitur in ſonnos: vix toto corde quierat,*
> *Ecce videt diras alludere protinus Vmbras,*
> *Quas dedit ipſe neci: quarum quæ ſæviter una*
> *Viſa loco, proſurge tero; quod plurima velvit.*

Sonnos quidem ſemper ille ſcribit. In cæteris nihil mutandum arbitror.

325. GRE-

325. GREMIO.] Velut veſtis aliquo gremio involvens. Eleganter eamdem rem extulit Juvencus Poeta ſponte ſua ſimplicior, non tamen improbus, initio libri II.

Iamque dies prono decedens lumine pontum
Inciderat, furvamq; ſuper nox cærula pallam
Sidereis pictam peplis per inane trahebat.

Quibus verſibus nihil concinnius ad tantam rem exprimendam in ſumma ſimplicitate dici poterat. Plurima talia in eo auctore: *Gremio* noſter ſummam quietem circumloquitur. Ut alibi. *gremium pacis dixit. Iamq; iter in gremio pacis ſollemne parabant. Ad muros Ancyra tuos.*

326. ILLE DIU CARIS ANIMUM STIMULANTIBUS ÆGER.] Veriſſima hæc eſt lectio contrà Quinque libros veteres qui *ægrum* habent. Unus vero *ægrè*, unde apparet eruditionem vulgatam ſcripturam non percepiſſe librarios. Sed & illud *ægre* non eſt ſpernendum. Hæ ſunt ſtimulatrices illæ quæ beatitudine exuunt animum vel in medijs divitijs, quibus infeſtiores etiam deprehenduntur. Lucretius venuſtè, libr. Secundo.

Reveraque metus hominum curæque ſequaces
Nec metuunt ſonitus armorum, nec fera tela,
Audacterq; inter Reges rerumq; potentes
Verſantur, neque fulgorem reverentur ab auro
Nec clarum veſtis ſplendorem purpureai.

Quod autem animum ægrum illi, qui ſummas divitias jam eo concipiebat, facit, par eſt illi apud Senecam Epiſt. XVII. *Nihil refert utrum animus æger in divitijs an in paupertate ponatur, malum ſuum illum ſequitur.* Vulgatam ſcripturam ideo tueor quia *ægre* & *labi* non admodum congruere videntur. Sed ſequitur lapſus ille in ſomnum diuturnas curas. Sic *toto corde* mox dicit, quia velut in partes illud tot curarum agmina patiebantur. Pariter Lucanus de illis qui Pompejum vicerant, unde quidem manes illos Rufinum infeſtantes expreſſiſſe videtur Claudianus ſequenti periodo. libro VII. *inque parentum*

Inque toris fratrum poſuerunt membra nocentes,
Quos agitat veſana quies, ſomnique furentes,
Theſſalicam miſeri verſant in pectore pugnam
Invigilat cunctis ſævum ſcelus, armaque tota
Mente agitant, capuloque manus abſente moventur.
Ingemuiſſe putes campos, terramq; nocentem
Inſpiraſſe animas, infectumque æthera totum
Manibus, & ſuperam Stygiâ formidine noctem.

330. VISA LOQUI.] Audita potius. Notat loquendi morem ad præſtantiam viſus declarandam Claudianus Mamertus li. I. cap. VI. Solent Poetæ duos hos ſenſus commutare. Sic Muſæus ſuaviſſimo Poematio.

Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω,
Λύχνον ὑπαγγέλλοντα διακτορίην Ἀφροδίτης.

Sane Lychnum audire non poterat, videre autem imaginatione naturam ſequente. Lucretius libro IV.

Sex etiam & ſeptem loca vidi reddere voces
Unam cum jaceres.

Quod ſanè oculis videre non poterat. Virgilius Aeneide III. *immania monſtra*

Perferimus, nec quæ ſonitum det cauſſa, videmus.

Sic *cæcum* qui audiri non poteſt, nec ante diſtingui. Ut cæcum murmur apud noſtrum Poetam. Valerius Flaccus libro II.

coit è ſparſo concita mapali.
Agreſtum manus, & cæco clamore coloni

Vide ad Papinium lib. II. v. 101. Theb.

333. LÆTI MANIBUS PORTABERE VULGI.] More Principum recens creatorum. IV. Conſul.

quanta miracula pompa (mictu
Vidimus, Auſonio cum jam ſuccinctus a-
Per Ligurum populos ſolito cõſpectior ires,
Atq; inter niveas altè veherere cohortes.
Obnixiuque ſimul pubes electa lacertu
Sidereum geſtaret onus.

In Noſtro *latis* quod non attendimus. Levationem iſtam pluribus illuſtrarunt Petrus Pithæus in Adverſarijs, & ab illo alij.

334. CANIT AMBAGES.] Canere de omnibus præſagijs dicitur. Vide ad Phæbadium.

337. FESTINAMQUE ROTAM.] Etiam hoc ſacratum Scripturarum eſt, ubi veritas per os B. Apoſtoli affirmat creaturam omnem cœleſtem, utputa Solem & tales cæteras in viras ſervire vanitati, regnanti in vitioſis hominum moribus, & ſuſpirare ad ſolutionem è miniſterio rerum impiarum. Paullus ad Romanos. VIII. contra tardiorem. Oceano exire Solem ob imminentem ſtragem Pharſalicam facit Lucanus libro VII.

Segnior Oceano quam lex æterna vocabat
Luctificus Titan numquam magis æthera
contrà
Egit equos.

Similem locum habes & in Panegyrico Latini Pacati. Item Statium lib. V. v. CLXXVII. Pulcris verſibus etiam Gunterus initio lib. IV. Ligurini.

338. DENSÆQUE CAPACIA TURBÆ ATRIA.] Romanis atria ita diſpoſita, ut pluribus interſtitijs admiſſos in prima loca ſuſtinerent ab ulterioribus. Neque id alia ratione, quam ut amici ſalutatum venientes aliis alijs propius admitterentur; diſtinxerãt enim eorum agmina, & pro affectu ingenti habebatur propius Patronum accedere poſſe. Seneca de Beneficijs libro VI. cap. XXXIII. *Eſt proprium ſuperbiæ magno æſtimare introitum ac tactum ſui liminis, pro honore dare ut oſtio ſuo propius aſſideas, ut gradum prior intrà domum ponas, in quâ deinceps multa ſunt oſtia, quæ receptos quoq; excludunt. Apud nos primi omnium Gracchus & mox Livius Druſus inſtituerunt ſegregare turbam ſuam, & alios in ſecretum recipere, alios cum pluribus, alios cum univerſis. Habuerunt itaq; iſti amicos primos, habuerunt & ſecundos, neutros veros. Amicum vocas, cuius diſponitur ſalutatio, aut poteſt tibi hujus patere fides qui per fores malignè apertas non intrat, ſed illabitur?* Mox de ingenti turba ſubjicit, quæ oſtia illa obſidebant. *Ad quemcumque iſtorum veneris quorum ſalutatio urbem concutit, ſcito, etiamſi animadverteris obſeſſos ingenti frequentia vicos, & commeantium in utramque partem catervis itinera compreſſa; tamen venire te in locum hominibus plenum amicis vacuum. In pectore amicus, non in atrio quæritur.*

339. INSCRIBI PROPRIIS AURUM FATALE.] *Fatale* vocat quia nemini licebat niſi Imperatori effigiem ſuam nummis inpingere. Rufinus non ſperabat aliter rẽ caſuram, quam ut particeps Imperij declaratus ipſe, domum rediens militi donativum, Populo epulum, ob initia principatus, daret. Huic Regio privilegio aptabat omnia, etiam nummos ſua imagine percuti faciebat, quos rediens jactaret in vulgus, & militi donaret. Quare quam hic prærogativam Præfecti Prætorio dicat Stephanus Claverius ego non video, ſi tamen ſententiam ejus aſſequor, perplexè enim, ut ſolet, loquitur. Hunc autem novorum principum morem ſatis clarè nos docet Ammianus libro XXVI. ubi Procopius recens imperium ſumſerat: *Adiungit his aliud veloci diligentia maturandum & electi quidam ad capeſſendum Illyricum miſſi ſunt, nulla præter petulantiam adjumento confiſi, aureos ſcilicet nummos effigiatos in vultum novi Principis aliaq; ad illecebras aptantes.* Sed quid opus alijs congeſtis, cum fatale aurum non alia ratione dicatur, quam quia immobile ſolius Principis in eo privilegium. De Sparſione notiſſimum. Donativum ſua manu dediſſe Imperatores ſuſpicor ex Juliani facto, & verbis Theodoreti Hiſtor Eccleſ. lib. III. cap. XV.

τοῖς ςρατιωτικοῖς καταλόγοις κτ̃ τὸ παλαιὸν ἔθος διανέμων χρυσίον ἐκαθέζετο μὲν αὐτὸς ἐπὶ θρόνου βασιλικοῦ. προσέταξε δὲ τὸ χρυσίον κομιζόμενον ἕκαςον πρότερον ἐπιβαλεῖν τῷ βωμῷ τὸν λιβανωτὸν, εἶτα χρυσίον παρὰ τῆς αὐτοῦ κομίσαϛαι δεξιᾶς.

Alia notarunt eruditiſſimi viri qui tale ferè nihil non excuſſerunt, quare & uno alteroque locis indicatis nos alio movemus calamum.

FIGURIS.] Effigie capitis. Nam alioquin aut Numinum aliquorum figuris, aut judiciis rerum feliciter geſtarum nummi inſigniebantur. Scitè has tales figuras *ægnimata* appellat Prudentius, Hymno Laurentij.

Is ipſe tantum non habet
Argenteorum ænigmatum Auguſtus.

Nequaquam enim aſſentior Georgio Fabritio, vitioſos eo loco eſſe Prudentij codices. Etſi enim in libris eruditorum alia res ſit *ænigma*, locutione tamen publica aliò quoq; detortum fuit, adeoq. figuram, typumque, ſignificavit; ut apud eumdem Poetam in Hymno funebri.

Non immemor ille requiret
Sua munera fautor & auctor
Propriique ænigmata vultus.

Iſidorus Magiſter in Gloſſis. *Aenigma. figura, typus, ſpecies.* Apage etiam Nebriſſenſem qui *ſchemata* aut *emblemata* ſubſtituere voluit. Nec Victoris Giſelini placet interventio, ob obſcuritatem rerum vulgo velut ænigmatum. Sed ænigma quia proponitur id quod non vides ita tamen ut per id quod video, illud verum quod abeſt mente concipis, revera Figura, nomiſma, ænigmatis nomine cenſetur. Eam veri abſentis in ænigmatis voce ſignificationem ſecuti veteres Latini *Prodigium* aut *monſtrum*, ab indicijs rei vocaverunt, ut docet Gloſſæ Cyrilli, ſibi et eruditæ Antiquitatis inſignis theſaurus. αἴνιγμα, *Prodigium.* Αἰνιγματώδης *Monſtruoſus* Prodigia enim dicta velut prodicia, ut Prodigiatores prædictores,

Haruſpices, uti auctor eſt Verrius Flaccus, à quibus indicia rerum petebantur.

343. SALUTATUM REDUCES.] Eum honorem legionibus ab Imperatoribus habitam ſupra notavimus Ab alijs vero nationibus idem præſtabatur Romanis, ut gentium Dominis, Joſephus lib. XX. Antiquit. cap. VII. de Agrippa. *Quibus adhuc apud eum morantibus Marſus Syriæ præſes ſupervenit. Servans igitur debitam Romanis reverentiam, usque ad ſeptimum lapidem illi obviam proceſſit.*

344. PRINCIPE CELSIOR.] Animo magis elato, cujus ſigna inceſſu prodebat ſtolidus homo & impuræ arrogantiæ. Ita Papinius: *Exhauſtu Martem non altius armis Biſtonius portat ſonipes. Celſus* animi erectum notat, qualis conſtantia & erectio virtutem veram ſequitur. Vide Senecam lib. I. de Ira cap XVI *Celſitudinem* animi talem elationem appellat Ammianus Marcellinus lib. XXVI. Iracundorum autem & injurioſorum eſſe inceſſum celſitudinis cujuſpiam affectantem docet nos Emanuel Palæologus Imperator cap. LXX. Centum Sententiarum. At contra de Scipione cum Annibale pugnaturo Livius libro XXX. *adeo celſus hac corpore vultuq; ita læto ut viciſſe jam crederes, dicebat.*

345. COLLAQUE FOEMINEO JACTABAT MOLLIA GESTU.] Hæc eſt, ſcriptorum Belgicorum Noſtri, & Clavetianorum conſentiens ſcriptura, quibus accedit & Aldi, ſi qua eſt, auctoritas. Scaliger cum vulgatis nonnullis *geſtabat* tenuit. Quod non probamus, cum in iſto concinnior veriorq; lectio & ſenſus. *Iactabat* enim inſtabilitatem, mollibus aut fanaticis moribus congruam, ingerit Ut Lampridius in Abagabalo. *Matris etiam Deum ſacra accepit & adeo debacchatus eſt ut typum eriperet & alia ſacra quæ penitus habeantur condita. Iactavit autem caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi devinxit, & omnia fecit quæ Galli facere ſolent.* Vides cur jactationem colli fœmineis geſtibus aſcribat Claudianus, nimirum cinædico aliquo habitu velut in ſcenam ducens ſuum Rufinum. Erant pro-

proſtituti pudoris nebulones inter Romanos qui vulgo habitu inceſſuque agnoſcebantur, & geſtus omnes fœmineos aſſimilabant. Cælius Aurelianus Tardarum lib. IV. capite IX. *Denique volentes alliciunt veſte atque greſſu, & aliis fœmineis rebus, quæ ſunt à paſſionibus corporis aliena.* Qui idem doctiſſimus ſcriptor, verbum, ei negotio peculiare finxit, *fœminari* nimirum, eodem capite, quod revera omnem hanc Rufini geſtuoſitatem exprimit. Tales autem ſimilesve geſtus in mulieribus quoque vituperantur, unde *geſtuoſæ* dicuntur. Baſilius ſcriptor Latinus & Verus in Paræneticis. *Sapiens vir mulierem reſpuit geſtuoſam, ſtultus autem concupiſcens eam ſupplantatur.* Meretricios geſtus in ebrioſis vituperat Baſilius Magnus Homilia in Ebrietatem. Proinde & in viris inconcinna & mollis & ridicula, ut Galli loquuntur hodie, continentia. Emanuel Palæologus loco modo citato.

καὶ τὸ σοβεῖν καὶ ὑπερορᾶν καὶ τὸν ἄκαμπτον αὐχένα πανταχοῦ καὶ τὸ περιστρεφόμενον θρύπτεσθαι ἀλλήτεια, νινόμικε χλῶν καὶ χρυσοπτέρων ἀνθρώπων.

Ubi ſanè eruditè interpres Leunclavius *quos vocant delicatos geſtus.* Vide Heſychium. Eumdem hunc verſum noſter exprimit Epithalamio Honorij.

Celſæ poteſtatis ſpecies, non voce feroci
Non alto ſimulata gradu, non improba geſtu.

Sunt enim Geſtus, laſciviores improbioresq; motus. Martialis lib. VI. Epigr LXXI.

Edere laſcivos ad Bœtica cruſmata geſtus
Et Gaditanis ludere docta modis.

In inceſſu affectario quędam ſaltitationis, improbus geſtus eſt. Ammianus Marcellinus lib. XXVIII. *Ideoque pedes huc & illuc exſultando contorquens ſaltare non incedere videbatur, dum ſtudebat inter altaria celſius gradientis ut quidam memorant imitari Bracmanas.* Et apud hunc Rufinianus iſte typhus erat. Geſtus effœminati hiſtrionum referunt Plinius Cæcilius in Panegyrico: *Et quis jam locus miſeræ adulationis manebat? Cum laudes Imperatorum ludis etiam & comeſſationibus celebrarentur, ſaltarenturque, atq; in omne ludibrium effœminatis vocibus, modis, geſtibus, frangerentur.* Arrogantia Rufini iſtius inceſſu prodita ſimilem habuit in Attila Hunnorum truculentiſſimo Rege. Juvencus Cœlius Calanus: *Erat autem Attila Rex ſuperbus inceſſu huc & illac circumferens oculos, ita in omnibus ſuis arrogans ut quæ jactantia ſuperbia ex corporis geſtibus quibuscunque etiam incognitis facillimè agnoſceretur.* *Gradum geſtuoſum* appellat Appuleius lib. X. *ſaltitantium puellarum, quæ inſtar mannũ geſtu rem repræſentet. Nam pueri puellæq; virenti florentes ætatula forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi Græcanicam ſaltantes Pyrricham diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrabant.* Cujus loci meminiſſe debebat Ludovicus Carrio doctus homo, ſed valdè δοκησίσοφος cum in Notis ad Gellium lib. I. cap. V. τὸ *geſtuoſus* nuſquam legiſſe memorat. Ætas ſequior ab hac geſtuoſitate arrogantium, *geſtionem* pro inepta exultatione, & incongrua geſticulatione videtur cœpiſſe. Sic Sangallenſis Monachus cap. XXII. lib. I. de geſtis Caroli Magni. *Tunc ille inani geſtione perflatus dixit coram omnibus, nunc apparet Sanctitas mea.* Is Auctor etſi barbarioris eloquii, fabuloſus etiam ſit plerumque, multa nos tamen ad ejus ævi mores & aulas pertinentia docere poteſt, neſcio unde alioquin haurienda.

346. TEGERET CEV PVRPVRA DVDVM CORPVS] Ita Belgæ libri conſenſu, & vulgati pleriq; cum Aldo. At Claverius *totum*, edidit, Noſter habet *nudum* Ego vulgatam ſequor, præcipuè cum Scaligerum retinuiſſe videam, alioquin Claverianis addictiorem. Quaſi dudum jam, ait, purpura Imperatoria inſignitus, & ita jam Imperij ſecurus, nec ambiguam adhuc ſpem fovens.

347. AMBIRENT ARDENTES TEMPORA GEMMÆ.] De diademate loquitur quod gemmis cultum fuiſſe notũ ex nummis Imperatorum. Hunc autem ordinẽ verborum omnes

omnes Belgæ libri cum Noſtro faciunt. vulgo *ardentes ambirent*. Quod Poeticis auribus neſcio quod vulgarius ſonat. Aldus ut MSS. noſtri. *Timpora* unus eorumdem MSS. agnoſcit, ad obſervandam differentiam inter ſignificatus diverſos, de quibus vide Iſidorum Differentijs.

349. ORNATU FULGIDA FERRI.] Omnes noſtri libri *Martis*. Et ſanè ornatus Martis potius eſt quam ferri, acies inſtructa omnibus ſuis ordinibus, ut Martem ipſum exigere atque inde voluptatem capere cenſeas. Conſentit etiam hic libris noſtris Aldus, nec video cur Claverium & Scaligerum cum vulgo potius ſequamur. In τῷ *fulgida* librariorum veterum miræ nugæ. Pars enim *lurida*, pars *lucida* repoſuit. Nos cum noſtris membranis nihil mutamus, aſſentientibus & cæteris. Cataphracti fulgentes apud Ammianum libro XX. *Et eam armaturam praſtringiſſe oculos tuentium* teſtatur idem libro XXIV.

351. PRESSIS SEDARE LUPATIS.] Aliquis liber *ſudare:* ineptiſſimè. Nil attinet congerere loca ſimilia cum vbiq; apud Poetas obvia ſint.

352. SÆVUM CRISTATO VERTICE NUTANT.] Elegantiſſimè. Apparet enim in tot galeatum fulgentium criſtisq; nutantium majeſtate quadam militaris ſævitia. Non intellexit Noſtri Codicis exſcriptor qui *ſenium* expreſſit.

353. QUOS OPERIT FORMATQUE CALYBS.] Ut toti velut formati factiq; videantur ex chalybe. Sic alibi. VI. Conſulatu Honorij.

Vt chalybe indutos equites & in are latentes
Vid t cornipedes, quanam de gente rogabat
Ferrati venere viri? qua terra metallo
Naſcentes informat eques.

Et æreos equites hos appellati poſſe luculenta deſcriptione probat Libanius in Baſilico, cujus hæc verba ſunt:

πάντα δὲ διερευνώμενος, καὶ καταλιπὼν οὐδὲν ἀνεξέταστον, ἐπενόησεν ἱππικὸν ἄτρωτον, ὡς εἰπεῖν κατασκευάσασθαι, οὐ γὰρ ὅσον εἰς κράνος καὶ θώρακα, καὶ κνημῖδας τῷ παλαιῷ τρόπῳ τὴν ὅπλισιν ὥρισεν, οὐδ' ὅσον μετώπου καὶ στέρνων ἱππικῶν προβαλέσθαι χαλκόν. ἀλλ' ὥστε τὸν μὲν ἐκ κεφαλῆς εἰς ἄκρους πόδας, τὸν δὲ ἐκ κορυφῆς εἰς ἄκρας ὁπλὰς κεκαλύφθαι τοῖς φυλακτηρίοις. ὀφθαλμοῖς δὲ μόνοις ἀνεῷχθαι χώραν εἰς ὄψιν τῶν πραττομένων, καὶ ταῖς ἀναπνοαῖς τοῦ μὴ ἀποπνίγεσθαι. ἔφης ἂν τούτοις μᾶλλον πρέπειν τὴν τῶν χαλκῶν ἀνδρῶν προσηγορίαν, ἢ τοῖς παρ' Ἡροδότῳ στρατιώταις, &c.

Ait igitur Claudianus novam velut formã cataphractis datam à ferreis illis munimentis. Sic formandi verbo uſi alij. Curius Fortunatianus lib III. Rhetoricæ. *Quid aliud obſervabo? Supercilia, nã Cur ita? quoniam hu multum agitur: nam & oculos formant, & fronti imperant, his enim vultus & contrahitur & attollitur & remittitur.* Formare eſt ſuam formam rei ſpeciemque tribuere. Arnaldus Claræ vallenſis ſcriptor ſatis ſuo ævo bonus & doctus, Commentario in Hexaemeron. *Deus, qui in verbo ſuo, quod eſt æterni ſecreti manifeſtatio, quod dicit facit, & quod illuminat format.* Sic ſpeciem ferream in Cataphractis Equitibus agnoſcit Salluſtius lib. IV. Hiſtoriarum. *Qui prætergrediebantur equites cataphracti ferrea omni ſpecie.*

356. TREMULOS COLORES.] Chlamydum verſicolorum, quibus milites ſupra lineas veſtes vtebantur. Hieronymus Epitaphio Nepotiani. *Referret alius quod in palatij militiâ ſub chlamyde & candenti line corpus ejus cilicio tritum ſit.* Sed & magnates Romanos verſicolori veſte uſos clarum ex Satirico Petronij Arbitri & Lucano in Necyomanthia.

357. CONJUNCTA PER ARTEM.] Nullum majus artificiũ in tali armatura quam conjunctiones laminarum, vt ad uſum ſub ijs

& cum ijs corpus humanum moveri queat. Catenulas in ea te agnoſcit Sidonius qui *catenas* pro ipſa concatenata armatura uſurpat. Panegyrico Anthemiano:

Inque fremunt equi dorſum cum pondere conti
Induuntur Chalybum ſaltu transferre catenas.

Pulcrè etiam Julianus Imper. cujus verba mox adſcribemus.

Et ab hac artificioſa conjunctione, quæ intuenti non cernebatur tamen, plane æreorũ appellatione talia ſimulacra cenſebantur, tantùm ſolidæ apparebat formæ. παγχάλκους vocat Nicetas Choniates lib. I. de Geſtis Manuelis Comneni.

τὰς ῥωμαϊκὰς ἀθροίζει δυνάμεις, καὶ συνδιασκέπτεται κοινῇ περὶ τῶν κοινῶν τὸ πλῆθος τῶν παρελθουσομένων στρατῶν διέξεισι, τῆς ἵππου τὸ πολὺ καταλέγει, τὸ ὁπλιτικὸν ὅσον διασκοπεῖ, τῆς πεζικῆς μοίρας παρίσησι τὸ μυρίανδρον, τὸ πάγχαλκον περιλαλεῖ καὶ τὸ φόνιον. &c. Sic χαλκωθεὶς apud Pindarum Olympion. XIII. homo totus æreis armis latens. συμπεφυκὼς τῷ σκεύει apud Libanium in Baſilico, quod tamen alia ratione dicitur, nimirum quia arma numquam ponere liceat.

358. FLEXILIS INDUCTIS HAMATUR LAMINA MEMBRIS.] Mirum mihi, immò mirius miro quomodo animo ſuo potuerint perſuadere hanc lectionem viri eruditiſſimi & præcellenti ingenio. Scaliger, Claverius ex parte, Aldus, Schottus Obſervationum libro II. cap. LV. Rutgerſius Variarum libro III. cap III. & alij: nulla quidem alia ratione quam quod *hami* ſint & dicantur eſſe in loricis à ſcriptoribus, & inde verbum *hamari* ſit paullo ab uſu remotius. Quid enim ad hũc locum etſi omnes omnino loricæ hamatæ ſint, & nullibi non hamatæ dicant nobiliſſimi ſcriptores? Quo ſine ſpectanda introducitur lamina quædam perpetua ferri equum virumq; includens junctim, quæ cum ſolida exteriore intuitu videatur, ſit tamen per artificium occultius flexilis, immo inducta membra animantium duorum complexa, ſit etiam quodammodo animata ipſa & vivat, & moveatur? Quod intuenti apparet, non enim homo non equus moveri videtur, ſed univerſa illa ferrea moles ſimul. Hoc cum neceſſario dicatur voce *animatur* & *vi membris* nullam aliam ſcripturam penitus admittat, habuerunt tamen illi oculos quibus videre potuerunt quo pacto inductis membris hametur lamina; quo quid abſurdius cogitari poſſit non video. An *lamina* tale quid eſt quod poſſit hamari? An membra tale quid, quo inducto, quæ alias non erat, illa lamina incipiat eſſe hamata? Nimirum veræ Lamiæ hæ ſunt, veræ Lamæ. Scriptura vera.

Flexilis inductis animatur lamina membris

in Belgicis libris eſt integra, corrupta in alijs ut Noſtro *amatur* & Claverianis. Confirmatur clariſſimè à Poeta, ſuorum dictorum ubique memore, VI. Conſulatu Honorij.

num Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro? ſimulacraque Belli
Viva dedit?

Quæ hic animari, illic viva dicit, eodem ſenſu. Sic ſcriptores alij, qui horum Equitum, quos Clibanarios vocat ætas ſequior, meminerunt. Noſter mox. *credas ſimulacra moveri Ferrea, cognatoq; viros ſpirare metallo.* Ammianus lib. XVI. *Praxitelis manu polita crederes ſimulacra non viros quos laminarum circuli tenues aptu corporibus fluxibus ambiebant, per omnia membra deducti, ut quocunq; artus neceſſitas commoveret, veſtitus congrueret, junctura congruenter aptata.* Pulcrè etiam Julianus Imperator Oratione I. in Conſtantium.

ἀπείρων γὰρ εἶχες, ἱππέων, πλῆθος, καθάπερ ἀνδριάντας ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχουμένους, οἷς συνήρμοστο τὰ μέλη κατὰ μίμησιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀπὸ μὲν ἄκρων τῶν καρπῶν εἰς τοὺς ἀγκῶνας, ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ τοὺς -

μ

μυ:ς ἐκ ὁ θώραξ τμήματα κατὰ τὸ στέρνον καὶ νῶτα συναρμοζόμενος, τὸ κράνος αὐτῷ προσώπῳ σιδηροῦν ἐπικείμενος, ἀνδριάντος λαμπροῦ καὶ σφυρηλάτου παρέχει τὴν ὄψιν, περὶ μηδὲ κνήμαις καὶ μηροῖς, καὶ ἄκροι πόδες τῆς σκευῆς ταύτης ἔρημοι λείπονται: συναρμοζομένων δὲ αὐτῶν τοῖς θώραξι διὰ πινῶν ἐκ κείνου λεπτοῦ πεποιημένων οἱονεὶ ὑφασμάτων, οὐδὲν ἂν ὀφθείη τοῦ σώματος γυμνὸν μέρος, ἀπὸ καὶ τῶν χειρῶν τοῖς ὑφάσμασι τύποις σκεπομένων, πρός τε καὶ καμπτομένοις ἐπακολουθεῖν τοῖς δακτύλοις.

Sed multo exactius & ad vitam ipſam omnem figuram Cataphracti talis deſcribit, dulciſſimæ floriditatis ſcriptor, Heliodorus libro IX.

360. PAR VESTITUS EQUIS.] Etiam Equi cataphractorum toti induti laminis ferreis apud veteres Leo Philoſophicus Tacticon cap. VI.

ὥπλιζον δὲ τὸν μὲν κατάφρακτον καβαλλάριον πανταχόθεν, αὐτόν τε καὶ ἵππον αὐτοῦ. καὶ τὸν μὲν ἄνδρα λωρικίοις, καὶ κλιβανίοις, ἢ σιδηροῖς, ἢ ἐκ κεράτων ἐπιπεπλεγμένοις, καὶ παραμηρίοις. τοὺς δὲ ἵππους κατέφρακτον περικεφαλαιδίοις καὶ προμετωπιδίοις, ἔγουν τὰ πλευρά. καὶ τὰς κεφαλὰς, καὶ τοὺς τραχήλους τῶν ἵππων διὰ κλιβανίων ἢ λωρικίων ἢ ἄλλης ὕλης κατεσκεπον. Julius Pollux libro I. capite Decimo.

φράττονται τε καὶ ἵπποι ὅπλοις, προμετωπιδίοις, παρωτίοις, παρηΐοις, προστερνιδίοις, παραπλευριδίοις, παραμηριδίοις, παρακνημιδίοις.

Sed longè Elegantiſſimè Heliodor. lib. IX.

παραπλησία δὲ σκευῇ καὶ τὸν ἵππον περιφράττουσι, τοὺς τε πόδας κνημῖσι περιδέοντες, καὶ προμετωπιδίοις τὴν κεφαλὴν δι' ὅλου σφηκοῦντες, ἐκ νώτων τε ἐπὶ γαστέρα καθ' ἱππέων τὰ πλευρὰ σκέπασμα σιδηρᾶ πλακῶν ἀπαιωροῦντες, καὶ ὁπλίζειν τε ἅμα καὶ τῇ λαγαρότητι μὴ ἐμποδίζειν τοὺς δρόμους &c.

Ubi & contiuſus & confixioſæpè duorum ſimul hoſtium deſcribitur. Porrò nec illud omittendum Theodotum Pulmannum contradicere vehementer Martino Antonio D'el Rio ſuperius à nobis exploſo illi *hamatur* reducendo ſerio agens. Bonus & minimè argutus homo poterat conſiderare rem diligētius, nec quia legerat fortè in uno alteroq; Sidonij loco *tò hamare*, loco alieno ingerere. Eadem ratione viri maximi harum litterarum perſuadere ſibi potuerunt in illo Petronij verſu idem verbum genuinum eſſe.

Artis ſeveræ ſi quis amat effectus
Menteniq; magnu appiicat, prius morem
Frugalitatis lege polleat exacta.

Quo ego tam jucundo, tam facili, tamque ingenuo, Poetæ nihil fingi poſſe minus congruum puto. Quis enim citra ineptias, citra humilitatem detritiſſimam, imò ſordes ultimas orationis dicat artium effectus *hamo* piſcatorio perſequi aut capere? vel unco quolibet inſtrumento velut ex lacu aut lama quapiam ad ſe pertrahere? Quid vero credibilius quam alia omnia in re tam ſeria dicere voluiſſe tam ſubactum Poetam ut toto Latio neminem verſum ſcribere ſcivisse dicat, præter Virgilium & Horatium? Non hoc in vulgaria illa referas, quæ tantoperè in Proœmio Belli civilis deteſtatur, hic vero in inſtitutione ſeria adoleſcentiæ ſequatur? At bonum Pulmannum Delrij nota nimium etiam in noſtro commovit, cum recenſitis ſuis varijs & maximo acervo auctis hæc verba hoc loco aſcripſit. *Martinus Antonius Delrio in ſuis notis ad lib. II. in Rufinum v. CCCLVIII. & in Seneca Tragœdia Troade dum nimis temerè & impudenter alios reprehendit, inſcitiam ſuam oſtendit, hamare enim quid ſit non intelligit. Animatur legit Delrio, quam inquit, Lectionem Pulmannus in contextum recipere debebat.* Sanè optimè Delrio, & nos omnino in textum recipiendam

aſſerimus, etiam propugnare parati, ſi quis venerit contra niſurus. Non enim de voce an ea ſit Latina diſputamus, ſed huic Claudiani loco eam inferri hoc vero minimè patimur, cum aliena ſit, & nec ſenſui communi ſatis reſpondeat. Et ſentit nobiſcum vir incomparabilis judicij & eloquij J. Lipſius libro III. de Militiâ R. cap. VI. Par ſecuritas etiam illorum fuit qui honores *adhamare*, pro *adamare* Ciceroni apud Nonium inculcaverunt, quorum auctoritatem merito inſuper habuit vir acutiſſimus & eruditiſſimus Joſias Mercerus qui Nonium noviſſimè recenſuit. In Petronio vero quid vetat ex contractione neglecta ab inſcio metri librario, ſcribere *adamat?*

362. ET JUSSO.] Claverius nihil variat. At Belgæ, Noſter, Et Bentiniani Codices, *diviſo*. Nil mutat Scaliger, cui nos quoq; aſſentimur. Tamen melius unius literæ transfiguratione legas *Vt juſſo ſtat quiſque loco*. Tam certi loca ſua occupant, ac ſi quiſpiam præſens ſingulos ordinarit. Expeditam celeritatem ea lectio commendet, cum laude occulta Stiliconis ad cujus nutum etiam abſentis ſuos ordines occupabant ſcilicet.

366. AUGUSTUS.] Hæc vera eſt lectio conſentientibus Codicibus. Scaligero & Aldo. At Claverius *Arcadius* edidit. Quod ex gloſſa eſt, quam & in marginibus duorum codicum ſibi reperiam docet Pulmanni diligentia. Sic mox de eodem. *Increpat Auguſtum.*

366. VENERANDA PRIOR VEXILLA SALVTAT.] Non quia Crucis ſacrum in ijs ſignum erat vel Labarum, ut interpres Claverius voluit, ſed ex more quem principes Exercitibus ſervabant, primũ poſt tempus aliquod viſos ſalutare, & more cæterorum commilitonum ſigna venerari. Vide quæ notarunt doctiſſ. viri, Lipſius ad Tacitum & alibi. Heraldus ad Tertullianum, Demſterus ultimis paginis Collectaneorum, Julius Cæſar Bulengerus libro III. de Imperatore, cap XXI & alij.

367. QVI FALLERE CVNCTA SOLEBAT CALLIDVS AFFATV.] Nemo liber quippiam mutat, venuſtius tamen ſcribetur, *quo*. Salutationem Imperatoris ipſe oratione ſequitur.

369. NOMINE QVEMQVE VOCANS.] Imperatorum ſummorum more, qui ſtudent maximopere inſigniores militũ nomine noſſe, facta memoriter recenſere poſſe. Sic de Stilicone noſter libro II.

menſaq; adhibes, & nomine quemq;
Compellas, clari ſub te quod geſſerat olim
Admonitor facti.

Salluſtius de M. Petrejo. *homo militaris quod amplius annos triginta tribunus aut præfectus aut legatus aut prætor cum magnâ gloriâ in exercitu fuerat, pleroſq; ipſos factaq; eorũ noverat, ea commemorando militum animos accendebat.* Paria apud Silium Italicum lib. XVI. de Annibale, ut & alibi, Lege Monita Imperatorum Græcorum, Baſilij, Conſtantini, Emanuelis Palæologi, Leonis Philoſophi, &c.

369. NATOSQVE PATRESQVE.] Noſter *natumque Patremque* quod ad τὸ *quemque* referre poſſis. Cæteri ut vulgatum. Aldus vero *notoſque*. Sed nil mutandum.

371. INSPERATOQVE.] Nihil tale metuebat Rufinus, qui jam ſceptrum & purpuram ſpirabat. Licitantem circumjeciſſe ſeſe agmen palpanti etiamnum milites quos nomine ſingulos compellabat. Campus, ſpacium quod gyro includitur. Sic ſuprà v. CXXVI. *luteoq; includit paſcua giro*. Hoc fieri artificio quopiam Campidoctorum quotidiè vidimus quod hic luculenter deſcribitur.

373. IN SE REDEVNTIA.] Quales ſunt omnes formæ rotundæ, cum enim in talibus nec finis nec principium appareat, *ex ſe incipere* & *in ſe finire* dicuntur. Vide quæ ad Principium Panegyrici Probiniani notamus, de mũdi forma diſputant Platonici ad Timæum, & alibi, &c.

374. CVRVO PAVLATIM SINVANTVR CORNVA DVCTV.] Hemicycli duo utrinque coeunt in abſolutum orbem. Sic *cornua Lunæ* ubiq; appellãtur dimidiati orbes, quos in ejus effigie bovinis cornibus vulgus vete-

veterum aſſimilabat. Locum autem hunc ubi Rufinus ab exercitu circumdatus obtruncatuſque eſt *Hebdomon* appellatum docet auctor Chronici Alexandrini. Huc proceſſerat ſceleratus Imperii affectator, quia inibidem coronari Imperatores Orientis ſolebant, ut diſcas ex eodem ſcriptore ubi de Theodoſio Iuniore ſermo eſt aurea corona redimito. Ante portas urbis fuit is, ubi cæſum Rufinum notat Marcellinus Comes, ſub Coſſ. Olybrio & Probino. Alium locum definit poſteriori ævo Codinus Curopalates, quem vide.

375. IMMENSA VIRIDES INDAGINE SILVAS.] Hæc conſtans membranarum ſcriptura eſt. Bentinianus tamen aliquis liber. *immiſſa Venetos indagine ſaltus.* Nec minus duo alii *ſaltus* referunt, quod & Ioſephus Scaliger recepit. Nihil mutamus. Notum quid *indago.* Retia nimirum aut lineæ quibus feræ includuntur. Papinius Thebaide II. *ut clauſas indagine profert In lucem vox prima feras* Lutacius: *Indago eſt cum ſilvam venantium corona vallat ut feræ evadere non poſſint.* Noſter ex Marone expreſſit ſuum. Æn. IV. *Dum trepidant alæ ſaltuſque indagine cingunt.* Quo loco notandum quod ſcribit Servius. *Indaginem hominem* indagantium principem, dici: *Quidam cum veſtigatoribus al terum mentionem inductam accipiunt; Nam indaginem veſtigatorem ipſum tradunt. Alios vero alatores qui dextra & ſiniſtra p agarum ſublata voce prohibent exire.* Hæc Servius ille quidem quem docti ex cimeliis Petri Danielis dederunt, nam alter vulgaris contentus indaginem expoſuiſſe inquiſitionem, ſilet de cætero. Sed nec oblitterandum eſt fragmentum veteris cujuſdam Magiſtri de generibus venatorum quod in Vetuſto Codice Xenophontis à ſe repertum ſcribit Ioannes Scoppa Collect. lib. I. cap. XXIII. Id ſic ſonat *Venatorum genera referunt eſſe quatuor, Inveſtigatorum qui animalium veſtigia inveſtigant. Indicatorum, qui latibula noverunt. Inſidiatorum qui inſidias & caſſeis animalibus parant. Alatorum, qui equo ſucuſſanti animalia terrent ne alior ſum, quam per medias tendiculas fugam arripiant.* Hæc quin & ipſa Serviana ſint, vix dubitem. Pariter Lucanus libro VI.

> *magnoq; receſſu*
> *Amplexus fines, ſaltus, nemoroſaque teſqua*
> *Et ſilvas vaſtaſque feras indagine claudit.*

In eodem negocio loquuntur verſus Nævii apud Nonium, ut nos in Notis ad eum ſcriptorem legendos arbitrati ſumus

> *alis*
> *Sublimis altos ſaltus illiciat ubi*
> *Bipedes volucres lino linquant lumina.*

Porro nec illud non dignum nota, indaginem, inquiſitionem attentiorem deſignare, quam indagationem craſſius dicimus. Salvianus lib. I. de Provid. *Quæ quidem qua ratione patiatur neque humana imbecillitatis eſt plena indagine cognoſcere, neque nunc temporis diſputare. Indagatum* vocat Appuleius libro VII. *tota deniq; factione militarium vexillationum indagatu confecta atque conciſa; ipſe me furatus ægre ſolus evaſi.* Indagem Prudentius lib. II. in Symmachum.

> *Quæſitura deum variata indage latentem.*

Indagionem Iſidorus in Gloſſis, manuſcriptis, uti refert Ioannes Savaronius Commentario ad Sidonii librum VI. Epiſtola XII.

378. ÆQUOREUS POPULATOR.] Nimium erat humile piſcatorem nominare. Aliquot talia apud Maronem obſervarũt tum alii doctiſſimi interpretes, tum unus omnium præclariſſimus Iulius C. Scaliger, circumſcripta non poſita, quia majeſtatem carminis vilitate erant contaminatura. Sic præceptis Tragœdiæ voces quaſdam alii nominarunt, cothruni cõſpurcatrices, ſiquidem iis uti voluerıs. Sed hæc uti paucorum hominum ſemper fuerunt, ita ſuaderi potius quam perſuaderi iis poſſint qui natura Poeticæ divinitatis conſortes non ſunt, qualium exemplo nobis ſit Silius Italicus qui nec iſto in maximarum rerum deſcriptione abſtinuit, libro V. Punicorum. Et

ſane in eo auctore qui virtutes Poeticas quærit, fruſtra laborat; ſermonis nobis puritas æſtimatur, adeo quidem ſola, ut parum numerorum memores ſcimus dum illum legimus. Sed hæc alterius loci ſunt. Cautius Manilius qui rem eamdem deſcribens, maluit hominis officiũ non paucis verbis notare, quam ipſum eo cenſere. *Populatorem* ſcite dicit, quia integra agmina cogit & vaſtat iis pelagus, nam & piſcium ſunt populi. Manilius libro IV.

lentas flectere tonſas
Et placidum inductis everrere retibus æquor,
Littoribuſque ſuis populos exponere captos.

In Græco auctore quopiam pariſſimum huic Claudiani locum legere memini, qui nunc non ſuccurrit.

380. PLAGARUM ANFRACTUS.] Cavitates impares & nullo ordine. Sic *aurium cavata anfracta* Varro dixit Parmenone. Quod impares dixi ipſum verbum ingerit, & Lucretius libro V. de interrupto velut Solis tramite.

Aut quia Sol idem ſub terras atque ſuperne
Imparibus currens amfractibus, æthereis oras
Partit, & in parteis non æquas dividit orbem.

381. EXCLUDUNT ALIOS.] Ad extremum circulus ille tam arme clauditur, ut ſolus cum Principe in militum medio remaneat, cui mactando omnes iſtæ ceremoniæ fiebant. Qui aliquando vidit poſt probata exercitia Vexillationem militum ita duci ut dux ipſo allocuturus in medio ſolus denique conſiſtat, agnoſcet hanc Claudiani deſcriptionem.

382. APPRENSA VESTE.] More hominum magna ſcrietate aliquem attinentium aut urgentium. Apollonius Rhodius lib. III Argonaut.

καὶ ἀμφοτέρῃσι χιτῶνος
Νωλεμὲς ἔνθα καὶ ἔνθα θεὰ ἔχεν ἀμφιμεμαρπυῖα,
Λίσσετο δ' αἶψα πορεῖν αὐτοσχεδόν.

Theophraſtus Charactere V.

περὶ ἀρεσκείας. ὁ δὲ ἄρεσκος ἀμέλει τοιοῦτός τις, οἷος πόρρωθεν προσαγορεύσας, καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπὼν καὶ θαυμάσας ἱκανῶς ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι, καὶ μικρὸν προπέμψας καὶ ἐρωτήσας πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι.

Vbi tamen blandientis & palpantis geſtus eſt, non urgentis aliquo. Paria apud Appuleium Mileſiis, Heliodorum lib. IV.

383. AVGVSTVM.] In Manuſcripto uno ex Belgis gloſſæ vicem eſt. *Arcadio.* Quod nomen minime cum aſpiratione ſcribendum eſt, ut conjectat Claverius. Neque ulla ratione ἀπὸ τῆς ἀρχῆς poteſt deſcendere. Barbari enim cum aſpiratione quapiam nomina Græca & Romana efferebat, ut hodieque videre eſt in Septemtrionaliorum populorum idiotiſmis, quos ideo non poſſunt etiam magno diuturnoque conatu anniſi exprimere Itali, Hiſpani & Galli. De Arcadio, nigellum hominem fuiſſe & ſtaturæ puſillæ ſcribit Georgius Cedrenus, ad nihil magnopere aptum præterquam litteras ſcite pingendas. Cui rei conſentaneum teſtimonium præbet Zoſimus βοσκήματος δίκην à miniſtris ſuis, atque adeo Eunucho Eutropio, gubernatum dicens. Quare nec mirum oppido Rufinum etiam pariter tractaſſe.

382. TRIBUNAL.] Ligneum electioni Imperatoris in Vrbe id fuiſſe docet Codinus in Aulæ deſcriptione, in quod deinde throni aurei ſolebant imponi.

πλησίον δὲ τοῦ ἑσπέρου ξυλίνου οἰκήματος κατασκευάζεται ἐκ ξύλων ὁμοίως καὶ ἀναβάθρα καὶ ἐνδύουσι ταύτην πάντοθεν διὰ βλατίων ἐρυθρῶν, ἐπάνω δὲ ταύτης τίθεται

κα τ̀ τ̀ν ἀριθμον τῶν βασιλων θεοὶ οι χρυσοι, &c.

Vide Commentarium Cæſaris Bulengeri de Imperatore Romano libro II. cap XXXIII.

384. VOX DESVPER INGENS.] Ex improviſo ipſi velut cœlo illapſa qui alia omnia tum exſpectabat. Subita enim omnia cœlo demiſſa credebant veteres, & inopinata. Artemidorus Oniroerit lib. I. cap. VII.

θεόπεμπτα ὡς ἤδη καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ πάντα τὰ ἀπροσδόκητα καλοῦσιν.

Tertullianus Apologet. cap. X. *ex conſuetudine humana qua ignoti vel ex inopinato apparentes de cœlo ſuperveniſſe dicuntur. Proinde Saturno repentino ubique contigit cœlitem dici.*

386. VNDE REBVI NESCIS.] Neſciſne, impure tyranne, nos à viris venire, viros debellaſſe hactenus, nunc fœmineis agminibus minime ſervituros. Laus occulta Stiliconis Honorii, totius Antiquæ Romæ dicit hoc miles olim ſub Theodoſio ab Oriente in Occidentem debellandis tyrannis ductus. Quomodo v. CCXVII. Stilico dixit. *redeat jam miles Eous.* Vnus autem ſermone univerſi exercitus frangitur. Vt ſupra.

Quis mihi nudatos enſes qui tela lacertis
Excutit

Eſtque contractio litteræ geminandæ. Pariter Seneca Hercule Furente.

Erſata vice, morte contimeta redy.

Sic *iidem* diſſyllabum ſæpius Virgilio eſt. In Manuſcriptis duobus gloſſa fuit vetus eamdẽ notam præferens. Sic ſepell apud Perſium.

389. BIS DOMITVM.] Vnus liber, *domui.* Nihil mutandum. Sonus enim in illo melior *civile nefas* bellum inteſtinum, Romanum utrimque, ut ex Lucano ſupra indicavimus. Papinius Silva I.

Tu civile nefas, tu tardum in fœdera
Montem
Longo Marte domas

Quem expreſſit Claudianus. Innuit autem Bella quibus Maximum & Eugenium Theodoſius, ſocio Stilicone, ſubvertit.

389. BIS RVPIMVS ALPES.] Sæpius ita de victoriis Theodoſii loquitur. Annibalis eum occulte facinori æquat qui vere Alpium obſtacula rupit. Sic de Cæſare Petronius Arbiter in Specimine Belli Civilis.

magnam n. . usen haſtam
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arva.

Itidem de Alpibus. nec uno loco paria Lucan.

391. SEGES UNDIQUE FERRI.] Maronianum.

392. REVINCTUS.] Optime. At Noſter Codex: *reductus.* Cui nemo adſentiatur.

394. MONTEIS AMISIT] Palatinus, dimiſit, & ita quatuor Pulmanianicum Aldo: Verum Scaligero conſentiente ut & Clavetianis & Bentinianis nihil nos mutamus.

395. ALTORVMQVE EXSVL NEMORVM.] Non enim ſponte iis exceſſit. In uno libro Belga *altorumque jugum nemorum* Nihil ideo mutamus. Nam *avitis ſedibus* infera efflictis ſcire exſilium ejuſdem conſonat.

396. MVNERIBVS COMMOTA.] Probo ſcripturam quæ in quinque Belgicis libris reperta eſt, in ſexto annotata alia manu, ut & in Bentinianis. *Vulneribus* licet nec τὸ *verberibus* abſonum ſit nimis quod Claveriani & Noſter habent. *Vulneribus* enim incitatiores & truculentiores feræ, apud Virgilium, Papinium, Lucanum, quos iſte noſter auctores perpetuos habet; & ſane non eſt pro theatro aut arena Circi τὸ *verberibus*, ut & hoc ipſum viileſcat. Scaliger vulgatam ſcripturam tenuit, Aldum ſecutus. Neque abſurda eſt, uti conjungatur ea vox cum *arena.*

397. VIR MVRMVRE CONTRA HORTATVR.] Non ſatis facilis mihi hic locus, quem & libri tamen & interpretes tranſeunt ut minime perplexum. Quomodo vel quem vir contra hortatur, ſe? an provocat feram? An ruentem contra hortatur qui incitat ad pugnam? Nihil video quod ſit admodum dignum exteræ hujus loci claritati. Egreſſus quidem feræ ex cavea deſcribitur, non vero jam eiectæ, quod Rufini hiſtoriæ conveniebat. Nec ſane ille hortatur feram qui venabulum oggerit. Videbimus alibi.

377. CU

377. CUNEOSQUE ERECTA THEATRI DESPICIT.] Nemo liber hinc quicquam mutat. τὸ *deſpicit* autem quod Scaligero non ſatisfacit Poetices libro V cap.XIV. minime ad corpus feræ quod nequaquam cuneorum altitudini par eſt, ſed ad animum ejus reducendum eſt. Non enim aliter caveam univerſam deſpicit, ac ſilvam in qua educata eſt, & pari feritate ſit perrruptura, ſi libertati detur. Quare nequaquam viſu horret populum fera Claudiani, ſed auditum tantum ſibilum ſtrepitumque pavet, non aliter atque in luſtris ad ignotum fragorem concuti etiam nobiliſſimæ belluæ ſolent. Sed nec timorem illi cautiſſimus ſcriptor ex auditu aſſcribit. *pavet* enim tantūmodo *ſtrepitus*, at mox, quantum quidem naturæ illius conceſſum eſt, non *timet*, ſed *miratur*. Nec cauſſa erat eidem Scaligero illud *tanti miratur ſibila vulgi* inceſſendi, non enim quicquam aliud mirari poteſt fera quam amplitudinem aut copiam ſibilantium. Nec video quo Epitheto τὸ *tanti* mutare poſſit. Si enim *ignoti* aut tale quid dixiſſet, idem bis extuliſſet, nec fera enim rem miratur niſi ignotam. Si *varii* non erat jam dum ejus ulla diſtinctio. Sic de infinitis aliis judicare licet. Nec enim quam quod oculos maxime fatigat feræ quid mirandum objici debet; Quid autem magis hos trahat immenſa multitudine, cujut etiam is ordo eſt, ut, quaquavorſum oculos volvat, in orbem ſemper eadem ſibilantium ſpecies obſervetur.

400. ENSE PROSILIT ERECTO.] Duo libri Belgæ hanc ſcriptionem in margine & interſtitio agnoſcunt. Cæteri omnes cum Claverianis, Noſtro Aldo, Bentinianis, Scaligero, *exerto* habent. At neque *erecto* barbare dictum eſt. Sic enim Livius libro VII. Florus libro I. cap. XVI. *erectis enſibus ante pugnam per ipſam viam furit* Non tamen adeo à conſenſu librorum abeundum exiſtimamus.

401. DICTISQUE ET VULNERE.] Simul ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον. ut loquitur Ariſtænetus.

402. HOC ABSENS.] Alludit ad ea quæ dicta ſunt verſu CCCVI.

403. SIC FATUS MERITOQUE LATUS.] Scribo *ſic fatur*. Simul enim ferit & loquitur Virgilius.

> *Sic fatur lacrymans claſſique immittit habenas.*

Duo libri Et Noſter *meritumque* nihil video cauſſæ cur quippiam mutemus. Pariter de Vinio Tacitus I. Hiſtor. *ante ædem D Iulii jacuit primo ictu in poplitem mox ab Iulio Caro legionario milite in utrumque latus tranſverberatus.*

404. FESSIQUE LIBRAVERIT ORBIS POENAM.] Quam feſſo tot modis & variis facinoribus adflicto orbi debebat impura illa beſtia. In τῷ *libraverit* varie variant libri alii *litaverit*, alii *libaverit*. Hoc eſt Pœnam à toto orbe ingerendam ipſa libraverit in corpus ſuo ictu. Et ita Gratius Cynegetico quamvis in alia re *proni moderatus vulneris iram* Appuleius lib. III. *alium pedibus meis mordicus inhærentem per ſcapulas ictu temperato perimo*. Retinuit Scaliger. Claverins *libaverit*, quod ſane etiam nobis placet. Cum enim nec tot pœnæ ſatis ſint, ut etiam inferis ſedibus exigendam umbram in finem dicat, potius eſt primum ictum libaſſe ſuppliciū quam quodammodo peregiſſe. *Libare* enim eſt deguſtare. Sic bello Gildonico.

> *Fixus quiſque thoro tacita formidine libat Carnificis epulas*

Guſtare, ſæpiſſime ſic uſurpatur. Ennodius Panegyrico: *Nam tu venerabilis qui incomitatus guſtum luctaminis arripueras vallatus millibus incedebas.* Manilius libro III.

> *Vicinos ternoſque dabit naſcentibus annos*
> *Vix deguſtatam rapiens ſub flore juventam.*

Petronius: *jam ego gravatus tot malis minimum velut guſtum hauſeram ſomni.* Sedulius libro IV.

> *Quippe necem parve vix guſtaturus amaram Tempore*

Guſtus

Guſtus verſuum apud Columellam lib. XI. c. I Aeneas Gazæus in Theophraſto.

οἷα δὴ ἐκ τοιούτων ταπέρων περιελθόντα παντελῶς διαλύεται, οὐ γὰρ ποτὲ τῆς ἀθανασίας ἐγεύσατο.

404. POENAM ORBIS.] Ab orbe univerſo monſtroſo homini debitam. Sic infra reſpiraſſe aſtra eius interitu, convexa mortem ſenſiſſe, tellurem cadaver emoliram, dicit. Par tranſlatio in aliis auctorum locis apparet. Sic apud Virgilium in Ceiri.

> *Sæpe lapis recrepat Cyllenia munera pulſus*
> *Et veterem ſonitu Phœbi teſtatur honorem.*

Quem Apollo illi ſaxo inſulerat, cytharam ei imponendo. Optatus Afer libro IV. *neme neſtrum eſt qui non convicia noſtra ſuis tractatibus miſceat.* Hoc eſt nobis ipſorum opinione convenientia. Claudianus Epithalamio Palladii.

> *Poma legit donum Veneris*

Veneri data dono à Paride. Symmachus lib. X. Epiſtola XXX. *Ament alii perpetuas dignitates mihi ſummus eſt fructus felicitatis ut cordi veſtrum numen adveneret, intuear benignitatum mea ſidera.* Hoc eſt toties mihi Expertæ, toties in me exercitatæ. Quare non ſatis bene ibi Lectius *veſtra*, Iuretus *mera* voluerunt. Sic Auſonius Periocha Iliadis primæ. *Thetys ad cœlum lacrymas & contumelias filyſui miſerata proficiſcitur.* Achilli nimirum illatas.

405. ARTUSQUE TREMENTES.] Sagina, corpulentia. Qui ſimilia iis quæ ſequuntur legere volet fabulam Penthei & Orphei apud Ovidium & Tragicos legat. Sic de Leone homine præpingui libro II. in Eutropium. *damaque fugacior ibat Sudanti tremebundus equo*

407. PILA.] Ita cæteri codices, at Noſter, duoque Belgici, *tela*. Nihil mutamus.

410. VULTUS AVIDOS.] Adhuc avaritiam inſatiabilem oris lineamentis referentes. Sic in faciei Maxime exigentis pretium undiquaque cor aſum ad ſtateram agnoſcit inhiantiam & pallorem Pacatus in Panegyrico. *Torvam faciem in Avaritia.* Prudentius.

> *Dixerat & torvam faciem furialiaque arma Exſuit*

415. SPATIUM NON INVENIT IRA.] Corporis tantilli ſpatium non ſufficit tanto furori Spatio enim amplitudo etiam in corpore. Lucanus libro IX.

> *Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros*
> *Nec tutus ſpatio eſt Elefas*

416. CONSUMTO FUNERE VIX TUM DESERITUR] *Funus*, cadaver. Cadaver deſtituere furorem hoſtilem irati militis dicit, nec ſatis eſſe explendæ tantæ iræ tot modis momento conceptum corpus. Quo ſenſu, qui quidem rei ipſi neceſſarius eſt, vitioſa eſt hæc ſcriptura licet omnibus libris manuſcriptis retenta, præterquam uni ſoli ex iis quas Michael Bentinus quondam contulit, qui prætulit *conſumto funere Victor Deſeritur* Quam lectionem recipiendam arbitror. Non enim victum aut dilancinatum cadaver deſeritur, ſed inhiantem majoribus ſuppliciis deſerit militem victorem. Poſſit tamen & *victum* cadaver ſcribi, propioribus litteris ad tot Codicum ſcripturam; Sed, uti dictum, Bentiniani libri nobis magis placet. Inſulſus aliquis ludifuga non potuit aſſequi quomodo victor dicatur deſeri à cadavere, quod fruſtatim manſerit in telis, haſtis, pilis, jaculis, tantæ multitudinis.

418 PERIT PER TELA CADAVER.] Ut nullibi appareat, ipſum uti cadaver conſumatur. Non attendimus ſcriptam lectionem quam duo Belgici in textu, duo alii in interſtitio habuerunt *cadit per tela.* Eſt Lucani imitatio lib. IX. de genere quopiam ſerpentis in Africa nocentiſſimo.

> *Cyniſas inter peſtes tibi palma nocendi*
> *Eripiunt omnes animam, tu ſola cadaver.*

Et reſpexit huc doctiſſimus pro eo ævo auctor qui vitam Henrici Quarti in litteras m -

pilo Conſtantinopolim geſtatum eſt. & abſciſſa manus dextera ad dedecus inſatiabilis avaritiæ oſtiatim ſtipem mendicavit. Jornandes de Succeſſionibus Regnorum. *Detectus Ruſinus ab Italiæ militibus Arcadio cum Gaina Comite miſſis ante portas urbis detruncatus eſt. Caput ejus cum dextera manu Conſtantinopoli ad ludibrium circumductum, uxoreque ejus exſulata opes cunctas Eutropius Spado promeruit.* Gotfridus Viterbienſis ſub anno Chriſti CCCXC. *Rufinus poſt modum detectus propter commiſſum dolum ante portas urbis Conſtantinopolitanæ decollatur, caput ejus cum manu & brachio dextro ad improperium & ludibrium per omnes vicos circumfertur.* Socrates Eccleſiaſt. Hiſt. VI. cap. II. Sozomenus lib. VIII. cap. I. Epiphanius Tripertitæ lib. XI. cap I. Freculfus Tomo II. lib. V. cap. I. &c.

438. VIVOS RETENTUS.] Hominis avari atque rapacis manus comparantur unguibus ferinis quia feræ volucres eos injiciunt retinendis unguibus, Prudentius Pſychomachia.

> *juvat infarcire crumenis*
> *Dulce lucrum, & gravidos furtis diſtendere fiſcos.*
> *Quos læva celante tegit, laterîſque ſiniſtri*
> *Velat opimento, velox nam dextra rapinas*
> *Abradit, ſpoliiſque ungues exercet ahenos.*

Eo alludit quod ait Comicus homini in prædam viventi, nomen eſſe Quod ſemel *arripides* numquam poſtea *eripides*. Et Catullus tamquam *gluten* aliquod talium unguibus adhæreſcat reglutinare jubet quod involatum erat.

> *Sudariumque Setabum Catagraphoſque Thynos*
> *Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina & remitte.*

Quod ſcite imitatus eſt Rutilius Numatianus lib. II. Itinerarii.

> *Circumſiſtenteis reppulit Harpyias.*
> *Harpyias quarum decerpitur unguibus orbis,*
> *Quæ pede glutineo quæ tetigere trahunt.*

Glutinum iſtiuſmodi quo à cohærendo & abſtrahendo velut inunctæ manus eſſent prædonum, cum varii generis eſſet, & in tabernis piperariis vulgo venderetur, Martialis jocum a novitate dictionis captans, qui tamen tum temporis obſcurus non erat, Autolycum illum furaciſſimum & Mercurio ipſo clependi artificio ingenioſiorem piperatam manum habere dixit hoc eſt omni genere furatrinæ experientem, non ſecus atque varia tenacium unguinum genera in Piperariis tabernis vendunt. Ita hodie quoque qui talia vendunt à potiore merce Piperarii appellantur. Martialis verſus in priſcis libris ita leguntur libro IX. Epigr. LIX.

> *Adſpicis hunc uno contentum lumine, cujus*
> *Lippa ſub attrita fronte lacuna patet.*
> *Ne contemne caput, nihil eſt furacius illo,*
> *Non fuit Autolyci tam piperata manus.*

Qui hanc lectionem concoquere non potuerunt *piceatam* manum repoſuerunt, voce Latinitati ignota, & digna ſuis auctoribus. Non ait tam variis tamque verſicoloribus unguentis glutinoſa fuit ipſius Autolyci manus quam luſci hujus nebulonis eſt. Sic *piperata* ſunt edulia apud Apicium, & juſcula in quibus piper dominatur. Sed & alia ratione *piperatam* pro tenaci manu dixit Poeta. *Git* herba eſt glutinoſa, ut nemini dubium eſt, & demonſtrari poſſit, ſi neceſſe ſit. Ea vero *piper* quoque nominabatur ut teſtatur Gloſſarium vetus Arabico Latinum, cujus excerpta edidit Bonaventura Vulcanius Neque ab acrimonia non poteſt eadem interpretari. Ubi *piperata facundia* apud Sidonium libro V. Epiſt. VIII. de Trochæis Secundini. *Deus bone quid illic ineſſe mel-*

lis, leporis, piperataque facundia minime tacitus inſpexi. Neque à varietate colorum incommoda trahitur eadem explicatio. *Piperinus* enim lapis pariter dicitur ſubalbidus nimirum *cum puncturis* (ita legendum) *& fortiſſimus*, teſte Iſidoro libro XIX. Originum. *Autolyci* autem id erat ingenium eaque, dexteritas dicam an improbitas. ut ex albis atras res, ex atris viciſſim albas nullo negotio faceret, vere piperatis manibus homo, modo nigrum attactu modo candidum facientibus. Ovidius.

> *Naſcitur Autolycus furtum ingenioſus ad omne*
> *Qui facere adſuerat, patria non degener artis,*
> *Candida de nigris & de candentibus atra.*

Lactantius ſive Lutacius Placidus in Periochis. *Autolycum furaciſſimum qui ex albis nigra & ex nigris alba fecit procreatum ferunt.* Higinus fabula CCI *Mercurius Autolyco, ex Chione quem procreaverat, muneri dedit, ut furaciſſimus eſſet nec deprehenderetur in furto. Vt quicquid ſurripuiſſet in quamcunque effigiem vellet tranſmutaretur ex albo in nigrum, vel ex nigro in album.* Ita argutari poſſis in explicatione veræ ſcripturæ apud Martialem. Tamen neq; abſurdum *piperatas manus* urentes, acute nocentes, conditas velut acrimonia furandi dicere, non aliter atque acutas manus Cupidini adſcribit ſuo Venus, apud Appuleium, in memorabili ejus longoque convitio, fine lib. V. *Velim ergo ſcias multo te meliorem filium genituram, ejus ſi donaturam iſtas pinnas, & flammas & arcum, & omnem meam ſupellectilem. Sed male prima tua pueritia inſtructus es & acutas manus habes, & majores tuos irreverenter pulſaſti.* Sed verius eſt ex vulgi ſermone locutum Martialem, cui *calida urenſque* manus furtifica fuit; Vt ex Animadverſionibus viri doctrina & ingenio illuſtris eo loco norunt nunc omnes. Piper vero notiſſimum eſt durum eorum colorum eſſe.

440. DESINAT ELATIS QVIS QVAM CONFIDERE REBVS.] Redit jam ad confirmationem argumenti principio primi libri propoſiti ſub exemplo Rufini. Huc ait reſpicienteis qui malis artibus ad inſignem aliquam potentiam provecti ſunt, deſinant alta cervice ingredi & Fortunæ faventis lubricitatem conſiderent. Sic Præfatione II. in Eutropium.

> *quiſquis adhuc ſimileis tendit ad actus*
> *Reſpiciens Cyprum deſinat eſſe ferox.*

441. INSTABILEISQVE DEOS.] *Fortunam*, quam Deorum omnium nomine circumloquuntur ſcriptoreis, quoties de inſtabilitate rerum ſermo vertitur. Sic Ciceroni vertitur *Fortuna*, qui apud Xenophontem Δαίμων eſt, ut notavit vir doctiſſimus ad Heſiodum Δαίμων autem Græcis uſq; adeo Deum ſonat, ut ipſos Deorum principes. Cleanthes ad Iovem.

> Οὐδέ τι γίγνεται ἔργον ἐπὶ χθονὶ σοῦ
> δίχα δαῖμον.

De Diana Euripides Prologo Hippolyti.

> Φοῖβος δ' ἀδελφὴν ἄρτεμιν, Διὸς
> κόρην,
> τιμᾷ μεγίστην δαιμόνων ἡγούμενος.

De Venere Ariſtænetus libro II Epiſtola XV. quem locum nitidus oppido interpres auctoris elegantiſſimi non cæpit, ut alibi oſtendimus. De Cupidine Alexis apud Athenæum libro XIII. Dipnoſophiſtarum. Horatium *ad navem cui imminere* naufragium ariolatur. *Non tibi ſunt integra lintea Non Dii, quos iterum preſſa voces malo.* Cor. Severus Epicedio Ciceronis.

> *ſacraſque manus operumque miniſtras*
> *Tantorum pedibus civis projecta ſuperbus*
> *Conculcavit ovans, nec lubrica fata Deoſque*
> *Reſpexit, nullo luet hoc Antonius ævo.*

Papinius

Papinius Thebaide II. *jam pene modum nimiúq; ſecundis Parce Dijs.* Seneca. *mediâ potens Dominatur aulâ, nec leveis metuit Deos. Dij utriq;*, utramq; fortunam denotant. Martialis lib. V. Epigramm. XXXIX.

Pectore non humili paſſus utrumq; Deum.

Eſt quando etiam pro opibus, facultatibus, divitijs uſurpentur. Ut apud Valerium Flaccum libro II. Argonaut.

jam patria vidiſſe per ignes
Culmen agi, ſtragemque Deûm: nam cætera belli
Perpetimur.

Quamquam inibi idola ſeu ſimula ipſa potius ſint exaudienda. Tam fatui enim erant Gentiles ut non ſimulacra, ſed Deos ipſos crederēt eſſe ea Idola, quos & fabricari ab artificibus, & tum Deos fieri cùm expoliti eſſent aſſerebant, ut clarè ex Minutio Felice & alijs docuimus ad Auguſtinum lib. I. cap. I. de Civitate Dei.

441. INST. DEOS AC LUBRICA NUMINA.] Non ſine reconditiore doctrina numina Dijs ſubjunxit. *Numen* enim velut *anima* quæpiam Dei ipſius habebatur apud veteres, & ab Deo ipſo ſejunctim colebatur, tamquam aliquid divinius, nobilius, potentius. Vide quæ pluſcula ad illuſtrandum Manilij vulgo obſcurum locum affero libro Adverſariorum XXXIV. c. X. Porrò elationem illam faſtuoſam omni præ ſe ferre, & vanitate à ſucceſſu rerum petitam velut efferatum eſſe uno verbo Græci venuſtè efferunt. ὑψαυχενίζειν. Quo præter alios cōmodè uſus ſuaviſſimus auctor Theophylactus Simocatta lib. VI. Hiſt. c. XI. Hoc quoq; nunc incidit non indignum quod annotetur omiſſum in Notationib. ad verſum CCCCXXVII referendis, quæ integræ prætetitæ ſunt. *nec ſingula membra peremtis ſufficiunt populis* Divum Hieronymum ſecundo anno poſt interitum Rufini, cum ſcriberet Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum, vaſtatam tum à barbaris memorare omnem regionem Romanam, quæ inter Conſtantinopolim & Alpes Julias ſita eſt, vicennio illo, cujus ipſi recens memoria ſubeat: Earum cladum maximam partē Rufino aſcribit Claudianus, quod ſi verè facit, *ſanè* plurimis populis vaſtationis cauſſa fuit. Verba Hieronymi: *Viginti & eo amplius anni ſunt quod inter Conſtantinopolim & Alpes Iulias quotidiè Romanus ſanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſalonicam, Achaiam, Epiros, Delmatiam, cunctasq; Pannonias Gothus. Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni vaſtant, trahunt, rapiunt.* Immo in Græcia barbaros eo ipſo tempore dominari ait, quod toties deplorat Claudianus: *Romanus orbis ruit & tamen cervix noſtra erecta non flectitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienſes, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamq; Græciam quibus imperant barbari.* Vide in ea divina Epiſtola alias calamitates Rufini iſtius, evocatoris barbarorum, ut loquitur vir ſanctus, luporum, mortem biēnio ſecutas. Ipſe autem Rufinus non parvo tēpore floruit, nam & apud Theodoſium maximo ſemper honore fuit μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. ut ſcribit Zoſimus lib. IV. quem μάγιστρον τῶν ἐν τῇ βουλῇ τάξεων appellat Suidas, ſed mendosè ut monuiſſe video doctiſſimum Sylburgium. Gente quidem interfectore ſuo Stilicone melior, qui Celta ſcilicet fuerit, Stilicone Vandalis oriundo, ut auctores Paullus Oroſius lib. VII. cap. XXXVII. & alij.

442. SCEPTRA SIBI GESTANDA PARABAT.] Sceptri ſumtio, Imperatoriæ Poteſtatis uſurpatio. Georgius Phranzes lib I. cap. XVIII. *Regnavit Ioannes poſt pulſum Imperio ſocerum Cātacuzenum donec ſceptrum Manuelī dederet eumq; corona indui vellet ad annū mundi &c. ita res Romana conquievit.* Res nota pluribuſq; cōgeſta ei qui de Imperatore collegit. Aliud ſceptrum Conſulibus Romanis geſtatum quod ſervatum etiam ſub principibus notamus ad Panegyricum Probino & Olybrio dictum. De figura Imperatorij diximus ad v. CCXCV. hujus libri.

443. CUJUS SE TOTIES SUBMISIT

AD OSCULA SUPPLEX NOBILITAS.] Oſculatio manus venerationis ſignum, cujus vel ceremonia vel certè verbis tenus oblatio vſqueadeo apud eas genteis hodiè frequẽs eſt quæ à Latinis Barbarie permiſtis deſcendunt. Romanorum Græcorumq; moribus receptiſſima erat, è quorum profundo uſu ad hæc tẽpora deſcendit. De Græcis Apollonius lib. I. Argonaut. καὶ μιν δεξιτερῆς χειρὸς κύσεν Lucianus Necyomantia, quamvis & hic de Romanæ ambitionis homine loquatur, qui diu in atrio à clientibus exſpectatus.

ὁ δὲ μέγας ἄν ποτε ἀνατείλας αὐτοῖς πορφυροῦς ἢς ἢ περίχρυσος ἢ διάποικιλος, οἱ δῆμοι ας ᾤετο ἢ μακαρίους ἀποβαίνειν τοὺς προσειπόντας, ἢν τὸ στῆθος ἢ τὴν δεξιὰν προτείνων δοῦν καταφιλεῖν.

Verum indiſcretis tamen nationibus homini prudentiſſimo inter omnes qui Chriſtiani non fuerunt aut divinæ Legis gnari, vt alibi docebimus, ſermo ducitur. De vetuſtiſſimis Græcis Q. Septiminus lib. II. de Bello Trojano. *Intereà Phœnix & cum eo Patroclus circumſtantes, genas atq; omnem vultum juvenis manusque adoſculari, contingere genua, rediret in gratiam, atq; animos remitteret.* Et Homerus Odyſſea XVI.

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ χεῖράς τ' ἀμφοτέρας.

Romanorum ab his mos multis locis ſcriptorum exſtat. Neq; verum eſt quod ſcribit Claudius Muſambertius, ſive is Theodorus Marcilius eſt, primum Domitianum civibus oſculandam manum præbuiſſe, quamvis non negarim à ſervili conſuetudine eum morem adſcendiſſe ad ambitionem magnatũ: Quippè ante eum Seneca Epiſt. XLVII. non vtique de ſervis loquitur: *Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum nihil hac re humilius nihil turpius, quos ego eosdem deprehendam alienorum ſervorum oſculantes manum.* Vides tum temporis jam tritum morẽ fuiſſe, & procul dubio in invidiam libertorum tunc in Aulis præpotentium loquitur Seneca. Tacitus de Othone, Hiſt. I. *Ruere cuncti in caſtra, laudare militum judicium exoſculari Othonis manum.* Et ſuo ævo ſub Tiberio utiq; principe, vt alibi nobis luculenter oſtenditur, vſu receptum reſtis eſt, licet abuſus exemplo Demetrij Phalerei, Phędrus Fabulâ LXXXII.

Vt mos eſt vulgi paſſim & certatim ruit
Feliciter ſubclamant ipſi principes,
Illam oſculantur, qua ſunt oppreſſi, manum.

Lucanus, lib. II. *ſpes una ſalutis Oſcula pollutæ fuiſſe trementia dextræ* Et *violata dextra reus* apud eumdem v. CXXVI. ejusdem libri qui oſculatus non erat. Exemplum aliud etiam apud Plautum ſed non ambitionis.

Poſterioris ævi exẽpla obvia, præter ea quę doctiſſimus Lipſius Electorum li. II. protulit. Trebellius Pollio Gallienis. *Matronas ad Conſulatum ſuum rogavit iisdemq; manũ ſibi oſculantibus quaternos aureos ſui nominis dedit.* Apulejus Apologia. *Pontianus ante pedes noſtros advolutus veniam & oblivionem præteritorum omnium poſtulat flens & manus noſtras oſculabundus ac dicens pœnitere quod Rufino & ſimilibus auſcultaris.* Noſter lib. II. in Eutropium. Bello Getico. Et alibi. Atq; hæc florentis Romani Imperij. Diviſi à Conſtantino vſq; adeo hic mos vt & ſucceſſuri Imperio Principi pedem oſcularentur. Codinus Curopalates:

ἰστέον δὲ ὅτι οὐχ ὅτι μόνον προβάλλεται δεσπότης ὁ βασιλεὺς ἵσταται. ἀλλὰ καὶ ὁπηνίκα τῶν ὀφφικίων ποιεῖ τινὰ κἂν ἐλάχιστον ᾖ, ἱστάμενος τοῦτο ποιεῖ. ὁ δέ γε δεσπότης οὐ τοῦ βασιλέως ἀσπάζεται πόδα.

Etiam Senatus. Corippus lib I.

Conſenſusq; ſui manifeſtans vota Senatus
Creverat, orabat Dominos, & poplite flexo
Plurima divinis ſupplex dabat oſcula plantis.

Inter Chriſtianos quoq; oſcula manuũ fuiſſe clarum ex Chryſoſtmo lib. I. de Sacerdotio.

καὶ τὴν δεξιὰν κατέχων ἐβιαζόμην φιλεῖν.

Quod

Quod genus vetuſtiſſimi mortales ſummi cultus loco habebant. Xenophon Cyripædia. VII.

Γαδάτας δὲ καὶ Γωβρύας ἧκον καὶ θεὺς μὲν πρῶτον προσεκύνουν ὅτι τετιμωρημένοι ἦσαν τὸν ἀνόσιον βασιλέα, ἔπειτα δὲ Κύρου κατεφίλουν καὶ χεῖρας καὶ πόδας πολλὰ δακρύοντες ἅμα χαρᾷ καὶ εὐφραινόμενοι.

At manuum oſculatio à Romanis moribus deſcendens barbarie populorum ſub Dominatione aſperiore omnia ſervilium morum animorumq; indicia & ſupplicia augente, ad eam frequentiam devenit, vt Hiſpani, Galli, Italiq;, hodie cum digniore vix loquantur ſine illo ſollemni *baiſe la main. baciando la mano. Et beſo las manos*: Medio vel extremo ævo in hiſtorijs ſæpè mentio; ſic in veteri vita Læti Confeſſoris Mixiacenſis, quam edidit Joãnes Boſcæus: *tunc Pater prudens ſimplicitatem ejus intelligens levavit eum de terra dicens, unde es fili & quod eſt nomen tuum? Cui perfuſus lacrymis, & manus deoſculans ait: ex patria Biturigenſi duco Domine mi generis principium*, &c.

445. FERALEM QVÆSTVM.] Exitialem, abominabilem. Sic ſupra *terribili lucro* dixit. Ferale vocant Latini quicquid horrendum, abominabile, atrox, eſt, & obſcœnum. Adeo vt animalia illa turpiſſima, quæ *morpions* Galli vocant hoc nomine cenſuerint, quorum alioquin nomen Latinitati incognitum eſt. Cœlius Aurelianus lib. III. Tardatum cap. II. de Phthiriaſi. *Antecedente cacexia hoc ſymptoma generatur, quod nos accidens dicere poſſemus. Sumſit igitur nomen non à genere ſed à multitudine pediculorum. Plurimi enim creantur nunc per totum corpus, nunc per eas parteis que capillaturâ concepta ſunt: & nunc conſueti atq; ſimplicis forma, nunc ignoti hoc eſt latiores, & duri magis ac ſævienteis morſibus vehementer quos quidam ferales appellant. Nam ſæpè etiam ſub capillis inveniuntur corpera penetraſſe.*

446. ASPICIAT.] Clariſſimè paria in cæde Clementis Maximi, Imperatoris cætera fortis & probi, niſi quod avaritia Rufino ſimilior, ut ſcribunt Sulpitius Severus & alij. Pacatus Drepanius Panegyrico: *Pertinet ad ſecuritatem omnium ſeculorum quod eſt factum videri, ut ſi quis umquam nefaria vota conceperit monumẽtis noſtrorum temporum recenſitu per oculos hauriat innocentiam. Quiſquis purpurâ quandoque veſtire regalê humeros cogitabit. Maximus ei exutus occurrat. Quiſquis aurum gemmaſque privatis pedibus optabit. Maximus ei plantis nudus appareat. Quiſquis imponere capiti diadema meditabitur, avulſum humeris Maximi caput & ſine nomine corpus aſpiciat.* Non abſimilia & alij Panegyriſtæ.

446. NIMIUM SUBLATA SECUNDIS COLLA GERAT.] Eſt illud ὑψαυχενίζειν quod ſupra ex Theophylacto notabamus. Ita ὑψαύχενες ὑπερήφανοι Heſychio Lexicographo exponuntur. In Noſtro libro hîc prodigioſa lectio. *ne quis nimium ſtillata*.

447. TRIVIIS CALCANDUS.] Proiectamina ſordesq; domeſticas veteres projiciebant in trivia, vbi loca erant ad ea deſtinata, vijs juxta ædes aptatis. Hinc ſermo trivialis, homo de trivio, *vocationes de triviis*, apud. Catullum alios. Athenæus:

τριόδοι ἵνες αὐτῷ πρὸς ἀλήθειαν ἐγένοντο πλήρεις πάντων τῶν ἀποκαθαρμάτων.

Eo referendum quod de media via ait Martialis lib. VI. Epigramm. XCIII.

Tam male Thaïs olet quam non fullonis avari
Teſta vetus, media ſed modò fracta via.

Ovidius lib. I. Amorum Eleg. XII. ad infelices tabellas.

Projecta in triviis jaceatis inutile lignũ,
Vosq; rota frangat prætereuntis onus.

Epigramma incerti Auctoris lib. I. Anthol.

χαμάδις βάλεν, ὡς ἂν ὁδίταις
Εἴη νεισσομένοις ὑμιδαὲς σκύβαλον.

Hincque lucem capiunt verba Salvatoris Optimi Maximi, apud D. Mathæum capite Quinto:

ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωραν-

μωρανθῇ ἐν τινὶ ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.

Mendicos in trivijs jacuiſſe ad æra flagitanda notum ex Appulejo. Calvariam inibidem agnoſcit Auſonius Epigrammate LXXI.

Abjecta in trivijs inhumata glabra jacebat
Teſta hominis, nudum jam cute calvitium.

Ut & Suetonius Veſpaſiano, cap. V. *Prandente eo quondam canis exterius è trivio manum humanam intulit, menſaque ſubjecit* Unde colligas Rufino hanc Pœnam communem alijs noxiis petemtis fuiſſe. De trivio ducta dicuntur maximè vilia & contemtibilia. Phrynichus de Dictionibus Atticis:

ἐπεξελευσόμενος ἄλλος οὗτος ἦν ἡρακλῆς. τοῦτε οὖν ἔσυρεν ἐκ τριόδου φαβωρῖνος.

Sic canem trivio conceptum quod ibi conveniant ad rejectamenta cadaverum, vocat per convicium Vulturius apud Phędrium Fab. XXVII.

ô canis, merito jaces,
Qui concupiſti ſubito regaleis opes,
Trivio conceptus, & educatus ſtercore.

Sed & lupanaria in trivijs erant Romanorum, vt non immerito de amica ſua viliſſima vulgi fæci ſe ſubſternente dixerit Catullus, eam *per trivia* & angiportus ſceleratam libidinem explere. Lutacius Placidus in librum X. Ovidij. *Propatides filiæ Amathuntææ aſpernatæ Venerem primæ in trivio vulgavêre corpora ob ejusdem Deæ iram.* Prudentius paſſione Agnetis, quæ proſtituebatur publicè.

Sic elocutam publicitus iubet
Fluxu in platea ſiſtere virginem.

Eumdem Hebræorum moreṁ obſervare licet ex Proverbiorum cap. VII. *ubi dicitur, in angulis omnibus meretrix inſidiatur. Anguli* Platearum ſunt diverticula, vt vides Matthæi VI. v 5. Proſtabant autem nudæ talis maſtigiæ, vt etiam ſanctiſſimorum hominum prætereuntium oculos contemerarent. Ovidius II. Triſtium.

Sæpè ſupercilij nudas matrona ſeveri,
Et Veneris ſtantes ad genus omne videt.
Corpora Veſtales oculi meretricia cernunt,
Nec domino Pœna res ea cauſſa fuit.

Alias tenuiſſimo linteo velatæ, unde talem *nudam in linea nebula præſtare* dicit Publius Mimographus apud Petronium.

448. QUI SIBI PYRAMIDAS.] Ædificiorum magnificorum furorem in Rufino non ſemel notavit, cui colludit quod Chalcedone ſuburbanum ejus fuiſſe memoratur a Sociate, ex quo poſtea Baſilica Petro & Paullo Apoſtolis facta ſit talis, vti in ea aliquando concilia aut conventus magnis de rebus Eccleſiæ Orientalis fieri potuerint, & tecēſet Epiphanius Scholaſticus Tripartitæ Hiſtoriæ li. X. c. XIII. Veterum Romanorum curam in talibus vivis ipſis ſibi conſtruendis ex Monumentis Inſcriptionibus & Auctoribus alibi prolixè notavimus. Illuſtravit eosdem hos verſus I. Cæſar Bulengerus in Commentatio de Imperatoribus. Et Collectaneis Thomas Demſterus.

451. QUI POSSIDET ORBEM.] εἰρωνικῶς. Qui tantas moles ſuo ſepulcro deſtinaverat vt fama orbem terrarum expleturum ſe crederet. Vel ſimpliciter, poſſidet, poſſidebat. Cujus votis vix ſatis erat poſſeſſio univerſi terrarum orbis. Mutatio Temporis.

450. VELARI CREDIDIT.] Seſe velandum. Eſt hæc ſcriptura meliorum librorum. Variant duo Belgici qui *condidit* emendatum & interpolatum habent. Infinitivis, vt balbutiunt Grammatici, ita vtuntur nobiliſſimi auctores. Sic Claudianus noſter Bello Getico

patrii numen iuraverat Iſtri
Non niſi calcatis loricam ponere roſtris.

Martialis lib. IV. Epigramm. LXXVIII. Vide ad Bellum Gildonicum. Aliter legitur hic verſus à Dempſteri Cod. Vide Not. inf. v. 454.

453. NUMQUAM TOTIESQUE SEPULTUS.] Numquam, cum de Rufino ipſo

ſeu

ſeu corpore integro quod animum ejus vocabulo audito ſubit, cogitas. Toties, cum vides miſerrimi corporis lacera fruſta hinc infeliciter ſemiſepulta. Quare ego ad hanc lectionem mutandam non aſſentior Quatuor Belgicis libris, vni Noſtro Aldoq;. qui *nuſquam* reducunt, Potius Scaligero & Claverio veritatis retinentibus. Pariter autem de hoſte quopiam veritatis Chriſtianæ Victor Uticenſis lib. III. Hiſt. Perſec. Vandalicæ. *nam putrefactus & bulliens vermibus, non corpus ſed partes ejus corporis ſunt ſepulta.* Et de ſanctiſſimo Martyre cruciabiliter occiſo Zeno Veronenſis: *Durat inter hac martyris ſpiritus, numeroſitate ſervatus vivus, parte ſui corporis jam ſepultus, aſcenſurus altitudinem cœli corporis ſui impedimenta præmittit, & exſequiis funeris ipſe præcedit.* Par autem oppoſitionis elegantia eſt in illo Martialis.

Inque omni nuſquam corpore corpus erat.

Manilius lib. V Aſtronomici.

Virginis & viva rapitur ſine funere funus.

Martialis lib. VII. Epigram. LX.

Inque ſuo nullum limine limen erat.

Alia ejusdem generis notavit vir optimus, noſter olim amicus, qui litteratas literas ſumma ope ſua, vt potuit commendavit alijs & illuſtravit ipſe, ideoque immortalitate nominis inter eos digniſſimus qui famæ gloria vivunt Conradus Rittershuſius commentatio ad Oppiani Cynegeticon Primum.

454. SENSERUNT CONVEXA NECEM.] Multus in talibus Lucanus, multi Tragici; & Tragicæ fabulæ argumentum, raro non & ſchema ipſum gerens, Papinius Thebaide. Nec abeunt hinc Sacrarum litterarum tradita; vt omnem creaturam contrà Impios militaturam Auctor Sapientię Salomonis cap. V. recentior ille quidem Rege illo ſapientiſſimo, ſed adeo illius virtutibus æquabilis; vt extrà Canonem Sacrorum voluminũ nullum vmquam librum viderim huic comparabilem. Quod teſtimonium illi aſſcribo tamquam penitior ipſius inſpector, quem luculento Commentario illuſtraverim totum. Sidonium autem oſtrum cujus modo mentionem fecit Claudianus nobiliſſimum ferè tincturarum. Virgilius.

Lydia Sidonio quod fœmina tinxerat oſtro.

Sidonius Epigrammate ad Majorianum Auguſtum. *Sic te Sidonio recocta fuco Multos purpura veſtiat per annos.* Vir doctus Notis ad Corippum ita in Codice Bongarſiano hunc verſum legi autumat. *Qui ſe Sidonio velandum credidit oſtro.* Sed nos à tot alijs Codicibus noſtris minimè recedimus.

455. RESPIRANTIBUS ASTRIS.] Superiore hac parte cœli. Eam enim aſtrorum nomine cenſent Poeticæ litteræ. Platonicum ſimul dogma exprimitur, vbi ſingulis aſtris ſui adſcribuntur dœmones, ſuæ animæ, ſub omnium patre qui mundi univerſi anima eſt. Et Stellę eidem Philoſopho animantia Rationabilia. Chalcidius in Timæum: *Cum igitur extimi limites, id eſt ſummus atque imus celebrentur convenientibus natura ſua animalibus, ſcilicet ratione utentibus, cœleſtis quidem ſtellis terreſtris autem hominibus conſequens eſt etiam cæteros locos regionesque interjectas plenas eſſe rationalibus animalib. exiſtimare ne quis mundi locus deſertus relinquatur.* Vide Proclum.

457. TUNC ANIMÆ QUAS ILLE FERO SUB JURE PEREMIT.] *Ius ferum* eſt imperium tyrannicum. Jus enim, regnum. Animas autem peremiſſe dicit imitatione ſacratum litterarum, quarum aperriſſima lumina in toto hoc auctore apparent, & à nobis in gratiam Lectoris peculiari ſunt libello ennarratæ. Sæpè enim ita Codex Legum Moſaycarum. Anima homo etiam profanis ſcriptoribus. Theodorus Priſcianus libro III. Cap. VI. *Nam Dictamnum cum vino tritum poſt balneas potui dabant, & continuò pane jam maturas animas excludebant.* Alioquin & vita Lucanus lib. IX.

at qui ſponſore ſalutis
Miles eget, capiturque anima dulcedine. vadat.
Ad Dominum meliore viâ.

459. JUDICIS URNAM.] Quia judicia collectis ſuffragiis in urnas ei operi deſtinatas per univerſam ferè Græciam exercebantur, inferis quoq; talia aſcripſerunt Poetæ. Virgil. lib.VI Papinius. *immenſis urnam quatit Aeacus umbris.* Et inde urna ipſum fatum, ipſam neceſſitatem moriẽdi ſignificat. Vberrim alibi. *Paſtorum in ora.* an tali componat monſtrum hoc? melius ſcripſiſſet *prædonis in ora.* Talis enim Rufinus potius.

461. DVLCIA RAPTV MELLA TRAHIT.] Non inſidiis ſed raptu manifeſto. Vnus eſt inter libros Belgicos, qui crebrò à cæteris ſolet diſſentire, hic vero *dulcia quercu* præfert. Quod ego nequaquam librarii alicujus ineptiis deberi exiſtimo.

462. SPICVLA TENDVNT.] Inſtar militum. Sulpicia de Veſtis. *Turba vigens ſtrictu per lutea corpora telis.* Vulgo malè ibi *rigens* legitur. Dum enim pugnam meditantur florere eas ait, & ita Romanis pacis inertia ignaveſcentibus comparat Poetria.

463. RIMOSAM PATRIAM.] Ex Marone *levi rimoſa cubilia limo Vnge fores circum.*

463. PVMICIS ANTRA.] Gratiſſima ſedes apibus. Idem Maro: *ſub terrâ fodere larem penitusque reperta. Pumicibusq; cavis exeſæque arboris antro.* Corippus lib.IV.

Floribus inſidunt variis rorémque madentem
Ore legunt, onerantq; humeros, ceráque liquenteis
Conficiunt, dulcéque lares in pumice figunt.

Qui Poeta ſatis ſuavis in iſtiuſmodi deſcriptionibus eſt. Adeo vero preſſo atq; jucundo ob æquabilitatem ſtili & acuminum quẽdam opportunum contemtum, vt, demtis quibusdam quæ planè barbariem redolent, vix illo quisquam Chriſtianus ſit ſuperior.

465. PRONOQVE FAVOS.] Quod ob molem caſui videtur vicinum. Vnus Belgicorum *pronosque* velut jam raptoris manui incidentes. Sed non opus eſt mutatione, tollit enim dubitandi anſam Virgilii, quem more ſuo noſter expreſſit, locus. IV. Georg.

jamque arbore ſumma
Confluere, & lentis uvam demittere ramis.

Conferre autem poſſis Raptum noſtri. Homeri Odyſſeam. Euripidem Hercule Furente & Senecam, Virgilium, Statium, Silium, Lucanum, magnamq; vim aliorum.

466. EST LOCVS.] Melius *lacus.* Ex Virgilio qui paludem dixit verſibus mox ponendis. In lacum enim confluunt alvei illi. Sed cum nemo ex omnibus libris quicquam mutet, nec nos aſſertum quid aliud à vulgato volumus.

467. INAMOENVS VTERQVE ALVEVS.] Quod ipſa nomina arguunt. Axiochum exſcribi notavit Claverius, & puto verè, quanquam ibi pro Phlegetonte Acheron eſt, licet minimè Platonis is ſit Dialogus Platonicum verò Claudianum qui neſcit numquam de dogmatis illius omnibus ſeculis nobiliſſimi Philoſophi vnam paginam ei adhibuit. Inamœnum imitatione Maroniana dixit cui inamabilis. Georg IV.

Quos circum limus niger & deformis arundo
Cocyti, tardaque palus inamabilis unda
Alligat.

Vide paludem dici à Marone, quem nos lacum Claudiano ex ſuſpicione reſtituimus. Et ſic Alcimus Avitus libro III.

quam fluctibus implet
Sulfureis volvens undoſa incendia gurges
Flammarum ſtagnante lacu.

Neq; aliter ſacræ ſalutis litteræ.

469. TVRRIS PER GEMINOS FLAMMIS VICINIOR AMNES PORRIGITVR] Hæſimus olim in interpretatione hujus loci. *Turris* ſanè in altũ porrigitur, porrectio enim longitudinis in quãq; re maximæ eſt menſura aut deſcriptio. Neq; videas quomodo porrigatur turris per alveos quib. inædificata eſt. Sed ſciendum Turrim non vnam molẽ ſolam, ſolumque in altum porrectam ſignificare, verum munitionem latam, arcem, ſtructuram plurium

plurium ædificiorum, caſtellum, modo altitudinis ſit eminĕtioris, & quæ fortior ad permanendum. Sic omneis munitas moles turres vocat Lucretius libro V.

non lapides quoq; vinci cernis ab ævo?
Non altas turreis ruere, & putreſcere ſaxa?

Vnde & confugium quodvis, tutumq; receptaculum, Turris. De amnibus ipſis infernalibus nihil attinet loca Poetarum coacervare, nemini ignota. Sanè cum per geminos amnes moles iſta *adamantina* porrigatur, quomodo ei vicinior ſit qui flammis perpetuis fluit, nŏdum ædepol ſatis perſpicio. Niſi tu *vicinum* hic cognatum velut, ſimilem, proximum, non tam loco quam natura interpretere, & ita boni ſcriptoreis. Gratius Cynegetici verſu. CCCLXXXII.

Diſce modos, & quæ tutela eſt proxima, tenta.

Hoc eſt magis utilis, magis conveniens. Idem v. CCXXXII.

Neve levem prædam aut propioris pignora lucri
Amplexus primos nec quicquam offenderet actus.

Manilius libro Primo. *Iam propiusque favet mundus ſcrutantibus ipſum.* Prudentius in Hamartigeniâ. *Et datur occultum per proxima quærere verum.* Hoc eſt maximè ſimilia, & naturæ non abſimilis. Appulejus in Apologia: *Quis umquam fando audivit tam ſimilem ſuſpicionem? tam proximum argumentum, tam aptam conjecturam?* Sed nec illud nota non dignum, ut Claudiano dictum turrim porrigi, quæ in latitudinem tamen extendatur nŏ eam quam de tali munimento exaudias promtius, altitudinem, & ita duo hæc confundi: Vtque Scholiaſtes Germanici *Cæſaris pariter porrectŭ latitudinis* agnoſcit, prima Commentarij ſui paginâ. Sic *proceritatem* contrà non ſemper quoq; pertinere ad celſitudinem aut erectam lineam, verum ad protenſionem etiam amplitudinis. Vti prolixitatem idem valere Caſſiodoro notat doctiſſimus Rigaltius ad Epiſtolă Juliani quam cum Lexico ſuo promulgavit. Appulejus, ſcriptor vnus omnium maximè proprietatis amans & veteris Latinitatis, ſupra quam vulgo credatur, conſervator. libro V. *Sed ubi remigio plumæ raptum maritum proceritas ſpatij fecerat alienum per proximi fluminis marginem præcipitem ſeſe dedit.* Et libro VI. *Namq; ſaxum immani magnitudine procerum & inacceſſâ ſalebritate lubricum medijs è faucibus lapidis fonteis horridos evomebat.* Talia multa nos ad eum ſcriptorem in Indice olim quem premimus, non opprimimus.

472. FLETV CONCITA PLANGIT.] Cocyti alveus lacrymis fluere omnium Poetarum fabulis notiſſimus. Hujus aquas *fletum* vocat Claudianus, quibus impulſa turris plangit etiam ipſa, hoc naturaliter ſive Deorum fato quopiam coacta facere, nequid abſonum mœſtitiæ infernali ferret, ſi non & ipſa plangeret. Vndæ quoq; mihi vidĕtur flebilem vocem dare, quæ turrim illam allatret velut. Sic apud Eumdem Appulejum infernales eædem undæ vocales ſunt, libro VI. *Iamq; & ipſa ſemet vocales movebant aquæ, iam & Diſcede & quid facis vide, & Quid agis, Cave & Fuge, & Peribis ſubinde clamant.*

473. HVC POST EMERITAM MORTALIA SECVLA VITAM DEVENIVNT] Sapientium mortalium multi ante patefactam quoq; veritatem ſive ad coercendos & in officio tenendos homines, quod Politici illi ajŭt, ſive conſcientia quadam rerum divinarum, ſtatuerunt locum quemdam eſſe ubi convenirent animæ morte à corporibus ſolutæ, vel ad præmia benefactorum vel ad capiendas pœnas malè adminiſtratæ vitæ ſuæ. Cæteri omnia hæc fabulas rebantur, rati cum Epicuro nil niſi terriculamenta eſſe & ſuperſtitioſarum cogitationum ludibria; inter quos cumprimis eſt Lucianus non tam reapſe, quanquă & hoc interdum, animæ immortalitatem negans, quam inferorum illas Pœnas ſpectandas exquiſitis dialogorum velut picturis proponĕs, unde prudentes ſibi judicium ſumere, vulgus autem in delirijs ſuis præſtandi anſam capere poſſit.

poſſit. Opiniones varias Philoſophorum Poetarumq; non attinet examinare hoc loco. Vtinam extarent veri illius & veteris Apollodori Bibliothecæ Commentarij, quorum XX. liber totus de inferis fuit, cujus vicem legi nunc poteſt Stobæi Eclogarum Phyſicarum caput XL. Tmemate ultimo.

περὶ τῆς τῶν ψυχῶν διαγωγῆς μετὰ τὴν ἀπὸ
τοῦ σώματος ἔξοδον.

quo Loco & nobiliſſimorum Philoſophorum diſſertationes reperies.

474. VBI NVLLA MANENT.] In omnibus Belgicis libris fuit *ibi nulla manent* Noſter agnoſcit *tibi*. Aldus facit cum illis Scaliger & Claverius ut adſcripſi.

474. NVLLA MANENT DISCRIMINA FATI.] Lucianus νεκρικοῖς. ἰσοτιμία ἐν ᾅδου καὶ ὅμοιοι ἅπαντες.

Paria apud Prudentium Romano, Horatium Odis, Maximianum ſcriptorem Boethio æqualem tempore, in Elegijs, alios infinitos.

475. VANOQVE EXSVTM. NOMINE REGEM.] Tamquam in ſcena perſonā quampiam induiſſet. Et ſic ſapientiſſimi ſcriptores de vita & ambitione Potentiæ ſuperbiæq, humanæ cenſuerunt ; vt celebre fuerit dictum Petronij Arbitrij *totum mundum facere hiſtrioniam.* Atque is ſcriptor nequaquam tam vili æſtimandus foret quam de fragmentis nunc tenuiter judicat Iſaacus Caſaubonus, ſi integer ad nos perveniſſet ; cum & in laceris his mancisque fragminibus tot ſententiæ & tam accommodæ vitijs temporum corrigendis ſuperſint, quot vix in ullo Poeticum ipſa fronte præferente. Neq; probavit ille quæ ſcripſit, ſed in hoc totus fuiſſe videtur ut ſuaviſſima oratione oſtenderet ſummè infeliciter eos vivere qui in vita voluptatem ſectandam propoſuiſſent. Qua de re alibi. In hanc autem ſententiam venit congruè ejusdem elegans Epigramma, quo ait.

Grex agit in ſcena mimum, Pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.
Mox ubi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, aſſimilata perit.

Eadem enim ratio honorum & dignitatum humanarum eſt. Et ſic fabula vitæ conſtruitur. Epictetus Enchiridij cap. XXIII.

μέμνησο ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἷον ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος, ἂν βραχὺ, βραχέος, ἂν μακρὸν, μακροῦ, ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ. ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην, σὸν γὰρ τοῦτο ἐστὶ τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς, ἐκλέξασθαι δ᾽ αὐτὸ ἄλλου.

Innumerabilia hujus generis ſapientum veterum loca coacervari poſſint; quę videri poſſunt apud Senecam de Brevitate Vitæ, Simplium, Arrianum, Antoninum, Hieroclem, Platonem, Plutarchum, & quem non?

476. QVÆSITOR MINOS.] Ita appellant Poetę exactorem illum rigidum & juſtum ad quem omnia à mortalibus commiſſa ſiſti, & ab eo examinari credebantur. Virgil. lib. VI. *Quæſitor Minos urnam movet.* Seneca Furente. *Non unus alta ſede quæſitor ſedent.* Sed & alij per tormenta examinatores, ſunt quæſitores. Prudentius. *Inde furens quæſitor ait jam tortor ab unco Deſine.* Hinc quæſtiones interrogationes ſub tormentis, de quibus in Jure Juſtinianæo titulus XIIX. lib. XLVIII. Pandectis. Et frequens in rebus geſtis veteris ævi mētio, præſertim ſeculis Chriſtianis, ubi cōtra ſcitum D. Auguſti à tormentis incipiebatur, nec confeſſio quærebatur, ſed contra omnium legum & humanitatis uſum poſt confeſſionem tormenta morti cruciabiliori reddendæ dedicabantur ; qua de re conqueritur præter alios Tertullianus in Apologetico.

475. PERTENTAT CRIMINA MINOS.] Lego. *præſentat.* Etſi nec alterum intolerabile. Minoem autem primum diſcernere bonos à malis ait, deinde alteri judici eos deſtinari. Planè ut ſacræ litteræ primum de ſeparatione, deinde de condemnatione loquūtur.

Matth.

Matthæi XXV. καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ ἐρίφων.

475. IN ALTO SOLIO.] Tale tribunal aſcribebant Minoi. Lucianus Necyomantia.

κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες παραγενόμεθα πρὸς τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον, ἐτύγχανε δὲ ὁ μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος, παρειστήκεισαν δ' αὐτῷ Ποιναὶ, καὶ ἀλάστορες, &c. Minos autem ideo admotus rebus poſt mortem, quod in vita juſtiſſimus fuit, & ipſius Iovis colloquio leges ſcripſiſſe creditus, non ſecus atque Egeriæ Numa. Nicolaus Damaſcenus.

Κρῆτες πρῶτοι Ἑλλήνων νομοὺς ἔσχον Μίνωος θεμένου, ὃς καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησεν, προσεποιεῖτο δὲ Μίνως παρὰ τοῦ Διὸς αὐτοὺς μεμαθηκέναι δι' ἐννέα ἐτῶν, εἰς τὸ ὄρος φοιτῶν, ἐν ᾧ Διὸς ἄντρον ἐλέγετο, κἀκεῖθεν ἀεὶ τινὰς νόμους φέρων τοῖς Κρησί. Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ὅμηρος ἐν οἷς λέγει.

> Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα Μίνως
> Ἐννέωρος βασίλευε, Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Vſque adeo hanc quoque divinæ majeſtatis in mortales clementiam figmentis ſuis imitata eſt dæmonum ſollertia, ita tamen ut maxima differentia maneret veritatis & figmentorũ, de qua egregie diſputat Origenes Philocaliæ, cap. Primo, quem ego librum à ſummis antiſtitibus collectum magni æſtimo, ut ab ingenioſiſſimo omnium Chriſtianorum ſcriptore, probatum autem judicio doctiſſimorum, nec mirum crediſſe Minoi Cretenſes Leges juſticiam profeſſas promulganti, cum adeo ſtupidi mortales fuerint inter Thraces ut duci Coſingæ plurimas præaltas ſcalas texenti eum in cœlum exſcenſurũ Iunoni relaturum ipſorum contumaciam Polyænus lib. VII. Strateg. fidem habitam teſtetur. In Noſtro Libro hoc verſu legitur *in alto Conſpiciens ſolio* Sed male.

476. DIRIMIT SONTEIS.] Melius legas *diribit* Sed illud eſt τοῦ πέμπτου.

478. AD MALA VERBERA.] Singularem energiam τὸ *mala* hoc loci habet, infert enim crudelitatem quandam nocentem, immanem, & aſtutam ſimul. Sic malæ Furiæ apud Horatium.

> *At non ante malis dementem actum furiis, quam*
> *In matris jugulo ferrum tepefecit acutum.*

Et malæ Orci tenebræ apud Catullum, in quibus nil præter amaras curas tormenta animorum. Sic de Fure Calpurnius Ecloga III.

> *mala nocturni religavit brachia Mopſi*
> *Tityrus, & medio furem ſuſpendit ovili.*

Et Virgilius

> *mala vites incidere falce novellas.*

Valerius Flaccus libro I.

> *quoties mox rapta videbo*
> *Vela notis, plenaſque malis clamoribus undas.*

Hoc eſt morticinos, & ex quibus nulla liberatio. De Rhadamanto fabuliſque cæteris omnia ſunt vel pueris tritiſſima. Summa eſt in his Apollodori libro III.

Ῥαδάμανθυς δὲ τοῖς νησιώταις νομοθετῶν, αὖθις φυγὼν εἰς Βοιωτίαν, Ἀλκμήνην γαμεῖ, καὶ μεταλλάξας ἐν ᾅδου μετὰ Μίνωος δικάζει.

481. SVPERNI CVRRICVLI.] Sapientem vita humana *curriculo* comparatur, ſacris potiſſimum litteris, quarum longa & ipſis ferè ſemper ignota deductione Philoſophi & Philoſophantes ſcriptores, eadem de eadem judicant. Iuvenalis Satira IX.

> *feſtinat enim decurrere velox*
> *Floſculus, exiguæ miſeræque breviſſima vitæ Portio*

Lucretius libro II. de Rerum Natura

> *inter ſe mortales mutuâ vivunt,*

Augeſcunt aliæ genteis, aliæ minuuntur,
Inque brevi ſpacio mutantur ſecla animantum,
Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.

Virgilius.

Vixi & quem dederat curſum fortuna, peregi.

Favonius Eulogius in Somnium Scipionis: *Inſinuat Scipionem illum qui Karthagine ſubjugata cognomen familiæ peperit Africanum huic Scipioni Paulli filio futuras à propinquis inſidias & fatalis metæ denuntiare curriculum.* Hinc ſcitiſſime viatorem, viventem in hoc curriculo appellat Alcimus in ſuo ſibi Epitaphio, verſibus, qui pro eo ævo & ſuaviſſimi & doctiſſimi ſunt, emendati & integri hoc loco propoſiti.

Hic rogo pauxillum veniens ſubſiſte viator,
Vt mea ſcruteris pectore dicta tuo.
Vt tua deque meis cognoſcas fata figuris,
Vertitur en ſpecies, ut mea, verſa tua eſt.
Quod nunc es fui ego formoſus in orbe Viator,
En ego quod nunc ſum forma futura tua eſt.
Delicias mundi caſſo ſectabar Amore,
Nunc cinis & pulvis, vermibus eſca, nihil.
Quapropter potius animam curare memento,
Quam carnem; perit hæc, perpetuo illa manet
Cur tibi rura paras? quam parvo, cernis, in antro
Me tenet, illa vocat te quoque parva quies!
Cur tyrio corpus inhias veſtirier oſtro,
Hoc turpi ſerpens corpore vermu edet!
Vt flores pereunt vento veniente minaci,
Corporu abjecti gloria tota perit.
Tu mihi redde vicem, Lector, rogo, carminis hujus,
Et dic, da veniam, Chriſte, tuo famulo.

Eleganter ex Sacris Theodorus Studita Homilia XCV. de Arcto itinere, Enarratores in caput XX. Actorum. Valerianus, luculentus ſcriptor, immortali beneficio Iacobi Sirmondi luci redditus, Sermone II. & III. quem vide, & de curriculo vitæ multa apud Nazianzenum Opuſculis Poeticis.

481. PROSPEXERIT ACTVS.] Sex libri Belgici *perſpexerit*, quod nos olim ex tribus probatum nunc merito magis amplectimur. Inane boni ſenſus eſt quod adſcripſimus, quamvis Codex Noſter, Aldus, Scaliger, & Claverius, retinuerint.

482. FERARVM.] μετεμψύχωσις in belluas hominum, hodie quoque credita Truſcis populo habitandi Libanum, ut ſcribit Ioan. Iac. Breuningus in Itinerario, Navigatione Quarta, quã luculenter confutat Æneas Gazæus in aureolo Dialogo, Theophraſt. qui recens à nobis Latinitate donatus eſt. Feras a. domicilia malis hominibus dederunt, quia revera illi beſtiarum vitam vivunt. Iunilius Epiſcopus in Geneſin: *Sexta ætate ſeculi inter multos reprobes qui merito ſerpentibus comparari poterant, ac beſtiis propter ſævitiam, & quia toto animo terreſtribus inhærent curis vel illecebris nati ſunt & ſancti in plebe Dei.* Vide Philaſtriũ Hæreſi C X X. Pythagoræorum hæc in ſpeciem tantum doctrina erat, ſub ænigmate velut docens quid mereatur vita voluptatibus fœdis atque belluinis dedita, ut clare videmus apud Hieroclem cap. LII. aureorum Commentariorum in aurea Carmina, ubi ita diſſerit.

ἢ πάλιν εἴ τις ἑαυτοῦ ψυχὴν συναποθνήσκειν οἴεται τῷ θνητῷ σώματι, ἀγνοίᾳ τῆς προσούσης ἀθανασίας τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, προσδο-

προσδοκᾷ ἃ μὴ δεῖ, μηδὲ οἷόν τε γενέσθαι, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ θέλων μεταμφιάσασθαι σῶμα, ἐλπίζων, ἢ ζῶον ἄλογον γενέσθαι διὰ κακίαν, ἢ φυτὸν δι' ἀργίαν αἰσθήσεως, ὁ οὗτος ἀντιστρόφως τοῖς εἰς τὰ ἄνω γένη μεταβάλλουσι τὴν τοῦ ἀνθρώπου οὐσίαν πρὸς τὰ κάτω αὐτὴν συνωθεῖ πεπλανημένος, καὶ ἀγνοῶν τὸ ἀμετάβλητον τοῦ κατ' οὐσίαν ὑπάρχοντος εἴδους τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. ἀεὶ γὰρ μένουσα ἄνθρωπος τῇ τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνὰ μέρος κτήσει, θεὸς ἢ θηρίον γενέσθαι λέγεται.

Et deflexio ab nobilitate animæ illa eſt quæ homines facit belluas. Arrianus Epicteti libro I. cap.III.

διὰ ταύτην τὴν συγγένειαν οἱ μὲν ἀποκλίναντες λύκοις ὅμοιοι γινόμεθα, ἄπιστοι καὶ ἐπίβουλοι, καὶ βλαβεροί, οἱ δὲ λέουσιν ἄγριοι καὶ θηριώδεις, καὶ ἀνήμεροι, οἱ πλείους δ' ἡμῶν ἀλώπεκες, καὶ ὡς ἐν ζώοις ἀτυχήματα.

Vide Boethium lib. IV. Conſol. cap. III Sed hi inter Paganos ſubſtitiſſe debebant, inter ipſos autem Chriſtianos etiam hoc genus erat qui perpetuo vivebant in ſordibus corporearum deliciarum, immo cœno omnium vitiorum, quos ideo quoque Borborianos appellabant, qui vita ſua obſcœna & ſtercorea infamabant ipſam Dei creaturam. Philaſtrius Brixienſis cap. LXXIII. *Alia eſt hæreſis Borborianorum qui vitiis implicati ſeculi & malis concupiſcentiis ſervientes non ſperant judicium futurum, ſed potius carnalem ſeculi concupiſcentiam laudant. Hi itaque in cœnum euntes & inde obliti de cœno facies, & membra ſua deformantes eadem in re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonſtrantes: cum illa vorago culparum & vitiorum perniitioſa damnatio ex hominum voluntate non legis divinæ promiſſione deſcenderit.* Et talium ubique ea copia fuit, ut exteris fidei Chriſtianæ numquam defuerit cauſſæ Religionem noſtram è moribus cultorum convitiandi. Vt de Averroe nobiliſſimo Philoſopho legimus ab agnita Veritate reſiliiſſe proteſtantem nullibi terrarum homines eſſe tam prorſus ſceleribus omnibus inquinatos atq; perjuriis coopertos quam Chriſtianos nomine. Ejuſdem ſententiæ fuit & Moſcus ſive Machumetanus ille tempore patrum de quo ſcribit Paullus Oderbornius in Vita Magn. Baſilidis. Quod ſi hodie tales re ipſa, quod Philaſtrius ait, cœno ſeſe oblinerent, unde putas ſatis fœtutinarum aut voraginum futurum congerendo & exhauriendo ſtercori? vel uti ſinguli Borboriani iſti particulam aliquam ad oſtendenda velut inſignia ſectæ ſuæ indidem naciſcerentur? Sed hæc οὐδὲν πρὸς Διόνυσον.

483. VINCLA PATI.] Corpora, quibus illigantur velut animæ & impediuntur ab actionibus puritati & Rationi ſuæ convenientibus. Nodos vocat Gildaſius Sapiens cognomento. Invectiva in Clericos. *Ego ſane ero cras qui hodie ſum, tu te utinam mutares. Vtinam haberem aliquid digni muneris quod offerrem huic qui maturius me de nodo follis hujus abſolveret.* Et Arnobius lib. II. *annis vivat innumeris & numquam nodis corporeis eximatur.* Virgilius Culice.

Minos

Conſcelerata pia ſecernit vincula ſede.

Arnobius eodem libro; *quo facilius exſui corporalibus poſſit è vinculis.* Virgilii verſum ſcio pleroſque interpretes non eſſe aſſecutos. Gennadius Scholarius περὶ προνοίας.

τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ πλεῖον περιμεῖναι τῇ παρουσίᾳ τῆς σαρκὸς ἀνεχόμενος: τὸν δὲ θᾶττον ἀπολυθῆναι τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος διετάξατο, κατὰ τοὺς τῆς ἀρρήτου σοφίας λόγους.

Eligius Homilia II. *Videntem me pacem quæ terreſtria lætificat & cœleſtia à vinculis corporis dimittis in pace.* Hericus Altiſſiod. lib. VI.

Spiritus

Spiritus at cæcis ardens emergere vinclis
Emicat, & liquidas ardens transfertur in auras.

Eodem refero quod Artemidorus libro III. cap.XIII. ſcribit *bonum eſſe ſomnium in vinculis commorantis Deum fieri videri.* Sic carcerem animæ vocant nobiliſſimi auctores corpus. Lucanus lib.VI.

Adſpicit adſtanti projecti corporis umbram
Exanimes artus, inviſaq; clauſtra timentem,
Carceris antiqui

Prudentius Cathemerinon. X.

dum generoſa caducis
Ceu carcere clauſa ligantur
Pars illa potentior extet
Quæ gemen ab æthere traxit.

Zeno Veronenſis Sermone ultimo de Reſurrectione: *cum eorumdem ille ſapientiſſimus dicat hanc eſſe mortem cum corpore animus tamquam carcere clauſus tenetur, illam eſſe veram vitam cum idem animus cuſtodia carceris liberatus ad eum locum unde venerit revertatur.* Theophridus Abbas Sermone de Veneratione Sanctorum: *ibi eſt habitatio quam fidelium deſiderat intentio qui Deum portant in mente quamdiu tenentur in carnis carcere.* Prudentius Hamart.

Hac ille ante obitum membrorum in carcere ſeptus
Secedente anima non diſcedente videbat.

Arrianus Epicteti lib. I. cap. IX. vocat vincula, cum Claudiano.

ἀλλὰ μή τινες ἐμπέπλωσι τοιοῦτοι νέοι, οἱ ἐπιγνόντες τὴν πρὸς θεοὺς συγγένειαν, καὶ ὅτι δεσμά τινα ταῦτα προσηρτήμεθα, τὸ σῶμα καὶ τὴν κτῆσιν αὐτοῦ.

Zacharias Scholarius fine aureoli Dialogi de Vniverſo.

ὡς ἂν μὴ παραχθείημεν λυομένων ἡμῶν τῶν δεσμῶν καὶ πυκνὰ στρεφώμεθα πρὸς τὰ τῇδε.

Compages elegantiſſime appellat Cicero de Senectute. *Nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis munere quodam neceſſitatis & gravi opere perfungimur.* Colligationem quampiam ſtati temporis alii cenſebant. Nonnus Dionyſiacorum libro XXXVII. de Indis.

Ὄμμασιν ἀκλαύτοισιν ὑπερχιόωντο θανόντας
Οἷα βίου βροτέου γαίϊνα δέσμα φυγόντας
Ψυχῆς πεμπομένης ὅθεν ἤλυθε, κυκλάδι σειρῇ
Νίσσαν εἰς ἀρχαίην

Quo eodem alludit Heliodorus libro VIII.

ἄμμιγα δὲ κούρῃ τῇ Περσεφόνῃ μεσουρίσεσθαι, καὶ λύσιν δεσμῶν τὴν ἐνθένδε ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν.

Alii tunicam velut quampiam corpus, animæ circumjectam. Nemeſius cap. III.

πλάτων μὲν οὖν καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀπορίαν οὐ βούλεται τὸ ζῶον ἐκ ψυχῆς εἶναι καὶ σώματος, ἀλλὰ ψυχὴν σώματι κεχρημένην, καὶ ὥσπερ ἐνδεδυμένην τὸ σῶμα.

Pariter λύσις mortem ſignificat. Carfilis in Quæſtionibus. ἢ θάνατος: διάλυσις. Artemidorus lib.III.c.LXI.

φυλακὴν μὲν γὰρ καὶ παρατήρησιν καὶ μονὴν τῶν πραγμάτων τὴν ζωὴν κελεύει τὸ δὲ ἐναντίον τούτου λύσιν καὶ ἀπώλειαν, τουτέστι τὸν θάνατον.

Noſtri tamen erudiriorem explicationem vide Animadverſionibus in Æneam Gazeum, his diebus edolatis.

484. TRUCULENTOS INGERIT.] Dogma Socraticorum & Platonis. Vide Phædonem, & ejus doctrinæ alios. Æneam Gazeum. Iſidorum Peluſiotam libro II. Epiſt. CXXXV.

CXXXV. alios. Interpres is vicem Claudiano noſtro ſit Boethius lib.IV. de Conſolat.cap. III.

URSIS.] Quia truculentiſſimum hoc animal, feris barbariſque moribus homines poſt vitam hanc in hujus formam vel corpus tranſire cenſebant. Sic de Rege Alanorum Hericus lib.V. Germanidos, ut alibi etiam notavimus.

Rex erat his Eoachar quovis crudelior urſo.

485. PRÆDONESQUE LUPIS.] Boethius. *avaritia fervet alienarum opum ereptor? ſimilem lupo dixeris.* Æneas Gazæus Theophr.

ὁ δὲ δὴ πλεῖστον τὰς τῶν ἀνδρῶν ἔφη ψυχὰς ἐν τῷ δὲ τῷ βίῳ θηλυνομένας εἰς γυναῖκας ἀναβιῶναι, κακίαν δὲ ἐμπεπλησμένας εἰς θηρία καταβαίνειν, καὶ χερσαίοις συνδιαιτᾶσθαι, τοῖς δὲ πλανοῖς συμπίπτεσθαι καὶ τοῖς ἐνύδροις συναγελάζεσθαι, τὴν δὲ πρὸς Φαίδωνα συγκρότους συνουσίαν διεξιὼν τοὺς ὑπὸ πλεονεξίας ἐπαιρομένους καὶ πρὸς ἁρπαγὰς ἰταμοὺς, εἰς ἐκτίνους· καὶ λύκους μεταβάλλει.

Alii Platonicorum myſteriorum Exegetæ. Et ſic molliuntur tradita illa Platonii, ut pro lupo homo rapax, pro ſue immundus, pro Leone ferus intelligatur. Vide eumdem Æneam, Et Nemeſium cap.II. ſub finem. Lupi, rapaces homines, in Evangelio. Nicolaus Clemangius de Filio prodigo: Qui paſtores dati erant, neſcio quo Circæo poculo in Lupos verſi ſunt. Bernardus Morl. in Satirica Poeſi.

486. FALLACES VULPIBUS ADDIT.] Velut conjugio quopiam Hoc enim *additur* familia familiæ, ut notamus alibi his Commentariis. De vulpe & vulpino animo itidem alio horum librorum loco. In MSS. libris nullam mutationem reperio.

487. DESIDIA SEMPER] Aſino hunc æquare poterat, quem mirum omitti cum à cæteris fere huic ferorum catalogo accenſeatur. Boethius. *Pavidus ac fugax non metuenda formidat? cervis ſimilis habeatur. Segnis ac ſtupidus torpet? aſinum vivit.* Arrianus Epicteti libro IV. cap.V.

οὐκ ἀρκεῖ δὲ ἡ ἐκτὸς περιγραφὴ, οὐκοῦν οὐδὲ πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἡ ῥὶς ἐξαρκεῖ, καὶ οἱ ὀφθαλμοί, ἀλλ' ἂν τὰ δόγματα ἔχῃ ἀνθρωπικά. οὗτος οὐκ ἀκούει λόγου, οὐ παρακολουθεῖ ἐλεγχόμενος, ὄνος ἐστι.

Ita & Aeneas Gazæus Theophraſto. Aſini ſtultitiæ indices, Eligius Homilia II. *aſini primo genitum ove mutemus, ut ubi prius fuit ſtultitia & immunditia ſubſtituatur caſtitas & innocentia.* Et inde Convicium in Comœdiis, Terentius *flabellum geſtare te aſinum tantum.* Quem tamen locum parum apte expoſuerunt interpretes. Libidinoſum enim & bene penſilibus peculiatum, qui ſpadoni opponatur innuit Antiphon. Et ſic aſinum immundum dixit Eligius, utpote præ cæteris animantibus proliſicum. Sed Æſchinem Adelphis Mitio *aſinum* ſtuporem ejus inceſſens, nominat Hic autem egregius grex augeri etiam Pardis poterat, qui cum Leonibus ſuperbiæ & Verſutiæ ſunt Indices Iuſtus Epiſcopus O gelitanus cap.LXXXV. in Canticum Canticorum. *Evocatur Eccleſia de cubilibus Leonum & montibus Pardorum, quando relicta elatione ſuperba, vel diverſarum traditione ſectarum ſimplex & humilis venit ad Chriſtum.* Et ita addi figuræ poſſint plurimæ.

487. SVIS IMMVNDI.] Solus ex omnibus priſcis Codicibus Noſter *immunda.* De ſuo Boethius: *Fœdis immundiſque libidinibus immergitur? ſordida ſuis voluptate detinetur.* Amphilochius Iconiæ Epiſcopus Sermone de Muliere & B. ſilio: *Mulier quædam opibus & generis nobilitate clara, indecenter ſuis facultatibus abutebatur, gula & Laſcivia ſeipſam emancipans, nihilque ad beneplacitum Dei ſe componens, ſed porcorum inſtar in ſordibus peccatorum volutans demum illuminata ajebat.* Vide Nicolaum de Clemangiis admirandum ejus ævi ſcriptorem libro de Filio prodigo cap II. Clementem Alexandrinum Protreptici initio. Radulfus Ardens Sermone in Vigiliam Paſchæ:

Lchæ: *Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt eis. Sicut vitiis ita morte. Hinc eſt quod Poeta deſcribunt homines mutari in pecudes. Homo enim qui divina origini oblitus, ſoli gulæ deditus eſt, quid aliud quam in porcum mutatus eſt?* Alia obvia, non enim frequentior alia ulla comparatio.

488. ARCANAQUE SUEVIT PRODERE,] Hoc inter crimina ſumma conſtituerunt ii, qui Vitam Politicam, & in primis Monarchiam, conſtituere pœnis poſt mortem ſancitis voluerunt. Quicquid enim vel Patriæ vel Regio, nonnumquam & tyrannico, contraire Imperio videbis, id reperies in Philoſophorum & Poetarum figmentis apud Inferos atrociſſime punitum. Sic hoc loco proditio arcanorum æterno ſilentio punitur. Sic hoc loco proditio arcanorum æterno ſilentio punitur. Sic ſubdit ſummum ſcelus apud inferos eſſe refixionem & venditionem Legum. Et talia. Sapienter ergo præcipit Horatius, lib. I, Epiſtola XVIII.

Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius umquam
Commiſſumque teges & vino tortus & ira.

Sic in Mecænate tot virtutibus præluxit taciturnitas, quæ eum amatiſſimum Auguſto ſuo reddidit. Victor Iunior ſeu Victorinus in Auguſto. *In amicos fidus exſtitit quorum præcipui erant ob taciturnitatem Mæcenas, ob patientiam laboris modeſtiamque Agrippa.* Nec huic contradicit Suetonius cum lib. II. cap. LXVI. ait. *Deſideravit nonnumquam, ne de pluribus referam, & Marci Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem, cum ille ex levi rigoris ſuſpicione & quod Marcellus ſibi anteferretur Mitylenas ſe relictis omnibus contuliſſet. Hic ſecretum de comperta Murenæ conjuratione uxori Terentiæ prodidiſſet.* Nec opus erat viris eruditis multis in talibus ambagibus. Quod enim taciturnitatem in uno & altero penes Mæcenatem deſideraram ait, hoc ipſo alioquin ſemper conſtantem in ea & laudatum propterea docet Suetonius. Garrulitati vero iſti pœnas præ cæteris vitiis atroces ſanxerunt Legumlatores, quia oppido humanum atque commune eſt; quod longe elegantiſſima fabula de Mida enarravit nobis Petronius his verſibus.

Nam citius flammas mortaleis ore tenebunt
Quam ſecreta tegant: quicquid dimittis in aula
Effluit, & ſubitis rumoribus oppida pulſat.
Nec ſatis eſt vulgaſſe fidem: ſimulatius exit
Proditionis opus; famamque onerare laborat.
Sic commiſſa ferens avidus reſecare miniſter
Fodit humum, Regiſque latenteis prodidit aures;
Excepit nam terra ſonos, calamique loquenteis
Invenere Midam, qualem narraverat Index.

490. ÆTERNA SILENTIA VOCEM.] In noſtro libro eſt *mentem*. Quod abſonũ. Piſces ajunt omnes mutos eſſe. Quidam aliquos excipere niſi ſunt, & illôs arguere inſcitiæ. Sic enim velut compertum ſcribit Ælianus libro X. cap. XI. de Animalibus.

Φύσεως δὲ ἰχθύων εἰσὶν ἀμαθεῖς οἱ ἐπιτερῶν πλέως ἁπάντων καταψηφίζοντες σιωπὴν αὐτῶν, ἐπεὶ δὲ συρίττουσί τινες καὶ γρυλλίζουσι. Σκάρος μὲν γρυλλίζει καὶ χρόμις καὶ κάπρος, ὡς Ἀριστοτέλης φησί. Χαλκὶς δὲ συρίττει, κόκκυξ δ᾽ ἄρα τὴν ὁμώνυμον ἔχειν τῇ φωνῇ μεμιμημένος φθέγγεται παραπλήσια.

Diſquirant vel diſquiſiverunt jam dum alii. Poetis nos concedimus ut ex maxima parte omnes cenſeant. Imperioſi enim Prætores ſunt. Horatius.

O mnis

O mutis quoque piſcibus,
Donatura Cygni, ſi libeat, ſonum.

Paullinus in diſceſſum Nicetæ.

Vndique alludunt patulo verentes
Ore Delfines, ſine voce quamquam
Æmula humanis tamen alloquentur
Carmina Linguis.

491. PER VARIOS ANNOS PER MILLE FIGVRAS.] Fruſtra olim hic curioſi fuimus, cum tot librorum nemo quicquam varier. In Vincentina Editione *omnes* fuiſſe notavit Delrius, ſed merito eam non attendimus. Mille autem figuras dixit quod numquam animam quieſcere, ſed hinc inde in & per animalia varia venire ſciverint Pythagoræi. Ovidius in divina illa parænesi Pythagoræ, lib. XV.

Omnia mutantur, nihil interit, errat & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, èque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter; nec tempore deperit ullo.
Vtque novis facilis ſignatur cera figuris
Nec manet ut fuerat, nec formas ſervat eaſdem,
Sed tamen ipſa eadem eſt, animam ſic ſemper eamdem
Eſſe, ſed in varias doceo migrare figuras.

Periodos illas Pythagoricas per *annos* intellige, quæ quoniam variæ & non unius ſpatii habebantur, varios annos eruditius dixit, qui non ad curſum Solis aut Siderum ſed ſua propria proportione terminarentur. Et Sic fatorum quidem Legem in Pythagoricis bis tranſmigrationibus certam eſſe, ipſas autem animas varie multiplicirerque mutari ſcribit Philoſtratus lib. VIII. Apollonii c. III. tranſire in volucres, terreſtres, & marinas animantes Ægyptii tradebant, poſt in hominem reverti, ut auctor Herodotus libro Secundo. Malchus ſeu Porphyrius, iſte enim revera eſt, vita Pythagoræ.

πρῶτον μὲν ὡς ἀθάνατον εἶναι φησὶ τὴν ψυχὴν εἶτα μεταβάλλουσαν εἰς ἄλλα σώματα ἀνθρώπων, πρὸς τε τούτοις ὅτι κατὰ περιόδους τινὰς τά γε ὄμψα ποτὲ πάλιν γίνεται, νέον δὲ οὐδὲν ἁπλῶς.

Circulos vocari à Divo Hieronymo notat ibi doctiſſimus, probiſſimuſque olim amicus noſter C. Rittershuſius, cujus ad id opuſculum Notæ inanes bonarum rerum non ſunt. Sed ut ita retineri poſſit hæc ſcriptura quoniam in libris omnibus offenditur, non tamen ego lectorem celare vererem noſtram conjecturam debeo, qua ſuſpicabar Claudianum ſcripſiſſe.

Quos ubi per varias, annos ter mille, figuras Egit.

Poetarum enim in ſpatiis Pœnarum iſtarum tantus eſt diſſenſus ut omnium qui numquam ſcripſerunt princeps Virgilius ubi mille ſtatuit, libro VI. ibi ejus diſcipulus Silius Italicus lib. XIII. quinque millia ponere non verecundetur. Tria autem millia hunc circuitum annorum durare vetuſtiſſima Aegyptiorum doctrina fuit, uti memorat ex ipſorummet traditionibus Herodotus libro II. Quod ſi omnino veram vulgaram lectionem pertendere quis vellet, putes Metharesin tantum eſſe caſuum in vocibus advocandam interpretationi, ut τὸ *varios* cum ad *figuras* pertineat, eſſ annis ob vicinitatem appoſitum. Sic enim multi alii optimi ſcriptores locuti: Papinius Thebaide II,

Fuderat Aſſyriis exſtructa tapetibus alto
Membra toro

Thori enim exſtructi erant tapetibus, non membra, quæ exſtructis demum toris imponebantur. Idem libro V. Silvarum.

tamen ille ſeverus
Quiſquis is & noſtra cognoſcat vulnera cauſſa.

Hoc eſt cauſſas noſtri vu'neris & doloris. Ovidius libro VII.

nudos humeris infuſa capillos.

Capilli ſane veſtiti non dicuntur, nec nudi. Sed nudos humeros debebat dicere, quo propter ſtridentiorem ſonum abſtinuit. Pacuvius Antiopa.

Salvete gemini, mea propages ſanguinis.

Sanguinis mei dicendum erat. Epitaphium Vetus.

Quid Probina tibi fœcunda viſcera proſunt.

Fœcunda fuerat dicendum Sic Claudianus ipſemet noſter Præfatione II. de R. Pr.

Cyrrheaſque Dei quamvis deſpexerat artes

Orpheis Laurus vocibus apta venit.

Hoc eſt Cyrrhæi Dei, nimirum Apollinis, quę nemini ignotæ ſunt, eum Cyrrhæas nemo qui quam agnoſcat. Paullinus Petrocorius. lib. I. Martin. v. 3 7.

Myſtica quem nondum fontis renovaverat unda.

Id eſt Myſtici, Baptiſmatis ſcilicet. Vltimis ſeculis - immo plane jam barbaris, ita Guntes mirum quam facundus, ingenioſus, & doctus Poeta libro VIII.

Præſidium plebs illa loco, ſumtuſque ciborum

Ad ſpacium belli longoſque locaverat uſus.

Hoc eſt illo loco de quo ſermo eſt. Et Ioannes Sacesberienſis in Euthetico.

Namque novos rerum forma movere ſolet

Hoc eſt nova forma novos mores ſolet. Verum mutatione nulla opus eſſe ſupra diximus cum periodi illæ incerti ſpatii fuerint, ut vitæ anima'ium in quæ tranſire animas ſomniabant, non æquales. Neque tamen in omnia anima'ia tranſire humanas mentes docebant Pythagoræi, excipiebantur enim ea quæ mactari fas erat, ut vides apud Iamblychum lib. Primo. cap. X I I X. Quæ ratio haud dubito quin Initia hujus doctrinæ referat, Hebræorum nim rum Legem, quæ mactationi congrua animalia omnia nominat, impura ſeponit, in his nec illis quidem præteritis quæ fabuloſa potius quam vere credita habebantur, ut de gryphe ſcribit Origines in Philocaliam relatis verbis.

491. LETHÆO PURGATOS GURGITE] Virgilius lib. VI. Silius XIII. alii; Lethen autem ideo fabulis junxerunt, quia tale aliquid intervenire neceſſe erat, cum nemo umquam in vitam venerit memoriam eorum habens quæ ante ipſo facta fuerint. Pythagoræ enim ſcita hac in re adeo inepta fuerunt, ut neminem patis audaciæ umquam habuerint diſcipulum, qui aſſerere voluerit nota ſibi de ſe antequam geret multa.

493. VETERESQUE REOS.] Vt quiſque appuletat, ordine temporis.

496. LUSTRAT.] Diu in eo hæret, tot ſcelerum famoſam umbram mirarus. Sic de Megara libro Primo *oculiſque diu liventibus hæſit Pejorem mirata virum*

497. EX IMO CONCUSSA SEDE.] Indignatione nimia. In Noſtro eſt *ex uno*. Ma'e. Suſpicor neſcio quid aliud latere, ſed libri cæteri nihil variant.

500. PROLUVIES.] Obſcæna, impura, abominabilis colluvies, & congeſtio. Virgilius de Harpyis,

Obſcæni volucrum vultus, fœdiſſima ventris Proluvies

Hoc eſt cloaca quæpiam, foriæve horrendæ. Papinius Thebaide I.

juvat ire & viſere juxta

Liventeis in morte oculos, uteriq; nefandam

Proluviem, & craſſo ſqualentia pectora tabo.

Alioqui *proluvies* ipſa alvi egeſtio. Lucretius libro VI. *ſi quis vitarat funera lethi Vlceribus tetris & nigra proluvie alvi Poſterius tamen hunc tabes letumque manebat.* Et ſoluta alvus hoc nomine cenſetur ut a Columella lib. XII. cap. XXXVIII. cum idem ſit qui d diluvium, ſeu aquarum exceſſus apud Ciceronem libro III. ad Quint. Ep. VII.

501. QUOD QUÆ MIHI SUMMUM SCELUS EST.] Altera pars mythicæ Philoſophiæ, nimirum non tam vulgum aut quemvis avarum improbumque hominem notans, quam & tyrannum, & Legum receptarum violatorem. Sanè Legum auctoritatem ſervare hoc figmento voluerunt Poetæ, ex perſona vero Rhadamanthi apprimè bene hoc loco; & paria ſunt apud Maronem lib. VI.

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Impoſuit, fixit leges pretio atque refixit,
Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti.

503. ARCTOI SIMULATOR PERFIDE MARTIS.] Non enim verè Arctous ſeu Septemtrionalium populorum is Mars erat, ſed Rufini, qui ad Imperium ſibi parandum tot barbarorum millia univerſo ferè Romano orbi infuderat. Hiſtoria notiſſima. Simulator eſt qui rei aliam à vera formam inducit. Papinius libro IV. *Circen ſimulatricem* vocat, quia formas norat humanas in pecudales devertere.

qualu, ſi crimina demas,
Colchis & Aeaea ſimulatrix littore Circe.

503. PLENA LASSATUR PORTITOR ALNO.] Proverbium quoddam de immenſis ſtragibus. Petronius Specimine Belli Civilis.

vix navita Porthmeus
Sufficiet ſimulacra virûm traducere cimbâ. Claſſe opus eſt

Lucianus νεκρομαντείᾳ.

505. PECTUS INUSTÆ DEFORMANT MACULÆ.] Platonis dogma. Animabus etiam defunctorum inhæſuras maculas unde criminum ipſorum catalogus apud inferos poſſit recenſeri. Verba ejus de Gorgia, Claverius, Brodæus, Cognatus, & alij jam poſuerunt. Agathias lib. IV.

ἐπεὶ καὶ ὁ Πλάτωνος λόγος ἀθλίους τὸ μᾶλλον εἶναι, φησὶ καὶ κακοδαίμονας τοὺς ὅσοι κάκιστα βιοῦντες, ἐνταῦθα δίκας ἀποτίσαιεν τῶν ἡμαρτημένων· ἀλλ' οὕτω παρέλθοιεν καθάπερ οἱ στιγματίαι, τῶν οἱ κατων τοῖς ἀδικήμασι πεπελιδνωμένοι, καὶ τὸ μὴ ἐκκεκαθάρθαι ἀποκερδάναντες.

Lucianus Cataplo, verbis Rhadamanthi.

ὁπόσα γὰρ ἂν ἕκαστος ὑμῶν πονηρὰ ἐργάσηται παρὰ τὸν βίον, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἀφανῆ στίγματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρει.

Revera autem per has maculas conſcientiæ læſæ ineluibiles Notæ intelliguntur. Ut Maculas animæ abluere Baptiſma dicit Oecumenius Commentario in 1 Petri, cap III. Pacianus Paræneтico. *Poſtremo illud apertiſſimè nitemur oſtendere qua Pœna ſit aut agentibus pœnitentiam aut etiam negligentibus, atque ideo in vulnere ſuo aut tumore morientibus, quæ rurſus ſit corona quod præmium conſcientiæ maculas rectâ & ordinariâ confeſſione purgantibus.* Egregiè Tacitus Annali. VI. *Neque fruſtrà præſtantiſſimus Sapientiæ affirmare ſolitus eſt ſi recludantur Tyrannorum mentes poſſe aſpici laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus, ita ſævitia, libidine, malis conſultis animus dilaceretur.* Hæ ſunt maculæ illæ quas ſapientes hærere mentibus ipſis opinabantur. Zacharias Scholaſticus de Mundo, Precatione qua librum eum claudit.

δοίης ἡμῖν καθάρσει τὸν νοῦν ἄξιον ποιῆσαι τῆς σῆς ἐκλάμψεως καὶ θεωρίας, ἵνα καθαρῶς ὡς ἔνεστι σοὶ καθαρωτάτῳ ἐμφανισώμεθα εἰ θέμις ἐστὶ, καὶ τοὺς κακοὺς χαρακτῆρας καὶ τύπους τῆς ψυχῆς ἐξελάσαι, δείξαιτε τὴν εἰκόνα τὴν πρώτην ἄδολον.

Porro de corporum maculis celebris opinio fuit veterum, easi onaſci iis qui ſcelus aliquod commiſiſſent, perjuris maximè, & inficiatoribus. De Ægyptiis, qui tales notas virtutis indices habebant Ammianus Marcellinus fine libri. XXII. *Homines Aegyptij ſubfuſculi ſunt & atrati, apud eos erubeſcit ſi quis non inficiando tributa plurimas in corpore vibices oſtendit.* Ad hanc enim ſuperſtitionem interpretandus eſt is Ammiani locus, cujus mos eſt plura aut reconditiora dicere: quam prima fronte arbitreris, non de vibici-

 bus

bus tormentorum quas loqui videtur. Et eò trahendum quod de ijsdem Aegyptiis ſcribit. Iſocrates Encomio Buſiridis.

ἐκεῖνοι τοίνυν οὕτως ἁγίως καὶ σεμνῶς περὶ ταῦτα ἔχουσιν, ὥστε καὶ τοὺς ὅρκους πιστοτέρους εἶναι τοὺς ἐν τοῖς ἐκείνων ἱεροῖς ἢ τοὺς παρ᾽ ἄλλοις καθεστηκότας, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἕκαστον οἴεσθαι παραχρῆμα δώσειν δίκην.

Nam in perjurio ipſo maculas vibicesque has ſequi criminoſum arbitrabantur. Unde mirum immo monſtro ſimile videtur Ovidio id aliquando non fieri, & quidem tali, ut prorſus providentiam eſſe neget.

Eſſe Deos credamne? fidem jurata fefellit
Et facies illi quæ fuit ante, manet.
Quam longos habuit nondum perjura capillos
Tam longos poſtquam Numina luſit, habet.

Alia notarunt doctiſſimi viri ad Horatium, Theocritum, Propertium. Eodem ſpectat figmentum Philoſtrati de fonte mirifico, qui potus pijs caſtisque ſalubris eſſet, perjuris verò & impijs puſtulis corpora obfunderet. Vide librum I. de Vitâ Apollonij. Ad animam autem à corpore maculæ traducuntur, in quo ſæpè etiam naturales quædam ſunt, & à Medicis agnoſcuntur. Theodorus Priſcianus, ſcriptor non ineptus, lib. primo, cap. XXXVI. ubi ex accidentibus etiam natarum mentionem facit, ſub quibus hanc etiam ſuperſtitionem alludi exiſtimo. Sunt porrò & vitæ ſuæ maculæ, cum nimirum bonis dictis mali mores diſſonant. Juvencus lib. IV. Hiſt. Evang.

Adſpicite ſcribas ſublimi ſede ſuperbos,
Hi quæcunq; docent juſtum eſt comprendere cordis
Obſequio; maculas ipſorum temnite vitæ.

505. VITIISQUE INOLEVIT IMAGO.] Umbra ipſa mortui vitiorum tuorum imagines refert. τὸ *inolere* pariter uſurpatur. Tertullianus de Patientia, c. VIII. *Imprimis adflictatio carnis hoſtia Domino placatoria per humilitatis ſacrificium cum ſordes cum anguſtia victus Domino libat, contenta ſimplici pabulo puroq; aquæ potu, cum jejunia coniungit, cum cineri & ſacco inoleſcit.* Hoc eſt crebra conſuetudine velut innaſcitur & cognata fit. Conjungit autem hoc eſt continuat, cum ſtati dies intercederent ſollemnes illos jejunantibus, hos interpolari, & jejunia conjungi ſuadet Tertullianus. *Inoleſcere* eſt ab inſitis dictum ramuſculis, quæ in alieno ſtipite adoleſcunt. Auſonius.

Quæ noſti meditando velis inoleſcere menti.

Proſper contra Ingratos.

Tu vero ô nova gens veteris quæ ſtirpe oleaſtri
Velleris, & ſacra ramis inoleſcis oliva.

Sic vitiorum uſu tam diuturno prorſus inoleverat umbra illa hominis nefarij.

507. GENUS OMNE DOLORUM IN TE FERRE LIBET.] Sic omnes Belgæ & ceteri veteres libri. Solus Noſter *In te ſcire libet.* Forte vetus ſcriptura fuerit. *in te exire lubet.* Ut nihil relinquatur tam remotum quin exciatur.

510. DAPIBUSQUE RELICTIS.] Illis quas tanto jam tempore paſcitur. Manſurus autem, ne te umquam putes pari modo ſolvẽdum pœnâ. Tibi enim manſurus eſt vultur. Quæri hoc loco poterat qua ratione cum vita caduca ſit hæc & tranſitoria, qualis nemini omnium ignota eſt, æterna tamen ſupplicia malè tranſactæ imminere dicantur. Facilis reſpõſio, etiam præmia æterna propoſita eſſe benè agentibus, ut in hoc elemẽtiam & Bonitatem Dei laudate, in illo non poſſit quiſquam rigorem aut ſeveritatem incuſare. Vide Gregorium Magnum Dialogis. Fabulæ quæ ſequuntur ex Luciano, Apollodoro, Higeno, Fulgentio, Homero, Virgilio, alijsque innumeris & Poetis & Mythologis cuivis enarrari poſſunt.

215. OCULIS JAM PARCITE NOSTRIS] Ex ſuperſtitione, ſive & uſu cõmuni, loquitur, oculos inquinari ſpurcis & inquinatis rebus objectis, Pacatus Panegyr. Nec tu illum

ſum in conſpectum tuum venire voluiſſes, ne oculos iſtos omnibus ſalutares, homo funebris impiaret, niſi famam conſutare voluiſſes, &c. Qui & lædi intuitu nocivatum putantur. Ovid. *Cum ſpectant oculi laſos laduntur & ipſi.*

Multaq; corporibus tranſitione nocent.

Similia ſunt apud Caſſium Jatroſophiſtam in Quæſtionibus, & alios. *Suum* autem *Chaos* dixit inferos ipſis Inferis inferiores, nam nobis dum apud ſuperos ſumus, inferi Chaos appellantur. Vide ad librum Primum de Raptu Proſerpinæ, verſu XXVII. Virgilius lib. IV.

Ter centum tonat ore Deos, Erebumque, Chaosq;, (Dianæ.
Tergeminamq; Hecatem, tria virginis ora

Idem libro VII.

Dij quibus imperium eſt animarum, umbraq; ſilentes, (late.
Et Chaos & Phlegeton loca nocte ſilentia

Ovidius IV. Faſtorum.

Poſſidet alter aquas, alter inane Chaos.

Valerius Flaccus lib. II. Argonauticorum.

Iunonem volucri primâ ſuſpendit Olympo
Horrendum Chaos oſtendens, pœnamque barathri.

Arator libro II.

Hiſtoria Apoſt. pavidu reſplēduit umbris
Pallida regna petens, propria quem luce coruſcum
Non potuit fuſcare Chaos.

Lucanus lib. IX *Iam nunc te per inane Chaos per Tartara conjux*
Si ſunt ulla, ſequar.

Omnis Confuſio eo nomine cenſetur Poetis. Ut mundus priuſquam in ordinem ſuum omnibus membris veniret. Hilar. de Macabæis.

Qui Chaos implicitū cœca caligine miſcens
Dividis in partes & das noctemq; diemq;.

Auctor Carminis ad Colleam ſeu *Iovium.*
cane grandia cœpta Tonantis.
Et Chaos ante diem, primaque crepuſcula lucis.

Abyſſum ſeu alveum profundiſſimum notat apud Alcimum Avitum cum de diluvio ſcribit libro Quarto.

Intereà magna pontus ſe mole movendo
In Chaos antiquum, linquens mundana, redibat.

Etiam pro tenebris nocturnis uſurpant Chriſtiani Poetæ. Ambroſius Hymnis.

Qui manè iunctum veſperi
Diem vocari pracipis,
Tetrum Chaos illabitur,
Audi preces cum fletibus.

Aliqui materiem illam omniū rerum fontem quam ſemper fluentem appellat noſter Panegyrico Mallij, hoc nomine cenſuerunt, quam Latini alioquin *ſilvam* vocarunt. Chalcidius in Timæum Platonis. *Poſt Chaos enim quam Graci Hylen nos ſilvam vocamus Heſiodus ſubſtitiſſe terram docet in medietate mundani ambitus, ut fundamenta, fixam & immobilem.*

526. PRÆCEPS UBI MERSUS ANHELET.] Omnes Belgæ libri cum noſtro legunt: *penitusque ibi*. quam lectionem non putro vulgata deteriorem, confirmata licet ab Aldo, Claverij & Bentinianis libris, ut & Scaligero. Vide concluſionem aureoli libelli quem Zacharias Scholaſticus de Mundo conſcripſit, ubi in ergaſtulum concludi animas ſontium, & ibi perpetuis pœnis, ut in lucido quodam ſqualidoque carcere, detineri, idque traditur ex Platonis cum Sacris litteris conſenſu.

257. DUM ROTAT ASTRA POLUS.] Univerſam hanc imprecationem exprimit qui multis poſt ſeculis ſcripſit Bellum Trojanum, Joſephus Devonius, lib. VI. verſu. DXXIV.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI

IN EVTROPIVM LIBRVM PRIMVM.

Animadverſiones.

CVM Romani mores maximè laudantur à Græcis Latinisque ſcriptoribus, præcipua eorum commendatio petitur ex comparatione, & per hanc, cõtemtu aliorum populorum, rerúq; ab alijs minus fortiter feliciterq; geſtarum. Sic diſertiſſimus hic ſcriptor Imperatoris Imperijq; Occidentalis, quod, vtcunq; adhuc moribus & virtute antiquis nitens, ipſe pro firmo ſtabiliq; celebrat, ſtatum quam optimè commendatum proponere ſtatuens, in gratiã Honorij, & parentis tutorisq; ejus, Stiliconis, cui cliens erat, opponit virtuti eorum maſculę luxuriam velut fœmineam Orientis, cujus ſemiviris Proceribus & moribus capta & velut adulterata ſit pars illa Imperij Romani, quã majori natu filio Honorio. diviſis provinciis, dederat decedens Theodoſius. Argumentum ei rei non aliud firmius & veriſimilius invenit, quam quod ipſa dabant tempora, Eunuchus videlicet conſul. Hujus collatione & reſpectu priſcorum Heroum Romani nominis, non ſolum nullius illum dignitatis aut magiſtratus capacem dicit, principium Invectivis ſuis inde petens, ſed etiam pro monſtro & abominabili prodigio habendum, tantum diſciplinam veterem tantæ Reipubl. concidiſſe, & per mollitiem luxumq; Orientis ſeriam virilemq; Romani nominis Majeſtatem eſſe corruptam & emaſculatum, vt tot legionibus, tot vrbibus, tot provincijs, Senatui populoq; gentium domitori, Orbis principi, præſideret Eviratum mancipium, ſolis avaritia, libidine, prodigalitate. eniſum ad ſumma honorum culmina, & ijsdem virtutibus, opprobrio omnis diſciplinæ, & morum publica ruina, magiſtratum ampliſſimum deturpaturum: Vnum verò remedium eſſe Pœnam ipſius monſtri; quod detractis Honorum infulis, ad ſtabula ſuarum impuritatum præcipitandum, exemplo alijs nequam & ſceleſtis hominibus, ne quis audeat in poſterum de Lupanaribus, & cura muliebrium negotiorum, ad quæ deſtinari ab omni ævo fuerint Eunuchi, ad rerum moderamina aſpirare. Hoc cum factum poſt primũ horum libellorum fuerit, hiſtoriam cæteris proſecutus eſt Claudianus ita vt omnẽ rem acceptam ferret Patrono ſuo, Stiliconi, cujus reverà virtus tam Orientalibus quam Occidentis rebus

tutæ

tutrix vera fuit, quoad Heros ille vixit. Conferri cum his nobiliſſimis Invectivis poſſunt quas in eumdem Eutropium B. Joannis Chryſoſtomi habemus; quo labore, vt obvio & parabili omnib. ſuperſedere nos maluimus. Illud vero memoriæ reponendum quod ex Cujacianis Codicibus de hoc ſcriptore bene meritus, Stephanus Claverius adnotavit, Tertium librum injuriâ temporum de Opere iſto deciſum atq; deperditum eſſe, cujus titulum videlicet præculerint illę membranæ, quib. certum eſt meliores Claudiano nullas eſſe collatas. Supereſt ſanè materia narrationi, quã vlterius productam atq; exactã manifeſtè poſterioris libelli præfatio indicat. Erit itaq; curæ ijs qui Bibliothecas vberes Antiquorum monumentorum tractant, vt inquirant tantũ negotium, & ſtudeãt recuperare theſaurum tot jam ſecula ſive latitantem, ſive deperditum. Cum ſpes prioris non vana ſit exinde, quod quotidiè videamus inſperatam lucem reddi etiam prius amiſſis, & longiori tempore deſideratis Scriptorum veterum Opuſculis. Porrò Eutropiorum nomen cum clariſſimis ea & ſuperiore ætate frequenti vſu fuiſſe docent FaſtiConſulares, & ſcriptores plurimi, ex quibus aliquos notat doctiſſimus Juretus ad Symmachum ſuum, lib. III. Epiſt. XLVII. De Scriptorib hoc nomen habet Epitomes Hiſtoriarum concinnator, qui & alia in litteras ſe miſſurum pollicetur, & ſanctiſſimus doctiſſimusq; Chriſti præco, verè Chriſtianus & Auctor & Senator Pontius Paulinus; Fuit eo nomine & Grammaticus olim non ignobilis, cujus auctoritate vtitur Priſcianus. Eunuchos nobiles in Republicâ Romana contexere poſſis non paucos, vt ſunt quibus Stiliconis occidendi, & torquẽdorum ejus familiariũ cura datã eſt ab Olympio per Honorium Imperatorem apud Zoſimum, lib. V. Novæ Hiſtor. Euthenius apud Ammianũ, &c. Prærer omnes autem & ſuper omnes fortiſſimus, & Reip. Neceſſarius Dux, præſes. & princeps, ævo Juſtiniani Imperatoris, Narſes, cujus laudibus non paucæ paginæ oppletæ ſunt à Procopio. Eutropij Hiſtoriam legas apud Zoſimum, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ auctores, Epiphanij ex ijs Tripertitã, & Chronologos cæteros Chriſtianos. Epitomen recenſet his verbis Suidas, de floridis temporum ejus Hiſtoricis, ut veteres loquebantur, deſloratam.

Εὐτρόπιος ὁ Εὐνοῦχος ἐπίτροπος Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, ὡς φησὶν ΕΥΝΑΠΙΟΣ. ὁ μὲν γὰρ ῥυφῖνος ἀνὴρ τῶν ἢ δοκῶν καὶ ἐν ἀξιώματι γεγονώς, καὶ ποικίλαις ὁμιλήσας τύχαις, οὐ παρὰ λόγον οὐδὲ τοῦ πρέποντος ἐκτὸς ἐδόκει κατεξανίστασθαι τῆς νεωτεριζούσης ἁπάσης τύχης· ὁ δὲ θαλαμηπόλος Εὐνοῦχος παραλαβὼν τὸ ἐκείνου κράτος ἐς τόσονδε κατέσεισεν ἅπαντας καὶ κατεβρόντησεν, ὥστε οὐ μόνον ῥουφῖνος, ἦν αὐτὸς, ἀλλ' ὁ τοῦ μύθου, Σαλμωνεὺς, μικρόν τι χρῆμα πρὸς αὐτὸν ἦν. ὅσγε ὢν εὐνοῦχος, ἀνὴρ εἶναι κατεβιάζετο. καὶ οἱ μὲν μῦθοι φασὶ τὴν γοργόνα φανεῖσαν ἅμα τε φαίνεσθαι καὶ τοὺς ἰδόντας μεταβάλλειν εἰς λίθον, ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς βίος, λῆρόν τινα καὶ πλάσμα, καὶ φλυαρὸν τὸν μῦθον ἀπέδειξε.

Hæc Eunapius apud illum, quem plura talia conſtipaſſe memorans, addit mox ex alio rei geſtæ ordinem.

Εὐτρόπιος ὁ τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου πραιπόσιτος, ὃς οὐδὲν τῶν δεινῶν ἐπελίμπανε. τάς τε ἀρχὰς δημοσίᾳ πιπράσκων καὶ τοὺς τῆς δυνάμεως συκοφαντῶν, ἐξορίαις τε τοὺς μεγιστᾶνας ὑποβάλλων, καὶ πᾶσαν ὕβριν τοῖς τῆς συγκλήτου ἐπάγων. ἀλλ' οὐδὲ τῆς τῶν βαρβάρων ἀπείχετο συμμαχίας. ὡς ἂν αὐτὸς ἐλπίζων ἐς τὴν τοῦ βασιλέως μεταβαίνειν ἀξίαν. καὶ ποτὲ καὶ τοὺς εἰς Ἐκκλησίας προσφυγόντας συλλαμβάνειν βουλόμενος, προὔθηκεν ἐπιτρέπων τούτους ἐκ τῶν θυσιαστηρίων ἀφέλκεσθαι. καὶ ὁ μὲν νόμος ἐγέγραπτο. δίκη δὲ εὐθέως τῆς ὠμότητος ἠκολούθει,

θεὶς, μετ᾽ οὐ πολὺ γὰρ προσκρούσας τῷ βασιλεῖ, ἐν τοῖς προσφύξιν ἐγένετο. καὶ ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον προσέκειτο, Ἰωάννου ἐπισκοποῦντος τοῦ χρυσοστόμου. ἐκεῖθέν τε ἀφαιρεθεὶς νηλεὼς τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται. οὕτω μὲν ὁ Εὐτρόπιος δίκας τῆς ἁμαρτάδος ὑπέσχε, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλόγου τῶν ὑπάτων ἠλείφθη, μόνου τοῦ συνυπατεύσαντος Θεοδώρου γεγραμμένου. ἐπὶ τούτου τὸ μὲν εὐνούχων ἔθνος διὰ τὴν ἐκείνου βαρύτητα καὶ θρασεῖαν ἐς τοσοῦτον ἐπέδωκε καὶ παρετάθη πλῆθος, ὥστε τινὲς ἤδη τῶν γενειάδας ἐχόντων εὐνοῦχοι βουληθέντες γενέσθαι, σὺν τοῖς ὄρχισιν ἀφῃρέθησαν καὶ τὰς ψυχάς.

Quod poſtremum ſi vel ſolum verum eſt ad memoriam Eutropij abominandam & diris omnibus exſecrandam, ſuffecerit.

V.1. SEMIFEROS PARTUS.] Prodigia, hoc eſt, quicquid monſtroſarum rerum accideret, contraq; communem curſum atq; ordinem Naturæ iratorum Numinum indicia, & monitus, & impendentium infortuniorum argumenta credebat verere ſuperſtitio. Itaq; domi foriſq; ſine taliū obſervatione vix quicquam gerebatur, aut gerendum incipiebatur, ſcriptis etiam conſignatiſq; ipſorum oſtentorum & hiſtorijs & procurationibus, de quibus illarum peculiarem libellum ab Romano homine Julio Obſequente ſcriptum habemus. & pleni ſunt libri Hiſtoricorum, præcipuè Annales Livij; iſtarum exempla ridicula, & doctè etiam irriſa, apud Arnobium exſtant. Sic quicquid monſtroſum naſcebatur, fiebat, contingebat, mali ominis nomine prædicere divinitus mala tempora putabatur, præcipuè verò Statui Publico, & Rei Communi. Theophylactus Simocatta, lib. VI. cap. XI.

ἐν τούτῳ δὴ τῷ ἐνιαυτῷ εἰς τὰ περὶ τοῦ ἄστεος τίκτονται παράδοξα τέρατα. παιδίον τετράπουν. ἄλλο δὲ δικόρυφον. λέγουσι δὲ οἱ τὰς ἱστορίας μετ᾽ ἐπιμελείας συγγράψαντες, μὴ ἔτι αἱ εἰς ἀγαθὸν τὴν τῶν τεράτων ταῖς πολισιν ἐπιφανίαν.

Cujus generis licet infinita monſtra & exēpla in priſcorum litteris obſervare, adeò ut vetitati etiam initiati homines non rarò in hanc partem indulſerint timori, & cōtrà expreſſum Dei mandatum, obſervationi ſuperſtitioſiori: Cui quidem eventilandæ alius à nobis locus conſtiturus eſt.

1. SEMIFEROS PARTUS.] Taliū monſtrorū nativitates crebrò obſervatę, nunquam non perculerunt hominum mentes, & rarò etiam non indicarunt triſtia infortunia. Sic Romæ infantem cum Anubidis canino capite editum à Cornelij Gallicani conjuge ſcribit Phlegon Trallianus in Hiſtorijs Admirandis. Sic infans cum Elefantino capite apud Liv. lib. XXV. Et eodē porcus humano capite proditus memoratur, ut & lib. XXX. dimidij homines, ambigui, apud Tacitū, Annal. II. &c. Tales vero partus Reipubl. parem formam hoc eſt, monſtroſam, & diris hominibus lacerandam, indicabant. Ut cum mulier peperit ſerpētem, apud Appianum lib. I. Civilium: Ut cum Marci placidum Imperium truculenta Commodi inſania ſecuta eſt. Herod, li. I. μετ᾽ Μάρκον; Ubi inter cætera ζῷα δὲ παντοῖα καὶ τὴν ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα, σχήμασί τε ἀλλοδαποῖς καὶ μέρεσι σώματος ἀναρμόστοις πολλάκις ἀπεκυήθη.

* Ammianus Marcellinus fine lib. XIX. *Tunc apud Daphnen, amœnum illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum, viſu relatuq; horrēdum natum eſt mōſtrum, infans ore gemino, cum dentibus binis, & barbâ, quatuorq; oculis, & breviſſimis duabus auriculis, qui partus ita diſtortus prœmonebat Rempublicam in ſtatum verti deformem.* Claudianus ſuis iſtis reſpexiſſe videtur verſus Lucani, ex Libro Primo.

Indigetes fleviſſe Deos, urbiſq; laborem
Teſtatos ſudore lares, delapſaq; templis
Dona ſuis, diramq; diem fœdaſſe volucres,
Accipimus, ſilviſq; feras, ſub nocte relictis,
Audaces, mediâ poſuiſſe cubilia Romæ.

Tum

Tum pecudum faciles humana ad murmura lingua,

Monſtroſiq; hominum partus.

1. METUENDAQUE PIGNORA MATRI.] Metuenda, quia nec communi infortunio exemta erat matet, & prætereà noenisse matribus talia portenta à nativitate, vel & dira ſigillatim indicaſſe, exempla ſunt. Lucanus.

Monſtroſiq; hominum partus, numereque modoq;,

Membrorum, matremq; ſuus conterruit infans.

Eodem pertinet cap. XXXVIIII. Julij Obſequentis.

2. MOENIBUS IN MEDIIS.] Ab hominum prodigijs ad beſtiarum portenta gradum facit. Sic ijsdem temporibus à morte ſtatim Alarici, qui Romam ſpoliaverat, in Hiſpanijs beſtiæ irritatæ peſtilentia mortuorum catervatim hominum paſtu, etiam vivis velut bellum intulere. Idatius in Chronico, *Beſtiæ occiſorum gladio, fame, peſtilentia, cadaveribus adſueta quoq; hominum fortiores interimunt, eorumq; carnibus paſtæ paſſim in humani generis efferantur interitum. Et ita quattuor plagis. ferri, famis, peſtilentia, beſtiarum, ubiq; in toto Orbe ſævientibus, prædicta à Domino per prophetas ſuos adnuntiationes implentur.* Et Beſtias funeſtorum temporum indices, ſive veras, ſive phantaſmatis paruiſſe ſuo ævo ſcribit paullo poſt iſtud Alcimus Avitus Homilia in Feſtum Rogationum: *Et quidem, inquit, terrorum tēporis illius cauſſas multos noſtrûm adhuc recolere ſcio: ſiquidem incendia crebra, terræmotus aſſidui, nocturni ſonitus, cuidam totius Urbis funeri prodigioſum quiddam minabantur: nam populeſis hominum conventibus domeſtica ſilveſtrium ferarum ſpecies obverſabatur. Deus viderit an ludificans oculis, an adducta portentis; quicquid tamen ex ijs duobus foret perinde monſtroſum intelligebatur, ſeu ſic veraciter immania beſtiarū corda manſueſieri, ſeu tam horribiliter conſpectibus territorum falſa viſionis phantaſmata poſſe confingi* Sic Lupos, & alias belluas in urbibus conſpectas prodigiorum loco notant multi, Dio Adriano de ultimo Judæorum excidio: *Id eis ante denunciatū quod Lupi & Hienæ multæ in ipſorum urbes rugientes atq; ululantes introierint.* Lucanus.

ſilviſq; feras ſub nocte relictis

Audaces media poſuiſſe cubilia Roma.

Qui quidem ſatis confidenter de cubilibus. ſanè diro, ſi accidit umquam tale quid, comparatione cæterorum, portento. Et de cervis pariter Sidonius, lib. VII Epiſt I. *nunc ſtupenda foro cubilia ponebant audacium pavenda manſuetude cervorum.* Silius lib. VIII. Idem, libro XIII. Punicorum

ſubito incurſu ſævorum agitata Luporum,

Qui tenebris noctu urbē, miſerabile viſu,

Intrarant, &c.

Julius Capitolinus in Maximino Juniore. *Lupi urbem quingenti ſimul ingreſſi ſunt, in quam ſe Maximinus contulerat.* Capitolium Lupum ingreſſum memoratur à Livio, apud quem & vigilem alius laceravit. PLura de eadem bellua inauſpicatiſſima prodigia, apud Dionem Caſſiū, li. XXXIX. & XLI. Julium Obſequentem, cap. X. & XLVII. Appianum Civiliū Quinto, Quintum Smyrnæum in nocte ultima ſtantis Trojæ, Silium alibi, & alios.

3. ATTONITO PECUDES PASTORE LOCUTAS.] Multo hoc genus notata Julio Obſequenti cap. XXII. *Bubonis vox primum in Capitolio, dein circa urbem audita, quæ avis, præmio poſito, ab aucupe capta, combuſtaq;, cinis ejus in Tyberim diſperſus. Bos locutus.* Idem cap. XXIV. *Bos locutus & nutritus publicè.* Expreſſam vocem memorat Livius, talium ſuperſtitioſus, lib. XXXV. *Capram ſex hædos uno fætu edidiſſe ex Piceno nuntiatum eſt, & Arretij puerum natum unimanum. Amiterni terra pluiſſe, Formiis portam murumque de cælo tactum, &, quod maximè terrebat Conſulem Cn. Domitium, bovem locutum ROMA CAVE TIBI.*

4. LAPIDUM DURAS.] Pluiſſe lapidibus ſæpius memoratur Livio & Obſequenti, Juvenalis, Satira XIII.

Hoc monſtrum puero vel mirandis ſub aratro

Piſcibus inventis, aut fœta cōparo mula,
Sollicitus, tamquam lapides effuderit imber.

Livius, lib VII. *prodigium extemplo dedicationem ſecutum, ſimile vetuſto montis Albani prodigio, namq; & lapidibus pluit, & vox interdiu viſa intendi.* Papinius, Lib. VII.

Infeſtumq; tonat pater, & mala fulgura lucent,
Terrificaq; adytis voces, clauſaq; Deorum
Sponte fores, nunc ſanguineus, nunc ſaxeus imber.
Et ſubiti manes, fletumq; occurſus avorum.

Hos tales lapides aliquando ignitos ardentesq; cecidiſſe cœlo proditum, vt à Plutarcho, vita Fabij Maximi.

5. SANGUINEO RUBUISSE.] Sanguine pluiſſe autumat. Petronius prodigijs belli civilis Pompejani.

Sanguineoq; recens deſcendit Iuppiter imbre.

Quem verſum videtur Claudianus expreſſiſſe. Ovidius, lib XV.

Sæpè inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.

Viſi ſunt omnes exprimere voluiſſe in negotio tali verba Heſiodi in Clypeo Herculis, modo id Poema ejus ſit auctoris.

μέγα δ' ἔκτυπε μητίετα ζεὺς
Καὶ δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανόθεν ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας.

JOVEM.] Aerem, ætherem. Ita Alcæus.

ὕει μὲν ὁ ζεὺς ἐν δ' ὀρανῷ μέγας χειμών.

Vide PLutarchum περὶ ἀρεσκόντων, vbi Empedoclis hanc in rem verſus pluribus interpretatur.

5. PUTEOSQUE CRUORE MUTATOS.] Prodigium hoc inter Decem miracula Dei recenſet Moyſes lib. II. cap. VII. Vulſinijs ſanguine lacum manaſſe ſcribit Livius, Libro XXVII. &c.

6. VISAS CONCURRERE LUNAS.] Ignibus cœleſtibus hinc inde diſcurrentibus. Cujus generis ſunt apud Obſequentem & Livium multa. Lunas duas interdiu Capenæ ortas memorat Livius lib XXII.

7. GEMINOS SOLES.] Obſequens capitibus, XXIX. XLI. LXVI LXIIX. Livius ſæpe, qui & Tris Soles recenſet viſos. Lib. XLI. Cauſſam hujus conſpectus naturalem indicant Phyſici.

7. ORBIS.] Omne genus humanum, tota humanitas. Hanc enim velut alloquitur. Sic Quarto Conſulatu Honorij.

Diſce, Orbis, quid quiſque ſibi

Modo ea ſit vera Lectio. Sed vide. ſup.

8. EVNVCHO CONSVLE.] Sanè inaudita res, & abominanda præceſſoribus illis Curijs, Dentatis, Coruncanis, Fabritijs, SCipionibus, ſi ejus ad eos ſuſpicio pervenire potuiſſet. Hunc vero ſceleſtum Corybantem etiam Imperio aſpiraſſe ſuprà poſita Suidæ verba indicant, cujus rei præmium ibidem ei aſſignatur, deletio nimirum de Faſtorum Catalogo: Et eſt hodieq; in ijs nomen obliteratum Chronologis etiam indicantibus Manilium Theodorum ſolum tum Conſulem fuiſſe. Marcellinus Comes Eutropium primum & vltimum Eunuchorum Conſulem fuiſſe notat producto hoc noſtri verſu. In Faſtis Idatij, ſive Hydatij potius, à doctiſſimo Sirmondo editis, Theodori nomen in Manlium & ipſum perperam dirumpitur, & ſcribitur. *Manilio & Theodoro Conſulibus.* Illud memorabile hoc anno contigit quod ductu Joviani & Gaudētij Comitum templa Paganæ ſuperſtitionis dejecta ſunt, ſcriptore eodem Idatio. Scribēdum vero erat ſecundū Canonas Grammatiſtarum Claudiano, *Eunucho Conſuli.* Huic enim mōſtro omnia ceſſiſſe vociferatur. Sed ita ſæpius optimi ſcriptores, ob carminis, puta, obſequiū. Lucilius. *Eſuriēte Leoni ex ore exſculpere prædā.* Papinius, Thebaide Quinta. *ſed corde laborem*

Ante alios erat uncta Pales

Propertius, Lib. III.

Si placet inſultes, Lygdame, morte mea.

Hoc eſt morti, & ſic rectè divinus Scaliger emendat. Venantius Fortunatus, vltimi ævi Poeta,

Poeta, ſed mirum quam ab exſcriptoribus præter nativa vitia inſititiis aliis corrupta, ut membranæ arguunt, lib. II. De Vita Martini.

Aſt ego transfixas clavis niſi videro palmas,
Atq; beata crucis tum ſtigmata carne gerentem,
Ac latus, & foſſas, trajecto miſſile, coſtas.

Quo loco memini in ſcripto exemplari offendere *crucis numiſmata* Quod à Fortunato eſſe equidem non invitus crediderо. PLura hujus cenſus notarunt Scaliger ad Propertium, Bernartius ad Papinium, Auſonius Popma libellis de Vſu Antiquæ Locutionis.

9. HEU TERRÆ COELIQUE PUDOR.] Aria eſt. Exſecratio. Figura Rhetorum. Iulius Rufinianus: *Aria exſecratio. Exſecratio Oratoria apud Ciceronem: ô ſcelus, ô portentum, in ultimas terras exportandum.* Apud Vergilium:

At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis,
Dii, ſi qua eſt cœlo pietas, quæ talia curet,
Perſolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita, qui nati coram me cernere letum
Feciſti, & patrios fœdaſti ſanguine vultus.

Talibus plena eſt tota hæc Poeſis. Exemplum, nervoſi, acuti, eruditi, & acerbi, Carminis primarium.

9. TERRÆ COELIQUE.] Hominum & Deorum. Seneca.

Hoc eſt Deus quod puduit

Manilius lib. IV. *viventia crimina terra.* Vide ad III. Conſ. Hon.

9. TRABEATA.] Conſularibus inſignibus ornata. *Per urbes* in effigie videlicet. Nam Conſulum effigies urbibus circumlatas, & dedicatas plurimis locis conſtat ex aliis locis Claudiani.

6. TRABEATA ANVS,] Elegantiſſime. Simul enim & emaſculatum, & inutilem, & deformem, & ominoſum & honore omni indignum dicit. Cujus cenſus homines etiam noſtri Germanorum Idiomatis convicio *anus* appellatur. Nunc per partes omnia dicta firmabo. Omni honore indignum hominem anum vocavit, ex conſuetudine publica, qua nihil inhonorabilius fœmina, nihil viro ætate confecto dicitur & habetur æſtimabilius Fœmineam in ſpeciem transdari pœna erat maſculis hominibus, & ignominia ſumma, flagrorum caſtigationi æquata. Georgius Pachymerius, libro III. *Male obiti muneris pœna flagellari, & muliebriter veſtiri.* Sic ut infamem diceret, & omni contumelia dignum hominem Clodium, Cicero, decere illum ait muliebrem veſtitum: *Tu vero feſtivus, tu elegans, tu ſolus urbanus, quē decet muliebris ornatus.* Quæ verba in Ironiæ ſpeciem proponit Rhetor Iulius Rufinianus. Ominoſam anum teſtis Propertius, lib. II. El. XXVIII.

Nigraque funeſtum condidit omen anus.

Ita enim diſerte libri manuſcripti eo loco, ut teſtatur Achilles Statius. *Deformem* Eutropium hoc ſe convitio notare ipſe Claudianus confirmat, v. CCXL. hujus Libri.

Dedecus Eoum quoties intenta ſagittis,
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon.

Et ita anum appellat Imperatorem Conſtantinopolitanum, ex deſpicabili forma, & habitu, Nicephorum, Liutprandus Othonum ad eum Legatus: *Cum quaſi reptans monſtrum illud procederet, clamabant adulatores Pſalta, ecce venit ſtella matutina, ſurgit Eous, reverberat obtutu Solis oculos, pallida Saracenorum mors. Quanto tunc verius canerent: Carbo exſtincte, veni, anus inceſſu, Silvanus vultu, ruſtice, luſtrivage, capripes, cornute, bimembris, indocilis, agreſtis, barbare, dure, villoſe rebellis, Cappadox. Inutilem* indicat, quia anus decrepita rebus humanis velut cadaver eſt. Appuleius lib. IV. Vbi Latrones anum alloquuntur. *Etiamne tu buſtis cadaver extremum & vitæ dedecus, & Orci primum faſtidium ſolum ſic nobis domi otioſa deſidens luſitabis.* Eodem elogio

Eutropium noſter infra hoc libro honeſtat.

poſtquam deforme cadaver
Manſit, & in rugas totus defluxit aniles
Iam-ſpecie doni, certatim limine pellunt.

Emaſcularum hominem anili ſcommare intelligi, utrique honoris ſit loco. Eunuchus enim jam de genere humano velut migravit, ut & anus, & hæc, quia inutilis omnibus rebus dicitur. Menander.

Εὐνοῦχος ἄλλο θηλεῖον ἐστὶ τῷ βίῳ.

Non enim homo. Artemidorus lib. II. c. XIV. σπάδοντες πάντες ἄπιστοι, διὰ τὸ φύσει μήτε ἐν ἀνδράσι μήτε ἐν γυναιξὶ ἄξιοι ἀριθμεῖσθαι. Trabeatam anum oſtentari ait per urbes, ob trabeatas imagines Conſulum & Conſulariũ, honoris geſti indices Sidonius libro I. Epiſtola VI. *Si tamen, Senatorii ſeminis homo, qui quotidie trabeatis majorum imaginibus ingeritur juſte dicere poteſt ſemet peregregrinatum, ſi ſemel & in juventa viderit Romam.*

10. TITULUM EFFOEMINAT ANNI.] Muliebria officia Eunuchorum, nec ad eos pertinet, quod virile eſt, ſed contaminatur tactu velut ipſo eorum & effœminatur. Noſter hoc opere.

quodcunque virorum Eſt decus, Eunuchi ſcelus eſt

Gregorius Nazianzenus:

τοὺς γυναικώδεις καὶ ἐν ἀνδράσιν ἀνάνδρους, καὶ ἀμφιβόλους μὲν τὸ γένος, προδήλους δὲ τὴν ἀσέβειαν, οἷς οὐκ οἶδα ὅπως καὶ ὅθεν οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς, τὰ τῶν γυναικῶν πιστευομένοις, τὰ τῶν ἀνδρῶν ἐγχειρίζουσι.

Multa noſter talia. Qui fœminas toto opere præfert Eunuchis.

11. PANDITE PONTIFICES.] Recludite, ait, ô qui Sibyllinorum carminum cuſtodiæ eſtis præpoſiti, arcana ſcrinia fatidicorum verſuum, conſulite quid hoc diriſſimum portentum ferat infortuniorum! Reſpondet mox ſibi, velut Oraculorum ipſorum nomine *Conſule luſtrandi faſces, ipſoque litandum Prodigio* Pontificum fidei credita erant carmina Sibyllina, & ab iis conſulebantur. Immo Quindecimviri ad ea adeunda deſtinabantur ex collegio Pontificum. Gellius lib. I. cap. XIX. *Libri tres in ſacrarium conditi Sibyllini appellati, ad eos, quaſi ad oraculum, XV. viri adeunt, cum dii immortales publice conſulendi ſunt.* Ei rei etiam Senatusconſulto opus fuiſſe ex non uno loco Livii appatet. *Pandere* ipſum religioſa & deſtinata ſacris rebus vox eſt. Vt alibi, ubi inclamat pariter,

Pandite defenſum reduces Helicona ſorores.

Et ad Deos ſuos I. de Raptu Proſ.

Vos mihi ſacrarum penetralia pandite rerum.

Velut ſacras fores templi aut fani alicujus, vel ſecrarii. I. Rufin.

vos pandite vati
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.

De Cumana Sibylla omnia ſunt notiſſima. Et elegans Syntagma de Vniverſa re Sibyllarum à Ioanne Obſopæo collectum eſt, quod vir diligentiſſimus obitu immaturo interrupit, unde ſpecioſum librum eum potius quam correctum vel ultimam manum expertũ ediderunt.

12. FULMINEOS LIBROS.] Quibus diſciplina fulguritorum procurandorum continebatur, & alia quæcunq; ſuperſtitione Romana inoleverant. Vide Ciceronem lib. II. de Divinatione, Arnobium alios. Ex Ethruria acciri ſolitos aruſpices & id genus divinatorũ clarum ex ſcriptoribus multis; illud tamen notandum ad publica tantum prodigia his uſos Romanos. Livius libro I. *Hæc agenti portentum terribile viſum anguis ex columna lignea elapſus cum terrorem fugamque in Regiam feciſſet, ipſius Regis non tam ſubito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit Curis. Itaque cum ad publica prodigia Etruſci tantum vates adhiberentur hoc, velut domeſtico exterritus viſo Delphos mittere ſtatuit.* Itaque ut in publico negotio inclamat Conſulendos Libros Etruſcorum Claudianus. Eis libris quoniam ludibria Dæmonum vetuſtiſſima condita forent, Acheronticorum titulum dedit doctiſſimus ſcriptor, Arnobius lib. II. *Quod Etruria,* inquit, *libris in Acheronticis pollicetur.* Vide & infra

ſta ad Quartum Conſulatum verſu CXLV.

13. IMMENSUMQUE NEFAS] Inauditum, vix animo comprehendendum. Mirum Eunuchum omnibus exemplis diritatis exigit. Sic crimen Eoum, Conſulatum ejus vocat, Primo Stilicon.

13. FIBRIS.] Extiſpiciis, & omnibus ſacrificiorum ritibus. Fibræ jocinorum proprie velut fimbriæ. Vide Correptorem Feſti. Poetis hoc negotio pro omnibus inteſtinis, unde poterant conjecturæ duci.

14. NOVA.] Inaudita hactenus, quibus ſimilia mundus non viderit. Hæc enim vis ineſt huic voci. Proſper Epigrammatis.

Inſolitum ſi quid labentia tempora promunt
Hoc mirum mundus dicit, habetque novum.

15. NOSTRI MUNDI] Noſtrum deſerturus, nec in ſolitum *pelagus exiturus*.

15. TENTAT.] Injuria quædam in hoc verbo occultatur. Lyſias Rhetor, interprete Rutilio Lupo, Libro II. *Aporia: hoc ſchema efficitur cum quærimus quid aut quemadmodum pro rei dignitate dicamus, non reperire nos oſtendimus. LYSIÆ Nec jam rationem invenimus, qua flecti poſſe ſperemus, ita nos OMNIBUS MODIS TENTATOS, acerba, ac nimium tua facultas affligit.* Hoc eſt omni contumeliarum genere impetitos.

16. RUPTONE NIPHATE.] Barbaricis copiis perrupto. Alibi.

bis rupimus Alpes.

Et initio belli Getici. *Niphaten Armeniæ in* Perſide montem eſſe ſcribit Vibius Sequeſter, cujus perruptione Parthica aut Perſica inundatio Romanarum ad Orientem provinciarum indicatur. Erat Niphates ad Occidentem terminus Perſicæ circa ea tempora ditionis. Ammianus libro XXIII. *Utque Geographici ſtili Perſidem formarunt, hac ſpecie diſtinguitur omnis circuitus ante dictus. Ab Arctoo cardine ad uſque portas Caſpias Caduſiis conterminat & Scytharum gentibus multis, & Arimaſpis hominibus luſcis & feris. Ab occidua plaga contingit Armenios, & Niphatem, & in Aſia ſitos Albanos, mare rubrũ, & Scenitas Arabas, quos Sarracenos poſteritas appellavit. Meſopotamiam ſub axe meridionali deſpectat, Orięti à fronte extenditur.* Loquitur de illa colluvie gentium velut de Torrente, ut alibi, & Florus in Declamatorio rerum Romanarum Compendio.

17. ORIENS.] Quicquid Romanarum provinciarum eſt ad Orientem Solem. Triplicem hujus vocabuli vim notavit vir doctus Scholiis ad Eugippii Severinum. Certam partem Antiochenæ provinciæ Orientem appellant Scriptores Bellorum Hieroſolymitanorum, enarrante Gulielmo Tyrio.

18. MORBI LUES.] Peſtilentia. *Lues* omnis morbus qui inficit. Gloſſographus. *Λοιμὸς, Peſtilentia, Peſtis, Lues.* Onomaſticon. *Lues, Λοιμός.*

19. NULLA COLONO RESPONSURA SEGES.] Dicuntur arva reſpondere Ruſticorum labori, cum ſpem eorum non fruſtrantur. Virgilius primo Georg.

Illa ſeges demum votis reſpondet avari
Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora ſenſit.

Sic mendacem fundum Horatius, qui deſtituat ſpem coloni libro III. Carm. I.

Non verberatæ grandine vineæ
Funduſque mendax

Ingratum agrum. Martialis lib. X. Epigramm. XLVII. Contra *memorem* Septimius Serenus Opuſculis Ruris, citante Terentiano.

Inquit amicus ager Domino
Si bene mi facias, memini.

Vide Commentariolum ad Gratium.

20. JUGULO.] Qua victima. Diræ autem aræ ſunt dirorum Numinum, dira portendentium, ut dira Relligio apud Virgilium, lib. VIII.

relligio pavidos terrebat agreſtes
Dira loci

Et dira Dea, Furia libro XII.

Sic Turno quacumque viam virtute petebat
Succeſſum, Dea dira negat

21. LU-

21. LUSTRANDI FASCES.] Piaculo exeundi. Qui finis luſtrandi.

21. LITANDUM.] *Impetrandum per ſacrificia* quo uſus ſit. Hoc enim eſt *litare*. Luctatius Placidus, ad Thebaidem.

> *Audite ô ſontes extrema litamina divûm*
> *Labdacida*

LITAMINA.] *Sacrificiorum ſigna, poſt qua ſacrificare iterum non liceat. Inter litare enim & ſacrificare hoc intereſt: Sacrificare eſt hoſtias immolare, litare vero per immolationem hoſtiarum impetrare quod poſtules. Litare* itaque dicuntur quibus hoſtiæ addicunt, aut abdicunt. Siquidem his verbis horſum uti licet. Sic fibræ litantes, tales repertæ, quales optabat ſacrificans. Lucanus, libro VI.

> *Nec ſuperos orat, nec cantu ſupplice numen*
> *Auxiliare vocat, nec fibras illa litantes*
> *Novit*

21. IPSO LITANDUM PRODIGIO.] Vt moris erat, utque reſponſa vatum conſulebant, prodigiis ipſis pleraque mala monſtra expiabantur. Sic Androgyni deportabantur in mare. *Aves funeſta* captæ exurebantur, & talia, quæ apud Obſequentem legere eſt. Petronius Satirico: *Excanduit Lycas hoc ſermone turbatus. Et, Itane, inquit, capillos aliquis in navi præcedit? attrahite ocyus nocentes in medium, ut ſciam quorum capitibus debeat navigium luſtrari.* Pertinet hoc quod ſanguine Jocaſtæ inceſſum torũ luſtrari dicit Papinius noſter lib. XI. Theb. v. 641. Pariter faciendum Eutropio conſulit, velut ex vatum perſona, Claudianus. Et factum eſt ſane jure merito homini impudẽtiſſimo & avariſſimo.

22. QUÆCUNQUE.] Quæſivit ſigillatim de ſingulis: Concinnior itaque Lectio ſit quæ in Codice noſtro & Quinque Belgicis paret *quodcunque parant hoc omine fata.* Recepit quoque Scaliger.

22. SIC OMNIA VOLVIS.] Vtiq; vera hæc eſt ſcriptura quam libris Optimis Cujacianis, interprete Claverio, debemus. *Omnia volvere* dicit ob inſtabilitatem perpetuam rerum omnium alteratricem. Sic *varietatem ſolam oblectare* Fortunam, & nihil illi æque odio eſſe quam conſtantem vitæ fructum, Myron Rhetor apud Rutilium Lupum, initio lib. II. clamat. Quo genere querelis omnium infelicium litteræ effluunt. Erant qui Fortunæ omnia ſeriò reſcriberent, Regnumque in univerſam vitam humanam traderent. Iuvenalis.

> *Sunt in Fortuna qui caſibus omnia ponant,*
> *Et nullo credant mundum Rectore moveri.*

22. OMNIA VOLVIS.] Omnes cæteri libri *ſic omnia nobis* ſolis Cujacianis exceptis. Vnde non inepte olim conjectavimus. *Sis omnia nobis*, quantumvis, inquit, omnia tu ſis, omnem nos tibi potentiam adſcribamus, an hoc etiam, tam prorſus abſurdum facinus tibi licet, & huc ne uſque illud tuum regnum protenditur? Omnia alicui eſſe, eſt ſumma exiſtimatione, ſummo ab eo cultu haberi. Auſonius, Actione Grat. pro Conſ. *Vnus mihi omnia Gratianus.* Plinius Panegyr. *Omnia unus & ſtatim factus.* Heliodorus, libro VII. εἰμὶ δὲ τῇ δεσποίνῃ τὰ πάντα, Lucianus Dial. Meretric. πάντ' ἦν ἐγώ. Achilles Tatius, libro V. πάντα νομίζειν ἐκείνην αὐτῷ. Lucanus, Libro III.

> *Omnia Cæſar erat*

Proſper, Libro contra Ingratos. Poemate Luculento.

> *dum nulla ſibi tribuit bona, ſit Deus illi*
> *Omnia*

Paterculus, Lib. II. *Id unum dixero quam ille omnibus omnia fuerit.* Macrobius, Saturnalium Lib. III. cap. XI. Mercurius Triſmegiſtus Poemandro. Tamen ſupra modo laudata Claverii ex libris optimis Emendatio, ἢ ποιητοῦ videtur, & iſta coactior nec ullius momenti. Præſertim cum appareat imitatio Papinii, qui pariter Martem alloquitur. Lib. VI. v. 40. Quas volvis, Gradive, vices? &c.

24. HOC REGNI, FORTVNA, TENES.] Ita in Impotentes inciviles que loqui indignabundi ſolent Terentius Adelphis.

quid

quid hoc rei eſt

Regnumne heic, Aeſchine, tu poſſides?

Pariter rebus contra Rationem omnem contingentibus, & indigniſſima facinora edente Fortuna, tum demum illam dicunt ſuas vires oſtentare, & pro ratione habere, ſcriptores, ſcilicet in injuſtotum felicitate cauſſam invenientes, pro virtute vel Prudentia decernendi. Procopius libro ἀνεκδότων.

ἀλλὰ πάντες, οἶμαι, τῷ ταῦτα ὄντος δεδόσθαι κεκλημένοι ἀνεχώρησαν συμπεραίνεσθαι τὸ μίασμα τοῦτο, ὥσπερ τῆς τύχης ἐπίδειξιν τῆς δυνάμεως πεποιημένης, ἣ δὴ ἅπαντα πρυτανεύουσα τὰ ἀνθρώπεια, ὡς ἥκιστα μέλλει, οὐδὲ ὅπως ἂν τὰ πραττόμενα εἰκότως εἴη, οὐδὲ ὅπως ἂν ταῦτα κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις γεγενῆσθαι δοκῇ. ἐπαίρει γοῦν τινὰ ἐξαπιναίως ἀλογίστῳ τινὶ ἐξουσίᾳ ἐς ὕψος μέγα, ὥσπερ ἐναντιώματα μὲν πολλὰ ξυμπεπλέχθαι δοκεῖ, αὐτίκα τοῦ δὲ πρὸς τοῦ ἔργου τῶν πάντων οὐδὲν, ἀλλ' ἄγεται μηχανῇ πάσῃ ὅποι ποτὲ αὐτῇ διατέτακται, ἁπάντων ἑτοίμως ἐξισταμένων τε καὶ ὑποχωρούντων προϊούσῃ τῇ τύχῃ.

Qua de re legas non pœnitenda apud Lactantium, lib III Divin. Inſtitut. cap. XXIX. Alios.

24. IOCANDI SÆVITIA.] Ludum enim jocumque Fortunæ cenſebant exaltare indignos, & dignos honore homines deprimere. Juvenalis.

> *Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ*
> *Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,*
> *Munera nunc edunt, & verſo pollice, vulgi*
> *Quemlibet occidunt populariter: inde reverſi*
> *Conducunt foricas: & cur non omnia? cum ſint*
> *Quales ex humili magna ad faſtigia rerũ*
> *Extollit, quoties voluit; Fortuna, jocari.*

Boethius, lib. II. de Conſolat. cap. I.

> *Hac, cum ſuperba verterit vices dextra,*
> *Exæſtuantis more fertur Euripi,*
> *Dudum tremendos, ſæva, proterit Reges.*
> *Humilemque victi ſublevat minax vultum.*
> *Non illa miſeros audit, haud videt fletus,*
> *Vltroque gemitus, dura, quos facit, ridet.*
> *Sic illa ludit, ſic ſuas probat vires.*
> *Dignumq; viſu monſtrat oſtentum, ſi quis*
> *Viſatur una ſtratus ac felix Hora.*

Sic enim ultimo proximus verſus apud eum ſcriptorem legendus, cum ineptiſſime vulgo circumferatur.

Magnumque ſuis monſtrat oſtentum

Contra Legem carminis & communem ſenſum. Porro ad jocum hunc ludumque Fortunæ pertinet quod ingenioſe Plautus dixit miſeros à Forte illa ſua homunculos pro pila haberi. Talis omnino eſt amaritudinis nomine laudata Valerii Liciniani ſententia à PLinio, libro IV. Epiſtol. XI. *Prætorius hic*, inquit, *modo inter eloquentiſſimos cauſſarum actores habebatur; nunc eo decidit uti exul de Senatore, Rhetor de Oratore fieret. Itaque in præfatione dixit dolenter & graviter: Quos tibi, Fortuna, ludos facis? Facis ex profeſſoribus Senatores, ex Senatoribus profeſſores. Cui ſententiæ tantum bilis tantum amaritudinis ineſt, ut mihi videatur ideo profeſſus ut hoc diceret.* Ea ſententia ſimilimam habet iſtam hoc loco Claudiani, cui non minor amarities ineſt. Pari ratione jocoſæ res pro lætis dicuntur, cum ſcitum ſit videlicet per jocum velut Fortunæ poſſe eas triſtibus commutari. Alanus libro V.

> *Non hic ambiguo, graditur, Fortuna, meatu*
> *Non viſum lacrymis, adverſis proſpera, læta*
> *Triſtibus infirmat, non mel corrumpit aceto.*
> *Aſpera commiſcent blandis, tenebroſa ſerenis,*
> *Connectens luci tenebras, funeſta jocoſis.*

Idem poſt eodem libro.

Poſt facinus pietas, poſt culpam gratia, virtus
Poſt vitium, pax poſt odium, poſt triſte jocoſum.

25. HUMANIS REBUS.] Vita univerſa. Ovidius:

Ludit in humanis divina potentia rebus.

Horatius lib. II Sat. VIII.

heu Fortuna, quis eſt crudelior in nos,
Te, Deus? ut ſemper gaudes illudere rebus
Humanis?

PLinius, lib. II cap. VII. *in tota ratione mortalium ſola utramque paginam facit Fortuna.* Seneca Hippolyto.

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargitque manu
Munera cæca, pejora fovens.

Lucanus lib. II.

fors incerta vagatur
Fertque refertque vices, & habent mortalia caſum.

Pulcerrime Claudianus bacchari dicit, ebriam velut, nullo gradu conſtantem, ut paſſus ambiguos eidem adſcribit Ovidius.

Paſſibus ambiguis Fortuna volubilis errat.

Sic inſanam, cæcam, brutam, conviciatur Pacuvius.

Fortunam inſanam eſſe, & cæcam, & brutam perhibent Philoſophi.
Saxoque inſtare globoſo prædicant volubili.
Quo ſaxum impulerit fors eò cadere fortunam autumant.
Cæcam obeamrem eſſe iterant, quia nihil cernat quo ſe applicet:
Inſanam autem aiunt quia atrox, incerta, inſtabiliſque ſit,
Brutam; quia dignum atque indignum nequeat internoſcere.

26. SERVILI CRIMINE.] Servis omnibus inferiorem & viliorem, & vituperabiliorem facere Eutropium quærit: itaque fortunæ crimina circumagit, ut nulla ſint, modo vir ſit ſexu Romanus Conſul. *Crimen* dixit opprobrium, ut alibi ſæpius. Alludere & eo poteſt ut infra Malitiam ſervilem detrudat Eunuchum, ingenia enim ſervilia ſua natura mala ſunt. Vide notata elegantiſſimo Symmachi Scholiaſti libro IV. Epiſtola XLVII.

27. LAXATA COMPEDE.] Metallarios videtur dicere qui in fodinas deſtinati ferreis compedibus attinebantur. Vide PLautum Captivis. Lucanus libro VII.

vincto foſſore coluntur
Heſperiæ ſegetes

Seneca, lib. VII. de Beneficiis, cap. X. *O miſerum ſi quem delectat patrimonii ſui liber magnus & vaſta ſpatia terrarum, colenda per vinctos, & familia bellicoſis nationibus major.* Appianus Punicis. Diodorus Siculus. Plutarchus, Thucydides, in rebus Niciæ & Demoſthenis.

28. ERGASTULA.] Carceres ſerviles & gladiatorii, in quibus laborandum erat captivis. Philoxenus in Gloſſario. Ergaſtulanorum. τόποι ἐν οἷς πεδῆται ἐργάζονται δεσμωτήριον, δεσμός. Vide J. Lipſium Electorum Collectanea.

28. QUIRINALES CINCTUS.] Habitus Conſulares, Romani Imperii ſummo magiſtratui Togatorum proprios.

29. DES SALTEM QUEMCUNQUE VIRUM.] Non enim viri ſunt Eunuchi, utpote

Alter quos pepulit ſexus, nec ſuſſicit alter.

Eutropio hoc fortuna dedit ut ante ipſum ad parem dignitatem nemo Eunuchus perveneri, quod compenſavit eo poſtea quod odio Reipublicæ perduellium Romanæ idem interemtus eſt. Zoſimus, Libro V.

Εὐτροπίῳ μὲν οὖν ἡ τύχη κατ' ἀμφότερα ἀφειδῶς ἐχρήσατο, πρὸς ὕψος ἄρασα τοσοῦτον, ὅσον οὐδεὶς πώποτε τῶν εὐνούχων ἀνεβιβάσθη, θάνατόντε ἐπαγαγοῦσα διὰ τὸ μῖσος, ὃ πρὸς αὐτὸν οἱ τῇ πολιτείᾳ πολέμιοι

πολεμοῦντες ἔλεγον ἔχειν. De nullo Eunuchorum ſexu infra pluribus. Eunuchum porro tam malum animal cordatæ Vetuſtas credidit, ut Ammianus, lib XVI. reſtetur nec Numæ Pompilio bonitatem ſpadonis teſtimonio cuipiam probari poſſe. Vbi de Eutherio.

29. DISCRIMINA QUÆDAM SUNT FAMULIS.] Certe vero, uti ſe ipſum mox interpretatur. Hic enim ſervus honeſtior habetur qui uni juge hero ſervitium præſtitit, quippe ingenii melioris, cum nequam cæteri mutent ſæpe dominos ob malitiam. Sunt tales & in ipſa ſervitute melioris herorum voluntate, conditionis, quippe ſub Dominis aliquando Domini, ut ſcite loquitur Phæbadius contra Arianos; tamen ſervi, & hoc ipſo ſervientes, quod aliis imperant, ejuſdem ſermone. Itaque recte negant Martianus Iureconſultus cap.V. de Statu Hominum, & ex eo Tribonianus in Inſtitut. diſcrimen inter ſervorum eſſe genera, quo ad ipſum in eos imperium & jus Dominorum: Non vero omnis ideo in ſervitute detegenda differentia erit tollenda, Evincunt enim aliquam omnino Vlpianus, cap.XV. verſic. I. de Vſufructu. Venuleius, cap.LXV. De Ædilitio Edicto. Claudianus hoc libro. v CXLVIII.

Ipſi quinetiam tali conſorte fremebant
Regales famuli, quibus eſt illuſtrior Ordo
Servitii, ſociumque diu ſprevere ſuperbi.

Certe diſciplinas, quibus præ aliis alii inſtituti erant, diſcrimina in ſervis feciſſe non eſt dubitabile. Alii enim Pædagogi, de quibus videas notata auctori tractationis de Polymathia, Alii Medici, de quali Suetonius Nerone cap. II. & c. Crebros fuiſſe Grammaticos clarum ex libellis ejuſdem Suetonii Illuſtriũ litteris virorum, quorũ ad nos *duo fragmenta* pervenerunt. Hi neceſſe habuerint ſuum aliquem præ aliis, ut loquitur Claudianus noſter Splendorem. Vide alia apud viros doctos Turnebum, Titum Popmam & Laurentium Pignorium elegantiſſimis de Servis Operiſque eorum Commentariis, IS. Caſaubonum ad Suetonii lib.I cap. XLVII. Iacobum Rævardum Variorum lib.V cap. XX. Petrum Pythæum Subſecivor. libro II. cap.IX. Ioan. Mercerum Opinionum lib.I. cap IX.

30. MACULAM MINOREM.] Sed tamen maculam, cum talis ſit ſervitutis Romanæ conditio, ut vix humana. Æquantur enim ſervi Quadrupedibus Lege Aquilia, reſte Cajo cap II. ad L. Aquil. &c. vide notata ad IV. Conſulatum Honorii. v. DCXVI.

31 DOMINO QUI VIXERIT UNO.] Amicum Domino mancipium. Horatius lib. II. Sat. VII. in quo omnis laus miſerrimæ conditionis.

32. ARENAS.] Nota impoſſibilium notatio. Fulbertus Carnotenſis Hymno Divi Martini, quem Librarii Veteres ſecundum uſum ſuum Proſam inſcripſerunt, non agnitis, quibus conſtat, Iambis.

Quid igne capto cœlitus
Cremaſſe fana funditus,
Graveſque moles per fidem
Hunc tranſtuliſſe prædicem.
Dediſſe cæcis ſidera,
Sentire ſurdis organa,
Mutiſque præcinentibus
Aptaſſe claudos ſaltibus
Quot geſſerit hujuſmodi
Miraculorum millia
Fugit ligari calculo
Velut Suburra pontica.

Adſcripſi totum comma, non enim pœnitendi ſunt verſiculi.

33. EVTROPII NVMERABIS HEROS.] Præfatione, Lib.II.

Innumeri glomerantur heri. ſibi quiſque petentes
Mancipium ſolis utile ſupplicüs.

32. IVRA.] Dominia.

34. MVTAVIT TABVLAS.] Familiares indices ſervilium operarum; quas toties venditum Eunuchum ſæpius mutaſſe oportebat. Quanta famulitia fuerint Procerum indicat vel Petronianus Eumolpus cujus familia vel Carthaginem capere potuiſſe perhibetur.

tur. Et Seneca lib. VII. cap. X. de Beneficiis majorem ſæpe numerum bellicoſis nationibus, neceſſe erat, ſcriptis tabulis nomina contineri, ut mortuorum venditorum, manumiſſorum, punitorum, ſtationes ſupplerentur: contraheretur aut extenderetur ad copiam aut inopiam victus & demenſorum ratio. Poteſt intelligi & ad tabulas quibus inſcripta nomina vendendorum ſervorum dabantur præconibus. Cùm enim plura mancipia in catastam venirent, aſſignabantur per decurias, ut quæ primum vendi vellet (velut inutiliora) Dominus, ea primo loco præco proclamaret, integriore videlicet voce, quod ipſum ad odium etiam mancipiorum, velut vendi aliquin ob vitium aut nequitiam nequeūtium pertinet. Seneca, Epiſtola XLVII. *Stare ante limen Calliſti* (Libertus erat Claudii) *Dominum ſuum vidi. & eum qui illi impegerat titulum, qui inter reycula mancipia produxerat, aliis intrantibus, excludi. Retulit illi gratiam ſervus, ille in primam decuriam conjectus, in qua vocem præco experitur, & ipſe illum invicem apologavit, & ipſe non judicavit domo ſua dignum.* Has ergo tabellas, nam utrique de tabulis tot nomina pronuntiata ſunt, toties vertiſſe dicat Eutropium, cum venditus ſit ſæpe, & ſæpe vendi non potuerit; priorem interpretionem concinniorem dicas. Ad tabulas illas pertinent quod de Demetrio, Pompei Liberto idem Seneca ſcribit cap VIII. de Tranquillitate Animi; ſervorum illi numerum quotidie referendum fuiſſe, utpote accedentibus & decedentibus ſemper aliquibus. Et Tabularii, qui patrimoniales dici poſſunt, ad quos rationes ſpectant expreſſi & accepti, Epiſtola LXXXVIII.

34. QVANTA VOCABVLA VERTIT.] Quot nomina, aut dominorū mutavit Eutropius dum, velut viliſſimum mancipium, venum it ſemper nec conſtans ullibi ſet vitium reperit. Itaq; inf v LX. *Permutatq; domos varias, quis nomina poſſit Tanta ſequi?* Videntur oris quibuſdam ſervos notaſſe, ut in tanta, aliquot ſæpe milliū, turba, dignoſci ipſo aſpectu poſſent. Hæ notæ utique vocabula erant Dominorum, quos Characteres dicit B. Ambr. Orat. in Funere Valentiniani. *Charactere Domini inſcribuntur & ſervi, & nomine Imperatoris ſignantur milites.* Ex Philone etiam conſtat nomina ſervorum, affixis cartulis notata, ut facile dignoſci poſſet extremo libro I. de Monarchia, ubi inceſſit furorem Idololatrarū qui inurebant ſibi nomina Dæmonum, ne unquam regredi ad verum Deum poſſent:

Ἔνιοι δὲ τοσαύτῃ κέχρηνται μανίας ὑπερβολῇ, ὥστε οὐδ᾽ ἀναχώρησιν ἑαυτοῖς πρὸς μετάνοιαν ἀπολιπόντες, ἵενται πρὸς δουλείαν τῶν χειροκμήτων γράμμασιν αὐτὴν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἐν χαρτιδίοις, ὡς ἐπὶ τῶν ἀνδραπόδων ἔθος, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς σώμασι καταστίζοντες αὐτὴν σιδήρῳ πεπυρωμένῳ πρὸς ἀνεξάλειπτον διαμονήν. Poteſt noſter & eo intelligi, quod ſervorū nomina, cum venderentur ii, mutata fuerint, ne videlicet mancipio ſe quod vitiū foret, aut ſi per nequitiam ſæpe mutaſſet dominos, facile crimen proderetur. Sic Virgilio cuidam ſuadet Ennodius ne externo ipſi, h.e congruo, neque legitimè legitimoq; tempore dato, uti pergat, ne venearur aliquando à nomine ſuo, aut vendibilis putetur, quid muter. Ep gramm. CXXI.

Externo quoties vocitaris nomine, demens,
Si tibi ſunt ſenſus, proſpice ne veneas.

Hic enim ſenſus eſt ejus acuti Epigrammatij, etſi ſyllabā impegerit, more ſuo, ſcriptor non nimium talium vel ſciens vel curioſus. Nam *captivum ſtemma* præcedente idem nomen, quod erat Virgilii, appellavit, velut ſervili modo adſcitum innuens. Nomina ſervis mutata clarum ex Achilli Tatio & Euſthatio, Amorū ſcriptoribus, quæq; ad iſtius Librum Nonum notavit, omnimodis vir præſtantiſſ. Gilbertus Gaulminus. Pertinere aliqua eodē dicas quod nomina ſervis dederint non longa, ſed ſtudio correpta, uti facile mutari poſſent, non obſervante quolibet vocabulum unius ſyllabæ, aut duarum: Id quod notavit jam olim eruditiſſimus Brodæus Comment. ad Lib. II. Antholog. Notat ad eundē librum CCLXII, Scholiaſtes Græcus

Græcus morem divitum, qui ex ſordibus ad opulentiam quampiã adſcendentes mutarint nomina additis pluribus litteris, brevia videlicet vocabula inſtar plebeiorum aut ſervilium abhorrentes. Mihi prima interpretatio hujus loci uti ſimplicior ita etiam verior habetur.

35. NUDATUS QUOTIES.] Venalibus enim detrahebantur veſtimenta, inſpiciebantur, & pertentabãtur corporis partes, ne merx mala virium tegeret. P. Vinitius Rhetor, apud Senecam, lib. I. Controv. II. *Caſtam te putas quia inviſa meretrix es? Nuda in littore ſtetit ad faſtidium emtoris, omnes partes corporu & inſpecta & contrectata ſunt. Vultis actionis exitum audire? Vendit pirata, emit leno: excipitur nibil.* Et Lucianus, Eunuchi titulo libello:

οἱ μὲν ἠξίουν ἀποδύσαντες αὐτὸν, ὥσπερ τοὺς ἀργυρωνήτους ἐπισκοπεῖν εἰ δύναιτο φιλοσοφεῖν τὰ δὶ πρὸς τῶν ὀρχέων.

Plura horſum legas apud Barn. Briſſonium, lib. VI. de Formulis, Jacobum Durantium, variarum lib. I. cap II. Rdaulfum Fornerium Quotidian. lib. II. cap. XXVI. Turcarum hodieq; morem, exemplo ſuo doctus, memoriæ tradidit Barrbol. Georgevvitzius. Piſſimè itaq; libri ſcripti non pauci *Mutatus* Non tamen Noſter.

35. MEDICUM DUM CONSULIT EMTOR.] Non enim oculis manibusq; ſuis credebant, tanta erat vafrities mangonum in tegendis vitijs corporum venalium. Pacianus Epiſt. I. *eò commodè dixit, partes eas nudari opertere quibus medicus advocandus ſit*, aliter enim falli & ipſe poteſt.

36. OCCULTUM DOLOREM.] Morbum. Adverſar.

38. CADAVER.] Specie & ætate cadaveri quam homini ſimilior. Vide Idem opus lib. XXXIII. cap. XV. Sic Sulpitius Lupercus deformem hominem refert e air corpora de priſcis tumulis. Lib. I. Vet. Epigr.

Ambuſtis... rris ſpecies. exeſaq; ſecle
** Abdũtur* priſcis corpora de tumulis*
Perplexi crines, frons improba, tempora preſſa,
Extantes, malâ deficiente, genæ.

Sic ſe cadaver vocat oculis orbatus Oedipus in Thebaide, Dramate juvenili Rhetoris alicujus priſci. Imo prorſus Senecæ forte junioris.

recipe ſupplicium vetus
Semper cruente, ſæve, crudelis, ferox,
Cum occidis & cum parcis, olim jamtuum
Hoc eſt cadaver. Vide & lib. CXXV. ad Martialem.

39. RUGAS ANILES.] Decrepitæ ætatis indices. Fulgentius Præfat. Mytholog. *auſculta dum tibi rugoſam ſulcis anilibus fabulã ordior.* Hoc eſt de obſoletis jam Antiquitatis conditorijs depromtam. De Eutropio ita ſæpiſſimè Claudianus. *Defluere* cadaveroſum etiam ſive morticinum verbum eſt, de quo ad Quartum Conſ. Honorij. *Dilapſa cadavera tabo.* Virgil. Georg. III. fin.

40. SPECIE DONI.] Amoliuntur ut poſſunt, munus facientes ex gravi omnibus modis mancipio. Sed hanc quoq; mox dignitatem perdit.

41. FOEDUM MUNUS.] Contumeliæ nomen eſt Eunuchus ſanus, ut Julianus Imperator Miſopogone teſtatur, ne dum morboſus, vetulus, cadaveroſus, qualis iſte proponitur.

42. JUGIS] Inſtar jumenti. Servi enim quadrupedibus æquiparantur, neque ſunt in cenſu hominum cæterorum. Vide ad Quartum Conſulatum, contrà verò Senecam Epiſtola XLVII

42. VETUSTUM SERVITIUM.] Ætate confectum. Nam vetuſtas etiam humana ſenectus. Terentianus.

Audivi veterem virum.
Vulgo dicere fabulam.

Hoc eſt Senem maximè, quod genus ob placidum ætatis morem ſuavibus fabellis veritatem & Conſilia ſolet involvere. Notavi pluribi alibi. Sic *Antiquus* ſenem deſignat. ut in verſione Hiobi. cap. XII. *In antiquis eſt Sapientia & rerum præteritarum cognitio.* Etiam Græcis Sophocles Oedipo Tyranno. v. 981.

Σμικρὰ παλαιὰ σώματ᾽ εὐνάζει ῥοπή.

43 SERVITIUM.] Servus. Salluſtius:

Catilina credebat ſervitia Vrbana poſſe ſollicitari.

Petronius : *ſervitia ecce in frontibus cernitis.* Hoc eſt ſervos eos eſſe. Sic *miniſteria* apud Sidonium,lib.II Epiſt. VIII.

45. DEBITA SUPPLICIIS.] Jam tum ſcelerato hominis ingenio ſupplicia promerito. Debita quandoq; ſunt deſtinata. Lucanus,lib.VIII.

ceu pridem debita fatis

Aſſyriis,trahitur cladis captiva vetuſtæ

Vide ad II,in Rufinum.v.CCLXXVII.

46. SUSCIPIUNT.] Pariter de Innocentibus Arator lib.I.Hiſp.Ap.

quos,ubere raptos,

Vulnera ſuſcipiunt.

47. ARMENIUS.] Negotiator, mango, Deliacus. Armenij, Perſæ Parthi, hac ætate confuſi,Poetica Eloquentia. Hoc enim Perſis adſcribit Antiquitas. Petronius.

Perſarum ritu malepubeſcentibus annis

Surripuere viros.

Erant & alia evirandi genera,ut quod, cicuta, ſua etiamnum ætate ſeſe caſtraſſe Hierophantas Athenienſium ſcribit B. Hieronymus fine libri I.in Jovinianum. Quo genere cenſenda caſtratio teſticulis infantium craſſo ſucco cicutæ illitis,quam tradit Marcellus Empiricus cap. XXXIII. *Modos* per colliſionem & exſectionem tradit Paullus Aegineta, libro VI. cap. LXVIII. Hodie Turcæ penitus omnia demetunt,quod & antiqui, fecere, eosq; tales Eunuchos ſequior ætas Carſamatia appellabat. Luitprandus Hiſtor. lib. VI. capite III. *Obtuli enſes, lanceas, verua, mancipia, quatuor Carſamatia; Imperatori nominatis omnibus pretioſiora. Carſamatium autem Græci vocant amputatis virilibus & virga puerum Eunuchum, quos Verdunenſes mercatores ob immenſum lucrum facere ſolent, & in Hiſpaniam ducere.*

48. NEFANDUM.] Sanè verò, cujus gratia multi homines ſimul occiduntur priuſquam fiant. Itaque & Imperator Conſtantinus in Orbe Romano Eunuchos fieri capitali ſupplicio vetuit. L.1.C.de Eunuchis. Vendi emiq; tamen potuerunt, alibi facti, ex Conſtitutione Leonis Imperatoris Ibidem exſtante. Pretium autem Eunuchi majus quam viriſervi. Et ferè triplo; vt videas apud Juſtinianum Cod Commun.de Legatis L.3 Et L 1 §.5. De Communi Servo Manumiſſo. Vide & notata Claverio.

49. IGNEM.] Vim generandi, quâ velut de igne ignis, ſic divina Operatione, ex homine homo venit in vitam. Contrà frigidi, generationi inepti, ut Haldanus convitio inimici apud Saxonem Daniæ Hiſtoriæ Grammaticum libro VII. *Cui inops caloris Natura deforme corporis animique frigus incuſſerit.* Rectiſſimè Claverius & Scaliger tenuerunt hanc lectionem, contrà vulgarias Editiones, & ſervat Codex Noſter clariſſimè, conſentientibus Belgis, Camertis, Aldiq; Exemplaribus. Vide notata ex Claudiano Mamerto, Libro LI. Adverſariorum, cap.I.

48. MOLLIRE MARES.] Effœminare. Prudentibus Pſychom.

Elumbem mollire animum.

Vibius de Salmaci: *quam qui bibunt vitio impudicitiæ molleſcunt.*

49. AVCTVRVS PRETIVM.] Claræ veritatis lectio; firmata Cujacianis noſtriſque libris. Delrius ex ſuo ACTURVS, quam etiam firmat Libro de Tragœdia. Nos nihil tricas moremur perſpicua veritate parente.

50. SEDIBVS EXHAVRIT GEMINIS.] pulerè Oppianus Cynegetico.II.

κόλθησιν λαγόνεσσι δ᾽ ὑπ᾽ αὐτὴν

ἔνδοθι νηδὺν

Ἀμφιδύμους ἐλκύς. τοὺς εἴκελος ἀμησειον

Αὐτίκα θῆλυν ἔθηκε.

50. VNO SVB ICTV.] Poeticè. Nam plures ſectiones requirit Paullus Aegineta dictis libro & capite. *Sub* παρέλκει hoc loco. Ut ſolet Poetis. Gratius.

Adſci-

Adſciſcere tuo comites ſub nomine Divæ.
Catullus. *velut denſas proſternens, meſſor, ariſtas*
Sole ſub ardenti flaventia demetit arva.

51. OFFICIVM PATRIS.] Numeroſius ſcripſiſſet *Officiumque Patris.* De Chiaſmo Claverij tantumdem eſt. Vtrumque enim de vtroq; dici poteſt.

53. SECTI TRAXERVNT FRIGORA NERVI.] Vt effœminatum, mollem, muliebrem facerent. Fœminis enim plus frigoris ineſſe quam nobiliori ſexui notum Phyſicis & Medicorum filijs. Ab inciſis autem nervis *Abſciſſi* poſtmodo dicebantur Latio Eunuchi. Auguſtinus, Libro II Confeſſionum, cap. II. *Has ergò voces exaudirem vigilantior, & abſciſſus propter Regnum cœlorum felicior exſpectarem amplexus tuos.*

52. AMBIGVVS VITÆ.] Notum non paucos infantes acerrimo eo dolore perijſſe. Ideoque Lex D. Adriani *Caſtrationem* pœna Legis Corneliæ de Sicarijs Homicidisq; compeſcuit. Vide Vlpianum capite IV. ad L. Cor. de Sicarijs.

51. IN CEREBRVM SECTI TRAXERVNT FRIGORA NERVI.] Res ipſa eſt quod de Parotidis venis in. iſis, circa aures ſunt eæ, virilitatem ex ipſo cerebro uſque exſtirpantibus, notant docti. Claverius hic. Vide ICtum non inhumanum, ſed doctiſſimum Paullum Cypræum. De Sponſalibus cap. IX. Idem in Ibin *nec vir nec fœmina, ut Attys.*

5?. FRIGORA.] Nam calor omnis ad virilem virtutem unà cum membris ſexum facientibus præciditur. Vide Lucianum Eunucho.

55. FATO.] Fatali turpitudini. Crimen fatorum dicit alibi.

56. MANSISSE VIRVM.] Eunuchus enim vir non eſt. Ovidius:

Hei mihi quod dominam nec vir nec fœmina ſervas.

57. FORTIOR ESSET.] Apage libros illos qui *grandior* malunt.

58. ASSYRIÆ COMMERCIA RIPÆ] Emporium nobiliſſimum, Babylonem intelligit. quam vrbem mediam Euphrates interfluit Negociatores Baylonij primarij Aſiaticæ Luxuriæ. Omnia nota.

59. GALATA DVCTORE] Ii mercatura mancipiorum nobiles. Ammianus libro XXII. de Juliano: *ſuadentibus proximis ut aggrederetur propinquos Gothos, ſæpè fallaces, & perfidos, hoſtes ſe quærere meliores ajebat, illis enim ſufficere mercatores Galatas per quos ubiq; ſine conditionis diſcrimine venumdantur.*

61. STABVLIS PTOLEMÆVS.] Rectè ita Scaliger: Nam faſtidit etiam Dominum deſcribere Claudianus, extremo contemtu mancipij. Stabula Galatarum dicit. Ita Noſter, etiam liber, Codices Belgæ omnes, excepto uno ſolo, Bentinus, Camers, Aldus. Camers notat fuiſſe libros alios qui *thalamis* præferrent Inſcitius. Illud autem noſtrum apertè jubent præſepia, quæ mox ſequuntur.

62. PELLICIS] Eunuchi, quem habebat pro tali. Docui alibi *puellam pueri* ſignificatione eſſe. Pariter Martialis, lib XII. Epigr. XCIIX. in Zelotypam.

Quid quaſi pellicibus torqueris, inepta, miniſtris?
In quibus & brevis eſt & fugitiva Venus.

62. VSV PELLICIS.] Non velut propriæ poſſeſſione. Vxori enim legitimæ. propriæ, perpetuæ, vſuaria opponitur. PLautus Prologo, ſive Argumento, Amphitruonis

Alcmenam uxorem cepit uſuariam.

Quæ utiq; vera eſt ejus loci ſcriptio. Non in Solini verbis ad eum à doctiſſimo Turnebo productis, aliud planè negotium: Ibi enim mutuo ſumebant, conſenſu accedente, uxores, cum nulli certa eſſet: At Juppiter PLautinus nullam uſuram præſtabat, ſed vtebatur animi ſolum Gratia, Alcumena Amphitruonis; Qua facie uſurpare alienam amicam dixit Auſonius præfatione Periocharum in Iliadē: *novus ferè annus ea negotia continebit quæ ab injuriâ Agamemnonis ac Briſeidis uſurpatione uſque ad funus Hectoris digna memoratu erunt.* Et utendi verbo cum Claudiano noſtro eodem alij modo uſi. Petronius Satirico:

quoties-

quotieſcunque enim in convivio de uſu formoſarum mentio facta eſt, vehementer excandui. Ovidius, de Statuâ Pygmalionis

ipſoq; fit utilis uſu.

Salvianus, libro VII. de Gubernatione Dei: *Quis credere, aut etiam audire poſſet convertiſſe in muliebrem tolerantiam viros, non uſum ſuum tantum atq; naturam, ſed etiam vultum.* Apud Valerium Maximum lib. VI. cap. III. *mulieres uſa inceſto* eodem modo, ſed παθητικῶς intelligendæ ſunt, qui alijs nimirum uſum ſui inceſtum præbuerunt.

63. ARINTHEO.] Recte nomen hoc aſſeruerunt iſthic viri doctiſſimi. Noſter: *Arentheo* habet. Intelligunt eum de quo Ammianus, Libris XXV. XXVI & XXVII mentionem habet. Et Conſulatus ejus meminit fine hujus libri Claudianus. Theodoretus lib. IV. capite XXIX. Hiſtor. Eccleſ. Inter duces recenſet.

ταῦτα δὲ καὶ Ἀρίνθεος καὶ Βίκτωρ, στρατηγοὶ, γὰρ ἦσαν καὶ αὐτοὶ συνωμολόγησαν.

Auctor Chronici Alexandrini ſub Joviano, Patricium Arintheum unum è ſenatu agnoſcit.

63. DIGNVS HABERI.] Indignus, inquit, erat cujus fœdo & turpiſſimè abuſo à milite & illo altero, corpore, quis locupletior factus cenſeretur. Nihil potuit vilius. Sic de cane ob ætatem inutili infra. CXXXIII. appoſitè ducta comparatione.

64. MATVRVS EMI.] Annis bonis, integris, maturis, ſublapſis. Integer & validus opponitur *maturo.* Scribonius Largus, niſi Siburius potius, vt oſtenſum alibi, Medicus, compos XLI. *Benefacit hoc medicamentum ad tumorem & exulcerationem aurium, aceti acris Sextarij duo, incoquuntur mala granata quibus coriarij utuntur, quia ſemper valida ſunt, nec unquam matureſcunt.* Hoc eſt molliuntur, quo pacto ſunt proxima corruptioni. Ita *maturè* tam tardè quam cito deſignare notat Cariſius lib. I. Plautino teſtimonio utens, quod exſtat Curculione. Sic maturiſſima ætas Carnificio lib. IV. ad Herennium: *quibus virtutibus omnem tueri vitam poſſint, eas in ætate maturiſſimâ velint comparare;* Hoc eſt molli, tenera, quæ facilima corruptui ad malas artes pravosq; mores. Nam *maturus* diverſarum omnino ſignificationum eſt. Sonat enim quãdoq; *perfectum,* quodq; eſt in acme floris ſui. Julius Rufinianus Rhetor: *Ejuſmodi figuræ quæ juvenibus in ſchola laſciviunt, ut Cornutus ait, minimè matura ſunt, & parum canis foroque conveniunt.* Quandoq; *vegetum,* primi, nec tamen perfecti, floris. Jornandes Geticis, cap. XL. *Theodericus Rex equo depulſus, pedibusque ſuorum conculcatus vitam matura ſenectute concluſit.* Nõ enim erat annis affectus ille Rex. *Maturitas* ſic rei eſt ille ſtatus à quo declinat in corruptionem. Chryſologus Sermone LIII. *Locum non demus inimico, ne in tritici ſegete valeat ſeminare zizania, & ſecure iam Ruſtico, at ſpe longi laboris eluſo, exſpectatos fructus ipſa meſſis maturitate perdat, aut vinum vetuſtate ſuave in liquorem perfidia demutatum infuſa fæcis permixtione conturbet.* Eſt cum maturus acerbo opponitur. Fulgentius, Epiſtol. II. cap. IV. notabili ſententia. *Chriſtianus, qui in timore Dei vixerit, quacunq; fuerit ætatis corporis defunctus, non acerbo funere mergitur, ſed placita Deo ſubnixus maturitate transfertur.* Et poſt. *Vita igitur mala immaturos acerbosque ſenes demergit in Tartarum, vita verò bona defunctos juvenes maturos perducit ad Regnum.* Vide Servium ad Georgicum. I. Gellium, lib. X. cap. XI.

65. DIVORTIA.] Tamquam de muliere nupta loquitur ad demonſtrandam diuturnitatem infamis contubernij. Vide notata. Grutero alteris Notis ad Martialem lib. III. Epigramm. XXX. Ejulatio ſubſequens egregiè anilis & mollis eſt.

65. QVÆ GEMVIT.] Rectè ita Scaliger; cui aſſentiuntur majorem partem Belgici Codices, In uno eſt *Quam gemuit!* Mirum verò quò viderint Cujacianorum & Noſtri exſcriptores, qui illud *genuit* retinuerunt, in quo abſurda ſtoliditas eſt. Ejusdem fuerunt Bentinus & Camers, non tamen Aldus.

67. IN

67. IN GREMIO.] Amatorio contubernio, inſtar muliercułæ. Cariſſima quæque in *ſinu* nobis eſſe, geriq; dicuntur. Catullus de paſſere Lesbiæ.

Qui cum ludere, quem in ſinu tenere,
Atq; acris ſolet incitare morſus.

Moſchus. καὶ τὸν Ἔρωτα
Ἔτρεφεν ἐν κόλποισι

Quod ad educationis tempus ſimul pertinet. Venantius Fortunatus. Libro. VIII. Carmine. IV.

quæ filia conſtat
Te matrem votis optat habere ſuam.
Quamq; ſuis genibus caram nutrivit alumnam,
Præficit ecce ſuo conſtituenda loco.

68. PRÆSEPIA.] Simpliciter cape, vt ſupra ſtabula: quod tamen merito ambiguum eſt: ſit itaque & hoc. Nam contubernium ad præſepia paupertatem domini & impudicitiam mancipij ſimul denotat.

69. VIDUUM.] Nihil potuit anilius, & homini turpiſſimo dicere convenientius, vt eſt ingenioſiſſimum Epos iſtud, totum Satirico ſale ſparſum.

71. CRUDELIS.] Commune amantium faſtidientium convitium. Virgilius.

O Crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?

Græcorum Amatorum Atticiſtarum pleni talibus Libri.

71. GENERIS.] Non ſexus:is enim jam nullus eſt.

73. UXORISQUE DECVS.] Formam, ob quam amabatur; veriſſimè de pleriſq; dixit Juvenalis

facies, non uxor, amatur.

Vnde metuit puella maritationē apud Theocritum, ne illi pulcra forma pereat.

Ἀλλὰ τίκειν τρομέω. μὴ καὶ χρόα καλὸν ὀλέσσω.

75. DEFLORUIT ORIS GRATIA.] vide ad Panegyricum Probini.

76. SCAPVLAS TVTABIMVR.] Serviliſſimè. Et dicas de PLauti Scena dirè loquentem nequam ſervulum.

78 ACVTVM.] Pulcrum hoc;nec audimus Libros mutantes. Mox ait: mentem monſtro non ſegnem ad lenocinium fuiſſe. Acutum autem ingenioſum ſonat. Aquila Rhetor. *Inventio rerum cum acutis hominibus, quos tamen oratores nondum appellare poſſis, communis eſt.* Petronius, Satirico:

O hominem acutum & urbanitatis vernulæ fontem!

Acuta Prudentia apud Petrum Damianum Epiſtola ad Hildebrandum.

78. SEGNIS AD ARTEM.] Malam quidem & maleficam. Eunuchi enim tam naturales quam factitij κακοῦργοι. Adamantius Sophiſta:

Εὐνούχοις τοῖς ἐκ φύσεως κακίω σημεῖα ἐστιν, ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. καὶ ὡς τὸ πολὺ εἰσιν ὠμόφρονες, δολεροὶ, κακοῦργοι. ἕτεροι δὲ ἑτέρων μᾶλλον. τῶν δὲ τομιῶν εὐνούχων ἔνια μεταβάλλει ἅμα τῇ τομῇ. σημεῖα δὲ τῷ πλείονι τῆς γυγενοῦς φύσεως ἐμμένει.

Sic Venenationem artem Eunuchorum dicit Livius, quæ videlicet eos Regibus conciliet, Libro XXXV. *Mors nuntiata Antiochi filii Regis: quo carior acceptiorque omnibus fuerat, eò mors ejus ſuſpectior fuit. Gravem ſucceſſorem eum inſtare ſenectuti ſuæ patrem credentem, per ſpadones quosdam talium miniſterio facinorum acceptos Regibus, veneno ſuſtuliſſe.* Vide Luciani Eunuchum.

79. OFFICII CAPAX.] Cum de Eutropij rebus, negotijs, officio, loquitur Claudianus, verba ſunt pleraque ambigua, ita vt ad turpitudinem monſtri ſimul accommodata ſint. Sic hoc loco officium.

At nuper bis flava Chie, ter candida Pitho,
Ter Libas officio continuata meo eſt.

80. CVSTODIA NVLLA.] Cuſtodes ponebantur mulieribus matroniſq; Romanis, quod, pro more communi, memorat Juvenalis. Sat. VI.

Pone ſeram, cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes, cauta eſt & ab illis incipit uxor.

Tales Eunuchi puellarum apud Ovidium, Sceledius concubinæ militis apud Plautum.

81. NVLLI POTERVNT EXCLVDERE VECTES.] Græcorum proverbiales verſus videtur innouere, quibus jactatur nullum oſtium, nullum adeò ædificium poſſe claudi atque obmuniri diligenter quin adultero tamen & Cato illuc intrò veniendi ſit relictum ſpatium. Extſtat apud Stobæum.

82. DANAEN SVB TVRRE LATENTEM.] Fabula Danaas corruptæ inter difficilimarum rerum indicia venit in Paræmiam. Petronius.

Quiſquis habet nummos ſecurâ navigat aurâ,
Fortunamque ſuo temperat arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipſumque licebit
Acriſium jubeat credere, quod Danaen.

Seſe videlicet omnipotentem illum Jovem eſſe, quoniam auro abundet. Ejus fabulæ ἐπιμύθιον eſt quod Diodorus Siculus alibi ait.

τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα χειρωθῆναι, τῷ χρυσῷ ῥᾴδιόν ἐστι καταπολεμῆσαι. τῷ ἀργυρέῳ γὰρ ὑποτάσσεται πάντα.

Et Oraculum.

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις.

84. INDOMITAS.] Libidinis efferæ, & equinæ, ut Prudentius appellat. Eaſdem pullis equinis aut hinnuleis aſſimilat Horatius. Publius Mimographus, verſiculis à Petronio poſitis, quos perperam nonnulli ipſi exhibitori reſcribunt

Quo Carchedonios optas ignes lapideos,
An ut matrona, onerata faleris pelagiis,
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?

Horatius.

Indomitam properat rabiem ſedare.

Tacitus Annali VI. de Tiberio Hirco vetulo: *pudore ſcelerum & Libidinum, quibus adeo indomitis exarſerat, ut more regio puellas ingenuas ſtupru pollueret.* Sed potius tamen puellas impatientes Amorum intelligit.

86. ANCILLÆ TETIGISSE LATVS.] Inter eundum, ne quis obſervet. Eſt ex illo Ovidiano, primo de Arte Amandi.

Inſere te turba, leviterq; admotus eunti
Velle latus digitis & pede tange pedem.

Paria in Ariſtæneti Epiſtolis.

Tales ſcitè aucupes dicuntur, irretientes nimirum miſeros, puellas & amatores, telibus cupidinum, ſæpè mortiferis, Evantius Abbas de Vſu ſanguinis & Carnium.

88. FVRTIS QVÆSISSE LOCVM.] Vbi clam conveniatur in concubitum. Furtum φώρια ἐυνῆ, ut χαμοκλοπέειν apud Phocylidem, Chriſtianum Poetam, cum ſuo ſibi ſocio Naumachio, qui nunc extſtant. Furtiva oſcula apud Petronium, Furtiva voluptas, Ovidio, Metamorph. IV. Sic quicquid occultè & velut cum metu patratur, furtum vocant ſcriptores. Bellicum Strategema hunc titulum habet apud Libanium Declamatione Menelai, Silium Italicum, alios. *Furtivum bellum* penes Procopium libro primo de Bello Perſico. *Furtum* Orationis, Adrevaldum, non ineptum Scriptorem: Alia infinita apud alios.

90. JUVENUM FLAMMIS. [illegible] um degemmis. Amores Laidis quan[illegible] civitatum ex univerſa Græcia ad eam conflaret, no-

tiz, notiſſimi. Epitaphium memorat Athenæus lib. XIII.

τῆς δὲ ποθ' ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου. Λαΐδος ἣν τέκνωσεν ἔρως, θρέψεντε, κόρινθος.

Vnde ad ejus fores univerſam Græciam jacuiſſe ſcribit Propertius. Lib. II.

Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes.
Ad cujus jacuit Græcia tota fores.

Vnde Athenæum. Apud quem Philæterus Comicus in Concubitu eam obiiſſe ait:

Οὐχὶ λαῒς μὲν, τελευτῶσα, ἀπέθανε βινουμένη.

Dipnoſoph. Geminum mare ſitum Corinthi indicat, cujus deſcriptionem vide apud Pauſaniam.

91. SERTA REFVNDIT CANICIES.] Opprobrium formæ, quæ cum adventu canorum decedit. Anacreon Oda XI. planè fugientes indicat.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων, γέρων εἶ,
Λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει,
Κόμας μὲν οὐκέτ' οὔσας,
Ψιλὸν δὲ σοῦ μέτωπον. &c.

Refundit eſt refutat, ab eadem vi dictum.

92. TVRBA PROCAX NOCTISQVE RECEDIT AMBITVS.] Omnia iſta conjunxit Horatius etiam, lib. I. Od. XXV.

Parcius junctas quatiunt feneſtras
Ictibus crebris juvenes protervi,
Nec tibi ſomnos adimunt, amatque
Ianua limen.

93. SEQVE REFORMIDAT.] Videns non eſſe talem qualis olim fuit. Similia de ſpeculo Laidis Auſonius, Epigramm. LIV.

Lais anus Veneri ſpeculum dico: dignum habeat ſe
Aeterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc uſus, quia cernere talem,
Qualis ſum, nolo qualis eram, nequeo.

Nam opprobrium ſenectuti ſpeculum cancre putabatur. Anacreon verſiculis modo adſcriptis. Propertius lib. III. Eleg. XXIV.

At te celatis ætas gravis urgeat annis,
Et veniat formæ ruga ſiniſtra tuæ.
Vellere tum cupies albos à ſtirpe capillos,
Ah ſpeculo rugas increpitante tibi.

95. STAT TAMEN.] Producit in teſtimonium hæc verba Spartanus Jureconſultus qui ante duo ſecula ſcripſit Roſarij titulo libellum Ethicum, ſed prodigioſè corrupta. Ait Claudianus Laidem jam ſenio voluptatis uſu perdito, juniores meretriculas inſtruxiſſe technis meretricijs & artibus; ne planè nihil ageret ad quæſtum ſuum augendum, Syneſius de eadem Epiſtolâ. III.

ἡ γὰρ Λαῒς ἔφη ὡς ἤδη λογογράφος, ἀνδράποδον ἦν ὑκκαρικόν.

Oppidum eſt Siciliæ. Athenæus libro XIII.

λαΐδος, τῆς ὑκκάρων, πόλις δ' αὕτη σικελική. ἐκ Σικελίας ἐωνημένον, ὅθεν ἡ καλλίπαις ἡ ἱκκῦσα τὸν περιβόητον. καὶ αὐτὴ πάλαι μὲν ἐπαλλακεύετο ναυκλήρῳ δεσπότῃ. ἔπειτα μὲν τοι ἑταίρα, καὶ τούτῳ δεσπότῃ. τρίτῳ μετ' ἐκείνους ὁμοδούλῳ καὶ λάθρα τῇ πόλει. ἔπειτα λαμπρῶς τῇ πόλει, καὶ προεστῶσα τῆς τέχνης. ἧς ἐπειδὴ τὴν ἐργασίαν ὑπὸ χαλαρᾷ ῥυτίδι κατέλυσε, τὰς ἐν ἡλικίᾳ παιδοτριβεῖ, καὶ τοῖς ξένοις ἀντικαθίστησιν.

Stare meretricium. Horatius.

olenti in fornice ſtantem

Nonius: *proſtibulum quod antè ſtabulum ſtet quæſtus nocturni & diurni Gratia*, Vel *ſtat*, *perſtat.*

95. SVCCINGIT.] Aptas facit officio, inſtituit. Expediti enim & operi alicui intenti ſunt cinctu ſubſtrictiore. Sic ſtatores altius cincti, pincernæ apti miniſterio conviviali apud Petronium. Et apud Phædrum,

Ex alticinctis unus atrienſibus.

97. ET RETINET MORES QVOS PERDIDIT ÆTAS.]Probo omnino emendationem viri docti qui in Promulſide Criticæa reponendum ex membranis ſuis vidit:

& retinent mores, quod perdidit ætas.

facili, perſpicua. & omnino Claudiani noſtri lectione. Ex parte juvat Noſter Codex, in quo pariter diſertis litteris illud *quod* apparet, licet *retinet* ſibi indulſerit librarius. Cæteri omnes libri delirarunt veritate.

98. VNICA VIRTVS ESSET IN EVNVCHIS THALAMOS SERVARE.]Vnde nomen acceperunt, & cui ſoli primum officio deſtinati ſunt, ut nimirum Venere dominarum frui ipſi non potentes, cuſtodirent eam Dominis, fidelitate ſola gratiam eorum promeriturі. Utilitas hæc fecit ut in pretio etiam maximis Regibus fuerint, Romanis etiam moribus pluris emti, cæteris ſervis, medici quoque & notarij, vt notatum viro docto ad hunc Librum. Sic Cyrus magni fecit Eunuchorum genus, interiorem eis aulam credens, tradit Xenophon Pædiâ VII. Ob fidem Perſis commendatos Herodotus libro VIII. Vtiles habiti inſtituendis puellis, mero vide licet ne à viris corrumperentur. Julianus Imperator Miſopogone:

τῦτο δὲ πρὸ μηνῶν μὲν εἴκοσι προσεχῦ νόμιζον ἴσωμα, νυνὶ δὲ περιφερόμενον ἀντ' ἀδικήματος καὶ ὀνείδους ἄνθρωπος ἦν, ὑπὸ τῷ ἐμῷ τεθραμμένος παππῳ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ὅπως ἀγάγῃ διὰ τῶν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ποιημάτων.

In ſuperſtitioſis medicinis uſum Eunuchorum fuiſſe perſuaſione veterum. exemplum eſt apud PLinium Medicum, quem Valerianum vocant, libro III. cap. XIV. ubi potio ſervanda Eunucho dicitur, quam hauriat podagricus: *Mulierem omnino non contingat, quod ſi ſomniaverit tale aliquid, lavetur, & accipiat potionem. Habeatur autem cum omni mundicia vel ab Eunucho, vel à puella in veſtibulo horti ſervatum.*

99. THALAMOS SERVARE.] Vnde & nomen duxerunt. Vide Etymologicon Magnum. Ab hoc proprio eorum officio factum eſt, ut cuſtodes Regiorum cubilium, etiamſi non exſecti, appellarentur tamen quandoque Eunuchi, qualem in B. Hieremiæ Prophetæ capite XXXIIX. intelligit interpres Chaldæus.

101. NEC VERBERA TERGO CESSAVERE TAMEN.] Cum officium lenonium dextrè non peregiſſet, aut euaſiſſet eventu Libidinis deſtinatio. Iracundiam funeſtam ex Libidine omnes PLutarchi Amatoriæ narratiunculæ indicant, & docet fabula Cupidinis Erynnin amantis apud Alexãdrum, quem dicunt, Aphrodiſienſem, Problemate LXXXVIII. quam is ſcriptor in libris fictarum de Dijs narrationum ſeſe enarraſſe amplius memorat. Vtinam vero tanti ſcriptoris, quicunq; nomine fuit, ii Commentarij ad nos perveniſſent.

104. DOTALEM GENERO.] Hi erant addictiſſimi puellis in alias familias translatis. Ad omnem dominæ voluntatem promtiſſimum dotalem ſervum memorat Appulejus, libro X. *amorem ad longè deterius tranſtulit odium. Et aſſumto ſtatim nequiſſimo, & omne facinus emancipato quodam dotali ſervulo perfidia ſua conſilia communicat, nec quicquam melius videtur, quam miſerum privare vita juvenem.*

106. NVTRITOR.] Qui id agat quod nutrix, excepto qua illa mulier. Venantius Fortunatus, lib. IX. Carmine XVI.

Clarus ab antiquis, digno generoſior ortu.
Regibus & patria qui placiturus eras.
Tutoremq́, alii, nutritoremq́, fatentur
Et fit certamen de Pietate tua.

105 RE-

105. RECTOR.] Vide notata ad Rutilium, Lib.I.v.DLVII.] Noſtri Panegyricum Mallianum.v.XLIX.

106. PECTEBAT DOMINÆ CRINES.] Officio muliebri & ſervili ancillariolorum ſervulorum. Ornabant autem puellas Eunuchi. Philoſtratus, lib.I.cap.XXIII. Apollonii. *Dum inter ſe talia confabulantur ingens clamor in Regia auditur. Fuerat autem deprehenſus Eunuchus cum una ex Regiis pellicibus cubans, &, ſicut mœchi ſolent, Venerea exercens. Inde cum Eunuchorum Senior diceret ſe dudum animadvertiſſe hunc Eunuchum ejus mulieris Amore teneri, ac propterea monuiſſe ne eam alloqueretur, neve collum, aut manum omnino tangeret, utque ab ea ſola EXORNANDA ſe abſtineret nunc tamen cum ea deprehenſum.* Mollitudinis pectinario, quam adhibebat eo fine effœminandæ Iuventuti Cumanæ, mulierculis deſtinaris qui adoleſcentulos cum pectinibus & flabellis ſequerentur ad balneas, Aridemus tyrannus, uti ſcribit Dionyſius Halicarnaſſæus. Libro VII.

108. SÆPE LAVANTI NUDUS IN ARGENTO.] Aquariolum & Balneatium ſervulum fuiſſe innuit. Eunuchi præfecti balneis muliebribus. Hieronymus ad Lætam: *ſcio præcepiſſe quoſdam ne Virgo Chriſti cum Eunuchis lavet, ne cum maritatis fœminis.* Lampridius Alexandro: *quum Alagabalus mancipium Eunuchorum fuiſſet, ad certum numerum eos redegit, nec quicquam in palatio curare voluit, niſi balneas fœminarum.* Argentea vaſa, & lotores Eunuchos in erciſcunda familia locupletis matronæ, agnoſcit Phædrus, Fab. LXIII.

> *Seponit mœcha veſtem, mundum muliebrem,*
> *Lavationem argenteam, Eunuchos glabros.*

Cæterum Balneatii ſervi inter viliſſima mancipiorum. Theodorus Abucaras Tractatiuncula XXXVIII.

ἀπερχομένου σου ἐν τῷ βαλανείῳ μετὰ τοῦ δούλου σου λούσασθαι βουλόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ἵνα λέγεις μείζονα; ἐκεῖνον τὸν οἰκτρὸν δοῦλον, καὶ ἀργυρωνήτον, ἢ σεαυτὸν τὸν καταχθέντα ὑπ' αὐτοῦ,

De induſtria vile genus ſervitii nominavit ſanctiſſimus ſcriptor. In Gloſſario *Bacario* περιραντήριον. Scribendum dicas *Acario.* *hoc eſt Aquario.* Ut Aquarioli aliis dicuntur. Paullus Feſti Correptor. *Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ.* Tertullianus Apologet. capite XLIII. *Si qui fortè vere de ſterilitate Chriſtianorum conqueruntur, primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarii, venenarii, magi, &c.* Porro Æthiopes balneis curandis ſingulari cura deſtinari divitibus. Cornificius, lib.IV ad Herennium Charactere Oſtentatoris pecunioſi. *Heus tu, inquit, veni Sannio, ne quid iſti perturbent, ut ignoti, qui audiunt, unum putent eligi de multis: et dicit in aurem, aut ut domi lectuli ſternantur, aut ab avunculo rogetur Aethiops qui ad balneas veniat, aut aſturtoni locus detur ante oſtium ſuum.* Apud Græcos priſcos rara admodum balnea; ſuo certe tempore id indicat Hippocrates, lib.III. de Diæta ſcribens.

Λουτρὸν δὲ συγγνεῖσι τῶν νοσημάτων ἀρήγοι ἂν χρεομένοισιν, ἐς τὰ μὲν ξυνεχέως, ἐς τὰ δ' οὔ, ἔστι δὲ ὅτε ἧσσον χρήσιμον, διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων. Ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκεύασται τὰ ἄρμενα, καὶ οἱ θεραπεύοντες ὡς δεῖ.

Et ille non de Medicis ſolum lavacris loquitur, ſed omnino omnium apparatu Medicorum Balneorum diverſiſſima genera, morbos curantia, quorum partem legas apud Alexandrum Trallianum. Innocentioribus temporibus Calidæ balnea pene infamia mollitiem indicantia aut delicias. Homerus de Phæacibus, cujus locum uſurpat Iulianus Imperator, Miſopogone:

καλοὶ γὰρ, inquit per ironiam, πάντες, καὶ μεγάλοι, καὶ λεῖοι, καὶ ἀγένειοι, νέοι τε ὁμοίως, καὶ πρεσβύτεροι, ζηλωταὶ τῆς εὐδαιμονίας τῶν Φαιάκων.

Εἵματα τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμά, καὶ εὐναί.

Vides calidæ balneas inter mollitiæ argumenta. Sic viro bono τὸ θερμολουτεῖν prorſus interdicit Hermippus Comicus:

Μὰ Δί' οὐ μέν τοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ
τὸν ἀγαθὸν, οὐδὲ θερμολουτεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς.

Erant qui in balneis potiſſimam vitæ Voluptatem ponerent, quod & Seneca alibi reprehendit. Ariſtides Rhetor de Studiis ſuis.

ἄλλοις μὲν οὖν ἰμιλία παιδικῶν ἡδὺ, τοῖς δὲ ὡς πλεῖστα λούσασθαι, τοῖς δὲ εἰς πλῆθος πιεῖν, τοὺς δὲ ἵπποι καὶ κύνες ἐξέπληξαν. καὶ νὴ Δί', οἱ μὲν παιδιᾷ προσέχοντες ἀφίστανται τῶν λόγων, οἱ δ' ἕτερ' ἄττα σπουδάζοντες, ἐμοὶ δὲ λόγοι πάσας προσηγορίας καὶ πάσας δυνάμεις ἔχουσι.

Calida balnea variis modis comparata notarunt jam alii, in his fuit, quæ hodie quoque ſpecies vſurpatur, fervidis lapidibus congeſtis in locum vaporandi. Metellus Quirinalibus.

Mulier lavacrum cupiebat
Sibe veſpere Sabbata quod dant,
Lapidum celerare calore.
Silices manibus capiebat
Poſitura foco cumulato.
Deus omnipotens ferit illam
Sua jura temerantem.

107. LYMFAM PORTABET.] Inſtar viliſſimi aquarii. De quo modo diximus. Sic *Aquariolum uxoris ſuæ* hominem γυναικοκρατούμενον vocat eſſe effœminatū, vilem, contemtum, projecti & impuri, indicans. Appuleius, Apologia *Hiſce auditis exacerbatus iſte Aquariolus uxoris ſuæ, ita ira extumuit, ita exarſit furore, ut in fœminam ſanctiſſimam & pudiciſſimam, præſente filio ejus, digna cubiculo ſuo diceret: amatricem eam, me magum & veneficum clamitaret, ſe mihi ſua manu mortem illaturum.*

108. CVM SE RAPIDO FESSAM PROIECERAT ÆSTU.] Elegantiſſima notatio mulieris multo Sole ſe abjicientis in thorum. Delicatæ ventulis factis fovebantur, ad quas delicias pavonum pennæ hodie uſurpantur. Sic flabella inter inſtrumenta mollitiei, quibus Cumanam juventutem corrupit Ariſtodemus tyrannus, recenſet Dionyſius Halicarnaſſeus, libro VII. *juſſit, inquit, pueros, more virginum, comam alere, floribus delectari, cincinnos gerere, reticulis coma crines implicare, indui pictis tunicis talaribus, tenuibusq; & mollibus amiciri lænulis, & in umbra lubenter degere, in ludum ſaltatorium & ad tibicines aliosq, muſicarum illecebrarum profeſſores commeare: comites his dabantur pædagogæ mulieres cum umbellis & flabellis, ipſaque levabant eos, pectines in balnea deferentes, & conchas unguentarias, ac ſpecula.* Sic in locupletum familiis propriæ ei rei mulierculæ flabelligeræ. Plautus Trinummo.

ducitur familia tota,
Veſtiſpica, unctor, auri cuſtos, flabellifera, ſandaligerula.
Cantrices, ceſtellatrices, nuntii, renuntii, &c.

Flabellario, Eunuchi officium pariter in Terentii Eunucho. Aurata flabella apud Ammianum lib. XXVIII. Inter inſtrumenta mollitiei, Eorumdem uſus apud Bionem Epitaphio Adonidis. Oppianum Cynegetico. II. Juvenis delicatus cubans flabelliferum proprium ad caput ſedentem habet apud Athenæum lib. VI Quo loco & artificium tegis Cyprii memoratur ex Antiphonis Milite, cui Columbæ involantes & repulſæ facerent ventum.

108. PATRITIUS.] Ad hanc dignitatem evectus poſtea Eunuchus iſthic, verum fortunæ ludibrium. Zoſimus de Gaine.

ἀπέχρη γὰρ αὐτὸν οὐ τὸ παρὰ δόξαν τοσοῦτον, ὅσον Εὐτρόπιος εἰς ἀκρότατον ἥκειν ἤδη δυνάμεως, ὥστε καὶ εἰς ὑπάτους ἀναρρηθῆναι, καὶ τῷ χρόνῳ φέρεσθαι τὴν τούτου προσηγορίαν, καὶ τιμηθῆναι τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ.

Memitnit poſthinc noſter aliquoties.

109. PA-

109. PAVONUM ALIS.] Aptis pennis ad flabella. Martialis libro XIV. Epigramm. LXVII. *Muſcaria pavonina.*

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.

Noſtro tempore & loco, cum pridem in Rhenum Albim & Salam fluxerit Orontes, quid communius? Notavit hæc & Fulvius Urſinus olim ad P. Giacconii Triclinium.

110. LAXATA.] Bene Scaliger, qui hanc lectionem recepit, majore parte Codicum Belgicorum aſſentiente. *Senum* cutis indies laxatur, carne paullatim fatiſcente, tabeſcente rugaſque trahit. Boethius, libro I. de Conſular. Carmine I.

Intempeſtivi funduntur vertice cani
Et tremit, effœto corpore, laxa cutis.

Iuvenal. Sat. X.

tetrum ante omnia vultum,
Diſſimilemque ſui, deformem pro cute pellem.

110. SULCISQUE GENARUM:] à ſimilitudine campo inducti aratri. Hieronym. ad Nepotianum: *nunc jam cano capite & arata rugis fronte, & inſtar boum pendentibus à mento palearibus.* Ovidius, Virgilius VII. *Et frontem obſcœnam rugis arat. Fit Calybe Iunonis anus.* Ruſticus Elpidius. *Curva, nec exſucto ſulcabitur ore ſenectus.*

111. CORRUERAT FACIES.] Conciderat. Q. Serenus, cap de Antidoto Phthiriaſis.

Sylla quoque infelix, tali languore peresus,
Corruit

Maximianus Elegiis *in ſenectutem corruere omnem hominem* & ſunt penes eum ſcriptorem quæ infarcta aliunde laudes, modò eſſet cultior Poeſis.

In te corruimus, tua ſunt quæcunque fatiſcunt,
Ultimo quæque tuo conficis ipſa malo.
Tu me ſola tibi ſubdis, miſeranda ſenectus,
Cui cedit quicquid vincere cuncta poteſt.

111. PASSA FACIES RUGOSIOR UVA.] Senectam formam uvæ paſſæ comparat, ut mulierem ſeneſcentem. Theocritus Oariſti. Ait paſtor.

Μὴ καυχῶ, τάχα γάρ σε παρέρχεται,
ὡς ὄναρ ἥβη,

Reſpondet Puella.

Ἁ σταφυλὶς σταφὶς ἐστὶ, καὶ οὐ ῥόδον αὖον
ὀλεῖται.

Proverbium horſum pertinet apud Zenobium XCVI. Centuria I.

ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον. Ait Explicator. ἐπὶ τῶν εἰς μηδὲν χρησιμευόντων, παρόσον ἅπαν τὸ σῶμα τῶν γερόντων ἀσθενές. Gregorius Palama, verbis Animæ. ὅτι δὲ τὸ πρεσβυτικὸν ὑπανέχει κρανίον μηδὲν ἀσταφίδος, τὸ τῆς παροιμίας, ἀπεοικὸς, ὡς ἤπιον αὖθις λογίζομαι.

112. FLAVA RURA.] Poeticum. Non enim flava ſunt cum ſinduntur.

113. VENTO SIC VELA TREMUNT.] Vide Iuvenalem Sat. X.

114. EXEDERE CAPUT TINEÆ.] Gaudentius Præfat. Tractatuum: *Ex vegeto ac ſano vulneratus, exflorentiſſimo vermibus exaratus aſpicitur.* Sic carioſos artus dixit Hieronymus: *non dico ſenilibus ſed pene jam carioſis artubus nequaquam petierunt amplexus.* Idem apud Lucilium, Libro VII.

Ne auriculam obſidat caries, ne vermiculi qui.

Ita legendum; vermiculorum enim talium non una omnino ſpecies. Poeta Priapæus. Carmine LVII.

Cornix & caries, vetuſque buſtum,
Turba & putida fana ſeculorum
Quæ forſan potuiſſet eſſe nutrix
Tithoni, Priamique Neſtoriſque,
Illis in pueris anus fuiſſet, &c.

Perſecutione Vandalica. *homo ſenecta ætate cariosus.* Afranius de quodam ſordido ſeniculo.

Nemo

Nemo illa vivit carie curioſior.

Virgine carie tabeſcere indignatur Anus Charme Scyllam Ceiri, utique vera ejus loci ſcriptura, ut & Afranii, cui laborat vulgo lex Pedia. Tineæ vermes veſtimentis, inimici. Columbanus Carminibus.

Nec molles cumulat, tinearum ad pabula, veſtes.

Syllaba Latinis numeris ambigua eſt, contra Grammatiſtarum ſententiam. Correpta hic Claudiano. Virgilius Georgico IV.

Et durum, tineæ genus

Nemeſianus Cynegetico *tineas candenti pellere cultro.* Juvenalis, Satira VII.

Aut claude, & poſitos tinea pertunde libellos.

Producitur Sereno non ſemel

114. DESERTA PATEBANT.] à pilis. Male conſulunt exiſtimationi ſuæ qui mutant hanc elegantem ſcriptionem. Petron. de Calva, Elegidio, comarum.

Quod ſolum formæ decus eſt cecidere capilli,
Vernantesque comas triſtis abegit hiems.
Nunc umbra nudata ſua jam tempora mœrent,
Areaque attritis ridet adusta pilis.

Prorſus dixeris eos verſiculos noſtrum adſpexiſſe. Quod dictum *abactos pilos* Petronio, Claudianus deſerto comarum intervallo reddidit, quod ridendi verbo, ille, iſte patendi & interlucendi, quorum eadem vis intelligitur. *Aream aridis arvis* Claudianus expreſſit. Vt jam de Veritate etiam Lectionis in Petronio conſtare poſſit.

115. INTERVALLA COMÆ.] Parte abolita, parte ſuperſtite; quæ ſane turpiſſima ſpecies, ingenioſe irriſa. Martialis, libro V. Epigrammate L.

Vidiſſem modo forte cum ſedentem,
Solum te, Labiene; tres putavi,
Calva me numerus tua fefellit:
Sunt illinc tibi, ſunt & hinc, capilli,
Quales nec puerum decere poſſint:
Nudum eſt in medio caput, nec ullus
In Longa pilus area notatur
Hic error tibi profuit Decembri,
Tunc, cum prandia miſit Imperator,
Cum panariolis tribus rediſti.
Talem Geryonem fuiſſe credo,
Vites, cenſeo, porticum Philippi,
Si te viderit Hercules periſti.

115. ARVIS.] Area eſt illa ridens, ſeu, ob ariditatem, reſplendens, Petronii. Sic *campum* eadem re dixit idem Martialis lib X. Epigr. LXXXIII.

latum nitida, Marine, calva.
Campum, temporibus tegis togatis.

Sunt & *area*, vitia ſive morbi capillorum fluentium, cum ulceribus, de quibus vide Cornelium Celſum, Libro VI. cap. IV.

116. INTERLVCET.] Eleganter, cum color nimirum nitens excendit illum alterum vicinum obſcuriorem, & ad raritatem ejuſdem pertinet. Symmachus, lib. IV. Epiſt. LVI. *Nunc interlucet homo homini: Senatus antiquum obtinet; vivere libet, natum eſſe non pœnitet, & ad ſalutem ſpectant omnia. Hoc eſt virtutis gloria elucet vitiorum obſcuritati,* quamquam rarior illa, per hanc denſiorem.

116. JEJUNÆ ARISTÆ.] Nullo imbre paſtæ, nulla utili fruge tumentis. Iulius Græciſmus apud Columellam libro III. capite XII. *Gravem terram vix ulla cura vincibilem, levem vix ulla ſuſtineri, pinguiſſimam & lætiſſimam luxuria, macram ac tenuem jejunie Laborare.* Virgilius Georgico II.

Nam jejuna quidem clivoſi glarea ruris
Vix humiles apibus caſias roremq; miniſtrat.

117. GELIDIS PLVMA LABENTE PRVINIS.] Eadem de Hirundine Georgius Piſides.

πόθεν χελιδὼν ἐξ ἀ:μμάτε θέας
τεύμετρ@ πτερῶν ὀμματεμένη,
πόαν περιτρίψασα ταῖς κόραις μίαν,
ἣν οὐκ ἀνόμψως ἢ χελιδονίαν λέγω
Κελτοὶ παλαιῶν δογμάτων ἐθεσπίσαν.
Τὴν ἀξίαν λαβοῦσαν ἐκ τοῦ πράγματος.
Καὶ

Καὶ τῷ θέρει μὲν, ὡς λύρα, ῥυθμίζεται,
Ὅταν δὲ χειμὼν εἰσβάλλῃ, συστέλλεται,
Καὶ δένδρον. εὑρεῖν οἰκίαν τεχνάζεται,
Καὶ παρθενοῦται συντιθεῖσα τῷ ξύλῳ,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐκδ. δύσκεται σκέπην,
Αὖθις τε ταύτην ἀμφιέννυται νέαν,
Ὡς οἷα νεκρὸς ἐκ ταφῆς ἀνηγμένη,
Ἔαρ γὰρ αὐτῇ τὴν ἀνάστασιν φέρει.

Quæ ita interpretata, aliis nobis interpolata ſunt.

Et unde hirundo, capta luce lucidâ
Tribus diebus, reparat amiſſum jubar?
Herbam unicam oculorum imprimendo pupulu.
Eam Chelidoniam, nec abs re, nuncupant,
Critici vetuſtiu arbitri ſcientiis.
Quia dignitatem nacta virtute eſt ſuâ.
Æſtate cantat illa, ceu lyra ſcia,
Hieme ingruente premitur, & nidum ſibi
Molitur arte in arbore, indagans domum
At faſciata ſternitur ligni aſſulis,
Alatilem deinde tunicam ut exuit,
Nova ſubinde veſtienda, illa tamen
Rediviva buſto ceu reducta mortuo,
Nam veris illam adventus excitat rogo
Et mortuorum ſuſcitat collegio.

Ejuſdem ferè omnem hiſtoriam paucis verſibus Ænigmatis proponit Aldhelmus.

Abſque cibo plures degebam marcida menſes.
Sed ſoper & ſomnus jejunia longa tulerunt.
Pallida purpureo dum gliſcunt gramine dura,
Garrula mox crepitat rubicundum carmina guttur:
Poſt teneros fœtus & prolem gentis adultam
Spontè mea fugiens obſcuras quæro latebras:
Si verò quiſquam pullorum lumina lædat
Affero compertum medicans cataplaſma ſalutis.
Quærens campeſtrem proprie de nomine florem.

Herbam illam nemini etiam cognitam auctor Philes, Jambis. De ipſis avibus diverſi diverſa, PLinius lib. X. cap. XXIV. eas hieme ſecreta montium petere, ut latebras Aldhelmus, arborum truncos Claudianus, & ibi deplumari. Iſidorus Briginum lib. XII. cap. VII. longius demigrare ſcribit Ariſtoteles cum noſtro, lib. VIII. cap. XVI. Hiſtor.

ἤδη γὰρ ὠμμένιαι εἰσὶ πολλαὶ χελιδόνες ἐν ἀγγείοις ἐψιλωμέναι πάμπαν. Ælianus diſcedere cum aliis. Lib. I. cap. LII. χελιδὼν δὲ ἄρα τῆς ὥρας τῆς ἀρίστης ἀποσημαίνει τὴν ἐπιδημίαν, καὶ ἔστι φιλάνθρωπος, καὶ χαίρει τῷ δὲ τῷ ζώῳ ὁμωρόφιος οὖσα, καὶ ἄκλητος ἀφικνεῖται. καὶ ὅτε οἱ φίλον, καὶ ἔχει καλῶς, ἀπαλλάττεται.

A noſtrorum hominum nonnullis narrari memini formas induere neſcioquales piſciculorum, ita in ripis fluminum uſque ad ſpirantem Favonium deliteſcere: Eo ver revehente ſenſim rurſum implumeſcere, & avium ſe choro velut poſtliminio reſtituere. Alii flumina quidem ſubire perſuaſum habent, ſed in iis tuberculi qua-

dam imagine obvelatas latere, uligine obrutas, & in latebras ripeſtres correpere quã profundiſſimis; ſæpius accidiſſe affirmantes ut caſu in locum igne calidum illatæ, etiam media hyeme de veterno illo morticino ſubito revixerint. Sed eorum fides ſit penes auctores, certe tamen homines quam pro talibus fingẽdis ſimpliciores. Vide cũ primis Olaum Magnum lib. XIX. c. XXIX. Qui & ſub pictura rem exhibet in Romana Editione, cui ipſe adfuit. Brumalem hirundinem. à bruma deprenſam, à tempore dixit Claudianus, quaſi ſentiat, brumæ eam tempore immori trunco illi ſuo; id quod ambagibus ſanè nullis opus habet Sic Virgilius

pater Æneas ſe matutinus agebat.

Mors ſivè rabes in ligno animatæ volucris, tam admirabilis ſanè non eſt, quam nativitas ex tali animantium avium, quam negatam circumſcriptamque hodie multis, pro comperta in Chorographia Hiberniæ memoriæ prodidit Silveſter Giraldus, doctus & ingenioſus eius ætatis Scriptor, cuius hæc ſunt verba. Lib. I cap. XI. dicti Operis: *Sunt aves hic multæ, quæ Bernacæ vocantur, quas, mirum in modum, contra naturam natura producit: Aucis quidem paluſtribus ſimiles: ſed minores. Ex lignis namque abiegnis, per æquora devolutis, primò quaſi gummi naſcuntur, dehinc tamquam ab alga, ligno cohærente, conchilibus teſtis ad liberiorem formationem incluſæ, per roſtra dependent, & ſic, quouſque proceſſu temporis firmam plumarum veſtituram induta vel in aquas decidunt, vel in aëris libertatẽ volatu ſe transferunt, ex ſucco ligneo marinoq́, occulta nimis, admirandaque ſeminis ratione alimenta ſimul incrementaque ſuſcipiunt. Vidi multoties oculis meis pluſquam mille minuta huiuſmodi avium corpuſcula in littore maris ab uno ligno pendentia, teſtis incluſa, & jam formata. Non ex harum coitu, ut in avibus aſſolet, ova gignuntur, non avis in earum procreatione umquam ovis incubat, in nullis terrarum angulis vel libidini vacare vel nidificare videntur. Unde & in quibuſdam Hiberniæ partibus, avibus iſtis, tamquam non carneis, quia de Carne non natis, Epiſcopi & viri religioſi jejuniorum tempore ſine delectu veſci ſolent.* Sanè miriſſimum negotium. Quo non inferius, quod Ciconias, avem titulum tepidi temporis à Publio dictam, velut certum eius indicem, & nullius frigoris patientem, in frigidis fluminibus brumæ tempore degere apud eandem inſulam idem auctor ſcribit, Libri ejuſdem. cap. XIV. *De Ciconiis*, inquit, *hoc mirandum, quod aquas gelidas petant, tepidas relinquant; Toto enim brumali tempore in fundo fluminum hyemantes ad primam veris emergunt temperiem, & in aëris iterum ſe ſuſcipiunt Libertatem. Id eiuſdem eſt ſententiæ cum illo quod ex non inveriſimili noſtrorum piſcatorum relatione ſuprà de Hirundinibus retuli; immò & quod Claudianus tradit de iiſdem.*

119. TRABEIS] Dignitati Conſolari, quam crimine Fortunæ adeptus erat ſemivir, omnibus dudum etiam ſervilibus officiis inferior & contemtibilior.

120. HAS IN FRONTE NOTAS.] Anilis deformitatis. Occultè ſi innuit inſcriptionem ſive ſtigmata, quæ quoniam non errant, nominare non vult, quia meritus erat exſectus iſte furcifer. innuit, proximus affirmanti. Vetus mos facinorum ergo notari maleficorum hominum voletus, inſcriptis impreſſiſque notis. Vide quæ doctiſſim. Juſtus Lipſius, Elector. lib. II. cap. XV. Et Laurentius Pignorius Libro de Servis notarunt.

120. LUXURIÆ SUÆ.] Petulantiæ, de qua ſupra. *Luxuriare* effrenatæ petulantiæ eſſe. Ovidius.

Luxuriant animi rebus plerumq́ ſecundis,
Nec facile eſt æquâ commoda mente pati.

121. RAL:

121. PALLIDA IMAGO NUDIS OSSIBUS] Inſtar ſceleti meri, annis & carne omni habitudine prorſus conſumta, omni ſucco exſucto. Spectant huc quæ de Senectute ſcribit Columbanus:

In mentemque tibi veniat tremebunda ſenectus,
Quam gelida tandem ſequitur violentia mortis
Ultima jam ſapiens meditatur tempora vitæ:
Torpentes ſenio vires, morboſque frequentes.
Incertumque diem lethi, certoſque dolores;
Multa ſenem fragilis vexant incommoda carnis,
Nam MACIE TURPI *tabeſcunt languida membra,*
Tunc genuum junctura riget, venaſq; per omnes
Illius in toto frigeſcit corpore ſanguis.

122. IMAGO.] Umbram dicere vult; ſpectrum. Sic vanam imaginem, Quintilii Vari umbram Horatius. lib.C.XXIV.

Quod ſi Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem
Non vana redeat ſanguis imagini
Quam virgâ ſemel horridâ
Non lenis precibus fata recludere
Nigro compulerit Mercurius gregi.

123. DECOLOR] Tollenda poſt hanc vocem commatis nota, Eſtque perſpicuum jungendam illam τῷ *macies*. *Decolor* quia extremi palloris, ut omnem ſuum amiſerit, coloremque alium prorſus ferè habeat nullum, transfertur ad alia, quæ immaniter à natura ſtatuque ſuo abſcedunt. Juvencus, Libro Quarto.

Ollis Chriſtus ait, errari obnoxia pravo,
Neſcia virtutum & legum mens decolor errat.

Decoloratio, extrema deturpatio. Proſper. de Vita Contemplativa lib. III. cap. VI. *Mens ſi ſe ſuo creatori ſubjiciat, atque ei, qui dignitas ejus eſt & ſalus, amanter inhæreat, non ſolum nulla eam vitiorum fœditas decolerat, ſed nec delectatio ulla carnalis effeminat.* Sic *decolor ætas*, ſeculum ferreum, Virgilio, libr. VIII.

Aureaq; , ut perhibent, illo ſub rege fuerunt
Secula, ſic placida populos in pace regebat,
Deterior donec paullatim ac decolor ætas
Et belli rabies & amor ſucceſſit habendi.

Ultimò Sangallenſis, l. II. de Vita Caroli Magni, cap. XXVII. *Cum omnes non in divinis reſplenderent, ſed pannis & decolori fœditate horrerent.*

222. HORROREM DOMINIS.] Tam malæ formæ homines amoliebantur domiciliis, velut infauſta ſpectra Suetonius lib. II. c. LXXXIII. *Pumiles atq; diſtortos & omnis generis ejusdem, ut ludibria Naturæ, malique ominis abhorrebat.* De Auguſto. Pariter de improbis, malique animi. Ut Cicero de Vatinio: *Nemo te aſpicit qui ingemiſcat: Nemo mentionem facit quin exſecretur: Vitant, fugiunt, audire de te nolunt, cum viderunt, tamquam auſpicium malum, deteſtantur.*

123. OCCURSU LÆDERET OMNES.] Mox —— *aut procedentibus omen* Mira erat in talibus ſuperſtitio ut hominū futilium, nigrorū, turpium &c. occurſum, pro peſſimo acceptum omine ditis portentis adſcriberent, velut imminentis mali indicem. Ei rei quibuſdam amuletis ſubvenire ſolebant, quæ *Pravia*, quaſi viam bonam facientia, eique rei præmiſſa, aut confecta, nuncupabant. Gloſſarium priſcum, φυλακτήριον, *Pravia, Servatorium, Amolimentum. Amuletum.* Eò pertinet quod talem hominem viſu obſcænum vocat priore in Rufinum. V. CCCXXV. de Hunnis,

Eſt genus extremos Scythiæ vergentis in ortus,
Trans gelidum Tanaim, quo non deformius ullum:
Arctois alis, triſtes habitus, obſcœnaque viſu
Corpora, mens duro nunquam ceſſura labori.

Obviationes hinc intelligendæ, tales videlicet metuti occurſus, apud Radulphum Ardentium Homilia in Epiphan. Domin. *Cavete*, inquit, *ab illis, fratres, qui divinationibus, & auguriis intendunt, cum Lex iſta prohibeat.* Papinius libro XI.

haud, inquit, patriis prohibere longè
Finibus, occurſu dum non pia templa, domoſque,
Commacules. habeant te luſtra, tuusq; Citharon.

De Oedipo ſene, cæco, conſcientiæ & morborum ſtimulis deformatiſſimo Calvorum, depilatorumque hominum occurſum, ut Claudianus noſter hoc loci, ominoſum & horridum facit Theodorus etiam Priſcianus, libro I. cap. VII. De Alopecioſis. *Contingit hac in capite duplex paſſio cadentium capillorum, ut aliquando defectu quodam cadant, ut nudando partes capitis turpent, & aliquando ut eorum ulcerum horridus plerumque viſus occurras.* Sic in neſcio quo Rabbino lectum, verba illa Orationis Dominicæ *ne nos inducas in tentationem*, ita expreſſa *libera nos ab occurſu malo.* Vnde liquet eamdem perſuaſionem etiam Judæorum fuiſſe. Romanæ alia ſunt exempla. qui & malorum Geniorum tales metuebant occurſationes. Appulejus lib. de Herbis, cap. LXXI. *Herba herbaſci virgulam, qui ſecum portaverit nullo metu terrebitur, neq; beſtia neque occurſus mali moleſtabunt hunc.* Quales repertæ quandoque pernicioſiſſimæ & ferè lethales. Auguſtinus lib. de Civ. Dei. XXII. cap. VIII. *Memoria Martyrum ibi eſt Mediolanenſium Gervaſii & Protaſii: portatus eſt die eo quidam adoleſcens, qui cum de medio tempore æſtatis eqquum ablueret in fluminis gurgite, dæmonem incurrit, ibi cum jaceret vel morti proximus, vel ſimillimus mortuo, ad veſpertinos illuc hymnos & orationes domina poſſeſſionis intravit.* Lethalem omnino habes apud B. Chryſoſtomum, in caput Quintum B. Matthæi. Eodem pertinet quod Lactantius ſcribit libro IV. cap. XXVII. de Servatore: *Hominumque mentes motas: & malis incurſib^9 furiatas in ſenſus priſtinos reponebat.* Sed de Obſeſſis à Satana ibi potius Sermo. Gentiles in occurſibus, hominum mutilorum, aut alioquin non ſatis habitudinis bonæ, ponebant omen adverſum. Sic de Eunucho Claudianus, Et Lucianus eius nominis Dialogo:

Δυσοιώνιστόν τι ἀποφαίνεται, καὶ δυσάντητον θέαμα, εἴ τις ἕωθεν ἐκ τῆς οἰκίας ἰδοι ἐξιὼν ἵνα.

Vide eumdem Pſeudologiſta. Ita homines locupletes mendicorum occurſu turbabantur, quod inceſſit in Chriſtianis B. Paullinus ad Pneumatium.

Tu, cui ſordes ineps. qui viſo horreſcis egeno,
Occurſumque pii ſupplicis omen habes.

Poſteri ævi erat ſuperſtitio, mutilum hominem, aut mulierem ſparſis crinibus occurrentem: malorum oſtentum eſſe. Petrus Bleſſenſis, Epiſtola LXV. *ne se illorum errore involvas, qui occurſum Leporis timent, qui mulierem ſparſis crinibus, qui hominem orbatum oculis, aut mutilatum pede, aut cucullatum habere obviam deteſtantur.* Animantium nonnullorum obviatio portentoſa, ut ſpinturnicem avem occurſatricem artifices habebant. Feſtus: *Spinturnix eſt avis genus, turpis figura, occurſatrix artificū, perdita ſpinturnix, ea Græcè dicitur, ut ait Santra,* σπινθαρίς. Sic à moribus aut natura occurrentium animantium fingebant

ſibi eventus fortunaſque Ægyptii veteres. Orus Apollo libro I. de Cornice:

διὸ καὶ μιᾷ κορώνῃ συναντήσαντες, οἰωνίζονται οἱ ἄνθρωποι, ὡς χηρεύοντι συνεντυχηκότες ζώῳ. τῆς δὲ τοιαύτης ἀυτῶν ὁμονοίας χάριν μέχρι νῦν οἱ Ἕλληνες ἐν τοῖς γάμοις κορώνην λέγουσιν ἀγνοοῦντες.

124. AUT PUERIS LATURA METUS.] Inſtar fœdarum formarum, quæ larvis horribilibus figurantur, ut ejulatus ſiſtant puerorum. Juvenalis, Satira III.

tandemque redit adpulpita notum
Exodium, cum perſona pallantis hiatū
In gremio matris formidat ruſticus infans.

A quali hiatu Manduci appellabantur Terriculorum talium monſtroſi actores. Varro lib. VI. de Lingua Latina. *Apud Maccium: Corpora Graiorum merebam mandier igni.*
Dictum mandier à mandendo, unde manducari: A quo in Atellanis obſcanium vocant Manducum. Ita editur eo loco; ſcribendum autem exiſtimo, *Obſonum* vocant *Manducum*. Quaſi *Manducus* ille in fabulis fuerit notiſſimus eo nomine, quod dubitabile non ſinit vel iſte locus Juvenalis: Eaque ratione ex alio ejuſdem Maccii loco mox vocem *obſcænum* totam interpretari aggreditur idem Varro.

TÆDIA MENSIS.] Ob turpitudinem faſtidioſam eluviei, quam affingit turpi monſtro; ad cuius cariem tædium obnaſcatur epularum.

125. CRIMEN FAMULIS.] Tantam monſtri ait turpidinem fuiſſe ut toti familiæ ejus cohabitatio fuerit pro opprobrio.

125. PROCEDENTIBUS OMEN.] Patet hæc ſuperſtitio è loco Luciani modo nobis producto, mane procedentibus ominoſa. Procopius Arcanis, de Theodora ante Imperium: ἦν γάρ τις ὁρῶν ἄλλως τε καὶ ἀρχομένης ἡμέρας βλάσφημος οἰωνός. *Omen* autem leviſſimum inter portenta rerum futurarum, &. ei effectum minimum adſcribebant. Prudentius lib. II. in Symmachum.

(ſiniſter
Multiplici dæmon ſed adeſt qui morte
Centifidum confundit iter, trahit inde Sophiſtas,
Barbatos, trahit hinc opibus vel honore potentes.
Illicit & volucrum linguis, & aruſpice fallit,
Inſtigat, bacchantis anus, ambage Sibyllæ:
In Magicas artes trahit, involvitque mathesin,
(extis:
Omine ſollicitat, capit augure, territat

Vides ominum rei leviſſimum effectum dari. Veteris autem inſipientiæ in Ominibus mira ſemper fuit ſuperſtitio, Vide latè B. Auguſtinum lib. II. de Doctrina Chriſtiana, cap. XX. quo pertinent & non pauca à Joanne Saresberienſe, ſive Carnotenſe potius, collecta, Libro I. de Nugis Curialium. Eadem *auſpicia* vocat Virgilius. I. Æn. auguria, I. II. &c. VII. Plinius. Omen autem dictū velut oremen, quod quaſi ore auguriū fiat, notat Feſtus. Latius tamen huius vocis uſus pater, etiam quam prodere videtur M. Tullius, vbi de Pythagoræis diſſerit, qui obſervatas hominum voces omina cenſere cœperunt. Sunt omina tā in divinis ſignificationibus poſita, atque adeò multò magis, quā humanis. Quid enim eorum conſultationes, atque captationes aut obſervandarum, adhibendarum procurationum rationes? Nūc illi ſacra facientibus, de inſpectione extorū omina dant rerum gerendarum, nunc per ignium decreſcentium vel augeſcentium nomina futurarum rerum indicia præmittere fingebātur. Et juvet paulisper, recreando lectori, exſpatiari & de modò dictis quæpiam obiter illuſtrare, atque alia inſuper illis nova affigere, quæ inciderint.

Vatem & Aruſpicem celebrem ita laudat Valerius Flaccus libro I. Argon. aut

Cui genitor tribuit monitu pranoſcere divûm,
Omina; ſeu flammas, ſeu lubrica cominus exta,
Seu plenum certis interroget aëra fibris.

Et Silius de aliis non impariter, libro III. Punicorum.

Fibrarum & pennæ, divinarumque ſagacem
Flammarum, miſit dives Gallacia pubem.

Quibus majorem partem omnium ſpecies tanguntur. Per flammas ignîſpicium illud, de quo modo diximus, intelliges: cum nimirum ex earum vigore aut tabe de futuris conjectatio fit; ducto videlicet de Judæorum Sacroſanctis Libris in paganam imitationem indicio Clementiæ divinæ, aut iracundiæ. Euripides Supplicibus.

ἃ δ᾽ ἐς᾽ ἄσημα κ᾽ ὐ σαφῆ, γινώσκομεν
εἰς πῦρ βλέποντες

Idem Phœniſſis, Artemidorus Onirocrit. lib. II. cap. IX. multis. Flammæ verò obſervatio hæc fuit, ut ſi orens bona, luctata, ut Valerius Flaccus idem alibi loquitur, infauſta portenderet: Ei rei documentum haurire licet ex libro XXXVII. Caſſii Dionis, ubi de præſagio Ciceroni dato ſermo eſt. Euripides Phœniſſis.

Μάντεις δὲ μῆλ᾽ ἔσφαζον, ἐμπύρους δ᾽ ἀκμὰς
ῥήξεις τ᾽ ἐνώμων ὑγρότητ᾽ ἐναντίαν,
Ακρὰν δὲ λαμπάδ᾽ ἣ δυοῖν ὅρους ἔχει,
Νίκης τὸ σῆμα, καὶ τὸ τῆς ἡσσωμένων.

Sic de lætis rebus Papinius, XVII. Conſulatu Domitiani:

Adſpicis ut templis alius nitor, altior aris
Ignis, & ipſa meæ tepeant tibi ſidera brumæ.

Loquitur inibi Janus. Non vero ſiſtebant in igne, ſed, ridiculi conjectores, fumi quoque volumina notabant. Martianus Capella, Libro II.

Nam Sabæorum rapidis
Quid vapor edat aris,
Fumida quid thuri cremis
Aura paret favillis,
Omina vel certa ferant
Vocibus augurati,
Intrepida, nec dubitans,
Fatibus antevortis.

Sed hic nimium immoremur ſi inobſervata aliis omnia placeat connotare. Alia rrahebant omina ex volucrum volatibus. Ovidius.

Evenient, dedit ipſe mihi modo ſigna futuri
Phœbus, & à lævâ mæſta volavit avis.

Quâ de re inſignis hiſtoria ex Ariſtotele de Judæo in Alexandri Magni exercitu ſtipendia faciente, extat apud Euſebium libro II. Præparation. Evangelicæ. Et apud Joſephum alia de Germano Agrippæ Regis liberationem augurante libro, XVIII. Αρχαιολ. c. VIII.

PLeni huius generis libri Poetarum & Hiſtoricorum, quorum claſſes à nobis factæ ſunt in opere de Superſtitionibus Nationum, in quo non vulgaria ludibria animorum humanorum extrà cognitionem veritatis Deo oriundam, connotavimus. Alia de fluminum meatibus: Petronius de Bello Civili; inter eius portenta, nec pauca, nec vulgaria.

Flumina per notas ibant morientia ripas.

Per incendia ſilvarum, per montium efflagrationes, per lumina cœleſtia, aucta, decreſcentia, ſidera, Faces, Radios, fulmina, fulgura. Per voces beſtiarum erant qui futurorum fidem captabant, Tibullus.

Fataq;

Fataq; vocales præmonuiſſe boves.

Julius Obſequens, cap. XII. & XXIV, Mintius Felix, alii. Omitto Perſas de hinnitu Equorum principatum augurantes, quod tamen propius fortè ad aliam hiſtoriam pertineat. Per ſtatuas, Lucanus, Libro I.

Indigetes fleviſſe Deos, Vrbiſque laiores

Teſtatos ſudore lares

Silius Italicus libro VIII. Diodorus Siculus in rebus Alexandri, Obſequens cap. V. X. XXVI. XLI. XLIV. XLVII. LI. LIII. LXII. LXVII: LXIX. Dio Caſſius libro XXXVII. Per terræ motus, Thucydides Procemio, Obſeqnens, c. LXIX. Per fulmina PLinius lib. II. cap. VII. Claudianus de Bello Getico. Obſequens capp. LIX. LXI: LXIII. LXVI. Per faces cœlo diſcurrentes. Lucanus lib. I. Julius Obſeq. c. IX. XXXII. XL. XLIV, L. LIII. LXVII. LXX. Stellas diurnas, idem cap. LXVII. Solem obcæcatum, Thucydides Procemio: Obſequens cap. XLII. vel coronis quibuſdam ambientibus incluſum, idem cap. LXVI. Soles plures conſpectos, idem cap. LXIX. Lunæ tenebras, Claudianus Bello Getico. Caſus siderum, Iul. Obſequens cap. LV. Somnia, Moſchus Europa, Claudianus Bello Getico. Aliæ Obſervationes ominum in naſcentibus. Herodotus lib. II. In imponendis nominibus, Feſtus Roma. Vide notata Lipſio ad Tacitum, Joanni Iſacio ad Macobium, qui nominū alia fauſta, alia infortunatiora notant. Ridiculæ vero illæ notationes ſingulorum' actuum aut omiſſorum, quæ fuerint agenda, quibus ſtolidi & exſenſi mortales omnia futurorum negotiorum ſibi confecerunt: Uti in veſtitu ſæpius. Suetonius Auguſto, Claudianus lib. III. de Raptu, Spartianus Adriano; Ovidius in Ibin PLinius lib. II cap. VII. Q. Curtius, lib. V I. In lacrymis, Silius Italicus libro. V. Claudianus. I. de Raptu. Sternutatione, Frontinus lib. I. Strategem. cap. XII. Leo Imperator Philoſophus Tacticorum cap. XX. verſu CXCVIIi. Frontinus hoc ad malum omen retulit, ut ad bonum contrà Xenophon, Anabaſi III. Ex Frontiniano illo putem procedere noſtro etiam hodiernum morem ut accipientes velut omen ſalutare ſternutantem ſalvere jubeamus, quanquam averruncandi maligni indicii gratia eam ſalutationem natam potius docere videatur & Leo Imperator dicto loco. Vetuſtiorem certè morem eſſe quam vulgares fabulæ velint, liquidiſſimum eſt de Petronio Arbitro, & quæ ad eum docti notaverunt. In oculorum porrò motibus obſervabant omina: Græcorum hac re Euſthatius, Romanorum religionem notam fecit PLautus, uterque notatus ad Theocritum ab Iſacio Caſaubono. Quin ſi quis incivilius quandoque per inferiorem peccaſſet gutturem, erant qui exinde ſiniſtri aliquid elicerent, Conjectores; ut notavit ad Auſonium Joſephus Scaliger. Nomina verò & Epitheta ominum omninò diverſa ſunt: *Infauſta* vocant ſiniſtra, Ovidius in Ibin, funeſta, triſtia, Seneca: Obſcæna Virgilius lib XII. Claudianus lib. I. in Rufinum. *Fauſta* dextera, proſpera, Aratus Phænomenis, Arnobius libro V. Appulejus Apologia, Statius libro VI. Thebaid. Bona, candida, pulcra, auguſta, Propertius, Ennius: Fauſta, Probus in vita Virgilli. Vera, Papinius libro VI. Severus, is eſt, Ætna. Siniſtra tamen non rarò pro bonis quoque uſurpantur. Vt apud Statium, Thebaide. III. PLinium Panegyrico. Alia pluria tam de arripiendis, quàm, ut Virgilius loquitur, levandis ominibus, ut dictum eſt jam nunc, alibi recenſebimus. Erant porrò aliæ avertendorum ominum religiones, ut ſubito mala oſtenta verbis vertendi in bonam ſententiam. Vt cum Cæſar Africam advectus cecidiſſet In littore, cunctis malum omen exhorrentibus, teneo te, Africa, exclamavit,.

clamavit, & ita ſibi fecit de infortunato felix & proſperum. Sic apud militiam prudentis Imperatoris eſt, omina lævi iudicii ſubito ſermone vertere in lætum, uti exemplo docet Leo Imperator loco modo indicato: *Auſpiciis, inquit, exercitus, olim cæteriſque hoc genus divinationibus animum & fidem adhibebat: ſternutante autem quodam milites ſtatim demiſſo animo erant, quaſi malo omine quodam objecto: quod Imperator animadvertens; Minimè mirum, inquit, eſt, ſi ex tot circumſtantibus unus ſternutet: Hoc dictum cum riſu omnes exceperunt: Riſus autem victoria ſignũ eſt: Itaq; prudens Imperator, hoc omen convertens, militum animos magnoperè excitavit.* Quibus ſanè illius Imperatoris verbis parum ineſt facetiarum, ut iis milites ad ridendum debuerint commoveri: itaque ſuſpicio mihi eſt in Græco, ubi legitur, *ου θαυμαςὸν εἰ τοσούτων ϖεριςώτων εἷς ἔπταρε:* In quinto verbo latere quippiam aliud, acutius, & in circumſtantium mores urbanius. Sed hoc alterius loci ſunt, & umbram trahunt capitis unius de memorato noſtro Opere.

126. EXHAVSTO CAPERENT IN STIPITE LVCRI.] Quomodocunque uti informi monſtro vellent, ait, nulla erit ipſis ſperanda ex eo utilitas, non ſecus ac ſi quis ſuccum exprimere tendat de arido quodam & deformi ſtipire. Similiter de Hunnorum forma loquitur Ammianus Marcellinus, libro XXXI. *Prodigioſè deformes & pandi, ut bipedes exiſtimes beſtias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incomptè in hominum figuras.* Libri qui *ceſpite* hic legunt nonnulli magnoperè aſini ſunt. Pariter & Sulpitius Lupercus de Cauſſidicis, ſive Rabulis.

> *Ambuſti torris ſpecies, exeſaque ſeclo.*

Ut exhauſtum noſter, ſic exſuctum vocat Ruſticus Elpidius ſenem.

> *Curva nec exſucto ſulcabitur ore ſenectus.*

127. STERNERE QVIPPE TOROS.] Thalamorum cura ex officio Eunuchorum; unde nomen etiam. Corippus libro III. ubi pudicè caſtos viros appellat.

> *Adfuit obſequio caſtrorum turba virorum;*
> *Illis ſumma fides, & plena licentia ſacris*
> *Deſervire locis (ſcribe toris) atque aurea fulcra parare,*
> *Regales menſas epulis onerare ſuperbis,*
> *Conſervare domum, ſanctumque intrare cubile,*
> *Internas munire fores, veſteſque parare.*

127. CÆDERE LIGNA CVLINÆ.] Et hoc ex officiis contemtibilioribus ad Eunuchos tum ſpectabat. Noſter præfatione lib. II. infr.

> *Scindere nunc alia meditatur ligna ſecuri,*
> *Faſcibus & tandem vapulat ipſe ſuis.*

Inter familiæ ſordidiora negotia recenſetur à PLutarcho in Philopæmene. Theodoro Prodromo Schethaſtico Providentiæ. PLauto Pſeudoli Actu primo. Scena II.

128. VESTES, ARCANA.] Corippus hæc omnia Eunuchorum fidei addicit, & notare etiam mille Scriptorum teſtimoniis.

130. FVNVS.] Cadaver; ut erat ſanè comparatus cum hominibus, ſi quidem erat talis qualem noſter producit. *Funus* cadaver denotat, Manilius libro IV.

> *Et rapit è ſceptro funus Fortuna ſuperbo.*

Ruſticus Elpidius:

> *quin mortua funus*
> *Oſſa trahens, verbi ſanum virtute receptu*

Viribus

Viribus exſiluit

Optatus Afer, contra Parmenianum, libro II. *Vnicuique ſepulchro ſuffecit unum funus.* Maximianus Elegiis.

His dictis trunco titubantes ſuſtinet artus,
Neglecti repetens ſtramina dura tori.
Quo poſtquam jacuit, miſero quid funere differt?
Heu tantum attriti corporis oſſa valent.

131. VMBRAM.] Malum Genium, Cacodæmonem. Tales domibus certis ineſſe putabantur certæ, notiſſimo exemplo in Epiſtolis PLinii. Pertinet eodem quod Euripides apud Stobæum Sermone CXIII. Senes inſtar habere ſomniorum autumat, & tales Sulpitius Lupercos vocat cadavera te tumulis. Malorum Dæmonum in domibus mentio multa apud Scriptorem libri de Herbis, ut cap. X. *Artemiſia fugat dæmonia in domo poſita, & prohibet mala medicamenta, & avertit oculos malorum hominum.* πυρῶι δαίμονας, He yehio in ἀλεξ-ωρ. Gemmarum ope pelli memorant alii, ut Plutarchus de Fluminibus. In hos credebant tranſire animas acerbe pereuntium. Vide Chryſoſtomum Homil. 11. de Lazaro. Scholiaſte Æſchyli Perſis. Contra nori Et Dæmones boni. τῷ ἐν Θήβαις ἐω ἡρῷον ἀγαθοῦ δαίμονος. Paræmiographi.

132. CONTEMTV JAM LIBER ERAT.] Nemine vindicante dominium. Præfatione libri II.

ſibi quiſq; petentes
Mancipium ſolis utile ſuppliciis.

132. OBESUM LACTE CANEM.] Dum teneri ſunt Canes pane & lacte nutriri bubulo præcepit Conſtantinus Geoponicon libro XIX. Porrò mirabilem vocis —— *obeſus* —— vim, quæ in diverſas ſignificationes exeat, notat Nonius ex Nævio & Virgilio. Vide & Commentatorem Horatii, Epodo XII. Claudiani ſententia eſt dum utilis canis, paſci eum largiter à paſtore, inutilē jā & morboſum, pro cadavere expelli, & vinculum, quo cuſtodiæ alligatus erat, in lucro putari, dum alteri applicatur. Similitudo ſanè egregia; ſi ad cuſtodiam robur aliquando aliquod aut vigilantia infuiſſet iſti ſpadoni: ſed q; de terrore luporum & latratu mox addit, ſanè operam talem poterat navare ſuis Dominis Eutropius.

136 DEMISIT SORDIBUS.] Malim legas eum Claverii Editione *ſordidus.* Habent cani vocem & tres Belgæ Codices & Aldi Editio, commodiorem vulgata.

138. EST UBI DESPECTUS NIMIVS IVVAT.] Sanè verò exempla ſunt plurima. Sic Leo dejectum hoſtem contemnit non frangit, ut noſter aliquoties tradit, quem non alia ratione recedere muliebri corpore, qua obſcænum eſt, conſpectu, tradit Leo Afer. Ita Canem ingentem & violentum ſervulam ſupplicem, quam lacerandam eò projecerant barbari barbarorū victores per contemtum nō tetigiſſe, ſed comminxiſſe tradunt Scriptores Hiſtoriarum novi, quem vocant, Orbis. Sic apud Æſopum aſinus convitium apro dicens, vili ſuo ſanguine ſecurus eſt cædis.

140. OLYMPI SVMMA.] Quiſquis Deorum illum Senatum regis. Olympum plus eſt dicere quam cœlum. In cœlo enim ipſo ſacratior locus fingebatur hoc titulo, ut monitum alibi, ex Iuliani Cæſaribus, & Senecæ, Ludo Mortis Claudianæ.

142. MORTALIA RISV VERTERE.] Eadem ſuprà. v. XXV.

143. SVSCIPITVR REGNIS.] Magiſtratibus ſummis, quorum ſane cura, ſtante etiam qualitercunque Imperio, non auguſtior maximo Regno.

TEXERE,] Subrepentem occultè, & cælantem dolo perfidiam.

145. VVLPEM.] Doloſum, aſtutum, mordacemque hominem,& ex occulto noxium hæc beſtia indicet. Pacianus, Epiſtola II. *Fraus vulpecula, vis autem Leonis eſt, utrumque ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna majore.* Perſius.

> *Aſtutam vapido ſervat ſub pectore vulpem.*

Sophocles Ajace flagellifero ubi Ajax Minervæ de Vlyſſe percontanti: ἦ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου; Boethius de Conſolatione libro IV. cap. III. *Inſidiator occultis ſurrepſiſſe fraudibus gaudet? Vulpeculis exæquetur.* Male editur vulgò —— *Surripuiſſe.* Arrianus Epicteti libro I. cap. III.

οἱ πλείους δὲ ἡμῶν ἀλώπεκες. καὶ τὰ ἐν ζώοις ἀτυχήματα. τί γὰρ ἐστιν ἄλλο λοίδορος, καὶ κακοήθης ἄνθρωπος, ἢ ἀλώπηξ, ἢ τι ἄλλο ἀτυχέστερον καὶ ταπεινότερον.

Ita in Evangello Rex fraudulentus & malignus vulpes à Domino nuncupatur. Sic apud B. Ignatium Epiſt. VI. ad Philadelfienſis homo de Grege Chriſti excedens, & præſcripta vitæ mortalis ſequens, vulpis eſt, noxia vineæ, ex ſermone Scripturæ.

εἴ τις ἐν ἀλλοτρείᾳ γνώμῃ περιπατεῖ, οὗτος οὐκ ἐστὶ Χριστοῦ. οὔτε τοῦ πάθους αὐτοῦ κοινωνός. ἀλλ' ἔστιν. ἀλώπηξ. φθορεὺς ἀμπελῶνος Χριστοῦ.

Alia vide apud Themiſtium Oratione III. περὶ φιλίας. Gerbertum, Epiſtola XI. Zenobium Adagiis, alios.

146. IRREPERE.] Aptum occultæ inirationi verbum. Petronius: *Dum dicis, patrem excitabo irrepſi tamen.* Terentianus.

> *Qua potui tamen obrepens; incepta peregi.*

Tibullus.

> *Et poſſim media quamvis irrepere nocte,*
> *Et ſtrepitu nullo clam reſerare fores.*

Rutilius Itinerario lib. I. v. CCCIIII.

> *Quartus Caſareo dum vult irrepere regno.*
> *Inceſti pœnam ſolvit adulterii.*

Tacitus Annali. I. *Dabat & famæ, ut vocatus electuſque potius à Republica videretur quam per uxorium ambitum & ſenili adoptione irrepſiſſe.* Hilarius Senior fragmentis Hiſtoricis, ultimo Petri Pithæi in litteras beneficio: *Fides quæ apud Nicæam ordinata eſt omnibus undique, quibus irrepere Hæretici ſolent, aditibus obſeratis, inviolabili inter patrem & filium ſoliditate connectitur.* Virgilius lib. I. contra Eutychen: *talium ſententiarum fraudulenta ſubreptio libertatem Catholicæ Fidei nititur captivare.* Marcellus Empiricus præfatione libri de Medicamentis: *ne aut caſus incidat aut malignitas alicuius obrepat, quæ benivole & ſincere parata corrumpat.* Aquilius Juvencus, Libro I. Hiſtoriæ Evangelicæ.

> *totum fallaciter agre*
> *Suggerit obreptans animo vis tetra veneni.*

Proſper Aquitanus de Promiſſion. & Prædict. lib. III. cap. XXXIIX. Aponius, lib. II. Comment. in Canticum Canticorum. Victor Tunnunenſis Chronico Fulgentius ad Thraſimundum lib. I. cap. IV. Gualterus in vita Caroli Flandri, cap. LII. Auctor Vitæ Henrici IV. Imperatoris, quem Otberrum vocant alii. Paullus Oroſius lib. VI. cap. I. Pacianus Epiſtola prima.

146. SACRIS,] Imperatoris.

149. ILLVSTRIOR ORDO.] In aula quis neſcit plures gradus dignitatum, quæ ſub principibus poſterioribus omnes uni ſervitio dediti, vide arrogantiam Dominorum multis apud Ammianũ libro. XXVIII.

XXVIII Procopium in Arcana Hiſtoria, &c. Claudianus de mancipiis hic prorſus loquitur, adeoque eunuchis, ut vides ſequentibus.

164. ABVNDANTI FVRIIS.] Perperam addita adſpiratione ſcribendum autumant: qua facie nomina pleraque Romana à Græcis primùm, deinde & barbaris librariis & ſcriptoribus corrupta ſunt. Eius Hiſtoriam habes apud Zoſimum libro V. DCCLXXXVIII. Quamlibet enim Scytha natione fuerit, hoc tamen ei Romanum vocabulum aſſutum quis negabit? Eum tum cum ipſe Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum ſcriberet, exſulaſſe Pityunte in egeſtate, inibidem ſcribit B. Hieronym⁹. Hieronymi illa urbs ex Zoſimo corrigenda videtur, qui Sidonem in exilium datum clare ſcribit, τὴν ἐν Φοινίκῃ Σιδῶνα nuncubans, ne quis dubitet.

156. IMIS THALAMIS.] Cura imorum thalamorum. Aliud enim præſtare non poterat qui Eunuchus erat qualis modo deſcriptus Imus contemtiſſimum denotat. Iuvenalis, Sat. VIII.

tamen ima plebe Quiritem
Facundum invenies

157. QVAM BENE.] Laudat providentiam divinam, ordinantem ita & moderantem res Humanas ut prima mala funeſtaque aliis conſilia caput petant auctoris, & ab eo incipiant exercere vim ſuam in cæteros. Heſiodi vetus & veriſſima ſententia eſt.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Proſper Epigrammatis.

Nam quicunque alium molitur lædere, primum
Ipſum ſe jaculo percutiet proprio.

Alcimus Avitus, Libro V.

ſic ſtudiis hominum in contraria verſis
Auctorem redeunt commenta pericula in ipſum.

Pertinet oraculum eò Delphicum, relatum à Juliano Cæſaribus:

εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη τ' ἰθεῖα γένοιτο

Otho Poetaſter vetus. apud Alanum in Florilegio.

Auctorem ſua ſæpè ſuum fraus fraudat, & in ſe
Labe ſua cecidiſſe ruit, ceu debita merces,
In laqueum non ſponte cadit quem ſponte tetendit.

Lucretius, Libro V.

Circumretit enim fraus atque injuria quemque,
Atque unde exorta eſt in eum plerumque revertit.

Victor Vticenſis lib. III. *Seu Regis Hunnerici potius edictum* apud eum Scriptorem: *Triumphalis maieſtatis & regiæ probatur eſſe virtutis mala in auctores conſilia retorquere: quiſquis enim aliquid pravitatis invenerit, ſibi imputet quod id incurrit: in qua re nutū divini judicii Clementia noſtra ſecuta eſt &c.* Theophylactus Simocata libro VII. cap. X. τὸν κακῶς βουλευσάμενον πρῶτον ἡ ἐγχείρησις ἔβλαψε. Illuſtre exemplum dedit Poſteritati idem hic, quem auctorem ſuum evertiſſe Claudianus ſcribit Abundantium, Eutropius, de quo leguntur iſta penes Proſperum lib III. de Promiſſion. & Prædict. cap. XXXVIII. *Eutropius, præpotens plurimum anima & mente paganus cum in contumeliam Eccleſiæ Edictum obreptitiè ab Arcadio Chriſtiano Imperatore ſculperet, ut ſi quis ad eam confugeret, etiam ab altari ſublatus pœnas lueret etiam ampliores, divino judicio ſua ſententia prior, ipſe propinatus eſt. Offenſam quippe prædicti Regis incurrens, ad ejus refugium, quam oderat, convolavit. Quem ſancta mater pietatis ſuæ gremio*

 ſuſcepit

ſuſcepit inimicum. Qui per venerabilem ſacerdotem Ioannem impetrans veniam, eſori & ſuperbo vitam contulit & ſalutem. Qui tamen fallitur hoc poſtremo. Rem ipſam ex Suida ſuprà retulimus. Aliud inſigne exemplum exſtat apud Orbertum libro de Vita Henrici Quarti, de Monacho infami ſtruente necem Imperatori ſaxo dejiciendo in caput de fornice templi, cum pondus abripit ipſum patricidam in præceps, & quam cladem intentaverat principi, in caput Sicarii exonerat, Libanius Baſilico.

Τὸ μηχάνημα καθ' ὃν μὲν ηὑρέθη, τούτους οὐκ ἐλύπησε· τῷ δὲ συνθέντι πρὸς ὄλεθρον ἤρκεσε, καὶ προσῆκέ τι τῆς παροιμίας, αὐτὸν τοῖς οἰκείοις βουλεύμασιν ἁλισκόμενον.

Sic ille apud Guilielmum Britonem indicat, Libro V.

Hac volo, non alia, Richardum morte perire,
Vt qui Francigenis balliſta primitus uſum
Tradidit, ipſo ſui rem primitus experiatur,
Quamq; alios docuit in ſe vim ſentiat artis.

DISPOSITVM.] *Diſpoſitio,* διάθεσις, διατύπωσις Gloſſatori veteri. Alia ab ordinatione, acutè judicantibus. Sic Vitruvius lib. I. cap. II. de Architectura, appoſitè ad rem ſummi iſtius Opificii. *Architectura conſtat ex ordinatione, qua Græcè* τάξις *dicitur, & ex diſpoſitione Hanc autem Græci* διάθεσιν *vocant. Diſpoſitio vero eſt rerum apta collocatio, elegansque in compoſitionibus effectus operis cum qualitate.*

TERRIS.] Rebus humanis. Virgilius de Marcello:

Oſtendent terris hunc tantum fata

Idem in Ceiri

Divûm rex.

Omnia qui imperio terrarum millia verſat.

Hominum; mira locutione, & alluſione forſan ad μικρόκοσμον. Sic in Evangelio Terra appellantur homines, tota humana converſatio. Mathæi V. 13.

ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; Claudianus, Libro I. in Rufinum.

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem
Curarent ſuperi terras, an nullus ineſſet Rector?

150. FLVVIO.] Nilum dicit. Novem continuos tum annos Ægyptum ſiccam fuiſſe ſcribit Apollodorus libro II. Bibliothecæ. Qui idem vatem vocat Thraſium, Cyproque artoriundum in Ægyptum veniſſe, & ibi dato oraculo de hoſpite quotannis mactando, primum infelices aras imbuiſſe. Vide & Ovidium III. de Arte: Et ſunt hæc vulgo omni vulgatiora.

162. QVO DIXERAT.] Scribendum *Quod dixerat* cum libris Cujacii, Noſtro, aliquot Belgicis, *Dicere* enim fatidicam dictionem κατ' ἐξοχὴν denotat: Cũ eloqui, & Eloquia, pari vi etiam Chriſtianis Scriptoribus uſurpentur, ut & nuntia, Vide notata ad Phœbadii Librum contrà Arianos.

163. OPIFEX TAVRI.] Perilaus. Rem omnem ita recenſet Dorotheus primo libro Rerum Siculatum, apud Ioannem Stobæum ſermone XLVII. *Phalaris tyrannus Agregentinorum, cum homo eſſet eximie crudelis & ſanguinarius miris noviſque tormentis homines cruciare gaudebat. Id animadvertens Perilaus faber ærarius juvencam abs ſe æream elaboratam Tyranno dono dedit, ut hoſpites ei machina intruſos vivos ardore æris, igne ſuppoſito, combureret: edebat eo ſpectaculo juvinca non abſimilem mugitu ſonum, machina. At Phalaris eo ſelum fa-*

ciunere

749

tinore juſtus, ipſo artifice tormentum injecto imbuit. Perillum vocant alii. Ovidius.

Et Phalaris Tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit auctor opus.

Cuius locum modo nominatum expreſſiſſe aliqua videtur Claudianus. Epimythion autem narrationis eſt, quod Seneca cum noſtro ait, Hercule Furente.

Quod quiſque fecit patitur, auctorem ſcelus
Repetit. ſuoque premitur exemplo nocens.

Silius Italicus, Libro XIV. Punicorum.

dira conditor artis
Ipſe ſuo moriens immugit flebile tauro.

Et pe tinet eorſum quod ad Biſſulam ſuam præfatur Auſonius:

Tibi, quod intriſti. exedendum eſt, ſic vetus verbum jubet.
Compedes quas ipſe fecit, ipſe ſibi ut geſtet faber.

Ipſius Phalaridis nomine exſtat de hac re prolixa ad Athenienſes Epiſtola, fictitia utique, ſed mirè etiam ingenioſa, cuius eſt initium ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς &c.

166. DOCVITQVE SVVM MVGIRE IVVENCVM.] Ipſe Phalaris in Epiſtola ad Delphos. quibus Taurum, per ludibrium dedicat, fictore Luciano:

καθάπερ δὲ τὸν βοῦν ἀπέπεμψα ὑμῖν, ἀνατεθησόμενον τῷ θεῷ, ἐπιγεγράφαι γε ἐπ' αὐτῷ ἐκέλευσα τὴν πᾶσαν διήγησιν τοῦ ἀνατιθέντος ἐμοῦ τοῦτο, τὸν τεχνίτην τὸν Περίλαον, τὴν ἐπίνοιαν τὴν ἐκείνου, τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐμὴν, τὴν πρέπουσαν τιμωρίαν, τὰ τοῦ σοφοῦ χαλκέως μέλη, τὴν πρώτην πεῖραν τῆς μουσικῆς.

Vide duo opuſcula nomine ejuſdem tyranni, inſcripta ab eodem, & dictam Epiſtolam, ſanè elegantem.

167. SE PROTVLIT.] Exerſerat ipſum. nuſc talem uſum plurimis illuſtramus Adverſariis.

168. DIREPTAS POSSEDIT OPES.] Facultatibus omnibus & dignitate ſpoliatum ſola voluntate Eutropii ſcribit Zoſimus, hominē qui inde à Gratiani temporibus Reip. militaverat, ſub Theodoſio maximos honores adeptus, & Conſul deſignatus. Fuit eo anno Conſul, quo Honorium Auguſtum fecit Theodoſius, ut adnotat Marcellinus Comes.

170. AUCTOREM.] Promotorē, ut alii. Spartianus Adriano: *Exemplo Scipionis Æmiliani, & auctoris ſui, Trajani.* Sidonius. Panegyrico Majoriani. CCCLIV.

Ex quo Theudoſius communia jura fugato
Reddidit auctoris fratri, cui guttura fregit
Poſt in ſe vertenda manus

Hoc eſt, Gratiani fratri, à quo Gratiano ad conſortium Imperii adſcitus venerat Theodoſius. Vide eo loco doctiſſimos Scholiaſtas.

172. NEC VOTA PATI NEC FINGERE SOMNIA] Proverbiales ſunt modi loquendi, *quod nec optare audebam, de quo nec per ſomnium cogitaram*, Virgilius.

Turne, quod optandi divûm concedere nemo
Audebat, volvenda dies en attulit ultro. &c.

173. SUB PEDIBUS LEGES.] Sane ſi voluntate ſua potuit propellere quemlibet impurus Spado; Reſtitiſſe conatibus ejus ſolum Stiliconem ſcribit Zoſimus, cui negotium mox dederit Gildone concitato. ſic ſermo eſt cum rem planè cuiuſpiam in poteſtate eſſe indicare volunt. Corippus. de cothurno purpureo.

Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti
Sub quorum eſt pedibus Regum cruor

Boethius,

Fatum ſub pedibus dedit ſuperbum.

176. JAM JAM DISSIMVLAT DOMINOS.] Quæ prima audacia erat. Libertatem enim principio pro maxima re habuiſſe portentum dicit, quam & ipſam adepturum jam deſperaverat. Dominos Eutropii eo Conſule adhuc vixiſſe videri vult, ut clarè præfatione libri. II.

177. ALTEQUE TUMESCVNT SERVILES ANIMI.] Ex imis uſque ſordibus ſuis, quæ ſerviles ſuas injurias ulturi in omnia excelſa exercere poteſtatem contendunt. Gulielmus Brito, lib. VIII. Exemplo Girardi qui ſervili genere & ingenio patriam primum ſuam, deinde & alia loca omni decore ſpoliaverat. Eutropius noſtri alter:

Hic patriæ toti præerat ſervus ille Girardus,
Servus, & à ſervis oriundus utroque parente,
Cui ſatis obſcurus ortum dedit, Arthia, pagus,
Is Turonum totam vaſtaverat Ambadiumq;,
Et patriam totam, cum vicis omnibus, in qua
Editus atque alitus fuerat bubone ſiniſtro,
Quamvis ſupplicii ſervus foret Ambadienſis;
Pejor enim quavis eſt parte domeſticus hoſtis,
Præcipuè qui colla premit pede libera ſervo.

180. MARMARICVS.] Quos in exſilium extruſerat in eo interfeciſſe ait furioſum nebulonem, quo genere ipſe etiam poſteà pœnas dedit.

181. ASPERIVS NIHIL EST HVMILI.) Sententia nobilis, & multum celebrata. Media etiam Barbarie gemma hæc illuxit animos Scriptorum egregiorum, & viciſſim ab iis illuſtrata eſt, ſic in intima Anglia citatur ævo ferè profeſſo Barbariam ab Rogero ab Hoveden. Et à Silveſtro Giraldo, libro II. Hiberniæ expugnatæ, cap. XV. Sub noſtro etiam cœlo notam fuiſſe, conſtat ex Interprete Germano, quem in Adverſariis dedimus. De re ipſa non inſipienter loquitur Theganus Chorepiſcopus Trevirenſis libro de vita Ludovici Pii, cap. XX. cuius verba, etſi nō ſatis comta, apponam tamen. *Poſtquam, tales* (humili ſtirpe proſati, nam de Hieroboamo modo eſt locutus) *culmen accipiunt, numquam ſunt ſicut anteà tam manſueti, & ſic domeſtici, ut non ſtatim incipiant eſſe iracundi, rixoſi, maliloqui, obſtinati, injurioſi, & minas omnibus ſubjectis promittentes, & per hujuſmodi negotia cupiunt ab hominibus timeri & laudari. Turpiſſimam cognationem eorum à jugo debita ſervitutis nituntur eripere, & libertatem imponere. Tunc aliquos eorum liberalibus ſtudiis inſtruunt, alios nobilibus fœminis conjungunt, & propinquas eorum filios nobilium cogunt accipere. Nullus cum eis æquanimiter vivere poteſt, niſi hi ſoli qui talem conjunctionem habent, cæteri verè cum maxima triſtitia, gemitu, flendo, ducunt dies ſuos. Propinqui autem ſupradictorum poſtquam aliquid intelligunt, ſenes nobiles derident atque deſpiciunt, ſunt elati, inſtabiles, iracundi, &c.* Et ſunt hoc genus Scriptores uſui in rebus vel maximo, cumque nihil niſi allium & cæpe, ut M. Varro ait, loquantur, optimè tamen animati vivunt, & rem demto circuitu edifferunt. Exemplum talis Imperii Antonius Felix libertus Claudii. De quo Tacitus ſermone, ut ſolet, ſtricto, omnia

loquitur

loquitur libro V. Hiſtoriarum. Judæam *Claudius libertis permiſit. Ex quibus Antonius Felix per omnem ſævitiam ac libidinem jus regium ſervili ingenio exercuit.* Vide & pulcrè Victorem Schotti in Diocletiano, Salvianum lib. IV. 105.

183. VT SE POSSE PUTENT.] Inſperata enim felicitas aut potentia non credit poſſe premere, quos non premit, neque æſtimari cenſet, pro potente ab hominibus, niſi violenter utatur poteſtate.

183. NEC BELLUA TETRIOR.] Proverbialis locutio: Sæpe Græci Scriptores ita loquuntur, præcipuè eadem ævi Hiſtorici. Sic de Populo Romano Horatius

Bellua multorum es capitum

185. GEMITVS.] Quales ipſi ſæpè extorti ſunt.

186. QVEM VERBERAT, ODIT.] Generoſus vero animus hoc fugit crudelitatem, quia non ſibi punit ſed legibus. Multis noſter Panegyrico Mallii, & Secunda Stiliconiarum.

187. NVLLA PIETATE.] Pietatis vocabulo utitur Claudianus, pro amore ſuorum liberorum, aut cognatorum: quem ait in Eunucho nullam eſſe cum omnia agentibus nulla tamen ſoboles ſperari valeat.

189. ANIMOSQVE LIGANT CONSORTIA DAMNI.] Didonis apud Maronem.

Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

190. ILLE NEC EVNVCHIS PLACIDVS.] Erat enim manu factus, non natura; quod quomodo fecerint colliſis infantium prolibus, aut prorſus etiam exſectis, docet Paulus Ægineta, libro VI. Vel ut veneno illitis, uti memorat Marcellus Empiricus, cap. XXXIII. De Eunuchis eleganter vir doctiſſimus Nicolaus Rigaltius ad Phædri Fabulam L Item Iureconſulti præſtãtes Brechæus & Fornerius ad caput. CXXVII. de Verborum ſignific. Antonius Auguſtinus, lib. III. Emendationum, cap. V. Jul. Cæſar. Bulengerus de Imperatore, Joachimus Camerarius Cõmentariis Linguæ utriuſque Alii.

190. PEJVS IN AVRVM ÆSTVAT.] De avaritia monſtroſi ſemihominis Zoſimus, lib. V.

Μεθύων δὲ ἤδη τῷ πλούτῳ, καὶ ὑπὲρ τὰ νέφη τῇ φαντασίᾳ φέρεσθαι δοκῶν ὁ Εὐτρόπιος, ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἔθνεσιν εἶχε τοὺς τὰ πεπραγμένα πολυπραγμονοῦντας, καὶ ὅπως ἕκαστος ἔχει τύχης. καὶ οὐδὲ ἦν καθάπαξ ὃ μὴ χρημάτων αὐτῷ κέρδος ἐπῆγεν.

Vides totum Orientem impuri unius nebulonis avaritiæ ſervientem; quam Poeticæ eloquentia mirificè Claud. deducit.

190. LIBIDO.] Succiſa libido fruitur. Mira locutio, quæ non erat, quia erat ſucciſa, quomodo poterat frui? Sic ſæpius Poetæ: ut eum noſter Eutropium Eunuchum, & *nihil* ſimul eſſe infra antomat, ſcilicet quia præter marem & fæminam nihil ſit. Libido autem tam avaritiam quam, quod vulgò ſolet, deſignat, etſi hoc loco non aliud. Eſt enim latiſſimus huius vocis uſus. Vt apud Juvenalem Sat. II. *Rarus ſermo illis & magna libido tacendi.* Quod ingenioſiſſimè dictum eſt, ad indicandum abuſum etiam taciturnitatis, rei quæ non erat tamen; non aliter atque Claudianus hoc loco ſucciſam libidinem frui dicit auro. Sic *libidinoſè* Arnobio ſonat crudeliter. lib. V. *Libidinoſè hominis inhiatum eſt cruori.* Cum paullo poſt ajat: *Crudelis Iuppiter eſſe doceatur.* Plautus Milite.

fas ſit

fac ſis frugi
Iam non poſſum, amiſi omnem libidinem.

Quod penitius introſpectum obſcœniſſimum. Libido enim ipſum ἀσέργια. Et frugi eſſe. Venereis armis fortem deſignat, ut præliationes ſunt apud Appulejum.

193. CASTRAT.] Debilitat. Sic à Romanis neſcio quibus olim dictum Morte Scipionis eſſe caſtratam Rempublicam, quomodo ſedere tanta minimè loquendum arbitrati ſcribit Cicero. Caſtrari alia dicuntur, quibus acrimonia demitur, ut eſt *ſinapi excaſtratum* apud Scribonium, quem vulgo vocant, Largum. Compoſitione Nona.

194. ARCÆ.] Ita Scaliger; ut arcarum in cubiculis ſpoliatorem innuat. Noſter liber & Aldi editio arce, ut & Camers. Belgæ duo *arce* pariter & *arca*. Mihi tamen cum Cujacianis τὸ *arte* magis arrideat; ut non ſolum ciſtarum ſed & forium, & omnium omnino clauſtrorum ſagacem expugnatorem innuat. At ſi verò illud alterum, ut ſunt homines, omninò quis malit *arcis* longè conſultius ſcribat, nam numerus ille arctior quam pro te & auctore eſt.

196. QVICQVID.] Quantocunque ſpatio. Notamus alibi.

197. MERCE LOCANDVM.] Infrà. *In mercem veniunt Cilices, Iudæa, Sophene.* Venalia ſub tali domino quis non credat fuiſſe omnia, cum tantus quiſque Magnatum eo ævo nõ ad avaritiã peccarit, ſolo Stilicone dempto, uti ex Zoſimo conſtat. Venditio Reipublicæ patriæ antiquiſſimum ſcelus, vel ex Græcorum, libertatis ad huc comporum, Annalibus conſtat. Athenis familiare, ſic Demoſthenes, quantum in ipſo fuit, dicebatur Rempublicam totam patriam, venalem habuiſſe. Pythias Rhetor apud Rutilium Lupum lib. I. *Quid contrà tot res, tamque evidentes, dicere potes, Demoſthenes? Cognitum enim eſt te Rempublicam venalem habuiſſe, cognitum eſt.* Et Exempla dant Philippi Macedonis præcipue tes, cuius auro Attici Oratores militabant. Poſterioribus Græcis Imperatoribus eadem res in uſum uſque eo venit, ut ex omnibus unum principem ſuis Andronicũ Nicetas Choniates laudet CCCLIII. nihil tale commiſiſſe, ſed quæſtores ad nomen eius attonitos facile compulſos ne ſolita rapacitate provincialium bona carperent. Apud Gallias hodie dignitates & Officia depenſa pecunia adeuntur. quem morem eis provinciis ultra quingentos retrò annos fuiſſe docuit me Radulphus Ardentius. Homilia LXXX. in Evangelia, & noto alibi pluribus. Simili autem ad noſtri iſtam locutionem Sidonius imitator dixit, *popinari provincias* Libro VII. Epiſtola VII. Ut nos quidem inibi emaculandum arbitramur.

198. INSTITOR IMPERII.] Qui ſint Inſtitores, viſe Titulum Pandectis de Actione Inſtitoria. Inſtitores Vlpianus ab inſtando in negotiis dictos ait c. III. Verum potius eſt uti ab eo vocabulum acceperint, quod in ſtationem ſive locum domini rebus eius curandis veniant. vide eundem Vlpianum cap. I. verſu V. Nautæ Caupones. *Verſu* dico, quem utique nota illa, qua vulgò utuntur in libris Iuris, §. indicat. V. nimirum cum traverſa per alterum eius cornu virgula ✝. quæ uſu temporum facile illam alteram excluſit. Verſibus non ſolum Iureconſultorum, ſed aliorum plerumque ſcriptorum libros diſtinctos, alibi latè.

200. CONJUGIS ORNATV.] Tyrannica cupidine deſiderante talia. Sic de Gildone & Rufino omnia ornamenta corradentibus, etiam periculo poſſeſſoribus inde vitæ imminente, multa cecinit.

201. SVFFIXA PATENTI VESTIBVLO.] Foribus appenſa, uti ſolebãt

Edicta,

Edicta. Hericus Altiſſiodorenſis lib.III. de Vita Germani,*tota urbe ait pependiſſe*, hoc eſt in conſpicuo,ante Prætorium nempe , ubi à tota urbe facile poterat legi, v.XXXVII.

> *Præſulis Edictum tota mox urbe pependit,*
>
> *Quærendaque rei tridui dilatio fertur.*

Palam igitur ait,omni velo annoto cauponatum honores Eutropium.

PATENTI.] Peſſime libri quidam *potenti.* Ait enim palam in omnium oculis ſuffixam illam egregiam regulam, VNDE DE PLANO videlicet legi poſſet. Vlpianus cap XI. de Inſtitor. Act. *Proſcribere palam,ſic accipimus,claris litteris,unde de plano recte legi poſſit, ante Tabernam ſcilicet, vel ante eum in quo negociatio exerceatur,non in loco remoto, ſed in evidenti.* Vide Cujacium libro VII. Obſerv. cap. XXIX.B. Briſſonium libro III.de Formulis.

202. REGULA.] Ordine ſcripta recenſio,addito pretio. Regulam vocat quia hoc pittatio ſtricte proponebatur æſtimatio Provinciarum. Eſt enim regula firma & indubitabilis concluſio,atque propoſitio. Sic Regulam vocat. Tertullianus totum dogma Saluriferum, ut à Chriſto Dei Filio ſancitum eſt. De Præſcript. Contra Hæret. cap.XIV. *hæc regula à Chriſto inſtituta nullas habet apud nos quæſtiones,niſi quas hæreſes inferunt,& quæ hæreticos faciunt.* Sic *Regula Eloquentiæ* capienda apud Petronium ; *verborum* apud Iuvenalem Sat.VII *Morum* , apud Manilium lib.II. *Recti* Minutium Felicem , *Iuris* Ciceronem I. de LL.

203. EAT.] In poſſeſſionem mercantis. Alludit meretricum proſtiturarum titulos, cum lenonis perſonam ſupra dederit Eutropio, quibus indicabatur quanti quæque proſtaret. Exempla ſunt apud Petronium Satirico, & Interpretem Hiſtoriæ Apollonii Tyrii.

205. ADDE PARUM.] Ingenioſe, ex cauponantis more,

206 .COMMUNES VULT ESSE NOTAS.]μεγίστη γὰρ ψυχὴ ἡ τῶν ὁμοίων ἀνάγκη. ait Heliodorus, & illuſtramus alibi.

207. VENDITVS IPSE VENDERE CVNCTA CVPIT.]Summum in Republica ſcelus habetur priſcæ Sapientiæ , ad eam publice quid faciens venditioni ſubdere.Sic in imis Erebi tormentis ponit Virgilius qui pretio fixerint & refixerint Leges. Et Solon,unus de Septem Sapientibus Græciæ,urbes evertere ſcelus hoc ſcribit.

> Οὔθ' ἱερῶν κτεάνων, ὔτε τι δημοσίων
>
> Φειδόμενοι, κλέπτουσιν ἐφ' ἁρπαγῇ ἄλλοθεν ἄλλος,
>
> Οὐδὲ φυλάσσονται σεμνὰ δίκης θέμεθλα.
>
> ἣ σιγῶσα σύνοι δε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἐόντα,
>
> τῷ δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισαμένη,
>
> Ταῦτ' ἤδη πάσῃ πόλει ἔρχεται ἕλκος ἄφυκτον,
>
> Εἰς δὲ κακὴν ταχέως ἤλυθε δουλοσύνην.

208. LANCES.] Appendebantur enim Romana conſuetudine pretia rerum emtarum ingenriora. Notarunt dudum homines doctiſſimi.

209. NON PUDET,HEU, SUPERI.] Exclamatio Lucani, Seneca.

> *Hoc eſt Deos quod puduit*

Ita exprobabant Diis res male ſuccedentes.Ut contra lætis *eos eſſe, eorum imperium eſſe* exclamabant. Papinius:

> *Eſtis io ſuperi,nec inexorabile Clotho*
>
> *Volvit opus*

210. JURE SEPULTUM.] Vide ad Panegyricum in Quartum Conſulatum Honorii. Servi mortui & ſepulti quo ad jura liberorum hominum , cap.LIX. de Condit. & Demonſt. cap.CCIX. de R.I. Et ibi Interpp. Canum conditioni æquantur à Columella lib. VII.cap.XII. dum conſervi illis adſcribuntur.

213. SOLIO CROESI.] Imperio, Regno. Hujus titulus Solium. Pacatus Panegyrico: *quem ſceptro & ſolio deſtinaverat, numquam indulgenter habuit.* Horatius.

Redditum Cyri ſolio Phraaten.

Valerius Flaccus lib. II. de Hypſypile.

Iura novant, donant ſolio ſceptroque paterno
Et meritam

De Parthis Spartianus Adriano: *Toparchas & Reges ad amicitiam invitavit, invitato etiam Coſdroe Rege Parthorum, remiſſaque illi filia quam Trajanus ceperat, ac promiſſa ſella, qua item capta fuerat.* Βασιλικὸν θρόνον Darii memorat Diodor. Siculus l. XVII. Egeſippus, Lib. II. cap. I. *quid enim ſella aurea, allatumq; diadema, niſi regni forent inſignia, quo ſpiritu præſumſeris ſedere ſuper thronum Regium? de ſublimi ſolio ſalutare plebem circumfuſam, ſtipantibus armis militaribus, more quodam & uſu Imperatorum?* De Salomonis inter Iudæos reges nobiliſſimo, notæ res ex Sacris Litteris. Eupatoris Sellam Regiam memorat Appianus Mithradatico. De Regum ſive Imperatorum Conſtantinopolitanorum quæ potuerit artificio inuſitato elevari, Liutprandus Ticinenſis in Hiſtoria Temporum.

214. EVNVCHO FLVERENT PACTOLVS ET HERMVS.] Poetica abundantiſſimarum divitiarum circumlocutio. Papinius de Sponſa Stellæ, ſermone Veneris.

quæritur jam Seras avaros
Raraque longævis nivibus criſtalla gelari,
Huic Hermum fulvoque Tagum decurrere limo,
Nec ſatis ad cultus, huic Inda monilia Glaucum
Proteaque, atque omnem Nereida quærere juſſi.

Regionum Opulentiam innuit quas illis antiquis Heroibus poſſeſſos caupo iſte famoſus vexet nundinationibus.

215. ATTALVS.] Rex Aſiæ Pergami, qui populum Romanum ingentium opum Hæredem reliquit. Tantæ quidem hæ divitiæ fuerunt, ut mores totius Italiæ corrumperint, Roma exorſæ, quæ inde cœpit Luxuriam velle imitari locupletium. Vide Florum, PLinium, lib. XXXIII. cap XI. alios.

217. INDOMITOS ISAUROS.] Nota Iſaurorum perpetua latrocinia, ex vix diuturnis bellis pax redemta breviſſima, vide dicta, Franciſco Duareno, lib II. Anniverſar. Diſput. cap. XII. De inquietudine multis Ammianus. Venere demum in Proverbium eorum montes, Syneſius Epiſt XLVIII.

χαλεπῶς ποιεῖς εἰς τὴν ἐχυρ(αν τὴν Βοτ; ἐᾶ πάλιν ἐπανελθεῖν, εἰ γὰρ κἀν ταῖς ἰσαυρων ὀρεσιν ἡ ἀγαθὴ σοι τύχη συνῆν, ἀλλ' ἐστιν εὐτυχία παρὰ τὸν τόπον εὐτυχίστερος.

Servilii nomen ſecunda ſyllaba correpta ab Ennio uſurpatum notavit ſive Joſephus Scaliger ſive Franciſcus Duſa, ad Lucilii Fragmentorum Collectionem.

218. PHAROS.] Ægyptus, Alexandriæ Regnum. *Vel &* deſignat.

220. IN MERCEM.] Palam ait cauponatum provincias Populi Romani. Supra.

Inſtitor Imperii, caupo famoſus honorum.

Quomodo cauponari bellum Ennius

vitam cernamus utrique
Non cauponantes bellum, ſed belligerantes.

Nundinari animas Optatus Afer, Lib. III. *quis eſt neſcio qui Angelus, qui nundinas facit Animarum?* Caſſiodorus pariter libro IX. Epiſt. XXI. Mercem dicit de provinciis facta ut Romam ipſam ſuis civibus L. Florus libro III. *Miſera Reſpublica in exitium ſuum merces erat.*

22 SED

220. SOPHENE.] Vide PLinium libro V.cap.XII.Melam Libro I.

222. QUO STRUIS.] Vt videant omnes quo fine nobiliſſimum ingenium ſuum impendat deſcribendis his vitiis,hiſq; exſecrandis vicioſiſſimis mortalibus,eleganti objurgatione,plena ſapientiæ, uberante monitis Philoſophis,ipſum Eutropium alloquitur. Pari modo Rufinum, prioris invectivæ à verſu CXCV. Talis altera opera pro bellicis muliebria ſuadens, Leoni, Duci Eutropiano libello Sequente v.CCCCLV. imputatur.

222. STRUIS.] Aggeris, & in cumulum congerit. Manilius Libro Quarto.

Materiam ſtruimus magna per vota ruina

223. SUCCEDUNT.] *Succedent* habent libri ſcripti nonnulli, quibus aſſentitur clare Noſter, & vero res ipſa ſuadet eam lectionem.

223. NUBAS DUCASVE.] Manifeſte diſtinguit inter duo iſta verba, & ita uti eis uſus obtinuit, Attamen eſt quando *& mares nubere* dicantur.crimine illo quod non profi-cit ſciri,ut loquuntur Imperatores Conſtantius & Conſtans L.XXXI. C. ad L. Iul.de Adult. Iuvenalis *officium peragendum in colle Quirini Quid quaris? nubit amicus.* Tamquam de re noviſſima. quo pacto & hic impuriſſimam turpitudinem objicit clam Eutropio Claudianus. Sed vero & in veris conjunctionibus aliquando *Nubere* tam ad meliorem quam deteriorem ſexum pertinet, quod non animadverterat Yro Villiomarus Robertum Titium rumpens. PLautus Argumento Trinummi.

Senex ut rediit,cujus nubunt Liberi,

Filius nimirum & filia. Varro lib,XIV. Rerum Divinarum: *viris nuptiis ſacrificabantur in cubiculo vidua.* Pomponius Pannuceatis.

— *Sed meus frater major,poſtquam vidit me ejectum domo,*
Nupſit poſterius dotata vetula,varicoſa. Afra.

Interpres Apollonii Tyrii: *Rex ut vidit quod videre noluit ad juvenem ait, Salvi ſunt,nupture,parentes tui? Iuvenis ait,ultimum ſignaverunt diem.* Et id Nonius Marcellus ſuo ævo Italis uſurparum tradit memoriæ, cap.II. verſ. DLXXVII. De cujus verbis opinionem ſuam confirmare poterant,qui aſſerere non dubitarunt etiam vigente Re Romana, linguaque florente, aliam plebis Loquentis; aliam ſcribentium (utplurimum enim tales erant) Procerum Linguam fuiſſe Latinam,è quorum numero Poggius Florentinus & Leonardus Aretinus olim negotium Franciſco Philelpho illi πε· υγεφω exhibuerunt, contendentes. craſſe quidem nimis,vulgare, quod nunc eſt Idioma Italicum etiam apud Romana tempora fuiſſe nribile contra,quos pulcre itum And. Alciato,viro præſtantiſſimi judicii & ingenii, Libro I.Prætermiſſorum Dicendum ſane non abs re videtur colluviem illam omnium de Tribus Orbis partibus ferè gentium,quæ in urbē confluxit,refluxit ex ea, & bonam etiam partem intus eam commorata eſt,potuiſſe aliqua Linguæ puritatem & peregrinitate & barbatie corrumpere; præſertim cum & res & nova quotidie inventa ad Vrbem conferrentur,quibusmetiro de Idiomate populorum adſcitas eſſe dicimus appellationes, quæ cum in uſum neceſſario poſtea venerint, quis negabit plurima aliter tum & dicta & intellecta, quam primis temporibus? Hinc tot Gallica vocabula, in Martiale,Iuvenale, & infinitis aliis apparent; hinc non vocabula ſolum & locutiones ipſæ, & ſcriptiones Romanæ aliam omnino à vetere faciem ſumſerunt. Eloquentiæque Latinæ tam ſecundum Nationes, quam Tempora ipſa cenſus faciendus eſt. Hiſpani enim aliter,aliter Galli, totoque cœlo ſcripſerunt locutique ſunt Afri; niſi qui in urbe educati fuere,tanto intervallo à Romano ſcriptore iſti diſtantes quolibet,ut vix poſſint ab hoc illum gradus inveniri. Fuiſſe vero illam, quam poſt tot ſecula Septemtrionales demum Nationes illa fatali infuſione Barbariæ,intulerunt, barbaram in uſu Romanorum

ſubditis in Italia Elegantiani, quis niſi amens crediderit? At vero ipſis florentibus rebus vulgo aliter nonnulla uſurpata, alias item voces, quam quæ in libris nunc inveniantur, clara res itidem eſt; cujus teſtimonium ſint hic etiam indicata Nonii Marcelli verba, & quod ex Cicerone Rhetorib. Iſidoro, aliis, huc clare faciētia alibi non pauca à nobis producantur.

225. GRANDIBVS INDIA GEMMIS.] Ad *pondus earum* alio loco alludit. Et ſæpius meminit gemmarum Indicarum.

226. FOLIIS ARABES.] Odoratis videlicet, foliis, quæ erant, & ſunt nunc quoq; inter aromata, etiam linguæ noſtrati adhærente priſcæ Latinitatis vocabulo, ut Belgarum uſui notum. De talibus loquitur Martianus JCtus cap. XVI. v. VII. de Publicanis. Vectigalibus, &c. *Species pertinentes ad vectigal,* Cinnamomum; *Piper longum, piper album, folium, pentaſpherum, folium Barbaricum, Coſtum.* Vindicianus Carmine de Medicina, ſive is eſt Marcellus.

> *qua Iudaicis fragrant bene condita capſis.*
> *Thus, Coſtum, Folium,* Myrrham, *Styracem, Crocomagma.*

Idem ſcriptor eodem Carmine.

> *eximium ignoto mittit quod Nilus ab ortu*
> *Decerptum folijs, ramo, cute, cortice, virga.*

Venantius, ſit enim iſte, dum alius prodit, nam nos auctorem longe vetuſtiorem odoramur, carmine de Phœnice.

> *Cinnama dehinc, auramq; procul ſpirantis amomi,*
> *Congerit, & miſto Balſama cum Folio.*

Mentio hujus folii, & apud Apitium lib. I. cap. I. Ex his foliis faciebant unguentum quod *Foliatum* uſurpabatur. Iuvenalis Sat. VI. pro pretioſiſſimo id habet.

> *mœchis foliata parantur.*

Vetus Commentarius: *unguenta Foliis plena, vel aliis aromatibus.* Malobarrum hoc eſſe, & à Græcis φύλλον ſimpliciter, ut Latinis *Folium* vocitari notant Horatiani Exegetæ, ad librum II. carm. VII. Heliodorus lib. X.

οἱ Ἀράβων τῶν εὐδαιμόνων πρεσβευταὶ προσῆγον φύλλον τε τοῦ θυώδους, καὶ κασίας, καὶ κιναμώμου, καὶ τῶν ἄλλων οἷς ἡ Ἀραβία γῆ μυρίζεται, ἐκ πολλῶν ταλάντων ἑκάστου τὸν τόπον εὐωδίας ἐμπλήσαντες.

Nos hic iſta prolixius adnotavimus volentes, ut non ſine cauſſa de Foliis hiſce locum Vlpiani cepiſſe aſſeremus doctiſſimum & elegantiſſimum Iureconſultum Gulielmum Fornerium, libro II. Selection. cap II. quem noſtrates Diſputatores ὡς ἐκ τρίποδος ineptire pronuntiant. Verba ſunt Vlpiani, cap. XII de Vſu & Habitat. *Præter habitationem quam habet, cui uſus datus eſt, deambulandi quoque & geſtandi jus habebit. Sabinus & Caſſius & lignis ad uſum quotidianum & horto & pomis, & oleribus & floribus, & aqua uſurum, non uſque ad compendium, ſed ad uſum. ſcilicet non uſque ad abuſum: idem Nerva, & adjicit, ſtramentis etiam uſurum; ſed neque foliis, neque oleo, neq; frumento, neque frugibus uſurum.* Per Folia Fornerius, cum generalis ſit appellatio, & tam pretioſa illa in Oriente, quam alibi terrarum vilia, ea comprehendantur, cum transferre in ſuos horros etiam eos fructus poſſint Patresfamilias, conatu ipſo eorum, ſi non effectu, conſiderando, intelligi poſſe, inquam, ſtatuit Fornerius illa pretioſa, conficiendo unguento, ut diximus, idonea. Et vero nos eadem ſumus, ob modo poſita, ſententia. Namque &, ſi Nervæ cum Caſſio & Sabino de cætero uſque ad ea, quæ excipiuntur, convenit, cur, illis Flores & poma concedentibus, ipſe folia prohiberet, cauſſam alioquin non habebat. Stramentorum certe idem

;dem cum eo vſu foliorum, quem notant, cenſus& judicium eſt. Omnia enim quæ ſubſternuntur communi vſu pecori, *ſtramenta* vocantur. Jam verò & frondes bobus ſubſterni ſolitas clarum facit Cato, cap. V. de Re Ruſtica. *Stramenta* (puta quæ vulgo vocavit) *frondem iligneam legite, eam ſubſternito ovibus bobusq;*. Jam ſi eadem eſt horum ratio, (non enim producam plura ſcriptorum loca de ſubſtratis pecori folijs) cur diverſum ſtatuatur non video, niſi ſi ad pabulum tantum pecori præbita folia docebunt, quod tum facturi fortè, certe prius minimè, ſunt, cũ Catonis vetuſtiſſimas litteras damnaturi vel ignorantiæ, vel mendacij. Stramentum vero id omne vocari quod ſubſterni pecudibus ſolitum, auctor eſt Varro libro primo de Re Ruſticâ, capite L. ne quid ſine auctore aſſeverare velle videamur. Si, vt ad finem tamdem veniamus, recepta erit Fornerij Opinio, manifeſta differentia parebit, & decidendi olim Nervæ placita ratio, ſi ſecus, quærant, per nos aliam modo ne lectio commutetur, cum φύλλων ſervent etiam Græci, vt notat Leunclavius ad Baſilica. pag. 87. Non vero obſtat quod *folia* iſta *exotica* ſint, & aliunde transq; mare, importata; Nemini enim ignotum eſſe debet ingenium perditæ petulantisque Romanorum Luxuriæ, qui delicias totius orbis intra pomœria, aut in re ſua Familiari, habere ſtudebant: Contrà hanc ſententiam aliorſum iverunt magni nominis ſuperioris ſeculi ſcriptores, Fr. Connanus Commentarijs Juris, Iac. Cujacius libro IX. Obſervat. c. XXXVII. Iac. Rævardus Conjectaneorum lib. II. c. III. Gilbertus Regius Conciliatarum Legum lib. primo cap IX. alijq;.

228. UT VELIT EUTROPII.] Hoc tamen feciſſe plurimos ſuperius à nobis prolata Suidæ verba aſſerunt, qui caſtraverint videlicet ſeſe Eutropio culmen Reipublicæ inſidente, vt Exſecti Exſecto fierent ſimilimi, & ita gratiam ejus mererentur. Quo ſanè ambitionis ſcelere poſt homines natos vecordius nullum patratum exiſtimo.

229. OBLITA SUI.] Attonita velut & ſuarum oblita rerum, ſuæ dignitatis, exſuta per avaritiam & Potentiam ſenſibus. Elegantiſſimè talem alterationem efferunt Scriptores. *Alterum à ſe fieri* dicit Salvianus, vbi jungit alia talia. Libro II. de Provid. *ſuperſtes prioris ſtatus, à ſe ipſo exſulans, penè jam poſt ſe vivens, ita Dei judicio à ſe alter effectus, ut ei, quem timuerat, forſitan totus orbis, unus in faciem inſultaret inimicus.* Iuſtinus de Clearcho tyranno, fine Libri XVI. paria cum noſtro: *Accedit ſævitia inſolentia, crudelitati arrogantia; interdum enim ex ſucceſſu continua felicitatis obliviſcitur ſe hominem, interdum Iovis ſe filium dicit.* Erat planè talis noſtri iſte furcifer Conſul. *Sic non habere ſe in poteſtate,* Sulpitius Severus Dialogo III. *iracundum hominem dicit.* Sui obliviſci ob afflictiones à Fortuna velut deſtitutum, Philoſophia apud Boethium lib. I. de Conſol. cap. II. *nihil periculi eſt, lethargum patitur, communem illuſarum mentium morbum. Sui pauliſper oblitus eſt, recordabitur facilè.* Petronio *à ſe exire* Poeta dicitur cum intempeſtiva arroganterq; ſtulta garrulitate carmen apud balineas recitat: Eidem Boethio *ex ſe exſtirpari* idem ſonat lib. Eodem, cap. VI. Martiali *ſe non habere* Appulejo lib. II. *ſuum non eſſe* idem negotium deſignat.

229. NEC SOBRIA DIVITIIS MENS.] Paria de Eutropij ebrietate ex rerum ſucceſſibus Zoſimus, verbis ſuprà adſcriptis.

232. PAGINA.] Scriptum omne vetus. Alibi.

Antiquos loquitur Muſarum pagina Reges.

233. FOEMINEAS.] Supra dixit.

trabeata per urbes
Oſtentatur anus, titulumque effœminat anni.

A mollitie enim, non ſexu, quem prorſus rum nullum habebat, Eunuchum vocat fœminam. Sic *fœminea* omnia quæ viros dedecent. Fœmineæ querelæ apud Statium, Thebaide. X.

Atria fœmineis crepitant ululata querelis.

 Lu-

Lucilius, lib. XXVII. *Inſanum vocant quem maltam ac fœminam dici vident.* Hoc eſt hominem deſperatæ mollitudinis. Sic Petronius extremam ignaviam cuipiam exprobrans, *muliebru appellat patientia.* Et Therſites apud Homerum pro ſummo convitio Achivas vocat Achivos, ob inertiam videlicet ſexu ſuo indignos. Ἀχαιΐδες οὐκέτ' Ἀχαιοί.

Quod imitatus Maro, libro IX.

O vera Phrygia, neq; enim Phryges

Sic Alexander penes Q. Curtium Thracibus Perſarum divitias oſtendens: irent & imbellibus fœminis aurum viri eriperent. Lib. III. Fœmina enim eſt vir imbellis, & ita vocabant Heroes, quos, non debita animoſitate reſiſtentes, peremerant. Higinus, Fabulæ LXXX. *cum oſſa ejus collocaret in pilâ, intervenit Caſtor, & prohibere cœpit monumentum fieri, quod diceret ſe eum quaſi fœminam ſuperaſſe.* Id convitium gentibus à ſe ſubjectis occinere voluit ille Aegyptiorum Rex, qui oras omnes earum ſignis muliebrium membrorum opplevit, vt ſcribit Herodotus. Cum vero poſtea recenſeat ipſemet Claudianus Regna & Imperia à Fœminis gubernata, ſanè non eſt abſurdum ſuſpicari hoc loci aliquid corruptum deliteſcere. Uriq; enim præfuere & Iudiciis fœminæ, & non diu ante ævum Claudiani Zenobia omnia fecit, ſummo Imperatori non omittenda. Bentini Codex quidam habuit. *qua pagina lites Sic actas meminit?* An ſcriptum dicas *qua pagina lites Caſtrati meminit?* hoc eſt Iudicis, Quippe *qui judicat* horſum detrahendo?

234. FORUM.] Iudicium, Iurisdictionem. Iuvenalis. Sat. II. Proſopopœia mulieris loquentis.

> *Numquid nos agimus cauſſas, civilia jura*
> *Novimus, aut ullo ſtrepitu fora veſtra movemus?*

Varro Atacinus, vt volunt, de defectu Lunæ.

> *nos congeries obnubit turbida rerum,*
> *Ferrataq; premunt milleno milite Cura,*
> *Legicrepi tundunt, latrant fora, claſſica turbant.*

236. VIOLARE.] A rebus nuptis. Violari propriè dicitur virgo, cui pudor extorquetur. Notamus alibi his, puto, Animadverſionibus.

237. SECUM PETVLANS AMENTIA CERTAT.] Utrum videlicet amentior an petulantior ſit omnis Cupiditas & Sceleroſitas hominis. Habent hanc Lectionem omnes libri, nec opus mutatione *internis*, quod, temotius ab vſu, non arbitror Claudiani eſſe, libens autem illi inferat Iuſtus Zinzerlingus, vir apprimè doctus. Duo ſunt vitia, quæ adverſa ſunt, dum mens, ebria fortunæ favore, dubitat utrum petulantius an ſtolidius vivat, licentia data per fas nefasq; bacchandi. Sic in Maximis viris certaſſe legimus ſummis virtutibus ſumma vitia: quod tamen certamen huc non facit. Alcibiades vigilantiſſimus & acerrimus erat cum res poſceret, profuſiſſimus per otium in luxum & libidinem. Mæcenatem ſollertia, vigilantia, ſtrenuitas, lateri Monarchæ terrarum Orbis proximum fecerunt: ejusdem deliciæ & omne genus luxuriæ in proverbium venerunt, vt apud Iuvenalem, tenetorum Mæcenatum palma ſit inter muliebriter veſtitos, & apud Senecam deliciæ ejus non poſſint ſatis notari; Vellejus, vitturum ejus præco, dicat muliere omni per otium fuiſſe effœminatiorem. Talis fuit Othoni Imperatori animus, homini deditiſſimo Neronis vitiis; quem Mors tamen Heroum æſtimationi admovit. Talem Theodoſium & Stiliconem facere laborat Zoſimus, vt famam nimirum aliquâ maculet eorum qui fana Dæmonum, quibus ille Canis ſerviebat, deſtruxerunt. Sed eum mentiri aperta res demonſtrat. In Eutropio verò minus vitiorum eum vitijs certamen, quam cum virtutibus in iſtis.

237. AGGREGAT.] Rectè Delrio & Noſter liber, cum aliquot Belgis *Aggerat.* Quam dicas Poetæ ſcriptutam. Sic *iras aggerare* dixit Virgilius, lib. IV. *Promiſſum aggerare* dictis. Papinius, lib II. &c. Tamen neq; alterum reiculum, confirmatumq; omnium optimis libris, quos contulit Cujacius.

238. ERV-

238 ERUBUIT MAVORS.] Miſta pudore iracundia, quorum adfectuum vterque faciem colorat.

238. ADVERSAQUE RISIT ENYO.] Gaudens ſimul ob turbas dandas, & opponens militatem aciem tam diræ injuriæ Romani nominis. Eadem res eſt cum crudeli riſu Martis, libro II. v. CVII.

Subriſit crudele pater, criſtâque micantem
Quaſſavit galeam:

Accedit deinde idem hoc numen, rabiei bellicæ præfectum à Poetis.

tunc, implacabile Numen,
Bellonam alloquitur &c.

Riſus igitur hic eſt qualis hoſtilis Mezentij, X. Aeneide, mortem vovens & inferens adverſario, quem habebat in poteſtate.

Ad quem ſubridens miſtâ, Mezentius, irâ,
Nunc morere, at de me divûm pater atq; hominum Rex
Viderit.

Similis Penthesilææ riſus ad fugatos Græcos I. Paralipoménōn. Similia etiam apud Nonnum Dionyſiacis. Enyo eſt Bellona, penes Quintum Smyrnæum, Thryphiodorum, Nonnum, Petronium, Martialem, Silium, & neminem non vtriuſq; Linguæ Poetarum.

240. PHARETRA FVLGENS.] Nec Romana quidem arma tribuit Romano Conſuli, ſed qualibus etiam fœminæ antiquitus vſæ. Armaturam AMazonum melius deſcribit III. de Laudibus Stiliconis Amazones ipſas non eſſe fictitias legas apud Diodorum Siculum. Ultimis temporibus Scythiæ populos agnoſcit Nicephorus Gregoras huc fortaſſis & muliebrium caſtrationum duæ ſpecies pertinent, vt nec mulierum integrarum dignitati admittit, Eutropium noſter, quæ apud Græcorum Medicos leguntur.

242. GETAS:] Gothos auxiliares, quos infidos, & omni occaſione turbandę rei Romanæ intentos præfigurat.

244. MURIS NULLA FIDES.] Nemo ijs tutus eſt. nec conſtat, inquit, certa in munimentis, quamlibet firmis, ſalus. Populatus autem Gothorum intelligit Græciam vaſtantium. Ad Rufini necem, barbaros foventis, vſum Eutropij opera Stiliconem ſcribit Zoſimus: is vero cum everſi Rufini hæres factus eſſet, ſucceſſibus tantarum rerum elatus, obvertit auctori ſuo cornua; cujus conſilijs per Gainem, ſtrenuiſſimum virum, poſt eſt ſubmotus. Nec dubito ſi Stilico, quod vltimum ejus molimen fuit, ſingulari Dei voluntate ſucceſſum non adeptum, in Orientem ipſemet veniſſet, illam luxuriantem aulam magnoperè in ordinem fuiſſe redacturum. Si tamen alia fuere ejus Conſilia, inertiam principum conſiderantis, vti magno conſenſu Chriſtiani ſcriptores, (nemo tamen niſi eo interfecto) ſcribunt; negat autem prorſus Zoſimus, qui nec vivo nec occiſo quicquam de his compertum vllis machinis teſtatur.

249. EXTRA CIMMERIAS.] Suſpectus eſt hic verſus, qui commodo ſententiæ abeſſe poteſt.

250. FLOS SYRIÆ SERVIT.] Optimè omnino & emēdavit & diſtinxit hæc Scaliger. *Flos Syriæ juventutem*, & omnia optima ejus regionis denotat. Bacis vates apud Pauſaniam Meſſenicis.

Καὶ ποτε δὴ Σπάρτης μὲν ἀπ' ἀγλαὸν ἄνθος ὀλεῖται.

Symmachus. *Flos Siderum Dione*. Quo ſane carmine emendando non tenuit ſuam felicitatem doctiſſimus Scholiaſtes. *Flos Curiæ*, apud Metellum Monachum Quirinalibus. Od. II. Sic *Flos florum* Roſa. Fuldenſi Straboni in Hortulo, quod Poema centonem ſapit de meliore ævo.

252. SERVVMQVE MOLLEM] Imputatum hominem, omnibus modis fœdum & infamem. Mollis enim talem notat Scriptoribus. Petronius de Eunucho pariter.

Pede tendite, curſum addite, convolate plantâ,
Molles, teretes, Deliaci mani reciſi.

Vibius

Vibius Sequeſter: *molleſcit, id eſt obſcœnus fit.* Alibi.

253 VVLTV FLAGRARE.] Sanè qualem tu hactenus deſcripſiſti.

254. PRO VICTORE.] Vice, nomine, aſſimilatione Victoris. Frequens hoc genus loquendi melioribus ſcriptoribus, nec ſatis aliquando perceptum. Suetonius Nerone? *Talem principem paullo minus XIV. annos perpeſſus terrarum orbis tandem deſtituit, initium facientibus Galliis, Duce Iulio Vindice, qui tum eam provinciam pro Prætore obtinebat.* Hirtius de Bello Africano, *de Catonis ſupremis. Ipſe omnibus rebus diligentiſſimè conſtitutis, Liberis ſuis L. Cæſari, qui tum ei pro Quæſtore fuerat, commendatis ferrum clam in cubiculum tulit.* Rutilius Itinerar. lib. I.

> *Rexerat ante puer populos Proconſule Pœnos.*

Pariter Claudiano Curtius libro IV. *hanc victoriam rex majori ex parte virtuti ſuæ debuit: Nam dubio adhuc pugnæ eventu pro victore ſe geſſit, perculſos deinde hoſtes fudit, &c.* Hujus generis eſt illa locutio, cadentis Imperij ſcriptoribus familiaris, cum geſtum officium alicujus nomini appenditur, uti *ExConſule Ex legato* & mille ſunt talia, quorum expoſitio toties mirum in modum aliquando Andream Alciatum, hominem doctiſſimum, & præclarum Romanæ Iuriſprudentiæ illuſtratorem, vt vides libr. IV. Diſpunctionum ejus, cap. III. Cujus genus tamen eſt perverus, Nam in Quintiliani Declamationibus unius Inſcriptio viſitur Exproditore exſule Fortis.

254. PEDITVM VEXILLA.] Non enim dignatur equeſtri vt videri vult dignitate Eunuchum.

255. EVNVCHORVMQVE.] Per convitium ita militem Orientalem vocant, vt infra pluribus teſtatur, luxu ducum mirificè effœminatum: Eunuchorum autem titulo digni qui ſub Eunuchi vexillis militare potuerunt.

255. TVRMÆ SIMILES.] Turma propriè manipulus Equitum, appellata velut terma, quod de tribus tribubus, Tatienſium, Rhamnium, & Lucerum cōfieret, ut auctores Varro lib. IV. de Lingua Latina, & Curiatius apud S. Pompejum.

256. HELLESPONTIACIS LEGIO DIGNISSIMA SIGNIS.] Quæ militaret ſub auſpicijs Principi, quo duce gaudebant videlicet Eunuchi illi Orientales, nocturnis bellis. Eſt opprobrium patientiæ muliebris, non abſ-ter inſimulandæ ejusdem mollitiæ, Priapum Caſſio Chæreæ ſignū militare dabat Caligula. Suetonius: *Primas ſibi partes Caſſius Chærea tribunus cohortis prætoriæ depoſcit, quem Cajus, ſeniorem jam, ut mollem & effœminatum, denotare omni probro conſueverat; & modo ſignum petenti Priapum aut Venerem dare, modo ex aliqua cauſſa agenti gratias manum oſculandam offerre, formatam commotamq; in obſcœnum modum.* Priapus autem Helleſponto peculiare Idolum: Sidonius.

> *Helleſpontiaci patrem Priapi.*

Arnobius, Libro III. *Helleſpontiacum Priapum inter Deas Virgines atq; matres circumferentem res illas præliorum in expeditione ſemper paratas.* Qui de eodem eum noſtro bellorum genere loquitur, quo nimirum militare, aut ſtipendia facere dignus ſit Semivir Conſul.

257. DEFENSOREMQVE.] Poſt benè rem pro Republica geſtam hoc titulo honorabantur Proceres Romani. Videmulus notata doctis ad Symmachum.

260. TINEAS.] Calvam à teredinibus & tineis exeſam. Supra.

> *turpes*
> *Exedere caput tineæ.*

Peſſimè igitur qui Lectionem mutant. Iſta autem omnia mirifico & ferè incomparabili, certè inſuperabili, ingenio, ſcripta ſunt.

261. PLORABILE QVIDDAM.] *Entre les dens.* Quod intelligi non poſſit, vti ſonus orbus bona mente, & tamen flebilis, plorabilis, ejulabilis, qualis vox evirati bellatoris, intendentis follem, ut poſt debellatum, ſua jactatione, hoſtem ſeſe viriliter magnificum faciat. Sic Perſius.

His

Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina læna eſt.

Rancidulum quiddam balbâ de nare locutus

Phyllidas, Hypſipylas, vatum, & plorabile ſi quid

Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.

261. ULTRA NEQUITIAM FRACTIS.] Mollitiæ ſuæ addens ploratum, quò magis etiam frangat vocem, alioquin effœminatam. Nequitia eſt amatoria mollities. Ovidius.

Ille ego nequitiæ Naſo poeta meæ.

Sæpè Martialis, Petronius, PLautus. *Nequam* homo fractus mollitudinibus, vt Verres apud Ciceronem.

262. FRACTIS.] Extremè enervatis. Petronius Bello Civili.

In Venerem fregére viros

Papinius, de vetita Domitiano caſtratione:

jam frangere ſexum

Atq; hominem mutare nefas

Prudentius

petulanter amœnas

Haurire illecebras, & fractos ſolvere ſenſus.

Sic *gradum frangere* in Satirico ſcripto de Gubernatione Dei, Caſtigandis publicis moribus comparato, Salvianus, libro V. *cum enim muliebrem habitum viri ſumerent, & magis quam mulieres gradum frangerent.* Sic frangere vocem, de quo eleganter doctiſſimus Gevartius Lib. III. Electorum.

263. SOROREM] Ambiguum per ſororem germanam aut conſanguineam, an vxorem dicat Eunuchi; vxorem quidem apertè illi aſſignat, & à ſorore ita diſiungit, vt una tamen perſona pareat, lib. II. LXXXVII.

At ſoror, &, ſi quid portentis creditur, uxor,

Mulcebat matres epulis,

Et conſultò ita loqui videtur, vt fides ſit ſimul portento vxoratum eſſe Eunuchum, & veritati. Præfatione ejusdem libri II.

Quid ſoror? audebit tecum conſcendere puppim?

Et veniet longum per mare fida comes?

266. MERGIQUE FRETIS.] Devovens caput ſuum ad fidem dictis faciendam alludit ſimul pœnam portentorum, quæ mari ſolebāt mergi. Vide Obſequentis Prodigiorum Indicem.

267. UTINAM.] Tum enim infelicitas portenti in caput ejus fuerit à Republica averſa.

269. ARIDA] Siticuloſa. Ut anus PLautina Curculione.

272. SÆVIS PERTENTAS PALLADA CAMPIS.] Melior ſcriptura *Sævi Campi.* Quam Cujaciani & Belgici Libri maximam partem, ingerunt. Similia Leoni fugienti libro ſequenti.

273. ALTERIUS MINERVÆ.] Quæ videlicet telis & lana operari conſueta, & talium opificiorum præſes. Scholia vetera in Cirin: *Minerva Libyca, Tritonis filia, prima dicitur telam feciſſe.* Apollonius lib. I. textum vocat ἔργον ἀθηναίης, Sabinum vero iſtum notum nos habere Pomponium Lætum, vt fruſtrà nobis blandiamur Grammatico interioris alicujus ævi. Minerva inventrix veſtium. Ariſtides Hymno in Jovem.

οὐδὲν πώποτε ἀνθρώποις ἡμαρτήθη, οὐδ' αὖ πράξουσί ποτε χρηστὸν οὐδὲν ἄνευ τῆς Ἀθηνᾶς. εἰ δὲ δεῖ καὶ τῶν ἐν μέρει μνησθῆναι ἀρχὴ τοὺς μύθους μὴ ἀλλ' ἔτι προσθῶμεν ἔλαιον, ὑγιείας φάρμακον φανθὲν ὑπ' αὐτῆς, καὶ ἐσθῆτα ἡμῖν μὲν κόσμον τῷ σώματι, ὁμοῦ δὲ τῆς αὐτῆς ὑγιείας φάρμακον.

Hinc lanificium opera Minervæ, vt apud Liutprandum Hiſtoriar. lib IV. cap. IV. in ridicula mulieris proteſtatione pro non Caſtrando viro, cujus virilitatis ad ipſam fructus ſpectaret.

275. URGERE PUELLAS.] Officium Eunuchorum in Gynæcæis. Vide notata do-

ctiſſimo Scholiaſtæ Sidonij, ad lib. I. Epiſtol. VIII.

277. CYBELEM.] Cujus ſacris deſtinati ſemiviri. Arnobius lib. V. &c.

278. CELENÆOS.] Phrygios. Urbs Phrygiæ notiſſima Celenæ, vbi matris Magnæ furioſa ſacra continuè celebrabantur. Hinc Celenæi furores, ritus bacchantium laſtibus exſectis, vt Concubinus Celenæus apud Martialem lib. IV. Epigram. XLIII.

279. PINU.] Ritu eorum, quos modo nominavi. Statius lib. X.

Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum
Elicit ex adytis, conſumtaque brachia ferro,
Scire vetat, quatit ille ſacras in pectora pinus,
Sanguineosq; rotat crines. Scribe: *Eycit.*

280. INGUINIS ET RELIQUUM PHRYGIUS.] Juvenalis. Sat. II.

Quid tamen exſpectant Phrygio quos tempus erat jam
More ſupervacuam cultris abſcindere partem.

Inſpice & Turnebum lib. XXIX. Adv. cap. V.

281. ARMA RELINQUE VIRIS.] Ab armis enim excludendi omnes qui ad curam muliebrium negotiorum ſpectant. Vegetius libro IV. Eunuchos militiæ non admiſſos priſcis moribus Romanis docet quod pro re magna conceditur on Monarchis, exemplis Sullæ & Carbonis productis ab Actio Menandro cap. IV. de Re Militari.

281. FRATRES] Vides molimina ſceleratæ belluæ. Sic & Zoſimus auctor eſt Gildonem illum excitaſſe vt Africam Honorij partibus ſubtractam addiceret Arcadianis; quare merito per Gainem à Stilicone eſt ſubmotus. Africa autem omnino ad Occidentis Imperium pertinebat, propter Urbem ejus annona paſcendam.

283. CONCILIARE DECET.] Ars enim lenonum & lenarum amantium paria facere, quæſtus ſui gratia. Conciliare peculiare ei negotio verbum. Feſtus: *Conciliatrix dicitur quæ viris conciliat uxoreis, & uxorib. viros.* Iſidorus, Originum lib. X. *Conciliatrix ob ſocietatem flagitioſæ conſenſionis dicta, eo quod intercurrat, alienumq; nundinet corpus, hanc & lenonem vocant.* Lucilius.

ſaga & bona conciliatrix.

Petronius: *concilio tibi ſororem.* Plautus Milite.

285. ANNUM.] Conſulatum. Notavimus ſuprà.

287. EXACTA.] Hactenus à principio ſuo acta.

2 8. LABOR ÆVI] Labor ævi pro ipſo ævo eſt poſitus, quod omnis in eo degens vita humana perpetuus ſit labor. Paulinus I. Epiſt. ad Auſonium.

Aeſtus inanes, quos movet vitæ labor,
Præſentis ævi tramite.

Labor pro ipſa vita. Fulbertus Carnotenſis, Sermone IV. *Peracto deinceps triduo cum Laudibus in Eccleſiá piæ matris Domini, per quam reconciliatus fuerat, à Laboribus ſuis beato fine quievit?* Hoc eſt vitam humanam depoſuit. In Laboribus conſtituti omnes dicuntur Ruritio lib. II. Epiſt. VII. *qui humanæ vitæ turbis affliguntur. Vita enim humana perpes eſt labor.* Eucherius Parænetico: *Abrumpatur illa interminabilis ſecularium negotiorum catena, & ille de neceſſitatibus multis unus per totã vitam Labor.* Cyprianus Libro de Bono Patientiæ, cap. VI. *Vnusquisque noſtrum, cùm naſcitur, & hoſpitio mundi hujus excipitur, initium ſumit à lacrymis, &, quamvis adhuc omnium neſcius & ignarus, nihil aliud novit in illa ipſa prima nativitate, quam flere: providentia naturali lamentatur vitæ mortalis anxietates, & labores & procellas mundi quos ingreditur, in exordio ſtatim ſuo ploratu & gemitu rudis anima teſtatur. Sudatur enim quamdiu iſthic vivitur, & Laboratur.* Unde *catenatos Labores* vocat Auſonius, alterum videlicet ex altero pendentem, nec ſolubilem unquam aut terminabilem totam ſeriem. Ita eruditè Laborare eſt Vivere. Dionyſius Cato Lib. I. Carm. XXXIII.

Quum

Quum dubia incertis verſetur vita periclis, (boras.
Pro lucro tibi crede diem, quicunque la

Quo loco adſpexit illa Horatij, li I. Carm. IX.

Quid ſit futurum cras, fuge quærere, &c.
Quem ſors dierum cunque dabit, Lucro
Appone.

Laborandi vero iſta notione Dionyſius ille ad patientiam in tota vita hortatur, non ſecus ac B. Cyprianus verbis à nobis adſcripta ſub ſequentibus. Lectionem nolim mutatam à divino Scaligero, qui illa diſticha elegantiſſimè Hellenismo induit. Laborem pro quovis malo notat Junius Pilargirus ad Georgicũ II. Ad hanc ſententiam pertinet & locus Heſiodi, vulgo notior.

Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον, οὐδέ ποτ' ἦμαρ
παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι νύκτωρ
φθειρόμενοι.

ta noſter Bello Getico duobus locis.

288. OEDIPODES MATREM.] Notiſſimæ ſunt fabulæ, & ridiculus poſt tot alios in aggerendis repetendisq;, labor. Monſtroſæ autem hæ narrationes exemplaria ſunt delirationum humanarum. Michael Pſellus libro de Dæmonibus:

καιρὸς ἐφέστηκε νῦν ὅτε βιώσουσιν ἄνθρωποι χεῖρον καὶ τῶν θηρίων. τὸ γὰρ τοῦ Ἀντιχρίστου κράτος ἐγγὺς ἐπὶ θύραις ἥκει. καὶ δεῖ τῆς αὐτοῦ παρουσίας πρόδρομα κακὰ προηγήσασθαι, δόγματά τε ἀλλόκοτα, καὶ ἀθέσμους πράξεις οὐδὲν τῶν ἐν Διονύσου τελεστῶν ἀμείνους. καὶ ἅπερ ἄλλοι τετραγῳδήκασι, Κρόνος, ἢ Θυέστης, ἢ Τάνταλος, τὰ ἔκγονα καταθύοντες, Οἰδίπους τε μητρὶ συμφυρόμενος, καὶ Κινύρας τῇ θυγατρί. ταῦτα δὲ τὰ πάνδεινα καὶ περὶ πολιτείαν ἐπεισφρήσει τὴν ἡμετέραν.

290. PEPERIT FRATRES JOCASTA MARITO.] Erat enim & ipſius mater. Paullus Oroſius lib. I. Hiſtoriar. contra paganos, cap. XII. *Omitto Oedipoden interfectorem patris, matris maritum, filiorum fratrem, vitricum ſuum.*

291. PELOPÆA SIBI.] Ex parente enim peperit ſuo Aegyſthum.

292. ERECHTEI.] Athenienſis. Vide Pauſaniam.

295. ELEVAT HUNC PLUMA.] In avem nimirum. Mirum Scaligerum tam manifeſtam & neceſſariam correctionem neglexiſſe. Poetica autem & pulcra locutio, *elevat* elevatam fingit, ad quam vide feſtiva notantem Iodocum Sincerum, Promulſidis Capite Quinquageſimo.

298. EUNUCHI SCELUS EST.] Contaminantur enim tactu ſeminarium virilia omnia munia & negotia. Ex ſuperſtitione priſca hoc dictum.

300. CONSPECTUS.] Conſpectu ipſo venerabilis, Clarus. Notatum alibi.

301. ONERARE TOGA.] Tam macilentos, exeſos, tenues, infirmos, ut vix poſſint onus togæ unius ferre. Uti autem hic adſcripſi, correxit Claverius ex libris Cujacianis, quibus aſſentitur & Noſter cum omnibus Belgis, & ita ſcripſiſſe Claudianus videtur. Scaligeri lectio: *onerante toga.* Quæ nullatenus pejor eſt, ſed contra libros omnes.

302. INDUCTO.] Ita omnes libri, uno Belga demto, qui *induto* mavult. Tantumdem eſt. Trabeam Conſularem, auro gravem, intelligit, unde trabealis metalli molem dixit Sidonius:

effulgens trabealis mole metalli
Annum pande novum.

De ipſa trabea vide quæ collegit Aldus Manutius Nepos Quæſtionum Epiſtolicarum libro III. cap III.

302. OBSCÆNIOR.] Male ominoſior, Scævior.

303. SIMIUS.] Turpes imitationes hujus beſtiæ moribus adſcribunt. Sic Therſiten, omnium ad Ilium Heroum convitiatorem, & mala lingua, turpibusq; geſtibus fortia facta

inceſſentem, in hanc ab obitu belluam tranſiiſſe Plato memoravit. Aeneas Gazæus Theophraſto, de ejus doctrina.

ὁ δὲ Θερσίτης, ὡς πάντων αἴσχιστος ὢν ὅσοι ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον, τὸν Ἀχιλλέα οὐ πολεμοῦντα, ἀλλ' ὀνειδίζοντα τῷ Ἀγαμέμνονι, καὶ τοὺς ἥρωας μιμούμενος, εἰς πίθηκον μετάγεται, μαπάζεται, καὶ ἐκμιμεῖται τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, τὸ εἶδος οὐ τὸ ἦθος αὐτοῦ μεταβάλλων.

Induebantur habitu tali per ludibrium ſimiæ, ut nunc quoq; à Circulatoribus, ad ridiculum faciendum. Martialis lib. XIV.

Gallia Santonico veſtit te Bardocucullo,
Cercopithecorum penula nuper erat.

Quàm verò cenſes appoſitam hanc eſſe ſimilitudinem? Sanè ut fieri nulla queat feſtivior, & rei convenientior.

308. CANDIDA CVRIA.] Senatus nova veſtimenta honori novi Conſulis ſumens. Sic alibi de Militibus Stiliconis.

Candidus intereà poſitis, exercitus, armis,
Exſultat ſocerum juxtà.

Uti feſtis diebus puram ſumebant veſtem. Tibullus, lib. II. Eleg. V. Ad Apollinem ipſum. Sua ei Feſta commendans.

Ipſe triumfali devinctus tempora lauru,
Dum cumulant aras, ad tua ſacra veni.
Sed nitidus, pulcerque, veni: nunc indue veſtem
Purpuream, longas nunc benè pecte comas.

310. LIBERTATEMQVE DATVRVS.] More novorum Conſulum, uti ominis optimi gratia primus eorum actus eſſet collatio libertatis. Vide notata doctiſſimis Scholiaſtis ad Sidonium fine Panegyrici Anthemiani. Petro Gregorio Syntagmate Iuris, lib. XIV. cap. V. libro XLVII. c. XV. Etiam nobis notata ad Quartum Conſulatum Honorij.

312. ÆGYPTIA SOMNIA] Horum Onirocritices nunc quoque mentio in Achmet Commentario, cujus nos tranſlationem Latinam, Opus Leonis Tuſci ad Hugonem Eterianum in membranis eo ævo ſcriptis poſſidemus, cum ſuo ſibi prologo, quem ex Italico, penuria integri exemplaris traduxit doctiſſimus Editor. Integrum Poetæ judicium in popularibus etiam ſuis nugarum damnandis.

315. ENERVATVS.] Exſectus. καὶ ἐξεχηνευμένος nervorum. Supra.

penitusq; ſupremum
In cerebrum ſectis traxerũt frigora nervis.

Enerviter muliebriter Evantio Abbati Epiſtola de Eſu ſanguinis, ut rectè ibi membranæ.

313. MELAMPVS.] Notus vates: cum ex Aegypto notiſſimas fabulas de Saturno & Titanibus καὶ περὶ τὰ πάθη τῶν θεῶν hiſtoriam Græciæ intuliſſe, auctor eſt Diodorus Siculus. Libro Primo.

316. REPTAT.] Tarditatem ſenilem exprimit Maximianus de tali.

Et per ſordentem flebile ſerpit humum.

318. INSANVM] Magnum, abſonum, ingens, horrendum. Boethius:

Spirat inſanum nebuloſus Auſter.

Vide quæ ad P. Laurum notarunt docti.

318. NOMEN.] Titulum Eunuchi. Vide notas Gulielmi Fornerij ad varias Caſſiodori, libro VI. Epiſt. I.

319. PROCLAMAT.] Verbus triſtibus. Contrà lætæ ejusdem voces exſtant apud Papinium in DecimumSeptimum Conſulatum Domitiani.

322. IMPERAT HIC SEXVS.] Pariter Imperaſſe Fœminas, non Spadones, memorat Curtius, libro X. *Antequam accuſari ſe ſuſpicaretur Orſines. in vincula traditus eſt. Non contentus ſupplicio inſontis ſpado, ipſe morituro manum injecit. Quem Orſines intuens: Audieram, inquit, in Aſiâ olim regnaſſe fœminas, hoc verò novum eſt regnare caſtratum. Hic fuit exitus nobiliſſimi Perſarum.*

323. PROBATVR.] Scriptis fide dignis memoratur. Lucretius.

Quæ tibi poſterius longe ſermone probabo.
Martialis lib.IV. Epigrammate XXI. Sulpitia Satira.

mendaxque Dieſpiter olim
Imperium ſine fine dedi, dixiſſe probatur.

Petrus Chryſologus, Sermone L. *omnes muta vices, ut quod eſt infirmitatis teſtimonium, ſit probatio ſanitatis.* Victor Vticenſis Lib.I *quibus per internuntium valido reſpondiſſe ore probatur.*

327. INTRAT PHOEBUS.] Vide ad primum de Raptu. Intelligit autem Sibyllas, & Delphicas vates, oracula reddere conſuetas.

326. TROIANAM MINERVAM.] Palladium. Vide Lib.I. ad Auguſtinum. De Veſtalibus nota doctorum Curis omnia.

329. FLAMMASQUE TUETUR.] Sub caſtigatione immitium flagrorum. Iulius Obſequens, de Prodigiis, cap.VI. Macrobius, I. Saturnal. c.XII.

330. SEMPERQUE PROPHANI.] Nullis myſteriis admiſſi. Sed hoc verum minime eſt, & probant exſecti in Matris Magnæ teleris.

331. AD FRVCTVM MVLIER.] Nimirum ſobolis. David Rex & Propheta Pſal. CXXVII. *hereditas Domini filii ſunt, & merces fructus ventris.*

333. DANAI FVGERE.] Quintus Smyrnæus lib.I. παρέβαλεται.

ὡς τῆμος Δαναοῖσιν Ἀρηϊὰς ἔνθορε κούρη,
οἱ δ' ὀπίσω χάζοντο, τεθηκότα θυμὸν ἔχοντες,
ἡ δ' ἕπετ' ἠΰτε, κῦμα βαρυγδούποιο θαλάσσης.

Sic tunc in Danaes Mavertia virgo ruebat,
Illi animum attoniti tergum vertere, paventes,

Quei velut horriſono ſequitur mare fluctus Amazon.

Exemplo autem Semiramidis & Amazonum muliebri Imperio tuendo uſus eſt etiam Cæſar, verbis à Suetonio relatis, *frequenti curia jactavit ex eo inſultaturum omnium adverſariorum capitibus, ac negante quodam per contumeliam facile hoc ulli femina fore, reſpondit quaſi alludens, In Aſſyria quoque regnaſſe Semiramin, magnamque Aſia partem Amazonas tenuiſſe quondam.*

335. CENTVM PORTIS BABYLONA SVPERBAM.] Deſcriptionem habes apud Curtium & Herodotum. Relatus muliebris hic Labor inter miracula mundi. Nicetas.

δεύτερον τῶν θαυμάτων τὰ Βαβυλώνια τείχη, ἃ Σεμίραμις κατεσκεύαζεν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, περίμετρον ἔχοντα σταδίων τετρακοσίων, πλάτος τοῦ τείχους πηχῶν. π.

Negant alii, neſcio an non digniores fide. Vide Beroſum apud Ioſephum Libro I. in Appionem, & quæ doctiſſimus vir Octavianus Ferrarius in Originum Romanarum incepto at non abſoluto opere notavit.

337. TVLIT.] Vel geſſit vel paſſus eſt, ſcite ponit ambiguum verbum.

339. SEMIRAMIS.] Ammianus lib.XIV. *ut quaqua inceſſeris quiſquam cernens mutilorum hominum agmina deteſtetur memoriam Semiramidis Reginæ illius veteris, quæ teneros mares caſtravit omnium prima.*

340. MENTITA VIRVM.] Qui accuratiſſime Semiramidis Hiſtoriam ex Cteſia deſcribit, Diodorus Siculus, Eunuchorum ab ea prima factorum non meminit: Porro veſtem illam ſive ſtolam qua poſtea omnes Aſſyrii uſi, uſurpaſſe, cum à Menone, priore marito, in Caſtra Nini Bactra tum oppugnantis, accerſeretur, ne videlicet habitu inter viros fœmina noſceretur. Sed Iuſtinus de vera ſimulatione qua, tamquam Ninus, cujus mater erat, geſſit Imperium.

340. VOCIS ACVTÆ.] Eunuchorum talis. Alexander Aphrodiſæus. Problemate IX. *Cur voce acuta ſunt ſpadones? Humiditatis copia implens aſperam arteriam eam coarctat, hinc ſpiritus, per anguſtum means, vocis acuitatem efficit, per latum, ut in viris, granditatem. Argumento eſſe poſſunt foramina tibiarum.* Idem XCVII. *Cur mulieres acuta ſunt voce, itemque & ſpadones & pueri? quia ab humiditatis abundantia arteria eis in amplum minime procenditur. Caliditatis enim officium eſt meatus laxare in amplum. Vt ergo anguſta tibia acutum edit ſonum, ſic & aſpera arteria, cum anguſta eſt.* Lucianus.

πέλ☉ ἢ λεπτὸν τι καὶ γυναικεῖον ἐμφθεγξάμεν☉ ὡ δίκαια ποιεῖν ἔφη τον διοκλέα.

Erat Eunuchus qui loquebatur, quare elegãter Ioan. Brodæus locum Hippoc. ſive alterius cujuſcunque auctoris, περὶ ἱερῆς νούσου expoſuit libro III. Miſcellan. cap XIII. Ipſam Semiramin acuta voce fuiſſe notat & Iuſtin. lib. I. Epitomæ. Eſt acuta vox quæ cum ſtridore quodam tenuis editur. Gabrias, ſive Ignatius Diaconus Fabulis.

Εὗρεν δ᾽ ἐρήμοις ἐγκαθημένην ὕλαις

Ἀηδὸν᾽ ὀξύφωνον

Ennius, *lituus ſonitus effudit acutos.* Vnde ea docet Galenus in Arte Medicinali. capite LXIX.

κτ̃ τὸν αὐτὸν τρόπον ὔτε ἡ ὀξεῖα φύσει φωνὴ χωρὶς ςενότητ☉ φάρυγγ☉, ὔθ᾽ ἡ βαρεῖα χωρὶς εὐρύτητ☉ δύναται γίνεϑαι, ςενότης μὲν ὖν ἐμφύτυ ψυχρότητ☉ ἔκγονές ἐςιν, εὐρύτης ἢ θερμότητ☉.

Opponitur acutæ gravis, ut acutiſſimo ſonus Graviſſimus. Chirius Fortunatianus lib. III. Rhetoricæ Scholicæ: *Quid dilucida elocutio? Vt ſonus vocis medius ſit, nec graviſſimus, nec acutiſſimus. Quid ornata? Vt virilis. &c.*

342. PARTHICA.] *Perſica.* Perſæ enim & Parthi iidem ſunt, his ab illis in ditionem acceptis. Quare mutandi nulla ratio Deltio, & citanti Briſſonio, libellis de Regno Perſarum. Confundunt enim veteres has nationes ſcriptores. Suida.

Ἀρσακίδαι, οἱ περσῶν βασιλεῖς.

Prudentius poſt mentionem cladis Craſſianæ.

Paphiam vexere columbæ,
Cujus inauratum tremuit gens Perſica lembum?

Vide Ammianum, & alios Hiſtoriæ Auguſtæ Conditores. Porro ut mares vel Semiramis prima, vel Perſæ Principes exſecuerint, fœmellas caſtrare inſtituit Gyges Rex Lydiæ, cujus rei auctor Xanthus Hiſtoricus: Heſychius Illuſtrius.

Ξανθὸς λυδὸς ἐν δευτέρᾳ τῶν Λυδιακῶν ἱςοριῶν φησὶν ὅτι πρῶτ☉ Γύγης ὁ Λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνέχιζεν, ὅπως αὐταῖς χρῶτο ἀεὶ νεαζούσαις.

342. NASCI LANVGINIS VMBRAM.] Imberbes enim Eunuchi. Iuvenalis.

Teſticulos, poſtquam cœperunt eſſe bilibres
Tonſoris damno tantum rapit Heliodorus,

Commentarius priſcus: *quia non habent barbam.*

344. SERVATOQUE DIV.] Ne exoleſceret pueritia ſuccedente virili barba. Eam cauſſam aſſignat etiam Petronius:

atque ut fuga mobilis avi
Circumſcripta mora fugientes differat annos,
Surripuere viros

344. PVERILI FLORE.] Non matureſcente corpore, ſed flore perpetuo velut manente. Auctor priſcus Declamationis in Catilinam, qui nomen Ciceronis voluit fingere, perperam Portius Latro inſcriptus, ut alibi demonſtramus. *flos pueritiæ venuſtiſſimus,*

mos ad intuentium Voluptatem. Ennodius Panegyrico Theoderici : *adhuc tacano flore degebas adoleſcentia.* Martialis lib.IV. Epigram. XLV. ad Apollinem quem ſemper adoleſcentem fingebant , unde Phœbum Ephœbum nuncupat Sidonius. *Perpetue ſic flore mices.* De quo eodem Callimachus. καὶ κὶν ἀεὶ καλός καὶ ἀεὶ νέ☉. Ennodius quod in canum dicit conſonat illi Maronis.

> *Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.*

345. ARTE RETARDATAM VENERI SERVIRE JUVENTAM.] Petronius.

> *Perſarum ritu male pubeſcentibus annu*
> *Surripuere vires , exciſaque viſcera ferro*
> *In Venerem fregere, atque ut fuga mobilis avi*
> *Circumſcripta mora fugientes differat annos,*
> *Quarit ſe natura,nec invenit*

Papinius,lib.III. Silvarum :

> *Olim etiam ne prima genus lanugo nitentes*
> *Carperet,& pulcra fuſcaret gratia forma,*
> *haud ullo concuſſum vulnere corpus*
> *De ſexu tranſire jubent*

Bene autem Petronius, *Perſarum ritu* , cum Spadones nominatos à Spado Perſico pago dicat Stephanus , ubi primi Eunuchi fuerint facti.

349. CORVO CERTANTE LIGVSTRIS.] Duo corvi a'binon diu eſt cum in noſtris his regionib. fuere,infinitis hominib° conſpecti,nec jam pro ullo miraculo.

350. GRAVIOR MORVM.] Genitivi uſus inrerior. Sic Salvianus lib. VII. *Sanctos decretorum, ſeveros Pudicitia* dixit. Illud *aliquis* communem hominum ſententiam exprimit. Pedo de Navigantium audacia.

> *Atque aliquis,prora ſpectans ſublimis ab alta*
> *Vt nil erepto valuit dignoſcere mundo*
> *Obſtructa talem effudit pectore voces:*
> *Quo ferimur? ruit ipſe dies,orbemque relictam*
> *Vltima perpetuis claudit Natura tenebris.*

Muſæus de Hero & Leandro :

> Καί τις ἑὸν ἑτάροισιν ἐθαύμαζεν καὶ φάτο μῦθον,
> τοίην οὔπω ὄπωπα νέην χεδνήν θ' ἁπαλήν τε.

Nonnus, libro XXXII. Dionyſ.

> Καί τις ἀερσιλόφοιο διὰ πρηῶνος ἀΐξας
> ποσὶν ὀρεσσιλόφοισι διέστιχεν ἄκρα κολώνης.

Cum omnes ſimul fugerent. Dionyſius Alexandrinus.

> Ἔνθα κορυφουμένης πρηονίδ☉ Ἀμφιτρίτης,
> Ἄλλοτε μὲν πολυμυκεῖς ἐγείρεται, ἄλλοτε δ' αὖτε,
> Ἀμφω τις ξηροῖσιν ἐπιπροχέει ψαμάθοισι.

352. IAM TESTVDO VOLAT.] Abſurdis aliis narrationibus , quæ fingi facilè poſſint,elevat fidem præſentis. Pertinent eodem hæc Archilochi :

> Χρημάτων ἄελπτον οὐδὲν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον,
> Οὔτε θαυμάσιον, ἐπειδὴ Ζεὺς, πατὴρ Ὀλυμπίων,
> Ἐκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτ' ἀποκρύψας φάος
> Ἡλίου λάμποντος, ὑγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος.
> Ἐκ ἢ τοῦ σὸκ ἄπιστα πάντα κἀπίελπτα γίγνεται.

Ꝁιδερόσι.

Lucilius, lib. XXVII. *Inſanum vocant quem maltam ac fœminam dici vident.* Hoc eſt hominem deſperatæ mollitudinis. Sic Petronius extremam ignaviam cuipiam exprobrans, *muliebris appellat patientia.* Et Therſites apud Homerum pro ſummo convitio Achivas vocat Achivos, ob inertiam videlicet ſexu ſuo indignos. Ἀχαιΐδες οὐκέτ' Ἀχαιοί.

Quod imitatus Maro, libro IX.

O veræ Phrygiæ, neq; enim Phryges

Sic Alexander penes Q. Curtium Thracibus Perſarum divitias oſtendens: irent & imbellibus fœminis aurum viri eriperent. Lib. III. Fœmina enim eſt vir imbellis, & ita vocabant Heroes, quos, non debita animoſitate reſiſtentes, peremerant. Higinus, Fabulæ LXXX. *cum oſſa ejus collocaret in pilâ, intervenit Caſtor, & prohibere cœpit monumentum fieri, quod diceret ſe eum quaſi fœminam ſuperaſſe.* Id convitium gentibus à ſe ſubjectis occinere voluit ille Aegyptiorum Rex, qui oras omnes earum ſignis muliebrium membrorum opplevit, vt ſcribit Herodotus. Cum vero poſtea recenſeat ipſemet Claudianus Regna & Imperia à Fœminis gubernata, ſanè non eſt abſurdum ſuſpicari hoc loci aliquid corruptum deliteſcere. Utiq; enim præfuere & Iudicijs fœminæ, & non diu ante ævum Claudiani Zenobia omnia fecit, ſummo Imperatori non omittenda. Bentini Codex quidam habuit. *qua pagina lites Sic actas meminit?* An ſcriptum dicas *qua pagina lites Caſtrati meminit?* hoc eſt Iudicis. Quippè *ω judicat* horſum detrahendo?

234. FORUM.] Iudicium, Iurisdictionem. Iuvenalis. Sat. II. Proſopopœia mulieris loquentis.

> *Numquid nos agimus cauſſas, civilia jura*
> *Novimus, aut ullo ſtrepitu fora veſtra movemus?*

Varro Atacinus, vt volunt, de defectu Lunæ.

> *nos congeries obnubit turbida rerum,*
> *Ferrataq; premunt milleno milite Curæ,*
> *Legicrepi tundunt, latrant fora, claſſeca turbant.*

236. VIOLARE.] A rebus nuptis. Violari propritim dicitur virgo, cui pudor extorquetur. Notamus alibi his, puto, Animadverſionibus.

327. SECUM PETVLANS AMENTIA CERTAT.] Utrum videlicet amentior an petulantior ſit omnis Cupiditas & Sceleroſitas hominis. Habent hanc Lectionem omnes libri, nec opus mutatione *incernit*, quod, remotius ab vſu, non arbitror Claudiani eſſe, libens autem illi inſerat Iuſtus Zinzerlingus, vir apprimè doctus. Duo ſunt vitia, quæ adverſa fiunt, dum mens, ebria fortunæ favore, dubitat vtrum petulantius an ſtolidius vivat, licentia data per fas nefasq; bacchandi. Sic in Maximis viris certaſſe legimus ſummis virtutibus ſumma vitia: quod tamen certamen huc non facit. Alcibiades vigilantiſſimus & acerrimus erat cum res poſceret, profuſiſſimus per otium in luxum & libidinem. Mœcenatem ſollertia, vigilãtia, ſtrenuitas, lateri Monarchæ terrarum Orbis proximum fecerunt: ejusdem deliciæ & omne genus luxuriæ in proverbium venerunt, vt apud Iuvenalem, tenerorum Mecenatum palma ſit inter muliebriter veſtitos, & apud Senecam deliciæ ejus non poſſint ſatis notari; Vellejus, virtutum ejus præco, dicat muliere omni per otium fuiſſe effœminatiorem. Talis fuit Othoni Imperatori animus, homini deditiſſimo Neronis vitæ; quem Mors tamen Heroum æſtimationi admovit. Talem Theodoſium & Stiliconem facere laborat Zoſimus, vt famam nimirum aliquà maculet eorum qui fana Dœmonum, quibus ille Canis ſerviebat, deſtruxerunt. Sed eum mentiri aperta res demonſtrat. In Eutropio verò minus vitiorum cum vitijs certamen, quam cum virtutibus in iſtis.

237. AGGREGAT.] Rectè Delrio & Noſter liber, cum aliquot Belgis *Aggerat.* Quam dicas Poetæ ſcripturam. Sic *iras aggerare* dixit Virgilius, lib. IV. *Promiſſum aggerare dictis*, Papinius, lib II. &c. Tamen neq; alterum reiculum, confirmatumq; omnium optimis libris, quos contulit Cujacius.

238. ERV-

238 ERUBUIT MAVORS.] Miſta pudore iracundia, quorum adfectuum vterque faciem colorat.

238. ADVERSAQUE RISIT ENYO.] Gaudens ſimul ob turbas dandas, & opponens militarem aciem tam diræ injuriæ Romani nominis. Eadem res eſt cum crudeli riſu Martis, libro II. v. CVII.

> *Subriſit crudele pater, criſtiuque micantem*
>
> *Quaſſavit galeam:*

Accedit deinde idem hoc numen, rabiei bellicæ præfectum à Poetis.

> *tunc, implacabile Numen,*
>
> *Bellonam alloquitur &c.*

Riſus igitur hic eſt qualis hoſtilis Mezentij, X. Aeneide, mortem vovens & inferens adverſario, quem habebat in poteſtate.

> *Ad quem ſubridens miſtâ, Mezentius, irâ,*
>
> *Nunc morere, at de me divûm pater atq; hominum Rex*
>
> *Viderit.*

Similis Penheſilææ riſus ad fugatos Græcos I. Paralipoménôn. Similia etiam apud Nonnum Dionyſiacis. Enyo eſt Bellona, penes Quintum Smyrnæum, Thryphiodorum, Nonnum, Petronium, Martialem, Silium, & neminem non vtriuſq; Linguæ Poetarum.

240. PHARETRA FULGENS.] Nec Romana quidem arma tribuit Romano Conſuli, ſed qualibus etiam fœminæ antiquitus vſæ. Armaturam A Mazonum melius deſcribit III. de Laudibus Stiliconis Amazones ipſas non eſſe fictitias legas apud Diodorum Siculum. Ultimis temporibus Scythiæ populos agnoſcit Nicephorus Gregoras huc fortaſſis & muliebrium caſtrationum duæ ſpecies pertinent, vt nyc mulierum integratum dignitati admittit, Eutropium noſter, quæ apud Græcorum Medicos leguntur.

241. GETAS:] Gothos auxiliares, quos infidos, & omni occaſioni turbandę rei Romanæ intentos præfigurat.

244. MURIS NULLA FIDES.] Nemo tijs tutus eſt. nec conſtat, inquit, certa in munimentis, quamlibet firmis, ſalus. Popularus autem Gothorum intelligit Græciam vaſtantium. Ad Rufini necem, barbaros foventis, vſum Eutropij opera Stiliconem ſcribit Zoſimus: is vero cum everſi Rufini hæres factus eſſet, ſucceſſibus tantarum rerum elatus, obvertit auctori ſuo cornua; cujus conſilijs per Gainem, ſtrenuiſſimum virum, poſt eſt ſubmotus. Nec dubito ſi Stilico, quod vltimum ejus molimen fuit, ſingulari Dei voluntate ſucceſſum non adeptum, in Orientem ipſemet veniſſet, illam luxuriantem aulam magnoperè in ordinem fuiſſe redacturum. Si tamen alia fuere ejus Conſilia, inertiam principum conſiderantis, vti magno conſenſu Chriſtiani ſcriptores, (nemo tamen niſi eo interfecto) ſcribunt; negat autem prorſus Zoſimus, qui nec vivo nec occiſo quicquam de his compertum vllis machinis teſtatur.

249. EXTRA CIMMERIAS.] Suſpectus eſt hic vetus, qui commodo ſententiæ abeſſe poteſt.

250. FLOS SYRIÆ SERVIT.] Optimè omnino & emẽdavit & diſtinxit hæc Scaliger. *Flos Syriæ iuventutem*, & omnia optima ejus regionis denotat. Bacis vates apud Pauſaniam Meſſenicis.

> Καὶ τότε δὴ Σπάρτης μὲν ἀπ' ἄγλαον ἄνθος ὀλεῖται.

Symmachus. *Flos Siderum Dione.* Quo ſano carmine emendando non tenuit ſuam felicitatem doctiſſimus Scholiaſtes. *Flos Curiæ*, apud Metellum Monachum Quirinalibus. Od. II. Sic *Flos florum* Roſa. Fuldenſi Straboni in Hortulo, quod Poema centonem ſapit de meliore ævo.

252. SERVUUMQUE MOLLEM] impuratum hominem, omnibus modis fœdum & infamem. Mollis enim talem notat Scriptoribus. Petronius de Eunucho pariter.

> *Pede tendite, curſum addite, convolate plantâ,*
>
> *Molles, teretes, Deliaci mani reciſi.*

Vibius

Vibius Sequeſter: *molleſcit, id eſt obſcœnus fit.* Alibi.

253 VVLTV FLAGRARE.] Sanè qualem tu hactenus deſcripſiſti.

254. PRO VICTORE.] Vice, nomine, aſſimilatione Victoris. Frequens hoc genus loquendi melioribus ſcriptoribus, nec ſatis aliquando perceptum. Suetonius Nerone? *Talem principem paullo minus XIV. annos perpeſſus terrarum orbis tandem deſtituit, initium facientibus Galliis, Duce Iulio Vindice, qui tum eam provinciam pro Prætore obtinebat.* Hirtius de Bello Africano, *de Catonis ſupremis. Ipſe omnibus rebus diligentiſſimè conſtitutis, Liberis ſuis L. Cæſari, qui tum ei pro Quæſtore fuerat, commendatis ferrum clam in cubiculum tulit.* Rutilius Itinerar. lib. I.

Rexerat ante puer populos Proconſule Pœnos.

Pariter Claudiano Curtius libro IV. *hanc victoriam rex majore ex parte virtuti ſuæ debuit: Nam dubio adhuc pugnæ eventu pro victore ſe geſſit, perculſos deinde hoſtes fudit, &c.* Hujus generis eſt illa locutio, cadentis Imperij ſcriptoribus familiaris, eum geſtum officium ali cujus nomini appenditur, uti *Ex Conſule Ex legato* & mille ſunt talia, quorum expoſitio torſit mirum in modum aliquando Andream Alciatum, hominem doctiſſimum, & præclarum Romanæ Iuriſprudentiæ illuſtratorem, vt vides lib. IV. Diſpunctionum ejus, cap. III. Cujus genus tamen eſt pervetus, Nam in Quintiliani Declamationibus unius Inſcriptio vitiator Exproditore exſule Fortis.

254. PEDITVM VEXILLA.] Non enim dignatur equeſtri vt videri vult dignitate Eunuchum.

255. EVNVCHORVMQVE.] Per convitium ita militem Orientalem vocant, vt infra pluribus teſtatur, luxu ducum mirificè effœminatum: Eunuchorum autem titulo digni qui ſub Eunuchi vexillis militare potuerunt.

255. TVRMÆ SIMILES.] Turma propriè manipulus Equitum, appellata velut terna, quod de tribus tribubus, Tatienſium, Rhamnium, & Lucerum cõficeret, ut auctores Varro lib. IV. de Lingua Latina, & Curiatius apud S. Pompejum.

256. HELLESPONTIACIS LEGIO DIGNISSIMA SIGNIS.] Quæ militaret ſub auſpicijs Principi, quo duce gaudebant videlicet Eunuchi illi Orientales, nocturnis bellis: Eſt opprobrium patientiæ muliebris, non abſter inſimulandæ ejusdem mollitiæ, Priapum Caſſio Chæreæ ſignũ militare dabat Caligula. Suetonius: *Primas ſibi partes Caſſius Chærea tribunus cohortis prætoriæ depoſcit, quem Cajus, ſeniorem jam, ut mollem & effœminatum, denotare omni probro conſueverat; & modo ſignum petenti Priapum aut Venerem dare, modo ex aliqua cauſſa agenti gratias manum oſculandam offerre, formatam commotamq; in obſcœnum modum.* Priapus autem Helleſponto peculiare Idolum: Sidonius.

Helleſpontiaci patrem Priapi.

Arnobius, Libro III. *Helleſpontiacum Priapum inter Deas Virgines atq; matres circumferentem res illas præliorum in expeditione ſemper paratas.* Qui de eodem cum noſtro bellorum genere loquitur, quo nimirum militare, aut ſtipendia facere dignus ſit Semivir Conſul.

257. DEFENSOREMQVE.] Poſt benè rem pro Republica geſtam hoc titulo honorabantur Proceres Romani. Vide multis notata doctis ad Symmachum.

260. TINEAS.] Calvam à teredinibus & tineis exeſam. Supra.

turpes

Exedere caput tineæ.

Peſſimè igitur qui Lectionem mutant. Iſta autem omnia mirifico & ferè incomparabili, certè inſuperabili, ingenio, ſcripta ſunt.

261. PLORABILE QVIDDAM.] *Entre les dens.* Quod intelligi non poſſit, vti ſonus oris bona mente, & tamen flebilis, plorabilis, ejulabilis, qualis vox evirati bellatoris, intendentis follem, ut poſt debellatum, ſua jactatione, hoſtem ſeſe viriliter magnificum faciat. Sic Perſius.

His

Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina læna eſt.

Raucidulum quiddam balbâ de nare locutus

Phyllidas, Hypſipylas, vatum, & plorabile ſi quid

Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.

261. ULTRA NEQUITIAM FRACTIS.] Mollitiæ ſuæ addens plcratum, quò magis etiam frangat vocem, alioquin effœminatam. Nequitia eſt amatoria mollities. Ovidius.

Ille ego nequitiæ Naſo poeta meæ.

Sæpè Martialis, Petronius, Plautus. *Nequam* homo fractus mollitudinibus, vt Verres apud Ciceronem.

262. FRACTIS.] Extremè enervatis. Petronius Bello Civili.

In Venerem fregêre viros

Papinius, de vetita Domitiano caſtratione:

jam frangere ſexum

Atq; hominem mutare nefas

Prudentius

petulanter amœnas

Haurire illecebras, & fractos ſolvere ſenſus.

Sic *gradum frangere* in Satirico ſcripto de Gubernatione Dei, Caſtigandis publicis moribus comparato, Salvianus, libro V. *cum enim muliebrem habitum viri ſumerent, & magis quam mulieres gradum frangerent.* Sic frangere vocem, de quo eleganter doctiſſimus Gevartius Lib. III. Electorum.

263. SOROREM] Ambiguum per ſororem germanam aut conſanguineam, an vxorem dicat Eunuchi; vxorem quidem apertè illi aſſignat, & à ſorore ita diſiungit, vt una tamen perſona pareat, lib. II. LXXXVII.

At ſoror, &, ſi quid portentis creditur, uxor,

Mulcebat matres epulis.

Et conſultò ita loqui videtur, vt fides ſit ſimul portento vxoratum eſſe Eunuchum, & veritati. Præfatione ejuſdem libri, II.

Quid ſoror? audebit tecum conſcendere puppim?

Et veniet longum per mare fida comes?

266. MERGIQUE FRETIS.] Devovens caput ſuum ad fidem dictis faciendam alludit ſimul pœnam portentorum, quæ mari ſolebāt mergi. Vide Obſequentis Prodigiorum Indicem.

267. UTINAM.] Tum enim infelicitas portenti in caput ejus fuerit à Republica averſa.

269. ARIDA] Siticuloſa. Ut anus Plautina Curculione.

272. SÆVIS PERTENTAS PALLADA CAMPIS.] Melior ſcriptura *Sævi Campi.* Quam Cujaciani & Belgici Libri maximam partem, ingerunt. Similia Leoni fugienti libro ſequenti.

273. ALTERIUS MINERVÆ.] Quæ videlicet telis & lana operari conſueta, & talium opificiorum præſes. Scholia vetera in Ceirin: *Minerva Libyca, Tritonis filia, prima dicitur telam feciſſe.* Apollonius lib. I. textum vocat ἔργον Ἀθηναίης, Sabinum vero iſtum notum nos habere Pomponium Lætum, vt fruſtrà nobis blandiamur Grammatico interioris alicujus ævi. Minerva inventrix veſtium. Ariſtides Hymno in Jovem.

οὐδὲν πώποτε ἀνθρώποις ἐμηχανήθη, οὐδ' αὖ πράξουσί ποτε χρηστὸν οὐδὲν ἄνευ τῆς Ἀθηνᾶς. εἰ δὲ δεῖ καὶ τῶν ἐν μέρει μνησθῆναι, καὶ τοὺς μύθους μὴ ἀλμυρῶσαι προσθῶμεν ἔλαιον, ὑγιείας φάρμακον φανθὲν ὑπ' αὐτῆς, καὶ ἐσθῆτα ἐμοὶ μὲν κόσμον τῷ σώματι, ὁμοῦ δὲ τῆς αὐτῆς ὑγιείας φάρμακον.

Hinc lanificium opera Minervæ, vt apud Liutprandum Hiſtoriar. lib IV. cap. IV. in ridicula mulieris proteſtatione pro non Caſtrando viro, cujus virilitatis ad ipſam fructus ſpectaret.

275. URGERE PUELLAS.] Officium Eunuchorum in Gynæcæis. Vide notata do-

Eeeeeee ctiſ-

ctiſſimo Scholiaſtæ Sidonij, ad lib. I. Epiſtol. VIII.

277. CYBELEM.] Cujus ſacris deſtinati ſemiviri. Arnobius lib. V. &c.

278. CELENÆOS.] Phrygios. Urbs Phrygiæ notiſſima Celenæ, ubi matris Magnæ furioſa ſacra continuè celebrabantur. Hinc Celenæi furores, ritus baechantium laſtibus exſectis, ut Concubinus Celenæus apud Martialem lib IV. Epigram. XLIII.

279. PINU.] Ritu eorum, quos modo nominavi. Statius lib. X.

Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum
Elicit ex adytis, conſumtaque brachia ferro,
Scire vetat, quatit ille ſacras in pectora pinus,
Sanguineosq; rotat crines. Scribe: *Kygit.*

280. INGUINIS ET RELIQUUM PHRYGIIS.] Juvenalis. Sat. II.

Quid tamen exſpectant Phrygio quos tempus erat jam
More ſupervacuam cultris abſcindere partem.

Inſpice & Turnebum lib. XXIX. Adv. cap. V.

281. ARMA RELINQUE VIRIS.] Ab armis enim excludendi omnes qui ad curam muliebrium negotiorum ſpectant. Vegetius libro IV. Eunuchos militiæ non admiſſos priſcis moribus Romanis docet quod pro re magna conceditur os Monarchis, exemplis Sullæ & Carbonis productis ab Aetio Menandro cap. IV. de Re Militari.

281. FRATRES] Vides molimina ſceleratæ belluæ. Sic & Zoſimus auctor eſt Gildonem illum excitaſſe ut Africam Honorij partibus ſubtractam addiceret Arcadianis; quare merito per Gainem à Stilicone eſt ſubmotus. Africa autem omnino ad Occidentis Imperium pertinebat, propter Urbem ejus annona paſcendam.

283. CONCILIARE DECET.] Ars enim lenonum & lenatum amantium paria facere quæſtus ſui gratia. Conciliare peculiare ei negotio verbum. Feſtus: *Conciliatrix dicitur quæ viris conciliat uxores, & uxoribus viros.* Iſidorus, Originum lib. X. *Conciliatrix ob ſocietatem flagitioſa conſenſionis dicta, eò quod intercurrat, alienumq; nundinet corpus, hanc & lenonem vocant.* Lucilius.

ſaga & bona conciliatrix.

Petronius: *concelea tibi ſororem.* Blautus Milite.

285. ANNUM.] Conſulatum. Notavimus ſuprà.

287. EXACTA.] Hactenus à principio ſuo acta.

288. LABOR ÆVI] Labor ævi pro ipſo ævo eſt poſitus, quod omnis in eo degens vita humana perpetuus ſit labor. Paulinus I. Epiſt. ad Auſonium.

Aeſtus inanes, quos movet vitæ labor,
Præſentis ævi tramite.

Labor pro ipſa vita. Fulbertus Carnotenſis, Sermone IV. *Peracto deinceps triduo cum Laudibus in Eccleſiâ pia matris Domini, per quam reconciliatus fuerat, à Laboribus ſuis beato fine quievit?* Hoc eſt vitam humanam depoſuit. In Laboribus conſtituti omnes dicuntur Rutitio lib. II. Epiſt. VII. *qui humanæ vitæ turbis affliguntur. Vita enim humana perpes eſt labor.* Eucherius Parænetico: *Abrumpatur illa interminabilis ſecularium negotiorum catena, & ille de neceſſitatibus multis unus per totâ vitam Lab r.* Cyprianus Libro de Bono Patientiæ, cap. VI. *Unusquisque noſtrum, cum naſcitur, & hoſpit. omundi hujus excip tur, initium ſumit à lacrymis, &, quamvis adhuc omnium neſcius & ignarus, nihil aliud novit in illa ipſa prima nativitate, quam flere: providentia naturali lamentatur vitæ mortalis anxietates, & labores & procellas mundi quas ingreditur, in exordio ſtatim ſuo ploratu & gemitu rudis anima teſtatur. Sudatur enim quamdiu iſthic vivitur, & Laboratur.* Unde catenatos labores vocat Auſonius, alterum videlicet ex altero pendentem, nec ſolubilem umquam aut terminabilem totam ſeriem. Ita erudite Laborare eſt Vivere. Dionyſius Ca.o Lib. I. Carm. XXXIII.

Quum

Quum dubia incertis verſetur vita periclis,
Pro lucro tibi crede diem, quicunque laboras.

Quo loco adſpexit illa Horatij, li. I. Carm. IX.

Quid ſit futurum cras, fuge quærere, &c.
Quem ſors dierum cunque dabit, Lucro
Appone.

Laborandi vero iſta notione Dionyſius ille ad patientiam in tota vita hortatur, non ſecus ac B. Cyprianus verbis à nobis adſcripta ſub ſequentibus. Lectionem nolim mutatam à divino Scaligero, qui illa diſticha elegantiſſimè Helleniſmo induit. Laborem pro quovis malo notat Junius Pilargirus ad Georgic. II. Ad hanc ſententiam pertinet & locus Heſiodi, vulgo notior.

Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον, οὐδὲ ποτ' ἦμαρ
παύσονται καμάτου καὶ ὀιζύος, οὐδέ τι νύκτωρ
φθειρόμενοι.

ta noſter Bello Getico duobus locis.

288. OEDIPODES MATREM.] Notiſſimæ ſunt fabulæ, & ridiculus poſt tot alios in aggerendis repetendiſq; labor. Monſtroſæ autem hæ narrationes exemplaria ſunt deliriationum humanarum. Michael Pſellus libro de Dæmonibus:

καιρὸς ἐφέστηκε νῦν ὅτε βιώσουσιν ἄνθρωποι χεῖρον καὶ τῶν θηρίων. τὸ γὰρ τοῦ Ἀντιχρίστου κράτος ἐγγὺς ἐπὶ θύραις ἥκει. καὶ δεῖ τῆς αὐτοῦ παρουσίας πρόδρομα κακὰ προηγήσασθαι, δόγματά τε ἀλλόκοτα, καὶ ἀθέσμους πράξεις οὐδὲν τῶν ἐν Διονύσου τελετῶν ἀμείνους. καὶ ἅπερ ἐκεῖνοι τετραγῴδηνται, Κρόνος, ἢ Θυέστης, ἢ Τάνταλος, τὰ ἔκγονα κατεσθίοντες, Οἰδίπους τε μητρὶ συμφυρόμενος, καὶ Κινύρας τῇ θυγατρί. ταῦτα δὴ τὰ πάνδεινα καὶ περὶ πολιτείαν ἐπεισφρήσουσι τὴν ἡμετέραν.

290. PEPERIT FRATRES JOCASTA MARITO.] Erat enim & ipſius mater. Paullus Oroſius lib. I. Hiſtoriar. contrà paganos, cap. XII. *Omitto Oedipoden interfectorem patris, matris maritum, filiorum fratrem, vitricum ſuum.*

291. PELOPÆA SIBI.] Ex parente enim pepetit ſuo Aegyſthum.

292. ERECHTEI.] Athenienſis. Vide Pauſaniam.

295. ELEVAT HUNC PLUMA.] In avem nimirum. Mirum Scaligerum tam maniſeſtam & neceſſariam correctionem neglexiſſe. Poetica autem & pulcra locutio, *elevat* elevatam fingit, ad quam vide feſtiva notantem Iodocum Sincerum, Promulſidis Capite Quinquageſimo.

298. EUNUCHI SCELUS EST.] Contaminantur enim tactu ſeminarium virilia omnia munia & negotia. Ex ſuperſtitione priſca hoc dictum.

300. CONSPECTUS.] Conſpectu ipſo venerabilis, Clarus. Notarum alibi.

301. ONERARE TOGA.] Tam macilentos, exeſos, tenues, infirmos, vt vix poſſint onus togæ unius ferre. Uti autem hic adſcripſi, correxit Claverius ex libris Cujacianis, quibus aſſentitur & Noſter cum omnibus Belgis, & ita ſcripſiſſe Claudianus videtur. Scaligeri lectio: *onerante toga*. Quæ nullatenus pejor eſt, ſed contra libros omnes.

302. INDUCTO.] Ita omnes libri, vno Belga demto, qui *induto* mavult. Tantùmdem eſt. Trabeam Conſularem, auro gravem, intelligit, unde trabealis metalli molem dixit Sidonius:

effulgens trabealis mole metalli
Annum pande novum.

De ipſa trabea vide quæ collegit Aldus Manutius Nepos Quæſtionum Epiſtolicarum libro III. cap. III.

302. OBSCÆNIOR.] Male ominoſior, Scævior.

303. SIMIUS.] Turpes imitationes hujus beſtiæ moribus adſcribunt. Sic Therſiten, omnium ad Ilium Heroum convitiatorem, & mala lingua, turpibuſq; geſtibus fortia facta

inceſſentem, in hanc ab obitu belluam tranſiiſſe PLato memoravit. Aeneas Gazæus Theophraſto, de ejus doctrina.

ὁ δὲ Θερσίτης, ὡς πάντων αἴσχιστος ὢν τῶν ἐπὶ Ἴλιον ἦλθον, τὸν Ἀχιλλέα οὐ πολεμοῦντα, ἀλλ᾽ ὀνειδίζοντα τῷ Ἀγαμέμνονι, καὶ τοὺς ἥρωας μιμούμενος, εἰς πίθηκον μετάγεται, μαστίζεται, καὶ ἐκμιμεῖται τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, τὸ εἶδος οὐ τὸ ἦθος αὐτοῦ μεταβάλλων.

Induebantur habitu tali per ludibrium ſimiæ, ut nunc quoq; à Circulatoribus, ad ridiculum faciendum. Martialis lib. XIV.

Gallia Santonico veſtit te Bardocucullo,
Cercopithecorum penula nuper erat.

Quàm verò cenſes appoſitam hanc eſſe ſimilitudinem? Sanè ut fieri nulla queat feſtivior, & rei convenientior.

308. CANDIDA CVRIA.] Senatus nova veſtimenta honori novi Conſulis ſumens. Sic alibi de Militibus Stiliconis.

Candidus intereà poſitis, exercitus, armis,
Exſultat ſocerum juxtà.

Uti feſtis diebus puram ſumebant veſtem. Tibullus, lib. II. Eleg. V. Ad Apollinem ipſum. Sua ei Feſta commendans.

Ipſe triumfali devinctus tempora lauru,
Dum cumulant aras, ad tua ſacra veni.
Sed nitidus, pulcerque, veni: nunc indue veſtem
Purpuream, longas nunc benè pecte comas.

310. LIBERTATEMQVE DATVRVS.] More novorum Conſulum, uti ominis optimi gratia primus eorum actus eſſet collatio libertatis. Vide notata doctiſſimis Scholiaſtis ad Sidonium fine Panegyrici Anthemiani. Petro Gregorio Syntagmate Iuris, lib. XIV. cap. V. libro XLVII. c. XV. Etiam nobis notata ad Quartum Conſulatum Honorij.

312. ÆGYPTIA SOMNIA.] Horum Onirocritices nunc quoque mentio in Achmet Commentario, cujus nos tranſlationem Latinam, Opus Leonis Tuſci ad Hugonem Eterianum in membranis eo ævo ſcriptis poſſidemus, cum ſuo ſibi prologo, quem ex Italico, penuria integri exemplaris traduxit doctiſſimus Editor. Integrum Poetæ judicium in popularibus etiam ſuis nugarum damnandis.

315. ENERVATVS.] Exſectus. κατ᾽ ἐξοχὴν. nervorum. Supra.

penitusq; ſupremum
In cerebrum ſecti traxerūt frigora nervi.

Enerviter muliebriter Evantio Abbati Epiſtola de Eſu ſanguinis, ut rectè ibi membranæ.

313. MELAMPVS.] Notus vates: eum ex Aegypto notiſſimas fabulas de Saturno & Titanibus καὶ περὶ τὰ πάθη τῶν θεῶν hiſtoriam Græciæ intuliſſe, auctor eſt Diodorus Siculus. Libro Primo.

316. REPTAT.] Tarditatem ſenilem exprimit Maximianus de tali.

Et per ſordentem flebile ſerpit humum.

318. INSANVM] Magnum, abſonum, ingens, horrendum. Boethius:

Spirat inſanum nebuloſus Auſter.

Vide quæ ad PLautum notarunt docti.

318. NOMEN.] Titulum Eunuchi. Vide notas Gulielmi Fornerij ad varias Caſſiodori, libro VI. Epiſt. I.

319. PROCLAMAT.] Verbis triſtibus. Contrà lætæ ejusdem voces exſtant apud Papinium in Decimum Septimum Conſulatum Domitiani.

322. IMPERAT HIC SEXVS.] Pariter Imperaſſe Fœminas, non Spadones, memorat Curtius, libro X. *Antequam accuſari ſe ſuſpicaretur Orſines, in vincula traditus eſt. Non contentus ſupplicio inſontis ſpado, ipſe morituro manum injecit. Quem Orſines intuens: Audieram, inquit, in Aſiâ olim regnaſſe fœminas, hoc verò novum eſt regnare caſtratum. Hic fuit exitus nobiliſſimi Perſarum.*

323. PROBATVR.] Scriptis fide dignis memoratur. Lucretius.

Qua

Quæ tibi poſterius longo ſermone probabo. Martialis lib.IV. Epigrammate XXI. Sulpitia Satira.

> *mendaxque Dieſpiter olim*
> *Imperium ſine fine dedi, dixiſſe proba-tur.*

Petrus Chryſologus, Sermone L. *omnes muta vices,ut quod eſt infirmitatis teſtimonium, ſit probatio ſanitatis.* Victor Vticenſis Lib.I *quibus per internuntium valido reſpondiſſe ore probatur.*

327. INTRAT PHOEBUS.] Vide ad primum de Raptu. Intelligit autem Sibyllas, & Delphicas vates, oracula reddere conſuetas.

326. TROIANAM MINERVAM.] Palladium. Vide Lib.I. ad Auguſtinum. De Veſtalibus nota doctorum Curis omnia.

329. FLAMMASQUE TUETUR.] Sub caſtigatione immitium flagrorum. Iulius Obſequens,de Prodigiis,cap.VI. Macrobius, I. Saturnal.c.XII.

330. SEMPERQUE PROPHANI.] Nullis myſteriis admiſſi. Sed hoc verum minime eſt, & probant exſecti in Matris Magnæ teletis.

331. AD FRVCTVM MVLIER.] Nimirum ſobolis. David Rex & Propheta Pſal. CXXVII. *hereditas Domini filii ſunt, & merces fructus ventris.*

333. DANAI FVGERE.] Quintus Smyrnæus lib.I. παραλειπ.

> ὡς τῆμος Δαναοῖσιν Ἀρηϊὰς ἔνθορε κούρη,
> οἱ δ' ὀπίσω χάζοντο, τεθηότες θυμὸν ἔχοντες.
> ἡ δ' ἕπετ' ἠΰτε, κῦμα βαρυγδούποιο θαλάσσης.
> *Sic tunc in Danaos Mavertia virgo ruebat,*
> *Olli animum attoniti tergum vertere, paventes,.*
> *Quos velut horriſono ſequitur mare fluctus Amazon.*

Exemplo autem Semiramidis & Amazonum muliebri Imperio tuendo uſus eſt etiam Cæſar, verbis à Suetonio relatis, *frequenti curiæ jactavit ex eo inſultaturum omnium adverſariorum capitibus, ac negante quodam per contumeliam facile hoc ulli feminæ fore, reſpondit quaſi alludens, In Aſſyria quoque regnaſſe Semiramin, magnamque Aſiæ partem Amazonas tenniſſe quondam.*

335. CENTVM PORTIS BABYLONA SVPERBAM.] Deſcriptionem babes apud Curtium & Herodotum. Relatus muliebris hic Labor inter miracula mundi. Nicetas.

> δεύτερον τῶν θαυμάτων τὰ Βαβυλώνια τείχη, ἃ Σεμίραμις κατεσκεύασεν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, περίμετρον ἔχοντα σταδίων τετρακοσίων, πλάτος τοῦ τείχους πηχῶν. π.

Negant alii, neſcio an non digniores fide. Vide Beroſum apud Ioſephum Libro I. in Apionem, & quæ doctiſſimus vir Octavianus Ferrarius in Originum Romanarum incepto at non abſoluto opere notavit.

337. TVLIT.] Vel geſſit vel paſſus eſt, ſcite ponit ambiguum verbum.

339. SEMIRAMIS.] Ammianus lib.XIV. *ut quaqua inceſſerit quiſquam cernens mutilorum hominum agmina deteſtetur memoriam Semiramidis Reginæ illius veteris, quæ teneros mares caſtravit omnium prima.*

340. MENTITA VIRUM.] Qui accuratiſſime Semiramidis Hiſtoriam ex Ctesia deſcribit, Diodorus Siculus, Eunuchorum ab ea prima factorum non meminit: Porro veſtem illam ſive ſtolam qua poſtea omnes Aſſyrii uſi, uſurpaſſe, cum à Menone, priore marito, in Caſtra Nini Bactra tum oppugnantis, accerſeretur, ne videlicet habitu inter viros fœmina noſceretur. Sed luſtinus de vera ſimulatione qua, tamquam Ninus, cujus mater erat, geſſit Imperium.

mus ad intuentium Voluptatem. Ennodius Panegyrico Theoderici : *adhuc incano flore degebas adoleſcentia.* Martialis lib. IV. Epigram. XLV. ad Apollinem quem ſemper adoleſcentem fingebant , unde Phœbum Ephœbum nuncupat Sidonius. *Perpetuo ſic flore mices.* De quo eodem Callimachus. καὶ κὲν ἀεὶ καλὸς ἠ ἀεὶ νέος. Ennodius quod in canum dicit conſonat illi Maronis.

> *Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.*

345. ARTE RETARDATAM VENERI SERVIRE JUVENTAM.] Petronius.

> *Perſarum ritu male pubeſcentibus annis*
> *Surripuere viros , exciſaque viſcera ferro*
> *In Venerem fregere, atque ut fuga mobilis avi*
> *Circumſcripta mora fugientes differat annos,*
> *Quærit ſe natura,nec invenit.*

Papinius, lib. III. Silvarum :

> *Olim etiam ne prima genas lanugo nitentes*
> *Carperet,& pulcra fuſcaret gratia forma,*
> *haud ullo concuſſum vulnere corpus*
> *De ſexu tranſire jubent.*

Bene autem Petronius, *Perſarum ritu* , cum Spadones nominatos à Spado Perſico pago dicat Stephanus , ubi primi Eunuchi fuerint facti.

349. CORVO CERTANTE LIGVSTRIS.] Duo corvi a'binon diu eſt cum in noſtris his regionib. fuere, infinitis hominib^9 conſpecti, nec jam pro ullo miraculo.

350. GRAVIOR MORVM.] Genitivi uſus inferior. Sic Salvianus lib. VII. *Sanctos decretorum, ſeveros Pudicitia* dixit. Illud *aliquis* communem hominum ſententiam exprimit. Pedo de Navigantium audacia.

> *Atque aliquis,prora ſpectans ſublimis ab alta*
> *Vt nil erepto valuit digneſcere mundo*
> *Obſtructo talem effudit pectore voces:*
> *Quo ferimur? ruit ipſe dies, orbemque relictum*
> *Vltima perpetuis claudit Natura tenebris.*

Muſæus de Hero & Leandro :

> Καί τις ἐν ἠιθέοισιν ἐθαύμασεν, ἠδὲ φάτο μῦθον,
> παίδων ὄπω ὄπωπα νέων χεδνὴν θ' ἀπαλήν τε.

Nonnus, libro XXXII. Dionyſ.

> Καὶ τις ἀεξιλόφοιο διὰ πρηῶνος ἀΐξας
> παισὶν ὁμοπλοκάμοισι διέστιχεν ἄκρα κολώνης.

Cum omnes ſimul fugerent. Dionyſius Alexandrinus.

> Εἴθα κορυσσομένης περ ὀνυίδος Ἀμφιτρίτης,
> Ἄλλοτε μὲν πλημμυρὶς ἐγείρεται, ἄλλοτε δ' αὖτε,
> Ἄμφω τις ξηρῇσιν ἐπιπροχέει ψαμάθοισι.

352. IAM TESTVDO VOLAT.] Abſurdis aliis narrationibus , quæ fingi facile poſſint, elevat fidem præſentis. Pertinent eodem hæc Archilochi :

> Χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον,
> Οὔτε θαυμάσιον, ἐπειδὴ Ζεὺς, πατὴρ Ὀλυμπίων,
> Ἐκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτ' ἀποκρύψας φάος
> Ἡλίου λάμποντος, ὑγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος.
> Ἐκ δὲ τοῦ σὺκ ἄπιστα πάντα κἀπίελπτα γίγνεται.

Κιδερῶσι,

Ανδρεῶσι, μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν εἰσορῶν
θαυμαζέτω,
Μηδ' ἵνα Δελφίσι θῆρες ἀνταμείψωνται νόμον
Ενάλιον, καί σφι θαλάσσης ἠχήεντα κύματα
Φίλτερ' ἠπείρου γένηται, τοῖσι δ' ἡδὺ ἦν ὄρος.

353. PRONA PETVNT RETRO FLUVII VADA.] Naturæ contrariorum hoc vel primum memoratur. Ovidius.

Cum Paris Oenone poterit ſpirare relicta,
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Xanthe, retroproperа, verſaque recurrite lymphæ,
Suſtinet Oenonen deſeruiſſe Paris.

354. JAM FRUGIBUS APTUM ÆQUOR.] Factum hoc quomodo noſter memorat in deſcriptione Nili. Et Procopius, Epiſtola XI.

πάλιν ὑμῖν ἐκ τῶν ἀμπέλων ἰχθῦς, καὶ ἀγροὶ τὰ τῆς θαλάσσης, ὡς ἔοικε χορηγοῦσι. καὶ ἅμα χωρεία καὶ θάλατταν ὑμῖν ὑπάρχει τρυγᾶν, καὶ νῦν μὲν βότρυς λαμβάνειν, ποτὲ δὲ πάλιν ἰχθῦς καὶ ἔοικεν ἡ θάλαττα τοὺς ὑμετέρους τρόπους μιμεῖσθαι.

Sed aliud utrobique ab hoc portento negotium.

359. IAM COCHLEIS HOMINES IVNCTOS.] Suſpecta ſcriptura.

357. NVTRIT.] Alit, paſcit, habet. Evantius Abbas de Eſu Sanguinis. *Ne tamen Epiſtolaris conſuetudo, in longinquas periodos pertracta, lectoribus lepidis faſtidium nutriat, veniant ad illud quod Apoſtolus ait. Omnia munda mundis, &c.*

356. INANE.] Extra veritatem rei. Inane vero, vivo, opponitur. Vt vacui Averni, fictitii, & vivorum expertes. PLene alibi.

357. IUDAICIS QUÆ PINGITUR INDIA VELIS.] Aulæa dicit Iudaica, quibus miræ formæ expreſſæ Indiorum monſtrorum. Vt ſolebant aulæ is intexi monſtra. Sic Æſchyli figmenta irridentur ab Euripide in Ramis Ariſtophanis:

οὐχ ἱππαλεκτρυόνας, οὔτε τραγελάφους ἅπερ σὺ ἂν τοῖσι παραπετάσμασι τοῖς μηδικοῖς γράφουσι.

Vt ex Medicis velis Iudaica pro tempore fecerit Claudianus. Iudæos ei arti ſtuduiſſe exemplum B. Paulli Apoſtoli reſtatur, qui inde victum ſibi procuravit. Olim alluſum putabamus ad locum ex Sacris litteris, Regum III. cap X. ubi claſſis Iudaica navigaſſe in Indiam ſcribitur, & inde aſportaſſe res ſub alio cœlo mirandas. Sed id nauci non eſt. Babylonica vela vocat Iudaica, ut Iudæos ſomniorum interpretes pro Chaldæis dixit Iuvenal. Sat VI. v. DXLV.

Qualiacunque voles Iudæi ſomnia vendunt.

Babylonica autem tapetia ex Lucretio, Publio Mimo, & aliis, nota Lucretius lib. IV.

Somno devincti credunt extollere veſtem
Totius humorem ſaccatum & corporis fundant.
Cum Babylonica magnifice ſplendere rigantur.

Publius, apud Petronium, cœna Trimalcionis:

Tuo palato clauſus pavo paſcitur
Plumato amictus aulæo Babylonico.

Babylonii textores nobiles. Tertullianus initio libri de habitu Muliebri. *Age nunc ſi ab initio rerum & Mileſii oves tonderent, & Seres arbores nerent, Tyrii tingerent, & Phryges inſuerent, & Babylonii intexerent, hæc Eva concupiſſet?* Iudæa & Babylon ambæ partes ſunt Syriæ B. Mela lib. I. cap I, cap XI. Ergo pro altera, reſpectu complectentis ambas, nationem alteram dicere potuit. Nam Syriaca vela nobiliſſima. Corippus, libro IV.

Interea

Intereà populus totus tectas compleverat ædes.
Ornatas nexis diverſa fronde coronis,
Syrica per cunctas pendebant vela columnas,
Perque arcus viceſque omnes adſtabat utraque
Parte favens vulgus, palmaſque ſinuſque ſperabat

Judaica etiam vela pro Orientalibus dici potuerunt, ut aromata Petita Oriente, hoc titulo cenſentur à Marcello Medico

quæ Iudaicis fragrant bene condita capſis
Thus, coſtum, folium, Myrrham, Styracem, crocomagma.

Vel & Ægyptia tapetia Judaica appellavit Claudianus, ut eaſdem ſpecies poſt idem auctor à Nilo petitas ſcribit. Alexandrina autem Tapetia celebria. PLautus Pſeudolo.

Vt nec periſtromata quidem æque picta ſint Campanica,
Neq; Alexandrina belluata conchyliata tapetia.

Sed & Tyria intelligere potes. Tyrus enim nobilis Tapetibus. Ezechiel Propheta, cap. XXVII. O *Tyre, byſſus de Ægypto texta eſt tibi in velum, hyacinthus & purpura facta ſunt operimentum tuum, &c.* Quæ verba in vituperium ſuperbioris ornatus uſurpat Lotharius Diaconus, lib. II cap. XXXVIII. de Contemtu Mundi. Jam Judaica pro inſolentioribus, & quodammodo monſtroſis uſurpabantur vulgo, ut Hieroſolymarius, hominem portentoſum notat apud Ciceronem libro II. ad Atticum. Epiſtola Nona, vide nos. Adverſariorum Libro XI. cap. IV. Aulæis autem talibus mirandæ ſpecies impingebantur, unde *belluata* PLautus dixit, verbis modo propoſitis. Ammianus Marcellinus libro XVI. *Et, velut in quodam theatrali ſpectaculo aulæis miranda monſtrantibus multa, licebat ſine metu videre.* Et deſcribit Sidonius, libro IX. Epiſt. XIII.

Rutilum toreuma byſſi,
Rutilaſque ferte blattas,
Recoquente quas aeno
Melibœa fucat unda
Opulentet ut meraco
Bibulum colore vellus,
Peregrina det ſupellex
Cteſiphontes ac Niphatis
Iuga texta, belluaſque
Rapidas, vagante panno,
Acuit quibus furorem
Bene ficta plaga cocco.
Iaculoque ceu ferante
Cruor incruentus exit.
Vbi torvus, & per artem
Reſupina flexus era,
It eque, reditque telo,
Fugiens fuganſque, Parthus.

Pingebantur porro talibus velis ſpectandæ etiam Victoriæ Principum, non ſine luculentis utique acceſſionibus. Virgilius, Georg. III.

Vel ſcena ut verſis diſcedat frontibus, utque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Servius. *hoc ſecundum hiſtoriam eſt locutus: Nam Auguſtus, poſtquam vicit Britanniam, plurimos de captivis, quos adduxerat, donavit officia theatralia: dedit etiam aulæa, in quibus depinxerat victorias ſuas ut Britanni ab eo donati eadem vela portarent.* Indica monſtra celebria litteris priſcorum, quorum deſcriptione aliquod ingens volumen abſolvit Cteſias Medicus, cujus excerpta hodieque nobis à Photio Patriarcha CP. ſuperſunt. Nicephorus Gregoras, libro I.

Φαίζκοντες ἃ μήτ' ἐγνώοντο, μήτε γνῶναι τῶν δυνάτων ἦν, οἵας ἐξ πλάτωνος τὰς ἰδέας ἀκούομεν, καὶ ζῷοι τοὺς τραγελάφους ἐκ τῶν τῆς Ινδίας τεράτων ἐς τὰς τῆς Ασίας διαβιβάζουσιν ἀκοὰς ἐκ μὴ ὄντων αὖθις μὴ ὄντα καθιστῶντες, ἵνα μᾶλλον ἐκπλήττωσι τοὺς ἀκούοντας.

358. MIXTIS SALIBVS.] Quæ hinc ſequuntur Veneris verba ſunt, ambigue prolata, ut videantur communia, in ſinu autem meras laſcivias gerunt, quas obiter modo tangemus. Sic vero & levioris ingenii hominibus diſplicuiſſe tamen omnibus hos ait Eutropii conatus.

359. IN PECTORE.] Obſcœniſſime dictum. Vt Auctor Priapæorum.

Ad coſtam tibi ſeptimam recondam.

Martialis;

Et prurit uſque ad Vmbilicum.

Juvenalis.

agere intra viſcera
Legitimum, atq; illic heſterna occurrere cœna

359. MAGNVM.] PLautus Caſina.

ita quicquid erat grande erat.

Catullus: *Tota iſta trabe*, Priap. XI. *conto pedali trajectus.* Petronius de illo laborioſo Aſcylto. & de Polyæno ſe.

360. NOVA.] Inſtar libidinoſiſſimarum mulierum, quarum Cleopatra in fictitiis Epiſtolis centum ex viros una nocte tuliſſe dicitur.

360. GRANDIA.] Seſquipedali ſuo notus Martialis.

361. DEGVSTAT.] τῦ σώματος ἐπιτάγματα αἴσχιστα, ἢ ἀσχεγίας καταπλύσεις λέγει, ut Lucianus Pſeudologiſta vocat.

362. TIMET.] Non timet quia cupit. Vt fures apud cuſtodem hortorum Lampſacenum.

362. A TERGO.] Nefarie. Tale Diogenis Cynici in dormitantem de Homero tranſſumtum ſcomma.

Μή τίς σοι εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

362. UNDIQUE.] Ne quid inexpertum fruſtra moriturus relinquat, ut de paris flagitioſitatis muliere Auſonius ſcribit.

362. CURIS.] Amoribus, frequentiſſimo uſu Poetarum Tibullus lib. II.

Illa mihi referat; ſi noſtri mutua cura
eſt,
An minor, an toto pectore deciderim.

Idem, Libro III.

Quamvis nulla mei ſupereſt tibi Cura,
Neæra;
Sis felix, & ſint candida fata tua.

Propertius, Lib. I.

Hoc moneo, vitato malum, ſua quemque
moretur
Cura, nec adſueto mutet amore locum.

Idem, Libro III.

Creſcit enim adſiduo ſpectando Cura
puellam,
Ipſe alimenta ſibi maxima præbet Amor.

Virgilius, Ecloga Decima.

tua Cura, Lycoris
Perque nives alium perque horrida caſtra ſecuta eſt.

363. PATET.] Turpiſſimum. Horat. Epod.

363. FACILIS.] Ad ſceleſtam nequitiam. Horatius: *parabilem amo Venerem, facilemq;.* Catullus Feſcenninis:

Non facilis nobis, æquales palma parata
eſt,

Tibullus Libro Primo.

Sed me quod facilis tenero ſum ſemper Amori,
Ipſa Venus campos ducet in Elyſios.

Propertius, Lib. II.

Laudatur faciles inter Hamadryadas,

Apud eumdem Cynthia.

Non ego tam facilis, ſat erit mihi cognitus unus

363. MOVERI.] Etiam hoc ſceleſtum. Alciphron Epiſtolis. Lucilius fragmentis Satir. Martialis, &c. Reliqua ſunt enim obſcœniſſima, enarrare non ſinit pudor.

365. NIL NEGAT.] Martialis.

Negare

460

Negare juſſi, pernegare non ..

365. NON POSCENTIBVS OFFERT.] Ovidius.

caſta eſt quem nemo rogavit.

Poſcere flagitioſe accipitur à Lucilio, libro XXIX.

366. TRADIT.] Dare inter Veneris vocabula, Martialis ſæpius. Jocus eodem pertinet Ciceronis in Cæſarem.

366. FRVENDVM.] Hæc vox ad Amoris effectum pertinet, quo frui ætatula, frui Temporis ſui jucundiſſima parte, frui conjunctis votis ſuis miſeri & ærumnoſi Gentiles, clauſi lumen mentis, opinabantur. Petronius: *fruorque votis uſque ad invidiam felicibus.* Heſychius Illuſtrius:

ὅπως αὐταῖς χρῶτο ἀεὶ νεαζούσαις.

Lucretius, Libro IV.

Denique cum, membris collatis, flore fruuntur
Aetatis

Tibullus:

Omnia perſolvi, fruitur nunc alter Amore.

Propertius, lib. II.

fruar, ô, ſolus Amore meo.

Lucanus in Catalogo Heroidum, citante Lutatio.

Thebais Alcmene, quam cum frueretur Olympi
Rector, Luciferum ter juſſerat Heſperon ire.

367. MANUS.] Hæc quoque vox αἰσχρῶν quid denotat. Vide Grutero obſervata ad Plauti Pſeudolum, in Collectaneis Friderici Taubmanni.

367. COMMUNITER.] Proſtitutum hominem dicit, Antiſthenes Philoſophus rogatus cur uxorem non duceret, quia, ait, nolo in formoſa κοινὴν, in deformi, ποινὴν, quod alteri tribuitur ab Ariſtone in Stobæi Sermone LXV.

368. OFFICIO.] Hoc quoque turpe. Petronius: *conſurreximus ad officium nuptiale.* Ovidius, lib. III. Amotum. El. VI.

Ter Libas officio continuata meo eſt.

Fungi, eſt pati, Lucretianum. *Pati* vero αἰσχρῶν etiam apud Lactantium, Libro V. capite VIII.

369. GAVDETQVE.] Gaudia ſunt quæ propinat Amor effectu. Horatius, lib. II. Od. VI.

Mox juniores quærit adulteros.
Inter mariti vina, nec eligit
Cui donet inpermiſſa raptim
Gaudia

Gaudium extorquere. Petronius. Propertius.

Quanta ego præterita collegi gaudia nocte.

Ovidius, lib. VII. Metamorph.

quoties ego dixerit uni
Servor, ubicunque eſt, uni mea gaudia ſervo.

Idem, Libro IV.

Vixque moram patitur, vix jam ſua gaudia differt.

Idem Ibidem.

Perſtat Athlantiades, ſperataque gaudia Nympha
Denegat

Idem, lib. VI de Tereo:

Exſultatque, & vix animo ſua gaudia differt.

Lucretius, Libro V.

Fœminaque ut maribus conjungi poſſit, habere
Mutua, queis nectunt ſe inter ſe gaudia uterque.

Ita ſcribendum apud eum locum. Calpurnius Ecloga I.

Dum negat amplexus nocturnaque gaudia nobis.

Nemeſianus, Ecloga II.

Venerisque imbutus uterque
Tum primum, dulci carpebant gaudia furto.

Fffffff 2 Idem,

Idem, Ecloga IV.

Perferat & faſtus, ſic olim gaudia ſumet.

373. ETIAM.] Poſt tot mala monſtra edomita. Noti tyranni à Theodoſio debellati, notus & Rufini furor.

373. NOSTRA DIGNABIMVR IRA.] Velut inferior ſit motu ejus. Vt pari te loquitur Symmachus. Symmachus, libro IX. Epiſtola CV. Sic in Gildone alibi.

375. RAPIT.] Celeritatem ſummam hæc vox infert. Martialis.

Parcius utaris, moneo, rapiente veredo.

377. RECTORIS SUI.] Stiliconem dicit. Quæ de his populis ſcribit, ad veritatem exigere voluit olim Franciſcus Irenicus, qui Exegeſes Rerum Germanicarum commentatus eſt. De Caucis & Suevis omnia ſunt vulgata novum ſcripſiſſe nihil ſit.

381. HIS TRIBUIT REGES.] Optimè ita Scaliger. Vulgo perperam iterant vocem *leges*. Et apertiſſime ita Codex Noſter, Bentino Collati, Tres Belgæ. Errant Aldus & Camers.

382. DETONSA SICAMBRIA.] In ſignum victoriæ Romanæ. Nam Sicambri alioquin magni æſtimabant comati eſſe. Sidonius libro VIII Epiſtola IX.

Sic tonſo occipiti ſenex Sicamber
Poſtquam victus es, elicis retrorſum
Cervicem ad veterem novos capillos.

Vide doctiſſimum Savaronium ad librum II. Epiſt. II. Ejuſdem. *Eſt & detonderi aliis ignominia*, de quo viſe Pogoniam Anton. Hotomani, cap. XIII.

384. LÆTA SUBIT ROMAM PIETAS.] Adſpectu unicæ ſuæ Curæ Honorii, ſub præſidio Stiliconis. Virgilius,

Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

384. GAUDIA PENE MOVERUNT LACRYMAS.] Exempla ad Bellum Geticum.

385. DEFENSANTE.] Per intervalla, non enim adhuc eſt firma defenſio. Male Libri qui mutant hanc ſcripturam.

388. DOMINUMQUE FERARUM.] Leoni enim in has dominium adſcribitur. Oppianus III. Cynegeticorum.

Δώρησεν μετόπισθε Διὸς μέγα καρτερὸν υἱὸς
Θηρσὶν ἀγραύλοις

De iiſdem illis Philes.

Θηρῶν δὲ βασιλεὺς ὁ θρασὺς ἄναξ λέων,
ᾧ τὴν δὲ φύσιν μαρτυρεῖ μοναρχίαν,
καὶ στέρνα καὶ γόνατα καὶ σφυρῶν βάσεις.

390. NEBVLAM.] Qua tecta erat, ut Dea. Dii enim nebulis & nubibus amicti inducebantur, Horatius:

Nube candenteis humeros amictus
Augur Apollo.

Sic Heſiodus. Homerus, alii.

390. INGENS.] Vt maxima erat. Majus hoc eſt quam ſi maximam dixiſſet. Lucretius.

Maxima quæ vidit quiſque, hæc ingentia fingit.

392. LONGINQUA.] Non de longinquo accerſenda. Omnia hæc facinora Stiliconis ſuperioribus libris non ſemel recenſuit, & illuſtrarunt dudum doctiſſimi Originum, Chronicorum, Annalium, Conditores.

398. TOTO CORPORE.] Gloriatur hoc fieri jam in Pæane Gildonico.

399. 400. GILDONIS TACEO.] Ergo jam victo Gildone ſcripti hi libri. Quem tamen ab Eutropio inſtigatum apertè ſcribit Zoſimus. Itaque ambo (& tertius) hi libri ſcripti jam poſt dejectum Eutropium.

400. RECEPTAM PERFIDIAM.] Ultam, dejectam. Mira locutio. Sic in Laudibus Serenæ, v. CVI.

ſublimis adoptat
Te patruus, magniq́ animo ſolatia luctus
Reſtituens, propius, quam ſi genuiſſet, amavit.

Hoc eſt luctu domito per hæc ſolatia. Sic *receptam* à Rege Tarquinio Romam dicit Manilius, pro ſubacta, lib. I.

Romamq́ Camillus
Servando poſuit, Brutusq́ à Rege recepta
Conditor.

400. EOO ROBORE.] Quia Arcadij iſlam partibus adſcribere Eutropius volebat, vt bellum inter fratres ſereret: id quod metu Stiliconis ſolum adactus concupivit, ne ab eo puniretur ob turbatas res.

402. VEL SOCERI.] Vide Adverſariorum Libros

404. RHODANI.] Annona Gallica III. Stilicon. CCCXCIII.

405. CYNIFIIS] Africanis Notavi ſuprà.

410. TABRACA] Ad quam perijt Gildo. Noſter I. Stilicon. CCCLIX. & alijs locis, etiam præfatione libri ſequentis

Inclyta captivo memoratur Tabraca Mauro.
Naufragio Cyprus ſit memoranda tuo

Hi autem Tres libri, (utiq; enim tot fuerunt velut de re præſente in ſcena loquuntur [illegible] ſine ſunt ſcripti, vt totam Eutropii H[illegible] deducerent; ſine nunc no[illegible] Q[illegible] primus liber de honore, ſ[illegible] de rejectione loquitur, Tertius pœna[illegible] b[illegible] onſtri, & Laudem vltoris. Suntque un[illegible] tempore ſcripti.

415. ARSACIO.] Parthorum mores dicit corrupiſſe Romanam gravitatem. Juvenalis eleganter.

Iampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes.

Malum autem invectum ait à Principum luxu. Eunuchorum in aula Romana ſusceptio longè Orientis Imperio prior eſt, & diu antè tempora Conſtantini Perſarum hac in parte luxus obtinuit.

417. VESTIQUE.] Curam veſtium regiorum Eunuchis datam ex Corippo ſuprà notatum. Veſtiarij, Veſtiſpices, noti in familiitijs Procerum.

418. ADHIBERE SILENTIA SOMNO.] Exemplum ille in Eunucho Terentij, hunc in finem emtus, & virgini cuſtodiendæ traditus. Silentiarium, locus peculiaris Palatij Imperatorij, & ſilentiarij, milites, Cuſtodes Quieris Auguſtæ. Vide Collectanea Cæſaris Bulengeri de Imperatore Romano, lib. III. cap. XXIII. Corrupta autem hoc loco reſtant quædam. Claverij Codices.

ſacroq́ adhibere ſilentia ſomno:
Militia Eunuchi numquam progreſſa cubile;
Non vitâ ſpondente fides ſed inertia tantùm
Mentis pignus erat; ſecreta monilia ſervent, &c.

In Noſtro invenio. *ſomno.*

Militia Eunuchi numquam tranſgreſſa cubile,
Non vita ſplendente fidem, ſed inertia tantum
Mentis pignus erat.

Belgæ omnes nihil mutant à lectione Scaligeri, niſi quod cũ Delriano aliquo *inertia tutum* Legunt. Quibus aſſentitur Benrino collatum exemplar. Aldi & Camertis Codices nihil ab ejusdem Scaligeri ſcriptura recedunt. Mihi Claudianus reliquiſſe videbatur.

Præfecti ſed adhuc gemmis, veſtique dabantur
Cuſtodes: ſacroq́ adhibere ſilentia ſomno:
Militia Eunuchi numquam progreſſa cubili,
Non, vita ſplendente fides, ſed inertia tutum
Mentis pignus erat

Militia, quodvis munus eſt, præcipuè in Aula: Ubi Imperator habet titulum ipſemet olim militarem. Vide notata doctiſſimo Scholiaſtæ

 Sym-

Symmachi, libro X. Epiſtolâ LVI. Militiam itaq; ſeu officium militum Eunuchorum numquam progreſſum cubili aic, hoc eſt totam fuiſſe in Cubiculo principis curando inſumtam. Hæc enim cura Eunuchorum erat. Et ita Narſen contemnebant Franci apud Agathiam libro I.

θαυμάζειν ἔφασαν τῶν γότθων εἰ μάλα οὕτω πεφρίκασιν ἀνδράριον θαλαμηπόλον σκιατραφές τε καὶ ἁβροδίαιτον, καὶ πόῤῥω τοῦ ἀῤῥενωποῦ τεταγμένον. Corippus, lib. III.

Illis ſumma fides & plena licentia ſacris
Deſervire toris, atque aurea fulcra parare,
Conſervare domum, ſanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, veſtesq; parare.

Appulejus lib. VIII. Et *in aliis magnatum domibus adhibitos* ei rei ſpadones memorat: *qualis ille, quamq; præclarus apparatus, Quattuor Eunuchi confeſtim pulvillis compluribus, ventosè tumentibus, pluma delicata, terreſtre nobis cubitum præparant, ſed & ſtragula veſte, auro ac murice Tyrio depicta, probè conſternunt.* Quæ loca noſtro illuſtrando contuliſſe video & Laurentium Pignorium eleganti de Servis Commentario Herico Altiſſiodorenſis, Libro VI. de Laudibus B. Germani.

Regalis princeps hac tempeſtate cubilis,
Et ſervator opum perhibetur forte fuiſſe
Accolius, claro famoſus nomine, Spado.

Noſter ſuprà verſu XCIX. hujus Libri.

Et Eutropij hoc ipſum erat munus, Præfectura nimirum Cubiculi Auguſti. Zoſimus, lib. V.

Εὐτρόπιος δὲ παρέσωσ, ἐπειδάν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν πάντων τῶν βασιλικῶν εἶχε κοιτώνων, τῆς πάσης ψήφου κύριος ἦν.

Progreſſa cubili, eleganter dictum, velut affigentis cubilibus omnem vſum Eunuchorum. *Progredi cubile* ſcriptum puto Poetæ primirus fuiſſe, quod valet *egredi*, unde nata ſit anſa turbandi loci. Sic Papinius lib. 3. v. 600. de Capaneo. Ipſe manu progreſſus avorum Facta. Ambroſius lib. I. Officiorum cap. XIIX. *ne modum progrediaris loquendi.* Paullinus Petrocorius lib. V. de vit. Martini: *quoties propria progreſſus limina cellæ Eminus amotam greſſus moviſſet ad urbem.* Joannes Caſſianus lib. III. Inſtitut. cap. IV. *vel cellas progredi, vel de ſuis ſtratis conſurgere ante horam tertiam nulla neceſſitas invitaret.* Ita ibi optimi libri. & male mutare vult interpres. Idem lib. IV. c. X. *abſque præpoſiti ſui ſcientia non audeant cellam progredi.* De cætero ait nec tantam etiam hactenus Eunuchorum fuiſſe exiſtimationē, vt ullo pacto in vita fides, auri in honore vllo fidelitas eorum, vel in officio requireretur opera; ſed eos neglectiſſimè habitos, ut à quib. omninò metuendum nihil fuerit, propter inertiam & mollitiam, quæ cubilibus eviratos affigebant. Tutum mentis *pignus inertia non enim* poterant quicquam moliri nec ad vitam ſplendentem eniti, ab omnibus contemti, & ipſi neceſſario eniti, Mentis pignus dicit fidelitatem Eunucho debitam, quo nomine laudantur à Xenophonte Cyripædia VII. Et Herodoto lib. VIII.

422. A FRONTE RECEDANT.] A Gubernaculo, prora. Prora enim dicitur Frons, hominis ea pars, vultus puta, corporis ceu proram facit, cum nihil ſit frequentius quam res navigiorum Curis Imperij adſimilare. & ſic noſter infra hoc loco. Scholiaſtes Aeſchyli in ſeptem Thebanos.

τὸ καλλίπρωρον καὶ τὸ εὐειδὲς τὸ τὴν πρώραν ἐπανθοῦσαν ἔχον τοῖς κάλλεσι. τοῦτο δὲ τροπικὸν ἀπὸ τῆς νεώς. ὥσπερ γὰρ ἡ πρώρα ταύτης, θεωρία τις καὶ ἄποψις ἐγχειρεῖ τῶν πόῤῥωθεν, καὶ ὅλον δι' αὐτῆς τὸ μακρόθεν διαγινώσκεται, οὕτω καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος πρώρα ἐστι. φαίνεται, καὶ προορᾶται γὰρ ἐμφανῶς ἅπασι, καὶ ἐκφαίνεται μάλιστα τῶν ἄλλων μερῶν.

Horſum ergo reſpexerit Claudianus.

423. TENERO.] Muliebri, & curis muliebribus deſtinato.

424. PUBLICA MAJESTAS] Auctoritas Gubernandæ Reipublicæ. Eſt in voce *Majeſtatis* vltrà humanam communem ſortem aliquid, paullò appellatione divinitatis inferius, vt cum de Tiberio ambitioſiſſimo principe dicit Phædrus *tanti majeſtas Ducis.* Prudentius Apotheoſi, de primo Divinitatis ambitu apud Reges.

> *Regia tunc omnis vim Majeſtatis, & omnis*
> *(Parva licet) cæli imperium retinere poteſtas*
> *Credita, thure etiam ducibus, parvoque ſacello,*
> *Impertitus honos.*

Sic *Majeſtas Imperii* & apud Vitruvium, Procemio.

426. NOS ADEO SPERNI FACILES.] Indignationis formula à contemtu. Valerius Flaccus, libro I. Argonaut.

> *Hàccine nos, animæ faciles, rate, nubila contrà*
> *Mittimur?*

428. ADSUETAS SCEPTRIS MULIEBRIBUS.] Jam inde à tempore Semiramidis Reginæ. Arrianus lib. I. Anabaſeos.

νενομισμένον ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔτι ἀπὸ Σεμιράμεως ϗ γυναῖκας ἄρχειν ἀνδρῶν.

Mollitiem regionum notat. Lucanus lib. I. *Quicquid in Eoos tractus, mundique teporem labitur; emollit gentes clementia cœli.* Noſter IV. Conſ.

429. URUNT.] Velut Stigmatis mollitudinum.

434. FAMÆ CONTEMTOR ORONTES.] Fluvio Syriæ Syram luxuriem & mollitiem notat, ut Juvenalis verſu ſuprà adſcripto. Antiochenſium, Syrorum, Aſſyriorum, Aegyptiorum, deniq; omnem Aſiaticam luxuriem & effœminatos mores notare hujus loci non eſt, ſunt enim omnibus modis teſtatiſſimi. In Orontis accolas ſcriptus Miſopogon Juliani Cæſaris. Orontem ipſum depictū lege in Hiſtoria Hieroſolymitana Gulielmi Tyrij nuper nobis recenſita.

436. NUMQUAM POSCENTIBUS] Ait ſola virtute eos Conſulatui datos, & nolentes ei dignitati illatos. Conſulatus alioquin ea ratio, id æſtimium, vt invitis velut ſolis acceſſerit, vt auctor eſt Caſſiodorus. Heroum Eunuchorumque ſequentium res & nomina notiſſima.

441. DEDERE POENÆ.] Caſtrare. Per Eunuchiſmum igitur, ait, veniendum eſt ad honores, & paterno amori honorum ſpes præponenda, ut conſilio & voluntate, (ambitione vero potius) parentum caſtrentur liberi. Doctè dixit *dedere pœnæ*: cum ab Eunuchiſmo nulla ſit redemtio. Quo pacto *ſervos Pœnæ* dicunt Jureconſulti deditos tormentis; quam locutionem induſtruosè alibi enarravimus.

440. CIVEM PRÆPONERE PATRI.] Exſuere affectum paternum, ob filium admovendum gubernandæ Reipublicæ per caſtrationem. Multos ſe huic generi pœnæ dediſſe regnante Eutropio ex Suida ſuprà propoſuimus.

448. EUTROPIO FASCES.] Paria ſunt apud noſtrum Bello Gildonico, à v. XC. & Auctorem Epiſtolæ ad Octavium, non quidem Ciceronem, nec tamen Petrarcham etiam, ſed vtiq; ludentem aliquem meliorem temporū. Nā quod manu ejus viri is libellus deſcriptus fuerit inventus, mihi quidem non eſt ſatis argumenti unde concludatur auctoris eſſe non alterius; cum memoriam ſuggerentem habeam integra ſcriptorum indubitabilium volumina laudari à viris ſuperiorum temporum doctiſſimis quæ idem Petrarcha ſua manu deſcripſerit, inter quæ eſt Coryphæus Latinæ tum Græcæq; doctrinæ, Angelus Politianus.

452. ANIMOSAQVE PAUPERIS UMBRA FABRITII.] Animoſum vocat Fabritium contemtu divitiarum, quæ res virtutem eam conficere credebatur Antiquis Sapientibus, quæ proximos faceret divinitati. Virgil.

> *Aude, hoſpes, contemnere opes, & te quoq; dignum*
> *Finge Deo*

Sic

Sic Animoſitatem, hoc eſt animi ſummam & inturbabilem Excellentiam, in hoc homine, ſtudio paupere, doctiſſimus vates agnoſcit. Seneca, Epiſtola CXX *ejusdem animi fuit auro non vinci, veneno non Vincere.* Sidonius.

ſic, Pyrrhe, videbas
Fabritium, ingeſtas animo cum divite fugit
Pauper opes.

Fortitudo enim non in robore ſolo, ſed & in Sapientia eſt, quæ eſt iſta vera animoſitas. Amalarius Fortunatus Libro de Ordine Antiphoniarum: *Nam & ſapiens vir fortis dicitur. Vnde Horatius Poeta: Fortis, & in ſeipſo totus teres atq; rotundus.* Sic Magnanimitas & Animoſitas in contemtu eſt Honorum, Plinius Panegyrico: *Tuam verò magnanimitatem, an modeſtiam, an benignitatem prius mirer? Magnanimitas fuit expetito ſemper honore abſtinere, modeſtia cedere, benignitas per alios frui.* Et animoſitas eſt Paupertatis in paupertate Victoria. Auguſtinus, Confeſſionum libr. II. capite III. *Longinquioris apud Carthaginem peregrinationis mihi ſumtus præparabantur, animoſitate magis quam opibus Patris, municipis Thagaſtenſis, admodũ tenuis.* *Animoſus* contemtor pecuniæ. Tacitus Hiſtor. I. de Othone: *adeo animoſus corruptor ut Cocceio Proculo Speculatori de parte finium cum vicino ambigenti univerſum vicini agrum ſua pecunia emtum dono dederit.* Fabritius ſanè Fortitudinis laudem hinc ſibi peperit perpetuam. Lactantius, lib. VI. cap. VI. Ex Cicerone: *At cum Fabritius Fortis, aut Ariſtides Iuſtus, nominantur, aut ab illo fortitudinis, aut ab hoc juſtitiæ, tamquam à Sapiente petitur exemplum.* Sic in aliis contemtus opum laudatur Animoſitatis titulo. Livius lib. XXVII. *Triginta millia ſervilium capitum dicuntur capta, argenti vis ingens facti, ſignatiq; auri LXXXIII. millia pondo: ſigna Tabulæq; ut Syracuſarum ornamenta æquaverint. Sed & majore animo generis ejus præda abſtinuit Fabius, quã Marcellus.* Baſilius Imperator ad Filium cap. XXIV. *Excelſum atq; invictum principis animum non adeo magnitudo dignitatis oſtendit, quam pecuniæ contemtus, in eo enim generoſitas animæ ejus maximè eluceſcit: pecuniæ autem contemtus non in eo cernitur, cum in ſaccos inutiliter congeritur & reconditur, ſed cum largè & copiosè in uſus neceſſarios expenditur.* Heliodori & Suetonii loca paria indicantia, dedimus aliis Commentationibus.

459. EUTROPIUM PASSURE.] Sub eo pariture Imperio. *Pati* ita eleganter plurimi ſcriptores uſurpant, ut eo per viam velut indicetur voluntas, ut loquebantur veteres, ejus qui præſens Imperium & ſervitium tolerabat. Seneca Thyeſte: *Immane regnum eſt poſſe ſine regno pati.* Cui verſui explicatio petenda de non uno loco Adverſariorum noſtrorum. Noſter de Inſulis Symplegadibus, Bello Getico:

Arte viri domitæ Symplegades, & nova paſſæ
Iura ſoli

IVto Conſulatu Honorii, de partibus animæ humanæ.

Illas inferius collo, præceptaq; ſumme
Paſſuras dominæ, digna ſtatione locavit.

Auſonius Panegyrico Conſulari: *Conſul ego, Imperator Auguſte, munere tuo, non paſſus ſepta, neq; campum, non ſuffragia, non puncta, non loculos; qui non prenſaverim manus.* Claudianus Præfatione libri ſequentis.

Et ſolitos duræ paſſurus compedis orbes,
In dominos vanas luget abiſſe minas.

PLura ex Curtii lib. IV. Nemeſiano, Sabino, Gratio, alibi.

459. TENEBRIS.] Ex regno inferorum, ex orco tenebroſo. Sic *Caligantes thalamos* dicit Proſerpinæ in I. de Raptu. Sic & in ſacroſancto Evangelio poteſtas Mortis æternæ *Regnum* dicitur *tenebrarum.*

459. PARVO SEPULCRO.] Cato nobilis tenuitate ſepulcri. Varro, Atacinus, puto, apud veterem expoſitorem Perſii

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,
Pompeius nullo: Credimus eſſe Deos?

459. EUTROPIUM PASSURE CATO.]

Cato-

Catonis obſequium pro re maxima & incredibili. Papinius. *te ſigna ferente*

Et minor in Leges iret gener, & Cato caſtris.

Noſter alibi de pręſtantia virtutum Stiliconis, *tibi*, ait,

ipſi cuperent ſervire Catones.

462. AMBIGUI MARES.] Habent enim membra horum, & formam, licet non integrè, carent tamen effectu.

463. FLABELLA.] Quibus ventilabant ſomnum puellarum. Terentius Eunucho, Noſter ſuprà, v. CIX.

464. UMBRACULA.] Defendendo ſoli. IV. Conſulatu.

neu defenſura calorem

Aurea ſubmoveant rapidos umbracula Soles.

465. SECURES.] Conſularem dignitatem, faſcibus & ſecuribus ſtipatã ad coercitionem & Pœnam. Caſſiodorus, lib VI Epiſt. I illigatas eas ſecures fuiſſe ideo memorat, ut, dum ſolverentur, haberet ſpatium ſuper mandato ſuo deliberandi Conſul Romanus.

466. FOEMINEAS LATEBRAS.] In cubiculis principum & divitum, vbi hactenus fuiſtis ab omnib. deſpectui & opprobrio habiti.

467. ALTER QUOS PEPULIT SEXUS NEC SUSCIPIT ALTER.] Ovidius.

Hei mihi quod Dominam nec vir nec fœmina ſervas

Alexander Severus Imperator tertium hominum genus appellabat Eunuchos, nec in vſu habendum viris, imò vix nobilioribus fœminarum, teſte Lampridio. Lucianus.

οὔτε ἄνδρα, οὔτε γυναῖκα εἶναι τὸν εὐνοῦχον λέγοντες, ἀλλά τι σύνθετον καὶ μικτὸν καὶ τερατῶδες ἔξω τῆς ἀνθρωπείας φύσεως:

In longiſſimo illo convicio Eunucho à Philoſopho occentato. Prudentius Romano.

Mas eſſe ceſſat ille, nec fit fœmina.

Hinc neutri appellabantur ſequiore ævo Eunuchi, vt Liutprando Legatione Conſtantinopolitana; qui & hominem quendam dixit ſtudio, permiſcens ſexus, vt de reliquiis ſeu ſpecie vtriuſq; nihil illud fiat, quod ingenioſè loquitur Claudianus: *Cujus ſocium & commilitonem cum caperent, qui neutrius erat generis, occidere ſunt dedignati.* Et poſt: *quàm indecorum quamq; contumelioſum ſit, molles, effœminatos, manicatos, tiaratos, teriſtratos, mendaces, neutros, deſides, purpuratos incedere; Heroas verò, viros fortes, ſcientes bellum, virtutibus plenos, Deo ſubditos, non.* Hos & *Neutrones* vulgo nominabant. Iſidorus Gloſſis: *Nitella, neutrones, parunitores, deminuti.* Quæ monſtra alibi caſtigamus.

468. EXSECTI VENERIS STIMULOS.] Effectum quidem certè, ſed nequaquam ſtimulos. Vide ad verſum LXXXVII. lib. ſequẽtis. Adeo quidem vt Eunuchum in concubitu apud pellicem Regiam deprehenſum Apollonio fuiſſe tum ibi degente, ſcribat Philoſtratus, lib. I. Et B. Auguſtinus Calligonũ memorat talis facinoris gratia, Eunuchum Valentiniani, meretricis ipſius confeſſione convictũ, capite pœnas luiſſe, Libro VI. Contrà Julianum, cap XIV.

470. NIL MEDIUM.] Eruditiſſimè dictũ. Omnino enim nec vir erat, nec puer, nec tamẽ quicquam etiam medium, cum non ſit tale aliquid. Sic Luitprandus, Prudentium ſecutus, de ſexu loquitur eorumdem hominum; *cui exercitui, ut puto, ad contumeliam veſtram, hominem quandam, ſed quandam eò dixi, quia mas eſſe deſiit, mulier fieri nequit, prapoſuit.* Herodotus lib. VIII. vbi Hermotimus exſectus, Caſtratorem ſuum viciſſim caſtrandũ alloquitur.

ὦ πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιστα ἀνοσιωτάτων τὸν βίον κτησάμενε τί σε ἐγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς ἢ τῶν ἐμῶν τίς σε προγόνων ἐργάσατο, ἢ σὲ ἢ τῶν σῶν τινα, ὅτι με ἀντ᾽ ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μηδὲν εἶναι.

Hoc eſt caſtraveris, & eo redegeris quęſtus tui turpiſſima cauſſa, ut jam nihil ſim. Sic ſæpius aliarum rerum in nihili vſu ludum fecit Antiquorum ingenioſitas. Vetus eſt, *Nihil agendo homines malè agere diſcere.* Quod ex eodem hoc acumine capiendum erit. Petronius.

 ne vi-

ne videremur nihil agere. Nihil enim agi non poteſt, cum nihil ſit, nec ſit quicquam vt agi poſſit. Arnobius lib. VI. *uni tantummodo exaudisi abeant ſoli, nihil egerint cæteri.* Auſonius ad Symmachum, Idyll. X. *Miſi itaq; ad te frivola gerris Siculis vaniora, ut, cum agas nihil, hæc legas, & ne nihil agas, defendas.* Eleganter in hoc eodem ludicro alibi Salvianus, & apud Cælium Aurelianum & PLinium Cæcilium non diſſimilia leguntur.

474. PILENTA.] Currus quibus per urbem matronæ Sacerdotes, Novæ Nuptæ, &c. vehebantur, Noſter Nuptijs Honorij

pilentaq; ſacram
Præradiant ductura nurum

Virgil. lib. VIII *caſtæ ducebant ſacra per urbem*
Pilentis, matres, in mollibus

Vide Servium & Feſtum.

477. CANICIES.] Veneranda antiquitas. Sic de Legibi alibi.

priſcamq; reſumunt
Canitiem Leges, emendanturq; vetuſta,
Acceduntq; nova.

478. ARINTHEI FASTUS.] Hoc eſt Cõſulares faſtos Nam Arintheus iſte Conſul fuit, qui idem in juventute ſervum habuit Eutropium. Non ſatis aſſecutus eſt locum iſtum eruditiſſimus Delrius, dum exponit idẽ nomen Eutropij in catalogo ſervorum Arinthei & Conſularibus Faſtis legi: ſententia genuina eſt, quã viderunt quoq; Cujacius & Claverius, Arinthei Domini, & Eutropij, ejus quondam mancipij nomina in iiſdem faſtis conſpici. Arintheus iſte Conſulatum geſſit cum Modeſto, ſub Valentiniano, ut Caſſiodorus & alij teſtãtur. Quare perſpicua eſt ſententia cum ait:

dominoq; ſuo æqualis
honores Inferet

Faſtos habẽt Libri Scripti pleriq;, vt & Noſter. Cujacius tamẽ maluit ſui Codicis Lectionem Agrætij & Lucani teſtimonijs confirmatam. Vide ad Epiſtolam Quartam Noſtri. Et eſt tantundem.

485. CONSULIS UNIUS,]Pompei. Vide Lucanum lib. VIII.

483. NOSTRÆ CAUSSÆ]Omnis enim Romana majeſtas vertitur in hoc tam propudioſo facinore.

486. REGALES NOTAS.] Dedecus Imperatoris Arcadij, cujus aula & univerſum Imperium Orientis regit iſte, inquit, evitatus fuiſſet.

487. ACCIPIT UNUM AULA.]Conſules enim fiunt quandoq;, ait. Principes Et ſanè fuit etiam in his mira Dominorum ambitio. Vide doctiſſimas Jacobi Sirmondi Commentationes ad Sidonium.

488 IN CRIMEN EUNTIBUS ANNIS.] Omnes enim maculabuntur hoc iam propudioſo exemplo, niſi tu ſuccidas perniciem Similè Pan. Mallij *naſcentis ibant in ſecula Libri.* Ubi multa.

489. CONTAGIA.] Nam & alij hoc genus egregij Conſules cupient venire in Titulos annorum. Sic Eutropiũ poſt ponit Eunuchis pœnale exemplũ inconceſſæ ambitionis.

Quinquam adhuc ſimiles Eunuchus tendit ad actus,
Reſpiciens Cyprum deſinat eſſe ferox.

490. DEFENDAS.] Arceas. B. Hieronymus Epiſt. ad Magnum: *Iuſtinus Philoſophus Antonino Pio & filijs eius, Senatuiq; librum contrà Gentiles tradidit, defendens ignominiam crucis.*

462. OMNE QUOD AMBIT OCEANUS.]Ambitio Romana.

493. CALCARI.]Sperni, projectui haberi Ammianus libro XXVII. *Sapor calcatã fide ſub Ioviano pactorum.* D. Hieron. Vita Hilarionis: *ego nihil ita ſtupeo quam gloriam illum & honorem calcare potuiſſe.*

494. MOLLIBVS AVSPICIIS.] Ductu Eunuchorum *bella feramus* habent nonnul i libri interq; eos Cujaciani. Ferebãt ſanè potius tum bella quam gerebant Romani Duces, ex priſca tamen Ambitione & Virtute locutus eſt Claudianus, & placet potius illud alterum Scaligero receptum. *Molles*, ſunt Eunuchi, aut turpia patientes, uti ſup. dictũ. Salvian. lib. VII.

abſtulerunt de omni Africa ſordes virorum mollium.

495. PLE.

495. PLENVM.]Maturum,frugibus ad vſum idoneis plenum, gravidum. Ovidius lib. X de Myrrhâ. *(dire*

Plena Patris thalamis procedit, & impia
Semina fert utero.

Sic implere eſt gravidum facere. Ovidius de Peleo & Theride.

ingentiq; implet Achille.

Tertull. Exhortatione ad Caſtitatem, c. XII. *Quid ergo facies ſi uxorem de tua conſcientia impleveris?*

499. AMAZONIO RITV.] Promiſcuè mulieribus viris dominantibus.

500. DVM PVDET.] Paria de Gildone & Honorio, Bello Gild.

decurret Honorius inde
Hinc Gildo?

508. CONSCIA TERGA.[Quia videlicet μάλιστα τὸ τῶν δούλων γένος ἐν οἷς ἂν φοβηθῇ σφόδρα δειλόν ἐστιν. ait Achilles Tatius, lib. VII. De ijsdem Salluſtius I. Hiſtor. *abundè libertatem rati quia tergis abſtinetur.*

509. VT SCYTHA.] De Scythis pulcrè poſt alios Nicephorus Gregoras, omnium ſequiorum Græcitatis ſcriptorũ cordatiſſimus. Hiſtoriam iſtam legas apud Juſtinum II. Herodotum Libro IV. &c. Pacati locum notavit Claverius. Alludit hanc Valerius Flaccus, lib. VI. Sindos. ex his ſervis oriundos, deſcribens.

linquitur & mons
Ambenus, & gelidis pollens, Ophiuſa, venenis,
Degeneresq; ruunt Sindi, glomerantque paterno
Crimine nunc etiam metuentes verbera turmas.

Notabilis autem hiſtoria, nec huic non comparanda, paullo ante ævum Claudiani noſtri contigit ſub Conſtantino A. ubi Sarmatæ ſervi, Optato & Paulino Conſulibus, univerſa gens dominos ſuos in Romanas terras expulerunt, vt auctor in Faſtis Hydatius.

512. NOTVS HORROR.]Ab ipſis ſcilicet cunabulis. Flagra enim Pœnæ ſerviles, & pulcrè ad Juſtinum notavit I. Bongarſius.

514. ADDICTVS.] Inepta Lectio. Quid enim hic *addictis negotij?* Ait, etiam in ictum jam adductum enſem torpuiſſe in manibus ſervorum, cum animi ſtrepitu flagrorum percellerentur. Habet τὸ *adductus*, quod omninò Claudiani eſt, Noſter Codex, notavitque in alijs reperiri Camertis diligentia, cum duobus inſuper Belgicis. Noſter vero ſuprà etiam non ineptè præfert.

Attonitam oſtenſis aciem fudere flagellis.

Ut ipſe conſpectus flagrorum eos perculerit. Simile aliquid adducto iſti enſi eſt apud Nicetam Choniatem libro Primo, vbi Euſtharium cum Conſtantino duello congreſſum manum ſæpius ad ictum extuliſſe, quaſi præſtigijs verò perculſum reduxiſſe, memoratur.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI

IN EVTROPIVM LIBRVM SECVNDVM.

Animadverſiones.

QVAM hoc loco litem Delrius conciliare laborat, ea vero tãtis ambagibus verborum opus nõ habet, cum clara ſit res Zoſimi, teſtimonio; qui Eutropiũ cum ſuo ſibi fato nobis paucis verbis lib. V. Hiſtoriæ Novæ ita deſcribit, vt Poeta noſter, Arcadiuſq; Imperator, cum Socrate optimè conveniant, licet hi in Cyprum relegatum eſſe memorent Eutropium, ille autem, Socrates videlicet, extremo ſupplicio affectum, qui ſane per τὴν κεφαλὴν id intelligit quod cõmuniter eo vocabulo cenſetur. Zoſimi verba Latina adſcribam, ob ſententiam: *Hæc maximè*, ait, *Gainem ad turbandam Rempublicam permovebant: quam ad rem cum animo iam paratus eſſet prius Eutropium morte multandum ſtatuit. Itaq; degens adhuc in Phrygiâ mittit ad Arcadium Imp. qui diceret, ſe jam propter inſignem Tribigildi in bellicis rebus ſollertiam animum deſpondiſſe, nec cæteroqui furorem huius ſuſtinere poſſe, vel Aſiam ab urgentibus eam periculis liberari, niſi poſtulatis eius aſſentiri Princeps animum induxiſſet. Poſtulata verò hæc erant, ut malorum omnium maximus auctor, Eutropius, ſibi dederetur, in quem ipſe ſtatueret quicquid vellet. His auditis Arcadius & arceſſit Eutropium, &, abrogata dignitate, dimittit. Eutropius ſe curſu ad Chriſtianorum Eccleſiam confert, quæ ab illo tempore ius aſyli habebat. Quia verò Gaines inſtabat Tribigildum aliter de ſuo quicquam remiſſurum impetu negans, niſi de medio tolleretur Eutropius, etiam contra Legem quâ ius aſyli ſancitum eſt Eccleſiis, hominem abreptum in Cyprum relegant, accurata cuſtodiæ traditum. Vrgente verò Gaine & ad cædem eius Arcadium impellente, tandem illi, qui principis negotia tractabant, Iusiurandum Eutropio præſtitum, quum extraheretur ex Eccleſiâ, per cavillationem eludentes, eum è Cypro revocant, quaſique iuraſſent non ſe morte mulctaturos ipſum quamdiu Conſtantinopoli eſſet, Chalcedonem miſſum interficiunt.* Hoc Catone arbitror Contentos nos pro re præſenti eſſe poſſe, nec vlterius argutã[illegible] habere poſthac cauſſas: Delrio ſanè, qui Zoſimum non viderat, ignoſcimus Lubentes, ingenioq; ejus magnũ Sophos acclamamus. Capitis amiſſionem Civitatis denotari, notiſſimum vel ijs qui juris Romani principia imbiberunt, & notat Conſtantinus

Har-

Harmenopulus,lib.VI. Proch.cap.III. Eoque recte Ciceronis pro Quinctio locum, vulgo difficilem, interpretatur Iacobus Nicolaus Loenſis, vir doctiſſimus.lib.IX.Miſcellan cap. I. Eutropium capite truncatum ſcribit & Suida, verbis ſupra propoſitis: Ita autem non meminit ultimi ſupplicii ejus noſter hoc libro ut ejus narrationem utiq; tertio reſervaverit, ſicut nec de dignitate amiſſa quicquam priore libro memoravit, Hiſtoriam totam videlicet ſuis limitibus circumſcribens, & diſtinctã, ut ſucceſſit, ſecundum tempora, proponens.

V.1. HABENAS.] Imperium, ſub Imperatore. Socordia Principum Univerſum tum Ducibus & Proceribus regebatur, mutuis ſeſe inſidiis evertentium, ut docet fides Hiſtoriarum. His inſeruit ſe male ominatus etiam iſte Eutropius Eunuchus, per Gainem à Stilicone ſubmotus. Ipſe poſt Gaines, uſus parente tempore, mox ſibi vindicare majora voluit. Habenæ notant jus moderandi. Symmachus, lib.VII. Epiſt.L. *Debeo lætitiam confiteri quæ Præfectura habenas ad bonam tranſtulit voluntatem.*

2. PATRITIUS.] Hoc etiam dignitatis ſibi Eutropius adſciverat, Zoſimus, lib.V. ubi finito Conſulatu, dignitatem tamen ejus ambitioſiſſimum nebulonem retinuiſſe ſcribit:

ἀπέκτεινε γὰρ αὐτὸν Gainem *οὐ τὸ παρορᾶσθαι πρὸς τοῦτον ἔχον Εὐτρόπιος, εἰς ἀκρότατον ἥκων ἤδη δυνάμεως, ὥστε καὶ εἰς ὑπάτους ἀναῤῥηθῆναι, καὶ τῷ χρόνῳ φέρεσθαι τὸν τούτον προσηγορίαν, καὶ τιμηθῆναι τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ, ταῦτα μάλιστα τὸν Γαΐνην ἐκίνησεν εἰς τὴν τῶν κοινῶν ἐπανάστασιν.*

Patriciatus dignitas primarius Honoris locus, ad quem per Conſulatum adſcenſus, Caſſiodorus,lib.XI. Epiſtol.II. Zeno Imperator L.III.C.de Coſſ. Lib XII. *nemini ad ſublimem Patriciatus honorem, qui cæteris omnibus anteponitur, aſcendere liceat, niſi prius aut Conſulatus honore potiatur, aut Prætorio præfectura.* Conſtituta dignitas à Conſtantino Magno, auctore Zoſimo, Servata ad ſuprema uſque tempora Francorum Regibus Imperio potitis, titulo hoc gaudentibus; immo tam diu hujus honos conſtitit, ut etiam Germani Principes eo ſint uſi, Otbertus vita Henrici Quarti: *Multis hoc ita factum conſeſſis, Clementem Papam ad Electionem omnium favore conſecratus, Imperator & Patritius factus Romæ ſe per aliquod tempus, dum omnia in ſolidam reformaret concordiam, continuit.* Zoſimi verba ſunt, libro II.

συναιρεθῆναι τούτῳ καὶ Ὀπτάτον παρασκευάσας, ὃς παρὰ Κωνσταντίνου τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ πατρικίου, πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμήν, καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος.

Erat igitur ſummum hoc culmen privator quo per merita virtutum poſſet adſcendere: ob id etiam maxime expetitum, quod non niſi cum Vita hominis finiretur, ut memorat Caſſiodorus: Eumdem ὑπεκκλησιόνα poſteriores Græci appellabant, etiam Spiritualium velut Imperatoris Curatum præfectum. Gregentius CCI.

ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς ἐμπειρέστατον καὶ λογιώτατον θεασάμενος τὸν Ερβάν, ἀνάδοχος αὐτοῦ γενόμενος ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, καὶ Λέοντα μετονομάσας, ἕνα τῆς συγκλήτου αὐτοῦ τοῦτον ἀπέφηνε, ὑπεκκλησιόνα αὐτοῦ ποιήσας, ὃν οἱ Ῥωμαῖοι Πατρίκιον καὶ Κουικλείονα προσαγορεύουσιν.

3. PASSVRVS COMPEDIS ORBES:] Vinctum enim opus ſervile feciſſe Eutropium rumor erat, quem innuit, lib.I. v.XXVII.

4. IN DOMINOS.] Quibus cum infinitis ſerviiſſe, & in eos primos rabiem evomuiſſe, cum ad potentiam devenit, ſupra multis dececimus. Quare vir doctiſſimus qui Notis ad Corippum Imperatorem hic Arcadium

intelligendum pronuntiat, non conſuluerat Claudianum.

5. CULMINE.] Votorum ſuorum ſumma, quæ erat ad ſummum magiſtratum evectio. Sedatus ad Ruritium, Epiſtola Decimatertia, *& vere poſteaquam me præſentia veſtra ſpes fruſtrata eſt, velut de votorum culmine dejectus, & labor qui incubuit, & abſentia domus, & omnia quibus ægritudo decerpta ſpei & anxietas cumulatur, in animum meum pariter convenerunt.* Culmen pro honore, notiſſimum.

6. JAM SATIATA JOCO] Vide ſupra ad Libri I. v. XXIV.

7. MEDITATUR LIGNA SECURI.] Supra lib. I. v. CXXVII. hoc autem viliſſimorum ſervulorum officium. Vt cura omnis lignorum. Theodorus Prodromus.

> καὶ τις μὲν ὀψοπώλιν, ἢ καπηλίδα
> καὶ πατρὸς υἱὸς τυγχάνων ἀνωνύμου,
> τυχὸν ξύλων ἄρχοντος, ἢ ξύλων πράτου,
> ἢ τῶν ὅσα πέρανο, καὶ τελωβάλου,
> Ἀγροῖκος ἀνὴρ, καὶ προσῆκον βλαυτίῳ
> σκαπτᾶ ἕως πρόσωπον ἀγχίστην φέρων
> Αἴδεις εἰς πᾶν τῶν καλῶν καὶ τιμίων,
> &c.

9. ILLICITAS CONSUL.] Vera utiq; ſcriptura. Et errat prolixe vir doctiſſimus qui aliter ad Quintum Calabrum citat. Conſul enim ubi ſacroſanctus, niſi finito aut abdicato, abrogatove, magiſtratu, non ſuberat ſupplicio. Hunc autem ſumma acrimonia & ingenioſitate, Conſulem ſe Conſule pœnas dediſſe ait, videlicet utcunque etiam ei dignitati admotus, tamen non ejus erat capax ullo modo, ob crimina, conditionem, & Eunuchiſmum, omnibus virilibus officiis ineptiſſimus. Simillimum eſt quod in Caninium Revilium jocarus eſt, Vrbanitatis pater, Cicero poſſe quæri quo Conſule Conſul fuerit. Macrobius lib. II. Saturnal. cap. III. *Caninius Revilius qui uno die Conſul fuit, roſtra cum adſcendiſſet pariter honorem iniit conſulatus, & ejeravit: quod Cicero, omni gaudens occaſione urbanitatis, increpuit,* λογοθεώρητος *eſt Caninius Conſul*, & deinde. *Hoc conſecutus eſt Revilius, ut quæreretur, quibus Conſulibus Conſul fuerit.* Quomodo autem hæc Zoſimi tradito, extendiſſe honorem ultra Conſulatum Eutropium, conveniant, ego non video. Verba modo adſcripta ſunt. In Claudiano autem ſcribendum Illicitus Conſul.

11. INFAUSTUM POPULIS.] Contaminarat infauſtum prodigium omnia ſuis ominoſis honoribus. Vide multis Legem XVII. Cod. Theodoſii de Pœnis, dejectioni Eutropianæ ſcriptam.

12. IN SE QUOQUE.] Contigiſſe ergo vidit quod ſupra vovebat.

> *Conſule luſtrandi faſces, ipſoque litandum*
> *Prodigio*

13. ABLATO NOMINE.] Eraſo omnibus monumentis, etiam Faſtis Conſularibus. Auferendum nunc etiam ex libris Chronologorum, quibus Diis hominibuſque invitis nunc etiam inhæret.

14. VOMIT.] Velut periculoſum vitalibus virus, aut faſtidioſam potionem, perperam obductam. Vomitus Romanis levatio & purgatio per quam familiaris, ut de omniū Medicorum libris clarum.

16. TOTA COHORS.] Eunuchorum manipulos ſupra dixit.

> *peditum vexilla ſequuntur*
> *Et turma ſimiles, Eunuchorumque manipli,*
> *Helleſpontiacis Legro digniſſima ſignis.*

19. VULNERE CHARTÆ.] Reſcripto, quod modo laudatum exſtat.

22. ET THALAMO PVLSVS.] Melius legas *Vt thalamo pulſus* velut officio ſuo cedere juſſus, aut divortii libellū nactus. Hoc enim intelligit per *fœmineam artem*. Male omnino qui arte ſcribendum arbitrantur.

25. LAR-

25. LARGO DE PVLVERE] *τὸ de* abundat. More bonorum ſcriptorum, quem, vulgo minus cognitum, libet exemplis productis illuſtrate, nec paucis, vel in invidiam Grammatiſtarum, quibus oculi dolent quoties nos talium uberes vident, ipſi inaniis & jejuniis diſtentiſſimi. Lucretius Libro VI De Rerum Natura.

Quem magneta vocant, patrio de nomine, Grai.

Nemeſianus, Ecloga Secunda.

Quod non tam tenui filo de voce ſonaret.

Sympoſius Ænigmatum Prologo, perperam aliis omiſſo.

Hos verſus feci ſubito de carmine vocis.

Nemeſianus, Cynegetico.

quis non Semelen, ignemq; jugalem,
Lethalemque ſimul novit de pellicis aſtu.

Statius, Thebaide IV.

trunca vident de vulnere multo Cornua

Prudentius, Apotheoſi.

Pubertas ſignata manet, gravis, intus & extra
Incolumis, florens de fertilitate pudica.

Cyprianus, ut volunt, Geneſi.

Quod rigat immites liquidis de fluctibus ornos.

Idem, eodem Poematio.

Opperiens nudos calidis de veſtibus artus.

Arnobius, lib. V. *illos more de ſolito bibendi appetione correptos.* Libro VI. *Vt olim feſſi canes linguam ore de patulo pituitate projiciens.* Iulius Firmicus de Error. Prof. Rel. *Illic cum amata ſubmerſus virgine miſeranda matri de morte filia funeſtum prabuit ſpectaculum.* Gellius lib. III. cap. III. *probra in principes civitatis de Gracorum Poetarum more dicta* Appuleius Dogmate PLatonis: *Tantoſque progreſſus exercitatio illi contulit, ut Pythia & Iſthmia de Lucta certaverit.* Optatus Afer, lib. II. *Vobis perfectam ſanctitatem de Superbia vindicatis.* Fl. Marcellinus præſes Collationis Carthaginienſis, in Edicto: *Vellem quidem, quod & omni de votorum intentione nunc cupio, ut quanta ex demonſtratione veritatis orta lætitia eſt, in melius mutata ſententia gratulatio naſceretur.* Eadem Ratio & voculæ. Ex. Cyprianus Geneſi ut inſcribitur id Carmen.

Quod viret ex gemino diverſa ad munera ſucco.

Ennius, apud Feſtum, de Cane.

ſi forte feram ex nare ſagaci Senſit

In Epitaphio Militis Batavi, quod D. Adriano Imp. adſcribunt.

Immiſſumque arcu, dum pendet in aere, telum,
Et redit. ex alia fixi fregique ſagitta.

Appuleius Medicus, de Herbis: cap. XXXIV. *Herba Centauria major tam eſt efficax ad plagas glutinandas, ut etiam carnes cohareſcant, qua ex aqua ejus coquuntur.* Sic ſæpiſſime Medici. Emporius, Rhetor: *in perſona Caſaris: Mors quoque ut atrox & impia & ipſis humanis rebus luctuoſa, & tamen ex hoc honeſta dicetur, quod ſit occiſus in curia ex manibus Senatorum.* Arnobius lib. I. *madidata ex imbribus arva ſuceſcunt.* Quod male mutari puto.

25. CANITIEM RARAM.] Supra enim dixit

turpes
Exedere caput tinea

27. PIAS.] Chriſtianorum. Vtinàm & tu talis. Et factum ſane Claudianum non ſinunt negare prorſus Epigrammata Chriſtiana, nulli alteri ſcripta, ut manifeſta veritas ſtili docet.

30. SOLIS UTILE SUPPLICIIS.] Exemplo ſtatuendo.

31. OBSCOENIOR ORE.] Os totam figuram deſignat. Tamen eſt occulta ἀῤῥήτου facinoris hic exprobratio, qualis & ſuprà.

35. GEMINO SVB SIDERE.] Sidus, Sol. Vide ad IV. Conſulatum Honorii; *Gemino*, quia Solem diverſum ab Occidente faciunt Orientem Poetæ. Petronius.

Orbem jam totum victor Romanus habebat,

Qua

Qua mare, qua tellus: qua Sidus currit utrumque.

Noſter alibi verbis Romæ

ad Solem victrix utrumque cucurri.

38. CÆCA.] Imprudens: Nam & cæcitas ſua animo humano eſt exemplis alibi pluribus notata, Sibylla omnes vates, quare commune nomen appellat Auſonius in Grypho.

39. FALLAX.] Somnia Ægyptiorum ſupra quoque memorata.

ſcandit ſublime tribunal
Atque inter proprias laudes Aegyptia jactat
Somnia, proſtratoſque canit, ſe vate, tyrannos.

40. PERVIGILANT.] Ad merendum afflatum. De Idolis Pervigiliis cultis multis in Superſtitionibus, Vide & Electa Juſti Lipſii.

41. SOROR.] Miſerrimus Spado, talem habebat ſecum. Mentio hujus utroque libellorum ſuperſtitum.

43. TOROS.] Ita Scaliger, alii *Choros*. Scaligeri lectio videtur genuina, ut portentum ſit plenius. Sic libro II.

At ſoror, &, ſi quid portentis creditur, uxor,
Mulcebat matres epulis

Habent hanc Scripturam etiam Noſter, Belgæ omnes, Aldus, Bentinus, Camers: mutavit Claverius.

45. EVNVCHI JVGVLVM PRIMVS.] Quis ille Eunuchus fuerit nobis quidem juxta cum aliis liquidum eſt, qui neſciunt. Bargum quidem farciminum propolam, Eunuchus, poſt Timaſium ejus opera ſublatum, evertit, an hunc propter morum, forte & rei ipſius, cum iſto ſimilitudinem, & impura ſcelera, eodem nomine cum Eutropio cenſet? Obſcura ſunt nimium hæc tempora, & in quibus poſſint clara eſſe, diverſæ relligionis ſcriptoribus differuntur.

46. EXEMPLO TUO.] Quod tu tibi confeciſti. Epitaphium militis Batavi.

Exemplo mihi ſum primus qui talia geſſi.

Ovidius.

Exemplique metu torqueor ipſe mei.

47. VIVE PVDOR FATIS.] Cujus in æternum pudeat ipſos Deos. Sic in Opere.

Proh cæli terræque pudor, trabeata per urbes
Oſtentatur anus

Et ſic alibi *crimina Deorum* Quod maſiis illuſtramus. Quare non eſt opus reſcribi faſtis ut voluit doctiſſimus JCtus, Scipio Gentilis, lib. II de Conjurationibus. Cum reſtrictior ſit iſta lectio, minuſque dicat. Nec ullo MS. Libro nitatur.

49. NATVS HABEBIT.] Patres enim Principum nominabantur Patritii, cujus titulum miro ingenio Eunucho infelici exprobrat. Lege illa XVII. quam nominavi bis jam, ſupereſt mentio bonorum Eutropii in Fiſcum redactorum, uti notarunt & alii. Jocatur ergo non eſſe cur fleat Eutropius, bonis enim ſuccedere Imperatorem, cui ipſe, ut Patritius, Pater ſit: Potius illi de tam glorioſo ſucceſſore lætandum, minime interim mortalitatis ordine turbato, argutatur. Parentes Imperatorum dici Patritios clarum de verſ. IV. Inſtitut. *Quibus Modis patria poteſtas ſolvatur.* L. V. Cod. de Conſulibus, lib. XII. Novella Juſtiniani LXXXI. & quæ notarunt huic rei Jac. Cujacius, ad dictam Legem V. B. Briſſonius, lib. III. de Formulis, Turnebus Adverſ. lib. XV. capite XVI. Joannes Wovverius ad Sidonium, Cæſar Bulengerus, lib. II. de Imperatore, c. XIIX. Alludit ultimo ævo Corippus libro IV. de Laudibus Juſtini Minoris.

Patritius, ſenio fulgens, Calinicus, honore,
Qui Pater Imperii meruit jam factus haberi.

51. PVLSAS ASTRA QVERELIS.] Papinius lib. V. Silvar ult.

52. CYPRI LITTORE.] Ideo in longinquam Cyprum repoſitum Eunuchum, ut nullo negotio interfici poſſet, exiſtimo. De hac inſula memorabilia ſunt quæ ſcribit Conſtantinus Porphyrogennetes, lib. I. Thematum cap. XV.

52. PAR-

52. PARTA QVIES.] Velut emerito. Scite illudit homini ſemihomini.

55. JACULIS ET ARCU.] Muliebri armatura, qualem dedit ipſi ritu Amazonum ſupra, Libro I.

Dedecus Eoum quoties intenta ſagittis
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon.

57. DILECTO SENATUS.] Lib. I. v. CCCCLXXII.

59. TOGAM.] Togis & matronæ veſtiebantur; Eunuchus eam geſtaverat ut fœmina; cum ſummæ dignitatis, ut matrona. Eſt & in evectis honoribus omnibus Togatis exprobrario homini monſtroſo.

60. INGENIVM.] Redi ad ingenium tuum; natus enim es ad Venerea & lenonia opera, de quibus late ſuperiori libro.

63. INSVLA LÆTA CHORIS.] Nota Regna Cypridis in Cypro. *Læta Choris*, gaudens, hilaris, delectata iis immenſum; quæ locutio fruſtra aliis damnata, nobis adſerta eſt exemplis ad Gratium. Sequentia elegantiſſimi Sarcaſmi, & Ironia eſt faceriſſima, etiam eo illudentis ſeni Eunucho quo ſolo excellere poterat perhiberi.

68. FALLERE.] Dolis & aſtutiis ſubdedere amatoribus monſtroſis. *Conciliare* enim ſumma Eunuchi Lenonis doctrina & Profeſſio.

71. MEMORATVR.] Nomen habet & famam. Martialis:

Sæpius in libro memoratur Perſius uno,
Quam levis in tota Marſus Amazonide.

75. DELPHINA.] Vt vates Arion. de Vaticiniis & Inſomniorum cura penes Eunuchum bis mentio facta eſt ſupra.

76. EVNVCHVS.] Optime, ita Scaliger, cum Aldo, Bentino, Camerte, Cluverius, Noſter, Belgæ *Eunuchi*. Tantumdem quidem eſt, tamen illud magis probabile. Clauſula ſimillima eſt illi quam Bello Gerico habemus.

Diſcite veſana Romam non tendere gentes.

Ea enim utique veriſſima ejus loci eſt ſcriptura.

CASP. BARTHII

AD CL. CLAVDIANI,

IN EVTROPIVM, LIBRVM SECVNDVM

ANIMADVERSIONES.

1. MYGDONII.] Phrygiam videlicet omnem fere tum depopulatus erat Targibilus, uti noſter appellat, quẽ Tribigildum Zoſimus Et Socrates lib. VI cap. VI. ubi deſcribit Gainis auſa. Mygdoniam unde Phrygiam dicant Poetæ, vide Pauſaniam Phocicis. Peculiarem tamen ejus Provinciæ partem ſic indigitatam docet Strabo, quem conſule, ut & Epitomam, quæ nunc eſt Stephani.

1. CINERES] Relliquiæ, velut omnis eſſet combuſta. Sic in cineribus ſedens Vrbs, tota devaſtata apud Chronologum incertum ex Idatio, lib. II. cap. XXXII. *Herodes Samariam jam in cineribus ſedentem, à fundamentis ſuſcitans, in honorem Auguſti Auguſtam dixit.* Sic Trojæ cineres, ſi memini, obteſtatur Maro.

2. EOI REGNI.] Partis Arcadii, quam non ſemel ſic appellat & alibi.

2. CERTE NON AVGVRE FALSO.] Neſcio an melior Lectio, *certe non augure falſo.* Ait enim tum demum eos intelligere certitudinem monſtrorum, cum jam eventum videant. Suſpicatus aliquando ſum præteritam Elegiam ad hunc librum non pertinere, ſed peculiarem ſibi locum tueri.

4. PRÆSAGIA DISCITIS.] Eventus enim proditor rerum. Ammianus lib. XXVI. *adminiſtratio negotiorum caſtrenſium Gomoario & Agiloni revocatis in ſacramentum committitur, ut docuit rerum exitus proditor.* Tacite autem imprudentiam patrium inceſſit apud Arcadium, nec ſine ſtimulo occulto duos illos fratres proponit, alterum pendentem, alterum ſocordem infra v. CCCCLXXXIX. Honorium & Occidentis Imperium ſemper præferens. Doctrina autem eſt, malis ingruentibus initio eſſe obſiſtendum, dum tenues adhuc ſunt.

ἔφησε γὰρ ὡς ἔστιν ὅτε καὶ τὸ βραχὺ δεινὸν παρορώμενον μέγαν ἀπέτικτε κίνδυνον, inquit Nicephorus Gregoras libro I. Cujus rei infinita exempla ſunt.

6. PROSPICIT.] Ante quam adſit, videt. Julianus Pomerius, lib. I. contra Judæos: *Iam hic proſpicite, ſi poteſtis, quomodo ſubito in Templum ſuum venturus eſſe dicatur, ſi adventus ejus diffinita à primordiis mundi annorum ſupputatione colligitur.*

6. TUMIDÆ] Anteqnam erumpat in tempeſtatem.

7. IAM PUPPE.] Licet non toto navigio.

8. LACRYMÆ DELICTA LEVANT.] Apud animum quidem dolentis levant, non tamen noxam datam emendant. Ovidius IV. Triſtium.

eſt quadam flere voluptas,
Expletur lacrymis egeriturque dolor.

Seneca Agamemnone.

Lacrymas lacrymis miſcere juvat,
Magis exurunt quos ſecreta
Lacerant cura

Alioquin de Lacrymantibus verum, quod Dio Chryſoſtomus ait, *Riſus continuus & intentus deterior eſt iracundia, Idcirco viget maximè in ſcortis & pueris ſtolidioribus. Mihi ſane facies magis ornari videtur lacrymis quam riſu. Lacrymis enim ut plurimum aliqua bona doctrina conjungitur, riſu verò laſcivia. Et flendo quidem nemo ſibi ſe concitavit autorem cõtumeliæ, videndo autem ſpem ejus auxit.*

8. STANT.] Eois partibus maculam hanc perpetuam adſignat, ut tollat ſaltim Occidentalibus, in gratiam Stiliconis ſui.

9. IMMOTIS FATIS.] Valerius Flaccus.

manet immotis, nox Duria, fatis.

RECENTES] Hyperides apud Stobæum Serm XLIV.

ἀρχομένων δεῖ τῶν ἀδικημάτων ἐμφράσσειν τὰς ὁδοὺς ὅθεν δ' ἅπαξ ῥιζωθῇ κακία καὶ παλαιὰ γένηται καθάπερ σύντροφος ἀῤῥωστία χαλεπὸν αὐτὴν καταζβέσαι.

10. VETERI POST OBRUTA MORBO. VISCERA] Mature ſubveniendum malo præcipit, à morbo ſerpente. Parœmia vetus.

ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῷον ἠδὲ τε λευτὴν, ἀρχόμενα τὰ δεινὰ δεῖ μᾶλλον πειρᾶσθαι κωλύειν ἢ ἀκμάζοντα καὶ πλειωθέντα.

Harpocrat. Hermannus Lerbecius in Chronico Schaumburgenſi; *Sera medicina conſultatio eſt, quando æger deſperatus eſt. Pericula nunc imminentia, debuerant ante præviſa fuiſſe, &c.* Notæ auctorum ſententiæ.

DETERSVM MACVLAS.] Infamiæ. Optatus Afer lib I. *unde pulſa atque exterſa infamia cum ingenti laude ille judicio receſſit.*

12. POEONIAS HERBAS.] Medicas. Sic Pœonios veterum Medicorum libellos vocat Rhemnius Fannius, ſive, Eliæ Vineti, Remus Favinus.

13 LEVIORE MANV.] *Tactu parcente*, ut loquitur Serenus, cap. VI. *Leni manu*, ut Auguſtinus Confeſſionum, lib. II cap. II. *Pendentem manum* dicit Pacatus Panegyrico.

14. FERRO SANANTUR ET IGNI.] *Violenta enim mala violenta etiam quærunt remedia*, ut loquitur Cor. Celſus. Sic ferrum & ignem medicorum laudant in deſperabilibus rebus Cordati ſcriptores. Ovidius, I. Metamorphoſ.

immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Anſelmus Lucenſis lib. I. contra Guibertum; *cum multo dolore ſecat medicus pius, ne⁽⁾ ſecaret, moriturum.* Guntherus, Libro V.

Tutius eſt ferro jam putrida membra recidi,
Quam partis vitio totum tabeſcere corpus.

Julianus Pomerius præfatione librorum contra Judæos: *Peritorum mos eſt iſte medicorum, ubilibet vulnus ſerpit in corpore, ferro vulneris* (L. ulceris) *materiam prævenire, & primum purulentas radicitus amputare putredines, antequam ſanas ulcus noxium inficiat partes: Vnde & ne locus vulneris ſana membra contingat, præciſionis ſemper anteſertur induſtria. Nec enim tactus vulneris*, (Levis manus Claudiani noſtri) *cauſſam poteſt generare Salutis. Quecunq;*

enim acceſſeris, vulneri locum facit, & niſi antè manu præcidatur artificis, infectis mēbris omnibus occaſum parturit mortis. Gregentius, ſive Palladius potius, auctor ejus libri:

ὁ ἰατρὸς τέμνων ἓν μέρος τυχὸν σεσηπὸς, οὐκέτι ὡς τῆς τομῆς αἴτιος διώκεται.

Lambertus Schafnaburgenſis: *Obſtinatum in malis ingenium, niſi acrior vis adhibeatur, emolliri non poterit, & niſi ad vivum propiuſque medullas mucro adigatur, ſenſum doloris non admittet.* Vide omnino Cyprianum lib. XLV. cap. XXIII. Adverſ. productum Ammianum, lib. XVII. &c

15. NE NOCEAT FRVSTRA.] Non eſt hilum boni ſenſus in hac ſcriptura, quam tamen omnes editi & excuſi libri habent, utique enim ſermone opus eſt qui doceat non eſſe levi manu tangendum ulcus, ne ducat ſupra cicatricem, & pus viruſque ſervet in medullis ſuis, mox erupturum in perniciem laborantis. Scribe.

Ne coeat fruſtra, mox irruptura, cicatrix.

Quod mirum nemini tot recenſitorum animadverſum: Error vero eſt admodum vetus, nam cum editis citat Sparanus Jureconſultus, qui ante aliquot ſecula vixit, in Roſario, quod vocat. Coire autem vulnus dicitur quod externis ſupremiſque labris iungitur, intus ſervat putredinem. Horatius, lib. I. Epiſt. III. exinde

an male ſarta
Gratia necquicquam coit & reſcinditur.

Et patiſſime loquitur Prudentius libro I. in Symmachum.

Vir ſolus cui cura fuit, ne publica morum
Plaga, cicatricem, ſumma leviter cute clauſam,
Duceret, & latebram tabentis vulneris altè
Impreſſam, penituſque putri de pure peresſam
Iuncta ſuperficies, medico fallente, foveret.

PLanè ſimilimè, & rem ipſam noſtri. De correctione nulla eſt ambiguitas. Porro non abſimili notione, licet alia re, vulnus in cicatricem cogere dicit Ennodius lib. VI. Epiſt. I. Quod cicatricari Sidonius, lib. itidem VI. Epiſtola I. *Coire vulnera*, Propertius lib. III. Eleg. XXIII.

Vulneraque ad ſanum nunc coiere mea.

Vulnera ipſa recentia cicatrice, *ſepta* dicuntur, ut notatum Adverſariorum Libro V. cap V. *Tecta cicatrice*. Claudianus II. de Laudibus Stiliconis, v. CCV. *Cicatrix* autem non prius vera, quam ſanatum ſit vulnus. Vnde *cicatrix ſanitatis* appellatur Agobardo, in Comparatione utriuſque Regiminis ad Ludovicum Pium.

16. FUNDITUS HUMOR DEFLUAT.] Vt ex fundamentis uſque imis fluctibus finem faciat exhauſto noxio & corrupto humore.

16. VACVIS.] Vacuatis ſanguine infecto.

18. FONS MALI.] Scaturigo, ſubjiciens ſeſe ſemper. *Fontis* ad talia translatione ſæpius utuntur ſcriptores. Vide quos nominavi lib. XLV. Adverſariorum, cap. XXIII. quorum nunc ſane verba huc non libet producere; licet ibi ſim pollicitus.

20. AULAM.] Imperium Orientale. Præfat.

Maturamque luem ſanior Aula vomit.

21. VINDICTAQUE MUNDI.] Quidam libri *vindictane* Quod ſit clarius, ſed eſt inuſitatius noſtro, qui ſemper ſui ſimilis.

23. LVSTRARE VALEBIT OCEANVS.] Etiamſi, ait, omnem maris univerſi undam inſumatis, non poteritis eluere hoc tantum dedecus. Notus vetus verſus.

Θάλαττα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Vide notata elegantiſſimo Durantio Variarum libro I. cap. III.

23. DILUET.] ἀντὶ delues. Suprà.

immotis baſe repiacula fatis.

24. MUGI-

24. MUGITUS AB AXE REDDITUS INFERNO.] Tales mugitus fingunt prodigia rerum infeliciſſimarum. Petronius Bello civili, Ditem ipſum extuliſſe inferis os fingit & Fortunam ad Belli ſemina jacienda eſſe adhortatam. Vide Nos ibi.

25.RABIES ARCANA CAVERNAS VIBRAT.] Ventos occultos intelligit, unde terræ motus. Apud Livium prodigia ſunt Terræ in cavernas conſidentis. Terræmotuum nimis nota.

30. INSTABILEM RVRSVS.] Nam à tranſitu Argonautarum conſtiterant. Vide notata ad Bellum Geticum.

32. TRADI POPVLOS.] Vt Furiarum ſit regnum in Mundo.

33. MVLCIBER IGNES SPARSERAT.] Igniūm prodigia frequentiſſima. Incendia prodigioſa apud Obſequentem & Livium. Aetna ardens monſtrum eſt portentificum eidem Obſequenti cap. XXVI. Dioni libro L. Lucano, Libro I. Nota fulgura, tonitrua, faces, Solis, Lunæ, labores, Lapſus ſiderum &c. quę hic comprehenduntur pauciſſimis verbis. Adde Petronium Specimine Belli Civilis.

34. NEREVS.] Exundationes, portenta mala, apud Petronium, Horatium, Livium, Obſequentem, Dionem lib. LIII. LV. & LVIII.

37. INCVMBAS TRIDENTI.] Vt impellas in totas illas terras vim tuorū fluctuum. A tempeſtare, vt inf. v. CCCCLXVI.

38. VRBEM.] Satis equidem inclementer, ne dicam quid amplius. Sanè Romæ veteris perpetuus & exquiſitus amator non potuit amare hanc Novam, quæ creſcere nequijt ſine alterius decremento.

41. TEMPVS SVVM.] Non enim habuerunt ab initio mundi tale, ut videri vult. Ineptiunt qui gnomam vulgo faciunt ex dimidiatè poſitis hiſce verbis, videlicet hunc in modum.

Omnia tempus Nacta ſuum properant.

Velut de præſtituta omnibus mortalitate ſermonem habeat Claudianus, cui nihil tale hoc loco vel per ſomnium in mentem venit.

40. DECOLOR IMBER.] Sanguine. Notatum ad initium libri I.

42. DISSONA PARTV SEMINA.] Tráſpoſitio eſt verborum ob verſum. Nam dicendum erat ſeminibus incōgrui partus. Sic alibi.

Lætitiæ cauſſas ignorat dicere miles.

Cum velit perhibere *dicere militem ignorare ſeſe illas.* Vultus novos dicit contrà ordinem ſolitum Naturæ. Epigramm. XXVII.

Qui crimen matris condidit ore novo.

Prodigiorum vim talem lege apud Obſequentem.

46. IGNESCERE PHOEBI.] Ardere in prædictiones. De Dorothei doctrinis & aliunde alibi multa huc pertinentia notamus.

45. SINE MORE] Præter uſum communem. Papinius, Thebaid. I.

nati facinus ſine more, cadenteis
Calcavere oculos

Contrarium de more. Virgilius, lib. VI.

totidem lectas, de more, bidenteis.

48. FATALEM] Vt nimirum ipſi etiam omni honore & felicitate velut exſecarentur.

49. OMNE FVTVRVM DESPICITVR.] Ab Epimethei quidem ſobole, de cujus imprudentia infrà hoc libro. Divina ſunt hæc omnia.

53. TOT SIGNA.] Auget periculum ad indicandam Ducum Arcadianorū ſocordiam. Omnia in laudem Stiliconis, quem adverſus eos Duces in Orientem iter molitum ſcribit Zoſimus: quod ſi conficere fuiſſet datum, haud dubiò omnia melius ſucceſſiſſent.

55. PROH SEXVS.] Non vult nominare dedecus etiam virilitatis amiſſæ, ſed inclamatione dolorem ſedat, & tamen proponit. Sequentibus verbis ſuſpecta eſt & *licet* iteratio. Et putem totum illum verſum *Hortanteſq; licet* vt gloſſema præcedentis deportandum eſſe Morboniam. Contrà reſponſa autem vel ſpōſiones Deorum aliquid aggredi non audere, ſummum periculum denotat. Virgilianus gubernator.

Magnanime Aenea, nō ſi mihi Iuppiter auctor

Spondeat hic ſperem Italiam contingere cœlo.
Et de re incredibili, Silius Italicus.

> *Ille dies primo docuit, quod credere nemo*
> *Auderet ſuperis Martis certamine ſiſti*
> *Poſſe ducem Libya*

Ego de verſu illo ita, vt dixi, ſentio, prorſus videlicet ſpurium atque aſturirium eſſe.

61. SENIS INFANDI.] Tiberij. Dio, Tacitus, Juvenalis, Suetonius, notiſſima omnia, vt & ſcena Neronis.

65. ADVOLVI GENIBVS.] Vide corruptos jam tum mores in Romano homini abominabili ſubmiſſione. Ammianus libro. XXVIII. De ſui ævi magnatibus: *Ex his quidam cum ſalutari pectoribus oppoſitu cœperunt, oſculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerunt genua ſuavianda, vel manus, id ſufficere ad beatè vivendum exiſtimantes.* De Juſtiniani temporibus, & fœdiſſima tali advolutione Procopius Arcanis. Sic Presbyterorum genibus advolvebantur pœnitentes, vt notatum doctiſſimo Heraldo Digreſſionum ad Tertullianum lib. II. cap. IV.

66. AMBITVS.] His enim beatos ſe fieri credebant. Ammianus.

67. PRÆSIDIVM LEGVM.] Romani magiſtratus tutores Legum. Tertullianus Apologet. cap. IV. *De Legibus primum concurram vobiscum ut cum tutoribus Legum.*

67. GENITORQVE VOCATVR PRINCIPIS.] Vtpotè Patritius. Notatum ſuprà. Theodoſij ſcitum de Eunuchorum Patritiatu refert Suida.

ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ὀργῇ τῇ πρὸς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον διαβληθέντα εἰς καθοσίωσιν ἐξεφώνησε διάταξιν, εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν. διὸ καὶ καθῃρέθη ὁ πραιπόσιτος τῆς τιμῆς, καὶ ἐδημοσιεύθη καὶ τοῖς ἱερεῦσι κατεγάγη.

68. REGIA.] Familiam domumve Imperatoriam totam dicit. Ita aliorum locorum ſæpius.

70. POSTERITAS ADMITTE.] Exclamatio in re velut incredibili. Horatius:

> *Bacchum in remotis carmina rupibus*
> *Vidi canentem, credite poſteri.*

70. MONVMENTA DEDECORIS.] Statuæ, effigies, picturæ. Impp. Arcadius & Honorius L. XVII. C. Theod. de Pœnis. de eodem Eutropio: *Divinum præmium conſulatus luculentum prodigium contagione fœdavit. Patriciatus dignitate, atque etiam omnibus aliis inferioribus ſpoliatum ſe eſſe cognoſcat, quos morum polluit ſcævitate: omnes ſtatuas, omnia ſimulacra, tam ex ære quam ex marmore, ſeu ex fucis, quam ex quacunque materia, quæ aptaeſt effigiebus, ab omnibus civitatibus, oppidis, locis privatis ac publicis præcipimus aboleri, ne tamquam nota noſtri ſeculi obtutus polluat intuentium.* Hæc eſt illa ablutio velut macularum, quam toties hactenus adhibitam obliterando dedecori cecinit Claudianus. Novorum Conſulum effigies plurimis ubiq; locis dedicatas fuiſſe notum vel ex noſtri libro III. Stiliconiar. alijsq; locis.

73. FVLGET EQVES.] Equeſtres quoq; ſtatuas effœminato atq; evirato homini datas multas intelligi vult: Etiam in Curia conſecratam imaginem, relatam ſcilicet in ſeriem Trabeatarum, quibus familiæ conſulares erant conſpicuæ. Notandæ autem effigies datæ ad habitum magiſtratus quo functus aliquis, vt Judex, Senator, Miles, Eques, conſecratus dicitur Eutropius.

77. CERTAQVE.] Ne relabimini, ait, in tale aliquod iterum facinus, aut ne negetis aliquando hanc veſtram inſaniam.

78. SVBTER.] In baſi ſtatuæ, ubi inſcribebantur perſonarum ijs titulis honoratarum laudes. Vt quæ noſtri reperia eſt.

80. CLARO QVOD NOBILIS ORTV.] Vir puta illuſtris natalibus, aut tale quid; nam ad obſcurandam generis & peregrinitatis obſcuritatē hæc maximè affectaſſe Eutropium clariſſimum eſt: Itaq; & inſolitatiores titulos aceeſſiſſe memorat Claudianus.

81. CONVIVA ET DOMINI.] Inepta ſcriptu-

ſcriptura, quæ tamen doctiſſimis viris placere potuit, me mirante. Quis enim inter laudes nobilitatis & fortium factorum, dignitatumq; ſuarum titulos hoc inſerat monumentis publicis? Taceo ambitioſiſſimum Eunuchum, qui ſumma omnia potius, quam frivolum & ineptum hunc titulum poni ſibi voluiſſet! Omnino vera eſt ſcriptura quam clariſſimis litteris proponunt membranæ Noſtræ.

claro quod nobilis ortu,
Cum vivant Domini?

Suprà in præfatione dominos Eutropij ſuperſtites dignitati ejus, dejectum certatim in ſervitutem vindicare voluiſſe aſſerit, & dedita opera libro primo infinitos eos deſcripſit. Quam indigna autem res natales hominis publicis monumentis laudari, cujus domini vivant adhuc, & ſuperſint! Videtur ſpeciatim intelligere velle Abundantium, qui tum in vivis adhuc erat, exſulans Sidone Phœniciæ, vt ex Hieronymo ſupra notatum. Eamdem hanc planam & genuinam ſcripturam Quatuor ipſi etiam Codices Belgæ conſenſu probant, probat & aliorum lectio *Convivant* non longè hinc recedens, quam Camertis etiam Bentiniq; Codices præferunt. Sed res videtur non eſſe ambigenda.

81. ET PARITER MILES.] Inepta, difficilis, & minimè Claudiani etiam hæc ſcriptura, qui minimè difficulter, abruptè, conciſè, obſcurè, aut futiliter, loqui ſolet. Quinq; libri Belgæ veritatem hic utique vindicant, reſcribendum jubentes.

& patitur miles?

Quid enim tot Numeris, tot Legionibus magis adverſum & indignius dici poterit, quàm Eunuchum ſolùm omnia prælia implere, vacante opera tot fortiſſimorum & ducum & militum? Nihil commodius dici poterat, at quia plana res, eſt ſordnit hęc ſcriptura doctis, qui in ea vtique veritatem ipſam condemnarunt. Veſtigia ejus ſunt in membranis etiam noſtris, quæ *patrum* referunt. Sed ad genium tanti ingenij opus eſt ſententiam perſpicuam, numeroſam, aptam, ita ordinari.

Subter adulantes tituli, nimiaq; leguntur
Vel maribus Laudes: claro quod nobilis ortu;
Cum vivant Domini? quod maxima prælia ſolus
Impleat: & patitur miles? quod Tertius Vrbis
Conditor: hoc Byzas Conſtantinusque videbunt?

83. TERTIVS VRBIS CONDITOR.] Summus honos, ſummus Titulus, adſcriptus apud Vrbem Romam paucis omninò, & Camillo præcipuè ut ſuprà dictum. Iſto autem ævo Barbaris & Græcis Helleſponticisque adulationibus priſcam diſciplinam frangentibus, non adeò alte ſitus, quin capi potuerit non paucis. Dabatur autem inſtauratoribus iſte honos etiam ab alijs urbibus. Sic à captis Tigranocertis, cum inde plurimæ urbes reſtaurarentur, Conditor earum nuncupatus eſt, honoris ſui gratia, Lucullus, vt auctor eſt Plutarchus. Sic inter Manlij Theodori præconia conditam Pellam Macedoniæ recenſet in Panegyrico ejus Claudianus, quam in priſtinum decus ille reſtaurare voluerat, &c.

82. BYZAS.] Vnus è nobiliſſimis Heroibus priſci ævi, Conditor Byzantij, cum ejus oppidi Ligos ante nomen foret. Auſonius, de Carthagine & Conſtantinopoli certantibus de gloria.

Ite pares, tandem memores, quod numine Divûm
Anguſtas mutaſtis opes, & nomina; tu quum
Byzantina Lygos, tu Punica Byrſa fuiſti.

Coloniam Græcam eſſe ſcribit Conſtantinus Imperator Libro II. Thematum. Cæterum Byzantis hujus memoria ſupervenientę majore illo Conditore altero, obliterata ferè, non eſt invidenda inſtaurationi. Ejus res geſtas, Phidaliam conjugem, Statuam, & alia, commemorat Heſychius Illuſtrius in Originum Conſtantinopolitanarum Hiſtoriolâ, edita & commentata ab inſigniter bono, induſtrio, docto,

docto, nobiſque amico viro, Joanne Meurſio, cujus diligentiæ multa talium ſcriptorum opera debemus. Item Georgius Codinus. Meminit ejusdem Herois Oppianus Alieut. V.

Θρηΐκες ὑβερισαι καὶ ὅσοι Βύζαντ@ ἴχνον

Ἀσῦ

Georgius Cedrenus, Compendio Annalium:

πάλιν οὐκ ἀπεσεράφη κύριος ἀπὸ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, ὃ ἐθυμώθη ἐν τῷ ἰούδα ἐπὶ τὰς παροργισμοὺς, οὓς παρώργισεν αὐτὸν Μανασσῆς, ἐφ' ὧν χρόνων καὶ τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Βύζα βασιλέως τῆς Θρᾳκῆς ἐκτίσθη.

Oraculum apud Zoſimum libro II.

Ἀνδράσιν οἱ Βύζαντ@ ἕδ@ κατοναιετάουσι.

Diodorus Siculus lib. IV. Auctor eſt Byzantij Byzantem regnaſſe cum in eam civitatem Argonautæ appellerent.

Leo Imperator in Oraculis.

καὶ θερσοὺς, ὡς μάλιςα, καὶ ταχὺς πέλεις,

καὶ πρὸς μάχας ἕτοιμ@, ὦ Βύζης γύ@.

Hoc eſt imperij Byzantini Proceres & Legiones. Georgius Codinus.

ὁ μὲν οὖν Βίζας κτ̃ τὴν ἄκραν τῆς Βοσπορίας ἁλὸς διέγειρε πόλιν, Ποσειδῶν@ δὲ καὶ Ἀπόλλων@, ὥς φασὶ, συνεργοῦντων, ἀνοικοδόμει τὰ τείχη, λόγῳ τε παντὸς κρείττονα μηχανώμεν@.

Stephanus: ἐκτίσθη ὑπὸ Βύζαντ@, ὃ Κροέσσης, καὶ Ἰοῦς θυγατρὸς, καὶ Ποσειδῶν@.

Megarenſium alij coloniam faciunt, ut qui falſo inſcribitur Marcianus Heracleotes. Adde ſcripta libro CXXIV. Adverſ. Claudianus autem odio & opprobrio Eoarum partium recenſet hos titulos æternitatiq; commendat, quos ſublatos illæ voluerunt.

83. PRODUCERE COENAS IN LUCEM.] Luxuria priſca, & omnibus ſeculis continuata. Vel Butas ille teſtis apud Senecam Epiſtol. CXXII. *qui occidente Sole ſurgebat pranſurus, Oriente ab epulis cubitum concedebat.* Sic Acerra apud Martialem, lib. I. Epiſt. XXIIX.

Heſterno fœtere mero qui credit Acerram
Fallitur, in lucem ſemper, Acerra, bibit.

Et Antiochenos urens conviciis ironicis Julianus Miſopogone.

ἐρυθριᾶν γὰρ πείθει τοῖς ἀνδράσι, ἐπὶ τοῖς γε ἀνδρείοις, ὥσπερ ὑμεῖς, ἕωθεν κωμάζειν, νύκτωρ ἡδυπαθεῖν, ὅτι τῶν νόμων ὑπερορᾶτε, μὴ λόγῳ διδάσκειν, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυσθαι.

Pulcerrimus Character talis Pervigilatoris exſtat apud Rutilium Lupum libro II. de Figuris Sententiarum, quem ob feſtivitatem Adverſariorum Commentariis totum recenſuimus, alius in Leptologia, non tamen talis, Aquilæ Romani. Mos hodiè omnium ferè nationum, inter quas & Turcorum, ut de eorum Sultano Azatino, Pachymerius auctor eſt, Libro III.

84. FOETERE MERO.] Heſterno. Martialis verbis modo adſcriptis.

87. PLAUSUM EMTURAS.] Favorem vulgarem, quem hoc pacto numquam ambiiſſe Heroem ſuum Stiliconem Claudianus alibi ſæpius teſtatur.

86. ALIENI PRODIGUS AURI.] Servus enim nihil tale poterat poſſidere, & involverat hæreditatem Rufini, ad ipſum nihil pertinentem.

87. AT SOROR ET UXOR.] Unaeademque mulier, ut libro I. per ſalutem ejus jurat, velut Conjugis: & in hujus præfatione apertè dicitur ſoror. De una ſermonem eſſe clarè docent ſequentia.

Uxo-

Uxorem autem, aut pro ea, eam habuit Eunuchus, vel ad diſſimulandam ſuam infelicitatem, vel & ob libidinem Eunuchis familiarem, qui intentiſſimi dicuntur amatores mulierum, adeò ut in ſacris etiam litteris ſummum ſed caſſum deſiderium comparetur Spadoni virginem complectenti. Et apud Ariſtænetum lib. I. Epiſt. XXI. tale quid indicatur: Αρχιτέλης συνέςι πεθυμένη καθάπερ εὐνοῦχος, τὰ ἐρωτικὰ ϖεριεργαζόμενος καὶ λιχνεύων, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἐρώντων εὐνούχων ὁ μέλεος ἀργόπερα δυςυχεῖ. Ερῶντες enim Eunuchi iſtic pro inflammatiſſimis, ſed citra effectum habentur. Sic cum pellice Regia concumbentem, Eunuchum deprehenſum ſcribit Philoſtratus, libro I. Apollonii. Et ſuprà ex Auguſtino memoravimus ſub Valentiniano peremtum Eunuchum qui cum meretrice infanda peregiſſet, quem locum video cum aliis huc facientibus notaſſe etiam Briſſonium Collectaneis de Regno Perſarum. Ioan. Caſſianus, Collatione XII. cap X. *Quod autem inevitabilem eſſe commotionem carnis hoc adſtruere voluiſtis indicio, quod eâ ne ipſi quidem Eunuchi carere demtis genitalibus poſſint, ſciendum eſt, non eis carnales actus nec affectum libidinis, ſed ſolam ſativa generationis deeſſe virtutem.* Terentius Eunucho teſtatur amatores maximos mulierum eſſe, alii etiam emittere eos quippiam, ſed inutile generationi. Papias Gloſſator. *Eunuchorum quidam coeunt, & etiam virus emittunt, ſed ad gignendum vanum & invalidũ;* Indè ſanè Iuvenalis tãtum tonſoris damno, ob imberbitatem exſcindi adultos pueros autumat, Et Martialis ſcortum ſuo ævo nobile Eunuchos aluiſſe, quibus turpia exerceret ſine metu partus aſſertat. Dio Chryſoſtomus lib. IV. de Regno.

τῶν εὐνούχων φασὶν οἱ ἀσελγέςατοι ἄνδρες εἶναι, καὶ ἐρᾷν τῶν γυναικῶν, καὶ συγκαθεύδουσιν αὐταῖς, καὶ ἐνοχλοῦσι, γίγνεται δὲ οὐδὲν ϖλέον οὐδ᾽ ἂν τὰς τε νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας συνῶσιν αὐταῖς. Alexander Aphrodiſæus, Problemate. X.

SOROR ET UXOR.] Tale portentum apud Ciceronem, idem vir & frater. Pro Cœlio: *Quod facerem vehementius, niſi mihi intercederent inimicitiæ, cum iſtius mulieris viro, fratre volui dicere; ſemper hic erro.*

89. VOTA.] Honores votivos. Ex uſu ſeculi. Vibius Helenius, Epitaphio Veteri.

Vixiſſes, neu te. ſurgentem in vota tuorum,
Adſpicerem addictam manibus ire ſacris.

91. SUMMA DE RE.] Statu Imperii & Reipublicæ. Virgilius X.

Ante equidem ſumma de re ſtatuiſſe, Latini,
Et vellem & fuerat melius

92. MAGNA TUERI REGNA NIHIL.] Vanitas, ait, in ambitione etiam ſummorum Imperiorum eſt, quæ nullo negotio etiam à viliſſimis hominibus gubernantur. Prudentiſſima, & Chriſtiana ſententia. Poſſis & capere *magna tueri* adſpectu grandia, non reapſe; quomodo non mundum, cum de Vanitate eius loquitur, ſed figuram mundi præterire dicit Apoſtolus.

96. ITER IN GREMIO PACIS.] Altiſſima quiete. Nam pro ſecreta profunditate gremium dicunt ſcriptores: Sic ſinũ Patris ediſſeruiſſe Dei Filium ſcribit Phæbadius contrà Arianos. Sic ſinum luxuriæ Bajas vocat Symmachus, lib. VII. Epiſt. XXIV. *Amicos enim non Bajas deſideraſti. niſi fortè illo Luxuriæ ſinu traheris.* PLinius Panegyrico: *Geſtum conſulatum mirer, an non receptum? Geſtus non in hoc Vrbis otio, & intimo ſinu pacis, ſed juxtà barbaras gentes.* Noſter lib. Bell. Gildon. verſu XLIX.

Iiiiiii ingre-

in gremium pacis ſervile receſſi.

Sic Gremium Vibis Heticus Monachus, lib.I. v. CCCLXXIX. & Libro VI. v. CXXV. ut & Gul. Brito, X.

97. ANCYRA.] Vrbs Conſtantinopoli remota millia paſſuum CCLXXX. & quod excurrit, ut ex Itinerario Æthici Antonini conſtat. Eò traducere ſollemni itinere pompam ſuam ſolitum ineunte Vere, ut ſcilicet ſeſe magnum faceret, ſcribit noſter. Erat autem Ancyra metropolis Galatię. Conſtantinus Imperat. lib I. Themat, cap, VI.

εἰσὶ δὲ πόλεις αἱ συμπληροῦσαι τὸ θέμα τῶν Βουκιλλαρίων τοσαῦται. πρώτη μὲν Ἄγκυρα μητρόπολις ἡ τῶν Γαλατῶν, δευτέρα δὲ Κλαυδιούπολις, &c.

98. PELAGI.] In cuius capite ſita Conſtantinopolis.

102. AB VSQVE GELONIS.] Martis cultum in iis gentibus vide apud Jornandem Gothicis, cap. V. Deſcriptiones locorum & ipſius Idoli longè ſunt vulgatiſſimæ.

103. FÆMINEASQVE TOGAS.) Notavi ſupra. Sic. lib.I. v. CCLXVI.

107. SVBRISIT CRVDELE.] Vide ad Papinium lib. VIII. v 581.

107. TRISTISQVE MICANTEM.] Ita Scaliger, ſecutus vulgatos Codices & Belgicorum totum gregem, cui aſſentiuntur & Noſter, Bentinus, Aldus, Camers. Claverius ex Cujacianis prodidit *criſtaque micantem*, Quæ mihi lectio non diſplicet. Alioquin iratum triſtis denotet; Ego tamen illud probavero, nam *τὸ micantem* aliarum rerum ſit velut otioſum.

109. SANGVINE SORDIDA VESTEM.] Cruenta virtus comes Martis Papinius, lib. I. Silvar. carm. ult. de Pigmæis.

Edunt vulnera, conſeruntque dextras,
Ridet Mars pater & cruenta virtus.

110. ILLYRICIS.] Quas Gothi dabant: Eos vero à Rufino & Eutropio fotos & inſtigatos cladibus Romanæ Rei videri vult Claudianus.

112. RIGESCENT.] In ſerietatem virilem. De Rigore notatum alibi,

115. DVM PEREVNT MEMINERE MALI.] Planè eadem de populo Iſraelitarum ſcribunt, queruntur & vociferantur, Prophetæ veritatis.

118. OBSCÆNVM FACINVS.] Malè ominoſum, dirum. Varro, lib. VII. *Quare quod dixi ſcævum bonum omen eſt, obſcænum vero turpe.* Vide notata Petro Colvio ad Sidonium lib II Epiſt. IX.

118. CRINIBVS ORA PROTEGIS.] Pudore tam turpium facinorum. Nam Deos ipſos pudere talium arbitrabantur. Præfatione huius libri.

Vive pudor fatis

120. OTIA FERRI.] Per quæ ceſſaverunt admoneri ſui.

124. IVRIS.] *Imperii*, & Maieſtatis Romanorum. Sæpè ſic.

126. TVRPE RELEGASSET.] Nō igitur admiſſus eſt Conſularui apud Romam Romanam Eutropius. Loquitur de eadem re in *II.* de Laudibus prolixè, a v. CCC. quæ hinc illuſtrantur. Loquitur Roma:

deniq; nulla
Dedecoris ſanctum violant oracula catum,
Nec mea funeſtum verſavit turia nomen:
Pars ſceleris dubitaſſe fuit, quæcunq; profana
Pagina de primo veniſſet limite Phœbi,
Ante fretum delet a mihi, ne turpia caſtu
Auribus Italiæ factorum exempla nocerent.
Publicus ille furor (quantum ſua Cura meretur!)
Secretum meruit, &c

128. POR

471

128. PORTVM.] Tutum refugium. Vide ad II. Stilicon. l. in Rufinum, v.CCLXVII.

129. MAJESTAS LATII.] Imperii Romani auctoritas. Sic Clypeum unum ambobus Orbibus Romanæ rei ſufficere Stiliconem ſcribit noſter fine huius Operis, quale quidem id nunc eſt.

131. MACVLIS SERVILIBVS.] Fatetur Arcadius in Edicto Confiſcationis.

132. QVAM SIMILES HÆC AVLA VIROS!] Abruptus ſermo ut iracundi am ipſa narratione concitantis. Ego tamen perſuaſum habeo latere ilthic aliquid monſtri. Libri nulli variant. Legas fortè.

Quam ſimiles habet aula viris!

Quam illi, inquit, ſunt ſimiles viris, qui hunc adorant! Omnia in Arcadianarum partium irriſionem dicit. Sed aliud quid latet.

135. GRAJOSQVE QVIRITES.] In *Grajorum* voce latet Sarcaſmus: Notæ enim Tranſmarinæ offuciæ, contemtibiles Quiritibus priſcis. Per contumeliam ergo Grajos Quirites non Romanos dixit. Alioquin pariter Sidonius Panegyrico Antemii.

Iam non Eoo ſolum veneranda Quiriti
Imperii ſedes, ſed plus pretioſa, quod exſtas
Imperii genitrix

Ita enim non Quirini legendum cùm doctiſſimo Savaronio

139. CINCTVS NEPOTVM.] à Romulo, qui Pater perhibebatur populi Procerumque Romanorum. Ennius.

ô Romule, Romule, dic ô,
Qualem te patriæ cuſtodem Dii genuerunt,
Tu produxiſti nos intrà Luminis oras.

Cincti judices apud Ivonem Carnotenſem, Epiſtola. *CCXLVII.* recte ſunt reſtituti à doctiſſimo Jureto, quod judicum ſcilicet ſit in perpetuo velut procinctu eſſe, ad officium ſuum facceſſendum.

144. TARTAREAM, BELLONA, TVBAM.] Huic enim numini furor bellicus, & in eum præcipitatio adſcribebatur, itaque & furentes perculſique animis ſacra ejus myſtæ obibant.

146. STRINGERE FALCEM] Gladium. In Gladiis autem magna veterum relligio. Sic gladium, quem Martis fuiſſe memorabant fabulæ, habuit Hunnorum Rex Attila, ut ſcribit Cælius Juvencus Calanus, & Priſcus Rhetor, Legationibus, & apud Jornandem, Goticarum Originum, cap. XXXV. Eos conſecratos templiſque appenſos obſervavit doctiſſimus Heraldus Digreſſionum ad Tertulliani Apologeticum pertinentium. lib. I cap. XV.

146. MACEDVM.] Scribe *Macetum* Μακετία enim Macedonia, non Μακεδία. Vide notata ad *II.* Rufin. v. CCLXXIX.

147. GENTES SEPULTAS.] Ex nugis Poetarum, qui Martem continuè belligerari apud Thracas & id genus barbaros fingebant. Innuit verò & clades iis locis à Gothis longo rum tempore illatas.

151. TURBINE.] Tempeſtate bellica, ut alibi loquitur.

152. MIXTISQUE GOTHVNNIS.] Rectè vero mixtis, ab Gothis nimirum & Hunnis; cum hos tamen illi mirum in modum exſecrentur, uti vides in Alano-Getæ Jornandis Originibus. De Gothunnis notarunt dudum doctiſſimi viri Colerus ad Tacitum, Gevartius Electis, Freberus ad Auſonium &c. Conſtantinus Thematum l. I. cap. XIV. γοτθύνους perperam vocat nunc, Codice corrupto. Gothinios vero ineptè cū Agricola J. Picardus in Celtopædia. Et errarunt in eo nomine non pauci alii.

154. AD MORES FACILIS NATVRA REVERTI. Horatius I. Epiſt. X.

Naturā expellas furca, tamen uſq; recurret.

Nota Gnomarum copia.

157. ARCTOVS ADVENA.] Gothus inſeſſor Provinciæ Romanæ.

164. TIMOR ALLIGAT.] Qui quodam velut vinculo rigoris conſtringit membra, animo torpente metu. Germanicus Arato.

nautis timor alligat artus.

165. HASTAM.] Alludit ad morem indicendi belli, quo tortam haſtam jaciebãt in fines hoſtium, infeſtã eorum terram hoc modo facientes. Sic appellens Alexander in Aſiam, Vide Diodorum Siculum, libro XVII. Cincius Alimetus, apud Gellium lib. XVI. cap. IV. *Cincius in lib. III. de re Militari fecialem populi Romani Bellum indicentẽ hoſtibus, telumque in agrum eorum jacientem, hiſce verbis uti ſcripſit.* Ammianus libro XIX *Eam haſtam ſanguinolentam fuiſſe auctor eſt. Vixq; ibi Grumbades haſtam infectam ſanguine, ritu patrio, noſtrique more conjecerat facialis, armis exercitus concrepans, involat in muros.* Haſtam vero ab Imperatore ipſo finibus hoſtilibus intorquendam ſervabant Romani in templo Bellonæ. Xiphilinus de M. Antonino. ex libro LXXI. Dionis Caſſii.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Μάρκος, καὶ τὸ δόρυ τὸ αἱματῶδες παρὰ τῷ Ἐνυείῳ ἐς τὸ πολέμιον δὴ χωρίον, ὥς γε καὶ τῶν συγγενομένων αὐτῷ ἤκουσα, ἀκοντίσας, ἐξωρμήθη. Mittebatur verò & Romæ haſta, concluſo belló, è certo loco. Ovidius Faſtorum VI. *Proſpicit à tergo ſummum brevis area circũ, eſt ubi non parva parva columna nota. Hinc ſolet haſta manu belli prænuntia mitti, in Regem & gentes cum placet arma capi.* Sequiore ævo, deſueto hoc more, Gallum Gallinaceum miſiſſe ex Thetza Grammatico notat ad Onoſandrum doctiſſimus Rigaltius. Apud Occidentem vero Enſis mittebatur, ut indictum bellum ſciret hoſtis, exemplo apud Theodoricum de Niem, in Vita Ioannis Pontificis XXIII. Haſtæ jaciendæ morem in denſis tenebris vidit etiam ante duo ferè ſecula Flavius Blondus. Vide ad Papinii Thebaidem.

168. CONTENTA.] Non interrupto impetu. Germanicus Arato.

Subſequitur rapido contenta canicula paſſu.

Paullinus Pellæus in Euchariſtico.

Quod feciſſe prius fuerat magis utile nobis,
Illa ut contento peteremus littora curſu.

Vide Exempla Nonii.

175. TARGIBILUM.] Tribigildi nomen ob verſum ita concinnaſſe exiſtimo. Scena omnis rei eſt apud Zoſimum legenda. Cuius ſi libri non extarent hæc eſſent penitus obſcura.

179. SCYTHICVM PECTVS.] Gothos Scythis innumerat. Vide Jornandem.

181. FEROX BARBARA.] Barbara natura, ferox indignatione. Gothos mulieribus Reges Reginis deditos in Alarici exemplo Bello Getico docet Claudianus.

184. MITRA.] Muliebri ornamento tegumentoque capitis. Prudentius opprobrio virilitatis:

Vt mitra Cæſariem cohibens aurata virilem
Combibat infuſum croceo religamine Nardum.

187. INFVNDITQVE ANIMO VIRVS PER OSCULA.] Vt Cupido. I. Æneide, ſinu receptus, & ita Æneæ amore, eam debellans.

189. RABIEM MOTVRA.] Barbaram iracundiam.

196. CERTO SIDERE.] Verba Maronis de Georgicis.

199. QVIBVS ARGIVÆ.] Exemplum reſpicit Alarici, de cuius Conjuge hæc omnia commemorat non ſemel alibi noſter.

202. TOTVM QVI DEGENER EXVIT ISTRVM.] Scythicam bellicoſitatem. Dicas morem Iſtri accolarum in-

nuiſſe

nuiſſe, per eum fluvium ſumma & interne-
civa hoſtibus vota concipere ſolitorũ. Junius Pil rgurus ad lib. II. Georgic. *Aufidius Modeſtus legiſſe ſe affirmabat hunc morem eſſe Dacorum, ut, cum ad bella proficiſcerentur, non prius rem capeſſerent quam de Iſtro certum modum haurientes ero, in modum ſo vini, jurarent, non ſe ad patria ſedem regreſſuros niſi hoſtibus caſis.* Daci autem & quivis alii Danubii accolæ Poetis, pro iiſdem Scythis, Getis, Gelonis &c. capiuntur.

201. NIMIUM JUNXERE REMISSO FATA VIRO.] Alia proſus lectio eſt in Codice Noſtro *nimium junxere marito* Acutè, velut ipſa conjux nimium eum Vxorium cenſeat. Tamen videtur τῷ *viro* ſequentis verſus gloſſema eſſe, & de eius interpretatione huc veniſſe.

205. QUAM DOMINUS RAPTO]. Locutio correpta: *potius* enim eſt omiſſum, quo ad integrum ſermonem opus erat: Valerius Flaccus, lib. VII.

occumbere tamdem
Poſſumus, idque ſedet. quam non quacunq; ſubire
Patris juſſa tui

B. Ambroſ. in Funere Satiri: *Sed temperandus mihi mœror quã alienandus affectus eſt, ut mulceantur magis deſideria quam ſopiantur.* Exempla apud Theofridum Abbatem in Adverſariis nobis ei rei illuſtratum, Ruritium lib. I. Epiſt. I. Witechindum lib. II. Joannem Saresburienſem, quem Carnotenſem dicant potius, libro VIII. cap. XXIII. Policratici. Nos ad Paullinum Petrocorium lib. I. de V. Martini v. CCLX. Quæque notarunt viri doctiſſimi Vertranius ad Tacitum, J. Lipſius Epiſtolic. lib. V. e. XXIII. A. Auguſtinus Emendat. lib. IV. cap. VI. I. Joan. Levinejus ad PLinii Panegyricum 6. Fornerius ad Caſſiodori librum VIII. Epiſt. II. Quantò vicem Quanto-magis, pari ratione poſuit Optatus Afer libro III. *Merito, ait, Paullus docet, orandum eſſe pro Regibus & Poteſtatibus, etiamſi talis eſſet Imperator, qui gentiliter viveret; Quantò quod Chriſtianus, quantò quid Deum timens, quãto quod religioſus, quanto quod miſericors?*

208. CUM TELA GERAS.] Lucanus

arma tenenti
Omnia dat qui juſta negat

208. FLEBIS IN VLTUS.] Exprobratio animi mollis. Horatius.

Inultus ut flebo puer.

210. METUS POENÆ.] Legas commodius *metu*. Libri tamen conſenſu integro nihil mutant, quare nec nos quicquam.

213. VASTATOR ACHIVÆ GENTIS.] Alaricum dicit. notiſſima hiſtoria.

215. PRÆSIDET ILLYRICIS] Hæ enim provinciæ aſſignatæ erant Alarico. Ipſe loquitur, bello Getico, v. DXLV.

nunc, Illyrici poſtquam mihi tradita jura,
Meque ſuum fecere ducem, tot tela, tot enſes,
Tot galeas, multo Thracum ſudore paravi.

221. BELLA DABUNT SOCIOS.] Sanè vero, modo Dux ſit, militumq; & ſociorum confluet copia, vel ut ſervi ad pileum.

225. BARBARICÆ.] Dignæ te & majoribus tuis, dignæ gente tua.

228. CUM LIBEAT ROMANUS ERIS.] Omninò verè hæc & ex uſu temporum iſtorum loquitur hæc Furia.

230. INFERNIS TENEBRIS.] Stygiis i. Raptus *Inferni rapteris equos* Habet hanc lectionem Scaligeri etiam Noſter liber qui inſuper *obſcurior* clare ſcriptum agnoſcit. Cluverius cum aliis *infernas alas*, non ex genio Poetæ; cui abſentiunt etiam Belgicorum librorum præcipui, accedentibus tamen Aldo & Camerte.

234. RIGIDÆ SEDERE COMÆ.] Quæ metu & ſtupore ſurrexerant, Virgilius

Obſtupui, ſteteruntque comæ. & vox faucibus hæſit. Parra Seneca Thyeſte, Lucanus libro I. Statius II. Theb. ſæpè Lucianus ad Papin.

238. PARS PHRYGIÆ.] Scriptura hæc eſt omnium Scriptorum & ex ſcriptis Editorum Librorum, quam Scaliger in *Phrygiam* correxerat, re non ſatis perpenſa. Utique enim certiſſimum eſt totam Phrygiam deſcribere & circumducere voluiſſe Claudianum, ut partem eius infeſtam Barbaris mox indicaret. *Sed diſtinctiuncula* ita concinnandæ ſunt, totusque locus legendus:

> *Pars Phrygiæ, Scythicis quacunque Trionibus alget.*
> *Proxima, Bithynos: Solem quæ condit, Ionas;*
> *Quæ levat, attingit Galatas: utrimq; propinqui*
> *Finibus obliquis Lydi, Piſidaque feroces,*
> *Continuant Auſtrale latus. Gens una fuere*
> *Tot quondam populi &c.*

Sic nulla omnino difficultas reſtat, quam in tam operoſis deſcriptionibus fugere ſummum eſt noſtri artificium. De ſitu Phrygiæ componendi his Geographi & Chorographi, & ad eorum regulas hic redigendus.

239. QVÆ LEVAT.] Ita reſcripſi ex Noſtro & Quinque Codicibus Belgis, itaque clarè edidit Camers, voluitque Delrius, & res ipſa eſt. Loquitur partem Phrygiæ Orienti obverſum. Eſt vero imperfectior hæc deſcriptio ob tum exſtantes Chorographicas tabulas minimè accuratiſſimas. Monuit ante nos etiam Iodocus Sincerus elegantiſſimæ Promulſidis cap. XLIX.

246. THYNI THRACES ERANT.] Quæ nunc, ait, Bithynia nominatur, olim Thraciæ pars erat, Thynis, ejus populo, habitata. Vide Appianum Mithridatici initio. Bithyniam ipſam Thraciæ adſcribit Scholiaſtes Apollonii lib. 1. Argonaut.

> Βιθυνοὶ δὲ Θρᾷκες κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος.

Scylax Caryandenus. μετὰ δὲ Μαριανδυνοὺς εἰσὶ Θρᾷκες Βιθυνοὶ ἔθνος.

Ut peculiaris ea fuerit gens. Noſter Codex ſcribit *Thynni* & ita Suida. Θυνοὶ ἔθνος. Vide doctiſſimum Stukium ad Arriani Periplum Euxini. De Gallorum illo tranſitu Livium, & multis Stephanum Forcatulum eleganti Commentario de Gallorum Philoſophia & Imperio, Libro IV. Nuper dicit Claudianus reſpectu Antiquiſſimæ Antiquitatis de qua alioquin inſtitutus erat ſermo.

250. DAT CVNCTA VETVSTAS PRINCIPIVM PHRYGIBVS.] Veritatis quidem ignara, Et à diluvio. Sibylla,

> ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρου
> πρώτη δ' αὖ θρέψεις φῦλον ἕτερον ἀνθρώπων.

Cuius vicem Libro VII. Sibyllinorum hodiè legitur.

> Ὦ Φρυγίη πρώτη δ' ἀναλάμψεις ὕδατος ἄκρου,
> Πρώτη δ' εἰς ἀσέβειαν ἀπαρνήσῃ θεὸν αὐτή.

Alii hanc gloriam Scythis, alii Ægyptiis ut Diodorus Siculus lib. I. adſcribunt potius; quæ diſceptare inſtituti noſtri non eſt.

251. NEC REX ÆGYPTIVS VLTRA RESTITIT.] Vide Hiſtoriam ſive fabulã apud Herodotum libro II. Adſcribã verba ſuper hoc negotio Commentatoris Apollonii, in librum IV. quoniam Scriptorum inſignium teſtimoniis conſtat, quorũ vix ipſa nobis vocabula nunc nota ſunt,

> οὐδέ τι πω Δαναῶν τοὺς Αἰγυπτίους παλαιοτάτους εἶναι φησίν. Ἡρόδοτος

δὲ

δὲ Φρύγας. Κόσμης δὲ ἐν πρώτῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν, καὶ Λέων ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς τὴν μητέρα, καὶ Κνωσὸς ἐν α΄ γεωγραφικῶν τῆς Ἀσίας πάντων ἀρχαιοτάτους Αἰγυπτίους φασί. καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πρώτην κτισθῆναι πόλιν Θήβας, καὶ Νικάνωρ δὲ τούτοις συμφωνεῖ, καὶ Ἀρχέμαχος ἐν ταῖς μετωνυμίαις, καὶ Ξεναγόρας ἐν πρώτῳ χρόνων, καὶ Ἵππυς δὲ τοὺς Αἰγυπτίους ἀρχαιοτάτους γεγονέναι λέγει, καὶ πρώτους στοχάσασθαι τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως, καὶ γονιμώτατον εἶναι τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ, γεγονέναι δὲ αὐτοὺς φησὶν ὁ Ἀπολλώνιος πρὸ τοῦ πάντα τὰ ἄστρα φανῆναι. καθὸ τὴν τε φύσιν κατανοῆσαι αὐτῶν δοκοῦσι καὶ τὰ ὀνόματα θεῖναι, καὶ τὰ μὲν δώδεκα ζώδια, θεοὺς βουλαίους προσαγορεύουσιν, τοὺς δὲ πλανήτας ῥαβδοφόρους. Ἡρόδοτος δέ φησι Φρύγας πρώτους γεγενῆσθαι. Ψαμμέτιχον γὰρ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα βουλόμενον διαγνῶναι τίνες τῶν ἀνθρώπων πρεσβύτεροι, παραδοῦναι ποιμένι δύο βρέφη, κελεύσαντα μηδένα μηδὲν αὐτοῖς φθέγγεσθαι, μόνον δὲ αὐτοῖς αἶγας θηλάζειν διδόναι. αἱ δὲ δύο ἐτῶν διελθόντων πρώτην φωνὴν ἀφήκαντο βεκ. οὕτω δὲ λέγεται παρὰ Φρυξὶν ὁ ἄρτος. ἐγνώσθησαν οὖν ἀπὸ τούτου οἱ Φρύγες γηγενεῖς. οἱ δὲ φασὶν ὅτι εὐηθές ἐστιν ὑπολαμβάνειν τοῦτο. ἀκούοντες γὰρ οἱ παῖδες βληχωμένων τῶν προβάτων, ὡς ἂν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐνεργούμενοι, πρὸς τὸ ἐναργέστερον τὴν φωνὴν ἀπέτρεψαν.

254. HEIC CECIDIT LIBYCIS IACTATA PALUDIBUS.] Fabula eſt de Minerva tecens, inventam tibiam inſlante, quæ cum in umbra aut fluvio inſlatarum malarum tumorem vidiſſet, projecit fiſtulam, quam invenientes paſtorum quidam, didicere modulamina. Vide notata doctiſſimis viris Lilio Gregorio Giraldo, in Hiſtoria Deorum, Paullo Leopardo Emendat. Lib. II. cap XIII. Delrio, ad iſtum locum, Commentatoribus Propertianis ad librum II. Mentio apud Clementem Alexandrinum, Pindarum Pythionic. XI. Ariſtotelem. VIII. Politicorum, Philoſtratum, Epiſt. LIV. Plutarchum Alcibiade, Pauſaniam Atticis, Ovidium Faſt. VI. Fulgentium lib. III. Mytholog. Marſyam tibiæ inventorem ſcribit Tatianus Aſſyrius initio libri contra Græcos.

255. FÆDATAM CVM REDDIDIT VMBRA MINERVAM.] Buccis tumentibus. Sic, Arſinoæ tibias inſlanti genæ intumeſcebant, oculi accendebantur, apud Heliodorum libro II. Æthiopic. Philoſtratus.

ἡ δὲ Ἀθηνᾶ καὶ τοὺς αὐλοὺς ἔρριψεν ὡς τὸ πρόσωπον αὐτῆς συγχέοντας. Vide doctiſſimi Bourdelotii Commentationes Heliodorianas lib II. pag. 41.

258. PELLE.] Miſerrimus ille cantorum. Verſus expreſſus de Statii libro IV.

Illuſtres Satyro pendente Celænas.

Herodotus Polyhymnia ſcribit pellem in utrem conformatam fuiſſe.

ὃς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῶν Κελαινέων ἀνατέλλων ἐς τὸν Μαίανδρον ἐκδιδοῖ, ἐν τῇ καὶ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλει ἀνακρέμαται. τὸν ὑπὸ Φρυγῶν λόγος ἔχει ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐκδαρέντα ἀνακρεμασθῆναι. Notæ fabulæ ut & ſequentia omnia.

260. TOTIES LAVERE.] Cum manus eius tactus potuiſſet eas aureas totas facere. Nota Poetarum figmenta.

263. SAN-

rotunda & alata confecit natura, at caput infirmum habet & parvum, femoribus tamen & cruribus prævalet, ungula illi biſulca. Gravitas autem facit ne in ſublime extolli poſſit, ſed interim velociſſimè omnium currit, vix pedum ſummitate humum ſtringens, maximeq́; ſecundo Ventorum flatu alas tollens, ceu navis extentu concitata velis procurrit. Contra vim inſequentum jactu lapidum ſe defendit, quos pugni craſſitudine, à pedibus tamquam fundâ extorquet. At cum ſilente vento infeſtatur, alis properè defeſſis præſidio ille Naturæ uti nequit, ſed curſu facilè ſuperatus capitur.

310. VASTA.] στρουθὸς ἡ μεγάλη Aeliano ſemper ferè nominatur, libro II. cap. XXVII. lib. IV. XXXVII. lib. IX. cap. LVIII. lib. XIV. cap. VII. Vide Ariſtotelem de partibus Animal. lib. IV. c. XIV.

311. CURSU TRANSMITTIT ARENAS.] Vide Aelianum, lib. IV. cap. XXXVII. Et alibi locorum nominatorum. De velis, Diodorus verbis adſcriptis. Philes Jambis.

> Στρουθὸν δὲ φασὶν τὴν μεγάλην οἱ Φρύγες
> Οὐσαν πτερωτὴν τοῖς ποσὶ χρῆσθαι πλέον,
> ὤκιστα γὰρ θέουσαν εἰς ἄγραν μέσην
> Κόλπουν ἑαυτῆς τὰ πτερὰ πρὸς τὸν δρόμον,
> ὡς λαῖφος οἶδεν ἐκ πνοῆς πλησιάσας, &c.

Aelianus libro II. capite XXVII.

ἡ Στρουθὸς ἡ μεγάλη λασίοις μὲν τοῖς πτεροῖς ἐπτέρωται, ἀρθῆναι δὲ καὶ εἰς βαθὺν ἀέρα μετεωρισθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. θεῖ δὲ ὤκιστα, καὶ τὰς παρ᾽ ἑκάτερα τὴν πλευρὰν ἑκατέρων πτέρυγας ἁπλοῖ, καὶ ἐμπίπτον τὸ πνεῦμα κολποῖ δίκην ἱστίων αὐτάς, πτῆσιν δὲ οὐκ οἶδεν.

Idem lib. XIV. cap. VII. Pennarum autem volatus alioquin velis æquatur. Lucret. lib. VI. *Remigio, oblita pennarum, vela remittit.* Struthiocamelo hominem comparat pariter Julianus Anteceſſor in Anthologiâ Epigrammatum.

> Ὄψιν ἔχεις στρουθῷ παρομοίιον. ἦ ῥά σε Κίρκη
> Ἐς τήνδ᾽ ἣν μετέθηκε φύσιν, κικεῶνα πιόντα.

Et tali comparatus eſt à Corbulone, Ovidii gener, Cornelius Fidus, ut ſcribit Seneca de Injuria Sapientis cap. XVII.

312. PULVERU ENTA VOLAT.] Per pulverem videlicet, non tam volans quam currens, nititur enim pedibus, vide Diodori verba: Curriculo volare aurumat. Plautus.

314. RIDENDUM CAPUT.] Semicalvum ſcilicet & ſine ſupercilijs, ſed & hoc ipſo actu ridiculum. Vide PLinium lib. X. cap. I. In Græcorum commentarijs legimus.

ἐξ τάδε γελοῖός ἐστι πάντοτε ἄξιος. στρουθοκάμηλος, ἡ λαθεῖν δοκοῦσα ὅταν, ἐπειδὰν τὴν κεφαλὴν κρύψῃ ἐν τοῖς θάμνοις, ὁ κομπὸς &c.

Meminit hujus ſtultitiæ etiam Oppianus lib. IV. Alieutic. v. DCXXX. De mugile piſce ſimilia ſcribit PLinius lib. IX. cap. XVII. Struthiocamelis autem ob celeritatem vectus eſt aliquando Firmus tyrannus, ut refert Vopiſcus ex Aureliano Feſtivo, Cæſaris Aureliani liberto.

318. SERVIRE.] Servitum eſſe. Vide alibi has Notas.

318. NEC GRATA TIMENTUM MUNERA.] II. Stilicon. CXLIX.

> *ſcis nulla placere*
> *Munera quæ metuens illis, quos ſpreverit, offert.*

320. PRIMA CINGULA.] Principem militiæ dignitatem Tam enim mere perditus erat Eunuchus ut h. ſti offerret magiſterium Militum. Cingulum jus militandi. Marrianus Imper. Lib. IV. de Summâ Trinitat. ſi militiâ præditus erit, cingulo ſpoliabitur. Baſilica.

 τῆς

piſcatu fuerunt dedecorum omnium contemtores Apicij illi priſci. Sic Triremes ex Hiſpania & aliunde Vitellio piſcium delicias advexiſſe ſcribit Suetonius. Infinita materies vetat in hæc excurrere, & oſtendit Cenſor Seneca quouſq; luxus dirus proceſſerit. De Græca piſcium gula multis Athenæus.

333. VESTIS ODORATÆ STVDIVM.] hoc quoq;,jam renatum recens, habuere veteres. Inter veſtimentorum genera refert Auctor Gloſſarij minuti: Suffita, τεθυωμένα: ſic olentes peregrinorum murium pelliculas celebrat Beatus Hieronymus,& in PLauto ſimilia.

335. MOVISSE SALES.]Hiſtrionum gregem deſcribit. Aulæ quidem Græcæ tam paullò poſt familiarem, ut ſcenica muliercula in Imperij conſortium accepta terrarum Orbem peſſumdederit Juſtinianus.

336. MINIMEQVE VIRILES MVNDITIÆ.] Quibus videlicet provocabant in ſe perditiſſimi libidinem. Tales quærere virum eleganter dixit Petronius, & deſcribit pro morbidis Cælius Aurelianus.

337. ONERIQVE VEL IPSA SERICA.] Tam teneros, inquit, luxus & deliciæ plusquam muliebres faciebant, ut etiam oneroſas putarent ſibi Sericas ipſas veſtes, quamlibet tenuiſſimas. Sic Juvenalis Sat. VI.

tenui ſudant in cyclade, quorum
Delicias & panniculus bombycinus urit.

Quo loco induſiolum intelligit ſummæ cuti inductum, quod delicatiores de Bombyce habuiſſe docet Alciphron, li.I. Epiſt. XXXIX. Serica illuſtrata ſunt multis à doctis, qui peculiari opera talia ventilarunt. Aevo etiam vltimo fuere maximæ æſtimationis. Valerianus Sermone I. *Quamvis autem pretioſo Serico corpus veſtias & niveo vellere membra componas, non ſine maculâ diem tranſigis ſi camini ardentis ora contigeris.* Ad ſtragulam veſtem, ſive lectis ſternendis ſummo erat ornamento. Auctor Vitæ B. Adalberti Epiſcopi Pragenſis: *Erat multum honoris gerens, ſed lectus ſuus omnem gloriam alterius longè præcellens, totus purpureo ſplendore, & ſericis ornamentis amictus, ad caput aureis ſtaminis linteo pulcerrimè redimitus.* Et ad pulvinaria uſurpabatur. Monachus Sangallenſis, Vita Caroli Magni, lib. I. cap XXI. *Sedebat ipſe molliſſimis plumis pretioſiſſimo Serico veſtitis, exſtructus, Imperatoriâ Purpura indutus, ita ut nihil illi niſi ſceptrum illud & nomen Regium deeſſet.* Hæc Holoſerica plumea intelligenda apud Hericum, Libro II. de Vita B. Germani:

Quid memorem Phrygio perſcriptas pectine veſtes?
Nec ſemel in Tyrios cocta indumenta rubores?
Craſſius his aurum ſuper, inſultesq; Smaragdos,
Tum byſſos niveas, holoſerica plumea, Torques,
Multa Duci quæ larga dabat Fortuna ſuperbo.

Erat & avium Sericum, quod per *niveum vellus* puto intelligere Valerianum verbis modo adſcriptis, de medulla videlicet plumatũ ſubtiliſſimarum productum. Idem Sangallenſis Monachus lib. II. cap. XXVII. Ejuſdem Operis. *Cæteri verò, utpote feriatis diebus, & qui modo de Papiâ veniſſent, ad quam nuper Venetici de transmarinis partibus omnes Orientalium divitias advectaſſent, Phœnicum pellibus Avium Serico circumdatis, amicti procedebant.*

338. ROMAM CONTEMNERE SVETI.] Ob mares ejus animos. Talem faciunt nõnulli Honorium. Romam contemnentem, Ludos cum Gallo ęſtimantem. Viſe Zonaram, Cedrenum.

340. AVRIGARVMQVE PERITI.] Gnari & intelligentes quis auriga cujus factionis, quo alterius ſit præſtantior. Hæc ait ſtudia fuiſſe hanc diſciplinam ab ineunte horum Heroicorum Procerum.

341. HVMILI DE PLEBE.] De extremis ſordibus & natalibus prorſus obſcuris elevati in Duces Legionum, Numerorum, &c

342. CRVRA LIVENTIA.] Ovidius II. Amorum.

Vidi ego compedibus liventia crura gerentem Horatius. *Et crura dura compede.*

343. JVRA.] Magiſtratus, Imperia, Judicia. Sic ſæpiſſimè alibi. Male autem ſuperiorem verſum ad ſtigmata velut cruribus inſcripta refert Ramireſius, notis ad Martialem, cum livorem compedum attritu datum intelligat Claudianus, quem nollem ſecurum eſſe doctiſſimum amicum meum Michaelem Meiſnerum, libello de Stigmatis, cum Diatriba de Adnotamentis Criticorum vulgato.

345 HOSIO.] Memoriam hujus ex Codice Theodoſiano notavit doctiſſimus Claverius. Sequentia verba alludunt Culinaria, omnia enim agit ut Hoſium hunc de Coquina ad Dignitates veniſſe, oſtendat, quem & vocabulis ejus concinnè adurit.

347. ADMOTO QVI TEMPERET OMNIA FVMO.] Eſt hæc omnium ſcriptorum noſtrorum, editorumq; veterum lectio; excepta Bentiniana Editione, quæ *naſo* cum ſequentibus non paucis, habet. Fumus in ſinu habet vanitatem hominis, ut *fumum vendere* eſt proverbium notiſſimum. Dicit autem hominem adeo coquinandi ſollertem eſſe, ut de nidore etiam poſſit temperiem juſtam dare cibis parandis, quæ laus ſanè ſit incomparabilis Coci, hunc autem promoverit ad proximam Eutropio Dignitatem. τὸ *Naſo* quoque non inelegans ſit, ob ſalem gulonis in olfactu Poetæ fictum. Sed videtur tamen eſſe lectio interpolatitia, ob conſenſum contrà membranarum. Diſtinctio ita concinnanda erit:

prudensq; novandi
Iura, & admoto qui temperet omnia fumo;
Fervidus, accenſam ſed qui benè decoquat iram.

348. QVI BENE DECOQVAT IRAM.] Ferventis nimirum juris aut aquæ. Similiter locutus eſt Titinnius, Setinâ.

Sapientia gubernator navim torquet, non valentiâ,
Cocus magnum ahenum quando fervit paullâ confutat truâ.

349. APICES.] Summa culmina. Sæpè ſic ejus ævi Scriptores.

350. DEFOSSI.] Magnis cicatricibus, ob iterata flagella.

354. MORBIS] Ambigua etiam vox, alterum perſtringit libidini alterum gulæ curandis artifices.

355. OBLITI SVBITO.] Summi ſtuporis eſt præſentium urgentiumque negotiorum in ipſa eorum tractatione oblivisci. Vide Theophraſti, Characterem τῆς ἀναισθησίας. Hiſtrionum autem aſſeclæ inepti omnibus negotijs ſerijs ceu endis, adeo ut ne libellorum quidem judiciis eos admittat Joannes Sareſberienſis, quem vocant Præfatione Metalogici.

357. VERTIGINE MOLLI.] Non obhærente. Mollia enim omnia quæ facilè fiunt ſcriptoribus. Talia ludibria quotidiè fieri videmus, & illuſtrarunt docti qui de Theatro Circoq; collectanea dederunt.

359. VERRAT QVIS MARMORA CRINE SVPINO.] Capite per impactos ſolo lacertos trajecto, quo modo comatorum hiſtrionum capilli ſolum tergunt, Hodieq; ubivis gentium multos hujuſmodi exoſſes ſaltatores videmus, qui, manibus in terram nixi, vix elabi videantur capitis afflictionem, dum ſe ſubjiciunt ſibi, & in ſe, orbe quodam mirifico, convoluti, & mox illo evoluti, ultima primis trajiciendo, in manuum veſtigia pedibus redeunt, in manus rurſum elevatis & in orbem rotatis iſtis, ut perpetuo quodam globo prætereant ſeſe, & toto corpore volvantur in actem, excipiendi nunc manuum denuò, nunc iterum pedum ſubſidijs.

361. NEC DVM COMMISSA CHORO CANTATVR AGAVE] Non placent quæ de hoc loco retuli in Adverſariorum Commentaria ex Schedis ſubito & turbidè exaratis. Citra enim ambages Claudianus novam & nondum ſcena traductam fabulam intelligit, quam recitent iſti in concilio magnis de rebus

rebus agundis convocato: Alluſit Iuvenalis de Papinio verſum.

Eſurit intactam Paridi niſi vendat Agaven.

Hoc eſt abs ſe ſcriptam recens, & egregie elaboratam fabulam, quæ ſcenam nondum introiverit. Nullis opus ambagibus aliis.

366. CINGI.] Militaria omnia munia obire. Pertinet ad laudem quam inſcriptionibus Monumentorum Eunucho datam ſupra memoravit, v.LXXX. *quod maxima prælia ſolus impleat.*

367. SVBSISTERE.] Cui innitantur nimirum illa. Sic Appuleius lib.III. *Nec hoc factum putes ulla benevolentia, ſed ut ei redeunti medela ſalubre poſſem ſubſiſtere.* Idem lib. V. *Nunc, ſi quam ſalutarem opem periclitanti ſorori veſtræ poteſtis afferre, jam nunc ſubſiſtite.* Libro VI. *per ego te frugiferam tuam dexteram iſtam deprecor miſeranda Pſyches animæ, ſupplicis tuæ, ſubſiſte.* Verſus qui ſequuntur divini ſunt, ut tota Antiquitate illuſtrius ad ſimilitudinibus & Comparationibus res illuſtrandas vix ullum fuit ingenium.

375. EXTEMPLO.] Ex improviſo Mira emphaſis verborum & rerum, ad declarandam & oſtendendam rem præſentem.

375. LEO.] Poetice hæc fingit ad dignos Eutropiano magiſtratu miniſtros poſteritati exhibendos. Nam à Gaine miſſum hunc hominem, licet vecordem, & ventri deditum, officium ſuum non male expediiſſe Zoſimus, deletumque cum ſuis copiis non ignavia ſua, non virtute hoſtili, ſed dolo & perfidia Gainis, qui omnia agebat hoc ſolo ſcopo ut everteret Eutropium. Ingluviem & libidinem hominis Suida deſcribit his verbis.

Λέων στρατηγὸς ἐπέμφθη παρὰ Εὐτροπίου ἐπ' ἀνάγκῃ κατὰ τῶν Βαρβάρων. εὔογκος ὤν, καὶ διὰ μελέτην μέθης τε παράγωγος, ἦν γὰρ αὐτῷ τὸ ἀνδρεῖον ἐπὶ τοῦτο συνηναγκασμένον, πλείους ἔχειν παλλακίδας τῶν στρατιωτῶν καὶ πλείονα πίνειν, ἢ ὅσα πάντες οἱ ἄνθρωποι πίνουσιν. Ex Eunapio, puto, cujus verbis in horum temporum particulis non illibenter utitur ille Rhapſodus.

379. ACER IN ABSENTES.] Therſites & Drances Poetarum.

380. ABUNDANS CORPORIS EXIGUUSQUE ANIMI.] A crebritate talium Romani ſcriptores Magnum pro ſtolido homine ſumunt. Dixi alibi;

384. PRODUCERE RIMAS.] Carminis ferrei deſcriptio, ad nitidandam & producendam lanam, quod carminari dictum ſcribit M. Varro lib.VI. de LL., quia ea ope careat lana quod in ea nequam ſit.

385. AIAX ERAT EVTROPII.] Cujus ſub clypeo ille ſeſe tegebat, non aliter ac Teucer ſub fratris Ajacis. Ajax autem alter ab Achille Heroum ad Ilium Princeps apud Homerum & Q. Septimium. Vti vero quæ ad Hoſium ſuperiorem omnia de culina petitis verbis ediſſeruit, ſic nunc lanificii opera & inſtrumenta producit. Sic *texere, Trahere, ferrum, Tritonia, opus,* dicuntur; nec aliter Eutropii Lenocinia & turpitudines priore libello inceſſuit.

392. GLISCERE DESIDIA.] Gliſcendi etiam verbum ex opere eſt. Lana enim gliſcit, augetur, producitur, dum carminatur. Sic gliſcere menſas dici, dum epulis exſtruuntur, notat Feſtus.

407. VOLUCRES.] Pabula daturos dicet milites vulturibus in Phrygia. Summa autem hæc devotio eſt apud Homerum ſæpius.

410. MVLTVMQVE PRIORI DISPAR.] Eumdem dicit eſſe exercitum quem in Orientem ducturus Stilico deſerere jubebatur ab Arcadio, quam Hiſtoriam II. in Rufinum deſcriptam habes, ſed mirifice ſub talibus moderatoribus effœminatum & diſciplina militari exutum. De eodem exercitu paria infra v.DXLVII.

413. HEBRVM.] Debellatarum cum Theodoſio Stiliconi Thraciarum ſæpiſſime meminit hic Poeta.

415. ANCYRANIQVE TRIVMPHI.]

Supra lib.hoc v.XCVI. iter hoc Eutropii ſollemne deſcribit, unde triumphabundus redierit. Habuit ſpeciem expeditionis illa profectio, ut liquet ex omnibus quibus deſcribitur, ne videlicet exercitus Romanus tam ſtrenuis ducibus torpeſceret.

422. SIC VACUI RECTORIS EQVI.] Ab equo & navigio ducit rationem non poſſe ſine rectore ſollerte & efficace regi exercitum. Sic de Homine Ratione non moderabili PLato, Æneas Gazæus, alii. De mundo orbo Prudentia iiſdem utitur collectionibus Theodorus Prodromus.

> εἰ γὰρ μία ναῦς, ἵππος εἷς, φθορὰν
> πάθοι
> χωρὶς χαλινῶν, καὶ κυβερνήτου δίχα,
> καὶ τὴν μὲν εἰς δέξατο πόντιος δρά-
> κων
> Τὸν δ' σφαλέντα θὴρ χαραδραῖος
> φάγοι
> πῶς ἂν ἀκυβέρνητον εἴποι μὴ μέ-
> νειν
> τὸ κοσμικὸν πλήρωμα, τὴν πᾶσαν
> κτίσιν.

Quorum verſuum quinto Legendum arbitrer εἴποι μοι Ne id affirmet auctor quod negat.

423. ABRVPTVM.] Præceps, peſſum. Abruptum pondus, quod in abruptum agat onere ſuo ferentem, pulcre dixit Iuvencus lib. lib.IV. Hiſtoriæ Evangelicæ: verſu LVII.

> *Adſpicite ſcribas ſublimi ſede ſuperbos,*
> *Hi quæcunque docent juſtum eſt comprendere cordis*
> *Obſequio, maculas ipſorum temnite vita,*
> *Abrupta imponunt humeris nam pondera veſtris*
> *Ipſi quæ digito ſaltim contingere nolunt.*

424. SIC RVIT IN RVPES.] Elegantiſſima iterũ & appoſitiſſima ſive ſimilitudo ſive comparatio, Muſculum a. dicit qui inter ſaxoſa vel brevia Balænarum Corpulentiam prægubernat, ut loquitur Sidonius eadem re lib.V. Epiſt. XIII. Vide ejus ibi interpretes. Plinium lib. IX. cap.LXIII. Vegetium libro IV. cap.XVI.

426. IMMENSVM.] Pergrande, longiſſimum. Ovidius.

> *immenſos edera collecta capillos.*

427. PECVS.] Monſtrum marinum. Horatius.

> *Omne cum Proteus pecus egit altos*
> *Viſere montes.*

427. TEMPERAT.] Moderatur, gubernat. Sæpe ſic alibi.

427. CONJUNGIT.] Jungit fœdera tantilla res cum tam immani monſtro.

428. ILLA NATAT.] Amiſſo piſce ſodali, quod modo dixit.

429. DEPREHENSA.] A navi quæ deprendi dicitur cum eſt fluctibus in acta. Catullus.

> *minuta magno*
> *Deprenſa navis in mari, veſanienti Vento.*

431. SIMVLARE FVGAM.] Eleganter Sidonius Anthemiano.

> *Piratum per rura vagum, qui, prælia vitans,*
> *Victorem fugitivus agit, quis ſuſtulerat hoſtem*
> *Qui pacem pugnamque negat?*

Sane miſerrimus hic Comœdo ita deceptus eſt à ſollerte talium Barbaro, ſiquidem vera recenſet Claudianus.

431. FLATVSQVE LEONIS.] Iactantiam ſtolidam, tumorem imprudentem, à rebus inani vento tumentibus. Epigrammate XXXVIII.

> *Ignoſcat placidus tandem, flatuſque remittat.*

Silius Italicus lib.VII.

> *Et jam claudebat flatus, nec plura ſinebat.*
> *Atropos*

Horatius lib.II. Satirarum, Ecloga V.

Creſcen-

Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem.

Timon Sillographus hinc homines utribus aſſimilavit.

> Ἄνθρωποι κενῆς οἰήσεως ἔμπλεοι ἀσκοί.

Vincentius Lirinenſis Commonitorio: *ut depoſitis Vanitatis & ſuperbiæ flatibus Chriſtianæ humilitatis ſacrificio placarent Deum.* Ammianus libro XXVIII. *multa tamen clam palamq; circumſpiciens, creſcente flatu cupiditatis immenſæ exſules ſollicitabat & milites.* Hericus Altiſſiodorenſis, lib. III. *Flatus ſuperbos* ipſa vocat Dæmonia à Germano ſuo extruſa Energumenis. Fulgentius Sermone, de Verbis Michææ: *Quid ergo eſt quod ſe inflat homo fragilis & mortalis, quid ſuperbit, terra & cinis?* Dugalus contra Claudium, *ne amplius malignißimo Superbiæ ſpiritu inflati Eccleſiam Chriſti diffamare præſumant.* Arnoldus Hexaemero: *flatus & Lapſus coædificant laborantem, nec inflatur ſecuritas ſanctitatis, & expuritatis reſpectu erubeſcens diſſolutio convaleſcit.* Tertullianus pulcerrime, de Anima, cap. XXXII. *Sed enim Empedocles quia ſe Deum deliraverat idcirco opinor dedignatus aliquem ſe Heroum recordari Thamnus & piſcis fui, inquit: cur non magis & pepo tam inſulſus, & Chamæleon, tam inflatus?*

436. LETHO JUNXERE SOPOREM.] Exempla apud Papinium, Homerum de exercitu Rheſi, Virgilium in Niſo & Euryalo, Silium Syphace.

437. SINE MORE.] Omni exemplo.

441. CVNCTANTIA.]Moram cænoſa voragine facientia. Sic *cunctans ramus*, qui non facile ſequitur decerpturum, apud Maronem, Libro VI.

442. SVBNIXA.] Moles videlicet illa ſpecioſiſſima. Pulcre diſtinxit hæc Scaliger, qui talibus optimè fecit Claudiano.

445. HOSIVS MVCRONE CORVSCO.] Illum ſuum cocum de ſuperioribus paginis huc acceſſit. Coquorum autem erat antiquitus mactare animantia culinæ deſtinata. Teſtamentum Grunnii Porcelli.

447. CALENTI MANDET AQVÆ.] Quibus elixis, quibuſq; aſſis opus ſit herilem menſam inſtruere; quas partes in farcimina compingat, additis ei teributibilibus.

448. CVTEM DISTENDAT ECHINO.] Non inepte de ovis Echinorum Delrio, quibus aſſam ſuillam dicit iſtum ſapientiſſimum cocorum farcire voluiſſe Claudianus. Ego & de Caſtaneis intellexeram adoleſcentulus, ſed in Editione puerili exciderat illa nota. Videmus vero nunc quoque hoc genus ferculorum fieri, & Echini voce de iis uſus Calpurnius, Ecloga II.

> *Mille renidentes dabimus tibi cortice Chias,*
> *Caſtaneaſque nuces totidem, cum Sole Novembri*
> *Maturis nucibus virides rumpentur Echini.*

Sed id nimis equidem de longinquo petitum eſt. Echinos ipſos marinos ſalutares faſtidienti ſtomacho, levandæque veſicæ, auctor eſt Ælianus, libro XIV. de Animal. cap. IV. itemque ungendo corpori contra ſcabiem, inibidem. Sed videbatur nunc Græciſſare voluiſſe, alioquin Latinitati tranſſcripta hac voce Claudianus, & per Echinum fartum quorumvis farciminum intelligere, cum omaſum quod Latio pinguem talem molem notat ἐχῖνον inter cætera dixerint etiam Græci. Onomaſticon vetus, *Omaſum* ἐχῖνος. Et iſta nunc mihi ſententia videtur toti rei convenientiſſima. Frequens autem talis paratura apud veteres. Unde *Fartores* Laniis, & Cocis, &c. jungit Terentius, Eunucho. Vide notata Lib. CLXIX. Adverſariorum cap. I.

449. FLAGRAT OPVS.] *Fervet opus* Virgil.

449. CREBRO PVLSATVS.] Nihil verius quam ſcripſiſſe Claudianum.

> *Flagrat opus, crebro pulſu tes perſtrepit iſta,*

Contexti

Contexti varius penetrat Calcedona nidor.

Prior verſus ex conjectura noſtra emendationem recipit, nihil enim tam conveniens rei, quam dum meditatur quibus modis ſuē mactatam diſpertiat, & epulis accommodet Hoſius, ne otioſus ſit interim, & ut culter culinarius fiat ſubactior, eum coti identidem impingere. Alter verſus ex libro Cujacii in Appendice Notatum ita propoſitus eſt à Claverio, utique non aliter à Claudiano relictus. Cui quadamtenus conſpirant noſtræ membranæ, in quibus eſt *Cum texit*. *Contextum* vocat ex uſu ſeculi, ferculorū omnium & ſingulorum variis ſpeciebus adornatorum & effarctorum, ordinem; vel & ipſa illa farcimina variis aromaris, more ganeæ priſcæ, condita & compoſita. *Contextum* autem omne quod diverſis variegatum velut eſt rebus, ſic Galliam fluminibus contextam vocat Aggenus Vrbicus de Limitibus: *Hæ quaſtiones maxime in Gallia tota moventur, quæ multis contexta fluminibus immodicas Alpium nives in mare tranſmittit*. Cujus generis infinita connotari poſſint, ſed res certa non eget ambitu aſſertionis.

450. PENETRAT CALCEDONA.] Vicina admodum ea Vrbs Conſtantinopoli. Gulielmus Tyrius lib. II. cap. XII. *Chalcedon civitas eſt in Bithynia, locus Conſtantinopoli proximus, & ſola Boſphori diſtinctione diſtans, unde & urbem in vicino conſtitutam erat omnibus intueri & qui negotiis urgentibus trahebantur ter vel quater in die ad Vrbem ire regiam & ad caſtra redire poterant.*

451. ECCE LEVIS FRONDES.] Terrore exanimatum miſerrimum bellatorem dicit, quem interemtum cum omni ſua copia dolo Gainis memorat deſertum Zoſimus. *Metu cur exſtinguantur* homines decet Alexander, quem vocant, Aphrodiſæus, Problemate. XVI. Expreſſiſſe videtur Claudianus locum Statii, Thebaide VI.

tantum violentior aura
Impulſaque Noto frondes, caſſuſque valeret

Exanimare timor

Eſt enim metus animam percellens frigus, quem tali rigore deficere auctor eſt Theophraſtus Apoſpaſmatio libri de Defectu Animi. Terrore exanimatorum hiſtoriæ non ſunt nullæ. Sic in Chare quodam, obſeſſa Hieroſolyma cum turris præcelſa à Romanis ſubruta procideret terror cauſſa mortis præſentis fuit, teſte Egeſippo lib. IV. cap. III. Fl. Vopiſcus in Caro. *Negari non poteſt eo tempore quo periit Carus tantum fuiſſe ſubitò tonitruum ut multi terrore ipſo exanimati eſſe dicantur.* Ad ſtrepitum autem foliorum timore percelli, deſcriptio eſt hominum extreme meticuloſorum, quam ex Papinio noſter traduxiſſe videbatur. Horatius.

Nam ſeu mobilibus Veris inhorruit
Adventus foliis, ſeu virides rubum
Dimovere lacertæ,
Et corde & genibus tremit.

Iſidorus Peluſiota, Epiſtola DLXI. à *Sebotto* noſtro *Editarum*. Nunc libro V.

ὥσπερ οἱ ψοφοδεεῖς καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοὴν τῶν δεινῶν καταπλήττονται, καὶ οὐδὲ φύλλα φέρουσι κινούμενα, τοὺς δὲ ἐκ τῶν πολέμων μεγάλους ἐμπνέοντας τὰς ἀπειλὰς, οὕτω καὶ οἱ πταίοντες ἐλέγχοις πανταχόθεν βάλλονται, &c.

Cui ſimile & par eſt apud Arrianum lib. III. Diſſ. Epicteti, cap. II.

εἶτα μῦς ἂν καταπέσῃ καὶ ψοφήσῃ, ἀπέθανες.

452. PRO VULNERE TERROR.] Alcimus Avitus libro IV.

Plus horror quam pœna movet, plus vulnere terror.

454. INTEGER.] Illæſus. Strabus in Mammete.

Integer & Mammes vincat tormenta tyranni.

Formidine

Formidine ſaucium quod dixit, Appulei infinitis locis poterit illuſtrari, qui *ſaucij* vocem ad animum perlubenter refert.

455. QUIS TIBI TRACTANDOS.] Tamquam fœminam alloquitur. Hæc enim talia viri imperabant mulieribus. Ariſtophanes Lyſiſtrata, loquitur ipſa.

> Εἰ πρόμεθ' ἂν πῶς ταῦτ' ὦ ὑπερ δια-
> πράττεσθ' ὧδ' ἀνοήτως;
> Ὁ δ' ἄν μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἔφασκε,
> κεἰ μὴ τὸν στήμονα νήσω,
> Ὀτοτύξεσθαι μακρὰ τὴν κεφαλήν,
> πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.

456. SOLIO AVITO.] Vbi ſedens lanam carminabas, ſederantque retro majores tui. De campo vide Adverſar. lib. X. cap. XVI.

457. LVDEBAS CARMINE TVIVS.] Claveriani libri, ut & Noſter,

> *Quam bene texentum laudabas carmina tutus.*

Belgæ: *laudabas carmine.* Claverio & Noſtro aſſentiuntur etiam Aldus & Camers: Eam ſcripturam, quæ utique veriſſima eſt, non video cur Scaliger mutandam cenſuerit. Sane non ludebat carmine Muſico Leo, ſed erat præfectus lanificorum, ut magnum, à naralibus & avis ſuis, eorumque carmina laudabat, cum belle Lana pecteretur aut duceretur. Omnino enim intelligendum carmen lanificum, quod illuſtravit Ianus Gulielmius Veriſimilium lib. III. cap. XX. Et non dubites ſequi hoc loci ſcriptos libros.

458. MENSIS.] Ingluvie cum ipſo Solis ortu capta. Fuit cum *penſis* ſcribendum putarem, ſed nihil mutandum.

462. PALLENTEM.] Translatio à vultu humano, magno metu expalleſcente. Sic ad manum de eodem retulit Gratius, Cynegetico.

> *Emicat ipſe manu ramum pallente ſacerdos*
> *Termiteumque quatiens*

Pallor eur ſubeat metuentes Caſſius Iatroſophiſta, Problemate L.

διὰ τί οἱ μὲν ὀργιζόμενοι ἐρυθραίνονται τὸ πρόσωπον, ὠχριῶσι δὲ οἱ φοβούμενοι; ἡ μὲν ὀργὴ ἀθρόα τοῦ πνεύματός ἐστιν ἐκδρομή, ὁ δὲ φόβος, ἀποστολή, ὅθεν ὅπου μὲν περισσεύει, πυροῖ, ἔνθα δὲ ὑστερεῖ, ψύχει.

Quatere, famæ proprium. Val. Flaccus, libro II.

> *quatit attonitas rumoribus urbes.*

464. METVENDVS AB OMNI TARGIBILVS REGIONE SONAT.] Papinius lib. I. Th. *pulſat metus undique & undique frater.* Metuendus, cujus metus non facile placabilis, mira enim energia in hac voce eſt, & adnotavit Cyrillus in Gloſſario: metuendus φοβερώτατος. Illud *ab omni regione Illuſtrabimus abunde Adverſariis.*

464. SONAT.] Velut ſtridor venientis audiatur. Quomodo de Alanis alibi *ſtridor venientis Alani.* Itaque Noſter, liber cum aliquot Belgicis. Nec videtur aliquid mutandum.

466. INCVMBERE.] Inſtar tempeſtatis. Illuſtravimus ſupra.

469. GEMINANTVR VERBA.] Mirum ſane contra Cujacianos. Omneſque Belgicos fatuam hanc lectionem tenuiſſe Scaligerum. Scribendum enim certo ex illis, aſſenſu etiam Noſtri *geminantur vera Quis neſcit metum augere omnia?* Sic & Aldus & Camers, nec eſt dubia veritas.

473. VNAQVE CVNCTO POENA MANET GENERI.] Si quis Regem occiderit cum univerſo genere & tota familia ſua exſcindirur. Parthorum in Regem ſingularem amorem celebrat. Virgilius, Georg. IV. Vbi ex Salluſtio notant Servius & Pilargurus ingenitam Parthis eſſe venerationem Regii numinis. Sed illam parendi etiam crudelibus naturalem velut miſeriam potius Pœnam vocat Claudianus. Id quod ſane veritati magis conſentaneum. Medos autem, Perſas, &

Parthos de induſtria unam gentem facit, qualis & tum erat.

474. BABYLONA.] Cenſentur hoc nomine tota Aſſyria & Meſopotamia. Vide Capellam lib. VI. Strabonem lib. XVI. Plinium libro VI. cap. XXVI.

485. SEPTI LATRANTIBVS VNDIQVE BELLIS.] Velut canibus maritimis Scylla. Hoc enim monſtrum Poetice alludit. Male vulgo diſtinctio concipitur.

488. EVENTU STOLIDO.] παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω vetus Heſiodæum eſt. Simile quid & apud Arrianum, α´ Anabas. Vera Lectio eſt ſtolidi magiſtri, vide lib. CXXIV. Adverſ. cap.

489. GEMINOS FRATRES.] Non tam recte hoc profert, ut videri non velit ſimul Arcadium & Honorium ſpectandos proponi.

491. PROMETHEVS.] Per Prometheum intelligit Sapientia Poetica προβουλεύειν. Triclinius in Pindarum.

ἐμβάλλει δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἀρετῆς τιμὴν καὶ χαρὰν τοῦ προμηθέως, τουτέστι τῆς προβουλεύσεως τὸ αἰδέσιμον.

Vide eum Poetam Olympion VII. & Scholiaſten alterum periter explicantem ſuum Promethæum LXV. Fictio hominis ex limo addita particula cœleſtis auræ notiſſima. Vide Fulgentium *Aetherem* autem animam intelligit PLatonicus Poeta, Vide Alcinoum PLatonicæ Iſagoges cap. XVII. Quo pertinent nobis notata ad Nemeſiani Eclegas, æthere profiſciſci ætheream animam.

496. EPIMETHEA.] A ſequente Pænitentia. Sic pediſſequam Epimethei Pœnitentiam dicit Georgius Pachymerius libro III. Hiſtoriarum. His data eſt ergo Epimethei filiis non Proſpicientia, ſed Pœnitentia Syneſius, Epiſtola IV.

τῷ Ἐπιμηθεῖ, φασι, τὸ μὲν μέλειν οὐκ ἦν, τὸ δὲ μεταμέλειν, ἐνῆν.

Proclus Scholiis in Heſiodum:

θεός τις ἐστὶ ὁ Ἐπιμηθεὺς λογίζων μὲν αἴτιος ἀλλ' οὐ τοῦ προνοητικοῦ τῶν ἐκβησομένων, ὡς ὁ προμηθεύς. Heſiodus.

Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐνόησε.

Vide ejus & cæteros Scholiaſtas. Pulcre Climacus in Paſtore cap. V. ab Exemplo medici prudentiæ ſtudium inſinuat, quem ab eventu demum ſumtutum ſcientiam cum ſuo ſibi ægroto periiſſe aſſerit.

500. RENIDET.] Reſplendet. Illuſtravi Adverſariis, & alibi.

503. PROCEDERE SALTIM.] Exemplo Rufini, vide II in eum librum.

510. SIDVS.] Alibi *te noſtra ceu ſidus dulce carina*. Intelligit Caſtoris & Pollucis ſalutaria nautis ſidera.

512. SPERANT.] Superventurum ſcilicet. Manilius.

Speratum Annibalem noſtris cecidiſſe catenis.

515. VICINUS.] Alludit Calliclem ex Trinummo PLautina, qui in ſpeciem tamen ſolam vicinas ædes invaſerat, optime conſulens adoleſcenti.

523. MUTATI STUPUERE DIU.] Amentiam illam ſuam incredibilem. Fabula Penthei lippis & tonſoribus nota eſt.

530. DOLENT.] Qua ignorabant parricidium ſuum.

533. VESTITA DIEM.] Alibi ſic loquitur. Et alii.

534. PHRYGIO BUSTO.] Tam procul à regno natali. Vide Quintum Smyrnæum; Ovidium.

536. MANUM AMPLEXA.] Velut ſupplex, & pro magno cultu. Vide ſupra ad Rufinum notata lib. I. Sequens verſus miram habet emphaſim & rem velut audiendam ſpectandamque proponit.

540. DUX

540. DUX MEUS.] Erat enim ibi omnia ſub Theodoſio quondam Stilico. Cedrenus, univerſi Regni rebus præfectum fuiſſe ſcribit.

534. GALLISQUE DEDIT.] Gallos hic ſcriptor dicit Occidentalis Imperij Legiones, magno honore nobiliſſimæ nationis, quoties ex perſona Orientalium ſermo eſt. Hoc inde ortum quod in Gallia Ciſalpina Mediolanum frequens coluerat Theodoſius Magnus.

547. RELUXIT.] Velut fulgur. Alibi *cunctis inopina reluxit In Stilicone ſalus.*

554. CASTRATUS PROSILIT HÆRES.] Eutropius: qui damnati Rufini ad ſe bona traxit. Jornandes: *opes Rufini cunctas Eutropius ſpado promeruit.* Zoſimus ſcribit partem tantum ſibi ſumſiſſe potiorem.

555. DOMINI SEXUM.] Eunuchis enim novis affingitur ſup. v. CCXXIII.

nunc alter in armis
Sexus, & Eunuchis ſe defenſoribus Orbis
Credidit

558. JUBENS.] Imperans. Seneca.
Si judicas cognoſcas, ſi regnas, jube.

560. VERTERE LEGES.] Contrà jus & fas bacchari in Jura & Leges.

561. FÆCE.] Vulgarium & ſervilium hominum, quos toties dixit.

565. QUOS VENDIT.] Suprà lib. I. à verſu CC.

572. CURSU.] Non interrupto, impetu.

575. CAPUT SYRIÆ.] Antiochiam dicit amœniſſimam urbem. Vide Ammianum, Gulielmum Tyrium, alios.

581. LEGIO.] Cui, tamquam emeritæ, agri erant aſſignati apud Phrygiam.

587. TESTE DANUBIO.] Similè alibi loquitur. Magna autem res eſt quia Danubius nomen erat timoris Romani plenum, & Deus Gothorum iſtorum.

591. DUPLEX.] In duas partes ſciſſa. Avaritiæ commento.

599. OFFENSA.] Læſio. Tertullianus, lib. de Oratione, cap. X. *Nec prius adſcendamus ad Dei altare quam ſi quid diſcordiæ vel offenſæ cum fratribus contraxerimus, reſolvamus.*

600. SUPREMA PERICVLA SEMPER DANT VENIAM CVLPÆ] Convenit vulgatiſſimæ Jureconſultorum Regulæ, etſi in alium ſenſum hic prolatum. Similis ſententia in Florilegio Veterum Gnomarum, Jani Gruteri. Papinius lib. X. v. 566. nec habent extrema pudorem.

604. SPLENDORE.] Ut Salutiferi Solis.

605. CLYPEUS IDEM.] II. Laudum. v. LXIII. Claverius vero quod illos ſeponit qui cum Manuſcripto Cujaciano Tertium librum deſiderant, næ ille nec ex ſuo, nec ex doctoris illius ſui ingenio, hic ſapit: Quid enim clarius, quam ad has preces Auroræ mite & magnanimum Reſponſum Stiliconis dediſſe initium Novo Carmini? Et quid requiratur potius quam ordo dejecti culmine, Stiliconis virtute, Eutropij, cujus utiq; ſucceſſus gratia totum hoc opus ſcriptum fuit? ſanè magno erat optādum tam acuti, acris, nervoſi, deniq; capitalis, & omnino eximij, Operis Colofonem, haud dubiè præcipuum, ad nos veniſſe. Sed ſummorum ingeniorum quidni & hoc tetigerit & afflaverit q; clades? Et ſupereſt, tot quotidiè monumentis ſitu emergentibus, theſauri ſpes aliqua recipiendi.

FINIS LIB. II. IN EUTROPIUM,
& ſic totius Operis Claudiani.

SPHALMATA.

Pag. 1. Col. 1. bibiſſet plenius, potentius pl.

2. a. nomen illuſtrius, cujus b. non habuit ævum ullum.

3. a mundoq; dies vere coron. b dele vocem *actu* Dici.) Dici.

4. a cum de cæteris non nemo Ibid. dele vocem *velit*, b quod forum illuſtrabat. tantæ qui.

5. a reliquas etiam virtutes b Cicero dixit. dixeris Ger. vti vero fine libri.

6. a Drepanius.

8. a Poeta Priapæus.

9. a ſequitur Claudianus breve. b & poſtea, Roman-Belgici libri Auniadæ.

11. a Corippus.

12. a Inachidæ videre. b Imperatoribus eos æquans.

13. a mater, Luna legit, ſimul, Belgicorum Codicum. & prudentiorem.

14. a virtus abditur. Adde hæc verba. *Sæpe ſic Papinius noſter.*

15. b ei abfuiſſet in Varronis lib. VI.

17. a volvuntur flumina Nili. Cognoſcit amicos. b alluſiſſe Claudianus videtur. Sub juga jam. Niliacorum font. Ramireſius.

19. Puto Idolorum deſtruct.

20. non ferens, quæ b Limina Penates fecerunt. Animoſa ind. ejus laudum.

21. b debita dives. Vnde aureum effluxere decus cum nullo voculæ in cap.

22. a poſſem perſtringere verbis b conſule & Miſc. Romæ veteris ſtudioſus.

23. a optabilis grataq;, ἡμετέρα.

24. a exarmaveris ἰαπυδακότων θέαμα. b Ennodius.

25. a Sanquintinius, vocula enim qua ubi. b qua ſeptemgeminus ἀπεῖχον. quæ indexmatur.

27. a ῥώμα θυγάτηρ σφίγγεται. b θυγάτηρ ἄρχων.

28. a Romam dicit, veram cauſſam docet.

29. a ubi cæteri. poſt habendum dicamus. b pugnam numquam metuens. videt ipſe Deam teneat venabula.

32. a Scribe quod ſuperi voluere liquet. Expeditum. b Arcta laboranti.

33. a ſequentis verſus capere. b lapſiſq; ingentia.

34. a moverit.) Adde, à quo fuerit Imperij ereptio metuenda. b Oratiotio de Regno.

35. b manibus data Arction de ſtrage calens.

36. a dele hæc verba. *ut ſæpè Poetæ.* b in actam porrigitur. δίκας καὶ χέτλια.

37. a eaque acri. b Victor Romanus. & Romæ fama.

38. Alios alij. Sed.

38. b Gunterus lib. 11. *Alios.* dele vocem alios.

39 a *Alia*) dele hanc vocem pene potitum.

Mmmmmmmm 40. a.

40. a proferendo fœtui. b reparando conditor.

41. b ſenilis ætatis malè omiſit. ὁ γενόμενον τῶν π. τὸν ἐν νεότητι.

42. a ἀνδραποδώδεις. ἀπιμίαις. κολάζει. ἀνδρείαν τὴν. συνεχεῖ μέθη. παραδίδωσι. ταῖς ἀνδρείαις. ἀσθένειαν. b Eundem Dacis, Scythiæ ſidera condit.

43. b falſaſq; reſurgere.

44. a Jupiter æque velis, q. Doricus.

45. b non de nihilo. οἵπ βόας. εἵματα πύκνωσιν. Εἰδόμενα χροιῇ λειμωνίδος: duobus minutis. magnam tenens.

47. a intacta. Inconcinnior.

48. Aquinatis noſtri locum.

50. a Σιγάτω πρὸς. ἐξαίρουσι.

51. b ſcriptum *geminamque*.

52. a fictæ ad naturalium.

54. a quam neverat Ilia. judicat Maro. Horatius lib. I. Epiſt. III. An freta.

55. b ψυχὴ μία. μιᾷ γνώμῃ.

56. a ad Corrippum. b in Romanum.

57. b Auſonius Roſis.

58. a Audiet hoc Tiber. Veſtinis. b Regiam domum.

60. a ὤτρυνε. ὑπαί.

63. b ad alia operam ſt

64. a Claudian. Gigantomach. Sextus Pyrrhon b αὐτοκέλευστον.

65. b τιμι - ἀμα. ἀποδίδοται. πᾶς γὰρ ὅτ' ἐπι. ἀρετή. τῆς: χρησιμωτέρα. ψογον, τὸ δ

6 . a virtutis. Nihil. b οὐ γὰρ τὸ κρεῖττον.

67 a μόνης, ἐπιμελήσεται, ὥσπερ. συμφέρον ἡ ἀρετή. τὸν ταύτην. οἶμαι δε. b Soliq; ijs. γίνεται χρημ. μέγ' ὕδωρ. ἀμιγὲς τὸ σῶμα.

68. b τὸ σῶμα.

69. a ἀτυχίας εἶδος. ἀκαίρως. ἀλλὰ νόσοις. ὁ βίος ὑμῶν. ἀθρόως. volvit inani. b Frequens uſus.

70. a πῶς ἐν δυνατόν. voluptas, nec. b ludere pertinax. ἀρετὴν ὁρμητικήν, ὅπως πρὸς μηδὲ μίαν ἀγεννῆ ψυχῆς ὕβριν ὦμεν ἔκδοτοι. lateq; per orbem.

72. a Alcimi Aviti. Altiſſiodor. b per arva. eq; ſuo Dict.

74. a κομιδῇ τι νέος. ἐντεῦθεν. ἐπέτρεψε. Olympion. φρονεῖν. ἐπέστησεν. ὀργῇ. φιλονεικία. b προσήκειμεν, τῶν ἡλικίας. πειθοῖ. ἢ ἀνάγκη. ἀφίστασθαι.

75. a Καίσαρα. οὐχὶ τῆς ἀκοῆς. b ἡμᾶς ἑκάστη. UNDARE FORO. & tantas oris.

76. b σύνεκπλήξει.

77. a ἐθελόδουλοι.

78. a Advena certè. b Quò ſpectant.

79. a πολλοῖς ἤδη. ταῦτα δε. b ἐπιεικῶς τόν.

80. a Sic nos ô Cæſar.

81. a μανθανόμενοι. ἀπαλαιπώρως. σφοι πτῇ ωμαίων φωνῇ. βασιλικῇ. ἐρ πικῇ δε ἐμῶς. b Anecdotis. induſtrioſiores.

82. a Tonſæ dictæ remi. b omniſq; repente.

83. b vix erit, ut.

86. a longa Pax. b καὶ ..., καὶ λαιν. πόλ ἐ ρίζα.

86. a ἀκριβῶς. βρεττανίας. b Cy-
nus

rillus Gloſſographus λόγιον.

88. a inhoſpita terris. Cenſorinus.

89. a ἐργάζεσθον. ἐκπεφέπεσθαι.

90. a ὑπερηφάνειαν μέτεισι βίον.

93. a ἀπεφήνατο. γίνεσθαι. συγκεράτει ἡμᾶς. ἀδύνατον γὰρ πρὸς τὸ ἔκπωμα. καὶ εἰς ὕδωρ.

94. a Εμπεδοκλέους. ἐλαφρώνιο. b εἰπὼν. συναίσθεται.

95. a flammivomo. b οἱ μέγα πεπημένος, ὥσπερ. εὖτ' ἂν ἵκωμαι. τηλεθόωντα.

96. ἀραιώσει καὶ πυκνώσει. ἢ συγκρίνεται. συνερχόμενα. b eſſe creatam.

92. b de qua re. κύκλον εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα. τὴν ἀψίδα.

98. a Καὶ τοῦτ' εἶναι. ἀναθυμιάσεως. Μητρόδωρος. δεχόμενον μὲν. ἀνταύγειαν. πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς, ὥς τε προσεοικέναι ἡλίῳ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ πυρῶδες, τότε δὲ ἀπ' αὐτοῦ ἐσοπτροειδές. καὶ τρίτον, τὴν ἀπὸ ἐσόπτρου κατ' ἀνάκλασιν διαπειρομένην πρὸς ὑμᾶς αὐγήν. Εμπεδοκλῆς. κατ' ἀνάκλασιν. ἥλιον τόν. b Cum autem.

99. a παῖδα θεῶντα. b ζωγράφοι. εἶναι τὰς. ὁμολογήσαιμεν.

100. b κατασκευῆς.

101. b οὕτω κτίλος ὡς.

102. b Σιωπῶντος, ὁ Κ. εἴη πλέιστος. b Hypotyp.

103. a ἐξεδέξαντο. τῶν ξυμπάντων. b Tum verò) Non ſunt verba Hieronymi.

104. b Αθήνας ἐπέμπου. πρεσβῶτα.

105. Καὶ ἀγωγῆς οὐ γεγενῶς δέ. σοφιστῶν.

106. b Καὶ ὅπημεν. εὑρεῖν οὐ. ὑπὸ τῆς.

107. b ὅπερ ὁ θυμ. τέντητέον χολαῖόν τι.

110. a μὴ προπηγγίσης Μοσῆ. b ἀπλώσεσι. ἐξεροῦντων. ἑρπετὸν.

111. a μεταβλητὴν.

112. a εἰ γὰρ τοσαύτη. κινεῖν τὰ αὐτὸν τε κόσμου. ὑπὲρ τοῦτον ὄντων.

113. Nos priores ſequimur. legibus meantes in. cœtu ea verba. propritim. b οἰκουμένη. χορῷ. τὴν δὲ τὴν. συγκροτεῖσθαι.

115. a τὰ ὑπὲρ αἰθ. ὥστε προσπεγγίσαι.

116. a non afferre. b καὶ ἀμιγῆ.

117. b Mendoſa ultima.) Sunt verba Auctoris alia litera exſcribenda.

118. a ἀναθυμιάσεως.

119. b τῆς συννάου ταύτη ποιητικῆς.

120. Nicephorus Gregoras. omnituentem.

121. a τοῖσι δίδουσιν.

122. a ἀμύντον βιάζετο. ἄωρον ἀφροδίτη. ἔτι θαλαμευόμενον, ἔτι φρουρουμένην. προκύπτουσαν. Θαλαμευομένας. b Tardarum cap. IX.

123. a Cura languorum. b Αὔρατος τὴν.

124. a ἄπεισι διά. b μὴ φθείρωνται ἐπιμελησομένους οὔτ' Εὧς, ἐρυθμίαν. σωφροσύνης.

125. a δικαιοσύνην. b Et redit ad terras. inſcriptum Fragm.

126. primo Typographo. videtur Zoſimum. σῶμα ταρ. b εἰ νοηθείς. τὸν υἱὸν. διαπεθείς. Ολυβρίου καὶ.

127. a μηδενός.

128. a βατὸν ἡμῖν. διὰ τούτων ὁδηγήθη.

γνῆν. qualia vincant Pythagoram.
129. a ὁμογνώμονες. b apud Æneam.

130. ἡμᾶς γεννῆσαι. b γῆ, ἐπεὶ. impenſisq; Regum.

131. a mari terminatur.

132. a ex Trogo. oriundi à Meſre.) Non ſunt verba Proſperi, ideo grandiores typos ſibi poſtulant. 2. μνεῖαι ἀπ. μνεία.

133. a Διὸς ἦμβρ. b συρβώτων. ſeu quia rari.

135. a alter quidam. b θηέα καλῶν. cum cibis & dieta. ſinu gerant.

136. a ἐφιλοχώρει τῷ. ξυνήμοσι.

137. ἱερὰ εἰσαχθῆναι. Λαουέλει. b ἡμιερξά τλῶ. τῆς ἑκάστης. ἰτῶν.

138. a Aſtrologiæ, idem. b primi urbes cond. exſtant monumenta.

139. a ἀπὸ τῆς μιᾶς τῆς πάντων αἰτίας εἰς τὴν ἀπειράθμων τῶν ὅλων καθήκουσα, διὰ μέσων τῶν ὅλων. βήματι. Sapphicinam.

140. a ἔκκειται τὰ παρ' σεμνείων. accedere prohiberentur. b Αἰγυπτίοις.

142. a ἐκπέσοι μαθητεύσαντες Εὔ. ἐκθεῶντες τὴν κεφ. b etiam capite.

143. a δυνάμεις συμ. 2. Iſis enim & Ser pis. qui aliquem hujus m.

146. b ſola recepit.

148. a ἱκανόν. ὁ Θεμιστοκλῆς. οἰκ. ἄμα γὰ. δὲ ἐλαχίστης.

149. a Ubboni Emmio. b *Silentium Chriſtianis.* uſque ad *Sinaitæ*, grandiori littera debebant excudi.

150. b ſublatio apertura ſit.

152. b te complectar. (tuit.

155. a imminente. b temerè ſubſti-

156. expedit arcus. b ἐν μέσῳ κ. αι. ἄγαλμα ἐργάσῃ. αὐτῷ ὠνῆσθαι. Ducunt eo in æ.

157. a Idem mendum in.

158. b magniſonantibus. Auguſtinus.

159. b ſuadere, & minis.

160. a ἀγαθὰς. b Οἰλιγγες.

161. b τῷ θυμῷ. θυμοῦ γὰρ. τοῦτο μικρὰν. θεοῦ, καὶ κατηγορεῖσθαι. tutelam habet hic. coruſcans rit.

162. b dele hæc verba: *cujus flos eſt ira.*

163. b contamine evitemini.

164. a διάφορος. b ὡς μὴ μόνον θηράτορσι.

165 a Lene fluit Nilus.

166. a Sola ſublimis. b extendantur.

167. a ἀλικίας ἰλθεῖν.

168. a τὴν γὲ φυγεῖν. 2. Mamertus. καὶ κατ' ἀλλήλων πνεῖ.

169. a καθάπερ ἱερεῖ. φωνὰς πρεπόντων. τῶν πε των. b παρελθόντο. ὑπὲρ κινδυνεῦσον ἦ. ἀνυτικώτατον πάντα.

170. a Achilles Tatius. μελανδὴ πειθοῦντι δεδοῖν. γλυκύ. b Pegaſeæ.

171. a συνέτριψεν. b nulla ambit.

174. b εἶδεν ἄνδρας.

1 5. a καπηλεύητε.

177. b Quæ facit art.

178. a περὶ ὀρχήσεως. *lin. ult. dele.* cap. III.

179. b Aldhelmo.

185. a Ut & Th mantiæ alterum. b Belga cum D.

186. a ἐν δὲ δικ. ια.

187. b Τί πρῶτον κατ' ἐξῶ, 181.

188. a μουσῶν ἴδιον.

191. a *Vt æternitatem*) Non ſunt verba Symmachi. b magnæque gloriæ.

192. a τεκμήρασθαι. ἰλ&θέρειν. b Hęc eſt enim vera lect. progreſſum.

193. a περιτριβ. pulcram.

195. b καὶ ἵπποις.

196. a ἢ λαβεῖν. b παρελθὼν τιμώσιν. ἵπποι τκβ'..

197. a flammiferis.

199. b 79. TYRIAQUE SUPERBIT.

200. b conſentientibus.

203. a vide Diatrib. m. b Timens Liberis ſuis. exhibet in actis.

207. a κρείττονων. φοβηθῇ. ᾗ.

208. a Πόντον μὲν, ἐφήμισαν, εἵνεκ'.

209. a ſubſcribit Procopius. ἐφήμιζε. φεγγοί. res notiores. b Hęc, animo.

213. a ἀλαζονικόν.

214. a Hic, qua ſecretis.

216. a νοσήματα.

217. exſculperet, Divino. Claudianus. σωφροσύνα. ἀγαθῶν ἰεῖ. τειῶν συγκειμένων.

219. vocabaris. ſeceſſerit. & unde dictus.

220. Vulcatius. διὰ τὴν trajecerint.

221. æquaturusq; Epitomatorem Stephani. πλαισίου.

222. audiente. in bello malè. imbelliamque. Quiſnam igitur Externi ue quid. φροντίδ.

223. αἴσχιον δοκεῖ εἶναι. νῦν μή. Apologia: Manio. magnifica.

224 reſolvit. remittitur.

225. labente ſagittam. Corippus. φθέγματα σύνδεσμον, ἅπερ.

226. ὀρθότητα τῶν ἐν τῇ Hierocles. redeat fœtura p.

227. Hexaëmeri. προηγουμένως. θεῖν.

228. ἐγγὺς αὐτοῦ. majeſtate leni. Totus & ipſe poſteriore in Symmach. ἀπορίας. paſtis cruore.

230 naſcuntur edatur.

231. χόλον πρηΰνει. πίπτω. Εἰ θερσοῦν. ζοῦς. Græci.

232. πανίσπῃ ἡ ὀργῇ. quisque ſuo.

234. ἢ περὶ τῶν ↓. φησίν. ὁμιλούντων. Jorſaldus.

235. περιουσία. πίπονθας. κεφάλαιον. ὅν πιῶσι. ὑπερεβάλετο. φροντίζειν.

237. carmen amicæ.

238. ἀνῆλθ.

239. inductum, innatum. Corippus. Enſium Regiorum, nitente ſiniſtra. line pondere.

2240. ἐξειργάσαντο.

241. INCONSULTUS. Qui Protr. ceu futilis, ictu Diſſ. φιλοχρηματίας. πηγήν. Βίων. aut nutriat. procacium. quæ cum pectus. poſt *admittit.* adde. *Sibyll. Orac. lib. VIII.* πηγή. πολέμων κ' ὅδε. τιμιος.

242. cædem. τῇ τῶν χρ.

243. nec habet. largitionem magis eget.

244. paupertate. tribui, ſed virtuti. Imperium.

245. poſt: *duoq; Codices*: adde: Meritum, numquam cunab. (γός.

246. περιλαβοῦσα. τὰ σκήπτρα. στρατη-

248. θρόνε. προσήκει. ipſa donatio. φιλοφρονεῖσθαι.

249. Hybla poco. ὀνειδίζουσιν. τυγχάνουσι.

250. Sententijs. alia quædam. dextram.

251. αὐθέκαστος. χαλκίῳ. Οὐδέμιν. ὑπ' ἐξουσίας εἰ μή. λίαν.

252. Moribus, aud.

253. ἀνδριαντοποιὸς. priſcæque doctrinæ viros f.a.p. cæcam & p.c. eſſe fortunam. fora: mirus omiſſa.

254. digitis & eburno. virorum magn.

255. in funere Mœcen. nobiles.

256. pagos & pop. Germaniam adv. Florus. Camertisque.

257. imbelliam. juventutem. ἐλλείπουσι ἢ ταύτην. Vide natales.

258. odorato. luſtrans.

259. θυγατρί.

260. Alluſione. ἔθνος. damnatum. Pantei: αὖτη. ἐχειρογώγει, τόνπ.

261. qui hæc. Gorionides.

262. concinnitas.

264. Aeſopi.

266. ὑγρὸν ἐρύθιος. ἣν χαίρουσι. ἀγωνιῶσι. οἷς ἑάλωκεν. auri pondere. accurationis.

267. feliciſſimum. Poëtarum. Culpari metuit F.

268. ex Ebore. Corippus.

270. Ni tua vel. Cyniſiisque. 397. Valerius Flaccus.

271. VETUSTIS.

272. futurum eſt. metiri conabor. jurati ejus.

273. latratui camino. βάρβαροι, ὅπου ὁ Η. περὶ τούτους τούς. οἷς ἡ Γ: Κράτης.

274. Τηλέπυλον. Ἔνθα κ' αὐτόν. Vide ibi. Aeſchylo. blando mord. Aeſtiferum ſuadens.

276. Beneficia ſua.

277. ἄνθρωπε λίπων. λαπίδα. ἀμαιμάκετον. poſt Mortem. fuerit, Poſteritati. δολοθῆς. μοῖρ. Ἀμφ. γκυρεη.

278. inuſitatam. optaverit.

280. Epig. VI. vero verius.

284. Cacodæmone. ἀναπεισθῆναι. γοναῖς. ἦν.

285. Cynegetico.

286. VENERABILE. optimo omnium per partes.

287. QUÆRIT. Corippus. Titus Quintius.

289. εἰς βασιλεῖς. πόλιν. παντελῶς ὑμῶν. ἐλεύθερον. Lucretius, lib. III. Vigilium Papam. optato ſolvere.

290. Symmachus pro Ara. felicitas. Quarto Conſulatu Honorij. *dele hæc verba*. Moliar; hoc potero.

291. Ariſtides. καὶ μὴν δή. ἀπεχρῶς πολὺ ὑπέρ. ἀέρος. ἐφορώμενοι. αὐτ. *Sane ab initiis* &c. usque ad *conduci poteſt.* delenda ſunt.

292. mirari memini. ἀναγκαῖον. Panegyriſta.

293. Littora conveniunt nunc per vadimonia ad unum & commune forum, nunc per commercia & artes. ἀφνειόν.

294. Lydia Cyro. SUBLIMES.

295. Ἄρης.

296. Optime Rom. Ariadnæ. incautæ.

297. Amatorium. θῆλυς ἔφυς.

298.

298. Appulejum. φόνιον. πυκινὴν. δυσπαιπαλον.

300. AMPLEXA.

301. decimotertio.

302. rerum ſegnia. ἄνθρωποι.

303. Spectabunt. Scaligero: accenſitam.

304. devotio.

305. Eſt cum mereri. judicati ſumus. interpres *dele*. θεία ἰνὶ. ἀνερδύνηταί ἐστιν.

306. οἱ πρῶτοι. κατειργυμέναι α. ἀργῆσιν. Συμβλῆτες. ἀλλήλαισιν. Phryxi.

307. καπηθύνειν δίδαιν. τέχνη. ora metu. circumſervantib. undas. Parsque, nefas, d. Apollonium impervia ſeclis, Ad ſubitam.

308. λογογράφω π. τὰς ἱπ. Crotoniata. manu doctiſſima. γεγρόελος. Δωδωναίας.

309. Γ'άχεν. Μεσηγὺ. ψευδοίμην.

310. νεφέλη. ἐπισπάσης.

311. νεφέλην. Paneg. Maximiniani. alia omnia.

312. Auctor Aetnæ. οὐχ οἷόν τι ἦν. ἀφι *dele*.

313. Codices profeſſus. ἐγνωκῶς. Syneſius.

314. qui ut mos.

315. cujus caſa. Adverſar. lib. XXII. in ſtabulis.

316. μετ' τοῦτο. ſemovit. κανάγειν. contra Leptinem. μετριάζειν. προσορωμένους. τ' ἀγαθὰ.

317. Vide qui de. μυθολογουμένῳ. ἱερᾶς.

318. Πολυνείκους βία pro ipſa.

320. Ptolemæus omnino non exſc. διαῤῥεῖ. ὁ καλούμενος Πηνειός.

321. ὁ δὲ πόνος ἀδάμαντος. Lucianus in Philopſeude: τίδ' ἄλλο εἶπεν ὁ ἰυχερίτης, ἢ τουτονὶ τὸν ἀδαμάντινον πειθόμενον.

322. αἰών. ὥστε τοὺς.

323. Nacta ſuum. ut ſericum.

324. Capitolinum. Ludovici. Ferrarienſis. libare dediſſes.

327. ἐξάψαι. μαθημάτων. Ἡρακλέα. ſtipari, triſtibusq; rurſum. τομῶντι.

328. Fabor enim.

329. πέτρας. οὐκ ἂν σιδηρῶν ἀξεῖς. σύμβουλοι.

331. pari re de. Gul. Canteri.

332. GRÆCIA. σκληρύνει.

333. Præcipuè illud. Bonincontrius.

334. Nunc autem dives poteſtas. frigoris & caloris. obſtupuit.

335. Similia. *dele*.

336. Günterus lib. VIII. περιβαλλέτε, καὶ περιφῦσαι. τῆς χαρᾶς προσποιηκὸς.

337. lacrymas habet ſtirpe deſc. Ipſe eorum gentes non in totum. ſtaturæ viris. Judææ.

338. aſſertoresq; μηχανῆς.

339. ὑμεῖς πολύειδος μαθών.

340. militia ætatem.

341. vatibus inſeris. κλέος. Εὐρώπην.

342. emendaverunt docti.

343. Excerptis Leg.

344. Placidas qui præn. δαίεται. Arrianus.

345. παρουσίας.

347. b NOXIA VAT. *poſt* fatidico,

ponen-

ponendus eſt Papinii præcedens verſus.

348. a ſ. nguine. b σύντομα. Biſtoniæq;.

349. b inde ſternuntur.

350. Alaricanæ. tuis Barbaris *deletâ interpunctione.* b ὁμαιχμίαν. παραδῶσι.

351. per artus. b pars eſt. MIL. ſecedunt.

352. 589.

353. b diſponunt. vivebat ebur.

354. Liutprandus. b. ubi vulnus. præſentem eunt.

355. Εὐειδὴς. lib. XII. b ὦ παρθένον. ἀνικίθη. ἀφήρηται.

356. Cui juncto. potius ego, quam.

359. Ροδίνοισι. Ροδίνους. μεθυόμενον. κίσσοισι. θύρσους.

360. b ἐπὶ. ἰδδύη. Αρέθουσαν. βαθύς. Νέρθεν. κ' ὡ μίγνυται. δεῖν θέτας. Oceanum.

361. Αλφειός. Πορθμεύων. ἀπτόμενον. στεφανηφόρον. Dionyſius. ποταμῶν. εἰς λευκάς. διὰ τὸν μυθ. Αρεθούσας. πελοποννήσου. ἅλμη θαλ.

362. b οὐ μόνον ἐστὶ. ἐν ῥυθμῷ.

363. a Saxo li. XII. b omnium. propoſitam. in opis.

364. b occiduum.

365. more. jactabat. b ulnis jangentibus. reſperſa dolore.

366. lætitia.

367. ὄνομα. b θεμιστοκλῆς. περιίζεις. ταύτας. ξύλινον. Επειδὴ ἤσαν.

368. Mauritaniæ. b μηχανῆς.

369. auditis. Deum fano, notius παρεσκευασμέναι. b fame oppreſſæ.

370. Ουλυμπον δ. ἀσφαλές αἰεὶ. λέγ. παρεσκεύασται NON. genuumq; tumebat. Decreſcentibus. procul erecta.

371. Graja inventa. ſcitis firmamenta.

372. Sibylla enim χρησμῶν. Διὸ τὸν διδασκούση προσαναφωνοῦσῃ. hos libros ἀναγινωσκόντων, ὅπως. ἐντυγχάνοντας.

373. Βηρώσου. χαλδαικὴν ὁ Κέλσος. γυνή. Βηρώσου βαβυλωνίαν. περιφερομένην.

374. πειρᾶσθαι. Angelo Polit.

375. Periplo Arriani. ἄξιος θεωρεῖν. Ricimer. ingentes, ut

376. Metellus Florus verbis &c. alia litera erant excudenda. Exſuperantius.

377. gentes Inclinare. Romana viderent.

378. ἀζήνησι.

379. δοκεῖν ἔχειν. ἐξῆλθε. onerare rates. Sidonius Paneg.

380. αὐτὴν ζῆλον.

381. publicus metus. Epiſt. XIV.

382. ἐπεπείνητο πυγὴ τῷ παιδὶ. οἱ γαρ. παροιμιώδης. geſta Idolat.

383. (Locus ille Cic. de Philipp. Secunda non habetur. Adverſ. lib. 38. c. 13.) μαστιγοφόρων. ὃς χρήματα. βίον.

384. Tum regere Imp. ad Romam armatas Günterus lib. V. relevat. ſceptra gerenda, legalia jura. re pari.

385. Radulphus πέμπτης. στηθέων. HUMEROS.

386. expletam μεστιμβρίας. ἀποκρύψας Arrianus. αὐτίτεται. ἑκάστη. qui patrium. Tuq; ô Latiæ.

387. cruores Cogitet.

388. patimur annonæ quod apud. κατα-

καταφλίξαν ῥωμαῖοι, κωμωδεῖν ἀπὸ.

389. commemoraretur. δεισιδαιμονίας fabula manes.

391. καπίσεισι. ὑπόμνημα ἢ χρόνον πογμα'ς.

392. Speluncasq; velut ſaxis. pendentibus ſtr. Vivere ſpe vidi: Latina Diſertitudo Statilius Maximus.

393. Vincentius Lirinenſis.

394. Epiſt.XVI.ad Romam.

395. Dioſcorides, Aëtius.

396. explicat ora. ἐν κραιπάλῃ. οὐχ ἡττῆται. θάλατταν.

397. precibus pulſaviſſent.

398. aliquoties à curſorio à term. ſævæ inficere novercæ. ludentium flendam credidiſſemus.

399. Sardoum graminum ſucco. veſania.mente timores.

400. quod ſemper ſecum. inſcriptum.conſiſtunt.

401. μυῤῥινίτης. φιλιππίδης. pſaltrias.

402. Concilijs Fabritio. P R Æ-CURRUNT.

403. Lethen omnium frater Somnus. Αὐτοκασιγνήτης. παλαιοτέροις παρ' ἐμῶ. οἶμαι ὑιὸς. ὁπόσα. ἀνάκτοι.

404. docere habebat. αἰτοῦντα.

405. Mariang.Accurſius.

406. Hoc erat.hic,ille.Eremitæ.

407. ἀπακτῶν. μήπω.μελέτη.

408. libram tenuit. ad Auguſtum laniatum ait.

409. μόνον δὲ Σπλάγχνα. βαρβαρικήν.

410. Verſus iſte.

411. in ſeria & Amicitias utilitate.

μάχη. βουλῇ. ἀπορρήτων. Gratius.

412. patens, extraque. proconſularis.

413. γλῶσσαν διχόμυθον.

414. Ευθυντῆρα. ἡμετέρης. trans alta. vetus Poëta: tam malum eſt.

415. περὶ βωλῆς inniſurum.

417. Cum ſuperis terr.

418. naturam feræ κήλον. κινδύνοις.

419. διὰ γεγραμμένου. ἡδέως. ἀπολαβών.

420. cenſitus fuit.

421. diſſecent. Rutilium Lupum. egens tali correct. ἐπεμνήσαμαι. Θῦνα. νέκυος. ἐπιτύμβια. Εἶδεν. σὺν μόρον. βωμὸς. μεταβολάς.

422. πεισεβόντων. ὃ τὸν βωμόν. τῶν τοῖς καλ.

423. coruſci. ἐπιπέδη. ὕψος. μέσω περιπεσόντος.

424. in caſtris ipſe.

425. vexillorum ſplendentium facie. ἐγγὺς ἦσαν συναλαλάξαντες, καὶ διὰ γείας.

426. ἄψυχος καὶ ἰσχυρός. κεφαλὰς μετέωρα τὰ ξίφη, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον θαμά. αἰχμαὶ. αὐταύγειαν. verbera fræni.

427. s' eſpand: & les Payens.

428. totus Homo.

429. Θεοδοσίῳ.

430. Hanc ubi. partibus intonuit. μέχρι. δεξιὸς φανεὶς τὰ ὅρια. Idem lib. VI. ὁρᾶ.

431. ad genua infraq;. γέροντος. μήκιστα πανόντων.

432. de gruibus temp. illinc caritas. aliquot ſive.characteres.vide doctiſſimum.

433. Me pede medias εἰκάσαι, οὕτω. ἀλεξάνδρειαν.

434. τὴν ἰβηρίαν, βύρσῃ βοός. τετραπεζίῳ Diatriba.

436. ultra mare ad ſe.

437. prata affectare. Inter quas & iſta eſt.

438. ἄσθμα θεόπνευστον. τηλίκον.

440. laudem habet docti viri.

441. fulminea antra. Fulmina naſci. Majoriani. Deas florum. ſpeculis redimitæ.

441. Athenæum. μελέδημα σοί. θρέψαν. in Roſis. audentes tamen.

443. κατὰ ναὸν ἀλᾶτο. φρένας. ὄνειρος.

444. Oenomaus.

445. γόμφωσιν, ὁδοιπόρον. Δίφρον ἄλογ. amnis ut Serenæ. verus clyp. ad ſuminos. nec Nemeſ.

446. TRIBUNO. præfectus στρατηγὸς mollibus.

447. Getico. non inſevit MADIdo. templorum verrere. Adonide κάτβα. ε.

450. Tortarius. cinge caput κατάσκιον. Διονύσου Κρυπταδίων λ. αὐτάγγελον.

451. Reclinis (ob recht. in 1. Edit. eſt Reclinus) Tollitur adclivi: ex iſtis judicaverim. Martialem. Interpretes.

452. δῆλον virent poſtes. Oariſtus. ὑστερόφωνος.

453 γήμαντα.

454. οἴμαι συνδέχεσθαι. Nunneſij.

455. Scolio.

456. Codicem Claverius.

457. cur optimi Celerinum θαυμάζουσι τυραννίδας σοῦ τὸ δύνασθαι. κάλλιον. ἢ καταστῆναι.

458. δειθεὶς γενέσθαι.

459. a maritus ſororis.

460. περιῤῥέπειν περὶ δίφρον. φῦναι. ἰόντι. Laurens.

461. nurum Biſſula. vllibi. ROGAmUS.

462. ἧας. λημνίας. ἔβαπτε. χιλιοῖ.

464. pharetratos.

465. ut ne proſa.

466. Non ſtetit.

467. ſequiorum gentium.

468. rimatus lumine. inconſpicua. ὁρῶν τὸ ἀ. τὸ ἰσχυρῶς.

469. ἐπὶ ψιλά. ἀργὸς. μάλα. ac ſi quis rep. ποιεῖ δικαστὴν καὶ τῆς καλιᾶς. Radulphus.

471. πυθαγόρα ὀπηδός.

473. λοιπούς. ἐναλίων πολυήρατον. στράφοντος.

474. *Attila autem Deorum*) alijs typis excudendum erat. eternel. Le Diademe. couronnes. Corippus.

475 Heroibus tributus.

476. πανηγύρισι.

477. quas nos vidimus.

478. domus principum.

479. obnixiſq;. alius nitor; altior. eo fluente. *Conſul autem Rom. f. p. ſervavit.*) dele hæc verba bis poſita.

480. purpuræ fruſtillum. raro exemplo.

481. decus addite. ὁ υἱὸ αὐτοῦ. FRATRE. οὐκ ἐπείσακτον. σεμνυνόμενον. ὁ βασίλειος. ὁ δ. θέντος.

482. εὐθὺς ἐν ἀ. κρείσσω μάθησιν. τῶν πρὶν. κακείνους ἀπὸ τῶν αὐτῶν νικᾶς. Georgius.

483.

483. υἱὸν.

484. luſtrari,præfert.

485. vulgatæ Lectionis. νίκη μὲν σ. αἰτι☉. Jam verò in ulnis. quem vel mag. σοί τε ἢ τῷ. ἐκληρονόμησας.

486. Δοκᾶπ. obſervante adhuc.

487. τὰς δὲ θυμὰς. σφοδροτέρους. κιrναμωμ: Φορω.ἰπ' ἐθῦεαν. ὑπὲρ Συνήνς.

488. eadem.

489. Arrianus. ἀπεικάσθη ἐκείνω. Imperialem par.

490. Claudianus. πωλοδαμνεῖν. Iliad.6. ἐυζώνοιο.πατρός.

491. ἀρίπρεπέα. Ιλίω. αὐτόν☉. φέρον. Queis ſuperes.

492. notæ ve ſævitiæ. Οὐ τοίνυν. τῶν ἄλλων πραότητι. Οἱ δ' αὖ β. ὑπολαμβ. ἡγεμὼν☉ ἐν τοῖς νοσήμασιν ἀριθμεῖ, τ μὲν τραχὺ, πρὸς τὰς συνεσίας, τεχνικὸν ἡγεμὼν☉. τὸ δὲ πε.&c. μοῖρα.

493. τοίνυν εἶναι. γυμνάζει.

495. regiæ diſciplinæ.

496. ὡπλισμένοι. Theodoſius Pater.

497. noſtro quoq;. Non ſine nutanti. aëria. Barbararum.

489. veſtigium. diei mare.

499. æſtibus Cancrum. ignoras. Didiciſti. ἐπαινῶν☉. ἐναποκλείοντα Amilcare.

500. in feras exercet. Juſtino & alijs.

501. ἐμήνισε ἢ διηνέχθη. τῶν χειρῶν. κιθαρῶν. ἀδειν. ἡμιθέων. γενομένης. ὑγιείας κήπους. Οὐ γὰρ ἔπι εἰς χεῖρ. θεότατον. ἰατρικὼ. ἢ τὸ ζῶον.

502. præpropero. Gildonico. tyrannus.

503. γραμματικός τις Agnetis. Veſte.

504. μέγας ῥο☉.è Faſtis.

505. lib.I. Epiſt.XXI. περιπλυνόμενον. ἐναντίαι.

505. a κυνῶν σε. b habeat in adv.

508. b montes. Sidonius Paneg.

509. a meliori pervia.

510. b monachorum pars in omnia ſe vertit ut quibusq; ſummis viris teſtatiſſ.

511. a ſed vento quodam.

512 a cœlum omne vocavit b Auguſtinus & eum ſecuti.

513. a pondere unum Deum ibid. tout à laſſolde. b legendis abſtinere ibid.ad ipſum Deum referunt.

514. b minus ferè credibile.

515. a diſcedere commode. b ſcriptor, Paganorum etiam.

516. a quot verba. b πεποιημένα γῦα ibid. hunc montem.

517. a ei loco dicas.

518. a pueri & inepti.

519. a nomine cenſitum.

521. a Procopiana ἀνέκδοτα Muſicam orſas.

522. COMMUNIS LAUREA CURRUS.) perperam hi verſus alio loco horum Commentariorum ex alio Libro à nobis citantur.

524. b infinitis locis.

525. a quo filiarum.

526. b jam patrem ſentiens.

527. Bentiniani noſterque Codex.

531. b ubi finis fluminis.

532. a legas apud Prudentium. b quod conſpirat traditioni.

Nnnnnnn 2

535. b M.Antonium ſcribit.
536. a fecit, ſe Conſule. faſtos.
539. b opinari nonnullos voluiſſe Ibid. quorſum inclinant & alij.
540. a miſcuiſſe canatur. Ibid. ἡ δὲ τῶν θεῶν φύσεως.
541. a Hoc perimit flammas.
543. a primis adnumerandus, nec b & Solis exortus.
544. a mirus ſit artifex.
545. a alijs fortaſſis occupatæ ibid. *gemmis conflictus*. dele hæc verba.
546. a Ut Strabus Monachus.
547. a vel inſanos illos ad ſuam eos. b virtuti nihil invium.
548. a Tritonem amnem.
549. a Barbaros incendiſſe ne denuo.
550. a. κἂν δεήσῃ μὴ θύραθεν αὐτὸ μετιώμεθα. Ibid. ἐν πόλει ἣ ἥκιστα ἄρξειν ταύτην ἀέρισα. ἐναντίως σχῶσιν ἐναντίως. Ibid. fundum omnium. b καὶ συνεξωτεῖν πίστιν. Ibid. θερμίδη.
551. a ſuſcepti operis ob ſolam virtutem b ſcribe cum parvulum.
553. a βασιλεῦς. θαυμάσιος. Θεράκη. ἐνίκησεν. ἰσοστεφὴς ὤν
554. a ὁμοφίλων. Dux erat b ſimul & eas præd. Ictus repentinam.
555. a βλασφημίας. id quod.
556. b διοικεῖν. Superi. Deus certus, Sol Iſto quoq; Fort.
557. b Ἡλιδανὸς.
558. a eſſ t, eum virtute.
559. b Claudiani. ſi maximè exſtarent.
560. b qui nunc Franci.
561. a ille domus Th.
562. b Peculiari Orat.
563. a de circumvento. b Ικέτιος. Εὐγένιος. De Maximo etiam.
564. a ob os ejus. crepitantia. b σφηκώσατο.
565. Ammianus lib. XXVII. indicium pugnæ.
566. a ἐνσείω. ὀκδῦναι.
567. a poſteriore vero tempore. b Juſtinam diutius. ſit capta. repetente etiam. Ammianum, fine ejusd.
568. a volens. b Sozomenus. ſub finem.
569. a collatarum. εἶπε. προσπτυξάμενοσε. b Apollonius lib. II. τὰ ἕκας οὐδέ μιν. οὔτε ψευδέες οὐδὲ δίκαιοι. λαβέμεν. ſcitè Gallico.
570. a mala fata. faſſo.
571. a illuſtraturus.
572. a vindicat, ibit: Sermone CXLV. ſi ſeparatæ fuerint. b πέπονθα μὲν. αἶκα. ἀνάγκα. κακῶς τι γε.
573. b. prævenit Laurea. Singulari.
574. a συνάγεται. εὐχῆσθ. NIVALEM. SOCIATE. ineſt ejus vitiato.
575. a ſociate. *ſic ter legendum eadem pagina*. b ἐμβολήν. (in meo exemplari.)
576. a μαρτύρων. Quinto Natali Fel. b Οὐαλεντινιανὲ. delicta domas. b Ratio non. κολάζειν.
379 a pervia cauſſæ. b nam cum vincamur in omni. reſtituere; cum ben.
580. b victorve ſuperbit. ἔχθεος. ὅσοι τι. πεπλαδτηκόσι Gratiani deſcriptionem.
581. b πολιτείας.

582. a τὸ ἄφυκτον. καταδικασθέντας. b Dadonem. Theod. τοῦ στρατηγοῦ δοκ.

583. a Benignitati. b προσηκούσῃ τῶν. ἡλίῳ φιληθήσῃ.

584. a θεοῖς θυσιῶν. καὶ ὑπαρχόντων. b vix tribuere Dei.

585. b tutemet allaborare. in purpura dicit.

586. b Nemeæi ad. fœta Nepotem. Dardanio Anchiſæ. ἡ πόλις ἀπαιτεῖ. προσήκουσα. μητέρα φιλῶ.

587. ψόφον. ταύτην ἦλθε. πρῶτος.

588. a gloriata cunabulis.

589. a exordijs. b Palatinum occupat. Prior. everſor fanorum.

590. Ex quo mortalem. qui eſt de Orac.

591. ortusque. Stiliconianis notum. οἴει δεῖν. τοὺς ἀπὸ Ὀρφέως. Μάγος ὤν.

592. a vaticinabantur Echo.

593. a Κύρηνπέρχε. orbe rogum. b ἐνεχείρισε.

594. a εὐαγγέλια. b βυρσοδέψης.

594. a nomine ejus. b CURULES.

596. animi victus, ſeq. Andronicus. Index.

597. b occiſus eſt.

598. a Pachymerius. b incumbere ponto.

599. Xiphilinus. ἐγένοντο.

601. a ὅλως τὴν β.

602. a ipſa oblatum. ſtellas licet. b Poëtas paganos.

604. Αμβρόσιαι δ' ἄρα. Græcanicæ. πλεονέκτημα. b Διὸς κοῦροι.

605. a τοῖς νώτοις. καὶ μηροῖς.

606. b Tomo IV. Annalium. adjiciatque. ὑμέτερα. κηδίστω μοι.

607. φίλον υἱόν. φίλος υἱός. Ptolemæi. b Ptolemæus. ἐπικεφάλαιος. κεκλιμένην.

609. b μόνοι γὰρ τῶν. περσικόν. καὶ περ.

610. b Infabricata.

611. b Chryſoſtomum Quartâ.

612. oportet. Et poſt. Delphos, vice maximæ Quæſtionis à Pythio propoſitum, Sextus Emp.

613. b πολυκλαύστοισι. συνεχύθη. περιστοιχισθ. κάτω κυκῶν.

614. πυρετός. ἀπαραιρέτως θαλάσσης. ἠρεμεῖν; ἀνέμου.

615. a προμηθεύς b Prometheum.

616. αὐθημερώδους. b Cathemer. quorum genus erat.

617. a errores noxios. ἀήρ.

6 18. a furioſum quoddam.

619. a σῶμα πυκνόν. καὶ κοῖλον πεφυκός. ἐν ταῖς φλεψίν. ποιῶσδε ἢ ποιῶσδες. b ἡ ψυχὴ. δορυφορουμένη. ἀφῆς.

620. a παφλάζον. b Achilles Tatius.

621. b νίκπες Ανθρώπ. comparata.

622. b διὰ τοῦτο ὄν. πᾶν τόδε. δεινὰ καὶ ἀναγκ. ἐλπίδα τ' εὐπ. σώματος.

623. a αὖ τὸ κύτος. ἀκροπόλεως. πηγὴν τοῦ περιφερομένου. δορυφορουμένην πνεύμονος. σπέραγγας. ψύχουσα. b ἀρτηρίας. τὸ μέλειν τινῶν. καὶ γλυκύ.

624. a ut ait, adorandæ. Varro definit. notare voluerunt.

625. b temere junxit.

626. a Paræneſ. ἐθεράπευε. παραμυθεῖτο. pectus? Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem. b θελκτήρια.

τέρα. οὐδεπώποτε. σὺν τῷ ἀρχῇ. εἰ καὶ σφαλεὶς. INCONCUSSA. percurras.

627. b Quos tener è. Ἀλεξάνδρου. ὅσις γένη. εἰ δή τις. μᾶλλον ἤ. καθάπερ οὖν ἐπενόει. εἰς τὴν Ευρ. mercatores.

628. a εἶ τὰ ἐλθόντες. quietius Seres. b Σκύθαι. τοῖς μὲν. ἐκελεύσεν. προσκύνησιν γε. σοβαρῶς. ἀπήτει.

629. a regnum demiratur, non poteſt. Quo audito.

630. a Eleemoſynis. fideliter. b Et hoc fit juſto. Valerianus Cimel. αἱ γὰρ τῆς.

631. a Ἐλευθερίαν ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ. δεδούλωνται. πῶς ὁ λυκὸς ἡττώμενος. b αὐτάνδρους. pauperem quicquid. conſcientia. redamare occipiet.

632. b ἀρχιερωσύνης. βασιλικώτατον. ἡδονῶν.

633. a Lumen habet. b φυλάξαντας.

634. a De Ira cædem.

635. a πράττωσι. b ξυνουσίαις πάντως ἔφη ἀμφισβητήσειν.

636. a λέγομεν. χρεὼν. ἐπιγνῶς ἤ προσήκει. ὁ πρεσβυτερος. ὑπήκοον. b aureſq; ſequerentur.

637. a Laudato, πρὸς ἀπαίδευτον ἡγεμόνα. οὐδὲ. ἐπιληπτικὸς. ἐν ψύχει. ἢ τύχη μικρὸν. δι᾽ ὃς ἐπιδείκνυσι. b καὶ τί δεῖ ταῦτα λέγειν; ὅπου. καὶ ἐνδέξους. ἐπὶ τῶ δειπνεῖν. adhibentur, non aliter judicaturos. honorum Luce.

638. a capies, aliter. b διασώτης.

639. a θαυμαστώτατοις. ὁρμωμένοις. εἰ τοῦθ᾽ ὃ δὴ πάντα ἄνθρωπον, τόν γε μὴ ἄθεον ἢ φιλόδοξον τὸ φίλον γενέσθαι καὶ προσήγορον θεῷ. acceſſiſſe.

640. a cœlitus, ſic nos. b εἰς σοι. περιπεσὼν ἀμοιβαῖς τὲς ἐνδεχομένης. οἰκείωσις. ἐφιέμενον τῷ θείῳ. ἢ τούτων ἐξαρχος. ὁμοιοῦσθαι.

641. a ἀποφηνάμενος τὸ θεοῖς ὅμοιον. ἀλήθειαν. ſociet ſincero. ὠφελεῖν βλάπτειν. b adſcripta. ἀπεχνῶς οὖν ποιεῖν. ἀπόπληξία.

642. b οὐδὲ φύλλου. εἴ τις καὶ ἀνέφυ.

643. a πῦρ γὰρ ἴδιον. ὑπήκοον. πλέον ἢ τῆς. præſtantius. πράττων. b μέγα φρονῶν. ἀλλ᾽ εἰ τῷ φίλτρῳ. παντελῶς ἀλογισμῶν ἀρμηκας.

644. a elegantiſſimus Durantius. b ἐν συνηθείᾳ κατειλημμένους, ὕπνῳ.

645. a quod in juſtam b minuentur ambo. legendum ipſi. ἀναλογίας ὁμολογῆσαι. φιλίαν τι. εἰς ταυτὸν αὐτῷ ξυνελθὸν ἄλυτον ὑπό. τοῦ ξυνδήσαντος.

646. majoribus, concentu. b Hieracoſophij. ἐπ᾽ ὀφρύσι. κρατεῖσθαι.

647. b vagos Latis tundere term. remiſerit, Quicquid.

648. Caſtis nectit. Hic fidis. fœcunditas. Sic totius Mundi. ſubſtantia, Ignis. ſphæræ convexa. b φανώτερος. ὁ δὲ οὐ παραχωρεῖ. κρυπτά.

649. b tonſorios.

650. a ἠρώτησεν. γένοιτο. b diligi quam metui.

651. a ὅς εἰς φίγξι. ἔρωτα. b Miſſis Imperator. τὸ πάθος. δικαιοσύνη. ἐπινομίζουσι. Pachymerius.

652. a ἕνεκα ποιέων. ὅμοια. προσκινδυνεύειν. ἐκείνου. συνεστάναι. ἡμέτερον. βασιλεύς. b junxit, Senatui.

653. a τὸν βίον διάγειν.

654. a Patientiam Impatientia. velut ſubmerſus. b Sanè parvo.

655. a PORTENTA. Caligula. b Babyloniam acceſſit.

656. a Noſtra triumfati. b ἀνάγκαι. exercuiſſe memorat. Sic pugnas.

657. a intermiſſa. b fractiq; ener. τοσοῦτον.

658. hoſtili ſolo. Si quæ incommoda) *aliis debebant excudi typis.* bellatorum. περισδεδίεθαι. b Δύκας. βέλης ἐργαζόμενοσ. trabalis clavus.

659. a ſuſpicatus, aut. b ἐπαγόμενος. Ac velut occ. ſecurum p. incluſos.

660. τῶν πόνων. opponitur contento.

661. a regulariter. Tyanæo. b φρονήματος γενναιότερον.

662. b diſtinximus.

663. b diſcas ex.

664. a εἰς τοσοῦτον ἐσκηνκώς. τὸ δὲ μὴ τὴν. ſæpe ita è prælio b ὅς τύπον.

665. a torrentes. πρὸς καῦμα ὄμβρον. ὥστ' ἄβροχον.

666. a florem juventæ. b παῖς καὶ γελᾷ.

667. b Καὶ μέγεθος. ἔοικας. μεπεπέμφαντο δὲ καὶ οἱ Ἀχαιοί. Ν ὀπόλεμον. φιλοκ. ντην. εἶλοντο.

668 a nati Honorij, & obeuntis Theod. b λεγη. τῶν νήσων. ἀπεσοικεν. ἐγγενέσθαι. νῦν ἐμβαλέσθαι. ἐχαιρεν.

669. a μὴ τὸν. ὁ ἵνα ἀσπιδεῖν. b validas docuit. Filio. Maronis. ζῶν ἡγεμόνα.

670. a αὐτοφυής. ἑκούσιον. καὶ συνομαρτήσῃ τῷ καλλει κόλοβον. ἄριστον.

671. b Æſculapium.

672. a illo Proſph. ἑκάστῳ. b ὑμνοῦσιν.

673. a ἐκτρέφειν. ἱεροφυεῖσιν. περιπολοῦσι. b Regibus. Regia decora.

675. a ἔοικας. ultor Stil. humanitatem. b dicit, quàm Reſp. contemtus.

676. a. b. ut Claudus de v. exuſſiſſe.

677. a poſuit Caſſiodorus.

678. ſenijq; colorem.

679. a. μὴ τῶν δυνάμεων παραχρῆμα. εἰ δέ τι γένοιτο πλημμελές.

680. a ὑπὸ τῶν Αἰαχ.

681. b ἐπήνεγκας. τριβομένας. ἐλαυνόντων.

682. b dedat odores.

683. a per Majores ſuos.

684. b graviores. acciperent, dabant.

685. b fuiſſe ait omnia. λίθας τὰ ὑπόγεια. παραιτεῖσθαι. ἐφύλαξεν.

687. a poſt idem & membra.

689. Talem prudentiam) *dele uſque ad* laudat. b τοίνυν γεωργούντων τοῖς ἀδικουμένοις. χρῆσθαι. ἐπήμυναν.

690 a ὅλως γὰρ. b ſectori. κέρδος καὶ περιχειρίστων.

691. a quem tu damn. b novo ſemper lucro in exitium ſuum.

692. b καλλιστέ με ὑμῖν τῶν. πολλάκις. πᾶσαν. dicas.

693. a ἀτρέπτοισιν ἀληθέσι. b conſtat, Stoicorum ſc. Fruterius.

694. a ἁπλῆ δὴ τῆς. βασιλεῦσιν λόγων καὶ φιλοσοφικῆς. θατέρου δὲ ἡ κτῆσις. ὁπότερον ἂν σπανίζοι. LINGUÆQUE MODUS.) non ferre ſenis. b celſi nitor igneus. Nondum tela. CORNUS.

697.

697. a claſſem & ipſum. b Ita ut ſagittas. γυναῖκες. καὶ τόσσον κατ᾽. μὲν χάτω, τὰ δ᾽ ὕπερθε.

698. Contento curſu. Ruritium. Appianus Punicis.

699. b ingeſtas. (prior Claudiani Editio & Bernartius infeſtas.) ἀπλλων ἐστ.

700. b ἄρ᾽ ἔπη ἦ. Uno minus. quem Soli Ovidius.

701. a ἀγαθοῖς. φαύλοις ἦ. læti manibus port.

702. b De cæteris.

703. a opponitur à. propinquosque.

704. Si te cæteris. eboratas curules. b ſublimibus alta.

705. a conſervatis. & jubet ex. PONDUS. indicando. b τοιούτων. νεβρίδα στολιδωσαμένα. ἀνεχόρευσα.

706. Quidue in Erythræo. σάτυροι. ὄρθια ἔχουσι. b Inſtitut. Jur. Faſces de Anthemio.

707. |Hieronymus Alcander. aut te ter conſ.

708. a exemplo.

709. a παρεληλυθότα. βουλεύσης. Non infitiabor.

710. a προσχοῦσιν. b ἐπὶ δὲ Σκ.

711. a iterati. b Iliad. VII. πλήθει. ποιητικῶς.

712. b tendere chelyn. Ruritius lib. II.

713. a Craſſorum. ἑλλήνων κοῦφινον. ἱμάντα.

714. uti Librorum. ὑπηρετοῦσα μεριζομένη. ὁδοιπορείη b ἡσυχάσῃ. διοικεῖ. ὑπαρεστίαι. ταῦτα πάντα. Nonnus libro XLII.

715. Βουκόλος ὑπαιώων. νομόν. ἀλλὰ κα. μεσημβρίζοντα μιμηλῷ. Sed ſibi.

716. a πέρμαθ᾽ ἐλιαστέμεν. ἐξελάσασθαι. b αἰὲν ὀρύων. ἔζωον. χαλεπὴ. καὶ βίον. ἀροτρα.

719. a Amatoriarum b exprimunt.

720. a Gratius: Prius. vota pro Reditu. b πλοῦ ποι. ἔμπορος. ἱερεῖον. Reditus feriæ. Concines læt.

721. a auferet ævum.

722. a Quem procul ad. Imperiumque. non famæ.

723. a Olybriano. b ſacrificatos.

724. a Gryphas. b λάλον εἴδμασι φῶ. παφλάζει ῥεέθρῳ.

727. a cognataque pectora. b placet.

731 a Rhodopeia. Διός. b Jornandes. Peuc. omnis alia.

731. fluitante fide. juraverant. à creditore depoſcitur. rei creditæ.

733. b ſponderet.

734. a carmen affero.

736. a fluminum Rex. b Excidit numerus. criſpanti cingulo.

737. a lib. XXXVIII. καππέλινξεν εἰς πόλον. b ἐπιμνήσαντος. δεδέασιν. Corinnæ.

738. b altis urbibus.

739. a Vide ad bell. terrenus eſt.

740. a Prudentius. b. comminus.

741. a magna tuorum. Eum Barbarorum.

742. a Odo Clun. b audivimus animis. τοίνυν.

743. b Tetrare.

744. Juvencus li. IV. ni ſublimis. b ſtrepebant. ægreſcitq;. ſic inſtitit ore.

745.

745. a περιπέπλατω ἄνδιχα.

746. a De Pace. b oppetere. Barb. poſſis ſuſpicari.

747. b pharmaceutrias.

748. συμμίξασα. ῥιψάτω. ῥωγάδας. reſpiciatis. poſt tergum, & ipſam herbam contritam morſui apponito ſtatim ſ.(ita Humelbagius. Achillem Tatium.

747. a παρέταξεν.

750. hauſerunt. Queritur Roma. exſpectatum;ſed.b. Quare imm. quadam Lege. Theodorus.

751. a Sequentium. GARGARA. Moræ Anni. ὅτι περιτ. εἶδον ὅτι. expingebatur.

752. a exiiſſe.notatum eſt.

754. a Cniva cum Goth.

755. b damna opponit.

756. b TIBRIDE. πλυνεσέτω ὕδατι λευκῷ.

758. a parent reparatis.

759. a pectoris clementiam. mores priorum. ipſe feroci.

760. a συντεταμένη. corporis flexibus. b naſo ſuo.'ri plumam ſq.

761. b pecuniæ,

763. a manumittebant. COLLA TR. b colla calcare. λύσι. (In Orac. ſib.eſt λύσιν & alibi) βιαίως. Θηβαῖς. Vigilius. jocis turba. nec more. convivia feſta. accepir. audire, quod non decet, quod non licet, dicere. obverſari (in Gravij edit. eſt converſari.)

767. a quæ (oder quia) germanas. repertum eſt ſep. operculum, & ipſum.

769. a indeflexa. flagrantior Lux. b πηλίκον. κήρυκες. liquet, quera.

770. a πρωτοφορεῖν. τὰς θυηλάς. Ἡρακλείδης. μέχελνιῶ. b ex infimo. προσώπου.

771. a εἴσοιεν. μέρεσι ἐξ λόγου. ἀπόντος. ἐπένθει (Ita in mea Edit. φήμης. ἰχθροῖς. b ἀδοκήτως. ὑπέφηνε. ἀμυνομένη. διαφθεῖσα. Ἐπειδὴν ἀγαπητόν. ὑπερκύψασα μόλις, ὡς. Amato. es μαρμαρυγήν. σιλβουσαν.

772. Παπαί. ἐπιθρυπτομένου. ἠμαύρωσε. Ipſius ante. b Borea.

773. Parthos. acerrimis. b γυναιξί.

774. b Νιγία. δύσηθος. σπανός, ξανθὸς οἰνοπαής. ἅλμασι δόκιμος. Tretzæ.

775. a ἀγρῶν εἰς ἐπιχειρίαν. ὡς ὅμοιον. veherere. cum Sole videri. b Theagenes. ἐμὸν ὁ Θεαγένης. κενταύρους. προαιρίζουσιν. ἀνίμου. τοῖς νώτοις. ὀρθὸν ἔτι. πάντως τὰ ὁρώμενα. νικητήριον.

776. a γένος. οὐκ ἀέκων σέο δ' ἦτορ ἰαίνεται. b θάλος. λοχευθείς. ἴλθι, μάκαρ.

777. b ἠλεκτρίνη. ὄψομαι. ἠλεκτρίνην χειμάρροον. uſurparunt. Luc. λυσιμελής.

778. a ἀπότειρας. ἄλλο κλέμμα. Hic ubi eo ſcr. b ἠντύχει.

779. b πεπόνητο Δαιδαλέου. ἀγλαΐησι, καὶ ὕδρ. b ἔγχος. σέο κάλλει ὅσον γλαυκίνης. πτερώσειε. εἰς τὴν ψυχήν. ἀνυσιμώτερον. βεβλημένοι. αὐτίψηφον.

780. γαλῆν γυναῖκα. ἀγ. Zygia. b Prudentius, quanquam.

781. a præſagus obibat. Hexaëmeron.

782. a flores Div. acernisq;. b colloqui

loqui facit. πῶς ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ. ἤελδα ὦ. ἐκδιφρεὐθεὶς. δακρύουσι. aliquod. REPLETO.

783. Quem locum notat b APICES.

784. ipſius ſit. Probamus. qua vix mane.

785. Καμάτῳ.

786. b Res nota. alijsq́; Jorn. dicetur Hym.

787. a Solis. Th. b functum, poetatum.

788 ἀφυῶς. DIFFICILI.

789. a iterent. b ſæcula. τώγε. κλιθέντι. ἀγεμνήσεται.

790. a φίλεργος. περισείεται κιττῷ. b τοῦτο.

791. b tranſiliret. ut ad me fierem mortuus. Ad puerum at intus.

792. a alibi, (forte delendum) b libro XVI. Dion.

793. a παρθένων. Honorio præſ. b ἐπέβλεπε.

794. διδασκαλεῖον. ἡρώων.

795. a voluerit.

797. a concinentibus. Cujacianis, Claverio. b cecinerat Poeta.

798. a πυρὶ ὀργῇ. b αὐτοῖς. apud Apollonium.

799. illa Dionyſias. b ἀποστῆναι. τε πέξομαι. τοι χαρὰν. περιστίλλεις.

800. a allubet? mentemq́; fatigans. b ἀναπλάττει.

801. a πρὸ μείζους. ἐπιδόντων. b ſiridere.

802. ἴεργων. Κοινὴ γὰρ ὁμιλία. b τεκμηριοῦνται δὲ. γένεσις, οἷς: ἐνδίδωσι. εἰκότως. τῶν γὰρ ἐν. πολυκίνητος τε. δεκτικωτέρα.

ἀπορρίας. ἐπισωμένη. αὐτάς.

803. λάμποντος. ἀπηύγαζεν. ἀληθῶς. videlicet.

804. περιμύθιον. ἀμαρυγὰς. ἀνταυγοῦντες. b λουτροχόοι. μικτὰ. φιλῶ. κάπηρον.

805 a μεσημβρίας. λαμυρῷ. φιλῶ. ἱμερῷ. b ξίφει.

806. a convitiabundus. Matthæi cap. VI. φωτεινὸν. b cum in eo vol. ὁ πάντη. χρυσίφοροι.

807. γελοῖοι.

808. δοκεῖ. neſcio quid. ὅμως βερδύνειν.

809. κλέπτει. ἀπὸ μὲν τῆς. nox erat. ægra redire. b dum tardi. in proximo. cupienti nihil. Mithridates.

810. ἀλλά πως γλυκύ. b περιεσκεδασμένη. ἀπολεῖ.

812. a λάμπουσαν. ἐπισταμένη. θυγατέρα. b vocem Lenam.

813. a porrò à. aut colorem.

814. ſcurrarum.

815. b σεβάσμιε. τιμωρήσει. Codices.

816. Aërem. fingebatur. non paullo commodior ne repetatur eadem vox, quo more.) *dele*.

817. a fructibus. Val. Flaccus. gignebat &.

818. a ἡδονῇ. tam amaritudinis, quàm dulcedinis. b γλυκεῖ. δάκρυ

819. a κατόπτρου. κακοδαίμονα. Κύπριν γλυκύ. b. idem cadit.

820. b Vide Noſtrum. veritate neglecta. color eſt.

821. b laquearia.

822. a Ovidium auſus. b πλέξασθαι πλοκάμους.

826. b

826. b vocat, conchaque. Κόχλειον. ἠπύοντες. arctam fuiſſe amicitiam.

829. a σπάνιον. b non indocti hominis Sidonius lib. VII. Epiſt. XVII.

830. b recenſet Pauſanias.

831. a Bacchici numinis.

832. Vegetium. coronata, res legitimum. Ne moveantur. b Scholiaſtas.

833. a nimium ſecura. b ἴσβεστ. χαμίλιον.

834. funalibus. b primum. *dele* cavis lychnos.

835. a Rigaltius. Noſter Epigr. b NECTARIS.

836. Theocritus.

837. cumprimis. ἐντρεπίζετο. b Σαπφοῦς. Sappho. ᾠδὴν. ἀκύειν ἐκέλδε.

838. a ἀφραδίτην.

839. a λευκοπάρχος ἵππα πέπλωσα. b ταύρων. ἐν ὕδασι, λουομένης. σπλάγχζε. excuſare valeat ſemiinſanus.

840. Δῆξ. Εκπρέπή. πυρὸς γλαυκοῖο. b duræ.

841. a πρόσωπον. παρειαῖς. b καὶ τὰς παρειάν. HOC ORE.

842. Colutho. b φοινίζοντα.

843. ligat infula.

844. b purpura Regis.

845. a Quod tu illi dederas. Cōnubium,

847. a Corippus.

848. προσδέξομαι. b φίλον υἱόν.

849. b dum biremes.

850. a ſueta moveri. b artibus, hom.

853. Florus, Quintil.

854. μεγάλα. b ſæva.

856. b manes. radix afflata.

856. a quædam vis p. afflari. μάγιζον. ἀξιῶ b interam.

858 atra atria Prof. b nebulis. αἰθίοψ.

859. λιπαρομερής. μᾶλλον.

860. a τῷ σωτῆρι. Μὴ νῦν περὶ πνεύματος εἰς τὸν ἀέρα. b ſenſuq; coacto. craſſius. καὶ σύ τα. b totum converti hominem.

861. b cogitationes noſtras GRESSUS.

862. myſteriis reconditioribus.

862. b ῥηγνυμένοισιν ὑπὸ σκοπέλοισι. genus aliis veterum.

863. κερίφοιτος b αὖ καὶ. ἐν ὀλίγῳ.

864. a τὸ δοκεῖν. τοῖς ῥήτορσι. ἀφελομένην. ἀπαγορεύουσαν. emoti illa ſordida ſine mixtura. Bacchi flore icta. b καταβακχεύουσα. Ingenium miſera. capite XXIX. de Eratoſthenis.

865. a ἀνοικοδόμητα. b ſane ſi.

866. a μύθων. Εἴδωλον. ἱμοίγε. Iſta canat. b ſui obliviſci cura Carminis. b Αργος. Delubra. victimæ mortuorum in vivam.

867. ὑπὸ ποσί. repente quati. ὑπεκαίνυτο. ὅστις ἀλιτρός. Αλκμήνας. Nonnus lib. VIII. b ἀμαρύσσετο.

868. θρελωδῶν. ὥσπερ.

869. placat heram: tria virginis. Τῶν ψυχῶν. ἢ οἷον.

870. dives odores. b χθόνιον. Κοιμίζει. τειστῆρος. ἀγρόν. nubenti. ἀγαθόν τι.

871. a Διόνυσον. ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον. b αὐτῇ σαλπ. τοὺς πολεμίους. meditate velut euntis.

872. b Στεφάνους. Evan. Codex figit.

873. a περὶ φέρειν. Chare, vias. b Meq; premis. utroque hoc flumine.

874. b alia tant. commendat.

875. a addere tantis. θεὰ χρυσόθρονος. b DODONIA.

876. a δι' ἐξ αἰδας. Αἰδονῆος. b ὀφιοπλόκαμοι. ἀριστερᾶ.

877. Aegæonem. b ante pedes. evulſos prajicere.

878. icendis. Willeramus.

879. b æquævam mundo.

880. a priuſquam quosquam.

881. πεταίτας. Διαπαιόμενος. τῷ Διΐ. τὸ δέ. Καθόδω. νεκροπομπόν.

883. b Policratico.

884. a cloacam mundi.

884. b τὸν ζωδιακόν. a conjuge Claudia belli fei a mœnera. Εὐθὺν. ἰόντα.

885. a πέμψιν. Ennodius. b ἀθύνουσα. coronatum Philoſophia.

886. a ἱμάχης. λοιβὴν. Ριγίστ. b fingebatur. debellata. ὁμῶς. λόγου θάτερον.

887. a ἐκ μεσημβρίας. b ἐπιβάλλεται. κατασκιάζειν.

888. a Pindarus. Calathinam. Κύνας. Nereidas. b Proſerpinæ. Et Horatius Fœcunditatem.

889. a lætitia. b λαγωβόλα. ἱζάνταις. Δωρίσι, πόδ.

891. Heracleota. V. CCLXIII. δυναστεύοντος. τῆς Αἴτνης. πέτρους τε ἐκ βυθοῦ.

892. a ἔθι τοι. ἐρευγομένοιο. Σικελίης. b prodigio.

893. a fruticibus. Non ardens ardere. dierum refrigerationem. b angatur.

894. b ὅτου πατρὸς.

895. a Ditis lucum. ſermonem. b κοσμοκρατωρίας. qui poſt quietè.

898. b germinis æſtu.

899. a βριμβοῦσι. Gallis. elegantiſſimas.

900. a ſaporatam contra. b in funere Cyzici ejus quamque nihil.

902. a ἐὸν. Ἡρακλῆ. ἀπομάξας.

903. a χάλαζαν. καθάπερ οἶμαι. b Figentes clavo.

904. a id quod de. b ἄγοις αὐτὸν.

905. a DIONÆA) Veneria.

906. ἔνθα τάξιν. docent.

907. a ferarum. ἱερός. Αρχ. Αυκάονος. πίτνει ἀήτων. b πίθεται. εἴργασται. πολεως.

908. b mordebat Iaſpide. θεὰ δ' ὑπιόντε. ὑπεισελθεῖς ὑπερεῖον.

910. a ἀθλέων. ἔμφα καμαζῶ. ἀδύεσαντο. Αμάζονες. b στο γῆς. VULGUS.

911. a adoratæ per. fellitantes. quos imbre. Sic idem.

913. a viridſcit. ἱερατάς. ἐνιαυσίαν. ὁπόταν ἐπικαταδύηται. ἴριδς. φωσφόρον. b ἐντυγχάνειν. ἀτελεῖν. ἐμβαλοῦσα. παροῦσα. ἐπιτρέψηται. τὸ καταρδοῦσαν. τὰ δὲ πάντα.

915. a ὁ Ἅδης. ἀπώλεια b inter vivos. alloquitur.

916. fulminibus.

918. b Joannes Valtrinus. ἀνέκδοτα.

919. promſimus.

921. b ἐπιλέγεται. χαλεπά. χαρωνείν.

922. a ἀπὸ θεσπίσιον ζυγὸν ἤγαγεν. ὁ ὅστις, ὁ ol. Sidonium notavit.

923. a μαλθακωτέρα. Præſidum enim

nim talibus b ἐχέτε. ſua regna.

924. a ἐπὶ ἔργον. b ſua quemque.

925. a RELEVARE. b cum cætera animalia prona &) *dele*. humi non nutandum.

926. a aut in re tanta ipſo cerebri ingentem conſumas. b ἢ καὶ κυανέησιν. translatio, qua.

927. b Naturamque. ὦ γυνὴ. δόξῃ. κακῇ.

928. a manum adire. b, Seneca Thyeſte.

929. a ἀμφί σου φόνου. SUBJICIT.

930. qui locus.

931. b νέου ἀνδρὸς. κρειπνότερος.

932. a verba Marci Antonini. a multi.

933. b in Cypro fuit.

935. a τῦνον χρόνον. Imprudenter. b τὸν τοῦ Διὸς τοῦ φερ.

937. b illuminat.

938. a ΕΚ. Σπάλθ. b Ανεκδότοις. παλαίγονοι.

939. a πτᾶνες. Opin. alij ex Cœli. b ἀντῆρεν. αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ. τοῖς τιτᾶσιν. μάχην λαβὼν τοὺς.

940. a ἡ ἐμὴ ἐπὶ τὸ γεννᾶν. ἦας. ἔχρεε. ἔῤῥεον ὕδραι.

941. a μάχην τῷ Διὶ συνῆψε. Σικελία. τῷ ταρτάρῳ. θεογενεῖς. b tota novem.

942. a ἐν ταῖς δυν. τοὺς ἀλλοφύλους. b Maccabæorum cap. X. apparatum ad repugnand.

943. b diſſolubilia quidem n. Smyrnæus.

944. a βρονταῖον. Αἰθέριον. Ευοῦς. b ſuſciperetque.

945. b. Delrij ad Solin.

946. a pœna viſæ Pall. οὕτοι πάκνον. Βακχ. . fluinine fulmen.

947. b τὸν μὲν σὺ καὶ Βαλλωνῶκέν.

948. a ἀείδει. ἐπλήσθη. ἐγέλασε δὲ γαῖα.

949. a ἀκριβέστερον. b ΔΕΓΔΑΙ ΣΥΓΓΝΩΜΗΣ.

950. a non ſemel d.

951. a αἰτήσοντος. αὐτῆς. b διαλλαγήν. σωζόμεθα. εἰκώς.

951. a afflictos. ὑπὲρ. ὁμιζόμεν. τὸ ματρὸς. ſervitute.

953. a παρελόντα. b Arrianus.

955. b σφοδρότερος. Ου θεύον. μεγίστας. χαμαὶ.

956. a ὀρεᾶς. δυστυχοῦσιν. πένητες. συμφορᾶς. μικρᾶ. ζεφύρῳ. σχῆμα. b ῥωμην. παίδων. ἄερα. ἐντυγχάνειν. ας. ἐγώ.

957. a ζῆλον. ἀνιάσῃς ſuaſerat. Καλλεῖσω πᾶσιν.

958. a ἀξίωμα. Hiſtor. Rhemenſis. b etiam. Auctor Exp. exſtructa turris.

959. a ἐξεῖναι. οὕτως οἱ. totam eam ing. Caſaubonum. Alex. Βίωνα. Bion. Bion Adonidis. b ORPHEA. ambientium mulierum.

960. a anno abhinc decimo ſex. b παραλειπ. ἀθανάτοιο. πᾶσα δ' ἄρ'.

961. a Innumeras vol. b ἐπιτείμιον Cryſtalli. ſienam ſilveſtrem.

962. b Simocates. Πλάτωνες. Helicon adſpiret.

964. a mendoſam b vetere Turpilij.

965. a ἔῤῥωσαι. ὑγιαίνω. b quem mirab.

966. b hilum habent.

967. b malint aliquem.

969. a ἀρχαϊκῶς. ἡμερο' όγιον. ejus Notas hominis ſollicitamus. b Antiſtite, ut auderem.

970. a jucunditas eſt princeps. Æternali. b κάκεῖ. de Claudiano.

971. b lib. XIII. cap. IV. Chora eſſe.

972. a qui altero.

973. a ἀγη. ἑαυτοῦ ποιησάμενος ἐκ κασίας τε καὶ σμύρνης πυρὰν. ἑαυτῷ. πυρὰν. Achilles Tatius b inenarrabiles. ὑπὲρ. τῆς Ινδίας.

974. a janua. loqui Fortunato. b συνθήκαιο.

975. Dionyſius. innuere puto. Auroræ Poetæ. Literæ debebant eſſe aliæ.

976. Νεννίζει. b αὐτολικὴν ἢ ἤδει.

977. b Vivacem. ſuccedere muris.

978. a vivit Amomi. b orbem protulit. egregium Poëtam.

979. a incredibilitatis, ut. b ὡρειοπέρα. ποιὸν αὐτῆς. κεκίρασαι.

981. a ullam ſcriptore.

982. b. κατέχει. αὐτῆς. Ezechielis.

983. b παλινάγρετος.

983. a membrorum tabe.

984. βουλόμενοι. Hermotimo. φὴς. βιώῃ. idem. πλοῦτῆς. (ita Petavij Editio.

985. a proterenti.

986. a σοφοπάτης. ὑπὲρ. ὄρνιθες. Ὁμήρου. ſimul ac. b ἐμπλάσαντα. ἐς τὸν ἥλιον.

987. ā pijs, Nihilque.' Artemidorus.

988. b παραλαβόντες. editor Perionius. vita.

989. b Auguſtus cinis b πλοῦτῆς.

990. a ἑρμηνευομένην.

991. a concreta polo. commença. b Fezne void. ſa queue. poudre. ains ſes.

992. a l' Autan ne. ces priſons. car adonc. favoriſe. ſur ſon lict. oeuf, & puis. de la ſemence. deux cens luſtres.

993. a Quin unam.

993. b Moſchopulus. reſeminaret.

994. a Hœſchelium. b teretis col-

995. b ponit in æde ſacra. (ligit.

996. a γείνω. Somnium ſervo. EXERCITUS. Κεραστὸν. Raptores. ἐσθίουσι. ὥσπερ.

998. b pro *Catullus* ſcribe *Auſonius*.

999. b αὐτὴν. τῷ μεταδιδόναι. b Ambroſium libello.

1000. ἅπασαν οὐσίαν. κινητικὸν. τὸν λίθον. προσαπτόμενος. πῃ. σφίγγον. μιχθέντων. Decolor. retinetq; longo temp.

1001. b Pharij. docti eum.

1002. a κατὰ τὰς.

1003. a ἱερᾶ γοῦν ἡ. fuerunt ignotæ.

1004. a montes ſint. ζῆλοι πυρ. b ἠκ' ἐπὶ λαιῷ.

1005. a Sed hoc carm. b ὀλιζότερον. veriſſimum ex ipſa.

1006. a φθέγγεται ἐμμ. hæ pinnæ. b ὑπεδέχετ. Αἰζηὸν. τοὔνεκεν. Οὔτι. δόλον. βελτ. πολλάκις. ἀφειμένον. fidei.

1007. a ac herinaceorum viri, niſi quod. ὀξύρυγχος, ἀλλ᾽ ἄβρης. σιλουρος.

1008. b probarunt. περιέχεσι.

1009. a αὐτοῖς b ἴσα θανόντι. Ælianus.

1010. a σκεῦός τι. νάρκης μεγαλαυχουμένη. κάλοις. ἀμύνεται. Joannem nominari Κυρηναῖον. ἐνταῦθα δηπ. b revocat.) *dele*.

1011.

1011. b Nam.
1012. b Græcanico.
1013. b παρδάλιος πόσιν.
1014. a θέρει. ἐνάλιος. calidioribus. abfuit,quin.
1016. b. alienigenis.
1017. a tranſmiſſo Cliv. a cruribus æquè.
1018. b flexusq; ſinusq;.
1020. peregrinans. & cultus.
1021. b ſcriptum. ἐκβολαῖον) ξ. μεταπουσιάσθη.
1022. b θαῤῥεῖ. παραδίδωσιν.
1023. ζεῦξη. τὰ αὐξ.
1024. ὐκ. ὁρῶν. ἴπεισι. Torſit. quicquid. αἰζηῶν. b καλλίῤῥοος. ἱερήν. Ὄμβρος. ἄλις πρόχ. ἀναπεχύουσιν. læta Phari.
1025. ἀργύρεος. b βασιλεῦ. quis modus.
1026. b ἀλφισίβοιον.
1027. a perque eum tot. b κάτωθεν. ἀργύρεος.
1028. a latratq; C.flammans.
1029. περθμεύοντας. b παθητικῶς. deſcribit.
1030. pabula. Sentent. cap. VI. Oenophoria.
1031. b κερμωδίας.
1032. b denominato.
1033. a Barbaria non b Plinio libro XXXVII Indico.
1035. a latex. b ἀυτλὴν ἐπαίνω.
1036. a δεδοικώς b ηδ' αὖ.
1037. Conſtrinxiſſe Sermone, περὶ ξ αὐτεξουσίου. lib. 11. cap. XII. finxerunt.
1038. oblectamenta. Dicam non Hæreſi LXIV. b καλλιφωνία. αὐτῆς. cap. XXX. παρελθών. καὶ πλέως τό.
1039. b queruntur. Σικελίαν νῆσον, αἵπε κίρκησι.
1040. a ἀνώνυμοι. Ὀδυσσέως. b πρὸς πάντας. Μητροδώρου.
1041. a ἀλλὰ μὲν. ξ μύθοι b πατρικὴν εὐτυχῶς ἀντιφθέγξατο.
1042. a ζυγά. b multa ſubactus marinis *dele*. vox ratem.
1043. a Latina, Petr. b πυρὸς. φυγὴν. ἀλλὰ ἐγκαθαρμόζομενον. ἐγκαταλείφθη.
1044. a ταχεῖαν b Adſpiciunt.
1045. b ἐναῤῥαγέντων.
1046. b in Timæo.
1047. a odorati b Specta.
1048. a κινούμενα. ἐκπληττόμεθα Σελήνη. Philoſophi.
1049. a διώκουσιν Νηλεῶς. b λειμῶνας τε βόσκεαι. εἰσελθόντα. μὴ συμβείας. ὀξυθυμηθείσαί μοι.
1050. μῆτιν b ἑλλάδα ὁπλίτους.
1052. LIBERIORE.
1056. a Muſæus. ἄνασσα. Κ πεῖδος. μορφούμενον b ὦ δύνασαι. ἐκείνας poſt ſcenia.
1057. affectatus eſt quaſi terram omnium genitricem multifructam. b Filium ipſum nec in ejus.
1058. genuinum puto. b ἵππον. φαλάροις. Principes eis uti.
1059. a φέρειν τὸ ἡνίοχον. omnia arguunt pacificum Herois *dele*, *vel* pacificum Principis. βιαστάς. ἄνευθε.
1060. exiſtimamus. aliæque.
1062. b Tatius lib. V. γυνὴ, ζεύς, σκιά, μὴ σκιά. Ardens.
1063. a b καθεύδοις.

1064. a τεμνόμενοις. Rabirio. b πιτ-τῶν.

1065. Chriſtianis. præfatione. Socratico.

1066. b Auſonium.

107. a pruriginem. b Lunæ naturalia.

1068. a Hoc eſt interfecit. Capitolinus Maximino patre. App. ἱερέων. David miſit b procellis.

1069. a ſaxa volant b coincidiſſe.

1070. ejiciatur. vere.

1071. parva Claudiani. b quod à nonn.

1073. a libro VI. Hiſtoriam. b colla tumentem.

1074. arcebat ingreſſu. ὡς δὲ ὄφρ.

1075. a βλόσυρόντι ἔλεον. ἴαχησε ἐν παμῆον. χρυσέων ἐπιδείκνυσο. Πυθώ. συνήντησε. Αἰνός b εὐθύ σε. τοδ' ἐξ. Proclus in ἱπὶ Βας. Ζαχέων. illam Cicero ſe domi non habere.

1076. a verſu *dele*. b ἰαίνει καρδίαν.

1077. a potuerunt, Bonum impurum latronem.

b 1078. a eſt innoxijs honor Apud vos.

1079. a conſenuit. oppedat. numinis auctoritate. σωφροσύνην.

1008. a καὶ, μά. ὁ πῆχυς αυτῆς ἀξιοστιὲ πς. b ſuſpicetur. βλαυτία.

1081. ταῖς βίβλοις. μανθάνειν. πεσόντων. b τύχην Τόδ'. Ε'ντ ὔθεν. quem librum μέχρι τ. λ.

1082. a αἰκίαις τε. ἰτεκνοποιήσαντε. Billio. Cauſſam.

1083. b ut erat, Dei.

1084. a verbo. b abſonis ſuis.

1085. b Interpretes, cont.

1086. diſciplina. ψευδοφαῆ b ἰπεγραμμένον. ἐπέγραπται. ἀμύντορι. ὑἱός. χαρίσαντι. Plura vide.

1087. a acumine b numquam. fides iniquis. ſic pie ſcribit.

1088. a patuiſſe ἄνδρες ἤρθησαν ἐπὶ ταῖς. τύχη καταῤῥεῖ. b notârit. animæque. tener.

1089. a ſuperæ ſeu. περὶ τοῦ. προκρίνοντα. τὰ ὅμοια. b ab illis. contulit.

1090. impugnationes. rixam, ne tumultus. b judicent pendetis. εἴπη θεῶς.

1091. b LXXII. εἰ ἔλεγον. γνῶναι. ἦν Ε'ωσῆ. συνιῶ. κακά. Κατέβαλες τῷ ἐπαρθῆναι. ἐξεγειρομένη. ὑψηλοτέρῳ ἀλγεινότερον. quò gravius. Cæſari.

192. a ὑψῶ. b πνεῦσιν. εὐτυχήματα λάβωσιν. Factum eſt autem ut. & optat iſtius.

1093. ἀνασπασθεὶς. ἐντυγχάνοντες. ἐκπλήρωσιν δίπερ.

1094. a Theopaſchitas. κέντρον. Φρεσί.

1096. a φοῖβος. regionum. b ἰδῶν τὸ κατειργασμένον τε ὡς οἰχομένην.

1097. a Καταθνήσκει. πεσῶν δεδημένην. βοῆ δε b conſiſtit. conſciſſis.

1098. λεπτὸς Ο'δυρμός.

1099. a rerum ſuarum. ὑὸς πρό. b nimirum inſitæ.

1100. Abbonem. nihil reliquum erat, reges. ἀγορῇ οὐδέν ἔειπεν.

1101. a παιὰν τὴν. ὅτε χρύσιτον.

1102. a Ε'σι ἄμοι b ſanciunt. ἐπινίκιον ἆσμα.

1103. Succinctus Attic. li. V. c. VIII.

1104.

1104. a loquendi ab an. incedentibus b χθὲς ἐπειλημμένη. ἰσχυρῶ. δυνατὸς. κάμπτειν. ſuperbiam faſtumq;.

1105. Pietati, deſcendentia b vituperantibus Chriſtianis.

1106. b faciens.

1107. a πέπυκται. b Sevilienſis.

1108. a ego laudo.

1109. b Theſca vileſcant.

1110. a Clytemneſtram. infauſtis. b αὖται.

1111. b cenſuit olim. Scholiaſtas.

1112. τόδε. σκυλάκιον. δημιουργεῖ. Λεῖον. Ενῆκε θηλὴν. b geſtus.

1113. b καὶ σπάνει.

1114. a θησαυρὸς. μετωνομάσθη.

1115. b Hericus libro II.

1116. a ἐπήνεον δοκοῦσι. b τρέχειν ἐπ.

1117. b ψυχαὶ ὑπ'.

1118. b decreſcente recedente.

1119. a timet uti. b docemus. nunc non placet.

1120. a Cura manet. κόσμιον πεφύκει, ἡ γὰρ αἰδὼς ἄνθρωπον ἐπιπρέπει. b Nec deerat jacere oſcula.

1121. a Deum Igneum. b κόρη. τοῖς γερδίοις.

1122. a conſignata. b εἰπεῖν. φρονίμους.

1123. a τὰ πολλά. Auguſtodunenſis. Neubrigenſis.

1124. a Strabo neſcio quorſum b conſecratum. καυκασίοισιν.

1125. a ciere. b κυβερνήτειρα. ἐννυχίνδε. θιασώδεα.

1126. ποτὲ. Βαβυλῶνα ἤκουον ὀπίσω.

1128. μυθεῦσι. τῇδ' ἐπὶ. Βοσπόρου ὕν. Ἥρης. θαλάσσης. Βόσπορον. κυάνεαι. κυανωνυμίαν.

1130. a reſpectu.

1131. Pellæus. Κρείττων ἡ ψῆφοι b κοινὸν. συνειμμερμένου. ἄσελστον

1132. a ἄσελστον. ὀκνοῦσαι Συνόντα κολλώμενα. b κύμασιν μεσημβρεία κατὰ τὴν. ἀντικρὺ πνεόντων.

1133. b ipſa ἐπ' ἀόνι. ὤθει. ἰδεῖσθαι πλίνθον. φιλοκερδεῖν.

1134. b metalla.

1135. b latronem Longinus. δουλαγωγοῦσι.

1136. cupiditate quærendi.

1137. a hæreditarium. terribilis vivis. b Plinio διαφθοροῦν ἕκαστος. καθ' ἕκαστον.

1138. a πλεονεκτεῖν. Sic de Baſilio. b locandum receptaculum.

1139. Jam peragrabantur. ἠπίστων.

1140. cum altero divitias *dele*. παρανοίας.

1141. ἔφασαν. ἀπάντη. Quærebam. b Zenonis Ver.

1142. eſſe nemini. Excerptis.

1144. a αὐγουστα. τίμια. b παχυκνήμους. ἀσελγῶς πίονες.

1145. a σπεῖσθαι. τούτων τρυφῆς. δυσίατοι ἀναπνοαί.

1146. a Labore. lene percuſſi. luxus procul. juvat nudâ b ψυχῆς.

1147. a Aſt ego. περιπεπόμφασι. πέτρας. πλευρὰν. ὁ δὲ ἐκκαθαίρει. ὁ δὲ ἦρέτι ἐκ τοῦ ὕδατος. ὁ δὲ εἰς.

1148. a interpres. λειμῶσι. ὀρνίθων. λειμῶσιν. laſciviebant.

1149. a φθονίσοντα. ἐπιβουλεύσοντα. γεννᾶται. b Epiſtola V. διατριβαῖς. numquam.

1152. b μισῶ. μισημβρείζουσι. γονεῦσι.

1153. a ficti. ταμών. κεάσαι. ἐρητύσιεσθε Ὅια δε.

1154. a Amicos. διὰ b ἔκπλωτος. ἐπηγείων. δημιεργόν.

1155. a κολαζόμενω.

1157. b ἱόν. σπλαγχνα. ἰτεώθη.

1158. b conſuluerat.

1159. a ᾽πόσων. b βιαζομένε. διεσπᾶτο. ἀναῤῥιπτέμενοι.

1160. b aliorumq;.

1162. b Indiculo.

1163. b χείμαῤῥος.

1164. a χειμαῤῥοις. ὁ ελνεμένε φοξέεσι θαλάσσ.ς.

1165. b obſcuritas.

1166. Gemblacenſis.

1167. a λέοντες. κλεωνας. ἀνῳκοδ. μηστιν. τῶν χεῖρα ἄγχων. ἐκόμιζε b Quadringenteſimum.

1198. Infelicitas. exaratum. b Antenorem.

GRÆCA *abhinc morte correctoris ferè nuſquam adnotata ſunt*

1009. b quamlibet ad curſum.
a αὖτως. b ἴσα θανάτ.

1010. a ſive tu Joannem nominari e.m. σκόπει πότε. ὁπὸν κυρηναῖν ἐνταῦθα δήπο.. b vocat, evocat, revocat.

1011. b nonnihil lutulenter.

1012. b barbaro ævo arctare. inveterato errore ejecto reſtituimus.

1013. a Conſenſuque pares ſunt quæ aliquot poſt ſeculis Papias. b πόσον μέν.

1014. a Joannem Leonem θέρει calidioribus locis. ἐνάλιος.

1015. b ex alienigenis.

1019. b Stagnum ambit urbem & unda.

120. a juventus peregrinans. b ἀπὸ τῶν ἱερῶν.

1021. a de Sirio omnia b ſecuri Notarium uberiorum.

1022. a Lycophronis enarratores Idem Euſtathius.

1023. a aſſeverantes annuum.

1025. a Quot civitatum millia. b quis modus erit conſtip.

130. b Patriarcha CP. in mundo muliebri comprehenſas.

1031. a unde lavaretur.

1033. a regnante Barbarie b Indicam omnibus Indicæ nulla præfertur.

1037. Methodius Sermone περὶ τοῦ αὐτεξουσίου. ὁμοῦ.

1042. a quidquam Euripidæum.

1042. b una tamen vox ratem.

1043. a Scirem Latina Petronius initio Duodecimæ Odyſſeæ Zacharias Scholaſticus.

1044. b Aſpiciunt pigrumq;.

1045. a multis nobis emendandis. b ἀνηῤῥαφῆται, καὶ ἄνα τὴν.

1047. a ex ejusdem Libri conſilio. b Dii enim gentilium ab aſtrorum.

1048. a κινέμενα καὶ Σελήνη.

1049. b adhinniviſſe ſubrectis.

1050. a Pinnigeri ſævit. Λύχνια μένον Ερωῆ b tum plerosq; is enim perhibetur longiſſimum.

2052. a tantæ ſecum ætatis? b illis aſſimilavit Noſter.

1053. a illa verba. *Vide & Satiram quam vocamus de Lite* prorſus delenda ſunt. Carmen enim illud eſt Mich Hoſpita-

ſpitalij. b obſervationem inducit.

1057. a Patrem etiã Polycaſten habuit quaſi Polycarpen quod nos Latinè multifructũ dicimus, id eſt, terram. Verba ſunt Fulgentij, alijs literis cum præcedentibus ſcribenda. b Ratione inceſtæ libidini.

1058. b. quarum nomen vindicarunt ἵππον βασιλικῶς.

1059. a & omnia arguunt.

1060. b frequenta exiſtimamus.

1061. a Apulejus Deo Socratis libello trimetris verſibus ſcripto.

1062. a ut ex aliis notat Papias.

1063 a neque eũ dicere Caſtoreũ.

1065. a interdictus Chriſtianus Poeta præfat one in caſtigatum.

1067. a morbum obſcœnum pruriginem. b Lunæ naturalia invocationes tum ſuborientes.

1068. a David miſit in fundibulo.

1069. b ſcriptam in eo lectionem.

1070. a ejicitor & omnia erũt clara.

1071. a hæc ſunt parva Claudiani. b quia à non nemine expeti.

1072. a non dicit Cynthia fratri. b etiamſi doctum hoc carmen.

1073. a Lib. VI. Hiſtoriã ejus apud b detectus Rufinus hiſtoriam narrãt.

1074. a edoctum arcebat ingreſſu.

1075 a per mediam Phocæorum Vrbem b Proclus in Poeticis.

1076. Veſpaſiani res ex vatum.

1077. a ſine ullo reſpectu æqui aut iniqui b coram ſuis oculis videbat imperatorio impurum latronem.

1079. a ulla carina Conſenuit. Cæcilius Ethnicus apud b vide eũ plurib.

1081 b quem librum aureolum.

1082. a Billio. Cauſſam tarḍ b opinionum deciſionem.

1087. a noſtrum in Raptu Prof. b ſic piè viventibus familiares eſſe afflictiones ſcribit Baſilius.

1088 a patuiſſe clarum ex b notavit Plin animæq; mariſq; fuiſſent.

1089. b Bongarſio conſulit ſeditionem dicat, non enim.

1091. b Demoſthenis locus, etſi Cæſari aſſerit.

1092. b ἱερὰ λέγειν ſuorũ Tractatũũ.

1095. a animuſq; relanguit atrox. b *Auctor Satiræ &c.* Hæc omnia debeantur ad verſum 29. SINISTRO).

1097. b conſciſſis veſtibus & crine.

1098. a Ut in illo Virgil.

1099. a comprobat nobis. minimè rerum ſua ũ b nimirum inſcitiæ. & eſt.

1100. a ne infelici natæ Abbonem & id genus.

1101. b hactenus viderat.

1102. b apud Petroniũ enarrãdum ſanciunt occiſi putabantur.

1103. a Claverianis notis petita.

1104. a ab animalibus capite incedentibus.

1105. a Pietati Tiſiphone numina deſcendentia b Latio jam inclinanti.

1107. b veneciano morado nefanda cupiebant.

1109 a de quo ſupra. Spumare b inceptis vileſcant apparere nationibus.

1110. a Clytemneſtram inceſtu Terei infauſtis nuptijs ſubdita ſit.

1113. a & ex Guntero Poeta abditas & nobiliore b qui cum antea mirifice.

Ppppppp 2 1116.

1116. a etiam penes Martianum.

1119. plenè docemus adjectum Antonini non placet.

1120. a quæ tibi cara manet ἀνθ-ἐπιπνεῖ b jacere oſcula & omnia potentia augeretur.

1121. a quia Deum igneum quid.

1122. a varia rerum judicia.

1123. b vide Comm. noſtrum de ſuperſtitionibus Babylonem &c.

1124. a addit quidem Strabo Plinij loco neſcio quorſum b De arboribus autem &c.) Delenda hæc verba.

1126. quin ut ſequentibus l. d.) delenda hæc verba.

1128. a Ovidius divesq; miſerque. b Septiminus ad Boſphorum Thracium Claudianus. (habet.

1129. b dextrum hinc originem.

1130. a ſine reſpectu Juris.

1131. a Paullinus Pellæus.

1132. a meretricibus & b θυλάκοις κύμινον.

1136. b Eadem Bello Gildonico.

1137. a terribilis vivis.

1138. a rapinas prætulit.

1139. a Limites hos peragrabâtur. b cujus verba gloſſis nunc quoque.

1140. a περὶ προνοίας.

1141. b Zenonis Veronenſis.

1142. b Idem paris in Culice.

1144. a λέγοντα τὰ πήματα.

1146. a gravi Labore pone percuſſi.

1148. a vertit interpres. b nonnulloſetiam.

1149. b. numquam venero.

1150. a Libera, ſimplicibus Curis.

1151. a Cum rapies.

1153. a verum immanitatis. b vas aliud obſcœnum.

1154. a liberiſq; mixtis contrà dat Stiliconi amicos, clientes ad animantium; φέρειν ad.

1155. ut pœnis ejus b ipſe judex erat. Sex ſunt quæ odit & eum qui ſeminat.

1156 a huc iſthuc non f.

1157. b ſine turbatis iis non.

1159. b arborum in cacumen cum apud Turcos.

1161. b ſcribit idem Tacitus.

1162. b alterũ columnis ut vocant.

1164. a addiderunt magni dici v.

1165. b obſcuritas venerit ſed falsò; namque. (rub.

1166. a infectum autem pontum

1167. b quadringeſimum, nec d.

1168. a infelicitas Romanæ.

1168. a *dictione* exaratur.

1170. a obſervat ad Vrbem CP. b Panegyr. Aviti, de habere cenſet. Panegyr.

1171. a poſtremo eruperunt. b & pariter Euſtathius.

1172. a populi plurimi ſub ſp.

1173. a qui ſcriptor eſt vetuſtior.

1174 a leviora fecerat b hæc maximè veriſimilia.

1175. b & recte: Peſſimè b in quo tum degens.

1177. b Sangallenſis Monachus.

1178. a Herulos, Gepidos, Hunnos b malo omine habebatur. b vide quæ notamus.

1179. a in Equis inſidentes.

b Bel-

b Belgicorum Codicum.
1180. a notabimus infrà ſed Thracas. in Medo, quæ quin quas pelagi fauces.
1181. b NIVALIBUS AEMI.
1183. a in interruptum curſum.
1184. b omnino nihil mutandum.
1185. b Sole coruſca ſoror.
1187. a ut plurimū Chriſtianiſmum b RIDEBUNT.
1189. b frequentatas ſub.
1190. a Trajanum PLinius.
1192. b Silio Italico translata.
1194. a DIVISIT.] b potientibus, Aſia minor.
1199. b de proximo affectarit.
1200. a Sidonius Panegyrico b illa enim omnes mores.
1201. a ſine modica coercitione proceres Rom. indicium certum. b Habes omnia paria.
1202. a Lucianus in Charonte..
1203. b cenſoris cura renaſci b Romanos: Græcis.
1204. b Uberior Nilo, generoſo.
1208. a Athenienſibus: Conſtantinus b vallum ex geſta humo..
1209. a Demſterus..
1210. a minus dignus b las ranas.
1211. a avum hujus, Quint. tamen b Facies formam hominis ingenia malarum artium.
1212. a ſi penitus propter a dubitem ullumne.
1213. a multa hujus generis alibi.
1215. a Arcadij Eoum loquitur.
1216. b eo in Symmacho Libro.
1218. a Pyrgo Polynices Comici.
1219. a ſubeat Largitores. b amentium Poſteritatem. Adv.
1220. b Alarico ab Rufino.
1221. a nobiliſſimum caput A. Cecropiæ matres nem. noſter hoc loco.
1221. b aſpiratus ea Poeta expr.
1222. a calens in vindictam.
1224. b ſuſpicamur tamen verè.
1229. a Trajanus apud Ulpianum figendaq; ſenſibus addit patefacti aut cedentes b conſervaſſe exiſtimem.
1230. a notata ad Quartum.
1231. b ſacrificaſſe ait.
1233. a Rufini quoq; partium. Vide dicta ſupra b nobilitatum cæde Aureliani.
1233. b QUÆRE FEROX ENSEM.) populo addidit.
1235. b devotatum majoribus.
1237. a eruditionem vulgatæ ſcripturæ agmina partiebantur.
1239. a per id quod vides, illud mente concipias..
1241. b Lucianus in Necyomantia.
1243. a Leo Philoſophus.
1245. a animalia terrent, ne b cothurni conſpurcatrices.
1246. a memores ſimus tam arctè claud.tur ut b ut conjectat Claverius Romana efferebant:
1246. a exercitus fungitur..
1247. b Pulmani, cum oggerit. Vidimus & videbimus..
1248. a ſpecies obverſetur.. Non tamen ideò à conſenſu..
1249. a in facie Maximi exigentis. b Spatium enim amplitudo vix DUM DESERITUR aliquis lucifuga.
1250. a noxiorum, ut & Imperia.

1251. a injiciunt retinendis Prudentius. b inunctæ manu. eſſent.

1252. a duorum eorum colorum.

1253. a Idola ſeu ſimulacra ipſa omni loco præſ ferre.

1254. b Corippus. Lib. I.

1256. b nebula proſtare dici:.

1257. b libello enarratæ.

1258. a Sulpicia de Veſpis. adeo vero preſſus & jucundus.

1260. b Simplicium: Arrianum MINOS) Sunt qui legant *præſentat* eos deſtinare.

1261. a doctiſſimorum. Nec mirum b morticini, ex quibus nulli ſapienter vita humana.

1262. b Hieroclem, qui cap.

1265. b de ſue Boethius.

1267. b qui unquam ſcripſerunt putes metatheſin tantum eſſe.

1268. b Origenes in Philocaliam Sic de Megæra.

1269. a unde criminum ipſarum. b poſſe aſpici laniatus.

1270. b in te excire lubet.

1271. a Arator. Libro II.

1272. a majori natu filio Arcadio.

1273. a cura data eſt ab Olympio.

1275. b Qui quidem ſatis confidenter multa hoc genus notata.

1276. b Manlium Theodorũ Manlio & Theodoro Conſulibus.

1277. a inſititijs aliis corruptus. Apud Virgilium.

1278. b vel ſacrarij.

1279. a miſerũ eunuchum omnib.

1280. a piaculo exuendi.

1282. b Vide J. Lipſij.

1284. a Sic enim neceſſe erat ſcriptis velut vendi alioquin ob vitium ſpectant expenſi & accepti b ut facile dinoſci poſſent mácipio ſi quod vitiũ.

1285. a Georgewitzius. Item Anonymus Tranſſilvanus, Nicolaus Nicolai &c. Peſſime. b immo Senecæ ſed prorſus jun.

1286. a Lib. I. Hiſtor. Apoſt. b Prudentius Pſychomach.

1287. b Nam in Solini verbis.

1288. b vide notata Grutero.

1289. b Aquila Rhetor officium, Ovidius. *At nuper.*

1291. a Vide Athenæum Dipnoſoph. a Sparanus Jurcconſultus.

1292. a ut tradit Xenophon.

1294. b ipſæq; lavabant eos. Antiphontis Milite.

1295. a inducti aratri. b Victor Vticenſis Perſec. Vandalica.

1296. a Scyllam, in Ceiri. b Julius Gracinus apud Col.

1297. a interpretata alijs, nobis. b Iſidorus Originum.

1298. a quam profundiſſimè. b ciconias, avem. Id ejusdem eſt ſententię cum verba ſunt deinceps Barthij.

1300. a deformatiſſimo. Calvorũ.

1301. a Obſcœnum vocant Manducum. b *Quid* enim aliud eorum cõſ.

1302. a ut florens bona.

1303. b noſtrum etiam hodiernum videatur Leo Imp.

1304. a ſed hæc alterius loci ſunt.

1305. a Sulpitius Lupercus. b habent vocem.

1306. b Vigilius Lib. I. Contra.

1308.

1308. b Novē continuos tñ anno'.

1309. a Et pertinet eorſum ſed mirè etiam ingenioſa b ℥ ſe talem.

1310 b interprete Germano.

1311. a æſtimari cenſet pro potente Generoſus verè animus ideo fugit. b *etſi hoc loco non aliud.* Dele hęc verba.

1312. a familiare. Sic Demoſthenes.

1313. a omni velo amoto.

1314. b Vide Florum, PLinium.

1315. b Eloquentia vero Latina.

1316. a in Italia Elegantiam. b cepiſſe aſſereremus doctiſſimum.

1319. a admittit Eutropium noſter.

1321. b mari ſolebāt mergi b Scholia vetera Sabini in Ceirin. (dro.

1322. a productis ab Arrio Menan-

1323. b ſemimarium virilia.

1330. a centum & ſex viros una n.

1331. a gentiles, clauſi lumē mentis.

1332. a Theodoſio debellati.

1333. a tempore ſcripſi. Licet aliter nobis ſupra ſcriptum. 415. ARSACIO.

1335. b aliquē meliorum tēporum.

1338. a Sic de Legibus alibi ſuos æqualis honores Inſeret.

1342. a non ſuberat ſupplicio Hūc b invitis hactenus inhæret. Legio digniſſima ſignis.

1344. a Sibylla omnes vates notat. b quod multis illuſtramus.

1345. a ſequentibus inſunt el. Sarcaſmi. b Camerte: Claverius.

1346. a quæ nunc eſt, Stephani. b alterum prudentem, alterum ſocordē

1349. a jacienda eſſe adhortatum.

1356 a *Eam haſtam ſanguinolentam fuiſſe auctor eſt.* Verba ſunt Barthij non Ammiani. b Scena omnis rei apud Zoſimum b ſinu receptis à Didone.

1357. b Claverius cum aliis. (pin.

1358. a ſæpè Lucianus. Nos ad Pa-

1359. b genæ intumeſcebant, Oculi acc.

1360. a inter flumina videlicet Phrygiæ monumenta numiſmataq; b *Aucellum vocabant quandoq; Latini. Philoxenus Gloſſis: Aucellus, ςρȣθίον.* Omittenda hæc verba.

1362. b niſi alio iretur.

1365. b Q. Septiminum. Uti vero b dicit milites vulturibus. b Lana enim gliſcit, augetur.

1369. b Illud ab omni regione illuſtrabimus abunde Adverſariis verba erant alijs literis excudenda. b itaque noſter Liber b quis neſcit metum augere omnia aliis Litteris edenda erant hæc verba.

1370. a Et apud Arrianum a *Stolidi magiſtri* alia Litera a explicantē ſuum Prometheum.

1731. b nec habent extrema pudorem verba ſunt Papinij.

FINIS.

F1.1?6

[illegible]